A propos de ce livre

Ceci est une copie numérique d'un ouvrage conservé depuis des générations dans les rayonnages d'une bibliothèque avant d'être numérisé avec précaution par Google dans le cadre d'un projet visant à permettre aux internautes de découvrir l'ensemble du patrimoine littéraire mondial en ligne.

Ce livre étant relativement ancien, il n'est plus protégé par la loi sur les droits d'auteur et appartient à présent au domaine public. L'expression "appartenir au domaine public" signifie que le livre en question n'a jamais été soumis aux droits d'auteur ou que ses droits légaux sont arrivés à expiration. Les conditions requises pour qu'un livre tombe dans le domaine public peuvent varier d'un pays à l'autre. Les livres libres de droit sont autant de liens avec le passé. Ils sont les témoins de la richesse de notre histoire, de notre patrimoine culturel et de la connaissance humaine et sont trop souvent difficilement accessibles au public.

Les notes de bas de page et autres annotations en marge du texte présentes dans le volume original sont reprises dans ce fichier, comme un souvenir du long chemin parcouru par l'ouvrage depuis la maison d'édition en passant par la bibliothèque pour finalement se retrouver entre vos mains.

Consignes d'utilisation

Google est fier de travailler en partenariat avec des bibliothèques à la numérisation des ouvrages appartenant au domaine public et de les rendre ainsi accessibles à tous. Ces livres sont en effet la propriété de tous et de toutes et nous sommes tout simplement les gardiens de ce patrimoine. Il s'agit toutefois d'un projet coûteux. Par conséquent et en vue de poursuivre la diffusion de ces ressources inépuisables, nous avons pris les dispositions nécessaires afin de prévenir les éventuels abus auxquels pourraient se livrer des sites marchands tiers, notamment en instaurant des contraintes techniques relatives aux requêtes automatisées.

Nous vous demandons également de:

+ *Ne pas utiliser les fichiers à des fins commerciales* Nous avons conçu le programme Google Recherche de Livres à l'usage des particuliers. Nous vous demandons donc d'utiliser uniquement ces fichiers à des fins personnelles. Ils ne sauraient en effet être employés dans un quelconque but commercial.

+ *Ne pas procéder à des requêtes automatisées* N'envoyez aucune requête automatisée quelle qu'elle soit au système Google. Si vous effectuez des recherches concernant les logiciels de traduction, la reconnaissance optique de caractères ou tout autre domaine nécessitant de disposer d'importantes quantités de texte, n'hésitez pas à nous contacter. Nous encourageons pour la réalisation de ce type de travaux l'utilisation des ouvrages et documents appartenant au domaine public et serions heureux de vous être utile.

+ *Ne pas supprimer l'attribution* Le filigrane Google contenu dans chaque fichier est indispensable pour informer les internautes de notre projet et leur permettre d'accéder à davantage de documents par l'intermédiaire du Programme Google Recherche de Livres. Ne le supprimez en aucun cas.

+ *Rester dans la légalité* Quelle que soit l'utilisation que vous comptez faire des fichiers, n'oubliez pas qu'il est de votre responsabilité de veiller à respecter la loi. Si un ouvrage appartient au domaine public américain, n'en déduisez pas pour autant qu'il en va de même dans les autres pays. La durée légale des droits d'auteur d'un livre varie d'un pays à l'autre. Nous ne sommes donc pas en mesure de répertorier les ouvrages dont l'utilisation est autorisée et ceux dont elle ne l'est pas. Ne croyez pas que le simple fait d'afficher un livre sur Google Recherche de Livres signifie que celui-ci peut être utilisé de quelque façon que ce soit dans le monde entier. La condamnation à laquelle vous vous exposeriez en cas de violation des droits d'auteur peut être sévère.

À propos du service Google Recherche de Livres

En favorisant la recherche et l'accès à un nombre croissant de livres disponibles dans de nombreuses langues, dont le français, Google souhaite contribuer à promouvoir la diversité culturelle grâce à Google Recherche de Livres. En effet, le Programme Google Recherche de Livres permet aux internautes de découvrir le patrimoine littéraire mondial, tout en aidant les auteurs et les éditeurs à élargir leur public. Vous pouvez effectuer des recherches en ligne dans le texte intégral de cet ouvrage à l'adresse `http://books.google.com`

BIB. COLL.
VALGIR. S.J.

42

Bibliotheca S.J.
Les Fontaines
CHANTILLY
E
137/11

Digitized by Google

Digitized by Google

100

4

1re édition : 3 in folio
Reims, 1743

C. 16°

2 tomes SABATIER, O.S.B.,
1682-1742

Digitized by Google

BIBLIORUM
SACRORUM
LATINÆ VERSIONES ANTIQUÆ,
SEU
VETUS ITALICA,
ET

Cæteræ quæcunque in Codicibus Mss. & antiquorum libris reperiri potuerunt:

Quæ cum Vulgata Latina, & cum Textu Græco comparantur.

ACCEDUNT

Præfationes, Observationes, ac Notæ, Indexque novus ad VULGATAM è regione editam, idemque locupletissimus.

Operâ & studio D. PETRI SABATIER, *Ordinis Sancti Benedicti, è Congregatione Sancti Mauri.*

TOMUS PRIMUS.

GYMNAS. IMM. CONC. SOC. IES. PARIS. AD VALLEIM

PARISIIS,

Apud FRANCISCUM DIDOT, ad Ripam Augustinianorum.

ROMÆ, apud JOAN. BOUCHARD.
VENETIIS, apud JOAN. MANFRÉ.
MEDIOLANO, apud REYCEND & COLOMB.
COLONIÆ AGRIPINÆ, apud METTERNICH.
ULISSIPONI, apud FRATRES REYCEND.
MATRITO, apud JACOB. BARTHELEMI.
GADIBUS, apud LUDVIC. BONNARDEL.
ANTVERPIÆ, apud JOAN. BAPT. VERDUSSEN.

Ex Regiâ REGINALDI FLORENTAIN Rhemensis Typographiâ.

M. DCC. LI.

CUM APPROBATIONE, ET PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

T. inv. *J. du Vivier sculp. 1743.*

CELSISSIMO AURELIANENSIUM DUCI.

TUAS tibi delicias, PRINCEPS CELSISSIME offerimus. Castæ nimirum deliciæ tuæ sunt sacræ Scripturæ, quarum novam hanc Editionem, CELSITUDINI TUÆ dicatam, in lucem emittimus. Quanquam has cœlestes aquas dulciùs ex ipsis fontibus bibas, Hebraïca & Græca volvendo exemplaria; Latinam tamen Scripturarum

Digitized by Google

interpretationem offerre non veremur, eamque gratam & acceptam tibi fore ſperamus. **L**atinam *autem illam dico, quæ, ut cum* Hieronymo *loquar,* naſcentis Eccleſiæ fidem roboravit; *quæ priſcis fidei noſtræ magiſtris olim fuit in uſu, quâ in Chriſto nos genuere; quam deinceps* **L**atinæ *Eccleſiæ* **P**atres, *ac Scriptores,* **T**ertullianus, *Cyprianus, Ambroſius, Auguſtinus, & alii ad uſque* Gregorii *Magni tempora, ſive ad confirmanda fidei dogmata, ſive ad tradenda morum præcepta adhibuere. Hæc ſunt vitæ verba; hæc victricia ſunt arma, quibus tot annis Catholica res ſtetit, quibus de errorum ac vitiorum monſtris toties triumphavit. His* **T**ertullianus *contra Marcionem, Valentinum,* **P**raxeam, *aliaſque veritatis peſtes feliciter pugnavit. His magnus Auguſtinus victricem Chriſti gratiam à Pelagianorum telis vindicavit; his Manichæos, Donatiſtas, Arianos, innumeroſque alios ſanioris doctrinæ adverſarios debellavit. His, inquam, armis, Eccleſiæ* **L**atinæ **P**atres *ac* **D**octores, *ſua ſinguli ætate, dogmata fidei confirmarunt; his verbis morum præcepta tradidere, & pietatis officia Chriſtianos docuerunt.*

Hæc tam præclara arma, quibus fides noſtra tot ſæculis defenſa eſt, & illibata ſtetit, è SS. **P**atrum *ſcriptis, tanquam ex armamentario, in quo hinc inde ſparſa erant, eruimus; hæc vitæ verba, quibus Chriſtiani, quot millia ſex prioribus Eccleſiæ ſæculis in cœlum ſunt recepti, fide imbuti fuerunt, excer-*

Digitized by Google

pſimus, totaque ſimul collecta (ſaltem quotquot licuit reperire) in lucem proferimus; & tuis meritis ac honori, PRINCEPS CELSISSIME, dicamus. Digna profectò tam antiqua, tam veneranda Scripturarum interpretatio, quæ Maximi Principis nomine inſignita prodiret. Tu verò, PRINCEPS CELSISSIME, virtutibus doniſque cœleſtibus, quàm Regio ſanguine, & externâ dignitatum pompâ longè nobilior, dignus eras cujus illa ſibi nomen præſcriberet. Cui enim verò potiùs ſacrata hæc oracula conſecrarentur, quàm Principi, qui his unis gaudet & delectatur Divinis litteris, quas diu noctuque manibus animoque verſat; cujus vitæ tota ratio ad Scripturarum præcepta tam accuratè exigitur, ut quidquid illæ prohibent, cautus horreſcat; quidquid præcipiunt, impiger exſequatur. O mihi fas eſſet plura dicere; nec Principis modeſtia, ipſaque obſtarent juſſa! Non Reges atavos, quibus eſt editus; non Heroas, qui rebus præclarè geſtis, & ſibi, & ſuæ ſtirpi nunquam intermorituram gloriam comparārunt; non aliena atque externa, quamvis domeſtica & ſplendidiſſima facta, commemorarem. De hac una dicerem origine, quæ ſola tibi curæ eſt, quam è Chriſto trahis, cujus integritatem, morum innocentia tueri & ornare nunquam non ſtudes, nullo non invigilas tempore. Illa rectè facta, illa opera pietatis, illa referrem recondita gratiæ dona; illam pietatem, qua operanti in te Domino honorem & gloriam tribuens, quidquid boni in te conſpexeris,

Digitized by Google

acceptum refers; ut nullam ipſi ſubtrahas partem, nullam tibi vindices. Tantæ humilitati, tantæ cedendum modeſtiæ; utcunque ferent, qui hæc legerint: credo equidem plurimos iniquè laturos à me prætermiſſa fuiſſe tam præclara virtutum exempla, quibus accendi virtutis amor in aliis poſſet.

Nec tamen interea latebunt tam eximiæ virtutes. Hæc enim rectè facta, quocunque ſtudio abſcondantur, humaniſque conſpectibus ſubtrahantur, non magis latere in Viro Principe, quàm ſub axe cœli radii ſolis poſſunt. Omnium in iſtam lucem converſi ſunt oculi; hæc virtutum exempla omnium ore celebrantur. Hæc pauper, cujus pater eſt; hæc orphanus, cui adjutor; hæc vidua, cujus vindex; hæc cæcus, cui oculus; hæc claudus, cui baculus eſt, prædicare non ceſſabunt.

At liceat nobis ſaltem, PRINCEPS CELSISSIME, *tuum in fovendis, & excitandis bonis litteris flagrans ſtudium laudare. Liceat nobis tuam in nos, ne ingrati videamur, humanitatem prædicare; qui, cùm totus in omnes affluas benignitate, ſingularem nobis exhibuiſti. Tu enim primus iſtud tibi opus nuncupari, & in tuo apparere nomine permiſiſti; Tu ad illud promovendum non tantùm patrocinio Typographum dignatus es, ſed ipſi etiam benignè feciſti, eumque beneficiis cumulaſti.*

Tuis igitur, PRINCEPS CELSISSIME, *cœptum auſpiciis, tua abſolutum liberalitate, tua dignum pietate opus accipe; his fruere deliciis, quibus unis*

Digitized by Google

pium delectatur pectus, quo quamlibet rerum terrenarum curam eraſiſti. Utinam his longo fruaris tempore, tuumque ſacris præfixum paginis nomen, ad ſacrarum lectionem Scripturarum alios pelliciat; & tuo omnes diſcant exemplo ad has Divinas leges mores ſuos, vitamque totam componere. Hæc aliis fas eſt exoptare.

Tibi verò, PRINCEPS CELSISSIME, quid exoptem, quidve deſiderem? omnia habes. Opto tamen tibi *id quod olim piiſſimus Præſul piiſſimo optabat Principi*, opto tibi etiam atque etiam incrementa pietatis, quâ nihil Dominus dedit præſtantius. *Det tibi incrementa, det tibi conſummatam perſeverantiam; ac demum, poſtquam Tibi, litteris, bonis omnibus, regno, ipſique Chriſtiano orbi diu vixeris, vitam longam beatâ claudat æternitate. Hæc precatur, hæc vovet,* *Ambroſ. ep. 61. ad Theod. n. 6. & 7.*

CELSITUDINIS TUÆ

Humillimus & obſequentiſſimus ſervus
Fr. P. SABATIER.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO GENERALIS.

I. POSTQUAM Evangelii lumen Gentibus illuxit, Græcique ac Latini ab Apoſtolis in Chriſti doctrina, ſingulari Dei beneficio, ſunt inſtituti; tum neceſſe fuit ut Eloquia Divina, quæ ſolis hactenus fuerant credita Judæis, Gentibus quoque, Græcis ac Latinis crederentur, ut & ipſi * ſocii radicis & pinguedinis olivæ fierent. Hinc brevi Scripturæ ſacræ ex Hebræo in Græcum, è Græco in Latinum ſermonem verſæ ſunt; ut Græca poſſent legere, qui non niſi Græcè; & Latina, qui non niſi Latinè noverant. Haud equidem me latet jam antea olim aliquam exſtitiſſe Scripturarum interpretationem, quæ Septuaginta Interpretum verſio appellatur, quæque notiſſima & celeberrima eſt. Verùm præterquam quòd illa interpretatio non totam atque integram Scripturam, ſed partem duntaxat aliquam Scripturæ complectebatur; certè, non niſi poſtquam ad Gentes in Chriſtiana fide inſtituendas miſſi ſunt Apoſtoli, prodiere Scripturarum interpretationes, quæ totas Scripturas ſeu Græco ſeu Latino ſermone redditas exhiberent. Tum verò ſimul cum Evangelii luce prodiit, aut paulò poſt, aut aliquanto, ſi mavis, tempore ſubſecutus eſt ingens numerus codicum, qui Scripturas Græcè Latinèque redditas continebant, ut ad Græcorum Latinorumque hauſtus illæ in vitam æternam ſalientes aquæ decurrerent.

Eloquia Divina per Evangelii prædicationem credita ſunt Gentibus.

Propterea ex Hebræo in Græcum, è Græco in Latinum ſermonem verſæ ſunt Scripturæ.

* Rom. 11. 17.

II. Verſiones omnes Græcas incredibili olim labore Origenes, & ſingulari induſtria, magnoque Eccleſiæ, de qua optimè meritus eſt, commodo collegit & vulgavit: Latinas verò qui colligeret, tam multis ſæculis inventus eſt nemo. Bene tamen de Eccleſia, ut ego quidem opinor, fuiſſet meriturus, quiſquis idem in colligendis Latinis ſacræ Scripturæ interpretationibus præſtitiſſet, quod in Græcis præſtitit Origenes; magnum certè operæ pretium fuiſſet. Quamvis enim ſingularum interpretationum non idem ſit meritum, nec tanta etiam omnium auctoritas, ut ipſis primigenius textus ſit poſthabendus; tamen quò pleniùs ſacræ Scripturæ intelligantur, plurimùm juvat, ut cum Auguſtino loquar, interpretum

In colligendis variis interpretationibus utilis Eccleſiæ opera impenditur.

Digitized by Google

numerositas; adeòque utilem navaturus est operam, quisquis suam in colligendis undequaque Scripturæ versionibus impenderit.

Etsi multa multi de Scripturæ interpretationibus scripserint, nobis tamen de eodem argumento penitus silere non licet.

III. Ad id nos hodie opus aggredimur; quod priusquam exsequamur, nonnulla circa varias interpretationes in hac Præfatione explicare animus est. Equidem de singulis sacrarum Litterarum interpretationibus, Græcis, ac Latinis, tam multa multi scripsere, & litteris mandavere, ut si de eodem argumento scripserim quidpiam, timendi locus mihi sit, ne nihil aliud quàm actum egisse me, operamque abusum meam, imo & aliorum scripta Auctorum compilasse, plures sint dicturi. Ut ut sit, accusabunt qui volent, & quam rem vitio dare libuerit, dabunt; mihi profectò de antiquis Scripturarum interpretationibus, quas nunc primùm undequaque collectas, è tenebris erutas in lucem emitto, silere penitus non licet. De Græcis tamen silebo, nisi si paucis dixero de LXX. Interpretum versione; neque enim de iis disputare nostri est instituti.

Quid in hac Præfatione excutiendum suscipimus.

IV. Hæc autem sunt, de quibus in hac Præfatione agemus. Tribus illa constabit partibus; in quarum prima dicturi sumus de antiquarum interpretationum utilitate, quas paucis ita commendabimus, ut sua salva sit textui primigenio prærogativa: investigabimus pluresne prioribus Ecclesiæ temporibus exstiterint versiones, à diversis profectæ interpretibus; an una tantùm eademque primùm fuerit, cujus varia deinde exempla à variis confecta fuerint librariis, qui pro arbitratu suo addiderint, detraxerint, mutaverint, emendaverint. De celeberrima agemus interpretatione, quam S. Augustinus appellat *Italam*, alii *Communem*, alii aliis nominibus: hujus interpretationis ætatem atque originem investigabimus, notas atque characteres, proprioque, ut ita dicam, colores, quibus possit dignosci, assignabimus. Hæc quidem in prima Præfationis parte.

V. In secunda, indicabimus fontes, ex quibus, quam nunc damus, Versionem antiquam hausimus: hi sunt manu exarati codices, & veterum Patrum, Auctorumque Ecclesiasticorum scripta; Missalia, ut aiunt; Breviaria, & alia quælibet monumenta, in quibus veteris interpretationis fragmenta & lacinias reperimus. Equidem de codicibus manu exaratis parcius disseremus; quandoquidem in præviis admonitionibus, ubi de his dicendi locus est, etiam dicimus; & quos codices ad singulos libros in consilium adhibuerimus, cujus ævi sint illi, & quàm bonæ notæ solemus indicare. De Patribus verò, Auctoribusve Ecclesiasticis, & scriptis eorum, è quibus antiquæ interpretationis versiculos exscripsimus, fusiùs disputabimus.

VI. In tertia demum Præfationis parte, quid ab aliis ad recuperandam antiquam Scripturarum interpretationem; quid à nobis in hac editione sit præstitum; qua ratione ex tot variis monimentis corpus Biblicum confecerimus; quo ordine, qua methodo sit edendum, explicabimus. Hæc, quàm brevissimè poterimus, exsequemur. Alia verò bene multa prætermittimus, & parcimus scientes, ne inanem volumini molem addamus; disputando v. g. de canone Scripturarum ab Ecclesia recepto, de numero ac divisione librorum sacrorum, aliisque id genus, de quibus nullus pene scriptor Ecclesiasticus, nullus non disputat Scripturæ interpres; hæc, inquam, & alia bene multa prætermittimus: quippe huc materiam, rerumque multarum, de quibus alii pleniùs disputarunt, farraginem invehere non est animus.

Digitized by Google

PARS PRIMA.

§ PRIMUS.

Commendatur variarum Scripturæ interpretationum utilitas.

VII. SUpervacaneum fuerit, pluribus commendare varias Scripturæ interpretationes, quarum ope *factum eſt, ut Scriptura ſacra, quæ tantis morbis humanarum voluntatum ſubvenitur, ab una lingua profecta..... per varias interpretum linguas longè latèque diffuſa, innoteſceret Gentibus ad ſalutem:* facilis namque exiſtimatio eſt, quàm utile illud ſit, quod ſalutis cauſa Gentibus exſtitit. Verùm alia eſt Scripturæ ſacræ interpretationum utilitas, quæque ea ipſa eſt, de qua potiſſimùm hîc agitur. Scilicet, ad pleniorem Scripturæ ſacræ cognitionem comparandam, plurimùm conferunt variæ interpretationes, ut pluribus probat Auguſtinus l. 2. de Doctr. Chriſt. cap. 5. & ſeq. ſiquando enim ignotum verbum, aut ignota locutio inter legendum occurrit, idque ex alienis linguis proficiſcitur; non tantùm à linguarum peritis, aut ab ipſis linguis, ſed à variis interpretationibus ſimul collatis, hauriendam repetendamque ignoti verbi ignotæve locutionis cognitionem docet S. Doctor: *Namque aut ignotum verbum*, inquit, *facit hærere lectorem, aut ignota locutio. Quæ ſi ex alienis linguis veniunt, aut quærenda ſunt ab earum linguarum hominibus, aut eædem linguæ, ſi & otium eſt & ingenium, ediſcendæ, aut plurium interpretum conſulenda collatio eſt..... Plurimùm hîc quoque juvat interpretum numeroſitas collatis codicibus inſpecta atque diſcuſſa*, &c.

Auguſt. l. 2. de Doctr. Chr. cap. 5. col. 21.

Variarum Scripturæ interpretationum utilitas.

Auguſt. ubi ſup. cap. 14.

VIII. Ne quis autem putet, dum variarum Scripturæ ſacræ interpretationum utilitatem commendamus, textûs primigenii præſtantiam à nobis lædi; quid de utroque ſentiamus cum Auguſtino, nec tantùm ad ejus mentem, ſed & ipſius quoque verbis declarandum. In libro 2. de Doctr. Chr. de ſignis verbiſque Scripturæ, de ignotis & obſcuris locutionibus, aliiſque impedimentis, quæ lectori moram afferre ſolent, latè diſſerit S. Doctor, & docet quæ ſint harum remedia difficultatum; quæ diſciplinæ, quæ ſcientiæ, quibus ſignorum verborumque ignorantia poſſit removeri. Duo ad id præcipuè requirit: 1°. Linguarum peritiam; 2°. Variarum opem interpretationum, quæ ſimul collatæ mutuum ſibi præſtant auxilium, atque obſcuris aliquando locis afferunt lucem; monet verò ut codices, è quibus petuntur interpretationes, emendati adhibeantur. I°. quidem linguarum, præſertim Hebrææ & Græcæ, peritiam deſiderat, ut difficilia & obſcura Scripturæ loca, quoad ignota ſigna, intelligantur; ſuadetque ut qui in iis explicandis laborant, adeant eos, qui linguas callent; aut addiſcant ipſi, ſi otium ſuppetat, & idoneum adſit ingenium: *Contra ignota ſigna propria magnum remedium eſt*, inquit, *linguarum cognitio. Et Latinæ quidem linguæ homines, quos nunc inſtruendos ſuſcepimus, duabus aliis ad Scripturarum divinarum cognitionem opus habent, Hebræâ ſcilicet, & Græcâ, ut ad exemplaria præcedentia recurratur, ſi quam dubitationem attulerit Latinorum interpretum infinita varietas.* Igitur variæ interpretationes Scripturarum id efficiunt, ut neceſſaria ſit linguarum peritia, nedum faciant ut iis non egeamus: *Propter diverſitates, ut dictum eſt, interpretum, illarum linguarum eſt cognitio neceſſaria.* Abſit igitur ut dum commendamus varias Scripturæ interpretationes, textûs pri-

Utilitatem interpretationum commendando, non læditur textus primigenii prærogativa.

Auguſt. l. 2. de Doctr. Chr. cap. 11.

Auguſt. ibid.

Recurrendum ad textum primigenium, cùm inter-

Digitized by Google

pretationes inter se dissident.

migenii prærogativam lædamus, imo statuimus cum Augustino. Siquando enim interpretationes inter se dissident, si quis error irrepserit, si lapsus interpres fuerit *ex ambiguo linguæ præcedentis*, ut loquitur Augustinus ibid. cap. 11. qua alia ratione, nisi ad ipsam originem textumque primigenium revertamur, motæ componentur controversiæ inter interpretes, quorum alii aliter intelligunt, suamque tuentur sententiam? qua via assequi licebit, quænam interpretatio, posthabitis aliis, sit admittenda? *Sed quoniam*, infit laudatus Aug. ubi supra cap. 13. *& quæ sit ipsa sententia, quam plures interpretes pro sua quisque facultate atque judicio conantur eloqui, non apparet, nisi in ea lingua inspiciatur, quam interpretantur, & plerumque à sensu auctoris devius aberrat interpres, si non sit doctissimus; aut linguarum illarum, ex quibus in Latinam Scriptura pervenit, petenda cognitio est; aut habendæ interpretationes eorum, qui se verbis nimis obstrinxerunt; non quia sufficiunt, sed ut ex eis veritas, vel error detegatur aliorum, qui non magis verba quàm sententias interpretando sequi maluerunt.* Hæc de textûs primigenii præstantia, ne hanc cuiquam læsisse videamur, dixisse sat est. Jam licet de interpretationum utilitate dicere.

Variæ ejusdem Scripturæ interpretationes collatæ, obscura illustrant aliquando loca.

IX. Præter linguarum primigeniarum Hebrææ & Græcæ peritiam, vult Augustinus in consilium adhiberi varias à variis confectas scriptoribus Scripturæ interpretationes. Licet enim per se non sufficiant, illarum tamen ope aliquando contingit obscuriores Scripturæ sententias illustrari; quod scribit, atque etiam appositione exemplorum probat Augustinus: *Quæ quidem res*, inquit, de Latinis interpretationibus verba faciens, *plùs adjuvit intelligentiam, quàm impedivit, si modò legentes non sint negligentes. Nam nonnullas obscuriores sententias plurium codicum sæpe manifestavit inspectio, sicut illud Isaiæ prophetæ unus interpres ait*, Et domesticos seminis tui ne despexeris; *alius autem ait*, Et carnem tuam ne despexeris. *Uterque sibimet invicem adtestatus est, namque alter ex altero exponitur..... Item illud ejusd. Isaiæ prophetæ*, Nisi credideritis, non intelligetis; *alius interpretatus est*, Nisi credideritis, non permanebitis. *Quis horum verba secutus sit, nisi exemplaria linguæ præcedentis legantur, incertum est. Sed tamen ex utroque magnum aliquid insinuatur scienter legentibus: difficile est enim ita diversos à se interpretes fieri, ut non se aliqua vicinitate contingant.* Et cap. 15. *Horum quoque interpretum, qui verbis tenaciùs inhæserunt, collatio non est inutilis ad explanandam sæpe sententiam.* *August. ubi sup. c. 12. n. 17.*

Plurimùm juvant ad hauriendam ignotæ locutionis cognitionem.

X. Linguarum peritia, quod jam animadvertimus, ad ignoti verbi atque ignotæ locutionis, quæ in Scripturis occurrunt, cognitionem eruendam necessaria est; verùm ad id longè utilissimas esse varias interpretationes, auctor est Augustinus: *Plurimùm*, inquit, differens de his verbis, locutionibusque ignotis, *hîc quoque juvat interpretum numerositas, collatis codicibus inspecta atque discussa; tantùm absit falsitas.* *Idem c. 14.*

Maximus est habendus codicum delectus.

XI. Sed dum varias Scripturæ interpretationes commendat Augustinus, non quoscunque harum interpretationum codices adhibendos, sed eos singulari diligentia quærendos monet, qui puri, & emendati sunt; atque ita prosequitur: *Nam codicibus emendandis primitus debet invigilare solertia eorum, qui Scripturas divinas nosse desiderant, ut emendatis non emendati cedant, ex uno duntaxat interpretationis genere venientes.* Nihil necesse est ut pluribus commendare varias Scripturæ sacræ interpretationes laboremus. Quantæ sint utilitatis ostendunt satis hæc pauciora quæ diximus, seu potiùs exscripsimus ab Augustino, è cujus libris plura licebat excerpere. Tantùm referam Briani Waltoni verba, quibus interpretationum Latinarum commoda & utilitates mirè celebrat & extollit: » Licet, inquit, versionibus fontium prærogativas *Idem ubi sup.* *Proleg. ad Biblia Polygl.*

Digitized by Google

non concedamus, multiplicem tamen verſionum, præſertim antiqua- «
rum, & quæ Eccleſiæ primis ſæculis in uſu erant, utilitatem, cæcus «
eſt, qui non videt. Verſiones enim velum detrahunt, ut in Sanctum «
ſanctorum introſpiciamus; corticem frangunt, ut nucleum latentem «
eruere poſſimus; lapidem de fontis ore tollunt, ut aquas quis hauri- «
re poſſit, tam pro ſeipſo, quàm pro gregibus ſuis. Verſionum etiam «
tum inter ſe, tum cum textu primævo collatio, earum præſertim, quæ «
apud priſcam Eccleſiam obtinuerunt..... optima ſunt media, tum «
ratione cognationis cum linguis originalibus, tum usûs & auctoritatis «
per Eccleſiam, quibus verus in obſcuris locis ſenſus elici, & lectio ge- «
nuina in dubiis vel depravatis reſtitui poſſit..... Præterea textus, & «
verſiones, præſertim antiquæ, mutuas ſibi ſuppetias ferunt: nam ut «
verſio textum explicat, ſic textus verſionem, cùm mendæ occurrunt, «
corrigit; & ut textus verſionibus auctoritatem confert, ſic verſiones anti- «
quæ de textûs integritate teſtantur. Cùmque ex ſcribarum incuria, «
aliiſque cauſis fieri non poſſit, quin in minutis quibuſdam codices «
frequenter deſcripti varient; unde meliùs ſtabiliri poteſt vera lectio, «
quàm ex antiquorum exemplarium, & verſionum collatione? ..... «
Tandem conſenſus & harmonia tot verſionum, diverſis temporibus fa- «
ctarum, & apud gentes tantis terræ mariſque intervallis diſtantes, quaſi «
vox Dei eſt, de cœlo teſtificantis ſe horum librorum auctorem eſſe, «
qui contra omnem hujus mundi potentiam eos mirabiliter conſervat. «
Præclaram itaque operam navarunt viri doctiſſimi, qui in hoc labora- «
runt, ut ſacra hæc myſteriorum divinorum ſcrinia, Regis ſummi de «
ſalute humani generis ac hæreditate æterna diplomata, ex optimorum «
codicum collatione recognita, & à ſitu, vel ſqualore, quem temporum «
injuria, vel ex aliis cauſis contraxerunt, vindicata, pura & incorrupta «
poſteris tranſmitterent. » Hactenus de variarum Scripturæ verſionum utilitate. Paucis nunc de LXX. Virorum interpretatione dicamus.

XII. Quanquam de interpretationibus Græcis dicere noſtri non ſit inſtituti, verbum tamen hîc addam de Septuaginta Interpretum verſione; famoſior namque eſt, quàm ut de ea penitus liceat ſilere; maximè verò cùm Latinæ interpretationes antiquæ ad hanc verſionem ſint à nobis expendendæ, ex qua eas etiam eſſe confectas auctor eſt Auguſtinus: *Ex hac LXX. interpretatione*, inquit, *etiam in Latinam linguam interpretatum eſt, quod Latinæ eccleſiæ tenent.* Verſionis autem iſtius tanta eſt præ aliis interpretationibus Græcis, quæ longè pauciores ſunt quàm Latinæ, auctoritas, tanta excellentia, ut illa una fuerit olim ab Eccleſia recepta, illa una ſit apud Græcos in uſu, & quidem tam frequenti, ut cæteræ nullo pene ordine habeantur; imo ut etiam plures apud Græcos an ulla alia ſit Græca interpretatio præter ipſam, ignorent. *Nam cùm fuerint*, inquit Auguſt. *& alii interpretes, qui ex Hebræa lingua in Græcam ſacra illa Eloquia tranſtulerunt, ſicut Aquila, Symmachus, Theodotion; ſicut etiam illa eſt interpretatio, cujus auctor non apparet, & ob hoc ſine nomine interpretis, Quinta Editio nuncupatur; hanc tamen quæ LXX. eſt, tanquam ſola eſſet, ſic recepit Eccleſia; eaque utuntur Græci populi Chriſtiani, quorum plerique, utrùm alia ſit aliqua, ignorant. Ex hac LXX. interpretatione etiam in Latinam linguam interpretatum eſt, quod eccleſiæ Latinæ tenent.*

Auguſt. l. 18. de Civ. De. cap. 43. col. 525. b.

Ibidem.

De Græca LXX. Interpretum verſione.

Aliis omnibus Græcis interpretationibus præſtat.

XIII. Sed quanti fecerit, quo in pretio ipſe hanc interpretationem habuerit Auguſtinus, ab ipſo juvat audire. In ſecundo de Doctrina Chriſt. libro, cap. 14. ubi varias interpretationes Latinas commendat, poſtquam dixit, plurimùm juvare interpretum numeroſita-

Codices Lat. ad rationem verſionis LXX. Interpretum expendendos atque emendandos docet Auguſtinus.

Digitized by Google

tem, collatis codicibus inſpectam atque diſcuſſam; poſtquam admonuit codicibus emendandis primitus invigilare debere ſolertiam eorum, qui Scripturas divinas noſſe deſiderant; ad Græcam LXX. interpretationem emendandos eſſe codices Latinos indubitanter pronunciat: *Latinis quibuslibet emendandis*, inquit, *Græci adhibeantur, in quibus Septuaginta Interpretum, quod ad vetus Teſtamentum attinet, excellit auctoritas ..... Latini ergo, ut dicere cœperam, codices veteris Teſtamenti, ſi neceſſe fuerit, Græcorum auctoritate emendandi ſunt, & eorum potiſſimùm, qui cùm ſeptuaginta eſſent, ore uno interpretati eſſe perhibentur.* Hæc ſufficiant de Septuaginta Interpretum verſione. Qui plura volet, adeat recentiores Scripturarum interpretes; adeat etiam eos, qui de iſta, aliiſque Græcis interpretationibus latè diſputarunt. His nos omiſſis, ad interpretationes Latinas revertimur; paucis inveſtigaturi, an, quæ variæ eſſe exiſtimantur Latinæ interpretationes, ſint tantùm diverſa à diverſis confecta librariis unius ejuſdemque interpretationis exempla, in quibus librarii prò ſuo arbitratu addiderint, detraxerint, mutaverint.

Lib. 2. de Doctr. Chr. cap. 15.

---

§ II.

An una primitus exſtiterit verſio Latina, an variæ à variis confectæ interpretibus.

Auguſtini verba de variis interpretibus Latinis, non urgenda vehementius.

XIV. VArias olim fuiſſe Scripturæ ſacræ interpretationes, quas varii interpretes elaboraverint, verbis tam apertis docet Auguſtinus, ut dubitare nemini pene liceat: *Qui Scripturas ex Hebræa lingua in Græcam verterunt*, inquit, *numerari poſſunt; Latini autem interpretes nullo modo. Ut enim cuique primis fidei temporibus in manus venit codex Græcus, & aliquantulum facultatis ſibi utriuſque linguæ habere videbatur, auſus eſt interpretari.* Vehementiùs tamen non eſt urgendum iſtud Auguſtini teſtimonium, neque exiſtimandum, quot varii occurrebant olim Scripturæ interpretationum codices, quorum alii ab aliis diſſidebant, tot fuiſſe varias Scripturarum interpretationes, à diverſis elaboratas interpretibus: hæ nimirum diſcrepantiæ, plerumque non tam diverſos interpretes, quàm diverſos arguunt librarios, eoſdemque aut oſcitantes, aut audaciores; qui inter deſcribendum unam eandemque Scripturarum interpretationem, ſuo ſinguli arbitratu vel negligentia, plurima mutaverint.

Lib. 2. de Doctr. Chr. cap. 11. n. 16.

Variæ ſunt textûs primigenii Scripturarum lectiones.

XV. Varias autem diſcrepanteſque eſſe unius interpretationis lectiones, quamvis ab uno elaborata ſit interprete, nemini mirum videri debet; quandoquidem vel ipſius primigenii Scripturarum textûs diverſas aliquando eſſe lectiones, concors omnium tam Catholicorum quàm Heterodoxorum eſt opinio. Quis enim verò neſciat variantes dari lectiones in ipſo textu Hebraïco veteris, & Græco novi Teſtamenti, « cùm hoc teſtentur, ut verbis Waltoni utar, tot varietates ex » codicibus Mſſ. & impreſſis à viris doctiſſimis annotatæ. » Idem non tantùm fatetur, ſed & pluribus confirmat Bellarminus.

Admiſſis variis textûs Scripturarum lectionibus, nihil earum lædit auctoritas.

XVI. Nec eſt quòd meticuloſi quidam, atque in rebus criticis, verſandiſque antiquis exemplaribus hoſpites & peregrini, vereantur, ne, dum varias textus primigenii & diſcrepantes aliquando eſſe lectiones contendimus, Scripturæ ſacræ auctoritas lædatur, noſtraque vacillet fides. Inanis enim ille metus eſt, vanuſque ſcrupulus, quem Waltonus tam firmis, tam fidei Catholicæ conſentaneis rationibus convellit, ut Catholicæ communionis theologum audire mihi videar.

Digitized by Google

Walton. Proleg. 6. n. 5. 6. « Sed præter ea, inquit, quæ ex viris doctiſſimis jam citavimus, & hæc « addenda duximus, vanum eſſe iſtorum metum, & utilitates non ſper- « nendas habere variarum lectionum collectionem; multùm enim facit « ad veram lectionem tum conſervandam, tum reſtituendam, ejuſque « rectam intelligentiam. Codicum innumerorum conſenſus mirus in om- « nibus, quæ Religionis ſubſtantiam ſpectant, veritatem divinam mul- « tùm confirmat, Deique curam ſpecialem circa hos libros demonſtrat; « qui hominum negligentiæ, ignorantiæ, & temeritati permiſit cutim « quaſi ſtringere in levioribus; at vulnera lethalia infligi, ſalutaria do- « gmata corrumpendo, non ſivit..... Præterea notandum eſt dari media « certa, quibus vera lectio, cùm codices diſcrepant, ſtabiliri poteſt; ſcili- « cet analogia fidei, antiquorum ſcripta & commentaria, antiquæ verſio- « nes, codicum antiquorum collatio, maximè verò ipſa Scriptura, in qua an- « tecedentium & conſequentium conſideratio, & locorum parallelorum & « ſimilium obſervatio, multùm ad veram lectionem conferunt. Nam illa « lectio, quæ cum antecedentibus & conſequentibus, & cum locis paral- « lelis conſentit, & analogiæ fidei conſona eſt, vel cum aliis bonæ notæ « codicibus concordat, & ex antiquis Patrum Eccleſiæ ſcriptis corrobora- « tur, procul dubio pro vera & genuina habenda eſt. Si verò, his om- « nibus penſiculatis, adhuc lectio dubia maneat, liberum eſto cuiquam judi- « cium: non enim poteſt eſſe alicujus momenti illa varietas, utramlibet ele- « geris; utraque enim vera eſſe poteſt. » Ex his liquet quàm inanis eorum metus ſit, qui verentur ne Scripturæ auctoritas lædatur, ſi varias ac diſcrepantes eſſe nonnunquam textûs primigenii lectiones agnoſcamus.

XVII. Sed ne pluribus lectorem morer, atque ut eò revertar, unde ſum profectus; en quò rem deduco: Quamvis textûs primigenii diſcrepent inter ſe aliquando lectiones, variiſque diſſideant verbis, atque etiam ſententiis, unum tamen eundemque primigenium eſſe textum conſtat: quidni igitur pariter unam eandemque primùm fuiſſe Scripturarum interpretationem dixerimus, quamvis variæ in codicibus occurrant diſcrepantiæ, quæ varias interpretationes, à variis elaboratas interpretibus, ſignificare videantur? * Nimirum variæ illæ forſitan diſcrepantiæ, aut ab oſcitantium negligentia librariorum, aut ab audacium temeritate eruditulorum ſunt profectæ; quorum alii ſomniculosè deſcribendo hanc interpretationem, verba & ſententias vitiarunt; alii verò, quæ minùs intellexere, aut mendoſa putarunt, arbitratu ſuo mutaverunt. Certè ſi id inter exſcribendum primigenium Scripturæ textum, cujus vel litterulam mutare nefas eſſe debuerat, contigit; quantò magis contingere potuit in exſcribenda interpretatione, cujus cùm non tanta eſſet auctoritas, quanta textûs primigenii, minori adhuc curâ, minorique religione eſt deſcripta à librariis, & eruditulis, qui mutare, addere, detrahere, gloſſulas inſerere, religioni non habuerunt?

Unicus eſt Scripturarum textus primigenius, licet aliquando variæ ſint lectiones: an non pariter unam fas eſt dicere Scripturarum verſionem Latinam, quamvis plurimæ fuerint inter ſe diſcrepantes lectiones?

* Variarum lectionum origo.

XVIII. Præterea variarum poteſt eſſe alia lectionum origo, eaque purior atque utilior. Sicut enim librarii & erudituli, oſcitantiâ, & temeritate primigeniam translationem nonnunquam vitiarunt; ita eruditi, ſiquando primum dormitaſſe agnoverunt interpretem, quod nemini non contingit, cùm errare & falli humanum, & à nemine alienum ſit, quæ minùs rectè verſa erant, caſtigarunt, & verbis ſententiiſve obſcuris lucem dedere. Hinc factum eſt, ut quæ variæ videntur eſſe à variis elaboratæ ſcriptoribus Scripturarum interpretationes, aliud forſitan nihil ſint, quàm varia ejuſdem interpretationis exemplæ, pro librariorum negligentia, ignorantia, ac temeritate,

Altera, ipſaque purior, variarum lectionum origo.

Digitized by Google

ſed & eruditorum caſtigatione diſcrepantia. Hinc forſan Hieronymus *tot exemplaria pene, quot codices* ſcripſit; quæ tamen paulò inflatiùs ſcripta ſunt, pro more S. Doctoris (dicere mihi liceat) in augendo minuendove nonnihil intemperantioris: hinc, cùm idem Hieronymus novam adornaſſet novi Teſtamenti interpretationem, idque à pluribus reprehenderetur, S. Doctor malevolis, qui ſe, ſuamque rodebant & carpebant verſionem, iis reſpondit verbis, quibus non tam à ſe novam Scripturæ interpretationem elaboratam, quàm veterem emendatam, & à maculis vitiiſque, quibus laborabat, expurgatam fuiſſe ſignificavit. Hinc demum Auguſtino, qui nihil ineptè, nihil niſi rectè ſcribit, ſcribere forſitan licuit, *Latinos interpretes numerari non poſſe.* Verùm hanc conjecturam vehementiùs hîc non urgeo; erit poſthac, ut de eodem argumento fuſiùs dicam, ad calcem hujuſce primæ partis. Jam ad ſe nos vocat famoſa Scripturæ interpretatio, quæ ab Auguſtino *Itala* appellatur; de qua pluribus nobis eſt diſſerendum.

§ III.

De celeberrima interpretatione Latina, quæ olim Itala *fuit appellata.*

Quanta olim fuit *Italæ* interpretationis auctoritas apud Latinos.

XIX. QUemadmodum apud Græcos eſt Scripturarum interpretatio, cujus excellit auctoritas; ita ſua eſt Latinis, cui cæteras, ſi quæ fuerint præter ipſam, poſthabuere. Iſta apud Latinos eſt *Itala*; illa apud Græcos eſt *Septuaginta Interpretum* verſio. Sed ſi utriuſque interpretationis par, aut ſaltem non multùm diſpar fuit quondam auctoritas, certè fortuna longè diſſimilis eſt. Suam namque Græci ſingulari diligentia ſervavere, hodieque tota atquè integra luce fruitur; Itala verò, quæ apud Latinos palmam habuit olim, aut exſtincta eſt, aut exſtinctæ ſimilis, hactenus delituit in Mſſ. codicibus hinc inde diſperſis in forulis bibliothecarum; ut vix ſpes ſit eam aliquando totam & integram in lucem revocatum iri. Fuere etenim viri docti, qui LXX. Interpretum verſioni revocandæ in lucem, ſuam certatim impenderunt operam: revocata eſt, prodiit; nec ſemel, ſed iterum atque iterum, ſeipſa ſemper auctior & emendatior famoſa illa LXX. virorum interpretatio: ſed & cæteræ quoque interpretationes Græcæ, nempe Symmachi, Aquilæ, Theodotionis, plurimaque aliarum fragmenta luci reddita ſunt. Neglectæ verò Latinæ omnes interpretationes, eaque ipſa, quam tanto in pretio habuit Auguſtinus, cui cæteras eſſe poſthabendas pronunciat. Ita, inquam, neglecta eſt vetus illa interpretatio, poſtquam novam adornavit Hieronymus, ſive veterem hanc emendavit; tantamque nova ſibi auctoritatem conciliavit, & adeo veteri anteſtare cœpit, vetus verò in dies obſoleſcere & excidere; ut tandem pene interierit tota, aut interire viſa ſit: atque interiiſſet, niſi, ſingulari Providentiæ beneficio, in venerandis ſervata monimentis, erepta naufragio temporis, ad nos perveniſſet, ſi minùs tota ſoſpes & integra, ſaltem quoad plurimas, præſtantiſſimaſque ſui partes. Hanc in venerandis hiſce monimentis hinc inde diſperſam quærere, & extrahere, atque ex extractis & collectis, quæ diſſipatæ erant, partibus reparare, quantùm fieri poteſt, & corpus Biblicum efficere animus eſt. At quamvis nec labori, nec curis, nec vigiliis pepercerimus, huic tamen Italæ verſioni, quæ jam olim Hieronymi & Auguſtini temporibus vitiata, depravata, & pluribus aſperſa erat maculis, primigeniam puritatem,

Eadem poſtea adeo neglecta eſt, ut pene tota interierit.

Hanc hinc inde diſperſam quærere & reparare eſt animus.

Sed ad primigeniam puritatem reddi poſſe deſperatur.

Digitized by Google

nativumque reddi posse nitorem desperamus. Quis enim verò id sperare ausus sit, & quî id fieri possit ? quandoquidem, ut sua ipsi integritas, nativusque redderetur nitor, tantùm ad Apostolorum tempora non foret recurrendùm. Sat igitur erit, nec plura fas est sperare, si eam, qualis & quanta in Mss. codicibus, & SS. Patrum Latinorum voluminibus exstat, exhibuerimus: id quidem pollicemur. Quod priusquam exsequamur, Italæ interpretationis quæ sit ætas, quæ notæ, qui characteres, quibus ab aliis possit secerni, juvat explorare.

De ejus antiquitate quid sentiant eruditi.

XX. Longinquæ certè sit vetustatis necesse est illa interpretatio, quæ vel ab ipsis Augustini temporibus longè antiquissima erat, quam in suos Latini usus adhibere soliti erant, priusquam Hieronymus novam Scripturæ interpretationem adornaret. Ab ipsis Ecclesiæ incunabulis ex LXX. Interpretum versione confectam fuisse interpretationem Latinam, quæ apud Latinos principem obtinuit locum, quæque ea est ipsa, quam restituendam aggredimur, plurimorum opinio est; quamvis & quo tempore, & à quo sit facta definiri vix ac ne vix possit. « Cum ab initio « nascentis Ecclesiæ, inquit Matth. Petitdidier, Dissertatione decima « in Script. S. Græca versio Septuaginta Interpretum, quæ jam diu « apud Græcos auctoritatem adepta erat, per totum Orientem in omnibus « ecclesiis obtinuerit, hinc factum est, ut cùm Latini de Scripturæ « versione suis procuranda cogitarunt, illam in suam linguam converterint, « eo consilio, ut in eadem Scripturæ lectione universa Ecclesia conveniret. Licet autem temporis processu versiones Latinæ pene infinitæ « prodierint, una tamen inter alias, quam Augustinus *Italam*, Hieronymus *Vulgatam*, Gregorius *Veterem* nuncuparunt, quamque omnium primam fuisse meritò suspicamur, principem locum obtinuit. Hanc sub « Apostolorum temporibus elaboratam multi opinantur, nec sine aliquo « fundamento, ne Latina Ecclesia Scripturarum thesauro tandiu privaretur. At quo demum tempore, & à quo facta sit, certò definiri nullatenus potest. » Matth. Petitdidier.

XXI. De ea interpretatione pluribus etiam disputat Sixtus Senensis Bibliot. S. lib. 8. p. 721. ac 1°. quidem de Græcis interpretationibus hæc præmittit: « Prima Græca Editio veteris Test. qua primùm usa est « Ecclesia, fuit duorum & LXX. Interpretum versio. Secunda, Aquilæ « Pontici, annis pene 120. post Christum edita. Tertia, Symmachi Samaritani, anno 190. humanæ salutis condita. Quarta, Theodotionis « Ephesii, anno 200. à Christi ortu elaborata. Quinta, unà cum plerisque Hebraïcis & Græcis voluminibus in Hierico in doliis inventa est « ab Origene; qui etiam non multò post aliam quandam translationem « reperit in littore Actiaco in Nicopoli, eodem modo in doliis occultatam, eamque Editionem Sextam appellavit. Septima post omnes istas « Editio quædam Græca inventa est: hanc Isidorus l. 6. Etymol. putat « ab ipsomet Origene inventam, quæ Κοινὴ à Græcis, hoc est, *Communis* & *Vulgata* dicta est; ab aliquibus verò Λυκιανὸς, vel Λυκιανεῖα vocata est, « eò quòd à Luciano M. edita crederetur, de qua in ep. ad Sunniam & « Fretelam ita Hieronymus scribit: *Breviter illud admoneo ut sciatis aliam esse* « *Editionem, quam Origenes & Eusebius Cæsarienſis* Κοινὴν, *id est* Communem *appellant, & à plerisque nunc* Λυκιανὸς *dicitur; aliam Septuaginta Interpretum, quæ* « *reperitur in Hexaplis codicibus.....* Κοινὴ *autem ista pro locis & temporibus, pro* « *voluntate scriptorum veterum corrupta editio est; ea autem, quæ habetur in Hexa-* « *plis..... ipsa est, quæ in eruditorum libris incorrupta & immaculata LXX. In-* « *terpretum translatio reservatur.* » His præmissis de Græcis Scripturarum in- Sixtus Senensis.

Digitized by Google

terpretationibus, de Latinis ita pergit Sixtus: « Poſt has duæ aliæ Lati-
» næ Editiones veteris Teſtamenti in Eccleſia Latina fuerunt; nova ſci-
» licet, ac vetus. Vetus quidem *Vulgatæ* & *Communis* editionis nomen ac-
» cepit; tum quia nullum certum haberet auctorem, tum quia non de
» Hebræo fonte, ſed de Κοινῇ, vel de LXX. interpretatione ſumpta eſſet,
» quemadmodum Auguſtinus l. 18. de Civit. Dei, & Hieronymus in præf.
» Evang. teſtantur; cujus lectione uſa eſt Eccleſia longè ante tempora
» Hieronymi, & etiam multò poſt uſque ad tempora Gregorii P. Nova
» verò ab Hieronymo, non de Græco, ſed de Hebraïca veritate in Lati-
» num eloquium verſa eſt, quâ Eccleſia ab ipſis Gregorii temporibus unà
» cum veteri Editione uſa eſt.
» De traductionibus autem novi Teſtamenti, quod Græcè, ſed inter-
» dum Hebraïcis phraſibus ſcriptum fuiſſe conſtat, certum earum numerum
» ſcire non poſſumus. Illas tamen fuiſſe multas indicat Hieronymus in præ-
» fat. IV. Evang. inter alias verò innuit fuiſſe Editionem quandam vete-
» rem, jam dudum ante ipſum in Eccleſia vulgatam; quæ cùm à dormitan-
» tibus librariis progreſſu temporum corrupta eſſet, Hieronymus eam juſſu
» Damaſi P. facta multorum Græcorum exemplarium collatione, cor-
» rexit emendavitque, & ad Græcam veritatem reſtituit; qua Hieronymi
» caſtigatione, vel potiùs editione, Eccleſia Romana à temporibus Divi
» Hieronymi uſque in hanc diem perpetuò uſa eſt.

Baronius. XXII. Sed Baronium audiamus, qui ad annum Chriſti 231. n. 41. multis præmiſſis de Origene, & ingenti Hexaplorum opere, necnon de principe omnium LXX. interpretatione; poſtea de variis ipſorum Græcis editionibus, de Latinis etiam interpretationibus hæc habet: » Cæ-
» terum etſi omnium conſtat ſententiâ editionem LXX. dictam eſſe *Com-*
» *munem*, tamen S. Hieronymus tradit eam haud ſimplicem, ſed triplici
» editione fuiſſe toto orbe diverſam..... De his enim tribus hæc idem ha-
» bet Hieronymus: *Alexandria & Ægyptus in LXX. ſuis Heſychium laudat* *Præf. in l. Paral. ep. 107.*
» *auctorem; Conſtantinopolis uſque Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat;*
» *mediæ inter has provinciæ Palæſtinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos*
» *Euſebius & Pamphilus vulgaverunt; totuſque orbis hac inter ſe trifaria varietate*
» *compugnat:* hæc ipſe..... ſed accidit, ut ob triplicem communem LXX. *n. 42.*
» editionem, dum ſuam quiſque propriam commendaret, non leves inter
» ſe conflarentur ſeditiones, ob eamque cauſam ſæpe veritatem Hebraï-
» cam, vel alias à profanis editas translationes conſulendi pateret occaſio.
» His igitur & aliis rationibus permotum ſe fuiſſe dicit S. Hieronymus,
» ut Hebraïcam quoque editionem in Latinum converteret. Cùm verò
» eo nomine à multis ſibi adverſantibus temerariæ novitatis argueretur,
» perinde ac ſi eo conſilio ſuam ederet, ut aboleret LXX. translationem,
» ipſe ſæpiùs conatus eſt inſtituti ſui reddere rationem, atque animi conſi-
» lium aperire, & inter alia, cùm adversùs Rufinum, ſic ſcribit: *Egone*, *Adverſ. Ruf. l. 2.*
» inquit, *contra LXX. Interpretes aliquid ſum locutus, quos ante annos plurimos*
» *diligentiſſimè emendatos meæ linguæ ſtudioſis dedi? Tam ſtultus eram, ut quæ à*
» *pueritia didici, ſenex oblivisci vellem?*.... Cauſatus etiam depravationem
» LXX. Interpretum, opportunè ſibi viſus eſt ex Hebraïcis fontibus de-
» ducere veritatem. Nam ſic ſuperiùs ait: *Si LXX. Interpretum pura, & ut*
» *ab eis in Græcum verſa eſt, editio permaneret; ſuperfluè me, mi Chromati, Epiſco-*
» *porum ſanctiſſime, impelleres ut tibi Hebræa volumina Latino ſermone transferrem:*
» *quod enim ſemel aures hominum occupaverat, & naſcentis Eccleſiæ roboraverat*
» *fidem, juſtum erat noſtro ſilentio comprobari. Nunc verò cùm pro varietate regio-*
» *num diverſa ferantur exemplaria, & germana illa & antiqua translatio corrupta*

Digitized by Google

ſit atque violata, noſtri arbitrii putas aut ex pluribus judicare quid ſit verum..... «
Primus itaque S. Hieronymus fuiſſe reperitur, qui ex Hebræo fonte «
n. 44. aquas deduxerit in Latinum alveum. Quiſnam autem ex Græcis editio- «
nibus id ante præſtiterit, majoribus etiam incertum fuit. Nam cùm plu- «
res fuerint, nec numero diſtincti, vel tempore; quinam illi eſſent, ut «
Lib. 2. de Doct. Chriſt. c. 11. Auguſtinus affirmat, obſcurum remanſit: *Ut enim*, ait, *cuique primis fidei* «
temporibus in manus venit codex Græcus, & aliquantulum facultatis ſibimet utriuſ- «
que linguæ habere videbatur, auſus eſt interpretari: quæ quidem res plùs adjuvit «
intelligentiam, quàm impedivit, ſi modò legentes non ſint negligentes. Inter omnes «
autem veteres Latinas interpretationes LXX. *Italam*, nempe Roma- «
nam, præſtitiſſe cæteris, quòd verborum tenacior eſſet, & feliciùs ex- «
primeret ſententiæ perſpicuitatem, idem S. Auguſtinus affirmat. Acci- «
dit autem ut ob illam priorem verſionem Latinam, poſterior à S. Hie- «
ronymo tradita ſperneretur, cùm videlicet Occidentalis Eccleſia anti- «
quitatem excolere conſueta, novos ſonos exhorreſcens, illam Hieronymi «
primo auditu reſpueret, quòd ſicut à majoribus acceptæ fidei, ita & «
verborum eſſet pariter tenaciſſima; donec paulatim, quænam qualiſve «
eſſet, omnium eruditorum ſtudio & labore perſpecta, atque pia, pura, «
vera, ſinceraque comperta, magno labore tandem ſummaque laude fue- «
rit in Eccleſiam introducta, veteri non exploſa. Nam & ipſe S. Augu- «
ſtinus, qui ea de re obniti Hieronymo viſus erat, ejus ſtudium poſtea lau- «
dare cœpit..... Sed quantùmcunque opus laudatum fuerit, nequaquam «
tamen præferendum putavit antiquæ illi LXX. editioni. »

XXIII. Addam hîc Briani Waltoni teſtimonium, in cujus præfatio- Waltonus.
ne & prolegomenis ad Biblia polyglotta, multa ſcitè & eruditè tractan-
Proleg. 5. n. 5. tur. En ipſius verba: « Quod ad verſiones Latinas attinet, multæ olim «
erant ex Græco factæ, ita ut vix numerari poſſent, teſte Auguſtino..... «
Inter reliquas tamen unam præ reliquis commendat, quæ *Vulgata* & «
Itala dicta eſt, quæ in verbis erat cæteris magis perſpicua. Hanc verò, «
cùm *Vulgatæ* & *Veteris* nomen his temporibus nacta ſit, reliquis Latinis «
antiquiorem eſſe neceſſe eſt. Cùmque Latina eccleſia ſine verſione Lati- «
na nunquam fuerit, veriſimile eſt hanc primam fuiſſe Latinam verſio- «
nem ex Græco factam Apoſtolorum temporibus, vel non multò poſt, «
ne dicam cum Baronio, Bonfrerio, Serario, & aliis, ab aliquo Apoſto- «
lorum diſcipulo factam, & ab ipſis primis Eccleſiæ fundatoribus viſam, «
& approbatam. »

Præf. in N. Teſt. Græc. p. 377. XXIV. Millii ſententia eſt, quamvis cum Waltono, quem laudat, Millius.
exiſtimet Eccleſiam Latinam ſine verſione Latina Scripturarum eſſe non
potuiſſe; non ſtatim tamen, ſed poſt annorum complurium intervallum
à ſuſcepta fide Chriſti, deliberatum de translationibus Bibliorum in uſum
publicum conficiendis. « Ipſam hanc *Italam*, inquit, cùm apud Latinos, «
& auſpiciis, ut omnino credibile eſt, eccleſiæ Romanæ prodierit, vix «
certè eſt ut editam cenſeamus ante tempora Pii P. Erat quidem is cùm Ita- «
lus gente, tum & Latinorum primus (ipſi enim Pontifices huc uſque fe- «
rè Græci fuerant) qui diutiùs paulò, per annos dico quindecim, Eccleſiæ «
res adminiſtraret: neque abſimile veri eſt ab ipſo demum procuratam «
fuiſſe hanc verſionem, aut ſaltem aliquam ejus partem. » Vereor ne cui
non ſatis firma videatur hæc viri docti ratio, atque etiam ne nimium
confidenter, ne dicam temerè, aſſerat Pium Pontificem è Latinis pri-
mum, cæteroſque huc uſque pene Græcos fuiſſe Pontifices, qui ſedem
Petri occuparent. Sed nemini mirum videri debet, ſi in re obſcura, ni-
mium conjecturis vir doctus indulſerit. Concedam libenter, fortaſſis non

Digitized by Google

niſi poſt plurimorum annorum intervallum, de admittenda in uſum publicum aliqua præ cæteris Bibliorum translatione habitam fuiſſe deliberationem : at ante eam deliberationem, & ante Pii Pontificis tempora, fuiſſe Scripturarum interpretationem, quâ Romani præ cæteris uterentur, quæcunque illa fuerit, & quocunque inſignita nomine, ſive *Itala*, ſive alio appellaretur nomine, nemo certè negaverit. Itaque ſi qua, Pio Pontifice, habita eſt deliberatio de translationibus Bibliorum, haud certè habita eſt de conficiendis translationibus, quæ jam pridem confectæ, & in uſu publico erant. Meliùs igitur & rectiùs ſcripſiſſet Millius deliberatum fuiſſe (ſi tandem deliberatum eſt) de una aliqua ex multis deligenda Scripturæ interpretatione, quæ, poſthabitis aliis, in uſum publicum admitteretur ; hancque interpretationem, non recens confectam, ſed tunc primùm, quamvis jam antea in uſu eſſet, ſolemni Romanorum ſummique Pontificis judicio comprobatam prodiiſſe ; atque hinc illi deinceps *Italæ* nomen fuiſſe, quòd ab Italis hæc interpretatio approbata, & in uſum publicum, poſthabitis aliis omnibus, eſſet admiſſa. Exemplo eſſe poteſt Vulgata noſtra, quæ profectò exſtabat, priuſquam ſolemni Eccleſiæ judicio in ſynodo Tridentina & approbatione, ſola, quam ſequi deberent, omnibus proponeretur.

Quid liceat affirmare circa ætatem antiquæ interpretationis.

XXV. Quid ergo demum circa antiquam interpretationem ſtatuendum eſt ? quidve ex his omnibus virorum doctorum teſtimoniis, quæ, licet prolixa ſatis, retulimus, de veteri interpretatione, ejuſque ætate colligendum ? Nimirum una vox omnium eſt, inter varias interpretationes Latinas unam fuiſſe præ cæteris inſignem, quæ variis eſt appellata nominibus, ab aliis *vetus Vulgata*, ab aliis *Communis*, ab aliis *Itala :* hanc interpretationem è Græca LXX. Interpretum verſione, quæ ſummo in pretio, & ſola in uſu apud Græcos fuit, verbum de verbo fuiſſe expreſſam, ut in eadem Scripturæ lectione univerſa Eccleſia conveniret, ne Latina Eccleſia ſcripturarum theſauro diutiùs privaretur ; à quo autem elaborata fuerit incompertum eſſe. Itaque ſi roges cujus ſit ævi antiqua Scripturarum interpretatio ; longè eſt antiquiſſima, & Apoſtolorum temporibus vicina : ſi auctorem ; latet. Cui reſponſum iſtud minùs arriſerit, quærat doctiores. Nobis certè, neque ſcriptoribus qui rem iſtam diligentiſſimè rimati ſunt, licuit eſſe doctioribus.

Quibus indiciis poſſit dignoſci antiqua interpretatio.

XXVI. Age verò, inquies, qua nunc mihi ratione conſtabit, interpretationem, quam in lucem emittis, ipſam eſſe antiquam interpretationem, quæ priſcis Eccleſiæ temporibus in uſu fuit, & quæ *Itala* eſt appellata ? Quibus enim verò indiciis, quibus ſignis, quibus coloribus ſecerni illa poſſit ab aliis interpretationibus, ſi plures ſint ? Quis *Italam* potiùs, quàm aliam quamlibet ſupereſſe affirmare auſus ſit ?

XXVII. Non levis, fateor, difficultas ; nec facilis ad expediendum nodus ille eſt ; ſed hujus modi tamen nodus, qui ſolvi poſſit. Sunt namque indicia, ſunt notæ, ſunt proprii, ut ita dicam, hujus antiquæ interpretationis colores, ut cognoſci ſua ſponte poſſit. Hæc igitur tibi erunt ſigna atque indicia quibus illam ſecernas.

Duplex dos antiquæ interpretationis ex Auguſtino.

XXVIII. Primò quidem vetus interpretatio, ſeu *Itala*, cæteris præſtat, ipſamque cæteris præferendam, quòd ſententiis magis perſpicua ſit, & verborum tenacior, pronunciat Auguſtinus his verbis : *In ipſis interpretationibus* Itala *cæteris præferatur ; nam eſt verborum tenacior, cum perſpicuitate ſententiæ.* Duplex ſingulariſque illa eſt dos veteris interpretationis : Præ cæteris aliis perſpicua eſt, & verborum tenacior. Itaque quam Scripturarum interpretationem hac duplici dote gaudentem, quæ nimirum

L. 2. de Doct. Chr. c. 15. n. 22.

Digitized by Google

fuerit verborum tenacior, cum perſpicuitate ſententiæ, repereris; hanc eſſe veterem, ſeu *Italam*, tibi conſtare debebit. Jam verò experire, utrùm talis illa ſit, quam in lucem emittimus. En priores verſiculi Cantici Deuteronomii ex Mſ. codice S. Michaelis in Lotaringia: 1. *Attende cœlum, & loquar; & audiat terra verba ex ore meo.* 2. *Exſpectetur ſicut pluvia adpronunciatio mea, & deſcendant ſicut ros verba mea; ſicut imber ſuper gramen, & ſicut nix ſuper fenum.* 3. *Quia nomen Domini invocavi: date magnificentiam Deo noſtro.* 4. *Deus, vera opera ejus, & omnes viæ ejus judicia: Deus fidelis, & non eſt in eo iniquitas; juſtus, & rectus Dominus.* 5. *Peccaverunt non ei filii maculati: generatio prava & perverſa*, &c. Porro hæc, ſi cum Græco edit. Rom. conferas, vix una aut altera vocula differre inter ſe deprehendes: ſic enim Græcè legimus: 1. Πρόσεχε ὠτανὲ, ⁊ λαλήσω· ⁊ ἀκουέτω ἡ γῆ ῥήματα ἐκ στόματός μου. 2. Προσδοκάσω ὡς ὑετὸς τὸ ἀποφθεγμά μου, ⁊ καταβήτω ὡς δρόσος τὰ ῥήματά μου· ὡσεὶ ὄμβρος ἐπ' ἄγρωσιν, ⁊ ὡσεὶ νιφετὸς ἐπὶ χόρτον. 3. Ὅτι τὸ ὄνομα Κυρίου ἐκάλεσα· δότε μεγαλωσυνώλω τῷ Θεῷ ἡμῶν. 4. Θεὸς, ἀληθιναὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ⁊ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ κρίσεις· Θεὸς πιστὸς, ⁊ οὐκ ἔστιν ἀδικία· δίκαιος, ⁊ ὅσιος Κύριος. 5. Ἡμάρτοσαν οὐκ αὐτῷ τέκνα μωμητά· γενεὰ σκολιὰ ⁊ διεστραμμένη. Si quæ tamen alicubi fonti Græco diſſimilia occurrunt, id non aliunde venit ſæpiſſimè, quàm ex diverſitate Mſs. Græcorum. Exempli gratiâ, in verſione antiqua libri Eſther, quam eruimus ex Mſ. codice Sangermanenſi, ſic habetur ad cap. III. ℣℣. 1. 2. 3. *Et factum eſt poſt hæc verba, glorificavit rex Artaxerxes Aman, & prætulit eum, & primâ ſellâ fecit eum inter omnes amicos ſuos. Et omnes, qui in atrio, adorabant Aman; ſic enim præceperat rex fieri: Mardochæus autem non adorabat eum. Et locuti ſunt, qui erant in atrio regis, Mardochæo, dicentes: Quare non audis quæ à rege dicuntur?* In Græco verò: Μετὰ ταῦτα, ἐδόξασεν ὁ βασιλεὺς Ἀρταξέρξης Ἀμὰν Ἀμαδαθοῦ βουγαῖον, ⁊ ὕψωσεν αὐτὸν, ⁊ ἐφρωτοβάθρᾳ πάντων τῶν φίλων αὐτοῦ. Καὶ πάντες οἱ ἐν τῇ αὐλῇ, προσεκύνουν αὐτῷ· οὕτως γὰρ προσέταξεν ὁ βασιλεὺς ποιῆσαι· ὁ δὲ Μαρδοχαῖος οὐ προσεκύνει αὐτῷ. Καὶ ἐλάλησαν οἱ ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ βασιλέως, τῷ Μαρδοχαίῳ· Μαρδοχαῖε, τί παρακούεις τὰ ῥηθὲν τοῦ βασιλέως λεγόμενα; Ita ex editione LXX. Lamberti Bos, Franequeræ 1709. Porro editor in notis inferioribus diverſas ſubjicit lectiones ex variis locis petitas, quæ optimè reſpondent textui noſtro: verbi gratiâ, ad hæc priora verba, Μετὰ ταῦτα, obſervat apud Orig. legi, Μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα· apud vet. al. Καὶ ἐγένετο μετὰ τοὺς λόγους τούτους· ſubinde ad ſeqq. ⁊ ὕψωσεν αὐτὸν, &c. notat aliàs legi, ⁊ ἐπῆρεν αὐτὸν, ⁊ ἔθηκεν αὐτὸν θρόνον αὐτοῦ ὑπεράνω τῶν (Orig. ἐπάνω) πάντων τῶν φίλων τοῦ αὐτοῦ· denique monet apud Orig. obelo configi vocativum Μαρδοχαῖε. Quæ omnia mirè confirmant antiquam noſtram Eſtheris verſionem, textûs Græci eſſe tenaciorem, ideoque eſſe Latinam verſionem olim uſurpatam in Eccleſia. Plura exempla ex aliis libris petita huc afferre poſſem, quibus convenientia Mſs. noſtrorum antiquæ verſionis Latinæ cum textu Græco conſtaret; ſed hæc ipſa meliùs multò inſpicientur in notis, quas conſulat diligens lector.

Ipſe Auguſtinus inſtar regulæ, qua dignoſcatur vetus verſio.

XXIX. Non tantùm autem certam nobis regulam tradit Auguſtinus, qua veterem dignoſcamus interpretationem; verùm etiam ipſe inſtar regulæ eſſe poteſt. Cùm enim cæteris interpretationibus Latinis *Italam* eſſe præferendam pronunciet, hanc S. Doctor interpretationem cæteris omnibus ita prætuliſſe exiſtimandus eſt, ut quidquid ex Scriptura ſacra in ejus ſcriptis occurrit, deſcriptum ex *Itala* habendum ſit; niſi eum dixerimus Auguſtinum, qui meliora videret, probaret, aliiſque proponeret; ipſe deteriora ſequeretur. Jam verò ſi conſtabit (conſtare autem debet) quidquid ex variis Auguſtini operibus deſcri-

Digitized by Google

pſimus, aut ſaltem partem maximam, eſſe pretioſa antiquæ interpretationis fragmenta; quanta vel ex hoc uno fonte pars veteris hujuſce verſionis ad nos manavit, hodieque ſalva nobis eſt?

Frequentiori etiam diſtinctione verſiculorum dignoſcitur antiqua interpretatio.

XXX. Deinde frequentiori verſiculorum diſtinctione vetus interpretatio ab aliis ſecernitur. « Verſuum namque diſtinctio, ut ait Martianæus noſter, ab antiquo ævo uſurpata in libris Sacris, quæque in » Editione vulgata ante Hieronymum obtinebat, copioſior fuit cæteris omnibus diviſionibus, tam antiquis, quàm hodiernis. Hac diſtinctione verſuum partiti olim Pſalmi, duplò majorem habuere numerum verſiculorum, vel interdum triplò majorem, quàm nunc habent in Vulgata noſtra Latina. Hujus copioſiſſimæ diviſionis meminit Hieronymus proœm. in l. 16. comment. in Iſai. ad Euſtoch. loquens de octo XIII. Pſalmi verſibus ab Apoſtolo citatis in ep. ad Romanos. » *Octo verſus*, inquit, *qui leguntur in eccleſiis, & in Hebraïco non habentur, tertii decimi Pſalmi, Apoſtolus uſurpavit ſcribens ad Romanos* (3. 13.) *Sepulcrum patens eſt*, &c. *non eſt timor Dei ante oculos eorum.* Jam verò totidem, eodemque ordine decurrunt in Pſalterio noſtro Mſ. Sangermanenſi, annorum plus mille; quo Pſalterio veterem interpretationem Latinam, è Græco Κοινῇ proximè derivatam, contineri credimus. Præterea Pſalmus CXVIII. *Beati immaculati*, viginti duos habet verſus ſub unaquaque littera alphabeti Hebraïci; & ſic de aliis. Hæc verſiculorum copia rectè animadvertitur in fine perantiqui Mſ. codicis S. Germani à Pratis n. 31. ubi catalogum plerorumque librorum utriuſque Teſtamenti ſcriptor ſubjunxit, adnotans è regione numerum verſuum uniuſcujuſque libri juxta diviſionem antiquam, quæ diviſio copioſiſſima eſt in hoc manuſcripto. Exempli gratiâ, libro Geneſis tribuuntur ibid. ℣℣. 4500. Exodo, 3700. Levitico, 2800. Numeris, 3650. Deuteronomio, 3300..... Matthæo, 2600. Marco, 1600..... Epiſtolæ ad Romanos, 1040..... ad Philemonem, 50. quæ ultima epiſtola viginti quinque tantùm verſus habet in Vulgata noſtra.

Proleg. 4. in Bib. Div. n. 3.

Qui ab Hieronymo nec emendati, nec Latinè redditi ſunt Sacri libri, toti exhibent veteris interpretationis reliquias.

XXXI. Præter libros, qui canone Hebræo continentur; præter eos, quos D. Hieronymus aut emendavit, aut Latinè reddidit, alii ſunt nonnulli libri, perinde Sacri, quibus etiam Vulgata noſtra conſtat. De his certè libris nulla debet eſſe controverſia, nec ullum poteſt eſſe dubium, quin toti venerandæ ſint veteris interpretationis reliquiæ. Cùm enim à canone Hebræo exulent, nec in Hieronymiana verſione appareant, non alio ex fonte, quàm è veteri interpretatione, quæ ante Hieronymum fuit in uſu, manare ad nos potuerunt; adeoque veterem nobis illi libri interpretationem exhibent. Hujus generis ſunt, *Sapientia*, *Eccleſiaſticus*, *Baruch*, *Epiſtola Jeremiæ*, *& duo Machabæorum libri.* His nunc omnibus libris perinde Sacris hodierna Vulgata conſtat: « Qui namque in ea (Vulgata) libri continentur; ut à majoribus noſtris quaſi per manus traditum nobis eſt, partim ex S. » Hieronymi translatione, vel emendatione ſuſcepti ſunt; partim retenti ex antiquiſſima quadam editione Latina, quam S. Hieronymus » *Communem* & *Vulgatam*, S. Auguſtinus *Italam*, S. Gregorius *veterem* » *Translationem* appellat. »

Editores Rom. præf. ad Biblia.

Similior eſt Græcæ interpretationi quàm Hebræo vetus hæc interpretatio.

XXXII. Cùm vetus interpretatio, ſeu *Itala*, non ex Hebræo, ſed è Græca LXX. verſione Latinè ſit reddita; Græcæ interpretationi, ex qua Latinè eſt reddita, ſimilior eſſe debet; ita ut, ſi quæ ſit diſcrepantia inter Hebræum & Græcum, ſi quid deſit in uno, quod in al-

Digitized by Google

tero reperiatur ; ſi quid detractum , ſi quid additum, ſi quid immutatum, ſi quid exuberans (ſunt autem bene multa hujus generis, quæ Hieronymus paſſim obſervat) Græci textûs, non autem Hebræi diſcrepantias repræſentare debeat vetus interpretatio : atqui & iſtud erit ſignum, quo in hoc noſtro opere internoſcas *Italam.* In exemplum ſit liber Eſther, quem variis translatoribus vitiatum in Editione vulgata agnoſcebat Hieronymus. *Librum Eſther*, inquit, *variis translatoribus conſtat eſſe vitiatum ; quem ego de archivis Hebræorum relevans, verbum è verbo preſſiùs tranſtuli. Quem librum Editio vulgata lacinioſis hinc inde verborum ſinibus trahit, addens ea quæ ex tempore dici poterant, & audiri ; ſicut ſolitum eſt ſcholaribus diſciplinis, ſumpto themate, excogitare quibus verbis uti potuit, qui injuriam paſſus eſt, vel ille qui injuriam fecit.* Hæc ſanè ſcribendo, quaſi ante oculos habuiſſe codices, ex quibus antiquam libri Eſther interpretationem Latinam eruimus, videtur Hieronymus : ut enim Martianæi verbis utar, « tot tantaque in his addita leguntur, quæ ex « tempore dici poterant & audiri, ut vix ea conjecturis aſſequi potuiſſe- « mus, niſi adhuc ſcripta nobis ſupereſſent in prædictis Mſſ. » Inſuper his, notat S. Doctor Mardochæi ſomnium in Editione vulgata principium libri fuiſſe ; ejuſdem verò ſomnii declarationem poſt finem ſe reperiſſe : quæ, ſicut & cætera pene omnia quæ obſervat, ita aptè conveniunt codicibus noſtris, ſimulque codices noſtri ita fonti Græco reſpondent, ut in dubium revocari nullatenus poſſit quin *Italam* repræſentent.

Præf. in lib. Eſth.

XXXIII. Vel ipſæ maculæ, quibus aſperſa fuit Hieronymi tempore vetus interpretatio, poſſunt eſſe indicio, equidem minùs honorifico, ſed tamen indicio, quo dignoſcatur. Audire juvat S. Hieronymum de his maculis diſſerentem in epiſtola ad Chromatium ; à quo, ut novam ex Hebræo Scripturarum interpretationem elaboraret, rogatus fuerat : *Si Septuaginta Interpretum*, inquit, *pura, & ut ab eis in Græcum verſa eſt, editio permaneret, ſuperſluè me..... impelleres, ut Hebræa tibi volumina Latino ſermone transferrem. Quod enim ſemel aures hominum occupaverat, & naſcentis Eccleſiæ roboraverat fidem, juſtum erat noſtro ſilentio comprobari. Nunc verò cùm pro varietate regionum, diverſa ferantur exemplaria, & germana illa antiquaque tranſlatio corrupta ſit, atque violata ; noſtri arbitrii putas, aut è pluribus judicare quid verum ſit, aut novum opus in veteri opere cudere*, &c. *Cæterum memini editionem LXX. Translatorum olim de Græco emendatam tribuiſſe me noſtris ; nec inimicum debere exiſtimari eorum, quos in conventu fratrum ſemper ediſſero. Et quòd nunc* Verba dierum *interpretatus ſum, idcirco feci, ut inextricabiles moras, & ſilvam nominum, quæ ſcriptorum confuſa ſunt vitio, ſenſuumque barbariem, apertiùs, & per verſuum cola digererem.* Et præf. in Paralip. ad Domnionem, & Rogatianum : *Liberè vobis loquor ; ita in Græcis & Latinis codicibus hic nominum liber vitioſus eſt, ut non tam Hebræa quàm Barbara quædam, & Sarmatica nomina conjecta arbitrandum ſit. Nec hoc LXX. Interpretibus, qui Spiritu ſancto pleni, ea quæ vera fuerunt, tranſtulerant ; ſed ſcriptorum culpæ aſcribendum, dum de emendatis inemendata ſcriptitant ; & ſæpe tria nomina, ſubtractis è medio ſyllabis, in unum vocabulum cogunt ; vel è regione unum nomen, propter latitudinem ſuam, in duo vel tria vocabula dividunt. Sed & ipſæ appellationes, non homines, ut plerique exiſtimant, ſed urbes, & regiones, & ſaltus, & provincias ſonant ; & obliquè, ſub interpretatione & figura eorum, quædam narrantur hiſtoriæ, de quibus in Regnorum libro dicitur :* Nonne ecce hæc ſcripta ſunt in libro Verborum dierum regum Juda ? *quæ utique in noſtris codicibus non habentur.* Vel ipſis ergo nævis antiqua interpretatio patebit. Porro & hæc noſtra, quam vul-

Nævis ipſis dignoſcitur.

Digitized by Google

gamus, verſio paſſim hujuſce modi nævos, & maculas præfert, quarum tamen macularum hîc non proferemus exempla, ne lectori tædium afferamus; cui etiam digito monſtrare vitia ſuperfluum eſt, quæ per ſe ſatis patent.

Dignoſcitur etiam additamentis quæ in Hebræo non leguntur.

XXXIV. Talia profectò ſatis ſuperque ſunt indicia, ut vetus Scripturarum verſio dignoſcatur: nullis tamen certiùs dignoſcitur, quàm additamentis, quæ cùm nec in Hebræo, nec in Hieronymianæ verſionis codicibus antiquioribus legantur, nonniſi à LXX. Interpretibus, ad quorum Græcam interpretationem Latinè reddita eſt *Itala*, atque ab ipſamet *Itala* manarunt. Nimirum *LXX. Interpretes*, ut ait Hieronymus, præf. in Paralip. in ſua verſione Græca *vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus ſancti auctoritatem* plura *addiderunt*, quæ *in Hebræis voluminibus non leguntur*. Sic in libris duobus prioribus Regum, Vulgata noſtra plurimos exhibet verſiculos, qui in Hebræo deſiderantur, & quos etiam fruſtra quæſieris in Hieronymiana verſione; quoſque adeo neceſſe eſt ab antiqua interpretatione, quæ ante Hieronymi ætatem in uſu fuerit, ad nos uſque manaſſe, & inde in Vulgatæ hodiernæ contextum fuiſſe relatos. Nec verò ſingula hæc additamenta exhibet nova interpretatio, ſeu Vulgata hodierna; ſiquidem, præter ea quæ continet, alia bene multa in codicibus manu exaratis ad oram rejecta, aliquando etiam textui immixta reperimus. Nos ſingula, tam ea quæ in Vulgata noſtra deſunt, quàm quæ exſtant, ſtudiosè collegimus; eaque partim in textum veterem retulimus, partim ad notas rejecimus.

Veteris interpretationis ſigna in diverſis vet. Teſt. libris.

XXXV. Veterem dixi interpretationem ſecerni & dignoſci maximè additamentis, quæ nec in Hebræo, nec in libris quos Hieronymus aut tranſtulit, aut emendavit, reperiuntur. Hieronymi epiſtolæ ſeu præfationis, in qua, quid in vertendis aut emendandis Sacris libris præſtiterit, narrat, verba diligenter ſunt expendenda. De libro Tobiæ, quem Latinè reddiderat, diſſerens S. Doctor, his verbis Chromatium & Heliodorum alloquitur: *Exigitis ut librum Chaldæo ſermone conſcriptum, ad Latinum ſtylum traham, librum utique Tobiæ, quem Hebræi de catalogo divinarum Scripturarum ſecantes, his, quæ hagiographa memorant, manciparunt. Feci ſatis deſiderio veſtro..... Arguunt & nos Hebræorum ſtudia, & imputant nobis, contra ſuum canonem Latinis auribus iſta transferre: ſed melius eſſe judicans Phariſæorum diſplicere judicio, & Epiſcoporum juſſionibus deſervire, inſtiti ut potui. Et quia vicina eſt Chaldæorum lingua ſermoni Hebraïco, utriuſque linguæ peritiſſimum loquacem reperiens, unius diei laborem arripui; & quidquid ille mihi Hebraïcis verbis expreſſit, hoc ego, accito notario, ſermonibus Latinis expoſui.*

In libro Judith.

XXXVI. De libro Judith, præf. in eundem l. hæc ſcribit: *Apud Hebræos liber Judith inter hagiographa legitur..... Chaldæo tamen ſermone conſcriptus, inter hiſtorias computatur. Sed quia hunc librum ſynodus Nicæna in numero S. Scripturarum legitur computaſſe, acquievi poſtulationi veſtræ, imo exactioni; & ſepoſitis occupationibus, quibus vehementer arctabar, huic unam lucubratiunculam dedi, magis ſenſum è ſenſu, quàm ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vitioſiſſimam amputavi; ſola ea, quæ intelligentiâ integrâ in verbis Chaldæis invenire potui, Latinis expreſſi.* Ex quibus poſtremis Hieronymi verbis intelligas, S. Doctorem non fidi interpretis more, verbum verbo reddidiſſe; ſed ſacrum iſtud volumen, quod in fonte Chaldaico copioſius fuiſſe videtur, in quandam veluti epitomen contraxiſſe, iis duntaxat Latinè expreſſis, *quæ intelligentiâ integrâ in verbis Chaldaicis invenire potuit*. Neque etiam forſan à vero aberraveris, ſi idem dixeris de libro Tobiæ, ad quem vertendum *unius diei laborem ſe arripuiſſe* ſcribit Hie-

Digitized by Google

ronymus; quod quidem temporis ſpatium ad hujuſmodi opus conficiendum videri poſſit anguſtius. Quicquid ſit, in Græco, quale nunc exſtat, uterque liber longè prolixior eſt, utpote forſan Chaldaico fonte manans, & verbum verbo majori fide redditus.

In libro Eſther.

XXXVII. Contra verò *librum Eſther variis translatoribus vitiatum*, dicit ſe de Hebraïco fonte *verbum è verbo expreſſiùs tranſtuliſſe: quem librum*, inquit, *Editio vulgata lacinioſis hinc inde verborum ſinibus trahit, addens ea quæ ex tempore dici poterant, & audiri; ſicut ſolitum eſt ſcholaribus diſciplinis, ſumpto themate, excogitare quibus verbis uti potuit, qui injuriam paſſus eſt, vel qui injuriam fecit.* Non moror hanc S. Doctoris obſervationem accommodari utcunque poſſe libris Tobiæ & Judith è Græco communi derivatis. De libro Eſther agimus, certumque eſt plurima in ejus verſione antiqua exſtitiſſe, quæ in Hebræo non invenerat Hieronymus. *Quæ habentur in Hebræo*, infit poſt ℣. 3. cap. X. *plena fide expreſſi: hæc autem quæ ſequuntur, ſcripta reperi in Editione vulgata, quæ Græcorum lingua & litteris continentur: & interim poſt finem libri hoc capitulum ferebatur, quod juxta conſuetudinem noſtram obelo, id eſt veru, prænotavimus.* Et infra cap. XI. hæc habet ad ſomnium Mardochæi: *Hoc quoque principium erat in Editione vulgata:* & in fine: *hucuſque proœmium: quæ ſequuntur* (nempe epiſtola Artaxerxæ regis) *in eo loco poſita erant, ubi ſcriptum eſt in volumine:* Et diripuerunt bona, vel ſubſtantias eorum: *quæ in ſola vulgata Editione reperimus.* Sic & nonnulla alia admonet ſanctus Doctor Vulgatæ noſtræ inſerta fuiſſe ſub finem hujus libri.

In libro Job.

XXXVIII. Circa libri Job veterem interpretationem, hæc ab Hieronymo diſcimus: *Cæterum apud Latinos, ante eam translationem, quam ſub aſteriſcis & obelis nuper edidimus, ſeptingenti ferme, aut octingenti verſus deſunt, ut decurtatus & laceratus, corroſuſque liber, fœditatem ſui publicè legentibus præbeat.* Et infra: *Audiant*, inquit, *canes mei, idcirco me in hoc volumine laboraſſe, non ut interpretationem antiquam reprehenderem; ſed ut ea, quæ in illa aut obſcura ſunt, aut omiſſa, aut certè ſcriptorum vitio depravata, manifeſtiora noſtrâ interpretatione fierent.* Ex hoc Hieronymi teſtimonio colligimus librum Job mutilum in antiqua verſione fuiſſe pluſquam ſeptingentis verſibus, quod & in alia præfatione confirmat S. Doctor, his verbis: *Beatum Job, qui adhuc apud Latinos jacebat in ſtercore, & vermibus ſcatebat errorum, integrum immaculatumque gaudete. Quomodo enim poſt probationem atque victoriam, duplicia ſunt ei univerſa reddita; ita ego in lingua noſtra, ut audacter loquar, feci eum habere quæ amiſerat.* Hæc Hieronymus de antiqua verſione Latina libri Job. Sed notandus maximè in hac interpretatione veteri verſus 4. capitis XIV. quem Auguſtinus his verbis reddit lib. 20. de Civitate Dei cap. XXVI. *Nemo mundus à ſorde; nec infans, cujus eſt vita unius diei ſuper terram.* Iiſdem pariter verbis, vel prope iiſdem hunc verſum reddunt complures alii. In Hebræo autem & Vulgata noſtra ita legitur: *Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine: nonne tu, qui ſolus es?*

In libro Pſalmorum.

XXXIX. Nullus pene Scripturarum liber eſt, in quo plures ſuperſint veteris interpretationis reliquiæ, quàm in Pſalmorum libro; qui quidem liber ſemel & iterum ad Græcorum exemplarium fidem ab Hieronymo fuit olim emendatus. Duplicis hujus correctionis à ſe elaboratæ meminit ipſe ſanctus Doctor his verbis: *Pſalterium Romæ dudum poſitus emendaveram, & juxta LXX. Interpretes, licet curſim, magna tamen ex parte correxeram. Quod quia rurſum videtis ſcriptorum vitio depravatum, pluſque antiquum errorem, quàm novam emendationem valere, me cogitis ut veluti quodam novali ſciſſum jam arvum exerceam, & obliquis ſulcis renaſcentes ſpinas*

Digitized by Google

eradicem..... unde consueta præfatione commoneo, tam vos, quibus fortè labor iste desudat, quàm eos, qui exemplaria istiusmodi habere voluerint, ut quæ diligenter emendavi, cum cura & diligentia transcribantur. Licet autem posterioribus Hieronymi curis multa sint immutata in Psalterio, plura tamen intacta permansere, hodieque manent & supersunt; ita ut Psalterium, quod in hodierno est usu, idem pene sit ac illud vetus, quo ante Hieronymum utebatur Ecclesia. Si quis hujus veteris Psalterii vestigia & reliquias nosse desiderat, has è multis pauciores accipiat: In Psalmo v. ℣. 9. ita legimus: *Dirige in conspectu tuo viam meam:* quæ verba *nec LXX. habent*, inquit Hieronymus, *nec Aquila, nec Symmachus, nec Theodotio, sed sola* Κοινὴ *editio.* In Psalmo XIII. octo versiculos, nimirum, *Sepulcrum patens est guttur eorum*, &c. *non est timor Dei ante oculos eorum*, pariter habebat sola vulgata Editio; ideoque observat idem S. Doctor *omnes Græciæ tractatores..... hos versiculos veru annotare atque præterire, liquidò confitentes in Hebraïco non haberi, nec esse in LXX. Interpretibus, sed in Editione vulgata, quæ* Græcè Κοινὴ *dicitur.* Notanda insuper à veteribus admissa lectio Psalmi XVI. ℣. 14. *saturati sunt suillam*, vel *porcina, & reliquerunt quæ superfuerant parvulis suis;* item XXI. ℣. 22. *Et à cornibus unicornuorum humilitatem meam;* & ℣. 24. *universum semen Jacob magnificate eum:* in quem posteriorem versum admonet Hieronymus epist. ad Sunniam & Fretelam, *ubicunque in Græco scriptum est* glorificate, *Latinum interpretem* magnificate *transtulisse.* Rursus Psal. XXIII. ℣. 5. *Et poculum tuum inebrians, quàm præclarum est!* Sunnia & Fretela pariter legebant *calix tuus*; non *meus*, ut LXX. & Hebraïcum, & omnes Interpretes, teste Hieronymo; qui ait hunc in Κοινῇ errorem obtinuisse: cùmque Latini codices haberent in Psal. XXX. ℣. 23. *Ego dixi in pavore meo;* fatetur idem Sanctus se, amotis his verbis, *in pavore meo*, restituisse juxta Græcum *in excessu mentis meæ.* Item Psal. XXXVII. ℣. 5. habebat Psalterium vetus, *Quoniam iniquitates meæ superposuerunt caput meum;* ℣. verò 6. *Computruerunt, & deterioraverunt cicatrices meæ.* S. Augustinus in Retract. plerorumque codicum auctoritate approbans hanc vulgatam Psal. XLIII. ℣. 22. lectionem, *Quoniam propter te morte afficimur tota die;* aliam, quam alicubi repererat, rejicit his verbis; *In eo libro, qui est de moribus Ecclesiæ Catholicæ, ubi posui testimonium, in quo legitur*, Propter te afficimur tota die, &c. *mendositas nostri codicis me fefellit, minùs memorem Scripturarum, in quibus nondum assuetus eram. Nam ejusdem interpretationis alii codices non habent, Propter te afficimur; sed, Propter te morte afficimur.* In Psal. autem XLIV. ℣. 9. ubi sic legebatur, *Murra, & gutta, & cassia à vestimentis tuis, à gravibus eburneis;* erroris notat Hieronymus hæc verba, *à gravibus eburneis;* pro eisque reponit, *domibus eburneis:* & erroris causam detegens: *Quia*, inquit, *in Græco scriptum est*, ἀπὸ βάρεων ἐλεφαντίνων, *quidam Latinorum, ob verbi ambiguitatem*, à gravibus *interpretati sunt.* Sed hæc sufficiant veteris Psalmorum interpretationis exempla; qui plura volet, librum ipsum, & notas nostras consulat.

In libro Proverbiorum.

XL. Quemadmodùm in duobus primis Regum libris, quod jam à nobis est observatum, ita & in libro Proverbiorum plurimi ex antiqua interpretatione Latina descripti sunt versiculi. « Additamenta quædam, inquit Martianæus, tom. I. novæ edit. Hieron. col. 938. n. a. » in contextum Vulgatæ nostræ Latinæ derivata sunt à LXX. Seniorum » interpretatione..... hæc longè post ætatem Hieronymi inserta sunt » Hebraïcæ translationi. » Et infra col. 943. n. a. « In id genus additamentorum..... curiosiùs attendentes, veram eorum deprehendimus ori-

Digitized by Google

ginem in antiquo anonymo ſcriptore, qui ſequentem adtexuit admonitionem ad finem præfationis in libros Salomonis, editæ ab Hieronymo, cùm hæc volumina primùm recenſuit ad Græcos codices LXX. Translatorum, obelis & aſteriſcis opus omne diſtinguens. *Ideo & de Græco, & de Hebræo*, inquit Anonymus, *præfatiuncula utraque in hoc libro præmiſſa eſt, quia nonnulla de Græco, ob illuminationem ſensûs, & legentis ædificationem, vel inſerta Hebraïcæ translationi, vel extrinſecus juncta ſunt.* » Porro adſcititias illas ſententias, cùm in Vulgata noſtra ſervatas, tum ad margines quorumdam Mſs. codicum repoſitas, in veterem textum noſtrum, vel certè in notas ſubjectas retulimus; cæteras è veterum Patrum ſcriptis deprompſimus.

XLI. In libro Eccleſiaſtæ, cujus antiqua interpretatio ad codices Græcos eſt elaborata, has nobis hujus verſionis reliquias ſuppeditavit Hieronymus in commentario, ſcilicet cap. 1. ℣. 5. *Oritur ſol, & occidit ſol, & ad locum ſuum ducit : Pro eo quod*, inquit, *vulgatam Editionem ſequentes, poſuimus* ad locum ſuum ducit, *in Hebræo habet*, ſoeph. Et ℣. 13. *Hanc diſtentionem malam dedit Deus filiis hominum, ut diſtendantur in ea*, obſervat verbum Hebræum *anian*, Aquilam, LXX. & Theodotionem περισπασμὸν ſimiliter tranſtuliſſe, quod ait *in diſtentionem* expreſſiſſe Latinum interpretem ; Symmachum verò ἀσχολίαν, id eſt *occupationem.* Item cap. 11. ℣. 2. *Riſui dixi amentiam*, hæc habet : *Ubi nos* amentiam *legimus, in Hebræo habet* molal ; *quod Aquila* πλάνησιν, *id eſt* errorem ; *Symm.* θόρυβον, *hoc eſt* tumultum, *interpretati ſunt :* ℣. verò 5. *Feci mihi hortos, & pomaria ; plantavi in illis lignum omne fructiferum*, ſic fatur idem S. Doctor : *Plantantur arbores, non omnes fructiferæ, ut in Latinis codicibus habemus ; ſed omnis fructûs, hoc eſt diverſarum frugum.* Videſis in notis plura hujuſce verſionis indicia. In libro Eccleſiaſtæ.

XLII. In Cantico Canticorum iſtas ex interpretatione veteri deſcriptas voces, atque ſententias obſervabis. Cap. 1. ℣. 1. *Oſculetur me ab oſculis*, vel *oſculo oris ſui :* ℣. 2. *Unguentum exinanitum eſt nomen tuum :* ℣. 4. *Fuſca ſum, & decora.* Cap. VIII. ℣. 5. *Quæ eſt hæc, quæ aſcendit dealbata ?* Item paſſim occurrit vox *frater, fraternus, fratruelis*, vel *conſobrinus*, pro voce *dilectus ;* ſicut & *capillatura*, vel *capillamentum*, loco *capilli.* Alia inſuper multa in ipſomet libro cuivis obſervare licebit, quem pene totum ex Ambroſio eruimus. In Cantico Canticorum.

XLIII. Sapientiæ, & Eccleſiaſtici, necnon & geminos Machabæorum libros, unà cum prophetia Baruch, & epiſtola Jeremiæ, totos atque integros exſtare in Vulgata noſtra ex antiqua interpretatione, jam obſervavimus, idque communi omnium eruditorum ſententia conſtat. In Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Baruch, & Machab. libris.

XLIV. In Iſaiæ prophetia his antiquam verſionem Latinam ſententiis & vocibus dignoſces. Cap. 1. ℣. 3. *Agnovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepium domini ſui.* Ambroſius in Luc. 2. col. 1296. a. legit quidem *præſepe*, ſed addit, *imo* præſepium *dixerim, ſicut ſcripſit qui tranſtulit ; nihil enim apud me diſtat in verbo, quod non diſtat in ſenſu.* Ibidem ℣. 6. *Non eſt malagma imponere :* ita haud dubiè ferebat antiqua verſio Latina, ut Hieronymus his verbis atteſtatur in hunc Vulgatæ locum ex Hebræo, *Non eſt circumligata ; pro quo LXX. tranſtulerunt, Non eſt malagma imponere.* Idem dixerim de ℣. 18. ejuſdem cap. 1. *Si fuerint delicta veſtra ut phœnicium ;* cùm plerique antiqui conſtanter legant *phœnicium*, Hilarius videlicet, Cyprianus, Ambroſius, Auguſtinus, Fulgentius, & alii. Cap. 11. ℣. 6. *Pro* Philiſthiim, inquit Hieronymus, *ſemper LXX.* alienigenas *interpretati ſunt ;* ſicut & ℣. 16. *pro* Tharſis, *quod* In prophetia Iſaiæ.

Digitized by Google

omnes ſimiliter tranſtulerunt; ſoli LXX. mare *interpretati ſunt.* Ibidem ℣. 22. hæc Vulgatæ hodiernæ verba, *Quieſcite ergo ab homine, cujus ſpiritus in naribus ejus eſt, quia excelſus reputatus eſt ipſe*, in veteri verſione aberant; quod etiam obſervat his verbis Hieronymus : *Hoc prætermiſere LXX. & in Græcis exemplaribus ab Origene ſub aſteriſcis de editione Aquilæ additum eſt.* Cap. VI. ℣. 4. *Et levatum eſt limen ex voce, qua*, &c. *Ubi*, inquit idem S. Doctor epiſt. ad Damaſum, *in Latino* elevatum *legimus, in Græco* ſublatum *ponitur : ſed quia verbi ambiguitas utroque modo interpretari poteſt, noſtri* elevatum *interpretati ſunt pro Ablato.* Notanda verò maximè veteris noſtræ interpretationis lectio cap. IX. ℣. 6. *Et vocabitur nomen ejus, Magni conſilii nuncius : adducam enim pacem ſuper principes, & ſanitatem ejus*, pro his de Vulgata hodierna, *Et vocabitur nomen ejus, Admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis.* I^a. lectioni ſuffragatur Miſſale Rom. ad Introit. 3. Miſſæ Nativ. favent etiam plures è Patribus Latinis, apud quos ſimiliter, ſicut & apud LXX. Interp. tacita relinquitur Chriſti divinitas. Sed teſtis in primis eſt hujuſce lectionis laudatus Hieronymus, qui etiam quid de hoc LXX. Interpretum ſilentio ſentiat, his verbis exprimit : *Nominum majeſtate perterritos LXX. reor non eſſe auſos de puero dicere, quòd apertè* Deus *appellandus ſit, & cætera; ſed pro his ſex nominibus poſuiſſe, quod in Hebraïco non habetur, Magni conſilii angelum; &, Adducam pacem ſuper principes, & ſanitatem ejus.* Sexcenta alia hujus modi ſigna verſionis antiquæ in mentem veniunt, quæ conſultò omittimus : unum addam ex cap. XLV. petitum, ℣. 1. qui ita legitur in Hebræo, & Vulgata hodierna : *Hæc dicit Dominus chriſto meo Cyro.* Manifeſtum eſt Latinam verſionem antiquam non *Cyro*, ſed *Domino* habuiſſe; neque enim aliter legiſſe conſtat Tertullianum, Novatianum, Cyprianum, Tichonium, Vigilium Tapſenſem, & cæteros antiquos ſcriptores. Hinc Hieronymus in hunc locum, *Scio*, inquit, *in hoc capitulo, non ſolùm Latinorum, ſed Græcorum plurimos vehementer errare, exiſtimantium ſcriptum eſſe*, Sic dicit Dominus Chriſto meo Domino..... *neque enim* Κυρίῳ, *quod* Dominum *ſonat; ſed* Cyro *dicitur, qui Hebraïcè appellatur* Chores, *regi Perſarum.*

In Jeremia. XLV. Ad Jeremiam quod attinet, obſervat Hieronymus in præfat. in hunc prophetam, ſe *viſionum ordinem apud Græcos & Latinos omninò confuſum, ad priſtinam fidem* correxiſſe; ſed prætermiſiſſe *librum Baruch, qui nec in Hebræo legitur, nec habetur :* & revera hodie in Vulgata noſtra exſtat liber iſte ex ea interpretatione, quæ tum recepta erat, ut jam diximus. Alia multa in ſequentibus profert S. Doctor indicia, quibus ſecerni facilè poteſt hæc vetus verſio. V. g. cap. II. ℣. 6. ubi Vulgata noſtra legit, *neque habitavit homo*, ait : *Pro* homine, *LXX.* filium hominis *interpretati ſunt :* quod invictè probat hunc verſum, his verbis expreſſum, *Neque commoratus eſt ibi filius hominis*, ad veterem illam pertinere. Cap. XXXI. ℣. 2. ubi Vulgata noſtra habet, *Invenit gratiam in deſerto populus;* antiquam lectionem, *Inveni lupinum in deſerto*, his verbis rejicit : *Ridiculè Latini codices in hoc loco, ambiguitate verbi Græci, pro* calido, lupinos *interpretati ſunt: Græcum enim* θερμὸν, *utrumque ſignificat, quod & ipſum non habetur in Hebræo:* quæ etiam repetit in hæc verba Iſaiæ cap. LXV. *quaſi calidum in deſerto inveni Iſraël*, &c. Item ſupra cap. XXIII. ℣. 18. ex Hebræo, *Quis enim affuit in conſilio Domini? Ubi nos*, inquit idem Hieron. *interpretati ſumus* in conſilio Domini, *& in Hebraïco ſcriptum eſt* baſod..... *LXX. & Theodotio* ſubſtantiam, *ſive* ſubſiſtentiam *interpretati ſunt.* Et revera Ambroſius, Vigilius Tapſ. Victor Vit. & Victor Africanus, hanc veterem lectionem

Digitized by Google

habent, verſum illum his verbis efferentes : *Quoniam quis ſtetit in ſubſtantia Domini?* Infinitus ſim ſi pleraque id genus teſtimonia perſequi, & pene ad ſatietatem ingerere perſeverem. Nec verò pauciora occurrent in Ezechiele, Daniele, & cæteris prophetis, quæ utiliùs, commodiùſque in ipſis inſpicientur notis.

XLVI. Nunc de novi Teſtamenti antiqua interpretatione paucis dicam. Sed priuſquam indicia & notas, quæ veterem cujuſque libri interpretationem ſecernunt, aſſignem, operæ pretium eſſe arbitror Hieronymi verba referre, quibus ſanctus Doctor differit de nova interpretatione, quam elaborandam, ſeu potiùs de veteri, quam ad fidem exemplariorum codicum emendandam, jubente Damaſo, aggreditur. *Novum opus facere me cogis ex veteri; ut poſt exemplaria Scripturarum toto orbe diſperſa, quaſi quidam arbiter ſedeam; & quia inter ſe variant, quæ ſint illa, quæ cum Græca conſentiant veritate, decernam. Pius labor, ſed periculoſa præſumptio..... Quis enim..... cùm in manus volumen aſſumpſerit, & à ſaliva quam ſemel imbibit, viderit diſcrepare quod lectitat, non ſtatim erumpat in vocem, me falſarium, me clamitans eſſe ſacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere? Adversùs quam invidiam duplex cauſa me conſolatur, quòd & tu, qui ſummus ſacerdos es, fieri jubes; & verum non eſſe quod variat, etiam maledicorum teſtimonio comprobatur. Si enim Latinis exemplaribus fides eſt adhibenda, reſpondeant quibus? tot enim ſunt exemplaria pene, quot codices. Sin autem veritas eſt quærenda de pluribus, cur non ad Græcam originem revertentes, ea quæ vel à vitioſis interpretibus malè reddita, vel à præſumptoribus imperitis emendata perverſiùs, vel à librariis dormitantibus aut addita ſunt, aut mutata corrigimus?* Et poſt pauca : *Hæc præſens præfatiuncula pollicetur quatuor tantùm Evangelia..... codicum Græcorum emendata collatione, ſed veterum; quæ ne multùm à lectionis Latinæ conſuetudine diſcreparent, ita calamo temperavimus, ut his tantùm, quæ ſenſum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pateremur, ut fuerant.* Denique hæc obſervat : *Magnus hic in noſtris codicibus error inolevit, dum quod in eadem re alius Evangeliſta plus dixit, in alio, quia minus putaverint, addiderunt; vel dum eundem ſenſum alius aliter expreſſit, ille qui unum è quatuor primum legerat, ad ejus exemplum cæteros quoque æſtimaverit emendandos. Unde accidit, ut apud nos miſta ſint omnia, & in Marco plura Lucæ atque Matthæi; rurſum in Matthæo plura Johannis & Marci, & in cæteris reliquorum quæ aliis propria ſunt, inveniantur.*

De novo Teſtamento.

Hieronymi verba ad Damaſum de veteri interpretatione, quam emendandam ſuſcipit.

XLVII. Plurima in his S. Doctoris verbis ſunt perpendenda. Primò quidem in eorum numero exemplarium, quæ inter ſe diſcrepabant, fuere quædam aliis magis ſincera; ea autem aliis erant ſinceriora, Hieronymi judicio, quæ Græco magis erant conſentanea, ut diſertè ſignificat S. Doctor, cùm ait, id ſibi onus impoſitum, ut *arbiter ſedeat*, & inter diſcrepantia Latinæ interpretationis Scripturarum exemplaria, *decernat quæ ſint illa, quæ cum Græca conſentiant veritate.* At verò illa Latinæ interpretationis exemplaria, quæ cum Græca conſentiunt veritate, ipſa ſunt exemplaria, quæ puram putam *Italicam* repræſentant, quam cæteris anteponendam, utpote verborum tenaciorem, pronunciat Auguſtinus. Deinde in diverſis hiſce exemplaribus multa equidem erant, *vel à vitioſis interpretibus malè reddita, vel à præſumptoribus imperitis emendata perverſiùs, vel à librariis dormitantibus aut addita aut mutata.* Hæ maculæ, quibus aſperſa erat, Hieronymi ætate, vetus Scripturarum interpretatio, adeo impedimento non ſunt quominus noſtra ætate dignoſcatur, ut etiam plurimùm ad eam ſecernendam conducant. Cæterum haud tales has fuiſſe maculas exiſtimandum, ut iis penitus fœdaretur vetus inter-

Hieron. verba expenduntur.

Digitized by Google

pretatio; quando quidem vel ipſe teſtatur Hieronymus, ſe plurima reliquiſſe intacta : *ne multùm*, inquit, *à lectionis Latinæ conſuetudine diſcreparent, ita calamo temperavimus, ut his tantùm, quæ ſenſum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pateremur, ut fuerant.* Itaque tam hæc Hieronymi verba, quibus menda & maculas; quàm & ea, quibus Latinarum interpretationum numerum amplificat, debemus interpretari molliùs, nedum ea urgere vehementiùs.

Veteris interpretationis ſigna in novo Teſt.

XLVIII. Nunc quaſdam ex innumeris, veteris à nova interpretatione diſcrepantias hîc ſubjicio. In Evangelio Matthæi exemplo erunt iſtæ : Cap. I. ℣. 23. in Vulgata hodierna legitur, *Ecce virgo in utero habebit*; in antiqua autem ita legerunt olim Irenæus, Cyprianus, Ambroſius, Auguſtinus, Vigilius Tapſenſis, Leo Magnus, Maximus Taurin. &c. *in utero concipiet*, vel *accipiet*. Cap. II. ℣. 5. interpretatio vetus ferebat, *in Bethlehem Judææ*, è Græco τῆς Ἰουδαίας; non *Judæ*, quod in Vulgata hodierna legitur. Hieronymus in Matth. 2. tom. 4. col. 9. a. ſimiliter legit in *Bethlehem Judææ*; ſed hîc librariorum errorem eſſe admonet : *Putamus enim*, inquit, *ab Evangeliſta primùm editum, ſicut in ipſo Hebraïco legimus, Judæ, non Judææ.* Cap. V. verſum 7. *Beati miſericordes, quoniam ipſis miſerebitur Deus*, ex Itala verſione prodiiſſe colligitur ex Hilario, Ambroſio, Auguſtino, Chromatio Aquileienſi, Auctore operis imperfecti, S. Valeriano, & aliis : item & verſum 22. ejuſdem capitis, *Omnis qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa*, è Græco, Πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ· nam plerique Patres antiqui, Irenæus videlicet, Cyprianus, Hilarius, Philaſtrius, Auguſtinus, S. Paulinus, Auctor operis imperfecti, Gregorius M. pariter addunt *ſine cauſa*. Cap. VI. verſus 4. *Et pater tuus, qui videt in abſcondito*, vel *in abſconſo*, *reddet tibi in palam*, ad eandem pertinet verſionem, teſte Auguſtino, qui lib. 2. de ſerm. Dom. in monte, ait, *multa Latina exemplaria ſic habere; ſed quia*, inquit, *in Græcis, quæ priora ſunt, non invenimus* palam, *non putavimus hinc eſſe aliquid diſſerendum :* in Græco tamen hodierno eſt, Ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ. Item ℣. 11. Vulgata vetus legebat, *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie;* & ita legiſſe conſtat Tertullianum, Cyprianum, Ambroſium, Auguſtinum, Chromatium, Sedulium. Præter hos Hieronymus, lib. 2. in epiſt. ad Titum, diſertè aſſerit *ſecundùm Latinos interpretes ſcriptum* eſſe, Panem noſtrum quotidianum; *ſed meliùs in Græco haberi*, Panem noſtrum ἐπιούσιον, *id eſt præcipuum, egregium, peculiarem :* & poſt pauca : *Quidam*, inquit, ἐπιούσιον *exiſtimant..... panem dictum, quòd ſuper omnes* οὐσίας *ſit :* & comm. in Matth. *Quod nos* ſuperſubſtantialem *expreſſimus, in Græco habetur* ἐπιούσιον. Obſervanda in his Marci Evangelii verbis antiqua interpretatio cap. III. ℣. 5. *Et circumſpiciens eos cum indignatione ſuper emortua illorum corda, dixit homini : Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt manus ei, ſicut & altera :* pro quibus in Vulgata legimus : *Et circumſpiciens eos cum ira, contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum, dicit homini..... & reſtituta eſt manus illi :* quæ magis concinunt cum Græco, ubi ſic habetur : Καὶ περιβλεψάμενος αὐτοὺς μετ' ὀργῆς, συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν, λέγει τῷ ἀνθρώπῳ..... καὶ ἀπεκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη. Cap. X. verſus 17. *Ecce quidam adgeniculans dicebat*, his redditur verbis in Vulgata noſtra, *Procurrens quidam, genuflexo ante eum, rogabat eum.* Cap. XII. ℣. 42. ubi Vulgata habet, *Vidua una pauper miſit duo minuta;* ferebat vetus verſio, *miſit æra duo.* Item in verſione veteri verſus 15. cap. XIII. *Qui in ſuperioribus, non deſcendat*, ita in Vulgata noſtra exprimitur, *Et qui ſuper tectum, ne deſcendat.* Cæteris percurrendis novi Fœderis libris ſuperſedeo : pauca namque hæc ſufficere arbitror, ut

Digitized by Google

de veteris à nova interpretatione diſcrepantiis judicare æquus lector poſſit. Sed hæc meliùs in ipſo opere diſcutientur: quid enim aliud Vulgata noſtra, è veteris regione edita; quid fuſiores notæ, utrique verſioni ſubditæ offerunt, niſi perpetuas hujuſmodi diverſitates?

XLIX. Dixi maculas, quibus aſperſa erat vetus interpretatio, adeo non eſſe impedimento quominus dignoſcatur, ut etiam ad eam ſecernendam conducant. Id quidem arguunt verba iſta verſiculi quinti in capite ſecundo Matthæi, *in Bethlehem Judææ*: hæc, inquam, verba, in quibus mendum eſt, ut placet Hieronymo, ſimul & ſecernunt antiquam interpretationem, & eam verborum tenaciorem, & cum Græca veritate conſentientem oſtendunt; ſiquidem in Græco legitur τῆς Ἰουδαίας, quod cum veteri interprete verbum verbo reddes *Judææ*; non *Judæ*, ut in Vulgata legitur. Mendum quidem iſtud contendit eſſe Hieronymus: *Librariorum hîc error eſt*, inquit, in Matth. 2. t. 4. col. 9. a. *putamus enim ab Evangeliſta primùm editum, ſicut in ipſo Hebraïco legimus*, Judæ, *non* Judææ. Hieronymo aſſentior, & errorem eſſe concedo: veruntamen error eſt, quo vetus interpretatio dignoſcitur, & cum Græco textu magis eſſe conſentanea demonſtratur. Nihil itaque neceſſe eſt nos congerendis antiquæ interpretationis diſcrepantiis diutius immorari. Quas enim è multis huc inveximus, abundè ſufficiunt, ut probetur plurima etiamnum ſupereſſe vel ex ſolis Patribus indicia, & notas, quibus hæc antiqua interpretatio ſecerni poſſit.

Hujus interpret. maculæ ad eam diſcernendam maximè conducunt.

L. Reliquum jam, idque unum videtur, ut eorum, ſi qui ſint, ſcrupulos convellamus, qui talibus indiciis antiquam agnoſcere interpretationem recuſant. Sed antea operæ pretium facturus mihi videor, ſi ſtrictim collecta ſub aſpectum ſubjiciam, quæ hactenus prolixè ſatis de veteri interpretatione ſumus proſecuti.

LI. Eccleſia Latina vel ab ipſis incunabulis, Scripturas ſacras Latinè redditas penes ſe habuiſſe credenda eſt, ne diutius Scripturæ theſauro privaretur. Quis primam omnium interpretationem auctor emiſerit; an ſub ipſis Apoſtolorum temporibus, an aliquantò ſeriùs; an ſacros unus omnes libros Latinè reddiderit interpres; an autem alios alii diverſis temporibus, & aliquot ſaltem annorum intervallo verterint, quoaduſque libri omnes ſacri Latinè redderentur; an ſua ſingulis eccleſiis, propriaque fuerit interpretatio; an una communis omnibus, communi omnium uſu recepta; priorum Eccleſiæ temporum obſcuritas, certò definire non ſinit. Verùm ſive unica primùm fuerit Scripturarum verſio Latina, qua ſine vix ullo unquam tempore Latinam Eccleſiam fuiſſe crediderim; ſive plures deinde fuerint; Eccleſia, quam penes eſt ſumma auctoritas, & jus Scripturarum interpretationes probandi aut reprobandi, unam præ cæteris uſu frequentiori olim, vel proximo ab Apoſtolis tempore, ita conſecravit, ut aliæ, ſi quæ fuerint, nullo pene ordine haberentur. Hæc eſt illa interpretatio, quam propterea *Communem* paſſim ſcriptores antiqui appellant. Niſi enim ea in omnium uſu fuiſſet, ut quid *Vulgata*, ut quid *Communis* appellaretur? Plena forſitan eſt illa longè antiquiſſima interpretatio verbis & ſententiis, quas vetus interpres, docente Paulo, Romæ audierat, aut audita ab aliis acceperat, acceptaque ſuæ inſeruit interpretationi. Quid enim? an credibile eſt Paulum, qui gentium omnium ore loquebatur, cùm Romæ verſaretur (*manſit autem biennio, prædicans regnum Dei, & docens quæ ſunt de Domino Jeſu Chriſto cum omni fiducia, ſine prohibitione.* Act. Apoſt. XXVIII. 30. 31.) quid, inquam? an credibile eſt Paulum toto biennio de regno Dei & Jeſu Chri-

Fusè hactenus diſputata, ſtrictim collecta ſubjiciuntur ſub aſpectum.

Digitized by Google

ſto diſputantem in Urbe, non hîc Romanorum linguâ, quos inter verſabatur, quibus audientibus diſſerebat, locutum, cùm ſacrarum Scripturarum verba proferret? ſin autem Romanorum linguâ, Romanis verba faciens, ſacras Scripturas eſt interpretatus Doctor gentium; an Romani, quorum fidem eximiam toto orbe commendatam fuiſſe ſcribit Paulus, divina hæc verba excidere & interire paſſi ſunt? Hæc illa ipſa eſt interpretatio, quam nos recuperare, & revocare in lucem conati ſumus, nec modò conati, ſed etiam recuperavimus, & revocavimus; ſi minùs totam atque integram, & quanta olim fuit, ſaltem quanta nunc in ſanctorum Patrum ſcriptis, aliiſque exſtat monumentis.

LII. Regulas propoſuimus, notas, ſigna atque indicia aſſignavimus, quibus dignoſci facilè poſſit, an ea, quam in lucem emittimus, vetus illa ſit interpretatio, quæ Hieronymi judicio, *naſcentis Eccleſiæ fidem roboravit*, & quam Auguſtinus *Italam* appellat. His regulis, & his indiciis, ipſam eſſe antiquam interpretationem; ſive *Italam*, qualis Hieronymi & Auguſtini tempore exſtabat, quo ſcilicet nonnihil nativi nitoris amiſerat, & quibuſdam aſperſa erat maculis, conſtare videtur; quidquid reclament nonnulli, qui his ſignis atque indiciis antiquam interpretationem agnoſcere recuſant, atque etiam poſſe dignoſci negant.

LIII. Sed jam ad refellenda ipſorum argumenta, & ad vindicandam veterem verſionem, ſeu *Italam*, aggrediamur. Neque enim diſſimulare fas eſt plurima eſſe, & gravia illa quidem, quæ contra eam poſſint objici, in quam proclivior ſum ſententiam, & quam initio hujus primæ præfationis partis jam leviter attigi, plura ad calcem me dicturum pollicitus.

Argumenta, quibus circa antiquam verſionem noſtra impugnatur opinio.

LIV. Scilicet, ſi vix alia, inquiunt, apud Latinos in honore & uſu fuit interpretatio Scripturarum, præter eam veterem, quæ *Itala* à nobis poſt Auguſtinum appellatur, quorſum tanta Latinorum codicum vel ipſa in Urbe diſcrepantia? Ut quid Damaſus id Hieronymo dedit negotii, ut arbiter ſederet, & quænam inter tot varia exemplaria eſſent ea, quæ cum Græca conſentirent veritate, decerneret? Ut quid Damaſo Hieronymus reſpondiſſet, tot apud Latinos fuiſſe exemplaria, quot codices? *Si Latinis exemplaribus*, inquit, *fides eſt habenda, reſpondeant, quibus? tot enim ſunt exemplaria pene, quot codices.* Certè ſi una tunc in honore & uſu fuiſſet interpretatio Scripturarum, neque Damaſus Hieronymo quam impoſuit, provinciam impoſuiſſet; neque Hieronymo his reſpondere verbis licuiſſet. Reſpondit tamen. Ubi ergo tum erat famoſa illa interpretatio, ſola in uſu? an tanta potuit eſſe inter varios unius ejuſdemque Scripturarum interpretationis codices diſcrepantia, ut vel ipſe Romanus pontifex hæreret, atque ignoraret quibus fides eſſet habenda? An ita hoſpes & peregrinus Romæ fuit Damaſus, ut eum lateret, quænam germana & ſincera eſſent *Italæ* exemplaria, illius nimirum interpretationis, quæ ſola in uſu apud Latinos, maximè apud Romanos ſemper fuerat, atque etiamnum eſſe debebat?

LV. Præterea, inquiunt, ſi una eademque exſtitit interpretatio in Eccleſia Latina, tam frequenti uſu conſecrata, ut cæteræ, ſi quæ fuerint, nullo ordine haberentur; ut quid alii aliis verbis Scripturas laudant SS. Patres ac Doctores? Unius profectò ejuſdemque interpretationis eadem ſunt verba; quæ ſi interpretatio ſola à Patribus fuit uſurpata, iiſdem debuit verbis uſurpari: ut quid ergo aliis Cyprianus verbis, aliis Tertullianus, aliis Auguſtinus, aliis Ambroſius, inter

Digitized by Google

laudandas Scripturæ ſententias, utuntur?

LVI. Atque hæc demum ſunt argumenta, quibus ea impugnari poteſt opinio, in quam me eſſe procliviorem dixi. Non vereor ut quis ea me diſſimulaſſe, eorumque vim, ſi quam habent, quò ea faciliùs ſolverem, aut ſolviſſe viderer, extenuaſſe accuſet. Ad ea jam ſolvenda, & ad veterem interpretationem ab his telis vindicandam aggredior: neque enim contrarias mihi rationes aſpernor: tantùm id quàm maximè paucis licuerit, quoniam brevis eſſe cupio, expediam.

Refellitur primum argumentum.

LVII. Prima veniat in medium difficultas, petita ex exemplarium diſcrepantia. Quamlibet grave, firmumque videatur iſtud argumentum; ſpeciem tamen firmitatis potiùs, quàm ipſam habere firmitatem, ego aſſerere nihil dubitem; idque vel inde patet, quòd paribus quoque argumentis conficeretur, neque hodiernam Vulgatam noſtram, eſſe eam Scripturæ interpretationem, quæ longo tot ſæculorum uſu in Eccleſia probata fuerat ad uſque Tridentinæ ſynodi tempora; quæ quidem ſynodus eam gravi decreto authenticam declaravit. Si enim ingens numerus diſcrepantium inter ſe exemplarium, quæ ſacrarum Scripturarum interpretationem Latinam repræſentabant, priuſquam novam elaboraret Hieronymus, ſatis ſit, ut ea fuiſſe una negetur verſio, quæ ſola diuturno uſu in Eccleſia probata eſſet, ac conſecrata; ſi, ob iſtam exemplarium multitudinem, ac diſcrepantiam, dignoſci certò non potuiſſe, nec recuperari veterem illam interpretationem contendatur; cuilibet alteri affirmare licebit, neque etiam ſecerni potuiſſe Vulgatam hodiernam in tanta, non modò codicum, ſed etiam interpretationum multitudine, & diſcrepantia, quantam fuiſſe concilii Tridentini tempore, ipſi auctores ſunt editores Romani, quorum verba editioni Sixtanæ præfixa hîc ſubjicio. « In multis magniſque beneficiis, quæ per ſacram Tridentinam ſynodum Eccleſiæ ſuæ Deus contulit; id in primis numerandum videtur, quòd *inter tot Latinas editiones divinarum Scripturarum, ſolam veterem ac vulgatam, quæ longo tot ſæculorum uſu in Eccleſia probata fuerat*, graviſſimo decreto authenticam declaravit. Nam ut illud omittamus, quòd ex recentibus editionibus, non paucæ ad hæreſes..... confirmandas licenter detortæ videbantur, ipſa certè tanta verſionum varietas, atque diverſitas, magnam in Eccleſia Dei confuſionem parere potuiſſet. Jam enim hac noſtra ætate illud ferè eveniſſe conſtat, quod S. Hieronymus tempore ſuo accidiſſe teſtatus eſt, *tot ſcilicet fuiſſe exemplaria, quot codices*, cùm unuſquiſque pro arbitrio ſuo adderet, vel detraheret. Hujus autem veteris ac vulgatæ editionis tanta ſemper fuit auctoritas, tamque excellens præſtantia, ut eam *cæteris omnibus Latinis editionibus longè anteferendam eſſe* apud æquos judices in dubium revocari non poſſet. Qui namque in ea libri continentur, ut à majoribus noſtris quaſi per manus traditum nobis eſt, partim ex S. Hieronymi translatione, vel emendatione ſuſcepti ſunt; partim retenti ex antiquiſſima quadam editione Latina, quam S. Hieronymus *Communem* & *Vulgatam*, S. Auguſtinus *Italam*, S. Gregorius *Veterem* translationem appellat. » Et poſt pauca. « Quia tamen in tanta re nulla poteſt eſſe nimia diligentia; & codices Mſſ. complures, & vetuſtiores, ſummi Pontificis juſſu conquiſiti, atque in Urbem advecti ſunt..... Et Pius IV..... tum ſacrarum litterarum, tum variarum linguarum peritiſſimis viris eam provinciam demandavit, ut vulgatam editionem Latinam, adhibitis antiquiſſimis codicibus Mſſ. inſpectis quoque Hebraïcis, Græciſque Bibliorum fontibus; conſultis denique veterum

Digitized by Google

» Patrum commentariis, accuratiſſimè caſtigarent. »

In Vulgatam hodiernam regeri poteſt, quidquid in Vulgatam veterem ingeritur.

LVIII. Ex his editorum Romanorum verbis manifeſtum eſt, quidquid in noſtram ſententiam circa antiquam Scripturæ interpretationem ingeritur, regeri poſſe in Vulgatam hodiernam : utriuſque enim ſors eadem, par conditio, ſimilis fortuna. Utraque longo ac diuturno uſu probata, ac conſecrata ; utraque, contractis maculis, nonnihil fœdata ; utriuſque innumeri, diſcrepanteſque codices : *Jam enim hac noſtra ætate*, inquiunt editores Romani, *illud ferè eveniſſe conſtat, quod S. Hieronymus tempore ſuo accidiſſe teſtatus eſt, tot ſcilicet fuiſſe exemplaria, quot codices, cùm unuſquiſque pro arbitrio ſuo adderet, vel detraheret.* Demum, ne quid deſideretur, utraque ſuum habuit Damaſum ; & uterque Damaſus ſuum habuit Hieronymum, cujus ſtudio & opera maculæ ſunt detractæ, nativus redditus nitor ; niſi quòd plures habuerit Pius IV. qui *tum ſacrarum litterarum, tum variarum linguarum peritiſſimis viris eam provinciam demandavit, ut vulgatam editionem Latinam, adhibitis antiquiſſimis codicibus Mſſ. inſpectis quoque Hebraïcis, Græciſque Bibliorum fontibus ; conſultis denique veterum Patrum commentariis, accuratiſſimè caſtigarent.* Nemini profectò manca videbitur illa comparatio : nemo non advertit quàm aptè cadat ; adeoque quàm meritò dixerim, regeri in Vulgatam poſſe quæcunque nobis objiciuntur. Enim verò ſi vix alia, præter Vulgatam Latinam, in Occidentali Eccleſia, quàm latè patet, interpretatio Scripturarum obtinebat ad uſque Pii IV. tempora ; quorſum tanta ubique, vel in ipſa Urbe, non tantùm codicum Latinorum, ſed & interpretum multitudo, ut timendi locus fuerit, ne tanta diverſitate confuſio pareretur in Eccleſia, ipſaque turbaretur ? Si tanta hujus interpretationis auctoritas ſemper fuit, tamque excellens præſtantia, ut ipſi cæteras poſthabendas eſſe verſiones apud æquos judices revocari in dubium non poſſit ; quid neceſſe fuit, ut hanc tantæ auctoritatis, & tam excellentis præſtantiæ Vulgatam Latinam denuo emendandi, & ad Græca, Hebraïcaque exemplaria caſtigandi provinciam viris linguarum peritiſſimis demandaret alter Damaſus. Nonne his peritiſſimis viris licuit iiſdem verbis Pio IV. reſpondere, quibus olim Damaſo Hieronymus reſponderat ? Qua ratione enim viri docti, quibus hæc à Pio IV. impoſita eſt provincia, germanum Vulgatæ noſtræ contextum, in tanta codicum, interpretationumque multitudine, quanta ab Hieronymo ad Tridentinæ ſynodi tempora exſtitit, & exſtabat, dignoſcere potuerunt ? Quid plura ? nonne quæcunque ſunt nobis objecta, hæc poſſunt urgeri ?

In utramque nihil virium habent adverſariorum objecta.

LIX. Jam verò ſi hæc momenta nihil habent virium, quò confiiciatur eam Scripturæ interpretationem, quam tot inter alias graviſſimo decreto authenticam declaravit ſacroſancta ſynodus Tridentina, eam ipſam non eſſe interpretationem, quæ longo tot ſæculorum uſu in Eccleſia probata fuerat ; ut quid iiſdem conficeretur inter varia exemplaria, diverſoſque codices nec dignoſci, nec revocari in lucem potuiſſe longè antiquiſſimam illam Scripturæ verſionem, quæ in honore apud Latinos erat, priuſquam Hieronymus novam elaboraret ? Faceſſant ergo, omnemque deponant ſcrupulum, qui ob tantam exemplarium codicumque multitudinem, & diſcrepantiam, quantam fuiſſe olim putant, revocari in lucem poſſe antiquam Scripturarum interpretationem negant. « Hanc tantam varietatum multitudinem (ut cum « editoribus noſtris operum Divi Auguſtini loquamur) minimè diffite« mur ; ſed minorem eſſe nequiviſſe contendimus. Quiſquis in evolven-

Digitized by Google

dis Mſs. vel mediocrem laborem impenderit, is ignorare nequaquam « poterit rara inveniri exemplaria, in quibus paginarum numerus, va- « rietatum ſive bonarum, ſive malarum multitudine non vincatur; & in « hujuſmodi ſcriptis codicibus, non ſecus ac quandoque in editis, gra- « via quædam occurrere, non modò *quæ à librariis*, ut Hieronymi ver- « bis utamur, *dormitantibus*, *aut addita ſunt*, *aut mutata*; ſed etiam *à præ-* « *ſumptoribus imperitis emendata perverſiùs.* Lucas Brugenſis, qui ſola col- « legit Romanæ correctionis in Bibliis Editionis vulgatæ, juſſu Sixti V. « recognitis, loca inſigniora, horum pluſquam ducenta in ſolo Pſalterio « annotavit. Quis verò inde colligat, aut codicibus, ad quos facta eſt « ea correctio, Vulgatam minimè contineri; aut Vulgatam ipſam, quæ « noſtris in Bibliis hodie circumfertur, & in qua tot obſervantur diver- « ſitates, non eandem, quæ erat concilii Tridentini tempore, exiſti- « mandam? »

LX. Quamvis autem tantam varietatum multitudinem, ſive in codicibus, ſive in interpretationibus Scripturarum minimè diffiteamur; imo etiamſi tam multas olim Scripturarum fuiſſe interpretationes, ut numerari non poſſent; tam multa exemplaria, ut codicum numerum æquaret numerus interpretationum, exactis rigidè Hieronymi aliquandiu & Auguſtini verbis, concederemus; nihilominus tamen unam fuiſſe inter alias contendimus interpretationem, quæ cæteris præſtitit; quæ in honore, & uſu frequentiori fuit; cui aliæ omnes ſunt poſthabitæ; quæ etiamnum, ſi minùs tota, ſaltem quanta exſtat in antiquis monimentis, Patrumque ſcriptis, revocari in lucem, atque dignoſci ope regularum, quas propoſuimus, poſſit; quemadmodum dignoſci potuit Vulgata noſtra in ſimili, ne dicam in majore codicum exemplariumque multitudine; inter quæ, ipſa, Eccleſiæ uſu probata, ac veluti conſecrata eminebat, & integra ad nos, non tamen ſine mendis pervenit.

Ope igitur regularum propoſitarum dignoſci, & revocari in lucem poteſt vetus interpretatio.

LXI. Videant nunc qui ex multitudine, & diſcrepantia codicum, contra antiquæ interpretationis vindices & inſtauratores, tam firmum ſibi videntur elicere argumentum, quid inde poſſit confici. Quæ verò ſint harum diſcrepantiarum cauſæ, & quî fieri potuerit, ut unius ejuſdemque interpretationis Scripturarum, varii & diſcrepantes eſſent codices, nihil neceſſe eſt hîc explicare, cùm de his jam dixerimus §. 2°. n. 17. & 18. Hunc locum adeat lector, ſi vacat; nobis eadem dicere non vacat.

LXII. Alterum argumentum poteramus contemnere, & labore reſponſionis penitus ſuperſedere: nihilominus illud quoque refellemus. Si una, inquiunt, eademque olim fuiſſet in uſu interpretatio Scripturæ, nec præter iſtam aliæ ullæ exſtitiſſent, aut ſaltem in uſu fuiſſent; nulla deberet occurrere diſcrepantia in Patribus, qui Scripturas laudant: nimirum, ſi una, eademque omnibus fuit interpretatio, ex uno fonte eandem haurire aquam debuerunt. Ut quid ergo aliis Tertullianus, aliis Cyprianus, aliis Ambroſius, atque alii aliis verbis Scripturas laudant?

Refellitur 2. argumentum.

LXIII. Jam munita nobis eſt via ad hujus difficultatis enodationem; quæ etiam ſuperiori reſponſione expedita, & explanata videri potuit. Quæ enim cauſa eſt, cur varii diſcrepanteſque ſint Scripturarum codices; eadem cauſa eſt cur ſancti Patres in laudandis Scripturis non conſentiant aliquando, atque etiam ipſi ſibi non ſemper conſtent. In primis juvat obſervare non adeo urgendam, verbiſque

Cur in laudandis Scripturis non conſentiant interdum SS. Patres.

Digitized by Google

amplificandam hanc esse difficultatem ; quandoquidem sancti Patres alii ab aliis, aut ipsi à semetipsis in laudandis Scripturis tantopere non dissident : Latini namque Patres, cùm sacras Scripturas proferunt, iisdem eas sententiis verbisque, aut iisdem, aut pene iisdem solent proferre, & magna inter eos felixque ut plurimùm est concordantia ; rara autem, & levis ferè semper, quandocunque aliqua intercedit, discrepantia. Deinde quilibet Pater sibi satis constat, & quam semel laudavit Scripturæ sententiam, hanc in aliis deinceps libris, siquando opus est, iisdem plerumque constanter verbis laudat.

Non propterea diversæ olim fuere Scripturarum interpretationes.

LXIV. Sed fateamur quod res est, verisque concedamus. In laudandis Scripturis interdum non adeo omnes, & singuli secum Patres consentiunt, ut non aliquando alii ab aliis dissideant, & alias alii sententias, alia alii verba adhibeant. Hanc varietatem minimè diffitemur : aliquando enim discrepat à Tertulliano Cyprianus, à Cypriano Augustinus, ab Augustino Hieronymus, & alii ab aliis. An verò propterea diversas fuisse Scripturarum interpretationes, quibus Patres uterentur, dixerimus ?

* Contraria Blanchini parum sibi constantis opinio.

* Ita existimat clarissimus Josephus Blanchinus, presbyter Congregationis Oratorii Romani, to. 1°. nuper edito *Vindiciarum canonicarum Scripturarum*, pag. XXVII. qui postquam nonnulla Hieronymi, Augustini, Hilarii Pictaviensis in medium adduxit testimonia, quibus plurimos Scripturarum interpretes & *translatores*, quo quidem nomine utitur Hilarius, adeoque plurimas interpretationes fuisse docent, ita prosequitur : « Varietas ergo lectionum, quæ in operibus » veterum Latinorum Patrum deprehenditur, non unam eandemque, sed » varias ac planè diversas Latinas versiones prodit, quas usurpari de» prehendimus à Tertulliano, Cypriano, Hilario, aliisque. S. Augustinum » Hipponensem, & Ambrosium Mediolanensem, episcopos, *Italam* fuisse » secutos dubitari minimè potest. » Miror hæc postrema verba viro docto excidisse, quibus prima impugnari queunt. * Etenim si varietas lectionum in laudandis Scripturis, quæ in veterum Patrum scriptis deprehenditur, prodit non unam eandemque fuisse Scripturarum interpretationem, sed varias, & planè diversas, quibus usi sunt Tertullianus, Cyprianus, Hilarius ; cùm eadem varietas in Augustino & Ambrosio reperiatur, necesse est ut sequatur, aut Augustinum & Ambrosium non eandem secutos fuisse interpretationem, aut varietatem lectionum malè fidam esse regulam, qua varietas interpretationum deprehendatur. Postremum nobis magis arridet ; & clariss. Blanchino concedentes, dubitari minimè posse S. Augustinum Hipponensem, & Ambrosium Mediolanensem, episcopos, *Italam* fuisse secutos ; ipsam quoque & alios veteres Patres secutos fuisse, in quorum scriptis vix alia lectionum varietas, quàm in Ambrosio & Augustino deprehenditur, fas esse contendere arbitramur. Imo idem clarissimus Blanchinus, quamvis varias interpretationes se in Tertulliano, Cypriano, & Hilario deprehendisse scripserit ; horum quoque tamen Patrum testimonia occurrere, si quis in Italam intueatur, auctor est : *In eam si intuearis*, inquit, ubi lectori *Italam* commendat p. CCIX. *maximè tibi occurrent, & quasi lucebunt pleraque SS. Patrum testimonia, præsertim Irenæi (Latinæ loquor antiquissimæ interpretationis) Cypriani, Hilarii Pictav. Luciferi Calar. Zenonis Veron. Gaudentii*, &c.

* Varietas lectionum, malè fida regula, qua varietas interpretationum dignoscatur.

De variarum lectionum multitudine quid tandem inferendum.

LXV. Quid ergo varietas illa lectionum prodit ? Scilicet varios, discrepantesque unius ejusdemque interpretationis codices habuisse antiquos Patres, Tertullianum, Cyprianum, Hilarium, & alios, in qui-

Digitized by Google

bus illa occurrit varietas. Non enim olim, ut hodie, innumera ex eodem prælo exibant libri unius exemplaria, omnino ſimilia; ſed plura à pluribus, peneque ſingula à ſingulis deſcripta librariis erant, iiſque aliquando oſcitantibus, ſæpe temerariis, qui mutare quæ minùs intelligebant, gloſſulis illuſtrare, meliùs dixerim, obſcurare, aut aliter reddere ſatis non habuere religioni. Latini autem Patres, qui Græcè perinde ac Latinè norant, cùm hæc librariorum menda inter legendum offenderent, ea emendare ſuo quiſque calamo, exactâ ad Græcum interpretatione Latina, ſolebant. Hinc Auguſtinus, ad pleniorem Scripturarum ſcientiam, *linguarum illarum, ex quibus in Latinam Scriptura pervenit*, petendam eſſe cognitionem docet: hinc jubet S. Doctor, ut ad Latinos codices emendandos Græci adhibeantur: *Latinis*, inquit, *quibuslibet emendandis Græci adhibeantur*. Neque etiam negaverim Latinos Patres aliquando interpretum vice functos fuiſſe, & ea quæ ipſis minùs bene reddita ſunt viſa, aliter interpretatos fuiſſe, quàm præ ſe ferrent codices, quibus utebantur. Hinc illæ diſcrepantiæ, quæ occurrunt; ſed hujuſmodi tamen diſcrepantiæ, ut reipſa SS. Patres una & eadem Scripturarum interpretatione uſos fuiſſe, & diſcrepantes tantùm codices habuiſſe agnoſcas.

Lib. 2. de Doctr. Chriſt.

LXVI. Poſtremò nobis SS. Patrum, maximè Auguſtini & Hieronymi auctoritas opponitur. Scilicet ille interpretes Latinos, adeo multi ſunt, numerari poſſe negat; iſte verò tot Latina eſſe exemplaria, quot codices diſertè aſſerit. Ex quibus, non unam, ſed plurimas fuiſſe Scripturarum interpretationes ſequitur.

Refellitur 3. argumentum.

LXVII. Equidem arbitror cum Cl. V. Phil. Gabellio, to. 1°. *Vindiciarum* Blanch. p. 381. « non ſatis attentè Hieronymi atque Auguſtini auctoritatem urgere multos, qui N. T. Latinas verſiones plurimas olim in Eccleſia fuiſſe arbitrantur. » Do tamen manus; & plurimos priſcis Eccleſiæ temporibus, Latinè reddendis, quæ Græca exſtabant Scripturarum exemplaria operam impendiſſe ſuam, Auguſtini auctoritate adductus, fateor. At idem S. Doctor auctor eſt, unam præ cæteris inſignem fuiſſe verſionem; & eam omnibus præferendam, quòd *tenacior verborum* ſit *cum perſpicuitate ſententiæ*, docet. Hanc profectò ſecutus eſt S. Auguſtinus; hanc & alii bene multi Patres ſecuti ſunt; hæc in uſu frequentiori verſari debuit interpretatio, atque verſata eſt; atqui hoc unum eſt quod contendimus. Irritum ergo telum, quod contra nos cuditur ex verbis Auguſtini, in cujus tanti doctoris & magiſtri verba me pene addictum jurare dixerim.

Urgeatur licet adductum ex Auguſtino teſtimonium, nihil nobis nocet ejus auctoritas.

LXVIII. Quod Hieronymum ſpectat, S. Doctoris verba vehementiùs urgeri nec poſſunt, nec debent; quod fateatur neceſſe eſt, quiſquis animadverterit Hieronymum de novi Teſtamenti codicibus verba facere: *De novo nunc*, inquit, *Teſtamento loquor*, &c. Quis autem dixerit tantam fuiſſe interpretationum multitudinem, ut numerus exemplarium exæquaret numerum codicum? Uſquene adeo turbatum fuiſſet in Eccleſia; tantane unquam fuit confuſio, ut nulli codices novi Teſtamenti conſentirent? Ergone Chriſtiani, qui his temporibus tanto ſtudio ſacras verſabant Scripturas, tam diverſis utebantur codicibus, ut alii aliter legerent, alii aliter interpretarentur; nulluſque inter eos vel in ipſa Urbe, & in ipſius legendis novi Teſtamenti Scripturis eſſet conſenſus? Ecquis id aſſerere auſus ſit? Concedendum eſt igitur Hieronymi verba, quæ ultra fidem, numerum & diſcrepantias ſacrorum exemplarium amplificant, arctioribus circumſcribenda cancellis, benignèque intelligenda;

Urgeri tamen vehementiùs nec poſſunt, nec debent Hieronymi verba.

Digitized by Google

nec tam de variis diſcrepantibuſque interpretationibus, quas varii elaboraverant interpretes, quàm de multiplicibus eſſe accipienda mendis, quæ in varios unius ejuſdemque interpretationis codices irrepſerant, oſcitantia & ſupinitate librariorum, necnon & temeritate eruditulorum, qui inter deſcribendos legendoſve ſacros codices addiderant, detraxerant, mutaverant. Atque ita ſi benignè Hieronymi verba intelligantur, ex his duntaxat efficietur, ejus ætate pluribus vitiis mendiſque antiquam interpretationem laboraſſe; non verò eam aut exſtinctam, aut cum tanta aliarum interpretationum multitudine permixtam & confuſam, ut ab his diſcerni non poſſit. Teſtes hîc appello viros doctos, antiquitatis amantes, quicunque revocandis in lucem veterum Patrum ſcriptis impendunt operam, priſtinumque ipſis reddere nitorem novis editionibus laborant. Quàm multis antiquæ editiones maculis aſperſæ erant! quot vitiis, quot erroribus, quot mendis laborabant veterum ſcripta, priuſquam novis curis emendarentur! an propterea interiiſſe, nec poſſe dignoſci, revocari in lucem ſcripta illa, tot aſperſa maculis, exiſtimarunt viri docti?

LXIX. Sed quid externorum oppoſitione exemplorum opus eſt? ipſe ſit exemplo divus Hieronymus. S. Doctor Pſalterium, cùm Romæ verſaretur, magna ex parte ad Græcæ Septuaginta Interpretum verſionis fidem emendaverat; idem tamen Pſalterium, non ita longo poſt tempore, nempe ipſa Hieronymi ætate, adeo depravatum erat ſcriptorum vitio, ut emendando & expurgando iterum Pſalterio manum admovere, precibus Euſtochii & Paulæ coactus ſit. *Pſalterium Romæ dudum poſitus emendaveram*, inquit, Euſtochium & Paulam alloquens in epiſtola utrique inſcripta, *& juxta LXX. Interpretes, licet curſim, magna tamen ex parte correxeram. Quod quia rurſum videtis ſcriptorum vitio depravatum, pluſque antiquum errorem, quàm novam emendationem valere; me cogitis ut veluti quodam novali ſciſſum jam arvum exerceam, & obliquis ſulcis renaſcentes ſpinas eradicem.* Depravatum erat Pſalterium, cùm illud, poſitus Romæ, Hieronymus juxta LXX. Interpretes magna ex parte emendavit; nec dubium quin plures in Urbe, variique hujus depravati Pſalterii codices circumferrentur; & forſitan reſpondere Hieronymo licuiſſet, tot eſſe exemplaria quot codices, ſi quis ei hanc emendandi Pſalterii provinciam impoſuiſſet, nec eam ipſe ſponte cepiſſet. Nunc ergo ab adverſariis requiro, an varii hujus Pſalterii codices diverſas interpretationes repræſentarent? Non opinor certè; ſed diverſi erant duntaxat unius ejuſdemque interpretationis, ſed depravatæ vitio ſcriptorum, codices; tam ante primam, quàm ante ſecundam correctionem Hieronymi. Quidni ita intelligamus verba illa, quæ vehementiùs urgentur?

Tam revocari in lucem poteſt vetus Italica, quàm potuit Græca LXX. Interp. verſio.

LXX. Certè ſi quis perſtare in hac ſententia velit, & contendat, aut interiiſſe, aut cum tam multis aliis confuſam & permixtam eſſe veterem interpretationem, ut ſecerni ab aliis non poſſit; idem etiam, ſi auctoritate, & rigidè exactis Hieronymi verbis ſtare velit, neceſſe eſt concedat, ne ipſam quidem Septuaginta Interpretum Græcam verſionem revocari in lucem, & ab aliis Græcis interpretationibus poſſe ſecerni; quippe cujus verſionis, ut ſcribit Hieronymus in epiſtola Chromatio inſcripta, *pro varietate regionum diverſa ferantur exemplaria, & germana illa, antiquaque translatio corrupta ſit atque violata.* Etenim ſi pro varietate regionum diverſa ſunt Græcæ interpretationis LXX. exemplaria; ſi hæc antiqua interpretatio corrupta violataque; ſi orbis ipſe ſtudia in contraria ſciſſus, hac varietate compugnet; ſcilicet, ut Hieronymi verbis utar, *Alexandria & Ægyptus in Septuaginta ſuis Heſychium laudat*

Digitized by Google

auctorem : Constantinopolis usque Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat : mediæ inter has provincias Palæstinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius & Pamphilus vulgaverunt ; totusque orbis hac inter se trifaria varietate compugnat. Si totus, inquam, orbis circa Græca exemplaria dissidet, cujus erit tantas lites componere ? Ecquis judex & arbiter sedebit, ut secernat quænam inter diversa, quæ pro varietate regionum circumferuntur, sincera & germana LXX. Interpretum exemplaria sint habenda ? quis ea, tot aliis permixta, dignoscat ; extractaque è multitudine, digito monstrare possit ? Expediant sese inde qui talia in nos momenta urgent vehementiùs, & Hieronymi verbis prorsus abutuntur. Nobis interea licebit asserere, ut multis momentis revocari in lucem, & in tanta codicum varietate antiquam interpretationem Latinam dignosci non posse contendunt ; nobis, inquam, interea licebit asserere, tam recuperari eam posse, si minùs totam, saltem partem aliquam, quàm recuperari potuit, & recuperata est Græca interpretatio LXX. cujus pro varietate regionum, diversa circumferebantur exemplaria.

LXXI. Sed forsan nimis multa de hac quæstione, cujus arbitrium unicuique permittimus, dummodo nobis concedatur, penitus non interiisse antiquam interpretationem Scripturarum, nec adeo eam esse exstinctam & oblitteratam, ut non aliquæ saltem supersint reliquiæ, quæ etiamnum revocari in lucem possint. Cæterum si quis erit ita morosus, ut ne id quidem velit concedere ; si quis pertinaciter contenderit, plurimas exstitisse olim Scripturarum interpretationes, quas inter *Itala* nulla ratione secerni possit ; fastidiensque quascunque ad hanc dignoscendam regulas constituimus, eam, quæ in hac editione *Antiquæ Versionis* nomine à nobis cohonestatur, tam esse aliam quamcunque ex antiquis interpretationibus, quàm ipsam Italam propugnet ; si cui, inquam, ita videbitur, suo ut libet fastidio obsequatur. Neminem cogimus in nostram concedere sententiam : tantùm exoratos volumus omnes, quorum sese auribus constitutæ à nobis regulæ non probarint, quid in operis fronte promiserimus, advertant. Tum verò sive *Itala* sit, sive *Itala* non sit, quæ *Itala* nobis visa est, & quam *Antiquæ Versionis* nomine donavimus ; sive possit, sive non possit ab aliis secerni ; sive demum plures exstiterint interpretationes, seu una, neglectis aliis, in usu & honore fuerit ; nihilominus nostris nos promissis feciisse satis, & quæcunque in operis fronte polliciti sumus, exsecutos fuisse intelligent. Cùm enim non tantùm eam, quæ *Itala* esse nobis visa est, sed cæteras omnes interpretationes quascunque licuit reperire, repræsentet hæc Bibliorum editio ; *Italam* certè, si minùs ab aliis sejunctam, saltem ipsis permixtam exhibet.

Dictis quæ de hac quæstione sentiamus, hujus tandem, uno nobis concesso, unicuique permittimus arbitrium.

LXXII. His responsis dilutum confutatumque videri debet recens nuperi scriptoris commentum ; qui fuisse aliquam Scripturarum interpretationem, quæ olim *Itala* ab Augustino fuerit appellata, negat, atque in ea investiganda inanem Benedictinos operam impendere, scribere non est veritus. Nupero scriptori *Casleyo* nomen est. Is in Catalago Mss. bibliothecæ Londinensis, quem anno 1734. in lucem emisit, depravata esse hæc contendit Augustini verba : *In interpretationibus autem Latinis* Itala *cæteris præferatur ; nam est tenacior verborum, cum perspicuitate sententiæ :* sicque legendum esse existimat : *In interpretationibus autem Latinis illa cæteris præferatur, quæ est tenacior*, &c. Res est profectò operæ levis, exiguique laboris, contra hujusmodi correctorem, meliùs dixerim adulteratorem, verba Augustini defendere ; quandoquidem in om-

Casleyi de voce *Itala* commentum.

Digitized by Google

nibus manu exaratis codicibus, quotquot noſtri in adornanda operum S. Doctoris editione adhibuere, *Itala*, & *nam*; non verò *illa*, & *quæ* leguntur: adeoque fruſtra Casleyus contra omnium Mſſ. fidem, novam inducere lectionem conatur. Inanem profectò Benedictini impenderent operam, ſi pluribus refellere iſtud commentum laborarent; quapropter huic labori ſuperſedebimus.

Bentleyi de labore noſtro judicium.

LXXIII. Veruntamen, quandoquidem Casleyus auctorem ſe habere ſcribit Bentleyum, ego hîc Bentleyi auctoritate & verbis etiam oſtendam in inveſtigandis interpretationibus antiquis, inanem non eſſe Benedictinorum operam. Equidem vir doctus, qui de nobis optimè eſt meritus dum viveret, fuit in ea ſententia, in qua eum fuiſſe ſcribit Casleyus, idque datis litteris ad unum è noſtris ſignificavit. At propterea adeo fruſtraneus Benedictinorum labor ipſi non eſt viſus, ut eum longè fore utiliſſimum exiſtimaverit, atque etiam ut propoſitum maturarent, calcar addiderit. Quid verò moror ejus verba referre? « In his ego omnibus *Italicam*, ſi fortè reperirem, aliquando inveſti» gavi, Millii noſtri, & aliorum opinione commotus; ſed diuturna exa» mination id ſolùm conſecutus ſum, ut de invenienda illa, quam caſti» gandam ſibi recepit Hieronymus, verſione jam pridem deſperem. Nec » tamen ideo hæc dico, ut ſodales veſtros ab inſtituto opere gnaviter » perficiendo dehortari velim; quin ipſe, ut maturent propoſitum, cal» car eis, ſi poſſem, addere vellem; paratus eis & conſilio, & re, & » opera opitulari. Neque enim aut oberit veſtra meæ, aut veſtræ mea » editio; immo altera alteri & lucem & dignitatem impertiet. » Aliis idem datis ad nos litteris Bentleyus, poſtquam pluribus ſuam circa Auguſtini teſtimonium ſententiam confirmavit, ita demum claudit epiſtolam: « Vos verò, utcunque de his judicatis, incœptum opus » ſtrenuè exſequimini: nihil enim de veſtræ editionis utilitate pretioque » decedet, ſive unius *Italæ*, ſive variarum interpretationum λείψανα protu» liſſe videatur. »

Nunc indicandi fontes, ex quibus variarum interpretationum fragmenta hauſimus.

PARS SECUNDA.

Indicantur fontes, ex quibus antiquam Scripturæ interpretationem hauſimus.

LXXIV. HI ſunt manu exarati codices Scripturarum, & SS. Patrum ſcripta, in quibus ſacræ Scripturæ frequenter laudantur. Puriores hi ſunt fontes, quàm ut in iis aſſerendis & defendendis operam impendere noſtram neceſſe ſit. Hos ergo tantùm aſſignabimus; atque initium ducimus à codicibus manu exaratis, de quibus tamen paucis dicemus, pluribus dicturi in præviis admonitionibus.

§ PRIMUS.

De codicibus manu exaratis.

Pauci admodum codices, qui partem aliquam veteris interpret. exhibeant.

LXXV. AD revocandas in lucem veteres Scripturæ interpretationes, ante omnia lux ipſa fideſque codicum manu exaratorum requirebantur. Utinam varia illa Scripturarum exempla, quæ tam

Digitized by Google

multa olim fuere, ſeu plurium interpretationum, ſeu unius fuerint interpretationis exemplaria, à diverſis confecta librariis, ad nos perveniſſent, aut ſaltem pars aliqua. Utinam id nobis tantùm negotii daretur, ut ex his omnibus collectis, atque collatis exemplaribus, antiquæ illi interpretationi, quam revocare in lucem aggredimur, primigeniam puritatem, nativumque decorem redderemus. Sed heu! ex innumeris codicibus, qui omnium olim manibus verſabantur, vix aliquot, & illi quidem non hujus primævæ antiquitatis, ſed ex aliis deſcripti antiquioribus, in maximarùm, celeberrimarumque bibliothecarum forulis deliteſcentes ſuperſunt. Imo vix è ſexcentis unum reperias, ſaltem veteris Teſtamenti, qui, haud equidem dixerim antiquam interpretationem totam atque integram repræſentet, ſed qui quaſdam lacinias & fragmenta exhibeat.

LXXVI. Primum itaque ſtudium noſtrum fuit, bibliothecas luſtrare, ſi minùs omnes, ſaltem celeberrimas; nec Gallicas tantùm, ſed etiam exteras, aut per nos, aut amicorum ope. Plurima antiquæ verſionis fragmenta accuratè deſcripta, ad nos tranſmiſſa ſunt ex Mſſ. Vaticanis, Oxonienſibus, Cantabrigienſibus, &c. At nullibi lautior meſſis fuit, quàm in bibliothecis Pariſienſibus, maximè in Regia, quæ nobis ſemper patuit. Plurima etiam mutuati ſumus ex Mſſ. bibliothecæ Colbertinæ, Sorbonicæ, Claromontanæ, Sangermanenſis noſtræ, &c. * Fas ſit dicere, pauci ſunt in his bibliothecis codices, qui nos fugerint, ſi qui fugêre. Eſſet hîc locus quoſcunque in conſilium adhibuimus codices, longo ordine numerandi, & de ſingulis uberiùs dicendi; cujus nimirum ævi ſint, quàm probatæ fidei, quàm bonæ notæ, aliaque id genus. Id quidem ageremus; verùm, cùm in præviis admonitionibus hæc ſimus proſecuturi, ubi quid ad ſingulos quoſque libros, ſeu ſingulorum partem aliquam reſtituendam præſtiterimus, commemorare neceſſe erit, hæc eadem ſummatim hîc perſtringere ſat eſſe debet.

Bibliothecæ in quibus aſſervantur.

* Ex his pauci nos fugerunt.

LXXVII. Duo potiſſimùm in codicibus requiruntur, antiquitas, & fides. Si noſtrorum ætatem ſpectes, longinquæ certè vetuſtatis; ſi fidem, optimæ ſunt notæ. Haud tamen ego meos tantæ dixerim antiquitatis codices, quantæ ſuos eſſe cenſet vir Cl. Joſephus Blanchinus; cui, ut ſcribit in epiſt. nuncupatoria p. v. *quod vix, ac ne vix quidem ſperandum erat, occurrere & quaſi lucere viſi ſunt non pauci IV. V. & VI. ſæculi codices Mſſ. divinarum Scripturarum; qui, cùm juxta regulam S. Auguſtini, tenaciores verborum ſint cum perſpicuitate ſententiæ, antiquam Latinam* Italam *mirificè repræſentant.* Si ſexti, quinti, imo & quarti ſæculi codices nactus eſt Joſephus Blanchinus, meritò ſcribit id ſibi contigiſſe, *quod vix, ac ne vix quidem ſperandum erat.* Felicem profectò virum doctum, qui tam longinquæ vetuſtatis codices reperit, ſi tamen tam vetuſtos reperit! Nobis, fatemur, eſſe non licuit perinde felicibus; ſed neque ulli alteri hactenus licuiſſe arbitramur. Non enim quiſquam ad hanc diem quarti ſæculi codicem Latinum reperiſſe viſus eſt: id vel ipſius doctiſſimi Blanchini auctoritate fas eſt confirmare; quippe qui cap. IV. p. 40. præfationis, ubi de codicum Hebræorum, Græcorum, & Latinorum antiquitate diſputat, Latinis codicibus antiquioribus nonniſi mille annos concedit, his verbis: *Summa igitur ſit hujus capitis..... Latina demum antiquæ & vulgatæ editionis, quam* Italam *quoque nuncupaverat olim S. Auguſtinus, ad octavum circiter ſæculum referri oportet.*

Eorum antiquitas & fides.

Joſephi Blanchini de ſuis codicibus exaggerata laus.

LXXVIII. Sin autem duntaxat ad octavum circiter ſæculum vetuſtiſſima Latinæ antiquæ interpretationis exempla referri oportere

Codex noſter Pſalmorum ſancti Germani, anno-

Digitized by Google

rum plùs quàm 1000.

cenſet doctiſſimus Blanchinus, nobis certè ſuppetunt hujus verſionis codices, quibus nemo alter ſe antiquiores habere gloriari poſſit. Inter exemplaria namque, quorum ope antiquam verſionem in lucem revocavimus, nonnulla ſunt, quæ annos pluſquam mille ſibi vindicant. Exemplo eſſe poteſt in veteri Teſtamento inſignis ille Pſalmorum codex, quo olim uſus eſt S. Germanus, Pariſienſis antiſtes. Hujus codicis antiquitatem ſimul & pretium indicant ſatis membranæ purpura violacea tinctæ, & litteræ argenteæ unciales, quibus eſt exaratus. Tales habere codices ditiorum olim erat, non verò eorum, quibus res eſſet anguſta domi. Hinc Hieronymus: *Habeant, qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis auro argentoque deſcriptos, vel uncialibus, ut vulgò aiunt, litteris, onera magis exarata; quàm codices*, &c. *Præf. in lib. Job.*

Alii plures ejuſdem, aut pene ejuſdem antiquitatis.

LXXIX. Alios ejuſdem, aut pene ejuſdem antiquitatis codices, ad ſacræ Scripturæ, maximè novi Teſtamenti, antiquam interpretationem reparandam verſavimus. Alios etiam paulò, alios longè recentiores adhibuimus. Alii annorum nonniſi ſexcentorum, alii ſeptingentorum, alii octingentorum, alii nongentorum occurrêre. * Singuli autem quoſcunque adhibuimus, cujuſcunque ævi ſint, certiſſimæ fidei & optimæ ſunt notæ; quod ante omnia in codicibus Mſſ. requiritur. Hîc verò mihi in animum ſubit, quod evolvendo jam laudati opus Blanchini ſcriptum reperi de Latinis libris, *qui inconſideratè ſatis*, ut ſcribit vir doctus, haud ſcio an ipſe ſatis conſideratè, *in Galliis dicuntur ſcripti ad veteris translationis exemplum, ab optimis quidem viris, ſed non ſatis eruditis.* « Volebam equi-
» dem, inquit, alloquens Gabellium, epiſt. ad eund. incunabula pene *Italicæ*, aliarumque Latinarum verſionum hîc tibi oſtendere..... ſed quo-
» niam hoc argumenti genus, quod fuit à nonnullis aut ignoratum, aut
» pene relictum, epiſtolarem non patitur brevitatem, longa diſſertatione
» in prolegomenis tomi II. illuſtrandum conſtitui. In quo tantò ma-
» gis eſt mihi elaborandum, quòd multi Latini libri, inconſideratè ſatis
» in Galliis dicuntur ſcripti ad veteris translationis exemplum, ab opti-
» mis quidem viris, ſed non ſatis eruditis. Mandare autem nunc litteris
» cogitationes omnes, hominis eſſet intemperanter abutentis otio atque
» patientia tua. » Hæc Blanchinus; quem ad mandandas litteris cogitationes ſuas reſtrictiorem fuiſſe ægre fero, & pene cum viro docto expoſtularem. Has nimirum ſi litteris mandaſſet, noſcerem quæ viro docto cauſa fuerit hæc ſcribendi, quibus Gallicanorum codicum fides in ſuſpicionem adducitur; ſimulque & noſtros defendendi codices, & oſtendendi certiſſimæ eos fidei eſſe, notæque optimæ copia daretur. Ego verò interea aſſeveranter definio, codicum, quos ad revocandam in lucem antiquam Scripturarum interpretationem adhibui, ſuſpectam eſſe fidem non poſſe; & ſi ſuſpecti ſunt hi codices, iis demum ſuſpectos eſſe unis, qui in rebus criticis hoſpites ſunt & peregrini. Hæc obiter dixiſſe ſat eſt; plura forſan dicemus, poſtquam doctiſſimus Blanchinus cogitationes ſuas litteris mandaverit, ſi codicum noſtrorum fidem, quod quidem non veremur, oppugnarit.

* Omnes optimæ notæ, quidquid de Gallicanis codicibus minùs bene ſentiat Blanchinus.

Digitized by Google

§ II.

De SS. Patrum ſcriptis, è quibus Scripturæ fragmenta, ſeu verſiculos excerpſimus.

Latina Scripturæ interpretatio quærenda in primis à SS. Patribus.

LXXX. SUmma ſua Deus bonitate non ſolùm Divina ad nos tranſtulit, ſed etiam ſingulari providentia per tempora, per loca, eximios doctores, qui Divinos hos libros interpretarentur, qui Prophetarum, Apoſtolorum, Evangeliſtarum litteras docerent, deſtinavit, procuravit. Unde ergo potiùs Scripturæ verborum Latina interpretatio quærenda nobis eſt, quàm ab his Divinitus in Eccleſia deſtinatis interpretibus? Unde, inquam, potiùs interpretatio Scripturarum repetenda, quàm ab his, quibus Scripturarum ſacrarum datam eſſe per Spiritum ſanctum intelligentiam conſtat? à quibus etiam & eam eſſe repetendam Tridentina ſynodus definivit? quorum conſenſio in interpretatione Scripturæ, tam firmum eſt veritatis argumentum, ut qui concordem veterum Patrum expoſitionem rejecerit, in errorem labatur neceſſe ſit?

Quo in pretio habendi puriſſimi illi traditionis fontes.

LXXXI. Nemo igitur in verſandis SS. Patrum ſcriptis longiorem nos moram poſuiſſe, nimiamque impendiſſe operam cauſetur. Sed ſi qui cauſabuntur, irritumque laborem clamitabunt, hi ferme erunt, aut iniqui rerum æſtimatores, aut qui neſcient, quo in pretio puriſſimi illi traditionis fontes habendi ſint. Etiamſi quaſcunque Scripturarum particulas ex illorum ſcriptis recuperaſſe nos juxta antiquam interpretationem exiſtimamus, non forent antiquæ interpretationis particulæ; nec irritus, nec pœnitendus noſter eſſet labor. Etiamſi Auguſtinus *Italam* non fuiſſet ſecutus, quam eum eſſe ſecutum conſtat; an verò minori in pretio illas habere deberemus Scripturarum ſententias, quibus victrici gratiæ Pelagiana perfidia ſuccubuit, quibus contriti ſunt Manichæi, ſubacti Donatiſtæ, totque aliæ peſtes exſtinctæ ſunt. Ego certè ita ſum animo comparatus, ut quamvis nullum Scripturarum apicem, nullam litterulam, niſi afflante Spiritu ſancto, calamumque regente, ſcriptam, adeoque nullam Scripturarum particulam eſſe, quæ non omnimoda veneratione digna ſit, exiſtimem; illas tamen præ cæteris amem, iis præcipuè delecter, quibus de portis inferi Eccleſia, de errore Veritas triumphavit. Illi mihi præcipuè verſiculi in Apoſtolis arrident, quibus ab Auguſtino contra Pelagium Julianumque Eccleſiæ fides eſt defenſa. Nullæ me tam percutiunt ſententiæ, quàm illæ, quibus fidei noſtræ dogmata à Patribus ſunt confirmata. Unde verò has ſententias potiùs, quàm ex SS. Patrum ſcriptis, ſi antiqua interpretatio requiratur, extraxiſſemus?

Ex his licet non hauſiſſemus *Italicam*, non pœnitendus proptrea foret labor noſter.

LXXXII. Dicant ergo, qui volent, fruſtra nos in antiquorum Patrum ſcriptis *Italam* quæſiiſſe. Si *Italæ* particulas eſſe negent, quas in ſcriptis Patrum hauſimus; dabunt tamen, aut certè dare cogentur, nos ex ipſorum ſcriptis extraxiſſe, quamcunque tandem ſecuti fuerint interpretationem, Divinas illas ſententias, quibus catholica res tot annis ſtetit, quibus Eccleſia de tot erroribus, errorumque magiſtris triumphavit. In his ergo nos ſcriptis fruſtra Latinam quæſierimus interpretationem, quæ inter antiquas interpretationes, ſi plures fuerint, primatum habuerit? Ecquis hujuſmodi laborem pœnitendum dixerit? Certè ſi *Itala* à Patribus minimè fuit uſurpata; ſi alibi, quàm in tot ac tanto-

Digitized by Google

rum ſcriptis interpretum, nec in tam præclaris ſcriptis appareat; profectò tanti non eſſe debet. Hanc ubicunque ſit, quærat qui velit, ſi aliunde, quàm è traditionis fontibus, eximiiſque interpretibus ſit repetenda: ego huic libens labori ſuperſedebo, hanc contentus reperiſſe, quæ SS. Patribus in uſu fuerit. Ad illos veniamus, ac primùm ſtatuamus, quâ ratione hæc Scripturæ fragmenta, ſeu verſiculos uſurpaverint; an ex præſentibus inſpectiſque libris exſcripſerint Patres; an eos, prout inter ſcribendum ſeſe menti obtulêre, laudaverint.

Intereſt noſſe, qua ratione SS. Patres Scripturam laudarint; an ex memoria, an ad codicum fidem.

LXXXIII. Nemo non intelligit quanti interſit noſſe, qua ratione laudati à Patribus fuerint Scripturæ verſiculi, qui in ipſorum libris paſſim occurrunt; an ex præſentibus inſpectiſque Scripturarum codicibus eos exſcripſerint; an ex memoria, & prout inter ſcribendum menti occurrêre, protulerint. Si primum enim, magni; ſi ſecundum, exigui & pene nullius ſunt momenti SS. Patrum ſcripta ad reſtituendam veterem interpretationem. In ea tamen ſententia, qua tantopere & SS. Patrum auctoritati in recuperanda veteri interpretatione detrahitur, & ex qua noſtrum in evolvendis eorum ſcriptis irritum & otioſum eſſe laborem videretur, ſcriptores nonnullos, & quidem eruditionis laude inſignes eſſe video.

Danielis Heinſii opinio.

LXXXIV. Unus inſtar omnium eſto Daniel Heinſius, cujus hæc ſunt verba, proleg. in Exercit. ſacras, pag. 6. « Non rarò, inquit vir » doctus, uſitatum illis (Patribus) ut intenti rebus, ſenſum potiùs, quàm » verba ſpectent, neque verò prætermittant aliquid, aut addant, ſed & » voces alias reponant. » Et infra pag. 17. « Porro quemadmodum plerique è magnis illis viris, accuratiùs quàm noſtrûm plerique, ſacras memoriæ mandarunt litteras; ita fieri vix poterat, quin cùm, ipſo non » inſpecto codice, adducerent locos, more humano aberrarent, aut inviti » laberentur: ut & hinc manifeſtum fiat, quanto cum periculo conjunctum » ſit ex auctoritate eorum quidquam aut mutari, aut receptam lectionem » in dubium vocari. »

Johannis Felli.

LXXXV. Heinſium ſequitur Johannes Fellus Oxonienſis epiſcopus. « Satis ſuperque temporis, inquit apud Millium, inſumptum eſt Bi» blicis verſionibus conferendis, multò magis corrogandis citationibus SS. » Patrum, qui quidem ipſi ſacras Scripturas neglectiùs ex memoria, & » ad ſenſum ferè, non autem ad exemplarium ſuorum fidem allegarunt. »

Jac. Millii.

Hæc Fellus, cui repugnat Millius, à quo his refellitur verbis. « Hæc » enim, ait iſte, erat præpropera illius (Felli) opinio juxta cum aliis » viris eruditis, qui cùm apud veteres loca S. codicis à vulgato noſtro » textu diversè haud rarò prolata videant, illico lectionibus illorum pa» rum tribuendum arbitrantur. »

Johannis Clerici.

LXXXVI. Neutrum falli cenſet Johannes Clericus, ſed ipſe ab utroque diſcedens, ambarum ſententiarum quoddam quaſi medium, utrinque redactum, amplexus, ita diſputat epiſtola ad Junium Opinianum. « Nec Fellus, inquit, nec Millius prorſus fallebantur: negari enim » non poteſt, 1°. quin ſæpe Patres, præſertim antiquiores ex memoria » Scripturam laudarint; 2°. quia pro verbis Scripturæ ſacræ protulerint » interdum interpretationem & ſententiam, quam iis ineſſe putabant; » 3°. multa primo intuitu poſſe haberi pro minùs accuratis citationibus, » aut fallente memoria prolatis, quæ revera deprompta erant ex codicibus. » Unde ergo, inquies, ejuſmodi citationes ſecernemus? Primùm rem & » ſtylum probè conſiderabimus, quæ ſi diſſentiant à doctrina & ſtylo Scri» ptorum ſacrorum, à nobis rejicientur, qualia ſunt quædam, quæ antiqui

Digitized by Google

codices nonnulli habent ex ſuppoſititiis libris. Secundò citationes conferemus cum antiquis interpretibus & libris, à quibus omnibus ſi diſſentiant, meritò à nobis rejicientur; vix enim, ac ne vix quidem poteſt fieri, ut unus ſcriptor proferat ex libris ſuis locum prorſus aliter ac alii, qui ante & poſt eum in una eccleſia, aut in pluribus ſcripſerunt, & uno conſenſu ejus loci verba eodem modo recitant. Quòd ſi accedat auctoritas priſcorum omnium librorum interpretumque, confirmantium lectionem veterum Scriptorum, quis dubitare ſuſtineat quin ea, quæ contraria afferentur, ſint vacillantis memoriæ lapſus, aut interpretationes, non lectiones quæ ex codicibus manarint. Quòd ſi è contrario plures ſcriptores, codices, aut interpretes conſpirent; nemo ſomniet eorum omnium memoriam eodem modo ceſpitaſſe. Hæc ſi accuratè obſerventur, lectiones veteres & veræ, è ſcriptis Patrum, præſertim antiquiorum, non minùs haurientur & confirmabuntur, quàm ex codicibus manu exaratis qui ſuperſunt. » Hactenus Johannes Clericus; in quibus, quæ mea eſt ſententia, plurima ſunt non ineptè quidem, ſed appoſitè ſatis ac prudenter dicta.

SS. Patres nonnunquam Scripturarum ſententias ex memoria referunt in orationibus.

LXXXVII. Ut enim ego ipſe quod verum eſt dicam, licet ab Heinſii & Felli ſententia abſcedam longiùs, fatebor tamen nonnunquam SS. Patres Scripturæ ſacræ ſententias ex memoria referre; diffusè dicta contrahere aliquando, interdum contracta latiùs & uberiùs explicare, prout loco, tempori, perſonæ, conſilio, aliiſve circumſtantiis congruit. Sua etiam, ut ita dicam, faciunt aliquoties Scripturæ verba, &, ut aiunt, quod abundat in corde, in lingua perſonat, quamvis præ oculis non adſint libri. * Verùm ut id in orationibus pro tempore & data occaſione habitis, aliiſve ſcriptis, quæ ad informandos mores pertinent, contigiſſe concedam; innumera alia, præ iſtis paucioribus, quæ etiam propterea nos parciùs, vixque in conſilium adhibuimus, volumina ſunt SS. Patrum, in quibus Scripturæ verba ex præſentibus inſpectiſque codicibus laudarunt, & ad exemplarium fidem accuratè deſcripſerunt. Id uſque adeo conſtare arbitror, ut aſſerere non verear, non modò ſæpe ſæpius, ſed plerumque paſſim & majore ex parte laudatas à SS. Patribus, & ſcriptoribus antiquis Scripturæ ſententias, ipſiſſima eſſe Scripturarum verba, ex ipſiſmet codicibus Latinis, ſeu interpretationibus, quæ in uſu frequentiori ea ætate erant, accuratè ſummaque fide deſcripta. Hinc ſi quæ eſt aliquando diſcrepantia, ſi quæ varietas, quod quidem ſæpe contingit, hæc eadem diſcrepantia, hæc eadem varietas, aut in aliis Patribus, atque etiam in aliis quandoque ejuſdem illius Patris tractatibus occurrit; aut ſimillimâ, vel ſaltem pene ſimili Græci codicis lectione confirmatur. Quod quidem plurimorum appoſitione exemplorum oſtendere mihi eſſet facillimum.

* In aliis ſcriptis ex præſentibus plerumque codicibus laudant.

Atque in primis, cùm eas ad confirmanda fidei dogmata adhibent.

LXXXVIII. Quamvis igitur inficias non eam, SS. Patres ex memoria aliquando, ut in orationibus, quas pro tempore, & data occaſione ad populum habuerunt, Scripturæ verba protuliſſe; fixum tamen, ratumque eſſe habendum contendo, quaſcunque in aliis libris circa fidem ſacras proferunt ſententias, ad præſentium inſpectorumque codicum fidem deſcriptas eſſe. Quid enim? an credibile eſt, SS. Doctores allegaſſe ſacras Scripturas *neglectiùs ex memoria*, ut Fello placet, quando eas, ad confirmanda adversùs hæreticos fidei dogmata, adhibent? Prudentiores certè fuere SS. Doctores, quàm ut ullam calumniandi occaſionem ſponte malevolis darent; diligentiamque potiùs in laudandis adversùs fidei hoſtes Scripturis adhibuere nimiam, quàm omiſere neceſſa-

Digitized by Google

riam. Neceſſaria autem adhibenda hæc erat cautio, ut Divina proferrent eloquia ad exemplarium, & quidem emendatiſſimorum fidem; nec modò emendatiſſimorum, ſed & eorum codicum, qui Scripturæ exhiberent interpretationem, quæ communi omnium conſenſu firma rataque haberetur, & cui nemo repugnare auſus eſſet. Quod ni feciſſent, profectò vix ac ne vix effugiſſent, *neglectiùs ex memoria* ſacras Scripturas proferendo, ut lapſu memoriæ, quæ, licet tenaciſſima, labitur & vacillat aliquando, alia pro aliis verba laudarent, adeoque reprehendendi & obtrectandi fidei hoſtibus occaſionem darent.

Neque his adverſatur S. Cyprianus libro adversùs Judæos.

LXXXIX. Fruſtra quis objecerit verba ſancti Cypriani rationem reddentis, quâ ex Scripturis ſacris adversùs Judæos librum elaboravit. Non enim hæc verba, ſi rectè intelligantur, nobis adverſantur, nec contrarium probant. *Et quidem ſicut petiſti, ita à nobis ſermo compoſitus..... ut quæ ſcriberem, non copia latiore diffunderem, ſed quantùm mediocris memoria ſuggerebat, excerptis capitulis & annexis, neceſſaria quæque colligerem.* Contrarium, inquam, non probant, nec adverſantur nobis hæc Cypriani verba; quæ quidem haud ita ſunt intelligenda, ac veluti his ſignificare velit S. Doctor, ſe in eo libro teſtimonia Scripturæ non è codice Latino deſcripſiſſe, ſed prout ſcribenti abſque copia ſacri codicis, occurrêre. Quamvis enim ſcribat Cyprianus, ſe in eo libro, qui totus ex collectis Scripturæ ſententiis eſt conflatus, tantùm collegiſſe, *quantùm mediocris memoria ſuggerebat;* has tamen ſententias, nullo adhibito codice, unius ſubſidio memoriæ non aſſerit à ſe prolatas.

Quo ſenſu intelligenda S. Doctoris verba.

XC. Qua ergo ratione intelligenda ſunt Cypriani verba? Iſtâ nimirum. Cùm divus Cyprianus ad ſcribendum hunc, de quo agitur, librum adversùs Judæos animum appulit, non quæcunque ex ſacris Scripturis licebat excerpere contra Judæos teſtimonia; ſed ea tantùm quæ *ſuggerebat memoria*, ſeu quæ olim legerat, & quæ altiùs infixa memoriæ, hæſerant tenaciùs, proferre ſatis habuit. Nec verò abſque ulla ſacri codicis copia, has Scripturæ protulit ſententias; ſed ut quæquæ menti inter ſcribendum occurrit, hanc è codice ſacro excerpſit. Itaque primùm memoria ſuggerebat S. Doctori ſacros libros, ſeu loca, unde erueret adversùs Judæos teſtimonia; deinde hæc eadem teſtimonia ad codicis fidem accuratè deſcripta libro Teſtimoniorum inſerebat. Sed ne cui perperam, & argutiùs, quàm veriùs, interpretari ſancti Cypriani verba videar; hæc eadem iterum ſubjicio, ut nihil à me alienum Cypriano affingi quivis intelligat. Poſtquam Cyprianus ſe ſcripſit collegiſſe, *quantùm mediocris memoria ſuggerebat;* ita proſequitur, *excerptis capitulis & annexis*, &c. quibus certè verbis ſignificat ſe excerpſiſſe capitula, quæ *memoria ſuggerebat.* Unde verò excerpi queunt capitula, niſi è libro vel codice? Ecquis enim unquam è memoria excerptas dixerit Scripturæ ſententias? Quæcunque igitur inter ſcribendum adversùs Judæos Scripturæ capitula Cypriano memoria ſuggerebat, hæc eadem S. Doctor ad fidem codicis, & è codice excerpta libro inſerebat.

His generatim præmiſſis de ratione, qua SS. Patres ſacræ Scripturæ verſiculos in ſuis paſſim libris laudant; nunc de ſingulis Patribus, è quorum ſcriptis has eaſdem Scripturæ ſententias excerpſimus, dicendum eſt.

Digitized by Google

§ III.

De ſingulis ex ordine Patribus, ſcriptiſque Patrum, è quibus Scripturæ fragmenta, ſeu verſiculos excerpſimus.

XCI. INter ſanctos Patres, quorum ſcripta evolvimus, ut ſparſas hinc inde ſententias noſtro inſerendas operi, colligeremus, primum ſibi locum, ſervata temporum ratione, vindicat Irenæus. Qui licet ortu Græcus ſit, & quamvis etiam Latinorum Patrum duntaxat, non autem Græcorum exemplaria verſare noſtri ſit inſtituti, inter Latinos tamen à nobis numerari debuit; quandoquidem S. Doctoris ſcripta ad nos nonniſi Latina pervenere, ſi primum excipias librum, qui pene totus eſt in Epiphanio, & alia aliorum librorum in aliis Patribus deſcripta fragmenta; ſeu Latinè ſcripſerit, ſeu quæ Græcè primùm ſcripſerat, interierint, ſed antequam interirent, Latinè fuiſſent reddita. Irenæus.

XCII. Græcène, an Latinè libros quinque adversùs hæreſes ſcripſerit Irenæus, eruditi certant. Dubitat Eraſmus; Latinè tamen ſcripſiſſe Irenæum potiùs arbitratur, quamvis peritior ipſi fuiſſe videatur Lugdunenſis præſul Græci ſermonis. Ipſe Irenæus huic eruditorum controverſiæ quandam veluti occaſionem præbuit his verbis, quibus tenuem atque exilem dicendi rationem excuſat; quæ nonnulli perperam interpretantur, ac veluti ſignificare velit S. Præſul, ſe, cùm inter barbaros verſaretur, aliena lingua fuiſſe uſum. *Non autem exquires à nobis, qui apud Celtas commoramur, & in barbarum ſermonem plerumque vacamus, orationis artem, quam non didicimus, neque vim conſcriptoris, quam non affectavimus, neque ornamentum verborum, neque ſuadelam, quam neſcimus; ſed ſimpliciter, & verè, & idioticè ea, quæ tibi cum dilectione ſcripta ſunt, cum dilectione percipias.* Græcène, an Latinè ſcripſerit.

Orationis pigmenta, munditiam, & ornamenta neglexiſſe Irenæum, ac floccifeciſſe ex his conſequitur verbis, atque etiam forſan, ſi placet, plebeio ſermone uſum fuiſſe. At profectò inde minùs rectè colligas eum Latinè, non autem Græcè ſcripſiſſe; maximè verò cùm his temporibus, & ea adhuc ætate, Græca lingua, perinde atque Latina Lugduni, & in aliis pluribus Galliarum civitatibus vulgò uſurpata publicèque uſitata foret, ut pluribus oſtendit doctiſſimus noſter Antonius Rivet, *Hiſt. Litter. de la France, 11. ſiecle de l'Egliſe, Eſtat des lettres dans les Gaules, tom. 1. pag. 228. & ſuiv.* Itaque laudatis Irenæus verbis ſignificat duntaxat, ſe, cùm inter Gallos verſaretur, non limatum & ornatum, ſed rude & ſimplex ſecutum fuiſſe dicendi genus, quamvis cæterùm non alieno, ſed proprio, qui Græcus erat, & ipſis notus ac familiaris Lugdunenſibus, ſermone ſcriberet. Ni verba Irenæi ſic intellexeris, ineptam eſſe prorſus hanc quam adhibet excuſationem ſtyli, neceſſe eſt fatearis. Sed quid ego hæc nequicquam revolvo, cùm Græcè ſcriptos ab Irenæo fuiſſe libros adversùs hæreſes, tam manifeſtis pateat indiciis; idque tam firmis probarint argumentis viri doctiſſimi, hos inter Maſſuetus noſter, ut mirum ſit aliquos adhuc eſſe, ſi tamen ſint, qui ea de re dubitent. Qui plura volet, adeat ſcriptores, qui argumentum iſtud pertractarunt, & eos maximè qui Irenæi opera diverſis temporibus vulgarunt. Hi ſunt poſt Eraſmum, Gallaſius, Grinæus, Fevardentius, Grabius, præcipuè verò Maſſuetus, qui uberiùs de ea quæſtione diſputat diſſert. 2. in Irenæi lib. ubi expenſis ſedulò, atque diſcuſſis utriuſque ſententiæ momentis, ita pronunciat: « Erit fortè qui me diutiùs in his, quàm par ſit, «

Digitized by Google

» immoratum esse conqueratur, cùm jam communior sit inter eruditos » sententia, Irenæum Græcè scripsisse. Sed cùm plures offendamus viros » Græcè & Latinè doctissimos, qui id adhuc in dubium vocant, operæ » pretium visum est quæstionem paulò accuratiùs pertractare, ut vel exi- » merentur, qui supereſse videbantur, scrupuli; vel saltem lector, pen- » sitatis æqua lance utriusque partis rationibus, iis calculum adjicere tutus » possit, quas ponderosiores esse perspexerit. » In hanc ego sponte viri docti, quo etiam magistro usus sum, sententiam concedo.

An ipsius Irenæi sit librorum ejus interpretatio.

XCIII. Alia iterum est inter eruditos controversia, circa Irenæi librorum interpretationem. Sunt qui ipsum sui interpretem fuisse Irenæum existimant, ut Possevinus, & Fevardentius, & eum Latinè reddidisse, quæ primùm Græcè scripserat; in quam sententiam videtur propendere Huetius. Sed quæ probant Irenæum Græcè scripsisse, eadem pene momenta convincunt eum Latinè non reddidisse quæ Græcè scripsit. Deinde tam inculta, tam agrestis, tam horrida & barbara est hæc interpretatio, ut dici nequeat elaborata Irenæi ætate; qua quidem ætate, etsi incorrupta Latini sermonis non esset integritas, pars saltem adhuc maxima pristinæ elegantiæ supererat. * Hæc igitur interpretatio nonnisi postquam integritas Latini sermonis tota interiit, ejusque nitor penitus in barbariem versus est, confecta est, nec multò antiquior Gregorii Magni temporibus, neque etiam recentior. Etenim si horridus interpretationis illius stylus eam Gregorii Magni ætate antiquiorem haberi non sinit; multò quoque recentiorem non esse, ex laudatis in hac interpretatione Scripturarum versiculis conficitur : quippe qui versiculi ex veteri interpretatione, seu *Itala*, quæ post Gregorium esse in usu & honore desiit, plerumque sunt descripti. Neque enim eos rudis & imperitus interpres è Græco Irenæi textu ad verbum reddidit; sed è Latinæ Italicæ versionis codice descripsit, sive ut imperitiæ consuleret, sive ut labori parceret.

* Ea nec antiquior, nec recentior Gregorii M. temporibus.

Qui in ea laudantur Scripturæ versiculi, ex Italicæ versionis codice descripti sunt.

XCIV. Id animadvertit Millius, nec tacuit. « Irenæi vetus interpres Latinus, inquit, proleg. in N. T. Gr. n. 1359. in citationibus » Scripturæ non textum Irenæanum reddidit, sed *Italicæ* versionis, ejus- » que interpolatæ, Latinè reposuit. » Cùm igitur Irenæi interpres ex Latino codice veteris interpretationis Scripturarum versiculos descripserit, quod pluribus exemplis planum manifestumque est, instar Patris Latini esse nobis debuit Irenæus, atque eosdem versiculos repetere, & ex ejus scriptis libuit excerpere. Id quidem cùm pluribus ostendere exemplis libeat, cùm ex veteri, tum ex novo Testamento, unum duntaxat & alterum è multis proferam. Sic lib. 5. c. XXVIII. n. 3. versus 2. capitis 11. Gen. apud Irenæum Græcè legitur : Καὶ συνετέλεσεν ὁ Θεὸς τῇ ἡμέρᾳ τῇ ϛ' τὰ ἔργα αὐτοῦ ἃ ἐποίησε, καὶ κατέπαυσεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ζ' ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ. Ita verò vetus ille interpres Latinè eum reddidit : *Et consummavit Deus die sexto omnia opera sua quæ fecit, & requievit in die septimo ab omnibus operibus suis quæ fecit;* addita nimirum voce *omnia*, quæ à Græco textu abest; omisso insuper post *requievit*, verbo *Deus;* repetitoque in fine *quæ fecit;* ex ea haud dubiè interpretatione, qua Adimantus est usus apud Augustinum, tom. 8. col. 112. b. *Et consummavit Deus die sexto omnia opera sua quæ fecit, & in die septimo requievit ab eisdem omnibus operibus quæ fecerat;* quæ ultima verba Augustinus ipse l. 4. de Genes. ad litt. prorsus similiter ac vetus interpres refert, *ab omnibus operibus suis quæ fecit.* Vin & aliud è novo Testamento exemplum, quo planum fiat Irenæi interpretem Scripturæ versiculos ex Latino codice veteris inter-

Digitized by Google

pretationis deſcripſiſſe ? Irenæus lib. 1. cap. XXI. n. 2. ita ex Evangelio Marci laudat ℣. 38. cap. X. Δύναδε τὸ βάπτισμα βαπτισθῆναι, ὃ ἐγὼ μέλλω βαπτίζεσθαι; Ille verò his verbis transfert : *Poteſtis baptiſma* (al. *baptiſmum*) *baptizari*, *quod ego habeo baptizari ?* quæ pariter ab antiquiori verſione prodiiſſe Colbertinus codex indicat, *Poteſtis baptiſmum baptizari*, *quem ego baptizari habeo?* Plura referre ſupervacaneum fuerit.

XCV. Latinos inter Patres antiquitate & doctrina ſpectatiſſimus eſt Tertullianus, priſcorum innocentiæ Chriſtianorum defenſor, morum magiſter, fidei vindex. Felix, ſi tam præclaris initiis extrema congruiſſent! Floruit circa annum 200. Quamvis plurimos ex ejus ſcriptis verſiculos Scripturæ excerpſerimus, vix tamen definire licet, quo Latino codice, qua, ſi mavis, interpretatione ſit uſus. * Cùm ſcriptor ille acerrimi vehementiſſimique ſit ingenii, non æquabiliter & una eademque ratione ſcribit ; ſed vehementis ſecutus ingenii impetus, non ſe verbis, ſed ſibi verba ſubjicit, & ad nullius codicis fidem addictus plerumque deſcribere videtur, quas laudat Scripturæ ſententias. Alias neglectiùs, alias ex memoria, alias ad ſenſum, verba referre parum ſollicitus, profert ; nonnullas pluribus, quaſdam paucioribus verbis effert ; plures immutat. Verba etiam ſibi uni propria, nec ulli alii ſcriptori exaudita adhibet. Sed de his meliùs in notis, ubi exſcriptos è Tertulliani libris verſiculos Scripturæ interpoſuimus, lector judicabit. Interea quæ ſit aliorum ſententia de laudatis à Tertulliano Scripturæ verſiculis, prætermittendum non arbitror.

Tertullianus.

*Qua ratione Scripturæ ſententias uſurpaverit.

XCVI. Cenſet Pamelius, cujus ſtudio & labore Tertulliani opera prodiere in lucem, unà cum libro Novatiani de Trinitate, è quo etiam quaſdam Scripturæ ſententias exſcripſimus ; cenſet, inquam, Pamelius, utrumque ſcriptorem in proferendis Scripturis « ſecutum fuiſſe editionem LXX. Interpretum in veteri Teſtamento, & tam in illo quàm in « novo Teſtamento ſua propria ex Græco translatione uſum. » Longè alia eſt Millii opinio, cui ſi fides, proleg. in N. T. Gr. « adducta à Tertulliano loca attentiùs paulò conſideranti, nihil certiùs, quàm quòd in « eis ad *Italicam* ferè ſemper reſpexerit. Hoc cùm in aliis ejus ſcriptis « obſervare liceat, tum verò magis in poſterioribus, maximè autem in libro « de Pudicitia. Quale verò penes ſe habebat *Italicæ* exemplar ? Haud « parum maculatum certè, inquit, ſi quid de cæteris ejus partibus con- « jectare liceat ex Evangelii Lucæ codice, quo uſus eſt in lib. 4. adverſùs « Marcionem, c. 7. 17. 21. » Ita Millius.

Qua uſus ſit verſione.

XCVII. Tertullianum ſequitur Cyprianus, clariſſimum Eccleſiæ Africanæ lumen. Carthaginenſis præſul anno 248. aut 249. creatus, ſuam ſedem eximia pietate, ſingulari morum innocentia, gravitate & doctrina illuſtravit. Nec Africæ modò, ſed toti terrarum orbi præclaris excellentiſſimi ingenii fœturis profuit, & inclaruit. S. Præſulis ſcripta innumeris utriuſque Teſtamenti ſententiis, quæ de pleno pectore manabant, ſunt aſperſa. Sed præ cæteris tres *Teſtimoniorum* libri, cum epiſtola ad Fortunatum de exhortatione Martyrii, iis abundant. Laudando Scripturæ verba ſibi conſtat Cyprianus, nec ea ex memoria, ſed ad codicis fidem laudat. Quæ contra dici poſſunt ex ipſo Cypriano, jam diluimus. Cum aliis Latinis Patribus, præſertim Ambroſio & Auguſtino, non ita concinit, ut non aliquando, & quidem plurimùm diſcrepet. At cum Lactantio, Lucifero Calar. atque in primis cum Latinis codicibus Mſſ. magis conſentit, ut cernere eſt in libro Tobiæ, qui, quantùm ad vetus Teſtamentum, exemplo eſſe poteſt, quàm bene Cyprianus cum

Cyprianus.

Digitized by Google

codicibus manu exaratis conveniat. Hunc adeat lector librum, quem integrum ex duobus codicibus venerandæ antiquitatis bibliothecarum Regiæ & Sangermanensis exhibemus. Quantùm autem ad novum Testamentum, hæc habet Millius proleg. in N. T. Græcum : « Ex citatis à » Cypriano S. textûs locis abundè constat *Italicam*, quam unam ferè in » usu ei fuisse ex allatis ab ipso N. Testamenti pericopis manifestum est, » temporis tractu magis magisque fuisse interpolatam. » Quod quidem ultro concesserim.

Lactantius. XCVIII. Lactantius, quo non alter è Patribus Latinis facundior, septem Institutionum libros, quarto Ecclesiæ sæculo, ante annum 327. conscripsit. Singulari pietate condîti, & pluribus Scripturarum versiculis referti sunt hi libri ; quos si legas, & cum variis Latinorum Patrum testimoniis conferas, hos ex antiqua interpretatione exscriptos esse versiculos, & Lactantium Cypriani vestigiis potissimùm insistere animadvertes. Exemplo esse possunt in lib. 2. Regum ℣℣. 5. 12. 13. 14. 16. cap. VII.

Juvencus. XCIX. Juvencus presbyter, patriâ Hispanus, circa annum Christi 330. floruit. « Historiam Evangelicam, ut scribit Cave, maximè secun- » dùm S. Matthæi ductum, quatuor libris versu heroico complexus est, » sermone quidem simplici, nec satis uberi vena, animo tamen candido, » & qui sacra tractantem decet, pio, castoque, Evangelistam stricto pede » secutus. » * Quamvis hujusmodi scribendi genus auctor ille sit amplexus, in quo aliquid, quod nostro faveat consilio, reperiri posse, vix spes ulla appareat ; & forsan insanire pluribus videbitur is, qui antiquam Scripturarum interpretationem in poetæ carminibus quæsierit ; quædam tamen in nostris ad Matthæum notis ex Juvenco exscripsimus, nec immeritò. Etenim licet frustra quis antiquam Scripturæ versionem in versibus Juvenci ad verbum quæsierit, sunt tamen vel in his versibus indicia, sunt elocutiones, sunt verba vocesque, ex quibus fas est conjicere, quem codicem Scripturæ præ oculis habuerit Juvencus, ut historiam Evangelicam versu heroico complecteretur : necesse siquidem est, habuerit aliquem Evangelii codicem, quisquis demum ille fuerit codex. Quid si igitur in Juvenci carminibus illa appareant indicia, hæ sint elocutiones, hæc verba, quibus planum manifestumque sit Juvencum in conscribenda versibus historia Evangelica, Latino codice veteris interpretationis usum fuisse ? Atqui ita est certè, & cùm pluribus id confirmare libeat exemplis, unum duntaxat assumo ex cap. XX. Matth. In eo capite post hæc verba ℣. 28. *Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis ;* hæc sequuntur in Ms. Colbertino, ut & in aliis exemplaribus veteris interpretationis ; quæ quidem desiderantur in Vulgata hodierna Evangelii juxta Matthæum : *Vos autem quæritis de pusillo crescere, & de majore minor* (l. *minores*) *esse. Intrantes autem, & rogati ad cœnam, nolite recumbere in locis eminentioribus, ne fortè clarior te superveniat ; & accedens qui ad cœnam vocavit te, dicat tibi : Adhuc deorsum accede : & confundaris. Si autem recubueris in loco inferiori, & supervenerit humilior te, dicat tibi qui te ad cœnam vocavit : Accede adhuc superiùs : & erit tibi utilius.* Juvencus autem, cùm ad conscribendam versibus historiam Evangelicam, codicem Matthæi secundùm veterem interpretationem haberet ; hunc secutus codicem, quidquid in veteri interpretatione legitur, carminibus Latinis sic reddidit :

Hominis natus sic cuncta ministrat,
Obsequio solus proprio pia munera gestans,

*Versibus licet scripserit, non tamen fuit à nobis omnino negligendus.

Digitized by Google

Pro multiſque animam pretioſo ſanguine ponit.
At vos ex minimis opibus tranſcendere vultis,
Et ſic è ſummis lapſi, comprenditis imos.
Si vos quiſque vocat cœnæ convivia ponens,
Cornibus in ſummis devitet ponere membra,
Quiſque ſapit : veniet forſan ſi nobilis alter,
Turpiter eximio cogetur cedere cornu,
Quem tumor inflati cordis per ſumma locarat.
Sin contentus erit mediocria prendere cœnæ,
Inferiorque dehinc ſi mox conviva ſubibit,
Ad potiora pudens tranſibit ſtrata thororum.

Hæc profectò Juvenci carmina manifeſto eſſe argumento debent poetam in conſcribenda Evangelica hiſtoria uſum fuiſſe codice Latino, planè noſtro ſimili, quique veterem interpretationem repræſentaret.

C. Julius Firmicus Maternus, qui circa annum 340. claruit, Conſtantio & Conſtante Auguſtis, quibus etiam librum *de errore profanarum religionum* nuncupavit, quaſdam nobis exhibuit Scripturæ ſententias. Scriptor ille frequentiùs cum Cypriano concinit, ut Deut. cap. XIII. &c. Interdum cum Hilario, & antiquis codicibus manu exaratis. Julius Firmicus.

CI. Longè verò plura antiquæ interpretationis fragmenta nobis ſubminiſtravit Lucifer Calaritanus in variis, quos conſcripſit, libris, *Pro S. Athanaſio; De regibus apoſtaticis; De non conveniendo cum hæreticis; De non parcendo delinquentibus in Deum; Quòd moriendum ſit pro Dei filio.* Floruit Lucifer circa annum 354. In laudandis Scripturæ verbis ſibi ſatis conſtat; à Græco textu hodierno vix diſcrepat. Cum Tertulliano concinit aliquando, interdum cum Auguſtino, & Ambroſio; ſed quod quidem ante omnia juvat obſervare; in Tobiæ & Judith libris, quos variorum ope Mſſ. codicum, & quidem optimæ notæ recuperavimus, tanta eſt ſententiarum Scripturæ, quæ in libris Luciferi occurrunt, convenientia, tanta ſimilitudo, ut nullam pene reperias diſcrepantiam, & tantùm ovum ab ovo non faciliùs diſcernas. Lucifer Calaritanus.

CII. Hilarius Pictavienſis epiſcopus, noſtrarum decus luxque ſplendidiſſima Galliarum, quas pietate & doctrina, admirabili fidei ardore & veritatis defendendæ ſtudio nobilitavit; commentaria in Pſalmos, in Evangelium Matthæi, Libros XII. de Trinitate, aliaque præclara ingenii monimenta reliquit, in quibus plurima antiquæ interpretationis fragmenta reperimus. Hilarius Pictavienſis epiſcopus.

CIII. Equidem non me latet fuiſſe in ea ſententia nonnullos, ut arbitrarentur commentarium in Pſalmos, non tam eſſe Hilarii, quàm Origenis fœtum, nec tam auctorem hujus operis, quàm interpretem eſſe Hilarium : quæ ſi vera eſſet ſententia, fruſtra quæſiſſemus in eo commentario antiquam interpretationem. Verùm ut concedamus nonnihil auxilii ad opus iſtud conficiendum ab Origene mutuatum fuiſſe Hilarium, tam multa è ſuo penu addidit S. Præſul, mutavit, circumcidit, emendavit, ut verus hujus commentarii auctor, non verò interpres ſit habendus. Et certè primò negari nequit, quin Latinum codicem exponendum ſuſceperit, ut cum * Cuſtantio noſtro loquar, viro, ſi quis alter, in rebus criticis peritiſſimo & prudentiſſimo; ac proinde quædam ei fuerunt explicanda, quæ Origenes non attigit. Deinde ad opus iſtud conficiendum, non modò aliorum ſcripta auctorum verſavit, ſed familiarium quoque ſuorum, aliorumque virorum doctiorum ſententiam, vel præſenti ſermone, vel litteris, ut ipſe teſtatur Hilarius, exploraverit. Interpreſne, an auctor commentarii in Pſalmos fuerit.

* *Admonitione in hunc comm. p. 172. n. 13. &c.*

Digitized by Google

Demum varios codices tum Græcos, tum Latinos adhibuit in consilium; ita tamen ut, si quæ occurrerit discrepantia, LXX. seniorum versionem secutus sit; quæ tantæ apud eum auctoritatis erat, ut ab ea discedere nemini tutum esse existimaret. Quis jam verò dixerit Pictaviensem antistitem commentarii in Psalmos non auctorem, sed interpretem esse? Sed hanc opinionem tam firmis argumentis evertit noster Custantius, ut pluribus eam impugnare nihil necesse sit. Hujus, si velit, adibit lector admonitionem in hunc Hilarii commentarium pag. CLXXII. n. 13. &c.

Similiter & commentarii in Evangelium Matthæi.

CIV. De commentario Hilarii in Evangelium juxta Matthæum, eadem nonnullorum fuit, ac de commentario in Psalmos sententia; quam his Custantii verbis refellere satis esse debet: « Non desunt qui pu- Pag. 598. n. 2. & 3.
» tent Hilarium ut in Psalmos, ita & hîc in Matthæum Scripturæ sensus
» ex Origene fuisse mutuatum..... sed neque hujus commentarii cum lucu-
» brationibus iis, quas ex Origene in Matthæum habemus, frequens ad-
» modum occurrit consensio. Hoc verò maximè ab iis dissentit, quòd
» rara in rerum enarratarum probationem Scripturarum adducantur testi-
» monia: nusquam etiam latiùs divagatur oratio, sed prope semper ser-
» mo concisus, & paucis complectens multa; quod ab Origeniana dicendi
» ratione procul abest. » In eo commentario, vel, si mavis, in eo tractatu, ut aliquot habent Mss. codices, Matthæi versiculos profert Hilarius ex codice Latino, qui tam prope accedit ad nostrum codicem Colbertinum, ad cujus fidem Evangelium Matthæi juxta antiquam interpretationem vulgavimus, ut gemellus frater esse videatur. Id maximè geminis patet additamentis, quæ in eo occurrunt codice, alterum post versum 28. capitis XX. alterum verò post versum 41. capitis XXIV.

Ejusd. libri XII. de Trinitate.

CV. Commentarios in Matthæum proximè sequuntur in novissima
» editione libri XII. de Trinitate. * « Quam autem Hilarius è Scriptu- * Custant. p. 761. n. 34.
» ris hausérat fidem, Scripturis ibidem explicat, primùm quidem Pro-
» phetícis, tum Evangelicis, ac demum Apostolicis; » quod & innuit ipse, Dei auxilium implorans & petens, lib. 1. n. 37. 38. *Nos quidem inopes*, inquit, *ea quibus egemus precabimur, & in scrutandis Prophetarum tuorum Apostolorumque dictis studium pervicax afferemus, & omnes obseratæ intelligentiæ aditus pulsabimus..... Exspectamus ergo ut trepidi hujus cœpti exordia incites, & profectu accrescente confirmes, & ad consortium vel Prophetalis, vel Apostolici spiritûs voces, ut dicta eorum non alio quàm ipsi locuti sunt sensu apprehendamus, verborumque proprietates iisdem rerum significationibus exsequamur.* Et sanè quàm plurima veteris utriusque Testamenti interpretationis segmenta, in his duodecim de Trinitate libris occurrêre, quæ accuratissimè exscripsimus, uti & quæ alii ejusdem S. Doctoris tractatus exhibent. Etsi autem satis sibi constare videatur, ut Deut. x. 12. 13. Psal. 68. ℣℣. 2. 3. & Psal. 138. ℣. 9. item in Isai. 1. ℣℣. 11. 12. 15. 17. & alibi; imo & cum aliis Patribus, maximè cum Cypriano, Lucifero Calaritano, & Ambrosio convenire; ab his tamen interdum nonnihil discedit, ut non planè constet quo potissimùm codice Latino usus fuerit Hilarius.

S. Zeno Veron. episcopus.

CVI. S. Zeno episcopus Veronensis, de quo Ambrosius ep. 5. ad Syagrium, medio sæculo IV. floruit, ut probant doctissimi Ballerinii fratres, Veronenses presbyteri. Saltem jam vitâ functus erat, ut animadvertunt viri clarissimi, quo tempore ad Syagrium scripsit Mediolanensis præsul, quippe qui in ea epistola *Zenonem sanctæ memoriæ* vocat. Cùm scriptor ille nonnisi sermones, quod scriptorum genus consilio atque instituto nostro minùs idoneum prætermittere solemus, scripserit; primò

Digitized by Google

quidem hos dedignati ſumus ſermones. Verùm poſtquam nova ad nos Zenonis editio pervenit, doctiſſimorum munificentiâ fratrum, qui unum è noſtris hoc præclaro munere donarunt; ſimulatque hos ſermones revolvimus, tum plures antiquæ interpretationis lacinias videntes mirati ſumus, quas diligenter excerptas, in aliarum numerum retulimus. At cùm ſeriùs ad nos pervenerit hæc editio, quoſdam verſiculos ſuis apponere locis non licuit; ſed his locum ad calcem operis in appendice dabimus. Olent certè plurimùm antiquam interpretationem Scripturarum hi, quos è Zenonis ſermonibus exſcripſimus, verſiculi; quorum pars maxima cum exſcriptis è Cypriano & Lactantio ita concinit, ut pene unus idemque omnibus codex fuiſſe videatur.

Phœbadius Agennenſis.

CVII. Phœbadius Agennenſis epiſcopus, ortu Galſus, provincia, ut videtur, Aquitanus, claruit circiter anno 359. Exſtat ejus liber contra Arianos, qui plura nobis antiquæ verſionis teſtimonia contulit, eaque non ex memoria ab auctore prolata, ſed attentè excerpta ab ipſis ſacrarum litterarum paginis, ſtudiosèque deſcripta, ut quiſque judicare facilè poterit.

Victorinus.

CVIII. Victorinus natione Afer, obiiſſe creditur circa annum 370. Pauca admodum, nec plerùmque magni momenti Scripturæ fragmenta è nonnullis ejus ſcriptis, tom. IV. Bibliot. Patrum editis, eruimus.

Ambroſius.

CIX. Ambroſius ex Italia oriundus, in Galliis natus, vir conſularis, in Auxentii locum Mediolanenſis epiſcopus circa annum 374. creatus eſt. Admirabili ſanctitate, eximiaque doctrina Latinam eccleſiam decoravit.

In ſex *Hexaemeron* libris, interpretis officio minimè functus eſt.

CX. De præcipuis S. Doctoris ſcriptis dicturus, ab his incipiam libris, quibus quo pacto Deus ſex dierum intervallo ſuis conſtantem partibus mundum elaboraverit, populo Mediolanenſi explicat. Ipſi præiviſſe, & jam antea de eodem argumento Origenem, Hippolytum, ac Baſilium ſcripſiſſe, auctor eſt Hieronymus in epiſtola ad Pammachium. Quid ab Origene, quidve ab Hippolyto mutuatus ſit Ambroſius, cùm utriuſque opus interierit, non novimus. Verùm cùm Baſilii ad nos pervenerit, hodieque totus & integer ſuperſit tractatus, facile eſt explorare, quid inde in ſuum tranſtulerit Ambroſius. « A Baſilio verò, inquiunt « noviſſimi editores Ambroſii prævia in hos libros admonitione, ut eum « quàm plurima ſumpſiſſe haudquaquam inficiamur, ita ſerviliter illius « opera imitatum eſſe, aut quaſi tralatoris officio functum pernegamus. « Enim verò etſi frequenter illius inſiſtit veſtigiis, ab eis tamen ſæpe ſæ- « pius recedit; quippe qui addat, adimat, tranſponat, imo nec religioni du- « cat contraria ſentire Baſilio, quem etiam interdum, tacito licet nomine, « non leviter perſtringit. » Abſit ergo ut exiſtimemus in his libris Mediolanenſem epiſcopum Cæſarienſis præſulis duntaxat interpretem fuiſſe.

Hos & pleroſque Ambroſii libros, diverſo quo ſermones ordine meritò habuimus.

CXI. Ne quis autem putet eodem ordine, quo ſermones, habendos eſſe hos Ambroſii libros, adeoque fruſtra in iis quæſitas à nobis fuiſſe antiquæ interpretationis reliquias, audire juvat à S. Doctoris operum editoribus, qua ratione opus iſtud fuerit elaboratum. « Ambroſianus « hic fetus ſermonibus conſtat, quibus S. Doctor populo Mediolanenſi re- « rum creationem expoſuit. Hos notarium aliquem ex ore dicentis excepiſſe arbitrantur nonnulli: at certè Ambroſius jam pronunciatos ſtylo « adſtrinxit, ac in eam, qua circumferuntur, tractatûs formam concinna- « vit; ipſemet enim Orontiano diacono, ad quem ſicut & ad Sabinum « epiſcopum hoc idem opus miſit, ſcribens, Hexaemeron ſuum ſeſe exa- « raſſe ſignificat. Eandem rem in aliis quoque libris ipſe factitabat; ne- «

Digitized by Google

» que dubium illi hoc ideo uſu venire, & amicorum ut obſequeretur vo-
» luntati, cæterorumque Chriſtianorum utilitati conſuleret, & ſibi ne im-
» poni poſſet à librariis. » Quamvis igitur in his Ambroſius libris, opera ſex dierum Mediolanenſibus civibus exponat, haud tamen habendi ſunt inſtar ſermonum, in quibus Scripturæ ſententias, prout inter diſſerendum occurrêre, laudaverit; aut certè ſi inſtar ſermonum habeantur, concedendum eſt eos domi redditos fuiſſe incudi, tantaque elaboratos diligentia, ut nulla ſuſpicio, nullum eſſe debeat dubium, quin ex præſenti codice Scripturas laudarit. Nec verò quæ hîc obſervamus circa Hexaemeron, iſtud duntaxat opus, verùm alios etiam pleroſque ſpectant Ambroſii libros; nempe, *de Paradiſo; de Cain, & Abel; de Noe, & arca; de Abraham; de Iſaac, & anima; de Bono mortis; de Elia, & jejunio; de Tobia;* ſecundam *Davidis apologiam;* & tractatum *de Sacramentis.*

De ſecunda *David. apologia*, & tractatu *de Sacramentis.*

CXII. Sive Ambroſii, ſive cujuſvis alterius ſcriptoris fetus ſint poſtrema hæc duo ſcripta, ſecunda nimirum *Davidis apologia*, & tractatus *de Sacramentis*; certant namque inter ſe eruditi, & alii hos Ambroſio libros vindicant, adimunt alii; ſed quicunque tandem ſit librorum de Sacramentis auctor, ſive Venerius, ſive alius quiſpiam Ambroſii diſcipulus, qui non multò poſt ipſum Mediolanenſi eccleſiæ præfuerit; certè antiquior quàm Albertino viſum eſt, ſcriptor ille eſt, ut qui in laudandis ſacris Scripturis Vulgatam noſtram non ſequitur.

Excerptarum ex Ambroſio Scripturæ ſententiarum magna plerumque cum textu Græco convenientia.

CXIII. Mirum quantam ex his Ambroſii libris, atque etiam ex ipſius litteris, ſacrorum verſiculorum turbam excerpſerimus, & quàm bene cum Græca interpretatione Latini iſti conveniant verſiculi. Sit in exemplum caput 30. Exodi, ex quo Ambroſius in epiſtola ad Juſtum, quæ ſeptima eſt, quinque deſcribit verſiculos.

Ex Ambr. epiſt. ad Juſtum.	Ex Græci contextûs capite xxx.
12. *Cùm acceperis computationem filiorum Iſraël in viſitatione ipſorum, dabunt ſinguli redemptionem animæ ſuæ Domino, & non erit in his ruina in viſitatione eorum.*	12. Ἐὰν λάβῃς τὸν συλλογισμὸν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐν τῇ ἐπισκοπῇ αὐτῶν, καὶ δώσουσιν ἕκαστος λύτρα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ Κυρίῳ, καὶ οὐκ ἔσται ἐν αὐτοῖς πτῶσις ἐν τῇ ἐπισκοπῇ αὐτῶν.
13. *Et hoc eſt quod dabunt, quotquot perambulant viſitationem, didrachmi dimidiam partem, quod eſt ſecundùm didrachmum ſanctum: viginti oboli didrachmum: dimidia autem pars didrachmi, illatio Domino.*	13. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ δώσουσιν, ὅσοι ἂν διαπορεύωνται τὴν ἐπίσκεψιν, τὸ ἥμισυ τοῦ διδράχμου, ὃ ἐστιν τὸ δίδραχμον τὸ ἅγιον· εἴκοσι ὀβολοὶ τὸ δίδραχμον· τὸ δὲ ἥμισυ τοῦ διδράχμου, εἰσφορὰ Κυρίῳ.
14. *Omnis qui intraverit viſitare, à viginti annis & ſupra, dabunt illationem Domino.*	14. Πᾶς ὁ διαπορευόμενος εἰς τὴν ἐπίσκεψιν, ἀπὸ εἰκοσαετοῦς καὶ ἐπάνω, δώσουσι τὴν εἰσφορὰν Κυρίῳ.
15. *Qui dives eſt, non adjiciet: & qui pauper eſt, non minorabitur à dimidia parte didrachmi, cùm cœperint dare oblationem Domino, exorare pro animabus ſuis.*	15. Ὁ πλούσιος, οὐ προσθήσει· καὶ ὁ πένης, οὐκ ἐλαττονήσει ἀπὸ τοῦ ἡμίσεως τοῦ διδράχμου, ἐν τῷ δοῦναι τὴν εἰσφορὰν Κυρίῳ, ἐξιλάσασθαι περὶ τῶν ψυχῶν ὑμῶν.
16. *Et accipies pecuniam illationis à filiis Iſraël, & dabis illam in opus tabernaculi teſtimonii, & erit filiis Iſraël legitimum memoriale in conſpectu Domini, exorare pro animis veſtris.*	16. Καὶ λήψῃ τὸ ἀργύριον τῆς εἰσφορᾶς παρὰ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ δώσεις αὐτὸ εἰς τὸ κάτεργον τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, καὶ ἔσται τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ μνημόσυνον ἔναντι Κυρίου, ἐξιλάσασθαι περὶ τῶν ψυχῶν ὑμῶν.

Digitized by Google

Vide etiam Geneſ. XXII. ℣℣. 3. 4. 5. 6. Cantic. Cantic. capp. I. II. III. &c. & alibi paſſim.

CXIV. Nec minor Ambroſii cum aliis Patribus, quàm cum Græcis LXX. Interpretibus, concordantia: qualis enim & quanta cum iſtis, talis & tanta cum illis conſenſio. Exemplum appono: Auguſtinus in eodem cap. XXX. Exodi, ita pariter verſum 12. laudat: *Si acceperis computationem filiorum Iſraël in viſitatione eorum, & dabunt ſinguli redemptionem animæ ſuæ Domino, & non erit in eis ruina in viſitatione eorum.* Pluribus oſtendere exemplis, quanta ſit in laudandis Scripturis Ambroſii cum aliis Patribus conſenſio, nihil neceſſe eſt, cùm id paſſim in notis lectori obſervare libeat. Magna iidem cum laudatis à SS. Patribus ſententiis.

CXV. Non negaverim tamen aliquando ab iiſdem Patribus, imo & à ſeipſo diſcrepare Ambroſium. Nec enim ſemper cum ipſis conſentit, nec ipſe ſemper iiſdem verbis Scripturæ ſententias laudat; quod quidem Natalis Alexander in hiſtoria Eccleſiaſtica animadvertit. Verùm id non ita frequenter contingit; ut plurimùm enim & concinit aliis Patribus, & ipſe ſibi conſtat Ambroſius; quaſque laudat Scripturæ ſententias, has ex præſenti codice vulgò deſcribit. Tantùm nonnullas ex memoria, ſed parciùs laudat; aut è Græco Latinè reddit. Quin imo commentatione in Pſ. 118. ut cum noviſſimis editoribus loquar, « quid de « variis Scripturæ verſionibus ſentiat, candidè in medium profert, docet- « que tunc temporis in Eccleſia potiſſimùm valuiſſe LXX. Senum inter- « pretationem. Nihilominus tamen libentiùs ipſemet utebatur exemplari « ſuo Græco, quamvis etiam minimè negligeret & alia ſubinde conſu- « lere. » V. g. in hujus Pſalmi ℣. 28. *Stillavit anima mea præ tædio, Aliqui codices*, inquit, *habent* dormitavit, *quia ἐνύσαξεν & ἔσαξεν duabus litteris diſſonant. Potuit interpres, vel antiquarius ſcriptor hîc falli: νυστάζειν, dormire eſt; στάζειν, ſtillare.* Et infra ad ℣. 67. *Priuſquam humiliarer, ego deliqui*, &c. hæc obſervat: *Alia editio habet:* Priuſquam humiliarer, ego neſcivi: *unde putant aliqui quòd hominis anima hoc dicat:* Priuſquam humiliarer, *ut in hoc lutum corporis introirem, tua, quæ non legeram, mandata* neſcivi. *Sed quia LXX. Virorum ſententias magis ſequitur Eccleſia, & hic ſenſus eſt planior..... ideo accipiamus* humiliarer *ita dictum, eò quòd peccato videatur humiliatus.* Non tamen & iiſdem Patribus, & ſibimet concinit ſemper.

CXVI. Inter Ambroſii opera, præter germanos S. Doctoris fetus, gemini ſunt ſpurii; de quibus mihi paucis dicendum. Primus eſt liber *de fide orthodoxa contra Arianos;* aliàs, *de filii Divinitate, & conſubſtantialitate:* alter, cui *Ambroſiaſtro* nomen, commentarium eſt in XIII. priores Apoſtoli epiſtolas. In varias ſententias circa horum librorum auctores ſcinduntur eruditi. * Fuere qui primum Gregorio Nazianzeno, poſt Auguſtinum affingerent: verùm hunc Patre Latino natum, plurima non probant tantùm, ſed etiam perſuadent; quòd nimirum non modò verſio vetus, quam *Italicam* vocitant, illic citetur (verba ſunt editorum Ambroſii) ſed etiam quòd ibidem c. VI. hæc legantur: *Ratio quædam, quæ apud Græcos nuncupatur λόγος·* & item alia illa: *Et hoc eſt quod Græci ὁμοούσιον appellant, id eſt, cum uno aliud ipſum:* quæ certè niſi Latini ſcriptoris verba eſſe non poſſunt. Alii aliis hunc librum ſcriptoribus adſcribunt; Chifletius Vigilio Tapſenſi; doctiſſimi & clariſſimi viri, Hermannus, & Queſnellus, Gregorio Eliberitano præſuli, ille in Ambroſii vita, is in appendice Leonis operum. De operibus geminis Ambroſio perperam attributis. * De primo, cui *De fide orthodoxa* titulus, quid ſentiant eruditi.

CXVII. Non magis inter doctos convenit circa *Ambroſiaſtrum:* communis tamen illorum eſt ſententia, qui hunc librum Hilario Romanæ Item de altero, cui *Ambroſiaſtro* nomen.

Digitized by Google

ecclesiæ diacono tribuunt. Is est Hilarius, qui cùm Luciferi Calaritani luctuoso schismati adhæsisset, apud Hieronymum egregiè vapulavit.

* Liber *Quæstionum V. & N. Testamenti.*

* Eidem Hilario alius quoque adscribitur liber ad calcem tom. 3. part. 1. operum Augustini editus : is liber est *Quæstionum veteris & novi Testamenti*, cui propterea locum hîc damus. Nostrûm non est eruditorum lites componere, & qui veri horum sint auctores operum affirmare. * Quidquid sit de illa controversia, cùm scriptores illi ex *Italicæ* versionis contextu, cujus reliquias, ubicunque fas est reperire, investigamus, sacras Scripturas laudent, hos prætermittendos non esse arbitrati sumus. Itaque ex his libris plurimas excepimus sententias, quarum partem aliquam hîc ad speciem subjicimus. Rom. 1. ℣. 13. ubi Vulgata habet, *Nolo autem vos ignorare, fratres*, &c. in Ambrosiastro legimus, ut in Mss. duobus, Regio & Sangerm. *Non autem arbitror ignorare vos, fratres.* Et ℣. 15. *Ita quod in me promptum est & vobis*, &c. ex Vulgata nostra ; Ambrosiaster pariter cum Mss. nostris, item cum Ambrosio, & Sedulio, habet : *Itaque* (al. *ita*) *quod in me est, promptus sum & vobis*, &c. idem observare est cap. 11. ℣. 8. & alibi passim. Quod attinet ad librum *Quæstionum veteris & novi Testamenti*, vide Gen. IV. 6. 7. Isaiæ IV. 1. 2. 4. LIV. 1. Jerem. XXXI. 31. 32. Matth. XV. 3. ep. 1. Johan. II. 1. 2. &c. Ex libro autem, cui *de fide orthodoxa* titulus, paucos admodum excerpsimus Scripturæ versiculos, quos similiter in nostris inspicere notis, & commodiùs comparare licebit.

* Cur spurios hos fetus non prætermittendos duxerimus.

S. Hieronymus.

CXVIII. Nunc sese offert Hieronymus, *vir cœlestis*, judicio Erasmi, *& omnium Christianorum sine controversia longè tum doctissimus, tum facundissimus.* Equidem vix est ullus alter Latinos inter Patres, qui cum Hieronymo de eloquentia & eruditione possit contendere : nullum enim studiorum scientiarumque genus est, in quo non fuerit diligentissimè versatus. * Præcipuè verò sacris litteris operam dedit, totusque in illis abditus, alios modò libros sacros emendabat, modò alios Latinè reddebat. Primùm Græcam LXX. interpretationem, in quam plurima irrepserant menda, adhibitis probatissimæ notæ exemplaribus, expurgatam Latinè edidit. Novum deinde Testamentum, rogante Damaso, Græcæ fidei reddidit. Demum, cùm ætate jam provectior esset, ad omnes veteris Testamenti libros, quotquot in canone Hebræorum habentur, ex Hebræo fonte in linguam Latinam vertendos est aggressus : quibus etiam libros Judith & Tobiæ ex Chaldea lingua versos addidit. Præclaros hosce Hieronymi labores, quibus tam bene de Ecclesia meritus est, sive emendando, sive Latinè reddendo sacras Scripturas, summatim hîc & leviter attigisse sat est ; quandoquidem uberiùs atque opportuniùs in præviis admonitionibus, quid in singulis libris præstiterit S. Doctor, licebit exponere.

Epist. 1. 5. ep. 18.

* Quàm bene de Ecclesia sit meritus.

Quantam nobis tulerint opem pleraque ejus scripta.

CXIX. Non tantùm autem in expurgando, Latinèque reddendo ; sed etiam in exponendo, commentariisque illustrando sacro contextu, egregiam navavit operam Hieronymus ; aliaque bene multa in lucem emisit scripta, innumeris Scripturarum referta testimoniis. Quæ quidem testimonia cùm ex Latina interpretatione ad Græcam versionem LXX. exacta laudarit S. Doctor, hæc nos omnia, aut saltem quàm plurima, in opus nostrum retulimus. Illa verò præ cæteris excerpsimus, quæ in his occurrunt libris, quos ab Hieronymo ante fuisse elaboratos constat, quàm ex Hebræo Scripturas sacras Latinè reddiderit. In his siquidem scriptis juxta versionem LXX. ad quam concinnata est antiqua interpretatio, Scripturam laudat Hieronymus : quod hîc ego tam manifestis ostendere queam indiciis, ferme ut nemini dubitare liceat. In lib. 1.

Digitized by Google

Reg. cap. XXII. ℣. 18. ita versiculum hunc in epist. ad Marcellam an. 384. *de Ephod & Theraphim*, laudat Hieronymus : *Et conversus*, inquit Scriptura, *Doeg Syrus*, *mortificavit ipse sacerdotes Domini*, *& occidit in illa die trecentos quinque viros ;* sive, inquit, ut in Hebræo legitur, *octoginta quinque*. Concinit Hebræo Vulgata nostra, in qua legitur, *octoginta quinque:* verùm in Græco ita legimus, τριακοσίους καὶ πέντε ἄνδρας, *trecentos & quinque viros*, quemadmodum in Hieronymi epistola ad Marcellam. Eccui jam dubium esse queat, Hieronymum Græcam LXX. interpretationem fuisse secutum in libris, quos ante elaboravit, quàm Scripturas ex Hebræo Latinè redderet ?

CXX. Totam libri Ecclesiastici Latinam interpretationem hinc inde dispersam ex commentario Hieronymi in librum istum extraximus, suoque singulos loco versiculos restituendo, librum integrum exhibemus. Quid sit autem de ea versione sentiendum, qui scire velit, adeat nostram in hunc librum præviam admonitionem. Adeat etiam admonitiones in Prophetas, tum majores, tum minores : quam nobis opem tulerit Hieronymus ad revocandam veterem Prophetarum versionem Latinam, docebunt. Commentarii in Ecclesiasticum, & Prophetas.

CXXI. Ad calcem commentarii in Isaiam edita est à Martianæo nostro ad Damasum epistola *de Seraphim & Calculo*, quæ epistola ab Hieronymo anno 380. aut 381. non modò ante est scripta, quàm sacros libros ex Hebræo Latinè redderet, sed etiam antequam eos ad Græcorum exemplarium fidem emendaret. Adeoque nullum nobis est dubium, quin Scripturæ versiculi, quotquot hæc exhibet epistola, ex Latino codice antiquæ interpretationis sint descripti. Subjecta in notis fidem facient exempla; quas si percurret notas lector, & sibi satis constare Hieronymum, & cum aliis Patribus scriptoribusque antiquis, cum Vigilio Tapsensi maximè, concinere animadvertet. Sit in speciem ℣. 5. capitis VI. Isaiæ, quem ita nostra exhibet Vulgata : *Et dixi : Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum.* Hieronymus verò legit : *Et dixi: O miser ego, quoniam compunctus sum.* Ita pariter Vigilius Tapsensis, Ambrosius, Orosius. Epistola *de Seraphim & Calculo.*

CXXII. Commentarius Hieronymi in Evangelium Matthæi, nullam nobis antiquæ interpretationis partem ad istud Evangelium, quamvis illud pene totum complectatur, suppeditavit. Nec mirum, quandoquidem illud opus circa annum Christi 398. elaboratum est, postquam Evangeliorum libros, jubente Damaso, correxerat atque emendaverat; quam correctionem si, posthabita veteri interpretatione, secutus sit ille ipse qui correxerat, nemini mirum videri debet. Verùm aliud esse debet judicium de variis veteris Testamenti, quæ in eo commentario occurrunt, sententiis, versioni Græcæ LXX. plurimùm consentaneis, & à Vulgata nostra discrepantibus; quasque adeo in nostris inserendas esse notis duximus. Commentarius in Matth.

CXXIII. Commentarius in epistolam ad Galatas, qui quidem totam hanc epistolam repræsentat, veterem olere nobis visus est interpretationem; idque etiam, opinor, lectori videbitur, si excerptos ex eo commentario, nostrisque subjectos in notis Scripturæ versiculos inspexerit. Idem pene de cæteris aliis Hieronymi commentariis in novum Testamentum fas est asserere. In epist. ad Galatas, &c.

CXXIV. Quæ contra possent objici, occupare & dissolvere facillimum est. Sive enim ab Hieronymo laudatas in istis commentariis, ab *Itala* discrepantes esse Scripturæ sententias contenderis, & planè dissi- Solvuntur quæ possent objici.

Digitized by Google

miles; ſive contra objeceris, eas Vulgatæ noſtræ conſentaneas eſſe, utrumque nullo negotio diſſolvi poteſt. Quamvis enim *Italam* in pleriſque commentariis novi Teſtamenti ſecutus ſit Hieronymus, fieri poteſt ut ab *Itala* diſcrepent aliquando, quas laudat Scripturæ ſententias; ſiquidem varii diſcrepanteſque fuere olim hujus interpretationis codices. Deinde vir doctus, cùm linguas percalleret, ſi quæ minùs bene reddita ipſi viſa ſunt, ea aliter reddidit; ſi quæ corrupta, emendavit; ſi quæ omiſſa, reſtituit; ſi quæ addita, detraxit: hinc illæ diſcrepantiæ, quæ non ita paſſim occurrunt. Illa autem conſenſio cum vulgata verſione, quæ etiam objicitur, adeo non debet movere. Cùm enim interpretatio Latina novi Teſtamenti, tam antiqua, quàm nova, ex eodem fonte Græco manet, tanta inter utramque eſſe non debet diſcrepantia, ſed potiùs conſonantia. Eccui enim mirum videatur, ſi gemini ex eodem manantes fonte rivuli, non diverſas, ſed ſimiles ac pene eaſdem volvant aquas? Itaque etſi concedam Hieronymum aliquando ab *Itala* diſcrepare in commentariis novi Teſtamenti, & à Vulgata noſtra non multùm diſſidere; nihilominus tamen *Italam* in pluribus, ſi commentarium in Matthæum excipias, ſecutus fuiſſe videtur. Hactenus de Hieronymi commentariis.

Ejus epiſtolæ, & reliqui libri.

CXXV. Quod ejus epiſtolas ſpectat; etſi nullas pene prætermiſerimus, in iis tamen evolvendis, quæ ab anno 365. ad annum 380. ſcriptæ erant, quo ſcilicet tempore nondum S. Doctor novam interpretationem fuerat aggreſſus, operam majorem impendimus. Idem à nobis præſtitum eſt in cæteris S. Doctoris ſcriptis, ſive ante, ſive poſt ejus interpretationes elaboratis. Hi ſunt libri *contra Jovinianum*, *Dialogi contra Lucifer*ianos, *contra Pelagianos*, in quibus, habita eadem, quam in epiſtolis habuimus, temporum ratione, antiquæ verſionis fragmenta inveſtigavimus, atque etiam reperimus; repertaque noſtris aſſuimus notis. Sed de Hieronymo ſatis multa diximus.

Ruffinus.

CXXVI. Ruffinus Aquileienſis presbyter, Hieronymo coætaneus, ejuſque primùm amicitia famoſus, inimicitiis verò poſtea famoſior, quædam nobis antiquæ interpretationis fragmenta, in libris *de Benedictionibus Patriarcharum* ad Paulinum, & *Expoſitione ſymboli* ad Laurentium epiſcopum ſuppeditavit.

Varii Patres ac ſcriptores, hîc tantùm per nomina appellati.

CXXVII. Alia alii ſuppeditarunt Patres, & ſcriptores antiqui, quos hîc ego duntaxat, ne longior ſim, per nomina appellabo. Hi ſunt, Optatus Milevitanus, S. Pacianus Barcinonenſis, Fauſtinus presbyter, Gaudentius Brixienſis, Marcellinus & Fauſtus presbyteri, Julius Hilarion, Tichonius, S. Paulinus, Philaſtrius. Quaſdam ex ſingulis hiſce ſcriptoribus *Italæ*, ut credere fas eſt, particulas deſcripſimus, quas aut in notas, aut in ipſum quandoque contextum, ut lacunæ aliquæ explerentur, retulimus.

S. Auguſtinus.

CXXVIII. Præclara duo Eccleſiæ ſidera, Hieronymum, & Auguſtinum, una eademque felix ætas tulit. De Hieronymo jam diximus, de Auguſtino nunc dicendum. Tantum doctorem quiſquis nominavit, laudavit ſatis: neque enim ulla major & plenior, quàm Auguſtini nomen, laus eſſe poteſt. * Ad revocandam in lucem antiquam Scripturarum interpretationem, non modò nobis unus omnium inſtar Patrum, ſed & omnium, qui ſuperſunt, inſtar fuit manu exaratorum codicum. Nullus quippe alter eſt inter SS. Patres, cujus ſcripta tot veteris interpretationis aſperſa ſint ſententiis: id quidem ſatis animadvertet lector in opere toto, cujus nulla non decies repetitum Auguſtini nomen pagina

* Plus cæteris ad revocandam in lucem *Italam* præſtitit.

Digitized by Google

exhibebit. Neque etiam ullus eſt codex manu exaratus, qui tantam *Italæ* partem repræſentet, quantam repræſentat Auguſtinus. Præterea quod majus eſt, ſi qua ſupereſt hodie antiquæ pars interpretationis, ſi ea alicubi exſtat, nullibi certiùs, quàm in Auguſtini ſcriptis eam exſtare conſtat. Denique antiquæ interpretationis reliquias, quotquot ſuperſunt, aut ipſe ſuppeditat Auguſtinus; aut ſi quæ alicubi ſint, quibus eas indiciis cognoſcamus, docet hac regula : *In ipſis interpretationibus* Itala *cæteris præferatur; nam eſt verborum tenacior cum perſpicuitate ſententiæ.* Itaque quidquid *Italæ* reperimus, id pene totum Auguſtino acceptum referre, ſive ex ejus ſcriptis excerptum, ſive ipſo monſtrante repertum, debemus. Hinc facile eſt intelligere quantùm aurea ſancti Doctoris ſcripta evolvendi ſtudium fuerit nobis, quibus dulcis lautiſſimæ ſpes meſſis erat.

CXXIX. Sunt tamen nonnulla Auguſtini ſcripta, ex quibus Scripturæ ſententias extrahendi cura nobis aut nulla, aut non tanta fuit. Hujus generis ſunt ſermones; aliaque nonnulla opera, in quibus Scripturarum emendationem Hieronymi iteratam ſecutus fuiſſe videtur; quod quidem præcipuè eſt intelligendum de ſacris Evangeliorum libris, quorum correctionem ſuo probavit Auguſtinus judicio, hiſque laudibus cumulavit : *Non parvas Deo gratias agimus de opere tuo, quo Evangelium ex Græco interpretatus es; quia pene in omnibus nulla offenſio eſt, cùm Scripturam Græcam contulerimus. Unde ſi quiſquam veteri falſitati contentioſus faverit, prolatis collatiſque codicibus, vel docetur facillimè, vel refellitur. Et ſi quædam rariſſima meritò movent, quis tam durus eſt, qui labori tam utili non facilè ignoſcat, cui vicem laudis referre non ſufficit ?*

Sparſas tamen in ejus ſcriptis, maximè Evangeliorum ſententias haud ſine delectu collegimus.

CXXX. Longè verò aliud eſſe debet judicium de veteris Teſtamenti libris, quos Latinè reddidit Hieronymus. Adeo enim hanc ſtatim non probavit adhibuitve Auguſtinus, ut eam etiam interpretationem reprehenderit & momorderit; quod, ut ne ipſum lateret Hieronymum, datis ad eum litteris circa annum 403. ſignificavit his verbis : *Ego ſanè te mallem Græcas potiùs canonicas nobis interpretari Scripturas, quæ Septuaginta Interpretum perhibentur. Perdurum erit enim, ſi tua interpretatio per multas eccleſias freqaentiùs cœperit lectitari, quòd à Græcis eccleſiis Latinæ eccleſiæ diſſonabunt; maximè quia facilè contradictor convincitur, Græco prolato libro, id eſt, linguæ notiſſimæ. Quiſquis autem in eo, quod ex Hebræo translatum eſt, aliquo inſolito permotus fuerit, & falſi crimen intenderit, vix aut nunquam ad Hebræa teſtimonia pervenietur, quibus defendatur objectum. Quòd ſi etiam perventum fuerit, tot Latinas & Græcas auctoritates damnari quis ferat ? Huc accedit, quia etiam conſulti Hebræi poſſunt aliud reſpondere; ut tu ſolus neceſſarius videaris, qui etiam ipſos poſſis convincere; ſed tamen quo judice mirum ſi potueris invenire..... unde etiam nobis videtur, aliquando te quoque in nonnullis falli potuiſſe. Et vide hoc quale ſit in eis litteris, quæ non poſſunt collatis uſitatarum linguarum teſtimoniis emendari.* Hactenus Auguſtinus; qui cùm ita ſenſerit de interpretatione Hieronymiana, credo equidem neminem fore, qui hanc ab Auguſtino uſurpatam fuiſſe ſibi poſſit fingere. Excipiendus tamen *Speculi* liber, anno 427. editus, in quo Hieronymianam ſequitur interpretationem : quod cùm præter Auguſtini conſuetudinem ſit, viſum eſt editoribus reddendam eſſe rationem, quam ſic edunt : « Cùm enim, inquiunt editores noſtri, ad vulgi uſum iſtud « pium opus compararet S. Doctor, eo noluit niſi faciliores intellectu præ- « ceptiones comprehendi. Quo etiam conſilio adductum credimus, ut « verſione uteretur, non ex Græco LXX. quam ſequi ſolebat; ſed ex He- «

In laudandis V. Teſtamenti ſententiis, *Italam* ſemper, aut pene ſemper ſecutus eſt.

Epiſt. 71. tom. 2. col. 160.

Digitized by Google

» bræo, quòd hanc demum comperiſſet eſſe illâ multis in locis pla-
» niorem. »

Hieronymi interpretationem ex Hebræo, correctioni ejuſd. ad Græcum LXX. poſthabuit Auguſtinus.

CXXXI. Licet autem Auguſtinus novam, ab Hieronymo elaboratam, veteris Teſtamenti interpretationem minùs probarit; ipſi tamen non diſplicuit, quam idem S. Doctor in emendandis antiqui Fœderis ad exemplaria Græca libris operam impendit; imo ſuaſit, & laudavit. Hinc ad iſtud opus ſuſcipiendum hortabatur, cùm inde à nova eum interpretatione conaretur abducere, in laudata jam 71. ad Hieronymum epiſtola. Qua quidem in epiſtola emendationem libri *Job* ad Græcum LXX. Hexaplare, ut aiunt, cum aſteriſcis & obelis, non autem commune, laudat, ſimulque ſignificat Auguſtinus, ſe huic emendationi libri *Job*, novam poſthabere editionem ex Hebræo : *Didicimus*, inquit, *Job ex Hebræo à te interpretatum, cùm jam quandam haberemus interpretationem tuam ejuſdem prophetæ ex Græco eloquio verſam in Latinum : ubi tamen aſteriſcis notaſti quæ in Hebræo ſunt, & in Græco deſunt; obeliſcis autem quæ in Græco inveniuntur, & in Hebræo non ſunt, tam mirabili diligentia, ut quibuſdam in locis ad verba ſingula ſingulas ſtellas videamus, ſignificantes eadem verba eſſe in Hebræo, in Græco autem non eſſe. Porro in hac poſteriori interpretatione, quæ verſa eſt ex Hebræo, non eadem verborum fides occurrit, nec parum turbat cogitantem*, &c.

His quæ ex dictis contra nos peti poſſent argumentis obviam itur.

CXXXII. Hæc abs re non erat referre, ut intelligeretur quid de Hieronymi laboribus in vertendis, emendandiſque Scripturarum libris ſenſerit Auguſtinus; ſimulque ut nonnullis quæ inde contra nos peti poſſunt argumentis obviam iretur. Nimirum erunt forſan qui dicant Auguſtinum *Italam*, ſi minùs novæ Hieronymi ex Hebræo interpretationi, ſaltem emendationi Scripturarum cùm veteris tum novi Teſtamenti poſthabuiſſe. Quis enim crediderit Scripturarum emendationem, quam ut aggrederetur, auctor Hieronymo fuit Auguſtinus; quam deinde, poſtquam perfecta eſt, idem laudibus cumulavit; ecquis, inquam, crediderit hanc Scripturæ correctionem, poſthabitâ *Italâ*, non fuiſſe uſurpatam ab Auguſtino? Verùm quiſquis ita diſputat, meminiſſe debet, id quod à nobis non ſemel eſt obſervatum, nempe antiquam interpretationem, ſeu *Italam*, Auguſtini & Hieronymi tempore pluribus fuiſſe maculis aſperſam & vitiatam. Has ut abſtergeret maculas, emendatis ad Græca exemplaria, unde primùm manarat illa interpretatio, ſacris codicibus, auctor quidem Hieronymo fuit Auguſtinus. Hæc ultro concedimus; atque ut concedamus etiam Hieronymi emendationem aliquando ſecutum fuiſſe Auguſtinum, nihilominus tamen eum *Italam* ſemper præ cæteris præferre ac laudare contendimus : tantùm maculas, quæ in eam temporis vetuſtate irrepſerant, eradit ope codicum, vel ad Græca exemplaria emendat; aut ab Hieronymo emendatam laudat, idque etiam parciùs. Neque enim vel in novi Teſtamenti libris, & ne in ipſis quidem Evangeliis, quorum emendationem probavit laudavitque, ſemper eam ſequitur; ſed ab ea ſæpe diſcedit : quod pluribus exemplis oſtendere in promptu foret. Itaque *Italam* ſequitur Auguſtinus; & ſi minùs conſentit aliquando cum codicibus manu exaratis, etiamſi certiſſimis conſtaret argumentis eam eſſe *Italam*, quæ in codicibus exhibetur, certioribus adhuc conſtare debet eam nobis in Auguſtini ſcriptis repræſentari. Niſi forſan addamus, quod quidem verum eſt, eam eſſe *Italam* puriorem, quæ in Auguſtini ſcriptis, quàm quæ in codicibus hodiernis exhibetur; ut pote ex codicibus hauſtam longè antiquioribus, atque emendatioribus, quàm qui hodie ſuperſunt. Nec

Digitized by Google

gratis id à nobis aſſertum videri debet, quandoquidem non modò *Italam* cæteris Scripturæ interpretationibus ab Auguſtino conſtanter prælatam fuiſſe; verumetiam ſummam ab ipſo adhibitam diligentiam, ut quàm emendatiſſimi eſſent codices quibus uteretur, oſtendimus.

CXXXIII. Jam verò his de Auguſtini ſcriptis generatim præmiſſis, de unoquoque ſingulatim, ſaltem de præcipuis libris aut tractatibus, ſervato novæ editionis ordine, dicamus. Singula recenſentur S. Doctoris opera.

CXXXIV. In geminis *de Geneſi contra Manichæos* libris, quos Auguſtinus quatuor ante ſcripſit annos, quàm nova Hieronymi prodiret interpretatio, plurimas antiquæ Geneſeos interpretationis è Græco LXX. reperimus ſententias. Hæ, ut verum fatear, nonnihil diſcrepant ab iiſdem ſententiis, quas ex aliis libris *de Geneſi ad litteram* exſcripſimus: quæ licet diſcrepantia non alia, quàm verborum ſit; argumento tamen eſſe poteſt, ſaltem aliquando Auguſtinum diverſis uſum fuiſſe codicibus: aliquot etiam ex iiſdem libris, novi Teſtamenti verſiculos deſcripſimus. Plurima nobis veteris interpretationis fragmenta, duo *de moribus Eccleſiæ & Manichæorum* libri, anno 389. editi; pauciora liber *de vera Religione*, an. 390. pauciſſima verò cæteri prioris hujus tomi tractatus ſuppeditarunt. Quas nobis ſuffecerint *Italæ* reliquias duo *de Geneſi cont. Manich.* & cæteri 1. tomi libri.

CXXXV. Qui proximè ſequitur operum Auguſtini tomus, nil præter litteras S. Doctoris continet; in quibus plures utriuſque Teſtamenti juxta antiquam interpretationem ſententiæ occurrerunt. Quæ Vulgatæ noſtræ planè ſimiles erant, in his falcem non miſimus: quaſcunque autem diſcrepantes reperimus, maximè veteris Teſtamenti ſententias, diligenter exſcripſimus; atque inter has deſcribendum, conſtare ſibi Auguſtinum non ſemel animadvertere licuit. Quas item in II. tomo ejuſdem epiſtolæ.

CXXXVI. In totis Auguſtini operibus nullibi lautior meſſis fuit, quàm in 3°. tomo. Et verò lautiſſima illic eſſe debuit, ſiquidem pleroſque Auguſtini tractatus in Scripturam tomus ille complectitur. Ad hos libros ita præfantur noviſſimi editores: « Conſtat apud æquos re- « rum æſtimatores, Auguſtinum ad intelligentiam novi Teſtamenti ſub- « ſidio Græcæ linguæ, ad quam omnes Latinæ editiones conditæ ſunt, « ſatis inſtructum fuiſſe; ut probant variæ lectiones ex Græcis fontibus de- « ductæ, quas Vir ſanctus in locis dubiis aut mendoſis adhibuit..... Quod « attinet ad vetus Teſtamentum, in eo exponendo Vir ſanctus præ ocu- « lis habuit verſionem LXX. Interpretum, quæ ſola tunc in auctoritate « erat jam inde ab Apoſtolorum temporibus..... Porro Græcus contextus « LXX. ab eo receptus, ille ipſe eſt, quem recenſuit Nobilius, cujus ple- « ræque variantes ex Auguſtino lectiones oriuntur ex editionum vitiis, « quæ ſubſidio veterum librorum in hac editione ſuſtulimus. Eam au- « tem interpretationem credimus illam eſſe, quam ipſe *Uſitatam* appellat, « Hieronymus *Veterem* & *Vulgatam*, eandem fortaſſe, quam cæteris præ- « fert Auguſtinus, nempe *Italam* ab ipſo laudatam in lib. 2. de Doctrina « Chriſtiana..... Denique, ſi noſtram in recenſendis ipſis Auguſtini libris « operam commemorare juvat, ſumma cum ubique cura & fide, tum « maximè ubi in ſacro textu mutandum aliquid vel tantillum fuit, agen- « dum eſſe duximus. Quapropter cùm in nonnullis Scripturæ teſtimoniis « varietatem apud Auguſtinum deprehendet lector, atque unam eandem- « que ſententiam non conſtanter à nobis in integrum ubique, ſed certis « quibuſdam in locis reſtitutam; id minimè tribuet negligentiæ, aut teme- « ritati, ſed religioni, & ſinceræ fidei noſtræ. Nam ea in re ſecuti ſumus « veterum codicum fidem, ſicubi quid vel caſtigandum erat, vel retinen- « In III. tomo lauta admodum meſſis.

Novorum Editorum verba in hunc tom.

Digitized by Google

» dum : ne, ſi pro arbitrio unam eandemque ſententiam, quam aliquando » corrigendam eſſe docebant melioris notæ codices, in aliis locis diver- » ſam abſque ſuffragio codicum ſimiliter emendaremus ; excideret non le- » vis, qui ex variis Auguſtini ſcriptis percipitur fructus, nempe ut ex va- » riantibus ejus lectionibus argumenta deducantur tum ad reſtituendam » Bibliorum, quæ modò in Eccleſia leguntur, integritatem, tum ad eorum » auctoritatem ſtabiliendam. » Non ab re fuit, opinor, hæc, quamvis prolixè ſatis, referre editorum verba, quorum editionem ad conquirendas & inveſtigandas in Auguſtini operibus Scripturæ ſententias ſecuti ſumus.

In 4. *de Doctrina Chriſtiana* libris veterem plerumque laudat Auguſtinus verſionem.

CXXXVII. Primo in limine tertii tomi offerunt ſeſe quatuor *de Doctrina Chriſtiana* libri, quos meritò cum editoribus appellaveris *Clavem atque artem rectæ interpretandi rationis*, quam adhibuit Auguſtinus. Primam huic S. Doctor operi manum, circa annum 397. ſub anno verò 426. poſtremam adhibuit. Plurima nobis ex utroque Teſtamento, maximè ex Apoſtoli epiſtolis fragmenta Scripturarum, quæ quidem omnia antiquam olent interpretationem, ſuppeditat. Et ſiquando in his libris interpretationem Hieronymi, poſthabita communi ex LXX. ſequitur Auguſtinus, lectorem monet : quod, ut exemplum apponam, cernere eſt in libro 4. ubi laudaturus verba Amos ex Hieronymiana verſione, hæc præmittit : *Non autem ſecundùm LXX. Interpretes ; qui etiam ipſi divino Spiritu interpretati, ob hoc aliter videntur nonnulla dixiſſe, ut ad ſpiritalem ſenſum ſcrutandum magis admoneretur lectoris intentio..... ſed ſicut ex Hebræo in Latinum eloquium presbytero Hieronymo, utriuſque linguæ perito, interpretante translata ſunt.* Poſtquam hæc præmiſit Auguſtinus, profert verba Prophetæ, Vulgatæ noſtræ ſimillima : ex quibus conficitur, quotieſcunque Scripturas laudat, non aliam ab eo uſurpari Scripturæ interpretationem, quàm antiquam ex Græco LXX. Ut quid enim commoneſaceret lectorem, à ſe prophetæ Amos verba laudari non ſecundùm LXX. interpretationem, ex qua antiqua verſio Latina manavit ; *ſed ſicut ex Hebræo in Latinum eloquium presbytero Hieronymo interpretante translata ſunt?* Ut quid, inquam, hanc præmitteret admonitionem Auguſtinus, niſi quia ſolebat juxta antiquam interpretationem, ad Græcum LXX. elaboratam, laudare Scripturæ verba ; quæ hîc præter conſuetudinem, laudat ſicut ex Hebræo in Latinum eloquium ab Hieronymo ſunt translata ? Præterea inſignes diſcrepantiæ à Vulgata noſtra, contrà verò magna cum Patribus & codicibus MSS. conſenſio, oſtendunt Scripturæ verſiculos, qui in 4. de Doctrina Chriſtiana libris occurrunt, juxta antiquam interpretationem laudatos ab Auguſtino fuiſſe. Exempla ſi requiras, adito Tobiam cap. VIII. ℣℣. 8. 9. 10. Ezech. XXXVI. ℣℣. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. Rom. VIII. ℣℣. 28..... 39. I. Cor. VI. ℣℣. 1..... 9. II. Cor. VI. ℣℣. 2..... 10. XI. ℣℣. 16..... 30.

In libris *de Geneſi ad litteram* è codice Latino deſcribit, quas laudat Scripturæ ſententias.

CXXXVIII. Liber *de Geneſi ad litteram imperfectus*, circa annum 393. elaboratus, totum pene Geneſeos caput primum, ab initio nimirum capitis ad uſque verſiculum 26. nobis ſuppeditavit. Librum hunc alii duodecim ſequuntur *de Geneſi ad litteram*, quos ab anno 401. cœptos, non niſi circa an. 415. abſolvit Auguſtinus. In his S. Doctor libris Scripturas pro more ex codice Latino deſcribit ; quod liquidò patet ex Auguſtini adnotationibus in verſum 15. cap. ſecundi Geneſeos. Poſtquam enim libro 8. c. x. col. 231. e. hæc laudavit verba, *Et poſuit eum in paradiſo, ut operaretur & cuſtodiret ;* pluribus deinde interjectis, ita diſſerit col. 232. g. *Sed neque Scriptura dixit, Ut operaretur & cuſtodiret paradiſum ; dixit*

Digitized by Google

autem, *Ut operaretur & cuſtodiret :* tum addit : *Quanquam ſi de Græco diligentiùs ad verbum exprimatur, ita ſcriptum eſt : Et poſuit eum in paradiſo, operari eum & cuſtodire :* exinde : *Sed utrum ipſum hominem poſuit operari, hoc enim ſenſit qui interpretatus eſt* ut operaretur *; an eundem paradiſum operari, id eſt, ut homo paradiſum operaretur, ambiguè ſonat ; & videtur magis exigere locutio, ut non dicatur, Operaretur paradiſum, ſed, in paradiſo.* Hæ profectò adnotationes manifeſto ſunt argumento, non è Græco Latinè redditos, ſed è codice Latino deſcriptos ab Auguſtino fuiſſe, quos laudat Scripturæ verſiculos ; adeo ut prima lectio *ut operaretur & cuſtodiret*, vera ac germana veteris interpretis lectio ſit habenda, è Latino codice deſcripta ; quam quidem lectionem cum Græco collatam exponit Auguſtinus. Hæc, inquam, verba haud interpretantis, ſed exponentis Scripturas, quas ex Latino deſcripſit codice, verba ſunt.

Septem libri *Locutionum*, totidemque *Quæſtionum*.

CXXXIX. Libros de Geneſi excipiunt libri ſeptem *Locutionum*, totidemque *Quæſtionum* in Heptateuchum, id eſt in Geneſim, Exodum, Leviticum, Numeros, Deuteronomium, Joſue, & Judices. Ex variis Auguſtini ſcriptis, vix ulla ſunt in quibus tam lauta ſeſe obtulerit meſſis, quàm in iſtis, quos jam ſenior circa annum 419. edidit. Libro *Locutionum* ſuus hunc ipſe auctor titulum præfixit : *Locutiones Scripturarum, quæ videntur ſecundùm proprietates, quæ idiomata Græcè vocantur, linguæ Hebraïcæ vel Græcæ.* Omiſſis locutionibus Hebraïcis, quæ noſtri non erant inſtituti, Græcas tantùm, ſeu potiùs locutiones Græco fonte manantes excerpſimus. Id unum circa has locutiones vocari poteſt in dubium ; an eas Auguſtinus ipſe è Græco Latinè reddiderit, ut ex quibuſdam locis, iis tamen paucioribus, confici poſſe videtur ; an è codice Latino deſcripſerit, quod longè plura ſuadent. Hæc namque Auguſtini verba, ipſi inter laudandas Scripturas in his libris familiaria, *Quod habent Latini codices ; Quod multi Latini habent ; Quod ſcriptum eſt in quibuſdam Latinis codicibus*, &c. apertè ſatis oſtendunt, has Scripturæ ſententias non ab ipſo Latinè redditas Auguſtino, ſed è codice Latino fuiſſe deſcriptas. Quapropter laudatos pleroſque in his libris verſiculos, antiquæ interpretationis reliquias eſſe rati, eas aut in ipſum contextum ad explendas lacunas retulimus, aut ad notas margini inferiori ſubjectas rejecimus. Quin & ipſæ Auguſtini adnotationes, ſi quæ ad noſtrum pertinere inſtitutum viſæ ſunt, in his quoque notis ſuam ſortitæ ſunt ſedem.

Singularis ejus in conferendis codicibus diligentia.

CXL. Idem eſſe debet judicium de libris *Quæſtionum* in Heptateuchum, quem his Auguſtinus verbis exorditur : *Cùm Scripturas ſanctas, quæ appellantur canonicæ, legendo, & cum aliis codicibus ſecundùm LXX. interpretationem conferendo percurreremus, placuit eas quæſtiones, quæ in mentem venirent..... ſtilo alligare.* Omittenda certè non erant hæc Auguſtini verba, quibus ſingularis illius in Scripturis legendis animi intentio, ſummaque in Latinis codicibus cum Græca interpretatione LXX. conferendis diligentia apparet. Nec verò dubium eſſe debet ullum, quin codex ille Latinus, in quo Scripturas meditabatur S. Doctor, quem codicem cum Latinis codicibus, & cum ipſa etiam verſione Septuaginta conferre ſolitus erat, codex eſſet emendatiſſimus, & qui Scripturæ interpretationem repræſentaret, quæ Latinarum omnium, ſi modò plures eſſent, foret præſtantiſſima, & Auguſtino familiariſſima. Sed unum & alterum apponamus exemplum, ut nemini liceat ignorare, qua diligentia Latinos codices cum Latinis codicibus, atque cum Septuaginta interpretatione contulerit Auguſtinus. Ad Gen. XLVII. 31. *Quod habent*, inquit, *Latini codices*, Et adoravit ſuper caput virgæ ejus, *nonnulli codices*

Digitized by Google

emendatiùs habent, Adoravit ſuper caput virgæ ſuæ, *vel* in capite virgæ ſuæ, *ſive* in cacumine, *vel* ſuper cacumen : *fallit eos enim verbum Græcum, quod eiſdem litteris ſcribitur, ſive Ejus, ſive Suæ.* Item ſup. ad Gen. XXVII. 33. *Quod habent Latini codices*, Expavit autem Iſaac pavore magno valde, *Græci habent*, Ἐξέστη ὃ Ἰσαὰκ ἔκστασιν μεγάλην σφόδρα. Rurſum ad Gen. XXV. 27. ita primò Latinè contextum refert : *Jacob autem erat homo ſimplex, habitans domum :* tum addit : *Quod Græcè dicitur* ἄπλαστος, *hoc Latini* ſimplicem *interpretati ſunt.* Demum ad Joſue v. 2. *Dixit Dominus ad Jeſum : Fac tibi ipſi cultros de petra acutos*, continuò addit : *vel, ſicut habet Græcus, de petra acuta.* Verùm hæc in notis meliùs & opportuniùs legentur, quàm hîc à me referrentur.

Parciùs ſenex, junior vix adhibuit Hieronymi verſionem.

CXLI. Unum duntaxat, priuſquam hinc diſcedam, obſervabo ; nempe Hieronymi interpretationem ex Hebræo nonnunquam ab Auguſtino uſurpari. Exempli cauſa, poſtquam libro v. Quæſt. 20. retulit ultimos duos capitis XIV. Deuteron. verſiculos è verſione antiqua juxta LXX. ita proſequitur : *Sed in ea interpretatione, quæ eſt ex Hebræo, apertiùs hoc diſtinctum reperimus. Ait enim : Anno tertio ſeparabis*, &c. Sin autem Auguſtinus jam ſenex, Hieronymi interpretationem, quo tempore in honore & in uſu eſſe cœperat illa interpretatio, parciùs uſurpavit, ſed quandoque tantùm adhibuit, & contulit cum Latina verſione, è Græco LXX. expreſſa ; certè in libris, quos antea in lucem emiſit, antiquæ interpretationi Latinæ Hieronymianam, vix dum uſitatam, poſthabuiſſe exiſtimandus eſt.

In *Annotationibus in Job* ejuſdem ſecutus eſt hujus libri correctionem.

CXLII. Interpretatio tamen, quam in libro *Annotationum in Job* ſecutus eſt Auguſtinus, tam diſcrepat à Vulgata noſtra, ita verò concinit cum interpretatione Latina ad Græcum LXX. elaborata, quam emendavit, & cum aſteriſcis & obelis vulgavit Hieronymus, ut nemini dubitare liceat, quin Latinam interpretationem libri Job, ab Hieronymo emendatam adhibuerit Auguſtinus. Equidem illa interpretatio ita Auguſtino arridebat, ut non aliam in vertendis libris ſacris operam ab Hieronymo impendi optaret, quàm quæ ab ipſo in libro Job impenſa fuerat. *De vertendis*, inquit epiſt. 28. ad Hieron. *in Latinam linguam ſanctis litteris canonicis laborare te nollem, niſi eo modo quo Job interpretatus es ; ut ſignis adhibitis, quid inter hanc tuam & LXX. quorum eſt graviſſima auctoritas, interpretationem diſtet, appareat.* Et epiſt. 71. addit : *ubi aſteriſcis notaſti quæ in Hebræo ſunt, & in Græco deſunt ; obeliſcis autem quæ in Græco inveniuntur, & in Hebræo non ſunt, tam mirabili diligentia, ut quibuſdam in locis ad verba ſingula ſingulas ſtellas videamus, ſignificantes eadem verba eſſe in Hebræo, in Græco autem non eſſe.* In eo igitur *Annotationum* libro, Latinam Scripturæ interpretationem è Græco LXX. manantem, & ab Hieronymo emendatam laudaſſe Auguſtinum conſtare debet. Tanta enim utriuſque interpretationis concordantia eſt, ut nonniſi una eademque eſſe poſſit : nec movere debent leviſſimæ quædam diſcrepantiæ, quibus ſine vix ullum reperies codicem. Quin imo plures in eo occurrere deberent opere, quod ipſe olim auctor, * *tam mendoſum* ſe comperiſſe ſcribit, *ut emendare non poſſet, nec à ſe editum* dici *vellet, niſi quia ſciret fratres id habere, quorum ſtudio non potuit denegari.*

* *Aug. l. 2. Retract. c. 13.*

Speculi liber.

CXLIII. Commentaria in vetus Teſtamentum claudit *Speculi* liber, quem Auguſtinus circa annum 427. edidit. Cùm unicum ſtudium noſtrum ſit in inveſtiganda interpretatione Latina, quæ ad Græcum LXX. olim fuit elaborata ; Auguſtinus autem in eo libro verſione utatur, *non ex Græco LXX. quam ſequi ſolebat, ſed ex Hebræo*, ut poſtremi editores ob-

Digitized by Google

ſervant; pene nihil ex hoc opere deſcripſimus.

CXLIV. Leve etiam modicumque eſt quod ſuppeditarunt libri *de conſenſu Evangeliſtarum.* Collatis namque his Auguſtini libris cum Vulgata noſtra, utraque interpretatio una & eadem eſſe viſa eſt; quod tamen de unis accipiendum eſt Evangeliis, quorum Auguſtinus interpretationem ab Hieronymo adornatam ſic adhibuit, ut nihilominus alios Scripturæ libros, tam ipſius novi, quàm veteris Teſtamenti, juxta antiquam LXX. interpretationem laudarit. Hinc quamvis nullas Evangeliorum ex eo libro, plurimas tamen Actuum Apoſtolorum, necnon & Epiſtolarum & Apocalypſis ſententias à Vulgata noſtra diſcrepantes reperimus, nec prætermiſimus.

Quatuor *de conſenſu Evangeliſtarum* libri.

CXLV. Libri duo *de ſermone Domini in monte*, quos cùm presbyter eſſet anno 393. aut 394. ſcripſit Auguſtinus, totum hunc nobis præbuere ſermonem juxta antiquam interpretationem, quam mirè olent, ut ſubjecta in notis exempla percurrenti conſtabit.

Duo *de ſermone Domini in monte.*

CXLVI. Tractatus CXXIV. ſeu ſermones in S. Johannis Evangelium, habiti ſub annum 412. vel etiam ſeriùs, nimirum 416. totum Johannis Evangelium continent. At non auſim aſſerere in his tractatibus ex Itala interpretatione deſcriptas fuiſſe ab Auguſtino, quaſcunque laudat Johannis Evangelii ſententias. Levis namque & rara eſt Vulgatam noſtram inter & verſionem Latinam, quam in his libris ſequitur Auguſtinus, diſcrepantia. De Johannis Evangelio loquor: quod enim alios pleroſque novi, non ſecus ac veteris Teſtamenti libros omnes ſpectat, antiqua profectò verſione in his laudandis uſus eſt Auguſtinus, cujus adeo plurima in notis fragmenta deſcripſimus.

Tractatus CXXIV. in Johan. Evang.

CXLVII. His tractatibus alii decem ſuccedunt in epiſtolam 1. Johannis ad Parthos, ſcripti, ut videtur, circa annum Chriſti 416. Tota verò in iis exſtat prima Johannis epiſtola, & quidem juxta antiquam interpretationem. Quapropter hanc, ſimulque alias bene multas utriuſque Teſtamenti ſententias à Vulgata noſtra diſcrepantes excerpſimus.

Alii X. in epiſt. 1. Johannis.

CXLVIII. Proximò ſequitur in editione nova *Expoſitio quarumdam propoſitionum ex epiſtola ad Romanos.* Hic liber Auguſtini adhuc presbyteri, ut ipſe Auguſtinus ſcribit, fetus eſt, anno circiter 394. editus. *Cùm presbyter adhuc eſſem*, inquit l. 1. Retract. c. 23. *contigit ut apud Carthaginem inter nos, qui ſimul eramus, ad Romanos epiſtola legeretur: & quædam interrogabar à fratribus, quibus cùm, ſicut poteram, reſponderem, voluerunt ſcribi potiùs quæ dicebam, quàm ſine litteris fundi: ubi cùm eis obtemperarem, liber unus acceſſit ſuperioribus opuſculis meis.* In eo opere, ſi quos diſcrepantes à Vulgata noſtra Scripturæ verſiculos reperimus, eos noſtris inſerendos notis carpſimus; non tamen admodum multos. Nec mirum; cùm nequidem ipſi duo noſtri codices Mſſ. Regius & Sangermanenſis magnopere à Vulgata noſtra diſſideant.

Expoſitio quarumdam propoſitionum ex epiſt. ad Rom.

CXLIX. Idem eſſe debet judicium, ut ego reor, de geminis ſubſequentibus libris, circa idem tempus ab Auguſtino elaboratis. Hi ſunt inſcripti, unus quidem, *Epiſtolæ ad Romanos inchoata expoſitio*; alter verò, *Epiſtolæ ad Galatas expoſitionis liber unus.* De iſto ſcribit Auguſtinus lib. 1. Retract. c. 24. *Poſt hunc librum expoſui ejuſdem Apoſtoli epiſtolam ad Galatas, non carptim, id eſt aliqua prætermittens; ſed continuanter, & totam.* De priori verò, in eodem libro Retract. c. 25. hæc habet: *Epiſtolæ quoque ad Romanos, ſicut ad Galatas, expoſitionem ſuſceperam; ſed hujus operis, ſi perficeretur, plures libri erant futuri, quorum unum in ſola diſputatione ipſius ſalutationis abſolvi, ab initio ſcilicet, uſque ad illud ubi ait: Gratia vobis & pax.*

Item *Expoſitiones* geminæ epiſtolarum ad Rom. & ad Gal.

Digitized by Google

à Deo, &c. Totum Apoſtoli contextum, quantus eſt, ex his excerpſimus Auguſtini libris: totam tamen atque integram, quòd ibi tota non exſtaret, epiſtolam ad Galatas exſcribere non licuit. Cum codicibus noſtris, Regio ſcilicet, & Sangermanenſi ut plurimùm concinit S. Auguſtinus; quandoque tamen diſcrepat ſatis, ut diverſo fuiſſe uſus codice videri poſſit. Varias illas omnes lectiones deſcripſimus, ſuumque ſingulis locum in ſubjectis margini inferiori notis, dedimus. Hactenus de Auguſtini ſcriptis, quæ tertio tomo continentur.

Tomus IV. Commentarii in Pſalmos.

CL. Quartus præclarum divi Auguſtini opus in Pſalmos, eximia conditum pietate exhibet. « De commentariorum horumce merito non » eſt pronunciandum comparatè ad Hebræum textum hodiernum, neque » etiam ad Hieronymianum; quando Auguſtinus LXX. Interpretes, qui » fortè Hebræum exemplar æquè, vel etiam magis emendatum habuere, » ſequendos ſibi propoſuit. Neſcius eſt nemo quantum auctoritatis eorum » traductioni jam inde à primis temporibus Deus voluerit eſſe in Eccleſia; » quantum exiſtimationis ei pepererint Apoſtoli, illam in novi Teſtamenti » paginis conſignantes; quantum denique teſtimoniorum ipſi protulerint » eiſdem verbis, quibus in eorumdem Interpretum leguntur pſalterio. » Nulla profectò eſſe poteſt controverſia, utrùm Latinam interpretationem ex Hebræo, an è Græco LXX. ſecutus ſit Auguſtinus: imo nec iis ulla eſſe debet, an Latina interpretatio fonte Græco manans, quam eum ſecutum eſſe conſtat, ſit illa vetus, ſeu communis verſio, uſu frequentiori recepta, eaque à duplici correctione Hieronymi libera; an verò nova illa, quam ad fidem Græcorum exemplarium idem elaboravit Hieronymus. Cùm enim hos tractatus plebis gratiâ ediderit Auguſtinus, & ſtatuerit pſalmorum hunc librum explanare *per ſermones..... qui proferrentur in populis;* non aliam certè pſalmorum Latinam interpretationem adhibuiſſe exiſtimandus eſt, aut exiſtimari poteſt, quàm quæ communior eſſet, & notior populis, ad quos habendi ſermones erant. Adhibuit igitur Auguſtinus in pſalmis exponendis Latinam è Græco interpretationem, quæ in uſu frequentiori, ſaltem apud Afros verſabatur. Hæc autem interpretatio, non modò à Vulgata noſtra frequenter, ſed interdum etiam à veteribus pſalteriis, tam excuſis, quàm manu exaratis diſcrepat. Singulas haſce diſcrepantias noſtris permixtas notis ad pſalmos, plurimas quoque in cæterorum notis librorum reperies. Abundant namque hi Auguſtini in pſalmos tractatus verſiculis utriuſque Teſtamenti, quos ſumma cura exſcripſimus. Quotieſcunque tamen aut nulla, aut levis fuit à Vulgata noſtra verſiculorum illorum diſcrepantia; ſiquando etiam laudati ex memoria viſi ſunt, aut jam aliunde adducti; hos, ne inanem volumini molem adderemus, prætermiſimus. Hæc monuiſſe ſat eſt, ut intelligatur par nobis fuiſſe ſtudium utilia quærendi, & ſupervacanea reſecandi, nihilque ex iſtis admiſſum, ut ex illis omiſſum nihil.

Tom. V. Sermones.

CLI. Hæc eadem dicta ſunto de cæteris Auguſtini ſermonibus, quos quintus exhibet tomus. Antiquam verſionem Latinam in his, pro more, ſequitur Auguſtinus; & nos, pro noſtro, quicquid è re noſtra fuit, deſcripſimus.

Tom. VI. Varia circa mores opuſcula.

CLII. Plurima hîc ſeſe offerunt opuſcula, quæ Auguſtinus ad tradenda morum præcepta ſcripſit. Longum foret ire per ſingula: tantùm dicemus ſummatim Auguſtinum ſibi conſtare ſatis, atque utriuſque Fœderis antiquam interpretationem in laudandis Scripturis adhibere; quoad nos autem, idem in iſtis libris, atque in cæteris præſtitum à nobis fuiſſe;

Digitized by Google

antiquæ interpretationis Latinæ reliquias, tam ex novo quàm ex veteri Teſtamento diligenter quæſitas, & ſedulò collectas, nihilque prætermiſſum, quod noſtri eſſet inſtituti.

CLIII. Variis opuſculis, viginti duo ſuccedunt libri *de Civitate Dei*, eximium divini opus Auguſtini, quod cœperat anno circiter 413. nec ante annum 426. ad umbilicum perduxit. Quantam hi nobis libri ſententiarum, è Scripturis ab Auguſtino deſcriptarum, meſſem ſuppeditarunt! Si cui verò ſit dubium an Auguſtinus interpretationem Latinam ex Hebræo, an è Græco Septuaginta in his ſecutus libris fuerit, ipſum audiat Auguſtinum de utraque diſſerentem lib. 18. c. 43. col. 525. c. atque utri palma ſit danda his definientem verbis: *Ex hac*, inquit, *LXX. interpretatione etiam in Latinam linguam interpretatum eſt quod eccleſiæ Latinæ tenent: quamvis non defuerit temporibus noſtris presbyter Hieronymus, homo doctiſſimus..... qui non ex Græco, ſed ex Hebræo in Latinum eloquium eaſdem Scripturas converterit. Sed ejus tam litteratum laborem quamvis Judæi fateantur eſſe veracem, LXX. verò Interpretes in multis erraſſe contendant; tamen eccleſiæ Chriſti tot hominum auctoritati..... neminem judicant præferendum.* Quis credat aliam ab Auguſtino uſurpatam fuiſſe interpretationem, quàm eam ipſam verſionem, quam cæteris præferendam tam aperto S. Doctoris judicio pronunciat? At quamvis verſionem è Græco conſtanter prætulerit, eam tamen quæ ab Hieronymo ad primariam ſcaturiginem, nempe ad Hebræum erat confecta, aliquando laudat: ſic, ut exemplum apponam, lib. 22. c. 29. poſtquam hæc è quarto Regum capitis v. ℣. 26. verba retulit juxta antiquam interpretationem, *Nonne cor meum iit tecum, quando converſus eſt vir de curru ſuo in obviam tibi?* proximè addit ita ex Hebræo interpretatum eſſe presbyterum Hieronymum: *Nonne cor meum in præſenti erat, quando reverſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tui?* Verùm ſiquando Hieronymianam ex Hebræo interpretationem, quò plenius nonnullas exponat Scripturæ ſententias, adhibet Auguſtinus, quanquam tamen parciùs; ita adhibet, ut facilè intelligas eam præter conſuetudinem ab Auguſtino laudari; ipſamque poſthaberi verſioni è Græco, quam tum in his de Civitate Dei, tum in aliis pleriſque libris ſequi ſolitus eſt S. Doctor.

Tom. VII. Libri XXII. *de Civitate Dei.*

CLIV. Tres operum Auguſtini ſuperſunt tomi; qui, quos S. Doctor contra varias hæreſes ſcripſit libros, maximè complectuntur. Quamvis nulla non tanti Doctoris ſcripta verſare & evolvere gratiſſimum nobis fuerit, majori tamen adhuc neſcio qua dulcedine perfuſi ſumus, illa evolvendo opera, quæ poſtremis continentur tomis. Eximia nimirum illa ſunt ſcripta, victriciaque arma, quibus defenſa eſt fides noſtra, & de tot erroribus triumphavit Eccleſia. Itaque in iſtis voluminibus verſandis, non tantùm ut in aliis, lautiſſimæ copiâ meſſis recreati ſumus; ſed etiam inſuper mirè oblectati ſumus longo ordine deſcribendo Scripturarum verſiculos, quibus fidei noſtræ olim ab Auguſtino confirmata ſunt dogmata. Qua ſingulos cura deſcripſerimus, noſtraſque in notas retulerimus facilè intelligitur, nec quidquam dicendum ſuperat; eadem namque via, eadem ratione, & eadem methodo, atque in aliis libris, antiquæ interpretationis reliquias inveſtigavimus, & exſcripſimus.

Tom. VIII. IX. X. Plurimi adverſùs hæreſes libri.

CLV. Mirabitur forſan lector, cùm in notis noſtris permixtas viderit, quas hæretici laudarunt Scripturarum ſententias, aliis ſententiis, quas SS. Patres ſuppeditarunt. Nonne verò ſacer Scriptor, pſalmi verba, quibus Servatorem noſtrum è ſummo templo dare ſe præcipitem, impellebat ſatanas, in ſacrum Evangelii textum retulit? Quid ergo pe-

Laudatos ab hæreticis Scripturæ verſiculos quandoque admiſimus; nec inde quidquam periculi.

Digitized by Google

riculi, quidve incommodi esse potest, si in nostras referamus notas Scripturæ versiculos, quos tum apud Augustinum, tum in propriis operibus laudant Faustus, Fortunatus, Adimantus, Manichæi; Parmenianus, Donatista; Julianus, Cælestius, Pelagiani; & alii; si modò ab his non fuisse depravatas, quas laudant Scripturæ particulas, constat? Præterea quæcunque cautio fuit necessaria, etiam est adhibita.

Liber *de Unitate Ecclesiæ.*

CLVI. Priusquam de Augustini scriptis dicendi finem faciam, monendus est eruditus lector, ut sincerum Augustini fetum habitum à nobis fuisse librum *de Unitate Ecclesiæ*, & bene multa etiam ex eo antiquæ versionis fragmenta Geneseis, Judicum, Isaiæ, Actuum Apostolorum, Epistolarum, &c. fuisse descripta. Quamvis enim Augustino concordi judicio non adscribunt eruditi; potior tamen, firmioribusque niti momentis visa nobis est sententia, quæ hunc ipsi librum vindicat, quàm quæ adimit.

Varia monumenta ad Donatist. historiam pertinentia.

CLVII. Huc revocabimus monumenta varia ad Donatistarum historiam spectantia, ab anno Christi circiter 300. ad ann. 411. edita ad calcem novæ editionis operum Optati Milevitani, quæ studio viri clarissimi Ludovici Eliæ Dupin prodiere. Plurimas inde antiquæ interpretationis reliquias, maximè verò ex gestis Collationis Carthaginensis, Catholicos inter & Donatistas Honorii Cæsaris jussu habitæ, descripsimus.

Incerti auctoris liber *contra Fulgentium Donatistam.*

CLVIII. In appendice operum S. Augustini exstat incerti auctoris liber contra Fulgentium Donatistam. Nec S. Augustini fetum esse, nec tanto Doctore dignum opus censent Theologi Lovanienses; cujus tamen auctor, ipsis antiquus videtur scriptor fuisse, qui concilium Carthaginense adversùs Cecilianum viderit. Librum hunc primò neglexeram; at postea inspiciendo propiùs, animadverti plurimas in eo esse antiquæ reliquias interpretationis, dignas quibus locum in nostris daremus notis.

Alii ejusdem ætatis Patres, qui veteris Scripturarum versionis fragmenta suppeditarunt.

CLIX. Mitto plures alios Patres, quos eadem tulit ætas, Philastrium Brixiensem, Paulinum Nolæ episcopum, Hesychium Salonitanum, Chromatium Aquileiensem, Paulum Orosium, Marium Mercatorem, Fastidium Brittannorum episcopum, Maximum Taurinensem, Capreolum, Petrum Chrysologum, Cælium Sedulium, Eucherium Lugdunensem, Valerianum Cemeliensem, Leonem Magnum, Auctorem libri *de vocatione Gentium*, Prædestinatum, Prosperum Aquitanum, Auctorem libri *de Promissionibus*, Rusticum Cardinalem, Arnobium juniorem, Ruricium Lemovicensem, Vigilium Tapsensem, Victorem Vitensem, Cerealem episcopum Africanum, & Avitum Viennensem. Hos appellare satis esse ducimus. Timendi enim locus esse potest, ne si de singulis dicere velimus, otio abuti intemperanter videamur, & fastidium afferamus lectori, quem penes est notas percurrere, quæ quid singuli præstiterint edocebunt.

Auctor *Operis imperfecti in Matthæum.*

CLX. De Auctore *Operis imperfecti in Matthæum*, paucis, annuente lectore, dicam. Opus illud Chrysostomo affinxere nonnulli, sed injuriâ. Ariani namque scriptoris fetum hunc esse constat, eumque falsò adscriptum fuisse Constantinopolitano præsuli, non modò Ariana lues, quâ laborat, sed ipse stilus etiam plurimùm discrepans à Chrysostomo, tam apertè ostendunt, ut mirum sit fuisse aliquos, quibus adeo nullus fuerit nasus, ut hunc Chrysostomo librum affingerent. Quisquis autem scriptor ille sit, cujus nomen latet, Latinus certè scriptor est, qui quas in eo laudat opere Scripturæ sententias, è codice

Digitized by Google

Latino deſcribit; imo, ut cum Millio loquar, *in opere hoc ſe componit ad verſionem veterem Italicam.* Itaque plurimos nobis veteris atque novi Teſtamenti verſiculos, juxta antiquam interpretationem ſuppeditavit. *Proleg. in N. T. Gr. n. 1037.*

CLXI. In verſandis Patrum ſexti ſæculi operibus, non inanem impendimus operam. Quamvis enim Hieronymiana interpretatio jam dudum primas ferre, atque in uſu & honore eſſe cœpiſſet, non ita tamen eo tempore priſcæ interpretationis delapſa erat auctoritas, ut non aliquando uſurparetur. Hinc plures adhuc reliquiæ in hujus ſæculi ſcriptis occurrunt. Plurimas ex utroque Teſtamento apud Fulgentium Ruſpenſem epiſcopum reperimus; nonnullas apud Ennodium Ticinenſem. Multas Proverbiorum Caſſianus; longè plures utriuſque Teſtamenti, maximè verò Pſalmorum ſententias, Caſſiodorus; quaſdam S. Benedictus in regula ſua ſuppeditavit. Quid memorem Cæſarium Arelatenſem, Facundum Hermianenſem, Primaſium, Junilium, alioſque nonnullos, qui plurimos ſinguli, alii plures, alii pauciores nobis Scripturæ verſiculos juxta antiquam verſionem præbuerunt. His omiſſis, ad Gregorium Magnum veniamus. Sexti ſæculi Patres ac Scriptores, qui nobis etiam tulere ſuppetias.

CLXII. Peragratis ſex prioribus Eccleſiæ ſæculis, ad Gregorii Magni ætatem, qua vetus Scripturæ interpretatio Latina penitus exolevit, pervenimus. Hujus ſummi Pontificis « auſpiciis, ut Millii verbis utar, translatio Hieronymi ex Hebræo, eximium quemdam adepta eſt gradum auctoritatis. Initio raros invenit fautores. Auguſtinus, aliique, qui Italicæ translationi per omnem vitam aſſueti fuerant, verebantur ne Hieronymianæ uſus, alterius illius, adeoque τῶν Ο′ verſionis, ad quam facta erat, auctoritatem omnem convelleret. Verùm meliora tandem edocti, ipſam amplexi ſunt Rufinus (quod mirere) comm. in Oſee, Auguſtinus, aliique deinceps Patres Latini. Ita tamen hanc receperunt, ut nequaquam Italicam veterem abjiciendam duxerint. Utraque ferè apud ipſos pari honoris & auctoritatis gradu incedebat, modò hac, modò illâ, prout è re videbatur, allegatâ. Hieronymianæ ſolius, quod video, ſequaces Philippus presbyter Salonius, Claudianus Mamertus, Alcimus Avitus, Pomerius, Juſtus Orgellitanus; Italicæ Faſtidius: utriuſque promiſcuè cæteri ſcriptores eccleſiaſtici (neſcio an omnes) agmine longo, ab Auguſtino ad Gregorium Magnum. Hic autem plurimum auctoritatis adjecit Hieronymianæ verſioni. » Hæc de Gregorio Millius. Et ſanè, ſive hujus pontificis, ſeu cujuſcunque alterius auſpiciis translatio Hieronymi dominari cœperit, tam latè dominabatur, eratque in uſu Gregorii tempore, ut luſtrando & verſando opera hujus pontificis, non aliam pene in iis ab ipſo uſurpatam Scripturæ interpretationem, quàm Vulgatam hodiernam deprehenderimus. Spes equidem erat lautæ meſſis in libris *Moralium*, ad revocandam in lucem antiquam libri Job interpretationem Latinam. Spem hanc Gregorii ipſius verba in epiſtola Leandro inſcripta fecerant: *Novam translationem diſſero; ſed cùm probationis cauſa exigit, nunc novam, nunc veterem per teſtimonia aſſumo, ut quia ſedes Apoſtolica, cui Deo auctore præſideo, utrâque utitur, mei quoque labor ſtudii ex utraque fulciatur.* Hæc, inquam, Gregorii verba ſuum in his *Moralium* libris conſilium & interpretandi rationem explicantis, ſpem nobis fecerant, laudatas promiſcuè à Gregorio Magno, modò novæ, modò antiquæ interpretationis ſententias nos eſſe reperturos; ſed ſpes irrita fuit. Vix enim, ac ne vix quidem antiquæ interpretationis veſtigia in his quoque libris reperimus. *Proleg. ad N. T. Græcum n. 1016.* Gregorius Magnus. Ejus Scripta, imo & *Moralium* libri, verſionis Italicæ vix contulere quidquam.

Digitized by Google

Auctor libri *de xlii. Manſionibus*, Beda, & Sedulius Scotus.

CLXIII. Pauciora adhuc ſeſe obtulere in ſcriptoribus Gregorio recentioribus. Apparent tamen nonnulli Scripturæ verſiculi juxta antiquam interpretationem, in libro *de xlii. Manſionibus*; cujus libri, tametſi Ambroſio afficti, auctor, Bedâ & Rabano antiquior non eſt habendus. Apparent & in ſcriptis quibuſdam Bedæ ipſius, qui *veterem Italicam citat ex occaſione*, ut loquitur Millius, prolegom. in N. T. Gr. n. 1022. Apparent demum in explanatione Sedulii Scoti in epiſtolas S. Pauli; at quàm rari apparent! Cùm igitur vetus interpretatio Latina Scripturæ, Gregorii Magni ætate penitus exoleverit, & in uſu eſſe deſierit, fruſtra eam in ejus ſcriptis, & in ſcriptoribus ipſo recentioribus quæſiſſemus. Quapropter hæc nobis fuit in evolvendis Patrum operibus, laboris meta; & hic etiam de iis dicendi finis eſto.

Cæteri fontes, è quibus verſionis veteris reliquias hauſimus.

CLXIV. Supereſt ut alios quoſdam monſtremus fontes, è quibus partem aliquam veteris interpretationis hauſimus. Etenim præter manu exaratos codices, præter SS. Patrum volumina, alios quoque evolvimus libros, in quibus ſpes fuit aliquas verſionis antiquæ reliquias reperiri poſſe. Libri illi ſunt, Miſſalia, ut aiunt; Lectionaria, Breviaria, ſic enim appellant; in primis autem Miſſale Mozarabicum. His adde Acta ſincera Martyrum, eximium noſtri Ruinarti opus; Analecta Mabillonii, Miſcellanea Baluzii; Anecdota, ſeu collectionem Martenii, aliaque id genus. In his verſandis inanem profectò non impendimus operam. Jam verò quantam ex iis omnibus monumentis antiquæ interpretationis partem recuperaverimus, in poſtrema hujus noſtræ præfationis parte, & qua ratione ſit edenda, explicabimus.

PARS TERTIA.

Quid ab aliis ad revocandam in lucem antiquam Scripturarum interpretationem Latinam, quid poſtremò à nobis in hac nova Bibliorum editione ſit præſtitum, explicatur.

§ PRIMUS.

Virorum Doctorum, qui in eodem, quod nos ingredimur, curriculo deſudarunt, labores commemorantur, & laus debita redditur.

Debita iis laus redditur, qui primi revocare in lucem Latinas interpretationes aggreſſi ſunt.

CLXV. QUamvis conqueſti fuerimus, reque ipſa querendi locus ſit, non eandem operam fuiſſe à viris doctis impenſam circa Latinas Scripturarum interpretationes, quæ circa Græcas in lucem revocandas impenſa eſt; non ita tamen iſti omnes labori ſuperſederunt, ut nullus manum admoviſſe exiſtimandus ſit. Admovêre certè plures; idque fatemur, & ſuam ſingulis laudem, ſingulorum commemorando labores, dabimus. Nefas quippe arbitramur præterire viros inſignes, qui piis vigiliis, doctoque labore optimè de Eccleſia meriti ſunt: nec adeo ipſi nos amamus, ut debitam iis adimamus laudem, quò nobis indebitam vindicemus. Licet enim inchoaſſe & adumbraſſe potiùs, quàm abſolviſſe opus, quod molimur, cujus alii alia fragmenta edidere, videri poſſint; laus tamen ipſis maxima debetur, quòd primi iſtud ingreſſi fuerint curriculum, in eoque feliciter deſudarint, licet totum non percurrerint; laudandique ſunt plurimùm, quòd præiverint, & ad perficien-

Digitized by Google

dum id quod imperfectum reliquere, viam monſtraverint.

CLXVI. Primus ante omnes ſeſe offert Flaminius Nobilius, Lucenſis, vir in rebus criticis ac theologicis, & in ſacris litteris verſatiſſimus, qui præclaram navavit operam in edendis Bibliis, quæ Sixti V. nomine circumferuntur, & quorum Nobilius pars magna fuit. Is iniit conſilium revocandi in lucem antiquam interpretationem, *quam Latini Patres ante B. Gregorii tempora privatim publicèque ad fidei doctrinam, moreſque formandos adhibuiſſent;* quam interpretationem *legendi integram*, ut ipſe ſcribit, *magno docti ac pii homines deſiderio afficiebantur.* Laudanda ſanè viri docti humanitas, qui tam pia deſideria, pio non minùs labore explere aggreſſus eſt. Ipſum interea audire juvat de illa antiqua interpretatione dicentem, & quid in ea reſtituenda præſtiterit exponentem. « Va- « Primus ante omnes aggreditur Flaminius Nobilius.

Præf. in edit. Lat. rietati Græcarum editionum ſucceſſit longè major Latinarum varietas. « Nam quemadmodum ſcribit S. Auguſtinus l. 2. de Doctrina Chr. ut « quiſque aliquid ſibi facultatis in Græca & Latina lingua habere vide- « batur, ita ſimul ac Græcus codex in manus veniſſet, auſus eſt interpre- « tari. Idem tamen Italam interpretationem cæteris anteponit, quæ ver- « borum tenacior eſſet cum perſpicuitate ſententiæ, quæ fortaſſe ea fuit, « quam ſæpe S. Hieronymus *Vulgatam* vocat, S. Gregorius *Veterem*, ut qua- « lis fuit Communis illa apud Græcos, talis hæc Vulgata apud Latinos « eſſet, nimirum Itala ipſa, qua ſedes Apoſtolica uteretur, nonnihil ta- « men pro locorum & temporum varietate, & pro voluntate ſcriptorum « immutata. Hanc S. Hieronymus emendavit, ſed quantùm aut ſibi per « codices Græcos licere (etenim multa adeo depravata judicabat, ut cor- « rigi poſſe deſperaret) aut ſatis eſſe ad uſum Eccleſiæ putavit; & ea « quæ ex Hebraïco erant addita, libenter retinuit. Hujus editionis (nihil « nunc de novo Teſtamento dicimus) integrum corpus, quod ſciamus, « non exſtat. Partes multæ ex pleriſque libris, cùm apud cæteros Lati- « nos Patres habentur, tum apud S. Hieronymum in commentariis atque « aliis libris. Ex eadem Pſalterium, quomodo ferè à S. Hieronymo eſt « emendatum, in hodierna quoque Vulgata remanſit : quare diſtinguitur « non modò à Pſalterio S. Hieronymi, quod ille ex Hebræo, ut cætera, « tranſtulerat; ſed etiam à veteri, & Romano, quòd iſta duo aut ex aliis « editionibus eſſent, aut ex hac eadem nondum à S. Hieronymo emen- « data. Ex eadem remanſerunt partes quædam Eſther & Danielis, pro- « phetia Baruch, epiſtola Jeremiæ, libri Machabæorum, ex non canonicis « tertius & quartus Eſdræ. Sapientiæ verò & Eccleſiaſtici interpretatio, « quæ in vulgatis Bibliis exſtat, ita vetus eſt, ut eâ non modò S. Auguſti- « nus in Speculo, ſed Lucifer Calaritanus, & S. Ambroſius, & S. Cypria- « nus, & alii vetuſti ſcriptores utantur. At idem S. Auguſtinus in aliis « libris, & S. Hieronymus (quod ſuis locis conſtabit) longè puriore & « emendatiore ſunt uſi; quæ aut ex alia editione fuit, aut ab eodem S. « Hieronymo fuerat reſtituta. In cæteris verò partibus Vulgata quâ nunc « utimur, eſt interpretatio S. Hieronymi ex Hebraïco, quam B. Grego- « rius novam appellavit; quæ quamvis optima ſit, ac juſtiſſimis de cauſis « edita, ſummamque habeat auctoritatem, magno tamen docti ac pii ho- « mines deſiderio afficiebantur, illam etiam, quam Latini Patres ante B. « Gregorii tempora privatim publicèque ad fidei doctrinam, moreſque « formandos, adhibuiſſent, integram legendi; ſine qua præclaræ illorum « lucubrationes vix, aut ne vix quidem percipi interdum poſſent, & ex « qua eæ ſæpenumero ſententiæ elicerentur, quarum pulchritudinem & « efficacitatem vel ipſe S. Hieronymus admiratur, quæque ad animos ho- «

Digitized by Google

» minum permovendos atque inflammandos maximam vim haberent..... » Quod autem ad Latinam interpretationem pertinet, diligenter operam » dedimus, ut quæ ipsius S. Scripturæ partes à Latinis Patribus alicubi » recitantur, eas eodem modo atque ab ipsis sunt recitatæ, nisi aut illo- » rum inter se, aut nostri exemplaris varietas obstaret, poneremus; in re- » liquis quas recitatas non invenimus, eadem verba, easdem locutiones, » quantùm res ipsa ferret, retineremus. Prorsus autem, ubi nobis inte- » grum fuit, ingenuè profitemur incultam nos illam secutos interpretandi » rationem, in qua verbum verbo redditur, paulò durioris constructio- » nis reprehensionem parum veritos. Etenim animadvertebamus hanc » ipsam interpretandi rationem ipsos LXX. constantissimè tenuisse; hanc, » qui inter Latinos tenuerunt, summopere à Patribus, ac potissimùm S. » Augustino, laudatos videbamus. »

Judicium Morini de Nobilii eximio opere.

CLXVII. Hactenus Nobilius, cujus eximium laborem, omni qua potest eloquentia ac venere commendat scriptor insignis Johannes Morinus, Congreg. Orat. presbyter, præfat. in edit. Gr. LXX. « Suscipienda, inquit, & magni æstimanda est Flaminii Nobilii è Græco in » linguam Latinam editionis LXX. translatio..... Non enim verbis suis, » nisi cùm aliter fieri non potuit, eam expressit; sed undequaque & col- » lectis antiquorum fragmentis, ea inter se dexterrimè conciliavit & con- » texuit. Itaque ut alter Æsculapius, non Hippolyti membra discerpta, » sed Italæ, atque antiquissimæ Romanæ translationis, nonnunquam Hie- » ronymianæ, quam de LXX. recudit & elaboravit, partes laceras, hinc » atque hinc mille in locis latitantes, vario & sollicito labore deprehen- » dit, in unum corpus iterum coegit, eique vitam, pristinumque deco- » rem restituit. Oculis catholicis dignum opus, dignumque ecclesia Ro- » mana consilium, quæ novitates omnes aversatur, & antiquissimorum » Patrum vestigia semper insequitur. »

Nobilius non tam antiquam restituere interpretationem Latinam, quàm versionem Græcam LXX. codicis Vaticani, verbum verbo reddere curavit.

CLXVIII. Egregiis his laudibus libenter assentior, quanquam hæc inflatiùs commemorata possint videri. Quamvis enim « Nobilii opus, » ut cum Matthæo Petitdidier loquar, propter immensum laborem, sedu- » lamque quam in evolvendis Patribus impendit operam, laudem & æsti- » mationem eruditorum mereatur, non est tamen existimandum illud ve- » terem Vulgatam eo modo, quo tempore Patrum exstitit, nobis omnino » repræsentare. » Haud, inquam, existimandum est Vulgatam veterem, qualis olim exstitit, à Nobilio fuisse restitutam : id vel paululùm attendenti manifestum fit. In primis enim vir doctus ne quidem unum è codicibus manu exaratis, quibus illa vetus interpretatio continetur, adhibuit in consilium. Tantùm id animo videtur intendisse, ut versionem Græcam LXX. qualem exhibet codex Vaticanus, verbum verbo redderet. Siquando à Patribus Latinis usurpata Scripturæ testimonia cum Græco conveniebant, ea Nobilius in concinnanda sua interpretatione Latina adhibuit; sin minùs, quæ aptiora sunt visa, suo arbitratu supplevit. Ista namque viri docti fuit methodus, ut ex ipso discimus : « In » hac interpretatione Latina, inquit, diligenter operam dedimus, ut quæ » ipsius S. Scripturæ partes à Latinis Patribus alicubi recitantur, eas eo- » dem modo, atque ab ipsis sunt recitatæ, nisi aut illorum inter se, aut » nostri exemplaris varietas obstaret..... retineremus. » Quæ Postrema Nobilii verba manifesto esse indicio debent, virum doctum non tam curasse antiquam interpretationem à Patribus usurpatam ad verbum restituere, quàm Græcum exemplar, fidi interpretis vice fungendo, verbum verbo reddere; quippe qui laudatas à SS. Patribus Scripturæ sententias,

Dissert. *.

Digitized by Google

nonnisi eas, quæ Græco exemplari erant consentaneæ, exscripserit, neglectis quæ dissidebant, atque ab ipso codice Græco erant diversæ.

Non satis puri fontes, ex quibus lectiones hausit Nobilius.

CLXIX. Observat præterea Martianæus noster tom. 2. novæ edit. Hieron. col. 674. « in Græcis & Latinis observationibus, quibus Romanam LXX. Seniorum editionem Nobilius illustravit, totum lutulentum fluere Hieronymum. Nam in recitandis hujus Doctoris verbis, « fidem Mariano Victorio habuit Nobilius; hincque factum, ut infinitos « notis suis criticis errores asperserit, cùm de corruptissimis libris variantes recitet plerùmque lectiones. » Quod autem de Hieronymo observat Martianæus, idem quoque licuerit observare circa alios plurimos Patres, quorum scripta longè emendatiora prodiere, quàm Nobilii temporibus prodierant.

Quid in ejus editione desideretur.

CLXX. Verùm, ut concedamus diligenter à Nobilio evoluta excussaque fuisse SS. Patrum scripta, atque ex collectis undequaque antiquorum fragmentis restitutam utcunque fuisse ab eo antiquam versionem; est tamen adhuc quod in eo opere, circa excerptas è Patribus sententias, desideres. Nimirum in tota interpretatione Latina nullibi significat Nobilius, ne quidem ad oram libri, quo ex tractatu vel libro exscripserit, quæ adhibet Patrum testimonia: imo ipsa silet Patrum scriptorumque nomina, præterquam in notis, in quibus vix aliud quidquam reperias, præter variantes lectiones Græcas cæterorum interpretum atque editionum, necnon & alias è Patribus tum Græcis tum Latinis excerptas. Pauciores tamen sunt, quas è Patribus Latinis excerpsit; nec decimam nostrarum partem efficient, quod quidem citra jactantiam dixerim, si cum nostris eas contuleris. Demum circa novum Testamentum (quæ Scripturæ pars, cùm Patribus fuerit in usu frequentissimo, immensa testimoniorum ex antiquis scriptoribus erutorum copiâ illustrari potuerat, atque etiam debuerat, ut etiam à nobis illustrata est) nil aliud Nobilius quàm textum repræsentat.

Quid aliorum labori reliquerit.

CLXXI. Quamvis igitur incredibili immensoque labore antiquam Scripturæ interpretationem restituere conatus fuerit Nobilius, plurima tamen aliorum labori reliquit; maximè verò, quòd antiquæ interpretationis manu exaratos codices non adhibuerit, qui tamen ante omnia adhibendi erant. « Textus namque hujus versionis, ut meritò observat « Millius, non tantùm investigandus est ex fragmentis ejus, quæ occur- « runt in monumentis Patrum Latinorum, sed etiam ex manuscriptis exem- « plaribus, maximè translationis Italicæ, qualis jam incedebat ante casti- « gationem Hieronymi. »

Quid post eum præstiterit Johannes Martianæus.

CLXXII. Intactam hanc à Nobilio provinciam, inter eruditos cepere nonnulli; quorum alii aliam hujus antiquæ interpretationis partem ope Mss. codicum in lucem revocarunt. Hos inter Johannes Martianæus noster non parum laudis est adeptus; qui præter libros Job & Psalmorum, quos cum asteriscis & obelis edidit tomo primo novæ operum S. Hieronymi editionis, Evangelium quoque Matthæi cum epistola Jacobi, ex duobus probatissimæ notæ codicibus vulgavit anno 1695. Plurimos quoque alios Scripturæ libros vulgare in animum induxerat, imo & vulgaturum se pollicitus fuerat; sed heu! nimium morantem ex transverso incurrens mors, ante virum eruditum abstulit, quàm promissis fidem faceret.

Thomas Hearnius.

CLXXIII. Thomas Hearnius singularem industriam & diligentiam in edendis actibus Apostolorum, juxta antiquam interpretationem ex insigni codice erutam, adhibuit. Prodiit ille liber Oxonii anno 1715.

Digitized by Google

majuſculis ſeu quadratis, ut aiunt, litteris : ſed eam exemplorum paucitatem excudendam curavit vir doctus, ut rara appareant, vixque alibi reperire poſſis, quàm in maximis bibliothecis.

Faber Stapulenſis.

CLXXIV. Sed ante hæc, habita temporum ratione, referre debueram Pſalterium quintuplex editum Pariſiis in noſtro Sangermanenſi monaſterio, anno 1508. curâ doctiſſimi Fabri Stapulenſis; necnon idem integrum, juxta editionem Romanam & Gallicam, cum Canticis, anno 1683. editum Romæ operâ Joſephi Mariæ Cari presbyteri; qui etiam capitula Bibliorum antiqua Latinè ſecundùm interpretationem LXX. ex manu exaratis codicibus ibidem vulgavit anno 1688. inter quæ reperitur prophetia Baruch, ex veteri codice Mſ. deſcripta : Pſalterium quoque vulgatum Romæ an. 1697. ab Eminentiſſimo Cardinali Thomaſio, cum Canticis pluribus, juxta verſionem Italicam.

Joſephus Maria Carus.

Cardinalis Thomaſius.

Alia ab aliis edita antiquæ verſionis fragmenta.

CLXXV. Mitto alia nonnulla antiquæ verſionis fragmenta, quæ diverſis temporibus litteratorum ſtudio, vel data occaſione, ad calcem librorum, vel privatim fuere excuſa; cujus generis ſunt Pſalteriorum antiquorum complurium, cùm editorum, tum manuſcriptorum varietates inſigniores, editæ à noſtris initio tomi quarti novæ editionis operum S. Auguſtini. Item variæ quatuor Evangeliorum lectiones, quas ex Mſſ. veteribus ad calcem ſui in Evangelia commentarii Abbas clariſſimus & doctiſſimus Auguſtinus Calmet adjecit. Sic etiam Eccleſiaſtes, qui ab illuſtriſſimo & doctiſſimo Meldenſi epiſcopo ex commentario S. Hieronymi erutus, notis illuſtratus, vulgatuſque eſt Pariſiis anno 1693. cum aliis Sapientialibus libris. Nemo non intelligit doctiſſimi Meldenſis epiſcopi nomine, non alium à me ſignificari quàm magnum, imo maximum Boſſuetium. Nefas certè fuiſſet hîc prætermittere tantum antiſtitem, Galliarum decus & ornamentum, qui præclaris operibus tam bene de Eccleſia meritus eſt, ut inter Patres ipſe numerari, & Eccleſiæ Pater appellari poſſit. Quamvis enim non multùm in iſto deſudarit curriculo, tanti eſſe debet quidquid à tam eximio Scriptore profectum eſt, ut nulla tam excellentis ingenii fœtura, utlibet parva, non ſit grato animo ſuſcipienda, & honorificè memoranda.

Joſephus Blanchinus omnibus in eodem curriculo feliciùs deſudavit, & etiamnum deſudat.

CLXXVI. Poſtremus omnium, ſed omnibus longè feliciùs, quod pace omnium dixerim, in eodem curriculo deſudavit, & etiamnum deſudat Joſephus Blanchinus Oratorii Romani presbyter. Afflictus vir piiſſimus, nec eruditione minùs quàm pietate conſpicuus, maledictis & conviciis, quibus Calvinus Lutheruſque, & qui ſunt ſecuti, peſſimorum magiſtrorum deteriores diſcipuli, noſtram Vulgatam Latinam inſectantur & conſcindunt, maximè verò cùm ſacrilegum *Belli Papalis* librum legiſſet, *decrevit adornare vindicias ſacrorum Bibliorum vulgatæ Latinæ editionis* : nec decrevit modò, ſed gnaviter inſtans operi, primum jam emiſit tomum, qui *ipſe ferè omnium primus*, verba auctoris ſunt, *jacit fundamenta novi ædificii pro vindiciis canonicarum Scripturarum vulgatæ Latinæ editionis; & anecdota ſacrorum Bibliorum fragmenta colligit, juxta Græcam Vulgatam, & Hexaplarem, Latinam antiquam Italam, duplicemque S. Hieronymi translationem, ex codicibus etiam quatuordecim ſæculorum.* Et hæc quidem continet primus Romanis typis emiſſus anno 1740. tomus; quem alii deinde ſequentur, quibus ſuſceptum opus in ſex partes diſtribuendum, abſolvetur. « Prima pars, non pauca Hexaplorum fragmenta antehac » inedita complectetur. Secunda, veteris Teſtamenti libros, à S. Hiero- » nymo ex Origeniano LXX. Interpretum exemplari in Latinum ſermo- » nem translatos. Tertia, uberem lectionum variarum ſilvam, ex Mſſ.

Epiſt. Nunc.

Ibid.

Totius operis ejus diſtributio.

Digitized by Google

libris optimæ notæ decerptam, quibus reſtituetur priſtinæ integritati « canon Hebræus, ſeu veteris Teſtamenti verſio, à Cl. Martianæo ſub « titulo Bibliothecæ Divinæ S. Hieronymi evulgata. Quarta, complures « utriuſque Fœderis libros ſecundùm Italam verſionem. Quinta, veteris « Teſtamenti libros à S. Hieronymo è Chaldaico in Latinum ſermonem « converſos. Sexta demum, vindicias canonis ſacrarum Scripturarum, quem « Tridentina ſynodus ſeſſione IV. celebrata die VIII. menſis Aprilis anno « Domini M. D. XLVI. condidit, & aſſeruit. »

CLXXVII. Multa profectò & præclara, ut cernere eſt, promittit vir doctus; nec tamen ullum nobis debet eſſe dubium, quin immenſo opere, quod aggreditur, feliciter abſoluto, fidem ſuam ſit liberaturus, & promiſſis facturus ſatis; quandoquidem ex eo, quod prodiit, volumine, de cæteris conjecturam facere, atque adeo ſperare rectè fas eſt. Præter Divinam Hieronymi Bibliothecam, & Pſalterium duplex cum Canticis juxta Græcam Vulgatam, & Latinam Italam verſionem; præter variorum fragmenta librorum; præter ſpecimina manu exaratorum codicum triginta, quorum characteres in ære inciſos repræſentat, plurima alia tomus ille complectitur. Primo in limine ſeſe offert epiſtola Eminentiſſimo Cardinali Quirino, in cujus nomine liber apparet, inſcripta. Præpoſitam hanc operi epiſtolam hiſtorica ſequitur præfatio de veteris Teſtamenti textu originali, antiquis codicibus, & verſionibus Græcis ac Latinis; his accedit appendix aliquot familiarium epiſtolarum, in quibus methodus totius editionis deſcribitur. Contenta in hujus operis tomo I.

CLXXVIII. Si quis fortè requirat quæ noſtra ſit de Blanchini opere ſententia; ille verò noverit, nec critici, nec judicis partes me hîc agere; ſed ſi quas agerem, non aliàs ſanè quàm præconis, opus atque auctorem laudibus cumulando, agerem. Nihil enim mihi propoſitum minùs eſt, & à me nihil magis alienum, quàm ut de cujuſquam gloria deteram. Quantò ergo minùs ex prava æmulatione detraherem laudibus viri doctiſſimi, qui piis doctiſque vigiliis opus elaboravit, quo non aliud hactenus hujuſmodi magis perfectum, & majori elaboratum diligentia? Qui cùm ad revocandam in lucem antiquam interpretationem animum appulit, quid ad tantæ molis opus abſolvendum requirebatur, vidit, &, aut jam exſecutus eſt, aut exſequi in animo habet? Qui pretioſas famoſæ hujus interpretationis reliquias, non tantùm in ſanctorum Patrum ſcriptis inveſtigandas, ſed ab ipſis prorſus repetendas fontibus exiſtimavit, atque etiam repetiit, conquiſitis undequaque, quos adhiberet in conſilium, longinquæ antiquitatis & probatiſſimæ notæ codicibus? Qui demum nihil videtur prætermiſiſſe, quo ſuſceptum opus perficiat; cui & abſolvendo par eſt certè, vir laboris patiens, antiquitatis amans, in ſanctorum Patrum lectione verſatus, ſacrarum Scripturarum mirè ſtudioſus, & in Rempublicam chriſtianam egregiè animatus, cujus annalium abſolvendorum ſuæ decreto Congregationis, probante olim Pontifice maximo Clemente XII. impoſita eſt ipſi provincia? Hæc eſt noſtra de tanto viro ſententia ejuſque opere, cui utinam faſtigium impoſuiſſet. Vellem tamen alium vir doctiſſimus fuiſſet ſecutus ordinem; nimirum, ut ſingulos ex ordine libros, ſeu quæcunque ſingulorum fragmenta juxta antiquam interpretationem reperit, edidiſſet: vellem, inquam, ut ſi quas antiquæ interpretationis reliquias Geneſeos, ſive in codicibus manu exaratis, ſive in aliis monimentis; ut primùm iſtas, ac deinceps alias aliorum, ſervata librorum ſerie, emiſiſſet. Aliter viro clariſſimo viſum eſt, & Pſalterium cæteris præmiſit: nec tamen du- Noſtra de Blanchini opere ſententia.

Digitized by Google

bium mihi eſt, quin habeat quo id egerit fundamento, atque *Pſalterium auro cedroque* dignum, ante alios vulgaverit.

Suam licet reddamus operi Blanchini laudem, noſtrum nihilominus luce dignum opus æſtimamus.

CLXXIX. Fortè quis mirabitur, cùm tam multa de Blanchino ejuſque opere honorificè prædicaverim, non minùs tamen interea eandem à me Scripturarum interpretationem in vulgus emitti. Quid enim, inquiet, ſi quæcunque ad recuperandam revocandamque in lucem Italam requiruntur, vidit Blanchinus; ſi ea etiam magna ex parte ita eſt exſecutus, ut de cætero bene ſperare liceat, ut quid eidem manus operi admoves; quid fers in ſilvam ligna? aut ſi jam admoveras, quidni incœpto deſiſtis? Sed facile & poſitum in expedito reſponſum. Unus itemque alter tomus, ſeu totum vetus Teſtamentum è prælo exierat, ipſique prælo novum jam pene ante maturum erat, quàm Blanchini opus ad nos perveniret. Poſtquam autem pervenit, illudque evolvimus, viri docti ſingularem diligentiam, quibus erat digna, laudibus cumulavimus (neque enim is ſum, qui obtrectatione alienæ ſcientiæ famam velim aucupari) nec tamen idcirco noſtri nos laboris pœnituit, aut debuit pœnitere: dignum enim luce eſt opus, quod in lucem emittimus. Nec verò hoc arroganter dictum exiſtimari velim: nam cùm multos in verſandis SS. Patrum ſcriptis, ut inde extraherem quæcunque veteris interpretationis reliquiæ occurrerent, annos conſumpſerim; cùm tam multarum forulos bibliothecarum excuſſerim, ut manu exaratos codices, ſi qui deliteſcerent, adhibendos in conſilium inveſtigarem, plurimoſque repererim; non ſum arrogans, ni fallor, ſi tot annorum opus, tam improbo diuturnoque labore, tot vigiliis elaboratum, tantis quoque ſumptibus abſolutum, luce dignum eſſe dixerim, nec perdendum exiſtimaverim. Plura dicere non ſinunt mores mei; neque etiam à viro religioſo quidquam alienius eſſe poteſt, quàm de ſe ſuiſque laboribus aliquid glorioſius prædicare. Sed aliorum iſtud eſto judicium. Ego verò interim quid in hac editione præſtiterim explicabo.

§ II.

Quid in hac editione à nobis ſit præſtitum.

Qua via antiquæ interpretationis reliquias inveſtigaverimus; quota pars veteris hujus verſionis recuperata; qua ratione ex tot variis fragmentis, undequaque conquiſitis, corpus Biblicum confecerimus; quo demum ordine, qua methodo ſit edendum, explicatur.

CLXXX. CUm primùm ad recuperandam, atque è tenebris revocandam in lucem antiquam Scripturarum interpretationem animum appuli, quantum negotii mihi daretur, quàm arduam & laborioſam ſuſciperem provinciam; quàm plenum faſtidii & moleſtiarum, quàm denique ingratum opus aggrederer, intellexi. Nec dubitavi fore pleroſque, qui inſanam hanc molitionem judicarent, & à me majus opus ſuſcipi arbitrarentur, quàm poſſet effici. Quid enim? ut referam, quæ mihi videbar audire: Quî promiſſor ille fidem liberabit? Qua via ad interpretationem Scripturæ, quæ cum ipſa pene nata eſt Eccleſia, & Apoſtolicis ſaltem proxima temporibus, perveniet? Qua arte, inter tam multas interpretationes, augurabit quænam ſit ea antiqua, nempe Itala, quam ſe promittit & ſperat recuperaturum? Qua methodo dignoſcet & ſecernet codices Mſſ. qui Italam,

Digitized by Google

ab iis qui aliam exhibent verſionem? Hæc Itala verſio Auguſtini & Hieronymi temporibus, pluribus jam maculis aſperſa erat; quo pacto ſordes deterget? Gregorii Pontificis maximi ætate penitus exolevit, & inde ad hæc uſque tempora in oblivione jacuit; quibus igitur eam veſtigiis explorabit & inveſtigabit? Hæc equidem, aliaque horum ſimilia nonnihil movebant, nec tamen ab incepto deſtiti; quin imo certus nihil eſſe, quod improbo labore non vincatur, operi manum admovi, audacior forſan quàm prudentior : admovi tamen, & demum Divino fretus auxilio perfeci. Nunc qua ratione perfecerim (quantùm ſcilicet perficere licuit) exponendum.

Qua via antiquæ interpretationis reliquias inveſtigaverimus.

CLXXXI. Ante omnia bibliothecarum, ſi minùs omnium, ſaltem famoſiſſimarum, nec Gallicarum modò, ſed & exterarum ſcrinia nobis eſſe revolvenda duximus; atque etiam aut ipſi per nos, aut amicorum ope revolvimus, & quoquo modo oblitteratam & deliteſcentem Italam inveſtigavimus. Nec caſſus labor, irritave ſpes fuit. Plurima enim Italæ fragmenta in codicibus undequaque quæſitis reperimus, & excerpſimus. Cujus ævi ſint hi codices manu exarati quos in conſilium adhibuimus, quàm probatæ fidei, quàm bonæ notæ, nihil neceſſe eſt pluribus exponere; ſiquidem jam de his diximus, & plura etiam in præviis admonitionibus dicturi ſumus.

CLXXXII. Deinde SS. Patrum, ſcriptorumque Eccleſiaſticorum opera omnia, ſummo ſtudio evolvimus; Latinorum ſcilicet Patrum, & illorum maximè, qui ante Hieronymum vixêre, & ab Hieronymo ad Gregorii Magni tempora, quibus vetus Vulgata penitus exolevit. Mirum quàm multa undique ſeſe obtulerint antiquæ interpretationis fragmenta. Jam verò ſi immenſam hanc lectionum ſilvam, quam evolvendo & excutiendo SS. Patrum volumina congeſſimus, addas iis tam multis fragmentis, quæ ex Mſſ. codicibus deſcripſimus, imo libris integris, vix quidquam erit quod in hac parte à nobis exigi aut deſiderari queat. Unum erat circa laudatas in SS. Patrum libris Scripturarum ſententias, quas excerpſimus, quod nobis nonnihil negotii faceſſebat; nempe quod aiunt nonnulli, hos verſiculos ſine codice Scripturarum & ex memoria laudatos à Patribus fuiſſe. Quod ſi verum foret, plurimùm certè auctoritati Patrum ad reſtituendam interpretationem antiquam detraheretur. Sed hunc ſcrupulum in ſecunda præfationis parte, ubi de eo argumento diſputavimus, ſic eximere & evellere conatus ſum, ut neminem eſſe, cujus animo adhuc inſideat, exiſtimem. Nunc dicamus, quanta ex his monumentis antiqua interpretatio à nobis ſit reſtituta luci.

Quota pars hujuſce verſionis à nobis recuperata ſit.

CLXXXIII. Ex his, quæ hactenus præfati ſumus, quilibet intelligit nihil à nobis fuiſſe prætermiſſum, quo veterem Scripturarum interpretationem totam atque integram recuperaremus; adeoque, ſi recuperari tota poſſit, etiam fuiſſe recuperatam. Id equidem erat in votis. At licet felicem ſatis, & quo, ut opinor, vix cuiquam feliciorem ſperare licet, exitum habuerint conatus noſtri; non tamen tota vetus interpretatio, quanta olim fuit, recuperata eſt. Nec mirum, cùm nullus ſit codex manu exaratus, qui hanc verſionem, tam longo tempore oblitteratam, nunc integram complectatur : imo, cùm pauciores ſint hujus verſionis codices, è paucioribus pauciſſimi ſunt, qui unum aut alterum Scripturæ librum exhibeant integrum, ſi novi Teſtamenti libros excipias. Nec licuit ex SS. Patrum ſcriptis ſingula ſupplere, quæ in codicibus manu exaratis deerant : quamvis enim pluri-

Digitized by Google

ma ſint veteris interpretationis fragmenta in antiquorum ſcriptis, nonnulli tamen ſunt Scripturarum libri, quorum vix ipſum nomen apud SS. Patres reperias.

Singuli Scripturæ libri referuntur.

CLXXXIV. Itaque ne quis noſtris nos minora promiſſis præſtare accuſet, qualis & quanta vetus interpretatio à nobis ſit recuperata, quanta in lucem ſit emittenda, ſingulorum enumeratione librorum juvat hîc ſubjicere.* Primò quidem omnes Pentateuchi libros, necnon Joſue, Judicum, & Ruth, atque Regum quatuor, nonniſi ex collectis veterum Patrum lectionibus conficere licuit; hinc in his libris multa deeſſe, facilis nimiùm eſt conjectura.

Geneſis.

CLXXXV. Liber *Geneſis* integer utcunque eſt recuperatus, & con-

Exodus.

fectus maximè ex Auguſtini, Hieronymi, & Ambroſii libris. *Exodus*, etſi pluribus ſui partibus truncatus, non ita tamen mutilus, ut non multis conſtet, quas Auguſtinus, Ambroſius, aliique Patres ſuppeditarunt.

Leviticus.

Idem pene dicere fas eſt de *Levitico*, cujus diverſas partes in Cypriano, Lucifero Calaritano, Auguſtino, Heſychio Salonitano, & aliis Patribus

Numeri.

reperimus. Plura deſunt in *Numeris*, quorum tamen nonnulla capita ex Auguſtino & auctore libri de *XLII. manſionibus* integra ſatis reſtituimus.

Deuteronomium.

Multò pauciora deſiderantur in *Deuteronomio*, ad quem librum reparandum magno nobis adjumento fuere Tertullianus, Lucifer Calaritanus, Ambroſius, Auguſtinus, aliique ſcriptores. Precatio Moyſis cap. IX. petita eſt ex Breviario Mozarabico; Canticum totum cap. XXXII. ex Mſ. S. Michaelis, & aliis longè antiquiſſimis codicibus.

Joſue.

CLXXXVI. In conquirenda libri *Joſue* veteri interpretatione, minùs feliciter laboravimus: quædam tamen fragmenta præbuere Cyprianus, Auguſtinus, & alii; ſed nullus plura, quàm Lucifer Calaritanus,

Judices. Ruth.

maximè cap. VII. In libris *Judicum* & *Ruth* ſatis multa ex Auguſtino, quædam etiam ex Lucifero Calaritano, Ambroſio, & aliis mutuati ſumus.

Quatuor libri Regum.

CLXXXVII. Libri quatuor *Regum* plùs minùs integri ex iiſdem prodiere fontibus; ſed Lucifer præ cæteris opem tulit, ut cernere eſt lib. I. capp. III. IV. V. XV. XVI. XIX. &c. Plures etiam horum verſiculos librorum, ſeu additamenta exſcripſimus ex variis Hieronymianæ interpretationis codicibus antiquis, qui illa vel permixta textui ſecunda manu, vel ad oram libri deſcripta exhibent. Plurima etiam ex Vulgata noſtra, haud equidem in ipſam ex Hebræo derivata, ſed ex LXX. ſeu veteri verſione Latina, quæ ante Hieronymum in honore erat. De his additamentis operæ pretium fuerit legere quæ infra not. ad 1. Reg. c. v. ℣. 6. ex Martianæo noſtro retulimus.

Libri Paralipom. & Eſdræ.

CLXXXVIII. Quod libros *Paralipomenon* & *Eſdræ* ſpectat, non alii ſunt ulli Scripturarum libri, quorum vetus interpretatio magis ſit oblitterata; adeo quippe excidit & interiit pene tota, ut vix reliquiæ ſuperſint, pauciſſimique admodum horum verſiculi in SS. Patrum volu-

Tobiæ, Judith.

minibus appareant. Contra verò qui ſubſequuntur libri *Tobiæ*, *Judith*,

Eſther.

& *Eſther*, integerrimi prodeunt ex variis antiquiſſimis & optimæ notæ codicibus, de quibus prævіæ admonitiones ſingulis præfixæ libris ſunt legendæ.

Job.

CLXXXIX. Librum *Job* talem proferimus, qualis eſt editus à Martianæo noſtro tom. I. edit. Hieronymianæ, detractis tantùm aſteriſcis & obelis, quorum typi deerant; ea tamen adhibita cautione, ut diſtincti & alio excuſi charactere, dignoſcantur verſiculi illi, quos in Hexaplis Origenes ex Theodotionis Græca interpretatione addidit, quique in Latina veteri deerant.

Digitized by Google

CXC. *Pſalterium* totum atque integrum, nullaque ſui parte mutilum, à variis Hieronymi caſtigationibus liberum, repræſentamus è longinquæ vetuſtatis codice Sangermanenſi, litteris uncialibus exarato, cui alia plurima, cùm è veteribus codicibus, tum ex SS. Patrum commentariis extracta adjunximus Pſalteria, de quibus in admonitione prævia diſſerimus. Huc redeunt *Cantica* pene omnia, quæ quamvis ſuum ſingula locum in variis Scripturarum libris ſortita teneant, ſeorſum nobis plurimi & antiquiſſimi codices exhibuere. Pſalterium. Varia Scripturarum Cantica.

CXCI. *Proverbia Salomonis* cùm in uſu frequenti Patribus fuerint, ad veterem illorum verſionem reſtituendam, lautiſſimæ copiâ meſſis recreati ſumus, ſcripta Patrum evolvendo. *Eccleſiaſten* totum ex Hieronymi commentario exſcripſimus. Idem jam olim ex eodem fonte prodiit liber curâ illuſtriſſimi Meldenſis epiſcopi, quem tamen aliquid noſtro reliquiſſe labori prævia docebit admonitio. *Canticum Canticorum Salomonis* pene totum & integrum unus nobis ſuppeditavit Ambroſius : permixtas tamen quaſdam ex Auguſtino, Hieronymo, & aliis particulas reperies. Proverbia Salomonis. Eccleſiaſtes. Canticum Canticorum.

CXCII. Librorum autem *Sapientiæ* & *Eccleſiaſtici* non alia eſt antiqua interpretatio, quàm Vulgata hodierna, quæ tales eos exhibet, quales olim exſtitere, ut fas eſt colligere ex Latinorum Patrum teſtimoniis, quæ in notis margini inferiori ſuppoſitis referuntur. In iis quoque notis plurimas lectiones varias ex antiquis codicibus deſcriptas ſubjecimus; quæ licet ſint multæ ſatis, non tamen diverſam nec diſcrepantem arguunt interpretationem. Id unum duntaxat movere & negotium faceſſere poteſt, quòd harum lectionum maximam partem exulare juſſerint Romani correctores, cùm Biblia ſacra vulgatæ Editionis Sixti V. & Clementis VIII. ſummorum pontificum auctoritate recognoſcerentur. Verùm non modò nullas id genus varias lectiones retulimus in contextum, ſed ne quidem ad oram libri appoſuimus; tantùm eas ad marginem inferiorem rejecimus, ut ſpecimen aliquod veterum codicum daremus : qua quidem in re abſit ut aliquid à nobis ſit peccatum contra quam prohibuit Apoſtolica ſedes, his verbis, ſi editoribus Romanis fides : « Sicut Apoſtolica ſedes, inquiunt in præfatione, induſtriam eorum non damnat, qui concordantias locorum, varias lectiones..... & alia id genus in aliis editionibus inſeruerunt; ita quoque non prohibet, quin alio genere characteris in hac ipſa Vaticana editione ejuſmodi adjumenta, pro ſtudioſorum commoditate atque utilitate in poſterum adjiciantur; ita tamen, ut lectiones variæ ad marginem ipſius textûs minimè annotentur. » Nihil, inquam, à nobis contra hanc Apoſtolicæ ſedis interdictionem eſt peccatum : quandoquidem varias lectiones ad oram, ſeu marginem textûs minimè annotavimus; ſed tantùm ad notas margini inferiori ſuppoſitas, ſpecimen aliquod veterum codicum dandi causâ, rejecimus. Præterea correctionum Romanarum ad Editionem vulgatam delectum, auctore Franciſco Luca Brugenſi, in fine cujuſcunque libri edidimus, queis cautiùs curabitur ut ne quis imperitus variis hujuſmodi lectionibus præter voluntatem noſtram abutatur. Sapientia & Eccleſiaſticus.

CXCIII. Quæ verò nos hîc circa libros Sapientiæ & Eccleſiaſtici diximus, ad prophetiam *Baruch* libroſque *Machabæorum*, quorum etiam verſio antiqua, non alia eſt à Vulgata noſtra, poſſunt atque etiam debent accommodari. Varias quoque lectiones Mſſ. codicum in notis ſubjecimus. Prophetia Baruch, & libri Machabæorum.

CXCIV. Supereſt ut de majoribus minoribuſque Prophetis dicamus. Quod majores ſpectat, *Iſaiam* & *Ezechielem* feliciter ſatis, opinor, Iſaias. Ezechiel.

Digitized by Google

recuperavimus, excuſſis diligenter SS. Patrum ſcriptis. Plurima Tertullianus, plurima Cyprianus, plurima Ambroſius, & alii plurima; at nullus plura ſuppeditavit quàm Hieronymus in commentario in Iſaiam & Ezechielem. Hinc plena ſatis atque integra à nobis in lucem ſacri utriuſque Vatis prophetia emittitur. *Jeremiæ* verò necnon & *Danielis* prophetiæ minùs integræ prodeunt; frequentiores namque & majores in utraque ſunt lacunæ, quas explere, quamcunque in evolvendis SS. Patrum ſcriptis, verſandiſque codicibus manu exaratis adhibuerimus diligentiam, non licuit.

Jeremias & Daniel.

Prophetiæ Baruch, & 13. priorum libri 1. Machabæorum cap. duplex interpretatio.

CXCV. Circa prophetiam *Baruch*, necnon tredecim priora libri primi *Machabæorum* capita, unum eſt, quod monitum lectorem volumus. Hi ſacri libri in eorum ſunt numero, ut jam animadvertimus, quorum vetus interpretatio ad nos illibata pervenit, quæque etiam in Vulgata noſtra ſervata eſt: ſed alteram præterea ejuſdem prophetiæ interpretationem in nonnullis antiquis codicibus, alteram item horum 13. capitum in uno pervetuſto Sangermanenſi codice, ambas quidem in multis à Vulgata diſcrepantes reperimus. Verùm utra utri eſſet in his libris poſthabenda ne minimùm dubitavimus. Nullum quippe dubium eſſe debuit, quin illa interpretatio, cujus major eſt auctoritas, eaque ipſa quam Vulgata exhibet, alteri eſſet anteponenda. Hinc typis majoribus, quibus excuſa eſt verſio antiqua, eam excudendam curavimus; ejus tamen æmulam è regione, ſeu, ut aiunt, Italico editam charactere collocavimus. De hac alia horum librorum interpretatione quid conjecturâ auguremur, inſpicere licet in admonitione libris Machabæorum præfixa.

Duodecim minores Prophetæ.

CXCVI. Demum quod ad duodecim *minores Prophetas* attinet, horum unus omnium nobis interpretationem Hieronymus reſtituit. Sed de his legenda in primis admonitio prævia in Prophetas, ubi de textu Latino ſecundùm LXX. quem in ſuis paſſim commentariis adhibet Hieronymus, diſputavimus. Hactenus de veteris Teſtamenti libris quos emittimus. De novi autem Teſtamenti libris opportunior erit tunc dicendi locus, cùm eos in lucem emittemus. Satis eſt in anteceſſum dicere & monere nulla ſui parte mutilos, ſed totos atque integros, tam ex Patribus, quàm ex manu exaratis codicibus, ſingulos novi Teſtamenti libros recuperatos fuiſſe.

Quo ordine ex tot variis fragmentis confectum corpus Biblicum edamus.

CXCVII. Habes jam lector queis ex monumentis antiquam recuperaverimus Scripturarum interpretationem, & quanta à nobis ſit recuperata. Nunc qua methodo recuperatam edamus, quo ordine tot varios textus ad conficiendum corpus Biblicum diſponamus, accipe.

Hic univerſi operis ordo, hæc erit diſpoſitio.

CXCVIII. Vulgatæ antiquæ textus partem paginæ occupabit inſigniorem, tum, ſi textus ille è Mſſ. codicibus prodeat, in fronte marginis cujuſque exterioris indicabitur codex, ſive unicus, ſive multiplex; ſi verò è veterum Patrum teſtimoniis conficiatur, è regione uniuſcujuſque verſiculi notabitur in eadem margine ſcriptoris nomen, necnon liber, tractatus, caput & pagina. Si tamen plures verſiculi, ac etiam capita integra ex uno eodemque auctore exprimantur, locus ſemel duntaxat ſignificabitur, è regione ſcilicet prioris verſiculi. Ut autem diſcrimen, quod intereſt Vulgatam novam inter & veterem, uno intuitu conſpiciatur; è regione verſionis antiquæ, versùs marginem interiorem, Vulgata hodierna minoribus characteribus aptè collocabitur, ita ut ſinguli Vulgatæ utriuſque verſiculi ſibi invicem reſpondeant. Denique

Digitized by Google

in ora inferiori tot ſubjicientur notæ, quot erunt verſiculi Vulgatæ utriuſquè ſuperpoſiti. His autem fuſioribus notis inſerentur germana veterum Patrum teſtimonia, vel ſimiles codicum Mſſ. loci; Græca demum cum Latinis omnino diligentiſſimè comparabuntur. Inſuper his monita plurimorum fronti præmittentur librorum; in quibus, ſi quæ viſa ſunt uberiorem poſtulare diſputationem, quàm ut intra notarum anguſtias commodè ſatis poſſent elucidari, explicabuntur. Ad extremum claudetur opus indice totius Scripturæ locupletiſſimo.

A Typographo nihil prætermiſſum, quò elegantiſſima prodiret editio.

CXCIX. Quod partes Typographi attinet, nihil ab ipſo prætermiſſum fuit, quò elegantiſſima prodiret editio; nec ſumptui, nec labori pepercit. Unde ſpes eſſe poteſt nihil moroſiſſimos quidquam deſideraturos, aut reprehenſuros; ſeu characterum elegantiam, ſeu chartæ nitorem ſpectes. Interea eruditos quoſque, & bonarum litterarum cultores obſecramus, ut ſi manuſcriptos quoſdam codices apud ſe habeant, aut in bibliothecis, vel ubiubi deliteſcere noverint, in quibus antiquæ Vulgatæ fragmenta nonnulla reperiantur, nobiſcum communicare non graventur.

Malevolorum calumniis obviam itur.

CC. Calumniari autem ſi quis velit quòd *Vulgatam novam* appellemus eam Scripturæ interpretationem, quæ à Tridentinæ Synodi Patribus ſeſſione IV. *vetus & vulgata editio* appellatur; calumniari, inquam, ſi quis velit, ac veluti ſacroſanctæ Synodo refragari velimus; ille meminerit hanc eandem à Pontifice magno *novam* fuiſſe appellatam; atque idem norit *novam* à nobis appellari Vulgatam noſtram, quamvis vetus ſit, longoque ac diuturno uſu probata, ut eam ab hac *antiqua* verſione, quæ olim in Eccleſia Latina, priuſquam ex Hebræo ſacros libros Latinè redderet Hieronymus, in uſu & honore erat, ſecernamus. Abſit ut vel tantillùm ab hujus Concilii mente deflectamus. Verùm quæ ſit mens hujus Concilii Tridentini explorare juvat. « Manifeſtum eſt, ut cum « Auguſtini operum editoribus noſtris loquar, à Concilio nihil aliud per « Vulgatam intelligi verſionem, niſi eam *quæ legi conſuevit in Eccleſia Catholica;* cujus tametſi plurimas partes Hieronymus tranſtulerit ex Hebræo, « quemadmodum ſola teſtimonia ex hac ipſa ab Auguſtino lib. 4°. de « Doctrina Chriſt. cap. VII. iterum lib. 5. & 6. Quæſt. & lib. 7. Locutionum in Heptateuchum petita abundè probant, eo tamen Concilii tempore, quo jam plùs quàm mille & centum annos numerabat, optimo « jure antiqua dici poterat; perinde atque Iſidori Hiſpalenſis ætate jam « *Vulgatæ* nomen erat adepta, cùm ea editione omnes Eccleſiæ uſque- « quaque utebantur. Cæterum non ſine gravi hallucinatione crederet « quiſpiam idem in Tridentina Synodo & apud veteres per *Vulgatæ* vocem ſignificari. In Synodo ea vox integram utriuſque Fœderis Scripturam Latinè redditam, & noſtris contentam in Bibliis denotat; cùm « apud Hieronymum epiſt. ad Sun. & Fret. Græcam quandam veteris « Teſtamenti verſionem ſignet; epiſtola verò 101. ad Pammachium ver- « ſionem ita vocatam, cùm ea noſtræ opponeretur. » Nihil ergo à nobis peccatur, quod abſit, contra decretum Concilii Tridentini, quo ſtatuit ut *ipſa vetus & vulgata Editio, quæ longo tot ſæculorum uſu in ipſa Eccleſia probata eſt..... pro authentica haberetur.* Uno verbo ipſi nos quoque Vulgatam hodiernam veterem eſſe, & longo uſu in Eccleſia probatam, eamque unam pro authentica habendam contendimus. Verùm quamvis vetus ſit, quamvis longo diuturnoque uſu probata, eam tamen appellari *novam* à nobis poſſe exiſtimavimus, ut ſecerneretur ab illa longè antiquiſſima interpretatione, quæ ante Hieronymum erat in uſu.

Præf. in tom. 5.

Digitized by Google

Appellationis duplicis *veteris* ac *novæ* interpretationis auctor est Gregorius M.

CCI. Quisquis ergo nos reprehenderit & accusaverit, idem accusabit & reprehendet Gregorium Magnum, quem auctorem habemus. De utraque enim interpretatione verba faciens in epistola Leandro inscripta, aliam appellat Novam, aliam Veterem. *Novam translationem*, inquit, *differo : sed cùm probationis causa exigit*, *nunc* novam, *nunc* veterem *per testimonia assumo*, *ut quia sedes Apostolica*, *cui Deo auctore præsideo*, *utrâque utitur*, *mei quoque labor studii ex utraque fulciatur.* Quàm belle hæc Gregorii verba congruunt ! Ad rem nostram facta scriptaque videntur. En translatio Latina duplex, *vetus* & *nova :* hæc recens ab Hieronymo ex Hebræo adornata, quæque jam, si non ubique, saltem apud sedem Apostolicam publicè obtinebat : illa vetus è Græco translata, sola nempe ante Hieronymum passim usurpata in Ecclesia Latina. Utramque admittit S. Gregorius, quia utraque promiscuè utebatur tunc ecclesia Romana ; siquidem nondum jam ita prævaluerat nova Hieronymi translatio, ut veteri penitus omissa, altera fuerit ei substituta, S. Doctoris ætate. Quia tamen partes plurimæ de veteri Italica servatæ sunt in Vulgata nostra, cæteræ verò & præcipuæ, de Hieronymi Doctoris antiquissimi translatione vel emendatione fuerunt petitæ, ideo placuit unam ex utraque conflatam & effectam, *veterem & vulgatam Editionem* appellare. « Hujus autem veteris ac vulgatæ Editionis, inquiunt editores » Romani, tanta semper fuit auctoritas, tamque excellens præstantia, ut » eam cæteris omnibus Latinis editionibus longè anteferendam esse, apud » æquos judices in dubium revocari non posset. Qui namque in ea li- » bri continentur, ut à majoribus nostris quasi per manus traditum no- » bis est, partim ex S. Hieronymi translatione, vel emendatione susce- » pti sunt ; partim retenti ex antiquissima quadam editione Latina, quam » S. Hieronymus *Communem* & *Vulgatam*, S. Augustinus *Italam*, S. Grego- » rius *Veterem* translationem appellat. Ac de veteris quidem hujus, sive » Italæ editionis sinceritate atque præstantia, præclarum S. Augustini testi- » monium exstat in secundo libro de Doctrina Christiana, ubi Latinis om- » nibus editionibus, quæ tum plurimæ circumferebantur, Italam præfe- » rendam censuit..... De S. verò Hieronymo multa exstant veterum Pa- » trum egregia testimonia. » Eum enim S. Augustinus hominem doctissi- » mum, ac trium linguarum peritissimum vocat, atque ejus translationem » ipsorum quoque Hebræorum testimonio veracem esse confirmat. Eun- » dem S. Gregorius ita prædicat, ut ejus translationem, quam novam ap- » pellat, ex Hebræo eloquio cuncta veriùs transfudisse dicat ; atque id- » circo dignissimam esse, cui fides in omnibus habeatur..... Quare non » immeritò Catholica Ecclesia S. Hieronymum doctorem maximum, at- » que ad Scripturas sacras interpretandas divinitus excitatum ita celebrat, » ut jam difficile non sit illorum omnium damnare judicium, qui vel tam » eximii Doctoris lucubrationibus non acquiescunt, vel etiam meliora, » aut certè paria præstare se posse confidunt. Cæterùm ne tam fidelis » translatio..... ulla ex parte corrumperetur, eadem sacrosancta Synodus » Tridentina illud decreto suo sapienter adjecit, ut hæc ipsa vetus & vul- » gata Editio emendatissimè, quoad fieri posset, imprimeretur. »

Hac duplici appellatione non uti nobis non omnino licuit.

CCII. Nobis igitur qui hanc utramque interpretationem Latinam, cùm antiquiorem è Græco, tum Hieronymianam ex Hebræo distinguere cogimur, quo aptiori modo secernere licuit, quàm diversis impositis nominibus, hanc nimirum appellando *antiquam*, quæ reipsa antiquior est ; aliam verò *novam*, quæ tametsi ipsa vetus sit, alterâ tamen est recentior ? Sed nimis forsan multa de his diximus : dicenda tamen erant,

Digitized by Google

ut malevolis obviam iretur, ipsisque calumniandi ansa præcluderetur.

Virorum doctorum officia commemorantur.

CCIII. Tandem præfari desinam, postquam virorum doctorum, qui amicam mihi navarunt operam, officia commemoravero : quod ni facerem, ingratus meritò audirem. Primus sese offert vigilantissimus bibliothecæ Regiæ Custos, omnibus studiosis semper obvius. Notior est doctis omnibus, doctissimus ipse Dominus Sallier, quàm ut eum ex nomine appellari, aut ejus eruditionem à me commendari oporteat. Singularem viri clarissimi, in omnem humanitatis gratiam facti, nullo non tempore bonitatem in omnia intentam & accinctam sum expertus. Regium, cui præest, thesaurum reseravit ; nec modò uti permisit, & exaratos manu codices, quos vellem, ad nutum benigna manu suppeditavit ; verùm etiam omni in me absentem perinde atque præsentem, imo nonnunquam inscium, officio certavit : pro quibus gratiam referre quantam debeo, dignasque grates persolvere, meæ profectò non esse opis fateor.

CCIV. Commemorandus proximè venit Dominus L'Evêque de Poüilli, quem qui non norit, is in Republica litteraria hospes sit & peregrinus necesse est. Nobis verò notior est vir doctissimus, non tantùm eruditionis & doctrinæ fama ; sed virtutibus, quas propiùs licet intueri ob necessitudinem, quæ nobis cum illo intercedit. Præclara sunt illius in nos merita, utilemque nobis commodavit operam, & prudenti consilio sæpe juvit.

CCV. Vellem hîc ego cunctis qui suppetias mihi contulere, in primis autem singularum præfectis bibliothecarum, quotquot etiam per litteras adii, gratum animum significare, quid singuli præstiterint referendo. Quàm multi per nomina mihi essent appellandi ! Ut enim Parisienses cæterasque Gallicanas prætermittam bibliothecas, Regiam, Colbertinam, Sorbonicam, Claromontanam, Rhemensem, &c. exteras quoque, Romanas nempe & Anglicanas maximè commemorem. Harum namque omnium bibliothecarum præfecti, quidquid è re nostra fuit perhumaniter nobis communicarunt ; librosque nonnulli integros, etiam propriis sumptibus, & ea descriptos cura, cui parem nusquam invenias, ad nos transmisere. Quis viris hujusmodi doctis tam humaniter, tam liberaliter opem ferentibus, tantam retulerit gratiam, aut referre possit, quanta referri debet ?

CCVI. Neque verò hîc te tacitum relinquam dilectissime sodalis, nostri consors laboris, Carole Ballard, qui durissimam hanc unà mecum provinciam cepisti ; qui tam bonam mihi, tam utilem, menda corrigendo, qui ingratus plenusque fastidii labor est, operam navasti. Tu me hærentem monitis & consiliis sæpe juvisti, ingenuis moribus officiosaque sedulitate recreasti, ærumnas laboris depulisti. Fuissem sine te, amántissime sodalis, sæpe fastidia subiissent ; fuissem sine te, tanto oneri fuissem impar, nec tam omnibus numeris perfectum opus istud prodiret.

Faxit Deus ut noster iste qualiscunque labor in utilitatem Ecclesiæ, quod unum in votis est, cedat.

Digitized by Google

Permiſſio R. P. Vicarii Generalis Congregationis S. Mauri.

NOs Frater RENATUS LANEAU, Vicarius Generalis Congregationis S. Mauri, Ordinis S. Benedicti : Facultatem concedimus chariſſimo Fratri noſtro Domno PETRO SABATIER Presbytero & Monacho ejuſdem Congregationis, in lucem edendi librum, cui titulus eſt : *Bibliorum ſacrorum Latinæ verſiones*, &c. opera & ſtudio ejuſdem Domni PETRI SABATIER collectum & compoſitum ; & à viro clariſſimo Domino SALLIER, Bibliothecæ Regiæ Cuſtode, Profeſſore & Cenſore Regio, juſſu illuſtriſſimi Sigillorum Galliæ Cuſtodis examinatum & approbatum. In quorum fidem has litteras manu propriâ ſubſcriptas, & ſigillo officii noſtri munitas, à Secretario noſtro ſubſcribi mandavimus. Datum Pariſiis in Monaſterio S. Germani à Pratis, die duodecima menſis Februarii, anni milleſimi ſeptingenteſimi trigeſimi ſeptimi.

Fr. RENATUS LANEAU, Vicarius Generalis.

De mandato R. P. Vicarii Generalis,
Fr. J. FRANCISCUS DELVILLE, *Secretarius.*

APPROBATIO.

EGo infra ſcriptus, juſſu illuſtriſſimi Galliæ Sigillorum Cuſtodis, legi librum, cui titulus : *Bibliorum ſacrorum Latinæ verſiones antiquæ*, &c. & fidem facio nihil à me in eo compertum quod non conſentiat cum doctrinæ Chriſtianæ principiis. Datum Pariſiis octava die Januarii, anno milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo ſeptimo.

SALLIER.

PRIVILEGE DU ROI.

LOUIS, PAR LA GRACE DE DIEU, ROI DE FRANCE ET DE NAVARRE : A nos amez & féaux Conſeillers les Gens tenans nos Cours de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires de nôtre Hôtel, Grand Conſeil, Prevôt de Paris, Baillis, Sénéchaux, leurs Lieutenans Civils, & autres nos Juſticiers qu'il apartiendra, SALUT. Nôtre bien amé REGNAULD FLORENTAIN, nôtre ſeul Imprimeur ordinaire & Libraire à Reims, Nous ayant fait remontrer qu'il ſouhaiteroit imprimer, ou faire imprimer, & donner au Public un Ouvrage, qui a pour titre, *Bibliorum ſacrorum Latinæ verſiones antiquæ*, s'il Nous plaiſoit lui accorder nos Lettres de Privilege ſur ce néceſſaires, offrant pour cet éfet de l'imprimer ou faire imprimer en bon papier & beaux caracteres, ſuivant la feüille imprimée, & attachée pour modele ſous le Contreſcel des Préſentes. A CES CAUSES, voulant traiter favorablement ledit Expoſant, Nous lui avons permis & permettons par ces Préſentes d'imprimer, ou faire imprimer ledit Ouvrage ci-deſſus ſpecifié, en un ou pluſieurs volumes, conjointement ou ſéparément, & autant de fois que bon lui ſemblera, ſur papier & caracteres conformes à ladite feüille imprimée, & attachée ſous notredit Contreſcel, & de le vendre, faire vendre & débiter par tout nôtre Royaume pendant le tems de douze années conſécutives, à compter du jour de la date deſdites Préſentes. Faiſons défenſes à toutes ſortes de perſonnes de quelque qualité & condition qu'elles ſoient, d'en introduire d'impreſſion étrangere dans aucun lieu de nôtre obéiſſance ; comme auſſi à tous Imprimeurs, Libraires & autres, d'imprimer, faire imprimer, vendre, faire vendre, débiter ni contrefaire ledit Ouvrage ci-deſſus expoſé, en tout ni en partie, ni d'en faire aucuns extraits, ſous quelque prétexte que ce ſoit, d'augmentation, correction, changement de titre, même de traduction étrangere ou autrement, ſans la permiſſion expreſſe & par écrit dudit Expoſant, ou de ceux qui auront droit de lui ; à peine de confiſcation des Exemplaires contrefaits, de ſix mille livres d'amende contre chacun des contrevenans, dont un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel-Dieu de Paris, l'autre tiers audit Expoſant, & de tous dépens, dommages & intérêts. A la charge que ces Préſentes ſeront enregiſtrées tout au long ſur le Regiſtre de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris dans trois mois de la date d'icelles ; Que l'impreſſion de cet Ouvrage ſera faite dans nôtre Royaume, & non ailleurs ; Et que l'Impétrant ſe conformera en tout aux Réglemens de la Librairie, & notamment à celui du 10 Avril 1725 ; Et qu'avant que de l'expoſer en vente, le Manuſcrit ou Imprimé qui aura ſervi de copie à l'Impreſſion dudit Ouvrage, ſera remis dans le même état où l'Aprobation y aura été donnée, ès mains de nôtre très cher & féal Chevalier le Sieur CHAUVELIN, Garde des Sceaux de France, Commandeur de nos Ordres ; Et qu'il en ſera enſuite remis deux Exemplaires dans nôtre Bibliotheque publique, un dans celle de nôtre Château du Louvre, & un dans celle de nôtredit très cher & féal Chevalier le Sieur CHAUVELIN, Garde des Sceaux de France, Commandeur de nos Ordres : Le tout à peine de nullité des Préſentes. Du contenu deſquelles vous mandons & enjoignons de faire jouir l'Expoſant, ou ſes Ayans-cauſe, pleinement & paiſiblement, ſans ſouffrir qu'il leur ſoit fait aucun trouble ou empêchement. Voulons que la Copie deſdites Préſentes, qui ſera imprimée tout au long au commencement ou à la fin dudit Ouvrage, ſoit tenuë pour dûëment ſignifiée ; & qu'aux Copies collationées par l'un de nos amez & féaux Conſeillers & Sécrétaires, foi ſoit ajoutée comme à l'Original. Commandons au premier nôtre Huiſſier ou Sergent de faire pour l'exécution d'icelles tous Actes réquis & néceſſaires, ſans demander autre permiſſion, & nonobſtant clameur de Haro, Charte Normande, & Lettres à ce contraires : CAR TEL EST NÔTRE PLAISIR. Données à Verſailles le quinziéme jour de Février, l'an de grace mil ſept cens trente-ſept, & de nôtre Regne le vingt-deuxiéme. Signé par le Roi en ſon Conſeil. *Et plus bas, ſigné* SAINSON, *avec paraphe ; & ſcellées du grand Sceau de cire jaune.*

Regiſtré ſur le Regiſtre IX. de la Chambre Royale des Libraires & Imprimeurs de Paris, n°. 428. folio 385. conformément aux anciens Réglemens, confirmez par celui du 28 Février 1723. A Paris, le dix-huit Février mil ſept cens trente-ſept.

Signé, G. MARTIN, *Sindic.*

Digitized by Google

PRÆFATIO

DE EDITIONE ROMANA VULGATÆ.

IN multis magnisque beneficiis, quæ per sacram Tridentinam Synodum Ecclesiæ suæ Deus contulit, id in primis numerandum videtur, quòd inter tot Latinas editiones Divinarum Scripturarum, solam veterem ac vulgatam, quæ longo tot sæculorum usu in Ecclesia probata fuerat, gravissimo Decreto authenticam declaravit. Nam, ut illud omittamus, quòd ex recentibus editionibus non paucæ ad hæreses hujus temporis confirmandas licenter detortæ videbantur: ipsa certè tanta versionum varietas atque diversitas, magnam in Ecclesia Dei confusionem parere potuisset. Jam enim hac nostra ætate illud fe-
Præf. in Josue. *rè eveniſſe constat, quod sanctus Hieronymus tempore suo accidisse testatus est, tot scilicet fuisse exemplaria, quot codices; cùm unusquisque pro arbitrio suo adderet vel detraheret. Hujus autem veteris ac vulgatæ Editionis tanta semper fuit auctoritas, tamque excellens præstantia, ut eam cæteris omnibus Latinis editionibus longè anteferendam esse, apud æquos judices in dubium revocari non posset. Qui namque in ea Libri continentur (ut à majoribus nostris quasi per manus traditum nobis est) partim ex sancti Hieronymi translatione, vel emendatione, suscepti sunt; partim retenti ex antiquissima quadam editione*
S. Hier. in c. 49. Isaiæ. *Latina, quam sanctus Hieronymus Communem & Vulgatam, sanctus Augustinus Italam, sanctus Gregorius Veterem translatio-*
S. Aug. lib. 2. de Doctrin. Christ. c. 15. *nem appellat. Ac de Veteris quidem hujus, sive Italæ editionis sinceritate atque præstantia, præclarum sancti Augustini testimonium*
S. Greg. epist. dedicat. ad Leandr. c. 5. in fine. *exstat in secundo Libro de Doctrina Christiana, ubi Latinis omnibus editionibus, quæ tunc plurimæ circumferebantur, Italam præferen-*
S. Aug. ubi sup. *dam censuit, quòd esset, ut ipse loquitur, verborum tenacior cum perspicuitate sententiæ. De sancto verò Hieronymo multa exstant veterum Patrum egregia testimonia: eum enim*
Lib. 18. de Civit. Dei, c. 43. *sanctus Augustinus hominem doctissimum, ac trium linguarum peritissimum vocat; atque ejus translationem ipsorum quoque Hebræorum testimonio veracem esse confirmat. Eun-*
Lib. 20. Mor. 24. *dem sanctus Gregorius ita prædicat, ut ejus translationem, quam novam appellat, ex Hebræo eloquio cuncta verius transfudisse dicat: atque idcirco dignissimam esse, cui fides in om-*
Lib. 6. Etym. c. 5. *nibus habeatur. Sanctus autem Isidorus non uno in loco Hieronymianam versionem cæteris omnibus anteponit, eamque ab ecclesiis Christianis communiter recipi ac probari affirmat, quòd sit in verbis clarior, & veracior in sententiis. Sophronius quoque, vir eruditissimus,* Lib. 1. de Div. offic. c. 12. *sancti Hieronymi translationem non Latinis modò, sed etiam Græcis valde probari animadvertens, tanti eam fecit, ut Psalterium & Prophetas ex Hieronymi versione in Græcum eleganti sermone transtulerit. Porro qui secuti sunt, viri doctissimi, Remigius, Beda, Rabanus, Haymo, Anselmus, Petrus Damiani, Richardus, Hugo, Bernardus, Rupertus, Petrus Lombardus, Alexander, Albertus, Thomas, Bonaventura, cæterique omnes, qui his nongentis annis in Ecclesia florucrunt, sancti Hieronymi versione ita sunt usi, ut cæteræ, quæ pene innumerabiles erant, quasi lapsæ de manibus Theologorum, penitus obsoleverint. Quare non immeritò Catholica Ecclesia, sanctum Hieronymum Doctorem maximum, atque ad Scripturas sacras interpretandas divinitus excitatum, ita celebrat, ut jam difficile non sit illorum omnium damnare judicium, qui vel tam eximii Doctoris lucubrationibus non acquiescunt, vel etiam meliora, aut certè paria, præstare se posse confidunt. Cæterùm ne tam fidelis translatio, tamque in omnes partes Ecclesiæ utilis, vel injuria temporum, vel impressorum incuria, vel temerè emendantium audacia, ulla ex parte corrumperetur, eadem sacrosancta Synodus Tridentina illud Decreto suo sapienter adjecit, ut hæc ipsa vetus ac vulgata Editio emendatissimè, quoad fieri posset, imprimeretur: neque ulli liceret eam sine facultate & approbatione Superiorum excudere. Quo Decreto simul typographorum temeritati ac licentiæ modum imposuit; & Pastorum Ecclesiæ, in tanto bono quàm diligentissimè retinendo & conservando, vigilantiam atque industriam excitavit. Et quamvis insignium Academiarum Theologi in Editione vulgata pristino suo nitori restituenda magna cum laude laboraverint; quia tamen in tanta re nulla potest esse nimia diligentia; & codices manuscripti complures & vetustiores Summi Pontificis jussu conquisiti, atque in Urbem advecti erant; & demum, quoniam exsecutio generalium Conciliorum, & ipsa Scripturarum integritas ac puritas, ad curam Apostolicæ Sedis potissimùm pertinere cognoscitur: ideo Pius IV. Pontifex Maximus, pro sua in omnes Ecclesiæ partes incredibili vigilantia, lectissimis aliquot*

Digitized by Google

ſancta Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, aliiſque tum Sacrarum litterarum, tum variarum linguarum peritiſſimis viris, eam provinciam demandavit, ut vulgatam editionem Latinam, adhibitis antiquiſſimis codicibus manuſcriptis, inſpectis quoque Hebraïcis Græciſque Bibliorum fontibus; conſultis denique veterum Patrum commentariis, accuratiſſimè caſtigarent. Quod itidem inſtitutum Pius V. proſecutus eſt. Verùm Conventum illum, ob varias graviſſimaſque Sedis Apoſtolicæ occupationes jamdudum intermiſſum, Sixtus V. divina providentia ad ſummum Sacerdotium evocatus, ardentiſſimo ſtudio revocavit, & opus tandem confectum typis mandari juſſit. Quod cùm jam eſſet excuſum, & ut in lucem emitteretur, idem Pontifex operam daret, animadvertens non pauca in ſacra Biblia præli vitio irrepſiſſe, quæ iterata diligentia indigere viderentur, totum opus ſub incudem revocandum cenſuit atque decrevit. Id verò cùm morte præventus præſtare non potuiſſet, Gregorius XIV. qui poſt Urbani VII. duodecim dierum Pontificatum Sixto ſucceſſerat, ejus animi intentionem exſecutus, perficere aggreſſus eſt; ampliſſimis aliquot Cardinalibus, aliiſque doctiſſimis viris, ad hoc iterum deputatis. Sed eo quoque, & qui illi ſucceſſit, Innocentio IX. breviſſimo tempore de hac luce ſubtractis; tandem ſub initium Pontificatus Clementis VIII. qui nunc Eccleſiæ univerſæ gubernacula tenet, opus, in quod Sixtus V. intenderat, Deo bene juvante perfectum eſt. Accipe igitur Chriſtiane Lector, eodem Clemente Summo Pontifice annuente, ex Vaticana Typographia, veterem ac vulgatam ſacræ Scripturæ Editionem, quanta fieri potuit diligentia caſtigatam: quam quidem ſicut omnibus numeris abſolutam, pro humana imbecillitate affirmare difficile eſt, ita cæteris omnibus, quæ ad hanc uſque diem prodierunt, emendatiorem, purioremque eſſe, minimè dubitandum. Et verò quamvis in hac Bibliorum recognitione, in codicibus manuſcriptis, Hebræis Græciſque fontibus, & ipſis veterum Patrum commentariis conferendis, non mediocre ſtudium adhibitum fuerit; in hac tamen pervulgata Lectione, ſicut nonnulla conſultò mutata, ita etiam alia, quæ mutanda videbantur, conſultò immutata relicta ſunt: tum quòd ita faciendum eſſe, ad offenſionem populorum vitandam, ſanctus Hieronymus non ſemel admonuit; tum quòd facilè fieri poſſe credendum eſt, ut majores noſtri, qui ex Hebræis & Græcis Latina fecerunt, copiam meliorum & emendatiorum librorum habuerint, quàm ii, qui poſt illorum ætatem ad nos pervenerunt; qui fortaſſe, tam longo tempore identidem deſcribendo, minùs puri atque integri evaſerunt: tum denique, quia ſacræ Congregationi Ampliſſimorum Cardinalium, aliiſque eruditiſſimis viris ad hoc opus à Sede Apoſtolica delectis propoſitum non fuit, novam aliquam editionem cudere, vel antiquum Interpretem ulla ex parte corrigere vel emendare; ſed ipſam veterem ac vulgatam Editionem Latinam, à mendis veterum librariorum, necnon pravarum emendationum erroribus repurgatam, ſuæ priſtinæ integritati ac puritati, quoad ejus fieri potuit, reſtituere; eaque reſtituta, ut quàm emendatiſſimè imprimeretur juxta Concilii æcumenici Decretum, pro viribus operam dare. Porro in hac Editione nihil non canonicum, nihil adſcititium, nihil extraneum apponere viſum eſt: atque ea cauſa fuit, cur Liber tertius & quartus Eſdræ inſcripti, quos inter Canonicos libros ſacra Tridentina Synodus non annumeravit, ipſa etiam Manaſſæ regis Oratio, quæ neque Hebraïcè, neque Græcè quidem exſtat, neque in manuſcriptis antiquioribus invenitur, neque pars eſt ullius Canonici libri, extra Canonicæ Scripturæ ſeriem poſita ſint: & nullæ ad marginem concordantiæ (quæ poſthac inibi apponi non prohibentur) nullæ notæ, nullæ variæ lectiones, nullæ denique præfationes, nulla argumenta ad librorum initia conſpiciantur. Sed ſicut Apoſtolica Sedes induſtriam eorum non damnat, qui concordantias locorum, varias lectiones, præfationes ſancti Hieronymi, & alia id genus in aliis editionibus inſeruerunt; ita quoque non prohibet, quin alio genere characteris in hac ipſa Vaticana editione ejuſmodi adjumenta, pro ſtudioſorum commoditate atque utilitate, in poſterum adjiciantur; ita tamen, ut lectiones variæ ad marginem ipſius Textus minimè annotentur.

Epiſt. ad Suniam & Fretel. Præfat. Evang. ad Damaſum.

Digitized by Google

DE CANONICIS SCRIPTURIS
DECRETUM
EX CONCILIO TRIDENTINO,
SESSIONE QUARTA.

SACROSANCTA œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem tribus Apoſtolicæ Sedis Legatis, hoc ſibi perpetuò ante oculos proponens, ut ſublatis erroribus, puritas ipſa Evangelii in Eccleſia conſervetur.

Et infra:

Sacrorum verò librorum Indicem huic Decreto adſcribendum cenſuit, ne cui dubitatio ſuboriri poſſit, quinam ſint, qui ab ipſa Synodo ſuſcipiuntur. Sunt verò infraſcripti: Teſtamenti veteris, Quinque Moyſi, id eſt, Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium: Joſue, Judicum, Ruth: Quatuor Regum: Duo Paralipomenon: Eſdræ primus, & ſecundus, qui dicitur Nehemias: Tobias, Judith, Eſther, Job, Pſalterium Davidicum centum quinquaginta Pſalmorum, Parabolæ, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus, Iſaias, Jeremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel: Duodecim Prophetæ minores, id eſt, Oſea, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias: Duo Machabæorum, primus, & ſecundus. Teſtamenti novi: Quatuor Evangelia, ſecundùm Matthæum, Marcum, Lucam, & Joannem: Actus Apoſtolorum à Luca Evangeliſta conſcripti: Quatuordecim Epiſtolæ Pauli Apoſtoli; Ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, duæ ad Theſſalonicenſes, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos: Petri Apoſtoli duæ: Joannis Apoſtoli tres: Jacobi Apoſtoli una: Judæ Apoſtoli una: & Apocalypſis Joannis Apoſtoli. Si quis autem libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia Catholica legi conſueverunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro ſacris & canonicis non ſuſceperit, & traditiones prædictas ſciens & prudens contempſerit, anathema ſit.

Digitized by Google

HIERONYMI

PROLOGUS GALEATUS.

VIGINTI & duas litteras esse apud Hebræos, Syrorum quoque lingua & Chaldæorum testatur, quæ Hebrææ magna ex parte confinis est : nam & ipsi viginti duo elementa habent eodem sono, sed diversis characteribus. Samaritani etiam Pentateuchum Moysi totidem litteris scripsitant, figuris tantùm & apicibus discrepantes. Certumque est Esdram scribam, legisque doctorem, post captam Jerosolymam & instaurationem templi sub Zorobabel, alias litteras reperisse quibus nunc utimur : cùm ad illud usque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint. In libro quoque Numerorum, hæc eadem supputatio, sub Levitarum ac sacerdotum censu, mysticè ostenditur. Et nomen Domini tetragrammaton, in quibusdam Græcis voluminibus, usque hodie antiquis expressum litteris invenimus. Sed & psalmi, trigesimus sextus, & centesimus decimus, & centesimus undecimus, & centesimus decimus octavus, & centesimus quadragesimus quartus, quanquam diverso scribantur metro, tamen ejusdem numeri texuntur alphabeto. Et Jeremiæ lamentationes, & oratio ejus : Salomonis quoque in fine proverbia, ab eo loco in quo ait, Mulierem fortem quis inveniet ? iisdem alphabetis vel incisionibus supputantur. Porro quinque litteræ duplices apud Hebræos sunt, Caph, Mem, Nun, Pe, Sade : aliter enim scribuntur per has principia medieratesque verborum, aliter fines. Unde & quinquè à plerisque libri, duplices æstimantur, Samuel, Melachim, Dibre haiamim, Esdras, Jeremias, cum Cinoth, id est, lamentationibus suis. Quomodo igitur vigintiduo elementa sunt, per quæ scribimus Hebraïcè omne quod loquimur, & eorum initiis vox humana comprehenditur : ita vigintiduo volumina supputantur, quibus quasi litteris & exordiis, in Dei doctrina, tenera adhuc & lactens viri justi eruditur infantia.

Primus apud eos liber, vocatur בראשית Beresith : quem nos Genesim dicimus.

Secundus, ואלה שמות Veelle semoth : qui Exodus vocatur.

Tertius, ויקרא Vaiicra, id est Leviticus.

Quartus, וידבר Vaiedabber, quem Numeros vocamus.

Quintus, אלה הדברים Elle haddebarim, qui Deuteronomium prænotatur.

Hi sunt quinque libri Moysi, quos propriè תורה Thora, id est Legem appellant.

Secundum, Prophetarum ordinem faciunt : & incipiunt ab Jesu filio Nave : qui apud eos יהושע בן נון Josue ben Nun dicitur.

Deinde subtexunt שופטים Sophetim, id est Judicum librum. Et in eundem compingunt Ruth : quia in diebus Judicum facta ejus narratur historia.

Tertius sequitur שמואל Samuel, quem nos Regum primum & secundum dicimus.

Quartus, מלכים Melachim, id est Regum, qui tertio & quarto Regum volumine continetur.

Meliusque multò est מלכים Melachim, id est Regum, quàm ממלכות Mamlachot, id est Regnorum dicere. Non enim multarum gentium describit regna, sed unius Israëlitici populi, qui tribubus duodecim continetur.

Quintus, est ישעיה Isaias.

Sextus, ירמיה Jeremias.

Septimus, יחזקאל Ezechiel.

Octavus, liber duodecim Prophetarum : qui apud illos vocatur תרי עשר There asar.

Tertius ordo, Hagiographa possidet.

Et primus liber incipit à איוב Job.

Secundus à דוד David : quem quinque incisionibus & uno psalmorum volumine comprehendunt.

Tertius est שלמה Salomon, tres libros habens : Proverbia, quæ illi משלי Misle, id est Parabolas appellant.

Quartus, Ecclesiasten, id est קוהלת Coheleth.

Quintus, Canticum canticorum, quem titulo שיר השירים Sir hassirim prænotant.

Sextus, est דניאל Daniel.

Septimus, דברי הימים Dibre haiamim, id est Verba dierum : quod significantiùs, Chronicon totius divinæ historiæ possumus appellare : qui liber apud nos Paralipomenon primus & secundus inscribitur.

Octavus, עזרא Esdras : qui & ipse similiter apud Græcos & Latinos in duos libros divisus est.

Nonus, אסתר Esther.

Atque ita fiunt pariter Veteris legis libri vigintiduo : id est, Moysi quinque, & Prophetarum octo, Hagiographorum novem. Quanquam nonnulli רות וקינות Ruth & Cinōth, inter Hagiographa scripsitent, & hos libros in suo putent numero supputandos : ac per hoc esse priscæ legis libros vigintiquatuor : quos sub numero vigintiquatuor seniorum, Apocalypsis Joannis inducit adorantes Agnum, & coronas suas prostratis vultibus offerentes : stantibus coram quatuor animalibus, oculatis ante & retro, id est in præteritum & in futurum respicientibus, & indefessa voce clamantibus, Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Hic prologus, Scripturarum quasi galeatum principium, omnibus libris quos de Hebræo vertimus in Latinum, convenire potest : ut scire valeamus, quidquid extra hos est, inter apocrypha esse ponendum. Igitur Sapientia, quæ vulgò Salomonis inscribitur, & Jesu filii Syrach liber, & Judith, & Tobias, & Pastor, non sunt in canone. Machabæorum primum librum, Hebraïcum reperi. Secundus, Græcus est : quod ex ipsa quoque phrasi probari potest. Quæ cùm ita se habeant, obsecro te Lector, ne laborem meum, reprehensionem existimes antiquorum. In templo Dei offert unusquisque quod potest : alii aurum, argentum, & lapides pretiosos : alii byssum & purpuram & coccum offerunt & hyacinthum : nobiscum bene agitur, si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et tamen Apostolus contemptibiliora nostra magis necessaria judicat. Unde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species, Ecclesiæ præsentis futuræque distinctio, pellibus tegitur & ciliciis, ardoremque solis & injuriam imbrium ea quæ viliora sunt prohibent. Lege ergo primum, Samuel, & Melachim meum : meum, inquam, meum. Quidquid enim crebriùs vertendo, & emendando sollicitiùs & didicimus & tenemus, nostrum est. Et cùm intellexeris quod antea nescieras, vel interpretem me æstimato, si gratus es ; vel Pataphrasten, si ingratus : quanquam mihi omnino conscius non sim, mutasse me quippiam de Hebraïca veritate. Certè si incredulus es, lege Græcos codices, & Latinos, & confer cum iis opusculis quæ nuper emendavimus : & ubicunque discrepare inter se videris, interroga quemlibet Hebræorum cui magis accommodare debeas fidem : & si nostra firmaverit, puto quòd eum non æstimes conjectorem, ut in eodem loco mecum similiter divinarit. Sed & vos famulas Christi rogo (quæ Domini discumbentis pretiosissima fidei myrrha ungitis caput, quæ nequaquam Salvatorem quæritis in sepulchro, quibus jam ad Patrem Christus ascendit) ut contra latrantes canes, qui adversùm me rabido ore desæviunt, & circumeunt civitatem, atque in eo se doctos arbitrantur, si aliis detrahant, orationum vestrarum clypeos opponatis. Ego sciens humiliratem meam, illius semper sententiæ recordabor : Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam in linguâ mea. Posui ori meo custodiam, cùm consisteret peccator adversùm me. Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis. *Psalm.* 38.

HIERONYMUS PAULINO.

FRATER Ambrosius tua mihi munuscula perferens, detulit simul & suavissimas litteras, quæ à principio amicitiarum, fidem probatæ jam fidei, & veteris amicitiæ præferebant. Vera enim illa necessitudo est, & Christi glutino copulata, quam non utilitas rei familiaris, non præsentia tantùm corporum, non subdola & palpans adulatio a

Digitized by Google

sed Dei timor, & Divinarum Scripturarum studia conci-
liant. Legimus in veteribus historiis quosdam lustrasse pro-
vincias, novos adisse populos, maria transisse: ut eos
quos ex libris noverant, coram quoque viderent. Sic Py-
thagoras Memphiticos vates, sic Plato Ægyptum & Ar-
chitam Tarentinum, eamque oram Italiæ, quæ quondam
magna Græcia dicebatur, laboriosissimè peragravit: ut qui
Athenis magister erat, & potens, cujusque doctrinam Aca-
demiæ gymnasia personabant, fieret peregrinus atque dis-
cipulus: malens aliena verecundè discere, quàm sua im-
pudenter ingerere. Denique dum litteras quasi toto fugien-
tes orbe persequitur, captus à piratis & venundatus, etiam
tyranno crudelissimo paruit, captivus, vinctus, & servus;
tamen quia philosophus, major emente se fuit. Ad Titum
Livium lacteo eloquentiæ fonte manantem, de ultimis
Hispaniæ Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles
legimus: & quos ad contemplationem sui Roma non tra-
xerat, unius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas
inauditum omnibus sæculis, celebrandumque miraculum,
ut urbem tantam ingressi, aliud extra urbem quære-
rent. Apollonius, sive ille magus, ut vulgus loquitur,
sive philosophus, ut Pythagorici tradunt, intravit Per-
sas, pertransivit Caucasum, Albanos, Scythas, Massage-
tas, opulentissima Indiæ regna penetravit: & ad extre-
mum, latissimo Phison amne transmisso, pervenit ad
Brachmanas, ut Hiarcham in throno sedentem aureo, &
de Tantali fonte potantem, inter paucos discipulos, de
natura, de motibus siderum, ac dierum cursu audiret do-
centem. Inde per Ælamitas, Babylonios, Chaldæos, Me-
dos, Assyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Pa-
læstinos, reversus Alexandriam, perrexit Æthiopiam, ut
Gymnosophistas, & famosissimam Solis mensam videret in
sabulo. Invenit ille vir ubique quod disceret, & semper pro-
ficiens, semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissimè
II. octo voluminibus Philostratus. Quid loquar de sæculi homi-
Act. 9. nibus, cùm Apostolus Paulus, vas electionis & magister Gen-
1. Cor. tium, qui de conscientia tanti in se hospitis loquebatur, An
13. experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus?
Gal. 1. post Damascum Arabiamque lustratam, ascenderit Jeroso-
lymam, ut videret Petrum, & manserit apud eum diebus
quindecim? Hoc enim mysterio hebdomadis & ogdoadis,
Gal. 2. futurus gentium prædicator instruendus erat. Rursumque
post annos quatuordecim, assumpto Barnaba & Tito, ex-
posuerit Apostolis Evangelium, ne fortè in vacuum cur-
reret, aut cucurrisset. Habet enim nescio quid latentis ἐνερ-
γείας viva vox, & in aures discipuli de auctoris ore trans-
fusa, fortiùs sonat. Unde & Æschines cùm Rhodi exula-
ret, & legeretur illa Demosthenis oratio, quam adversùs
eum habuerat, mirantibus cunctis atque laudantibus, sus-
pirans ait, Quid si ipsam audissetis bestiam, sua verba re-
III. sonantem? Hæc non dico, quòd sit in me aliquid tale,
quod vel possis à me audire, vel velis discere: sed quòd
ardor tuus, & discendi studium etiam absque nobis per se
probari debeat. Ingenium docile, & sine doctore laudabi-
le est. Non quid invenias, sed quid quæras consideramus.
Mollis cera, & ad formandum facilis, etiam si artificis &
plastæ cessent manus: tamen virtute totum est quidquid
Act. 22. esse potest. Paulus Apostolus ad pedes Gamalielis legem
Moysi & Prophetas didicisse se gloriatur, ut armatus spi-
2. Cor. ritalibus telis, postea diceret confidenter, Arma nostræ
10. militiæ, non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destru-
ctionem munitionum, consilia destruentes, & omnem al-
titudinem extollentem se adversùs scientiam Dei, & ca-
ptivantes omnem intellectum ad obediendum Christo, &
2. Tim. parati subjugare omnem inobedientiam. Ad Timotheum
3. scribit ab infantia sacris litteris eruditum, & hortatur ad
1. Tim. studium lectionis, ne negligat gratiam quæ data sit ei per
4. impositionem manus presbyterii. Tito præcipit ut inter cæ-
teras virtutes episcopi, quem brevi sermone depinxit,
Tit. 1. scientiam quoque in eo eligat Scripturarum, Obtinentem,
inquit, eum, qui secundùm doctrinam est, fidelem sermo-
nem: ut potens sit exhortari in doctrina sana, & contra-
IV. dicentes revincere. Sancta quippe rusticitas solùm sibi pro-
dest: & quantùm ædificat ex vitæ merito Ecclesiam Chri-
sti, tantùm nocet si destruentibus non resistat. Malachias
Agg. 2. propheta, immo per Aggæum Dominus, Interroga, ait,
sacerdotes legem: in tantum sacerdotis officium est interro-
gatum respondere de Lege. Et in Deuteronomio legimus,
Deuter. Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi; seniores tuos,
32. & dicent tibi. In Psalmo quoque centesimo decimoocta-
vo, Cantabiles mihi erant justificationes tuæ in loco pere-
grinationis meæ. Et in descriptione justi viri, cùm eum
David arbori vitæ, quæ est in paradiso, compararet, in-
Ps. 1. ter cæteras virtutes & hoc intulit, In lege Domini volun-
Dan. 12. tas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte. Daniel
in fine sacratissimæ visionis ait, justos fulgere sicut stellas;
& intelligentes, id est doctos, quasi firmamentum. Vides
quantùm inter se distent, justa rusticitas, & docta justi-
tia? Alii stellis, alii cœlo comparantur. Quanquam juxta
Hebraïcam veritatem utrumque de eruditis possit intelligi.

Ita enim apud eos legimus: Qui autem docti fuerint, ful-
gebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad justitiam eru-
diunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Cur
dicitur Paulus Apostolus vas electionis? Nempe quia le- Actor. 9.
gis & Scripturarum sanctarum erat armarium. Pharisæi stu-
pent in doctrina Domini: & mirantur in Petro & Joanne
quomodo legem sciant, cùm litteras non didicerint. Quid-
quid enim aliis exercitatio, & quotidiana in lege medita- Isaias 54.
tio tribuere solet, illis hoc Spiritus sanctus suggerebat, & Joan. 6.
erant juxta quod scriptum est, θεοδίδακτοι. Duodecim Luc. 2.
annos Salvator impleverat, & in templo senes de quæstio-
nibus legis interrogans, magis docet dum prudenter in-
terrogat. Nisi fortè rusticum Petrum, rusticum dicimus
Joannem: quorum uterque dicere poterat, Etsi imperi- 2. Cor. 11.
tus sermone, non tamen scientia. Joannes rusticus, pis-
cator, indoctus? & unde illa vox obsecro, In principio Joan. 1.
erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat
Verbum? λόγος enim Græcè multa significat: nam & ver-
bum est, & ratio, & supputatio, & causa uniuscujusque
rei, per quam sunt singula quæ subsistunt: quæ universa
rectè intelligimus in Christo. Hoc doctus Plato nescivit, V.
hoc Demosthenes eloquens ignoravit. Perdam, inquit, Abdias 1.
sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium repro- Isaias 29.
babo. Vera sapientia perdet falsam sapientiam; & quan- 1. Cor. 1.
quam stultitia prædicationis in cruce sit, tamen Paulus 2. Cor. 1.
sapientiam loquitur inter perfectos: sapientiam autem
non sæculi hujus, nec principum sæculi istius, quæ de-
struitur; sed loquitur Dei sapientiam in mysterio abscon-
ditam, quam prædestinavit Deus ante sæcula. Dei sapien-
tia, Christus est. Christus enim, Dei virtus, & Dei sa-
pientia. Hæc sapientia in mysterio abscondita est: de qua
& noni Psalmi titulus prænotatur, Pro occultis filii, in quo Coloss. 2.
sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi.
Et qui in mysterio absconditus erat, prædestinatus est an-
te sæcula: prædestinatus autem & præfiguratus in Lege
& Prophetis. Unde & Prophetæ appellabantur Videntes:
quia videbant eum, quem cæteri non videbant. Abraham Joan. 8.
vidit diem ejus, & lætatus est. Aperiebantur cœli Eze- Ezech. 1.
chieli, qui populo peccatori clausi erant. Revela, inquit Psalm. 118.
David, oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Rom. 7.
Lex enim spiritualis est, & revelatione opus est, ut intel- 2. Cor. 3.
ligatur, ac revelata facie Dei gloriam contemplemur. Li- Apocal. 5.
ber in Apocalypsi septem sigillis signatus ostenditur: quem Isaias 29.
si dederis homini scienti litteras ut legat, respondebit ti- Apocal. 3.
bi, Non possum: signatus est enim. Quanti hodie putant
se nosse litteras, tenent signatum librum, nec aperire pos-
sunt, nisi ille reseraverit qui habet clavem David; qui
aperit, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit? In Acti-
bus Apostolorum sanctus Eunuchus, immo vir (sic enim
eum Scriptura cognominat) cùm legeret Isaiam prophe-
tam, interrogatus à Philippo, Putasne intelligis, quæ le- Actor. 8.
gis? respondit, Quomodo possum, nisi aliquis me docue-
rit? Ego (ut de me loquar interim) nec sanctior sum hoc
Eunucho, nec studiosior, qui de Æthiopia, id est de ex-
tremis mundi finibus, venit ad templum, reliquit aulam
regiam: & tantus amator legis divinæque scientiæ fuit,
ut etiam in vehiculo legeret Litteras sacras. Et tamen cùm
librum teneret, & verba Domini cogitatione conciperet,
lingua volveret, labiis personaret, ignorabat eum quem
in libro nesciens venerabatur. Venit Philippus, ostendit
ei Jesum, qui clausus latebat in littera. O mira doctoris
virtus! eadem hora credit Eunuchus, baptizatur, & fide-
lis & sanctus factus est; ac magister de discipulo, plus in
deserto fonte Ecclesiæ, quàm in aurato synagogæ templo
reperit. Hæc à me perstricta sunt breviter (neque enim
epistolaris angustia evagari longiùs patiebatur) ut intel-
ligeres te in Scripturis sacris sine prævio & monstrante se-
mitam non posse ingredi. Taceo de grammaticis, rhetori- VI.
bus, philosophis, geometris, dialecticis, musicis, astro-
nomis, astrologis, medicis, quorum scientia mortalibus vel
utilissima est, & in tres partes scinditur, τὸ δόγμα, τὴν
μέθοδον, τὴν ἐμπειρίαν. Ad minores artes veniam, & quæ
non tam lingua, quàm manu administrantur. Agricolæ,
cæmentarii, fabri metallorum, lignorumque cæsores, la-
narii quoque, & fullones, & cæteri qui variam supellecti-
lem, & vilia opuscula fabricantur, absque doctore esse
non possunt quod cupiunt. Quod medicorum est, promit-
tunt medici: tractant fabrilia fabri: sola scripturarum ars
est, quam sibi passim omnes vindicant. Scribimus indocti
doctique poemata passim. Hanc garrula anus, hanc deli-
rus senex, hanc sophista verbosus, hanc universi præsu-
munt, lacerant, docent antequam discant. Alii adducto
supercilio, grandia verba trutinantes, inter mulierculas
de sacris Litteris philosophantur. Alii discunt, pro pudor,
à feminis, quod viros doceant: & ne parum hoc sit, quâ-
dam facilitate verborum, immo audacia, edisserunt aliis
quod ipsi non intelligunt. Taceo de mei similibus, qui si
fortè ad Scripturas sanctas post sæculares litteras venerint,
& sermone composito aures populi mulserint, quidquid
dixerint, hoc legem Dei putant: nec scire dignantur quid

Digitized by Google

Prophetæ, quid Apoſtoli ſenſerint, ſed ad ſenſum ſuum incongrua aptant teſtimonia : quaſi grande ſit, & non vitioſiſſimum docendi genus, depravare ſententias, & ad voluntatem ſuam, Scripturam trahere repugnantem. Quaſi non legerimus Homerocentonas, & Virgiliocentonas : ac non ſic etiam Maronem ſine Chriſto poſſimus dicere Chriſtianum, quia ſcripſerit : Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna : Jam nova progenies cœlo demittitur alto. Et Patrem loquentem ad Filium : Nate meæ vires mea magna potentia ſolus. Et poſt verba Salvatoris in cruce : Talia perſtabat memorans, fixuſque manebat. Puerilia ſunt hæc, & circulatorum ludo ſimilia, docere quod ignores : immo, ut cum ſtomacho loquar, ne hoc quidem ſcire, quòd neſcias.

VII. *Geneſis.* Videlicet manifeſtiſſima eſt Geneſis, in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diviſione terræ, de confuſione linguarum & gentium, uſque ad exitum ſcribitur Hebræorum.

Exodus. Patet Exodus cum decem plagis, cum decalogo, cum myſticis diviniſque præceptis.

Leviticus. In promptu eſt Leviticus liber, in quo ſingula ſacrificia, immo ſingulæ pene ſyllabæ, & veſtes Aaron, & totus ordo Leviticus ſpirant cœleſtia ſacramenta.

Numeri. Numeri verò, nonne totius arithmeticæ, & prophetiæ Balaam, & quadraginta duarum per eremum manſionum myſteria continent ?

Deuteronomium. Deuteronomium quoque ſecunda lex, & Evangelicæ legis præfiguratio, nonne ſic ea habet quæ priora ſunt, ut tamen nova ſint omnia de veteribus ? Hucuſque Moyſes, hucuſque Pentateuchus : quibus quinque verbis loqui ſe velle Apoſtolus in Eccleſia gloriatur. 1. *Cor.* 14.

Job. Job exemplar patientiæ, quæ non myſteria ſuo ſermone complectitur ? Proſa incipit, verſu labitur, pedeſtri ſermone finitur : omneſque leges Dialecticæ, propoſitione, aſſumptione, confirmatione, concluſione determinat. Singula in eo verba, plena ſunt ſenſibus. Et (ut de cæteris ſileam) reſurrectionem corporum ſic prophetat, ut nullus de ea vel manifeſtiùs, vel cautiùs ſcripſerit. Scio, inquit, quòd redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrecturus ſum : & rurſum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

Joſue ſive Jeſus Nave. Veniam ad Jeſum Nave, qui typum Domini non ſolùm geſtis, verùm etiam nomine præfert : tranſit Jordanem, hoſtium regna ſubvertit, dividit terram victori populo, & per ſingulas urbes, viculos, montes, flumina, torrentes, atque confinia, Eccleſiæ cœleſtiſque Jeruſalem ſpiritualia regna deſcribit.

Lib. Judic. In Judicum libro, quot principes populi, tot figuræ ſunt.

Ruth. Iſai. 16. Ruth Moabitis, Iſaiæ explet vaticinium, dicentis, Emitte agnum Domine Dominatorem terræ, de petra deſerti ad montem filiæ Sion.

Reg. I. & II. Samuel in Heli mortuo, & occiſo Saul, veterem legem abolitam monſtrat. Porro in Sadoc atque David, novi ſacerdotii, novique imperii ſacramenta teſtatur.

Reg. III. & IV. Melachim, id eſt tertius & quartus Regum liber, à Salomone uſque ad Jechoniam, & à Jeroboam filio Nabat uſque ad Oſee qui ductus eſt in Aſſyrios, regnum Juda & regnum deſcribit Iſraël. Si hiſtoriam reſpicias, verba ſimplicia ſunt : ſi in litteris ſenſum latentem inſpexeris, Eccleſiæ paucitas, & hæreticorum contra Eccleſiam bella narrantur.

Duodecim prophetæ in unius voluminis anguſtias coarctati, multò aliud, quàm ſonet in littera, præfigurant.

Oſee. Oſee crebrò nominat Ephraim, Samariam, Joſeph, Jezrahel, & uxorem fornicariam, & fornicationis filios, & adulteram cubiculo clauſam mariti, multo tempore ſedere viduam, & ſub veſte lugubri, viri ad ſe reditum præſtolari.

Joel. Joel filius Phatuel deſcribit terram duodecim tribuum, eruca, brucho, locuſta, rubigine vaſtante conſumptam : & poſt everſionem prioris populi, effuſum iri Spiritum ſanctum ſuper ſervos Dei & ancillas, id eſt ſuper centum viginti credentium nomina, & effuſum iri in cœnaculo Sion. Qui centum viginti, ab uno uſque ad quindecim paulatim & per incrementa ſurgentes, quindecim graduum numerum efficiunt, qui in pſalterio myſticè continentur. *Actor.* 2.

Amos. Amos paſtor, & ruſticus, & ruborum mora diſtringens, paucis verbis explicari non poteſt. Quis enim dignè exprimat tria aut quatuor ſcelera Damaſci, & Gazæ, & Tyri, & Idumææ, & filiorum Ammon & Moab ; & in ſeptimo & octavo gradu Judæ & Iſraël ? Hic loquitur ad vaccas pingues, quæ ſunt in Samariæ monte, & ruituram domum majorem minoremque teſtatur. Ipſe cernit fictorem locuſtæ, & ſtantem Dominum ſuper murum litum vel adamantinum, & uncinum pomorum, attrahentem ſupplicia peccatoribus, & famem in terram ; non famem panis, nec ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Dei.

Abdias. Abdias, qui interpretatur ſervus Dei, pertonat contra Edom ſanguineum terrenumque hominem : fratris quoque Jacob ſemper æmulum, haſta percutit ſpiritali.

Jonas. Jonas columba pulcherrima, naufragio ſuo paſſionem Domini præfigurans, mundum ad pœnitentiam revocat : & ſub nomine Ninive, Gentibus ſalutem nunciat.

Michæas. Michæas de Moraſthi cohæres Chriſti, vaſtationem annuntiat filiæ latronis, & obſidionem ponit contra eam : quia maxillam percuſſerit judicis Iſraël.

Nahum. Nahum conſolator orbis increpat civitatem ſanguinum, & poſt everſionem illius loquitur, Ecce ſuper montes pedes evangelizantis, & annuntiantis pacem.

Habacuc. Habacuc luctator fortis & rigidus, ſtat ſuper cuſtodiam ſuam, & figit gradum ſuper munitionem, ut Chriſtum in cruce contempletur, & dicat, Operuit cœlos gloria ejus, & laudis ejus plena eſt terra. Splendor ejus ut lux erit, cornua in manibus ejus : ibi abſcondita eſt fortitudo ejus.

Sophonias. Sophonias ſpeculator, & arcanorum Dei cognitor, audit clamorem à Porta piſcium, & ejulatum à Secunda, & contritionem à collibus. Indicit quoque ululatum habitatoribus Pilæ, quia conticuit omnis populus Chanaan, diſperierunt univerſi qui involuti erant argento.

Aggæus. Aggæus feſtivus & lætus, qui ſeminavit in lacrymis, ut in gaudio meteret ; deſtructum templum ædificat, Deumque patrem inducit loquentem, Adhuc unum modicum, & ego commovebo cœlum & terram, & mare, & aridam, & movebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gentibus.

Zacharias. Zacharias memor Domini ſui, multiplex in prophetia, Jeſum veſtibus ſordidis indutum, & lapidem oculorum ſeptem ; candelabrumque aureum cum totidem lucernis quot oculis ; duas quoque olivas à ſiniſtris lampadis cernit & dextris : ut poſt equos nigros, rufos, albos, & varios, & diſſipatas quadrigas ex Ephraim, & equum de Jeruſalem, pauperem regem vaticinetur & prædicet, ſedentem ſuper pullum filium aſinæ ſubjugalis.

Malachias. Malachias apertè, & in fine omnium prophetarum, de abjectione Iſraël, & vocatione Gentium, Non eſt mihi, ait, voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum : & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis uſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in Gentibus : & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.

Iſaias. Iſaiam, Jeremiam, Ezechielem, & Danielem, quis poteſt vel intelligere, vel exponere ? Quorum primus non prophetiam mihi videtur texere, ſed Evangelium.

Jeremias. Secundus virgam nuceam, & ollam ſuccenſam à facie aquilonis, & pardum ſpoliatum ſuis coloribus, & quadruplex diverſis metris nectit alphabetum.

Ezechiel. Tertius principia & finem tantis habet obſcuritatibus involuta, ut apud Hebræos iſtæ partes cum exordio Geneſeos ante annos triginta non legantur.

Daniel. Quartus verò, qui & extremus inter quatuor prophetas, temporum conſcius, & totius mundi φιλόσοφ, lapidem præciſum de monte ſine manibus, & regna omnia ſubvertentem, claro ſermone pronunciat.

David. David Simonides noſter, Pindarus, & Alcæus, Flaccus quoque, Catullus, atque Serenus, Chriſtum lyra perſonat, & in decachordo pſalterio, ab inferis excitat reſurgentem.

Proverb. Eccleſ. Cantic. Salomon pacificus & amabilis Domini, mores corrigit, naturam docet, Eccleſiam jungit & Chriſtum, ſanctarumque nuptiarum dulce canit epithalamium.

Eſther. Eſther in Eccleſiæ typo, populum liberat de periculo ; & interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, partes convivii, & diem celebrem mittit in poſteros.

Paralipomenon. Paralipomenon liber, id eſt inſtrumenti veteris ἐπίλοιπον, tantus ac talis eſt, ut abſque illo ſi quis ſcientiam ſcripturarum ſibi voluerit arrogare, ſeipſum irrideat. Per ſingula quippe nomina junctura ſque verborum, & prætermiſſæ in Regum libris tanguntur hiſtoriæ, & innumerabiles explicantur Evangelii quæſtiones.

Eſdras. Nehemias. Eſdras & Nehemias, adjutor videlicet, & conſolator à Domino, in unum volumen coarctantur, inſtaurant templum, muros exſtruunt civitatis : omniſque illa turba populi redeuntis in patriam, & deſcriptio ſacerdotum, Levitarum, Iſraëlis, proſelytorum, ac per ſingulas familias murorum ac turrium opera diviſa, aliud in cortice præferunt, aliud retinent in medulla. Cernis me Scripturarum amore raptum, exceſſiſſe modum epiſtolæ, & tamen non impleſſe quod volui. Audivimus tantùm, quid noſſe, quid cupere debeamus, ut & nos quoque poſſimus dicere : Concupivit anima mea deſiderare juſtificationes tuas in omni tempore. Cæterùm illud Socraticum impletur in nobis, Hoc tantùm ſcio, quòd neſcio. *Pſalm.* 118.

Tangam & novum breviter Teſtamentum.

Matth. Marcus. Lucas. Joannes. Matthæus, Marcus, Lucas, & Joannes, quadriga Domini, & verum Cherubim, quod interpretatur ſcientiæ multitudo, per totum corpus oculati ſunt, ſcintillæ emicant, diſcurrunt fulgura, pedes habent rectos, & in ſublime tendentes, terga pennata & ubique volitantia, tenent ſe mutuò, ſibique perplexi ſunt, & quaſi rota in rota *Exec.* 1.

Digitized by Google

volvuntur, & pergunt quòcunque eos flatus Spiritus ſancti perduxerit.

Paulus Apoſtol. Paulus Apoſtolus ad ſeptem ſcribit eccleſias : octava enim ad Hebræos, à pleriſque extra numerum ponitur. Timotheum inſtruit ac Titum, & Philemonem pro fugitivo famulo deprecatur. Super quo melius tacere puto, quàm pauca ſcribere.

Actus Apoſtol. Actus Apoſtolorum nudam quidem ſonare videntur hiſtoriam, & naſcentis Eccleſiæ infantiam texere : ſed ſi noverimus ſcriptorem eorum Lucam eſſe medicum, cujus laus
2. Cor. 8. eſt in Evangelio, animadvertemus pariter omnia verba illius, animæ languentis eſſe medicinam.

Jacobus. Petrus. Joannes. Judas. Jacobus, Petrus, Joannes, Judas, ſeptem epiſtolas ediderunt, tam myſticas, quàm ſuccinctas, & breves pariter ac longas : breves in verbis, longas in ſententiis : ut rarus ſit, qui non in earum lectione cæcutiat.

Apocalypſis. Apocalypſis Joannis, tot habet ſacramenta, quot verba. Parum dixi, & pro merito voluminis laus omnis inferior eſt. In verbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ. Oro te, frater chariſſime, inter hæc vivere, iſta meditari, nihil aliud noſſe, nihil quærere. Nonne tibi videtur jam hîc in terris regni cœleſtis habitaculum? Nolo offendaris in Scripturis ſanctis ſimplicitate, & quaſi vilitate verborum, quæ vel vitio interpretum, vel de induſtria ſic prolata ſunt, ut ruſticam concionem facilius inſtruerent, & in una eademque ſententia aliter doctus, aliter audiret indoctus. Non ſum tam petulans, & hebes, ut hæc me noſſe pollicear, & eorum fructus capere, quorum radices in cœlo fixæ ſunt : ſed velle fateor. Sedenti me præſero, magiſtrum renuens, comitem ſpondeo. Petenti datur, pulſanti aperitur, quærens invenit. Diſcamus in terris, quorum ſcientia nobis perſeveret in cœlo. Obviis te manibus excipiam, & (ut ineptè aliquid, ac de Hermagoræ tumiditate effutiam) quidquid quæſieris, tecum ſcire conabor. Habes hîc amantiſſimum tui fratrem Euſebium, qui litterarum tuarum mihi gratiam duplicavit, referens honeſtatem morum tuorum, contemptum ſæculi, fidem amicitiæ, amorem Chriſti. Nam prudentiam & eloquii venuſtatem etiam abſque illo ipſa epiſtola præferebat. Feſtina, quæſo te, & hærentis in ſalo naviculæ funem magis præcide, quàm ſolve. Nemo renun- VIII.
tiaturus ſæculo bene poteſt vendere, quæ contempſit ut venderet. Quidquid in ſumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. Antiquum dictum eſt, Avaro tam deeſt quod habet, quàm quod non habet. Credenti totus mundus divitiarum eſt : infidelis autem etiam obolo indiget. Sic vivamus, tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. *2. Cor. 6.*
Victus & veſtitus divitiæ Chriſtianorum ſunt. Si habes in poteſtate rem tuam, vende : ſi non habes, projice. Tol- *Matth. 5.*
lenti tunicam, & pallium relinquendum eſt. Scilicet niſi tu, ſemper recraſtinans, & diem de die trahens, cautè & pedetentim tuas poſſeſſiunculas vendideris, non habet Chriſtus unde alat pauperes ſuos. Totum Deo dedit, qui ſeipſum obtulit. Apoſtoli navem tantùm & retia reliquerunt. *Matth. 4.*
Vidua duo æra miſit in gazophylacium, & præfertur Cræſi divitiis. Facilè contemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat *Marc. 12. Luc. 21.*
eſſe moriturum.

PRÆFATIO
S. HIERONYMI PRESBYTERI
IN PENTATEUCHUM MOYSI AD DESIDERIUM.

Dan. 9. DESIDERII mei deſideratas accepi epiſtolas, qui quodam præſagio futurorum, cum Daniele ſortitus eſt nomen, obſecrantis, ut translatum in Latinam linguam de Hebræo ſermone Pentateuchum, noſtrorum auribus traderem. Periculoſum opus certè, & obtrectatorum meorum latratibus patens : qui me aſſerunt in Septuaginta Interpretum ſuggillationem nova pro veteribus cudere, ita ingenium quaſi vinum probantes : cùm
Exod. 35. ego ſæpiſſimè teſtatus ſim, me pro virili portione in tabernaculo Dei offerre quæ poſſim, nec opes alterius aliorum paupertate fœdari. Quod ut auderem, Origenis me ſtudium provocavit, qui editioni antiquæ translationem Theodotionis miſcuit, aſteriſco, & obelo opus omne diſtinguens : dum aut eluceſcere facit quæ minùs ante fuerant ; aut ſuperflua quæque jugulat & confodit, maximè quæ Evangeliſtarum & Apoſtolorum auctoritas promulgavit. In quibus multa de veteri Teſtamento legimus, quæ in noſtris codicibus non habentur : ut eſt illud, Ex Ægypto vocavi filium meum : &, Quoniam Nazaræus vocabitur : &, Videbunt in quem compunxerunt : &, Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ : &, Quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus ſe : & multa alia quæ proprium Σύνταγμα deſiderant. Interrogemus ergo eos ubi hæc ſcripta ſint : & cùm dicere non potuerint, de libris Hebraïcis
Oſe. 11. proferamus. Primum teſtimonium eſt in Oſee, ſecundum
Iſai. 11. in Iſaia, tertium in Zacharia, quartum in Proverbiis,
Zac. 12. quintum æquè in Iſaia. Quod multi ignorantes, apocry-
Prov. 18. phorum deliramenta ſectantur : & Hiberas nænias libris
Iſai. 64. authenticis præferunt. Cauſas erroris non eſt meum exponere. Judæi prudenti factum dicunt eſſe conſilio : ne Ptolemæus unius Dei cultor, etiam apud Hebræos duplicem divinitatem deprehenderet. Quod maximè idcirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere videbatur. Denique ubicunque ſacramentum aliquid Scriptura teſtatur de Patre & Filio & Spiritu ſancto, aut aliter interpretati ſunt, aut omnino tacuerunt : ut & regi ſatisfacerent, & arcanum fidei non vulgarent. Et neſcio quis primus auctor ſeptuaginta cellulas Alexandriæ mendacio ſuo exſtruxerit : quibus diviſi eadem ſcripſerint : cùm Ariſtæas ejuſdem Ptolemæi ὑπερασπιστὴς, & multo poſt tempore Joſephus, nihil tale retulerint : ſed in una baſilica congregatos, contuliſſe ſcribant, non prophetaſſe. Aliud eſt enim vatem, aliud eſt eſſe interpretem : ibi Spiritus ventura prædicit : hîc eruditio & verborum copia, ea quæ intelligit transfert. Niſi fortè putandus eſt Tullius, Œconomicum Xenophontis, & Platonis Protagoram, & Demoſthenis pro Cteſiphonte orationem, afflatus rhetorico ſpiritu tranſtuliſſe. Aut aliter de eiſdem libris per Septuaginta Interpretes, aliter per Apoſtolos Spiritus ſanctus teſtimonia texuit : ut quod illi tacuerunt, hi ſcriptum eſſe mentiti ſint. Quid igitur? damnamus veteres? Minimè. Sed poſt priorum ſtudia, in domo Domini quod poſſumus, laboramus. Illi interpretati ſunt ante adventum Chriſti, & quod neſciebant, dubiis protulere ſententiis : nos verò poſt paſſionem & reſurrectionem ejus, non tam prophetiam quàm hiſtoriam ſcribimus : aliter enim audita, aliter viſa narrantur : quod meliùs intelligimus, meliùs & proferimus. Audi igitur æmule, obtrectator auſculta : non damno, non reprehendo Septuaginta : ſed confidenter cunctis illis Apoſtolos præfero. Per iſtorum os mihi Chriſtus ſonat, quos ante Prophetas inter ſpiritalia chariſmata poſitos lego : in quibus ultimum pene gradum Interpretes tenent. Quid livore torqueris? quid imperitorum animos contra me concitas? Sicubi in translatione tibi videor errare, interroga Hebræos, diverſarum urbium magiſtros conſule. Quod illi habent de Chriſto, tui codices non habent. Aliud eſt ſi contra ſe poſtea ab Apoſtolis uſurpata teſtimonia probaverunt, & emendatiora ſunt exemplaria Latina quàm Græca, & Græca quàm Hebraïca. Verùm hæc contra invidos. Nunc te precor Deſideri chariſſime, ut me, quia tantum opus ſubire feciſti, & à Geneſi exordium capere, orationibus juves : quò poſſim eodem ſpiritu quo ſcripti ſunt libri, in Latinum eos transferre ſermonem.

EJUSDEM IN JOSUE PRÆFATIO.

TAndem finito Pentateucho Moyſi, velut grandi fœnore liberati, ad Jeſum filium Nave manum mittamus, quem Hebræi יהושע בן נון id eſt Joſue filium Nun, vocant : & ad Judicum librum, quem שופטים appellant : ad Ruth quoque & Eſther, quos eiſdem nominibus efferunt. Monemuſque lectorem ut ſilvam Hebraïcorum nominum, & diſtinctiones per membra diviſas, diligens ſcriptor conſervet : ne & noſter labor, & illius ſtudium pereat. Et ut in primis, quod ſæpe teſtatus ſum, ſciat me non in reprehenſionem veterum nova cudere, ſicut amici mei criminantur : ſed pro virili parte offerre linguæ meæ hominibus (quos tamen noſtra delectant)

Digitized by Google

ut pro Græcorum ἐξαπλοῖς, quæ & ſumptu & labore maximo indigent, editionem noſtram habeant. Et ſicubi in antiquorum voluminum lectione dubitarint, hæc illis conferentes, inveniant quod requirunt : maximè cùm apud Latinos tot ſint exemplaria, quot codices : & unuſquiſque pro arbitrio ſuo vel addiderit vel ſubtraxerit quod ei viſum eſt : & utique non poſſit verum eſſe quod diſſonat. Unde ceſſet arcuato vulnere contra nos inſurgere ſcorpius, & ſanctum opus venenata carpere lingua, vel ſuſcipiens, ſi placet; vel contemnens, ſi diſplicet : memineritque illorum verſuum, Os tuum abundavit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens adversùs fratrem tuum loquebaris, & adversùs filium matris tuæ ponebas ſcandalum : hæc feciſti, & tacui. Exiſtimaſti iniquè quòd ero tui ſimilis : arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam. Quæ enim audientis vel legentis utilitas eſt, nos laborando ſudare, & alios detrahendo laborare? dolere Judæos quòd calumniandi eis & irridendi Chriſtianos ſit ablata occaſio, & Eccleſiæ homines id deſpicere, immo lacerare, unde adverſarii torqueantur? Quòd ſi vetus eis tantùm interpretatio placet, quæ & mihi non diſplicet, & nihil extra recipiendum putant; cur ea quæ ſub aſteriſcis & obelis vel addita ſunt vel amputata, legunt, & negligunt? Quare Danielem juxta Theodotionis translationem, eccleſiæ ſuſceperunt? Cur Origenem mirantur, & Euſebium Pamphili, cunctas editiones ſimiliter differentes? Aut quæ fuit ſtultitia, poſtquam vera dixerint, proferre quæ falſa ſunt? Unde autem in novo Teſtamento probare poterunt aſſumpta teſtimonia, quæ in libris veteribus non habentur? Hæc dicimus, ne omnino calumniantibus tacere videamur. Cæterùm poſt ſanctæ Paulæ dormitionem, cujus vita virtutis exemplum eſt, & hos libros quos Euſtochio virgini Chriſti negare non potui; decrevimus dum ſpiritus hos regit artus, Prophetarum explanationi incumbere, & omiſſum jam diu opus, quaſi quodam poſtliminio, repetere : præſertim cùm & admirabilis ſanctuſque vir Pammachius, hoc idem litteris flagitet; & nos ad patriam feſtinantes, mortiferos ſirenarum cantus ſurda debeamus aure tranſire.

Pſalm. 49.

PRÆFATIONEM EJUSDEM S. HIERONYMI IN LIBROS REGUM ſupra reperies, ideo in principio poſitam, quòd librorum ſacrorum ordinem contineat. Inſcribitur autem, Prologus Galeatus.

EJUSDEM IN LIBRUM PARALIPOMENON PRÆFATIO.

SI Septuaginta Interpretum, pura & ut ab eis in Græcum verſa eſt, editio permaneret, ſuperfluè me, Chromati epiſcoporum ſanctiſſime atque doctiſſime, impelleres, ut Hebræa tibi volumina Latino ſermone transferrem. Quod enim ſemel aures hominum occupaverat, & naſcentis Eccleſiæ roboraverat fidem, juſtum erat etiam noſtro ſilentio comprobari. Nunc verò cùm pro varietate regionum diverſa ferantur exemplaria, & germana illa antiquaque translatio corrupta ſit, atque violata; noſtri arbitrii putas, aut è pluribus judicare quid verum ſit, aut novum opus in veteri opere cudere, illudentibuſque Judæis, cornicum, ut dicitur, oculos configere. Alexandria & Ægyptus in Septuaginta ſuis Heſychium laudat auctorem. Conſtantinopolis uſque Antiochiam, Luciani martyris exemplaria probat. Mediæ inter has provinciæ Palæſtinos codices legunt; quos ab Origene celebratos Euſebius & Pamphilus vulgaverunt : totuſque orbis hac inter ſe trifaria varietate compugnat. Et certè Origenes non ſolùm exempla compoſuit quatuor editionum, è regione ſingula verba deſcribens, ut unus diſſentiens, ſtatim cæteris inter ſe conſentientibus arguatur : ſed, quod majoris audaciæ eſt, in editione Septuaginta Theodotionis editionem miſcuit, aſteriſcis deſignans quæ minùs fuerant, & virgulis quæ ex ſuperfluo videbantur appoſita. Si igitur aliis licuit non tenere quod ſemel ſuſceperant; & poſt Septuaginta cellulas, quæ vulgò ſine auctore jactantur, ſingulas cellulas aperuere, hocque in eccleſiis legitur quod Septuaginta neſcierunt; cur me non ſuſcipiant Latini mei, qui inviolata editione veteri ita novam condidi, ut laborem meum Hebræis, &, quod his majus eſt, Apoſtolis auctoribus comprobem? Scripſi nuper librum de optimo genere interpretandi, oſtendens illa de Evangelio, Ex Ægypto vocavi filium meum : &, Quoniam Nazaræus vocabitur : &, Videbunt in quem compunxerunt : & illud Apoſtoli, Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus illum : cæteraque his ſimilia, in Hebræorum libris inveniri. Certè Apoſtoli & Evangeliſtæ Septuaginta Interpretes noverant : & unde eis hæc quæ in Septuaginta Interpretibus non habentur? Chriſtus Dominus noſter utriuſque Teſtamenti conditor, in Evangelio ſecundùm Joannem, Qui credit, inquit, in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Utique ſcriptum eſt, quod Salvator ſcriptum eſſe teſtatur. Ubi ſcriptum eſt? Septuaginta non habent : apocrypha neſcit Eccleſia. Ad Hebræos igitur revertendum eſt, unde & Dominus loquitur, & diſcipuli exempla præſumunt. Hæc pace veterum loquor, & obtrectatoribus meis tantùm reſpondeo, qui canino dente me rodunt, in publico detrahentes, & legentes in angulis, iidem & accuſatores & defenſores, cùm in aliis probent quod in me reprobant : quaſi virtus & vitium non in rebus ſit, ſed cum auctore mutetur. Cæterùm memini, editionem Septuaginta Translatorum, olim de Græco emendatam tribuiſſe me noſtris : nec inimicum debere exiſtimari eorum, quos in conventu fratrum ſemper ediſſero. Et quòd nunc דברי הימים, id eſt Verba dierum, interpretatus ſum : idcirco feci, ut inextricabiles moras, & ſilvam nominum, quæ ſcriptorum confuſa ſunt vitio, ſenſuumque barbariem, apertiùs & per verſuum cola digererem, mihimetipſi & meis juxta Iſmeniam canens, ſi aures ſurdæ ſunt cæterorum.

Matth. 2. *Joan.* 19. 1. *Cor.* 2. *Joan.* 7.

AD DOMNIONEM ET ROGATIANUM, IN EUNDEM

Præfatio ejuſdem.

QUomodo Græcorum hiſtorias magis intelligunt, qui Athenas viderint; & tertium Virgilii librum, qui à Troade per Leucaten, & Acroceraunia, ad Siciliam, & inde ad oſtia Tiberis navigaverint : ita ſanctam Scripturam lucidiùs intuebitur, qui Judæam oculis contemplatus ſit, & antiquarum urbium memorias, locorumque vel eadem vocabula, vel mutata cognoverit. Unde & nobis curæ fuit, cum eruditiſſimis Hebræorum hunc laborem fubire : ut circumiremus provinciam, quam univerſæ Chriſti Eccleſiæ ſonant. Fateor enim, mi Domnion & Rogatiane chariſſimi, nunquam me in divinis voluminibus, propriis viribus credidiſſe, nec habuiſſe opinionem meam, ſed ea etiam de quibus ſcire me arbitrabar, interrogare me ſolitum : quantò magis de his ſuper quibus anceps eram? Denique cùm à me nuper litteris flagitaſſetis, ut vobis librum Paralipomenon Latino ſermone transferrem, de Tiberiade quemdam legis Doctorem, qui apud Hebræos admirationi habebatur, aſſumpti : & contuli cum eo à vertice, ut aiunt, uſque ad extremum unguem : & ſic confirmatus, auſus ſum facere quod jubebatis. Liberè enim vobis loquor, ita in Græcis & Latinis codicibus hic nominum liber vitioſus eſt, ut non tam Hebræa quàm Barbara quædam, & Sarmatica nomina conjecta arbitrandum ſit. Nec hoc Septuaginta Interpretibus, qui Spiritu ſancto pleni, ea quæ vera fuerunt tranſtulerant, ſed ſcriptorum culpæ aſcribendum, dum de emendatis inemendata ſcripſitant : & ſæpe tria nomina, ſubtractis è medio ſyllabis, in unum vocabulum cogunt, vel è regione unum nomen, propter latitudinem ſuam, in duo vel tria vocabula dividunt. Sed & ipſæ appellationes, non homines, ut plerique exiſtimant, ſed urbes, & regiones, & ſaltus, & provincias ſonant, & obliquè ſub interpretatione & figura eorum, quædam narrantur hiſtoriæ : de quibus in regnorum libro dicitur, Nonne ecce hæc ſcripta ſunt in libro Verborum dierum regum Juda? Quæ utique in noſtris codicibus non habentur. Hoc primùm ſciendum, quòd apud Hebræos, liber Paralipomenon, unus ſit : & apud illos vocatus, דברי הימים, id eſt Verba dierum : qui propter magnitudinem, apud nos diviſus eſt : quod nonnulli etiam in Bruto, Ciceronis dialogo, faciunt, ut eum in tres partes ſecent, cùm unus à ſuo auctore ſit editus. Deinde etiam illud attendendum, quòd frequenter nomina, non vocabula hominum, ſed rerum, ut dixi, ſignificantias ſonant. Ad extremum quòd omnis eruditio Scripturarum in hoc continetur : & hiſtoriæ quæ vel prætermiſſæ ſunt in ſuis locis, vel perſtrictæ leviter, hîc per quædam

Digitized by Google

verborum compendia explicentur. Orationum itaque vestrarum adjutus auxilio, misi librum benevolis placiturum, tamen invidis displiciturum esse non ambigo. Optima enim quæque, ut ait Plinius, malunt contemnere plerique, quàm discere. Si quis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere, interroget Hebræos, suam conscientiam recolat, videat ordinem textumque sermonis; & tunc nostro labori, si potuerit, detrahat. Ubicunque ergo asteriscos, id est stellas, radiare in hoc volumine videritis: ibi sciatis de Hebræo additum, quod in Latinis codicibus non habetur. Ubi verò obelus, transversa scilicet virga, præposita est, illic signatur quid Septuaginta Interpretes addiderint, vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus sancti auctoritatem, licet in Hebræis voluminibus non legatur.

EJUSDEM AD DOMNIONEM ET ROGATIANUM, IN ESDRAM, & Nehemiam Præfatio.

UTrum difficilius sit, facere quod poscitis, an negare, necdum statui: nam neque vobis aliquid imperantibus abnuere, sententiæ est: & magnitudo oneris impositi ita cervices premit, ut ante sub lasce ruendum sit, quàm levandum. Accedunt ad hoc invidorum studia; qui omne quod scribimus, reprehendendum putant: & interdum contra se conscientia repugnante, publicè lacerant quod occultè legunt, in tantum ut clamare compellar, & dicere: Domine, libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa. Tertius annus est quòd semper scribitis atque rescribitis, ut Esdræ librum & Esther, vobis de Hebræo transferam: quasi non habeatis Græca & Latina volumina; aut quidquid illud est quod à nobis vertitur, non statim ab omnibus conspuendum sit. Frustra autem, ut ait quidam, niti, neque aliud fatigando nisi odium quærere, extremæ dementiæ est. Itaque obsecro vos mi Domnion & Rogatiane charissimi, ut privata lectione contenti, libros non efferatis in publicum, nec fastidiosis cibos ingeratis: vitetisque eorum supercilium, qui judicare tantùm de aliis, & ipsi facere nihil noverunt. Si qui autem fratrum sunt, quibus nostra non displicent, his tribuatis exemplar; admonentes ut Hebræa nomina, quorum grandis in hoc volumine copia est, distincte & per intervalla transcribant. Nihil enim proderit emendasse librum, nisi emendatio, librariorum diligentia, conservetur. Nec quemquam moveat quòd unus à nobis liber editus est: nec apocryphorum tertii & quarti somniis delectetur: quia & apud Hebræos Esdræ Nehemiæque sermones in unum volumen coarctantur: & quæ non habentur apud illos, nec de viginti quatuor senibus sunt, procul abjicienda. Si quis autem Septuaginta vobis opposuerit Interpretes, quorum exemplaria varietas ipsa lacerata & inversa demonstrat; nec potest utique verum asseri quod diversum est: mittite eum ad Evangelia: in quibus multa ponuntur quasi de veteri Testamento, quæ apud Septuaginta Interpretes non habentur, velut illud, Quoniam Nazaræus vocabitur: &, Ex Ægypto vocavi filium meum: &, Videbunt in quem compunxerunt: multaque alia, quæ latiori operi reservamus: & quærite ab eo ubi scripta sint: cùmque proferre non potuerit, vos legite de his exemplaribus quæ nuper à nobis edita, maledicorum quotidie linguis confodiuntur. Sed ut ad compendium veniam, certè quod illaturus sum, æquissimum est. Edidi aliquid quod non habetur in Græco, aut aliter habetur quàm à me versum est? Quid interpretem laniant? interrogent Hebræos: & ipsis auctoribus, translationi meæ vel arrogent vel derogent fidem. Porro aliud est, si clausis, quod dicitur, oculis mihi volunt maledicere, & non imitantur Græcorum studium ac benevolentiam, qui post Septuaginta Translatores, jam Christi Evangelio coruscante, Judæos & Hebionitas legis veteris interpretes, Aquilam videlicet, & Symmachum, & Theodotionem, & curiosè legunt, & per Origenis laborem in hexaplis, ecclesiis dedicarunt. Quantò magis Latini grati esse deberent, quòd exsultantem cernerent Græciam à se aliquid mutuari? Primùm enim magnorum sumptuum est & infinitæ difficultatis, exemplaria posse habere omnia: deinde etiam qui habuerint, & Hebræi sermonis ignari sunt, magis errabunt, ignorantes quis è multis verius dixerit. Quod etiam sapientissimo cuidam nuper apud Græcos accidit, ut interdum Scripturæ sensum relinquens, uniuscujusque interpretis sequeretur errorem. Nos autem qui Hebrææ linguæ saltem parvam habemus scientiam, & Latinus nobis utcunque sermo non deest, & de aliis magis possumus judicare, & ea quæ ipsi intelligimus, in nostra lingua promere. Itaque licet hydra sibilet, victorque Sinon incendia jactet: nunquam meum, juvante Christo, silebit eloquium: etiam præcisa lingua balbutiet. Legant qui volunt: qui nolunt abjiciant. Eventilent apices, litteras calumnientur: magis vestra charitate provocabor ad studium, quàm illorum detractione & odio deterrebor.

Psalm. 119.

EJUSDEM AD CHROMATIUM ET ELIODORUM IN TOBIAM Præfatio.

MIrari non desino exactionis vestræ instantiam: exigitis enim ut librum Chaldæo sermone conscriptum, ad Latinum stylum traham; librum utique Tobiæ, quem Hebræi de catalogo divinarum Scripturarum secantes, his quæ hagiographa memorant, manciparunt. Feci satis desiderio vestro, non tamen meo studio. Arguunt & nos Hebræorum studia: & imputant nobis, contra suum canonem Latinis auribus ista transferre. Sed melius esse judicans Pharisæorum displicere judicio, & Episcoporum jussionibus deservire, instiri ut potui. Et quia vicina est Chaldæorum lingua sermoni Hebraïco; utriusque linguæ peritissimum loquacem reperiens, unius diei laborem arripui: & quidquid ille mihi Hebraïcis verbis expressit, hoc ego accito notario, sermonibus Latinis exposui. Orationibus vestris mercedem hujus operis compensabo, cùm gratum vobis didicero, me, quod jubere estis dignati, complesse.

EJUSDEM PRÆFATIO IN LIBRUM JUDITH.

APud Hebræos liber Judith inter hagiographa legitur: cujus auctoritas ad roboranda illa quæ in contentionem veniunt, minùs idonea judicatur. Chaldæo tamen sermone conscriptus, inter historias computatur. Sed quia hunc librum synodus Nicæna in numero sanctarum Scripturarum legitur computasse, acquievi postulationi vestræ, immo exactioni: & sepositis occupationibus, quibus vehementer arctabar, huic unam lucubratiunculam dedi, magis sensum è sensu, quàm ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vitiosissimam amputavi: sola ea, quæ intelligentia integra in verbis Chaldæis invenire potui, Latinis expressi. Accipite Judith viduam, castitatis exemplum, & triumphali laude perpetuis eam præconiis declarate. Hanc enim non solùm feminis, sed & viris imitabilem dedit, qui castitatis ejus remunerator, virtutem ei talem tribuit, ut invictum omnibus hominibus vinceret, & insuperabilem superaret.

EJUSDEM IN LIBRUM ESTHER PRÆFATIO.

LIbrum Esther variis translatoribus constat esse vitiatum: quem ego de archivis Hebræorum relevans, verbum è verbo expressiùs transtuli. Quem librum editio vulgata, lacinios hinc inde verborum finibus trahit, addens ea quæ ex tempore dici poterant, & audiri; sicut solitum est scholaribus disciplinis, sumpto themate, excogitare quibus verbis uti potuit qui injuriam passus est, vel qui injuriam fecit. Vos autem ô Paula & Eustochium, quoniam & bibliothecas Hebræorum studuistis intrare, & interpretum certamina comprobastis, tenentes Esther Hebraïcum librum, per singula verba nostram translationem aspicite; ut possitis agnoscere, me nihil etiam augmen-

Digitized by Google

tæſſe addendo, ſed fideli teſtimonio ſimpliciter, ſicut in Hebræo habetur, hiſtoriam Hebraïcam Latinæ linguæ tradidiſſe. Nec affectamus laudes hominum, nec vituperationes expaveſcimus. Deo enim placere curantes, minas
Pſalm. 52. hominum penitus non timemus : quoniam Deus diſſipat oſſa eorum qui hominibus placere deſiderant : &
Galat. 1. ſecundùm Apoſtolum, Qui ejuſmodi ſunt, ſervi Chriſti eſſe non poſſunt. Rurſum, in libro Eſther alphabetum ex minio uſque ad Teth litteram fecimus diverſis in locis, volentes ſcilicet Septuaginta Interpretum ordinem per hoc inſinuare ſtudioſo lectori. Nos enim juxta morem Hebraïcum, ordinem proſequi etiam in Septuaginta editione maluimus.

EJUSDEM IN LIBRUM JOB PRÆFATIO.

COgor per ſingulos Scripturæ divinæ libros adverſariorum reſpondere maledictis : qui interpretationem meam, reprehenſionem Septuaginta Interpretum criminantur : quaſi non & apud Græcos Aquila, Symmachus, & Theodotio, vel verbum è verbo, vel ſenſum è ſenſu, vel ex utroque commixtum, & mediè temperatum genus translationis expreſſerint ; & omnia veteris Inſtrumenti volumina Origenes obelis aſteriſciſque diſtinxerit, quos vel additos, vel de Theodotione ſumptos, translationi antiquæ inſeruit probans defuiſſe quod additum eſt. Diſcant igitur obtrectatores mei recipere in totò, quod in partibus ſuſceperunt, aut interpretationem meam cum aſteriſcis ſuis radere. Neque enim fieri poteſt, ut quos plura intermiſiſſe ſuſceperint, non eoſdem etiam in quibuſdam erraſſe fateantur, præcipuè in Job : cui ſi ea quæ ſub aſteriſcis addita ſunt, ſubtraxeris, pars maxima detruncabitur : & hoc duntaxat apud Græcos. Cæterùm apud Latinos, ante eam translationem, quam ſub aſteriſcis & obelis nuper edidimus, ſeptingenti ferme aut octingenti verſus deſunt ; ut decurtatus & laceratus corroſuſque liber, fœditatem ſui publicè legentibus præbeat. Hæc autem translatio nullum de veteribus ſequitur interpretem : ſed ex ipſo Hebraïco, Arabicoque ſermone, & interdum Syro, nunc verba, nunc ſenſus, nunc ſimul utrumque reſonabit. Obliquus enim etiam apud Hebræos totus liber fertur & lubricus : & quod Græci rhetores vocant, ἐγκεκαμμένος, dum qui aliud loquitur, aliud agit : ut ſi velis anguillam vel murenulam ſtrictis tenere manibus, quantò fortiùs preſſeris, tantò citiùs elabitur. Memini me ob intelligentiam hujus voluminis, Lyddæum quemdam præceptorem, qui apud Hebræos primus haberi putabatur, non parvis redemiſſe nummis : cujus doctrina an aliquid profecerim, neſcio : hoc unum ſcio, non potuiſſe me interpretari, niſi quod ante intellexeram. A principio itaque voluminis, uſque ad verba Job, apud Hebræos proſa oratio eſt. Porro à verbis Job, in quibus ait, Pereat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt, Conceptus eſt homo : uſque ad
Job. 42. eum locum, ubi ante finem voluminis ſcriptum eſt, Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla & cinere : hexametri verſus ſunt, dactylo ſpondeoque currentes : & propter linguæ idioma, crebrò recipientes & alios pedes, non earumdem ſyllabarum, ſed eorumdem temporum. Interdum quoque rhythmus ipſe dulcis & tinnulus fertur numeris pedum ſolutis : quod metrici magis quàm ſimplex lector intelligunt. A ſupradicto autem verſu uſque ad finem libri parvum comma quod remanet, proſa oratione contexitur. Quod ſi cui videtur incredulum, metra ſcilicet eſſe apud Hebræos, & in morem noſtri Flacci, Græcique Pindari, & Alcæi, & Sapphus, vel Pſalterium, vel Lamentationes Jeremiæ, vel omnia ferme Scripturarum cantica comprehendi ; legat Philonem, Joſephum, Origenem, Cæſarienſem Euſebium, & eorum teſtimonio me verum dicere comprobabit. Audiant quapropter canes mei, idcirco me in hoc volumine laboraſſe, non ut interpretationem antiquam reprehenderem, ſed ut ea quæ in illa aut obſcura ſunt, aut omiſſa, aut certè ſcriptorum vitio depravata, manifeſtiora noſtra interpretatione fierent : Ut qui Hebræorum ſermonem ex parte didicimus, & in Latino pene ab ipſis cunabulis inter Grammaticos & rhetores & philoſophos detriti ſumus. Quòd ſi apud Græcos, poſt Septuaginta editionem, jam Chriſti Evangelio coruſcante, Judæus Aquila, & Symmachus ac Theodotio, Judaizantes hæretici, ſunt recepti, qui multa myſteria Salvatoris ſubdola interpretatione celarunt, & tamen in ἑξαπλοῖς habentur apud eccleſias, & explanantur ab eccleſiaſticis viris : quantò magis ego Chriſtianus, & de parentibus Chriſtianis natus, & vexillum crucis in mea fronte portans, cujus ſtudium fuit omiſſa repetere, depravata corrigere, & ſacramenta Eccleſiæ puro & fideli aperire ſermone ; vel à faſtidioſis, vel à malignis lectoribus non debeo reprobari ? Habeant qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis auro argentoque deſcriptos, vel uncialibus, ut vulgò aiunt, litteris onera magis exarata, quàm codices : dummodo mihi, meiſque permittant pauperes habere ſchedulas, & non tam pulchros codices, quàm emendatos. Utraque autem editio, & Septuaginta juxta Græcos, & mea juxta Hebræos, in Latinum meo labore translata eſt. Eligat unuſquiſque quod vult : & ſtudioſum me magis, quàm malevolum probet.

ALIA EJUSDEM PRÆFATIO.

SI aut fiſcellam junco texerem, aut palmarum folia complicarem, ut in ſudore vultus mei comederem panem, & ventris opus ſollicita mente pertractarem ; nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autem quia juxta ſententiam Salvatoris, volo operari cibum qui non perit, & antiquam divinorum voluminum viam ſentibus virgultiſque purgare ; error mihi geminus inſligitur : corrector vitiorum, falſarius dicor, & errores non auferre, ſed ſerere. Tanta eſt enim vetuſtatis conſuetudo, ut etiam confeſſa pleriſque vitia placeant ; dum magis pulchros habere volunt codices, quàm emendatos. Quapropter, ô fratres dilectiſſimi, unicum nobilitatis & humilitatis exemplar, pro flabello, calathis, ſportelliſque, munuſculis monachorum, ſpiritalia hæc & manſura dona ſuſcipite ; ac beatum Job, qui adhuc apud Latinos jacebat in ſtercore, & vermibus ſcatebat errorum, integrum immaculatumque gaudete. Quomodo enim poſt probationem atque victoriam, duplicia ſunt ei univerſa reddita : ita ego in lingua noſtra, ut audacter loquar, feci eum habere quæ amiſerat. Igitur & vos, & unumquemque lectorem ſolita præfatione commoneo, & in principiis librorum eadem ſemper annectens, rogo, ut ubicunque præcedentes virgulas videritis, ſciatis ea quæ ſubjecta ſunt, in Hebraïcis voluminibus non haberi. Porro ubi ſtellæ imago præfulſerit, ex Hebræo in ſermone noſtro addita ſunt : necnon & illa quæ haberi videbantur, & ita corrupta erant, ut ſenſum legentibus tollerent, orantibus vobis magno labore correxi : magis utile quid ex otio meo eccleſiis Chriſti venturum ratus, quàm ex aliorum negotio.

EJUSDEM IN PSALTERIUM, QUOD SECUNDUM Septuaginta editionem correxit, Præfatio.

PSalterium Romæ dudum poſitus emendaram : & juxta Septuaginta Interpretes, licet curſim, magna tamen ex parte correxeram. Quod quia rurſum videtis, ô Paula & Euſtochium, ſcriptorum vitio depravatum, pluſque antiquum errorem, quàm novam emendationem valere : me cogitis, ut veluti quodam novali, ſciſſum jam arvum exerceam, & obliquis ſulcis renaſcentes ſpinas eradicem : æquum eſſe dicentes, ut quod crebrò malè pullulat, crebriùs ſuccidatur. Unde conſueta præfatione commoneo tam vos, quibus fortè labor iſte deſudat, quàm eos qui exemplaria iſtiuſmodi habere voluerint, ut quæ diligenter emendavi, cum cura & diligentia tranſcribantur. Notet ſibi unuſquiſque vel jacentem lineam, vel radiantia ſigna ; id eſt obelos, vel aſteriſcos. Et ubicunque viderit virgulam præcedentem, ab ea uſque ad duo puncta quæ impreſſimus, ſciat in Septuaginta Translatoribus plus haberi. Ubi autem perſpexerit ſtellæ ſimilitudinem, de Hebræis voluminibus additum noverit æquè uſque ad duo puncta, juxta Theodotionis duntaxat editionem, qui ſimplicitate ſermonis à Septuaginta Interpretibus non diſcordat. Hæc ergo & vobis & ſtudioſo cuique feciſſe me ſciens, non ambigo multos fore, qui vel invidia, vel ſupercilio malint contemnere videri præclara, quàm diſcere : & de turbulento magis rivo, quàm de puriſſimo fonte potare.

Digitized by Google

EJUSDEM PRÆFATIO IN LIBROS SALOMONIS.

JUngat epiſtola, quos jungit ſacerdotium: immo charta non dividat, quos Chriſti nectit amor. Commentarios in Oſee, Amos, Zachariam, Malachiam, quos poſcitis, ſcripſiſſem ſi licuiſſet præ valetudine. Mittitis ſolatia ſumptuum: notarios noſtros & librarios ſuſtentatis, ut vobis potiſſimùm noſtrum deſudet ingenium. Et ecce ex latere frequens turba diverſa poſcentium: quaſi aut æquum ſit, me vobis eſurientibus, aliis laborare: aut in ratione dati & accepti, cuiquam præter vos, obnoxius ſim. Itaque longa ægrotatione fractus, ne penitus hoc anno reticerem, & apud vos mutus eſſem, tridui opus nomini veſtro conſecravi, interpretationem videlicet trium Salomonis voluminum, משלי, quas Hebræi Parabolas, vulgata autem editio Proverbia vocat: קוהלת, quem Græcè Eccleſiaſten, Latinè Concionatorem poſſumus dicere: שיר השירים, quod in noſtra lingua vertitur Canticum canticorum. Fertur & Panæretos Jeſu filii Sirach liber, & alius pſeudepigraphus, qui Sapientia Salomonis inſcribitur. Quorum priorem, Hebraïcum reperi; non Eccleſiaſticum, ut apud Latinos, ſed Parabolas prænotatum, cui juncti erant Eccleſiaſtes & Canticum canticorum: ut ſimilitudinem Salomonis, non ſolùm librorum numero, ſed etiam materiarum genere coæquaret. Secundus apud Hebræos nuſquam eſt, quin & ipſe ſtilus, Græcam eloquentiam redolet: & nonnulli ſcriptorum veterum hunc eſſe Judæi Philonis affirmant. Sicut ergo Judith, & Tobiæ, & Machabæorum libros legit quidem Eccleſia, ſed eos inter canonicas Scripturas non recipit: ſic & hæc duo volumina legat ad ædificationem plebis, non ad auctoritatem Eccleſiaſticorum dogmatum confirmandam. Si cui ſanè Septuaginta Interpretum magis editio placet, habet eam à nobis olim emendatam. Neque enim nova ſic cudimus, ut vetera deſtruamus. Et tamen cùm diligentiſſimè legerit, ſciat magis noſtra ſcripta intelligi, quæ non in tertium vas transfuſa coacuerint, ſed ſtatim de prælo puriſſimæ commendata teſtæ, ſuum ſaporem ſervaverint.

AD PAULAM ET EUSTOCHIUM IN TRANSLATIONEM *Iſaiæ ex Hebraïca veritate.*

EJUSDEM PRÆFATIO.

NEmo cùm Prophetas verſibus viderit eſſe deſcriptos, metro eos exiſtimet apud Hebræos ligari, & aliquid ſimile habere de Pſalmis & operibus Salomonis: ſed quod in Demoſthene & Tullio ſolet fieri, ut per cola ſcribantur & commata, qui utique proſa, & non verſibus conſcripſerunt. Nos quoque utilitati legentium providentes, interpretationem novam, novo ſcribendi genere diſtinximus. Ac primùm de Iſaia ſciendum, quòd in ſermone ſuo diſertus ſit: quippe ut vir nobilis & urbanæ eloquentiæ, nec habens quidquam in eloquio ruſticitatis admiſtum. Unde accidit, ut præ cæteris, florem ſermonis ejus, translatio non potuerit conſervare. Deinde etiam hoc adjiciendum, quòd non tam propheta dicendus ſit, quàm evangeliſta. Ita enim univerſa Chriſti Eccleſiæque myſteria ad liquidum proſecutus eſt, ut non putes eum de futuro vaticinari, ſed de præteritis hiſtoriam texere. Unde conjicio noluiſſe tunc temporis Septuaginta Interpretes fidei ſuæ ſacramenta perſpicuè Ethnicis prodere: ne ſanctum canibus, & margaritas porcis darent: quæ, cùm hanc editionem legeritis, ab illis animadvertetis abſcondita. Nec ignoro quanti laboris ſit Prophetas intelligere: nec facilè quempiam poſſe judicare de interpretatione, niſi intellexerit antequam legerit: nos quoque patere morſibus plurimorum, qui ſtimulante invidia, quod conſequi non valent, deſpiciunt. Sciens ergo & prudens in flammam mitto manum: & nihilominus hoc à faſtidioſis lectoribus precor, ut quomodo Græci poſt Septuaginta Translatores Aquilam & Symmachum & Theodotionem legunt, vel ob ſtudium doctrinæ ſuæ, vel ut Septuaginta magis ex collatione eorum intelligant: ſic & iſti ſaltem unum poſt priores habere dignentur interpretem. Legant priùs, & poſtea deſpiciant: ne videantur, non ex judicio, ſed ex odii præſumptione ignorata damnare. Prophetavit autem Iſaias in Jeruſalem, & in Judæa, necdum decem tribubus in captivitatem ductis: ac de utroque regno, nunc commiſtim, nunc ſeparatim texit oraculum. Et cùm interdum ad præſentem reſpiciat hiſtoriam, & poſt Babyloniæ captivitatem reditum populi ſignificet in Judæam: tamen omnis ejus cura de vocatione Gentium, & adventu Chriſti eſt. Quem quantò plùs amaris, ô Paula & Euſtochium, tantò magis ab eo petite, ut pro obtrectatione præſenti qua me indeſinenter æmuli laniant, ipſe mihi mercedem reſtituat in futuro: qui ſcit me ob hoc in peregrinæ linguæ eruditione ſudaſſe, ne Judæi de falſitate Scripturarum eccleſiis ejus diutius inſultarent.

EJUSDEM IN JEREMIAM PRÆFATIO.

JEremias propheta, cui hic prologus ſcribitur, ſermone quidem apud Hebræos Iſaia & Oſee & quibuſdam aliis propheris videtur eſſe ruſticior, ſed ſenſibus par eſt: quippe qui eodem ſpiritu prophetaverit. Porro ſimplicitas eloquii, à loco ei in quo natus eſt, accidit. Fuit enim Anathothites, qui eſt uſque hodie viculus, tribus ab Jeroſolymis diſtans millibus, ſacerdos ex ſacerdotibus, & in matris utero ſanctificatus: virginitate ſua evangelicum virum Chriſti Eccleſiæ dedicans. Hic vaticinari exorſus eſt puer: & captivitatem urbis atque Judææ, non ſolùm ſpiritu, ſed & oculis carnis intuitus eſt. Jam decem tribus Iſraël Aſſyrii in Medos tranſtulerant: jam terras earum, coloniæ Gentium poſſidebant. Unde in Juda tantùm, & in Benjamin prophetavit: & civitatis ſuæ ruinas quadruplici planxit alphabeto, quod nos menſuræ metri verſibuſque reddidimus. Præterea ordinem viſionum, qui apud Græcos & Latinos omnino confuſus eſt, ad priſtinam fidem correximus. Librum autem Baruch notarii ejus, qui apud Hebræos nec legitur nec habetur, prætermiſimus: pro his omnibus maledicta ab æmulis præſtolantes, quibus me neceſſe eſt per ſingula opuſcula reſpondere. Et hoc patior: quia vos me cogitis. Cæterùm ad compendium mali, rectius fuerat modum furori eorum ſilentio meo ponere, quàm quotidie novi aliquid ſcriptitantem, invidorum inſaniam provocare.

EJUSDEM IN EZECHIELEM PRÆFATIO.

EZechiel propheta cum Joachin rege Juda captivus ductus eſt in Babylonem: ibique iis qui cum eo captivi fuerant, prophetavit, pœnitentibus quòd ad Jeremiæ vaticinium ſe ultro adverſariis tradidiſſent, & viderent adhuc urbem Jeroſolymam ſtare, quam ille caſuram eſſe prædixerat. Trigeſimo autem ætatis ſuæ anno, & captivitatis quinto, exorſus eſt ad concaptivos loqui. Et eodem tempore, licet poſterior, hic in Chaldæa, Jeremias in Judæa prophetaverunt. Sermo ejus nec ſatis diſertus, nec admodum ruſticus eſt: ſed ex utroque mediè temperatus. Sacerdos & ipſe fuit, ſicut Jeremias: principia voluminis & finem magnis habens obſcuritatibus involuta. Sed & vulgata ejus editio non multùm diſtat ab Hebraïco. Unde non ſatis miror quid cauſæ exſtiterit, ut ſi eoſdem in univerſis libris habemus interpretes, in aliis eadem, in aliis diverſa tranſtulerint. Legite igitur & hunc juxta translationem noſtram: quoniam per cola ſcriptus & commata, manifeſtiorem legentibus ſenſum tribuit. Si autem amici mei & hunc ſubſannaverint; dicite eis quòd nemo eos compellat ut ſcribant. Sed vereor ne illud eis eveniat quod Græcè ſignificantiùs dicitur, ut vocentur φαγολοίδορροι, quod eſt, manducantes ſannas.

Digitized by Google

EJUSDEM IN DANIELEM PRÆFATIO.

DAnielem prophetam juxta Septuaginta Interpretes, Domini Salvatoris Ecclesiæ non legunt, utentes Theodotionis editione : & hoc cur acciderit, nescio. Sive enim quia sermo Chaldaicus est, & quibusdam proprietatibus à nostro eloquio discrepat, noluerunt Septuaginta Interpretes easdem linguæ lineas in translatione servare : sive sub nomine eorum ab alio nescio quo non satis Chaldæam linguam sciente, editus est liber : sive aliud quid causæ exstiterit ignorans : hoc unum affirmare possum, quòd multùm à veritate discordet, & recto judicio repudiatus sit. Sciendum quippe est, Danielem maximè & Esdram, Hebraïcis quidem litteris, sed Chaldæo sermone conscriptos : & unam Jeremiæ pericopen : Job quoque cum Arabica lingua plurimam habere societatem. Denique & ego adolescentulus, post Quintiliani & Tullii lectionem ac flores rhetoricos, cùm me in linguæ hujus pistrinum recluſissem : & multo sudore, multoque tempore vix cœpissem anhelantia stridentiaque verba resonare, & quasi per cryptam ambulans, rarum desuper lumen aspicerem, impegi novissimè in Danielem : & tanto tædio affectus sum, ut desperatione subita omnem laborem veterem voluerim contemnere. Verùm adhortante me quodam Hebræo, & illud mihi crebriùs in sua lingua ingerente, Labor improbus omnia vincit : & qui mihi videbar sciolus, inter Hebræos cœpi rursus esse discipulus Chaldaicus. Et ut verum fatear, usque ad præsentem diem magis possum sermonem Chaldaicum legere & intelligere, quàm sonare. Hæc idcirco refero, ut difficultatem vobis Danielis ostenderem : qui apud Hebræos nec Susannæ habet historiam, nec hymnum trium puerorum, nec Belis draconisque fabulas : quas nos, quia in toto orbe dispersæ sunt, veru antepositio, easque jugulante, subjecimus : ne videremur apud imperitos magnam partem voluminis detruncasse. Audivi ego quemdam de præceptoribus Judæorum, cùm Susannæ derideret historiam, & à Græco nescio quo eam diceret esse confictam : illud opponere quod Origeni quoque Africanus opposuit, etymologias has ἀπὸ τοῦ χίνου χίλαι, ἢ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίλαι, de Græco sermone descendere. Cujus rei nos intelligentiam nostris hanc possumus dare : Ut verbi gratia, dicamus de arbore ilice dixisse eum, ilicò pereas : & à lentisco, in lentem te comminuat angelus : vel non lentè pereas : aut lentus, id est flexibilis ducaris ad mortem : sive aliud quid ad arboris nomen conveniens. Deinde tantum fuisse otii tribus pueris cavillabatur, ut in camino æstuantis incendii metro luderent : & per ordinem ad laudem Dei omnia elementa provocarent : aut quod miraculum, divinæque aspirationis indicium, vel draconem interfectum offa picis, vel sacerdotum Belis machinas deprehensas : quæ magis prudentia solertis viri, quàm prophetali essent spiritu perpetrata ? Cùm verò ad Habacuc veniret, & de Judæa in Chaldæam raptum discophorum lectitaret, quærebat exemplum ubi legissemus in toto veteri Testamento quemquam sanctorum gravi volasse corpore, & in puncto horæ tanta terrarum spatia transisse, cui cùm quidam è nostris satis ad loquendum promptulus, Ezechielem adduxisset in medium, & diceret eum de Chaldæa in Judæam fuisse translatum : derisit hominem, & ex ipso volumine demonstravit Ezechielem in spiritu se vidisse transpositum. Denique & Apostolum nostrum, videlicet ut eruditum virum, & qui legem ab Hebræis didicisset, non fuisse ausum affirmare se raptum in corpore, sed dixisse, Sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit. His & talibus argumentis apocryphas in libro Ecclesiæ fabulas arguebat. Super qua re lectoris arbitrio judicium derelinquens, illud admoneo, non haberi Danielem apud Hebræos inter prophetas, sed inter eos qui hagiographa conscripserunt. In tres siquidem partes omnis ab eis Scriptura dividitur : in legem, in prophetas, & in hagiographa, id est quinque, & octo, & in undecim libros : de quo non est hujus temporis differere. Quæ autem ex hoc propheta, immo contra hunc librum, Porphyrius objiciat : testes sunt Methodius, Eusebius, & Apollinarius : qui multis versuum millibus ejus vesaniæ respondentes, nescio an curioso lectori satisfecerint. Unde obsecro vos ô Paula & Eustochium, fundatis pro me ad Dominum preces : ut quandiu in hoc corpusculo sum, scribam aliquid gratum vobis, utile Ecclesiæ, dignum posteris. Præsentium quippe judiciis oblatrantium non satis moveor : qui in utramque partem, aut amore labuntur, aut odio.

2. Cor. 12.

EJUSDEM IN XII. PROPHETAS PRÆFATIO.

NOn est idem ordo duodecim Prophetarum apud Hebræos, qui est apud nos. Unde secundùm id quod ibi legitur, hîc quoque dispositi sunt. Osee commaticus est, & quasi per sententias loquens, Joel planus in principiis, in fine obscurior. Et usque ad Malachiam, habent singuli proprietates suas : quem Esdram scribam, legisque doctorem, Hebræi autumant. Et quia longum est nunc de omnibus dicere : hoc tantùm vos ô Paula & Eustochium admonitas volo, unum librum esse duodecim Prophetarum : & Osee synchronon Isaiæ : Malachiam verò Aggæi & Zachariæ fuisse temporibus. In quibus autem tempus non præfertur in titulo ; sub illis eos regibus prophetasse, sub quibus & hi qui ante eos habent titulos prophetaverunt.

EJUSDEM IN EVANGELISTAS AD DAMASUM PRÆFATIO.

NOvum opus me facere cogis ex veteri : ut post exemplaria Scripturarum toto orbe dispersa, quasi quidam arbiter sedeam : & quia inter se variant, quæ sint illa quæ cum Græca consentiant veritate, decernam. Pius labor, sed periculosa præsumptio, judicare de cæteris, ipsum ab omnibus judicandum : senis mutare linguam, & canescentem jam mundum ad initia retrahere parvulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus, cùm in manus volumen assumpserit, & à saliva quam semel imbibit, viderit discrepare quod lectitat ; non statim erumpat in vocem, me falsarium, me clamitans esse sacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere ? Adversùs quam invidiam duplex causa me consolatur : quod & tu qui summus sacerdos es, fieri jubes : & verum non esse quod variat, etiam maledicorum testimonio comprobatur. Si enim Latinis exemplaribus fides est adhibenda : respondeant quibus : tot enim sunt exemplaria pene quot codices. Sin autem veritas est quærenda de pluribus : cur non ad Græcam originem revertentes, ea quæ vel à vitiosis interpretibus malè reddita, vel à præsumptoribus imperitis emendata perversiùs, vel à librariis dormitantibus aut addita sunt, aut mutata, corrigimus ? Neque verò ego de veteri disputo Testamento, quod à Septuaginta Senioribus in Græcam linguam versum, tertio gradu ad nos usque pervenit. Non quæro quid Aquila, quid Symmachus sapiant, quare Theodotion inter novos & veteres medius incedat. Sit illa vera interpretatio quam Apostoli probaverunt. De novo nunc loquor Testamento : quod Græcum esse, non dubium est, excepto Apostolo Matthæo, qui primus in Judæa evangelium CHRISTI Hebraïcis litteris edidit. Hoc certè cùm in nostro sermone discordat, & in diversos rivulorum tramites ducit : uno de fonte quærendum est. Prætermitto eos codices, quos à Luciano & Hesychio nuncupatos, paucorum hominum asserit perversa contentio : quibus utique nec in toto veteri Instrumento post Septuaginta Interpretes emendare quid licuit, nec in novo profuit emendasse : cùm multarum gentium linguis Scriptura ante translata, doceat falsa esse quæ addita sunt. Igitur hæc præsens præfatiuncula pollicetur quatuor tantùm Evangelia, quorum ordo est iste, Matthæus, Marcus, Lucas, Joannes : codicum Græcorum emendata collatione, sed veterum, quæ ne multùm à lectionis Latinæ consuetudine discreparent, ita calamo temperavimus, ut his tantùm quæ sensum videbantur mutare correctis, reliqua manere pateremur ut fuerant. Canones quoque, quos Eusebius Cæsarienſis episcopus Alexandrinus secutus Ammonium, in decem numeros ordinavit, sicut in Græco habentur, expressimus. Quòd si quis de curiosis voluerit nosse, quæ in Evangeliis, vel eadem, vel vicina, vel sola sint, eorum distinctione cognoscet. Magnus siquidem hic in nostris codicibus error inolevit, dum quod in eadem re alius Evangelista plus dixit, in alio quia minus putaverint, addiderunt. Vel dum eundem sensum alius aliter expressit, ille qui unum è quatuor primum legerat, ad ejus exemplum cæteros quoque existimaverit emendandos. Unde accidit ut apud nos mixta sint omnia, &

Digitized by Google

in Marco plura Lucæ atque Matthæi. Rursum in Matthæo plura Joannis & Marci, & in cæteris reliquorum quæ aliis propria sunt, inveniantur. Cùm itaque canones legeris qui subjecti sunt, confusionis errore sublato, & similia omnium scies, & singulis sua quæque restitues. In canone primo concordant quatuor, Matthæus, Marcus, Lucas, Joannes. In secundo tres, Matthæus, Marcus, Lucas. In tertio tres, Matthæus, Lucas, Joannes. In quarto tres, Matthæus, Marcus, Joannes. In quinto duo, Matthæus, Lucas. In sexto duo, Matthæus, Marcus. In septimo duo, Matthæus, Joannes. In octavo duo, Lucas, Marcus. In nono duo, Lucas, Joannes. In decimo, propria quique quæ non habentur in aliis, ediderunt. Singulis verò Evangeliis, ab uno incipiens usque ad finem librorum, dispar numerus accrescit. Hic nigro colore descriptus, sub se habet alium ex minio discolorem numerum, qui ad decem usque procedens, indicat prior numerus in quo sit canone requirendus. Cùm ergo aperto codice, verbi gratia, illud sive illud capitulum scire volueris cujus canonis sit, statim ex subjecto numero doceberis, & recurrens ad principia, in quibus canonum est distincta congeries, eodemque statim canone ex titulo frontis invento, illum quem quærebas numerum, ejusdem Evangelistæ qui & ipse ex inscriptione signatur, invenies, atque è vicino cæterorum tramitibus inspectis, quos numeros è regione habeant, annotabis, & cùm scieris, recurres ad volumina singulorum, & sine mora repertis numeris quos ante signaveras, reperies & loca in quibus vel eadem vel vicina dixerunt. Sciendum tamen, ne quis ignarum ex similitudine numerorum error involvat, quòd sicubi in subnotatione canonum distinctorum, in canone quolibet tres Evangelistæ bis, ter vel quater, aut etiam ampliùs eundem numerum per ordinem habuerint annotatum, & quartus è contrario, discrepantes: quod id tres illi in eo loco semèl dixerint, quartus toties in corpore voluminis sui ponat, quoties diversi numeri in ejus canone positi stant contra prædictorum numerorum continuatas similitudines. Item si in uno quolibet eorum aut etiam duobus idem in canone numerus bis, ter, & quater, aut eo ampliùs reperiatur in ordine collocatus, & dispares inveniantur in cæteris; dubium non erit, quin id quod illius illorumve canonis numerus bis terque repetitum ab his in volumine semèl dictum esse ostendit, alter alterius eorum toties uno atque eodem sensu loquantur, quoties prætulerint in numerorum annotatione distantiam. Et hoc in omnium novem canonum collatione servabitur. Cæterùm in decimo (quoniam propria singulorum tantummodo continentur) non potest contra id comparatio esse quod solum est. Opto ut in Christo valeas, & memineris mei Papa beatissime.

EJUSDEM EX CATALOGO SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

PAulus Apostolus, qui ante Saulus, extra numerum duodecim Apostolorum, de tribu Benjamin & oppido Judææ Giscbalis fuit: quo à Romanis capto, cum parentibus suis Tarsum Ciliciæ commigravit, à quibus ob studia legis missus Jerosolyma, à Gamaliel viro doctissimo, cujus Lucas meminit, eruditus est. Cùm autem interfuisset neci martyris Stephani, & acceptis à Pontifice templi epistolis, ad persequendos eos qui Christo crediderant, Damascum pergeret, revelatione compulsus ad fidem, quæ in Actibus Apostolorum scribitur, in vas electionis de persecutore translatus est. Cùmque primùm ad prædicationem ejus Sergius Paulus Proconsul Cypri credidisset, ab eo, quòd eum Christi fidei subegerat, sortitus est nomen Paulus: & juncto sibi Barnaba, multis urbibus peragratis, revertensque Jerosolymam, à Petro, Jacoboque & Joanne, Gentium Apostolus ordinatur. Et quia in Actibus Apostolorum plenissimè de ejus conversatione scriptum est, hoc tantùm dicam, quòd post passionem Domini vigesimoquinto anno, id est secundo Neronis, eo tempore quo Festus procurator Judææ successit Felici, Romam vinctus mittitur, & biennium in libera manens custodia, adversùs Judæos de adventu Christi quotidie disputavit. Sciendum autem in prima satisfactione, (necdum Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant historiæ) Paulum à Nerone dimissum, ut Evangelium Christi in Occidentis quoque partibus prædicaret, sicut ipse scribit in secunda epistola ad Timotheum (eo tempore quo & passus est, de vinculis dictat epistolam) In prima mea satisfactione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non eis imputetur. Dominus autem mihi affuit, & confortavit me, ut per me prædicatio compleretur, & audirent omnes Gentes: & liberatus sum de ore leonis. Manifestissimè leonem propter crudelitatem, Neronem significans. Et in sequentibus, Liberatus sum de ore leonis. Et statim, Liberavit me Dominus ab omni opere malo, & salvavit me in regnum suum cœleste, quòd scilicet præsens sibi sentiret imminere martyrium. Nam & in eadem epistola præmiserat, Ego enim jam immolor, & tempus resolutionis meæ instat. Hic ergo decimoquarto Neronis anno, eodem die quo Petrus, Romæ pro Christo capite truncatus, sepultusque est in via Ostiensi, anno post passionem Domini trigesimoseptimo. Scripsit autem novem ad septem Ecclesias epistolas, ad Romanos unam, ad Corinthios duas, ad Galatas unam, ad Ephesios unam, ad Philippenses unam, ad Colossenses unam, ad Thessalonicenses duas. Præterea ad discipulos suos, Timotheo duas, Tito unam, Philemoni unam. Epistola autem quæ fertur ad Hebræos, non ejus creditur, propter stili sermonisque distantiam: sed vel Barnabæ juxta Tertullianum, vel Lucæ Evangelistæ juxta quosdam: vel Clementis Romanæ postea Ecclesiæ Episcopi, quem aiunt sententias Pauli proprio ordinasse & ornasse sermone: vel certè quia Paulus scribebat ad Hebræos, & propter invidiam sui apud eos nominis, titulum in principio salutationis amputaverat, scripserat ut Hebræus Hebræis Hebraïcè, id est suo eloquio disertissimè, ut ea quæ eloquenter scripta fuerant in Hebræo, eloquentiùs verterentur in Græcum, & hanc causam esse, quòd à cæteris Pauli epistolis discrepare videatur. Legunt quidam & ad Laodicenses, sed ab omnibus exploditur.

EJUSDEM EX CATALOGO SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

JAcobus, qui appellatur frater Domini, cognomento Justus; ut nonnulli existimant, Joseph, ex alia uxore; ut autem mihi videtur, Mariæ sororis matris Domini, cujus Joannes in libro suo meminit, filius, post passionem Domini, statim ab Apostolis Jerosolymorum Episcopus ordinatus, unam tantùm scripsit epistolam, quæ de septem catholicis est: quæ & ipsa ab alio quodam sub nomine ejus edita asseritur: licet paulatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem. Egesippus vicinus Apostolicorum temporum, in quinto commentariorum libro de Jacobo narrans, ait, Suscepit Ecclesiam Jerosolymæ, post Apostolos, frater Domini Jacobus, cognomento Justus: multi siquidem Jacobi vocabantur. Hic de utero matris sanctus fuit, vinum & siceram non bibit, carnem nullam comedit, nunquam attonsus est, nec unctus unguento, nec usus balneo: huic soli licitum erat ingredi Sancta sanctorum: siquidem vestibus laneis non utebatur, sed lineis: soluſque ingrediebatur templum: & fixis genibus, pro populo deprecabatur, in tantum ut camelorum duritiem traxisse ejus genua crederentur. Dicit & alia multa, quæ enumerare longum est. Sed & Josephus in vigesimo libro Antiquitatum refert, & Clemens in septimo ὑποτυπώσεων, mortuo Festo, qui Judæam regebat, missum à Nerone esse successorem ejus Albinum: qui cùm necdum ad provinciam perveniſſet, Ananus, inquit, Pontifex adolescens, Anani filius, de genere Sacerdotali, accepta occasione ἀναρχίας, concilium congregavit, & compellens publicè Jacobum ut Christum Dei filium denegaret, contradicentem lapidari jussit: qui cùm præcipitatus de pinna templi, confractis cruribus adhuc semivivus tendens ad cœlum manus diceret, Domine ignosce eis: quod enim faciunt, nesciunt: fullonis fuste quo uda vestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus interiit. Tradit item Josephus, tantæ eum sanctitatis fuisse, & celebritatis in populo, ut propter ejus necem, creditum sit subversam esse Jerosolymam. Hic est de quo Paulus Apostolus scribit ad Galatas, Alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini. Et Apostolorum super hoc crebriùs acta testantur. Evangelium quoque quod appellatur secundùm Hebræos, & à me nuper in Græcum Latinumque sermonem translatum est, quo & Origenes sæpe utitur, post resurrectionem Salvatoris refert: Dominus autem cùm dedisset sindonem servo sacerdotis, ivit ad Jacobum, & apparuit ei. Juraverat enim Jacobus se non comesturum panem ab illa hora, qua biberat calicem Domini, donec videret eum resurgentem à mortuis. Rursusque post paululum, Afferte, ait Dominus, mensam & panem. Statimque additur, Tulit panem, & benedixit, ac fregit, & dedit Jacobo Justo, & dixit ei, Frater mi, comede panem tuum, quia resurrexit Filius hominis à dor-

Digitized by Google

mientibus. Triginta itaque annos Jerosolymis rexit Ecclesiam, id est usque ad septimum Neronis annum, & juxta templum, ubi & præcipitatus fuerat, sepultus est. Titulum usque ad obsidionem Titi & ultimam Hadriani notissimum habuit. Quidam è nostris in Monte oliveti eum conditum putant : sed falsa eorum opinio est.

EJUSDEM EX CATALOGO SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

SImon Petrus filius Jonæ, provinciæ Galilææ, vico Bethsaida, frater Andreæ Apostoli, & princeps Apostolorum, post episcopatum Antiochensis Ecclesiæ, & prædicationem dispersionis eorum qui de circumcisione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bithynia, secundo Claudii anno ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit, ibique vigintiquinque annis cathedram sacerdotalem tenuit, usque ad ultimum annum Neronis, id est decimumquartum. A quo & affixus cruci, martyrio coronatus est, capite ad terram verso, & in sublime pedibus elevatis, asserens se indignum ut sic crucifigeretur ut Dominus suus. Scripsit duas epistolas, quæ catholicæ nominantur : quarum secunda, à plerisque ejus esse negatur, propter stili cum priore dissonantiam. Sed & Evangelium juxta Marcum, qui auditor ejus & interpres fuit, hujus dicitur. Libri autem, è quibus unus Actorum ejus inscribitur, alius Evangelii, tertius prædicationis, quartus Apocalypsis, quintus judicii, inter apocryphas scripturas reputantur. Sepultus Romæ in Vaticano juxta viam triumphalem, totius urbis veneratione celebratur.

EJUSDEM EX CATALOGO SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

JUdas frater Jacobi, parvam quidem, quæ de septem catholicis est, epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonium, à plerisque rejicitur : tamen auctoritatem vetustate jam & usu meruit, & inter sanctas Scripturas computatur.

Digitized by Google

ADMONITIO IN GENESIM,

& quoſdam Libros ſeqq.

PRIORES quinque S. Scripturæ libri ſecundùm antiquam verſionem, ſeu Pentateuchus, ut vocant, cum ſex aliis ſubſequentibus, videlicet Joſue, Judicum & Ruth, nec non IV. Regum, II. Paralipomenon, & Eſdræ, proferuntur à nobis ex variis Latinorum Patrum ſcriptis, deficientibus nimirum Mſs. codicibus, qui hoſce libros vel integros, vel ſaltem ex parte complectantur: excipienda tamen ſunt Cantica quædam quæ Mſs. nonnulli ſuppeditarunt nobis, ſicut & verſiculi plures in Libris IV. Regum paſſim diſſeminati, quæ omnia, quantulacunque ſint, accuratè deſcripta, ſuis locis inſeruimus.

Ad Patres, vel antiquos Scriptores quod attinet; cùm Latinos omnes, vel pene omnes, conſuluerimus ad Gregorium Magnum uſque, horum multos in conficiendis his & aliis hujuſmodi libris adhibuimus, illos ſæpe præferendo, vel qui antiquiores eſſent, vel quorum ſcripta plura & ampliora nobis ſacri contextûs fragmenta ſufficerent. At ex omnibus veteribus Scriptoribus, vix ullus ad Textum noſtrum inſtruendum & adornandum, plus contulit, quàm Auguſtinus, maximè tomo 3. noviſſimæ editionis, ubi habentur libri de Geneſi ad litt. libri Locutionum & Quæſtionum in Heptateuchum, Annotationes in Job, &c. Plura etiam mutuati ſumus à Tertulliano, Cypriano, Lucifero, Hilario, Ambroſio, Hieronymo, &c. de quibus omnibus ſingulatim diſſerimus in Præfatione generali. Hujus tamen loci eſt nonnulla dicere de libro Quæſtionum Hebraïcarum in Geneſim, auctore Hieronymo, quo in opere ſententias bene multas libri Geneſeos juxta verſionem Latinam antiquam ex LXX. (quod autumamus) S. Doctor retulit, quaſque omnes, ſummâ curâ decerptas, eidem libro noſtro annectendas duximus. Erunt forſan qui addubitent de fragmentorum illorum pondere & auctoritate, ac ſi non tutè ac certò ad antiquam verſionem libri Geneſeos reſtituendam & complendam adhiberi valeant. Fatebor quod res eſt; paululum in his & ipſe hæſitavi: id imprimis ſollicitabat & angebat, quòd in locis quibuſdam Hieronymus, dum refert unum aut alterum illius Scripturæ verſiculum, proximè addit: Pro eo quod nos poſuimus..... in Hebræo ita ſcriptum eſt, *&c. vel,* Ubi nos poſuimus..... & græcè dicitur *ſic.....* in Hebræo habet *ita, &c. At illud potiſſimùm premebat, quod habet idem Hieronymus ad Geneſis cap.* 30. ℣℣. 19. 20. *ubi poſt allata de more hujus Scripturæ verba:* Et concepit adhuc Lia, & peperit filium ſextum Jacob: & dixit Lia: Dotavit me Deus dote bona: ex hoc tempore habitabit mecum vir meus, &c. *ſtatim ſubjungit:* Ubi nos poſuimus: *Habitabit mecum,* & LXX. interpretati ſunt: *Diliget me:* in Hebræo habet, *Jezbuleni.*

Hoc autem ſi ita eſt, inquiebam, ut Hieronymus eò loci, & aliis ſimilibus, verſionem Latinam veterem ſecundùm LXX. exhibeat, quo pacto proximè addit: Ubi nos poſuimus? *ac ſi ipſe verba ſuperiora de Græco in Latinum interpretatus fuerit. Nonne aptiùs ſubjunxiſſet:* Ubi nos legimus, *vel quidpiam ſimile? Præterea ſi idem fragmentum petitum eſſet ex antiqua verſione Latina, quomodo ibidem legeretur:* Habitabit mecum, *ubi LXX. ipſo Hieronymo teſte, ferebant,* Diliget me? *Num Hieronymus bene ſibi conſtitiſſet, LXX. Interpretes ipſiſmet LXX. Interpretibus objiciendo & comparando? Hoc inquam, ſicut & alia quædam id genus injiciebant ſcrupulum, & in dubitationem nonnullam adducebant. Verùm perpenſis omnibus, & examinatis, in re ſatis clara & perſpicua diu hærere non licuit. Enim verò etſi non diffitear indicata ſuperiùs teſtimonia apud Hieronymum, nonnihil habere difficultatis, non tamen judicandum eſſe exiſtimo de toto opere, ex illis ambiguis & paucis admodum, cùm ſuppetant alia aperta & majore numero, quæ ambiguitatem ſolvunt.*

Ac primò quidem, conſtat Hieronymum hoc in opere totum pene Geneſeos percurrere librum, & in eodem recenſendo, vulgò adhibere verſionem Latinam ex LXX. Interpretibus. 2°. *Huic interpretationi Latinam aliam interdum ſubjungere ex Hebræo, aliquando etiam ex Aquila, Symmacho, &c.* 3°. *Allato primùm uno vel altero verſiculo Latinæ verſionis ſecundùm LXX. ſæpe quidem, ut dixi, adjungere alteram ex Hebræo, ſed rarò admodum interponere hoc dictum:* Quod nos poſuimus, *vel,* Ubi nos poſuimus, *quod ſupra ſuſpicioni locum dabat: quinimo multò frequentiùs, & paſſim, ad comparationem inſtituendam, adjungere iſta:* Pro eo quod legimus *ſupra; vel,* Ubi nos legimus; *vel,* Ubi nos habemus; *vel,* Ubi nunc dicitur; *vel,* Hoc quod hîc poſitum eſt; *vel,* Pro eo quod in noſtris codicibus ſcriptum eſt; *vel,* Pro *tali verbo relato ſupra,* in Hebræo habet; *vel,* Multò alius in Hebræo, quàm in LXX. Interpretibus *(relatis ſupra)* ſenſus eſt, *& ſic de aliis multis.*

Digitized by Google

At nullo ex loco libri ejuſdem magis liquet id quod contendimus, quàm ex Præfatione ipſiuſmet Hieronymi in hunc librum, ubi ſanctus Doctor mentem ſuam aperit, & totum conſilium ſic narrat : Studii noſtri erit, vel eorum qui de libris Hebraïcis varia ſuſpicantur, errores refellere, vel ea quæ in Latinis & Græcis codicibus ſcatere videntur, auctoritati ſuæ reddere; etymologias quoque rerum, nominum, atque regionum, quæ in noſtro ſermone non reſonant, vernaculæ linguæ explanare ratione. *Deinde ſequuntur iſta planè aurea :* Et quò faciliùs emendatio cognoſcatur, ipſa primùm, ut apud nos ſunt teſtimonia, proponemus; & ex collatione eorum quæ ſequuntur, quid in illis aut minus, aut plus, aut aliter ſit, indicabimus. Neque verò, *inquit*, LXX. Interpretum, ut invidi latrant, errores arguimus, nec noſtrum laborem, illorum reprehenſionem putamus, &c. *His autem verbis manifeſtè apparet hæc duo potiſſimùm intendiſſe Hieronymum : 1°. Ut Hebraïco contextui ſuam auctoritatem, à nonnullis labefactatam, reſtitueret. 2°. Ut interpretationes Græcas, ac imprimis LXX. nec non Latinas ab ipſa derivatas, ad Hebræum tanquam ad fontem, & textum primigenium exactas emendaret, quod ut faciliùs præſtet S. Doctor, illa ipſa, ut præ oculis erant, utriuſque Scripturæ teſtimonia, profert in medium,* ut ex collatione, *inquit*, eorum, quid in illis aut minus, aut plus, aut aliter *eſſet, ſignificaret.*

Hoc etiam doctè exſequitur S. Pater in conſequentibus, ubi contextûs utriuſque fragmenta paſſim, & ſecundùm Hebræum, & ſecundùm LXX. latinè exhibet, poſtponendo unum alteri. Sententiæ tamen ex LXX. prolatæ, frequentiores ſunt quàm quæ ex Hebræo translatæ ſunt; quæ autem adduntur ex Aquila, & Symmacho, aut ex aliis codicibus Latinis, rariſſimæ.

Quod ſpectat ad ſententias aut fragmenta, petita è Græco LXX. cuncta illa accuratè tranſcripta, operi noſtro adjungere nil dubitavimus, rati ſcilicet ipſa, ſi non ſingula, ſaltem plurima, & vulgò eo modo adhibita fuiſſe ab Hieronymo, cujuſmodi habebantur in ipſius codicibus.

Non idem tamen affirmatum velim de teſtimoniis latinè prolatis, vel ex Hebræo, vel è Græcis Aquilæ & Symmachi tranſlationibus : cùm enim, ut ait Martianæus noſter Not. prolix. in hunc lib. col. 559. Hieronymi verſio Geneſis Latina, ad fontem Hebræum expreſſa, ſex annis edita fuerit poſt editum librum Hebraïcarum Quæſt. in Geneſim, *non mirum ſi illa teſtimonia, ex Hebræo citata, tunc latinè reddita fuerint ab Hieronymo, cùm alia nulla ipſi præſtò eſſet interpretatio Latina, ejuſdem Hieronymi verſione necdum exſtante. Si enim priùs adornata fuiſſet, illud ipſum præſtitiſſet S. Doctor in hoc libro Quæſtionum Hebraïcarum, quod & ipſe præſtare non dubitavit in commentariis ſuis ſuper Prophetas, ubi pariter adhibet utrumque contextum latinè, & ſecundùm Hebræum, & ſecundùm LXX. & ad illum primum exprimendum, utitur verſione Latina quam elucubraverat, quæ ipſiſſima eſt Vulgata noſtra : pro altero verò textu, illam ipſam uſurpat verſionem, quæ tunc uſurpabatur in Eccleſia Latina, ut probabitur infra. Non negaverim tamen nonnulla referri in libro Quæſtionum Hebraïcarum teſtimonia, ſeu potiùs verba, etiam ſecundùm verſionem LXX. quæ latinè tunc reddita fuerint ab Hieronymo ipſo : ſed præterquàm quòd iſta minùs multa ſunt, ex quibus de aliis multò pluribus, judicium feratur, dicendum his in locis S. Doctorem conferre voluiſſe Latinam verſionem ſuorum codicum cum textu Græco ſui temporis. Conjecturam noſtram ducimus ex eo quod ait Hieronymus non ſemel, textum primigenium Græcum fruſtra quærendum eſſe, qualis nimirum vigebat tempore Apoſtolorum, nec alium ſupereſſe præter eum, quo utebatur Eccleſia eo ipſo tempore quo ſcribebat. Reſtat igitur ut concludamus teſtimonia illa latinè paſſim adhibita in libro Quæſt. Hebr. ex verſione LXX. plerumque mutuò ſumpta fuiſſe ab Hieronymo ex codicibus Latinis, quos ad fontem Hebraïcum exactos emendare volebat, non verò illa eadem ab ipſo extemplò latinè fuiſſe translata, quod inutile & ſupervacaneum ipſi fuiſſet. Nobis etiam hac in re aſſentiri videtur eruditus Auctor Quæſtionum Hieronymianarum, nedum arguamur nos de proprio ſtomacho feciſſe conjecturam; ille, inquam, Auctor Quæſt.* 13. *p.* 437. *diſſerens de libro Quæſt. Hebraïcarum Hieronymi, ait :* Quæſtiones illas ſi diligentiùs conſideremus, inveniemus aliud nihil eſſe, præter collationem non admodum accuratam verſionis Latinæ cum textu Hebraïco, & verſionibus Græcis, de quibus ſuam, Judæorumque ſententiam ſubinde profert Hieronymus. Ut non negarim, *inquit*, utile hoc eſſe opus, optandumque ut in univerſum Vetus Teſtamentum ſimile haberemus, præſertim propter antiquarum verſionum fragmenta. *Et ſupra Quæſt.* 4. *pag.* 110. *ad hoc Geneſ.* 2. ℣. 2. Et conſummavit Deus in die ſexto, *ab Hieronymo, initio libri ſui, adhibitum, id obſervat Vir doctus :* Sic ergo habet, ad hæc verba veteris Latinæ verſionis ex LXX. Interpretibus : *Et conſummavit Deus, &c.*

Jam verò quod diximus ſupra de libro Quæſtionum Hebraïcarum, idem quoque affirmari poſſe exiſtimamus de Auguſtini Locutionum & Quæſtionum libris in Heptateuchum, maximè verò de libris Locutionum, qui nimirùm libri Locutiones illas Scripturæ continent, ut ait Auguſtinus ipſe, quæ videntur ſecundùm proprietates, ſeu idiomata linguæ Hebraïcæ

Digitized by Google

vel Græcæ. *Hi autem ſeptem libri, nec non alii totidem Quæſtionum, magnam ſententiarum ſeu lectionum turbam, ad reſtituendum imprimis Heptateuchum noſtrum contulerunt: at de his, ſicut de aliis plurimis Patrum Latinorum ſcriptis, actum eſt à nobis ſupra in Præfatione generali, quæ conſulenda.*

Unum hîc ſupereſt notandum, vel potiùs deplorandum in primis hiſce Scripturæ antiquæ libris, ſcilicet lacunarum illarum frequentia, quas explere non licuit: id ſanè non contigit culpâ noſtrâ, ſed Mſs. codicum penuriâ, qui nobis defuerunt, maximè his in locis, non ſine magno Verſionis antiquæ noſtræ, immo & Reipublicæ litterariæ, detrimento. Quamvis etiam antiquorum Patrum ſcripta veteris hujus Interpretationis lectionibus ſint referta, nonnulli tamen ſunt Scripturæ libri, maximè hiſtorici, quos vulgò ab ipſis citatos fruſtra exquiſieris, v. g. Paralipomenon duo & Eſdræ, ex quibus vix paucos verſiculos decerptos reperias. At in Geneſi, Exodo, & Numeris plurima admodum exſtant, pauciora deſiderantur in Deuteronomio, ſed multa paſſim in Levitico, ſicut & in libris ſeqq. Joſue, Judicum & Ruth. Idem pene affirmandum de libris Regum quatuor, maximè de ſecundo, in quo lacunæ frequentiores. Pauciſſima quoque ſuperſunt, ut dixi, de Paralipomenon duobus, vix quidquam de Eſdræ ſecundo, nihil prorſus de primo.

Tantæ jacturæ flagitium & damni hîc nos fruſtra quæſierimus, deflendum magis quàm perſequendum. Detrimenta iſta quodam modo reſarcientur ex adjuncta à nobis verſione Vulgata, quæ integra hîc, nec ulla ſui parte minuta, vel decurtata prodibit, quod utile & commodum cuivis, ſive docto, ſive indocto, nedum grave & oneroſum, futurum eſſe confidimus.

Digitized by Google

*CAPITULA LIBRI GENESIS.

Ex codd. S. Pauli, & Orat. edita à Joſ. Maria Caro presb. Romæ 1688. & tom. 1. nov. edit. Hieron.

I. *DE die primo, in quo lux facta eſt.* cap. 1. ℣. 1. 3.
II. *De die ſecundo, in quo cœlum factum eſt.* c. 1. ℣. 6.
III. *De die tertio, in quo terra & mare.* c. 1. ℣. 9.
IV. *De die quarto, in quo ſol, & luna, & ſtellæ.* c. 1. ℣. 14.
V. *De die quinto, in quo* [a] *repentia in mari, & volatilia cœli.* c. 1. ℣. 20.
VI. *De die ſexto, in quo* [b] *quadrupedia & ſerpentes, & beſtiæ, & omnia pecora, & repentia, & homo.* c. 1. ℣. 24.
VII. *De die ſeptimo, in quo requievit, omni opere conſummato, Deus.* c. 2. ℣. 1.
VIII. *De* [c] *hoc libro in quo univerſa, quæ facta ſunt, dicit.* c. 2. ℣. 4.
IX. *Ubi præceptum* [d] *dat Dominus Adæ & mulieri ejus.* c. 2. ℣. 9.
X. *Ubi ſeduxit ſerpens mulierem* c. 3. ℣. 1. 2.
XI. *Ubi interrogantur de tranſgreſſu.* c. 3. ℣. 10.
XII. *Educuntur de paradiſo, ne ſumant de ligno vitæ.* c. 3. ℣. 23.
XIII. *Nati ſunt Adæ Filii Caïn & Abel.* c. 4. ℣. 1.
XIV. *Caïn cecidit* [e] *fratrem.* c. 4. ℣. 8.
XV. *Adæ natus eſt Seth pro Abel.* c. 4. ℣. 25.
XVI. *De* [f] *generationibus hominum.* c. 5. ℣. 1.
XVII. *Enoch placuit* [g] *Deo, & tranſtulit eum Deus.* c. 5. ℣. 21.
XVIII. *Acceperunt ſibi uxores filii Dei, & iratus eſt* [h] *Deus.* c. 6. ℣. 2.
XIX. [i] *Noë placuit Deo; & præcepit illi Deus, ut faceret arcam.* c. 6. ℣. 9.
XX. *Et ingreſſus eſt Noë in arcam, & factum eſt diluvium.* c. 7. ℣. 7.
XXI. [k] *Memoratus eſt Dominus Noë, & eorum qui cum illo erant, & ſiccata eſt aqua.* c. 8. ℣. 1.
XXII. *Anno ſexcenteſimo & uno* [l] *exivit Noë de arca, ipſe, & qui cum ipſo erant.* c. 8. ℣. 13.
XXIII. *Benedixit Dominus Noë, & filios ejus.* c. 9. ℣. 1.
XXIV. *Statuit Dominus diluvium minimè futurum.* c. 9. ℣. 8.
XXV. *De tribus filiis Noë, Sem, Cham & Japheth: & de ipſo ubi inebriatus eſt.* c. 9. ℣. 18.
XXVI. *De generationibus Noë, & filiorum ejus.* c. 10. ℣. 1.
XXVII. *De commixtione* [m] *linguarum.* c. 10. ℣. 32.
XXVIII. *De generationibus Thare, patris Abraham.* c. 11. ℣. 27.
XXIX. *Dixit Dominus ad Abraham:* Exi de terra tua. c. 12. ℣. 1.
XXX. [n] *Viſus eſt Dominus Deus Abrahæ ad locum Sichem.* c. 12. ℣. 7.
XXXI. [o] *Promiſſiones Abrahæ, & ſemini ejus.* c. 13. ℣. 14.
XXXII. *Pugnaverunt reges quatuor adversùs quinque, & cepetunt Loth, & omnem equitatum Sodomorum.* [p] c. 14. ℣. 1.
XXXIII. *Viſus eſt Dominus* [q] *Abrahæ, & benedixit eum, & dixit ei:* Peregrinum erit ſemen tuum. c. 15. ℣. 1. 13.
XXXIV. *Viſus eſt Dominus Abrahæ, & dedit ei ſignum circumciſionis, & de Iſaac.* c. 17. ℣. 1.
XXXV. *Viſus eſt Dominus Abrahæ, cùm iret perdere Sodomitas.* c. 18. ℣. 1.
XXXVI. *Venerunt* [r] *Angeli in Sodomis, & manſerunt apud Loth.* c. 19. ℣. 1.
XXXVII. *Pluit Dominus* [f] *ſulphur, & ignem, & evertit Sodomam.* c. 19. ℣. 24.
XXXVIII. *Locutus eſt Dominus ad Abimelech pro* [t] *Sarra.* c. 20. ℣. 1.
XXXIX. *Sarra peperit filium, & vocavit eum pater ejus, Iſaac.* c. 21. ℣. 1.
XL. *Dixit* [u] *Sarra ad Abraham:* Projice ancillam, & filium ejus. c. 21. ℣. 10.
XLI. *Juraverunt invicem Abraham & Abimelech.* c. 21. ℣. 22.
XLII. *Deus tentavit Abraham in Iſaac.* [x] c. 22. ℣. 1.
XLIII. *Defuncta eſt Sarra, & emit locum Abraham ad ſepulcrum ab Ephron.* c. 23. ℣. 1.

NOTÆ.

* Quo ex fonte prodierint hæc vetera capitula, non ita facile eſt definire: ſcilicet utrum adornata fuerint ad veterem Latinam, ſeu Italicam Verſionem ex LXX. an verò ad novam translationem Hieronymi ex Hebræo, ſi quidem ſingula in utramque quadrare ſatis aptè videntur. Si tamen utriuſque comparatio fiat cum his capitulis, plura fortè in illis reperientur quæ magis ſapiant vet. Italicam, quàm novam Verſionem ex Hebræo. Conſulenda potiſſimùm capitula V. VIII. XVI. XIX. XXXVIII. LVII. LVIII. LX. LXXIII. LXXV.

[a] *Repentia*..... & *volatilia*, al. *reptantia*..... & *volatilia*. Gr. ἑρπετὰ..... καὶ πετεινά. Vulg. *reptile* & *volatile*. 1. 20.

[b] *Quadrupedia*, &c. Ita Auguſt. infr. c. 1. ℣. 24. Gr. τετράποδα, καὶ ἑρπετὰ, καὶ θηρία..... καὶ τὰ κτήνη..... καὶ πάντα τὰ ἑρπετά. Vulg. 1. 24. 25. *jumenta*, & *reptilia*, & *beſtias*..... & *jumenta*, & *omne reptile*.

[c] *De hoc libro*, Auguſt. infr. c. 2. ℣. 4. *Hic eſt liber creaturæ*, vel *facturæ*. Gr. Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως· at in Vulg. *Iſtæ ſunt generationes*: edit. nov. Hieron. poſt verbum, *dicit*, addit, & *de quatuor fluminibus*.

[d] *Dat*, al. *dedit*: edit. nov. Hier. hoc capitul. ita exhibet: *De homine poſito in paradiſo; & ubi præceptum dat Dominus Adæ, & cunctis animantibus Adam impoſuit nomina; & de muliere formata de coſta ejus.*

[e] Edit. nov. Hier. *fratrem ſuum.*

[f] *De generat. hominum*, Gr. c. 5. ℣. 1. βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων. Auguſt. infr. *liber nativitatis hominum.* Vulg. *liber generationis Adam.*

[g] *Deo*..... *Deus*, al. *Domino*..... *Dominus*: ed. nov. Hier. addit, & *de Mathuſale & Noë.*

[h] *Deus*, al. *Dominus.*

[i] *Noë placuit Deo.* Ita Aug. inf. c. 6. ℣. 9. Gr. τῷ Θεῷ εὐηρέστησε Νῶε. Vulg. *Noë*..... *cum Deo ambulavit.*

[k] *Memoratus*, al. *recordatus.* Ambr. infr. c. 8. ℣. 1. *memor fuit.* Gr. ἀνεμνήσθη. Vulg. *recordatus.*

[l] *Et uno exivit*, nov. ed. Hier. & *uno vitæ Noë exiit de arca, ipſe, & qui erant cum eo.*

[m] *Linguarum*, edit. nov. Hier. addit: & *turre confuſionis, & de generationibus Sem.*

[n] Edit. nov. Hier. *Ubi viſus eſt*..... *Abræ*..... *Sichem. Quomodò in Ægypto poſito tulit Pharao Saraï in uxorem ſibi.*

[o] Edit. nov. Hier. *De promiſſione Abræ, & ſemini ejus.*

[p] *Sodomorum*, edit. nov. Hier. addit: & *Melchiſedech obtulit Abræ decimas.*

[q] *Abrahæ*, edit. nov. Hier. conſtanter, *Abræ*, & in fine addit: & *genuit ei Agar Iſmaëlem.*

[r] *Angeli*, edit. nov. Hier. *duo angeli.*

[f] *Sulphur*, edit. nova Hier. *ignem*, & *ſulphur de cœlo*, & *evertit Sodomam*, & *filiæ Loth conceperunt de patre ſuo.*

[t] *Sarra*, Gr. conſtanter, Σάρρα, edit. verò nov. Hier. *Sara*, cum Vulg. hîc & infra.

[u] *Sarra*, edit. nov. Hier. *Sara*, & in fine ſubdit: & *in Berſabee locutus eſt Angelus Domini ad Agar.*

[x] *In Iſaac*, edit. nov. Hier. addit: & *de generationibus Nachor.*

Digitized by Google

XLIV. *Præcepit* [a] *Dominus ſervo, & profectus eſt; & adduxit Rebeccam.* c. 24. ℣. 1.
XLV. *Vixit Abraham annis centum ſeptuaginta quinque.* [b] c. 25. ℣. 7.
XLVI. *Generationes Iſmahel.* [c] c. 25. ℣. 12.
XLVII. [d] *Generationes Iſaac.* c. 25. ℣. 19.
XLVIII. *Facta eſt fames, & viſus eſt Dominus Iſaac, & dixit ei:* Noli deſcendere in Ægyptum: *& habitavit in Geraris, ubi ſeminavit,* [e] *& invenit centuplum.* c. 26. ℣. 1.
XLIX. *Senuit Iſaac, & benedixit Jacob pro Eſaü, & neſcivit.* c. 27. ℣. 1.
L. *Dimiſit Iſaac Jacob filium ſuum, ut iret in Meſopotamiam.* c. 28. ℣. 1.
LI. *Vidit Jacob viſum; & Dominus locutus eſt ad eum, & benedixit eum.* c. 28. ℣. 10.
LII. *Venit Jacob in Orientem, & accepit filias Laban ſibi uxores.* c. 29. ℣. 1.
LIII. *Peperit Lia Jacob viro ſuo filios quatuor, &* [f] *ſtetit à partu.* c. 29. ℣. 31.
LIV. *Rachel dedit Jacob ancillam ſuam Balam, & peperit ei duos filios.* c. 30. ℣. 1.
LV. *Et Lia dedit* [g] *ei ancillam ſuam, & peperit ei filios duos; & ipſa peperit filios duos, & Dinam.* c. 30. ℣. 9.
LVI. [h] *Memoratus eſt Deus Rachel, & peperit ei Joſeph; & ſtatuit cum Laban de ovibus variis.* c. 30. ℣. 22.
LVII. [i] *Dixit Deus Jacob:* [k] Revertere in terram patris tui: *& conſecutus eſt eum Laban, ubi invenerunt invicem ſibi.* c. 31. ℣. 3.
LVIII. [l] *Vidit Jacob caſtra Dei, & miſit nuncios ad fratrem ſuum.* [m] c. 32. ℣. 1.
LIX. [n] *Venit Jacob in civitatem Sichimorum, ubi occiderunt filii ejus omnes inhabitantes propter Dinam.* c. 33. ℣. 18.
LX. *Dixit Dominus ad Jacob:* Aſcende in locum Bethel. [o] c. 35. ℣. 1.
LXI. *Viſus eſt Dominus ipſi Jacob, & benedixit eum, cognominavitque eum Iſraël.* [p] c. 35. ℣. 6.
LXII. *Ubi peperit Rachel Benjamin, & mortua eſt: & de generationibus Jacob.* [p] c. 35. ℣. 13.
LXIII. *De generationibus Eſaü.* c. 36. ℣. 1.
LXIV. *De principibus Eſaü.* c. 35. ℣. 15.
LXV. *Qui regnaverunt in Edom, priuſquàm eſſet rex in Iſraël.* c. 36. ℣. 31.
LXVI. *De Joſeph, & de ſomniis ejus.* c. 37. ℣. 2.
LXVII. *Ubi miſſus eſt in puteum, & diſtractus eſt* [q] *Iſmaëlitis.* c. 37. ℣. 17.
LXVIII. *De Juda & Thamar uxore filii ejus, quæ erat vidua.* c. 38. ℣. 1.
LXIX. *De Joſeph, & uxore* [r] *Putaphare.* c. 39. ℣. 1.
LXX. *De his qui in carcere ſomnia viderunt, & interpretavit ea Joſeph.* c. 40. ℣. 1.
LXXI. *Somnium Pharaonis, quod interpretavit Joſeph.* [f] c. 41. ℣. 1.
LXXII. *Ubi miſit Jacob filios ſuos in Ægyptum, & cognovit eos Joſeph, & unum ex ipſis recluſit, uſque dum veniret frater ejus Benjamin.* c. 42. ℣. 1.
LXXIII. [t] *Invaluit fames, & venerunt ad eum cum Benjamin; & mandavit patri ſuo venire ad ſe.* c. 43. ℣. 1.
LXXIV. *Viſus eſt Dominus Jacob, & dixit iiii:* Deſcende in Ægyptum. c. 46. ℣. 3.
LXXV. [u] *Cum ſeptuaginta quinque animabus intravit Jacob in Ægyptum.* c. 46. ℣. 27.
LXXVI. [x] *Venit obviam Joſeph Iſraël patri ſuo.* c. 46. ℣. 28.
LXXVII. *Nunciavit Joſeph Pharaoni, quoniam venit pater ejus.* c. 46. ℣. 31.
LXXVIII. *Dixit Pharao Joſeph, ut eligeret terram, in qua habitaret pater ejus.* c. 47. ℣. 5.
LXXIX. *Habitavit Iſraël in Ægypto, & dixit filio ſuo Joſeph, ne ſepeliret eum illic.* [y] *Vixit autem Jacob annos centum quadraginta ſeptem.* c. 47. ℣. 27.
LXXX. [z] *Et infirmatus eſt Jacob, & benedixit filiis Joſeph alternis manibus.* c. 48. ℣. 1.
LXXXI. *Vocavit Jacob omnes filios ſuos, & dixit eis quæ ventura eſſent in noviſſimis diebus, & defunctus eſt.* [aa] c. 49. ℣. 1.
LXXXII. *Vixit Joſeph* [bb] *annos centum & decem, & adjuravit fratres ſuos, ut cùm viſitarentur, tollerent ſecum oſſa ejus in terram ſuam.* c. 50. ℣. 22.

Expliciunt Capitula.

NOTÆ.

[a] Al. deeſt, *Dominus*, cujus loco edit. nov. Hier. ponit *Abraham*, & poſt *Rebeccam*, addit: *& Abraham Cethuram duxit uxorem.*

[b] Edit. nov. Hier. addit in fine, *& obiit.*

[c] Al. *Hæ generationes Iſmaël:* edit. nov. Hier. ſic: *De generationibus Iſmaël, & obitu ejus.*

[d] Edit. nov. Hier. *De generationibus Iſaac*, al. *Hæ generationes*, &c.

[e] *Et invenit*, al. *fecit:* edit. nov. Hier. ſimiliter, *fecit*, ſed poſt *centuplum*, ſubjungit, *& juravit cum Abimelech.*

[f] *Et ſtetit*, edit. nov. Hier. *& ceſſavit.*

[g] *Dedit ei*, edit. nov. Hier. *dedit Jacob*, paulòque poſt: *& pep. ei duos filios; & de Mandragoris; & ipſa peperit*, &c.

[h] *Memoratus*, al. *recordatus:* edit. nov. Hier. *memoratus eſt Dominus;* ſubinde delet, *ei*, & poſt *ſtatuit*, ſubdit, *Jacob.*

[i] Edit. nov. Hier. *Dixit Dominus ad Jacob.*

[k] *Revertere in terram patris tui:* ſimiliter habet Ambroſ. infr. c. 31. ℣. 3. è Græc. Ἀποστρέφου εἰς τὴν γῆν τοῦ πατρός σου. Vulg. *Revert. in terram patrum tuorum.*

[l] *Vidit Jac. caſtra Dei:* ſimiliter Ambroſ. infr. c. 32. ℣. 1. unà cum Gr. ubi ſic, εἶδε παρεμβολὴν Θεοῦ, quæ verba abſunt à Vulg.

[m] Edit. nov. Hier. addit in fine: *& luctatus eſt cum Angelo.*

[n] *Et venit Jacob*, &c. ſic etiam Aug. infr. c. 33. ℣. 18. è Gr. Καὶ ἦλθεν Ἰακὼβ εἰς, &c. Vulg. *tranſivitque in*, &c.

[o] *Aſcende in locum Bethel:* ita Aug. infr. c. 35. ℣. 1. ſicut in Græc. in quo, ἀνάβηθι εἰς τὸν τόπον Βαιθήλ. Vulg. verò, *aſcende Baithel*, edit. nov. Hier. addit in fine: *& abjecit omnia idola.*

[p] Edit. nov. Hier. hìc ſubdit: *& obitu Iſaac patris ejus.*

[q] Edit. nov. Hier. *diſtractus Iſmaëlitis.*

[r] Edit. nov. Hier. *Putiphare.* Gr. Πετεφρής.

[f] *Joſeph*, edit. nov. Hier. ſubjungit: *& factus eſt Dominus terræ Ægypti, & nati ſunt ei duo filii.*

[t] *Invaluit fames:* optimè è Græc. c. 43. ℣. 1. in quo, ὁ δὲ λιμὸς ἐνίσχυεν· in Vulg. verò, *interim fames omnem terram vehementer premebat:* edit. nov. Hier. addit: *& venerunt ad Joſeph fratres ſui cum Benjamin*, &c.

[u] *Cum ſeptuag. quinque:* ita Hier. infr. c. 46. ℣. 27. ſic etiam in Græc. ἑβδομήκοντα πέντε· loco hujus capituli, edit. nov. Hier. habet: *Nomina filiorum Iſraël qui ingreſſi ſunt in Ægyptum.*

[x] Edit. nov. Hier. *Ubi venit Joſeph obviam Iſraëli.*

[y] Edit. nov. Hier. *Et vixit Jacob annis.*

[z] Edit. nov. Hier. *Infirmatus Jacob benedixit*, &c.

[aa] *Et defunctus eſt:* edit. nov. Hier. *& defunctus, ſublatus, & ſepultus eſt in terra ſua.*

[bb] *Annos*, edit. nov. Hier. *annis*, paulòque poſt, *ut cùm viſitarentur à Domino, tollerent*, &c.

Digitized by Google

OBSERVATIO.

AD Vulgatam verſionem Latinam, minutioribus typis poſthac editam, nullas adjungimus notas, quod nobis nunquam propoſitum fuit, nec etiam ad rem noſtram facit. Quia tamen Vulgatæ editionem accuratam, & numeris ſuis, quantùm licebit, abſolutam prælo committere intendimus, qualis nimirum Sixti V. Pontificis Maximi juſſu recognita atque edita eſt; operæ pretium facturos nos duximus, ſi *Romanæ correctionis in Latinis hiſce Bibliis, præfati Pontificis juſſu recognitis, loca inſigniora, obſervata, & denuo aucta à Franciſco Luca Brugenſi, eccleſiæ cathedralis Audomaropolitanæ theologo & Decano*, deintegrò pervulgaremus; ſubjuncto etiam *altero libello, continente alias lectionum varietates in eiſdem Bibliis Latinis ex vetuſtis Mſs. exemplaribus collectas ab eodem Theologo, quibus poſſit perfectior reddi feliciter cœpta correctio, ſi accedat Summi Pontificis auctoritas.* Ne autem hujuſmodi correctiones, & variantes lectiones, Notarum noſtrarum, Verſioni antiquæ ſubjectarum, ordinem ac ſeriem interturbarent, illas ad calcem cujuſque libri edendas rejecimus; quemadmodum & ipſæ editæ ſunt ad calcem Bibliorum ſacrorum cum ſcholiis Joannis Marianæ, & Emanuelis Sa, Societatis Jeſu ſacerdotum, Antuerpiæ, ex officina Plantiniana, anno 1624. De his autem vide Præfat. gen.

Digitized by Google

LIBER
GENESIS.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.

Act. 14. 1. 14. 17. 24. *Pſ.* 32. 6. 135. 5. *Eccli.* 18. 1. IN principio creavit Deus cœlum & terram.

2. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: & Spiritus Dei ferebatur ſuper aquàs.

Heb. 11. 3. 3. Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux.

4. Et vidit Deus lucem quòd eſſet bona: &

VERSIO ANTIQUA.

1. IN principio fecit Deus cœlum & terram.

2. Terra autem erat inviſibilis & incompoſita, & tenebræ erant ſuper abyſſum: & Spiritus Dei ſuperferebatur ſuper aquam.

3. Et dixit Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux.

4. Et vidit Deus lucem, quia bona eſt: & divi-

Ex Aug. l. 1. de Gen. ad litt. t. 3. p. 1. col. 117. 126. ſeqq.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic iterum Auguſtin. l. 12. conf. t. 1. col. 214. b. 218. d. e. & lib. 1. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 647. f. & l. de Gen. imperf. to. 3. col. 94. c. & l. 8. de civit. Dei, to. 7. col. 200. b. Tertullianus verò l. de Bapt. c. 3. p. 388. b. *In primordio fecit Deus cœlum & terram.* at. l. contr. Hermog. pag. 411. c. 416. a. b. 417. b. c. 418. b. legit. *In principio fecit*, &c. Similiter vet. Irenæi Interpres l. 1. contr. hær. p. 86. e. 116. b. Hilarius l. 2. de Trin. col. 795. f. Hieronym. quæſt. Hebr. to. 2. col. 507. c. Ambroſius l. 1. Hexa. col. 9. e. 16. e. 17. e. 25. f. & l. de apol. Dav. col. 729. e. & l. 2. in Luc. col. 1309. e. 1314. d. & l. 2. de Spir. S. col. 634. a. Sic etiam Victorin. Afric. ad Cand. p. 172. Fauſtin. presb. l. contr. Arian. col. 638. a. Eucher. Lugd. q. in Gen. p. 839. h. Auctor. q. Vet. T. ap. Aug. to. 3. q. 106. & 122. col. 101. d. f. 130. e. Auctor l. de promiſſ. part. 1. ap. Proſp. p. 92. c. & Victor Vit. l. 3. de perſecut. Afric. p. 40. b. Græc. ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ, &c.

℣. 2. Auguſt. infra col. 125. f. legit. in fine, *ſuper aquas.* Eadem rurſus habet quæ ſupra, l. 1. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 647. f. 648. f. & l. 8. de civit. Dei, to. 7. col. 200. b. Sic etiam quæſt. 134. in Gen. to. 3. col. 411. a. & l. de Gen. imp. col. 96. e. niſi quòd legit, *ferebatur*, pro *ſuperferebatur*. Tertul. l. de Bapt. c. 3. p. 388. b. *Terra autem erat inviſib. & incompoſita, & tenebræ erant ſuper abyſſum, & Spir. Dei ſuper aquas ferebatur.* Sed l. contr. Hermog. p. 417. c. 418. b. *Terra autem erat inviſib. & rudis.* & infr. p. 419. b. 420. a. b. *Et tenebræ erant ſup. abyſſ. & Spirit. Dei ſuper aquas ferebatur.* At l. de Bapt. c. 4. p. 388. c. *Supervectabatur ſuper aquas.* Hilar. in Pſ. 123. col. 399. d. *Et tenebræ erant ſup. abyſſum, & Spiritus Dei ſuperferebatur ſup. aquam.* Hieron. in Iſai. 40. to. 3. col. 307. e. *In principio Geneſeos*, inquit, *ubi ſcriptum eſt:* Terra autem erat inviſibilis, & incompoſita, *cæteri tranſtulerunt:* Terra autem erat inane, & nihil. Et l. quæſt. Hebraïc. to. 2. col. 508. poſt verba: *Et Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, hæc addit: *Pro eo quod in noſtris codicibus ſcriptum eſt:* ferebatur, *in Hebr. hab.* Incubabat, confovebat. Ambroſ. l. 3. Hexa. col. 13. f. 14. e. 16. c. 17. e. & lib. 2. de Caïn & Ab. col. 217. a. & l. de myſt. col. 327. d. & l. 2. de Spir. S. col. 634. a. *Terra autem erat inviſib. & incompoſ. & tenebræ erant ſuper abyſſum, & Spiritus Dei ſuperferebatur ſup. aquas.* Itidem Victor Vitt. l. 3. de perſec. Afric. p. 40. b. excepto verbo, *ferebatur.* Optat. l. 5. contr. Donat. p. 80. c. 81. a. cum Caſſiod. in Pſ. 109. p. 378. b. *Et Spiritus Dei ſuperferebatur ſup. aquas.* Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 715. b. *ſuperferebatur ſup. aquam.* Fulgent. l. pro fide Cath. p. 541. & Auct. quæſt. Vet. T. q. 41. col. 54. g. *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* At infra q. 106. ex utroq; T. mixtim, col. 102. d. optimè cum Auguſt. *Terra autem erat inviſib. & incomp. & tenebræ erant ſuper abyſſum, & Spir. Dei ſuperferebatur ſuper aquam.* Similiter apud Greg. M. l. 28. in Job. c. 14. *Dum terra eſſet inviſib. & incomp. dum tenebræ eſſent ſuper abyſſum.* Græc. Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος, καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ σκότος ἐπάνω (Mſ. Oxon. ἦν ἐπάνω) τῆς ἀβύσσου, καὶ Πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος.

℣. 3. Ita rurſum Aug. l. 1. de Gen. to. 1. col. 650. e. & l. de Gen. imp. to. 3. col. 99. d. & in Pſ. 7. to. 4. col. 39. a. Concinunt vet. Iren. Interpr. l. 4. p. 269. e. Ambroſ. l. 1. Hexa. col. 19. d. f. 21. d. & l. 4. de fide, col. 532. e. & l. 2. de Spir. S. col. 662. f. Victorin. Afric. l. de princip. diei, col. 293. a. Gaud. Brix. ſer. 14. p. 966. e. & Auct. q. Vet. T. q. 3. col. 44. b. Ita quoque in Græco. Apud. Tertul. l. contr. Prax. p. 849. a. deeſt, *lux*, poſt verbum, *facta eſt.*

℣. 4. Sic etiam idem Auguſt. l. 1. de Gen. to. 1. col. 650. a. 651. b. & l. de Gen. imp. to. 3. col. 100. c. d. 101. e. ſicut l. 11. de civit. Dei, to. 7. col. 286. c. f. niſi

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Aug. l. 1. & 2. de Gen. ad lit. t. 3. p. 1. col. 128. seqq. sit Deus inter lucem, & tenebras.	divisit lucem à tenebris.
5. Et vocavit Deus lucem, diem; & tenebras vocavit noctem: & facta est vespera, & factum est manè, dies unus.	5. Appellavitque lucem diem, & tenebras noctem: factumque est vespere & manè, dies unus.
6. Et dixit Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum: & sit dividens inter aquam & aquam; & sic est factum.	6. Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum: & dividat aquas ab aquis.
7. Et fecit Deus firmamentum, & divisit Deus inter aquam, quæ erat infra firmamentum, & inter aquam, quæ erat super firmamentum.	7. Et fecit Deus firmamentum, divisitque aquas quæ erant sub firmamento, ab his quæ erant super firmamentum. Et factum est ita. *Pſ. 135. 5. Jerem. 10. 12. 51. 15.*
8. Et vocavit Deus firmamentum, cœlum: & vidit Deus quia bonum est. Et facta est vespera, & factum est manè, dies secundus.	8. Vocavitque Deus firmamentum, cœlum: & factum est vespere & manè, dies secundus.
9. Et dixit Deus: Congregetur aqua, quæ sub cœlo est, in congregationem unam, & appareat arida. Et factum est sic. Et congregata est aqua, quæ sub cœlo est, in congregationem unam, & apparuit arida.	9. Dixit verò Deus: Congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt, in locum unum: & appareat arida. Et factum est ita. *Pſ. 148. 4.*
10. Et vocavit Deus aridam, Terram; & congregationes aquarum vocavit Mare: & vidit Deus quia bonum est.	10. Et vocavit Deus aridam, Terram, congregationesque aquarum appellavit Maria. Et vidit Deus quòd esset bonum. *Pſ. 32. 7. 88. 12. 135. 6. Job. 38. 4.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

quòd paulò post, pro *divisit*, leg. *separavit*, cui lectioni favet Tertul. l. contr. Marc. p. 648. c. 649. a. dicens: *Inter lucem & tenebras separatio pronunciata est.* Cypr. de conc. Carthag. p. 335. a. *Et vidit Deus lucem quia bona est: & divisit inter lucem & tenebras.* Ambros. l. 1. Hexa. col. 20. *Et discrevit inter lucem, inter lucem & tenebras:* Deinde inverso ordine addit: *Et vidit Deus lucem quia bona est:* at l. 4. de fide, col. 532. e. post hæc: *Et facta est lux*, rectè sequuntur: *Et vidit Deus lucem quia*, &c. & l. 4. Hexa. col. 65. f. *Separavit Deus inter lucem ac tenebras.* Victorin. Afric. l. de princip. diei, col. 293. d. *Et divisit lucem à tenebris.* Græc. Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς, ὅτι καλόν· καὶ διεχώρισεν ὁ Θεὸς ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους.

℣. 5. Ita constanter Aug. cum Græco, l. 1. de Gen. to. 1. col. 651. b. e. & l. de Gen. imp. to. 3. col. 102. a. f. 103. a. & in Pſ. 7. to. 4. col. 39. a. & l. 10. de civit. Dei, to. 7. col. 277. d. & l. 11. col. 286. c. At l. contr. Adim. to. 8. col. 111. loco *facta est vespera*, leg. *factum est vespere.* Cui consentiunt Iren. l. 5. p. 320. d. Ambros. l. 1. Hexa. col. 21. b. c. & l. 4. col. 65. f. Et Cassiod. in Pſ. 70. p. 236. c. Auct. verò quæst. ap. Aug. to. 3. q. 107. col. 104. d. legit: *Et appellavit Deus lucem, diem; & tenebras appellavit, noctem: & factum est vespere & manè dies unus.*

℣. 6. August. infra legit: *Et sit divisio inter*, &c. eadem rursus habet l. de Gen. imp. to. 3. col. 103. e. 104. c. e. præter voculam, *aquæ*, loco *aquarum.* Assentiunt Hilarius l. 4. de Trin. col. 836. e. & in Pſ. 123. col. 399. e. ac Faustin. presb. l. contr. Arian. col. 638. e. Ita rursum August. l. 1. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 651. f. ponit vocem *aquæ*, sed loco *dividens*, leg. *& sit divisio*, ut sup. Ambrosius verò l. 2. Hexa. col. 24. a. b. c. *Et dixit Deus: Fiat firmam. inter mediam aquam, & sit discernens inter aquam & aquam; & factum est sic.* Et infr. col. 25. f. 29. f. *Fiat firmam. inter medium aquæ, & sit discernens inter aquam & aquam.* & col. 26. e. *In medio aquæ, & sit discernens inter aquas.* Græc. ..... ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος· καὶ ἔστω διαχωρίζον ἀνὰ μέσον ὕδατος, καὶ ὕδατος· καὶ ἐγένετο οὕτως.

℣. 7. Idem August. infra legit: *Quæ erat super firmam..... quæ erat sub firmamento.* & l. 1. de Gen. to. 1. col. 651. f. sic: *Et fecit Deus firmam. & divisit Deus inter aquam, quæ est sup. firmam. & inter aquam, quæ est sub firmamento*, ut sup. At l. de Gen. imp. to. 3. col. 103. e. 104. c. e. *Et fecit Deus firm. & divisit inter aquam, quæ erat sub firmamento, & inter aquam, quæ erat supra firmam.* Tertull. l. contra Prax. p. 849. a. *Et fecit Deus firmam.* & l. contr. Hermog. p. 418. a. addit: *Et separavit inter aquam, quæ erat infra firmamentum, & quæ super firmamentum.* Hilar. l. 4. de Trin. p. 836. e. cum Faustino presb. l. contr. Arian. p. 638. e. f. *Et fecit Deus firmam. & divisit Deus per medium aquæ.* Ambros. verò l. 2. Hexa. col. 26. a. *Et discrevit Deus inter medium aquæ, quæ erat sub firmamento, & inter medium aquæ, quæ erat super firmamentum*, quæ Græco congruunt.

℣. 8. Eadem rursus leguntur apud August. l. 1. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 651. f. 652. a. & l. de Gen. imp. to. 3. col. 104. f. g. 105. b. Tertullianus l. contr. Hermog. p. 418. b. *Et vocavit Deus firmam. cælum (ipsum quod in primordio fecerat.)* Similiter Ambros. l. 2. Hexa. col. 30. b. sed infra col. 31. d. 32. c. addit: *Et vidit Deus quia bonum.* Ita quoque in Græco: ..... καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλόν· deinde, καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωὶ ἡμέρα δευτέρα.

℣. 9. August. infra, col. 140. b. legit: *Congregentur aquæ*, & l. 4. 174. e. addit, *in collectionem unam*, paulòque post, col. 159. b. *Et congregata est aqua in congregationes suas.* At l. 1. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 652. b. sic: *Et dixit Deus: Congregetur aqua, quæ est sub cælo, in congregationem unam, & appareat arida; & sic factum est. Et congregata est aqua, quæ erat sub cælo, in congregat. unam, & apparuit arida.* l. verò de Gen. imp. to. 3. col. 105. b. ut sup. *Et dixit Deus: Congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt, in congreg..... & sic factum est.* Paulò post autem: *Congregetur aqua, quæ sub cælo est.* Et post pauca: *Postea*, inquit, *quod dicitur:* Et congregata est aqua in congregat. unam, & appar. arida, *non superfluò additum videatur, cùm jam dictum esset*, & sic factum est. Ita rursus l. 1. contr. adverſ. legis, to. 8. col. 557. c. *Congregentur aquæ in congregat.* &c. sed omittit, *quæ sub cælo sunt.* Paulò autem post in singul. *Congregetur aqua.* Itidem l. 12. confess. to. 1. col. 219. f. sed addit: *Quæ est sub firmamento.* Tertul. l. contr. Hermog. p. 419. a. *Congregetur aqua in congregationem unam*, & *videatur arida.* S. Eucher. quæst. in Gen. p. 840. b. *Separentur aquæ in congregationem unam*, & *appareat arida.* Hilarius in Pſ. 118. col. 298. f. *Et pareat arida.* Ambros. l. 3. Hexa. col. 35. b. *Congregetur aqua, quæ sub cælo est, in congregationem unam*, & *appareat arida. Et factum est sic.* Et post pauca: *Clamat Dei vox*, inquit, *Congregetur aqua*, & *appareat arida.* Mox ita: *Et iterum Scriptura dicit: Congregata est aqua in congregat. unam*, & *apparuit arida.* Tum addit: *Quid opus fuit iterare, nisi occurrendum quæstionibus judicasset propheta?* Rursus infra, col. 37. a. *Congregetur aqua*, & *congregata est.* Et col. 38. b. c. d. f. *Colligatur aqua in collectionem unam.* Et post plura col. 41. b. *Non præterimus*, inquit, *quia aliqui nec in Hebræo putant esse, nec in cæteris interpretationibus, quia* congregata est aqua in collectiones suas, & apparuit arida, & vocavit Deus, &c. *Cùm enim dixerit Deus, quia factum est sic, satis esse putant vocem operatoris ad celebratæ operationis indicium. Sed quia in aliis quoque creaturis habet & definitionem præceptionis, & repetitum operationis, vel indicium vel effectum, ideo nos non putamus absurdum id quod perhibetur additum, etiamsi cæteris interpretibus vel veritas doceatur suppetere, vel auctoritas. Multa enim non otiosè à LXX. viris Hebraïca lectioni addita & adjuncta comperimus.* Gr. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς. Συναχθήτω τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ, εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά· καὶ ἐγένετο οὕτως· καὶ συνήχθη τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν, καὶ ὤφθη ἡ ξηρά.

℣. 10. Ita rursus habet August. tum l. 1. de Gen. to. 1. col. 652. b. tum l. de Gen. imp. to. 3. col. 105. e. f. præter hoc, & *congregationem aquæ*, loco, & *congregationes aquarum.* Ambros. l. 3. Hexa. col. 41. b. *Et vocavit Deus aridam, terram; & collectiones aquarum vocavit maria*: & sup. col. 38. d. *Congregationes aquarum vocavit maria.* Sic etiam Hieron. quæst. Hebraïc. to. 2. col. 508. Ambrosius verò loco cit. col. 41. b. addit: *Et vidit Deus*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

11. Et ait: Germinet terra herbam virentem & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum, cujus semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita.

12. Et protulit terra herbam virentem, & facientem semen juxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens unumquodque sementem secundùm speciem suam. Et vidit Deus quòd esset bonum.

13. Et factum est vespere & manè, dies tertius.

14. Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, & dividant diem ac noctem, *Ps.* 135. & sint in signa & tempora, & dies & annos: 7.

15. Ut luceant in firmamento cœli, & illuminent terram. Et factum est ita.

VERSIO ANTIQUA.

11. Et dixit Deus: Germinet terra herbam pabuli, ferentem semen secundùm genus, & secundùm similitudinem, & lignum fructiferum faciens fructum, cujus semen sit in ipso secundùm similitudinem suam super terram. Et factum est sic. *Ex Aug. l. 2. de Gen. ad litt. t. 3. col. 140. c. e.*

12. Et produxit terra herbam pabuli, semen habentem secundùm genus, & secundùm similitudinem; & lignum fructiferum faciens fructum, cujus semen ejus in eo sit secundùm genus super terram. Et vidit Deus quia bonum est.

13. Et facta est vespera, & factum est manè, dies tertius.

14. Et dixit Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, ut luceant super terram, in inchoationem diei & noctis, & ut dividant inter diem & noctem, & sint in signa, & tempora, & in dies, & in annos.

15. Et sint in splendorem in firmamento cœli, ut luceant super terram. Et factum est sic.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

quia bonum. Apud Tertul. l. contr. Hermog. p. 419. a. priora tantùm leguntur: *Et vocavit Deus aridam, Terram.* Ita quoque in Græc. in quo seq. Καὶ τὰ συγκύματα τῶν ὑδάτων ἐκάλεσε θαλάσσας, καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλόν.

℣. 11. August. infr. col. 155. e. pro *germinet*, legit, *producat*, & pro *ferentem*, ponit, *seminantem*. Item l. 5. col. 185. a. hab. *Herbam fœni seminantem semen*, &c. At l. 1. de Gen. to. 1. p. 652. e. & l. de Gen. imp. to. 3. col. 105. f. g. 106. b. sic: *Et dixit Deus: Germinet ter. herb. pabuli ferentem sem. sec. suum genus, & similitud. & lignum fructif. fac. fruct. cujus semen sit in se secundùm suam similitud. & sic est factum.* Similiter Hilarius in Ps. 118. col. 298. f. *Germinet terra herbam pabuli seminantem semen secundùm suum genus.* Tertull. verò l. contr. Hermog. p. 417. 419. a. *Fruticet terra herbam fœni seminantem semen secundùm genus, & secundùm similitud. & lignum fructuosum faciens fructum, cujus semen in ipso in similitudinem, & factum est sic.* Ambros. l. 3. Hexa. col. 42. f. *Germinet terra herbam fœni seminans semen sec. genus, & lignum fructiferum faciens fructum sec. genus, cujus semen suum in ipso.* Itidem l. 1. col. 7. b. usque ad vocem, *fructum*, nisi quòd post 1. *genus*, addit: *Et secundùm similitud.* sicut etiam l. 3. col. 45. a. Verùm infra, col. 49. a. pro *seminans semen*, nescio cur scriptum habeat, *spirans semen*, nisi fortè vocem Græc. σπεῖρον, Latinè pinxerit *speiron*, ex qua imperitus scriba fecerit, *spirans*. Id observat Muretus variar. lect. l. 1. c. 2. *Utuntur*, inquit, *interdum Latini scriptores Græcis quibusdam vocibus, easque, Latinis tamen litteris notant, quod qui non animadvertunt, facilè in errorem incidunt.* Denique Ambros. ibid. col. 60. non legit, *herbam fœni*, ut sup. sed *herbam virentem*, ut in Vulg. In Græco sic: Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα (in Ms. quodam deest, καὶ καθ' ὁμοιότητα) καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κατὰ γένος ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ, &c. in Ms. Alex. κατὰ γένος εἰς ὁμοιότητα ἐπὶ τῆς, &c.

℣. 12. Aug. infra lib. 5. col. 184. g. *Et produxit terra herb. pabuli* (vel *herbam fœni*) *seminantem* (Ms. constanter *seminans*) *semen secundùm genus & sec. similitud. & lignum fructuosum faciens..... cujus semen suum in se secundùm genus*, &c. & lib. 1. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 652. e. *Et ejecit terra herb. pabuli ferentem semen sec. suum genus, & lignum fructiferum faciens fructum, cujus semen est in se secundùm suam similitudinem, secundùm suum genus super terram*, & *vidit*, &c. & lib. de Gen. ad lit. imp. to. 3. col. 106. b. c. *Et dedit terra herbam pabuli, ferentem semen sec. genus suum, & lignum fructif.... cujus semen in se secundùm suam similitud.* Tum addit: *Et iterum dicit: Vidit Deus quia bonum est.* Tertul. contr. Hermog. p. 417. a. 419. a. legit: *Et produxit terra herbam fœni seminantem semen secundùm genus, & lignum fructuosum faciens fructum, cujus semen in ipso in similitudinem:* & p. 418. a. addit: *Et vidit Deus quia bonum.* Ambros. l. de Parad. c. 10. to. 1. col. 165. f. *Et vidit Deus quia bonum est.* Gr. Καὶ ἐξήνεγκεν ἡ γῆ βοτάνην χόρτου σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος, καὶ καθ' ὁμοιότητα, καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κατὰ γένος ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλόν. Clem. cod. loco 2. κατὰ γενὸς, ponit, καθ' ὁμοιότητα.

℣. 13. Sic iterum Aug. l. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 652. e. lib. autem de Gen. ad lit. imp. to. 3. col. 106. e. *Et factum est vespera*, &c.

℣. 14. Idem August. lib. de Gen. imp. to. 3. col. 95. d. *Et dixit Deus: Fiant lumin. in firmam. cœli, ut luceant sup. terram, & dividant inter noctem & diem, & sint in signa, & temp. & dies, & annos.* Similiter habet infr. col. 106. e. præter hæc: *Inter diem & noctem, & sint in signis & temporibus, & in diebus, & annis.* Sic etiam col. 107. c. & in Ps. 109. to. 4. col. 1239. g. *Et sint in signis & in temporibus, & in diebus, & in annis.* At l. 1. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 653. b. *Et dixit Deus: Fiant sidera in firmam. cœli, sic ut luceant sup. terram, & dividant inter diem & noctem, & sint in signa, & in tempora, & in dies, & in annos.* & lib. 13. confess. to. 1. col. 233. d. *Fiant luminaria in firmam. cœli, & luceant sup. terram.* lib. etiam 11. de civit. Dei, to. 7. c. 19. col. 286. d. præter verba, *in inchoationem diei & noctis*, quæ omittit; delet etiam ista: *Et sint in signa & tempora*, &c. at lib. 12. c. 15. col. 313. g. habet, *in signa & in tempora*, &c. & lib. 1. Locut. to. 3. col. 325. a. post hoc, & *dividant*, Græco presiùs adhærens legit, *inter medium diei, & inter medium noctis.* Victorin. Afer l. de princip. diei, p. 293. e. legit: *Fiant duo luminaria in firmam. cœli, sic ut luceant super terram in inchoatione diei & noctis, ita ut dividant inter diem & noctem; & sint in signa, dies, & tempora, & annos.* Ambros. verò, l. 4. Hex. to. 1. col. 64. c. *Fiant luminaria in firmam. cœli ad illuminationem terræ;* & infra, col. 65. f. *Fiant luminaria ad illuminationem super terram, quæ discernant inter diem & noctem:* & col. 67. c. 71. f. addit: *Et sint in signa & in tempora, & in dies, & in annos.* Hilar. l. 12. de Trin. col. 1129. b. *Et sint in signa, & tempora, & annos.* Tertul. l. 2. adv. Marc. p. 644. c. habet: *Erunt enim in tempora, & menses, & annos.* Leo Mag. ser. 26. p. 82. e. cum Vulgata consentit, nisi quòd post vocem *cœli*, addit, *Et luceant super terram*, sicut etiam Auct. quæst. apud Aug. to. 3. q. 107. col. 104. e. Jam verò si hæc omnia quantumvis dissimilia cum Græco comparentur, vix ab ipso videbuntur discrepare, modò attendantur diversæ Mss. Græcorum lectiones, enim verò si suas habeant Latini, ut supra visum est, suas pariter & Græci, consule edit. LXX. anni 1709. cum variis lectionibus à Lamberto Boz annotatis; ex iis quam mirè, tot variæ Latinorum Patrum scripturæ confirmantur! Sic enim in textu Gr. legitur: Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· γενηθήτωσαν φωστῆρες ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ εἰς φαῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, τοῦ διαχωρίζειν ἀνὰ μέσον τῆς ἡμέρας καὶ ἀνὰ μέσον τῆς νυκτὸς, καὶ ἔστωσαν εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιροὺς, καὶ εἰς ἡμέρας καὶ εἰς ἐνιαυτούς. Verùm ad voces, εἰς φαῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, notatur Ms. Cott. habere simpliciter, φαῦσιν τῆς γῆς, Alexandr. autem addit: καὶ ἄρχειν τῆς ἡμέρας, καὶ τῆς νυκτὸς, καὶ διαχωρίζειν. Oxon. habet cum edit. Compl. ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, ista verò, καὶ ἄρχειν τῆς ἡμέρας, &c. desunt in edd. Compl. & Ald. Porrò ex priori lect. εἰς φαῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, sive cum Ms. Cott. φαῦσιν τῆς γῆς, bene redditur Ambrosii lectio utraque, *ad illuminationem super terram*, seu, *ad illuminationem terræ.* Ex alia Oxon. ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, confirmatur illa Augustini & aliorum, *ut luceant super terram;* ex additis verò in Ms. Alex. Καὶ ἄρχειν τῆς ἡμέρας, &c. firmatur lectio tum Augustini, tum Victoris Afric. *In inchoationem diei & noctis.*

℣. 15. Similiter idem August. l. de Gen. imp. to. 3. col. 106. e. 107. f. nec non l. 1. de Gen. contr. Manich.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Aug. l. 3. de Gen. ad litt. t. 3. p. 1. col. 140. e. 144. d. 145. e. 149. c. 152. e.

16. Et fecit Deus duo luminaria magna ; luminare majus in inchoationem diei, & luminare minus in inchoationem noctis, & ſtellas.

17. Et poſuit ea Deus in firmamento cœli, ut luceant ſuper terram,

18. & ut ſint in inchoationem diei, & noctis, & ut dividant inter lucem, & tenebras. Et vidit Deus quia bonum eſt.

19. Et facta eſt veſpera, & factum eſt manè, dies quartus.

20. Et dixit Deus: Educant aquæ reptilia animarum vivarum, & volatilia ſuper terram, ſecundùm firmamentum cœli. Et factum eſt ſic.

21. Et fecit Deus cetos magnos, & omne animal reptilium, quæ eduxerunt aquæ ſecundùm genus eorum, & omne volatile pennatum ſecundùm genus. Et vidit Deus, quia bona ſunt.

22. Et benedixit ea Deus, dicens: Creſcite, & multiplicamini, & replete aquas in mari; & volatilia multiplicentur ſuper terram.

VULGATA NOVA.

16. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare majus, ut præeſſet diei; & luminare minus, ut præeſſet nocti: & ſtellas.

17. Et poſuit eas in firmamento cœli, ut lucerent ſuper terram,

18. & præeſſent diei ac nocti, & dividerent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quòd eſſet bonum.

19. Et factum eſt veſpere & manè, dies quartus.

20. Dixit etiam Deus: Producant aquæ reptile animæ viventis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cœli.

21. Creavitque Deus cete grandia, & omnem animam viventem atque motabilem, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundùm genus ſuum. Et vidit Deus quòd eſſet bonum.

22. Benedixitque eis, dicens: Creſcite, & multiplicamini, & replete aquas maris: aveſque multiplicentur ſuper terram.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

to. 1. col. 653. b. niſi quòd hoc ultimo loco, pro *ut luceant*, legit, *ſic ut luceant*, paulòque poſt, *& ſic eſt factum*: lib. verò 11. de civit. Dei to. 7. col. 286. d. verſum integrum omittit. Leo Mag. ſer. 26. p. 82. e. ſimpliciter habet: *Et ſint in firmamento cœli, ut luceant ſuper terram.* Gr. Καὶ ἔσωσαν εἰς φαῦσιν ἐν τῷ στερεώματι.... ὥστε, &c. ut in textu Lat.

℣. 16. Eadem rurſus habet Auguſt. l. 1. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 653. b. c. omiſſa voce *magna*, cujus loco ponit, *majus & minus*. Paulò tamen poſt ſimpliciter legit: *Et fecit Deus duo lumin. luminare majus in inchoationem*, &c. at l. de Gen. imp. to. 3. col. 107. g. legit: *Et fecit Deus duo luminaria, luminare majus, initium diei, & luminare minus, initium noctis, & ſtellas;* cui lectioni ſuffragatur Tichon. reg. 5. p. 61. a. Idem Auguſt. l. 2. de Gen. ad lit. to. 3. col. 143. e. obſervat: *Per inchoationem noctis*, non intelligi, *niſi principium, nam & Græcum verbum*, inquit, *hoc magis indicat, cum dictum eſt* ἀρχὴν. Attamen l. 11. de civit. Dei, to. 7. col. 286. d. legiſſe videtur ἀρχὰς, ſic enim habet: *Et fecit Deus duo lumin. magna; luminare majus, in principia, diei, & lumin. minus in principia noctis*, &c. Monent tamen Editores noſtri, hoc & altero Auguſtini loco, Mſſ. plures ferre, *in principio*, non *in principia*. Auct. quæſt. ap. Aug. to. 3. q. 106. & 107. col. 103. a. 104. e. legit: *Luminare majus in inchoationem diei, & lumin. minus in inchoationem noctis.* In Gr. ſic: Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὼς δύο φωσῆρας τὼς μεγάλως· τὸν φωσῆρα τὸν μέγαν εἰς ἀρχὰς τῆς..... εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς καὶ τὼς ἀστέρας.

℣. 17. Idem Aug. l. 1. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 653. c. *Et poſuit illas Deus.... ſic ut luceant ſup. terram:* at l. de Gen. imp. to. 3. col. 108. b. conſtanter ut ſup. *Et poſuit illa Deus.... ut luceant*, &c. & lib. 11. de civit. Dei, to. 7. col. 286. d. f. *Et poſuit illa Deus..... lucere ſup. terram.* Gr. Καὶ ἔθετο αὐτὼς ὁ Θεὸς... ὥστε φαίνειν, &c. utrum verò legendum ſit *illa*, vel *illas*, è Græco erui non poteſt, cùm vox, αὐτὼς, utrique maſculino, ſive φωσῆρας, ſive ἀστέρας, peræque conveniat.

℣. 18. Aug. l. 1. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 653. c. & l. de Gen. imp. to. 3. col. 108. d. diſſimiliter habet: *Et præſint diei & (ac) nocti, & dividant inter diem & noctem*, &c. at l. 11. de civit. Dei to. 7. col. 286. d. f. ad verbum è Græco: *Et præeſſe diei & nocti, & dividere, (al. ſeparare) inter lucem & tenebras*, &c. Gr. Καὶ ἀρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς, καὶ διαχωρίζειν ἀνὰ μέσον τῦ φωτὸς, καὶ ἀνὰ μέσον τῦ σκότες, καὶ, &c.

℣. 19. Itidem Aug. l. 1. de Gen. contr. Manich. col. 653. c. & l. de Gen. imp. col. 108. d. cum Gr.

℣. 20. Ita in Græco ad verbum, excepto uno πετόμενα, annexo voci πετεινὰ, *volatilia*. Idem Aug. l. 1. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 654. c. & l. de Gen. imp. to. 3. col. 108. e. 110. d. legit: *Et dixit Deus: Ejiciant aquæ reptilia animarum vivarum, & volatilia volantia ſuper terram, ſub firmamento cœli, & ſic factum eſt.* Similiter l. 2. Locut. to. 3. col. 325. a. addit verbum *volantia*, ſed legit, *ſecundùm firmamentum.* Item l. 13. conf. to. 1. col. 234. b. habet *volantia*, ſed pro *educant*, vel *ejiciant*, ſcribit, *producant*, ſicut & l. 1. de Gen. contr. Manich. col. 661. b. Tertul. l. contr. Hermog. p. 417. a. ſic: *Et dixit Deus: Producant aquæ repentia animarum vivarum & volatilia volantia ſuper terram, per firmamentum cœli, & factum eſt ſic.* Ambroſ. l. 5. Hexa. col. 79. e. *Producant aquæ reptilia animarum viventium ſecundùm genus, & volatilia volantia ſuper terram, ſecundùm firmamentum cœli.* Eadem repetit infra, col. 95. 96. a. & 98. d. niſi quòd pro *ſecundùm firmamentum*, ponit, *ſecus firmamentum cœli*, additque iterum, *ſecundùm genus*, ſimiliter & col. 108. c. cum hac tamen inverſione vocum: *ſuper terram, ſecundùm genus, ſecus firmamentum cœli*, & l. 2. Hexa. col. 30. c. habet, *volatilia circa firmamentum cœli.* At. l. de Incarn. col. 726. a. ſic: *Producant aquæ repentia animarum viventium & volatilia volantium*; ſimiliter l. de eleem. & jejun. c. 4. col. 537. f. 538. a præter hæc, *volantia ſuper terram*, hoc addito, *ſecundùm firmamentum cœli.* At l. 3. de ſacram. col. 361. d. ſimpliciter habet: *Producant aquæ animantia.* Optat. l. 5. contr. Donat. p. 80. c. 81. a. *Educant aquæ natantia, volatilia.* Caſſiod. in Pſ. 80. p. 277. c. ut ſup. *Producant aquæ reptilia animarum vivarum.*

℣. 21. Eadem repetit Auguſt. infra, col. 152. e. niſi quòd pro *omne animal reptilium*, habet *omnem animam animalium reptilium.* Similiter l. de Gen. imp. to. 3. col. 110. e. g. paucis mutatis: *Et fecit Deus cetos magnos, & omnem animam animalium repentium, quæ ejecerunt aquæ ſecund. genus eor. & omne volat. pennatum ſecund. genus ſuum; & vidit Deus quia bonum eſt.* Item l. 1. de Gen. contr. Manich. col. 654. c. *Et fecit Deus cetos mag. & omnem animam animalium, & repentium, quæ ejecerunt aquæ ſecundùm unius cujuſque genus, & omne genus volatile pennatum, ſecundùm genus; & vidit Deus quia bona ſunt.* Tertull. l. contr. Hermog. p. 417. a. *Et fecit Deus cetos magnos, & omnem animam animalium repentium, quæ produxerunt aquæ ſecundùm genus ipſorum*, & ſup. p. 414. b. *Et vidit Deus quia bona.* Similiter Ambr. l. de Elia & jejun. col. 537. f. *Et vidit Deus quia bona.* Auct. quæſt. apud. Aug. to. 3. q. 106. col. 103. b. *Et vidit Deus quia bona ſunt.* Gr. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ κήτη τὰ μεγάλα, καὶ πᾶσαν ψυχὴν ζώων ἑρπετῶν, ἃ ἐξήγαγε τὰ ὕδατα κατὰ γένη αὐτῶν (codd. Clem. & Vatic. κατὰ τὸ γένος αὐτῶν) καὶ πᾶν πετεινὸν πτερωτὸν κατὰ γένος· καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλά.

℣. 22. Aug. infra, col. 153. c. poſt verbum, *multiplicamini*, habet, *& implete aquas maris.* Eadem reponit l. 1. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 654. c. 661. a. & l. de Gen. imp. to. 3. col. 110. g. 111. a. & in Pſ. 66. to. 4. col. 663. b. cum hac voce *maris.* Ambr. verò l. de Incarn. col. 726. & l. de Elia & jejun. col. 537. f. 538. a. *Et benedixit ea dicens: Creſcite & multiplicamini, & replete aquas, quæ ſunt in mari; & volatilia multiplicentur ſuper terram.* Similiter habet Tertul. l. contr. Hermog. p. 414. b. *& benedixit ea Deus:* & l. 2. adv. Marc. p. 648. b. addit: *creſcite tantùm & multiplicamini:* lib. verò de anima p. 490. c. 491. a. *creſcite, & in multitudinem proficite.* Auct. quæſt. apud. Aug. to. 3. q. 127. col. 138. d. *Et benedixit illa Deus, creſcite & multiplicamini ſuper terram.* Gr. Καὶ εὐλόγησεν αὐτὰ ὁ Θεὸς, λέγων· Αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὰ ὕδατα ἐν ταῖς θαλάσσαις (al. τὰ ἐν ταῖς θαλάσσαις) καὶ τὰ πετεινὰ πληθυνέσθωσαν ἐπὶ

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

23. Et factum est vespere & manè, dies quintus.

24. Dixit quoque Deus: Producat terra animam viventem in genere suo, jumenta, & reptilia, & bestias terræ secundùm species suas. Factumque est ita.

25. Et fecit Deus bestias terræ juxta species suas, & jumenta, & omne reptile terræ in genere suo. Et vidit Deus quòd esset bonum,

Infr. 5. 1. 26. & ait: Faciamus hominem ad imagi-
9. 6. nem & similitudinem nostram: & præsit piscibus
1. Cor. maris, & volatilibus cœli, & bestiis, universæ-
11. 7. que terræ, omnique reptili quod movetur in
Col. 3. terra.
10.

Sap. 2. 27. Et creavit Deus hominem ad imaginem
23. suam: ad imaginem Dei creavit illum, masculum
Eccli. & feminam creavit eos.
17. 1.

VERSIO ANTIQUA.

23. Et facta est vespera, & factum est manè, dies quintus.

Ex Aug l. 3. de Gen. ad litt. t. 3. p. 1. col. 145. e. 151. c. d. 156. b.

24. Et dixit Deus: Educat terra animam vivam secundùm genus; quadrupedia, & reptilia, & bestias terræ secundùm genus, & pecora secundùm genus. Et factum est sic.

25. Et fecit Deus bestias terræ secundùm genus, & pecora secundùm genus, & omnia reptilia terræ secundùm genus. Et vidit Deus quia bona sunt.

26. Et dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & dominetur piscium maris, & volatilium cœli, & omnium pecorum, & omnis terræ, & omnium reptilium repentium super terram.

27. Et fecit Deus hominem; ad imaginem Dei fecit eum: masculum & feminam fecit eos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

τῆς γῆς. Aug. l. de Gen. imp. col. 111. b. ad verba, *tresçite & multiplicamini, & implete*, observat *non in eadem persona usque ad finem benedictionis* veniri; *sequitur enim*, inquit, *& volatilia multiplicentur super terram.* Non dixit: *Multiplicamini super terram:* Et post pauca observat sequi in textu: *Et factum est sic;* en verba: *Quomodo uno die potuerunt & concipere.... & implere aquas maris, & multiplicari super terram? Ita enim subjungitur:* Et sic factum est, *ante vesperæ adventum.* Et infra, relatis his verbis, *& facta est vespera, & factum est manè dies quintus*, statim adjungit: *Hîc postquam dixit:* Et sic factum est, *non subdidit, sicuti solet, exsecutionem, quasi iterum facta sint, jam enim superiùs dictum erat..... nec illud dictum est:* Et vidit Deus quia bonum est, *jam enim res ipsa placuerat.... nihil hîc itaque repetitum est, nisi quòd ait:* & factum est sic; *statimque subjectum de vespera & manè.* Quo ex fonte hanc periodum, *& factum est sic*, mutuatus fuerit Augustinus, me fugit: facilè crediderim hanc ab ipso relatam ex antecedentibus, si quidem hîc vel in Hebræo, vel in Græco, vel in Patrum scriptis, vel alibi apud ipsum Augustinum non invenitur, immo & supra ℣. 20. hæc verba, καὶ ἐγένετο οὕτως, notantur virgula ÷ in Hexaplis Orig.

℣. 23. Ita constanter August. tum l. 1. de Gen. contr. Manich. col. 654. d. tum l. de Gen. imp. to. 3. col. 111. e. nec aliter in Græco.

℣. 24. Idem Aug. l. 1. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 654. f. *Et dixit Deus: Ejiciat* (infr. col. 661. a. *producat*) *terra animam vivam secundùm unum quodque genus, quadrupedum, & serpentium, & bestiarum terræ, & sic est factum:* & l. de Gen. imp. to. 3. col. 111. g. *Et dixit Deus: Ejiciat terra animam vivam secundùm suum genus, quadrupedum, & serpentium, & bestiarum terræ secundùm genus, & pecora secundùm genus, & factum est sic.* Tertul. l. contr. Hermog. p. 417. a. 419. a. *Et dixit Deus: Producat terra animam viventem* (al. *vivam*) *secundùm genus, quadrupedia, & repentia, & bestias terræ secundùm genus ipsorum.* (al. deest *ipsorum.*) Ambros. l. 6. Hexa. c. 2. col. 114. f. *Producat terra animam viventem secundùm genus*, quæ rursum refert l. de Parad. c. 9. col. 165. b. addit verò priori loco: *Quadrupedes, & serpentes, & bestias terræ, & pecora secundùm genus, & omnia reptilia;* deinde sic: *& fecit Deus*, &c. omissâ periodo, *& factum est sic.* Monent autem ibid. Editores nostri, hæc ita haberi in pluribus & potioribus Mss. Ambrosii, in aliis verò sicut in editt. *Et bestias terræ secundùm genus, & pecora secundùm genus, & repentia terræ ad genus:* in Rom. edit. *secundùm genus*, quæ etiam sola addit: *& factum est sic.* In Gr. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν κατὰ γένος· τετράποδα, καὶ ἑρπετὰ, καὶ θηρία τῆς γῆς κατὰ γένος· καὶ ἐγένετο οὕτως. sed Ms. Oxon. post verba, καὶ θηρία τῆς γῆς, addit, καὶ τὰ κτήνη κατὰ γένος καὶ πάντα τὰ τετράποδα τῆς γῆς, Compl. καὶ τὰ κτήνη, καὶ πάντα τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς κατὰ γένος αὐτῶν.

℣. 25. Ita rursum Aug. l. 1. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 654. f. 655. a. præter vocem *repentia*, pro *reptilia:* at l. de Gen. imp. to. 3. col. 112. b. legit *serpentia*, non *repentia*, paulòque post: *Et vidit Deus quia bonum est*; reliqua ut sup. Ambros. l. 6. Hexa. col. 114. f. *Et fecit Deus bestias terræ, & omnia pecora ad genus, & omnia repentia terræ ad genus, & vidit Deus quia bona.* Gr. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ θηρία τῆς γῆς κατὰ γένος, καὶ τὰ κτήνη κατὰ γένος αὐτῶν (in Ms. Alex. deest αὐτῶν) καὶ πάντα τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς κατὰ γένος· καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλά.

℣. 26. Eadem leguntur infra l. 6. col. 198. g. 202. b. nisi quòd pro *dominetur*, ponit August. *habeat potestatem*; & loco *reptilium repentium*, legit *repentium quæ repunt*, seu *reptilium quæ repunt:* similiter l. 1. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 655. f. 656. a. *Et dixit Deus: Faciamus..... & habeat potestatem piscium maris, & volatil. cœli, & omnium pecorum, & ferarum, & omnis terræ, & omnium reptilium quæ super terram repunt.* Et quæst. 153. in Gen. to. 3. col. 416. b. *Faciamus.... & habeat potestatem piscium..... & omnium pecorum quæ sunt super terram.* Lib. autem 19. de civit. Dei, to. 7. col. 559. f. scribit: *Dominetur piscium, & volatilium cœli, & omnium repentium quæ repunt super terram:* & tract. 8. in 1. Joh. to. 3. col. 880. d. *& habeat potestatem piscium..... cœli, & omnium pecorum quæ repunt super terram.* Vetus Irenæi Interp. l. 3. p. 220. c. & l. 4. p. 253. c. & l. 5. p. 293. a. *Faciamus hominem ad imag. & similitud. nostram;* at l. 5. p. 312. b. *faciamus hom. secundùm imaginem & similitud. nostram.* Tertul. l. de resur. carn. p. 568. b. c. & l. 2. adv. Marc. p. 645. b. & contr. Prax. p. 848. c. & l. de Pudicit. p. 1009. b. *Faciamus hominem ad imag. & similit. nostram.* Item l. de anima, p. 491. a. ubi addit, *& præsint piscibus maris.* Similiter habet Cypr. l. de hab. virg. p. 178. a. *Faciamus hom. ad imaginem & similit. nostram.* Item Hilar. in Ps. 118. col. 299. a. d. & l. 3. de Trin. col. 822. a. 837. e. 838. a. sicut Ambr. l. 3. Hexa. col. 45. c. 130. e. & l. de fug. sæc. col. 421. f. & alibi passim: at l. 6. Hexa. col. 127. f. 128. b. sic: *Faciamus hom. ad imaginem nostram & similitud. nostram:* & in Ps. 1. col. 743. c. legit, *secundùm imaginem nostram & similitud. nostram:* lib. verò 1. offic. col. 35. f. 36. a. *Faciamus hominem ad imaginem nostram, & secundùm similitudinem*, additque, *& habeat potestatem piscium maris, & volatilium cœli, & pecorum, & omnium repentium super terram:* & in Ps. 118. dicit: *dominabuntur*, vel *principatum habebunt.* Hieron. ep. ad Cypr. to. 2. col. 695. b. & Epist. ad Damas. to. 3. col. 525. a. *Faciamus hom. ad imag. & similit. nostram.* Itidem Fulgent. l. de Trin. p. 331. Philast. Brix. de Hæres. p. 708. f. 715. a. Faustin. Presb. contr. Arian. p. 638. f. Vigil. Tapsi. contr. Varimad. p. 738. a. Auct. l. de prædict. apud Prosp. p. 1. c. 1. col. 92. c. & Junil. Afric. l. 2. c. 19. to. 10. Bibl. PP. p. 347. g. Sic etiam Auct. quæst. vet. Test. apud Aug. to. 3. q. 45. col. 58. e. qui paulò post addit: *Et dominetur piscium maris, & volatilium cœli, & totius terræ;* at infra, q. 106. col. 103. c. *Et habeat protestatem super omnia quæ facta sunt super terram.* Victorin. Afr. l. de principio diei, p. 294. a. & l. 3. adv. Arium p. 278. e. 283. a. habet ut sup. *Faciamus hom. ad imag. & similitud. nostram.* At l. 1. adv. Arium, legit, *juxtà imaginem*, &c. & p. 259. b. *secundùm imaginem nostram, & secundùm similitudinem.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 42. p. 181. b. *secundùm imaginem & similitud. nostram.* Gr..... καθ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν κτηνῶν, (Ms. Clem. καὶ πάντων τῶν κτηνῶν), καὶ πάσης τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς.

℣. 27. Similiter habet Tertul. l. contr. Hermog. p. 418. a. b. & contr. Prax. p. 848. c. *Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum:* at l. de resurr. carn. p. 568. b. *Et finxit Deus hominem*, paulòque post: *Et fecit hominem Deus, id utique quod finxit, ad imaginem Dei fecit illum:* & l. de pudic. p. 1009. b. *Et fecit hominem Deus, ad imaginem & similitudinem Dei fecit illum.* Cæteri plures Augustiniano textui assentiunt, nempe No-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Aug. l. 3. de Gen. ad litt. t. 3. p. 1. col. 156. b.

28. Et benedixit eos Deus dicens: Creſcite, & multiplicamini, & implete terram; & dominamini ejus, & principamini piſcium maris, & volatilium cœli, & omnium pecorum, & omnis terræ, & omnium reptilium repentium ſuper terram.

29. Et dixit Deus: Ecce dedi vobis omne pabulum ſeminale, ſeminans ſemen quod eſt ſuper omnem terram; & omne lignum, quod habet in ſe fructum ſeminis ſeminalis, vobis erit ad eſcam:

30. & omnibus beſtiis terræ, & omnibus volatilibus cœli, & omni reptili repenti ſuper terram, quod habet in ſe ſpiritum vitæ, & omne pabulum viride in eſcam. Et factum eſt ſic.

31. Et vidit Deus omnia quæ fecit; & ecce bona valde. Et facta eſt veſpera, & factum eſt manè, dies ſextus.

VULGATA NOVA.

28. Benedixitque illis Deus, & ait: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubjicite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & univerſis animantibus, quæ moventur ſuper terram. *Matt. 19. 4. Inſr. 8. 17. 9. 1.*

29. Dixitque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & univerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, ut ſint vobis in eſcam: *Inſr. 9. 3.*

30. & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cœli, & univerſis quæ moventur in terra, & in quibus eſt anima vivens, ut habeant ad veſcendum. Et factum eſt ita.

31. Viditque Deus cuncta quæ fecerat: & erant valde bona. Et factum eſt veſpere & manè, dies ſextus. *Eccli. 39. 21. Marc. 7. 37.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

vatian. l. de Trin. p. 1047. a. Hilar. l. 4. de Trin. col. 838. e. Ambroſ. in Pſal. 1. col. 743. c. Victorin. Afr. l. de principio diei, p. 294. a. Hieron. ep. ad Cypr. to. 2. col. 695. b. Ambroſiaſt. p. 273. a. Fauſtin. Presb. contr. Arian. p. 638. g. Auctor quæſt. vet. Teſt. q. 21. & 45. col. 49. g. 58. g. & Fulg. contr. Fab. frag. 21. p. 605. a. Sic etiam Philaſt. Brix. de Hæreſ. p. 712. g. niſi quòd loco, *ad imag. Dei*, &c. legit, *ad imaginem ſuam fecit eum.* Vigil. Tapſ. l. contr. Varimad. p. 750. f. *Et fecit Deus hominem ad imaginem ſuam.* Gr. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν, &c. ut in textu Aug.

℣. 28. Itidem Aug. infra l. 6. col. 198. c. uno excepto, *& habete poteſtatem*, loco *principamini.* Item col. 202. b. *Creſcite & multiplicamini & replete..... & habete poteſtatem piſcium..... & omnium repentium quæ repunt ſuper terram.* Ita quoque l. 14. de civit. Dei, to. 7. col. 372. e. *Et benedixit eos Deus dicens: Creſcite & multiplic. & implete terram, & dominamini ejus.* At l. 1. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 657. b. *Et benedixit eos Deus dicens: Creſcite & multiplic. & generate, & replete terram:* & poſt pauca: *Habete poteſtatem piſcium maris, & volatilium cœli, & repentium omnium quæ repunt ſuper terram.* Vetus Irenæi Interp. l. 4. col. 240. b. *Creſcite & multiplicamini.* Similiter habet Tertul. l. 1. adv. Marc. p. 930. b. c. & l. de exhort. caſt. p. 941. b. & l. de pudicit. p. 1009. c. ſed l. de Monog. p. 954. b. legit, *Creſcite & redundate.* Hilar. in Pſ. 66. col. 185. e. *Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & dominamini ejus.* Gaud. Brix. ſer. 8. p. 953. f. *implete.* Ambroſ. l de Noë & Arca, col. 263. f. *Et benedixit eis dicens: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & dominam. ejus, & poteſtatem habete ſuper piſces maris, & volatilia, & beſtias terræ, & reptilia*: & lib. 2. de Abrah. col. 328. f. 329. a. *Creſcite & multiplic. & replete terram, & dominamini in eam, & imperate piſcibus maris, & volatilibus cœli, & omnibus pecoribus, & omni terræ, & omnibus ſerpentibus qui ſuper terram.* At lib. de Elia & jejun. col. 557. b. legit: *Dominamini piſcium maris;* & l. de Parad. col. 168. b. *Habete poteſtatem piſcium maris, & volatilium cœli, & omnium repentium quæ repunt ſuper terram.* Græc. textui Auguſtiniano favet ad verbum.

℣. 29. Eadem repetit infra l. 6. col. 202. b. 228. a. præter hæc: *Et omne lignum fructiferum, quod habet..... ſeminalis, quod erit vobis ad eſcam;* at. l. 4. contr. Julian. to. 10. col. 617. d. *Ecce dedi vobis omne fœnum ſativum, ſeminans ſemen, quod eſt ſup. omnem terram; & omne lignum, quod habet in ſe fructum ſeminis ſativi, vobis erit in eſcam.* Tertul. l. adv. Pſych. p. 983. b. *Ecce dedi vobis omne fœnum ſementivum ſeminans ſemen, quod eſt ſuper terram; & omne lignum quod habet in ſemetipſo fructum ſeminis ſementivi, vobis erit in eſcam.* Victorin. Afr. l. de princip. diei, p. 294. a. non *fœnum* habet, ſed *pabulum ad eſcam.* Ambroſ. l. de viduis, to. 2. col. 187. b. *Omne lignum, quod habet in ſe fructus ſeminis ſativi, erit vobis in eſcam.* Gr..... ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πάντα χόρτον σπόριμον σπεῖρον σπέρμα, ὃ ἐστιν ἐπάνω πάσης τῆς γῆς· καὶ πᾶν ξύλον, ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ καρπὸν σπέρματος σπορίμου, ὑμῖν ἔσαι εἰς βρῶσιν. In Ald. & Compl. deeſt πάσης, ante τῆς γῆς.

℣. 30. Idem Auguſt. l. 4. contr. Julian. to. 10. col. 617. d. *Et omnibus beſtiis terræ, & omnib. volatilib. cœli, & omni ſerpenti repenti ſuper terram quod habet in ſe animam vitæ, & omne fœnum viride in eſcam*, &c. Ita quoque in Græco ad verbum, niſi excipias unum, ἑρπετῷ, pro *ſerpenti*, melius *reptili*, ut ſup. Mſ. Oxon. loco ψυχὴν ζωῆς, *animam vitæ*, habet πνοὴν ζωῆς, *ſpiritum vitæ*, ut etiam ſupra. Ambroſ. l. de viduis to. 2. col. 187. b. ſic: *Et omnibus beſtiis, & omnibus avibus, & omnibus ſerpentibus ſuper terram.*

℣. 31. Sic iterum Auguſt. l. 11. de civit. Dei, to. 7. col. 289. e. uſque ad vocem, *valde*; at l. 1. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 658. a. legit: *Et vidit Deus omnia quæcunque fecit, eſſe bona valde.* Ambroſ. l. de Parad. col. 165. f. *Vidit Deus omnia quæ fecit: & ecce erant bona valde.* Itidem Vigil. Tapſ. l. 3. de Trin. detracto verbo *erant.* Ita quoque habet Fulgent. l. 1. ad Monim. c. 18. p. 14. Gaudentius verò Brix. l. de Machab. p. 967. b. *Et erant valde bona.* Philaſtr. Brix. l. de Hæreſ. p. 710. a. *Ecce enim omnia valde erant bona.* S. Eucher. quæſt. in Gen. p. 840. c. *Et vidit Deus quia bona ſunt valde.* Anon. ſer. 1. append. to. 5. Aug. col. 3. a. *Et vidit Deus quæ fecit, & ecce bona valde.* S. Petr. Chryſol. ſer. 89. & 96. p. 915. e. 920. d. *Et vidit Deus omnia quæcunque fecit, & ecce valde bona.* Ita quoque in Græco. Victorin. Afer l. de princip. diei, p. 294. a. addit: *Et factum eſt veſpere, & manè dies ſextus.* Gr. bis ponit, καὶ ἐγένετο, ut ſup. in textu.

CAPUT II.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Aug. l. 4. de Gen. ad lit. t. 3. p. 1. col. 159. e. 162. e. 166. f. 173. g. & l. 6. 204. e.

1. ET conſummata ſunt cœlum & terra, & omnis ornatus eorum.

2. Et conſummavit Deus in die ſexto opera ſua quæ fecit: & requievit Deus in die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis quæ fecit.

VULGATA NOVA.

1. IGitur perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum.

2. Complevitque Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat: & requievit die ſeptimo ab univerſo opere quod patrarat. *Exod. 20. 11. 31. 17. Deut. 5. 14. Heb. 4. 4.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Eadem rurſus habet Auguſt. infra l. 6. col. 204. b. Si excipiatur, *compoſitio illorum*, loco *ornatus eorum.* Vet. Irenæi Interp. l. 5. c. 28. p. 327. legit ut ſup. *Et conſummata ſunt..... & omnis ornatus eorum;* nec aliter in Græco.

℣. 2. Auguſt. infra conſtanter habet: *Et conſummavit Deus in die ſexto*, &c. & l. 22. de civit. Dei, c. 30. to. 7. col. 701. f. addit: *Et requievit Deus die ſeptimo*, &c. ut ſup. Vetus Iren. Interpr. l. 5. de Hæreſ. p. 327. *Et conſummavit Deus die ſexto omnia opera ſua quæ fecit; & requievit in die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis quæ fecit.* Adimantus ap. Auguſt. to. 8. col. 112. b. *Et conſummavit Deus*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

3. Et benedixit diei ſeptimo ; & ſanctificavit illum : quia in ipſo ceſſaverat ab omni opere ſuo quod creavit Deus ut faceret.

4. Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ, quando creata ſunt, in die quo fecit Dominus Deus cœlum & terram :

5. Et omne virgultum agri antequam oriretur in terra, omnemque herbam regionis priuſquam germinaret : non enim pluerat Dominus Deus ſuper terram, & homo non erat qui operaretur terram :

6. Sed fons aſcendebat è terra, irrigans univerſam ſuperficiem terræ.

7. Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem.

1. Cor. 15. 45.

VERSIO ANTIQUA.

3. Et benedixit Deus diem ſeptimum, & ſanctificavit eum ; quia in ipſo requievit ab omnibus operibus ſuis quæ inchoavit Deus facere.

4. Hic eſt liber creaturæ cœli & terræ : cùm factus eſt dies, fecit Deus cœlum & terram :

5. Et omne viride agri, antequam eſſet ſuper terram, & omne fœnum agri, antequam exortum eſt : non enim pluerat ſuper terram Deus ; & homo non erat qui operaretur terram :

6. Fons autem adſcendebat de terra, & irrigabat omnem faciem terræ.

7. Et finxit Deus hominem pulverem de terra ; & inſufflavit in faciem ejus flatum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem.

Ex Aug. l. 4. & 5. de Gen. ad litt. t. 3. p. 1. col. 159. e. 181. d. 190. f. 196. g. 197. a. l. 6. 197. c.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

die ſexto omnia opera ſua quæ fecit ; & in die ſeptimo requievit ab eiſdem omnibus operibus quæ fecerat. Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. p. 509. a. *Et conſummavit Deus in die ſexto opera ſua quæ fecit :* ubi *pro die ſexto*, inquit, *in Hebræo habet diem ſeptimam.* Tertul. l. contr. Hermog. p. 423. a. *Septima die requievit ab operibus.* Ambroſ. Epiſt. 44. to. 2. col. 978. f. *Requievit ab omnibus operibus ſuis in die ſeptima.* Gr. textui Auguſtin. congruit, niſi quòd in ipſo deeſt, *Deus in*, poſt *requievit ;* ſed in ed. Compl. habetur, ἠ κατέπαυσεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ, &c.

℣. 3. Eadem referuntur ab Auguſt. l. 22. de civit. Dei, c. 30. to. 7. col. 701. f. excepto, *in eo*, pro *in ipſo.* Ita quoque in Græco ad verbum. Huc redeunt quæ Tertul. habet, l. contr. Jud. c. 4. p. 137. c. *Dicunt Judæi*, inquit, *quòd à primordio ſanctificaverit Deus diem ſeptimum, requieſcendo in eo ab omnibus operibus ſuis quæ fecit.* Hilar. in Pſ. 41. col. 235. f. *Et requievit Deus in die ſeptima ab omnibus operibus ſuis, quæ inchoavit facere.* Gaud. Brix. ſer. 10. p. 959. e. *Et benedixit Deus diem ſeptimum, & ſanctificavit eum ; quia in eo requievit ab omnibus operibus ſuis, quæ cœperat Deus facere.*

℣. 4. Auguſt. infra, col. 181. e. habet : *Hic eſt liber creaturæ, vel facturæ cœli & terræ*, &c. ſed poſt pauca paſſim, *hic eſt liber creaturæ cœli*, &c. ut in textu. Item l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 663. d. legit : *Hic eſt liber creaturæ cœli & terræ, cùm factus eſſet dies, quo fecit Deus cœlum & terram :* & col. 665. f. *Factus eſt ergo dies, quo die fecit Deus cœlum & terram.* Ambroſ. verò in Luc. 15. to. 1. col. 1464. e. *Hic dies generationis cœli & terræ, cùm facta ſunt ; qua die fecit Deus cœlum & terram.* Gr. Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὅτε ἐγένετο· ἧ ἡμέρᾳ ἐποίησε κύριος ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. In ed. Ald. ἐγένετο ἡ ἡμέρα ἧ, quæ lectio poſteriorem Auguſtini lectionem confirmat. In ed. Compl. & Mſ. Oxon. deeſt vox, κύριος, ſicut in Lat.

℣. 5. Similiter habet Aug. infra, col. 190. f. præter hæc, *antequam exoriretur ; non enim pluerat Deus ſup. terram, nec erat homo qui*, &c. at infra col. 196. g. conſtanter legit, *exortum eſt ;* paulòque poſt addit, ut loco præced. *non enim pluerat Deus..... nec erat homo*, &c. col. verò 184. d. 199. a. legit : *antequam exoriretur.* Eadem profert idem Auguſt. l. 2. contr. Manich. to. 1. col. 663. d. hoc diſſimili modo : *Et omnia viridia agri, antequam eſſent ſuper terram, & omne pabulum agri, antequam germinaret ; nondum enim pluerat Deus ſuper terram, nec erat homo qui operaretur in ea.* At infra, col. 665. f. *Et omne viride agri, antequam eſſent*, &c. & lib. Locut. to. 3. col. 325. b. ad hoc, *& homo non erat operari terram*, obſervat Latinos codices habere, *qui operaretur terram.* Vet. Irenæi Interp. l. 3. c. 21. p. 218. a. habet : *Nondum enim pluerat Deus, & homo non erat operatus terram.* Ambroſ. in Luc. 15. to. 2. col. 1464. e. legit, *Et omne viride agri* : & l. de Noë & Arca c. 24. col. 264. a. alludens dicit : *Non erat pluvia ſuper terram, nec homo terram operabatur.* Gr. Καὶ πᾶν χλωρὸν ἀγρὸν πρὸ τοῦ γενέσθαι ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πάντα χόρτον ἀγροῦ πρὸ τοῦ ἀνατεῖλαι· οὐ γὰρ ἔβρεξεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἄνθρωπος οὐκ ἦν ἐργάζεσθαι αὐτήν. Mſ. Alex. ἐργάζεσθαι τὴν γῆν.

℣. 6. Itidem Aug. infra, & l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 663. d. & l. 13. de civit. Dei, to. 7. col. 345. d. nec aliter in Græco.

℣. 7. Ita Aug. è Græco, verbum pro verbo. Sic etiam iterum legit infra, l. 7. col. 211. e, præter verbum, *flavit*, pro *inſufflavit* ; at col. 213. a. *ſufflavit*, & in fine *animam vivam :* lib. verò 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 663. d. ſic habet : *Et tunc finxit Deus hominem de limo terræ, & inſufflavit*, &c. ut in textu. At l. 13. de civit. Dei, cap. 24. to. 7. col. 345. c. d. ita legit : *Et formavit Deus hominem pulverem de terra ;* deinde ſic pergit : *Quod quidam planius interpretandum putantes, dixerunt :* Et finxit Deus hominem de limo terræ ; *quoniam ſuperiùs dictum fuerat :* Fons autem aſcendebat de terra, & irrigabat, &c. *ut ex hoc limus intelligendus videretur, humore ſcilicet, terrâque concretus. Ubi enim hoc dictum eſt, continuò ſequitur :* Et formavit Deus hominem pulverem de terra, *ſicut Græci codices habent, unde in Latinam linguam ſcriptura iſta converſa eſt.* Et l. 7. de Gen. ad litt. col. 211. g. ut ſequentia verba confirmet : *flavit vel ſufflavit in fac. ejus flatum vitæ*, hæc addit : *Nonnulli enim codices habent* ſpiravit, *vel* inſpiravit in faciem ejus ; *ſed cùm Græci habeant*, ἐνεφύσησεν, *non dubitatur*, flavit, *vel* ſufflavit, *eſſe dicendum.* Attamen loco cit. de civit. Dei, col. 346. d. e. utrumque admittere videtur dicens : *Et finxit Deus hom. pulverem de terra, & inſufflavit, ſive inſpiravit in faciem ejus ſpiritum vitæ.* Ad hanc autem vocem, *ſpiritum*, hæc habet : *Non ait Græcus πνεῦμα, ſed πνοήν, quod nomen in creatura, quàm in creatore frequentiùs legitur : unde nonnulli etiam Latini propter differentiam hoc vocabulum, non ſpiritum, ſed flatum appellare maluerunt.* Attamen quæſt. 9. in Gen. to. 3. col. 381. g. legit ipſe : *Et inſufflavit Deus in faciem ejus ſpiritum vitæ ;* ſicut & l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 668. e. 669. b. ubi loco *in faciem ejus*, habet *in eum ;* & in fine conſtanter, *animam viventem*, non *vivam.* Gr. ζῶσαν. Tertul. l. de reſur. carn. p. 568. b. *Et finxit Deus hominem limum de terra, & inſufflavit in faciem ejus flatum vitæ, & factus eſt homo (id eſt limus) in animam vivam.* Alio etiam modo cum Auguſt. legit l. contr. Hermog. p. 418. a. b. *Et finxit Deus hom. de limo terræ, & afflavit in faciem ejus flatum vitæ*, &c. ut ſup. & infra p. 419. c. *Fecit Deus hom. de terra, & afflavit in fac. ejus flatum*, &c. at l. 1. contr. Marc. p. 628. c. *Et fecit hominem Deus limum de terra ;* ſemper autem vocem, *vivam* in fine retinet, ſicut l. 2. p. 647. a. b. ubi tamen & inter fragm. p. 927. c. non *afflavit*, aut *inſufflavit*, ſed *flavit* ſimpliciter ponit, nec non l. de anima, p. 490. c. Vet. Irenæi Interp. paululum differt à ſuperioribus, ſcilicet l. 5. c. 15. p. 311. e. ubi ſic legit : *Et ſumpſit Dominus limum de terra, & plaſmavit hominem.* At l. 4. c. 20. p. 253. b. & l. 5. c. 7. p. 300. d. ſic habet : *Et plaſmavit Deus hominem, limum terræ accipiens, & inſufflavit in faciem ejus flatum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem ;* ſeu ut l. 2. c. 34. p. 169. b. *in animam vivam.* Item Rufin. in expoſ. ſymb. *Accipiens Deus limum terræ, plaſmavit hominem.* Philaſtr. Brix. l. de Hæreſ. p. 713. a. *Et accepit Dominus terram de limo, & plaſmavit hominem quem fecit.* Hilar. in Pſ. 118. col. 299. e. *Et accepit Deus pulverem de terra, & finxit hominem*, paulòque poſt addit : *Et inſpiravit in eum ſpiritum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem.* Similiter Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1091. e. *Accepit Deus pulverem de terra, & plaſmavit hominem.* At ſeqq. locis poſteriorem Auguſtini lectionem admittit, nempe l. de Noë & Arca, c. 24. col. 264. a. 266. b. ubi ſic : *De limo terræ finxit Deus hominem, & inſufflavit in faciem ejus ſpiritum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem.* Similiter in Luc. 2. & 22. col. 1309. f. 1524. d. *Finxit Deus hom. de limo terræ, & inſufflav. in fac. ejus flatum vitæ ;* at in Pſ. 118. col. 1091. d. *Inſpiravit in eum Deus ſpiritum vitæ, & factus eſt homo in anim. viventem*, quam vocem *ſpiritum* pariter admittit, l. de bono mort. c. 9. col. 405. d. Hieron. verò in Iſai. 57. to. 3.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Aug. l. 6. 8. de Gen. ad lit. t. 3. p. 1. col. 199. c. 227. f. 228. d. 230. f. 231. e. 8. Et plantavit Deus paradiſum in Eden ad Orientem: & poſuit ibi hominem quem finxerat.	8. Plantaverat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio: in quo poſuit hominem quem formaverat.
9. Et ejecit Deus adhuc de terra omne lignum pulchrum ad aſpectum, & bonum ad eſcam: & lignum vitæ in medio paradiſi, & lignum ſcientiæ dignoſcendi bonum & malum.	9. Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuave: lignum etiam vitæ in medio paradiſi, lignumque ſcientiæ boni & mali.
10. Flumen autem exiit de Eden, quod irrigabat paradiſum, & inde diviſum eſt in quatuor partes.	10. Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde dividitur in quatuor capita.
11. Ex his uni nomen eſt Phiſon; hoc eſt quod circuit totam terram Evilath, ubi eſt aurum:	11. Nomen uni Phiſon: ipſe eſt qui circuit omnem terram Hevilath, ubi naſcitur aurum: *Eccli. 24. 35.*
12. Aurum autem terræ illius bonum; & ibi eſt carbunculus, & lapis praſinus.	12. Et aurum terræ illius optimum eſt: ibi invenitur bdellium, & lapis onychinus.
13. Et nomen flumini ſecundo Geon; hoc eſt quod circuit totam terram Æthiopiæ.	13. Et nomen fluvii ſecundi Gehon: ipſe eſt qui circumit omnem terram Æthiopiæ.
14. Flumen autem tertium Tigris; hoc eſt quod fluit contra Aſſyrios. Flumen autem quartum Euphrates.	14. Nomen verò fluminis tertii, Tygris: ipſe vadit contra Aſſyrios. Fluvius autem quartus, ipſe eſt Euphrates.
15. Et ſumpſit Dominus Deus hominem quem fecit, & poſuit eum in paradiſo, ut operaretur & cuſtodiret:	15. Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis, ut operaretur & cuſtodiret illum:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

p. 423. f. *Inſufflavit Deus flatum vitæ, & factus eſt homo in anim. viventem.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 326. b. *Inſpiravit Dominus in faciem Adæ inſpirationem vitæ; & factus eſt homo in anim. viventem*; at ſup. p. 324. a. habet *ſpiravit*. Avit. Vienn. ep. 1. p. 4. b. *Fecit Deus hom. de limo terræ, & inſpiravit*, &c. ut in Vulg. paulò verò ſup. legit: *Inſufflavit Deus ſpiritum in animam vitæ.* Auct. quæſt. Vet. & N. Teſt. apud Auguſt. to. 3. q. 3. p. 143. e. *Inſpiravit Deus in faciem ejus ſpiritum vitæ*; at infra, p. 144. b. ſubdit: *Frequenter tamen aliqui codices non ſic habent, quia inſpiravit Deus; ſed inſufflavit Deus in faciem ejus ſpiritum vitæ; & factus eſt homo in anim. viventem.*

℣. 8. Similiter habet Auguſt. infra l. 8. col. 225. c. excepto verbo, *finxit*, pro *finxerat*: & poſt plura, col. 227. f. *Plantavit Deus paradiſum in deliciis (hoc eſt enim in Eden) ad orientem, & poſuit..... quem finxerat*; & l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 663. e. *Et tunc plantavit Deus parad. in Eden. ad ori..... quem finxerat*: & l. 3. de doctr. chr. to. 3. col. 62. d. *Et plantavit Dominus Deus parad. in Eden, ad orientem..... quem formavit*: & Locut. 5. to. 3. col. 325. b. *Plantavit Deus parad. ſecundum orientem.* Tum addit: *Latini habent, ad Orientem.* Vet. Iren. Interp. l. 5. c. 5. p. 298. c. *Et plantavit Deus parad. in Eden contra orientem, & poſuit ibi hom. quem plaſmavit.* Similiter Ambroſ. l. de Parad. to. 1. col. 145. a. exceptis his: *ſecundùm orientem..... quem finxit.* Denique Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. p. 509. a. *Et plantavit Dominus Deus parad. in Eden contra orientem.* Pro his verò, *contra orientem*, notat in Hebræo haberi, *ab exordio.* Gr. Καὶ ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς (Mſ. Alex. cum ed. Compl. κύριος ὁ Θεὸς) παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς· καὶ ἔθετο ..... ὃν ἔπλασε.

℣. 9. Nonnulla diſſimilia habet idem Auguſt. l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 663. e. ubi ſic: *Et produxit adhuc Deus de terra omne lignum formoſum ad aſpectum, & bonum ad eſcam; & lignum vitæ plantavit in med. parad. & lignum ſcientiæ boni & mali*: & l. 3. de doctr. chr. to. 3. col. 62. d. e. *Et produxit Deus adhuc de terra omne lignum ſpecioſum, & bonum in eſcam, & lignum vitæ in med. parad. & lign. ſcientiæ boni & mali.* Porro hæc ultima verba pro variis codicibus variaſſe notat Aug. Locut. 6. de Gen. to. 3. col. 325. b. c. *Quod habent*, inquit, *multi Latini codices*: & lignum ſciendi bonum & malum, *vel* lignum ſcientiæ boni & mali, *vel* lignum ſciendi boni & mali, *& ſi quæ ſunt aliæ varietates de hac re interpretum*; *Græcus habet*: Et lignum ad ſciendum cognoſcibile boni & mali, *quod neſcio utrùm locutionis ſit, & non magis certum ſenſum aliquem inſinuet.* Idem Aug. l. de nat. boni, to. 8. col. 510. d. Arborem vetitam dicit ſic appellatam, *dignoſcentiæ boni & mali.* Novatian. apud Tertul. p. 1035. a. vocat arborem *ſcientiæ boni & mali.* Hilar. in Pſ. 1. n. 9. col. 20. Cùm dixerit, *omne lignum ſpecie pulchrum, & ad eſum bonum, productum fuiſſe* à Legiſlatore, ſubdit, *lignum vitæ, & lignum ſciendi boni & mali à Deo fuiſſe expoſitum.* Ambroſ. l. de Parad. to. 1. col. 147. d. ita legit: *Produxit Deus lignum ſpecioſum ad aſpectum, & bonum ad eſcam, & lignum vitæ in paradiſo, & lignum ſcientiæ boni & mali.* Gr. Καὶ ἐξανέτειλεν ὁ Θεὸς ἔτι ἐκ τῆς γῆς πᾶν ξύλον ὡραῖον εἰς ὅρασιν, καλὸν εἰς βρῶσιν· καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου, καὶ τὸ ξύλον τοῦ εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ.

℣. 10. Idem Auguſt. l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 663. e. *Flumen autem prodiebat ex Eden, & irrigabat paradiſum, quod inde dividitur in quatuor partes.* Apud Ambroſ. l. de Parad. to. 1. col. 146. c. 150. a. hæc leguntur: *Fons procedit ex Eden, qui rigat paradiſum..... & dividitur hic fons in quatuor initia*: & in Pſ. 35. col. 774. c. iſta: *Hic eſt torrens voluptatis, quem in Geneſi legimus, fontem qui abluit paradiſum, & dividitur in quatuor flumina.* Apud Hieron. in Iſai. 58. to. 3. p. 433. f. *Fons egredicbatur, & irrigabat omnem faciem paradiſi, pro quo*, inquit, *in Hebr. Hortus legitur.* vid. ſup. ℣. 6. In Gr. ſic: Ποταμὸς δὲ ἐκπορεύεται ἐξ Ἐδὲμ ποτίζειν τὸν παράδεισον· ἐκεῖθεν ἀφορίζεται εἰς τέσσαρας ἀρχάς.

℣. 11. Rurſum Auguſt. l. 2. de Gen. contr. Manich. col. 663. e. *Nomen uni Phiſon; hoc eſt quod circuit totam terram Evilath; ibi eſt aurum.* Ambroſ. l. de Parad. to. 1. col. 150. b. *Nomen eſt uni Phiſon;* (ſupl. fonti) *hic eſt qui circuit omnem terram Evilath, ubi eſt aurum.* Vid. etiam in Pſ. 1. col. 755. d. Apud Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. p. 509. b. ſic: *Nomen uni Phiſon:* & in Iſai. 13. to. 3. p. 152. d. *Iſte eſt qui circumit omnem terram Evila, ubi eſt aurum.* In Gr. Ὄνομα τῷ ἑνὶ, Φισῶν· οὗτος ὁ κυκλῶν πᾶσαν τὴν γῆν Εὐιλάτ· ἐκεῖ δέ ἐστι τὸ χρυσίον.

℣. 12. Rectè Auguſt. è Græco; eadem profert l. 2. de Gen. contr. Manich. col. 663. e. Niſi quòd pro *bonum*, legit *optimum*, (Gr. καλόν,) deletque & ante *ibi*, quod etiam deeſt in Mſs. quibuſd. Græcis. Apud Hieron. in Iſai. 13. to. 3. p. 152. d. *Et aurum terræ illius optimum; & ibi eſt carbunculus, & lapis praſinus*; at quæſt. Hebr. to. 2. p. 509. b. *ubi eſt carbunculus*, &c. Apud Ambroſ. l. de Parad. to. 1. col. 150. b. ſic: *Terra autem illius aurum bonum eſt, ubi eſt carbunc.* &c. ut ſupr.

℣. 13. Idem Auguſt. l. 2. de Gen. contr. Manich. col. 663. f. *Et nomen ſecundi fluminis, Geon; hoc circuit totam terram Æthiopiæ.* Ambr. verò l. de Parad. to. 1. col. 150. b. ſic: *Et nomen ſecundo, Geon; hic eſt qui circuit omnem Æthiopiam.* In Gr. Καὶ ὄνομα τῷ ποταμῷ τῷ δευτέρῳ Γεών· οὗτος ὁ κυκλῶν πᾶσαν τὴν γῆν Αἰθιοπίας.

℣. 14. Gr. Καὶ ὁ ποταμὸς ὁ τρίτος, Τίγρις· οὗτος ὁ προπορευόμενος κατέναντι Ἀσσυρίων· ὁ δὲ ποταμὸς ὁ τέταρτος, Εὐφράτης. Mſ. Alex. cum ed. Compl. habet ſimpliciter, πορευόμενος. Unde Auguſt. l. 2. contr. Manich. col. 663. f. *Et flumen tertium, Tigris; hoc eſt quod vadit contra Aſſyrios; & flumen quartum dicitur Euphrates.* Similiter Ambroſ. l. de Parad. col. 150. b. *Et flumen tertium, Tigris; hic eſt qui vadit contra Aſſyrios; & flumen quartum eſt Euphrates:* & in Pſ. 1. col. 755. d. huc alludens, dicit · *Eſt & Tigris fluvius Aſſyrios præterfluens; eſt & Euphrates in Babyloniam tendens.*

℣. 15. Similiter habet idem Auguſt. l. 2. de Gen. contr. Manich. col. 663. f. præter ſeqq. *Quem fecerat..... ut operaretur ibi, & cuſtodiret eum:* ſed l. 3. de doctr. chr. to. 3. col. 62. f. loco *fecerat*, aut *fecit*, ponit, *finxit.* Harum etiam vocum, *ut operaretur & cuſtodiret*, ambiguum notat

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

16. Præcepitque ei dicens: Ex omni ligno paradiſi comede:

17. De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas: in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris.

18. Dixit quoque Dominus Deus: Non eſt bonum eſſe hominem ſolum: faciamus ei adjutorium ſimile ſibi.

19. Formatis igitur, Dominus Deus, de humo cunctis animantibus terræ, & univerſis volatilibus cœli, adduxit ea ad Adam, ut videret quid vocaret ea: omne enim quod vocavit Adam animæ viventis, ipſum eſt nomen ejus.

VERSIO ANTIQUA.

16. Et præcepit Dominus Deus Adæ dicens: Ab omni ligno, quod eſt in paradiſo, edes ad eſcam:

17. De ligno autem cognoſcendi bonum & malum, non manducabitis de illo: qua die autem ederitis ab eo, morte moriemini.

18. Et dixit Dominus Deus: Non bonum eſt hominem eſſe ſolum; faciamus ei adjutorium ſecundùm ipſum.

19. Et finxit Deus adhuc de terra omnes beſtias agri, & omnia volatilia cœli; & adduxit illa ad Adam, ut videret quid vocaret illa: & omne quodcunque vocavit illud Adam animam vivam, hoc eſt nomen ejus.

Ex Aug. l. 8. 9. de Gen. ad litt. t. 3. p. 1. col. 235. e. 238. e. 242. f. 243. d. e.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

lib. citato de Gen. ad lit. col. 232. g. his verbis: *Neque Scriptura dixit:* Ut operaretur & cuſtodiret paradiſum; *dixit autem*, ut operaretur & cuſtodiret. *Quanquam ſi de Græco diligentiùs ad verbum exprimatur, ita ſcriptum eſt:* Et accepit Dominus Deus hom. quem fecit, & poſuit eum in paradiſo operari eum, & cuſtodire. *Sed utrùm ipſum hominem poſuit operari; hoc enim ſenſit qui interpretatus eſt*, ut operaretur: *an eundem paradiſum operari, id eſt, ut homo paradiſum operaretur, ambigue ſonat; & videtur magis exigere locutio, ut non dicatur, operaretur paradiſum, ſed in paradiſo.* Ambiguum tollit ipſe lib. ſup. cit. de Gen. contr. Manich. cùm legat, *ut operaretur ibi, & cuſtodiret eum.* Ambroſ. l. de Parad. to. 1. col. 153. e. 154. b. ſic habet: *Et apprehendit Deus hominem, quem fecit, & poſuit eum in paradiſo, operari & cuſtodire.* Vocem autem *Dominus*, quam non exprimit hic Ambroſius, additam illam vult Auguſt. l. 8. de Gen. ad litt. col. 234. b. c. *Nullomodo*, inquit, *vacare arbitror..... quòd ab ipſo divini libri hujus exordio..... uſque ad hunc locum, nuſquam poſitum eſt*, Dominus Deus, *ſed tantummodo*, Deus: *nunc verò ubi ad id ventum eſt..... ita Scriptura locuta eſt: Et ſumpſit Dominus Deus hom..... & poſuit eum in parad. operari eum, & cuſtodire;* & infra col. 235. e. *Sumpſit ergo Dominus Deus hom..... & poſ. eum in parad. operari eum*, (*hoc eſt operari in eo, & cuſtodire eum.*) Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. p. 509. b. *Et ſumpſit Dominus Deus hom. & poſuit eum in parad. voluptatis;* tum ſubdit per hanc vocem *voluptatis* à LXX. redditum *Eden*. Et verò in Græco etiamnum legitur vox, τρυφῆς. nempe Καὶ ἔλαβε κύριος ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ὃν ἔπλασε, καὶ ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς, ἐργάζεσθαι αὐτὸν καὶ φυλάσσειν. Mſ. Oxon. pro ἔπλασε, habet ἐποίησε. Edit. verò Ald. omittit τῆς τρυφῆς.

℣. 16. Eadem refert infra Auguſt. col. 238. e. 242. f. excepto ultimo, *eſcâ edes*, pro *edes ad eſcam*. Similia legit l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 663. f. præter hæc: *Ex omni ligno..... edes ad eſcam.* In quibuſdam Mſs. ſcriptum olim, *eſcæ edes*, ipſemet commemorat lib. 1. Locut. to. 3. col. 325. c. *Quod habent*, inquit, *Latini codices;* Ex omni ligno, quod eſt in paradiſo, eſcæ edes; *non*, in paradiſo eſcæ, *diſtinguendum eſt, ſed* eſcæ edes; *nam*, eſcâ edes, *dici admittit Latina locutio, quoniam pro dativo caſu Græco, ablativum in hujuſmodi locutionibus ſolent ponere. Aut certe ordo verborum eſt:* Ex omni ligno eſcæ. Vet. Iren. Interp. l. 5. c. 20. p. 317. b. Sic habet: *Ab omni ligno paradiſi eſcas manducabitis:* at infra, c. 23. p. 320. c. *Ab omni ligno quod eſt in paradiſo, eſcam manducabis*, (al. *manducabitis.*) Tertul. l. de anima, p. 496. b. *Ex omni ligno edetis.* Ambroſ. l. de Parad. c. 5. to. 1. col. 154. f. *Et præcepit Dominus Deus Adæ dicens: Ex omni ligno, quod eſt in paradiſo ad eſcam, edes.* Deinde quærit cur hîc Deus ſingulariter dixerit, *edes; ubi autem de ligno ſcientiæ boni & mali, pluraliter, non edetis, dixerit;* quam quæſtionem non otioſam putat. Tamen infra, c. 12. col. 170. e. teſtatur ipſe Deum dixiſſe: *Ex omni ligno quod eſt in parad. edetis ad eſcam*, ubi duo accurate notanda, primò verbum *edetis* plurali numero expreſſum, quod tamen ſupra ſingulariter dictum contendebat; ſecundò illud, *ad eſcam*, poſtpoſitum verbo *edetis*, quod ſup. referebat ad *lignum.* Auguſt. l. 8. ſup. cit. de Gen. ad litt. col. 238. e. ſimiliter obſervat, Deum dixiſſe, *eſcâ edes*, non dixiſſe, *edetis*; quoad alterum, vide ſup. locum libri Locut. ex ipſo citat. Hieron. ep. ad Cypr. to. 2. p. 697. c. legit: *de omni ligno, quod eſt in paradiſo, comedes.* Anon. verò apud Auguſt. append. to. 5. ſer. 1. col. 1. in plurali: *Ex omni ligno, quod eſt in paradiſo, edetis.* Auct. quæſt. Vet. & N. Teſt. ap. Aug. to. 3. q. 127. col. 140. g. *Ex omni ligno, quod eſt in paradiſo ad eſcam, edes.* Gaud. Brix. ſer. 10. p. 960. g. *Ab omni fructu ligni, quod eſt in paradiſo ad eſcam, edes.* Auct. verò l. de prædict. apud Proſp. c. 2. p. 93. b. *Ex omni ligno paradiſi edetis.* Gr..... ἀπὸ παντὸς ξύλου τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φαγῇ.

℣. 17. Paululum diſſimilia habet idem Auguſt. l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 663. f. *De ligno autem ſcientiæ boni & mali non edetis ab eo, qua die enim ederitis ab illo, morte moriemini:* & infra, col. 671. c. *Qua die autem manducaveritis, morte moriemini:* at l. 13. de civit. Dei, c. 12. to. 7. col. 333. g. *Quacunque die ederitis ex eo, morte moriemini:* & infra, col. 334. g. 343. a. *Quæ die ederitis*, &c. Ita quoque lib. 16. c. 27. col. 440. d. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 3. a. Vet. Irenæi Interpres, l. 5. c. 23. p. 320. priori Auguſtiniano textui favet, ſcribens: *A ligno autem cognoſcendi bonum & malum, ab eo non manducabitis; qua autem die manducaveritis ab eo, morte moriemini;* & infra, p. 321. a. *In qua die manducabitis ex eo*, &c. Hoc autem lignum, Tertul. l. de vel. virg. c. 10. p. 313. a. & adv. Pſych. p. 983. a. appellat, *arborem agnitionis boni & mali*, & l. 2. adv. Marc. p. 645. a. b. addit: *Qua die autem ederitis, morte moriemini.* Ambroſ. l. de Parad. to. 1. col. 154. f. & 170. e. legit: *De ligno autem, quod eſt ſcientiæ boni & mali, non edetis. Qua die autem manducaveritis ex eo* (al. *manducabitis*) *morte moriemini.* Eadem repetit l. de elee. & jej. c. 4. col. 538. c. excepto uno, *comedetis*, pro *edetis.* Similiter habet Hieron. ep. ad Cypr. to. 2. p. 697. c. ſed in ſingulari: *De ligno autem ſcientiæ boni & mali non comedes. In quocunque enim die guſtaveris de eo, morte morieris:* & quæſt. Hebr. to. 2. p. 509. c. *In quacunque autem die comederis ex eo*, &c. Tichonius reg. 5. pag. 62. a. in plurali ut ſup. *Qua die guſtaveritis ex arbore, morte moriemini.* Anon. de prædict. Dei, apud Proſp. c. 2. p. 93. b. ſic legit: *De ligno autem dignoſcentiæ boni & mali non edetis ex eo. Qua die autem ederitis, morte moriemini.* Similiter habet alter Anon. append. Aug. to. 5. ſer. 1. col. 1. b. niſi quòd poſt vocem *mali*, addit, *quod eſt in medio paradiſi:* demto *ex eo*, poſt *edetis.* Auctor verò Quæſt. Vet. & N. Teſt. apud eund. Auguſt. q. 127. to. 3. col. 140. g. *De ligno autem unde dignoſcitur bonum & malum, non edetis ex eo:* & ſup. q. 6. col. 45. f. addit: *Qua die manducaveritis, morte moriemini.* In Gr. Ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν, οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ· ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε.

℣. 18. Itidem Auguſt. ſup. l. 6. col. 199. g. immutato vocum ordine, *non eſt bonum eſſe hominem ſolum, faciamus illi*, &c. Ita quoque l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 663. f. Si excipias unum, *ſimile ſibi*, pro *ſecundùm ipſum.* Apud Tertul. l. de Monog. p. 952. b. ſic: *Non eſt bonum homini ſolum eum eſſe, faciamus adjutorium illi.* Ambroſ. verò tum l. de Parad. to. 1. col. 165. e. 166. f. tum l. 1. offic. to. 2. col. 36. a. cum Auguſt.: *Non eſt bonum eſſe hominem ſolum, faciamus ei adjutor. ſimile ſibi:* & l. de inſtit. virg. to. 2. col. 254. e. *Faciamus ei adjutorium ſecundùm ſe.* Auct. l. de prædict. Dei, ap. Proſp. c. 1. p. 92. c. *Et dixit Deus: Non eſt bonum ſolum hominem eſſe, faciamus ei adjutorium ſimile illi* (al. *ſimilem illi*) *conſiliarium.* Gr. Καὶ εἶπε κύριος ὁ Θεός· οὐ καλὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον μόνον· ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν.

℣. 19. Eadem retulerat ſupra Auguſt. l. 6. col. 199. g. his tantùm immutatis: *Et omne quodcunque illud vocavit Adam..... hoc nomen eſt illius.* Gr. Καὶ πᾶν ὃ ἐὰν ἐκάλεσεν αὐτὸ Ἀδὰμ..... τοῦτο ὄνομα αὐτῷ (Mſ. Alex. αὐτοῦ) reliqua ad verbum, ut in Lat. Plurimùm verò abſunt quæ habet idem Aug. l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 663. f. en verba: *Et quæcunque finxerat Deus ex omni genere pecorum, & ex omni genere beſtiarum agri, & ex omni genere volatilium volantium ſub cœlo, perduxit ea ad Adam, ut videret quid ea vocaret; & quod vocavit ea omnia Adam animam vivam, hoc eſt nomen ejus.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex *Aug. l. 9. 11. de Gen. ad litt. t. 3. p. 1. col. 243. e. 275. a.* 20. Et vocavit Adam nomina omnibus pecoribus, & omnibus volatilibus cœli, & omnibus beſtiis agri: Ipſi autem Adam non eſt inventus adjutor ſimilis ei.	20. Appellavitque Adam nominibus ſuis cuncta animantia, & univerſa volatilia cœli, & omnes beſtias terræ: Adæ verò non inveniebatur adjutor ſimilis ejus.
21. Et immiſit Deus ecſtaſim in Adam, & obdormivit, & accepit unam coſtarum ejus, & adimplevit carnem in loco ejus.	21. Immiſit ergo Dominus Deus ſoporem in Adam: cùmque obdormiſſet, tulit unam de coſtis ejus, & replevit carnem pro ea.
22. Et ædificavit Dominus Deus coſtam, quam accepit de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adam.	22. Et ædificavit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adam.
23. Et dixit Adam: Hoc nunc, os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur mulier, quoniam ex viro ſuo ſumpta eſt.	23. Dixitque Adam: Hoc nunc, os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur Virago, quoniam de viro ſumpta eſt. *1. Cor. 11. 9. Eph. 5. 31.*
24. Et propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & conglutinabitur uxori ſuæ: & erunt duo in carne una.	24. Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ: & erunt duo in carne una. *Matth. 19. 5. Mar. 10. 7. 1. Cor. 6. 16.*
25. Et erant nudi ambo, Adam & mulier ejus,	25. Erat autem uterque nudus, Adam ſcili-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 20. Eadem quoque leguntur ſup. apud Aug. l. 6. col. 200. a. niſi quòd pro *ipſi autem Adam*, ſcribit, *Adæ autem*; & in fine, *ſimilis ipſi*, pro *ei*. In Gr. Τῷ δὲ Ἀδὰμ..... ὅμοιος αὐτῷ. Quæ etiam antecedunt in eodem Græco optimè conveniunt cum Lat. At longè diſtant ab ipſo quæ legere pergit Auguſt. l. 2. contr. Manich. to. 1. col. 663. f. 664. c. ubi ſic: *Et poſt hæc vocavit Adam nomina omnium pecorum, & omnium avium cœli, & omnium beſtiarum agri: & ſecundùm quod vocavit ea Adam, hoc eſt nomen eorum uſque in hodiernum diem. Ipſi autem Adæ nondum fuit adjutorium ſimile illi.* Apud Ambroſ. l. de Parad. to. 1. col. 167. b. ſic: *Impoſuit Adam nomina omnibus pecoribus & omnibus beſtiis agri. Adæ autem non eſt inventus adjutor ſimilis illi.* Similiter l. 1. Offic. to. 2. col. 36. b. ab his: *Non eſt inventus*, &c. Apud Tertul. l. de vel. virg. c. 5. p. 311. a. *Omnibus animalibus Adam nomina impoſuit.*

℣. 21. Non ſibi conſtat Auguſt. nam ſupra l. 6. col. 200. a. legerat: *Et injecit Deus mentis alienationem ſuper Adam, & obdormivit, & ſumpſit unam de coſtis ejus, & adimplevit carnem in locum ejus.* Lib. verò 2. contr. Manich. to. 1. col. 664. c. *Et immiſit Deus ſoporem in Adam, & obdormivit, & ſumpſit Deus unam de coſtis ejus, & implevit locum ejus carne.* Quod autem vocat Auguſt. *ſoporem*, ſeu *ecſtaſim*, ſeu *mentis alienationem*. Tertul. l. de anima, p. 487. b. *amentiam* dicit: *In illum*, inquit, *Deus amentiam immiſit*; at infra p. 498. b. 499. a. tum ſoporem, tum ecſtaſim appellat: *Ille ſons*, inquit, *generis Adam ante ebibit ſoporem, quàm ſitiit quietem*: & poſt pauca: *ſic & in promordio ſomnus cum ecſtaſi dedicatus; & miſit Deus ecſtaſim in Adam, & obdormivit.* Ambroſ. l. de Parad. col. 167. c. *Et immiſit Deus ſoporem in Adam, & obdormivit.* Et in Luc. 2. col. 1309. f. 1310. a. eadem repetita periodo, ſic pergit: *Et dormivit, & ſumpſit unam coſtam de latere ejus, & replevit carnem ejus*; quæ ultima verba ſic exhibent Mſs. XI. alii verò partim, *replevit eam carne*, partim cum edit. *replevit locum ejus carne.* Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 509. c. legit: *Et miſit Dominus Deus ecſtaſim in Adam, & dormivit.* Fulgent. verò ep. 3. c. 4. p. 165. e. *Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam, cùmque obdormiſſet, tulit unam de coſtis ejus, & replevit carnem pro ea.* Auct. l. de præd. Dei ap. Proſp. p. 92. c. *Immiſit Deus ſoporem in Adam, & obdormivit, & ſumpſit unam de coſtis ejus.* Gaud. Brix. ſer. 9. p. 956. d. *Et injecit Dominus ſoporem in Adam, & obdorm. & ſumpſit unam de coſtis ejus, & ſupplevit carnem in loco ejus.* Gr. Καὶ ἐπέβαλεν ὁ Θεὸς ἔκςασιν ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ, καὶ ὕπνωσε· καὶ ἔλαβε μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ ἀνεπλήρωσε σάρκα ἀντ' αὐτῆς. In ed. Ald. Κύριος ὁ Θεὸς, poſt ἐπέβαλεν, cui lectioni favent Hieron. & Fulg. ſupra.

℣. 22. Similiter habet Auguſt. ſupra l. 6. col. 200. a. excepto verbo *ſumpſit*, pro *accepit*; lib. verò 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 664. c. paulò diſſimiliùs: *Et formavit Deus coſtam, quam accepit ab Adam, in mulierem; & adduxit illam ad Adam, ut videret quid eam vocaret*, quæ poſtrema verba, *ut videret*, &c. alibi non leguntur apud Aug. nec apud alios, nec etiam in Græco. Ambroſ. in Luc. 2. col. 1310. a. *Et ædificavit Dominus Deus coſtam, quam ſumpſit ab Adam, in mulierem.* Eadem reponit, l. de Parad. col. 167. d. præter voculam *de*, pro *ab*. Vide etiam l. 1. de Abr. c. 6. col. 301. a. & l. de inſtit. virg. to. 2. col. 258. b. Nec abſimili modo Fulgent. ep. 3. c. 4. p. 165. c. *Et ædificavit Dom. Deus coſtam, quam tulerat de Adam, in mul. & adduxit*, &c. cui accinit Gaud. Brix. ſer. 9. p. 956. d. Niſi quòd habet, *ſumpſit*, pro *tulerat*, & *ab*, pro *de*. Auct. l. de præd. Dei, ap. Proſp. p. 92. c. hanc vocem, *formavit*, uſurpat pro *ædificavit*. Καὶ ᾠκοδόμησεν ὁ Θεὸς τὴν πλευρὰν, ἣν ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ, &c. ut in Lat. Mſ. Alex. ac edit. Compl. ferunt, ᾠκοδόμησεν κύριος ὁ Θεὸς, Ald. ſimpliciter, Κύριος.

℣. 23. Eadem etiam apud Auguſt. infra col. 256. e. niſi excipias voculam *de*, pro *ex*, ante *viro ſuo*. Eadem quoque l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 664. d. & ita in Græco ad verbum. Poſteriori tamen loco Auguſt. poſt verbum *ſumpta eſt*, addit: *Et hæc erit mihi adjutorium*; quæ alibi nuſquam reperias. Tertul. l. de anima, p. 482. b. & de reſur. carn. p. 569. a. ſimiliter habet: *Hoc nunc, os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea.* Ita quoque l. de vel. virg. c. 5. p. 311. a. & l. de anima, p. 487. b. detracta vocula, *nunc*. Addit etiam: *Vocabitur mulier, quoniam ex viro ſuo ſumpta eſt*; ſeu ut l. de vel. virg. p. 312. b. *Quia de viro ſuo ſumpta eſt*. Hilar. in Pſ. 138. col. 518. b. ut ſupra: *Hoc nunc, os ex oſſibus meis, & caro de carne mea.* Ambroſ. l. de inſtit. virg. to. 2. col. 258. b. *Dixit Adam: Os de oſſibus meis, & caro de carne mea: hæc vocab. mulier quoniam de viro ſuo ſumpta eſt.* Itidem in Pſal. 1. & 37. col. 743. d. 826. e. præter hoc: *Hoc nunc os.* Lib. verò 2. in Luc. col. 1310. b. *Os de oſſibus meis, & caro de carne mea: hæc vocab. mulier, quoniam de viro ſuo adſumpta eſt.* Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. p. 509. c. *Hoc nunc, os ex oſſibus..... quon. ex viro ſumpta eſt*, abſque vocula *ſuo*. Tum addit cum Eucherio Lugd. quæſt. in Gen. p. 840. c. *Non videri in Græco & in Latino ſonare cur mulier appelletur, quia ex viro ſumpta ſit.* Optimè ſonat apud Fulgent. ep. 3. c. 4. p. 165. c. ubi ſic: *Dixitque Adam: Hoc nunc, os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt.* Similiter apud Auct. de præd. Dei ad calc. Proſp. p. 92. c. nec non apud Gaud. Brix. ſer. 9. p. 956. d. qui ambo cum Fulgentio & Vulgata concordant, niſi quòd addunt vocem *ſuo*, poſt *viro*.

℣. 24. Idem Auguſt. ſupra l. 6. col. 198. f. legit: *Propter hoc relinquet homo patr. ſuum, & matrem, & conjungetur uxori ſuæ, & erunt duo* (Mſs. prope omnes, *ambo*) *in carne una.* Similiter infr. lib. 9. col. 256. e. excepto verbo, *adhærebit*, pro *conjungetur*. Lib. verò 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 664. d. *adjungetur*; cætera ut in textu, ubi deeſt, *ſuum*, poſt *patrem*: & infr. col. 672. e. nec non quæſt. in Jud. to. 3. col. 620. c. *Propterea relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una.* Itidem Ambroſ. in Pſ. 39. to. 1. col. 861. e. niſi quòd habet, *propter hoc*, loco *propterea*. Sic etiam ep. 76. col. 1086. a. & in Luc. 16. col. 1471. f. præter voculam *ambo*, pro *duo*; ita quoque l. 1. offic. to. 2. col. 45. a. cum voce *ambo*; ſed lib. de vid. col. 210. e. retinet, *duo*. Nullo autem in loco addit *ſuum*, ad *patrem*. Eodem modo legit Junil. Afr. l. 5. c. 19. to. 10. p. 347. cum Auct. l. de præd. Dei ap. Proſp. p. 92. c. Tertul. verò l. de vel. virg. c. 5. p. 310. c. 311. a. ſic: *Propterea* (al. *propter hoc*) *relinquet homo patrem & matrem, & conglutinabitur mulieri ſuæ; & erunt duo in carnem unam.* Similiter & l. de anima, p. 487. b. præter verbum, *agglutinabitur*, vel ut ſup. p. 482. b. *adglutinabit ſe uxori ſuæ.* At conſtanter tam locis ſuprad. quàm l. de Monog. p. 952. b. habet, *duo in carnem unam.* Similiter in Gr. Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. In Mſ. Alex. ac edit. Ald. Τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, ut in Lat.

℣. 25. Idem Auguſt. l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 664. d. nec non l. 14. de civit. Dei, c. 17. to. 7.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

eet & uxor ejus : & non erubescebant.

VERSIO ANTIQUA.

& non pudebat illos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

col. 368. f. legit: *Et erant ambo nudi, Adam & mulier ejus, & non confundebantur.* Eadem quoque refert Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 212. h. præter unam partic. *tunc*, positam ante *Adam.* Vet. Irenæi Interp. l. 3. c. 22. p. 219. d. *Erant enim utrique nudi, & non confundebantur.* Gr. Καὶ ἦσαν οἱ δύο γυμνοὶ, ὅ, τε Ἀδὰμ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο.

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. SEd & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem: Cur præcepit vobis Deus ut non comederetis de omni ligno paradisi?

2. Cui respondit mulier: De fructu lignorum, quæ sunt in paradiso, vescimur:

3. De fructu verò ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne fortè moriamur.

2. Cor. XI. 3. 4. Dixit autem serpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini.

5. Scit enim Deus quòd in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: & eritis sicut dii, scientes bonum & malum.

6. Vidit igitur mulier quòd bonum esset li-

VERSIO ANTIQUA.

1. SErpens autem erat prudentissimus omnium bestiarum quæ sunt super terram, quas fecit Dominus Deus. Et dixit serpens mulieri: Quid quia dixit Deus: Non edetis ab omni ligno paradisi? *Ex Aug. l. 11. de Gen. ad litt. t. 3. p. 1. col. 275. 288. 289.*

2. Et dixit mulier serpenti: A fructu ligni, quod est in paradiso, edemus:

3. De fructu autem ligni, quod est in medio paradisi, dixit Deus, non edetis ex eo, neque tangetis illud, ne moriamini.

4. Et dixit serpens mulieri: Non morte moriemini.

5. Sciebat enim Deus, quoniam qua die manducaveritis de eo, aperientur vobis oculi: & eritis tanquam dii, scientes bonum & malum.

6. Et vidit mulier quia bonum lignum ad

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Eadem repetit August. ibid. col. 276. d. 289. a. cum hoc levi discrimine: *quæ erant super terram, quas fecerat Dominus.* At in Gr. τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν ἐποίησε: reliqua Græca optimè quadrant, si excipias unum, ὑ μὴ φάγητε, *ne edatis*, pro *non edetis.* Nonnulla dissimilia habet idem August. l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 664. e. ubi sic: *Serpens autem erat sapientior omnium bestiarum, quæ erant sup. terr. quas fecerat Dominus Deus. Et dixit serpens ad mulierem: Quare dixit Deus, ne edatis ab omni ligno, quod est in paradiso?* At l. 1. Locut. to. 3. col. 325. d. legit: *Serpens erat prudentissimus omnium bestiarum, quod*, inquit, *multi Latini habent*; tum addit: *In Græco scriptum est*, σωφρότατος, (Librariorum incuriâ pro σωφρονέστατος,) non σοφώτατος. (Ita scripsimus ex Augustino σωφρονέσατος, vel σωφρότατος, Mss. omnium fide, licet novissimi nostri Editores BB. cum aliis editt. spreta eorundem Mss. auctoritate posuerint in textu juxta LXX. φρονιμώτατος·) σώφρων autem *temperans* dicitur, sicut σοφός, *sapiens*, & φρόνιμος, *prudens*, quæ tria eòdem recidunt eò loci. Observat enim August. l. 11. de Gen. ad lit. col. 276. d. *Translato verbo dictum esse*, prudentissimus, *vel sicut plures Latini codices habent*, sapientissimus, *non proprio, quo in bonum accipi solet, sapientia, vel Dei, vel Angelorum, vel animæ rationalis ..... abusione quippe nominis ita sapientia dicitur in malo, quemadmodum in bono astutia..... unde nonnulli, sicut in plerisque codicibus, ad usum Latinæ locutionis, non verbum, sed potius sententiam transferentes, astutiorem omnibus bestiis istum serpentem, quàm sapientiorem dicere maluerunt.* Apud Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 212. h. *Sapientior* dicitur. Similiter apud Hieron. quæst. Hebr. to. 2. p. 510. a. *Serpens autem erat sapientior cunctis bestiis super terram*, licet in Isai. 27. to. 3. p. 227. b. legatur, *prudentissimus.* Sed apud Ambros. l. de Parad. to. 1. col. 169. b. 170. d. 173. c. ut sup. *Serpens autem erat sapientior omnium bestiarum quæ erant* (antiq. aliquot Mss. *quæ repunt*) *super terram, quas fecit Dominus Deus. Et dixit serpens mulieri: Quid utique dixit Deus ne edatis ab omni ligno, quod est in paradiso?* Item in Luc. 4. col. 1350. d. *Et dixit serpens mulieri: Quid utique dixit Deus, ne edatis ab omni ligno:* at infra in cap. 5. col. 1359. *Quid utique dixit Deus: Nolite manducare ex omni ligno?* Vet. Irenæi Interp. l. 5. c. 23. p. 320. c. *Quid utique* (al. *itaque*) *dixit Deus, ne manducaveritis ab omni ligno paradisi?* Lucif. Cal. loco cit. *Quid quia dixit Dominus Deus, ne edatis ex omni ligno, quod est in paradiso?*

℣. 2. Idem Aug. l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 664. e. legit: *Et dixit mulier ad serpentem: Ex omni ligno, quod est in paradiso, edemus.* Vet. Irenæi Interp. l. 5. c. 23. p. 320. d. *Ab omni ligno paradisi manducabimus.* Ambr. l. de Parad. to. 1. col. 158. c. 170. d. e. *Et dixit mulier serpenti: Ex omni ligno paradisi manducabimus.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 212. h. *Et dixit mul. serp. Ex omni ligno, quod est in paradiso, edemus.* Gr. Καὶ εἶπεν ἡ γυνὴ τῷ ὄφει· Ἀπὸ καρποῦ τοῦ ξύλου τοῦ παραδείσου φαγόμεθα. In Ms. Alex. Ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ, &c.

℣. 3. Aug. l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 664. e. *A fructu autem ligni, quod est in medio paradisi, dixit Deus, ne edamus, sed neque tangamus, ne moriamur.* Vet. Irenæi Interp. l. 5. c. 23. p. 320. d. priori lectioni favet, his verbis: *A fructu autem ligni, quod est in medio paradiso, dixit Deus: Ex eo non manducabitis, neque tetigeritis, ne moriamini.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 212. h. *De fructu autem ligni, quod est in medio paradisi, dixit Deus: Non manducabitis ex eo, sed nec tangetis eum, ne moriamini.* Itidem. Ambros. l. de Parad. to. 1. col. 170. d. e. hoc excepto, *neque tangetis ex eo*, col. 171. b. d. *ex eo quidquam*, loco, *sed nec tangetis eum.* Ita rursum col. 170. f. 171. a. nisi quòd pro *moriamini*, ponit, *morte moriamini*: & col. 158. c. 173. c. legit, *in medio paradiso*: at lib. 1. de Jacob & vit. beat. to. 1. col. 446. f. sic: *De fructu autem ligni, quod est in medio paradisi, non edetis, neque tangetis illud, ne moriamini.* Gr. Ἀπὸ δὲ τοῦ καρποῦ τοῦ ξύλου, ὅ ἐστιν ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου, εἶπεν ὁ Θεὸς, Οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ, οὐδὲ μὴ ἅψησθε αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἀποθάνητε.

℣. 4. Ita Aug. è Græco, sicut etiam l. 2. de Gen. contr. Manich. col. 664. e. 681. e. & in Ps. 29. to. 4. col. 141. d. Similiter habet Ambros. l. de Parad. col. 174. c. cum Anon. append. Aug. to. 5. col. 2. a. Ita quoque vet. Iren. Interp. l. 5. c. 23. p. 320. e. *Non morte moriemini.* Lucifer verò Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 213. a. *Et dixit serp. mulieri, non moriemini*, absque *morte.*

℣. 5. Ita rursum Aug. infra, col. 289. b. præter seqq. *Adaperientur vobis oc. & eritis sicut dii, cognoscentes bonum*, &c. Item l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 664. e. *Sciebat enim Deus, quia qua die manducav. ex illo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii, scientes*, &c. & infra, col. 681. e. *Sciebat enim Deus, quoniam qua die ederitis, aperientur oculi vestri:* at in Ps. 7. to. 4. col. 32. b. sic: *Manducate, & aperientur vobis oculi, & eritis tanquam dii:* & in Ps. 29. col. 141. d. *Gustate, & eritis tanquam dii:* & l. 3. de lib. arb. to. 1. col. 640. c. *Gustate, & eritis sicut dii.* Vet. Irenæi Interp. l. 5. c. 23. p. 320. e. suffragatur Augustino, cùm legat: *Sciebat enim Deus, quoniam qua die manducav. ex eo aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii, scientes bonum & malum.* Itidem apud Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 213. a. præter unum, *quacunque die*, pro *qua die.* Ambros. l. de Parad. to. 1. col. 174. c. d. *Scit Deus, quia quacunque die manducav. ex eo, adaperientur oculi vestri, & eritis sicut dii, scientes*, &c. Similiter Auct. op. imp. in Matth. p. 178. c. *Et eritis sicut dii, scientes*, &c. Gr. Ἤδει γὰρ ὁ Θεὸς, ὅτι ᾗ ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἔσεσθε ὡς θεοὶ γινώσκοντες, &c.

℣. 6. Multa dissimilia apud eund. August. l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 664. e. En verba: *Et vidit*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Aug. l. 11. de Gen. ad litt. t. 3. p. 1. col. 275. 289. 292.

eſcam, & quia placet oculis videre, & decorum eſt cognoſcere: & ſumens de fructu ejus, edit; & dedit viro ſuo ſecum, & ederunt.

7. Et aperti ſunt oculi amborum, & agnoverunt quia nudi erant, & conſuerunt folia fici, & fecerunt ſibi campeſtria.

8. Et audierunt vocem Domini Deĩ deambulantis in paradiſo ad veſperam, & abſconderunt ſe Adam & mulier ejus à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi.

9. Et vocavit Dominus Deus Adam, & dixit illi: Ubi es?

10. Et dixit ei: Vocem tuam audivi deambulantis in paradiſo: & timui, quia nudus ſum, & abſcondi me.

11. Et dixit illi: Quis nunciavit tibi quia nudus es, niſi à ligno quod præceperam tibi tantùm ne ex eo manducares, ab eo ediſti?

12. Et dixit Adam: Mulier, quam dediſti mecum, hæc mihi dedit de ligno, & edi.

VULGATA NOVA.

gnum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro ſuo, qui comedit. Eccli. 25. 33. 1. Tim. 2. 14.

7. Et aperti ſunt oculi amborum: cùmque cognoviſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficûs, & fecerunt ſibi perizomata.

8. Et cùm audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam & uxor ejus à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi.

9. Vocavitque Dominus Deus Adam, & dixit ei: Ubi es?

10. Qui ait: Vocem tuam audivi in paradiſo: & timui eò quòd nudus eſſem, & abſcondi me.

11. Cui dixit: Quis enim indicavit tibi quòd nudus eſſes, niſi quòd ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti?

12. Dixitque Adam: Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

mulier quia bonum eſt lignum in eſcam, & quia bonum eſt oculis ad videndum & cognoſcendum, & ſumpſit fructum de ligno illo, & manducavit, & dedit viro ſuo: & accepit Adam, & manducavit: at l. 14. de civit. Dei, to. 7. c. 17. col. 369. a. *Vidit mulier quia bonum lignum in eſcam, & quia placet oculis ad videndum;* & l. 11. de Gen. ad lit. col. 289. d. *Viditque bonum ad eſcam, & decorum ad aſpectum:* & l. 1. de nupt. & concup. to. 10. col. 283. a. addit: *Sumens de fructu ejus, edit, & dedit viro ſuo ſecum, & ederunt.* Ambroſ. l. de Parad. to. 1. col. 174. e. *Et vidit mulier quia bonum eſt lignum ad manducandum, & quia gratum oculis ad videndum, & ſpecioſum eſt ad intuendum.* Et poſt pauca: *Accipiens de fructu ejus, manducavit, & dedit viro ſuo ſimul, & manducaverunt ambo.* Item ſup. col. 158. e. *Manducaverunt ambo.* S. Paulin. ep. 30. p. 191. a. *Vidit mulier arborem, quia bona ad manducandum, & grata erat oculis ad videndum.* Gaud. Brix. de Machab. p. 967. b. *Et vidit mulier fructum ligni quia gratus eſt ad aſpectum, & dulcis ad eſcam; & accepit, & manducavit, & dedit viro ſuo.* Philaſtr. Brix. l. de Hæreſ. p. 716. f. *Vidit oculis ſuis arborem & fructum ejus, quia bona aſpectu, & ſuavis viſu; extendens manum guſtavit,* &c. Gr. Καὶ εἶδεν ἡ γυνὴ, ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν, καὶ ὅτι ἀρεσὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, καὶ ὡραῖόν ἐσι τῷ κατανοῆσαι· καὶ λαβοῦσα ἀπὸ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ, ἔφαγε· καὶ ἔδωκε καὶ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς μετ' αὐτῆς, καὶ ἔφαγον (al. ἔφαγεν.)

℣. 7. Eadem refert idem Auguſt. l. 14. de civit. Dei, to. 7. c. 17. col. 369. b. Sed addit, pro *campeſtria*, quoſdam Interpretes poſuiſſe, *ſuccinctoria*, quam vocem uſurpat ipſe tract. 7. in Joh. to. 3. col. 351. a. ſicut & l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 664. f. ubi hoc modo legit: *Et aperti ſunt oculi eorum, & tunc ſcierunt quia nudi erant; & ſumpſerunt ſibi folia fici, & fecerunt ſibi ſuccinctoria,* vel ut infr. col. 678. b. *præcinctoria.* Lib. etiam 1. Locut. to. 3. col. 325. d. habet ut ſup. *Aperti ſunt oculi eorum,* non *amborum;* ſicut etiam l. 11. de Gen. ad. lit. col. 290. a. At vocem *amborum*, retinet l. 1. de nupt. & concup. to. 10. col. 283. a. Similiter habet Ambroſ. l. de Parad. col. 158. e. & 174. f. *Et aperti ſunt oculi eorum, & cognoverunt quòd nudi eſſent:* & infra, col. 175. a. addit: *Et aſſuerunt folia ficûs, & fecerunt ſibi ſuccinctoria.* Item S. Petr. Chryſol. ſer. 106. to. 7. p. 929. e. *Et cognoverunt quia nudi ſunt, & conſuerunt folia fici, & fecerunt ſibi ſuccinctoria.* Vox etiam *ſuccinctoria* admittitur ab Auct. l. de promiſſ. apud Proſp. part. 2. c. 9. col. 133. c. In Gr. Καὶ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν δύο (Mſ. Oxon. αὐτῶν τῶν δύο) καὶ ἔγνωσαν ὅτι γυμνοὶ ἦσαν· καὶ ἔῤῥαψαν φύλλα συκῆς, καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς περιζώματα.

℣. 8. Nonnulla diſſimilia habet idem Auguſt. infra, col. 291. a. d. nempe verbum *ambulantis*, loco *deambulantis;* & paulòpoſt iſta, *à facie Domini in medio ligno quod eſt in paradiſo.* Lib. verò 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 664. f. ita legit: *Et cùm audiſſent vocem Domini deambulantis in paradiſo ad veſperam, abſconderunt ſe Adam & mulier ejus ab ante faciem Domini Dei, ad illam arborem quæ erat in medio paradiſo;* ſed Gr. priori textui conſonat ad verbum. Vet. Iren. Interp. l. 5. c. 17. p. 313. d. habet: *Audivit enim Adam vocem Domini Dei.* Tertul. contr. Prax. p. 851. c. ait: Deum *in paradiſo ad veſperam deambulaſſe.* Item Hilar. l. 12. de Trin. col. 1136. d. *Vocem deambulantis in paradiſo Adam audivit.* Ambroſ. l. de Parad. to. 1. col. 176. c. *Et audierunt vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad veſperam;* quæ iterum refert in Pſ. 39. col. 865. d. e. additis his: *Abſconderunt ſe ambo à facie Domini.* Denique Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. p. 510. prolatis iiſdem: *Et audierunt vocem Domini Dei ambulantis in paradiſo ad veſperam;* ſubdit: *In pleriſque codicibus Latinorum pro eo quod hic poſuimus* ad veſperam, poſt meridiem *habet; quia* τὸ δειλινόν, *Græcum ſermonem ad verbum transferre non poſſumus.*

℣. 9. Ita conſtanter Auguſt. l. 2. de Gen. contr. Manich. col. 664. f. niſi quòd geminat vocem *Adam*, ſcribendo, *Adam ubi es?* Concinunt Lucif. Cal. Bibl. PP. to. 4. col. 182. f. Tertul. l. 2. contr. Marc. p. 653. c. 714. b. & contr. Pſych. p. 984. b. Ambroſ. in Pſ. 36. & 39. col. 787. a. 865. d. & l. de Parad. col. 176. f. Nec non Eucher. quæſt. in Gen. p. 840. g. Similiter habet Hilar. in Pſ. 1. & 119. col. 26. b. 372. c. poſtpoſita voce *Adam*, hoc modo, *Ubi es Adam?* ſic etiam Tertul. contr. Prax. p. 851. b. At in Gr. ut ſup. Ἀδὰμ, ποῦ εἶ; al. tamen, εἶπεν αὐτῷ, Ποῦ εἶ; al. εἶπεν αὐτῷ Κύριος, Ποῦ εἶ;

℣. 10. Auguſt. infra, col. 291. f. *Reſpondit ergo Adam: Vocem tuam audivi in paradiſo*, &c. omiſſo verbo, *deambulantis:* at l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 665. a. legit: *Et dixit ille: Vocem tuam audivi, Domine, in paradiſo, & timui, & abſcondi me, quia nudus ſum.* Lucif. Cal. Bibl. PP. to. 4. col. 182. f. *Et dixit: Vocem tuam audivi, Domine, in paradiſo, & timui, quoniam nudus ſum, & abſcondi me.* Similiter habet Ambroſ. l. de Joſeph. c. 5. to. 1. col. 493. a. deleto, *Domine.* In Gr. ſic: Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Τῆς φωνῆς σε ἤκουσα περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ ἐφοβήθην, ὅτι γυμνός εἰμι, καὶ ἐκρύβην· al. Καὶ εἶπεν Ἀδάμ· Τῆς φωνῆς, &c. al. Καὶ εἶπε· τῆς, &c. ſubinde in Mſ. Oxon. deeſt vox περιπατοῦντος.

℣. 11. Idem Auguſt. l. 2. de Gen. contr. Manich. col. 664. f. *Et dixit Dominus Deus: Quis nunciavit tibi, quia nudus es*, (infr. col. 675. a. *quòd nudus eſſes*) *niſi quia ab illa arbore de qua dixeram tibi, ex illa ſola non* (infr. *ne*) *manducares, ex illa manducaſti?* Lucif. Cal. Bibl. PP. to. 4. col. 182. f. *Et dixit illi Deus: Quis tibi indicavit, quia nudus es, niſi de ligno de quo præceperam tibi, de hoc ſolo ne manducares, ex eo manducaſti?* Similiter Ambroſ. l. de Parad. to. 1. col. 173. c. *Ait Deus ad Adam: Quis tibi indicavit quoniam nudus es, niſi de ligno à quo præceperam tibi ab hoc ſolo ne manducares, manducaſti?* Gr. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεός· Τίς ἀνήγγειλέ σοι ὅτι γυμνὸς εἶ, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ ξύλου οὗ ἐνετειλάμην σοι τούτου μόνου μὴ φαγεῖν, ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες; In Mſ. Alex. deeſt, ὁ Θεός, poſt εἶπεν αὐτῷ.

℣. 12. Similiter habet idem Aug. l. 14. de civit. Dei, to. 7. col. 366. c. præter unum, *à ligno*, pro *de ligno.* Et verò l. citato de Gen. ad lit. col. 292. c. legit, *à ligno:* at l. 14. de civit. Dei, col. 364. a. omiſſo, *de ligno*, legit: *Mulier quam dediſti mecum, ipſa mihi dedit, & manducavi.* Lib. verò 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 664. f. ſic: *Et dixit Adam: Mulier quam dediſti mihi, dedit ut ederem, & manducavi.* Lucif. Cal. Bibl. PP. Lugd. to. 4. col. 182. f. *Et dixit Adam: Mulier quam dediſti, ipſa mihi dedit de ligno, & manducavi.* Gr. Καὶ εἶπεν ὁ Ἀδάμ· Ἡ γυνὴ ἣν ἔδωκας μετ' ἐμοῦ, αὕτη μοι ἔδωκεν ἀπὸ τοῦ ξύλου, καὶ ἔφαγον.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

13. Et dixit Dominus Deus ad mulierem: Quare hoc feciſti? Quæ reſpondit: Serpens decepit me, & comedi.

14. Et ait Dominus Deus ad ſerpentem: Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ: ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.

15. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemen illius: ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo ejus.

16. Mulieri quoque dixit: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.

1. Cor. 14. 34.

17. Adæ verò dixit: Quia audiſti vocem uxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo præce-

VERSIO ANTIQUA.

13. Et dixit Dominus Deus mulieri: Quid hoc feciſti? Et dixit mulier: Serpens ſeduxit me, & manducavi.

Ex Aug. l. 11. de Gen. ad litt. t. 3. p. 1. col. 275. c. & inf. col. 292. ſeq.

14. Et dixit Dominus Deus ſerpenti: Quia feciſti hoc, maledictus tu ab omnibus pecoribus, & ab omnibus beſtiis, quæ ſunt ſuper terram: ſuper pectus tuum & ventrem tuum ambulabis, & terram edes omnes dies vitæ tuæ.

15. Et inimicitias ponam inter te & inter mulierem, & inter ſemen tuum & ſemen ejus: ipſa tibi ſervabit caput, & tu ſervabis ejus calcaneum.

16. Et mulieri dixit: Multiplicans multiplicabo triſtitias tuas, & gemitum tuum: in triſtitiis paries filios, & ad virum tuum converſio tua, & ipſe tui dominabitur.

17. Adæ autem dixit: Quia audiſti vocem mulieris tuæ, & ediſti de ligno, de quo præcepe-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 13. Ita Auguſt. è Græco. Sic iterum l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 664. f. deleta voce, *Dominus*, quæ etiam deeſt in editt. Gr. Ald. & Compl. Lucifer. Cal. pro S. Athan. Bibl. PP. Lugd. to. 4. p. 182. f. legit: *Et dixit Deus mulieri: Quid hoc feciſti? Et dixit mulier: Serpens perſuaſit mihi, & manducavi.* Similiter habet Ambroſ. l. de Elia & jej. to. 1. c. 4. col. 538. d. *Serpens perſuaſit mihi*, &c. at l. de Parad. col. 177. e. *Serpens decepit me*, &c. & l. de inſtit. virg. to. 2. col. 255. e. *Serpens traduxit me*; ſed vet. Iren. Interp. l. 3. c. 23. p. 222. a. cum Auguſt. *Serpens ſeduxit me.* Gr. Ὁ ὄφις ἠπάτησέ με.

℣. 14. Hæc omnia ſimiliter habentur in Græco, ſi tollas vocem, *tuum*, poſt *ventrem*, quæ à Græco abeſt. Eadem refert Auguſt. lib. ſup. citato col. 292. f. niſi quòd initio delet verbum, *dixit*; paulòque poſt legit: *Quia feciſti tu hoc:* at l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 665. a. ſic habet: *Et dixit Dom. Deus ſerpenti: Quia hoc feciſti, maledictus tu ab omni pecore, & omni genere beſtiarum: pectore & ventre repes, & terram manducabis omnibus diebus vitæ tuæ.* Vet. Iren. Interp. l. 3. c. 23. p. 221. c. *Et dixit Deus ſerpenti: Quoniam feciſti hoc, maledictus tu ab omnibus pecoribus, & ab omnibus beſtiis terræ.* At Cypr. l. 2. Teſtim. p. 288. c. *Tunc dixit Deus ad ſerpentem: Quia tu hoc feciſti, maledictus tu ab omni genere beſtiarum terræ: pectore tuo & ventre repes, & erit tibi terra cibus in omnibus diebus vitæ tuæ.* Lucif. Cal. Bibl. PP. Lugd. to. 4. col. 182. g. *Quia tu feciſti hoc, maledictus tu ab omnibus pecudibus, & ab omnibus beſtiis terræ, quæ ſunt ſuper terram; ſuper pectus & ventrem tuum repes, & terram edes omnibus diebus vitæ tuæ.* Ambroſ. l. de fug. ſæc. c. 7. to. 1. col. 433. f. *Maledictus tu ab omnibus pecoribus terræ:* & infra, col. 434. b. *Super pectus tuum & ventrem ambulabis, & terram edes omnes dies vitæ tuæ.* Lib. verò de Parad. col. 179. a. *Supra pectus tuum, & in uzero tuo ambulabis, & terram manducabis omnibus diebus vitæ tuæ:* at. l. 1. de Pœnit. to. 2. col. 408. a. legit. cum Cypr. *Erit tibi terra cibus.* S. Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. p. 510. b. ad hæc: *ſuper pectus tuum & ventrem tuum ambulabis*, notat, *ventrem* à LXX. Interpretibus additum fuiſſe; deinde ſic pergit: *Terram manducabis.* Auct. quæſt. Vet. Teſt. q. 31. col. 52. b. cum Lucifero: *Supra pectus & ventrem tuum repes, & terram edes omnibus diebus vitæ tuæ.* Item Auct. op. imp. in Matth. hom. 45. p. 192. a. *Super ventrem tuum, & ſuper pectus tuum repes, & terram manducabis omnibus diebus tuis.* Auct. l. de præd. ap. Proſp. part. 1. c. 3. col. 93. c. *Terram manducabis omnibus diebus vitæ tuæ.*

℣. 15. Idem Auguſt. l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 665. a legit: *Et inimicitiam* (infr. *inimicitias*) *ponam inter te & mulierem, & inter ſemen tuum, & inter ſemen illius: ipſa tuum obſervabit caput, & tu ejus calcaneum:* & l. 1. Locut. to. 3. col. 326. a. dicit: *Quod habent multi codices:* Inimicitiam ponam inter te & mulierem; *Græci habent*, in medio tui & in medio mulieris; *quod locutionis eſt..... hoc & in eo quod ſequitur, In medio ſeminis tui, & in medio ſeminis ejus.* Vet. Irenæi Interp. l. 4. c. 40. p. 287. d. *Et inimicitiam ponam inter te & inter mulierem, & inter ſemen tuum, & inter ſemen mulieris: ipſe tuum calcabit caput, & tu obſervabis calcaneum ejus.* Eadem repetit infr. l. 5. c. 21. p. 318. a. præter hæc: *Inter ſemen tuum, & ſemen ejus; ipſe tuum obſervabit caput, & tu obſervabis ejus calcaneum.* Item Cypr. l. 2. Teſtim. p. 288. c. *Et ponam inimicitiam inter te & mulierem, & inter ſemen ejus; ipſe tuum obſervabit caput, & tu obſervabis calcaneum ejus.* Similiter habet Lucif. Cal. Bibl. PP. to. 4. p. 182. g. *Et inimicitiam ponam inter te & mulierem, & inter ſemen tuum, & inter ſemen ejus; ipſe tuum obſervabit caput, & tu obſervabis calcaneum ejus.* Auguſtino favet Ambroſ. l. de fug. ſæc. c. 7. col. 434. ubi ſic: *Et inimicitias ponam inter te & inter mulierem, & ſemen tuum, & ſemen mulieris; ipſa tibi obſervabit caput, & tu illius calcaneum.* Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. p. 510. b. *Ipſe ſervabit caput tuum, & tu ſervabis ejus calcaneum:* & in Iſai. 58. to. 3. p. 434. e. *Tu obſervabis caput ejus, & ille obſervabit tibi calcaneum:* & in Ezech. 47. p. 1055. a. *Tu ejus obſervabis caput, & ipſe obſervabit tuum calcaneum.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 45. p. 192. a. *Ecce pono inimicitias inter te & mulierem, & inter ſemen tuum, & ſemen illius.* S. Gregor. l. 2. in Job. c. 36. p. 36. b. *Ipſa tuum obſervabit caput, & tu calcaneum ejus.* Tertul. l. de hab. mul. c. 7. p. 259. a. legiſſe videtur, *calcabit.* Gr. Καὶ ἔχθραν θήσω ἀνὰ μέσον σοῦ καὶ ἀνὰ μέσον τῆς γυναικὸς, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματός σου, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματος αὐτῆς· αὐτός (al. αὐτό) σου τηρήσει (ed. Compl. τειρήσει) κεφαλὴν, καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ πτέρναν.

℣. 16. Vix quicquam Græco ſimilius. Eadem refert idem Auguſt. l. 15. de civit. Dei, c. 7. to. 7. col. 386. d. e. At. lib. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 665. b. ſic habet: *Et mulieri dixit: Multiplicans multiplicabo dolores tuos & ſuſpiria tua, & in doloribus paries filios tuos, & ad virum tuum converſio tua, & ille tui dominabitur:* & infr. col. 676. f. *In doloribus paries filios, & erit tibi converſio ad virum tuum, & ipſe tui dominabitur.* Tertul. l. de hab. mul. c. 1. p. 257. b. *In doloribus & anxietatibus paries, & ad virum tuum converſio tua, & ille dominabitur tui.* Cypr. de hab. virg. p. 180. b. & lib. 3. Teſtim. p. 315. c. *Multiplicans multiplicabo triſtitias tuas, & gemitus tuos; & in triſtitia paries filios, & erit converſio tua ad virum tuum, & ipſe tui dominabitur.* Ambroſ. l. de inſtit. virg. to. 2. col. 255. c. *In triſtitia paries filios, & ad virum converſio tua, & ipſe tibi dominabitur.* Ambroſiaſt. p. 159. e. 274. a. *Ad virum tuum converſio tua, & ipſe tui dominabitur.* Hieron. quæſt. Hebr. in Gen. to. 2. habet cum Cypr. *Multiplicans multiplicabo triſtitias tuas & gemitus tuos.* (In edit Compl. στεναγμὸς.) Epiſt. autem ad Euſtoch. to. 4. p. 35. a. cum Tertul. *In doloribus & in anxietatibus paries.* Et in ep. ad Tit. to. 4. p. 427. e. cum Ambroſiaſt. *Ad virum tuum converſio tua, & ipſe tui dominabitur.* Similiter in Capitul. Baluz. to. 2. p. 314. b. *Ad virum tuum erit converſio tua, & ipſe dominabitur tui.* In Hypognoſt. apud Aug. lib. 2. to. 10. col. 10. c. ſic: *Mulieri autem dixit Deus: Multiplicans multiplicabo mœrores tuos, & gemitum tuum; in triſtitiis paries filios*, &c. ut in textu Auguſt. Philaſtr. Brix. l. de Hæreſ. *In dolore parturies filios.* Auct. quæſt. Vet. & Nov. Teſt. q. 127. col. 141. b. legit: *Replens replebo ærumnas tuas & gemitum tuum; in triſtitia paries filios*, &c. ut in textu; at infra: *Replens replebo mœreres tuos*, &c. S. Petrus Chryſol. ſer. 44. to. 7. p. 880. b. *Multiplicans multiplicabo triſtitias tuas, & gemitus tuos; in triſtitia & gemitu paries filios.* Auct. l. de Præd. ap. Proſp. part. 1. c. 4. col. 93. e. *Multiplicans multiplicabo gemitus & dolores tuos; in triſtitia paries filios.* Sedul. Hibern. in 1. Cor. 14. p. 547. g. *Sub viri poteſtate eris, & erit reverſio tua ad virum tuum, & ipſe tui dominabitur.*

℣. 17. Vix meliùs è Græco, niſi quòd in ipſo ante vocem *maledicta*, additur, ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες, *ab eo manducaſti*, quod omittit ſup. Auguſtinus. Nonnulla variant apud ipſum l. 1. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 653. b. & lib. 2. col. 665. b. 677. a. ubi ſic: *Et tunc dixit Deus ad Adam: Quia audiſti vocem mulieris tuæ, & manducaſti de ligno, de quo præceperam tibi ex illo ſolo ne ederes, maledicta terra*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Aug. l. 11. de Gen. ad litt. t. 3. p. 1. col. 275. e. & inf. col. 293. seq.

ram tibi de eo solo non edere, maledicta terra in operibus tuis : in tristitiis edes illam omnes dies vitæ tuæ.

18. Spinas & tribulos germinabit tibi, & edes fœnum agri.

19. In sudore faciei tuæ edes panem tuum, donec convertaris in terram ex qua sumptus es : quia terra es, & in terram ibis.

20. Et vocavit Adam nomen mulieris suæ, Vita : quoniam hæc est mater omnium viventium.

21. Et fecit Dominus Deus Adam & mulieri ejus tunicas pelliceas, & induit eos :

22. Et dixit Dominus Deus : Ecce Adam factus est tanquam unus ex nobis, in cognoscendo bonum & malum : & nunc ne aliquando extendat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & edat, & vivat in æternum.

VULGATA NOVA.

peram tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo : in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ.

18. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ.

19. In sudore vultus tui vescêris pane, donec revertaris in terram de qua sumptus es : quia pulvis es, & in pulverem revertêris.

20. Et vocavit Adam nomen uxoris suæ, Heva : eò quòd mater esset cunctorum viventium.

21. Fecit quoque Dominus Deus Adæ & uxori ejus tunicas pelliceas, & induit eos :

22. Et ait : Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum & malum : nunc ergo ne fortè mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

erit tibi in omnibus operibus tuis ; & in tristitia & gemitu tuo (al. deest, *tuo*) *manducabis* (vel *edes*) *ex ea omnibus diebus vitæ tuæ.* Et in Hypognost. l. 2. apud August. to. 10. col. 10. c. *Et Adæ dixit : Quoniam audisti vocem mulieris tuæ, & manducasti de ligno, de quo præceperam tibi de hoc solo ne manducares, maledicta terra in operibus tuis ; in mœroribus manducabis ex illa omnibus diebus vitæ tuæ.* Apud. Cypr. l. 3. Testim. p. 320. b. *Tunc dixit Dominus ad Adam : Quia exaudisti vocem uxoris tuæ, & manducasti ex illa arbore, de qua sola præceperam tibi ne manducares, maledicta terra erit in omnibus operibus tuis ; in tristitia & gemitu edes ex ea omnibus diebus vitæ tuæ.* Itidem l. de op. & eleem. p. 250. c. exceptis his : *Quia audisti vocem mulieris.* Sic etiam Hilar. habet in Ps. 51. col. 74. f. *Quia audisti vocem mulieris tuæ :* & in Ps. 59. & 66. col. 137. d. 188. a. sic pergit : *Maledicta terra in operibus tuis ; in doloribus edes eam omnibus diebus vitæ tuæ.* Ambros. l. de fide resur. to. 2. col. 1144. a. legit : *Quoniam audisti vocem uxoris tuæ, & manducasti de ligno, de quo præceperam tibi ab eo solo ne manducares, maledicta terra in operibus tuis ; in tristitia manducabis fructum ejus omnibus diebus vitæ tuæ :* at in Ps. 43. col. 917. c. habet : *in omnibus operibus tuis :* & l. de Parad. to. 1. col. 180. b. addit : *In tristitia manducabis eam omnes dies vitæ tuæ.* Auct. quæst. Vet. & N. Test. ap. August. to. 3. q. 127. col. 141. f. *Quoniam audisti vocem mulieris tuæ, & edisti de ligno, de quo præceperam tibi ne ederes ex eo ; maledicta terra in operibus tuis, & in mœroribus tuis edes ex ea omnibus diebus vitæ tuæ.* Auct. l. de promiss. & præd. Dei ap. Prosp. part. 1. c. 5. col. 94. c. *Adæ autem dixit Deus : Quoniam audisti vocem mulieris tuæ plusquàm me, & tetigisti de arbore, de qua sola præceperam tibi ne manducares ex ea, & manducasti ; maladicta terra in operibus tuis ; spinas,* &c. Solus nempe ex Latinis Patribus Græcum reddidit, ᾧ ἐνετειλάμην σοι τότε μόνῳ μὴ φαγεῖν, ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες, seu cum al. ἀπ' αὐτοῦ, absque ἔφαγες, ut legit sup. Auctor. quæst. Vet. & N. Test. quæ verba, sive ἀπ' αὐτοῦ, sive ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες, deerant in Latinis codd. tempore Augustini. Id nempe commemorat S. Doctor l. 1. Locut. to. 3. part. 1. col. 326. b. his verbis : *Quod habent multi Latini codices :* Quia audisti vocem mulieris tuæ, & edisti de ligno de quo præceperam tibi de eo solo non edere : *Græci habent,* edisti de ligno de quo præceperam tibi, eo solo non edere ex eo : *Alii autem Interpretes Græci habent,* manducasti, *vel* edisti : *ut ita sit sensus secundùm ipsos : Quia audisti vocem mulieris tuæ, & edisti de ligno, de quo præceperam tibi eo solo non edere, ex eo edisti.* Hieron. quæst. Hebr. to. 2. p. 510. c. addit : *Maledicta terra in operibus tuis,* licet Mss. plures ferant, *in opere tuo.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 16. p. 85. b. *Maledicta terra in operibus tuis.* Eucher. Lugd. quæst. in Gen. p. 840. h. *in operibus suis.*

℣. 18. Eadem profert August. supra l. 3. col. 155. f. & infra, col. 293. g. uno excepto, *pariet,* vel *edet,* pro *germinabit.* Lib. verò 1. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 653. b. legit : *spinas & tribulos ejiciet tibi, & edes pabulum agri tui :* sic etiam infr. lib. 2. col. 665. b. 677. a. præter verbum *germinabit,* vel *pariet,* loco *ejiciet :* & l. 6. op. imp. tom. 10. col. 1331. a. *pariet terra tibi.* Cypr. de op. & eleem. p. 250. c. & l. 3. Testim. p. 320. b. *Spinas & tribulos ejiciet tibi, & edes pabulum agri.* Hilar. in Ps. 66. col. 188. a. *Spinas & tribulos generabit tibi.* Auct. quæst. Vet. & N. Test. ap. August. to. 3. q. 127. col. 141. f. *Spinas & tribulos germinabit tibi.* Similiter Ambros. l. de fide resur. to. 2. col. 1144. a. additis his : *Et edes pabulum agri.* Item in Ps. 43. to. 1. col. 917. c. *germinabit ;* at l. de Parad. col. 180. f. *Manducabis fœnum agri.* Hypognost. ap. August. to. 10. l. 2. col. 10. c. *Germinabit tibi, & edes fœnum agri.* Auct. verò lib. de promiss. & præd. Dei ap. Prosp. l. 1. c. 5. p. 94. c. sic habet : *Spinas & trib. pariet tibi, in tristitia & gemitu edes pabulum agri tui.* Gr. Ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ (edit. Compl. ἀνατελεῖ ἡ γῆ) σοι, καὶ φαγῇ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ.

℣. 19. Similiter habet idem August. l. 1. & 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 653. b. 665. b. præter. seqq. *In sudore vultûs tui edes..... donec revertaris in terram, de qua,* &c. Itidem l. 6. op. imp. to. 10. col. 1331. a. & quæst. 24. in Josue, to. 3. col. 591. f. excepto uno *unde,* pro *de qua.* Sic etiam in Ps. 7. to. 4. col. 31. c. sed infra col. 37. e. ita exorditur : *In labore manducabis panem tuum.* Vet. Irenæi Interp. l. 5. c. 16. col. 312. d. *In sudore vultûs tui manducabis panem tuum, quoadusque convertaris in terram, ex qua sumptus es.* Cypr. l. de op. & eleem. p. 250. c. & l. 3. Testim. p. 320. b. *In sudore vultûs tui edes panem tuum, donec revertaris in terram de qua sumptus es,* &c. Ambros. de fide resur. col. 1144. a. *Cum sudore vultûs tui manducabis panem tuum, donec revertaris in terram de qua adsumptus es :* at infra legit, *in sudore,* sicut in Luc. 1. to. 1. col. 1264. a. Reliqua verò, *terra es,* & *in terram ibis,* passim legit ut supra. Sic etiam Tertul. l. de resur. carn. p. 568. c. 573. a. nec non Hilar. in Ps. 66. & 142. col. 188. a. 550. b. Vide etiam Ambros. in Psal. to. 1. col. 755. a. 1009. e. 1033. c. Similiter habet Hieron. in Isai. 3. to. 3. col. 31. f. *In sudore vultûs tui comedes panem tuum, donec revertaris in terram de qua sumptus es :* & in ep. ad Cypr. to. 2. col. 698. a. ut sup. *Terra es,* & *in terram ibis :* at in Eccles. to. 2. col. 736. b. Non *ibis,* sed *reverteris.* In Hypognost. l. 2. ap. August. to. 10. col. 10. c. *In sudore vultûs tui edes panem tuum, donec revertaris in terram de qua sumptus es ; quia terra es, & in terram ibis.* Itidem Auct. l. de promiss. & præd. ap. Prosp. l. 1. c. 5. p. 94. c. excepto verbo *manducabis,* pro *edes,* & *quoniam,* pro *quia.* Similiter in Gr. Ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου σου φαγῇ..... ἕως τοῦ ἀποστρέψαι σε εἰς τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθης· ὅτι γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ.

℣. 20. August. inf. col. 294. a. *Et ipse Adam..... tunc vocavit nomen mulieris suæ, Vitam, quoniam ista est mater omnium viventium :* & l. 2. Gen. contr. Manich. to. 1. col. 665. b. *Et tunc Adam imposuit nomen uxori suæ, Vita, quia mater est omnium vivorum.* Quam autem August. constanter appellat *Vitam,* hanc Tertul. l. de vel. virg. c. 5. p. 311. b. nominat *Evam : Eva,* inquit, *cognominatur personalis jam vocabulo..... si enim Eva mater viventium est,* &c. Vide etiam l. de resur. carn. p. 568. c. & l. de coron. mil. c. 7. p. 290. c. ubi *Eva* constanter appellatur. At Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 510. c. Augustino favet scribens : *Et vocavit Adam nomen uxoris suæ, Vitam, quia ipsa est mater omnium viventium.* Similiter in Gr. Καὶ ἐκάλεσεν Ἀδὰμ τὸ ὄνομα τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, Ζωὴ, ὅτι μήτηρ πάντων τῶν ζώντων. Ms. Alex. ὅτι αὐτὴ μήτηρ, &c.

℣. 21. Similiter habet August. infra, col. 294. b. præter vocem *Adæ,* pro *Adam.* Sic etiam l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 665. b. *Et tunc fecit Dominus Deus Adæ ..... & induit illos.* Tertul. l. de resur. carn. p. 568. c. *Tunicas pelliceas* memorat, sicut & Ambros. l. de Elia, & jejun. c. 4. col. 538. e. Gr. Καὶ ἐποίησε..... τῷ Ἀδάμ, &c. ut in Lat.

℣. 22. Eadem exhibet August. infra, col. 294. c. d. e. nisi quòd omittit voces *Dominus,* ante *Deus,* & *suam,* post *manum.* Lib. verò 2. de Gen. cont. Manich. to. 1. col. 665. c. & 678. d. f. dissimilia hab. *Et dixit : Ecce Adam factus est tanquam unus ex nobis ad scientiam cognoscendi bonum & malum : & tunc ne porrigeret manum suam Adam ad arbo-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

23. Et emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, ut operaretur terram, de qua sumptus est.

24. Ejecitque Adam: & collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ.

VERSIO ANTIQUA.

23. Et dimisit illum Dominus Deus de paradiso voluptatis operari terram, ex qua sumptus est. *Ex Aug. l. 11. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 275. f. 294. e.*

24. Et ejecit Adam, & collocavit eum contra paradisum voluptatis; & ordinavit Cherubim, & flammeam romphæam, quæ vertitur, custodire viam ligni vitæ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

rem vitæ, & sumeret sibi inde, & ederet, & viveret in æternum. Græc. priori textui favet: Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· (Mſ. Alex. Κύριος ὁ Θεός) Ἰδὲ Ἀδὰμ..... τοῦ γινώσκειν καλὸν..... ᾗ νῦν μή ποτε ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα αὐτοῦ, ᾗ λάβῃ ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ᾗ φάγῃ, ᾗ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. Tertul. l. 2. contr. Marc. p. 654. a. & l. contr. Prax. p. 848. c. legit cum Auguſt. *Ecce Adam factus eſt tanquam unus ex nobis.* Sic etiam l. de reſur. carn. p. 593. a. præter hoc, *quaſi unus.* Similiter habet Ambroſ. l. de Elia & jej. c. 4. col. 538. d. at l. de Parad. col. 157. a. *Ecce Adam factus eſt tanquam unus noſtrûm;* & infra, col. 168. d. *Ecce Adam factus eſt tanquam unus ex nobis, ut ſciat bonum & malum;* vel ut ferunt Mſs. tres: *Ecce Adam factus es unus ex nobis, ut ſcias bonum & malum.*

℣. 23. Sic in Græco ad verbum. Auguſt. verò l. 2. de Gen. contr. Manich. col. 665. c. paulùm diſſimiliter: *Dimiſit eum Dominus Deus de paradiſo ſuavitatis, ut operaretur terram, de qua & ſumptus fuerat.*

℣. 24. Vix meliùs è Græco, niſi excipias verbum *collocavit*, pro quo in Gr. Κατῴκισεν. Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 511. a. meliùs: *Et ejecit Adam, & habitare fecit contra paradiſum voluptatis, & ſtatuit* (Gr. ἔταξε) *Cherubim, & flammeam romphæam, quæ vertitur, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.* Et in Sophon. 2. to. 3. col. 1667. d. *Statuit Cherubim & flammeum gladium, qui vertitur, ad cuſtodiendam*, &c. Auguſt. l. 2. de Gen. contr. Manich. to. 1. col. 665. c. paulò liberiùs: *Et ejectus foras de paradiſo, moratus eſt contra paradiſum voluptatis: & Cherubim, & illam flammeam frameam, quæ verſatur, poſuit Deus ad cuſtodiendam viam arboris vitæ.*

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. ADam verò cognovit uxorem ſuam Hevam: quæ concepit & peperit Caïn, dicens: Poſſedi hominem per Deum.

2. Rurſumque peperit fratrem ejus Abel. Fuit autem Abel paſtor ovium, & Caïn agricola.

3. Factum eſt autem poſt multos dies ut offerret Caïn de fructibus terræ munera Domino.

Hebr. 11. 4. 4. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum: & reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus.

5. Ad Caïn verò, & ad munera illius, non reſpexit: iratuſque eſt Caïn vehementer, & concidit vultus ejus.

6. Dixitque Dominus ad eum: Quare iratus es? & cur concidit facies tua?

7. Nonne ſi bene egeris, recipies: ſin autem male, ſtatim in foribus peccatum aderit? ſed ſub te erit appetitus ejus, & tu dominaberis illius.

VERSIO ANTIQUA.

1. ADam autem cognovit Evam mulierem ſuam, quæ concepit & peperit Caïn, & dixit: Acquiſivi hominem per Deum. *Ambroſ. l. 1. de Caïn & Abel c. 1. 183. c.*

2. Et adjecit parere Abel: & factus eſt Abel paſtor ovium, Caïn autem operabatur terram. *Ibid. 183. d. 187. f.*

3. Et factum eſt poſt dies obtulit Caïn de fructu terræ ſacrificium Domino. *Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. col. 182. b. 183. a.*

4. Et Abel obtulit & ipſe de primitiis ovium ſuarum: & reſpexit Deus ſuper Abel, & ſuper munera ejus.

5. Super Caïn verò, & ſuper ſacrificia ejus, non reſpexit: & contriſtatus eſt Caïn valdè, & concidit vultus ejus.

6. Et dixit Dominus Deus ad Caïn: Quare triſtis factus es? & quare concidit vultus tuus?

7. Nonne ſi rectè offeras, rectè autem non dividas, peccaſti? Quieſce; ad te enim converſio ejus, & tu dominaberis illius. *Aug. l. 15. de civ. Dei c. 7. t. 7. 384. f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Optimè Ambroſ. ex Græco, niſi quòd loco, *quæ concepit & peperit*, in ipſo legitur, Καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε. At in Mſ. Alex. Καὶ συνέλαβεν ᾗ ἔτεκεν. Similiter apud Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 511. a. *Et concepit & peperit Caïn; & dixit: Acquiſivi, ſive poſſedi hominem per Deum.* Item apud Auguſt. l. 15. de civit. Dei, to. 7. col. 396. a. 399. e. *Acquiſivi hominem per Deum.* Auct. verò quæſt. Vet. & N. Teſt. ap. Aug. to. 3. q. 81. col. 76. e. legit: *Procreavi hominem per Deum.* Gr. Ἐκτησάμην.

℣. 2. Auguſt. l. 1. Locut. to. 3. col. 326. c. *Et appoſuit parere fratrem ejus Abel.* Lucif. Cal. Bibl. PP. to. 4. col. 182. h. 183. a. *Factus eſt Abel paſtor ovium; Caïn autem erat operans terram.* Ambroſ. l. 1. Hexa. col. 13. f. *Erat autem Caïn operarius terræ.* Gr. Καὶ προσέθηκε τεκεῖν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν Ἄβελ..... Κάϊν δὲ ἦν ἐργαζόμενος τὴν γῆν.

℣. 3. Ambroſ. l. 1. de Caïn & Ab. c. 7. col. 195. f. *Et factum eſt poſt dies obtulit Caïn ex fructibus terræ munus Domino.* Huc etiam redeunt quæ Tertul. habet l. contr. Jud. c. 5. p. 138. b. *Major natu Caïn de fructu terræ obtulit munera Deo.* In Gr. ſic. Καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέρας ἤνεγκε Κάϊν ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς θυσίαν τῷ Κυρίῳ.

℣. 4. Tertul. l. adv. Jud. c. 5. p. 138. b. *Minor verò filius Abel de fructu ovium ſuarum*, (ſupl. obtulit.) tum addit: *Reſpexit Deus in Abel, & in munera ejus.* Ambroſ. in Pſ. 45. & 118. col. 932. c. 1187. d. *Reſpexit Deus ſuper munera Abel.* Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 511. a. *Et reſpexit Deus ſuper Abel, & ſuper munera ejus.* Vigil. Tapſ. l. contr. Varim. p. 750. h. *Reſpexit Deus in Abel, & ſuper munera ejus.* In Gr. ſic: Καὶ Ἄβελ ἤνεγκε ᾗ αὐτὸς ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων τῶν προβάτων αὐτοῦ, ᾗ ἀπὸ τῶν στεάτων αὐτῶν· ᾗ ἐπείδεν ὁ Θεὸς ἐπὶ Ἄβελ, ᾗ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ. Hoc autem, ᾗ ἀπὸ τῶν στεάτων αὐτῶν, & *de adipibus earum*, nuſquam legitur apud Latinos.

℣. 5. Sic eſt in Græco, niſi quòd loco *vultus ejus*, legitur, τῷ προσώπῳ αὐτοῦ· at in edit. Compl. τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 511. a. habet cum Lucifero, *Super Caïn autem*, & *ſuper ſacrificia ejus non reſpexit*; & *contriſtatus eſt Caïn valdè.* Tertul. contr. Jud. c. 5. p. 138. b. *In Caïn autem, & in munera ejus non re pexit.* Ambroſ. in Pſ. 45. & 118. p. 932. c. 1187. d. *Super Caïn autem munera non reſpexit.* Vigil. Tapſ. l. contr. Varimad. p. 750. h. *Super Caïn autem & munera ejus non reſpexit:* quæ vox, *munera*, exprimitur Græcè per hanc θυσίας, quam Lucifer & Hieron. optimè reddunt per *ſacrificia*; & in Mſ. Clem. pro ταῖς θυσίαις, legitur, τοῖς δώροις.

℣. 6. Græco quid ſimilius? Concinit Auguſt. l. 15. de civit. Dei, c. 7. to. 7. col. 384. f. 385. e. ubi ſic: *Et dixit Dominus ad Caïn: Quare triſtis factus es*, (vel *contriſtatus es*;) *& quare concidit facies tua?* Tertul. l. contr. Jud. c. 5. p. 138. b. *Et dixit Deus ad Caïn: Quare concidit vultus tuus?* Itidem Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 511. b. niſi quòd pro *Deus*, ſcribit, *Dominus.* Auctor. quæſt. Vet. Teſt. q. 5. col. 45. a. *Quid contriſtatus es, & ut quid concidit vultus tuus?* Auct. Lib. de vocat. Gent. l. 2. c. 13. p. 24. a. *Ut quid triſtis factus es? ut quid concidit vultus tuus?*

℣. 7. Eadem verba refert vet. Irenæi Interpres, l. 4. c. 18. p. 250. d. e. detractâ tantùm voculâ *enim*, ante vocem *converſio.* Eadem quoque habet Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 511. b. abſque *enim*: cui accinit Auct. quæſt. Vet. Teſt. q. 5. niſi quòd loco, *ad te converſio ejus*, ponit, *apud te converſio ejus*; deinde ſic: & *tu dominaberis ejus.* Auct. etiam lib. de vocat. Gent. l. 2. c. 13. p. 24. a. textui

Digitized by Google

Versio antiqua.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. col. 183. a.

8. Et dixit Caïn ad Abel fratrem ſuum: Eamus in campum. Et factum eſt, cùm eſſent ipſi in campo, inſurrexit Caïn ſuper Abel fratrem ſuum, & occidit eum.

9. Et dixit Deus ad Caïn: Ubi eſt frater tuus? Et dixit: Neſcio: Numquid cuſtos fratris mei ſum ego?

10. Et dixit Deus: Quid feciſti hoc? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.

Aug. l. 12. contr. Fauſt. t. 8. 231. g. 232. f.

11. Et nunc maledictus tu à terra, quæ aperuit os ſuum excipere ſanguinem fratris tui de manu tua.

12. Quoniam operaberis terram, & non ad-

Vulgata nova.

8. Dixitque Caïn ad Abel fratrem ſuum: Egrediamur foras. Cùmque eſſent in agro, conſurrexit Caïn adverſùs fratrem ſuum Abel, & interfecit eum. *Sap. 10. 3.*

9. Et ait Dominus ad Caïn: Ubi eſt Abel frater tuus? Qui reſpondit: Neſcio: Num cuſtos fratris mei ſum ego? *Matt. 23. 35. 1. Joan. 3. 12. Jude 1. 11.*

10. Dixitque ad eum: Quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.

11. Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua.

12. Cùm operatus fueris eam, non dabit tibi

Notæ ad Versionem antiquam.

Auguſtin. congruit ad verbum, hoc tamen excepto, *ad te enim erit converſio ejus.* Tertul. l. contr. Jud. c. 5. p. 138. b. ſic: *Quoniam ſi rectè quidem offeras, non rectè autem dividas, peccaſti, quieſce; ad te enim converſio ejus, & tu dominaberis ejus.* Similiter apud Ambroſ. l. de Incarn. to. 2. col. 703. c. d. 705. b. 706. a. & alibi paſſim: *Si rectè offeras, rectè autem non dividas, peccaſti, quieſce.* Accinunt alii plures, nempe Gregor. Mag. l. 3. in Job, c. 13. col. 82. d. & in Ezech. l. 1. hom. 11. col. 1286. a. Maximus Taurin. Bibl. PP. to. 6. col. 45. g. Facundus Herm. ap. Sirm. to. 2. p. 853. a. & Felix III. in epiſt. ap. eundem, to. 1. p. 779. d. Epiſtola verò 14. t. 4. Concil. col. 1091. c. habet: *Si rectè offeras, & rectè non dividas, peccaſti.* S. Paulin. ep. 24. p. 152. a. *Si rectè diligis, & non rectè dividas, peccaſti.* Lucif. Cal. Bibl. PP. to. 4. col. 182. h. 183. a. *Quare non rectè obtuliſti? Peccaſti; quieſce.* Philaſtr. Brix. l. de Hæreſ. col. 719. h. *Peccaſti? quieſce: ad te converſio tua, & tu ejus dominaberis.* Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. part. 1. c. 6. col. 95. a. *Peccaſti, quieſce; ad te converſio ejus, & tu dominaberis ejus.* In Gr. Οὐκ ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες; ἡσύκασον· πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτῦ, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτῦ. Porro Hieron. loco ſup. cit. quæſt. Hebr. obſervat. longè alium eſſe ſenſum textus Hebraïci & LXX. Translatorum: allatis nempe verbis Latinis quæ ſupra retulimus ex LXX. ſubjunctiſque his ex Hebræo: *Ante fores peccatum tuum ſedebit, & ad te ſocietas ejus;* poſt pauca ſubdit: *Quod autem in LXX. Interpretibus fecit errorem, illud eſt, quia* Peccatum, *id eſt,* Attath, *in Hebræo generis maſculini eſt, in Græco feminini. Et qui interpretati ſunt, maſculino illud, ut erat in Hebræo, genere tranſtulerunt.* Rectè quidem, inquies, ſi LXX. Interpretes vocem Hebræam *Attath*, vel *bhattath*, *peccatum*, quæ eſt maſculini generis, iſtâ Græcâ ἁμαρτία reddidiſſent, quæ eſt feminini; tunc enim pronomen maſculinum αὐτῦ, loco αὐτῆς, errorem creaſſet. Verùm quia vox ἁμαρτία non expreſſa eſt à LXX. ſed tantùm Aoriſt. 2. ἥμαρτες, non videtur quomodo maſculinum αὐτῦ obſcuritatem afferre potuerit. Reſponſum in promptu eſt: ut apta ſit Hieronymi obſervatio, neceſſe non eſt ut vox ἁμαρτία prolata fuerit à LXX. Sat illis eſſe debuit quòd, ſubaudita voce ἁμαρτία, pronomen ſequens, quod in Hebræo maſculinum eſt, relativè ad maſculinum *Attath*, per hoc maſculinum, αὐτῦ, non verò per femininum αὐτῆς, expreſſerint. Porro ipſum illud eſt quod ipſis contigiſſe videtur. Enimverò pro *Attath*, i. e. *peccatum*, male legerunt, *bhatatha*, *peccaſti*, cùm autem pronomen ſubſequens maſculini eſſet generis in Hebræo, per relat. ſcilicet ad vocem maſculinam *bhattath*, ſeu *peccatum*, parum perpenſo verbo, *bhattatha*, ſeu ἥμαρτες, quod malè ſcripſerant, ſubauditaque voce, ἁμαρτία, pronomen ſequens Hebræo maſculino reſpondens, malè reddiderunt per iſtud αὐτῦ, unde nata obſcuritas. Non etiam unus auctor fuit Hieronymus hujus explicationis, qua nimirum pronomen *ejus* ad *peccatum* referretur. Enimverò Ambroſ. l. 2. de Caïn & Ab. c. 7. to. 1. col. 217. f. hunc locum eodem modo exponit: *Ideo autem*, inquit, *ait*, quieſce, *quoniam non habes quod excuſes; culpæ ipſius ad te converſio eſt;* & poſt pauca: *In te revertitur crimen quod à te cæpit..... in te retorquetur improbitas tua: tu princeps es illius.* Deinde ſic: *Bene ait:* Tu princeps es illius; *etenim impietas mater quædam eſt delictorum*, &c. Vid. Martianæi noſtri Not. in hunc Hieron. loc. to. 2. col. 511. b.

℣. 8. Ad verbum è Græco, niſi excipias unum *eamus*, pro quo, διέλθωμεν, meliùs *tranſeamus.* Eadem narrat Tertul. l. contr. Jud. c. 5. p. 138. b. ſcribens: *Et tunc dixit Caïn ad Abel fratrem ſuum: Eamus in campum: & abiit cum eo illic, & interfecit eum.* Similiter Ambroſ. l. 2. de Caïn & Ab. c. 8. to. 1. col. 218. a. *Eamus in campum.* Hieron. verò ep. ad Damaſ. to. 2. col. 565. b. *Tranſeamus in campum.* Et quæſt. Hebr. in Gen. to. 2. col. 511. c. ad hæc: *Et dixit Caïn ad Abel fratrem ſuum:* notat ſubaudiri, *ea quæ loquutus eſt Dominus.* Tum pergit: *ſuperfluum ergo eſt quod in Samaritanorum, & noſtro volumine reperitur: Tranſeamus in campum.* Auguſt. Locut. 14. de Gen. to. 3. col. 326. c. addit cum Lucif. *Et factum eſt, dum eſſent in campo, inſurrexit Caïn ſuper Abel, & occidit eum.*

℣. 9. Tertul. l. contr. Jud. c. 5. p. 138. b. *Et tunc dixit Jeſus ad Caïn: Ubi eſt Abel frater tuus? Et dixit: Neſcio & numquid cuſtos fratris mei ſum ego?* Victor Tun. ap. Ambr. col. 592. d. *Et dixit Dominus ad Caïn: Ubi eſt frater tuus? Et dixit Caïn: Neſcio; numquid*, &c. ut ſup. Vet. Irenæi Interp. l. 3. c. 22. p. 221. a. eadem legit ab hac voce, *neſcio.* Similiter Ambroſ. l. de Parad. c. 14. col. 177. f. *Neſcio; numquid ego cuſtos fratris mei ſum?* Item l. 2. de Caïn & Ab. c. 9. col. 219. c. *Neſcio; numquid cuſtos fratris mei ego ſum?* Et in Pſ. 35. col. 769. e. *Numquid ego cuſtos ſum fratris mei?* Apud Hilar. in Pſ. 119. col. 372. c. hæc pauca: *Ubi eſt frater tuus?* ap. Hieron. ep. ad Damaſ. to. 2. col. 564. a. *Ubi eſt Abel frater tuus?* paulòque poſt: *Neſcio; numquid cuſtos fratris mei ſum?* Itidem infra, col. 565. b. abſque pronom. *ego.* Auguſt. verò l. 12. contr. Fauſt. to. 8. col. 231. f. habet: *Numquid ego cuſtos ſum fratris mei?* Gr. Καὶ εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς (Mſ. Alex. εἶπεν ὁ Θεὸς) πρὸς Καΐν. Ποῦ ἔστιν Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; καὶ εἶπεν, Οὐ γινώσκω· μὴ φύλαξ τῦ ἀδελφῦ μου εἰμὶ ἐγώ;

℣. 10. Gr. Καὶ εἶπε Κύριος· Τί πεποίηκας; φωνὴ αἵματος τῦ, &c. ut in textu Lucif. In Mſ. Alex. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός, & in edit. Compl. Τί ἐποίησας τῦτο; ut ſup. apud Lucif. Similiter habet Tertul. l. contr. Jud. c. 5. p. 138. b. *Et dixit ei Deus: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra*, omiſſis his: *quid feciſti hoc?* Vet. Irenæi Interp. l. 5. c. 14. p. 310. b. ſimpliciter: *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me.* Eadem refert Hilar. in Pſ. 118. & 140. col. 352. f. 354. c. Eadem & Ambroſ. l. 1. de Caïn & Ab. to. 1. col. 200. f. 218. f. 219. e. 220. d. At in Pſ. 118. col. 1211. b. addit: *de terra*, ſicut & l. 2. de Caïn & Ab. col. 220. b. ſed abſque, *ad me.* Denique l. 1. de Abr. c. 6. col. 298. f. & in Luc. 1. col. 1280. b. Non legit: *vox ſanguinis*, ſed, *ſanguis fratris tui clamat ad me.* Victor. Tun. apud Ambr. col. 592. e. hoc modo: *Quid feciſti? Ecce vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Item Hieron. in Iſai. 26. to. 3. col. 225. d. 226. b. cum Auct. l. de promiſſ. & præd. ap. Proſp. part. 1. c. 6. col. 95. c. *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Optat. verò l. 7. contr. Donat. p. 110. c. *Ecce ſanguis fratris tui clamat ad me de terra.* Itidem Auct. quæſt. Vet. & N. Teſt. ap. Aug. to. 3. q. 68. col. 69. f. detractâ voculâ, *ecce.* Auguſtinus denique l. 12. contr. Fauſt. to. 8. col. 231. f. legit ut ſup. *Dicit Deus ad Caïn: Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra:* ſic etiam Adimantus apud Aug. to. 8. col. 115. c. d. præter hoc: & *dixit Dominus.*

℣. 11. Tertul. l. contr. Jud. c. 5. p. 138. b. *Propter quod maledicta terra, quæ aperuit os ſuum ad excipiendum ſanguinem fratris tui:* & l. de reſur. carn. p. 576. b. *Maledicta* (terra) *quæ hauſerit ſanguinem.* Hieron. in Ezech. 27. to. 3. col. 887. d. non abſimili modo: *Maledicta terra, quæ aperuit os ſuum, & hauſit ſanguinem fratris tui:* & in Iſai. 26. col. 225. d. 226. b. ſic: *Quæ aperuit os ſuum, ut ſuſciperet ſanguinem fratris tui de manu tua.* Adimantus ap. Aug. to. 8. col. 115. c. d. paulò diſſimiliùs: *Nunc maledictus eris à facie terræ, quæ abſorbuit, & recepit ſanguinem fratris tui ex cade manus tuæ.* Ambroſ. verò l. 1. de interpell. Job. c. 8. to. 1. col. 635. f. vix diſcedit ab Auguſt. ita ſcribens: *Maledictus à terra, quæ aperuit os ſuum accipere ſanguinem fratris tui de manu tua.* Gr. Καὶ νῦν ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ τῆς γῆς, ἣ ἔχανε τὸ στόμα αὐτῆς δέξασθαι τὸ, &c. ut ſup.

℣. 12. Similiter habet Ambroſ. l. 1. de interpell. Job. c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

fructus suos : vagus & profugus eris super terram.

13. Dixitque Caïn ad Dominum : Major est iniquitas mea, quàm ut veniam merear.

14. Ecce ejicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra : omnis igitur qui invenerit me, occidet me.

15. Dixitque ei Dominus : Nequaquam ita fiet : sed omnis qui occiderit Caïn, septuplum punietur. Posuitque Dominus Caïn signum, ut non interficeret eum omnis qui invenisset eum.

16. Egressusque Caïn à facie Domini, habitavit profugus in terra ad orientalem plagam Eden.

17. Cognovit autem Caïn uxorem suam, quæ concepit, & peperit Henoch : & ædificavit civitatem, vocavitque nomen ejus ex nomine filii sui, Henoch.

18. Porro Henoch genuit Irad, & Irad genuit Maviaël, & Maviaël genuit Mathusaël, & Mathusaël genuit Lamech.

19. Qui accepit duas uxores, nomen uni Ada, & nomen alteri Sella.

20. Genuitque Ada Jabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, atque pastorum.

21. Et nomen fratris ejus Jubal : ipse fuit pater canentium cithara & organo.

22. Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Soror verò Tubalcain, Noëma.

23. Dixitque Lamech uxoribus suis Adæ & Sellæ : Audite vocem meam uxores Lamech, auscultate sermonem meum : quoniam occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in livorem meum.

VERSIO ANTIQUA.

jiciet virtutem suam dare tibi : gemens & tremens eris in terra.

13. Et dixit Caïn ad Dominum : Majus delictum meum, quàm ut remittatur mihi. *Tertul. adv. Jud. c. 5. 138. b.*

14. Si ejicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero gemens & tremens super terram : & erit, omnis qui invenerit me, occidet me. *Aug. contr. Faust. l. 12. t. 8. 232. g.*

15. Et dixit ei Dominus : Non sic : sed omnis qui occiderit Caïn, septem vindictas exsolvet. Hoc est signum quod posuit Dominus in Caïn, ne occideret eum omnis qui invenisset eum. *Hieron. ep. ad Dam. t. 2. 563. c. & Auct. q. Vet. Testam. q. 5. p. 45. d.*

16..... & habitavit in terra Naid..... *Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 512. a.*

17. Et cognovit Caïn uxorem suam, & concipiens peperit Enoch : & erat ædificans civitatem in nomine filii sui Enoch. *Aug. de civ. Dei, l. 15. c. 8. t. 7. 387. f.*

18..... Mathusaël genuit Lamech. *Aug. ibid. c. 17. 400. a.*

19. Et sumpsit sibi Lamech duas uxores, nomen uni Ada, & nomen secundæ Sella.

20. Et peperit Ada Jobel : hic erat pater habitantium in tabernaculis pecuariorum.

21. Et nomen fratris ejus Jubal : hic fuit qui ostendit psalterium & citharam.

22. Sella autem peperit & ipsa Thobel, & erat ærarius, & malleator æramenti & ferri. Soror autem Thobel, Noëma.

23..... Audite verba mea uxores Lamech, auribus percipite verba mea : quia virum occidi in vulnus meum, & juvenem in livorem meum. *Hieron. in Joël. 1. t. 3. 1339.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

8. to. 1. col. 635. f. *Quoniam operaberis terram :* quæ iterum ponit l. de Noë & Arca, c. 29. col. 271. d. additis his : *Et non augebit virtutem suam dare tibi ; gemens & tremens eris super terram.* Itidem l. 2. de Caïn & Ab. c. 9. col. 220. c. *Non augebit virtutem suam dare tibi ;* seu ut in Mss. tribus, *non audebat virtutem suam*, &c. Tertul. l. contr. Jud. c. 5. p. 138. b. addit : *Gemens & tremens eris super terram.* In Gr. sic : "Οτι (ed. Compl. ὅτι) ἐργᾷ τὴν γῆν, καὶ οὐ προσθήσει τὴν ἰσχὺν αὐτῆς δοῦναί σοι στένων καὶ τρέμων ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς. Adimantus ap. August. to. 8. col. 115. c. d. alludens dicit : *Te enim operari necesse est terram, quæ sterilis tibi fructus dabit.*

℣. 13. Gr. Καὶ εἶπε Καΐν πρὸς Κύριον τὸν Θεόν· (Ms. Alex. ac ed. Compl. del. Θεόν) Μείζων ἡ αἰτία μου τοῦ ἀφεθῆναί με. Vox autem, Αἰτία, utrumque significat, *causam*, & *crimen*, seu *culpam : Causam* tamen plerique Patres retinent. Ambros. scilicet, l. 2. de Caïn & Ab. c. 9. to. 1. col. 221. a. c. legit : *Major causa mea est, quàm ut dimittatur mihi.* Hieron. ep. ad Damas. to. 2. col. 564. a. *Major mea causa est, quàm ut dimittar.* Ita rursus quæst. 8. ad Algas. to. 4. col. 200. f. at ep. ad Damas. col. 565. b. sic : *Major culpa mea est, quàm ut dimittar.* Philastr. Brix. de Hæres. col. 720. b. *Major causa est si dimissus fuero.* August. l. 12. contr. Faust. to. 8. col. 232. g. *Major est causa mea*, deinde omissis intermediis, subdit : *si ejicis me*, &c. Auct. quæst. Vet. Test. ap. Aug. to. 3. q. 5. col. 45. b. *Major causa est mea relinqui me*, (Mss. *relinque.*)

℣. 14. Ita in Græco, verbum pro verbo. In Ms. tamen Alex. ac edit. Ald. loco, εἰ ἐκβάλλεις, *si ejicis*, exstat, εἰ ἐκβαλεῖς, unde Tertul. l. contr. Jud. c. 5. p. 138. b. legit : *Et ejicies me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar ; & ero gemens & tremens super terram ; & omnis qui invenerit me, occidet.* Item Ambros. l. 2. de Caïn & Ab. c. 9. col. 221. a. c. *Si derelinques me hodie, à facie tua abscondam me ; omnis qui invenerit me, occidet me :* at ep. 37. col. 937. e. sic : *Abscondam me, & ero gemens, & tremens super terram ; & erit, omnis qui*, &c. ut sup. Auct. verò quæst. Vet. Test. q. 5. apud Aug. to. 3. col. 45. b. *Si ejicis me hodie à facie tua, & à facie terræ abscondam me ; & ero gemens, & tremens super terram ; & erit, omnis qui*, &c. ut in textu. Hieron. ep. ad Damas. to. 2. col. 564. a. sic habet : *Ecce ejicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero gemens ;* reliqua ad verbum ut in textu Augustin. Philastr. Brix. de Hæres. col. 720. b. *Et erit, omnis qui invenerit me, interficiet me.*

℣. 15. Ita Hieron. ex edit. LXX. usque ad verbum *exsolvet*, ut ipse monet loco cit. Reliqua descripsimus ex Auctore quæst. Vet. Test. Hæc autem verba : *Omnis qui occiderit Caïn, septem vindictas exsolvet*, rursum profert Hieron. l. quæst. Hebr. in Gen. to. 2. col. 511. f. sicut etiam Damasus ep. 17. Conc. to. 1. col. 580. b. nèc non August. l. 12. contr. Faust. to. 8. col. 233. b. Ambros. verò l. 2. de Caïn & Ab. c. 10. col. 221. e. legit : *Omnis qui occiderit Caïn, septies vindictam exsolvet.* Philastr. Brix. de Hæres. col. 720. c. *Omnis qui occid. Caïn, septem vindictas persolvet.* Auct. Quæst. Vet. Test. citatus sup. ad marg. *Non sic ; itaque omnis qui occiderit Caïn, septem vindictas exsolvet*, &c. Gr. Καὶ εἶπεν αὐτῷ Κύριος ὁ Θεός, Οὐχ ὕτω· πᾶς ὁ ἀποκτείνας Καΐν, ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει· καὶ ἔθετο Κύριος ὁ Θεὸς σημεῖον τῷ Καΐν, τοῦ μὴ ἀνελεῖν αὐτὸν πάντα τὸν εὑρίσκοντα αὐτόν.

℣. 16. Nec plura exhibet S. Hieron. Observat tamen ibid. *Quod LXX.* Naid, *transtulerunt, in Hebræo*, Nod, *dici.* Eadem profert Eucher. Lugd. quæst. in Gen. col. 840. h. cum eodem additamento. In Gr. versus integer sic legitur : Ἐξῆλθε δὲ Καΐν ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ, καὶ ᾤκησεν ἐν γῇ Ναὶδ κατέναντι Ἐδέμ. *Exiit autem Caïn à facie Dei, & habitavit in terra Naid contra Edem.*

℣. 17. Similia Græcum habet, nisi quòd post hoc, *ædificans civitatem*, addit : Καὶ ἐπωνόμασε τὴν πόλιν ἐπὶ τῷ ὀνόματι, &c. *Et nominavit civitatem in nomine*, &c.

℣. 18. In Gr. Μαθουσάλα, non *Mathusaël.*

℣℣. 19. 20. Eadem in Græco leguntur, verbum pro verbo.

℣. 21. Gr. Καὶ ὄνομα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, Ἰωβάλ· οὗτος ἦν ὁ καταδείξας, &c. ut in Lat. Ambros. l. 1. Hexa. col. 14. a. *De eo qui Jubal dictus est : hic erat pater qui demonstravit psalterium & citharam.*

℣. 22. Gr. Σελλὰ δὲ καὶ αὐτὴ ἔτεκε τὸν Θόβελ· καὶ ἦν σφυροκόπος χαλκεὺς χαλκοῦ, &c. ut in Lat. *Sella autem & ipsa peperit Thobel, & erat malleator, faber æris*, &c.

℣. 23. Idem Hieron. ep. ad Damas. to. 2. col. 564. f. 565. a. habet : *Quia virum occidi in vulnere meo, & juvenem in livore meo.* Similiter Auct. quæst. Vet. Test. q. 6.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ep. ad Dam. t. 2. 565. a. 24. Quoniam ſepties vindicabitur de Caïn, de Lamech autem ſeptuagies ſepties.

Aug. l. 15. de civ. Dei, c. 8. t. 7. 387. g. 396. b. e. 400. f. 25. Cognovit Adam uxorem ſuam Evam: & concepit, & peperit filium, & nominavit nomen illius Seth, dicens: Suſcitavit enim mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Caïn.

Aug. ibid. c. 18. 400. d. 26. Et Seth natus eſt filius, & nominavit nomen ejus Enos: hic ſperavit invocare nomen Domini Dei.

VULGATA NOVA.

24. Septuplum ultio dabitur de Caïn: de Lamech verò ſeptuagies ſepties.

25. Cognovit quoque adhuc Adam uxorem ſuam: & peperit filium, vocavitque nomen ejus Seth, dicens: Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Caïn.

26. Sed & Seth natus eſt filius, quem vocavit Enos: iſte cœpit invocare nomen Domini.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ap. Aug. to. 3. col. 45. d. *Occidi virum in livore meo, & juvenem in vulnere meo.* In Gr. Ἀκούσατέ μου τῆς φωνῆς γυναῖκες Λάμεχ, ἐνωτίσασθέ μου τοὺς λόγους· ὅτι ἄνδρα ἀπέκτεινα εἰς τραῦμά μοι, καὶ νεανίσκον εἰς μώλωπα ἐμοί.

℣. 24. Itidem in Græco præter verbum, ἐκδεδίκηται, *vindicatum eſt*, pro *vindicabitur*. Huic lectioni favet Tertul. l. de orat. c. 8. p. 181. c. dicens: *In Geneſi de Caïn ſepties, de Lamech autem ſeptuagies ſepties ultio reputata eſt.* Similiter Hilar. in Matth. col. 701. b. *Solvenda*, inquit, *per Caïn pœna in ſeptuplum conſtituta eſt..... ſed in Lamech ſupplicium uſque ad ſeptuagies & ſepties eſt conſtitutum.* Auct. quæſt. Vet. Teſt. q. 6. col. 45. e. apertè: *Dixit, de Caïn vindicatum eſt, quaſi jam factum:* & paulò ſup. *de Lamech autem ſeptuagies ſepties:* ita nempe *poſt Lamech ei qui hos ſecutus fuiſſet*, ait *eſſe futurum.*

℣. 25. Similia Græcum habet, niſi excipias iſta: Ἔγνω δὲ Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συλλαβοῦσα, ἔτεκεν υἱόν· καὶ ἐπωνόμασε.... λέγουσα, ἐξανέστησε, &c. Idem Auguſt. infra, col. 396. b. pro *nominavit*, legit *appellavit*, ad verbum è Græco, *cognominavit*. Hier. quæſt. Hebr. in Gen. to. 2. col. 512. a. *Et vocavit nomen ejus Seth; ſuſcitavit enim mihi Deus ſemen aliud pro*, &c. ut ſup.

℣. 26. Similiter habet, Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 512. a. *Et vocavit nomen ejus Enos; hic ſperavit invocare nomen Domini Dei.* Item Ambroſ. l. de Parad. to. 1. col. 152. c. *Enos, qui ſperavit invocare nomen Dom. Dei.* In Gr. Καὶ τῷ Σὴθ ἐγένετο υἱός· ἐπωνόμασε δὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ἐνώς· οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι, &c. ut ſup.

CAPUT V.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. l. 15. de civ. Dei, c. 21. t. 7. 404. g. 1. HIc liber nativitatis hominum. Qua die fecit Deus Adam, ad imaginem Dei fecit illum.

2. Maſculum & feminam fecit illos, & benedixit illos: & cognominavit nomen eorum Adam, qua die fecit illos.

Hilar. de Synod. 1191. a. 3. Vixit autem Adam ducentis triginta annis: & genuit ſecundùm effigiem ſuam, & ſecundùm ſimilitudinem ſuam, & cognominavit nomen ejus Seth.

Hieron. Quæſt. Hebr. t. 2. 512. b. 4. Fuerunt autem dies Adam, poſtquam genuit Seth, ſeptingenti anni: & genuit filios & filias.

Aug. l. 15. de civ. Dei, c. 15. 396. e. f. 6. Vixit autem Seth quinque & ducentos annos, & genuit Enos.

7..... & genuit filios & filias.

8. Et fuerunt omnes dies Seth duodecim & nongenti anni, & mortuus eſt.

VULGATA NOVA.

1. HIc eſt liber generationis Adam. In die qua creavit Deus hominem, ad ſimilitudinem Dei fecit illum. *Sup. 2. 23. Eccli. 17. 1.*

2. Maſculum & feminam creavit eos, & benedixit illis: & vocavit nomen eorum Adam, in die quo creati ſunt. *Sup. 1. 27.*

3. Vixit autem Adam centum triginta annis: & genuit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, vocavitque nomen ejus Seth. *Inf. 9. 6.*

4. Et facti ſunt dies Adam, poſtquam genuit Seth, octingenti anni: genuitque filios & filias. *1. Par. 1. 1.*

5. Et factum eſt omne tempus quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus eſt.

6. Vixit quoque Seth centum quinque annis, & genuit Enos.

7. Vixitque Seth poſtquam genuit Enos, octingentis ſeptem annis, genuitque filios & filias.

8. Et facti ſunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, & mortuus eſt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ad verbum è Græco.

℣. 2. Itidem Græcè, præter unum, τὸ ὄνομα αὐτοῦ, loco *nomen eorum;* at in Mſ. Alex. τὸ ὄνομα αὐτῶν. Auguſt. loco cit. c. 17. col. 399. f. conſtanter legit, *nomen eorum.* Similiter Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 512. b. *Virum & mulierem fecit eos, & benedixit eos, & vocavit nomen eorum Adam.* Hieronymo accinit Eucher. Lugd. quæſt. in Gen. col. 841. a. niſi quòd legit, *& benedixit eis:* at in Gr. εὐλόγησεν αὐτούς.

℣. 3. In Græco ſic: Ἔζησε δὲ Ἀδὰμ τριάκοντα καὶ διακόσια (Mſ. Alex. διακόσια καὶ τριάκοντα) ἔτη, καὶ ἐγέννησε κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ ἐπωνόμασε, &c. ut in Lat. Hieron. quæſt. Hebr. in Gen. to. 2. col. 512. b. *Vixit autem Adam ducentos & triginta annos, & genuit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam; & vocavit nomen ejus Seth.* Tum addit: *Sciendum quòd uſque ad diluvium, ubi in noſtris codicibus ducentorum, & quod excurrit annorum, genuiſſe quis dicitur, in Hebræo habeat, centum annos, & reliquos qui ſequuntur.* Idem obſervat Auguſt. l. 15. de civit. Dei, c. 10. to. 7. col. 389. c. his verbis: *Inter Hebræos & noſtros codices de ipſo numero annorum nonnulla videtur eſſe diſtantia, quod ignoro qua ratione ſit factum..... Nam ipſe homo primus Adam antequam gigneret filium, qui appellatus eſt Seth, ducentos triginta annos vixiſſe reperitur in codicibus noſtris, in Hebræis autem centum triginta perhibetur.* Quod autem hîc, ignorare ſe dicit, infra c. 13. col. 392. e. explicare tentat; vid. infr. Notam ad ℣. 25. Idem confirmat Julius Hilario, Bibl. PP. to. 6. col. 374. dicens: *A primoplaſti, Ada ſcilicet, nativitate, uſque ad diluvium factum ſub Noë, anni ſunt 2257. qui per generationes ſingulas fideliter comprobantur..... anno 230. genuit Seth.*

℣. 4. Ita Hieron. uſque ad vocem *anni:* reliqua adduntur ex Auguſt. l. 15. de civit. Dei, c. 8. col. 387. c. omnia autem cum Gr. conveniunt, niſi quòd poſt *Adam* legitur, ἃς ἔζησε, *quas vixit*; ſed in Mſ. Cot. deeſt, ἃς ἔζησε, ſequitur in Gr. μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτὸν τὸν Σὴθ, *poſtquàm ipſe genuit Seth*, quæ vox αὐτὸν, non redditur ab Hieronymo: ſubdit S. Doctor: *Quia in ducentis erraverat, conſequenter hîc poſuit ſeptingentos, cùm in Hebræo hîc habeatur, octingentos & ſuprà centum.* Idem notat S. Auguſt. l. 15. de civit. Dei, c. 10. to. 7. col. 389. c. *Poſteaquàm*, inquit, *eum* (Seth) *genuit, ſeptingentos vixiſſe legitur in noſtris, octingentos verò in illis, atque ita in utriſque univerſitatis ſumma concordat.*

℣. 6. Itidem Græcè. Auguſt. loco cit. addit: *Vel ſecundùm Hebræos, quinque & centum annos:* & ſupra c. 10. col. 389. c. *Deinde*, inquit, *per conſequentes generationes antequam gignatur qui gigni commemoratur, minùs vixiſſe apud Hebræos pater ejus invenitur centum annos; ſed poſteaquàm eſt genitus idem ipſe, centum minuſquàm in Hebræis, inveniuntur in noſtris: atque ita hinc & inde numeri univerſitas conſonat.* Similiter Julius Hilario, Bibl. PP. to. 6. col. 374. ait: *Seth 205. gennit Enos.*

℣. 7. Sic eſt in Græco.

℣. 8. In Gr. Καὶ ἐγένοντο, *& facti ſunt*, &c. ut in Lat.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

9. Vixit verò Enos nonaginta annis, & genuit Cainan.

VERSIO ANTIQUA.

℣℣. 9. 10. 12. 15. 18. 21. *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

10. Poſt cujus ortum vixit octingentis quindecim annis, & genuit filios & filias.

11. Factique ſunt omnes dies Enos nongenti quinque anni, & mortuus eſt.

12. Vixit quoque Cainan ſeptuaginta annis, & genuit Malaleel.

13. Et vixit Cainan poſtquam genuit Malaleel, octingentis quadraginta annis, genuitque filios & filias.

14. Et facti ſunt omnes dies Cainan nongenti decem anni, & mortuus eſt.

15. Vixit autem Malaleel ſexaginta quinque annis, & genuit Jared.

16. Et vixit Malaleel poſtquam genuit Jared, octingentis triginta annis: & genuit filios & filias.

17. Et facti ſunt omnes dies Malaleel octingenti nonaginta quinque anni, & mortuus eſt.

18. Vixitque Jared centum ſexaginta duobus annis, & genuit Henoch.

19. Et vixit Jared poſtquam genuit Henoch, octingentis annis, & genuit filios & filias.

20. Et facti ſunt omnes dies Jared nongenti ſexaginta duo anni, & mortuus eſt.

21. Porro Henoch vixit ſexaginta quinque annis, & genuit Mathuſalam. *Eccli. 44. 16. Heb. 11. 5.*

22. Et ambulavit Henoch cum Deo: & vixit, poſtquam genuit Mathuſalam, trecentis annis, & genuit filios & filias.

23. Et facti ſunt omnes dies Henoch trecenti ſexaginta quinque anni.

VULGATA NOVA.

24. Ambulavitque cum Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus.

VERSIO ANTIQUA.

24. Et complacuit Enoch Deo, & non eſt inventus poſtmodum: quia Deus illum tranſtulit. *Cypr. Teſtim. l. 3. 320. b.*

25. Vixit quoque Mathuſala centum octoginta ſeptem annis, & genuit Lamech.

25. Et vixit Mathuſala annis centum ſexaginta ſeptem, & genuit Lamech. *Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. 512. b.*

26. Et vixit Mathuſala, poſtquam genuit Lamech, ſeptingentis octoginta duobis annis, & genuit filios & filias.

26. Et vixit Mathuſala, poſtquam genuit Lamech, annos octingentos duos, & genuit filios & filias.

27. Et facti ſunt omnes dies Mathuſala nongenti ſexaginta novem anni, & mortuus eſt.

27. Et fuerunt omnes dies Mathuſalæ quos vixit, anni nongenti ſexaginta novem, & mortuus eſt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Jul. Hilar. Bibl. PP. to. 6. col. 374. habet: *Enos anno 190. genuit Cainam.* Gr. Καὶ ἔζησεν Ἐνὼς ἔτη ἑκατὸν ἐνενήκοντα, καὶ ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν.

℣. 10. 11. & ſeqq. Auguſt. loc. cit. poſt hoc, & *mortuus eſt*, addit: *Atque ita deinceps quorum anni commemorantur, nec filios filiaſque genuiſſe reticentur:* & ſup. cap. 10. col. 387. c. *Scriptura divina*, inquit, *ubi & numerum annorum, quos illi homines vixerunt, commemorat, ita concludit, ut dicat de illo de quo loquebatur: Et genuit filios & filias; & fuerunt omnes dies illius, vel illius, quos vixit anni tot, & mortuus eſt.*

℣. 12. Jul. Hilario, p. 374. *Cainam anno 170. genuit Malelebel.* Gr. Καὶ ἔζησε Καϊνᾶν ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη· καὶ ἐγέννησε τὸν Μαλελεήλ.

℣. 15. Jul. Hilario, ubi ſup. *Malelebel anno 165. genuit Jareth.* Gr. Καὶ ἔζησε Μαλελεὴλ πέντε καὶ ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη, καὶ ἐγέννησε τὸν Ἰάρεδ.

℣. 18. Jul. Hilario ubi ſup. *Jareth anno 162. genuit Enoch.* Gr. Καὶ ἔζησεν Ἰάρεδ δύο καὶ ἑξήκοντα ἔτη καὶ ἑκατόν· καὶ ἐγέννησε τὸν Ἐνὼχ. S. Aug. l. 15. de civit. Dei, to. 7. col. 389. e. notat, *in ſexta generatione nuſquam utroſque codices diſcrepare.*

℣. 21. Jul. Hilar. ubi ſup. *Enoch anno 165. genuit Mathuſalam.* Gr. Καὶ ἔζησεν Ἐνὼχ πέντε καὶ ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη· καὶ ἐγέννησε τὸν Μαθουσάλα.

℣. 24. Eadem rurſus habet Cypr. l. de Mortal. p. 235. e. præter unum, *placuit*, pro *complacuit*. Gr. Καὶ εὐηρέστησεν Ἐνὼχ τῷ Θεῷ· καὶ οὐχ εὑρίσκετο, ὅτι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ Θεός. Hieron. ep. ad Damaſ. to. 2. col. 565. c. *Et non inveniebatur, quia tranſtulit illum Deus.* Ambr. l. de Elia & jejun. c. 22. to. 1. col. 562. c. huc alludens dicit: *Enoch raptus ad cœlum eſt.* Item Auguſt. l. 15. de civit Dei, c. 10. col. 389. e. *In ſeptima*, inquit, (generatione) *ubi ille qui natus eſt Enoch, non mortuus, ſed quòd Deo placuerit, tranſlatus eſſe narratur; eadem diſſonantia eſt quæ in ſuperioribus quinque de centum annis, antequam gigneret eum, qui ibi commemoratus eſt, filium; atque ita in ſumma ſimilis conſonantia: vixit enim annos, antequam transferretur, ſecundùm utroſque codices,* CCCLXV.

℣℣. 25. 26. 27. Ad hæc Hieron. loco cit. *Famoſa quæſtio*, inquit, *& diſputatione omnium Eccleſiarum ventilata, quòd juxta diligentem ſupputationem, quatuordecim annos poſt diluvium Mathuſala vixiſſe referatur. Etenim cùm eſſet Mathuſala annorum 167. genuit Lamech. Rurſum Lamech cùm eſſet annorum 188. genuit Noë. Et fiunt ſimul uſque ad diem nativitatis Noë, anni vitæ Mathuſalæ 355. Sexcenteſimo autem anno vitæ Noë diluvium factum eſt. Ac per hoc habita ſupputatione per partes, 955°. anno Mathuſalæ, diluvium fuiſſe convincitur. Cùm autem ſupra 969. annis vixiſſe ſit dictus, nulli dubium eſt 14. eum annos vixiſſe poſt diluvium. Et quomodo verum eſt, quòd octo tantùm animæ in arca ſalvæ factæ ſunt? Reſtat ergo ut quomodo in pleriſque, ita & in hoc ſit error in numero. Siquidem & in Hebræis & Samaritanorum libris ita ſcriptum reperi: Et vixit Mathuſala 187. annis,* &c. ut in Vulg. *A die ergo nativitatis Mathuſalæ, uſque ad diem ortûs Noë, ſunt anni* 369. *His adde* 600. *annos Noë, quia in ſexcenteſimo vitæ ejus anno factum eſt diluvium: atque ita fit ut* 969.° *vitæ ſuæ Mathuſala mortuus ſit, eo anno quo cœpit eſſe diluvium.* Similiter Auguſt. l. 15. de civit. Dei, c. 10. to. 7. col. 389. f. hunc nodum ſolvit; maximè verò cap. 11. col. 390. b. & c. 13. col. 393. f. quo poſtremo loco ita diſſerit: *Rurſus movet cur in octava generatione antequam de Mathuſalem naſceretur Lamech, cùm apud Hebræos legantur centum octoginta duo anni, viginti minùs inveniuntur in codicibus noſtris, ubi potiùs addi centum ſolent, & poſt genitum Lamech complendam reſtituuntur ad ſummam, quæ in codicibus utriſque non diſcrepat* (969.)..... *ſed quomodolibet iſtud accipiatur..... rectè fieri nullomodo dubitaverim, ut cùm diverſum aliquid in utriſque codicibus invenitur, quandoquidem ad fidem rerum geſtarum utrumque eſſe non poteſt verum, ei linguæ potiùs credatur, unde eſt in aliam per Interpretes facta tranſlatio. Nam in quibuſdam etiam codicibus Græcis tribus, & uno Latino, & uno etiam Syro inter ſe conſentientibus, inventus eſt Mathuſalem ſex annis ante diluvium fuiſſe defunctus.* Idem pariter obſervat quæſt. 2. in Gen. to. 3. col. 380. b. *Hanc quæſtionem*, inquit, *plurium codicum mendoſitas peperit. Non ſolùm quippe in Hebræis aliter invenitur, verùm etiam in LXX. interpretatione. Mathuſalam in codicibus paucioribus, ſed veracioribus, ſex annos ante diluvium reperitur fuiſſe defunctus.* Julius Hilario, Bibl. PP. to. 6. col. 374. hoc erratum ita corrigendum credit: *Igitur*, inquit, *Mathuſalam vixit annos* 182. *& ſic genuit Lamech; & poſt hoc vixit annos* 787. *ſic enim divinæ Scripturæ fides vera demonſtrat, quæ Mathuſalam ante diluvium & vixiſſe, & mortuum eſſe narravit.* Jam verò ſi curioſiùs inſpicias unde manaverit error, an ex Judæis, an ex LXX. Interp. neutris illorum tribuendus eſt, ſi Auguſtino fides, ait enim lib. 15. de civit. Dei, c. 13. col. 392. f. *Abſit ut prudens quiſpiam vel Judæos cujuſlibet perverſitatis atque malitiæ tantum potuiſſe credat in codicibus tam multis, & tam longe lateque diſperſis; vel LXX. illos memorabiles viros, hoc de invidenda gentibus veritate unum communicaſſe conſilium. Credibilius ergo quis dixerit, cumprimùm de bibliotheca Ptolemæi deſcribi iſta cæperunt, tunc aliquid tale fieri potuiſſe in codice uno, ſcilicet primitus inde deſcripto; unde jam latiùs emanaret, ubi potuit*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

28..... *Vide Not.*

Hier. ubi sup. 513. a. Ambr. de Noë & Arca c. 1. 227. d.

29. Et vocavit nomen ejus Noë, dicens : Iste requiescere nos faciet ab operibus nostris, & à tristitia, & à terra cui maledixit Dominus Deus.

VULGATA NOVA.

28. Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit filium :

29. vocavitque nomen ejus Noë, dicens : Iste consolabitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum, in terra cui maledixit Dominus.

VULGATA NOVA.

30. Vixitque Lamech, postquam genuit Noë, quingentis nonaginta quinque annis, & genuit filios & filias.

31. Et facti sunt omnes dies Lamech, septingenti septuaginta septem anni, & mortuus est. Noë verò cùm quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham, & Japheth.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

quidem accidere etiam scriptoris errot. Ex hoc, inquit, *in illa quæstione de vita Mathusalem non absurdum est suspicari.* Idem judicat de annis centum, quibus differebant supra Græci ab Hebræis : *Illa diversitas*, inquit, *numerorum aliter se habentium in codicibus Græcis & Latinis, aliter in Hebræis, ubi non est ista de centum annis priùs additis, & postea detractis, per tot generationes continuata parilitas, nec malitiæ Judæorum, nec diligentiæ, vel prudentiæ LXX. Interpretum, sed scriptoris tribuatur errori, qui de bibliotheca supradicti regis codicem describendum primus accepit.*

℣. 28. Jul. Hilario ubi sup. col. 374. sic habet : *Lamech anno 188. genuit Noë.* Gr. Καὶ ἔζησε Λάμεχ ὀκτὼ ἢ ὀγδοήκοντα ἢ ἑκατὸν ἔτη, ἢ ἐγέννησεν υἱόν. Ad hæc August. l. 15. de civit. Dei, c. 10. to. 7. col. 389. g. *In sola nona generatione, id est, in annis Lamech filii Mathusalem, patris autem Noë, summa universitatis discrepat, sed non plurimùm ; viginti enim & quatuor annos plus vixisse in Hebræis, quàm in nostris codicibus invenitur. Nam antequam gigneret filium, qui vocatus est Noë, sex minùs habet in Hebræis quàm in nostris ; postea verò quàm eum genuit, triginta ampliùs in eisdem quàm in nostris ; unde sex illis detractis, restant viginti quatuor, ut dictum est.*

℣. 29. Ambr. loc. cit. *Hic faciet nos requiescere ab operibus, & à tristitia*, &c. ut sup. Gr. Καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτῦ Νῶε, λέγων· Οὗτος διαναπαύσει ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἔργων ἡμῶν, ἢ ἀπὸ τῶν λυπῶν τῶν χειρῶν ἡμῶν ἢ ἀπὸ τῆς γῆς, ἧς κατηράσατο Κύριος ὁ Θεός.

CAPUT VI.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. de civ. Dei, l. 15. c. 23. t. 7. col. 407. t. 408. b.

1. ET factum est, postquam cœperunt homines multi fieri super terram, & filiæ natæ sunt illis.

2. Videntes autem angeli Dei filias hominum, quia bonæ sunt, sumpserunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant.

3. Et dixit Dominus Deus : Non permanebit spiritus meus in hominibus his in æternum, propter quod caro sunt : erunt autem dies eorum centum viginti anni.

VULGATA NOVA.

1. CUmque cœpissent homines multiplicari super terram, & filias procreassent,

2. videntes filii Dei filias hominum quòd essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant.

3. Dixitque Deus : Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est : eruntque dies illius centum viginti annorum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. Καὶ ἐγένετο ἡνίκα ἤρξαντο, &c. ut in Lat. Similiter habet Tertul. l. de vel. virg. c. 7. p. 312. a. *Et factum est cùm cœpissent homines plures fieri super terram, & filiæ natæ sunt eis.*

℣. 2. *Videntes autem*, &c. Quod observat Nobilius, ista apud Augustinum conjungi cum superioribus, detractâ voculâ, *autem*, omninò falsum est, Mss. omnibus faventibus. In Græco sic : Ἰδόντες δὲ υἱοὶ τῦ Θεῦ τὰς..... ὅτι καλαί εἰσιν, &c. ut in Lat. In Ms. verò Alex. Ἰδόντες δὲ οἱ ἄγγελοι τῦ Θεῦ, ut legebat August. vox autem, *angeli*, non ita angustè hîc accipienda est, ac si homines non fuissent, hanc nempe ita explicat August. loc. cit. col. 408. b. c. *Spiritu Dei fuerant facti angeli Dei & filii Dei ; sed declinando ad inferiora, homines dicuntur nomine naturæ, non gratiæ ;* & post pauca : *LXX. quidem Interpretes & angelos Dei dixerunt istos, & filios Dei ; quod quidem non omnes codices habent, nam quidam nisi filios Dei non habent.* Idem observat quæst. 2. in Gen. to. 3. col. 380. b. c. *Quæritur*, inquit, *quemadmodum potuerint angeli cum filiabus hominum concumbere..... quamvis nonnulli & Latini & Græci codices non angelos habeant, sed filios Dei ; quos quidam ad solvendam istam quæstionem, justos homines fuisse crediderunt, qui potuerunt etiam angelorum nomine nuncupari.* Similiter Ambros. in Ps. 118. col. 1011. d. *Qui autem*, inquit, *cùm essent angeli Dei, hoc est vitæ probitate angelorum imitantes gratiam..... Qui ergo cùm angeli viderentur, capti sunt decore femineo.* Auct. etiam l. de sing. cleric. ap. Cypr. p. 532. *Angelos* vocat : *Novimus*, inquit, & *angelos cum feminis cecidisse.* Tertul. verò l. de vel. virg. c. 7. p. 312. a. sic legit : *Conspicati autem filii Dei filias hominum quòd pulchræ essent, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerunt.* Item Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 513. b. *Videntes autem filii Dei filias hominum quia bonæ sunt.* Vox autem Gr. καλαί, per hanc alterutram reddi potest, vel *pulchræ*, vel *bonæ*. Id ipsum significat August. l. 15. de civit. Dei, c. 23. col. 407. f. *Bonas*, inquit, *id est, pulchras ; consuetudo quippe Scripturæ hujus est etiam species corpore, bonos vocare.* Vid. Lactant. l. 11. c. 14. In Ms. Floriac. sic : *Videntes autem filii Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi eas ab omnibus quas elegerunt.*

℣. 3. Eadem exstant Græcè, præter hoc, διὰ τὸ εἶναι αὐτὰς σάρκας, *propter quod ipsi carnes sunt.* Aug. ibid. l. 20. c. 21. col. 602. e. habet : *In hominibus istis, quoniam caro sunt*, absque hoc, *in æternum :* similiter quæst. 134. in Gen. to. 3. col. 411. a. delet, *in æternum*, sed legit, *propter quod carnes sunt*, secundùm melioris notæ Mss. sic etiam quæst. 55. in Exod. col. 438. c. *Non permanebit in istis hominibus spiritus meus, quoniam carnes sunt*, absque hoc *in æternum :* & verò in Ms. Oxon. ac edit. Ald. deest εἰς τὸν αἰῶνα. Tertul. etiam l. de resur. carn. p. 570. a. legit : *Non manebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt :* at lib. de Monogam. p. 951. c. *Non permanebit spiritus meus in istis hominibus in ævum, eò quòd caro sint.* Hilar. in Ps. 64. col. 163. f. *Et dixit Deus : Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quoniam caro sunt :* similiter in Ps. 55. col. 114. a. excepto verbo, *habitabit*, loco *permanebit.* Ambros. in Ps. 118. col. 1011. e. & in Luc. 9. col. 1406. d. *Dominus Deus dixit : Non permanebit spiritus meus in hominibus istis in æternum, propter quòd caro sunt :* & in Ps. 38. col. 856. a. *Non permanebit in his spiritus meus in æternum, quoniam carnes sunt :* at l. de exhort. virg. to. 2. col. 296. a. delet *in æternum*, & habet *caro*, non *carnes :* & l. 6. Hexa. c. 6. col. 127. e. nec non lib. de Isaac & anima, c. 2. col. 357. c. ac ep. 39. col. 945. d. & alibi, tollit quidem, *in æternum*, sed legit, *quoniam carnes sunt :* similiter l. de Noë & Arca, c. 3. col. 230. b. & l. de myst. col. 327. e. nisi quòd delet vocem *istis*, post *hominibus* : at in Ps. 118. col. 1168. f. legit, *in his hominibus*, deinde, *quoniam carnes sunt*, ut sup. & in eundem Ps. col. 1020. b. addit : *Erunt dies eorum anni centum viginti.* Hieron. quæst. Hebr. in Gen. to. 2. col. 513. b. c. *Et dixit Dominus Deus : Non permanebit spiritus meus in hominibus istis in æternum, quia carnes sunt ; sed erunt dies eorum*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

4. Gigantes autem erant super terram in diebus illis: postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, isti sunt potentes à sæculo viri famosi.

5. Videns autem Deus quòd multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore,

6. pœnituit eum quòd hominem fecisset in terra. Et tactus dolore cordis intrinsecus,

Inf. 8. 21. *Matt.* 15. 19. 7. Delebo, inquit, hominem, quem creavi, à facie terræ, ab homine usque ad animantia, à reptili usque ad volucres cœli: pœnitet enim me fecisse eos.

8. Noë verò invenit gratiam coram Domino.

Eccli. 44. 17. 9. Hæ sunt generationes Noë: Noë vir justus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulavit.

10. Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Japheth.

11. Corrupta est autem terra coram Deo, & repleta est iniquitate.

12. Cùmque vidisset Deus terram esse corruptam (omnis quippe caro corruperat viam suam super terram,)

13. dixit ad Noë: Finis universæ carnis venit coram me: repleta est terra iniquitate à facie eorum, & ego disperdam eos cum terra.

14. Fac tibi arcam de lignis lævigatis: mansiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinsecus & extrinsecus.

15. Et sic facies eam: Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubito-

VERSIO ANTIQUA.

4. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Et post illud, cùm intrarent filii Dei ad filias hominum, & generabant sibi, illi erant gigantes à sæculo homines nominati. *Augi ubi sup. col. 407. f. g.*

5. Videns Dominus Deus, quia multiplicatæ sunt malitiæ hominum super terram, & omnis quisque cogitat in corde suo diligenter super maligna omnes dies: *Ibid. c. 24. col. 409. c.*

6. Et cogitavit Deus quia fecit hominem super terram, & recogitavit:

7. Et dixit Deus: Deleam hominem, quem feci, à facie terræ, ab homine usque ad pecus, & à reptilibus usque ad volatilia cœli, quia iratus sum, quoniam feci eos.

9..... Noë vir justus atque perfectus in generatione sua, Deo placuit. *Hieron. quæst. Heb. to. 2. 513. c.*

11. Corrupta est autem terra coram Deo, & impleta est iniquitate. *Ambr. to. 1. de Noë & Arca, c. 5. 232. b.*

12..... quoniam corrupit omnis caro viam ejus..... *Hilar. in Ps. 64. 163. f.*

13. Dominus Deus ait: Tempus omnis hominis venit ante me, quia repleta est terra iniquitatibus suis..... *Ambr. de Noë, c. 5. to. 1. 232. b. c.*

14. Fac igitur tibi arcam ex lignis quadratis: nidos facies in ea, & bituminabis eam intus & foris bitumine. *Ambr. Hex. 6. to. 1. col. 141. b. & l. de Noë & Arca, c. 6. 233. a. 234. c.*

15. Et facies arcam trecentorum cubitorum longitudine, & quinquaginta cubitorum latitu-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

centum viginti anni: at in Isai. 40. to. 3. col. 302. a. & in ep. ad Gal. l. 3. to. 4. col. 300. f. tollit hoc, *in æternum*, retinetque vocem, *carnes*, sicut etiam Auct. op. imp. in Matth. hom. 50. p. 213. a. Auctor verò l. de vocat. Gent. l. 2. c. 10. p. 23. e. delet quidem, *in æternum*, sed habet, *caro*. Similiter Auct. quæst. Vet. Test. q. 41. & 106. col. 55. a. & 102. e. legit: *Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia sunt caro:* & paulò post: *Propterea quòd sint caro*: & infra, col. 144. c. *quia sunt caro, anni illorum centum viginti.* Item apud Eucher. Lugd. quæst. in Gen. p. 841. a. *Erunt dies eorum centum viginti anni.* In Mss. Floriac. sic: *Et tunc dixit Deus: Non permanebit spiritus meus in istis hominibus in æternum, propter quod sint caro.*

℣. 4. Vix dissimiliter legit Hieron. quæst. Hebr. in Gen. to. 2. col. 513. c. *Gigantes autem erant super terram in diebus illis; & post hæc quomodo ingrediebantur filii Dei ad filias hominum, & generabant eis, illi erant gigantes à sæculo homines nominati:* nec aliter in Græco, nisi excipias hæc pauca: Καὶ μετ' ἐκεῖνο ὡς ἂν εἰσεπορεύοντο οἱ υἱοὶ, &c. quæ lectio magis Augustino favet: subinde, pro ἐγεννῶσαν αὐτοῖς, uti legit Hieron. Mss. Alex. habet, ἐγεννῶσαν ἑαυτοῖς, cui lectioni suffragatur Augustinus. Apud Ambros. l. de Noë & Arca, c. 4. col. 230. d. priora tantùm verba leguntur: *Gigantes autem erant in terra in diebus illis.*

℣. 5. Gr. ita incipit, Ἰδὼν δὲ, *videns autem*; reliqua ut in Lat. ad verbum. Eadem memorat Auct. l. ad Novatian. hæret. ap. Cypr. p. 436. his verbis: *Et vidit Dominus Deus redundare nequitias hominum super terram, & quòd omnes in malum recordarentur à principio dierum suorum.*

℣. 6. In Gr. Καὶ ἐνεθυμήθη ὁ Θεός..... καὶ διενοήθη. Ad quæ Augst. Locut. 14. de Gen. to. 3. col. 326. c. *Quod scriptum est*, inquit, *in quibusdam Latinis codicibus:* Et pœnituit, &c. *in Græco invenitur*, διενοήθη, *quod magis*, recogitavit, *quàm* pœnituit, *significare perhibetur, quod verbum etiam nonnulli Latini codices habent.* Tertul. l. contr. Prax. p. 851. b. legisse videtur *pœnituit*, cùm dicat: *Pœnitens* (Deus) *quòd hominem fecisset.*

℣. 7. Nil Græco similius, præter verbum, *iratus sum*, pro quo, ἐνεθυμήθην, *pœnituit me*; at in Mss. Alex. & Cott. legitur, ἐθυμώθην, *excandui*, seu *iratus sum*, ut vertit Augst. Item posui, *deleam*, auctoritate Manuscriptorum, licet editt. ferant, *delebo*, juxta Gr. Ἀπαλείψω· enimverò idem Augst. Locut. 14. de Gen. to. 3. col. 326. c. observat, *in quibusdam Latinis codicibus* scribi: *Et dixit Deus: Deleam hominem, quem feci, à facie terræ.* Similiter habet Auct. quæst. Vet. Test. q. 41. col. 55. a. & c. *sed deleam omnia ab homine usque ad pecus.* Ambros. verò l. de Noë & Arca, c. 4. col. 231. d. *Ab homine usque ad pecus, & à reptili usque ad volatilia cœli delebo:* & paulò sup. *Postea habes*, inquit, *quia iratus Dominus est.* Auct. l. ad Novatian. hæret. ap. Cypr. p. 436. *Perdam hominem, quem feci, à facie terræ, ab homine usque ad pecus, & à reptili usque ad volatilia cœli.*

℣. 9. Gr. Νῶε ἄνθρωπος δίκαιος, τέλειος ὢν ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ· τῷ Θεῷ εὐηρέστησε Νῶε.

℣. 11. Itidem Græcè, nisi quòd post verbum, *impleta est*; iterùm ponitur ἡ γῆ, *terra.*

℣. 12. Sic est in Græco ad verbum. Apud Ambr. l. de Noë & Arca, c. 5. col. 232. c. *Corrupit omnis caro viam suam;* tum addit: *Carnem hic posuit pro homine terreno, in quo carnis illecebra viam ejus corruperit:* & post pauca: *Alii habent*, inquit, *viam ipsius, hoc est, Dei.* Gr. Τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς.

℣. 13. In Gr. sic: Καὶ εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Νῶε· Καιρὸς παντὸς ἀνθρώπου ἥκει ἐναντίον μου· ὅτι ἐπλήσθη ἡ γῆ ἀδικίας ἀπ' αὐτῶν, &c. *Et dixit Dom. Deus Noë: Tempus omnis hominis venit coram me, quia terra impleta est iniquitate ab ipsis.*

℣. 14. Itidem in Græco, præter vocem, τὴν κιβωτόν, additam verbo *facies*, cujus loco, nempe κιβωτόν, Ambros. ponit, *in ea*, seu ut l. de Noë, c. 6. col. 233. d. *Nidos facies in arca*; & verò edit. Compl. habet, ἐπ' αὐτῆς, Ald. κατὰ τὴν κιβωτόν. Ad hæc Augst. Locut. 15. de Gen. to. 3. col. 326. d. *Quod habent*, inquit, *Latini codices plurimi:* Nidos facies in arcam; *cùm Latina locutio sit, non* in arcam, *sed* in arca; *Græci nec* in arcam, *nec* in arca, *habent; sed*, nidos facies arcam; *quòd intelligitur ut ipsa arca nidi essent.* Deinde Ambros. l. de Noë & Arca, c. 6. col. 234. a. pro, *bituminabis eam*, quod scripserat supra, legit: *illinies eam bitumine.* Hieron. quæst. Hebr. in Gen. to. 2. col. 514. a. similiter habet: *Fac tibi arcam de lignis quadratis;* cui accinit Augst. in Ps. 86. col. 920. f. dicens: *De lignis quadratis ædificata est arca.* Item Auct. l. de promiss. ap. Prosp. l. 1. c. 7. legit: *Fac tibi arcam de lignis quadratis, tricameratam facies arcam; & bituminabis intrinsecus & extrinsecus.*

℣. 15. Sic Ambros. l. de Noë & Arca, c. 7. col. 234. e. Lib. verò 6. Hexa. col. 141. c. ita incipit: *Et sic facies arcam*, ut in Græco, quod sic pergit: Τριακοσίων πήχεων τὸ

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

dine, & triginta cubitorum altitudine.

Ambrof. ubi ſup. col. 141. c. 233. c. 234. c. 237. c.

16. Colligens facies arcam, & in cubito conſummabis eam à ſummo: oſtium verò facies ex tranſverſo: inferiora autem arcæ bicamerata & tricamerata facies.

Auct. l. de promiſſ. Dei, ap. Proſp. l. 1. c. 7. p. 95. d. Ambr. de Noë, c. 10. 39. c. 240. d. f.

17. Ecce adducam diluvium aquæ ſuper terram, & interficiam omnem carnem, in qua eſt ſpiritus vitæ ſub cœlo: Quæcunque ſunt in terra, morientur.

18. Statuam teſtamentum meum ad te.....

Tertul. de Monog. 952. c.

19..... Ex omnibus beſtiis ex omni carne, duo induces in arcam, ut vivant tecum: maſculus & femina erunt.

20. De animalibus volatilibus ſecundùm genus, & de omnibus ſerpentibus terræ ſecundùm genus ipſorum: duo ex omnibus introibunt ad te, maſculus & femina.

VULGATA NOVA.

rum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius.

16. Feneſtram in arca facies, & in cubito conſummabis ſummitatem ejus: oſtium autem arcæ pones ex latere: deorſum, cœnacula, & triſtega facies in ea.

17. Ecce ego adducam aquas diluvii ſuper terram, ut interficiam omnem carnem, in qua ſpiritus vitæ eſt ſubter cœlum: Univerſa quæ in terra ſunt, conſumentur.

18. Ponamque fœdus meum tecum: & ingredieris arcam tu, & filii tui, uxor tua, & uxores filiorum tuorum, tecum.

19. Et ex cunctis animantibus univerſæ carnis bina induces in arcam, ut vivant tecum: maſculini ſexus & feminini.

20. De volucribus juxta genus ſuum, & de jumentis in genere ſuo, & ex omni reptili terræ ſecundùm genus ſuum: bina de omnibus ingredientur tecum, ut poſſint vivere.

VULGATA NOVA.

21. Tolles igitur tecum ex omnibus eſcis, quæ mandi poſſunt, & comportabis apud te: & erunt tam tibi quàm illis in cibum.

22. Fecit igitur Noë omnia, quæ præceperat illi Deus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

μῆκος τῆς κιβωτοῦ, καὶ πεντήκοντα πήχεων τὸ πλάτος, καὶ τριάκοντα πήχεων τὸ ὕψος αὐτῆς· Græca ſic reddit Auct. l. de præd. ap. Proſp. l. 1. c. 7. *Et ſic facies eam: Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ; quinquaginta cubitorum latitudo; & triginta cubitorum altitudo ipſius.* In ed. Compl. deeſt, αὐτῆς.

℣. 16. Gr. Ἐπισυνάγων ποιήσεις τὴν κιβωτόν· καὶ εἰς πῆχυν συντελέσεις αὐτὴν ἄνωθεν· τὴν δὲ θύραν τῆς κιβωτοῦ ποιήσεις ἐκ πλαγίων· κατάγαια διώροφα καὶ τριώροφα ποιήσεις αὐτήν· Edit. Compl. tollit, τῆς κιβωτοῦ, poſt θύραν, cum Ambroſio, qui etiam l. de Noë, c. 8. col. 236. d. legit: *Oſtium ex adverſo facies*, non *ex tranſverſo*, ut ſup. Mſs. tamen duo hîc etiam retinent, *ex tranſverſo*. Id ipſum monet Auguſt. Locut. 16. de Gen. to. 3. col. 326. d. *Quod habent*, inquit, *plerique codices*: facies oſtium arcæ à latere; *nonnulli habent*: ex tranſverſo; *ſic enim voluerunt interpretari quod Græcè dicitur*, ἐκ πλαγίων. Item. quæſt. 6. in Gen. to. 3. col. 381. c. & l. 15. de civit Dei, c. 26. col. 411. a. addit: *Inferiora bicamerata, & tricamerata facies eam*; ſaltem ex codd. Mſs. nam editt. utrobique ferunt, *ea*, non *eam*; & poſteriori loco, nonnulli Mſs. habent: *bicameratam & tricameratam*. Hieron. etiam quæſt. Hebr. in Gen. to. 2. col. 514. a. legit: *Colligens facies arcam, & in cubito conſummabis eam deſuper*. Item apud Rufin. l. 1. de bened. Patr. p. 6. b. 14. b. *Arca bicamerata & tricamerata fieri jubetur.* Auct. verò l. de promiſſ. ap. Proſp. l. 1. c. 7. p. 95. c. d. legit cum Vulg. *Feneſtram facies in arca, & in cubito conſummabis eam; oſtium autem arcæ pones ex latere.*

℣. 17. Gr. Ἐγὼ δὲ ἰδοὺ ἐπάγω τὸν κατακλυσμὸν, ὕδωρ ἐπὶ τὴν γῆν, καταφθεῖραι πᾶσαν σάρκα..... καὶ ὅσα ἂν ᾖ ἐπὶ τῆς γῆς, τελευτήσει. *Ego autem ecce induco diluvium, aquam ſuper terram, ut diſperdam omnem carnem..... & omnia quæ fuerint ſuper terram, morientur.* In ed. Compl. non legitur, ἐπάγω, ſed ἐπάξω.

℣. 18. Gr. Καὶ στήσω τὴν διαθήκην μου μετὰ σοῦ, Mſ. verò Alex. cum edit. Ald. fert, μου πρός σε, ut Ambroſius ſupra.

℣. 19. Gr..... Καὶ ἀπὸ πάντων τῶν θηρίων, καὶ ἀπὸ πάσης σαρκὸς, δύο δύο ἀπὸ πάντων εἰσάξεις εἰς τὴν κιβωτὸν, ἵνα τρέφῃς μετὰ σεαυτοῦ, &c. ut in Lat. *Et ab omnibus beſtiis, & ab omni carne, duo duo ab omnibus induces in arcam, ut nutrias tecum*, &c.

℣. 20. Gr. Ἀπὸ πάντων τῶν ὀρνέων τῶν πετεινῶν κατὰ γένος, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν κτηνῶν κατὰ γένος, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ γένος αὐτῶν, δύο δύο ἀπὸ πάντων εἰσελεύσονται πρός σε, τρέφεσθαι μετὰ σοῦ, ἄρσεν καὶ θῆλυ. *Ab omnibus avibus volatilibus ſecundùm genus, & ab omnibus pecoribus ſecundùm genus, & ab omnibus reptilibus repentibus ſuper terram, ſecundùm genus eorum, duo duo ab omnibus ingredientur ad te, ut nutriantur tecum, maſculus & femina.*

CAPUT VII.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. to. 1. de Noë, c. 11. 241. a. d.

1. ET dicit Dominus.... Intra tu, & omnis domus tua, in arcam: quia te vidi juſtum coram me in generatione iſta.

Hilar. in Pſ. 140. 537. b. c.

2. A pecoribus autem mundis induces ad te ſeptem & ſeptem, & à pecoribus immundis bina & bina.

Aug. Locut. 17. to. 3. 327. a.

4. Adhuc enim ſeptem dies, ego inducam diluvium aquæ ſuper terram..... & delebo omnem

VULGATA NOVA.

1. DIxitque Dominus ad eum: Ingredere tu, & omnis domus tua, in arcam: te enim vidi juſtum coram me in generatione hac. *Heb. 11. 7. 2. Petr. 2. 5.*

2. Ex omnibus animantibus mundis tolle ſeptena & ſeptena, maſculum & feminam: de animantibus verò immundis duo & duo, maſculum & feminam.

3. Sed & de volatilibus cœli ſeptena & ſeptena, maſculum & feminam: ut ſalvetur ſemen ſuper faciem univerſæ terræ.

4. Adhuc enim, & poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terram quadraginta diebus & quadra-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. Καὶ εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς πρὸς Νῶε, &c. ut in Lat. ad verbum.

℣. 2. Gr. Ἀπὸ δὲ τῶν κτηνῶν τῶν καθαρῶν εἰσάγαγε πρός σε ἑπτὰ ἑπτὰ, ἄρσεν καὶ θῆλυ· ἀπὸ δὲ τῶν κτηνῶν τῶν μὴ καθαρῶν, δύο δύο, ἄρσεν καὶ θῆλυ. Tertul. l. de Monog. c. 5. p. 952. f. *Eadem forma*, inquit, *& ſeptena ex binis allegi mandat ex maſculo & femina: uno & una.* Auct. quæſt. Vet. Teſt. q. 7. col. 46. c. *De mundis & immundis induc tecum in arcam.*

℣. 4. Ita *nonnulli Latini codices habent*, ut monet Auguſt. ibid. tum ſubdit: *In Græco invenitur:* Ego inducam pluviam ſuper terram: *Græca locutio genitivum caſum habet,*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ginta noctibus: & delebo omnem ſubſtantiam, quam feci, de ſuperficie terræ.

5. Fecit ergo Noë omnia, quæ mandaverat ei Dominus.

6. Eratque ſexcentorum annorum quando diluvii aquæ inundaverunt ſuper terram.

Matt. 24. 32. *Luc.* 17. 26. *1. Petr.* 3. 20.

7. Et ingreſſus eſt Noë & filii ejus, uxor ejus & uxores filiorum ejus cum eo, in arcam, propter aquas diluvii.

8. De animantibus quoque mundis & immundis, & de volucribus, & ex omni, quod movetur ſuper terram,

9. duo & duo ingreſſa ſunt ad Noë in arcam, maſculus & femina, ſicut præceperat Dominus Noë.

10. Cùmque tranſiſſent ſeptem dies, aquæ diluvii inundaverunt ſuper terram.

11. Anno ſexcenteſimo vitæ Noë, menſe ſecundo, ſeptimodecimo die menſis, rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cœli apertæ ſunt:

VERSIO ANTIQUA.

reſurrectionem carnis à facie terræ. *Ambr. de Noë, c. 13. 245. a. 246. a.*

5. Et fecit Noë omnia, quæcunque præcepit illi Dominus Deus, ſic fecit. *Aug. Locut. 18. 327. a.*

6..... *Vide Not.*

7..... Ingreſſus eſt Noë & filii ejus, & ejus uxor & uxores filiorum ejus. *Ambr. de Noë, c. 21. 259. f.*

8. Et à volatilibus mundis, & à volatilibus immundis, & à pecoribus mundis, & à pecoribus immundis, & ab omnibus ſerpentibus in terra, *Aug. quæſt. 8. in Gen. to. 3. 381. c.*

9. duo duo intraverunt ad Noë in arcam, maſculus & femina.....

10..... & aqua diluvii facta eſt ſuper terram. *Aug. de civ. Dei, l. 15. to. 7. c. 14. 394. d.*

11. Sexcenteſimo anno in vita Noë, ſecundi menſis, ſeptima & viceſima menſis, & rupti ſunt omnes fontes abyſſi, & cataractæ cœli apertæ ſunt. *Ambr. de Noë, c. 14. 247. c.*

VULGATA NOVA.

12. & facta eſt pluvia ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

13. In articulo diei illius ingreſſus eſt Noë, & Sem, & Cham, & Japheth, filii ejus; uxor illius, & tres uxores filiorum ejus cum eis, in arcam:

VULGATA NOVA.

14. ipſi & omne animal ſecundùm genus ſuum, univerſaque jumenta in genere ſuo, & omne quod movetur ſuper terram in genere ſuo, cunctumque volatile ſecundùm genus ſuum, univerſæ aves, omneſque volucres,

15. ingreſſæ ſunt ad Noë in arcam, bina & bina ex omni carne, in qua erat ſpiritus vitæ.

16. Et quæ ingreſſa ſunt, maſculus & femina ex omni carne introierunt, ſicut præceperat ei Deus: & incluſit eum Dominus deforis.

17. Factumque eſt diluvium quadraginta diebus ſuper terram: & multiplicatæ ſunt aquæ, & elevaverunt arcam in ſublime à terra.

VERSIO ANTIQUA.

14. & omnes beſtiæ ſecundùm genus, & omnia pecora ſecundùm genus, & omne repens quod movetur ſuper terram ſecundùm genus, & omne volatile ſecundùm genus, *Aug. Locut. 20. to. 3. 327. c.*

15. intraruntad Noë in arcam, bina ab omni carne, in quo eſt ſpiritus vitæ.

16..... & clauſit Dominus à foris arcam. *Ambr. de Noë, c. 15. 248. d.*

17. Et factum eſt diluvium quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. *Ibid. c. 13. col. 244. b.*

VULGATA NOVA.

18. Vehementer enim inundaverunt: & omnia repleverunt in ſuperficie terræ: porrò arca ferebatur ſuper aquas.

19. Et aquæ prævaluerunt nimis ſuper terram: opertique ſunt omnes montes excelſi ſub univerſo cœlo.

20. Quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper montes, quos operuerat.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

non accuſativum, ut ſi hoc in Latinum exprimamus, ita dicatur: Adhuc enim ſeptem dierum inducam pluviam ſuper terram; & infra Locut. 19. col. 327. b. *Quod ſcriptum eſt,* inquit, *Delebo omnem ſuſcitationem, non creationem dictam notandum eſt: ἀνάςασιν enim Græcè ſcriptum eſt, quod nomen etiam reſurrectionis aſſiduè ponitur, in ſcripturis Græcis, cùm poſſet ἐξανάςασις dici, ut ſuſcitatio ſit ἀνάςασις, reſurrectio, ἐξανάςασις.* Apud LXX. ſic integer verſus exſtat: Ἔτι γὰρ ἡμερῶν ἑπτὰ ἐγὼ ἐπάγω ὑετὸν ἐπὶ τὴν γῆν, τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ τεσσαράκοντα νύκτας· καὶ ἐξαλείψω πᾶν τὸ ἀνάςημα, ὃ ἐποίησα ἀπὸ προσώπου πάσης τῆς γῆς. In Mſ. Alex. τῆς γῆς, abſque, πάσης.

℣. 5. Ita in Græco, præter hoc ultimum, *ſic fecit,* quod abeſt. Ita tamen legiſſe conſtat Auguſtinum in ſuo codice cùm dicat ibid. *Quod ſcriptum eſt:* Et fecit Noë..... ſic fecit: *locutio eſt ſimilis ei, quod in conditione creaturæ, poſteaquàm dicitur,* & ſic eſt factum, *additur,* & fecit Deus. Ambroſ. l. de Noë & Arca, c. 13. col. 246. c. ſimpliciter habet: *Et fecit omnia Noë, quæ mandavit ei Dominus Deus.*

℣℣. 6. 7. Hi duo verſus deſunt in Mſ. Gr. Cot. quæ autem poſui ex Ambroſio, ex ipſiuſmet dictis confeci: ſic enim habet loc. cit. *Hìc ordo fuit ingredientium, ut primò ipſe ingrederetur,* & *filii ejus; deinde ejus uxor,* & *uxores filiorum ejus.* Gr. Εἰσῆλθε δὲ Νῶε, καὶ οἱ, &c. ut in Lat.

℣. 8. Itidem Græcè, niſi excipias hæc ultima, *ſerpentibus in terra,* pro quibus habetur, τῶν ἑρπετῶν ἐπὶ τῆς γῆς, *repentibus ſuper terram;* at in Mſs. Alex. & Cot. τῶν ἑρπετῶν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς.

℣. 9. Ita quoque in Græco.

℣. 10. Ad verbum è Græco.

℣. 11. Optimè Auguſtinus ex Græco, uſque ad hoc, & *viceſima menſis.* Quæ autem ſequuntur ex Ambroſio, cum Græco pariter concinunt, niſi quòd ante hoc, & *rupti ſunt,* Græcum hab. τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, deinde, ἐῤῥάγησαν, &c. Ambroſius etiam infra, col. 253. d. dicit, *diluvium cæpiſſe ſecundo menſe anni, ſeptima* & *viceſima menſis.*

℣. 14. Similia Græcum habet, niſi quòd loco, & *omne volatile ſecundùm genus,* fert, Καὶ πᾶν ὄρνεον πτερωτὸν κατὰ γένος αὐτοῦ, & *omnis avis volatilis ſecundùm genus ſuum:* at in Mſ. Alex. deſunt, ὄρνεον, & αὐτοῦ, ſicut apud Auguſt. Ald. quoque edit. delet, ὄρνεον.

℣. 15. Ita in Græco præter ſeqq. δύο δύο, ἄρσεν καὶ θῆλυ, *duo duo, maſculus* & *femina,* loco *bina.* Ad hæc autem, *in quo eſt ſpiritus vitæ,* Auguſt. ait: *Non refertur,* in quo, *niſi genus ſubaudias, id eſt,* in quo genere; *nam ſi,* carne, *ſubaudiremus,* in qua, *fuerat dicendum, quod ſolus interpres Symmachus dixit.*

℣. 16. Gr.... Καὶ ἔκλεισε Κύριος ὁ Θεὸς τὴν κιβωτὸν ἔξωθεν αὐτῆς, & *clauſit Dominus Deus arcam deforis ejus.*

℣. 17. Gr. Καὶ ἐγένετο ὁ κατακλυσμὸς τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ τεσσαράκοντα νύκτας, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. de anim. l. 4. to. 10. 407. d.

21. Et mortua est omnis caro quæ movebatur super terram, volatilium, pecorum, & jumentorum, & ferarum, & omnis serpens, qui movetur super terram: & omnis homo,

Idem de civ. Dei, l. 13. c. 24. to. 7. 347. d.

22. & omnia quæcunque habent spiritum vitæ, & omnis qui erat super aridam, mortuus est.

Id. Locut. 22. to. 3. 327. d.

23. Et deleta est omnis suscitatio, quæ erat super faciem omnis terræ, ab homine usque ad pecudem, & repentium, & volatilium cœli: &

Ambr. de Noë, c. 25. 250. d.

deleta sunt de terra: & derelictus est Noë solus in arca cum iis, qui cum ipso erant.

Aug. quæst. 11. in Gen. to. 3. 382. a.

24. Et exaltata est aqua super terram centum quinquaginta dies.

VULGATA NOVA.

21. Consumptaque est omnis caro quæ movebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniumque reptilium, quæ reptant super terram: universi homines, *Sap. 10. 4. Eccli. 39. 28. 1. Petr. 3. 20.*

22. & cuncta in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt.

23. Et delevit omnem substantiam, quæ erat super terram, ab homine usque ad pecus, tam reptile quàm volucres cœli: & deleta sunt de terra: remansit autem solus Noë, & qui cum eo erant in arca.

24. Obtinueruntque aquæ terram centum quinquaginta diebus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 21. Græcè, vix dissimilia, nempe, Καὶ ἀπέθανε πᾶσα σὰρξ κινουμένη ἐπὶ τῆς γῆς, τῶν πετεινῶν, καὶ τῶν κτηνῶν, καὶ τῶν θηρίων καὶ πᾶν ἑρπετὸν κινούμενον, &c. ut in Lat. *Et mortua est omnis caro, quæ movetur sup. terram, volatilium, & pecorum, & bestiarum, & omne reptile quod movetur*, &c. Auct. quæst. Vet. Test. q. 41. col. 55. a. c. hæc habet: *Et mortua est omnis caro in aqua, in qua erat spiritus vitæ.*

℣. 22. August. loco cit. de civit. Dei, habet, *omnia quæ*, Gr. πάντα ὅσα, deinde ἔχει πνοὴν ζωῆς, ad quod August. ibid. *Non Græcus* πνεῦμα, *sed* πνοὴν *dixit*, ad verbum, *flatum*: mox in Græco, Καὶ πᾶν ὃ ἦν, &c. ut in Lat. at in edit. Ald. legitur, καὶ πᾶς ὃς ἦν, uti August. supra.

℣. 23. Gr. Καὶ ἐξήλειψε πᾶν τὸ ἀνάστημα, ὃ ἦν ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς, ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους, καὶ ἑρπετῶν, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἐξηλείφησαν ἀπὸ τῆς γῆς. καὶ κατελείφθη μόνος Νῶε, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἐν τῇ κιβωτῷ. In edit. Ald. loco, Καὶ ἐξήλειψε, & *delevit*, exstat, ἐξηλείφθη, *deleta est*, ut apud Aug. & infra pro ἐξηλείφησαν, in Mss. Alex. ἐξηλείφθησαν.

℣. 24. Ita in Græco: Ambros. l. de Noë & Arca, c. 17. col. 252. e. similiter ait: *Centum quinquaginta diebus fuisse infusionem aquarum*, seu ut infra, col. 253. d. *influxisse diluvium.*

CAPUT VIII.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. de Noë, to. 1. c. 16. 250. f. 251. d.

1. MEmor fuit Dominus Noë, & bestiarum, & jumentorum..... & induxit Dominus spiritum super terram, & cessavit aqua.

Aug. quæst. 12. in Gen. to. 3. 382. b.

2. Et concluſi sunt fontes abyssi, & cataractæ cœli: & detenta pluvia de cœlo.

Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 514. b.

3. Et cessavit aqua super terram.....

Aug. l. 15. de civ. Dei, to. 7. c. 14. 394. e.

4. Et sedit arca in mense septimo, septima & vicesima die mensis, super montes Ararat.

5. Aqua autem minuebatur usque ad undecimum mensem: in undecimo autem mense, prima die mensis, paruerunt capita montium.

Hieron. quæst. Hebr. to. 2. 514. a.

6..... post quadraginta dies, aperuit Noë ostium arcæ, quod fecit, & emisit corvum:

VULGATA NOVA.

1. REcordatus autem Deus Noë, cunctorumque animantium, & omnium jumentorum, quæ erant cum eo in arca, adduxit spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ.

2. Et clausi sunt fontes abyssi, & cataractæ cœli: & prohibitæ sunt pluviæ de cœlo.

3. Reversæque sunt aquæ de terra euntes & redeuntes: & cœperunt minui post centum quinquaginta dies.

4. Requievitque arca mense septimo, vigesimo septimo die mensis, super montem Armeniæ.

5. At verò aquæ ibant & decrescebant usque ad decimum mensem: decimo enim mense, prima die mensis, apparuerunt cacumina montium.

6. Cùmque transissent quadraginta dies, aperiens Noë fenestram arcæ, quam fecerat, dimisit corvum:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. In Gr. sic: Καὶ ἀνεμνήσθη, (Mss. Alex. cum ed. Ald. ἐμνήσθη) ὁ Θεὸς τῷ Νῶε, καὶ πάντων τῶν θηρίων, καὶ πάντων τῶν κτηνῶν, καὶ πάντων τῶν πετεινῶν, καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων, ὅσα ἦν μετ' αὐτοῦ ἐν τῇ κιβωτῷ· καὶ ἐπήγαγεν ὁ Θεός, &c. ut in Lat. At in Ms. Oxon. ac edit. Compl. vox. πάντων, tripliciter omittitur. Item in Ms. Cot. desunt, Καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων. Hieron. quæst. Hebr. in Gen. pro *cessavit aqua*, legit, *quievit aqua*. Gr. ἐκόπασε τὸ ὕδωρ. Ambros. ubi sup. c. 17. col. 253. *Centum quinquaginta diebus aliis cessit diluvium.* August. quæst. 12. in Gen. to. 3. col. 382. b. *Scriptum est*, inquit, *post centum quinquaginta dies adductum esse spiritum super terram, & desiisse aquam.*

℣. 2. Versus integer non ita exprimitur ap. August. sed ipsummet confecimus ex his quæ narrat S. Doctor, *scriptum*, dicens, & *concluſos fontes abyssi, & cataractas cœli, & detentam pluviam de cœlo.* In Gr. sic: Καὶ ἐπεκαλύφθησαν αἱ πηγαὶ τῆς ἀβύσσου, καὶ οἱ καταῤῥάκται τοῦ οὐρανοῦ, καὶ συνεχέθη ὁ ὑετὸς ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ. Ambros. l. de Noë & Arca c. 17. col. 252. b. legit: *Clausi sunt fontes aquarum, & cataracta cœli.* Hieron. verò quæst. Hebr. in Gen. to. 2. col. 514. b. *Et revelati sunt fontes abyssi, & cataractæ cœli*: tum addit: *Pro revelatis fontibus, clausos & obturatos, omnes interpretes transtulerunt:* Varietas orta est ex similitudine verbi utriusque, ἐπεκαλύφθησαν, & ἀπεκαλύφθησαν· primum legisse videtur Ambrosius cum August. uti etiamnum exstat in edit. Rom. alterum admisit Hieron. quod etiam invenitur in Ms. Alex. ac edit. Ald.

℣. 3. Gr. Καὶ ἐπεστρέφετο τὸ ὕδωρ πορευόμενον ἀπὸ τῆς γῆς, &c. *Et cedebat aqua vadens de terra.*

℣. 4. Itidem Græcè, exceptâ voculâ, *die*, quæ deest. Similiter Ambros. l. de Noë & Arca, c. 17. col. 252. e. *Et sedit arca septimo mense, septima & vigesima mensis*; & infra, col. 253. c. *Tunc ergo sedit arca, hoc est, in mense septimo, septima & vigesima mensis, super montem quadrati.*

℣. 5. Ita August. è Græco, nisi quòd loco, *usque ad undecimum mensem; in undecimo autem*, &c. ibi legitur: ἕως τοῦ δεκάτου μηνός, καὶ ἐν τῷ δεκάτῳ, &c. *usque ad decimum mensem, & in decimo*, &c. Ms. tamen Alex. cum edit. Ald. habet, ἐν δὲ τῷ ἑνδεκάτῳ, *in undecimo autem.* Similiter Ambros. l. de Noë & Arca, c. 17. col. 252. f. ait: *Postea minui cœpisse aquas, & centum quinquaginta diebus diminutionem aquarum factam, postea apparuisse capita montium.* Et infra, col. 253. d. *Ex illo*, inquit, *minui diluvium cœpit*: paulòque post: *Diluvium cœpit secundo mense anni, septima & vigesima mensis; centum quinquaginta diebus influxit diluvium; centum quinquag. diebus aliis cessit diluvium; quadraginta diebus nimiæ vis..... exæstuavit; quadraginta diebus aliis exactis, postquam visa sunt capita montium, undecimo mense, primo die mensis, dimisit corvum S. Noë.* Rectè autem Ambros. sub finem scribit, *visa sunt capita*, è Gr. ὤφθησαν αἱ κεφαλαὶ, pro quo ipse sup. *apparuerunt capita*, Aug. *paruerunt.* Habet etiam *undecimo mense*, cum August. sicut & *prima die*, cum ipso: sed à Græco abest vox *die.*

℣. 6. Gr. Καὶ ἐγένετο μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἤνέῳξε Νῶε τὴν θυρίδα, &c. ut in Lat. observat ibid. Hieronymus,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

7. qui egrediebatur, & non revertebatur, donec ficcarentur aquæ ſuper terram.

8. Emiſit quoque columbam poſt eum, ut videret ſi jam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ.

9. Quæ cùm non inveniſſet ubi requieſceret pes ejus, reverſa eſt ad eum in arcam: aquæ enim erant ſuper univerſam terram: extenditque manum, & apprehenſam intulit in arcam.

10. Expectatis autem ultrà ſeptem diebus aliis, rurſum dimiſit columbam ex arca.

11. At illa venit ad eum ad veſperam, portans ramum olivæ virentibus foliis in ore ſuo: intellexit ergo Noë quòd ceſſaſſent aquæ ſuper terram.

12. Expectavitque nihilominùs ſeptem alios dies: & emiſit columbam, quæ non eſt reverſa ultrà ad eum.

13. Igitur ſexcenteſimo primo anno, primo menſe, prima die menſis, imminutæ ſunt aquæ ſuper terram: & aperiens Noë tectum arcæ, aſpexit, viditque quòd exſiccata eſſet ſuperficies terræ.

14. Menſe ſecundo, ſeptimo & vigeſimo die menſis, arefacta eſt terra.

15. Locutus eſt autem Deus ad Noë, dicens:

16. Egredere de arca, tu & uxor tua, filii tui & uxores filiorum tuorum tecum.

17. Cuncta animantia quæ ſunt apud te, ex omni carne, tam in volatilibus, quàm in beſtiis & univerſis reptilibus, quæ reptant ſuper terram, educ tecum, & ingredimini ſuper terram: creſcite & multiplicamini ſuper eam.

Sup. 1. 28. *Infr.* 9. 1.

18. Egreſſus eſt ergo Noë, & filii ejus, uxor illius, & uxores filiorum ejus, cum eo.

19. Sed & omnia animantia, jumenta, & reptilia quæ reptant ſuper terram, ſecundùm genus ſuum, egreſſa ſunt de arca.

VERSIO ANTIQUA.

7. & egreſſus non rediit ad eum, donec ficcarentur aquæ de terra. *Hieron. ubi ſup.*

8..... *Vide Not.*

9..... & extendit manum ſuam, accepit eam, & induxit eam ad ſemetipſum in arcam. *Aug. Locut. 24. t. 3. 327. e.*

10..... *Vide Not.*

11. Regreſſa eſt igitur columba ad veſperam, habens folium oleæ & ramum in ore ſuo: & cognovit Noë quia defecit aqua à terra. *Ambr. de Noë, c. 19. t. 1. 256. b. f.*

12..... & non appoſuit reverti ad eum ampliùs. *Aug. Locut. 25. t. 3. 327. f.*

13..... in primo & ſexcenteſimo anno vitæ Noë, primo die menſis imminuta aqua à facie terræ: & denudavit Noë tectum arcæ, & advertit quòd aqua omnis receſſiſſet. *Ambr. de Noë, c. 20. 258. c. f. & c. 17. 258. f.*

14. In ſecundo autem menſe, ſeptima & viceſima die menſis, ſiccata terra.

15. Et dixit Dominus Deus ad Noë:

16. Exi de arca, tu & uxor tua, & filii tui..... *Ibid. c. 21. 259. f.*

18. Et exivit ipſe, & uxor ejus, & filii, & uxores filiorum ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

pro *oſtio* ſcriptum eſſe in Hebræo, *feneſtram*. Similiter Ambroſ. l. de Noë & Arca, c. 17. col. 252. f. ait: *Poſt quadraginta dies aperuiſſe oſtium arcæ ſanctum Noë.* Oſtium etiam ponit infra, col. 253. e. paulò verò poſt, *feneſtram*; Mſ. Oxon. τὴν θύραν.

℣. 7. Sic etiam in Græco, præter unum *ad eum*, quod abeſt; loco verò, *donec ſiccarentur aquæ*, &c. exſtat in ſingulari, ἕως τῦ ξηρανθῆναι τὸ ὕδωρ ἀπὸ τῆς γῆς· *donec ſiccaretur aqua*, &c. Auguſt. Locut. 23. de Gen. to. 3. col. 327. e. ſic habet: *Et dimiſit corvum videre ſi ceſſavit aqua; & exiens reverſus non eſt, donec ſiccavit aqua à terra.* Hunc legendi modum confirmat Mſ. Alex. in quo ſic: Καὶ ἀπέστειλε τὸν κόρακα, τῦ ἰδεῖν εἰ κεκόπακεν τὸ ὕδωρ, ὁ ἐξελθὼν, οὐκ ἀνέστρεψεν, &c. Similiter habet edit. Ald. τῦ ἰδεῖν εἰ κεκόπακε, &c. Ambroſ. l. de Noë & Arca, c. 17. col. 252. f. ait: *dimiſſum corvum non revertiſſe.....* & infra, col. 254. c. d. quærens, *quare non regreſſum dixerit corvum, donec ſiccaret aqua à terra; quaſi verò poſtea ſit regreſſus*, ſubdit cum Aug. ubi ſup. non inde ſequi; ſed hanc locutionem uſitatam eſſe Scripturæ divinæ. Rurſum Ambroſ. poſt pauca: *Quæ eſt*, inquit, *locutio iſta, ut diceret: Donec ſiccaret aqua à terra, non terra ab aqua?* Mox ille: *Et quidem uſus loquendi etiam hoc habere conſuevit.* Vid. etiam Hilarium in Pſ. 146. col. 580. f.

℣. 8. Tertul. l. de Bapt. c. 8. p. 389. c. his alludens dicit: *Columbam dimiſſam ex arca.*

℣. 9. Gr..... Καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἔλαβεν αὐτήν, &c. ut in Lat. *Et extendens manum, accepit eam*, &c. Ad hæc Auguſt. loco cit. *Quod ſcriptum eſt*, inquit, *& extendit manum ſuam, accepit eam*, &c. *Locutio eſt, quam propterea Hebræam puto, quia & Punicæ linguæ familiariſſima eſt, in qua multa invenimus Hebræis verbis conſonantia; nam utique ſufficeret:* Et extendit manum, *& ſi non adderet*, ſuam. Mſ. etiam Alex. cum edit. Ald. & Compl. habet, τὴν χεῖρα αὐτῦ. Ambroſ. l. de Noë & Arca, c. 17. col. 252. f. alludens ait: *Dimiſſam columbam revertiſſe vacuam.*

℣. 10. Ambroſ. ubi ſup. col. 252. f. ſcribit: *Iterum poſt ſeptem dies dimiſſam columbam.* In Gr. Καὶ ἐπιχὼν ἔτι ἡμέρας ἑπτὰ ἑτέρας, πάλιν ἐξαπέστειλε τὴν περιστεραν ἐκ τῆς κιβωτῦ, *& cùm ſuſtinuiſſet adhuc ſeptem dies alios, rurſus emiſit columbam ex arca.* In Mſ. Oxon. ac edit. Compl. deeſt vox, ἑτέρας, poſt ἑπτὰ.

℣. 11. Id quod *ramum* hîc appellat Ambroſ. ibidem infra, *ramulum* dicit; at ſup. c. 17. col. 252. f. ſcribit: *Poſt ſeptem dies dimiſſam columbam revertiſſe cum ramo oliva.* Similiter Tertul. l. de Bapt. c. 8. p. 389. c. ait: *Columbam dimiſſam ex arca, & cum olea reverſam.* Auct. l. ad Novatian. hæret. ap. Cypr. p. 436. *Recepiſſe eam* (Noë) *portantem ſuo ore olivæ folium.* Auguſt. Locut. 24. de Gen. to. 3. col. 327. e. *Habebat*, inquit, *olivæ folia, ſurculum in ore ſuo.* In Gr. ſic: Καὶ ἀνέστρεψε πρὸς αὐτὸν ἡ περιστερὰ τὸ πρὸς ἑσπέραν, ἰδοὺ φύλλον ἐλαίας, κάρφος ἐν τῷ στόματι αὐτῆς, & ἔγνω Νῶε, ὅτι κεκόπακε, &c. ut ſup. *Et revertit ad eum columba ad veſperam, & habebat folium oleæ, feſtucam in ore ſuo; & cognovit Noë quia ceſſavit*, &c.

℣. 12. Itidem Græcè. Ambroſ. etiam l. de Noë & Arca, c. 17. col. 252. f. ait: *Poſt ſeptem dies dimiſſam* (columbam) *non revertiſſe.*

℣. 13. Verſus totus non conſtat, niſi ex propriis Ambroſii dictis, pauliſper immutatis; ita nempe Ambroſ. narrat cap. 20. col. 258. c. *In primo & ſexcenteſ. anno vitæ Noë, primo die menſis, imminutam aquam dicit à facie terræ;* paulòque poſt: *Et denudavit Noë tectum arcæ*: ſupra verò, c. 17. col. 252. f. addit, *advertiſſe Noë quòd aqua omnis receſſiſſet;* ex quibus verſum integrum confecimus ut ſup. In Græco exſtat hoc modo: Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἑνὶ & ἑξακοσιοστῷ ἔτει, ἐν τῇ ζωῇ τῦ Νῶε, τῦ πρώτυ μηνὸς, μιᾷ τῦ μηνὸς, ἐξέλιπε τὸ ὕδωρ ἀπὸ τῆς γῆς· & ἀπεκάλυψε Νῶε τὴν στέγην τῆς κιβωτῦ ἣν ἐποίησε· & εἶδεν ὅτι ἐξέλιπε τὸ ὕδωρ ἀπὸ προσώπυ τῆς γῆς· *Et factum eſt in uno & ſexcenteſimo anno, in vita Noë, primi menſis, una menſis, defecit aqua à terra; & denudavit Noë tectum arcæ quod fecerat, & vidit quia defecit aqua à facie terræ.* In Mſ. verò Cot. ac edit. Compl. deſunt, μιᾷ τῦ μηνὸς, *una menſis*, ſicut in Mſ. Alex. ἣν ἐποίησε, *quod fecit*; quæ omnia non legiſſe videtur Ambroſius.

℣. 14. Græcè ſic mutatur ordo: Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ μηνὶ ἐξηράνθη ἡ γῆ, ἑβδόμῃ & εἰκάδι τῦ μηνός.

℣. 15. Græc. addit, λέγων, *dicens*, ad vocem Noë.

℣. 16. Sic in Græco ad verbum.

℣. 18. Gr. Καὶ ἐξῆλθε Νῶε, & ἡ γυνὴ αὐτῦ, & οἱ υἱοὶ

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Fulg. l. 2. ad Monim. c. 3. 29. a. & frag. 34. 638. b.

20. Et ædificavit Noë altare Deo: & accepit ab omnibus pecoribus mundis, & ab omnibus volatilibus mundis, & obtulit hoſtiam ſuper altare Deo.

Ambr. l. 2. de Sp. S. col. 647. a.

Item de Noë, c. 22. 261. b. 262. a. b. 263. c.

21. Et odoratus eſt Dominus odorem ſuavitatis, & dixit Dominus Deus: Recogitans, non adjiciam maledicere terram propter opera hominum, quia permanet cor hominis diligenter ſuper mala à juventute: non ergo adjiciam adhuc percutere omnem carnem ſicut feci.

22. Omnibus diebus terræ, ſemen & meſſis, frigus & æſtus, hiems & æſtas, die & nocte non requieſcent.

VULGATA NOVA.

20. Ædificavit autem Noë altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare.

21. Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuavitatis, & ait: Nequaquam ultrà maledicam terræ propter homines: ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua: non igitur ultrà percutiam omnem animam viventem ſicut feci. *Sup. 6. 5. Matt. 15. 19.*

22. Cunctis diebus terræ, ſementis & meſſis, frigus & æſtus, æſtas & hiems, nox & dies, non requieſcent.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἀυτῦ, ἢ αἱ γυναῖκες τῶν..... μετ' ἀυτῦ.

℣. 20. Eadem Græcum exhibet, præter pauca, Κυρίῳ, ſcilicet, pro *Deo*, poſt 1. *altare*, & εἰς ὁλοκάρπωσιν, loco *hoſtiam*, abſque *Deo* in fine. Mſ. Alex. habet, θυσιαςήριον τῷ Θεῷ, deletque εἰς, ante ὁλοκάρπωσιν. Similiter Ambroſ. l. de Noë & Arca, c. 22. col. 260. f. 261. a. legit: *Et ædificavit Noë aram Deo, & ſumpſit à beſtiis, & à volatilibus mundis, & obtulit holocauſta.* Subinde rationem affert cur ſcriptum ſit, *ædificavit Deo*, & non dictum ſit, *Domino*, *ſed Deo.* Fulgent. utrumque admittit: loco nempe ſup. citato, habet *Deo*, & l. contr. Fab. habet, *Domino.*

℣. 21. Idem Ambroſ. infra, col. 261. d. ſic habet: *Non adjiciam ultra maledicere terræ, propter opera hominum:* & poſt pauca: *Non adjiciam maledicere terræ, propter peccata hominum, quia permanet ſenſus hominis diligenter ſuper mala à juventute:* & infra, col. 262. a. *Non adjiciam percutere omnem carnem:* & ſup. col. 261. b. addit: *Non ergo adhuc percuteret omnem terram ſicut fecit, omnibus diebus terræ.* Ex quibus duobus poſterioribus locis, ultimam periodum confeci, *Non ergo adjiciam*, &c. In Gr. vix diſſimile quid Ambroſio: en verba: Καὶ ὠσφράνθη Κύριος ὁ Θεὸς ὀσμὴν εὐωδίας· ἢ εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς διανοηθείς· Οὐ προσθήσω ἔτι καταράσασθαι τὴν γῆν, διὰ τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων· ὅτι ἔγκειται ἡ διάνοια τῦ ἀνθρώπυ ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος ἀυτῦ· ἢ προσθήσω ἒν ἔτι παταξαι πᾶσαν σάρκα ζῶσαν, καθῶς ἐποίησα. Deinde poſita interpunctione, ſic legitur: Πάσας τὰς ἡμέρας τῆς γῆς, &c. quæ Ambroſ. conjungere videtur cum ſuperioribus, ſicut etiam Auguſt. infra. In Mſ. Alex. omittitur, ἀυτῦ, poſt νεότητος. In Oxon. deeſt ἒν, poſt 2. προσθήσω, ſicut ἔτι, in edit. Compl. ante παταξαι. Apud Tertul. l. 2. contr. Marc. p. 652. hoc legitur: *Holocauſta Noë odoratus eſt* (Deus) *libenter.* Item apud Novatian. l. de Trin. p. 1034. a. *Odoratus eſt Deus odorem bonæ fragrantiæ.* Similiter habet Hieron. in Ezech. 6. to. 3. p. 733. præter unum *Dominus*, pro *Deus:* & infra, in cap. 44. col. 1030. f. *Ab infantia cor hominis appoſitum eſt ad malitiam.* Auguſt. verò, quæſt. 15. in Gen. to. 3. col. 382. e. hæc habet: *Dominus dicit: Non adjiciam adhuc maledicere ſuper terram propter opera hominum, quia appoſita eſt mens hominis ad maligna à juventute: non adjiciam ergo adhuc percutere omnem carnem vivam, quemadmodum feci.* Mox ita: *Et deinde adjungit: Quæ ſecundùm largitatem bonitatis ſuæ donat hominibus indignis.* Rurſus Locut. 26. de Gen. to. 3. col. 327. f. *Et non adjiciam adhuc maledicere ſuper terram:* & Locut. 27. *Et non adjiciam percutere omnem carnem vivam.*

℣. 22. Ad verbum è Græco, præter hoc, *hiems & æſtas*, pro quo, θέρος ἢ ἔαρ, *æſtas & ver;* cui etiam lectioni favere videtur Ambroſ. in conſequentibus, cùm dicat ibid. *Annus ex contrariis ducitur, vere, autumno, æſtate, hyeme:* & infra, col. 263. a. *Corpus noſtrum tanquam vere, hoc eſt, aëre, cibo paſcitur naturali; ἄηρ, autem Græco nomine, ver Latino dicitur.* Vox autem iſta, ἄηρ, librarii incuriâ facilè potuit ſcribi pro ἔαρ, maximè cùm hanc vocem Mſs. codd. partim Latinis, partim confuſis caracteribus ibidem exhibeant. Vid. Not. noſtrorum BB. in hunc locum.

CAPUT IX.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. de Noë & Arca, c. 24. 263. c.

1. ET benedixit Dominus Noë & filios ejus, dicens: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & dominamini ejus.

2. Et timor veſter & tremor erit omnibus beſtiis terræ, & omnibus avibus cœli, & in omnibus quæ moventur ſuper terram, & in omnibus piſcibus maris.....

Ibid. 264. e. 265. b. c.

3. Omnia reptilia, quæ ſunt viva, erunt vobis in eſcam: ſicut olera pabuli dedi vobis omnia.

Tertul. adv. Pſych. p. 983. b.

4. Verùm carnem in ſanguine animæ ſuæ non edetis.

S. Iren. l. 5. c. 14. 310. b.

5. Etenim veſtrum ſanguinem animarum veſtrarum exquiram illum de manu omnium beſtia-

VULGATA NOVA.

1. BEnedixitque Deus Noë & filiis ejus. Et dixit ad eos: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram. *Sup. 1. 22. 8. 17.*

2. Et terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper omnes volucres cœli, cum univerſis quæ moventur ſuper terram: omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt.

3. Et omne, quod movetur & vivit, erit vobis in cibum: quaſi olera virentia tradidi vobis omnia. *Sup. 1. 29.*

4. Excepto quòd carnem cum ſanguine non comedetis. *Jerem. 17. 14.*

5. Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum: & de

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita in Gr. exceptis his: Καὶ εὐλόγησεν ὁ Θεὸς.... ἢ εἶπεν ἀυτοῖς· Αυξάνεσθε, &c. *Et benedixit Deus.....* & *dixit eis, creſcite*, &c.

℣. 2. Paucis tantùm diſcrepat Ambroſ. à Græco, ubi ſic: Καὶ ὁ τρόμος ἢ ὁ φόβος ὑμῶν ἔσαι ἐπὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς, ἐπὶ πάντα τὰ πετεινὰ τῦ ἀέρος, ἢ ἐπὶ πάντα τὰ κινούμενα..... ἢ ἐπὶ πάντας τοὺς ἰχθύας, &c. In quibuſdam libris Græcis, teſte Nobilio, Καὶ ὁ φόβος ὑμῶν ἢ ὁ τρόμος, ut legit Ambr. Vid. etiam Tertul. infra, Not. ad ℣. ſeq.

℣. 3. Gr. habet in ſingulari, Καὶ πᾶν ἑρπετὸν ὃ ἐστι ζῶν, ὑμῖν ἔσαι εἰς βρῶσιν· ὡς λάχανα χόρτυ, &c. ut in Lat. Ambroſio autem favet Tertul. l. contr. Pſych. p. 983. b. ubi ſic narrat: *Enumerata ſubjectione omnium beſtiarum terræ, & volatilium cœli, & moventium in terra, & piſcium maris, & omnis viventis: Erunt, inquit, vobis in eſcam; velut olera fœni dedi vobis univerſa.* Item l. de anima, p. 496. b. *Ecce dedi vobis omnia in eſcam, tanquam olera fœni.* Sic etiam Lucif. Cal. p. 183. a. *Sicut olera fœni dedi vobis omnia.* Similiter Auct. l. contr. Judæos, apud Cypr. p. 573. *Omnes res cibus vobis, quaſi pabulum olerum, excepta carne in ſanguine vitæ.*

℣. 4. Gr. Non addit *ſuæ*, ad vocem *animæ;* cætera quadrant. Similiter habet Ambroſ. *Non manducabis carnem in ſanguine.* Item Lucif. Cal. Bibl. PP. to. 4. col. 183. a. *Præter* (f. Præterea, Gr. πλὴν) *carnem & ſanguinem animæ non edetis.*

℣. 5. Eadem Græcum exhibet ad verbum, niſi quòd transfert hoc, *exquiram illum*, poſt vocem *beſtiarum:* at in Mſs. Alex. & Cott. ſic legitur: τῶν ψυχῶν ὑμῶν

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

manu hominis, de manu viri, & fratris ejus, requiram animam hominis.

Matt. 26. 52. Apoc. 13. 19. 6. Quicunque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius; ad imaginem quippe Dei factus est homo.

Sup. 1. 28. 8. 17. 7. Vos autem crescite & multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete eam.

8. Hæc quoque dixit Deus ad Noë, & ad filios ejus cum eo:

9. Ecce ego statuam pactum meum vobiscum, & cum semine vestro post vos:

10. & ad omnem animam viventem, quæ est vobiscum, tam in volucribus quàm in jumentis & pecudibus terræ cunctis, quæ egressa sunt de arca, & universis bestiis terræ.

Isa. 54. 9. 11. Statuam pactum meum vobiscum, & nequaquam ultrà interficietur omnis caro aquis diluvii, neque erit deinceps diluvium dissipans terram.

12. Dixitque Deus: Hoc signum fœderis quod do inter me & vos, & ad omnem animam viventem, quæ est vobiscum in generationes sempiternas:

13. Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me & inter terram.

Eccli. 43. 12. 14. Cùmque obduxero nubibus cœlum, apparebit arcus meus in nubibus:

15. & recordabor fœderis mei vobiscum, & cum omni anima vivente quæ carnem vegetat: & non erunt ultra aquæ diluvii ad delendum universam carnem.

VERSIO ANTIQUA.

rum: & de manu hominis fratris exquiram animam hominis. *Augustin. quæst. 16. in Gen. t. 3. 382. f.*

6. Qui effuderit sanguinem hominis, pro sanguine ejus effundetur anima ejus: quia ad imaginem Dei feci hominem. *Hilar. l. 4. de Trin. col. 839. c.*

7..... Crescite & multiplicamini..... *Ambr. ep. 54. 1004. t.*

8..... dixit Dominus ad Noë, & ad filios ejus.... *Arnob. jun. de Deo trino, t. 8. p. 215. f.*

9. Ecce ego excito testamentum meum vobis, & semini vestro post vos:

10. & omni animæ, quæ vivit vobiscum.....

11..... Non erit diluvium, ut corrumpat omnem terram. *Ambr. t. 1. de Noë. c. 27. 269. b.*

12..... Hoc signum testamenti, quod ego ponam inter me & vos, & omnem animam vivam..... *Aug. Locut. 29. t. 3. 327. g. & in Ps. 67. t. 4. 674. d.*

13. Arcum meum ponam in nube, & erit signum testamenti æterni inter me & inter terram. *Ambr. de Noë, c. 27. 269. e.*

14. Et erit cùm inrubilavero nubes super terram, parebit arcus meus in nube:

15. & memor ero testamenti mei, quod est inter me & vos, & omnem animam vivam..... *Arnob. jun. de Deo trino, t. 8. p. 215. f.*

VULGATA NOVA.

16. Eritque arcus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis sempiterni, quod pactum est inter Deum & omnem animam viventem, universæ carnis quæ est super terram.

17. Dixitque Deus ad Noë: Hoc erit signum fœderis, quod constitui inter me & omnem carnem super terram.

VULGATA NOVA.

18. Erant ergo filii Noë, qui egressi sunt de

VERSIO ANTIQUA.

18. Et erant filii Noë, qui egressi sunt de arca, *Hieron. quæst. Hebr. 514. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἐκζητήσω, ἐκ χειρὸς πάντων τῶν θηρίων ἐκζητήσω, &c. Huic lectioni favet Lucif. Cal. Bibl. PP. to. 4. col. 183. a. dicens: *Etenim vestrum sanguinem animarum vestrarum exquiram de manibus omnium bestiarum, exquiram animam hominis.* Tertul. verò l. de resur. carn. p. 577. b. *Quoniam & vestrum sanguinem exquiram de omnibus bestiis, & de manu hominis, & de manu fratris exquiram eum.* August. Locut. 28. de Gen. to. 3. col. 327. f. legit: *Etenim sanguinem vestrum animarum vestrarum; cùm sufficeret,* inquit, *aut sanguinem vestrum, aut sanguinem animarum vestrarum.* Ambros. l. de Noë & Arca, c. 26. col. 267. c. *Etenim vestrum sanguinem, & animarum vestrarum exquiram de omnibus bestiis, & de manu hominis fratris;* at lib. 2. de Abrah. col. 340. e. legit: *De manibus omnium bestiarum:* & l. de Noë, c. 26. col. 267. d. *Sanguinem hominis de manu fratris ejus exquiram.* In. Mſ. Oxon. ac edit. Compl. Ἀδελφῦ αὐτῦ.

℣. 6. Gr. Ὁ ἐκχέων αἷμα ἀνθρώπυ, ἀντὶ τῦ αἵματος αὐτῦ ἐκχυθήσεται, ὅτι ἐν εἰκόνι Θεῦ, &c. ut sup. Lucif. Cal. Bibl. PP. to. 4. col. 183. a. *Qui effuderit sanguinem hominis, pro sanguine hominis effundetur, quia ad imaginem Dei feci hominem.* Ambros. l. de Noë & Arca, c. 26. col. 268. c. *Qui effuderit sang. hominis, pro sanguine hominis ejus effundetur.* Vet. Iren. Interp. l. 5. c. 14. p. 310. b. *Qui effundet sanguinem hominis, pro sanguine ejus effundetur.* In edit. Compl. ἀντὶ τῦ αἵματος ἀνθρώπυ, τὸ αὐτῦ ἐκχυθήσεται quæ lectio Cotelerio placet, autumat enim ita Græcum distingui debere in edit. Rom. ut legatur, ἀντὶ τῦ αἵματος, αὐτῦ ἐκχυθήσεται, supplendo, τὸ αἷμα, quod agnoscitur à Cedreno, p. 238. edit. Basil. nec non ab Irenæo, editt. Erasmi, Gallas. & Feuard. ac Hieronymo ad Sophon. 1. 17. vel τό duntaxat, quemadmodum habetur sup. in ed. Compl. & apud Chrysost. hom. 27. in Gen. & verò in Synodo S. Patricii, canon. 6. ita legitur: *Qui effuderit sanguinem innocentem, sanguis ipsius effundetur:* & apud Hilar. supra: *effundetur anima ejus.* Ambros. etiam hanc explicationem admittit, cùm verbis supra relatis addat: *Non erravit locutio, sed emphasis est, id est, exaggeratio facta verborum est, eò quòd is qui effuderit sanguinem hominis, ipse quasi sanguis effundetur, quòd spem ei posteritatis eripiat:* & infra, col. 268. d. *Movet etiam plerosque quòd dixerit,* ad imaginem Dei fecit hominem, & *non dixerit;* ad imaginem meam.

℣. 7. Gr. Ὑμεῖς δὲ αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, &c.

℣. 8. Gr. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ Νῶε, καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτῦ μετ' αὐτῦ, λέγων.

℣. 9. Gr. Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἀνίστημι, &c. ut in Lat. ad verbum.

℣. 10. Gr. Καὶ πάσῃ ψυχῇ ζώσῃ μεθ' ὑμῶν, &c. *Et omni animæ viventi vobiscum,* &c.

℣. 11. Gr..... Καὶ οὐκ ἔτι ἔσαι καταχλυσμὸς, ὄλεθρος, καταφθεῖραι, &c. *Et non ultra erit diluvium aquæ, ut corrumpat,* &c.

℣. 12. August. Locut. 29. sic habet: *Hoc signum testamenti, quod ego ponam inter medium meum & vestrum;* tum addit, *quod est, inter me & vos:* & in Ps. 67. *Quod habent,* inquit, *Latini codices:* inter me & vos, *vel,* inter me, & omnem animam vivam, & *si qua ibi talia dicuntur:* inter medium meum & vestrum, *invenitur in Græco, quod est* ἀνὰ μέσον. LXX. sic: Τῦτο τὸ σημεῖον τῆς διαθήκης, ὃ ἐγὼ δίδωμι ἀνὰ μέσον ἐμῦ καὶ ὑμῶν, καὶ ἀνὰ μέσον πάσης ψυχῆς ζώσης, &c.

℣. 13. Arnob. Jun. de Deo trino, col. 215. f. *Ponam arcum meum in nubibus cœli:* Gr. Τὸ τόξον μυ τίθημι ἐν τῇ νεφέλῃ, καὶ ἔσαι εἰς σημεῖον διαθήκης ἀνὰ μέσον ἐμῦ καὶ τῆς γῆς, *Arcum meum pono in nube;* & *erit in signum testamenti inter me & terram.*

℣. 14. Gr. similiter: Καὶ ἔσαι ἐν τῷ συνεφεῖν με νεφέλας ἐπὶ τὴν γῆν, ὀφθήσεται τὸ τόξον ἐν τῇ νεφέλῃ. Mſ. Alex. ac edit. Compl. addunt μυ, post τόξον, cum Ambrosio.

℣. 15. Itidem Græcè, nisi quòd ante, *omnem,* repetitur, *inter,* seu, ἀνὰ μέσον.

℣. 18. In Græco, ἦσαν δὲ, *erant autem,* pro & *erant* & reliqua concordant, nisi quòd deest, καὶ, ante *Japheth.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ambr. de Noë, c. 28. 270. d. Sem, Cham, & Japheth: Cham autem pater erat Chanaan.	arca, Sem, Cham, & Japheth: porro Cham ipse est pater Chanaan.
19. Isti tres erant filii Noë.....	19. Tres isti filii sunt Noë: & ab his disseminatum est omne genus hominum super universam terram.
Ibid. c. 29. 271. b. 20. Et cœpit Noë homo agricola esse terræ, & plantavit vineam.	20. Cœpitque Noë vir agricola exercere terram, & plantavit vineam.
Ibid. 272. d. 21. Et bibit de vino, & inebriatus est, & nudatus est in domo sua.	21. Bibensque vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo.
Aug. de civ. Dei, l. 16. c. 2. t. 7. 415. f. g. 22. Et vidit Cham, pater Chanaan, nudationem patris.....	22. Quod cùm vidisset Cham pater Chanaan, verenda scilicet patris sui esse nudata, nuntiavit duobus fratribus suis foras.
Ambr. de Noë, c. 30. 273. e. 274. d. 23. ..... Sem & Japheth imposuerunt vestimentum super humeros suos, & perrexerunt retrorsum, & operuerunt nudum patrem, & non viderunt nudationem ejus.	23. At verò Sem & Japheth pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui: facieque eorum aversæ erant, & patris virilia non viderunt.
Ibid. 275. a. c. 24. Et sobrius factus est Noë à vino, & cognovit omnia quæ fecit ei filius junior.	24. Evigilans autem Noë ex vino, cùm didicisset quæ fecerat ei filius suus minor,
Ambr. t. 2. ep. 37. 931. e. 25. Et dixit: Maledictus Cham, servus domesticus erit fratribus suis.	25. ait: Maledictus Chanaan, servus servorum erit fratribus suis.
Ambr. de Noë, c. 32. t. 1. 275. f. 26. Et ait: Benedictus Dominus Deus Sem, & erit Chanaan servus ejus.	26. Dixitque: Benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaan servus ejus.
Ibid. 276. c. 27. Dilatet Dominus Japheth, habitet in domibus Sem, & fiat Chanaan servus ejus.	27. Dilatet Deus Japheth, & habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaan servus ejus.
Ibid. c. 33. 276. e. 28. Vixit autem Noë post diluvium trecentis & quinquaginta annis.	28. Vixit autem Noë post diluvium trecentis quinquaginta annis.
Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 514. c. 29. Et facti sunt omnes dies Noë, nongenti quinquaginta anni.....	29. Et impleti sunt omnes dies ejus nongentorum quinquaginta annorum: & mortuus est.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 19. Gr. Τρεῖς ὗτοί εἰσιν υἱοὶ Νῶε, *Tres hi sunt filii Noë.*

℣. 20. Ita Græcè ad verbum: Ambros. tamen loco cit. col. 271. b. non habet: ℭ *plantavit vineam*, sed de his quæ infra f. dicit: *Quid est quod justus primùm vineam plantat?* supplevimus.

℣. 21. Eadem planè in Græco. Posteriora verò, ℭ *nudatus est*, &c. eruta ex Augustino. Ambrosius memorat, loco cit. dicens: *Etsi nudatur, in domo tamen nudatur sua.* August. etiam ubi sup. habet, ℭ *inebriatus est*, cum Ambrosio.

℣. 22. Ita Græc. habet: addit quoque αὐτῦ, ad vocem, *patris*; deinde seqq. Καὶ ἐξελθὼν ἀπήγγειλε τοῖς δυσὶν ἀδελφοῖς αὐτῦ ἔξω. *Et egressus, annuntiavit duobus fratribus suis foris*, nempe deridendi gratiâ; Ambros. enim ibid. ait: *Ridet igitur Cham, nudatum patrem videns.*

℣. 23. Verendum ne Ambrosius hîc sensum magis quàm ipsa verba exprimat, maximè cùm ita exordiatur: *Quid est quod Sem* ℭ *Japheth imposuerunt*, &c. Sed dubitatio forsan tollitur, ex his quæ ipsismet Scripturæ verbis à se relatis addit: *Littera evidentem pietatis expressit affectum.* Ita tamen in Græco legimus: Καὶ λαβόντες Σὴμ ὴ Ἰάφεθ τὸ ἱμάτιον, ἐπέθεντο (Mſ. Alex. cum edit. Ald. ἐπέθηκαν) ἐπὶ τὰ δύο νῶτα αὐτῶν, ὴ ἐπορεύθησαν ὀπισθοφανῶς, ὴ συνεκάλυψαν (edit. Compl. ἐκάλυψαν) τὴν γύμνωσιν τῦ πατρὸς αὐτῶν· ὴ τὸ πρόσωπον αὐτῶν ὀπισθοφανῶς, ὴ τὴν γύμνωσιν τῦ πατρὸς αὐτῶν ὐκ εἶδον. *Et sumentes Sem* ℭ *Japhet vestimentum, imposuerunt super duos humeros suos*, ℭ *perrexerunt retrorsum*, ℭ *cooperuerunt nuditatem patris sui*: ℭ *faciem eorum retrorsum*, ℭ *nuditatem patris sui non viderunt.* Huc pariter redeunt quæ habet idem Ambros. l. de Tob. c. 20. col. 616. e. *Hoc vestitu filii Noë pudenda patris operuerunt, accipientes super humeros vestimentum*, ℭ *retrorsum pergentes, ne viderent virilia patris.* Aquila & Symm. τὴν ἀσχημοσύνην, i. e. *turpitudinem*, ponunt, ℣. 22. loco τὴν γύμνωσιν.

℣. 24. Non eodem tenore versus totus hîc exprimitur apud Ambros. sed prima pars uno, altera altero loco; eaque de causa Ambros. omisso, ℭ, ante *cognovit*, repetit nomen *Noë*; at ego juxta Græc. deleto *Noë*, addidi conjunctionem copulativ. ℭ. Gr. etiam addit, αὐτῦ, ad vocem *filius*; cætera quadrant ad verbum, nisi excipias primum, ἐξύπνησε δὲ, pro quo Ambros. ponit, ℭ *sobrius factus est*: ἐκνήφω autem ad verbum, *evigilo*, à νήφω, *sobrius sum, vigilo*; unde Ambros. loco cit. addit: *Manifestum est ex ebrietate, intercedente somno, sobrios fieri homines*: & epist. 55. to. 2. col. 1005. a. ait: *Evigilans* Noë intellexit, *quæ ei fecerit filius suus junior.*

℣. 25. Sic Ambros. *Maledictus Cham*, Mſs. omnium fide, licet Rom. edit. ejusdem ferat *Chanaam*, juxta Gr. Χαναάν. In Mſ. tamen Oxon. hîc & ℣. seq. constanter Χὰμ; non Χαναάν, similiter habet edit. Ald. Χαμ παῖς, Mſ. Alex. παῖς αὐτῦ. in edit. novissima Ambros. ponitur virgula post *Cham*, sed Ambrosiast. col. 274. f. eam tollit, ita legendo: *Maledictus puer Chanaam, servus servorum erit fratribus suis.* Et verò pro eo quod apud LXX. legitur: παῖς, οἰκέτης ἔσαι τοῖς, &c. Aquila habet: δοῦλος δούλων, sicut etiam Theodoretus quæst. 57. Hilar. in Ps. 134. col. 476. f. *Maledictum Chanaan*, inquit, *esse Geneseos docet*, ℭ *esse servum fratrum suorum.* Hieron. in Sophon. 1. to. 3. col. 1652. a. *Maledictus Chanaan puer, famulus erit fratrum suorum.* Item August. l. 16. de civit. Dei, c. 1. to. 7. col. 413. f. *Maledictus Chanaan puer, famulus erit fratribus suis.* Vide etiam Ambros. l. 1. de bened. Patr. c. 1. col. 513. b.

℣. 26. Ita in Græco, præter hoc, παῖς οἰκέτης αὐτῦ, *puer domesticus ejus*, loco, *servus ejus*: at in Mſ. Alex. ac edit. Ald. nec non apud Theodoret. quæst. 57. simpliciter, παῖς, absque voce, οἰκέτης. Similiter habet August. l. 16. de civit. Dei, c. 1. col. 414. d. *Benedictus Dominus Deus Sem*; ℭ *erit Chanaan puer illius.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 37. p. 158. a. *Benedictus filius meus Sem*; *dilatet*, &c.

℣. 27. Gr. Πλατύναι ὁ Θεὸς τῷ Ἰάφεθ, ὴ κατοικησάτω ἐν τοῖς οἴκοις τῦ Σὴμ, ὴ γενηθήτω Χαναὰν παῖς αὐτῦ. In aliis lib. Græcis sicut apud Chrysost. & Theodoret. legitur: ἐν τοῖς σκηνώμασι τῦ Σήμ. Deinde in Mſ. Cotton. Καὶ ἔσαι Χαναάν. Similiter habent Hieron. quæst. Hebr. in Gen. to. 2. col. 514. b. & Eucher. quæst. in Gen. col. 841. b. *Dilatet Deus Japheth*, ℭ *habitet in tabernaculis Sem.* Item Philastr. Brix. de hæres. col. 717. e. *Dilatet Dominus Japhet*, ℭ *habitet in tabernaculis Sem.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 37. p. 158. a. *Dilatet Deus Japhet*, ℭ *inhabitabit in tabernaculo Sem.* August. verò, l. 16. de civit. Dei, c. 1. col. 414. d. *Lætificet Deus Japhet*, ℭ *habitet in domibus Sem.* Item Ambros. ep. 55. to. 2. col. 1005. b. *Lætificet Deus Japhet in domibus Sem*: at infra, ait: *In cujus domibus dilatetur Japhet*; observant tamen hîc editores nostri BB. pro *dilatetur*, quod habet Rom. edit. cum Mſs. multò pluribus, veterem edit. cum uno vel altero Mſ. exhibere, *lætetur Japhet.*

℣. 28. Ambros. hæc ait: *Post diluvium Noë dicitur vixisse*, &c. ex quibus confeci: *vixit autem Noë post diluvium*, &c. ut in Græco, nisi quòd habet, ἔτη τριακόσια πεντήκοντα, *annos trecentos quinquaginta.* At Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 514. c. Ambrosio favet, dicens: *Ecce post diluvium trecentis quinquaginta annis vixit Noë.*

℣. 29. Itidem Græcè, addito in fine, ὴ ἀπέθανεν; ℭ *mortuus est.*

Digitized by Google

CAPUT X.

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
1. Par. 1. 5. 1. HÆ sunt generationes filiorum Noë, Sem, Cham, & Japheth: natique sunt eis filii post diluvium.	1..... *Vid. Not.*
2. Filii Japheth: Gomer, & Magog, & Madai, & Javan, & Thubal, & Mosoch, & Thiras.	2. Filii Japheth: Gomer, & Magog, & Madai, & Javan, & Thubal, & Mosoch, & Thiras. *Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 514. c.*
3. Porro filii Gomer: Ascenez, & Riphath, & Thogorma.	3. Filii Gomer: Aschenez, & Riphath, & Thogarma. *Ibid. 515. a.*
4. Filii autem Javan: Elisa & Tharsis, Cetthim & Dodanim.	4. Filii Javan: Elisa & Tharsis, Cethim & Dodanim.
5. Ab his divisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis, unusquisque secundùm linguam suam & familias suas in nationibus suis.	5. Ex his segregatæ sunt insulæ gentium in terra sua, unusquisque secundùm linguam suam, in tribubus suis, & in gentibus suis. *Aug. de civ. Dei, l. 16. c. 3. t. 7. 418. d.*
6. Filii autem Cham: Chus, & Mesraim, & Phuth, & Chanaan.	6. Filii Cham: Chus, & Mesraim, & Phuth, & Chanaan. *Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 515. b. c.*
7. Filii Chus: Saba, & Hevila, & Sabatha, & Regma, & Sabatacha. Filii Regma: Saba & Dadan.	7. Filii Chus: Saba & Ævila, Sabatha, Regma, & Sabathaca. Filii Regma: Saba, & Dadan.
8. Porro Chus genuit Nemrod: ipse cœpit esse potens in terra,	8. Chus autem genuit Nebroth: hic cœpit esse gigas super terram; *Aug. de civ. Dei, l. 16. c. 3. t. 7. 416. g. 417. a.*
9. & erat robustus venator coram Domino. Ob hoc exivit proverbium: Quasi Nemrod robustus venator coram Domino.	9. hic erat gigas venator contra Dominum Deum. Propter hoc dicunt: Sicut Nebroth gigas venator contra Dominum.
10. Fuit autem principium regni ejus Babylon, & Arach, & Achad, & Chalanne, in terra Sennaar.	10. Et factum est initium regni ejus Babylon, Orech, Archad, & Chalanne, in terra Sennaar.
11. De terra illa egressus est Assur, & ædificavit Niniven, & plateas civitatis, & Chale.	11. De terra illa exiit Assur, & ædificavit Niniven, & Robooth civitatem, & Chalach.
12. Resen quoque inter Niniven & Chale: hæc est civitas magna.	12. Et Dasem inter medium Ninives & Chalach: hæc civitas magna.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. ab his incipit: Αὗται δὲ αἱ γενέσεις τῶν υἱῶν Νῶε, &c. ad quæ August. respiciens, l. 16. de civit. Dei, c. 3. to: 7. col. 416. f. dicit: *Generationes ergo filiorum Noë deinceps intuenda*, &c.

℣. 2. Paulùm immutantur nomina in Græco, nempe pro *Gomer*, legitur, Γαμὲρ, Μαδαὶ, pro *Madai*, Ἰωύαν, pro *Javan* (in Mſ. tamen Alex. Μαδαὶ καὶ Ἰωὺ) deinde Θοβέχ, pro *Thubal*, Θείρας, pro *Thiras*. Prætera octavus septem aliis superadditur, scilicet Ἐλισὰ, post Ἰωύαν, qui tamen *Elisa*, ut apud Hieronymum sic in edit. Compl. deest: nec librarius hîc incuriæ insimulandus est, saltem Hieronymianus, cùm S. Doctor ibidem dicat: *Japhethfilio Noë, nati sunt septem filii.* Contrà August. l. 16. de civit. Dei, c. 3. col. 416. f. ait: *Cœptæ sunt commemorari generationes à minimo filio, qui vocatus est Japhet, cujus filii octo nominati sunt*; & infra, col. 418. e. *Cùm filii Japhet octo enumerentur, ex duobus eorum tantùm filii nati commemorantur.*

℣. 3. In Gr. sic: Καὶ υἱοὶ Γαμὲρ, Ἀχαναῖ, καὶ Ῥιφὰθ, καὶ Θοργαμά. In ed. Compl. Θογωρμά. Vid. August. infra ad ℣. 4.

℣. 4. Gr. Καὶ υἱοὶ Ἰωύαν· Ἐλισὰ, καὶ Θάρσεις, Κήλιοι, Ῥόδιοι. Mſ. Cott. pro Κήλιοι, habet, Κίλιοι, edit. Compl. Κίλοι, al. Χετοβιείμ. Ambr. l. de Noë & Arca, c. 33. col. 276. f. *De generatione Japhet*, inquit, *Rhodus.* Hieron. ubi sup. *Dodanim, Rhodii; ita enim LXX. Interpretes transtulerunt.* Hos omnes August. memorat, l. 16. de civit. Dei, c. 3. col. 416. f. dicens: *Japhet filii octo nominati sunt* (℣. 2.) *Nepotes autem septem de duobus filiis ejus; tres ex uno,* (℣. 3.) *quatuor ex altero: fiunt itaque omnes quindecim:* & infra, col. 418. b. *quindecim de Japhet.*

℣. 5. Nil Græco similius, delendo *suam*, post *linguam*; ita nempe simpliciter, κατὰ γλῶσσαν· nec multùm differunt quæ habet Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 515. a. *Ab his divisa sunt insulæ nationum in terris suis; vir secundùm linguam suam, & cognationem suam, & gentem suam.* Ad hæc Ambros. l. de Noë & Arca, c. 33. col. 276. f. respiciens, dicit: *De generatione Japhet Rhodus, & aliæ insulæ sunt nationum.*

℣. 6. In Gr. similiter: Υἱοὶ δὲ Χάμ· Χὼς καὶ Μεσραὶν, Φοὺδ καὶ Χαναάν. In Mſ. Cott. Μεσραΐμ, in edit. Compl. Μεσραείμ, utrobique Φούθ. Apud August. l. 16. de civit. Dei, col. 416. f. *Filii autem Cham, quatuor.*

℣. 7. Optimè de Græco, nisi quòd ibi post utrumque, υἱοὶ, additur, δὲ, *autem*, & ante Σαβαθὰ, & Ῥεγμὰ, ponitur, καὶ. Deinde variant nomina pro variis Mſs. al. enim leg. Σεβὰ, non Σαβά, Mſ. Cott. Ἐνιλάϊ, pro Ἐυιλά, Alex. Ῥεγχμά, pro Ῥεγμά, uterque demum, Σαβαχαθά, pro Σαβαθαχά, quos omnes sic memorat August. l. 16. de civit. Dei, c. 3. col. 416. f. dicens: *Filii autem Cham, hoc est, medii filii Noë, quatuor, & nepotes quinque ex uno ejus filio; pronepotes duo, ex nepote uno; fit eorum summa undecim: quibus enumeratis redditur tanquam ad caput; & dicitur: Chus autem*, &c.

℣. 8. Ita in Græco, præter unum, Νεβρώδ, pro *Nebroth.* Edit. Compl. scribit, Νεμβρώδ. Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 516. a. *Nemrod*, cum cæt. de Vulg. August. verò quæst. 18. in Gen. to. 3. col. 382. g. legit: *Nembroth*, addito ut sup. *Hic cœpit esse gigas super terram.* Ambros. similiter, l. de Noë, c. 34. col. 278. a. b. scribit *Nembroth.* S. Paulin. ep. 9. *Nebroth.*

℣. 9. Sic in Gr. ad verbum. Eadem repetit August. Locut. 30. de Gen. to. 3. col. 328. a. usque ad vocem, *Deum*; sed addit: *Incertum est utrùm possit accipi*, coram Domino Deo, *quia & sic solet intelligi quod Græcè dicitur*, Ἐναντίον· & l. 16. de civit. Dei, c. 4. col. 419. e. *Quod non intelligentes*, inquit, *nonnulli ambiguo Græco decepti sunt, ut non interpretarentur*, contra Dominum, *sed* ante Dominum: Ἐναντίον *quippe*, & ante, & contra, *significat*: & post pauca: *Sic ergo intelligendus est: Gigas iste venator contra Dominum.* Ambros. l. de Noë & Arca, c. 34. col. 278. a. b. & epist. 55. to. 2. col. 1005. d. *Sicut Nembroth gigas venator ante Deum.* S. Paulin. ep. 9. p. 45. cum Aug. *sicut Nebroth..... contra Dominum.* In Mſ. Oxon. Ἐναντίον Θεοῦ, non Κυρίου.

℣. 10. Itidem Græcè, nisi quòd habetur, καὶ, ante Ὀρέχ, & Ἀρχάδ. In Mſ. tamen Cott. deest, καὶ ante Ὀρέχ· in eodem etiam legitur Ἀχάδ, non Ἀρχάδ. Similiter apud Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 516. a. *Et fuit caput regni ipsius Babel, & Arach, & Achad, & Chalanne in terra Sennaar.*

℣. 11. Similiter in Græco, præter levia, nempe Ἀσσὼρ, al. Ἀσσὺρ, pro *Assur*, & Νινευί, seu cum Alex. Νινευή, loco *Niniven*; item Ῥοωβὼθ, pro *Robooth*, Mſ. Alex. Ῥοωβός, al. Ῥοβωὸμ. Hieron. quæst. Hebr. col. 516. b. legit cum August. *De terra illa exiit Assur, & ædific. Ninivem, & Robooth civit.* Similiter Eucher. Lugd. quæst. in Gen. col. 841. c. excepto uno, *Rooboth*, pro *Robooth. Niniven* autem & *Rooboth civitatem non putemus*, inquit Hieron. sup. *duas esse urbes: sed quia Rooboth plateæ interpretantur, ita legendum est: Et ædificavit Niniven, & plateas civitatis.*

℣. 12. Sic etiam in Gr. præter seqq. Καὶ τὴν Δασὴ, pro & *Dasem*; Mſ. tamen Alex. cum Cott. scribit Δασέμ, edit. Compl. Δασὴμ, subinde in eodem Gr. Καὶ ἀνὰ μέσον Χα-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 616. b. 13. Et Meſraim genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, & Nephtuim,	13. At verò Meſraim genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, Nephtuim,
14. & Phetroſim, & Chaſloim: è quibus egreſſi ſunt Philiſtiim, & Caphtorim.	14. & Phetruſim, & Chaſluim: de quibus egreſſi ſunt Philiſthiim & Caphtorim.
15. Et Chanaan genuit Sidona primogenitum ſuum, & Chettæum,	15. Chanaan autem genuit Sidonem primogenitum ſuum, Hethæum,
16. & Jebuſæum, & Amorræum, & Gergeſæum,	16. & Jebuſæum, & Amorrhæum, Gergeſæum,
17. & Evæum, & Aracæum, & Sinæum,	17. Hevæum, & Aracæum: Sinæum,
18. & Aradium, & Samarræum, & Amathæum.....	18. & Aradium, Samaræum, & Amathæum: & poſt hæc diſſeminati ſunt populi Chananæorum.
Ibid. 517. a. 19. Et fuit terminus Chananæorum à Sidone, donec venias in Gerara uſque ad Gazam, pergentibus Sodomam, & Gomorram, & Adamam, & Seboim, uſque ad Liſe.	19. Factique ſunt termini Chanaan venientibus à Sidone Geraram uſque Gazam, donec ingrediaris Sodomam, & Gomorrham, & Adamam, & Seboim, uſque Leſa.
Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 3. 418. e. 20. Hi filii Cham in tribubus ſuis, ſecundùm linguas ſuas, in regionibus ſuis, & in gentibus ſuis.	20. Hi ſunt filii Cham in cognationibus, & linguis, & generationibus, terriſque, & gentibus ſuis.
Ibid. 417. e. 21. Et Sem natus eſt etiam ipſi, patri omnium filiorum Heber, fratri Japhet majori.	21. De Sem quoque nati ſunt, patre omnium filiorum Heber, fratre Japheth majore. *1. Par. 1. 17.*
Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 517. a. b. 22. Filii Sem: Elam & Aſſur, & Arphaxad, & Lud, & Aram.	22. Filii Sem: Ælam & Aſſur, & Arphaxad, & Lud, & Aram.
23. Filii Aram: Us, & Ul, & Gether, & Mes.	23. Filii Aram: Us, & Hul, & Gether, & Mes.
Aug. de civ. Dei, l. 16. c. 3. 417. g. 24. Arphaxat genuit Cainan, Cainan genuit Sala, Sala genuit Heber.	24. At verò Arphaxad genuit Sale, de quo ortus eſt Heber.
Idem t. 3. quæſt. 19. in Gen. 383. a. Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 517. b. Hieron. ibid. c. 25. Et Heber nati ſunt filii duo: nomen unius Phalech, quia in diebus ejus diviſa eſt terra: & nomen fratris ejus Jectan.	25. Natique ſunt Heber filii duo: nomen uni Phaleg, eò quòd in diebus ejus diviſa ſit terra: & nomen fratris ejus Jectan.
26. Jectan genuit Helmodad, & Saleph, &	26. Qui Jectan genuit Elmodad, & Saleph,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

λάχ, & *inter medium* Chalach, quod *inter medium*, non geminat Auguſt.

℣. 13. Piget hæc & ſequentia nomina proferre ex Hieronymo, apud quem totidem multùm differunt à Græco: ita nempe ibi legitur: Καὶ Μεσραὶν ἐγέννησε τὸς Λαδιείμ, ὴ τὸς Νεφθαλείμ, ὴ τὸς Ἐνεμελιείμ, ὴ τὸς Λαβιείμ. Hieron. magis accedit ad edit. Compl. in qua ſic: Τὸς Λαδιείμ, ὴ τὸς Ἀνειαμιείμ, ὴ τὸς Λαβιείμ, ὴ τὸς Νεφθειείμ. Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 3. col. 418. d. hæc habet: *Meſraim genuit eos, qui dicuntur Ludieim, & eodem modo cæteræ uſque ad ſeptem gentes:* Vide etiam infra ad ℣. 14.

℣. 14. In Gr. ſic: Καὶ τὸς Παλροσωνιείμ, ὴ τὸς Χασμωνιείμ, ὅθεν ἐξῆλθε Φυλιςιείμ, ὴ τὸς Γαφθοριείμ, ſeu cum Mſ. Alex. Χαφθοριείμ. Huc redeunt quæ Auguſt. habet lib. 16. de civit. Dei, c. 3. col. 417. d. *Reditur ad alium filium Cham, qui vocabatur Meſraim, & commemorantur quos genuit, non tanquam ſinguli homines, ſed nationes ſeptem; & de ſexta, velut de ſexto filio gens commemoratur exiiſſe, qui appellatur Philiſtiim*: & Locut 31. de Gen. to. 3. col. 328. a. hanc locutionem notat: *Unde exiit inde Philiſtiim; cùm ſufficeret*, inquit, *Unde exiit Philiſtiim*; & verò in Mſ. Alex. ac edit. Compl. ſic legitur, Ὅθεν ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, quæ vox, ἐκεῖθεν, abeſt à cæteris.

℣. 15. Gr. Χαναὰν δὲ ἐγέννησε τὸν Σιδῶνα..... ὴ τὸν Χεθταῖον· ad quæ Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 3. col. 417. d. *Iterum*, inquit, *ad Chanaan reditur, in quo filio maledictus eſt Cham, & quos genuit undecim nominantur*, ut videre eſt hîc & infra uſque ad ℣. 19.

℣. 16. Itidem Græcè.

℣. 17. Gr. Καὶ τὸν Εὐαῖον, ὴ τὸν Ἀρυκαῖον, ὴ τὸν Ἀσενναῖον.

℣. 18. Gr. Καὶ τὸν Ἀράδιον, ὴ τὸν Σαμαραῖον, ὴ τὸν Ἀμαθί, &c.

℣. 19. Gr. non valdè diſſimiliter: Καὶ ἐγένετο τὰ ὅρια τῶν.... ἕως ἐλθεῖν εἰς Γεραρὰ, ὴ Γαζὰν, ἕως ἐλθεῖν ἕως Σοδόμων (in Compl. deeſt ult. ἕως) ὴ Γομόῤῥας, Ἀδαμὰ, ὴ Σεβωὶν ἕως Δασά, in edit. Compl. Λασά. *Et facti ſunt fines Chananæorum à Sidone, donec veniatur ad Gerara, & Gazan, donec veniatur uſque ad Sodomam, & Gomorrham, Adama, & Seboim, uſque ad Daſa.* Huc accedunt quæ habet Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 3. col. 417. d. *Deinde uſque ad quos fines pervenerint, commemoratis quibuſdam civitatibus, dicitur: ac per hoc filiis nepotibuſque computatis, de progenie Cham triginta unus geniti referuntur.*

℣. 20. Ita in Græco eſt, verbum pro verbo. Eadem rurſus habet idem Auguſt. l. 3. de doctr. chriſt. to. 3. col. 62. f.

℣. 21. In Gr. Καὶ τῷ Σὴμ ἐγεννήθη ὴ αὐτῷ παλρὶ..... ἀδελφῷ Ἰάφεθ τῷ μείζονος· hoc autem, τῷ μείζονος, *majoris*, quod in omnibus Græcis reperitur, Nobilio videtur Hebraïſmus. *Ordo quippe verborum eſt*, teſte Auguſt. loco cit. *Et Sem natus eſt Heber etiam ipſi; id eſt, ipſi Sem natus eſt Heber, qui Sem pater eſt omnium filiorum ſuorum*: ac proinde frater major ipſius Japheth. Deinde Auguſt. quæſt. 24. in Gen. to. 3. col. 383. f. quærit *quare ſcriptum ſit*: Sem erat pater omnium filiorum Heber, *cùm inveniatur Heber quintus à Sem filio Noë.* Nodum ſolvit lib. ſup. cit. de civit Dei, dicens: *Sem ergo patriarcham intelligi voluit omnium, qui de ſtirpe ejus exorti ſunt, quos commemoraturus eſt, ſive ſint filii, ſive nepotes, ſive pronepotes, & deinceps indidem exorti. Non ſane iſtum Heber genuit Sem, ſed ab illo quintus in progenitorum ſerie reperitur..... Non utique fruſtra ipſe primus eſt nominatus..... niſi quia verum eſt quod traditur, ex illo Hebræos eſſe cognominatos, tanquam Hebereos.*

℣. 22. Eadem leguntur Græcè, ſuperaddito uno, ὴ Καϊνᾶν, poſt *Aram*, quem *Caïnan*, hîc omittit Hieron. deeſt etiam ὴ Καϊνᾶν, in Mſ. Alex. ſed hunc agnoviſſe videtur Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 3. col. 418. a. his verbis: *Igitur filii Sem priùs ſex nominantur*: porro non *ſex* numeraſſet, ſed quinque, ſi ſuſtuliſſet Caïnan. Item ſup. col. 417. f. dicit, *Sem inter alios filios genuiſſe Arphaxat.* Gr. Ἀρφαξάδ.

℣. 23. In Gr. ſic: Καὶ υἱοὶ Ἀράμ· Οὐζ, ὴ Οὐλ, ὴ Γαθὲρ, ὴ Μοσόχ. In Mſ. Alex. loco Οὐζ, legitur, ὡς, in edd. Compl. & Ald. ὡς. Item in Mſ. Alex. Γαθέρ. Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 3. col. 418. a. *Ex uno*, inquit, *filiorum Sem, nempe Aram, nati ſunt quatuor nepotes ejus.*

℣. 24. Itidem Græcè, niſi quòd habetur, ὴ, ante Ἀρφαξάδ, & ante Καϊνᾶν, ſicut, δὲ, *autem*, poſt Σαλά. Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 517. b. ita legit: *Arphaxad genuit Sela*, & *Sela genuit Heber*, prætermiſſo *Caïnan*, ut ſupra ℣. 22. Mſ. tamen Alex. qui eodem ℣. 22. deleverat Καϊνᾶν, hîc illum admittit. Auguſt. quoque ubi ſup. col. 418. a. textum à ſe allatum confirmat, dicens: *Itemque alter filiorum Sem* (Arphaxat) *genuit ejus nepotem* (Caïnan) *atque ex illo itidem pronepos* (Sala) *natus eſt; atque inde abnepos, qui eſt Heber*: additur etiam *Caïnan*, Luc. 3. 36. Vid. Commentar. D. Calmet in Gen. to. 1. p. 295.

℣. 25. Ita Aug. uſque ad vocem, *terra*. Hieron. verò quæſt. Hebr. to. 2. col. 517. b. habet: *Ex Heber nati ſunt duo filii: nomen uni Phaleg, quia*, &c. ut ſup. Gr. Καὶ τῷ Ἑβερ ἐγεννήθησαν δύο υἱοί· ὄνομα τῷ ἑνὶ, Φαλὲγ, ὅτι, &c. ut in Lat. excepta voce ἀδελφῷ, *fratri*, loco *fratris*. Mſ. Alex. ſcribit, Φαλὲκ, non Φαλὲγ. Auguſt. eadem memorat l. 16. de civit. Dei, c. 3. col. 418. b. & cap. 10. col. 424. d.

℣. 26. In Gr. hæc tantùm variant: Ἰεκτὰν δὲ..... ὴ

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& Asarmoth, Jare,
27. & Aduram, & Uzal, & Decla,
28. & Ebal, & Abimael, Saba,
29. & Ophir, & Hevila, & Jobab: omnes isti, filii Jectan.
30. Et facta est habitatio eorum de Mesla pergentibus usque Sephar montem orientalem.
31. Isti filii Sem, secundùm cognationes, & linguas, & regiones, in gentibus suis.
32. Hæ familiæ Noë juxta populos & nationes suas. Ab his divisæ sunt gentes in terra post diluvium.

VERSIO ANTIQUA.

Asermoth, & Jare,
27. & Aduram, & Uzal, & Decla,
28. Ebal, Abimael, Seba,
29. Ophir, Evila, & Jobab.....

31. Hi filii Sem, in tribubus suis, secundùm linguas suas, in regionibus suis, & in gentibus suis. *Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 3. t. 7. 418. c.*
32. Hæ tribus filiorum Noë secundùm generationes eorum, & secundùm gentes eorum. Ab his dispersæ sunt insulæ gentium super terram post diluvium.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Σαλὲθ, καὶ τὸν Σαρμὼθ, καὶ Ἰαράχ. Mſ. verò Alex. cum edit. Compl. ſcribit Σαλέφ, non Σαλέθ· item Compl. Ἀσαραμώθ, non Σαρμώθ.

℣. 27. Gr. Καὶ Ὁδορρὰ, καὶ Αἰβὴλ, καὶ Δεκλά. Edit. Compl. pro Ὁδορρὰ, ſcribit, τὸν Ὁδορράμ.

℣. 28. Gr. Καὶ Εὐὰλ, καὶ Ἀβιμαὲλ, καὶ Σαβά· à Mſ. autem Alex. & ab edit. Ald. abeſt, Εὐάλ, ſeu *Ebal*, ut ſcribit Hieron. Nec etiam illum *Ebal* admiſſiſſe videtur Auguſt. cùm lib. 16. de civit. Dei, c. 3. col. 418. b. duodecim tantùm filios Jectan numeret, ſi autem retineretur *Ebal*, non duodecim numerandi ei fuiſſent, ſed tredecim: cùm enim dixiſſet à Jectan genitos *duodecim filios*, continuò addit: *Ac per hoc fiunt omnes progeniti de Sem, viginti ſeptem*, quos quidem ſi numerabis ab *Elam*, primo filio *Sem*, uſque ad *Jobab*, ultimo filio *Jectan*, totidem 27. invenies, etiam ſublato *Ebal*, modò retineas *Caïnan*, quem admiſit Auguſt. ut oſtendimus ſup. ad ℣. 22. Hieron. verò loco cit. numerat tredecim filios Jectan, *Tredecim*, inquit, *harum gentium poſteriora nomina invenire non potui.*

℣. 29. Gr. Καὶ Οὐφὶρ, καὶ Εὐὶλὰ, καὶ Ἰωβάβ· tum addit: πάντες ἑτοι υἱοὶ Ἰεκτάν, *omnes hi filii Jectan.* Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 3. col. 418. b. cunctos Noë filios ſic reſumit, dicens: *In ſumma igitur omnes progeniti de tribus filiis Noë, id eſt, quindecim de Japhet, & triginta unus de Cham, viginti ſeptem de Sem, fiunt ſeptuaginta tres.*

℣. 31. Eadem rurſus habet Auguſt. l. 3. de doctr. chriſt. to. 3. col. 62. f. nec aliter in Græco.

℣. 32. Sic iterum Auguſt. l. 3. de doctr. chr. col. 62. f. verbum pro verbo. Eadem quoque in Græco ad verbum, excepto uno, &, poſt *generationes eorum*, quod deeſt.

CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

Sap. 10. 1. 5. ERat autem terra labii unius, & sermonum eorundem.
2. Cùmque proficiscerentur de oriente, invenerunt campum in terra Sennaar, & habitaverunt in eo.
3. Dixitque alter ad proximum suum: Venite, faciamus lateres, & coquamus eos igni. Habuèruntque lateres pro saxis, & bitumen pro cæmento:
4. & dixerunt: Venite, faciamus nobis civitatem & turrim, cujus culmen pertingat ad cœlum: & celebremus nomen nostrum antequam dividamur in universas terras.
5. Descendit autem Dominus ut videret civitatem & turrim, quam ædificabant filii Adam,
6. & dixit: Ecce, unus est populus, & unum labium omnibus: cœperuntque hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant.
7. Venite igitur, descendamus, & confunda-

VERSIO ANTIQUA.

1. ET erat omnis terra labium unum, & vox una omnibus. *Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 3. t. 7. 418. g. 419. a. 420. c. f.*
2. Et factum est, cùm moverent ipsi ab oriente, invenerunt campum in terra Sennaar, & habitaverunt ibi.
3. Et dixit homo proximo suo: Venite, faciamus lateres, & coquamus illos igni. Et facti sunt illis lateres in lapidem, & bitumen illis erat lutum:
4. & dixerunt: Venite, & ædificemus nobismetipsis civitatem, & turrem, cujus caput erit usque ad cœlum: & faciamus nostrum nomen antequam dispergamur in faciem omnis terræ.
5. Et descendit Dominus videre civitatem & turrem, quam ædificaverunt filii hominum:
6. & dixit Dominus Deus: Ecce, genus unum, & labium unum omnium: & hoc inchoaverunt facere, & nunc non deficient ex illis omnia, quæ conati fuerint facere.
7. Venite, & descendentes confundamus ibi

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita rursum Auguſt. non semel, l. 3. de doctr. chr. col. 62. f. 63. a. sic etiam Locut. 32. in Gen. to. 3. col. 328. a. & quæst. 20. in Gen. col. 383. a. usque ad *unum*; omnia autem cum Græco congruunt.

℣. 2. Itidem Græcè, nisi excipias vocem, Σεναάρ, scriptam absque duplici, ν; in Mſ. tamen Alex. Σεννααάρ, ut sup. apud Aug.

℣. 3. Ad verbum è Græco, exceptis his, *Et facti sunt illis lateres*, pro quibus, Καὶ ἐγένετο αὐτοῖς ἡ πλίνθος, & *factus est illis later.* Auguſt. Locut. 33. de Gen. to. 3. col. 328. b. *Et facti sunt illis lateres pro lapide:* observat tamen Græcum habere, & *facti sunt..... in lapidem*; sed addit: *Quòd si Latinè diceretur, locutio minùs intelligeretur.* Ex hoc facilè crederem in versione Italica olim scriptum fuisse, *pro lapide*, nisi Auguſt. lib. cit. de civit. Dei legisset, *in lapidem.*

℣. 4. Nil Græco similius, detracto, &, poſt *venite*; edit. tamen Ald. habet, δεῦτε καὶ: at Aug. Locut. 34. de Gen. to. 3. col. 328. b. legit: *Venite, ædificemus nobis civitatem & turrim, cujus caput erit usque ad cœlum.* Similiter quæst. 21. in Gen. col. 383. b. uno excepto, *in cœlum*, Gr. ἕως τοῦ οὐρανοῦ. Notandum etiam hoc, *nostrum nomen*, quod posuimus supra ex Aug. non sic legi in edit. noviſſ. sed, *nobis nomen*; cùm autem illic moneant editores nostri in Mſs. scribi, *nostrum nomen*, hanc lectionem præferendam duximus, ne tantæ auctoritati detraheretur. In Gr. tamen est, ἑαυτοῖς ὄνομα, *nobis ipsis nomen.* Hieron. in Hai. 9. to. 3. col. 88. c. similiter habet: *Venite, ædificemus turrim, & faciamus nobis nomen antequam dispergamur.*

℣. 5. Optimè è Græco: Eadem quoque refert Ambros. l. de fide, c. 5. col. 590. b. præter unum, *ædificarent*, pro *ædificaverunt.* Gr. ᾠκοδόμησαν.

℣. 6. In Gr. hæc tantùm variant: Καὶ εἶπε Κύριος· Ἰδοὺ..... καὶ τοῦτο ἤρξαντο ποιῆσαι..... ἀπ' αὐτῶν πάντα ὅσα ἂν ἐπιθῶνται ποιεῖν. In Mſ. Alex. ac edit. Ald. ἐξ αὐτῶν πάντα. Auct. l. de promiſſ. part. 1. c. 8. apud Prosp. col. 98. a. sic habet: *Ecce labium unum est omni terræ; & hoc cœperant facere; & nunc non deficient ab eis omnia quæcunque aggressi sunt facere.*

℣. 7. Itidem Græcè, excepta voce ultima *sui*, quæ deest; at in Mſ. Cott. exstat, τοῦ πλησίον αὐτοῦ. Rursum Auguſt. quæst. 22. in Gen. to. 3. col. 383. c. sic legit *

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 3. p. 419, a. linguam eorum, ut non audiant unusquisque vocem proximi sui.

8. Et dispersit eos Dominus inde super faciem omnis terræ, & cessaverunt ædificantes civitatem & turrem.

9. Propter hoc appellatum est nomen illius Confusio, quia ibi confudit Dominus labia omnis terræ: & inde dispersit illos Dominus Deus super faciem omnis terræ.

Ibid. c. 16. 424. c. 425. a. 10. Et hæ generationes Sem: Sem filius centum annorum cùm genuit Arphaxat, secundo anno post diluvium.

11. Et vixit Sem postquam genuit Arphaxat, quingentos annos: & genuit filios & filias: & mortuus est.

Aug. quæst. 23. in Gen. to. 3. p. 1. 383. d. 12. Et erat Arphaxad annorum centum triginta quinque cùm genuit Chainan.

13. Et vixit Arphaxad, postquam genuit Chaïnan, annos quadringentos.....

VULGATA NOVA.

mus ibi linguam eorum, ut non audiat unusquisque vocem proximi sui.

8. Atque ita divisit eos Dominus ex illo loco in universas terras, & cessaverunt ædificare civitatem.

9. Et idcirco vocatum est nomen ejus Babel, quia ibi confusum est labium universæ terræ: & inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum.

10. Hæ sunt generationes Sem: Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio post diluvium. *1. Par. 1. 17.*

11. Vixitque Sem postquam genuit Arphaxad, quingentis annis: & genuit filios & filias.

12. Porro Arphaxad vixit triginta quinque annis, & genuit Sale.

13. Vixitque Arphaxad postquam genuit Sale, trecentis tribus annis: & genuit filios & filias.

VULGATA NOVA.

14. Sale quoque vixit triginta annis, & genuit Heber.

15. Vixitque Sale postquam genuit Heber, quadringentis tribus annis: & genuit filios & filias.

16. Vixit autem Heber triginta quatuor annis, & genuit Phaleg.

17. Et vixit Heber postquam genuit Phaleg, quadringentis triginta annis: & genuit filios & filias.

18. Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu.

1. Par. 1. 19. 19. Vixitque Phaleg postquam genuit Reu, ducentis novem annis: & genuit filios & filias.

20. Vixit autem Reu triginta duobus annis, & genuit Sarug.

21. Vixit quoque Reu postquam genuit Sarug, ducentis septem annis: & genuit filios & filias.

22. Vixit verò Sarug triginta annis, & genuit Nachor.

23. Vixitque Sarug postquam genuit Nachor, ducentis annis: & genuit filios & filias.

24. Vixit autem Nachor viginti novem annis, & genuit Thare.

25. Vixitque Nachor postquam genuit Thare, centum decem & novem annis: & genuit filios & filias.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ubi sup. 384. c. 26. Cùm esset Tharra annorum septuaginta, genuit Abraham, & Nachor, & Arran.

VULGATA NOVA.

26. Vixitque Thare septuaginta annis, & genuit Abram, & Nachor, & Aran. *1. Par. 1. 28. Jos. 24. 2.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Venite, descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, ne audiat unusquisque vocem proximi. Ambros. l. de fide, c. 5. col. 568. c. & de Spir. S. col. 625. e. *Venite, descendamus, & confundamus linguas eorum.* Edit. Ald. similiter habet, τὰς γλῶσσας αὐτῶν, non τὴν γλῶσσαν. Accinunt Vigil. Tapsi. l. contr. Varimad. p. 738. b. & Auct. quæst. Vet. Test. q. 45. col. 58. g. Novatianus verò l. de Trin. p. 1047. b. sic habet: *Venite, & nox descendamus, & confundamus illic ipsorum linguas.* Auct. l. de promiss. part. 1. c. 8. ap. Prosp. p. 98. a. nec non Fulg. l. de Trin. p. 331. a. *Venite, descendamus, & confundamus ibi linguas eorum.*

℣. 8. Ad verbum è Græco.

℣. 9. Eadem prorsus in Græco, excepta voce, *Deus*, quæ deest post *Dominus*; in Mss. tamen Alex. & Cott. exstat, Κύριος ὁ Θεός. Hilar. in Ps. 136. col. 491. e. dicit, *à confusarum linguarum hominibus nuncupatam esse Babylonem.*

℣. 10. Notant novissi. editores BB. ad hunc Augustini locum sic legi in editt. *Sem filius Noë centum erat annorum*, in Mss. verò ejusdem omitti, *Noë & erat.* In Gr. sic: Καὶ αὗται αἱ γενέσεις Σήμ. ἦν Σὴμ υἱὸς..... ὅτε ἐγέννησε τὸν Ἀρφαξάδ, &c. ut in Lat. at in Mss. Alex. etiamnum simpliciter legitur: Σήμ· Σὴμ υἱὸς ἐτῶν ἑκατὸν ὅτε, &c. absque, καὶ ἦν, & Νῶε. Hanc vet. librorum varietatem observat Augustin. ipse Locut. 35. de Gen. to. 3. col. 328. c. his verbis: *Quod quidam Latini codices habent:* Sem filius Noë erat annorum centum, cùm genuit Arphaxad; *Græci habent:* Sem filius centum annorum, cùm genuit Arphaxat: *ubi ellipsis est*, inquit, *quia deest*, erat; *sed quòd non habent*, filius Noë, *sed*, filius *tantùm*, *nova locutio est.*

℣. 11. Similiter Gr. habet, nisi excipias unum, Ἀρφαξάδ, pro *Arphaxat.*

℣. 12. In Gr. non omnino similiter: Καὶ ἔζησεν Ἀρφαξὰδ ἑκατὸν τριακονταπέντε ἔτη, καὶ ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν. *Et vixit Arphaxad centum triginta quinque annos*, & *genuit Caïnan.* Attamen August. priùs dixerat: *Quod scriptum est: Et erat*, &c. Item l. 16. de civit. Dei, c. 10. col. 425. a. Narrando dicit: *Arphaxat autem cùm esset 135. annorum, genuit Caïnan.*

℣. 13. Ita Græcum habet ad verbum: August. verò post hanc vocem, *quadringentos*, addit: *vel sicut in Græco invenimus, annos trecentos.* Edit. Rom. constanter hab. ἔτη τετρακόσια, Mss. Alex. cum edit. Compl. τετρακόσια τριάκοντα, edit. Ald. sola, τριακόσια τριάκοντα. Reliquæ generationes recensæ ab hoc versu 13. ad ℣. 26. vix memorantur à Patribus Latinis, præterquam ab Augustino, qui illas omnes sic persequitur, l. 16. de civit. Dei, c. 10. col. 424. e. *Generationum contextio..... sic exsequitur cæteros, dicens quotoquisque anno vitæ suæ filium genuerit, ad istum generationum ordinem pertinentem, qui pertendit ad Abraham; & quot annos postmodum vixerit, intimans eum filios filiasque genuisse.* Et post pauca: *Sed nos*, inquit, *ne diutiùs quàm opus est, immoremur, non quot annos quisque in ista generationum serie vixerit, sed quoto anno vitæ suæ genuerit filium, hoc ordine memorandum tantummodò ponimus.* ℣. 10. *Secundo igitur anno post diluvium Sem, cùm esset centum annorum, genuit Arphaxat.* ℣. 12. *Arphaxat autem cùm esset centum triginta quinque annorum, genuit Caïnan.* ℣. 13. *Qui cùm esset centum triginta, genuit Sala.* ℣. 14. *Porro etiam ipse Sala totidem annorum (130.) erat quando genuit Heber.* ℣. 16. *Centum verò & triginta & quatuor agebat annos Heber, cùm genuit Phalech, in cujus diebus divisa est terra.* ℣. 18. *Ipse autem Phalech vixit centum triginta, & genuit Ragau.* ℣. 20. *Et Ragau centum triginta, duos, & genuit Seruch.* ℣. 22. *Et Seruch centum triginta, & genuit Nachor.* ℣. 24. *Et Nachor septuaginta novem, (Gr. ἑκατὸν ἑβδομηκονταεννέα) & genuit Thara.* ℣. 26. *Thara autem septuaginta, & genuit Abram, quem postea Deus, mutato vocabulo, nominavit Abraham.* Quæ omnia aptè respondent Græco, si excipias annos Nachor, ut notavimus sup. & nomina *Phalech*, & *Thara*, quæ ita scribuntur, Φαλὲγ, & Θάῤῥα. Mss. Alex. Θάρα. Huc etiam redeunt quæ narrat Auct. l. de promiss. part. 1. c. 10. ap. Prosp. p. 99. a. *Ex semine Sem filii Noë, natus est Heber, cujus fuit filius Phaleg..... Phaleg genuit Reu; Reu genuit Seruch; Seruch genuit Nachor; Nachor genuit Thare; Thare genuit Abram.*

℣. 26. Gr. Καὶ ἔζησε Θάῤῥα ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ ἐγέν-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

27. Hæ ſunt autem generationes Thare: Thare genuit Abram, Nachor, & Aran. Porro Aran genuit Lot.

28. Mortuuſque eſt Aran ante Thare patrem ſuum, in terra nativitatis ſuæ in Ur Chaldæorum.

29. Duxerunt autem Abram & Nachor uxores: nomen uxoris Abram, Sarai: & nomen uxoris Nachor, Melcha filia Aran, patris Melchæ, & patris Jeſchæ.

30. Erat autem Sarai ſterilis, nec habebat liberos.

Joſ. 24. 2. 31. Tulit itaque Thare Abram filium ſuum, & Lot filium Aran, filium filii ſui, & Sarai nurum ſuam, uxorem Abram filii ſui, & eduxit eos de Ur Chaldæorum, ut irent in terram Chanaan: *Nehem. 9. 7.* veneruntque uſque Haran, & habitaverunt ibi.

Judith. 5. 6. 32. Et facti ſunt dies Thare ducentorum quin- *Act. 7. 2.* que annorum, & mortuus eſt in Haran.

VERSIO ANTIQUA.

27. Hæ ſunt generationes Tharæ: Thara genuit Abram, & Nachor, & Aran. Et Aran genuit Lot. *Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 12. 428. d.*

28. Et mortuus eſt Aran coram Thara patre ſuo, in terra in qua natus eſt, in regione Chaldæorum.

29. Et ſumpſerunt Abram & Nachor ſibi uxores: nomen mulieris Abram, Sara: & nomen mulieris Nachor, Melcha filia Aran, pater Melchæ, & pater Jeſcæ.

30. Et erat Sara ſterilis, & non generabat. *Aug. Locut. 36. to. 3. 328. c.*

31. Et ſumpſit Thara Abram filium ſuum, & Lot filium Aran, filium filii ſui, & Saram nurum ſuam, uxorem Abram filii ſui, & eduxit illos de regione Chaldæorum, ire in terram Chanaan: & venit in Charram, & habitavit ibi. *Idem lib. 16. de civ. Dei, c. 13. 428. f.*

32. Et fuerunt dies Tharæ in Charra quinque & ducenti anni, & mortuus eſt in Charra. *Ibid. c. 14. 429. d. 430. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ὑιὸς τὸν Ἄβραμ, &c. ut in Lat. *Et vixit Tharra ſeptuaginta annos, & genuit Abram*, &c. non *Abraham*, ut notavit ſup. Aug. l. 16. de civit. Dei, col. 424. e.

℣. 27. Gr. Αὗται δὲ αἱ γενέσεις Θάρρα· Θάρρα..... ἢ τὸν Ἀβράν, ἢ Ἀβράν, &c. Mſ. Alex. ſcribit, Θάρα. edit. Compl. tollit δὲ, poſt αὗται, cum Auguſt.

℣. 28. Ita in Græco, niſi quòd conſtanter ſcribitur, Ἀβράν, & Θάρρα, abſque *in*, poſt *terra*. Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 517. c. ſic legit: *Et mortuus eſt Aran ante patrem ſuum in terra, qua natus eſt, in regione Chaldæorum.* Obſervat hîc Nobilius ſæpe in Scriptura, *ante*, valere idem quod *coram*; in Gr. ἐνώπιον.

℣. 29. Eadem Græcum exhibet, niſi quòd pro gemina voce *mulieris*, bis ponit, τῇ γυναικί, *mulieri*, conſtanterque ſcribit, Ἀβράν, non *Aran*; deinde ſic, Καὶ πατὴρ Μελχὰ, ἢ πατὴρ Ἰεσχά. Supplevi autem hoc, *pater Melchæ & pater Jeſcæ*, de his quæ Auguſt. verbis ſuperioribus addit ibid. *Iſte Aran pater Melchæ fuit, & pater Jeſcæ, quæ Jeſca creditur ipſa eſſe etiam Sara uxor Abrahæ.* Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 517. f. ſic legit: *Et ſumpſerunt Abram & Nachor ſibi uxores: nomen uxoris Abram, Saraï; & nomen uxoris Nachor, Melcha filia Aran: pater autem Melchæ, ipſe eſt pater Jeſcæ.*

℣. 30. Auguſt. hanc Locutionem notat, *& non genitrabat; cùm poſſet ſufficere*, inquit, *& erat Sara ſterilis.* Similiter in Gr. Καὶ ἦν Σάρα στεῖρα ἢ οὐκ ἐτεκνοποίει.

℣. 31. Gr. conſtanter habet, Θάρρα, & Ἀβράν, pro *Thara*, & *Aran*; ſubinde, πορευθῆναι, *ut irent*, pro *ire*; paulòque poſt, Καὶ ἦλθον ἕως Χαρράν, *& venerunt uſque ad Charran*, loco, *& venit in*, &c. cætera concordant ad verbum. In edit. Ald. καὶ ἦλθεν, *& venit*, ut ap. Aug. ſup. in Compl. ἦλθον, tum ſequitur, ᾤκησαν, *habitaverunt.*

℣. 32. Gr. Καὶ ἐγένοντο πᾶσαι αἱ ἡμέραι Θάρρα ἐν γῇ Χαρράν, διακόσια πέντε ἔτη· ἢ ἀπέθανε Θάρρα ἐν Χαρράν. At Mſ. Alex. ſcribit, Θάρα, non Θάρρα, deletque vocem, πᾶσαι, ante ἡμέραι, & γῇ, ante Χαρράν. Edit. etiam Compl. delet, πᾶσαι, & Ald. γῇ, cum Aug. qui etiam quæſt. in Gen. to. 3. col. 383. g. dicit: *Tharra..... cum ſuis omnibus manſit in Charran, & vixit annos ducentos quinque in Charran, & mortuus eſt:* & infra, col. 384. a. *Fuerunt anni vitæ Tharræ ducenti quinque in Charran.*

CAPUT XII.

VULGATA NOVA.

Act. 7. 3. 1. DIxit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monſtrabo tibi.

2. Faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus.

Inf. 18. 18. 3. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque IN TE benedicentur univerſæ cognationes terræ. *22. 17.*

VERSIO ANTIQUA.

1. ET dixit Dominus ad Abram: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & vade in terram quam tibi demonſtravero. *Aug. ubi ſup. 429. g. 431. c. e. f.*

2. Et faciam te in gentem magnam, & benedicam te, & magnificabo nomen tuum, & eris benedictus.

3. Et benedicam benedicentes te, & maledicam maledicentes te, & benedicentur IN TE omnes tribus terræ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter in Græco. Eadem rurſus habet Auguſt. l. 2. de Trin. to. 8. col. 783. b. uſque ad hoc, & *vade*, &c. niſi quòd ſcribit *Abraham*, non *Abram*; ſic etiam quæſt. in Gen. to. 3. col. 383. g. & ſeqq. ſed malè; nam l. cit. de civitat. Dei, conſtanter legit, *Abram*. Cyprian. l. 1. Teſtim. p. 281. b. *Et dixit Dominus Deus ad Abraham: Exi de terra tua, & de cognat. tua, & de domo patris tui, & vade in illam terram, quam tibi oſtendero.* Ambroſ. in Luc. 3. to. 1. 1316. c. *Exi de terra tua, & de cognat. tua, & de domo patris tui, & vade in terram, quam tibi monſtrabo.* Vide etiam l. 1. & 2. de Abr. c. 1. & 2. col. 282. d. 314. a. & l. de fug. ſæc. c. 2. col. 419. e. Similiter Auct. quæſt. Vet. & N. Teſt. apud Aug. to. 3. q. 109. col 107. a. *Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 1. p. 12. e. *Exi de terra tua, & de cogn. tua, & veni in terram, quam tibi demonſtrabo.* Itidem infra hom. 41. p. 173. a. excepto uno, *demonſtravero.* Gr. ἣν ἄν σοι δείξω.

℣. 2. Eadem referunt ad verbum Cypr. l. 1. Teſtim. p. 281. b. & Ambroſ. l. 3. in Luc. col. 1316. c. Ita quoque in Græco. Junil. verò Afric. l. 5. de part. div. leg. c. 21. legit: *Et eris in gentem grandem & multam.* Rurſum Ambr. l. 2. de Abr. c. 1. col. 314. e. *Benedicam te, & faciam te in gentem magnam.*

℣. 3. Concinit Ambroſ. l. 3. in Luc. col. 1316. c. ad verbum. Sic etiam in Græco, præter unum, καταράσομαι, *maledicam*, tranſlatum poſt *maledicentes te.* Junil. Afric. l. 5. de part. div. leg. c. 21. col. 347. h. ut ſup. *Benedicam benedicentes te, & maledicam maledic. te.* Cyprian. verò l. 1. Teſtim. p. 281. b. *Et benedicam qui te benedixerit; & maledicam qui te maledixerit: & benedicentur in te omnes tribus terræ.* Eadem memorat Hilar. in Pſ. 118. col. 349. f. his verbis: *Abrahæ quoque Dominus dixit: Qui te maledixerit maledictus erit; & inimicus ero inimicis tuis, & adverſantibus tibi adverſabor.* Tum addit: *Si Abraha inimici Deo inimici ſunt, quales nobis eſſe oportet?* At horum, quomodo referuntur ab Hilario, vix ullum veſtigium reperias in toto Geneſeos libro: quare ſuſpicor hunc verſum ex memoria recitatum fuiſſe ab Hilario, partim ex Geneſi, partim ex Exodo: priora ſcilicet verba: *Qui te maledixerit*, &c. ex Geneſi 12. 3. poſteriora verò, & *inimicus ero*, &c. ex Exod. 23. 22. ubi ſic habentur: *Si feceritis omnia quæcunque*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 14. p. 430. a. e. 431. g.

4. Et exiit Abram, quemadmodum locutus eſt illi Dominus, & abiit cum eo Lot: Abram autem erat quinque & ſeptuaginta annorum cùm exiit ex Charra.

Hieron. contr. Helvid. to. 4. p. 2. 139. b.

Ambr. l. 2. de Abr. c. 2. col. 316. a.

5. Et ſumpſit Abraham Saram uxorem ſuam, & Lot filium fratris ſui..... & omnem animam, quaſcunque poſſederat in Charram.....

Ambr. l. 1. & 2. de Abr. p. 283 f. 316. d.

6. Et perambulavit Abraham terram uſque ad locum Sychem, ad quercum altam.....

Fulg. fragm. 31. contr. Fab. p. 629.

7. Et viſus eſt Dominus Deus Abræ, & dixit ei: Semini tuo dabo terram iſtam. Et ædificavit ibi Abram altare Domino, qui viſus eſt ei.

Idem. fragm. 31. & 34. p. 629. 638.

8. Et receſſit inde in montem contra orientem Bethel, & ſtatuit ibi tabernaculum ſuum Bethel, ſecundùm mare Agge, contra orientem: & ædificavit ibi altare Domino Deo, & invocavit in nomine Domini Dei, qui viſus eſt.

Ambr. l. 2. de Abr. c. 4. 318. d.

9. Et abiit Abram, & demoratus eſt in deſſerto.

Hieron. quæſt. Hebr. 518. b.

Ambr. l. 2. de Abr. c. 4. col. 319. b.

10. Et fames facta eſt ſuper terram: & deſcendit Abraham in Ægyptum.....

Aug. Locut. 37. to. 3. 328. c.

12. Erit ergo cùm te viderint Ægyptii, dicent, quia uxor illius hæc.....

13..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

4. Egreſſus eſt itaque Abram ſicut præceperat ei Dominus, & ivit cum eo Lot: ſeptuaginta quinque annorum erat Abram cùm egrederetur de Haran. *Gal. 3. 8. Heb. 11. 8.*

5. Tulitque Sarai uxorem ſuam, & Lot filium fratris ſui, univerſamque ſubſtantiam quam poſſederant, & animas quas fecerant in Haran: & egreſſi ſunt ut irent in terram Chanaan. Cùmque veniſſent in eam,

6. pertranſivit Abram terram uſque ad locum Sichem, uſque ad convallem illuſtrem: Chananæus autem tunc erat in terra.

7. Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificavit ibi altare Domino, qui apparuerat ei. *Inf. 13. 15. 15. 18. 26.*

8. Et inde tranſgrediens ad montem, qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum ſuum, ab occidente habens Bethel, & ab oriente Haï: ædificavit quoque ibi altare Domino, & invocavit nomen ejus. *4. Deut. 34. 4.*

9. Perrexitque Abram vadens, & ultrà progrediens ad meridiem.

10. Facta eſt autem fames in terra: deſcenditque Abram in Ægyptum, ut peregrinaretur ibi: prævaluerat enim fames in terra.

11. Cùmque prope eſſet ut ingrederetur Ægyptum, dixit Sarai uxori ſuæ: Novi quòd pulchra ſis mulier:

12. & quòd cùm viderint te Ægyptii, dicturi ſunt: Uxor ipſius eſt: & interficient me, & te reſervabunt.

13. Dic ergo, obſecro te, quòd ſoror mea *Inf. 20. 11.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

que dixero vobis, ἐχθρεύσω τοῖς ἐχθροῖς σου, καὶ ἀντικείσομαι τοῖς ἀντικειμένοις σοι, quæ ipſa ſunt ab Hilario latinè reddita; at illa non Abrahæ dicta ſunt, ſed Iſraëlitico populo.

℣. 4. Gr. ita incipit: Καὶ ἐπορεύθη Ἄβραμ, & *ivit Abram*; reliqua ut in Latino, niſi excipias vocem ultimam, Χαρράν, pro *Charra*. Similiter Ambr. l. 2. de Abr. c. 2. col. 283. a. 315. b. *Exiit Abraham quemadmodum locutus eſt ei Dominus, & exivit cum eo Lot.* Et infra: *Abraham ſeptuaginta & quinque annorum, deſcribitur exiſſe de Charra.* Item Hieron. quæſt. Hebr. to 2. col. 518. a. *Erat autem Abram ſeptuaginta quinque annorum, quando egreſſus eſt ex Charra:* & contra Helvid. to. 4. col. 139. b. *Abraham autem erat annorum 75. cùm exiret de Charra.*

℣. 5. Gr. Καὶ ἔλαβεν Ἄβραμ Σάραν, &c. ut ſup. in Lat. ſubinde ſic: καὶ πᾶσαν ψυχὴν, ἣν ἐκτήσαντο ἐν Χαρράν, καὶ ἐξῆλθοσαν πορευθῆναι εἰς γῆν Χαναάν. In Mſ. Cott. ac edit. Compl. καὶ ἐξῆλθε. Quibus alludens Ambr. l. 2. de Abr. c. 2. col. 316. a. dicit. *Ita evaſit* (Abram) *ut ſumeret uxorem ſuam & nepotem, & omnem animam quaſcunque poſſederat in Charram.* Vide etiam ſup. l. 1. c. 2. col. 283. b. Eadem quoque ſic memorantur ab Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 18. col. 433. a. *Egreſſus ergo Abraham de Charra, 75°. anno ætatis ſuæ..... cum Lot filio fratris, & Sara conjuge, perrexit in terram Chanaan, & pervenit uſque ad Sichem.*

℣. 6. Hunc verſum ex Ambroſii loco duplici deſcriptum proferimus: in primo ſcilicet col. 283. f. ſic legitur: *Egreſſus perambulavit terram uſque ad Sichem*: in altero, col. 316. d. *Et perambulavit Abraham uſque ad locum Sichem, ad quercum altam.* Poſteriorem ſervavimus, addita tantùm voce, *terram*, ex altero. In Gr. ſic: Καὶ διῆλθεν Ἄβραμ τὴν γῆν εἰς τὸ μῆκος αὐτῆς ἕως τοῦ τόπου Συχὲμ, ἐπὶ τὴν δρῦν τὴν ὑψηλήν, &c. *Et perambulavit Abram terram in longitudinem ipſius uſque ad locum Sichem, ad quercum altam.* In edit. Ald. deeſt, τὴν γῆν, ſicut in Compl. & Mſ. Cott. εἰς τὸ μῆκος αὐτῆς.

℣. 7. Eadem rurſus habet Fulg. l. 2. ad Monim. c. 3. p. 29. a. & fragm. 34. contr. Fab. p. 638. exceptis vocibus *Abraha* & *Abraham*, loco *Abra* & *Abram*. Gr. Καὶ ὤφθη Κύριος τῷ Ἄβραμ, &c. ut in Latino textu. Similiter habet Auguſtin. l. 2. de Trin. to. 8. col. 783. c. *Et viſus eſt Dominus Abrahæ, & dixit illi: Semini tuo dabo terram hanc*: quæ iterum refert l. 16. de civit. Dei, c. 18. to. 7. col. 433. a. præter verbum *apparuit*, pro *viſus eſt*. Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 3. col. 316 f. *Continuò apparuit illi Deus*: deinde ſic: *Nuſquam ſuperiùs habes, quòd viſus eſſet illi Deus*; & l. 1. c. 2. col. 284. a. 317. c. *Apparuit illi Dominus, & dixit: Semini tuo dabo terram hanc. Et aram ædificavit Deo, qui apparuit ei.* Junil. quoque Afric. l. 5. de part. div. leg. c. 21. habet, *ſemini tuo dabo terram hanc.*

℣. 8. Pauca tantùm variant Græci, nempe hæc: Κατὰ ἀνατολάς, loco *contra orientem*, meliùs *in*, vel *ad orientem*; ſubinde iſta, ἐν Βαιθὴλ κατὰ θάλασσαν, καὶ Ἀγγαὶ κατὰ ἀνατολάς, *In Bæthel ad mare, & Anga ad orientem*; reliqua quadrant, niſi quòd deſunt voces, *Deo* & *Dei*, cum ſeq. *qui viſus eſt*. Ed. tamen Ald. addit τῷ ὀφθέντι αὐτῷ, ſed poſt vocem Κυρίῳ *Domino*, non *Domini*. Ambr. l. 1. de Abr. c. 2. col. 284. a. ſimiliter habet: *Et receſſit inde in montem contra orientem Bethel*: paulòque poſt: *Ideo*, inquit, *non in vallibus, ſed in monte tabernaculum ſibi locavit.... & invocavit nomen Domini.* Eadem repetit l. 2. c. 3. col. 317. e. *Receſſit inde in montem contra orientem Bethel*; ſed poſt pauca addit: *Merito poſuit, contra orientem Bethleem, domus enim Dei dicitur Bethleem, in qua natus eſt Chriſtus.... Non dixit, contra Bethleem, ſed tabernaculum ipſum Bethleem appellavit*: & infra, col. 318. c. *Iterum ædificavit aram, & invocavit in nomine Domini..... Hoc adjecit ſuperioribus.* Auguſtinus etiam l. 16. de civit. Dei, c. 19. col. 433. b. alludens dicit: *Deinde ædificato ibi altari, & invocato Deo, Abraham profectus eſt*, &c.

℣. 9. Gr. Καὶ ἀπῆρεν Ἄβραμ, καὶ πορευθεὶς ἐστρατοπέδευσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, *Et abiit Abram, & profectus caſtrametatus eſt in deſerto.* Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 518. c. *Et proficiſcens Abram, abiit in deſertum.* Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 19. col. 433. b. *Abraham profectus eſt inde, & habitavit in eremo.*

℣. 10. Pergit Ambroſ. ibid. 318. e. hoc modo: *Abraham dicitur deſcendiſſe in Ægyptum ut affligeretur*; & col. 319. b. *ſed ut deſcenderet in Ægyptum fames coëgit*: & poſt pauca: *Deſcendit in Ægyptum.... ſic tamen deſcendit, ut quaſi advena ad tempus incolere videatur.* Similiter Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 19 col. 433. b. *Atque inde ire in Ægyptum, famis neceſſitate compulſus eſt*, &c. In Gr. ſic: Καὶ ἐγένετο λιμὸς ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ κατέβη Ἄβραμ εἰς Αἴγυπτον παροικῆσαι ἐκεῖ, ὅτι ἐνίσχυεν ὁ λιμὸς ἐπὶ τῆς γῆς. *Et facta eſt fames ſuper terram*; & *deſcendit Abram in Ægyptum, ut peregrinaretur ibi, quia invaluit fames ſuper terram.*

℣. 12. Eadem rurſum habet Auguſt. quæſt. 26. in Gen. col. 385. d. nec aliter in Græco, præter unum ἐστὶν, *eſt*, additum voci *illius*; deinde Gr. ſic pergit: Καὶ ἀποκτενοῦσί με, σὲ δὲ περιποιήσονται. *Et occident me, te autem ſervabunt.*

℣. 13. Gr. Εἶπον οὖν, ὅτι ἀδελφή μού ἐστι, ὅπως ἂν εὖ μοι γένηταί δι᾽ σὲ, καὶ ζήσεται ἡ ψυχή μου ἕνεκέν σου. *Dic ergo, quia ſoror ejus ſum, ut bene mihi ſit propter te*: & *vivet anima mea propter te.* Ad quæ alludens Tertul. l. de cult.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

sis: ut bene sit mihi propter te, & vivat anima mea ob gratiam tui.

14. Cùm itaque ingressus esset Abram Ægyptum, viderunt Ægyptii mulierem quòd esset pulchra nimis.

15. Et nunciaverunt principes Pharaoni, & laudaverunt eam apud illum: & sublata est mulier in domum Pharaonis.

16. Abram verò bene usi sunt propter illam: fueruntque ei oves & boves, & asini, & servi & famulæ, & asinæ, & cameli.

17. Flagellavit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum ejus, propter Saraï uxorem Abram.

18. Vocavitque Pharao Abram, & dixit ei: Quidnam est hoc quod fecisti mihi? quare non indicasti quòd uxor tua esset?

19. Quam ob causam dixisti esse sororem tuam, ut tollerem eam mihi in uxorem? Nunc igitur ecce conjux tua, accipe eam, & vade.

20. Præcepitque Pharao super Abram viris: & deduxerunt eum, & uxorem illius, & omnia quæ habebat.

VERSIO ANTIQUA.

14. Factum est autem, statim ut intravit Abram in Ægyptum, videntes Ægyptii mulierem, quia speciosa erat valde: *Aug. quæst. 26. in Gen. to. 3. 385. d.*

15. Et viderunt eam principes Pharaonis, & laudaverunt eam apud Pharaonem: & introduxerunt eam in domum Pharaonis. *Hieron. quæst. Hebr. to. 2. 518. b.*

16. Et Abram bene fecit propter eam: & fuerunt ei oves, & armenta, & asini, & servi & ancillæ, muli, & cameli.

17. Afflixit autem Dominus Pharao afflictationibus magnis & sævissimis, & domum ejus, propter Saram uxorem Abræ. *Ambr. de Abr. l. 1. c. 2. 284. e.*

18. Pharao vocavit Abraham, & ait: Quid hoc fecisti mihi? quare non dixisti mihi quia uxor tua est? *Ibid. 285. b. & l. 2. c. 4. 320. a.*

19. Sed dixisti mihi quia soror tua est; & sumpseram eam mihi uxorem. Et nunc ecce mulier tua ante te, accipe, & recurre hinc.

20..... *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

femin. c. 2. p. 265. b. dicit: *Abraham in uxoris suæ specie pertimuit, & sororem mentitus Saram, salutem contumeliâ redemit.* Similiter Ambr. l. 1. de Abr. c. 2. col. 284. b. *Advertebat intutam uxoris pudicitiam fore, sibique conjugis pulchritudinem periculo futuram: monuit uxorem, ut sororem se diceret:* & infr. l. 2. c. 4. col. 319. c. *dixit Saræ, ne se uxorem ejus diceret, sed sororem appellaret.*

℣. 14. Ita Gr. habet, nisi quòd addit, αὐτῆ, ad *mulierem.* Edit. verò Compl. delet, αὐτῆ, cum August. Nec omittendum August. quæst. 26. legere *Abraham*, non *Abram*; sed Locut. 38. to 3. col. 328. d. habet: *Quod ait Scriptura: Factum est autem, statim ut intravit Abram in Ægyptum;* tum addit, *sufficeret: Statim autem ut intravit Abram,* &c. Ambros. l. 1. de Abr. c. 2. col. 284. e. *Ut viderunt illam Ægyptii, admirati quòd speciosa esset valde.*

℣. 15. In Græc. constanter, Φαραώ, per omnes casus; cætera optimè conveniunt. Ambr. l. 2. de Abr. c. 4. col. 319. d. eò respiciens, dicit: *Unde videntes eam Ægyptii.... induxerunt ad tyrannum:* & sup. l. 1. c. 2. col. 284. e. *Induxerunt illam ad regem suum.*

℣. 16. Ita Græcè, præter seqq. εὖ ἐχρήσαντο, *bene usi sunt*, loco *bene fecit*, μόσχοι, *vituli*, loco *armenta*, & καὶ ἡμίονοι, & *muli*; edit. verò Ald. delet καὶ, cum Hieron. Apud Ambr. l. 1. de Abr. c. 2. col. 284. e. hæc leguntur: *Et cum Abraham bene egerunt* (Ægyptii) *tanquam fratrem ejus, qua placuisset regi, honorantes.*

℣. 17. Gr. Καὶ ἤτασεν ὁ Θεὸς τὸν Φαραὼ ἐτασμοῖς μεγάλοις καὶ πονηροῖς, &c. ut in Lat. Ad verbum, *Inquisivit*, seu *infectatus est*, aut *examinavit Deus Pharaonem inquisitionibus*, seu *tormentis magnis & malis*, &c. Ambr. l. 2. de Abr. c. 7. col. 302. dicit, Pharaonem *quæstionibus ab omnipotente Deo graviter* afflictum esse. Similiter August. l. 16. de civit. Dei, c. 19. col. 433. d. *graviter* afflictum esse Pharaonem, paulòque post addit, *afflictionibus magnis.*

℣. 18. Sic habet Ambrosius, loco cit. *Pharao vocavit Abraham, & arguit eum, dicens*, &c. vel ut infra, *Ait ad Abraham*, &c. unde posui: *Pharao vocavit Abraham, & ait:* &c. ut sup. In Gr. sic: Καλέσας δὲ Φαραὼ τὸν Ἄβραμ, εἶπεν· Τί τοῦτο ἐποίησάς μοι, ὅτι οὐκ ἀπήγγειλάς μοι, &c. ut sup. *Vocans autem Pharao Abram, dixit*: reliqua optimè reddit August. Locut 39. de Gen. to. 3. col. 328. d. his verbis: *Quid hoc fecisti mihi, quia non annunciasti mihi, quia uxor tua est?* sed addit: *Cùm sufficeret*, non annunciasti. *Et ipsum* annunciasti, inquit, *more Scripturarum dictum est: nam Latini habent plerique*, non dixisti.

℣. 19. Ambr. l. 2. de Abr. col. 320. a. tollit *mihi*, post *dixisti*, & *eam*, post *sumpseram*; cætera ut sup. Rursum infra habet: *Ecce mulierem tuam ante te, accipe, & recurre.* Gr. Ἱνατί εἶπάς, ὅτι ἀδελφή μού ἐστιν; καὶ ἔλαβον αὐτὴν ἐμαυτῷ γυναῖκα. καὶ νῦν ἰδοὺ ἡ γυνή σου ἐναντίον σου, λαβὼν ἀπότρεχε. *Ut quid dixisti, quia soror mea est? & sumpsi eam mihimet uxorem. Et nunc ecce uxor tua coram te, accipiens recede.*

℣. 20. Gr. sic pergit: Καὶ ἐνετείλατο Φαραὼ ἀνδράσι περὶ Ἄβραμ, συμπροπέμψαι αὐτὸν, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ πάντα ὅσα ἦν αὐτῷ. *Et præcepit Pharao viris de Abram, ut comitantes dimitterent eum, & uxorem ejus, & omnia quæcunque erant ei.* Quibus intendens Ambr. ubi sup. col. 320. e. ait: *Et misit alumnos suos* (Pharao) *ut eliminarent ac longè propellerent..... ne recursum faceret in eos fines:* & l. 1. c. 2. col. 285. c. *Uxorem non solùm marito reddidit, verùm etiam prosecutores dedit, qui deducerent eum.*

CAPUT XIII.

VULGATA NOVA.

1. Ascendit ergo Abram de Ægypto, ipse & uxor ejus, & omnia quæ habebat, & Lot cum eo, ad Australem plagam.

2. Erat autem dives valde in possessione auri & argenti.

VERSIO ANTIQUA.

1. Et ascendit Abram ex Ægypto, ipse & uxor ejus, & omnia quæ illius erant, & Loth cum eo, in desertum. *Hieron. quæst. Hebr. in Gen. to. 2. col. 518. c.*

2. Erat autem Abram dives valde in pecore, & argento, & auro.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem in Græco est, præter hoc, ἀνέβη δὲ, *ascendit autem*, loco & *ascendit*. Similiter apud August. Locut. 40. to. 3. col. 328. d. *Ascendit autem Abram de Ægypto, ipse & uxor ejus, & omnia ejus, & Lot cum eo in desertum.* Ambr. l. 2. de Abr. c. 5. col. 321 a. his alludens, dicit: *Discessit itaque Abraham, inde habens secum uxorem suam Saram;* & infra, *de Ægypto secum omnia retulit.*

℣. 2. Gr. Ἄβραμ δὲ ἦν πλούσιος σφόδρα κτήνεσι, &c. ut in Lat. *Abraham autem erat dives valde pecoribus*, &c. Edit. Compl. ἐν κτήνεσι, *in pecoribus.* August. Locut. 40. de Gen. col. 328. d. ad hæc verba ℣. superioris: *Ascendit autem Abram.....* & *Lot cum eo*, &c. addit: *Nec tamen proprie dicitur ascendisse cum eo quod habebat exanime, sicut aurum & argentum & omnis supellex; ac per hoc intelligitur hic locutio, quæ vocatur Græcè ζεῦγμα καθ' ἕλκυσιν.* Ambr. l. 2. de Abr. c. 5. col. 321. c. habet: *Erat* (Abraham) *dives valde;* paulòque post: *Erat autem dives pecoribus, argento & auro:* at infra, col. 322. e. ad ℣. 5. dicit: *Non habebat* (Lot) *argentum.... non habebat aurum..... Abraham autem auri speciem habere meruit & possidere.* Fulgent. l. 2. ad Monim. c. 3. p. 29. b. sic legit: *Abram autem erat onustus valde pecoribus, & argento & auro*, quod lectionem Hebraïcam sapit. Enim verò Hieron. loco cit. quærens, *quomodo* Abram *potuerit exiens de Ægypto fuisse dives valde*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

3. Et abiit unde venerat in desertum, usque Bethel, ad locum ubi fuerat tabernaculum ejus priùs, inter Bethel & inter Agge:

Fulg. l. 2. ad Monim. c. 3. p. 29. b.

4. in locum ubi altare fecerat initio, & invocaverat ibi Abram nomen Dei.

5. Et Lot qui simul ambulabat cum Abram, erant oves, & boves, & tabernacula.

Ambr. l. 2. de Abr. c. 5. 322. f. 323. d.

6. Et non capiebat illos terra, habitare simul.....

Ibid. l. 1. c. 3. 286. e.

7. Et facta est rixa inter pastores pecorum Abram, & pecorum Lot.....

Aug. Locut. 41. to. 3. 328. e.

8. Dixit autem Abraham ad Lot: Non sit rixa inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos, quia homines nos fratres sumus.

Hieron. cont. Helvid. to. 4. p. 2. 139. a.

9. Nonne ecce tota terra ante te est? discede à me: si tu in sinistram, ego in dexteram; vel si tu in dexteram, ego in sinistram.

Ambr. l. 1. de Abr. c. 3. 286. f.

10. Et levavit Lot oculos, & aspexit omnem regionem Jordanis, quæ irrigabatur, priusquàm everteret Deus Sodomam & Gomorrham, sicut paradisus Dei, & terra Ægypti, usque dum venias Zothopa.

Ibid. l. 2. c. 6. 327. a. c.

11. Et elegit sibi Lot regionem Jordanis, & elevavit Lot ab oriente: & discesserunt unusquisque à fratre suo.

Hieron. cont. Helvid. to. 4. p. 2. 139. a.

12. ..... *Vid. Not.*

13. Homines in Sodomis sævi erant, & pec-

Ambr. l. 2. de Abr. c. 6. col. 327. f.

VULGATA NOVA.

3. Reversusque est per iter, quo venerat, à meridie in Bethel, usque ad locum ubi priùs fixerat tabernaculum inter Bethel & Haï:

4. in loco altaris quod fecerat priùs, & invocavit ibi nomen Domini. *Sup. 12. 7.*

5. Sed & Lot qui erat cum Abram, fuerunt greges ovium, & armenta, & tabernacula.

6. Nec poterat eos capere terra, ut habitarent simul: erat quippe substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter. *Inf. 36. 7.*

7. Unde & facta est rixa inter pastores gregum Abram & Lot. Eo autem tempore Chananæus & Pherezæus habitabant in terra illa.

8. Dixit ergo Abram ad Lot: Ne quæso sit jurgium inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos: fratres enim sumus.

9. Ecce universa terra coram te est: recede à me, obsecro: si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam.

10. Elevatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Jordanis, quæ universa irrigabatur antequam subverteret Dominus Sodomam & Gomorrham, sicut paradisus Domini, & sicut Ægyptus venientibus in Segor.

11. Elegitque sibi Lot regionem circa Jordanem, & recessit ab oriente: divisique sunt alterutrum à fratre suo.

12. Abram habitavit in terra Chanaan: Lot verò moratus est in oppidis, quæ erant circa Jordanem, & habitavit in Sodomis.

13. Homines autem Sodomitæ pessimi erant,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

addit, id *solvi illa Hebraïca veritate, in qua scribitur:* Abram gravis vehementer, *hoc est,* βαρὺς σφόδρα, *Ægypti enim pondere gravabatur.*

℣. 3. Ita Hieron. se legisse ait in edit. LXX. nempe usque ad vocem *Bethel*, pro quibus, inquit, *in Hebræo scriptum est: Abiit itinere suo per austrum usque Bethel.* Item Fulgent. l. 2. ad Monim. c. 3. p. 29. b. ex LXX. *Et abiit illò unde venerat in desertum usque Bethel*, &c. ut in textu. Hieron. paulò sup. legerat: *Et abiit unde venit*, &c. Gr. Καὶ ἐπορεύθη ὅθεν ἦλθεν εἰς τὴν ἔρημον ἕως Βαιθὴλ, ἕως τοῦ τόπου, οὗ ἦν..... ἀνὰ μέσον Βαιθὴλ, καὶ ἀνὰ μέσον Ἀγγαί. *Et ivit unde venerat in desertum usque ad Bethel, usque ad locum, ubi erat tabernac. ejus prius, inter Bethel, & inter Angæ.* Ambros. l. 2. de Abr. c. 5. col. 321. e. his alludens, dicit: *Eò inducitur rediisse Abraham, hoc est, in Bethel, unde in Ægyptum descenderat.* Similiter August. l. 16. de civit. Dei, c. 20. col. 433. d. *Reverso igitur Abraham ex Ægypto in locum unde venerat*, &c.

℣. 4. Gr. Εἰς τὸν τόπον τοῦ θυσιαστηρίου, ὃ ἐποίησεν ἐκεῖ τὴν ἀρχὴν, καὶ ἐπεκαλέσατο ἐκεῖ Ἄβραμ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου. *Ad locum altaris quod fecerat ibi à principio, & invocavit ibi Abram nomen Domini.* In ed. Compl. deest, ἐκεῖ, post ἐποίησεν.

℣. 5. Ambros. infra, col. 323. b. c. habet, *qui ambulabat*, absque *simul*, Græc. Καὶ Λὼτ τῷ συμπορευομένῳ, &c. ut in Lat.

℣. 6. Itidem Græcè. Addit Ambros. ibid. *Quia nimium divites erant.* August. l. 16. de civit. Dei, c. 20. col. 433. d. *Divites quippe facti erant, pastoresque multos pecorum habere cæperant.* In Gr. Ὅτι ἦν τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν πολλά, &c. *Quoniam erant possessiones eorum multæ.*

℣. 7. August. sic habet loco cit. *Et facta est rixa inter medium pastorum pecorum Abram*, &c. è Gr. Ἀνὰ μέσον τῶν ποιμένων τῶν κτηνῶν τοῦ Ἄβραμ, &c. Sed cùm moneat ibid. S. Doctor, Latinos codices penè omnes non transtulisse *istam locutionem, sed ita* locutos, *ut consuetudo nostra habet*; idcirco posui in textu: *Inter pastores*, &c. loco *Inter medium pastorum*; quod autem addit August. *Et pecorum Loth*, sic habetur in Gr. Καὶ ἀνὰ μέσον τῶν ποιμένων, τῶν κτηνῶν τοῦ Λώτ· quam locutionem (*inter medium*) *nobis deinceps*, inquit August. *notare non placuit, ipsa est enim per omnia in Græca scriptura, ubi tale aliquid dicitur.* Ambr. l. 2. de Abr. c. 6. col. 323. f. *Qui igitur pastores*, inquit, *sint*, & *quorum animantium*, & *quæ rixa inter pastores Abrahæ*, & *inter pastores Lot.... cujus pecoris pastores sint, consideremus..... pastores*, *inquit*, *jumentorum*; *jumenta autem*, &c. August. l. 16. de civit. Dei, c. 16. col. 433. e. *Pastores pecorum* vocat, *quibus*, inquit, *inter se rixantibus, eo modo discordiam vitaverunt*, &c.

℣. 8. Eadem rursus habet Ambr. l. 2. de Abr. c. 6. col. 324. e. & 325. c. præter unum, & *inter te.* Mirè consentiunt cum Ambr. Hieronymus & Augustinus. Hic nempe ad verbum l. 16. de civit. Dei, c. 20. to. 7. col. 433. e. Ille etiam l. contr. Helvid. to. 4. part. 2. col. 139. a. nisi quòd ponit *omnes*, loco *homines*. August. Locut. 42. de Gen. to. 3. col. 328. f. *Quoniam homines fratres nos sumus; Abram dixit ad Lot.* Gr. Εἶπε δὲ Ἄβραμ τῷ Λώτ. Μὴ ἔστω μάχη ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ, καὶ ἀνὰ μέσον τῶν ποιμένων μου, καὶ ἀνὰ μέσον τῶν ποιμένων σου, ὅτι ἄνθρωποι ἀδελφοὶ ἐσμεν ἡμεῖς.

℣. 9. Eadem profert August. l. 16. de civ. Dei, c. 20 col. 433. e. ad verbum; sicut Ambros. iterum l. 2. de Abr. c. 6. col. 325. c. 326. f. paucis exceptis. Ubi autem Ambr. legit *dexteram*. August. constanter *dextram*. Græcè omnia similia, nisi excipias hæc: Εἰ σὺ εἰς ἀριστερὰ, ἐγὼ εἰς δεξιά· εἰ δὲ σὺ εἰς δεξιὰ, ἐγὼ εἰς ἀριστερά.

℣. 10. Ambr. l. 1. de Abr. c. 3. col. 286. f. non omnino sibi constat, ita nempe habet: *Et levavit oculos Lot, & elegit irriguam regionem Jordanis, quia tota rigabatur, & erat sicut paradisus Dei.* Gr. Καὶ ἐπάρας Λὼτ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, ἐπεῖδε πᾶσαν τὴν περίχωρον τοῦ Ἰορδάνου, ὅτι πᾶσα ἦν ποτιζομένη πρὸ τοῦ καταστρέψαι τὸν Θεὸν Σόδομα καὶ Γόμορρα, ὡς ὁ παράδεισος τοῦ Θεοῦ, καὶ ὡς ἡ γῆ Αἰγύπτου, ἕως ἐλθεῖν εἰς Ζόγορα. *Et levans Lot oculos suos, aspexit omnem regionem circa Jordanem, quia omnis erat irrigua, antequam everteret Deus Sodoma & Gomorrha, sicut paradisus Dei, & sicut terra Ægypti, usque dum veniat in Zogora.*

℣. 11. Similiter habet Ambr. l. 2. de Abr. c. 6. col. 327. *Elegit sibi Lot.* Gr. Καὶ ἐξελέξατο ἑαυτῷ Λὼτ πᾶσαν τὴν περίχωρον τοῦ Ἰορδάνου· καὶ ἀπῆρε Λὼτ ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ διεχωρίσθησαν, &c. ut supr. *Et elegit sibi Lot omnem regionem circa Jordanem, & abiit Lot ab oriente, & separati sunt*, &c.

℣. 12. Deficientibus hîc Patribus Lat. ita supplemus de Græco: Ἄβραμ δὲ κατῴκησεν ἐν γῇ Χαναάν· Λὼτ δὲ κατῴκησεν ἐν πόλει τῶν περιχώρων, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν Σοδόμοις. Ad quæ respiciens August. l. 16. de civit. Dei, c. 21. col. 433. f. dicit: *Cùm ergo digressi essent, separatimque habitarent Abraham & Lot..... & Abraham in terra Chanaan, Lot autem esset in Sodomis*, &c.

℣. 13. Gr. Οἱ δὲ ἄνθρωποι οἱ ἐν Σοδόμοις πονηροὶ καὶ ἁμαρτωλοὶ ἐναντίον τοῦ Θεοῦ σφόδρα. Eadem sic reddit Hieron. quæst. Hebr. in Gen. to. 2. col. 519. a. *Et viri So-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& peccatores coram Domino nimis.

14. Dixitque Dominus ad Abram, postquam divisus est ab eo Lot : Leva oculos tuos, & vide à loco, in quo nunc es, ad aquilonem & meridiem, ad orientem & occidentem.

15. Omnem terram, quam conspicis, tibi dabo & semini tuo usque in sempiternum.

16. Faciamque semen tuum sicut pulverem terræ : si quis potest hominum numerare pulverem terræ, semen quoque tuum numerare poterit.

17. Surge, & perambula terram in longitudine, & in latitudine sua : quia tibi daturus sum eam.

18. Movens igitur tabernaculum suum Abram, venit & habitavit juxta convallem Mambre, quæ est in Hebron : ædificavitque ibi altare Domino.

Sup. 12. 7. Inf. 15. 18. 26. 4. Deut. 34. 4.

VERSIO ANTIQUA.

catores in conspectu Domini valde.

14. Et dixit Deus ad Abram, postquam recessit Lot ab illo : Respice oculis tuis, & vide à loco, in quo nunc tu es, ad africum, & aquilonem, & orientem, & mare.

15. Quia omnem terram, quam tu vides, tibi dabo eam, & semini tuo usque in sæculum.

16. Et faciam semen tuum tanquam arenam terræ : si potest aliquis dinumerare arenam terræ, & semen tuum dinumerabitur.

17. Surgens perambula terram in longitudinem ejus, & in latitudinem : quia tibi dabo eam, & semini tuo in æternum.

18..... *Vide Not.*

Ambr. l. 2. de Abr. c. 7. 328. c.

Aug. de civ. Dei, l. 16. c. 21. to. 7. 433. g. 434. e.

Ambr. de Abr. l. 2. c. 7. 329. c.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

domorum mali, & peccatores in conspectu Dei vehementer. Tum addit : *Superfluè hîc in LXX Interpretibus additum est,* in conspectu Dei, *siquidem Sodomorum coloni apud homines mali & peccatores erant.*

℣. 14. Similia in Græco, præter hoc, ὁ δὲ Θεὸς εἶπε, *dixit autem Deus*, loco & *dixit Deus*. Vet. Iren. Interp. l. 5. c. 32. col. 331. d. sic habet : *Respice sursum oculis, & vide à loco hoc, ubi nunc tu es, ad aquilonem & africum, & orientem & mare.* August. verò tum quæst. 28. in Gen. to. 3. col. 386. a. tum l. 16. de civit. Dei, c. 21. to. 7. col. 433. g. *Respiciens oculis tuis, vide à loco, in quo nunc tu es, ad aquilonem & africum*, &c. ut supr. nec malè secundùm Mss. Cotton. & Oxon. nec non edit. Compl. in quibus loco, ἀνάβλεψον..... ἀνάβλεψας..... ἴδε. Hieron. quæst. Hebr. in Gen. to. 2. col. 519. b. sic : *Leva oculos tuos, & vide à loco, in quo tu nunc es, ad aquilonem & ad austrum, & ad orientem & ad mare.* Itidem Cassiod. in Ps. 106. p. 366. b. nisi quòd addit in fine, *quod est occasus* : & verò Hieron. sup. monet, *mare semper pro occidente* (in Scripturis) *poni.*

℣. 15. Eadem refert idem August. quæst. 28. in Gen. to. 3. col. 386. a. quæ etiam ita leguntur Græcè. Vet. Iren. Interp. l. 5. c. 32. col. 331. d. sic habet : *Quoniam omnem terram, quam tu vides, tibi dabo, & semini tuo usque in sempiternum.* Ambr. l. 2. de Abr. c. 7. col. 328. c. *Quia omnem terram, quantùm vides, tibi dabo eam, & semini tuo in æternum.* Itidem Hilar. in Ps. 138. col. 523. b. præter unum, *quam tu*, pro *quantùm* : sic etiam Hieron. quæst. Hebr. in Gen. to. 2. col. 519. b. sed omittit, *in æternum.* Ad quod August. ubi sup. *Potest*, inquit, *movere nonnullos si*, usque in sæculum, *intelligant*, in æternum : *si autem* in sæculum, *hoc loco sic accipiant, quemqdmodum fideliter tenemus initium futuri sæculi à fine præsentis ordiri, nihil eos movebit.*

℣. 16. Ita Græcè ad verbum. Hilar. verò in Ps. 138. col. 523. b. sic habet. *Et faciam semen tuum tanquam arenam maris : si potest quis enumerare arenam maris, ita & semen tuum dinumerabitur.*

℣. 17. Optimè August. de Græco : ultima verò, & *semini tuo in æternum*, omissa ab Augustino, supplevimus ex Ambros. juxta idem Græc. in quo sic habentur, Καὶ τῷ σπέρματί σου εἰς τὸν αἰῶνα, & *semini tuo in sæculum.* In Mss. tamen Cott. & Oxon desunt hæc ultima verba, sicut apud August. Idem Ambros. priora sic habet : *Surge, & perambula terram in longitudinem, & in latitudinem ; quia tibi dabo eam, & semini*, &c. ut supr. at infra d. *in longitudinem ejus, & latitudinem.* Item August. quæst. 28. in Gen. to 3. col. 386. c. *Surge, & perambula terram in longitudine ejus, & latitudine, quia tibi dabo eam.* Vet. Iren. Interp. l. 5. c. 32. col. 331. d. *Surgens ingredere terram in longitudinem ejus, & in latitud. quia tibi dabo eam :* nec addit seqq. & *semini tuo*, &c. Eò spectare videntur, quæ refert Auct. op. imp. in Matth. hom. 41. p. 173. a. *Et omnem terram, quamcunque tetigeris pedibus tuis, tibi dabo eam, & semini tuo in æternum :* possunt etiam referri ad ℣. 15. supr.

℣. 18. Silent hîc Patres Lat. In Græco verò sic : Καὶ ἀποσκηνώσας Ἄβραμ, ἐλθὼν κατώκησε παρὰ τὴν δρῦν τὴν Μαμβρῆ, ἣ ἦν ἐν Χεβρών· καὶ ὠκοδόμησεν ἐκεῖ θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ. Huc redeunt ista Augustini, l. 16. de civit. Dei, c. 21. col. 434. e. *Hoc responso promissionis accepto, migravit Abraham, & mansit in alio ejusdem terræ loco, id est, juxta quercum Mambræ, quæ erat Chebron.*

CAPUT XIV.

VULGATA NOVA.

1. FActum est autem in illo tempore, ut Amraphel rex Sennaar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlahomor rex Elamitarum, & Thadal, rex Gentium,

2. inirent bellum contra Bara regem Sodomorum, & contra Bersa regem Gomorrhæ, & contra Sennaab regem Adamæ, & contra Semeber regem Seboim, contraque regem Balæ, ipsa est Segor.

3. Omnes hi convenerunt in vallem Silvestrem, quæ nunc est mare salis.

4. Duodecim enim annis servierant Chodorlahomor, & tertio decimo anno recesserunt ab eo.

5. Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahomor, & reges qui erant cum eo : percusserunt-

VERSIO ANTIQUA.

1. FActum est autem in regno Amarphal regis Sennaar.....

2..... & rex Bale, hæc est Segor.

3. Omnes hi consenserunt apud vallem Salsam, hoc est mare salis.

5. Quarto decimo autem anno Chodollogomor, & reges qui cum eo, & conciderunt gigan-

Aug. Locut. 43. to. 3. 328. f.

Hieron. quæst. Hebr. to. 2. 519.

Aug. Locut. 44. t. 3. 328. g.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita in Græco.

℣. 2. Gr..... Καὶ μετὰ Συμοβὸρ βασιλέως Σεβωείμ, καὶ βασιλέως Βαλάκ· αὕτη ἐστὶ Σηγώρ. *Et cum Symobor rege Seboim, & rege Balac ; hæc est Segor.*

℣. 3. Itidem Græcè, nisi excipias vocem ult. τῶν ἁλῶν, *salium*, loco *salis.*

℣. 5. Post *Chodollogomor*, supplendum, *venit*, sicut *erant* ; post hoc, *qui cum eo* : *Unde*, inquit August. loco cit. *à quibusdam Latinis etiam additum est*, erant. In Gr. sic : Ἐν δὲ τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει ἦλθε Χοδολλογομὸρ, καὶ οἱ βασιλεῖς μετ' αὐτοῦ (Mss. Alex. cum edit. Ald. οἱ μετ' αὐτοῦ,) καὶ κατέκοψαν τοὺς γίγαντας τοὺς ἐν Ἀσαρωθ, καὶ Καρναὶν (Ms. Alex. cum edit. Compl. Ἀσαρωθ Καρναίν,) καὶ ἔθνη ἰσχυρὰ ἅμα αὐτοῖς· καὶ τοὺς Ὀμμαίους τοὺς ἐν Σαυῆ

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

tes in Aſtaroth-Carnaim, & gentes fortes ſimul cum eis, & Ominæos in Save civitate, antequàm Sodomam pervenirent,

6. & Chorræos qui in montibus Seir.....

7. Et revertentes venerunt ad fontem judicii, hæc eſt Cades: & percuſſerunt omnem regionem Amalecitarum, & Amorræorum ſedentem in Aſaſonthamar.

8..... & direxerunt contra eos aciem ad bellum in valle Salinarum:

VULGATA NOVA.

que Raphaim in Aſtarothcarnaim, & Zuzim cum eis, & Emim in Save Cariathaim,

6. & Chorræos in montibus Seir, uſque ad Campeſtria Pharan, quæ eſt in ſolitudine.

7. Reverſique ſunt, & venerunt ad fontem Miſphat, ipſa eſt Cades: & percuſſerunt omnem regionem Amalecitarum, & Amorrhæum qui habitabat in Aſaſonthamar.

8. Et egreſſi ſunt, rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ, rexque Adamæ, & rex Seboim, nec non & rex Balæ, quæ eſt Segor: & direxerunt aciem contra eos in valle Silveſtri:

VULGATA NOVA.

9. ſcilicet adversùs Chodorlahomor regem Elamitarum, & Thadal regem Gentium & Amraphel regem Sennaar, & Arioch regem Ponti: quatuor reges adversùs quinque.

10. Vallis autem Silveſtris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex Sodomorum, & Gomorrhæ, terga verterunt, ceciderunteque ibi: & qui remanſerant, fugerunt ad montem.

VERSIO ANTIQUA.

11. Et tulerunt omnem equitatum Sodomorum & Gomorrhæ.....

12. Ceperunt etiam Lot, filium fratris Abrahæ..... & diſceſſerunt.....

13. Adveniens autem eorum, qui evaſerunt, quidam, nunciavit Abram transfluviali; ipſe autem habitabat ad quercum Mambre Amorrhis, fratris Eſchol, & fratris Aunan; qui erant conjurati Abram.

14. Cùm autem audiſſet Abraham, quia captivus ductus eſt Lot frater ſuus, numeravit vernaculos ſuos trecentos decem & octo: & perſecutus eſt eos uſque Dan.

15..... & percuſſit eos, & perſecutus eſt uſque Choba, quæ eſt ad dexteram Damaſci.

16. Et reduxit omnem equitatum Sodomorum, & Lot fratrem ſuum revocavit.....

VULGATA NOVA.

11. Tulerunt autem omnem ſubſtantiam Sodomorum & Gomorrhæ, & univerſa quæ ad cibum pertinent, & abierunt:

12. nec non & Lot & ſubſtantiam ejus, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis.

13. Et ecce unus qui evaſerat, nunciavit Abram Hebræo, qui habitabat in convalle Mambre Amorrhæi, fratris Eſcol, & fratris Aner: hi enim pepigerant fœdus cum Abram.

14. Quod cùm audiſſet Abram, captum videlicet Lot fratrem ſuum, numeravit expeditos vernaculos ſuos trecentos decem & octo: & perſecutus eſt uſque Dan.

15. Et diviſis ſociis, irruit ſuper eos nocte: percuſſitque eos, & perſecutus eſt eos uſque Hoba, quæ eſt ad lævam Damaſci.

16. Reduxitque omnem ſubſtantiam, & Lot fratrem ſuum cum ſubſtantia illius, mulieres quoque & populum.

Hieron. quæſt. Hebr. 519. c.

Aug. Locut. 45. 329. a.

Hieron. quæſt. Hebr. 517. c. 519. c.

Ambr. l. 2. de Abr. c. 7. col. 330. a.

Aug. Locut. 46. 329. a.

Hieron. cont. Helvid. to. 4. p. 2. 139. b.

Idem quæſt. Hebr. to. 2. 520. b.

Ambr. l. 2. de Abr. c. 7. 330. d.

Hieron. cont. Helvid. to. 4. 139. b.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

(edit. Compl. Ὁμμαίους ἐν Σαυῇ) τῇ πόλει· ex quibus apparet Hieronymum legiſſe ſecundùm Mſ. Alex. ac edit. Ald. & Compl. Quæ autem addit in fine, *antequam Sodomam pervenirent*, abſunt à textu ſacro & à LXX.

℣. 6. Hîc etiam ſecundùm Auguſt. *ſubauditur*, erant.

℣. 7. Ita Græcè, exceptis his, Καὶ κατέκοψαν πάντας τοὺς ἄρχοντας Ἀμαλὴκ, καὶ τοὺς Ἀμορῥαίους τοὺς κατοικοῦντας, &c. *Et conciderunt omnes principes Amalec, & Amorræos habitantes*, &c. loco, *& percuſſerunt*, &c.

℣. 8. Gr. Καὶ παρετάξαντο αὐτοῖς εἰς πόλεμον ἐν τῇ κοιλάδι τῇ ἁλυκῇ, *Et inſtruxerunt aciem contra eos in bellum in valle ſalſa.*

℣. 11. Gr. Ἔλαβον δὲ τὴν ἵππον πᾶσαν τὴν Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας, *Ceperunt autem equitatum omnem qui erat*, &c. Huc redeunt quæ narrat Ambr. l. 2. de Abr. c. 7. col. 330. a. *Illi quatuor reges, qui de quinque regibus triumpharunt, & adduxerunt equitatum Sodomorum totum.*

℣. 12. Gr. Ἔλαβον δὲ καὶ τὸν Λὼτ, &c. ut ſupr. præter vocem Ἄβραμ, loco *Abrahæ.*

℣. 13. Similia in Græco: *Obſcurum hyperbaton*, hîc arguit Auguſt. *Ordo eſt enim*, inquit: *Adveniens eorum, qui evaſerunt, quidam Amorrhis fratris Eſchol & fratris Aunan, qui erant conjurati, nunciavit Abram transfluviali; ipſe autem habitabat ad quercum:* tum addit: *Hoc hyperbaton obſcurius fit etiam per ellipſin: cùm enim dictum eſſet:* Quidam Amorrhis fratris Aunan, *non dictum eſt, quid fratris, ſed intelligitur filius.* Item quæſt. 29. in Gen. to. 3. col. 386. d. ad hæc: *Et nunciavit Abrahæ transfluviali*, ait: *Transfluvialem Abraham appellatum etiam Græca exemplaria ſatis indicant: ſed cur ita appellatus ſit, hæc videtur cauſa, quòd ex Meſopotamia veniens, tranſito flumine Euphrate, ſedes conſtituit in terra Chanaan, & transfluvialis appellatus eſt ex ea regione unde venerat.* In Gr. περάτῃ, *tranſitori.* Similiter habet Hieron. quæſt. Hebr. in Gen. to. 2. col. 520. a. *Et qui fugerat, nunciavit Abram tranſitori; ipſe verò ſedebat ad quercum Mambre Amorrhæi, fratris Eſchol & fratris Aunan, qui erant conjurati Abrahæ.* Mox addit: *Pro eo quod nos poſuimus* tranſitori, *in Hebræo ſcriptum eſt* Ibri, *hoc enim* tranſitor *exprimitur. Quod autem ait:* Apud quercum Mambre Amorræi, *melius in Hebræo legimus:* Apud quercum Mamre Amorræi, *fratris Eſchol, & fratris, non Aunan, ut LXX. tranſtulerunt, ſed Aner*, &c.

℣. 14. In Gr. ſic: Ἀκούσας δὲ Ἄβραμ, ὅτι ᾐχμαλώτευται Λὼτ ὁ ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ, ἐξήριθμησε τοὺς ἰδίους οἰκογενεῖς αὐτοῦ τριακοσίους δέκα καὶ ὀκτὼ· καὶ κατεδίωξεν ὀπίσω αὐτῶν ἕως Δάν. In edit. Complet. deeſt, ὀπίσω αὐτῶν· Mſ. etiam Alex. cum edit. Ald. loco ἀδελφιδοῦς, *fratris filius*, habet ἀδελφός, *frater.* Mſ. Oxon. ἀνεψιός, quæ tria idem ſignificant eò loci: id confirmat Hieron. loc. citat. ut enim probet contra Helvid. *cognatione fratres* eos vocari, *qui ſunt de una familia*; exemplum petit ex hoc loco Geneſeos, ubi Lot frater Abrahæ appellatur, licet frater ejus non fuerit, ſed tantùm fratris ejus filius. Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 3. col. 287. huc alludens, dicit: *Quo completo Abram numeravit ſervulos ſuos vernaculos; & cum trecentis decem & octo viris adeptus victoriam, liberavit nepotem:* & l. 2. c. 7. col. 330. d. *Numeravit Abram trecentos decem & octo vernaculos ſuos.* Idem narrat Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 22. col. 434. f. his verbis: *Deinde ab hoſtibus, qui Sodomis irruerant, cùm quinque reges adverſùs quatuor bellum gererent, & victis Sodomitis, etiam Lot captus eſſet, liberavit eum Abraham, adductis ſecum in prælium trecentis decem & octo vernaculis ſuis.*

℣. 15. Ita in Græco, præter unum, ἐν ἀριστερᾷ, *ad ſiniſtram*, loco *ad dexteram*; attamen Ambroſ. infra conſtanter legit, *ad dexteram: Ipſa*, inquit, *ad dexteram Damaſci pulchrè eſſe dicitur; agni enim ad dexteram, hædi ad ſiniſtram.*

℣. 16. Gr. Καὶ ἀπέστρεψε..... καὶ Λὼτ τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοῦ ἀπέστρεψε καὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντα, &c. Edit. Ald. habet: Λὼτ τὸν ἀδελφόν, Mſ. verò Oxon. Λὼτ υἱὸν τοῦ ἀδελφοῦ. Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 7. col. 330. f. ſimiliter: *Revo-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

17. Egressus est autem rex Sodomorum in occursum ejus, postquam reversus est à cæde Chodorlahomor, & regum qui cum eo erant in valle Save, quæ est vallis regis.

Heb. 7. 1. 18. At verò Melchisedech rex Salem, proferens panem & vinum, erat enim sacerdos Dei altissimi,

19. benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelso, qui creavit cœlum & terram:

20. & benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus.

21. Dixit autem rex Sodomorum ad Abram: Da mihi animas, cætera tolle tibi.

22. Qui respondit ei: Levo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cœli & terræ,

23. quòd à filo subtegminis usque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua sunt, ne dicas: Ego ditavi Abram:

24. exceptis his, quæ comederunt juvenes, & partibus virorum, qui venerunt mecum, Aner, Escol, & Mambre: isti accipient partes suas.

VERSIO ANTIQUA.

17..... *Vide Not.*

18. Et Melchisedech rex Salem protulit panem & vinum; & ipse sacerdos Dei excelsi: *Hieron. quæst. Hebr. to. 2. 520. b.*

19. Et benedixit Abram, & dixit: Benedictus Abraham Deo summo, qui creavit cœlum & terram. *Cypr. l. 2. ep. 3. Hilar. l. 12. de Trin. col. 1114. e.*

20..... *Vide Not.*

21. Rex Sodomorum exivit obviam Abræ, & dixit: Da mihi homines, equos autem sume tibi. *Ambr. l. 2. de Abr. c. 8. 331. f.*

22. Et dixit Abram ad regem Sodomorum: Extendo manum meam ad Deum altissimum, qui creavit cœlum & terram, *Aug. Locut. 47. to. 3. 329. b.*

23. si à sparto usque ad corrigiam calceamenti, accipiam de omnibus tuis.....

24..... *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cavit omnem equitatum Sodomorum; & infra, col. 331. b. *substantiam quoque recepit.*

℣. 17. Sub finem hujus ℣. hæc habentur in Gr. Τοῦτο ἦν τὸ πεδίον τῶν βασιλέων, quæ Hieron. ep. ad Evang. to. 2. col. 574. b. sic reddit ex Hebræo: *Hæc est vallis regis..... sive*, inquit, *ut LXX. transtulerunt*, campus.

℣. 18. Similiter habet Cypr. ep. 63. p. 105. a. *Et Melchisedech rex Salem protulit panem & vinum.* Ita quoque in Gr. præter unum, ἄρτους, panes; subinde sic: ἦν δὲ ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου. Ambr. l. 1. de Abr. c. 3. col. 288. a. *Erat enim sacerdos summi Dei.* Similiter Tertul. contr. Jud. c. 2. p. 136. b. *Dei summi.* Item Julius Firm. l. de errore prof. relig. *Melchisedech rex Salem, & sacerdos summi Dei, revertenti Abrahæ cum pace & vino, benedictionis obtulit gratiam.* August. l. 16. de civit. Dei, c. 22. col. 434. f. *Benedictus est à Melchisedech, qui erat sacerdos Dei excelsi.*

℣. 19. Hieron. quæst. Hebr. in Gen. to. 2. col. 520. c. *Et benedixit ei*, Gr. Καὶ εὐλόγησε τὸν Ἀβραμ· edit. Compl. pro Ἀβραμ, habet, αὐτὸν Μελχισεδέκ· seq. verò & *dixit*, addidi de Græco, ubi καὶ εἶπεν· reliqua excerpta ex Hilario concinunt cum eodem Græco, nisi excipias vocem, *Abraham*, pro qua constanter, Ἀεραμ. Ambr. l. 1. de Abr. c. 3. col. 288. a. *Et Melchisedech benedixit:* & l. 1. Hex. col. 5. b. addit: *Benedictus Abram à Deo summo, qui fecit cœlum & terram.*

℣. 20. In Gr. sub finem hoc legitur: Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ Ἀβραμ δεκάτην ἀπὸ πάντων, *Et dedit ei Abram* (vel *ipsi Abram*) *decimam de omnibus;* ubi vox αὐτῷ, æquè potest referri vel ad Melchisedech, vel ad ipsum Abram: ambiguum enim esse potest utrùm Abram dederit decimas Melchisedecho, an verò Abram ab ipso acceperit; Græc. priori magis favet, Vulg. posteriori: Ambros. l. 1. de Abr. c. 3. col. 287. f. 288. a. priorem sententiam confirmare videtur, dicens: *Qui vincit, non debet sibi arrogare victoriam, sed deferre Deo. Hoc Abraham docet, qui triumpho factus humilior est, non superbior. Sacrificium denique obtulit, decimas dedit; ideoque ei Melchisedech benedixit:* vid. etiam infr. l. 2. c. 8. col. 331. e. Similiter Hieron. quæst. Hebr. in Gen. to. 2. col. 573. c. *Nec est mirum*, inquit, *si Melchisedech victori Abraham obviam processerit, & in refectionem tam ipsius, quàm pugnatorum ejus, panes vinumque protulerit, & benedixerit ei..... & decimas prædæ atque victoriæ acceperit ab eo.* Sed addit: *Sive, quod habetur ambiguum, ipse dederit ei substantiæ suæ decimas..... utrumque enim intelligi potest, & juxta Hebraïcum & juxta LXX. Interpretes, quod & ipse acceperit decimas spoliarum, & Abrahæ dederit decimas substantiæ suæ, quanquam Apostolus in epistola sua ad Hebræos apertissimè definiat, non Abraham suscepisse à Melchisedech decimas divitiarum ejus, sed de spoliis hostium partem accepisse pontificem.*

℣. 21. Sacrum contextum hîc exhibere videtur Ambrosius, nec quidquam de suo addere; sic enim loquitur: *Quid est quod ait:* Rex, inquit, *Sodomorum exivit obviam Abræ*, &c. Græc. tamen simpliciter habet: Εἶπε δὲ βασιλεὺς Σοδόμων πρὸς Ἀβραμ· Δός μοι τὰς ἄνδρας, τὴν δὲ ἵππον λάβε σεαυτῷ. *Dixit autem rex Sodomorum ad Abram: Da mihi homines, equitatum autem sume tibi.*

℣. 22. Ita ferunt Latini codices, teste Augustino: Græcè, hæc tantùm variant: Εἶπε δὲ..... ἐκτενῶ..... πρὸς Κύριον τὸν Θεόν· sed Mss. Alex. & Cotton. cum edit. Compl. delent Κύριον. Vet. Iren. Interp. l. 3. c. 5. p. 233. b. similiter hab. *Extendam manum meam ad Deum altissimum, qui constituit cœlum & terram.* Ambros. l. 1. Hex. col. 5. c. *Extendam manum meam ad Deum summum, qui fecit*, &c. ut sup.

℣. 23. Mox Aug. ib. *Quod habent quidam Latini codices:* si à sparto usque ad, &c. *fefellit interpretem, quòd Græcus habet* σπαρτίου, *quod Latinè*, filum *intelligitur, ut ista Scripturarum locutio sit: Extendo manum meam ad.... qui creavit cœlum & terram, si accipiam de omnibus tuis.* Ambr. l. 1. de Abr. c. 3. col. 288. c. his alludens, ait: *Quomodo dicit ad regem Sodomorum: Nihil sumam abs te?* & l. 2. c. 8. col. 331. f. *Ideo Abraham dicit: Nihil sumam ab omnibus tuis.* August. l. 16. de civit. Dei, c. 22. col. 434. f. *Victoriam fecit regibus Sodomorum, nihilque spoliorum auferre voluit, cùm rex cui vicerat, obtulisset.* Gr. Εἰ ἀπὸ σπαρτίου ἕως ὑποδήματος λήψομαι ἀπὸ πάντων τῶν σῶν, &c.

℣. 24. Ita de Gr. deficientibus Patribus Lat. Πλὴν ὧν ἔφαγον οἱ νεανίσκοι, καὶ τῆς μερίδος τῶν ἀνδρῶν τῶν συμπορευθέντων μετ' ἐμοῦ..... οὗτοι λήψονται μερίδα. *Præter ea quæ comederunt juvenes, & portionem virorum qui mecum unà profecti sunt.... hi sument portionem.* Quò redeunt quæ Ambros. ait, l. 1. de Abr. c. 3. col. 288. c. *Sanè iis, qui secum fuissent in adjumentum, fortasse sociati, partem emolumenti tribuendam adserit tanquam mercedem laboris.*

CAPUT XV.

VULGATA NOVA.

1. His itaque transactis, factus est sermo Domini ad Abram per visionem, dicens:

VERSIO ANTIQUA.

1. Post hæc verba, factum est verbum Domini ad Abram in visu, dicens: Noli timere *Ambr. l. 1. de Abr. c. 3. 288. d. & l. 2. c. 8. col. 332. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita in Græco, præter unum, ὑπερασπίζω, *clypeo protego*, loco *protegam.* Auct. l. de promiss. ap. Prosp. l. 1. c. 11. p. 99. d. e. sic hab. *Factus est sermo Domini ad Abraham per visum, dicens: Noli timere, Abraham, ego te pro-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Abram, ego protegam te, merces tua multa erit valde.

Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. 520. c.

2. Dixitque Abraham : Domine Deus, quid dabis mihi ? & ego vado ſine liberis : & filius Maſec vernaculæ meæ, hic Damaſcus Eliezer.

3. Et dixit Abram : Ecce mihi non dediſti ſemen ; & filius vernaculæ meæ hæres meus erit.

Anon. ap. Proſp. l. 1. 99. d.

Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 26. 438. e.

4. Statimque ſermo Domini ad eum : Non erit hæres tuus hic : ſed qui exiet de te, ille erit hæres tuus.

Hieron. in ep. ad Gal. l. 1. to. 4. 254. a.

5. Eduxit autem eum foras, & dixit ei : Aſpice in cœlum, & numera ſtellas, ſi poteris dinumerare eas. Et ait illi : Sic erit ſemen tuum.

Ambr. de Abr. l. 2. c. 8. 333. a.

6. Et credidit Abram Deo, & reputatum eſt ei ad juſtitiam.

Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 24. 435. f.

7. Ait autem ad illum : Ego Deus qui te eduxi de regione Chaldæorum, ut dem tibi terram hanc, ut hæres ſis ejus.

Ibid. 436. c.

8. Dixit autem : Dominator Domine, ſecundùm quid ſciam, quia hæres ejus ero ?

435. g. & infra paſſim.

9. Dixit illi Deus : Accipe mihi juvencam trimam, & capram trimam, & arietem trimum, & turturem, & columbam.

10. Accepit autem illi hæc omnia, & diviſit illa media, & poſuit ea contra faciem alterum alteri : aves autem non diviſit.

VULGATA NOVA.

Noli timere Abram, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis.

2. Dixitque Abram : Domine Deus, quid dabis mihi ? ego vadam abſque liberis : & filius procuratoris domus meæ, iſte Damaſcus Eliezer.

3. Addiditque Abram : Mihi autem non dediſti ſemen ; & ecce vernaculus meus, hæres meus erit.

4. Statimque ſermo Domini factus eſt ad eum, dicens : Non erit hic hæres tuus : ſed qui egredietur de utero tuo, ipſum habebis hæredem.

5. Eduxitque eum foras, & ait illi : Suſpice cœlum, & numera ſtellas, ſi potes. Et dixit ei : Sic erit ſemen tuum. *Rom. 4. 18.*

6. Credidit Abram Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam. *Rom. 4. 3. Gal. 3. 6. Jac. 2. 23.*

7. Dixitque ad eum : Ego Dominus qui eduxi te de Ur Chaldæorum, ut darem tibi terram iſtam, & poſſideres eam.

8. At ille ait : Domine Deus, unde ſcire poſſum, quòd poſſeſſurus ſim eam ?

9. Et reſpondens Dominus : Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam.

10. Qui tollens univerſa hæc, diviſit ea per medium, & utraſque partes contra ſe altrinſecus poſuit : aves autem non diviſit. *Jerem. 34. 18.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ego : merces tua multa erit valde. Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 23. col. 435. c. huc reſpiciens, dicit : *Etiam tunc factum eſt verbum Domini ad Abraham in viſu : qui cùm ei protectionem, mercedemque promitteret valde multam*, &c. Tichon. reg. 3. col. 54. e. *Merces tua multa eſt.*

℣. 2. Hæc verba, *Dixitque Abraham*, prætermiſſa ab Hieronymo, ſuppeditat Auct. l. de præd. ap. Proſp. l. 1. c. 11. p. 99. d. e. qui etiam addit : *Domine, quid dabis mihi ? ego enim ſum abſque liberis, & filius præpoſitus domui meæ, hic Damaſcus Eliezer.* Ambr. l. 1. de Abr. c. 3. col. 288. e. f. & l. 2. c. 8. col. 333. a. *Quid mihi dabis ? ego autem dimittor ſine filiis.* Gr. Λέγει δὲ Ἄβραμ· Δέσποτα Κύριε τί μοι δώσεις ; ἐγὼ δὲ ἀπολύομαι ἄτεκνος· ὁ δὲ υἱὸς Μασὲκ τῆς οἰκογενοῦς μου, οὗτος Δαμασκὸς Ἐλιέζερ.

℣. 3. Καὶ εἶπεν Ἄβραμ· Ἐπειδὰν ἐμοὶ οὐκ ἔδωκας σπέρμα, ὁ δὲ οἰκογενής μου κληρονομήσει με. Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 3. col. 288. e. f. *Quia mihi ſemen non dediſti, vernaculus meus mihi hæres erit.* Similiter habet Auct. l. de præd. ap. Proſp. l. 1. c. 11. p. 99. d. e. Sedulius autem in ep. ad Rom. col. 507. e. *Quoniam non dediſti mihi ſemen, hic vernaculus meus hæreditabit me.* Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 23. col. 435. c. alludens, dicit : *Ille de poſteritate ſollicitus quemdam Eliezer vernaculum ſuum futurum ſibi hæredem dixit.*

℣. 4. Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 3. col. 288. e. f. *Non erit hæres tuus hic, ſed alter qui exierit de te, ille hæres tuus erit.* Auct. l. de præd. ap. Proſp. præter illa, quæ ex ipſo poſuimus in textu, habet ſeqq. *Non erit hic hæres tuus ; ſed qui egredietur de utero tuo, ipſum habebis hæredem.* In Gr. ſic : Καὶ εὐθὺς φωνὴ Κυρίου ἐγένετο πρὸς αὐτὸν, λέγουσα· Οὐ κληρονομήσει σε οὗτος, ἀλλ' ὃς (edit. Ald. ἅλος) ἐξελεύσεται ἐκ σοῦ, οὗτος κληρονομήσει σε. Quò ſpectant quæ Auguſt. dicit l. 16. de civit. Dei, c. 23. col. 435. c. *Continuòque illi promiſſus eſt hæres, non ille vernaculus, ſed qui de ipſo Abraham fuerat exiturus.*

℣. 5. Similia Græcum exhibet ; nec diſſentit Ambr. l. 2. de Abr. c. 8. col. 333. b. ubi ſic : *Eduxit eum foras :* & l. 1. c. 8. col. 307. f. addit : *Dixit ei Dominus : Reſpice in cœlum, & numera ſtellas, ſi poteris : ſic erit ſemen tuum :* & l. 2. c. 8. col. 333. b. *Reſpice in cœlum, & numera ſtellas, ſi potes numerare ; & dixit : Sic erit ſemen tuum.* Similiter Auct. l. de præd. ap. Proſp. l. 1. p. 99. d. *Eduxitque eum foras, & ait illi : Suſpice in cœlum, & numera ſtellas, ſi poteris numerare eas, & dixit : Sic erit*, &c. Sedul. Scot. in ep. ad Rom. col. 507. e. *Et dixit Dominus ad eum : Reſpice ad cœlum, & numera ſtellas, ſi potueris dinumerare eas ; & ait ad eum : Sic erit*, &c. Fulgent. l. 3. de verit. præd. c. 4. p. 484. *Reſpice in cœlum, & numera ſtellas, ſi potes dinumerare eas ; & dixit : Sic erit*, &c. Auct. quæſt. Vet. & N. Teſt. ap. Aug. to. 3. q. 117. col. 127. e. *Si potes numerare eas ; ſic erit ſemen tuum.* Auguſt. l. 16. de civit. Dei, col. 435. c. *Illi promiſſum eſt*, inquit, *ſemen innumerabile, non ſicut arena terræ, ſed ſicut ſtellæ cœli.*

℣. 6. Sic iterum Ambr. l. 1. de Abr. c. 8. col. 307. f. cui accinunt Victorin. Afr. l. 3. adv. Arium, col. 279. g. Fulgent. l. 3. de verit. præd. c. 4. p. 484. Auctor quæſt. Vet. & N. Teſt. col. 127. e. Caſſiod. in Pſ. 12. p. 48. b. & Sedul. Scot. in ep. ad Rom. col. 507. e. Tertullianus verò l. de pat. c. 6. p. 200. c. ſic habet : *Abraham Deo credidit, & juſtitiæ deputatus ab illo eſt.* Cypr. epiſt. 63. p. 105. b. *Et credidit Abram Deo, & deputatum eſt ei ad juſtitiam.* Similiter Hilar. l. 9. de Trin. col. 1026. e. Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 24. col. 436. c. & Auct. l. de præd. ap. Proſp. l. 1. c. 11. p. 99. d. e. In Gr. Καὶ ἐπίστευσεν..... ᾧ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς, &c.

℣. 7. Similiter in Gr. niſi excipias verbum ultimum, κληρονομῆσαι, *hæreditare*, vel *in hæreditatem*, loco, *ut hæres ſis ejus.* Mſs. Cott. & Oxon. habent, κληρονομῆσαι αὐτήν. Hier. quæſt. Hebr. in Gen. to. 2. col. 521. a. ut ſupra : *Ego Deus, qui eduxi te de regione Chaldæorum.* Ambroſ. verò l. 2. de Abr. c. 8. col. 333. c. *Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Chaldæorum, ut darem tibi terram hanc, ut hæres eſſes ejus.* Auct. l. de præd. ap. Proſp. l. 1. c. 12. p. 100. a. *Ego ſum, qui eduxi te de terra Chaldæorum, ut darem tibi terram hanc, & poſſideres eam.*

℣. 8. Addidi *autem*, è Gr. εἶπε δὲ. Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 8. col. 333. d. ſic habet : *Quomodo intelligam, quia hæres ejus ſum ?* & infra, col. 337. a. *Unde cognoſcam, quia hæres ero terræ hujus ?* Gr. Δέσποτα Κύριε, καλὰ τί γνώσομαι, ὅτι κληρονομήσω αὐτήν ;

℣. 9. Gr. Εἶπε δὲ αὐτῷ· Λάβε μοι, &c. ut in textu Lat. Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 8. col. 333. e. *Dixit autem illi Dominus Deus : Sume mihi vitulum trimum, & capram trimam, & arietem trimum, & turturem, & columbam.* Itidem infra, col. 334. b. *Vitulum, & capram, & arietem :* paulò verò poſt addit : *Vitulus & capra,..... feminea dicuntur ; at verò aries maſculum quoddam animal eſt ;* & infra : *Caro noſtra vitula eſt..... Græci, δάμαν, dixerunt vitulam, ἀπὸ τοῦ δαμᾶσθαί με αὐτήν*, &c. & col. 338. c. *Deſcenderunt aves ſupra diviſa corpora vitulæ, capræ*, &c. Auct. op. imp. in Matth. hom. 1. p. 12. c. *Accipe vaccam tricunem.* Auguſt. quæſt. 47. in Exod. to. 3. col. 434. e. eadem memorat his verbis : *Dicit enim Deus ad Abraham, cùm factum eſſet illud ſacrificium de vacca trima, & capra, & ariete, & turture, & columba..... Sciendo ſcias*, &c.

℣. 10. Itidem Græcè. Hieron. verò quæſt. Hebr. in Gen. col. 521. a. legit : *Et poſuit ea contra faciem invicem, aves verò non diviſit.* Heſych. l. 1. in Levit. c. 1. col. 57. e. *Accepit ſibi hæc omnia, & diviſit ea per medium altrinſecus, & contra ſe expoſuit : aves autem non diviſit.* Eorundem meminit Ambr. l. 2. de Abr. c. 8. col. 333. e. dicens : *Poſt immolationem diviſa ſunt animalia, & contra faciem*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

11. Descenderuntque volucres super cadavera, & abigebat eas Abram.

12. Cùmque sol occumberet, sopor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus invasit eum.

13. Dictumque est ad eum : Scito prænoscens *Act. 7.* quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra *6.* non sua, & subjicient eos servituti, & affligent quadringentis annis.

14. Veruntamen gentem, cui servituri sunt, ego judicabo : & post hæc egredientur cum magna substantia.

15. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona.

16. Generatione autem quarta revertentur huc : necdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum usque ad præsens tempus.

17. Cùm ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter divisiones illas.

Sup. 12. 18. In illo die pepigit Dominus fœdus cum *7. 13.* Abram, dicens : Semini tuo dabo terram hanc à *15.* fluvio Ægypti usque ad fluvium magnum Eu- *Deut.* phraten, *34. 4.*

2. Par. 19. Cinæos, & Cenezæos, Cedmonæos, *9. 26.*

3. Reg. *4. 21.*

VERSIO ANTIQUA.

11. Et descenderunt aves supra corpora, quæ divisa erant, & consedit illis Abram. *Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 24. 435. & infra.*

12. Circa solis autem occasum, pavor irruit super Abram, & ecce timor tenebrosus magnus incidit ei.

13. Et dictum est ad Abram : Sciendo scies, quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria, & in servitutem redigent eos, & affligent eos quadringentis annis.

14. Gentem autem, cui servierint, judicabo ego : post hæc verò exibunt huc cum supellectili multa.

15. Tu autem ibis ad patres tuos cum pace, nutritus in senecta bona.

16. Quarta verò generatione convertent se huc : nondum enim impleta sunt peccata Amorrhæorum usque adhuc.

17. Cùm autem jam sol erat ad occasum, facta est flamma, & ecce fornax fumabunda, & lampades ignis, quæ pertransierunt per media divisa illa.

18. In die illa disposuit Dominus Deus testamentum ad Abram, dicens : Semini tuo dabo terram hanc à flumine Ægypti usque ad flumen magnum Euphratem,

19. Cenæos, & Cenezæos, & Cedmonæos,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

alterutrum posita. Gr. Καὶ ἔθηκεν αὐτὰ αντιπρόσωπα ἀλλήλοις, &c.

℣. 11. Huc redeunt quæ Ambros. l. 2. de Abr. c. 8. col. 338. c. dicit : *Aves descenderunt supra divisa corpora vitulæ, capræ, atque arietis :* & sup. col. 336. d. *Divisit Abram corpora, & consedit illis :* & col. 333. e. *& consedit illis Abraham.* Hier. verò, quæst. Hebr. in Gen. col. 521. a. sic habet : *Descenderunt autem volucres super cadavera, & super divisiones eorum ; & sedit cum eis Abram* : nec malè, nam in Gr. sic : Κατέβη δὲ ὄρνεα ἐπὶ τὰ σώματα, ἐπὶ τὰ διχοτομήματα (al. καὶ τὰ διχοτομήματα) αὐτῶν, καὶ συνεκάθισεν αὐτοῖς Ἄβραμ. At in Mss. Oxon. exstat, ἐπὶ τὰ σώματα διχοτομήμενα, al. διχοτομηθέντα, quæ lectionem Ambrosii & Augustini confirmant.

℣. 12. Eadem iterum refert August. quæst. 30. in Gen. to. 3. col. 386. e. præter vocem *tenebrosus*, quam delet. Ambros. verò l. 2. de Abr. c. 9. col. 339. c. sic legit : *Solis occasu, excessus cecidit super eum ; & ecce timor magnus & tenebrosus incubuit super eum :* & infra, col. 340. a. *Tenebrosus horror, & magnus factus est.* Hieron. quæst. Hebr. in Gen. col. 521. c. *Ad occasum autem solis, ecstasis cecidit super Abram.* Gr. Περὶ δὲ ἡλίου δυσμὰς ἔκστασις ἐπέπεσε τῷ Ἄβραμ, καὶ ἰδοὺ φόβος σκοτεινὸς μέγας ἐπιπίπτει αὐτῷ· quæ Latinam Augustini translationem mirè confirmant.

℣. 13. Eadem profert idem Aug. quæst. 47. in Exod. col. 434. e. 436. e. paucis mutatis : *Sciendo scias, quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria ; & in servitutem redigent eos, & nocebunt illis quadringentos annos.* Itidem col. 434. g. præter hoc, *sciendo scias*, & istud, *in terra non sua.* At Locut. 48. de Gen. col. 329. d. legit : *sciendo scies*, notatque hanc locutionem, *Scripturarum* esse *usitatissimam* ; sed Græcos habere, *sciens scies, quod penè tantumdem est.* Similiter hab. Tich. reg. 5. col. 60. g. *Sciens scies, quia peregrinum erit semen tuum in terra non sua ; & dominabuntur eorum, & affligent eos annis quadringentis.* Item Julius Hilario de mundi durat. col. 374. g. *Sciens scies, quomodo peregrinum erit semen tuum in terra non sua ; & in servitutem redigentur, & dominabuntur eorum annis quadringentis.* Sic etiam hab. Junil. Afric. l. 5. de partib. div. leg. c. 21. col. 347. h. *Peregrinum erit semen tuum in terra non sua.* Auct. quæst. Vet. Test. q. 8. col. 46. f. *Peregrinum erit semen tuum ; & servitio opprimet eos.* Ambros. verò l. 2. de Abr. c. 9. col. 339. f. *Sciendo scies, quòd peregrinum erit semen tuum in terra non sua ; & servitio opprimentur, & nocebunt eis, & humiliabunt eos annis quadringentis.* Gr. Καὶ ἐρρέθη πρὸς Ἄβραμ· Γινώσκων γνῶσῃ ὅτι..... ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ, καὶ δουλώσουσιν αὐτὸς, καὶ κακώσουσιν αὐτὸς, καὶ ταπεινώσουσιν αὐτὸς τετρακόσια ἔτη. Hæc autem, καὶ ταπεινώσουσιν αὐτούς, à solo Ambrosio reddita sunt : istud verò, τετρακόσια ἔτη, observat August. quæst. 47. in Exod. col. 436. f. *non sic accipiendum esse, tanquam in illa durissima servitute quadringentos annos Dei populus fuerit..... Non enim*, inquit, *quod ait :* In servitutem redigent eos ; & nocebunt illis, *ad quadringentos annos referendum est, tanquam per tot annos eos habuerint in servitute ; sed referendi sunt quingenti anni ad id quod dictum est :* Peregrinum erit semen tuum in terra non propria..... *ut hyperbaton hic intelligatur, & ordo verborum sit :* Sciendo scias, quia peregrinum erit..... in terra non propria ; quadringentis annis : *illud autem interpositum intelligitur :* Et in servitutem redigent eos, & nocebunt illis ; *ita ut ad quadringentos annos ista interpositio non pertineat.* Vid. plura ibid. & col. 434. e. vide etiam infr. Exod. 12. 37. 40. cum Notis.

℣. 14. Similiter hab. Julius Hilar. l. de mundi durat. col. 374. g. *Gentem autem cui servierint, ego judicabo.* Ita quoque in Gr. Auct. verò quæst. Vet. Test. quæst. 8. col. 46. f. hab. *Ego autem liberabo eos.* Junil. Afric. l. 5. de partib. div. leg. c. 21. col. 347. h. addit : *Et exient inde cum præparatione magna.* Gr. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐξελεύσονται ὧδε μετὰ ἀποσκευῆς πολλῆς.

℣. 15. Ambr. l. 2. de Abr. c. 9. col. 341. d. *Tu autem ibis ad parentes* (al. *patres*) *tuos cum pace, nutritus in senectute bona.* Similiter habet Junil. Afric. l. 5. de partib. div. leg. c. 21. col. 348. a. In Gr. sic : Σὺ δὲ ἀπελεύσῃ (ed. Compl. πορεύσῃ) πρὸς τοὺς πατέρας σου ἐν εἰρήνῃ (Mss. Alex. μετ' εἰρήνης) τραφεὶς ἐν γήρᾳ καλῷ.

℣. 16. Itidem Græcè, nisi excipias hoc ; ἀποστραφήσονται ὧδε, *revertentur huc*, pro *convertent se huc.* Hieron. quæst. Hebr. in Gen. to. 2. col. 521. b. *Generatione autem quarta revertentur huc.* Ambr. l. 2. de Abr. c. 9. col. 342. a. *Quarta autem generat. revertentur.* Tichon. reg. 5. col. 61. h. *revertetur huc.* Auct. quæst. Vet. Test. quæst. 8. col. 46. f. *Et quarta generatione exient inde.* Auct. l. de vit. chr. append. Aug. to. 6. col. 186. b. *Nondum repleta sunt peccata Amorrhæorum usque adhuc.* Ambrosiast. col. 66. d. *Non sunt completa peccata*, &c. ut sup. Gr. οὔπω γὰρ ἀναπεπλήρωνται αἱ..... ἕως τοῦ νῦν.

℣. 17. Similiter Ambr. l. 2. de Abr. c. 9. col. 343. e. *Cùm jam sol esset ad occasum, flamma facta est, & ecce fornax fumigabunda, & lampades ignis, quæ pertransierunt per media divisa illa.* Ita quoque in Gr. nisi quòd initio exstat, ἐπεὶ δὲ ὁ, & in fine, ἀνὰ μέσον τῶν διχοτομημάτων τούτων, *per medium divisionum istarum.* Edit. Compl. pro ἐπεὶ δὲ, hab. ἐπεὶ δὴ ἦδη, sicut August. & Ambr. supra.

℣. 18. Gr. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ διέθετο Κύριος τῷ Ἄβραμ διαθήκην, λέγων, &c. ut in textu Lat. Eadem iterum refert idem August. quæst. 21. in Josue, to. 3. col. 589. e. præter hoc, *flumen magnum, flumen Euphratem.* Similiter habent vet. Iren. Interp. l. 5. c. 32. p. 332. a. & Ambr. l. 2. de Abr. c. 10. col. 344. c. *Semini tuo dabo terram hanc, à flumine Ægypti usque ad flumen magnum Euphratem.*

℣. 19. Ita rursum August. quæst. 21. in Josue, col. 589. e. præter hoc, *Cetmonæos ;* at in Gr. Κεδμωναίους, ut sup. in textu.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 24. 436. b.

20. & Chetæos, & Pheresæos, & Raphaïm,

21. & Amorrhæos, & Chananæos, & Evæos, & Gergesæos, & Jebusæos.

VULGATA NOVA.

20. & Hethæos, & Pherezæos, Raphaim quoque,

21. & Amorrhæos, & Chananæos, & Gergesæos, & Jebusæos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 20. Sic iterum August. quæst. 21. in Jos. col. 589. e. excepto uno, *Cetthæos*, è Gr. Χετταίους.

℣. 21. Itidem Augustin. quæst. 21. in Josue, cum Græco.

CAPUT XVI.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. 1. de Abr. c. 4. 290. c.

2. Dixit Sara ad Abram: Ecce conclusit me Dominus, ut non pariam: intra ergo ad ancillam meam, ut filios facias ex illa.....

Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 34. to. 7. 445. g.

3. Et apprehendit Sarra, uxor Abram, Agar Ægyptiam ancillam suam, post decem annos quàm habitaverat Abram in terra Chanaan: & dedit eam Abram viro suo ipsi uxorem.

Ambr. l. 1. de Abr. c. 4. 291. f.

5. Et dicit ad eum: Injuriam accipio ex te: ego dedi ancillam meam in sinum tuum; ubi autem videt conceptum esse, spreta sum coram ab ea: judicet Deus inter me & te.

6. Dixit autem Abram ad Saram: Ecce ancilla tua in manibus tuis, utere eâ quomodo tibi placuerit. Et afflixit eam Sara, & fugit à facie ejus.

7. Et invenit eam angelus Domini super fontem aquæ in deserto, ad fontem in via Sur.

8..... A facie Saræ dominæ meæ ego fugio.

Hilar. de Trin. 4. 841. a.

9. Et dixit angelus Domini ad Agar: Redi ad dominam tuam, & humilia te sub manibus ejus.

10. Et dixit ei angelus Domini: Multiplicans multiplicabo semen tuum, & non dinumerabitur à multitudine.

Hieron. quæst. Hebr. to. 2. 521. c.

11..... & vocavit nomen ejus Ismaël, quia exaudivit Deus humilitatem meam.

Hier. l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. 279. c.

12. Iste erit rusticanus homo, manus ejus su-

VULGATA NOVA.

1. Igitur Sarai, uxor Abram, non genuerat liberos: sed habens ancillam Ægyptiam nomine Agar,

2. dixit marito suo: Ecce conclusit me Dominus, ne parerem: ingredere ad ancillam meam, si fortè saltem ex illa suscipiam filios. Cùmque ille acquiesceret deprecanti,

3. tulit Agar Ægyptiam ancillam suam, post annos decem quàm habitare cœperant in terra Chanaan: & dedit eam viro suo uxorem.

4. Qui ingressus est ad eam. At illa concepisse se videns, despexit dominam suam.

5. Dixitque Sarai ad Abram: Iniquè agis contra me: ego dedi ancillam meam in sinum tuum, quæ videns quòd conceperit, despectui me habet: judicet Dominus inter me & te.

6. Cui respondens Abram: Ecce, ait, ancilla tua in manu tua est, utere eâ ut libet. Affligente igitur eam Sarai, fugam iniit.

7. Cùmque invenisset eam angelus Domini juxta fontem aquæ in solitudine, qui est in via Sur in deserto,

8. dixit ad illam: Agar ancilla Sarai, unde venis? & quò vadis? quæ respondit: A facie Sarai dominæ meæ ego fugio.

9. Dixitque ei angelus Domini: Revertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius.

10. Et rursum: Multiplicans, inquit, multiplicabo semen tuum, & non numerabitur præ multitudine.

11. Ac deinceps: Ecce, ait, concepisti, & paries filium: vocabisque nomen ejus Ismaël, eò quòd audierit Dominus afflictionem tuam.

12. Hic erit ferus homo, manus ejus contra

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Rursum Ambros. l. 2. de Abr. c. 10. col. 346. b. *Conclusit me Dominus, ut non pariam, intra ergo ad..... & filium facies ex illa.* Hieron. verò quæst. Hebr. in Gen. col. 521. b. *Ecce conclusit me Dominus, ut non pariam; ingredere ergo ad ancillam meam, ut habeam filios ex ea.* Sic etiam in Gr. nisi excipias verbum, ἵνα τεκνοποιήσωμαι, *ut filios faciam;* at in aliis vet. lib. legitur, ἵνα τεκνοποιήσῃς, *ut filios facias*, quod secuti sunt Ambros. Jo. Chrys. & Philo.

℣. 3. Gr. ita incipit: Καὶ λαβοῦσα Σάρα, & *sumens Sara*, nec addit infra, Καὶ, post *Chanaan*, quod tamen habet Ms. Alex. cum editt. Ald. & Compl. cætera concordant ad verbum. Similiter habet idem August. Locut. 49. de Gen. to. 3. col. 329. d. *Et dedit eam Abram viro suo ipsi uxorem.* Eò spectant quæ dicit Ambr. l. 1. de Abr. c. 4. col. 291. c. *Sara ipsa marito ancillæ suæ potestatem dederat.*

℣. 5. Gr. Εἶπε δὲ Σάρα πρὸς Ἄβραμ· Ἀδικοῦμαι ἐκ σοῦ... ἰδοῦσα δὲ ὅτι ἐν γαστρὶ ἔχει, ἠτιμάσθην ἐναντίον αὐτῆς, &c. ut in Lat. August. Locut. 50. de Gen. to. 3. col. 329. d. *Cùm autem vidit se conceptum habere, spreta sum coram illa:* tum addit: *Græci habent hoc loco participium, quod Latina lingua non habet, hoc est, ἰδοῦσα, sed tanquam si diceretur,* videns autem se conceptum habere, spreta sum coram illa, *quasi solœcismus sonat, sic etiam per illud participium quod dictum est, ἰδοῦσα, pro quo nos dicimus,* videns.

℣. 6. Hæc verba: *Dixit autem Abram ad Saram*, repósuimus de Græco; quorum loco, Ambros. habet: *Sed Abraham vir moderatus & prudens: Ecce*, inquit, *ancilla tua*, &c. reliqua cum Græco congruunt.

℣. 7. Gr. Εὗρε δὲ αὐτήν, &c. *Invenit autem eam*, &c. ut in textu Lat.

℣. 8. Ambros. hæc anteponit: *Interroganti angelo quò iret, respondit: A facie Saræ*, &c. quorum loco, Gr. habet: Καὶ εἶπεν αὐτῇ ὁ ἄγγελος Κυρίου· Ἄγαρ παιδίσκη Σάρας, πόθεν ἔρχῃ; καὶ πῇ πορεύῃ; καὶ εἶπεν· Ἀπὸ προσώπου Σάρας, &c. ut in Lat. *Et dixit ei angelus Domini: Agar ancillæ Saræ, unde venis? & quo vadis? & dixit: A facie Saræ*, &c.

℣. 9. Gr. Εἶπε δὲ αὐτῇ ὁ ἄγγελος Κυρίου· Ἀποστράφηθι..... καὶ ταπεινώθηλι, &c. ut sup. Ambr. l. 1. de Abr. c. 4. col. 292. b. *Angelus dixit illi: Revertere ad dominam tuam, & humilia te sub manibus ejus:* mel. *humiliare sub*, &c.

℣. 10. Hieron. l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. col. 279. c. *Multiplicans multiplicabo semen tuum, & non numerabitur præ multitudine.* Ita quoque in Græco.

℣. 11. Gr..... Καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰσμαὴλ, ὅτι ἐπήκουσε Κύριος τῇ ταπεινώσει σου. *Et vocabis nomen ejus Ismaël, quia exaudivit Dominus humilitatem tuam.* Edit. Compl. ἐπήκουσεν ὁ Θεός.

℣. 12. Eadem iterum refert idem Hieron. quæst. Hebr.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

omnes, & manus omnium contra eum : & è regione universorum fratrum suorum figet tabernacula.

13 Vocavit autem nomen Domini qui loquebatur ad eam : Tu Deus qui vidisti me. Dixit enim : Profectò hic vidi posteriora videntis me.

VERSIO ANTIQUA.

per omnes, & manus omnium super eum : & contra faciem omnium fratrum suorum habitabit.

13. Et vocavit nomen Domini qui loquebatur secum : Tu Deus qui aspexisti me..... *Hilar. de Trin. 4. 841. b. c.*

VULGATA NOVA.

Inf. 24. 6. 14. Propterea appellavit puteum illum, Puteum viventis & videntis me. Ipse est inter Cades & Barad.

15. Peperitque Agar Abræ filium : qui vocavit nomen ejus Ismaël.

16. Octoginta & sex annorum erat Abram quando peperit ei Agar Ismaëlem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in Gen. to. 2. col. 521. d. exceptis his : *Hic erit rusticus homo* : nec dissimilia Gr. habet, nisi excipias unum, κατὰ πρόσωπον, *versus faciem*, loco *contra faciem*.

℣. 13. Gr. Καὶ ἐκάλεσε..... τῷ λαλοῦντος πρὸς αὐτόν· Σὺ ὁ Θεὸς ὁ ἐπισκόπη με, &c.

CAPUT XVII.

VULGATA NOVA.

1. POstquam verò nonaginta & novem annorum esse cœperat, apparuit ei Dominus : dixitque ad eum : Ego Deus omnipotens : ambula coram me, & esto perfectus.

2. Ponamque fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te vehementer nimis.

3. Cecidit Abram pronus in faciem.

4. Dixitque ei Deus : Ego sum, & pactum meum tecum, erisque pater multarum gentium. *Eccli. 44. 20.*

Rom. 4. 17. 5. Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram : sed appellaberis Abraham : quia patrem multarum gentium constitui te.

6. Faciamque te crescere vehementissimè, & ponam te in gentibus, regesque ex te egredientur.

7. Et statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis, fœdere sempiterno : ut sim Deus tuus, & seminis tui post te.

8. Daboque tibi & semini tuo terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaan in possessionem æternam, eroque Deus eorum.

VERSIO ANTIQUA.

1. CUm esset annorum nonaginta & novem, apparuit ei Dominus, & dixit illi : Ego sum Deus : place in conspectu meo, & esto sine querela. *Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 26. t. 7. 438. e.*

2. Et ponam testamentum meum inter me & inter te, & implebo te valde.

3. Et procidit Abram in faciem suam.

4. Et locutus est illi Deus, dicens : Et ego, ecce testamentum meum tecum, & eris pater multitudinis gentium.

5. Et non appellabitur adhuc nomen tuum Abram : sed erit nomen tuum Abraham : quia patrem multarum gentium posui te.

6. Et augeam te valde, & ponam te in gentes, & reges ex te exibunt.

7. Et statuam testamentum meum inter me & inter te, & inter semen tuum post te in generationes eorum, in testamentum æternum : ut sim tibi Deus, & semini tuo post te.

8. Et dabo tibi & semini tuo post te terram, in qua incola es, omnem terram Chanaan in possessionem æternam, & ero illis Deus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ambros. l. 1. de Abr. c. 6. col. 298. c. ait, *Abraham nonaginta & novem processisse annos* : & sup. c. 4. col. 292. d. addit : *Dixit illi* : *Ego sum Deus tuus* ; *emerere in conspectu meo*, & *esto sine querela* ; paulòque post : *sine querela, hoc est, irreprehensibilis* : & l. 2. c. 10. col. 346. f. *Dicitur Abrahæ : Esto sine reprehensione.* Hieron. l. 3. contr. Pelag. to. 4. col. 540. f. & 541. c. *Ego sum Deus tuus : placeto in conspectu meo*, & *esto sine macula*, *vel querela.* P. Orosius contr. Pelag. col. 449. h. 454. g. *Ambula coram me*, & *esto sine querela.* Gr. Ἐγένετο δὲ Ἄβραμ ἐτῶν ἐννενηκονταεννέα, καὶ ὤφθη Κύριος τῷ Ἄβραμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἐγώ εἰμι ὁ Θεός σου· εὐαρέστει ἐνώπιον ἐμοῦ, καὶ γίνου ἄμεμπτος.

℣. 2. Itidem Græcè, nisi excipias verbum πληθυνῶ, pro *implebo.* Rectè Hieron. l. 3. contr. Pelag. to. 4. col. 540. f. *Et ponam testam. meum inter me* & *te*, & *multiplicabo te nimis.*

℣. 3. Ad verbum è Græco.

℣. 4. Similiter apud Hieron. quæst. Hebr. in Gen. col. 521. d. *Et locutus est ei Dominus, dicens : Ecce testamentum meum tecum ; & eris pater multitudinis gentium.* Gr. Καὶ ἐγὼ, ἰδοὺ ἡ διαθήκη μου, &c. ut in textu Lat. Addit ibid. Hieron. *Notandum quòd ubicunque in Græco* testamentum *legimus, ibi in Hebræo sermone sit* fœdus, *sive* pactum.

℣. 5. Hieron. quæst. Hebr. in Gen. col. 521. d. *Et non vocabitur ultra nomen tuum Abram, sed erit*, &c. ut sup. Ita quoque in Gr. ad verbum S. Petr. Chrysol. ser. 154. col. 963. b. *Et non vocabitur amplius nomen tuum Abram ; sed Abraham erit nomen tuum, quia*, &c. ut sup. Ambros. l. 1. de Abr. c. 4. col. 292. d. alludens, ait : *Mutat nomen, litterâ additâ, ut de Abram, vocaretur Abraham.* Victorin. Afric. l. 1. adv. Arium, col. 258. b. similiter habet : *Quia patrem multarum gentium posui te ;* sed continuò addit : *Ante eum, cui credidisti Deo, qui vivificat mortuos*, & *vocat ea quæ non sunt, tanquam sint ;* quæ à Græco absunt. Similia leguntur superaddita apud Aug. l. 1. de Gen. to. 1. col. 660. c. exceptis his : *Ante Deum cui credidisti, qui..... tanquam ea quæ sunt.* Observandum tamen ista non exstare apud August. nisi in editt. Amst. Eras. & Lovan. abeile autem à Mss. codd.

℣. 6. Ita August. secundùm Mss. codd. ubi constanter, *augeam*, in editt. *augebo*, è Gr. Αὐξανῶ· in eodem etiam Gr. bis σφόδρα σφόδρα, *valde valde*, quod non geminat August. reliqua ad verbum quadrant. Eadem exhibet August. l. 1. de Gen. to. 1. col. 660. c. *Et augeam te nimis valde*, & *ponam te in gentes*, & *reges de te exient* : & Locut. 51. de Gen. to. 3. col. 329. e. *Quod Latini*, inquit, *habent*, augeam te nimis valde, *Græci habent*, *valde valde.* Ex quibus patet optimè sibi constare Augustinum, cùm semper legat *augeam*, nusquam *augebo*, quod male correxerunt Edit. noviss. contra fidem omnium Mss. Ambrosius tamen l. 2. de Abr. c. 10. col. 347. c. habet : *Augebo te valde*, & *ponam te in gentes*, & *reges de te erunt.*

℣. 7. Eadem refert iterum August. l. 1. de Gen. to. 1. col. 660. c. præter unum *ponam*, pro *statuam* ; omittit etiam *inter*, ante *te*. In Gr. Καὶ στήσω τὴν διαθήκην μου ἀνὰ μέσον σου, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματός σου, &c. ut in Lat. Mss. verò Alex. & Corb. nec non edit. Compl. cum August. ἀ ἀ μέσον ἐμοῦ, καὶ ἀνὰ μέσον σου, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ, &c.

℣. 8. Eadem rursum leguntur apud Aug. tum l. 1. de Gen. to. 1. col. 660. c. tum Locut. 52. de Gen. to. 3. col. 329. f. uno tamen excepto, *habitas*, pro *incola es.* Ita etiam, tertiò habet Aug. quæst. 31. in Gen. col. 387. a. cum verbo *habitas*, sed pro *Chanaan*, legit *cultam*, vel, cum Mss. Corb. *inculcam.* In Gr. Καὶ δώσω σοι..... τὴν γῆν ἣν παροικεῖς, πᾶσαν τὴν γῆν Χανανὰν εἰς κατάσχεσιν αἰώνιον· καὶ ἔσο-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 26. t. 7. 438. g. seqq. 9. Et dixit Deus ad Abraham : Tu autem teſtamentum meum conſervabis,& ſemen tuum poſt te in generationes ſuas.	9. Dixit iterum Deus ad Abraham : Et tu ergo cuſtodies pactum meum, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis. *Act. 7. 8.*
10. Et hoc eſt teſtamentum quod conſervabis inter me & vos, & inter ſemen tuum poſt te in generationes ſuas : Circumcidetur omne veſtrum maſculinum :	10. Hoc eſt pactum meum quod obſervabitis inter me & vos, & ſemen tuum poſt te : Circumcidetur ex vobis omne maſculinum :
11. & circumcidemini carnem præputii veſtri, & erit in ſignum teſtamenti inter me & vos.	11. & circumcidetis carnem præputii veſtri, ut ſit in ſignum fœderis inter me & vos. *Rom. 4. 11.*
12. Et puer octo dierum circumcidetur, veſtrum omne maſculinum in progenies veſtras : vernaculus, & emptitius ab omni filio alieno, qui non eſt de ſemine tuo, circumciſione circumcidetur, vernaculus domus tuæ, & emptitius :	12. Infans octo dierum circumcidetur in vobis, omne maſculinum in generationibus veſtris : tam vernaculus, quàm emptitius circumcidetur, & quicunque non fuerit de ſtirpe veſtra : *Lev. 12. 3. Luc. 2. 21.*
13. & erit teſtamentum meum in carne veſtra in teſtamentum æternum.	13 eritque pactum meum in carne veſtra in fœdus æternum.
14. Et qui non fuerit circumciſus maſculus, qui non circumcidetur carnem præputii ſui octavo die, interibit anima illa de genere ejus : quia teſtamentum meum diſſipavit.	14. Maſculus, cujus præputii caro circumciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo : quia pactum meum irritum fecit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

καὶ αὐτοῖς εἰς Θεόν. Mſ. Alex. cum edit. Ald. & Auguſt. αὐτοῖς Θεός. Obſervat ſup. Aug. *Æternum, à noſtris interpretari, quod Græci appellant,* αἰώνιον, *quod à ſæculo derivatum eſt..... ſed non ſunt auſi*, inquit, *Latini hoc dicere, ſæculare.... ſæcularia quippe dicuntur multa, quæ in hoc ſæculo ſic aguntur, ut brevi etiam tempore tranſeant ;* αἰώνιον *autem quod dicitur, aut non habet finem, aut uſque in hujus ſæculi tenditur finem.*

℣. 9. Ad verbum è Gr. niſi quòd ibi additur, σὺ, *tu*, ad verbum διατηρήσεις, *conſervabis ;* at editt. Ald. & Compl. delent, σὺ, cum Auguſt. Eundem locum citat S. Doctor, Locut. 53. de Gen. to. 3. col. 329. f. ut ſupra ; abſque *tu*, ſed loco, *in generationes ſuas*, ſcribit, *in progenies ſuas*, Gr. εἰς τὰς γενεὰς αὐτῶν. Lib. verò contr. Adim. to. 8. col. 134. b. c. ſic legit : *Teſtamentum meum cuſtodi, tu & ſemen tuum, quod erit poſt te ;* deinde hoc omiſſo, *in generationes ſuas*, cum edit. Compl. addit : *Hoc eſt teſtamentum*, &c. At vereor ne hîc S. Pater, vel citet ex memoria, ſenſum magis quærendo quàm verba, vel potiùs textum referat qualiter ab Adimanto, quem confutabat, prolatus fuerat : id maximè patet ex his, quæ addit Auguſt. *Hæc omnia verba*, inquit, *Veteris Teſtamenti, ut eis de Novo Teſtamento adverſetur, proponit Adimantus.* Non tamen Adimantus hîc inſimulatur falſi ab Auguſt. ut infra n. 3. col. 135. d. Ambroſius epiſt. 72. col. 1076. b. ſic habet : *Et dixit Deus ad Abraham : Tu autem teſtamentum meum obſervabis, tu & ſemen tuum poſt te, in progenies eorum.* Sedul. Scot. in ep. ad Rom. col. 501. b. c. *Et dixit Dominus ad Abraham : Tu autem teſtam. meum ſervabis, & omne genus tuum poſt te, in generationes ſuas.*

℣. 10. Itidem in Græco, ſed abſque *eſt*, ante *teſtamentum*. Similiter Ambroſ. epiſt. 72. col. 1076. b. nonnullis mutatis : *Et hoc eſt teſtam. meum quod obſervabis inter me & vos, & ſemen tuum poſt te in progenies eorum : circumcidetur veſtrum omne maſculinum.* Obſervandum apud Auguſt. ſupra addi pronom. *meum*, ad *teſtamentum ;* ſed in editt. tantùm, renitentibus Mſs. & LXX. Lib. verò contr. Adim. to. 8. col. 134. b. c. Aug. habet : *Hoc eſt teſtam. meum, quod ſervabis inter me & te, & ſemen tuum*, omiſſis aliis : huic lectioni favent quidam Græci, apud quos, καὶ σὺ, σὺ, ἢ τὸ σπέρμα σὺ μετὰ σέ, abſque ſeqq. εἰς τὰς γενεὰς αὐτῶν. Sedul. quoque Scot. in ep. ad Rom. col. 501. b. c. legit : *Et hoc eſt teſtam. quod diſpoſui inter me & vos ;* deinde, omiſſis intermediis, addit : *Circumcidetur omne maſculinum veſtrum ;* quæ poſtrema etiam habet vet. Iren. Interp. l. 4. c. 16. p. 246. a.

℣. 11. Ita Græcè. Ambroſ. verò epiſt. 72. col. 1076. f. & Sedul. Scot. in ep. ad Rom. col. 501. b. c. ſic habent : *Et circumcidetis carnem præputii veſtri, & erit in ſigno teſtamenti inter me & vos.* Itidem vet. Iren. Interp. l. 4. c. 16. p. 246. a. omiſſo tamen, *& erit :* at in Gr. conſtanter περιτμηθήσεσθε, *circumcidemini*, ſicut infra, ἢ ἔσται εἰς σημεῖον, *& erit in ſignum*, Mſ. Alex. ſolus, ἐν σημείῳ. Eadem diverſè leguntur apud Auguſt. l. contr. Adim. to. 8. col. 134. b. c. ubi ſic : *Omne maſculinum circumcides in carne præputii ipſorum ; & ſit hoc ſignum teſtamenti inter me & vos ;* quæ verba quoniam diſſimilia ſunt illorum, quæ ſupra retulit Auguſt. vix alium, ut jam dixi, hoc poſteriori loco, crediderim uſurpatum fuiſſe contextum ab Auguſtino, præter illum, quem Adimantus adhibuerat.

℣. 12. In Gr. poſt 1. *circumcidetur*, additur ὑμῖν, *vobis*, loco *veſtrum*, quod habet Auguſt. ſubinde poſt *progenies veſtras*, additur, καὶ, quod delet Aug. cætera quadrant ad verbum. Non diſſimulabo tamen in editt. Auguſt. pro *alieno*, ſcribi, *alienigena ;* ſed cùm Mſs. codd. ferant, *alieno*, hanc lectionem præferendam duxi, maximè cùm in Græco, legatur, ἀλλοτρίῳ, non ἀλλοφύλῳ. Similiter habet idem Aug. Locut. 54. de Gen. to. 3. col. 329. f. *Et puer octo dierum circumcidetur, omne maſculinum*, ſed abſque *vobis*, aut *veſtrum*. Ambroſ. epiſt. 72. col. 1076. f. ſic habet : *Infans octo dierum circumcidetur vobis, omne maſculinum in progenies veſtras : vernaculus domus tuæ, & pecuniâ emptus, ab omni filio alterius, qui non eſt ex ſemine tuo, circumciſione circumcidetur :* mox ita : *Et erit teſtamentum*, &c. non repetitis his, *vernaculus domus tuæ & emptitius*, quæ etiam abſunt à Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. In eiſdem tamen 1. loco legitur, ὁ οἰκογενὴς τῆς οἰκίας σου, καὶ ὁ ἀργυρώνητος, ſicut apud Ambroſ. Aug. verò contr. Adim. ſeu potiùs Adimantus ipſe apud Auguſt. to. 8. col. 134. b. c. ita legit : *Octavo autem die circumcidetis omnes maſculos in gente veſtra, ut etiam dominatum & comparatum circumcidatis, præter alienigenam.* Deinde, omiſſis intermediis, addit : *Et hoc erit teſtamentum*, ſed heu ! quàm diſſimilia illa, & Græco, & ipſi Auguſtino ! Sedul. Scot. in ep. ad Rom. col. 501. b. c. utrique propiùs accedit, dicendo: *Et puer octavo die circumcidetur in vobis, omnis maſculus in generationibus veſtris : vernaculus & pecuniâ emptus, ab omnibus filiis alienigenarum, & qui non eſt ex ſemine tuo circumcidetur. Et erit*, &c.

℣. 13. Similiter habet Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 11. col. 349. c. & ep. 72. p. 1076. f. unà cum Græco. Sedul. verò Scot. in ep. ad Rom. col. 501. c. legit : *Et erit teſtamentum meum ſuper carnem veſtram ;* deinde ſic : *Maſculus qui non fuerit*, omiſſis his, *in teſtamentum æternum*. Item ap. Aug. l. contr. Adim. to. 8. col. 134. b. c. *Et hoc erit teſtamentum in gente veſtra ;* deinde, *& omnis maſculus*, &c.

℣. 14. Rurſus Auguſt. l. 2. de nupt. & concup. to. 10. col. 313. a. legit : *Maſculus qui non circumcidetur carnem præputii ſui octava die, diſperiet anima ejus de genere ſuo ; quia*, &c. ut ſup. Similiter Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 11. col. 350. a. c. *Qui non fuerit circumciſus maſculus, & qui non circumciderit carnem præputii ſui octavo die, interibit anima illa de genere ſuo, quia teſtam. meum interrupit.* At ep. 72. col. 1076. f. ſic habet : *Et incircumciſus maſculus, qui non circumciderit carnem præputii ſui octava die, exterminabitur anima illa de generatione illa, quia teſtamentum meum tranſgreſſus eſt.* Gr. Καὶ ἀπερίτμητος ἄρσην, ὃς ἂ περιτμηθήσεται τὴν σάρκα..... ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ τοῦ γένους αὐτῆς, ὅτι τὴν..... διεσκέδασε. Fulgent. epiſt. 17. ad Petr. Diac. p. 303. *Maſculus qui non fuerit circumciſus carne præputii ſui octavo die, exterminabitur anima illa de populo ſuo, quia teſtam. meum tranſgreſſus eſt.* Sedul. Scot. in ep. ad Rom. col. 501. b. c. *Maſculus qui non fuerit circumciſus in carne præputii ſui die octava, exterminabitur ille de genere ſuo, quia teſtam. meum diſſipavit.* Auguſt. verò l. contr. Adim. vel potiùs Adimantus ipſe, to. 8. col. 134. b. c. *Et omnis maſculus qui non circumcidet præputium ſuum, perdet animam ſuam, de mediâ plebe, quia teſtam. meum diſſolvit.* In Mſ. Oxon. pro ἐκ τοῦ γένους αὐτῆς, legitur, ἐκ τοῦ λαοῦ· cui lectioni favent Adimantus, & Fulgentius ſupra.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

15. Dixit quoque Deus ad Abraham : Sarai uxorem tuam non vocabis Sarai, ſed Saram.

16. Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium cui benedicturus ſum, eritque in nationes, & reges populorum orientur ex eo.

17. Cecidit Abraham in faciem ſuam, & riſit, dicens in corde ſuo : Putaſne centenario naſcetur filius ? & Sara nonagenaria pariet ?

18. Dixitque ad Deum : Utinam Iſmaël vivat coram te.

Inf. 18. 20. 19. Et ait Deus ad Abraham : Sara uxor tua pariet tibi filium, vocabiſque nomen ejus Iſaac, & conſtituam pactum meum illi in fœdus ſempiternum, & ſemini ejus poſt eum.

Sup. 21. 2.

20. Super Iſmaël quoque exaudivi te : ecce, benedicam ei, & augebo & multiplicabo eum valde : duodecim duces generabit, & faciam illum in gentem magnam.

21. Pactum verò meum ſtatuam ad Iſaac, quem pariet tibi Sara tempore iſto in anno altero.

VERSIO ANTIQUA.

15. Et dixit Deus ad Abraham : Sara uxor tua non appellabitur nomen ejus Sara, ſed Sarra erit nomen ejus. *Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 26. t. 7. p. 439. b. c.*

16. Benedicam autem illam, & dabo tibi ex ea filium, & benedicam illum, & erit in nationes, & reges gentium ex eo erunt.

17. Et procidit Abraham ſuper faciem ſuam, & riſit, & dixit in animo ſuo, dicens : Si mihi centum annos habenti naſcetur filius ? & ſi Sarra annorum nonaginta pariet ?

18. Dixit autem Abraham ad Deum : Iſmaël hic vivat in conſpectu tuo.

19. Dixit autem Deus ad Abraham : Ita, ecce Sarra uxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Iſaac, & ſtatuam teſtamentum meum ad illum in teſtamentum æternum, eſſe illi Deus, & ſemini ejus poſt illum.

20. De Iſmaël autem ecce exaudivi te : ecce, benedixi eum, & ampliabo illum, & multiplicabo illum valde : duodecim gentes generabit, & dabo illum in gentem magnam.

21. Teſtamentum autem meum ſtatuam ad Iſaac, quem pariet tibi Sarra in tempore hoc ad annum ſequentem.

VULGATA NOVA.

22. Cùmque finitus eſſet ſermo loquentis cum eo, aſcendit Deus ab Abraham.

23. Tulit autem Abraham Iſmaël filium ſuum, & omnes vernaculos domus ſuæ : univerſoſque quos emerat, cunctos mares ex omnibus viris domus ſuæ : & circumcidit carnem præputii eorum ſtatim in ipſa die, ſicut præceperat ei Deus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 15. Itidem Græcè, ſublatâ voculâ *ſed*, ante *Sarra* ; in Mſ. tamen Alex. eſt ἀλλὰ Σάρρα. Nec curandum quòd in editt. Auguſt. legatur *Sarai*, pro *Sara*, & *Sara*, pro *Sarra*, cùm Mſs. codd. & Græcum conſtanter ferant, *Sara*, & *Sarra*. Hanc lectionem confirmat Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 11. col. 351. a. dicens : *Saræ una additur littera, hoc eſt,* r, *ut vocaretur Sarra..... Sarra enim dicitur,* ἀρχὴ ἐμοῦ, *hoc eſt, poteſtas mea, vel principatus mei initium, vel regis : Sara Græcè dicitur,* ἄρχουσα, *Latinè, quæ regat.* Hieron. tamen l. 3. contr. Pelag. to. 4. col. 541. b. legit : *Sarai uxor tua non vocabitur ultra Sarai ; ſed Sara erit nomen ejus.* Lib. verò quæſt. Hebr. in Gen. to. 2. col. 522. c. ait : *Errant qui putant primùm Saram per unum,* r, *ſcriptam fuiſſe, & poſtea ei alterum,* r, *additum : & quia,* r, *apud Græcos centenarius numerus eſt, multas ſuper nomine ejus ineptias ſuſpicantur : cùm utique, utcunque volunt ei vocabulum commutatum, non Græcam, ſed Hebræam debeat habere rationem, cùm ipſum nomen Hebraïcum ſit ; nemo autem in altera lingua quempiam vocans, etymologiam vocabuli ſumit ex altera. Sarai igitur primùm vocata eſt per* ſin, res, iod, *ſublato igitur,* iod, *id eſt,* i, *elemento, addita eſt,* he *littera, quæ per* a, *legitur, & vocata eſt Sara. Cauſa autem ita nominis immutati, hæc eſt, quòd antea dicebatur,* princeps mea, *unius tantùm domus mater familiæ. Poſtea verò dicitur abſolutè,* princeps, *id eſt,* ἄρχουσα..... *ſignanterque non ut in Græco legimus :* Et dixit Deus ad Abraham : Sarai uxor tua non vocabitur nomen ejus Sarai ; *in Hebræo habetur : Non vocabis nomen ejus Sarai,* &c.

℣. 16. Ad verbum è Græco. Similiter habet Hieron. quæſt. Hebr. in Gen. to. 2. col. 522. c. *Dabo tibi ex ea filium, & benedicam ei, & erit in gentes, & reges populorum erunt ex eo.* Sic etiam l. 3. contr. Pelag. to. 4. col. 541. b. præter iſta : *Et reges gentium ex ipſo erunt,* ſeu cum Auguſt. quæſt. 32. in Gen. to. 3. col. 387. c. *Reges gentium ex illo erunt.*

℣. 17. Rurſus Auguſt. Locut. 55. de Gen. to. 3. col. 329. g. habet, paucis mutatis : *Et procidit Abraham in faciem, & dixit in animo ſuo, dicens : Si mihi centum annos habenti naſcetur, & ſi Sara annorum nonaginta pariet ?* At l. 16. de civit. Dei, c. 32. to. 7. col. 445. c. *Si mihi annorum centum naſcetur filius, & ſi Sarra annorum* 90. *pariet ?* Lib. verò 2. contr. adverſar. leg. to. 8. col. 588. f. ut ſup. *Si mihi centum annos habenti naſcetur filius ?* Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 11. col. 351. e. f. *Et cecidit in faciem Abraham, & riſit ; & dixit in corde ſuo : Si centum annorum naſcetur filius, & ſi Sarra* 90. *annorum pariet ?* & l. 1. c. 4. col. 294. d. *Si mihi centum annorum naſcetur filius, & ſi Sara* 90. *annorum pariet ?* & infra, col. 352. a. *Si centenario naſcetur filius, & nonagenaria pariet ?* Similiter habet Hieron. quæſt. Hebr. in Gen. to. 2. col. 522. d. *Et cecidit Abraham ſuper faciem ſuam, & riſit ; & dixit in corde ſuo : Si centenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet ?* & l. 3. contr. Pelag. to. 4. col. 541. b. *Cecidit Abr. in faciem ſuam, riſitque ; & dixit in mente ſua : Si centenario naſcetur filius, & ſi Sara nonaginta annorum pariet ?* Ita quoque in Gr. addito verbo, λέγων, *dicens*, poſt hoc, *mente ſua*, ut ſup. ap. Auguſt.

℣. 18. Similiter Hieron. l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. col. 279. f. *Abraham autem dixit ad Deum : Iſmael iſte vivat in conſpectu tuo :* & l. 3. contr. Pelag. to. 4. col. 541. b. *Dixitque Abr. ad Deum : Iſmael vivat in*, &c. Item Hilar. in Pſ. 51. col. 77. c. cum Ambr. l. 1. de Abr. c. 4. col. 294. d. *Et dixit : Iſmael hic vivat in conſpectu tuo :* & l. 2. c. 11. col. 352. a. *Iſmaël vivat hic in conſp. tuo.* Gr. Ἰσμαὴλ ὅτος ζήτω ἐναντίον σου.

℣. 19. Eadem leguntur Græcè. Sic etiam apud Hilar. l. 4. de Trin. col. 841. d. e. paucis exceptis : en verba : *Et dixit Deus ad Abraham : Ecce Sara uxor tua pariet filium tibi, & vocabis nomen ejus Iſaac ; & ſtatuam teſtam. meum ad illum in teſtam. æternum, & ſemini ejus poſt illum.* Similiter habet Hieron. l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. col. 279. f. præter iſta : *Et Deus reſpondit ad eum : Ita :* & l. 3. contr. Pelag. to. 3. col. 541. b. *Cui reſpondit Deus : Etiam, ecce Sara,* &c. ut ſup. uſque ad *ſtatuam.* Græci tamen quidam tollunt, Ναὶ, *Ita*, cum Hilar. ante vocem *ecce*, & à Mſ. Alex. nec non ab edit. Compl. abeſt, εἶναι αὐτῷ Θεός, *eſſe illi Deus*, vel *ut ſim ejus Deus*, ut ſup. ab eodem Hilar. & Hieron. Ambroſius l. 2. de Abr. c. 11. col. 352. b. legit : *Dominus ait : Etiam, ecce Sarra uxor tua pariet tibi filium ;* tum addit : *Etiam, cùm dicit, confirmat promiſſa*, &c.

℣. 20. Ad verbum è Gr. addito uno, &, poſt *exaudivi te*. Hilar. l. 4. de Trin. col. 841. d. e. habet : *De Iſmaël autem exaudivi te, & benedixi ei, & amplificabo eum valde : duodecim gentes generabit, & dabo eum in gentem magnam :* infra autem : *& benedixi ei, & multiplicabo eum,* (Mſ. tamen Carnut. *ampliabo*, alii nonnulli *amplificabo*.) Sic etiam apud Auguſt. ſupra, *amplificabo*, ſicut, *audivi te*, pro *exaudivi te ;* ſed in editt. tantùm, renitentibus codd. Mſs. Ambroſius l. 2. de Abr. c. 11. col. 352. b. *De Iſmaël autem exaudivi te.* Hieron. l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. col. 279. f. *De Iſmaël autem ecce exaudivi te, & ecce benedixi eum, & augebo eum, & multiplicabo illum vehementer, duodecim gentes*, &c. ut ſup.

℣. 21. Itidem in Gr. niſi excipias ultima verba : εἰς τὸν καιρὸν τοῦτον, ἐν τῷ ἐνιαυτῷ τῷ ἑτέρῳ, Mſ. Oxon. Τῷ δευτέρῳ, *in tempus hoc in anno altero.* Hieron. l. 2. in epiſt. ad Gal. to. 4. col. 279. f. ſic habet : *Teſtamentum autem meum ſtatuam ad Iſaac, quem generabit tibi Sara in tempore iſto, anno venturo.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 56. t. 3. 329. g. 24. Abraham autem erat annorum nonaginta novem, cùm circumciſus eſt carnem præputii ſui.

VULGATA NOVA.

24. Abraham nonaginta & novem erat annorum, quando circumcidit carnem præputii ſui.

VULGATA NOVA.

25. Et Iſmaël filius tredecim annos impleverat tempore circumciſionis ſuæ.

26. Eadem die circumciſus eſt Abraham & Iſmaël filius ejus.

27. Et omnes viri domus illius, tam vernaculi, quàm emptitii & alienigenæ, pariter circumciſi ſunt.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 24. Ita in Græco, verbum pro verbo. Quæ autem ſequuntur de Iſmaëlis circumciſione, abſunt ab edit. Aldina.

CAPUT XVIII.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. de Trin. l. 3. t. 8. 806. g. 1. VIſus eſt autem ei Deus ad ilicem Mambre ſedenti ad oſtium tabernaculi ſui meridie.

Aug. l. 2. cont. Maxim. t. 8. 736. e. f. 2. Reſpiciens autem oculis ſuis, vidit, & ecce tres viri ſtabant ſuper eum: & videns, procucurrit in obviam illis ab oſtio tabernaculi ſui, & adoravit ſuper terram.

3. Et dixit: Domine, ſi inveni gratiam ante te, ne prætereas ſervum tuum:

4. ſumatur nunc aqua, & lavem pedes veſtros, & refrigerate ſub arbore.

5. Et ſumam panem, & manducate, & poſtea tranſibitis in viam veſtram: propter quod declinaſtis ad ſervum veſtrum.....

Ambr. l. 1. de Abr. c. 5. 296. c. 6. Et feſtinavit Abraham in tabernaculum ad Saram, & dixit ei: Feſtina, & conſperge tres menſuras ſimilaginis, & fac ſubcinericia.

Aug. Locut. 57. t. 3. 329. g. Ambr. l. 1. de Caïn, c. 8. 198. b. Idem l. 1. de Abr. c. 5. 297. d. 7. Et in boves adcucurrit Abraham, & accepit vitulum unum tenerum & bonum, & dedit puero: & feſtinavit facere eum.

8..... manducaverunt illi: Abraham autem ſtabat ſub arbore.

9. Dixit autem ad illum: Ubi eſt Sara uxor tua? qui reſpondit, & dixit: Ecce in tabernaculo.

VULGATA NOVA.

1. APparuit autem ei Dominus in convalle Mambre ſedenti in oſtio tabernaculi ſui in ipſo fervore diei. *Heb. 13, 2.*

2. Cùmque elevaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum: quos cùm vidiſſet, cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi, & adoravit in terram.

3. Et dixit: Domine, ſi inveni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſervum tuum:

4. ſed afferam pauxillum aquæ, & lavate pedes veſtros, & requieſcite ſub arbore.

5. Ponamque buccellam panis, & confortate cor veſtrum, poſtea tranſibitis: idcirco enim declinaſtis ad ſervum veſtrum. Qui dixerunt: Fac ut locutus es.

6. Feſtinavit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei: Accelera, tria ſata ſimilæ commiſce, & fac ſubcinericios panes.

7. Ipſe verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum & optimum, deditque puero: qui feſtinavit & coxit illum.

8. Tulit quoque butyrum & lac, & vitulum quem coxerat, & poſuit coram eis: ipſe verò ſtabat juxta eos ſub arbore.

9. Cùmque comediſſent, dixerunt ad eum: Ubi eſt Sara uxor tua? ille reſpondit: Ecce in tabernaculo eſt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Idem Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 29. legit: *Deus apparuit Abrahæ ad quercum Mambre.* Novatian. de Trin. p. 1048. a. ait ſimiliter: *Abrahæ viſum Deum apud quercum Mambre, ſedente ipſo ad oſtium tabernaculi ſui meridie.* Ambr. l. 1. de Caïn & Ab. c. 8. col. 197. e. *Cùm viſus eſſet Deus Abrahæ ad ilicem Mambre:* & l. 1. in Luc. col. 1274. b. *Apparuit Deus Abrahæ ad ilicem Mambre.* Vig. Tapſ. l. 2. contr. Arium & Sab. *Viſus eſt Deus Abrahæ ad quercum Mambre.* Gr. Ὤφθη δὲ αὐτῷ ὁ Θεὸς πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ, καθημένῳ αὐτοῦ, &c. ut ſup.

℣. 2. Similia Græcum exhibet. Eadem iterum leguntur ap. Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 29. to. 7. col. 442. c. ab hoc, & *ecce*, ſed abſque præp. *in*, ante *obviam*, quam tamen retinet, quæſt. 33. in Gen. to. 3. col. 387. d. ubi eadem tertiò refert ab hoc, & *videns*. Ambroſ. l. 1. de Caïn & Ab. c. 8. col. 197. e. ſic habet: *Reſpiciens Abraham, oculis ſuis, vidit, & ecce tres viri ſtabant ſuper eum: & videns, occurrit obviam illis ad oſtium tabernaculi ſui, & adoravit ſuper terram:* at l. 1. de Abr. c. 5. col. 295. a. *Et reſpiciens oculis, vidit, & ecce tres viri ſtabant ſecus illum: & cùm vidiſſet illos, cucurrit obviam illis.* Similiter in edit. Ald. Καὶ ἰδὼν αὐτούς, non ἰδών, ſimpliciter. Apud Vigil. Tapſ. l. 2. contr. Arium & Sab. *Aſpexit, & ecce tres viri ſteterunt ante ipſum, & procidens, adoravit.*

℣. 3. Sic iterum legit Auguſt. quæſt. 33. in Gen. to. 3. col. 387. d. Sic etiam Ambroſ. l. 1. de Caïn & Ab. c. 8. col. 197. e. & l. 1. de Abr. c. 5. col. 296. b. excepto uno, *ne prætereris*, quod iterum habet, l. 2. offic. to. 2. col. 95. c. At hîc non *ſervum* habet, ſed *puerum*. Fulgent. l. pro fide cath. p. 540. ait, Abraham uni ex tribus angelis dixiſſe, *Dominator Domine*. Vigil. Tapſ. l. 2. contr. Arium & Sab. *Si inveni gratiam in conſpectu tuo, ne tranſieris ſervum tuum.* In Gr. Εἰ ἄρα εὗρον χάριν ἐναντίον σου, μὴ παρέλθῃς τὸν παῖδά σου, Mſ. Cott. δῆλόν σου.

℣. 4. Sic iterum Auguſt. quæſt. 34. in Gen. to. 3. col. 387. e. *Sumatur aqua*, & *lavem*, &c. ut ſup. Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 5. col. 296. b. *Sumatur aqua*, & *laventur pedes veſtri*, & *refrigerate ſub arbore.* Anecdot. Marten. to. 5. p. 4. b. *Accipe aquam*, & *laventur pedes veſtri*, & *refrigerate ſub arborem iſtam.* Vigil. Tapſ. l. 2. contr. Arium & Sab. *Afferatur aqua*, & *laventur pedes veſtri.* Gr. Ληφθήτω δὴ ὕδωρ, καὶ νιψάτωσαν τοὺς πόδας ὑμῶν, καὶ καταψύξατε ὑπὸ τὸ δένδρον.

℣. 5. Similiter habet idem Auguſt. quæſt. 34. in Gen. col. 387. e. *Et ſumam panem*, & *manducate*. Sic etiam Ambr. l. 1. de Abr. c. 5. col. 296. b. ſed addit: *Et poſt hæc tranſietis, propter quod declinaſtis ad ſervum veſtrum.* Gr. Καὶ λήψομαι ἄρτον, καὶ φάγεσθε, καὶ μετὰ τοῦτο παρελεύσεσθε εἰς τὴν ὁδὸν ὑμῶν, οὗ ἕνεκεν ἐξεκλίνατε πρὸς τὸν παῖδα ὑμῶν, &c.

℣. 6. Vix meliùs è Græco, niſi quòd ibi legitur, Σάῤῥαν, non *Saram*. Præterea obſervat Ambroſ. ibid. *Subcinericia*, *Græcè* ἐγκρυφία dici, *hoc eſt*, *abſcondita*. Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 523. a. hæc habet: *Et dixit ei: Feſtina, tres menſuras farinæ ſimilæ commiſce.*

℣. 7. Ambr. ubi ſup. *Cucurrit.* Gr. Καὶ εἰς τὰς βόας ἔδραμεν Ἀβραάμ, καὶ ἔλαβεν ἁπαλὸν μόσχάριον καλὸν, καὶ..... καὶ ἐτάχυνε τοῦ ποιῆσαι αὐτό.

℣. 8. Ambroſ. ibid. *Ad cœnam, vitulus immolatur*, & *cum lacte manducatur... bonus vitulus... tener....* deinde: *manducaverunt illi*, &c. ut ſup. item l. de Elia & jej. c. 5. col. 539. f. *Abraham*, inquit, *immolabat vitulum, butyrum & lac etiam angelis hoſpitibus exhibebat.* Vigil. Tapſ. l. 2. contr. Arium & Sab. *Appoſuit eis menſam*, & *manducaverunt; ipſe verò ſtabat ante ipſos ſub arbore.* Gr. Ἔλαβε δὲ βούτυρον, καὶ γάλα, καὶ τὸ μόσχάριον ὃ ἐποίησε, καὶ παρέθηκεν αὐτοῖς, καὶ ἔφαγον· αὐτὸς δὲ παρειστήκει αὐτοῖς ὑπὸ τὸ δένδρον.

℣. 9. Similiter hab. Auguſt. l. 2. contr. Maxim. to. 8. col. 737. a. *Ubi eſt Sara uxor tua?* Concinit Sedul. Scot. in ep. ad Rom. col. 521. f. & addit: *Ille reſpondit: In taber-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Sup. 17. 19. *Inf.* 21. 1. *Rom.* 9. 9.

10. Cui dixit : Revertens veniam ad te tempore iſto, vita comite, & habebit filium Sara uxor tua. Quo audito, Sara riſit poſt oſtium tabernaculi.

11. Erant autem ambo ſenes, provectæque ætatis, & deſierant Saræ fieri muliebria.

1. *Petr.* 3. 6.

12. Quæ riſit occultè, dicens : Poſtquam conſenui, & dominus meus vetulus eſt, voluptati operam dabo ?

13. Dixit autem Dominus ad Abraham : Quare riſit Sara, dicens : Num verè paritura ſum anus ?

14. Nunquid Deo quidquam eſt difficile ? juxta conditum revertar ad te hoc eodem tempore, vita comite, & habebit Sara filium.

15. Negavit Sara dicens : Non riſi : timore perterrita. Dominus autem : Non eſt, inquit, ita : ſed riſiſti.

16. Cùm ergo ſurrexiſſent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam : & Abraham ſimul gradiebatur, deducens eos.

17. Dixitque Dominus : Num celare potero Abraham quæ geſturus ſum :

18. cùm futurus ſit in gentem magnam, ac robuſtiſſimam, & BENEDICENDÆ ſint in illo omnes nationes terræ ?

Sup. 12. 3. *Inſr.* 22. 18.

19. Scio enim quòd præcepturus ſit filiis ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, ut cuſtodiant viam Domini, & faciant judicium & juſtitiam : ut adducat Dominus propter Abraham omnia quæ locutus eſt ad eum.

20. Dixit itaque Dominus : Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggravatum eſt nimis.

VERSIO ANTIQUA.

10. Et dixit ei : Revertens veniam ad te ad hoc tempus in futurum, & habebit filium Sara uxor tua. Audiens verò hæc Sara, cùm eſſet in oſtio tabernaculi poſt eum. *Hilar. de Trin. 4. 842. c.* *Anon. ap. Proſp. de præd. Dei, l. 1. c. 15. 102. a.*

11. Abraham autem & Sara ſeniores, progreſſi in diebus ; defecerant autem Saræ fieri muliebria. *Aug. quæſt. 35. in Gen. t. 3. 387. c.*

12. Riſit autem Sara in ſemetipſa, dicens : Necdum mihi factum eſt uſque nunc, & dominus meus ſenex eſt. *Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 523. a.*

13. Et dixit Dominus ad Abraham : Quare riſit Sara in ſemetipſa, dicens : Ergo verè pariam ? ego autem ſenui. *Aug. quæſt. 36. in Gen. t. 3. 388. c.*

14. Nunquid impoſſibile eſt à Deo verbum ? in tempore hoc revertar ad te in futurum, & erit Saræ filius. *Hilar. de Trin. 4. 845. a.*

15. Negavit Sara dicens : Non riſi : timuit enim..... *Aug. q. 37. in Gen. t. 3. 388. c.*

16. Exſurgentes autem inde viri, conſpexerunt in faciem Sodomorum & Gomorrhæ : Abraham verò ambulabat cum illis, deducens. *Idem l. 2. cont. Maxim. t. 8. 736. b. c.*

17. Dominus autem dixit : Nunquid celabo ego puero meo Abraham quæ ego facio :

18. Abraham autem fiens fiet, & erit in gentem magnam, & multam, & BENEDICENTUR in eo omnes gentes terræ ? *Tichon. reg. 3. pr. 54. f.*

19 Scio enim quia conſtituet filiis ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, & cuſtodient vias Domini, & facere juſtitiam & judicium : ut adducat Dominus in Abraham omnia quæ locutus eſt ad illum. *Aug. quæſt. 38. in Gen. to. 3. 388. c.*

20. Dixit autem Dominus : Clamor Sodomorum & Gomorrhæ impletus eſt, & peccata eorum magna valde. *Hilar. l. 4. de Trin. 842. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

naculo eſt. Sic etiam Auct. l. de præd. ap. Proſp. l. 1. c. 15. col. 102. a. *Ubi eſt Sara uxor tua ? qui dixit : In tabernaculo eſt.* Gr. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτόν· Ποῦ Σάρρα ἡ γυνή σου ; ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν· Ἰδοὺ ἐν τῇ σκηνῇ.

℣. 10. Auct. l. de præd. ap. Proſp. loco cit. ſic habet : *Dixitque illi Dominus : Revertar ad te hoc tempore opportunè, & habebit Sara filium ;* deinde : *audiens verò*, &c. ut ſup. Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 523. a. *Dixit autem : Revertens veniam ad te in tempore hoc, & in hora, & habebit filium Sara.* Sedul. Scot. in ep. ad Rom. col. 521. f. *Cui dixit : Revertens veniam ad te tempore iſto, & habebit filium Sara uxor tua.* Gr. Εἶπε δέ· Ἐπαναστρέφων ἥξω πρός σε κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον εἰς ὥρας, καὶ ἕξει υἱὸν Σάρρα ἡ γυνή σου· Σάρρα δὲ ἤκουσε πρὸς τῇ θύρᾳ τῆς σκηνῆς, ἥτις ὀπίσω αὐτοῦ. Vide infr. ℣. 14.

℣. 11. Ita rurſum Auguſt. Locut. 58. de Gen. col. 330. a. uſque ad verba, *progreſſi in diebus*, quorum loco, inquit, *Græci* habent : *progreſſi dierum.* Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 5. col. 297. e. *Provectiore ætate jam Sara, juvenilem cuſtodit verecundiam..... defecerant, inquit, Saræ fieri muliebria :* & l. de fug. ſæc. c. 8. col. 436. e. *defecerunt Saræ fieri muliebria.* Gr. Ἀβραὰμ δὲ καὶ Σάρρα πρεσβύτεροι προβεβηκότες ἡμερῶν· ἐξέλιπε δὲ τῇ Σάρρᾳ γίνεσθαι τὰ γυναικεῖα.

℣. 12. Similiter Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 5. col. 297. f. *Riſit autem Sara.* Auct. l. de præd. Dei, ap. Proſp. l. 1. c. 15. p. 102. a. *Riſit intra ſemetipſam, dicens : Nondum factum mihi eſt uſque in hoc tempus, & Dominus meus ſenior eſt.* Gr. Ἐγέλασε δὲ Σάρρα ἐν ἑαυτῇ (Aq. καθ' αὐτῆς), λέγουσα· Οὔπω μέν μοι γέγονεν ἕως τοῦ νῦν· ὁ δὲ Κύριός μου πρεσβύτερος, edit. Compl. πρεσβύτης.

℣. 13. Eadem iterum refert Auguſt. l. 2. contr. Maxim. to. 8. col. 737. b. uſque ad verbum *dicens.* Ita quoque in Gr. niſi excipias ſeqq. τί ὅτι ἐγέλασε Σάρρα ; *quid quòd riſit Sarra ?* & ἆρά γε, *num utique*, pro *ergo.* Hilar. l. 4. de Trin. col. 844. f. legit : *Et dixit Dominus ad Abr. Quare riſit Sara, dicens : Ergo verè paritura ſum ? ego autem ſenui.* Auct. l. de præd. Dei, ap. Proſp. c. 15. p. 102. a. *Ait Dominus ad Abr. Quare riſit Sara intra ſeipſam, dicens : Ergo ego verè pariam, quæ ſenui ?*

℣. 14. Auct. l. de præd. Dei, ap. Proſp. l. 1. c. 15. col. 102. a. legit : *Nunquid nihil poteſt verbum Dei ? Revertar igitur ad te opportunè, & habebit Sara filium.* Ambr. l. 2. de Abr. c. 11. col. 352. d. *Revertar ad te in futurum, & erit Saræ filius.* Fulgent. l. pro fide cathol. p. 540. *Ad hoc tempus veniam, & erit Saræ filius.* Gr. Μὴ ἀδυνατήσει (Mſs. Alex. & Ox. cum edit. Ald. ἀδυνατεῖ) παρὰ τῷ Θεῷ (Mſ. Ox. delet, παρὰ, in edit. Compl. παρὰ Κυρίῳ) ῥῆμα ; εἰς τὸν καιρὸν τοῦτον ἀναστρέψω πρός σε εἰς ὥρας, καὶ ἕξει τῇ Σάρρᾳ υἱός.

℣. 15. Gr. Ἠρνήσατο δὲ Σάρρα, &c. ut in Lat. Ambr. l. 1. de Abr. c. 5. col. 297. f. *Negavit ſe riſiſſe.*

℣. 16. Similia Græc. habet, niſi excipias ultima, συνεπορεύετο μετ' αὐτῶν συμπροπέμπων αὐτούς, *ſimul ambulabat cum eis comitans eos.* Mſ. Cott. delet, αὐτούς, cum Auguſt. Similiter habet Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 6. col. 298. b. *Exſurgentes autem viri, conſpexerunt in faciem Sodomæ & Gomorrhæ.* Gr. Σοδόμων. Vigil. Tapſ. l. 2. contr. Ari. & Sab. *Surgentes inde viri, ibant ad faciem Sodomorum, Abraham autem comitabatur cum eis.*

℣. 17. Hilar. l. 4. de Trin. col. 842. c. *Non celabo ego Abraham puerum meum quæ facturus ſum.* Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 6. col. 298. c. *Non celabo Abraham puerum meum quæ ego faciam.* Vigil. Tapſ. l. 2. contr. Ari. & Sab. *Dixit autem Dominus : Num celabo ego puero meo Abrahæ quæ Sodomis facturus ſum ?* Gr. Ὁ δὲ Κύριος εἶπε· Οὐ μὴ κρύψω ἐγὼ ἀπὸ Ἀβραὰμ τοῦ παιδός μου ἃ ἐγὼ ποιῶ, al. Μὴ κρύψω.

℣. 18. Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 29. col. 443. a. ſimpliciter hab. *Abraham erit in gentem magnam & multam, & benedicentur in eo omnes gentes terræ.* Gr. verò, Ἀβραὰμ δὲ γινόμενος ἔσται εἰς ἔθνος μέγα, &c. ut in Lat.

℣. 19. Editt. Auguſt. loco, & *cuſtodient.....* & *facere*, habent, *ut cuſtodiant.....* & *faciant ;* ſed nullis Mſs. auctoribus. In Gr. ſic : Ἤδειν (Mſ. Cott. εἶδον) γὰρ ὅτι συνταξει τοῖς..... καὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ μετ' αὐτόν. (Mſ. Alex. μεθ' ἑαυτόν·) καὶ φυλάξουσι τὰς..... ποιεῖν (ed. Compl. τοῦ ποιεῖν.....) ὅπως ἂν ἐπαγάγῃ Κύριος ἐπὶ Ἀβραὰμ πάντα ὅσα, &c. ut in Lat.

℣. 20. Eodem modo iterum legit Hilar. l. 9. de Trin. col. 1026. b. excepto uno *Sodoma*, loco *Sodomorum.* Similiter hab. Aug. Locut. 59. de Gen. to. 3. col. 330. a. *Dixit autem Dominus : Clamor Sodomorum & Gomorrhæ impletus eſt, & delicta eorum magna valde :* at l. 2. contr. Maximin. to. 8. col. 737. e. *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus eſt, & peccata eorum magna valde.* Item Hieron. in Zach. 8. to. 3. col. 1751. a. *Clamor Sodomorum & Gom. multiplicatus eſt, & peccata eorum magna ſunt nimis.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Aug. quæst. 39. in Gen. to. 3. 388. e. 21. Descendens ergo videbo, si secundùm clamorem ipsorum venientem ad me, consummantur : si autem non, ut sciam.	21. Descendam & videbo, utrùm clamorem qui venit ad me, opere compleverint : an non est ita, ut sciam.
Idem l. 2. cont. Maxim. t. 8. 737. c. 22. Et conversi inde viri, venerunt in Sodoma : Abraham autem erat adhuc stans ante Dominum.	22. Converteruntque se inde, & abierunt Sodomam : Abraham verò adhuc stabat coram Domino.
23. Et appropians Abraham dixit : Ne simul perdas justum cum impio ; & erit justus tanquam impius ?	23. Et appropinquans ait : Nunquid perdes justum cum impio ?
Anon. ap. Prosp. l. 1. de prad. c. 16. 102. d. 24. Si fuerint quinquaginta justi in civitate, perdes illos ? non remittes omnem locum causâ illorum quinquaginta justorum ?....	24. Si fuerint quinquaginta justi in civitate, peribunt simul ? & non parces loco illi propter quinquaginta justos, si fuerint in eo ?
Hilar. de Trin. 4. 844. c. 25. Nullo modo tu facies hoc verbum, occidere justum cum impio ; & erit justus sicut impius : nequaquam, qui judicas omnem terram, facies hoc judicium.	25. Absit à te, ut rem hanc facias, & occidas justum cum impio, fiatque justus sicut impius, non est hoc tuum : qui judicas omnem terram, nequaquam facies judicium hoc.
Ibid. 842. d. 26. Et dixit Dominus : Si invenero in Sodomis quinquaginta justos in civitate, remittam omni loco propter illos.	26. Dixitque Dominus ad eum : Si invenero Sodomis quinquaginta justos in medio civitatis, dimittam omni loco propter eos.
	27. Respondensque Abraham, ait : Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum, cùm sim pulvis & cinis.
Aug. Locut. 60. t. 3. 330. a. 28..... Et dixit : Quia non perdam, si invenero ibi quadraginta quinque.	28. Quid si minùs quinquaginta justis, quinque fuerint ? delebis, propter quadraginta quinque, universam urbem ? Et ait : Non delebo, si invenero ibi quadraginta quinque.
	29. Rursumque locutus est ad eum : Sin autem quadraginta ibi inventi fuerint, quid facies ? Ait : Non percutiam propter quadraginta.
Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 523. b. 30. Et dixit : Nunquid est, Domine, si loquar ?.....	30. Ne quæso, inquit, indigneris, Domine, si loquar : Quid si ibi inventi fuerint triginta ? Respondit : Non faciam, si invenero ibi triginta.
	31. Quia semel, ait, cœpi, loquar ad Dominum meum : Quid si ibi inventi fuerint viginti ? Ait : Non interficiam propter viginti.
Aug. Locut. 61. col. 330. b. Aug. q. 40. in Gen. t. 3. 389. b. 32.... Nunquid, Domine, si loquar ?.... Si decem ibi invenero, parcam universæ civitati.	32. Obsecro, inquit, ne irascaris, Domine, si loquar adhuc semel : Quid si inventi fuerint ibi decem ? Et dixit : Non delebo propter decem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Auct. l. de præd. ap. Prosp. part. 1. c. 16. p. 102. c. *Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccata eorum valde nimia.* Auct. l. de vita chr. append. Aug. to. 6. *Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum repletus est, & peccata eorum magna vehementer repleta sunt.* Anon. serm. 5. append. Aug. to. 5. col. 12. e. *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ ascendit ad me.* Sic etiam August. ipse, in Job. to. 3. col. 654. b. Ambrosius verò, l. 1. de Abr. c. 6. col. 298. d. ut sup. *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ impletus est.* Gr..... Κραυγὴ Σοδόμων καὶ Γομόρρας πεπλήθυνται πρός με, καὶ ἁμαρτίαι αὐτῶν μεγάλαι σφόδρα. In Mſ. Cott. deest, πρὸς με.

℣. 21. Sic iterum legit August. l. 2. contr. Maximin. to. 8. col. 737. e. usque ad verbum, *consummantur*, cujus loco habet, *consummant*. Tertul. l. 2. contr. Marc. p. 654. b. legit : *Descendens videbo, si secundùm clamorem perveniensem ad me consument ; si verò non, agnoscam.* At Hilar. l. 9. de Trin. col. 1026. b. *Descendam ergo & videbo, si secundùm clamorem eorum consummantur ; quòd si non, ut sciam.* Mſs. tamen tres post *eorum*, addunt, *ad me venientem*, & duo ferunt, *consummabuntur*. Ambros. tum l. 1. de Abr. c. 6. col. 298. e. tum l. 5. de fidè, to. 2. col. 590. b. legit : *Descendam itaque, ut videam secundùm clamorem illorum venientem ad me, si consummabuntur ; sin autem, ut sciam.* Hieron. in Zach. 8. to. 3. col. 1751. a. *Descendens ergo videbo, si juxta clamorem eorum, qui venit ad me, compleant ; sin autem non, ut sciam.* Auct. l. de promiss. ap. Prosp. part. 1. c. 16. p. 102. c. *Descendens videbo, si clamorem qui venit ad me, consummaverint*, (Mſ. 1. *consummabunt ;*) *sin autem, ut sciam.* Anon. denique, serm. 5. append. Aug. to. 5. col. 12. e. *Descendi ergo ut viderem, si sermo qui venit ad me, opere compleatur* (infr. *completus sit ;*) *an non est ita, ut sciam.* Gr. Καταβὰς ἴδν ὄψομαι, εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν, τὴν ἐρχομένην πρός με, συντελοῦνται· (Symm. ἐπετέλεσε τὸ ἔργον·) εἰ δὲ μὴ, ἵνα γνῶ.

℣. 22. Gr. Καὶ ἀποστρέψαντες ἐκεῖθεν, &c. ut in Lat.

℣. 23. Sic etiam in Græco. Nec dissimilia illa quæ habet Auct. l. de promiss. ap. Prosp. l. 1. c. 16. p. 102. d. *Ne perdas pariter justum cum impio ; & erit justus quomode & injustus ?* Ambros. l. 1. de Abr. c. 6. col. 298. f. *Abrahæ petenti, ne simul perderet justos tanquam iniquos*, &c.

℣. 24. Similiter habet Ambr. l. 1. de Abr. c. 6. col. 298. f. *Si fuerint quinquaginta justi in civitate, perdes illos ?* Ita quoque in Gr. deinde sic : οὐκ ἀνήσεις πάντα τὸν τόπον ἕνεκεν τῶν πεντήκοντα δικαίων ; &c. pro quibus Anonym. supra ponit, *non remittes omnem locum causâ illorum*, &c. at in Mſ. Rem. *omni loco causam illorum.*

℣. 25. Eadem rursus habet Hilar. infra, l. 5. col. 862. c. paucis mutatis, scilicet : *Nullo modo facies* (Mſ. quid. *facies) hoc verbum, ut occidas justum cum impio ; & erit justus tanquam impius : nullo modo, qui judicas terram, facies hoc judicium.* Gr. Μηδαμῶς σὺ ποιήσεις ὡς (ed. Compl. delet, σὺ, & ὡς) τὸ ῥῆμα τοῦτο, τοῦ ἀποκτεῖναι (Compl. delet, τοῦ) δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς..... ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν, οὐ ποιήσεις κρίσιν ;

℣. 26. Gr. Εἶπε δὲ Κύριος· Ἐὰν ὦσιν ἐν..... δίκαιοι..... ἀφήσω ὅλην τὴν πόλιν, καὶ πάντα τὸν τόπον δι' αὐτούς. At in Mſ. Alex. ἐὰν εὕρω ἐν..... δικαίους..... ἀφήσω πάντα τὸν τόπον δι' αὐτούς, ut supra apud Hilar. Ambrosius verò l. 1. de Abr. c. 6. col. 299. a. alludens, dicit : *Non perdam civitatem, si fuerint in ea quinquaginta justi, & totum locum servabo.*

℣. 28. Gr.... Καὶ εἶπεν· Οὐ μὴ ἀπολέσω, &c. ut in Lat. at in Mſs. Alex. & Cott. ὅτι ὑ, secundùm quos legit Aug. *quia non perdam ;* addit tamen *superfluum* videri, *quia : Et ideo*, inquit, *in codicibus nonnullis Latinis non legitur.*

℣. 30. Ita in Græco, detracto verbo, *est*, teste etiam Hieronymo.

℣. 32. Græc. Καὶ εἶπε· Μή τι Κύριε ἐὰν λαλήσω ἔτι ἅπαξ ; ἐὰν δὲ εὑρεθῶσιν ἐκεῖ δέκα ; καὶ εἶπεν· Οὐ μὴ ἀπολέσω ἕνεκεν τῶν δέκα. *Et dixit : Nunquid, Domine, si loquar adhuc semel ? sin autem inventi fuerint ibi decem ? & dixit : Non perdam propter decem.* August. ubi sup. *& tamen si ibi inveniantur, parco.* Huc etiam redeunt ista Ambrosii, l. 1. de Abr. c. 6. col. 299. a. *Et sic per ordinem interrogationum, & responsionum vicem, etiamsi decem justos invenerit in civitate, tamen propter paucorum justitiam, impunitatem toti populo promittit.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

33. Abiitque Dominus, poſtquam ceſſavit loqui ad Abraham: & ille reverſus eſt in locum ſuum.

VERSIO ANTIQUA.

33. Abiit autem Dominus poſtquam ceſſavit loquens ad Abraham: & Abraham reverſus eſt ad locum ſuum. *Aug. l. 2. de Trin. t. 8. 784. d.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 33. Eadem refert idem Auguſt. l. 2. contr. Maximin. to. 8. col. 736. d. hoc modo: *Abiit autem Dominus, ut deſiit loqui ad Abr. & Abraham regreſſus eſt in locum ſuum.* Gr. Ἀπῆλθε δὲ ὁ Κύριος, ὡς ἐπαύσατο λαλῶν τῷ..... ἀπέστρεψεν εἰς, &c. ut ſup.

CAPUT XIX.

VULGATA NOVA.

1. VEneruntque duo angeli Sodomam veſpere, & ſedente Lot in foribus civitatis. Qui cùm vidiſſet eos, ſurrexit, & ivit obviam eis: adoravitque pronus in terram, *Heb.* 13. 2.

2. & dixit: Obſecro, domini, declinate in domum pueri veſtri, & manete ibi: lavate pedes veſtros, & manè proficiſcemini in viam veſtram. Qui dixerunt: Minimè, ſed in platea manebimus.

3. Compulit illos oppidò ut diverterent ad eum: ingreſſiſque domum illius fecit convivium, & coxit azyma: & comederunt.

4. Priùs autem quàm irent cubitum, viri civitatis vallaverunt domum à puero uſque ad ſenem, omnis populus ſimul.

5. Vocaveruntque Lot, & dixerunt ei: Ubi ſunt viri qui introierunt ad te nocte? educ illos huc, ut cognoſcamus eos.

VERSIO ANTIQUA.

1. VEnerunt autem duo angeli in Sodomis veſpere; Loth autem ſedebat ad portam Sodomorum. Et cùm vidiſſet eos Loth, ſurrexit in obviam illis, & adoravit in faciem ſuper terram, *Aug. ibid. col. 784. e. f.*

2. & dixit: Ecce, domini, declinate in domum pueri veſtri..... in platea manebimus. *Ambr. de Abr. t. 6. l. 1. 299. e. f.*

3..... *Vide Not.*

4..... Viri autem civitatis Sodomorum circumdederunt domum ab infante uſque ad ſenem, totus populus pariter.

5..... Educ foras viros, ut concumbamus cum eis. *Hieron. in Iſa. 3. t. 3. 38. b.*

VULGATA NOVA.

6. Egreſſus ad eos Lot, poſt tergum occludens oſtium, ait:

7. Nolite, quæſo, fratres mei, nolite malum hoc facere.

VULGATA NOVA.

8. Habeo duas filias, quæ necdum cognoverunt virum: educam eas ad vos, & abutimini eis ſicut vobis placuerit, dummodò viris iſtis nihil mali faciatis, quia ingreſſi ſunt ſub umbra culminis mei.

9. At illi dixerunt: Recede illuc. Et rurſus: Ingreſſus es, inquiunt, ut advena; nunquid ut judices? te ergo ipſum magis quàm hos affligemus. Vimque faciebant Lot vehementiſſimè: *2. Petr. 2. 8.* jamque prope erat ut effringerent fores.

10. Et ecce miſerunt manum viri, & introduxerunt ad ſe Lot, clauſeruntque oſtium.

11. Et eos, qui foris erant, percuſſerunt cæcitate à minimo uſque ad maximum, ita ut oſtium invenire non poſſent. *Sap. 19. 16.*

VERSIO ANTIQUA.

8. Sunt mihi duæ filiæ, quæ non cognoverunt virum: producam illas ad vos, & utimini eis quomodo placuerit vobis, tantùm in viros iſtos ne faciatis iniquum, propterea quia intraverunt ſub tectum tignorum meorum. *Aug. cont. mendac. ad Conſent. t. 6. 458. e.*

10. *Vide Not.*

11. Viros verò, qui erant ad oſtium domûs, percuſſerunt cæcitate..... *Aug. quæſt. 43. in Gen. t. 3. 389. f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic iterum Auguſt. l. 2. contr. Maximin. to. 8. col. 737. d. g. 738. a. *Venerunt autem duo ang. in Sodoma ad veſperam; Lot verò ſedebat juxta portam Sodomor. Videns autem Lot, ſurrexit in obviam illis, & adoravit in faciem in terram.* Similiter in Gr. Ἦλθον δὲ..... εἰς Σόδομα ἑσπέρας..... παρὰ τὴν πύλην Σοδόμων· ἰδὼν δὲ Λὼτ, ἐξανέστη (Mſ. Alex. & Compl. ἀνέστη) εἰς..... τῷ προσώπῳ ἐπὶ τὴν γῆν. Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 6. col. 299. d. legit: *Venerunt autem angeli duo in Sodomam ad veſperam*; deinde ſic: *Sedebat Lot ad portam*: tum, *exſurrexit obviam illis, & adoravit in faciem ſuper terram.* Hilar. l. 4. de Trin. col. 844. d. *Et ut vidit Lot, exſurrexit obviam illis, & adoravit in faciem in terram.*

℣. 2. Hilar. l. 4. de Trin. col. 844. d. *Et dixit: Ecce domini, divertite in domum pueri veſtri.* Itidem Auguſt. l. 2. de Trin. to. 8. col. 784. f. at l. 16. de civit. Dei, c. 29. to. 7. col. 442. d. legit, *declinate*, è Gr. ἐκκλίνατε· ſubinde in eodem Gr. καταλύσομεν, *divertemus*, pro *manebimus.*

℣. 3. Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 6. col. 299. e. *Et coëgit illos divertere.* Gr. Καὶ κατεβιάσατο αὐτούς, &c.

℣. 4. Gr..... Οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως, οἱ Σοδομῖται περιεκύκλωσαν τὴν οἰκίαν ἀπὸ νεανίσκου ἕως πρεσβυτέρου (edit. Compl. πρεσβύτου) ἅπας ὁ λαὸς ἅμα.

℣. 5. Gr..... ἐξάγαγε αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς, ἵνα συγγενώμεθα αὐτοῖς.

℣. 8. Eadem exſtant in Gr. ad verbum, addito, δέ *autem*, poſt *ſunt*, loco tamen, *propterea quia*, hab. οὗ εἰσῆλθον, mel. *quam ob cauſam*, & loco *tectum*, σκέπην, i. e. *tegmen.* Rurſum Auguſt. quæſt. 42. in Gen. to. 3. col. 389. e. legit: *Sunt mihi duæ filiæ, quæ nondum noverunt viros, producam illas ad vos, utimini illis, quomodo placuerit vobis, tantùm in viros iſtos ne faciatis iniquum.* Hieron. quæſt. in Gen. to. 2. col. 523. c. *Ecce duæ filiæ meæ, quæ non cognoverunt virum:* unde Ambroſ. l. 1. de Abr. col. 300. a. ait: *Offerebat ſanctus Lot filiarum pudorem.*

℣. 10. Gr. Ἐκτείναντες δὲ οἱ ἄνδρες τὰς χεῖρας εἰσεσπάσαντο τὸν Λὼτ πρὸς ἑαυτοὺς εἰς τὸν οἶκον, &c. quæ Ambr. l. 1. de Abr. c. 6. col. 300. b. memorat, dicens: *Hoſpitum manibus revocatus eſt ſanctus Lot in domum.*

℣. 11. Ita in Græco, excepto uno, ἐν ἀορασίᾳ, *in cæcitate*; at in Mſ. Alex. ac edit. Ald. deeſt, ἐν. Obſervat etiam ibid. Auguſt. Græcos habere, ἀορασίαν, *quod magis*, inquit, *ſignificat, ſi dici poſſet*, avidentia, *quæ faciat non videri, non omnia, ſed quod non opus eſt. Nam meritò movet quomodo potuerunt deficere, quærendo oſtium, ſi tali erant*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. l. 2. cont. Maximin. t. 8. 738. d.

12. Dixerunt viri ad Loth : Sunt tibi hîc generi, aut filii, aut filiæ ? aut si quis tibi alius est in civitate, educ de loco hoc :

13. quoniam perdimus nos locum hunc, quia exaltatus est clamor eorum ante Dominum, & misit nos Dominus conterere eum.

Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 523. b. Junil. Afric. l. 2. de partib. div. leg. c. 21. p. 348. b.

14. Et locutus est ad generos suos, qui acceperant filias ejus..... Surgite, & exite ex hoc loco : quia conteret Dominus civitatem.....

Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 29. t. 7. 442. d.

16..... Et tenuerunt angeli manum ejus, & manum uxoris ejus, & manus duarum filiarum ejus, in eo quòd parceret Dominus ipsi.

17. Et factum est mox, ut eduxerunt illum foras, & dixerunt : Salvam fac animam tuam : ne respexeris retro, nec steteris in tota regione : in monte salvum te fac, nequando comprehendaris.

Aug. quæst. 44. in Gen. t. 3. 389. g. 340. a.

18. Dixit autem Loth ad illos : Oro, Domine,

19. quia invenit puer tuus misericordiam ante te, & magnificasti justitiam tuam quam facis in me, ut vivat anima mea ; ego autem non possum salvus fieri in monte, ne fortè comprehendant me mala, & moriar.

Idem. l. 2. cont. Maximin. t. 8. 738. f.

21. Et dixit ei : Ecce miratus sum faciem tuam, & super verbum hoc, ne everterem civitatem de qua locutus es.

22. Festina ergo, ut salvus sis ibi : non enim potero facere verbum, donec tu illò introeas.....

Tichon. reg. 7. 67. b.

23. Sol exortus est super terram, & Loth intravit in Segor.

24. Et pluit Dominus super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem à Domino de cœlo :

VULGATA NOVA.

12. Dixerunt autem ad Lot : Habes hîc quempiam tuorum ? generum, aut filios, aut filias, omnes, qui tui sunt, educ de urbe hac :

13. delebimus enim locum istum, eò quòd increverit clamor eorum coram Domino, qui misit nos ut perdamus illos.

14. Egressus itaque Lot, locutus est ad generos suos qui accepturi erant filias ejus, & dixit : Surgite, egredimini de loco isto : quia delebit Dominus civitatem hanc. Et visus est eis quasi ludens loqui.

15. Cùmque esset manè, cogebant eum angeli, dicentes : Surge, tolle uxorem tuam, & duas filias quas habes : ne & tu pariter pereas in scelere civitatis.

16. Dissimulante illo, apprehenderunt manum ejus, & manum uxoris, ac duarum filiarum ejus, eò quòd parceret Dominus illi.

17. Eduxeruntque eum, & posuerunt extra civitatem : ibique locuti sunt ad eum, dicentes : Salva animam tuam : noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione : sed in monte salvum te fac, ne & tu simul pereas. *Sap. 10. 6.*

18. Dixitque Lot ad eos : Quæso, Domine mi,

19. quia invenit servus tuus gratiam coram te, & magnificasti misericordiam tuam quam feciisti mecum, ut salvares animam meam, nec possum in monte salvari, ne fortè apprehendat me malum, & moriar :

20. Est civitas hæc juxta, ad quam possum fugere, parva, & salvabor in ea : nunquid non modica est, & vivet anima mea ?

21. Dixitque ad eum : Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, ut non subvertam urbem pro qua locutus es.

22. Festina, & salvare ibi : quia non potero facere quidquam donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatum est nomen urbis illius Segor. *Sap. 10. 6.*

23. Sol egressus est super terram, & Lot ingressus est Segor.

24. Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem à Domino de cœlo : *Deut. 29. 23. Isa. 13. 19. Jerem. 50. 40. Ezech. 16. 49. Ose. 11. 8. Amos 4. 11. Luc. 17. 28. Jud. 1. 7.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cæcitate percussi, ut omnino nihil viderent. Et verò in Gr. sequitur : Καὶ παρελύθησαν ζητοῦντες τὴν θύραν. Eorundem meminit Ambros. l. 1. de Abr. c. 6. col. 300. b. dicens : *Percusserunt autem illos angeli cæcitate, ut & ostium domûs, quod aperire cupiebant, non reperirent.*

℣. 12. Ita quoque in Græco, addito uno, δὲ, *autem*, verbo *dixerunt*. Vide sis Ambros. l. 1. de Abr. c. 6. col. 300. c.

℣. 13. Optimè de Græco, nisi excipias hoc ult. *conterere eum*, pro quo, ἐκτρίψαι αὐτήν, *exterere*, vel *ad exterendam eam*, supple, *civitatem.*

℣. 14. Itidem Græcè, præter unum, ἐκτρίβει, *disperdit*, pro *conteret*. Gr. addit : ἔδοξε δὲ γελοιάζειν ἐναντίον τῶν γαμβρῶν αὐτοῦ, quæ memorat Ambros. l. 1. de Abr. c. 6. col. 300. d. dicens : *Sed visum est illis quòd derideret eos.*

℣. 16. In Græco primùm : Καὶ ἐταράχθησαν, deinde ut supra in Lat. Aquila, pro ἐταράχθησαν, *turbati sunt*, habet, ἐμέλησεν, *cunctatus est* ; cui lectioni favet Ambr. l. 1. de Abr. c. 6. col. 300. d. dicens : *Et tamen adhuc morabatur Lot, ut persuaderet generis suis ; & penè non esset profectus ut evaderet, nisi urgentibus angelis, & tenentibus manus ejus, egredi coactus esset.*

℣. 17. Eadem rursus habet August. l. 2. contr. Maximin. to. 8. col. 738. e. ab his, *salvam fac animam* : at lib. 2. de Trin. to. 8. col. 785. a. sic legit : *Et factum est, postquam eduxerunt eos foras, dixerunt : Salvans salva animam tuam : ne respexeris retro, neque stes in hac universa regione : in montem vade, & ibi salvaberis, ne fortè comprehendaris.* Similiter Ambros. epist. 29. col. 909. e. hab. *Salvans salva animam tuam.* Item Hieron. epist. 18. ad Eustoch. to. 4. part. 2. col. 27. d. *Ne respexeris retro, nec steteris in omni circa regione ; sed in monte salvum te fac, ne fortè comprehendaris.* In Gr. Καὶ ἐγένετο ἡνίκα ἐξήγαγον αὐτοὺς ἔξω, ἠ εἶπον. Σῴζων σῷζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν· μὴ περιβλέψῃ εἰς τὰ ὀπίσω, μὴ δὲ στῇς ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ· εἰς τὸ ὄρος σῴζου, μήποτε συμπαραλημφθῇς.

℣. 18. Ita etiam idem August. l. 16. de civit. Dei, c. 29. col. 442. d. & l. 2. contr. Maximin. to. 8. col. 738. e. at lib. 2. de Trin. to. 8. col. 785. a. legit, *Rogo*, *Domine*, Gr. Δέομαι Κύριε.

℣. 19. *Quia invenit..... ante te,*] Ita rursus habet August. l. 16. de civit. Dei, c. 29. col. 442. d. & l. 2. contr. Maximin. to. 8. col. 738. e. & l. 2. de Trinit. to. 8. col. 785. a. Græcè ita primùm, ἐπειδὰν εὕρῃς, subinde ὃ ποιεῖς ἐπ' ἐμέ, *quod facis super me*, pro *quam facis in me* ; al. εἰς ἐμέ, & post pauca, οὐ δυνήσομαι, *non potero*, loco *non possum* ; in cæteris magna concordia.

℣. 21. *Et dixit ei :*] Hæc verba de Hieronymo sunt, quæst. Hebr. in Gen. to. 2. col. 523. c. qui addit : *Ecce admiratus sum faciem tuam.* August. verò, l. 16. de civit. Dei, c. 29. col. 442. d. constanter, *miratus sum*, Mss. auctoribus, licet tam hîc, quam l. contr. Maximin. Editt. ibidem ferant, *miseratus sum.* In Gr..... Ἰδοὺ ἐθαυμασά σε τὸ πρόσωπον, καὶ ἐπὶ τῷ ῥήματι τούτῳ, τοῦ μὴ καταστρέψαι, &c. *etiam in verbo hoc, ut non evertam*, &c. ut sup.

℣. 22. Gr. Σπεῦσον οὖν τοῦ σωθῆναι ἐκεῖ· οὐ γὰρ δυνήσομαι ποιῆσαι πρᾶγμα, ἕως τοῦ ἐλθεῖν σε ἐκεῖ, &c. In Mss. Cotton. ἕως οὗ εἰσέλθῃς ἐκεῖ, quam lectionem confirmat August.

℣. 23. Ita in Græco, præter unum, ἐξῆλθεν, *egressus est*, pro *exortus est.*

℣. 24. Ita PP. Lat. magno consensu ; scilicet Iren. seu vet. ejus Interp. l. 3. c. 6. p. 180. c. Tertul. l. contr. Prax. p. 849. b, Novatian. l. de Trin. p. 1043. b. Cypr. l. 3.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
25. & ſubvertit civitates has, & omnem circa regionem, univerſos habitatores urbium, & cuncta terræ virentia.	25. & evertit civitates illas.....	*Vigil. Tapſ. cont. Varim. 728. c.*
Luc. 17. 32. 26. Reſpicienſque uxor ejus poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis.	26..... *Vide Not.*	
Sup. 18. 2. 27. Abraham autem conſurgens manè, ubi ſterat priùs cum Domino,		
28. intuitus eſt Sodomam & Gomorrham, & univerſam terram regionis illius: viditque aſcendentem favillam de terra quaſi fornacis fumum.	28..... & ecce aſcendebat flamma de terra quaſi vapor fornacis.	*Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 523. c.*
29. Cùm enim ſubverteret Deus civitates regionis illius, recordatus Abrahæ, liberavit Lot de ſubverſione urbium in quibus habitaverat.	29..... Cùm contereret Deus omnes civitates in circuitu, commemoratus eſt Deus Abrahæ, & emiſit Loth è medio ſubverſionis, cùm ſubverteret Deus civitates, in quibus inhabitabat in eis Loth.	*Tichon. reg. 7. 67. b.*
30. Aſcenditque Lot de Segor, & manſit in monte, duæ quoque filiæ ejus cum eo (timuerat enim manere in Segor) & manſit in ſpelunca ipſe, & duæ filiæ ejus cum eo.	30. Et aſcendit Loth de Segor, & ſedit in monte, & duæ filiæ ejus cum eo (timuit enim ſedere in Segor).....	*Hieron. quæſt. Hebr. in Gen. t. 2. col. 523. f.*
31. Dixitque major ad minorem: Pater noſter ſenex eſt, & nullus virorum remanſit in terra qui poſſit ingredi ad nos juxta morem univerſæ terræ.	31. Dixit autem major ad minorem: Pater noſter ſenior eſt, & nemo eſt ſuper terram qui intret ad nos ut oportet omni terræ.	*Iren. l. 4. c. 31. 269. b.*
32. Veni, inebriemus eum vino, dormiamuſque cum eo, ut ſervare poſſimus ex patre noſtro ſemen.	32. Veni, potionemus patrem noſtrum vino, & dormiamus cum eo, ut ſuſcitemus de patre noſtro ſemen.	
33. Dederunt itaque patri ſuo bibere vinum nocte illa: Et ingreſſa eſt major, dormivitque cum patre: at ille non ſenſit, nec quando accubuit filia, nec quando ſurrexit.	33..... Et intravit major nata, & dormivit cum patre ſuo nocte illa: & non ſcivit Lot cùm dormiret illa, & cùm ſurgeret.	*Ibid. 268. c.*
34. Altera quoque die dixit major ad minorem: Ecce dormivi heri cum patre meo, demus ei bibere vinum etiam hac nocte, & dormies cum eo, ut ſalvemus ſemen de patre noſtro.		
35. Dederunt etiam & illa nocte patri ſuo bibere vinum, ingreſſaque minor filia, dormivit cum eo: & ne tunc quidem ſenſit quando concubuerit, vel quando illa ſurrexerit.	35..... & non ſcivit cùm dormiſſet ſecum, nec cùm ſurrexiſſet.	*Ibid. 269. a.*
36. Conceperunt ergo duæ filiæ Lot de patre ſuo.	36. Et conceperunt duæ filiæ Lot de patre ſuo.	*Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 524. a. b.*
37. Peperitque major filium, & voeavit no-	37. Et genuit primogenita filium, & voca-	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Teſtim. p. 316. b. Hilar. l. 4. de Trin. col. 842. e. 845. b. & alibi; Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 715. d. Vigil. Tapſ. l. contr. Varim. p. 728. e. 738. b. Nonnulli ſic voces invertunt, & *Dominus pluit*, ut Hilar. Alii, *Pluit Dominus à Domino*, ut Philaſtr. Vigil. Tapſ. & Ambroſ. l. 1. de fide, col. 448. c. e. Quidam, *ignem & ſulphur*, ut Iren. Novatian. & Vigil. Tapſ. Alii, *de cælo à Domino*, ut Cypr. Fulgent. verò, l. de Trin. p. 331. ſic habet: *Pluit Dominus à Domino ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem à Domino.* Ambroſiaſt. col. 306. f. *Et pluit Dominus ſulphur & ignem ſuper Sodomam & Gomorrham à Deo de cælo.* Gr. Καὶ Κύριος ἔβρεξεν ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμορρα θεῖον, καὶ πῦρ παρὰ Κυρίου ἐξ οὐρανοῦ.

℣. 25. Gr. Καὶ κατέστρεψε τὰς πόλεις ταύτας, &c. Eò pariter ſpectant quæ narrat Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 30. col. 443. b. his verbis: *Liberato de Sodomis Lot, & veniente igneo imbre de cælo, tota illa regio impiæ civitatis in cinerem verſa eſt.*

℣. 26. Græca iſta: Καὶ ἐπέβλεψεν ἡ γυνὴ αὐτοῦ εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ἐγένετο στήλη ἁλός, ita reddit Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 30. col. 443. c. *Uxor Lot ubi reſpexit, remanſit, & in ſalem converſa.* Item Optat. l. 3. contr. Donat. p. 66. a. *Lot*, inquit, *& uxorem ejus*, (Mſ. 1. hîc addit, *Molaſſadon*): *quæ poſt ſe attendens, in ſtatuam ſalis mutata eſt.*

℣. 28. Ita de Græco ad verbum. Vide Auguſt. ſupra, ℣. 25.

℣. 29. *Cùm contereret.*] Tichon. in editt. *cùm conteret*, ſed aperto mendo, in Gr. enim ἐν τῷ ἐκτρίψαι, ſicut infra, ἐν τῷ καταστρέψαι, pro quo iidem editt. ferunt, *cùm ſubverteret.* Auguſt. quæſt. 45. in Gen. to. 3. col. 390. b. legit: *Et recordatus eſt Deus Abraham, & exemit Lot de medio ſubverſionis.* Item Locut. 62. de Gen. col. 330. b. addit: *Cùm everteret Dominus civitates, in quibus habitabat in eis.* Gr. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἐκτρίψαι τὸν Θεὸν πάσας τὰς πόλεις τῆς περιοίκου, ἐμνήσθη ὁ Θεὸς τοῦ Ἀβραὰμ καὶ ἐξαπέστειλε, &c. ut ſup. ap. Auguſt. addito, Λώτ, in fine. Eò ſpectant quæ Ambroſ. dicit, l. 1. de Abr. c. 6. col. 300. f. *Filiæ Lot putaverunt, non vicinæ regionis, ſed totius orbis fuiſſe excidium.*

℣. 30. Auguſt. quæſt. 46. in Gen. to. 3. col. 390. b. c. *Aſcendit autem Lot de Segor, & ſedebat in monte*; & poſt pauca: *timuit enim habitare in Segor.* Gr. Ἀνέβη δὲ Λὼτ ἐκ Σηγὼρ καὶ ἐκάθητο ἐν τῷ ὄρει αὐτὸς, καὶ αἱ..... ἐφοβήθη γὰρ κατοικῆσαι ἐν Σηγὼρ, &c. In Mſ. Alex. deeſt, αὐτός, poſt ὄρει.

℣. 31. Græc. Εἶπε δὲ ἡ πρεσβυτέρα πρὸς τὴν νεωτέραν· Ὁ πατὴρ ἡμῶν πρεσβύτερος, καὶ οὐδεὶς..... ὃς εἰσελεύσεται πρὸς ἡμᾶς, ὡς καθήκει πάσῃ τῇ γῇ.

℣. 32. Gr. Δεῦρο, καὶ ποτίσωμεν..... οἶνον, καὶ κοιμηθῶμεν ..... καὶ ἐξαναστήσωμεν ἐκ, &c. ut in Lat. Mſs. 2. Iren. cum editt. 3. ferunt ſimiliter, & *ſuſcitemus.* Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 6. col. 300. f. 301. a. huc reſpiciens, dicit, filias Lot, *ne genus deficeret humanum, paternum petiiſſe concubitum, ut ſemen generationis humanæ de patre ſuo reſuſcitarent.*

℣. 33. In Græco..... Καὶ εἰσελθοῦσα ἡ πρεσβυτέρα ἐκοιμήθη μετὰ..... καὶ οὐκ ᾔδει ἐν τῷ κοιμηθῆναι αὐτὸν, καὶ ἐν τῷ ἀναστῆναι, Mſ. verò Alex. cum edit. Ald. αὐτὴν, καὶ ἀναστῆναι, quæ lectio textui Iren. favet. Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 6. col. 301. a. alludens, ait: *Inebriatus enim vino, quid gereret neſciebat.*

℣. 35. Græc..... Καὶ οὐκ ᾔδει ἐν τῷ κοιμηθῆναι αὐτὸν, (Mſ. Alex. αὐτὴν) καὶ ἀναστῆναι. Hieron. quæſt. Hebr. in Gen. to. 2. col. 524. a. *Et neſcivit cùm dormiſſet cum eo, & cùm ſurrexiſſet ab eo.*

℣. 36. Sic etiam in Græco.

℣. 37. Gr. Καὶ ἔτεκεν ἡ πρεσβυτέρα υἱὸν, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Μωὰβ, λέγουσα· Ἐκ τοῦ πατρός μου· οὗτος πατὴρ Μωαβιτῶν ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. *Et peperit ſenior filium*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 524. a. b.

vit nomen ejus Moab : iſte eſt pater Moabitarum uſque in hanc diem.

38. Et minor & ipſa peperit filium, & vocavit nomen ejus Ammon, id eſt, filius generis mei : ipſe eſt pater filiorum Ammon.....

VULGATA NOVA.

men ejus Moab : ipſe eſt pater Moabitarum uſque in præſentem diem.

38. Minor quoque peperit filium, & vocavit nomen ejus Ammon, id eſt, filius populi mei : ipſe eſt pater Ammonitarum uſque hodie.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& vocavit nomen ejus Moab, dicens : De patre meo : iſte pater Moabitarum uſque in hodiernum diem.

℣. 38. *Filius generis mei.*] Hieron. in textu habet, *filius populi mei ;* ſed cùm in conſequentibus dicat : *Ammon quaſi cauſa nominis redditur, filius generis mei, ſive, ut melius eſt in Hebræo, filius populi mei*, priorem lectionem prætuli, quæ eſt LXX. Ita enim ferunt : Ἔτεκε δὲ καὶ ἡ νεωτέρα υἱὸν, καὶ ἐκάλεσε τὸ..... Ἀμμὰν, λέγουσα, Υἱὸς γένους μου ἐστὶν πάλαι Ἀμμανιτῶν, &c.

CAPUT XX.

VERSIO ANTIQUA.

1..... *Vid. Not.*

Aug. quæſt. 48. in Gen. t. 3. 390. c.

2. Dixit autem Abraham de Sara uxore ſua : Soror mea eſt : timuit enim dicere : Uxor mea eſt : ne fortè occiderent eum viri civitatis propter illam.....

Ambr. l. 1. de Abr. c. 7. 301. f.

3..... Ecce tu morieris propter mulierem..... hæc autem commoratur cum viro.

Ambroſiaſt. 223. f.

4..... Dòmine, nunquid gentem ignorantem perdes ?

5..... *Vide Not.*

Ambr. l. 1. de Abr. c. 7. 302. b.

6..... Et ego cognovi quoniam puro corde feciſti hoc : & peperci tibi ut non peccares in me, propter hoc non ſum paſſus te tangere illam.

Auct. op. imp. in Matth. hom. 1. p. 32. b.

7..... Quoniam propheta eſt : & orabit pro te, & ſalvus eris tu, & domus tua.

VULGATA NOVA.

1. PRofectus inde Abraham in terram auſtralem, habitavit inter Cades & Sur : & peregrinatus eſt in Geraris.

2. Dixitque de Sara uxore ſua : Soror mea eſt. Miſit ergo Abimelech rex Geraræ, & tulit eam.

3. Venit autem Deus ad Abimelech per ſomnium nocte, & ait illi : En morieris propter mulierem quam tuliſti : habet enim virum.

4. Abimelech verò non tetigerat eam, & ait : Domine, num gentem ignorantem & juſtam interficies ?

5. Nonne ipſe dixit mihi : Soror mea eſt : & ipſa ait : Frater meus eſt ? in ſimplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum, feci hoc.

6. Dixitque ad eum Deus : Et ego ſcio quòd ſimplici corde feceris : & ideò cuſtodivi te ne peccares in me, & non dimiſi ut tangeres eam.

7. Nunc ergo redde viro ſuo uxorem, quia propheta eſt : & orabit pro te, & vives : ſi autem nolueris reddere, ſcito quòd morte morieris tu, & omnia quæ tua ſunt.

VULGATA NOVA.

8. Statimque de nocte conſurgens Abimelech, vocavit omnes ſervos ſuos : & locutus eſt univerſa verba hæc in auribus eorum, timueruntque omnes viri valde.

9. Vocavit autem Abimelech etiam Abraham, & dixit ei : Quid feciſti nobis ? quid peccavimus in te, quia induxiſti ſuper me & ſuper regnum meum peccatum grande ? quæ non debuiſti facere, feciſti nobis.

10. Rurſumque expoſtulans, ait : Quid vidiſti, ut hoc faceres ?

11. Reſpondit Abraham : Cogitavi mecum, dicens : Forſitan non eſt timor Dei in loco iſto : & interficient me propter uxorem meam :

VERSIO ANTIQUA.

Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 30. t. 7. 443. d.

12. etenim verè ſoror mea eſt de patre, ſed non de matre.....

VULGATA NOVA.

12. aliàs autem & verè ſoror mea eſt, filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in uxorem. *Sup. 12. 13.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. ſub finem habet : Ἀβραὰμ..... παρῴκησεν ἐν Γεράροις· quò ſpectant iſta Auguſtini, l. 16. de civit. Dei, c. 30. col. 443. c. *Inde rurſus Abraham fecit in Geraris apud regem civitatis illius Abimelech, quod in Ægypto de conjuge fecerat, eique intacta ſimiliter reddita eſt.*

℣. 2. Ita in Græco, excepta voce, Σάῤῥας, præponitur etiam ὅτι, *quia*, vocibus *ſoror*, & *uxor ;* ſed ab aliquot codd. Gr. abeſt ὅτι· ſub finem quoque adduntur ſeqq. ἀπέστειλε δὲ Ἀβιμέλεχ βασιλεὺς Γεράρων, καὶ ἔλαβε τὴν Σάῤῥαν· quæ Ambr. l. 1. de Abr. c. 7. col. 301. f. memorat, dicens : *Tentatur Saræ pudicitia..... nam & Abimelech in uxorem ſibi eam ſumpſerat.*

℣. 3. Sic pergit Ambroſ. *Et dixit ei in nocte Deus : Ecce tu morieris*, &c. ut ſup. Similiter habet Aug. quæſt. 49. in Gen. to. 3. col. 390. d. e. *Ecce tu morieris.* Gr. Καὶ εἰσῆλθεν ὁ Θεὸς πρὸς Ἀβιμέλεχ ἐν ὕπνῳ τὴν νύκτα, καὶ εἶπεν, &c. ut in Lat. tum addit : ἧς ἔλαβες· αὕτη δέ ἐστι συνῳκηκυῖα ἀνδρί, *quam accepiſti ; iſta verò eſt cohabitans viro.*

℣. 4. Similiter Auct. quæſt. Vet. & N. Teſt. ap. Aug. ℣. 3. quæſt. 67. col. 69. b. *Nunquid gentem ignorantem perdes ?* Græc..... Κύριε, ἔθνος ἀγνοοῦν καὶ δίκαιον ἀπολεῖς ;

℣. 5. In Gr. ſic : Οὐκ αὐτός μοι εἶπεν, ἀδελφή μου ἐστί, &c. quò ſpectant illa Ambroſii, l. 1. de Abr. col. 302. b. *Cùm prætenderet Abimelech quòd uxorem alienam eſſe ignoraverit, quam ſororem eſſe vir ipſe ſuam dixerit, reſpondit ei Dominus*, &c. ut ℣. ſeq.

℣. 6. Auguſt. quæſt. 52. in Deuteron. to. 3. col. 576. f. legit : *Scio quia in mundo corde feciſti hoc :* tum infr. quæſt. 55. col. 577. g. *propterea peperci tibi, ne peccares in me :* at quæſt. 49. in Gen. col. 390. d. e. hab. cum Ambroſ. & *peperci tibi, ut non peccares in me.* Græc..... Κἀγὼ ἔγνων ὅτι ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ ἐποίησας τοῦτο, καὶ ἐφεισάμην σου τοῦ μὴ ἁμαρτεῖν σε εἰς ἐμέ· ἕνεκα τούτου οὐκ ἀφῆκά σε ἅψασθαι αὐτῆς.

℣. 7. Ita in Græco eſt, exceptis his : *Et ſalvus eris tu, & domus tua*, pro quibus ſimpliciter hab. Καὶ ζήσῃ, & *vives.*

℣. 12. Similiter habet Hieron. quæſt. Hebr. in Gen. to. 2. col. 524. b. *Etenim verè ſoror mea eſt de patre, ſed non ex matre.* Nec aliter in Græco.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

13. Poſtquam autem eduxit me Deus de domo patris mei, dixi ad eam: Hanc miſericordiam facies mecum: In omni loco, ad quem ingrediemur, dices quòd frater tuus ſim. *Inf.* 21. 23.

14. Tulit igitur Abimelech oves & boves, & ſervos & ancillas, & dedit Abraham: reddiditque illi Saram uxorem ſuam,

VERSIO ANTIQUA.

13..... In omni loco, ubi intraverimus ibi..... *Aug. Locut.* 63. *t.* 3. 330. *b.*

14..... *Vid. Not.*

VULGATA NOVA.

15. & ait: Terra coram vobis eſt, ubicunque tibi placuerit habita.

16. Saræ autem dixit: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum ſunt, & quocunque perrexeris: mementoque te deprehenſam.

VULGATA NOVA.

17. Orante autem Abraham, ſanavit Deus Abimelech & uxorem, ancillaſque ejus, & pepererunt:

18. concluſerat enim Dominus omnem vulvam domûs Abimelech propter Saram uxorem Abrahæ.

VERSIO ANTIQUA.

17. 18. *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 13. Græc..... εἰς πάντα τόπον οὗ ἐὰν εἰσέλθωμεν ἐκεῖ, &c. *ad omnem locum quocunque ingreſſi fuerimus illuc.*

℣. 14. Græc. Ἔλαβε δὲ Ἀβιμέλεχ χίλια δίδραγμα, καὶ προβατα..... καὶ ἔδωκε τῷ Ἀβραάμ· καὶ ἀπέδωκεν αὐτῷ Σάρραν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. Horum meminit Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 7. col. 302. e. dicens: *Statim vocavit Abraham, uxorem ſuam ei reddidit, pretio ſe ipſe multavit*, &c.

℣℣. 17. 18. Huc redeunt quæ Ambroſ. narrat, l. 1. de Abr. c. 7. col. 302. e. *Abraham pro eo* (Abimelech) *rogavit & impetravit. Peperit enim & uxor ejus, & ancilla ejus, quas ante concluſerat Deus propter Saram uxorem Abrahæ*, pro quibus in Græco: Προσηύξατο δὲ Ἀβραὰμ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ ἰάσατο ὁ Θεὸς τὸν Ἀβιμέλεχ, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὰς παιδίσκας αὐτοῦ· καὶ ἔτεκον.

℣. 18. Ὅτι συγκλείων συνέκλεισε Κύριος ἔξωθεν πᾶσαν μήτραν ἐν τῷ οἴκῳ Ἀβιμέλεχ, ἕνεκεν Σάρρας τῆς γυναικὸς Ἀβραάμ.

CAPUT XXI.

VULGATA NOVA.

1. VIſitavit autem Dominus Saram ſicut promiſerat: & implevit quæ locutus eſt. *Sup.* 17. 19. 18. 10.

2. Concepitque & peperit filium in ſenectute ſua, tempore quo prædixerat ei Deus. *Gal.* 4. 23. *Heb.* 11.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET Dominus viſitavit Saram ſicut dixit: & fecit Deus Saræ ſicut locutus eſt. *Hilar. l.* 4. *de Trin. col.* 842. *e.* 844. *a. b.*

2. Et concepit & peperit Sara Abrahæ filium in ſenectute ſua, & in tempore, ſicut locutus eſt illi Dominus.

VULGATA NOVA.

3. Vocavitque Abraham nomen filii ſui, quem genuit ei Sara, Iſaac:

4. & circumcidit eum octavo die, ſicut præceperat ei Deus, *Sup.* 17. 10. *Matth.* 1. 2.

VULGATA NOVA.

5. cùm centum eſſet annorum: hac quippe ætate patris, natus eſt Iſaac.

6. Dixitque Sara: Riſum fecit mihi Deus: quicunque audierit, corridebit mihi.

7. Rurſumque ait: Quis auditurum crederet Abraham, quòd Sara lactaret filium, quem peperit ei jam ſeni?

8. Crevit igitur puer, & ablactatus eſt: fecitque Abraham grande convivium in die ablactationis ejus.

9. Cùmque vidiſſet Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Iſaac filio ſuo, dixit ad Abraham:

VERSIO ANTIQUA.

5. Genitus eſt autem Abrahæ filius Iſaac, cùm eſſet annorum centum. *Ambr. l.* 1. *de Abr. c.* 7. *col.* 303. *a. b. c.*

6. Dixit & Sara: Riſum mihi fecit Dominus: quicunque enim audierit, congratulabitur mihi.

7. Et dixit Sara: Quis annuntiabit Abrahæ, quoniam lactet infantem Sara?.....

8..... fecit autem Abraham cœnam magnam, qua die ablactatus eſt Iſaac filius ejus.

9. Et vidit Sara filium Agar Ægyptiæ, quem peperit Abrahæ, ludentem cum Iſaac filio ſuo: & dixit ad Abraham: *Hieron. quæſt. Hebr. t.* 2. 524. *b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. In Gr. conſtanter, Σάρρα, loco *Saram*, & *Saræ*, item Κύριος, *Dominus*, non *Deus*: cætera congruunt cum Lat.

℣. 2. Græc. Καὶ συλλαβοῦσα, ἔτεκε τῷ Ἀβραὰμ υἱὸν εἰς τὸ γῆρας, εἰς τὸν καιρόν, &c. ut in Lat. Mſ. Alex. ac edit. Ald. addunt, Σάρρα, poſt ἔτεκε, cum Hilario.

℣. 5. Ambroſ. hæc verba citare videtur ex memoria, ſic enim habentur Græcè: Καὶ Ἀβραὰμ (Mſ. Alexand. Ἀβραὰμ δὲ) ἦν ἑκατὸν ἐτῶν, ἡνίκα ἐγένετο αὐτῷ Ἰσαὰκ ὁ υἱὸς αὐτοῦ. *Et Abraham*, vel *Abraham autem erat centum annorum, cùm factus eſt ei Iſaac filius ejus.*

℣. 6. Concinit Hieron. comment. in Mich. 4. to. 3. col. 1528. a. Nec etiam differt Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 30. col. 443. f. niſi quòd pro *congratulabitur*, habet *congaudebit*, in Gr. συγχαρεῖται. Auguſt. etiam ſcribit *Sarra*, in Græco, εἶπε δὲ Σάρρα.

℣. 7. In Græco deeſt *Sara*, poſt *dixit*; ſubinde pro *lactet*, habetur θηλάζει, *lactat*, & in fine conſtanter Σάρρα, non *Sara*.

℣. 8. Gr..... Καὶ ἐποίησεν Ἀβραὰμ δοχὴν μεγάλην, &c. ut in Lat. *Et fecit Abr. convivium magnum.* Hilar. in Pſal. 130. col. 443. f. legit, *cœnam*, cum Ambr. *Ablactato*, inquit, *Iſaac, accepimus Abraham feciſſe cœnam.* At Auguſt. quæſt. 50. in Gen. to. 3. col. 390. e. hab. *epulum: Quæritur*, inquit, *cur Abraham, nec die quo natus eſt ei filius, nec die quo circumciſus eſt, ſed die quo ablactatus eſt, epulum fecerit.*

℣. 9. In Græc. Ἰδοῦσα δὲ Σάρρα, *cùm vidiſſet autem Sarra*; ſubinde ſic, ὃς ἐγένετο, *qui factus eſt*, loco *quem peperit*; cætera quadrant. Obſervat ibid. Hieron. hæc verba, *cum Iſaac filio ſuo*, non haberi in Hebræo. Apud Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 7. col. 303. d. ſic: *Vidit ancillæ filium*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ambr. l. 1. de Abr. 303. *d.* 10. Ejice ancillam, & filium ejus : non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac.	10. Ejice ancillam hanc, & filium ejus : non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. *Gal.* 4. 30.
11..... *Vide Not.*	11. Durè accepit hoc Abraham pro filio ſuo.
Amb. ibid. 303. *e.* 12. Dixit autem Deus Abrahæ : Non ſit durum ante te de puero, & de ancilla : omnia quæcunque dixerit tibi Sara, audi vocem ejus : quoniam in Iſaac vocabitur tibi ſemen.	12. Cui dixit Deus : Non tibi videatur aſperum ſuper puero, & ſuper ancilla tua : omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem ejus : quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen. *Rom.* 9. 7.
Aug. l. 16. *de civ. Dei, c.* 32. *t.* 7. 444. *b.* 13. Filium autem ancillæ hujus in magnam gentem faciam illum, quia ſemen tuum eſt.	13. Sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia ſemen tuum eſt. *Heb.* 11. 18.
Aug. quæſt. 53. *in Gen. t.* 3. 391. *a.* 14. Surrexit autem Abraham manè, & ſumpſit panes, & utrem aquæ, & dedit Agar, & impoſuit in humeros, & puerum, & dimiſit illam.....	14. Surrexit itaque Abraham manè, & tollens panem & utrem aquæ, impoſuit ſcapulæ ejus, tradiditque puerum, & dimiſit eam. Quæ cùm abiiſſet, errabat in ſolitudine Berſabee.
Ibid. quæſt. 54. 391. *d.* 15. Defecit autem aqua de utre, & projecit puerum ſub unam abietem.	15. Cùmque conſumpta eſſet aqua in utre, abjecit puerum ſubter unam arborum, quæ ibi erant.
16. Et diſceſſit, & ſedere cœpit contra illum longè quantùm arcus mittit ; dixit enim : Non videbo mortem filii mei : & ſedit contra eum. Exclamans autem puer, ploravit.	16. Et abiit, ſeditque è regione procul quantùm poteſt arcus jacere ; dixit enim : Non videbo morientem puerum : & ſedens contra, levavit vocem ſuam & flevit.
17. Et exaudivit Deus vocem pueri de loco ubi erat : & vocavit Angelus Dei Agar de cœlo, & dixit ei : Quid eſt Agar ? noli timere : exaudivit enim Deus vocem filii tui de loco in quo eſt.	17. Exaudivit autem Deus vocem pueri : vocavitque Angelus Dei Agar de cœlo, dicens : Quid agis Agar ? noli timere : exaudivit enim Deus vocem pueri de loco in quo eſt.
18. Surge, & accipe puerum, & tene illum in manu tua : in magnam enim gentem faciam illum.	18. Surge, tolle puerum, & tene manum illius : quia in gentem magnam faciam eum.
Aug. Locut. 64. *t.* 3. 330. *b.* 19. Et aperuit Deus oculos ejus, & vidit Deus	19. Aperuitque oculos ejus Deus : quæ vi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Ludentem cum filio ſuo Iſaac. Item apud Auguſt. ſer. 3. to. 5. col. 10. e. *Et factum eſt cùm luderet Iſmaël, & Iſaac, vidit eos ludentes.* Ap. Tichon. reg. 3. col. 55. h. *Ludebat Iſmaël cum Iſaac.*

℣. 10. Eadem iterum legit Ambroſ. & l. 2. de Abr. c. 10. col. 345. f. & epiſt. 33. col. 921. d. Ita quoque epiſt. 77. col. 1089. e. præter unum, *expelle*, pro *ejice* ; ſic etiam in Pſ. 43. col. 910. b. & l. de Iſaac, c. 1. col. 355. c. Auguſtinus autem tum quæſt. 52. in Gen. to. 3. col. 390. f. tum ſer. 3. to. 5. col. 10. g. conſtanter legit, *Ejice ancillam & filium ejus ; non enim hæres erit*, &c. ut ſup. Concinit Gaud. Brix. l. de Machab. col. 967. h. Solus Hieron. quæſt. Hebr. in Gen. to. 2. col. 524. c. poſt *ejice*, hab. *ancillam hanc cum filio ſuo* ; reliqua ut ſup. Sed l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. col. 282. f. tollit, *hanc*, additque, *& filium ejus ; non enim hæreditabit filius ancillæ*, &c. ut ſup. Apud Junil. Afric. l. 5. de part. div. leg. c. 21. col. 347. h. *Ejice ancillam hanc & filium ejus ; non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.* In Græc. Καὶ εἶπε τῷ Ἀβραάμ. Ἔκβαλε τὴν παιδίσκην ταύτην, καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς· οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσει ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης ταύτης μετὰ τοῦ υἱοῦ μου Ἰσαάκ. Sed edit. Compl. ταύτην delet, ſicut Mſ. Alex. ταύτης.

℣. 11. Græc. ſic pergit : Σκληρὸν δὲ ἐφάνη τὸ ῥῆμα σφόδρα ἐναντίον Ἀβραὰμ περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ· quæ Ambroſ. l. 1. de Abr. col. 303. d. exprimit, dicens : *Durum hoc viſum Abrahæ erat, ut ejiceret filium ſuum.*

℣. 12. Eadem ſunt in Gr. verbum pro verbo. Eademque iterum refert Ambroſ. epiſt. 33. col. 921. e. ab his : *Omnia quæcunque tibi dixerit Sarra, audi vocem ejus, quoniam*, &c. at l. de inſtitut. virg. to. 2. col. 256. f. ſcribit : *Audi Sarai uxorem tuam :* lib. verò 2. de Abr. c. 5. col. 321. a. *Audi Saram uxorem tuam :* & infr. c. 9. col. 340. b. nec non epiſt. 72. col. 1077. b. addit : *In Iſaac erit ſemen tuum.* Ambroſiaſt. ut ſup. *In Iſaac vocabitur tibi ſemen.* Similiter Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 32. col. 444. b. & ſer. 2. to. 5. col. 5. d. Hieron. quoque l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. col. 283. a. legit cum Ambroſ. *Non durum ſit coram te de puero & ancilla : omnia quæ dixerit tibi Sara*, &c. ut ſup.

℣. 13. Gr. ita incipit : Καὶ τὸν υἱὸν δὲ, *ſed & filium ;* reliqua ut in Lat. ad verbum. Similiter Hieron. quæſt. Hebr. in Gen. to. 2. col. 525. b. *Sed & filium ancillæ tuæ in gentem magnam faciam.*

℣. 14. Ita in Græco, exceptis his : Καὶ ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸν ὦμον αὐτῆς τὸ παιδίον, *& impoſuit ſuper humerum ejus puerum.* Similiter Hieronym. quæſt. Hebr. to. 2. col. 524. c. *Et ſumpſit panes, & utrem aquæ ; & dedit Agar, ponens ſuper humerum ejus, & parvulum ; & dimiſit eam.* Sequitur in Græco : Ἀπελθοῦσα δὲ ἐπλανᾶτο κατὰ τὴν ἔρημον, κατὰ τὸ φρέαρ τῦ ὅρκυ· unde Auguſt. ibid. col. 392. a. *Agar enim de Abrahæ domo expulſa cum filio, juxta puteum jurationis errabat.* Hieron. autem & Auguſt. ubi ſup. non credunt Iſmaëlem jam adoleſcentem *matris ſediſſe cervicibus. Poſuit ergo*, inquit Hieron. *Abraham panes & utrem ſuper humerum Agar ; & hoc facto, dedit puerum matri, hoc eſt, in manus ejus tradidit, commendavit, & ita emiſit è domo.* Similiter Auguſt. loco cit. *Dedit Abraham matri ejus panes & utrem, quæ illa impoſuit in humeros ſuos. Cùm autem adjunctum & dictum eſt* : & puerum ; *ſubaudimus, dedit, qui panes & utrem dederat ; non in humeros impoſuit.* Hæc etiam explicatio confirmatur his quæ leguntur infra, ℣. 18. *Surge, & accipe puerum, & tene illum in manu tua*, &c. al. *tene manum ejus. Ex quo manifeſtum eſt*, inquit Hieron. infra, *eum qui tenetur, non oneri matri fuiſſe, ſed comitem.*

℣. 15. Itidem Græcè. Apud Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 525. a. ſic : *Et projecit puerum ſubter abietem.*

℣. 16. Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 525. a. *Et abiens ſedit de contra longè, quaſi jactu ſagittæ ; dixit enim : Non videbo mortem parvuli mei ; & ſedit contra eum. Exclamavit puer, & flevit.* Similiter hab. Auguſt. ubi ſup. *flevit puer.* Gr. Ἀπελθοῦσα δὲ ἐκάθητο ἀπέναντι αὐτῦ μακρόθεν, ὡσεὶ τόξου βολήν· εἶπε γὰρ, Οὐ μὴ ἴδω τὸν θάνατον τοῦ παιδίου μου..... ἀναβοήσασα δὲ τὸ παιδίον ἔκλαυσεν. At in Mſ. Cotton. ἀνεβόησεν δὲ..... καὶ ἔκλαυσεν· quam lectionem confirmat Hieron.

℣. 17. Similiter in Græco, exceptis his : εἰσήκουσε δὲ, *exaudivit autem ;* & poſt pauca : μὴ φοβῦ, ἐπακήκοε γὰρ..... τοῦ παιδίου (Mſ. Alex. addit, ου) ἐκ τοῦ τόπου οὗ ἐστιν. *Ne timeas, exaudivit enim..... pueri (tui) de loco ubi eſt.* Hilar. l. 4. de Trin. col. 842. f. 843. a. *Et exaudivit Dominus Deus vocem pueri, ubi erat ; & vocavit angelus Dei Agar de cœlo, & dixit ei : Quid eſt Agar ? noli timere ; exaudivit enim Deus vocem pueri de loco, in quo eſt.* Mſs. tamen tres initio ferunt, *& audivit :* editt. verò, *& ecce exaudivit.* Hieron. quæſt. Hebr. in Gen. to. 2. col. 525. a. *Et audivit Deus vocem pueri de loco ubi erat ; & dixit angelus Dei ad Agar de cœlo.*

℣. 18. Hieron. quæſt. Hebr. in Gen. col. 525. c. *Surge, & tolle puerum, & tene manum ejus.* Hilar. l. 4. de Trin. col. 843. a. *Surge, & accipe puerum, & tene manum ejus ; in gentem enim magnam faciam eum.* Ita quoque in Græco, exceptis his : Καὶ κράτησον τῇ χειρί σου αὐτό, *& tene manu tua illum ;* in edit. tamen Compl. & apud Chryſoſt. hom. 46. κράτησον τῆς χειρὸς αὐτοῦ, ut Hilar. & Hieron. ſupra. Vid. Not. ad ℣. 14. ſup.

℣. 19. Similiter in Græco, præter vocem *Deus*, quæ deeſt poſt *vidit* : cur autem addatur hîc, *Deus*, ab Auguſt.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

dens puteum aquæ, abiit, & implevit utrem, deditque puero bibere.

VERSIO ANTIQUA.

puteum aquæ vivæ.....

VULGATA NOVA.

20. Et fuit cum eo : qui crevit & moratus est in solitudine, factusque est juvenis sagittarius.

21. Habitavitque in deserto Pharan, & accepit illi mater sua uxorem de terra Ægypti.

VULGATA NOVA.

22. Eodem tempore dixit Abimelech, & Phicol princeps exercitus ejus, ad Abraham : Deus tecum est in universis quæ agis.

23. Jura ergo per Deum, ne noceas mihi, & posteris meis, stirpique meæ ; sed juxta misericordiam, quam feci tibi, facies mihi, & terræ in qua versatus es advena.

Sup. 20. 13.

VERSIO ANTIQUA.

22. Factum est autem in tempore illo, & dixit Abimelech, & Ochozath pronubus ejus, & Phichol princeps exercitus ejus.....

23..... & terra quam inhabitasti in ea.

Aug. quæst. 55. in Gen. t. 3. 391. g. Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 525. b.

Aug. Locut. 65. t. 3. 330. b.

VULGATA NOVA.

24. Dixitque Abraham : Ego jurabo.

25. Et increpavit Abimelech propter puteum aquæ quem vi abstulerant servi ejus.

26. Respondit que Abimelech : Nescivi quis fecerit hanc rem : sed & tu non indicasti mihi, & ego non audivi præter hodie.

VULGATA NOVA.

27. Tulit itaque Abraham oves & boves, & dedit Abimelech : percusseruntque ambo fœdus.

VERSIO ANTIQUA.

27..... & dispositerunt ambo testamentum.

Aug. Locut. 66. t. 3. 330. c.

VULGATA NOVA.

28. Et statuit Abraham septem agnas gregis seorsum.

29. Cui dixit Abimelech : Quid sibi volunt septem agnæ istæ, quas stare fecisti seorsum ?

VULGATA NOVA.

30. At ille : Septem, inquit, agnas accipies de manu mea : ut sint mihi in testimonium, quoniam ego fodi puteum istum.

31. Idcirco vocatus est locus ille Bersabee : quia ibi uterque juravit.

32. Et inierunt fœdus pro puteo juramenti.

33. Surrexit autem Abimelech, & Phicol princeps exercitus ejus, reversique sunt in terram Palæstinorum. Abraham verò plantavit nemus in Bersabee, & invocavit ibi nomen Domini Dei æterni.

VERSIO ANTIQUA.

30. Et dixit : Septem oves has accipies à me : ut sint in testimonium mihi, quia ego fodi puteum istum.

31. Ideo cognominavit nomen loci illius, Puteus juramenti : quia ibi juraverunt ambo.

33..... *Vide Not.*

Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 525. b.

34. Et fuit colonus terræ Palæstinorum diebus multis.

34. Et habitavit Abraham in terra Philistinorum.....

Ibid. 525. c.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

me fugit, ipse enim quæst. 55. in Gen. to. 3. col. 392. b. ait : *Ipse est puteus, quem apertis oculis vidit Agar.*

℣. 22. Item in Græco.

℣. 23. *Et terra,*] scribendum *terræ* ; nam in Gr. sic : Καὶ τῇ γῇ ᾗ σὺ παροίκησας ἐν αὐτῇ.

℣. 27. Itidem in Græco.

℣. 30. Gr. Καὶ εἶπεν Ἀβραάμ. Ὅτι τὰς ἑπτὰ ἀμνάδας λήψῃ, &c. ut in Lat. In ed. Compl. deest Ἀβραάμ· quas autem hîc *oves* appellat Hieron. *agnas* infra meliùs nominari dicit : *agnas* quoque vocat August. quæst. 56. in Gen. to. 3. col. 392. d.

℣. 31. Gr. Διὰ τοῦτο ἐπωνόμασε, &c. ut in Lat. Quod autem hîc Hieron. vocat, *Puteum juramenti*, August. quæst. 55. in Gen. col. 391. g. 392. a. *Puteum jurationis* dicit ; at infra quæst. 56. col. 392. c. *Puteum juramenti*, è Gr. φρέαρ ὁρκισμοῦ· *Ibi enim*, inquit, *Abimelech & Abraham juraverunt.* Vid. seq. Not.

℣. 33. Gr. Καὶ ἐφύτευσεν Ἀβραὰμ ἄρουραν ἐπὶ τῷ φρέατι τοῦ ὅρκου, &c. Huc redeunt ista August. quæst. 56. in Gen. col. 392. c. *Quæri potest*, inquit, *quomodo ad puteum juramenti agrum plantaverat Abraham, si in terra illa..... non acceperat hæreditatem, nec spatium pedis..... Intelligitur autem spatium circa puteum ad illud emptionis pactum pertinere, in quo fuerant agnæ septem datæ, quando Abimelech & Abraham sibi etiam juraverunt.*

℣. 34. Gr. Παρῴκησεν δὲ Ἀβραὰμ ἐν τῇ γῇ τῶν Φυλιστιείμ ἡμέρας πολλάς.

CAPUT XXII.

VULGATA NOVA.

Judith. 8. 22. Heb. 11. 17.

1. QUæ postquam gesta sunt, tentavit Deus Abraham, & dixit ad eum : Abraham, Abraham. At ille respondit : Adsum.

2. Ait illi : Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visio-

VERSIO ANTIQUA.

1. ET factum est post hæc verba, tentavit Deus Abraham, & dixit ad eum : Abraham, Abraham. Et ille dixit : Ecce ego.

2. Et dixit ei : Accipe filium tuum dilectum, quem diligis, Isaac, & vade in terram excelsam :

Aug. l. 3. de Trin. t. 8. 807. b.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter habet Ambros. l. 1. de Abr. c. 8. col. 304. b. e. *Et factum est post hæc verba, Deus tentavit Abraham, & dixit ad eum : Abraham, Abraham :* deinde, *respondit ille : Ecce ego.* Ita quoque in Græco, præter unum, καὶ εἶπεν, & *dixit*, pro *respondit ille.* Item Auct. l. de promiss. ap. Prosp. part. 1. c. 17. col. 103. b. *Tentavit Deus Abraham, dicens : Abraham, Abraham ; & dixit : Ecce ego.* Cypr. quoque, l. 3. Testim. p. 309. b. *Et tentavit Deus Abraham ;* sicut iterum August. quæst. 57. in Gen. to. 3. col. 392. d. & serm. 2. to. 5. col. 6. b.

℣. 2. Optimè è Græco, si excipias seqq. *Et dixit ei : Accipe..... quem diligis..... quem tibi dixero ;* pro quibus : Καὶ εἶπε· Λαβε..... ὃν ἠγάπησας..... ὧν ἂν σοι εἴπω. Ambr. l. 1. de Abr. c. 8. col. 304. d. e. 305. a. legit : *Et dixit : Accipe filium tuum amantissimum, quem dilexisti, Isaac, & vade in terram excelsam : & offeres mihi illum, holocaustum in*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

& offer eum ibi in holocauſtum ſuper unum montium quem tibi dixero.

Ambr. l. 1. de Cain & Ab. c. 8. 197. b. c. 3. Exſurgens manè, ſtravit aſinam ſuam: & adhibuit ſecum duos pueros, & Iſaac filium ſuum: Et concidens ligna ad holocauſtum, ſurgens abiit, & venit ad locum, quem dixerat ei Deus, die tertia.

Ambr. l. 1. de Abr. c. 8. 305. c. ſeq. 306. b. ſeq. 307. a. 4. Et reſpiciens Abraham oculis, vidit locum à longè:

5. ait pueris ſuis: Sedete hîc cum aſina: ego autem & puer pertranſibimus uſque illuc, & cùm adoraverimus, revertemur ad vos.

6. Accepit autem ligna holocauſti, & impoſuit Iſaac filio ſuo: accepit & ignem ipſe in manu, & machæram.....

7. dixit autem Iſaac ad Abraham patrem ſuum: Pater. Qui dixit: Quid vis fili? dixit autem: Ecce ignis & ligna: ubi eſt ovis in holocauſtum?

8. Reſpondit & Abraham: Deus providebit ſibi ovem ad holocauſtum, fili.....

9..... & ædificavit ibi aram, & impoſuit ligna: & colligatis manibus ac pedibus Iſaac filii ſui, impoſuit eum in aram ſuper ligna.

Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 32. t. 7. 444. f. 10. Et extendit Abraham manum ſuam, fumere machæram, ut occideret filium ſuum.

11. Et vocavit illum angelus Domini de cœlo, & dixit: Abraham. Ille autem dixit: Ecce ego.

VULGATA NOVA.

nis: atque ibi offeres eum in holocauſtum ſuper unum montium quem monſtravero tibi.

3. Igitur Abraham de nocte conſurgens, ſtravit aſinum ſuum: ducens ſecum duos juvenes, & Iſaac filium ſuum: Cùmque concidiſſet ligna in holocauſtum, abiit ad locum quem præceperat ei Deus.

4. Die autem tertio, elevatis oculis, vidit locum procul:

5. dixitque ad pueros ſuos: Expectate hîc cum aſino: ego & puer illuc uſque properantes, poſtquam adoraverimus, revertemur ad vos.

6. Tulit quoque ligna holocauſti, & impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum: ipſe verò portabat in manibus ignem & gladium. Cùmque duo pergerent ſimul,

7. dixit Iſaac patri ſuo: Pater mi. At ille reſpondit: Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis & ligna: ubi eſt victima holocauſti?

8. Dixit autem Abraham: Deus providebit ſibi victimam holocauſti, fili mi. Pergebant ergo pariter:

9. & venerunt ad locum quem oſtenderat ei Deus, in quo ædificavit altare, & deſuper ligna compoſuit: cùmque alligaſſet Iſaac filium ſuum, poſuit eum in altare ſuper ſtruem lignorum.

10. Extenditque manum, & arripuit gladium, ut immolaret filium ſuum. *Jac. 2. 21.*

11. Et ecce angelus Domini de cœlo clamavit, dicens: Abraham, Abraham. Qui reſpondit: Adſum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

uno montium, quem tibi dixero, & infra probè ſibi conſtans, ait: *Non ſatis putavit dixiſſe*, filium; *adjungit*, amantiſſimum, quem dilexiſti Iſaac. Deinde: *Quid eſt quod ait:* Quem dilexiſti: & *non dixit, Quem diligis?* & poſt pauca: *Offeres mihi holocauſtum in uno montium quem*, &c. Auguſt. Locut. 67. de Gen. to. 3. col. 330. c. conſtanter habet: *accipe filium tuum dilectum*, Gr. ἀγαπητόν· vocula autem, ἐκεῖ, *ibi*, addita in Gr. poſt ἀνένεγκε αὐτόν, *offer eum*, deeſt in Mſ. Cotton. ut ſup. apud Ambr. qui etiam ſemper legit, *offeres mihi*, abſque ſeq. *in*; præpoſitio tamen, εἰς, exſtat in Græco, ſed abſque *mihi*; & ſub finem conſtanter, ὧν, *quos*, poſt *montium*, licet Patres Lat. ſingularem numerum retineant cum edit. Ald. in qua non, ὧν, ſed ὃν, lege, ὅ. Cyprian. l. 3. Teſtim. p. 309. b. ſic habet: *Et dixit ad illum: Accipe filium tuum unicum* (Symm. μόνον σου) *quem diligis, Iſaac, & vade in terram altam, imponens illum ibi in holocauſtum hoſtiam in unum ex montibus, de quo tibi dixero.* Hieron. quæſt. Hebr. in Gen. to. 2. col. 525. c. *Et dixit ei Deus: Tolle filium tuum unigenitum* (Aquil. τὸν μονογενῆ) *quem diligis, Iſaac, & vade in terram excelſam; & offer illum ibi in holocauſtum ſuper unum de montibus, quem ego dicam tibi.* Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. part. 1. c. 17. col. 103. b. *Et Dominus: Accipe filium tuum unigenitum, quem diligis, Iſaac, & vade in terram excelſam: & offer ibi eum holocauſtum ſuper unum montium, quem tibi dixero.*

℣. 3. Græcè, pauca diſſimilia, nempe ſeqq. Ἀναſὰς δὲ Ἀβραὰμ..... παρέλαβε δὲ..... καὶ Χίσας ξύλα..... ἀναſὰς ἐπορεύθη..... ὃν εἶπεν, &c. In Mſ. Cotton. deeſt, Ἀβραάμ, & pro παρέλαβε δὲ, exſtat, καὶ παρέλαβε. Ambroſius non reticuit nomen Abrahæ, cùm ibidem dicat: *Abraham filium ſuum ad holocauſtum juſſus offerre, non poſt dies, ut Caïn obtulit, ſed exſurgens manè ſtravit*, &c. ut ſup. Lib. verò 1. de Abr. c. 8. col. 305. b. *Exſurgens autem, non ſolùm ſequenti die, ſed etiam diluculo, ſtravit aſinam ſuam; & ſumpſit ſecum duos pueros, & Iſaac filium ſuum, & concidit ligna ad holocauſtum.* Et poſt pauca addit: *Venit autem ad locum, quem dixit illi Deus, die tertio.* Hieron. quæſt. Hebr. in Gen. to. 2. col. 526. a. *Et abiit in locum, quem dixit ei Deus, in die tertia.*

℣. 4. Gr. Καὶ ἀναβλέψας..... τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, εἶδε τὸν τόπον μακρόθεν. Mſ. tamen Alex. cum edit. Ald. delet, αὐτοῦ. & Compl. ſcribit, ἀπὸ μακρόθεν, cum Ambroſ. Similiter habet Auguſt. Locut. 68. de Gen. to. 3. col. 330. c. *Et reſpiciens Abraham oculis.*

℣. 5. Gr. ſic hab. initio: Καὶ εἶπεν Ἀβραὰμ τοῖς παισὶν αὐτοῦ, in cæteris magna concordia, niſi quòd loco, *puer*, ponit παιδάριον, *parvulus*; Mſ. tamen Alex. παιδίον, & Ambroſ. infr. conſtanter *puer*; ſed addit, *pertranſibimus viam*, Gr. ut ſup. διελευσόμεθα ἕως ὧδε.

℣. 6. Gr. Ἔλαβε δὲ Ἀβραὰμ τὰ, &c. ut in Lat. ſubinde ſic: ἔλαβε δὲ μετὰ χεῖρας τὸ πῦρ καὶ τὴν, &c. Mſ. verò Alex. ἔλαβε δὲ τὸ πῦρ μετὰ χεῖρα, καὶ τὴν, &c. His alludit Tertul. l. contr. Jud. c. 13. p. 147. a. dicens: *Hoc lignum ſibi & Iſaac filius Abrahæ ad ſacrificium ipſe portabat, cùm ſibi eum Deus hoſtiam fieri præcepiſſet.* Similiter Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 32. to. 7. col. 444. e. *Iſaac ſibi ligna ad victimæ locum, quibus fuerat imponendus, ipſe portavit.*

℣. 7. Poſt vocem *fili*, addidi, *dixit autem*, è Græc. εἶπε δὲ, cujus loco Ambroſ. hab. *addidit Iſaac dicens*; deinde ap. Ambroſ. deeſt, *ignis*, quam vocem ſupplevi ex ipſomet epiſt. 8. col. 783. c. ubi legit, *ecce ignis & ligna*; deinde ſic, *ubi hoſtia?* Græc. textui priori congruit, exceptis his; ὁ δὲ εἶπε, Τί ἐστι τέκνον; *at ille dixit: Quid eſt fili?*

℣. 8. Ambroſ. narrando, dicit: *Reſpondit denique ſimiliter & Abraham*, pro quibus Græc. habet, εἶπε δὲ Ἀβραὰμ, *dixit autem Abraham*, deinde loco *providebit*, ſimpliciter ὄψεται, *vibebit*; reliqua ut ſupra. Rurſus Ambroſ. epiſt. 8. col. 783. c. legit: *Deus providebit ſibi*, additque, *ſacrificium, fili*, abſque hoc, *ovem in*; at in Gr. πρόβατον εἰς ὁλοκάρπωσιν, τέκνον, ut in textu Lat.

℣. 9. Græc. ſic pergit: Πορευθέντες δὲ ἀμφότεροι ἅμα, ἦλθον ἐπὶ τὸν τόπον, ὃν εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεός· quò redeunt iſta quæ Ambroſ. ibid. ait: *Venit Abraham ad locum ſacrificio prædeſtinatum*; tum addit: & *ædificavit ibi*, &c. quæ ſimiliter habentur Græcè, niſi quòd poſt vocem, *ibi*, additur, Ἀβραάμ, & pro *colligatis manibus ac pedibus*, &c. ſic, συμποδίσας Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, *cùm ligaſſet Iſaac filium ſuum.* In Mſ. Cott. deeſt vox Ἀβραάμ· addit Ambroſ. *Nectit filio manibus ſuis vincula pater.*

℣. 10. Idem Auguſt. l. 3. de Trin. to. 8. col. 807. c. ſic legit: *Extendens autem Abraham manum ſuam, ſumpſit gladium, occidere filium ſuum.* At in Gr. Καὶ ἐξέτεινεν..... λαβεῖν τὴν μάχαιραν, σφάξαι, &c.

℣. 11. Itidem Græcè, niſi quòd geminatur, Ἀβραάμ, Ἀβραάμ. Sic etiam apud eundem Auguſt. l. 3. de Trin. to. 8. col. 807. c. *Et vocavit illum angelus Domini de cœlo, & dixit ei: Abraham, Abraham: & dixit: Ecce ego.* In Mſ. Alex. ac edit. Compl. ſimiliter: Καὶ εἶπεν αὐτῷ. Item apud Cypr. l. 2. Teſtim. p. 286. a. & lib. 3. p. 311. c. *Et vocavit eum angelus Domini de cœlo, & dixit illi: Abraham, Abraham: ille autem dixit: Ecce ego.* Ambroſ. l. 1. de

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

12. Dixitque ei: Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam: nunc cognovi quòd times Deum, & non pepercisti unigenito filio tuo propter me.

13. Levavit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio.

14. Appellavitque nomen loci illius, Dominus videt. Unde usque hodie dicitur: In monte Dominus videbit.

15. Vocavit autem Angelus Domini Abraham secundò de cœlo, dicens:

Psal. 104. 9. *Eccli.* 44. 21. 1. *Mac.* 2. 32. *Luc.* 1. 73. *Heb.* 6. 13. 17.

16. Per memetipsum juravi, dicit Dominus: quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me:

17. benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & velut arenam quæ est in littore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum,

VERSIO ANTIQUA.

12. Et dixit: Non injicias manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam: nunc enim scivi quia times Deum tu, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me. *Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 32. p. 444. f.*

13. Respiciens Abraham oculis suis vidit; & ecce aries unus tenebatur in arbore Sabech cornibus; & abiit Abraham, & accepit arietem, & obtulit eum holocaustum pro Isaac filio suo. *Aug. l. 3. de Trin. t. 8. 807. c.*

14. Et cognominavit Abraham nomen loci illius, Dominus vidit. Ut dicant hodie, quòd in monte Dominus visus est.

15. Et vocavit Angelus Domini Abraham secundò de cœlo, dicens: *Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 32. t. 7. 445. a.*

16. Per memetipsum juravi, dicit Dominus: propter quod fecisti verbum hoc, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me:

17. nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & tanquam arenam quæ est juxta labium maris: & hæreditate possidebit semen tuum civitates adversariorum,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Abr. c. 8. col. 307. a. *Et dixit angelus*: *Abraham, Abraham.*

℣. 12. Eadem iterum refert August. l. 3. de Trin. to. 8. col. 307. c. d. præter seqq. *Et dixit: Ne injicias..... neque facias ei quidquam; nunc enim cognovi quia*, &c. & quæst. 58. in Gen. to. 3. col. 392. f. *Ne injicias manum in puerum, neque..... modò enim cognovi, quoniam timeas Deum tu*, &c. ut sup. & in Ps. 36. to. 4. col. 257. d. *Nunc cognovi, quòd timeas tu Deum:* & ser. 2. to. 5. col. 7. e. *Nunc cognovi, quoniam tu times Deum:* at lib. cit. de civit. Dei, constanter, *nunc scivi.* In Gr. Καὶ εἶπε· Μὴ ἐπιβάλῃς τὴν χεῖρά σου ἐπὶ τὸ παιδάριον, μὴ δὲ ποιήσῃς..... νῦν γὰρ ἔγνων, ὅτι φοβῇ σὺ τὸν Θεόν, καὶ οὐκ ἐφείσω, ut in Lat. In Mss. Alex. ὅτι φοβῇ τὸν Θεὸν σύ. Cyprian. l. 2. Testim. p. 286. a. & lib. 3. p. 311. c. legit: *Et dixit: Noli imponere manum tuam super puerum, neque feceris illi quidquam: nunc enim cognovi, quoniam times Deum tuum, & non pepercisti filio tuo dilectissimo* (Gr. ἀγαπητῷ) *propter me.* Faustin. presb. l. contr. Arian. col. 643. a. *Ne injicias manum tuam in puerum, & ne facias illi quidquam: nunc enim cognovi, quia times Deum tuum, & non pepercisti fil. tuo dilecto propter me.* Itidem Hilar. l. 9. de Trin. col. 1026. d. at in Ps. 1. n. 19. col. 26. c. legit: *Quia times Dominum Deum tuum*, &c. ut sup. Ambros. l. 1. de Abr. c. 8. col. 307. b. *Non injicias manum in puerum, neque feceris ei quidquam: nunc enim cognovi, quia timeas Deum tuum, & non pepercisti fil. tuo dilectissimo propter me:* at lib. de virg. to. 2. col. 215. e. *Nunc scio quia amas Dominum Deum tuum, quia non pepercisti unico filio tuo.* Fulgent. fragm. 5. contr. Fabian. p. 585. *Nunc cognovi quoniam times Deum, & non pepercisti filio tuo propter me.* S. Valerian. hom. 18. ap. Sirm. to. 1. p. 687. c. *Ne injicias manus in puerum: sufficit quòd agnovi, quòd diligis Dominum Deum tuum.*

℣. 13. Hieron. quæst. Hebr. in Gen. to. 2. col. 526. b. *Et elevavit Abraham oculos suos; & ecce aries post targum ejus tenebatur in virgulto Sabech cornibus suis:* & post pauca addit: *Quibusdam, in hoc duntaxat loco, melius videntur interpretati esse LXX. & Theodotio, qui ipsum nomen* Sabech, *posuerunt, dicentes: In virgulto Sabech cornibus suis.* Rursum August. l. 16. de civit. Dei, c. 32. col. 444. e. ait: *Quando eum vidit Abraham, cornibus in frutice tenebatur.* Ambros. verò l. 1. de Abr. c. 8. col. 307. c. sic hab. *Et respiciens Abraham vidit; & ecce aries unus hærens in virgulto;* tum addit: *Qua ratione arietem ?..... qua ratione suspensum ?..... qua causa cornibus suspensum?* Tertul. l. contr. Jud. c. 13. p. 147. a. his alludens, dicit: *Isaac cum ligno reservatum, ariete oblato in vepre cornibus hærente.* Maxim. etiam. Taurin. col. 24. g. *Vidit Abraham*, inquit, *arietem inter vepres hærentem cornibus.* Hilar. in Matth. col. 656. a. *Abrahæ, postulato ad hostiam Isaac, non defuit aries ad victimam.* In Gr. sic: Καὶ ἀναβλέψας Ἀβραὰμ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, εἶδε· καὶ ἰδοὺ κριὸς εἷς κατεχόμενος ἐν φυτῷ Σαβὲκ τῶν κεράτων· καὶ ἐπορεύθη Ἀβραὰμ, καὶ ἔλαβε τὸν κριὸν, καὶ ἀνήνεγκεν αὐτὸν εἰς ὁλοκάρπωσιν, &c. ut in Lat.

℣. 14. Idem August. tum quæst. 58. in Gen. to. 3. col. 392. f. tum l. 16. de civit. Dei, c. 32. col. 444. g. legit: *Et vocavit Abraham nomen loci illius, Dominus vidit; ut dicant hodie: In monte Dominus apparuit.* Itidem Ambros. l. 1. de Abr. c. 8. col. 307. e. præter unum, *Dominus videt*, pro *vidit.* Hieron. quæst. Hebr. in Gen. to. 2. col. 526. d. sic: *Et vocavit Abraham nomen loci illius, Dominus videt, ut dicant hodie, In monte Dominus videt.* Et addit: *Pro eo quòd hic habet*, videt, *in Hebræo scriptum est*, videbitur. In Gr. Καὶ ἐκάλεσεν Ἀβραὰμ τὸ..... Κύριος εἶδεν, ἵνα εἴπωσι σήμερον, ἐν τῷ ὄρει Κύριος ὤφθη.

℣. 15. Sic etiam idem August. tum quæst. 59. in Gen. col. 393. a. tum l. 3. de Trin. to. 8. col. 808. a. excepta voce, *iterum*, pro *secundò*, Gr. δεύτερον.

℣. 16. Similia Græc. exhibet; eademque iterum August. l. de unit. Eccl. to. 9. col. 344. f. excepto uno, *amantissimo*, pro *dilecto*; item Locut. 69. de Gen. to. 3. col. 330. c. & quæst. 59. in Gen. col. 393. a. habet: *Per memetipsum juravi*; at l. 3. de Trin. to. 8. col. 808. a. sic: *Per me juravi, dicit Dominus: pro eo quòd fecisti verbum hoc, & non pep. fil. tuo dilecto propter me.* In sequentibus locis non ita sibi constat August. nempe ser. 307. to. 5. col. 1244. c. sic hab. *Per memetipsum juro, dicit Dominus: quia obaudisti vocem meam, & non pepercisti fil. tuo dilecto propter me.* Similiter in Ps. 30. to. 4. col. 159. c. ab hoc, *quoniam obaudisti:* at in Ps. 109. col. 1240. g. legit cum Cassiod. in eund. Psal. p. 379. c. *Vivo ego, dicit Dom. quoniam audisti vocem meam, & non pep. fil. tuo propter me.* Cassiod. tamen in Ps. 94. p. 320. c. habet: *Per memetipsum juravi.* In Collat. Carthag. append. ad Optat. p. 392. c. sic: *Per me juravi, dicit Dominus: propter quod fecisti verbum hoc, & non pepercisti filio tuo amantissimo propter me.* Hieron. in Amos 8. to. 3. col. 1441. e. *Per memetipsum juravi, dicit Dom. quia fecisti verbum hoc, & non pepercisti filio tuo charissimo;* nec addit, *propter me:* in Ald. etiam edit. deest, *δι' ἐμέ.* Auct. verò l. de promiss. ap. Prosp. l. 1. c. 18. col. 103. e. legit: *Per memetipsum juravi, dicit Dom. propter quod non pepercisti filio tuo dilectissimo propter me.* Ambrosius, l. 2. de fide, col. 483. f. *Per me ipsum juravi.* Gr. καθ' ἑμαυτοῦ ὤμοσα.

℣. 17. Ita Græcè ad verbum, excepto primo, εἰ μήν; pro quo August. *nisi*, Nobil. *certè.* At August. Locut. 69. de Gen. to. 3. col. 330. c. constanter legit, *nisi benedicens*, &c. tum addit: *ac si diceret: Quòd benedicens benedicam te; aut nullo verbo addito simpliciter: Benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo semen tuum.* Et l. de unit. Eccl. to. 9. col. 344. f. sic: *Nisi benedicens benedicam te, & implendo implebo semen tuum tanquam stellas cœli, & tanquam arenam quæ secus oram maris est, & hæreditate possidebit semen tuum civitates adversariorum.* Itidem in Collat. Carth. ap. Optat. col. 392. c. præter *hæreditatem*, pro *hæreditate.* Rursum August. in Ps. 109. to. 4. col. 1240. g. legit: *Nisi benedicens..... & implendo implebo..... sicut stellas cœli, & sicut arenam quæ est ad labium maris.* Similiter in Ps. 30. to. 4. col. 159. c. sed absque prima voce, *nisi*, omisso etiam hoc: *Quæ est ad labium.* Item ser. 307. to. 5. col. 1244. e. tollit, *nisi*, ac præterea verbum *implendo*; cætera ut sup. in Ps. 130. at Locut. 70. de Gen. to. 3. col. 330. d. priorem lectionem retinet: *Et multiplicans multiplicabo semen tuum:* & epist. 93. to. 2. col. 243. e. habet: *sic erit semen tuum sicut stella cœli, & sicut arena maris:* sed infra, *quæ est ad oram maris:* demum serm. 3. to. 5. col. 9. b. c. hæc habet: *facio semen tuum sicut stellas cœli, & arenam maris; & obtinebit semen tuum civitates adversariorum.* Hilar. in Ps. 138. col. 523. c. legit ut sup. *Nisi benedicens benedicam tibi, & multiplicans multiplicabo*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 32. t. 7. 445. a.

18. & BENEDICENTUR in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obaudiſti vocem meam.

Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 526. c. 527. a.

20..... Et nunciaverunt Abraham, dicentes: Ecce peperit Melcha & ipſa filios Nachor fratri tuo.

21. Us primogenitum ejus, & Buz fratrem ejus, & Camuel patrem Syrorum, & Caſed.

VULGATA NOVA.

18. & BENEDICENTUR in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti voci meæ. *Sup. 12. 3. 18. 18. Infr. 26. 4. Eccli. 44. 25. Act. 3. 25.*

19. Reverſus eſt Abraham ad pueros ſuos, abieruntque Berſabee ſimul, & habitavit ibi.

20. His ita geſtis, nunciatum eſt Abrahæ quòd Melcha quoque genuiſſet filios Nachor fratri ſuo,

21. Hus primogenitum, & Buz fratrem ejus, & Camuel patrem Syrorum,

VULGATA NOVA.

22. & Caſed, & Azau, Pheldas quoque & Jedlaph,

23. ac Bathuel, de quo nata eſt Rebecca: octo iſtos genuit Melcha, Nachor fratri Abrahæ.

24. Concubina verò illius, nomine Roma, peperit Tabee, & Gaham, & Tahas, & Maacha.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & ſicut arenam, quæ eſt ad oram maris. Itidem Caſſiod. in Pſ. 109. p. 379. c. & in Pſ. 67. p. 218. a. excepto, *benedicam te:* ſic etiam in Pſ. 11. p. 46. b. & in Pſ. 110. p. 381. c. Hieron. verò in Amos 8. to. 3. col. 1441. e. *Benedicens benedicam tibi, & multiplicans multiplicabo te quaſi ſtellas cæli, & ſicut arenam, quæ eſt in littore maris.* Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. l. 1. c. 18. col. 103. e. concinit ad verbum cum Vulgata, niſi quòd ſub finem habet *civitates*, non *portas*. Tertul. l. 5. contr. Marc. p. 802. c. ſimpliciter: *Et faciam ſemen tuum tanquam ſtellas in cælo.*

℣. 18. Eadem iterum refert Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. col. 344. f. nec aliter in Collat. Carthag. ap. Optat. p. 392. c. nec etiam in Græco. Sic etiam denuò apud Auguſt. ſerm. 3. to. 5. col. 9. b. c. præter hoc, *eò quòd exaudiſti.* Gr. ἀνθ' ὧν ὑπήκουσας. Tichon. reg. 3. col. 54. d. ſic: *Benedicentur in te omnes gentes terræ, pro eo quòd audiſti vocem meam, & non pepercisti*, &c. ut ſup. ℣. 16. Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 8. col. 308. a. *Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quoniam audiſti vocem meam:* at in Pſ. 1. ſimpliciter: *Benedicentur in te omnes gentes.* Ambroſiaſt. ap. eundem col. 80. d. & 105. d. *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes:* cui accinunt Gelaſ. Conc. to. 4. col. 1254. a. Auct. quæſt. N. Teſt. ap. Aug. to. 3. col. 62. d. & S. Leo ſerm. 23. p. 75. f. Apud Tertul. l. de carn. chr. p. 553. b. *Et in ſemine tuo benedicentur omnes nationes.* Apud S. Pacian. ep. 3. col. 315. a. *Benedicentur in te omnes tribus terræ.* Apud. Junil. Afr. l. 2. de part. div. leg. c. 22. col. 348. g. *In te & ſemine tuo benedicentur omnes gentes.*

℣. 20. In Gr. ſic: Καὶ ἀνηγγέλη τῷ Ἀβραὰμ, &c. ut in Lat. Rectè Auguſt. Locut. 71. de Gen. to. 3. col. 330. d. *Et nunciatum eſt Abrahæ dicentes:* additque: *cùm conſuetudo loquendi habeat: Nunciaverunt Abrahæ dicentes:* unde quæſt. 60. in Gen. col. 393. c. ait: *Nunciaverunt Abrahæ natos eſſe filios Melchæ.*

℣. 21. In Gr. Τὸν Οὖζ πρωτότοκον, καὶ τὸν Βαῦζ, &c. ut in Lat. Addit Hieron. infra: *Natus eſt de Melcha Buz, quem LXX. Baux transferre voluerunt.* Item Auguſt. quæſt. 60. in Gen. col. 393. c. ait: *Inter natos filios Melchæ, nominatur & Chamuel pater Syrorum:* addit. Hieron. ſup. & *Caſed*, pro quo in Gr. καὶ τὸν Χαζάδ.

CAPUT XXIII.

VERSIO ANTIQUA.

1..... *Vide Not.*

Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 527. a. Aug. l. 2. cont. Maxim. t. 8. 693. f.

2. Et mortua eſt Sara in civitate Arboc, quæ eſt in valle, hæc eſt Chebron, in terra Chanaan: venit autem Abraham plangere Saram & lugere.

Aug. Locut. 72. t. 3. 330. e. Aug. l. 2. cont. Maximin. t. 8. 693. f.

3. Et ſurrexit Abraham à mortuo ſuo, & dixit filiis Heth:

4. Peregrinus & advena ſum ego vobiſcum: date ergo mihi poſſeſſionem monumenti, ubi ſepeliam mortuum meum.

5. Reſponderunt autem filii Heth ad Abraham, dicentes: Abſit hoc, domine.

6. Audi nunc & nos, rex à Deo tu es in nobis: in electis monumentis noſtris ſepeli mortuum

VULGATA NOVA.

1. VIxit autem Sara centum viginti ſeptem annis.

2. Et mortua eſt in civitate Arbee, quæ eſt Hebron, in terra Chanaan: venitque Abraham ut plangeret & fleret eam.

3 Cùmque ſurrexiſſet ab officio funeris, locutus eſt ad filios Heth, dicens:

4. Advena ſum & peregrinus apud vos: date mihi jus ſepulchri vobiſcum, ut ſepeliam mortuum meum.

5. Reſponderunt filii Heth, dicentes:

6. Audi nos, domine, princeps Dei es apud nos: in electis ſepulchris noſtris ſepeli mortuum

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Ἐγένετο δὲ ἡ ζωὴ Σάῤῥας, ἔτη ἑκατὸν εἰκοσιεπτά· ad quod intendens Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 32. col. 445. b. dicit: *Poſt hæc Sarra mortua eſt centeſimo & viceſimo ſeptimo anno vitæ ſuæ.* Item Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 9. col. 308. c. *Locus qui ſequitur, habet mortem uxoris, fletum mariti, ſepulturæ officium.*

℣. 2. In Gr. conſtanter, Σάῤῥα, non *Sara*; reliqua quadrant. Obſervat autem Hieron. ibid. *Hoc quod hic poſitum eſt*, quæ eſt in valle (Græc. κοιλώματι) *in authenticis codicibus non* haberi: *nomen quoque civitatis*, Arboc, *paulatim à ſcribentibus legentibuſque corruptum* eſſe. *Neque enim putandum*, inquit, *LXX. nomen civitatis Hebræa barbarè atque corruptè, & aliter quàm in ſuo dicitur, tranſtuliſſe;* Arboc *enim nihil omnino ſignificat*, &c.

℣. 3. Ita in Gr. exceptis his: *Et dixit filiis Heth*, quorum loco ſic legitur: Καὶ εἶπεν Ἀβραὰμ τοῖς υἱοῖς τοῦ Χὲτ, λέγων· *Et dixit Abraham filiis Chet, dicens.* Auguſt. loco cit. contr. Maximin. priora verba ſic habet: *Et ſurrexit Abr. de ſupra mortem ejus;* at Locutionem 72. de Gen. prætuli: *Et ſurrexit Abr. à mortuo ſuo*, maximè cùm addat Aug. tum ibid. tum Locut. 69. de Exodo, col. 345. d. *Non dixit, à mortua ſua;* at quæſt. 49. in Jud. to. 3. col. 612. f. ſimpliciter hab. *ſurgens à mortuo*, abſque *ſuo.* Item Ambr. l. 1. de Abr. c. 9. col. 308. c. *Et ſurrexit Abr. à mortuo;* & quidem in edit. Compl. deeſt αὐτοῦ.

℣. 4. Gr. Πάροικος καὶ παρεπίδημος ἐγώ εἰμι μεθ' ὑμῶν· δότε μοι οὖν κτῆσιν τάφου μεθ' ὑμῶν, καὶ θάψω τὸν νεκρόν μου ἀπ' ἐμοῦ. Tertul. l. de reſurr. carn. p. 573. b. *Date ergo mihi poſſeſſionem ſepulchri vobiſcum, & humabo mortuam meam.* At Auguſt. Locut. 72. de Gen. to. 3. col. 330. e. conſtanter: *Et ſepeliam mortuum meum: Quod non neutro*, inquit, *quaſi corpus mortuum, ſed maſculino genere dictum Græca ſcriptura demonſtrat.* Vid. ſup. Not. ad ℣. 3. & infra Aug. Locut. 69. de Exod. col. 345. d.

℣. 5. Gr. Ἀπεκρίθησαν δὲ οἱ υἱοὶ Χὲτ..... λέγοντες. Μὴ κύριε. Ambroſ. etiam in Pſ. 47. col. 939. c. legit, *Chet*, non *Heth.*

℣. 6. Gr. incipit hoc modo: Ἄκουσον ἡμῶν, reliqua ut in Lat. niſi quòd loco, *prohibet te à monum. ſuo ut ſepelias*, &c. habet: Οὐ μὴ κωλύσει τὸ μνημεῖον αὐτοῦ ἀπὸ σοῦ, τοῦ θάψαι, &c. *Prohibebit monumentum ſuum à te, ad ſepeliendum*, &c. Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 527. c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tuum : nullusque te prohibere poterit quin in monumento ejus sepelias mortuum tuum.

7. Surrexit Abraham, & adoravit populum terræ, filios videlicet Heth :

VERSIO ANTIQUA.

tuum : nemo enim nostrûm prohibet te à monumento suo, ut sepelias mortuum tuum ibi. *Aug. ubi. sup.*

7. Surgens autem Abraham, adoravit plebem filiorum Heth.

VULGATA NOVA.

8. dixitque ad eos : Si placet animæ vestræ ut sepeliam mortuum meum, audite me, & intercedite pro me apud Ephron filium Seor :

9. ut det mihi speluncam duplicem, quam habet in extrema parte agri sui : pecuniâ dignâ tradat eam mihi coram vobis in possessionem sepulchri.

10. Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth. Responditque Ephron ad Abraham cunctis audientibus qui ingrediebantur portam civitatis illius, dicens :

11. Nequaquam ita fiat, domine mi, sed tu magis ausculta quod loquor : Agrum trado tibi, & speluncam quæ in eo est, præsentibus filiis populi mei, sepeli mortuum tuum.

12. Adoravit Abraham coram populo terræ.

13. Et locutus est ad Ephron circumstante plebe : Quæso, ut audias me : Dabo pecuniam pro agro : suscipe eam, & sic sepeliam mortuum meum in eo.

14. Responditque Ephron :

15. Domine mi, audi me : Terra, quam postulas, quadringentis siclis argenti valet : istud est pretium inter me & te : sed quantum est hoc ? sepeli mortuum tuum.

VULGATA NOVA.

16. Quod cùm audisset Abraham, appendit pecuniam, quam Ephron postulaverat, audientibus filiis Heth, quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ.

VERSIO ANTIQUA.

16. Et audivit Abraham Ephron, & appendit Abraham Ephron argentum, quod locutus est in auribus filiorum Heth.... *Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 527. b.*

VULGATA NOVA.

17. Confirmatusque est ager quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex, respiciens Mambre, tam ipse, quàm spelunca, & omnes arbores ejus in cunctis terminis ejus per circuitum,

18. Abrahæ in possessionem, videntibus filiis Heth, & cunctis qui intrabant portam civitatis illius.

19. Atque ita sepelivit Abraham Saram uxorem suam in spelunca agri duplici, quæ respiciebat Mambre. Hæc est Hebron in terra Chanaan. *Inf. 35. 27.*

20. Et confirmatus est ager, & antrum quod erat in eo, Abrahæ in possessionem monumenti à filiis Heth.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

priora verba sic reddit : *Audi nos, Domine ; rex à Deo tu es nobis : in electo sepulchro nostro sepeli mortuum tuum.* Similiter ap. Ambros. in Ps. 47. col. 939. c. *Rex à Deo tu es nobis.* Observat autem Hieron. sup. *Pro rege, principem* haberi *in Hebræo.*

℣. 7. Idem August. quæst. 61. in Gen. to. 3. col. 393. d. sic : *Exsurgens autem Abraham, adoravit populum terræ.* Græcè. Ἀναστὰς δὲ Ἀβραὰμ προσεκύνησε τῷ λαῷ τῆς γῆς, τοῖς υἱοῖς τῦ Χέτ.

℣. 16. Itidem Græcè, excepto uno, Χέτ, pro *Heth.* Observat autem ibid. Hieron. *In Hebræo primum nomen ejus* scribi, *Ephron ; secundum, Ephran.* Eò pariter spectant ista Ambrosii, l. 1. de Abr. c. 9. col. 308. d. *Festinavit pro loco sepulchri pretium solvere, cùm gratis daretur.* Item Augustini : *Tunc emit agrum Abraham, in que sepelivit uxorem.*

CAPUT XXIV.

VULGATA NOVA.

1. ERat autem Abraham senex, dierumque multorum : & Dominus in cunctis benedixerat ei.

2. Dixitque ad servum seniorem domus suæ, qui præerat omnibus quæ habebat : Pone manum tuam subter femur meum, *Inf. 47. 29.*

3. ut adjurem te per Dominum, Deum cœli & terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito :

VERSIO ANTIQUA.

1..... *Vide Not.*

2..... Pone manum tuam sub femore meo ; *Aug. l. 16. de civi. Dei, c. 33. 445. d.*

3. & adjurabo te per Dominum, Deum cœli, & Dominum terræ, ut non sumas filio meo Isaac uxorem de filiabus Chananæorum, cum quibus ego habito in eis : *Idem Locut. 74. t. 3. 330. e.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ambros. l. 1. de Abr. c. 9. col. 308. e. eò respiciens, ait : *Senuerat Abraham : itaque quod boni est patris, debuit uxorem providere filio.* In Gr. sic : Καὶ Ἀβραὰμ ἦν πρεσβύτερος προβεβηκὼς ἡμερῶν, &c.

℣. 2. Hæc antecedunt in Græco : Καὶ εἶπεν Ἀβραὰμ τῷ παιδὶ αὐτῦ τῷ πρεσβυτέρῳ τῆς οἰκίας αὐτῦ τῷ ἄρχοντι πάντων τῶν αὐτῦ. Θὲς, &c. ut in Lat. Item apud August. loco cit. *Ut autem illam duceret* (Rebeccam) *quando ab ejus patre in Mesopotamiam servus missus est..... eidem servo dixit Abraham : Pone*, &c. ut sup. Item quæst. 62. in Gen. to. 3. col. 393. e. *Abraham*, inquit, *jubet puero suo, ut manum suam ponat sub ejus femore.* Similiter in Ps. 44. to. 4. col. 388. a. & contr. Secundin. to. 8. col. 543. e. *Pone manum tuam sub femore meo ;* cui accinunt Avit. Vienn. ep. 2. p. 16. b. ac Auct. l. de promiss. ap. Prosp. part. 1. c. 19. col. 104. d. Cyprianus etiam l. 3. Testim. p. 323. b. his alludens, dicit : *Mittit puerum suum Abraham, ut de semine suo accipiat Rebeccam filio ejus Isaac.* Item Ambros. l. 1. de Abr. c. 9. col. 308. e. *Et vocavit puerum seniorem domus suæ, & dixit ei ut iret*, &c. & infra, col. 309. a. *Inventus est de servulis senior..... & constrictus ut juraret, mitteret manum sub femur domini sui.* Hieron. epist. ad Princip. to. 2. col. 686. a. legit : *Pone manum tuam super femore meo.* Ferrand. Diac. ep. ad Anatol. n. 3. p. 184. *Mitte manum tuam sub femur meum.* Gr. Θὲς τὴν..... ὑπὸ τὸν μηρόν μυ.

℣. 3. Similiter idem Aug. Locut. 73. de Gen. to. 3. 330. e. *Et adjurabo te per Dominum Deum cœli, & Deum terræ ;* sed addit : *Græci non habent*, per, *sed, Adjurabo Dominum Deum cœli :* & quæst. 62. in Gen. to. 3. col. 393. e. ait : *Sic eum adjurat per Dominum Deum cœli, & Dominum terræ.* Hieron. etiam ep. ad Princip. to. 2. col. 686. a. legit : *Et adjurabo te per Dom. Deum cœli.* At August. in Ps. 44. to. 4. col. 388. a. habet : *Et sic jura.* Item l. contr. Secundin. to. 8. col. 543. e. *Et jura per Deum.* Similiter Ferrand. Diac. ep. ad Anatol. col. 184. *Et jura per Deum cœli.* Avitus quoque Vien. ep. 2. col. 16. b. *Et jura mihi per Dominum cœli, quòd non accipias uxorem filio meo de filiabus Chanaan.* Item Auctor l. de promiss. ap. Prosp. part. 1. c. 19. col. 104. d. *Et jura per Deum cœli, quia non accipies uxorem filio meo ex filiabus terræ hujus, cum quibus ego habito.* In Gr. sic : Καὶ ἐξορκιῶ σε Κύριον τὸν Θεὸν τῦ οὐρανῦ καὶ τὸν Θεὸν τῆς γῆς, ἵνα μὴ λάβῃς γυναῖκα τῷ υἱῷ μυ Ἰσαὰκ ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῶν Χαναναίων, μεθ' ὧν ἐγὼ οἰκῶ ἐν αὐτοῖς. In Mss. Cott. & edit. Ald. non ἐξορκιῶ, sed ἐξορκίζω· quam lectionem confirmat August. ipse Locut. 78.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

4..... *Vide Not.*

Aug. Locut. 75. & 76. t. 3. 330. e. 5..... Nequando noluerit mulier ire mecum..... in terram de qua exiſti inde?

Ambr. l. 1. de Abr. c. 9. 309. f. 6..... Attende tibi, ne revoces filium meum illò.

7. Dominus Deus cœli, & Deus terræ accepit me de domo patris mei, & de terra in qua natus ſum, qui locutus eſt mihi, & juravit, dicens: Tibi dabo terram hanc, & ſemini tuo: ipſe mittet Angelum ſuum ante te, & accipies filio meo uxorem inde:

8. quòd ſi noluerit tecum venire mulier in terram hanc, purus eris à juramento hoc.....

Aug. Locut. 78. t. 3. 330. f. 9. Et poſuit puer manum ſuam ſub femore Abrahæ, & juravit ei de verbo hoc.

Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 13. t. 7. 428. g. 10. Et accepit puer decem camelos de camelis domini ſui, & de omnibus bonis domini ſui ſecum, & exſurgens profectus eſt in Meſopotamiam in civitatem Nachor.

VULGATA NOVA.

4. ſed ad terram & cognationem meam proficiſcaris, & inde accipias uxorem filio meo Iſaac.

5. Reſpondit ſervus: Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc, nunquid reducere debeo filium tuum ad locum, de quo tu egreſſus es?

6. Dixitque Abraham: Cave nequando reducas filium meum illuc.

7. Dominus Deus cœli, qui tulit me de domo patris mei, & de terra nativitatis meæ, qui locutus eſt mihi, & juravit mihi, dicens: Semini tuo dabo terram hanc: ipſe mittet Angelum ſuum coram te, & accipies inde uxorem filio meo: *Sup. 12. 7. 13. 15. & 15. 18. Inf. 26. 3.*

8. ſin autem mulier noluerit ſequi te, non teneberis juramento: filium meum tantùm ne reducas illuc.

9. Poſuit ergo ſervus manum ſub femore Abraham domini ſui, & juravit illi ſuper ſermone hoc.

10. Tulitque decem camelos de grege domini ſui, & abiit, ex omnibus bonis ejus portans ſecum, profectuſque perrexit in Meſopotamiam ad urbem Nachor.

VULGATA NOVA.

11. Cùmque camelos feciſſet accumbere extra oppidum juxta puteum aquæ veſpere, tempore quo ſolent mulieres egredi ad hauriendam aquam, dixit:

12. Domine Deus domini mei Abraham, occurre, obſecro, mihi hodie, & fac miſericordiam cum domino meo Abraham.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 132. in Gen. 410. c. 13. Ecce ego ſto ſuper fontem aquæ.....

Aug. quæſt. 63. in Gen. t. 3. 393. f. 14..... Bibe & tu, & adæquabo camelos tuos, quoad uſque bibere deſinent.....

Ambr. l. 1. de Abr. c. 9. 310. b. 15..... occurrit ei Rebecca....., habens hydriam ſuper humerum:

Aug. Locut. 79. t. 3. 330. g. 16. virgo autem erat ſpecioſa valde; virgo erat,

VULGATA NOVA.

13. Ecce ego ſto prope fontem aquæ, & filiæ habitatorum hujus civitatis egredientur ad hauriendam aquam.

14. Igitur puella, cui ego dixero: Inclina hydriam tuam ut bibam: & illa reſponderit, Bibe, quin & camelis tuis dabo potum: ipſa eſt, quam præparaſti ſervo tuo Iſaac: & per hoc intelligam quòd feceris miſericordiam cum domino meo.

15. Necdum intra ſe verba compleverat, & ecce Rebecca egrediebatur, filia Bathuel, filii Melchæ uxoris Nachor fratris Abraham, habens hydriam in ſcapula ſua:

16. puella decora nimis, virgoque pulcherri-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

de Gen. col. 330. f. ubi poſtquàm retulit hæc verba verſûs 9. *Et juravit ei de verbo hoc*; continuò addit: *Ergo locutio eſt qua dixerat Abraham* (℣. 3.) adjuro te; *ac ſi dixiſſet: jura mihi*: & poſt pauca: *Manifeſtavit ita ſe dixiſſe*, adjuro te, *tanquam diceret: jura mihi*. Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 9. col. 308. e. his alludens, dicit: *Habitabat autem* (Abraham) *in terris Chananæorum, ex quo genere legitimam ſucceſſionem ſibi quærere fugiebat*: & infra, col. 309. b. *Conſtrinxit autem eum, ne de ſemine Chananæorum uxorem arceſſeret domino ſuo.*

℣. 4. Græc. Ἀλλ' ἢ εἰς τὴν γῆν μου, ἣν ἐγεννήθην, πορεύσῃ, καὶ εἰς τὴν φυλήν μου, καὶ λήψῃ γυναῖκα τῷ υἱῷ μου Ἰσαὰκ ἐκεῖθεν. *Sed in terram meam, ubi natus ſum, ibis, & ad tribum meam; & ſumes uxorem filio meo Iſaac inde.* Quæ Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 9. col. 308. e. reſpiciens, ait: *Et dixit ei ut iret in Charran, & de proximis ſuis uxorem peteret juniori domino ſuo*: & infra, col. 309. e. *Abraham*, inquit, *proximam quæſivit dare filio ſuo.* Similiter Cypr. l. 3. Teſtim. p. 323. b. *Mittit puerum ſuum..... ut de ſemine ſuo accipiat Rebeccam filio ejus Iſaac.* Auct. denique l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 104. d. habet: *ſed ex tribu mea accipies illi uxorem.*

℣. 5. Priora hæc habentur in Græco: Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ παῖς, μήποτε, &c. *dixit autem ad eum puer: Nequando*, &c. ut ſup. & ſub finem ſic: ἀποστρέψω τὸν υἱόν σου εἰς τὴν γῆν, ὅθεν, &c. *Revocabo filium tuum in terram, unde*, &c. ut ſup. quorum loco Ambr. l. 1. de Abr. c. 9. col. 309. f. dicit: *Deinde interrogatus, ſi nollet venire mulier, utrumnam eò filium domini ſui duceret.*

℣. 6. Similiter Auguſt. Locut. 77. de Gen. to. 3. col. 330. e. *Adtende tibi ne revoces filium meum illuc.* Ita quoque in Græco.

℣. 7. Græca mirè concordant, his tamen exceptis: ὃς ἔλαβέ με..... ἐκ τῆς γῆς ἧς ἐγεννήθην..... καὶ ὃς ὤμοσέ μοι, *qui accepit me..... de terra qua natus ſum..... & qui juravit mihi.*

℣. 8. Auguſt. Locut. 78. de Gen. to. 3. col. 330. f. *Si noluerit mulier venire tecum, purus eris à juramento hoc.* Gr. Ἐὰν δὲ μὴ θέλῃ ἡ γυνὴ πορευθῆναι μετὰ σοῦ εἰς τὴν γῆν ταύτην, καθαρὸς ἔσῃ ἀπὸ τῆς ὅρκου μου. Mſ. Alex. cum Ald. edit. ὅρκου τούτου, ut ſup. Edit. verò Compl. ὅρκου μου τούτου.

℣. 9. Hieron. quæſt. Hebr. in Gen. to. 2. col. 527. d. *Et poſuit ſervus manum ſuam ſub femore Abrahæ domini ſui, & juravit ei ſuper verbo hoc.* Ita quoque in Græco, niſi excipiatur vox, παῖς, *puer*, loco *ſervus*, & hoc, περὶ *de*, pro *ſuper*.

℣. 10. Vix quidquam Græco ſimilius: Ambroſ. etiam l. 1. de Abr. c. 9. col. 310. b. legit: *Et ſurgens puer profectus eſt in Meſopotamiam.* Gr. Καὶ ἀναστὰς ἐπορεύθη, ad verbum, *Et ſurgens perrexit.*

℣. 13. Græc. Ἰδοὺ ἐγὼ ἕστηκα, &c. *Ecce ego ſteti*, &c. ut in Lat.

℣. 14. Auguſt. antecedentia & conſequentia verba memorat, dicens: *Quærendum quo differant auguriationes illicitæ ab illa petitione ſigni, qua petivit ſervus Abrahæ, ut ei Deus oſtenderet ipſam eſſe futuram uxorem domini ſui Iſaac, à qua cùm petiviſſet ut biberet, diceretur illi: Bibe & tu*, &c. ut ſup. Gr. Πίε σὺ, καὶ τὰς καμήλους σου ποτιῶ, ἕως ἂν παύσωνται πίνουσαι, &c.

℣. 15. Græc..... Καὶ ἰδοὺ Ῥεβέκκα ἐξεπορεύετο... ἔχουσα τὴν ὑδρίαν ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτῆς. In Mſ. Oxon. ac edit. Ald. deeſt, αὐτῆς. *Et ecce Rebecca egrediebatur..... habens hydriam ſuper humeros ſuos.*

℣. 16. Similiter Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 9. col. 310. b. c. *Virgo ſpecioſa valde..... virgo autem, quam vir non cognoverat: deſcendit autem ad fontem, & implevit hydriam, &*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ma, & incognita viro : deſcenderat autem ad fontem, & impleverat hydriam, ac revertebatur.

17. Occurritque ei ſervus, & ait : Pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua.

18. Quæ reſpondit : Bibe, domine mi : celeriterque depoſuit hydriam ſuper ulnam ſuam, & dedit ei potum.

19. Cùmque ille bibiſſet, adjecit : Quin & camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant.

20. Effundenſque hydriam in canalibus, recurrit ad puteum ut hauriret aquam : & hauſtam omnibus camelis dedit.

21. Ipſe autem contemplabatur eam tacitus, ſcire volens utrùm proſperum iter ſuum feciſſet Dominus, an non.

22. Poſtquam autem biberunt cameli, protulit vir inaures aureas, appendentes ſiclos duos, & armillas totidem pondo ſiclorum decem.

23. Dixitque ad eam : Cujus es filia ? indica mihi : eſt in domo patris tui locus ad manendum ?

VERSIO ANTIQUA.

vir non cognoverat eam : deſcendens ad fontem, implevit hydriam, & aſcendit. *Ambr. de Iſa. c. 1. 356. b.*

18..... *Vide Not.*

20..... & adaquavit omnes camelos ejus. *Ambr. l. 1. de Abr. c. 9. 310. c. 311. a.*

22..... accepit inaures aureas ſingularum drachmarum, & duas virias dedit in manus ejus, decem aureorum pondus earum.

23..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

24. Quæ reſpondit : Filia ſum Bathuelis, filii Melchæ, quem peperit ipſi Nachor.

25. Et addidit, dicens : Palearum quoque & fœni plurimum eſt apud nos, & locus ſpatioſus ad manendum.

VULGATA NOVA.

26. Inclinavit ſe homo, & adoravit Dominum,

27. dicens : Benedictus Dominus Deus domini mei Abraham, qui non abſtulit miſericordiam & veritatem ſuam à domino meo, & recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei.

28. Cucurrit itaque puella, & nunciavit in domum matris ſuæ omnia quæ audierat.

VERSIO ANTIQUA.

26..... adoravit Domino, *Aug. Locut. 80. t. 3. 331. a.*

27..... quoniam non dereliquit juſtitiam & veritatem à domino meo..... *Item Locut. 81. ibid.*

28. Et currens puella, nunciavit in domum matris ſuæ..... *Item Locut. 82. ibid.*

VULGATA NOVA.

29. Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban, qui feſtinus egreſſus eſt ad hominem, ubi erat fons.

30. Cùmque vidiſſet inaures & armillas in manibus ſororis ſuæ, & audiſſet cuncta verba referentis : Hæc locutus eſt mihi homo : venit ad virum, qui ſtabat juxta camelos, & prope fontem aquæ :

31. dixitque ad eum : Ingredere, benedicte Domini : cur foris ſtas ? præparavi domum, & locum camelis.

VULGATA NOVA.

32. Et introduxit eum in hoſpitium : ac deſtravit camelos, deditque paleas & fœnum, & aquam ad lavandos pedes ejus, & virorum qui venerant cum eo.

33. Et appoſitus eſt in conſpectu ejus panis. Qui ait : Non comedam, donec loquar ſermones meos. Reſpondit ei : Loquere.

VERSIO ANTIQUA.

32..... & aquam lavare pedibus ipſius, & pedibus virorum qui cum eo erant. *Item Locut. 83. ibid.*

33..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

34. At ille : Servus, inquit, Abraham ſum :

35. & Dominus benedixit domino meo valde, magnificatuſque eſt : & dedit ei oves & boves, argentum & aurum, ſervos & ancillas, camelos & aſinos.

36. Et peperit Sara uxor domini mei filium domino meo in ſenectute ſua, deditque illi omnia quæ habuerat.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

aſcendit. Gr. Ἡ δὲ παρθένος ἦν καλὴ τῇ ὄψει σφόδρα· παρθένος ἦν· ἀνὴρ οὐκ ἔγνω αὐτήν· καταβᾶσα δὲ ἐπὶ τὴν πηγὴν, ἔπλησε τὴν ὑδρίαν αὐτῆς, καὶ ἀνέβη. In Mſ. Cott. ac edit. Compl. deeſt. αὐτῆς, poſt ὑδρίαν. Auguſtinus etiam ſup. obſervat Græcos non habere, *cognoverat*, ſed *cognovit*, quod, inquit, *videtur*, *inconſequens*.

℣. 18. Ambr. l. 1. de Abr. c. 9. col. 310. c. *Et dedit puero bibere*, Gr. Καὶ ἐπότισεν αὐτόν, *Et potavit eum*, &c.

℣. 20. Gr. Καὶ ὑδρεύσατο πάσαις ταῖς καμήλοις.

℣. 22. Hieron. quæſt. Hebr. in Gen. to. 2. col. 527. d. *Et tulit vir inaurem auream*, *didrachmum pondus ejus*. Gr. Ἔλαβεν ὁ ἄνθρωπος ἐνώτια χρυσᾶ ἀνὰ δραχμὴν ὁλκῆς, καὶ δύο ψέλια ἐπὶ τὰς χεῖρας αὐτῆς, δέκα χρυσῶν ὁλκὴ αὐτῶν. Mſ. Oxon. non habet, δραχμήν, ſed δίδραχμον, al. δίδραχμην.

℣. 23. In Gr. ſic : Καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὴν, καὶ εἶπε· Θυγάτηρ, τίνος εἶ; ἀνάγγειλόν μοι, εἰ ἔστι παρὰ τῷ πατρί σου τόπος ἡμῖν τοῦ καταλῦσαι. Quæ ita exprimit Ambr. l. 1. de Abr. c. 9. col. 310. c. *Et quæſivit ab ea*, *ſi locus eſſet hoſpitio*, *& cujus eſſet filia*.

℣. 26. Ita in Græco : Προσεκύνησε τῷ Κυρίῳ· addit Auguſt. *Nobis uſitatum eſt dicere*, Adoravit Dominum.

℣. 27. Græc. ab his incipit : Καὶ εἶπεν· Εὐλογητὸς Κύριος, &c. Subinde ſic : ὃς οὐκ ἐγκατέλιπε τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, &c. ut in Lat. In. Mſ. Alex. ac edit. Ald. deeſt, αὐτοῦ.

℣. 28. Itidem Græcè.

℣. 32. Græc..... ἔδωκεν..... καὶ ὕδωρ νίψασθαι, &c. ut in Lat.

℣. 33. Græc. Καὶ παρέθηκεν αὐτοῖς ἄρτους φαγεῖν, καὶ εἶπεν· Οὐ μὴ φάγω, ἕως τοῦ λαλῆσαί με τὰ ῥήματά μου, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Aug. quæſt. 64. in Gen. t. 3. 394. b. 37..... Non ſumes uxorem filio meo à filiabus Chananæorum, inter quos ego habito in terra eorum :	37. Et adjuravit me dominus meus, dicens : Non accipies uxorem filio meo de filiabus Chananæorum, in quorum terra habito :
38. ſed in domum patris mei ibis, & in tribum meam, & ſumes uxorem filio meo inde.	38. ſed ad domum patris mei perges, & de cognatione mea accipies uxorem filio meo :
	39. ego verò reſpondi domino meo : Quid ſi noluerit venire mecum mulier ?
Aug. Locut. 84. t. 3. 331. b. 40..... Dominus cui placui ante ipſum, ipſe mittet angelum ſuum tecum.....	40. Dominus, ait, in cujus conſpectu ambulo, mittet angelum ſuum tecum, & diriget viam tuam : accipieſque uxorem filio meo de cognatione mea & de domo patris mei.
Item quæſt. 65. in Gen. t. 3. 394. d. 41. Tunc innocens eris à juramento meo.....	41. Innocens eris à maledictione mea, cùm veneris ad propinquos meos, & non dederint tibi.
Hieron. cont. Jovin. l. 1. t. 4. 173. f. 42..... Domine Deus domini mei Abraham, ſi tu dirigis viam meam, per quam ego ingredior,	42. Veni ergo hodie ad fontem aquæ, & dixi : Domine Deus domini mei Abraham, ſi direxiſti viam meam, in qua nunc ambulo,
Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 528. a. 43. ecce ego ſto ſuper fontem aquæ ; & filiæ hominum civitatis egredientur ad hauriendam aquam, & erit virgo, cui ego dixero : Da mihi bibere paululum aquæ de hydria tua :	43. ecce ſto juxta fontem aquæ ; & virgo, quæ egredietur ad hauriendam aquam, audierit à me : Da mihi pauxillum aquæ ad bibendum ex hydria tua :
Aug. Locut. 86. t. 3. 331. b. 44. & dicet mihi : Et tu bibe, & camelis tuis hauriam : hæc mulier eſt quam paravit Dominus famulo ſuo Iſaac.....	44. & dixerit mihi : Et tu bibe, & camelis tuis hauriam : ipſa eſt mulier quam præparavit Dominus filio domini mei.

VULGATA NOVA.	
45. Dumque hæc tacitus mecum volverem, apparuit Rebecca veniens cum hydria, quam portabat in ſcapula : deſcenditque ad fontem, & hauſit aquam. Et aio ad eam : Da mihi paululum bibere.	tum. Bibi, & adaquavit camelos.
46. Quæ feſtinans depoſuit hydriam de humero, & dixit mihi : Et tu bibe, & camelis tuis tribuam po-	47. Interrogavique eam, & dixi : Cujus es filia ? Quæ reſpondit : Filia Bathuelis ſum, filii Nachor, quem peperit ei Melcha. Suſpendi itaque inaures ad ornandam faciem ejus, & armillas poſui in manibus ejus.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Item Locut. 87. 331. c. 48..... Et benedixi Dominum Deum domini mei Abraham.....	48. Pronuſque adoravi Dominum, benedicens Domino Deo domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, ut ſumerem filiam fratris domini mei filio ejus.
Aug. quæſt. 66. in Gen. t. 3. 394. c. 49. Si ergo facitis miſericordiam & juſtitiam ad dominum meum, renuntiate mihi, ut redeam	49. Quamobrem ſi facitis miſericordiam & veritatem cum domino meo, indicate mihi : ſin autem aliud placet, & hoc dicite mihi, ut vadam ad
Idem Locut. 88. t. 3. 331. c. in dextram, aut ſiniſtram.	dexteram, ſive ad ſiniſtram.
	50. Reſponderuntque Laban & Bathuel : A Domino egreſſus eſt ſermo : non poſſumus extra placitum ejus quidquam aliud loqui tecum.
Aug. quæſt. 67. in Gen. t. 3. 394. e. 51. Ecce Rebecca in conſpectu tuo, accipiens recurre, & ſit uxor filii domini tui, quemadmodum locutus eſt Dominus.	51. En Rebecca coram te eſt, tolle eam, & proficiſcere, & ſit uxor filii domini tui, ſicut locutus eſt Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

quò redeunt iſta Ambroſii, l. 1. de Abr. c. 9. col. 311. c. *Non priùs manducavit puer Abrahæ appoſitum ſibi panem, quàm mandatum Domini exſequeretur.*

℣. 37. Ita primùm in Græco : Καὶ ὥρκισέ με ὁ κύριός μου, λέγων, Οὐ λήψῃ, &c. quæ Auguſt. reddit his verbis : *Servus Abrahæ, narrans quæ ſibi mandata fuerant à domino ſuo, dicit eum ſibi dixiſſe : Non ſumes*, &c. verba autem ſeqq. optimè concinunt cum Græco, ſi excipias unum, *inter quos*, pro quo, ἐν οἷς, *in quibus.*

℣. 38. Nil Græco ſimilius.

℣. 40. Gr. habet, Κύριος ὁ Θεός, *Dominus Deus* ; reliqua ut ſup. in Lat.

℣. 41. Græc. Τότε ἀθῷος ἔσῃ ἀπὸ τῆς ἀρᾶς μου· ἡνίκα γὰρ ἐὰν ἔλθῃς εἰς τὴν φυλήν μου, καὶ μή σοι δῶσι, καὶ ἔσῃ ἀθῷος ἀπὸ τῆς ὁρκισμῆ μου. Quidam poſt ἀρᾶς μου, rurſus addunt : καὶ ἀπὸ τῆς ὁρκισμῆ μου. Ad hæc Auguſt. ſup. *Quod habent*, inquit, *Latini codices, narrante ſervo Abrahæ quæ ſibi mandaverat dominus ejus :* Tunc innocens eris à juramento meo, *vel*, juratione mea, *Græci habent :* à maledicto meo ; ὅρκος *enim dicitur, juratio ;* ἀρά, *maledictum.*

℣. 42. Melius Auguſt. Locut. 85. de Gen. to. 3. col. 331. b. *Si tu proſperas viam meam, qua ego nunc ingredior in eam.* Gr..... εἰ οὐ εὐοδοῖς τὴν ὁδόν μου, ἐν ᾗ νῦν ἐγὼ πορεύομαι ἐν αὐτῇ. Mſ. Alex. ἣν νῦν ἐγὼ πορεύομαι ἐπ' αὐτήν.

℣. 43. Diſſimiliter habet idem Hieron. l. 1. contr. Jovin. to. 4. col. 173. f. en verba : *Ecce dum ſtetero ſuper fontem aquæ, virgo quæ egredietur ut hauriat aquam, & dixero ad eam : Da mihi paululum aquæ, ut bibam de hydria tua.* Auguſt. verò Locut. 86. de Gen. to. 3. col. 331. b. ut ſup. *Cùm verba ſua*, inquit, *narraret ſervus Abrahæ, quæ dixit acceſſurus ad fontem, ita narravit : Et erit virgo, cui ego dixero : Da mihi bibere puſillum aquæ de hydria tua.* In Græco ſic : Ἰδοὺ, ἐγὼ ἐφέστηκα ἐπὶ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος, καὶ αἱ θυγατέρες τῶν ἀνθρώπων τῆς πόλεως ἐκπορεύονται ἀντλῆσαι ὕδωρ· καὶ ἔσται ἡ παρθένος, ᾗ ἂν ἐγὼ εἴπω, πότισόν με ἐκ τῆς ὑδρίας σου μικρὸν ὕδωρ. Mſ. verò Cott. pro ἐφέστηκα, hab. ἔστηκα, deinde Mſ. Alex. ἐπὶ τὴν πηγὴν, pro ἐπὶ τῆς πηγῆς, paulòque poſt tam ipſe quàm edit. Ald. ἐξελεύσονται, pro ἐκπορεύονται, & ſub finem idem Alex. cum Cott. ſic invertit voces, πότισόν με μικρὸν ὕδωρ ἐκ τῆς ὑδρίας σου, quæ lectiones variæ, textûs Hieron. ſimiles mirè confirmant.

℣. 44. Hieron. l. 1. contr. Jovin. to. 4. col. 173. f. *Et reſponderit : Et tu bibe, & camelis tuis hauriam : hæc erit uxor, quam præparavit Dominus filio domini mei.* Similiter Græcè, præter ſeqq. Καὶ εἴπῃ μοι..... ὑδρεύσομαι· αὕτη ἡ γυνὴ ἣν..... τῷ ἑαυτοῦ θεράποντι Ἰσαάκ.

℣. 48. Itidem Græcè.

℣. 49. Græc. addit, ὑμεῖς, *vos*, ad verbum *facitis*, ſicut hoc, εἰ δὲ μὴ, *ſin autem non*, poſt *dominum meum* ; reliqua optimè quadrant. In Mſ. tamen Alex. deeſt, εἰ δὲ μή. In Oxon. ſic, ἀπαγγείλατέ μοι, εἰ δὲ μὴ, ἐπιστρέψω, &c.

℣. 51. Vix melius è Græco, præter vocem, *filii*, pro qua : τῷ υἱῷ, *filio.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

52. Quod cùm audiſſet puer Abraham, proeidens adoravit in terram Dominum.

53. Prolatiſque vaſis argenteis, & aureis, ac veſtibus, dedit ea Rebeccæ pro munere, fratribus quoque ejus & matri dona obtulit.

VERSIO ANTIQUA.

53..... vaſa aurea, & argentea, & veſtem dedit Rebeccæ..... *Ambr. l. 1. de Abr. c. 9. 311. c.*

VULGATA NOVA.

54. Inito convivio, veſcentes pariter & bibentes manſerunt ibi. Surgens autem manè, locutus eſt puer: Dimittite me, ut vadam ad dominum meum.

55. Reſponderuntque fratres ejus & mater: Maneat puella ſaltem decem dies apud nos, & poſteà proficiſcetur.

56. Nolite, ait, me retinere, quia Dominus direxit viam meam: dimittite me ut pergam ad dominum meum.

VULGATA NOVA.

57. Et dixerunt: Vocemus puellam, & quæramus ipſius voluntatem.

58. Cùmque vocata veniſſet, ſciſcitati ſunt: Vis ire cum homine iſto? Quæ ait: Vadam.

59. Dimiſerunt ergo eam, & nutricem illius, ſervumque Abraham, & comites ejus,

VERSIO ANTIQUA.

57..... 58. *Vide Not.*

59. Et dimiſerunt Rebeccam ſororem ſuam, & ſubſtantiam ejus, & ſervum Abraham, & viros qui cum eo erant, *Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 528. b.*

60. imprecantes proſpera ſorori ſuæ, atque dicentes: Soror noſtra es, creſcas in mille millia, & poſſideat ſemen tuum portas inimicorum ſuorum.

60..... Soror noſtra es, eſto in millia millium, & hæreditatem obtineat ſemen tuum civitates adverſariorum. *Aug. quæſt. 68. t. 3. 394. g.*

61. Igitur Rebecca & puellæ illius, aſcenſis camelis, ſecutæ ſunt virum: qui feſtinus revertebatur ad dominum ſuum.

62. Eo autem tempore deambulabat Iſaac per viam quæ ducit ad Puteum, cujus nomen eſt Viventis & videntis: habitabat enim in terra auſtrali: *Sup. 16. 20.*

62..... Et ipſe habitabat in terra auſtri..... *Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 528. b.*

63. & egreſſus fuerat ad meditandum in agro, inclinata jam die: cùmque elevaſſet oculos, vidit camelos venientes procul.

63. & egreſſus eſt Iſaac exerceri in campo, ad veſperam.....

64. Rebecca quoque, conſpecto Iſaac, deſcendit de camelo,

65. & ait ad puerum: Quis eſt ille homo qui venit per agrum in occurſum nobis? Dixitque ei: Ipſe eſt dominus meus. At illa tollens citò pallium, operuit ſe.

65..... & tulit theriſtrum, & operuit ſe. *Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 528. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 53. In Græco primùm, Καὶ ἐξενέγκας ὁ παῖς, & *proferens puer*; reliqua ut in Lat. Græcum tamen addit: Καὶ δῶρα ἔδωκε τῷ ἀδελφῷ αὐτῆς, καὶ τῇ μητρὶ αὐτῆς, quæ Ambroſ. memorat, his verbis: *Honorantur autem & parentes muneribus.*

℣℣. 57. 58. Græc. Καλέσωμεν τὴν παῖδα, καὶ ἐρωτήσωμεν τὸ στόμα αὐτῆς. Καὶ ἐκάλεσαν τὴν Ῥεβέκκαν, καὶ εἶπαν αὐτῇ· Πορεύσῃ μετὰ τοῦ ἀνθρώπου τούτου; ἡ δὲ εἶπε· Πορεύσομαι. Eorumdem meminit Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 9. col. 311. e. dicens: *Conſulitur puella non de ſponſalibus..... ſed jam deſponſata viro de profectionis conſulitur die; nec immeritò dilationem non adtulit, jure etenim properare debuit ad maritum.*

℣. 59. Græc. Καὶ ἐξέπεμψαν Ῥεβέκκαν τὴν..... καὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτῆς, καὶ τὸν παῖδα τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ.

℣. 60. Ita primùm Græcè: Καὶ εὐλόγησαν Ῥεβέκκαν, καὶ εἶπαν αὐτῇ, pro quibus Auguſt. ibid. *Rebeccæ dixerunt fratres ejus proficiſcenti*; reliqua probè conveniunt cum Græco, ſi excipias vocem, *millium*, pro qua, μυριάδων, *decem millium*. Apud Ambroſ. l. de Iſaac, c. 3. col. 358. f. ſic: *Eſto in millia millium*, & *ſemen tuum poſſideat adverſariorum civitates*. Gr. Καὶ κληρονομησάτω τὸ σπέρμα σου, &c.

℣. 62. Græc..... αὐτὸς δὲ κατῴκει ἐν τῇ γῇ τῇ πρὸς Λίβα. *Terra auſtri*, *Geraram ſignat*, teſte Hieron.

℣. 63. Græc. Καὶ ἐξῆλθεν Ἰσαὰκ ἀδολεχῆσαι εἰς τὸ πεδίον τὸ πρὸς δείλης. Edit. Compl. habet, ἐν τῷ πεδίῳ. Similiter Auguſt. quæſt. 69. in Gen. to. 3. col. 395. a. legit: *Et exiit Iſaac exerceri in campo meridie*: δείλη, proprie ſignificat pomeridianum tempus, id eſt, *vel nonam horam*, *vel ante ſolis occaſum*, ut Hieron. ibid. notat. De verbo autem, *exerceri*, ita diſſerit Auguſt. ſupra: *Qui verbum de hac re Græcum neſciunt, exercitationem corporis putant: Scriptum eſt Græcè*, ἀδολεχῆσαι· ἀδολεχεῖν, *verò ad animi exercitationem pertinet*, & *ſæpe vitio deputatur; more tamen Scripturarum plerumque in bono ponitur.* Tum addit: *Pro iſto verbo quidam interpretati ſunt*, exercitationem; *quidam*, garrulitatem, *quaſi* verboſitatem, *quæ in bono, quantùm ad Latinum eloquium pertinet, vix aut nunquam invenitur; ſed, ut dixi, in Scripturis plerumque in bono dicitur*, & *videtur mihi ſignificare animi affectum, ſtudioſiſſimè aliquid cogitantis cum delectatione cogitationis, niſi aliud ſentiunt qui hæc verba Græca melius intelligunt.* Item Hieron. ſup. hæc habet: *Quod autem ait*: Et egreſſus eſt ut exerceretur in campo, *quod Græcè dicitur*, ἀδολεχῆσαι, *in Hebræo legitur*: *Et egreſſus eſt Iſaac, ut loqueretur in agro, inclinante jam veſpera.* Utriuſque interpretationem confirmat S. Ambroſius in Pſ. 118. ℣. 27. col. 1013. a. dicens: ἀδολεχῆσαι, *vulgò æſtimatur, vel* hallucinari, *vel, pluſquàm oportet, aliquid loqui.* Et poſt pauca: ἀδολεχία, *vel hallucinatio, videtur longa quædam eſſe meditatio*, & *moroſa quædam mentis intentio: à quo non longè abeſt exercitium, vel animi, vel corporis.* Et infra ad hunc Geneſ. locum: *Exivit in campum Iſaac*, addit: *Græcus dixit*; ἀδολεχῆσαι, *Latinus*, deambulare, *vel* exerceri: *Rebecca veniebat..... parabantur nuptiæ..... videns patriarcha.... exivit in campum, diffundens acrimoniam ſuæ mentis..... diverſis utique cogitationibus exercebat animum.* Item l. de Iſaac, c. 1. col. 356. a. *Ipſe eſt mitis*, inquit, *qui veniente Rebecca..... exivit in campum abalienare*: & infra, c. 3. col. 358. d. de David loquens, ait: *Elevabat animam ſuam ſicut Iſaac in campo, vel abalienabat, vel, ut alii habent, deambulabat.* Pro ἀδολεχῆσαι, Symm. hab, λαλῆσαι, Aquila, ὁμιλῆσαι.

℣. 65. Græc..... ἡ δὲ λαβοῦσα τὸ θέριστρον, περιεβάλετο. *Theriſtrum*, teſte Hieronymo, *pallium dicitur, genus etiam nunc Arabici veſtimenti, quo mulieres provinciæ illius velantur.* Unde Tertul. l. de coron. mil. c. 4. p. 289. c. ait: *Rebecca, conſpecto procul ſponſo, velamen invaſit.* Item Ambr. l. 1. de Abr. c. 9. col. 312. c. his alludens, dicit: *Cùm veheretur camelo, veniebat ad ſponſum*; & infra: *Cùm veniret Rebecca, vidit Iſaac deambulantem*; & *cùm interrogaſſet quis eſſet, cognito quòd ipſe eſſet, cui duceretur uxor, deſcendit, & caput ſuum obnubere cœpit.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

66. Servus autem, cuncta quæ gesserat, narravit Isaac.

67. Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris suæ, & accepit eam uxorem: & in tantum dilexit eam, ut dolorem, qui ex morte matris ejus acciderat, temperaret.

CAPUT XXV.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 34. t. 7. 448. a.

1. ADjiciens autem Abraham, sumpsit uxorem, cui nomen Cethura:

Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 528. c.

2. & peperit ei Zamram, & Jecsan, & Madan, & Madian, & Jesboc, & Sue.

3. Et Jecsan genuit Saba, & Dadan. Et filii Dadan fuerunt, Asurim, & Latusim, & Laomim.

4. Et filii Madian, Jephar, & Apher, & Enoch, & Abida, & Aledea: omnes hi filii Ceturæ.

Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 34. t. 7. 448. a.

5. Dedit autem Abraham omnem censum suum Isaac filio suo:

6. & filiis concubinarum suarum dedit Abraham dationes, & dimisit eos ab Isaac filio suo, adhuc se vivo, ad orientem in terram orientis.

7..... *Vide Not.*

Hieron. in Sophon. l. t. 3. 1645. c. d.

8. Et deficiens mortuus est Abraham in senectute bona, senex, & plenus dierum: & appositus est ad populum suum.

VULGATA NOVA.

1. ABraham verò aliam duxit uxorem nomine Ceturam: *1. Par. 1. 32.*

2. quæ peperit ei Zamram, & Jecsan, & Madan, & Madian, & Jesboc, & Sue.

3. Jecsan quoque genuit Saba, & Dadan. Filii Dadan fuerunt, Assurim, & Latusim, & Loomim.

4. At verò ex Madian ortus est Epha, & Opher, & Henoch, & Abida, & Eldaa: omnes hi filii Ceturæ.

5. Deditque Abraham cuncta quæ possederat, Isaac:

6. filiis autem concubinarum largitus est munera, & separavit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viveret, ad plagam orientalem.

7. Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ, centum septuaginta quinque anni.

8. Et deficiens mortuus est in senectute bona, provectæque ætatis, & plenus dierum: congregatusque est ad populum suum.

VULGATA NOVA.

9. Et sepelierunt eum Isaac & Ismaël filii sui in spelunca duplici, quæ sita est in agro Ephron filii Seor Hethæi, è regione Mambre,

10. quem emerat à filiis Heth: ibi sepultus est ipse, & Sara uxor ejus.

11. Et post obitum illius benedixit Deus Isaac filio ejus, qui habitabat juxta puteum nomine Viventis & videntis.

12. Hæ sunt generationes Ismaël filii Abrahæ, quem peperit ei Agar Ægyptia, famula Saræ:

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 89. t. 3. 331. d.

Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 529. c.

13. Hæc sunt nomina filiorum Ismaël secundùm nomina generationum eorum. Primogenitus Ismaëlis Nabaioth, & Cedar.....

14..... & Duma.....

15..... & Theman..... & Cedema.

VULGATA NOVA.

13. & hæc nomina filiorum ejus in vocabulis & generationibus suis. Primogenitus Ismaëlis Nabaioth, deinde Cedar, & Adbeel, & Mabsam, *1. Par. 1. 29.*

14. Masma quoque, & Duma, & Massa,

15. Hadar, & Thema, & Jethur, & Naphis, & Cedma.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem Græcè. Ita rursum ap. August. quæst. 70. in Gen. to. 3. col. 395. b. præter hoc, *nomine Cethuram*, pro *cui nomen*, &c. Apud Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 528. c. sic: *Et adjecit Abraham, & accepit uxorem, & nomen ejus, Cetura.* Gr. Χετλύρα.

℣. 2. In Græco, Ἔτεκε δὲ αὐτῷ τὸν Ζομβρᾶν, καὶ τὸν Ἰεζὰν (edit. Compl. Ἰεκτὰν, Mſ. Cott. Ἰεξὰν), καὶ τὸν Μαδὰλ (ed. Ald. Μαδὰ, Mſ. Cott. Μαδὰν,) καὶ τὸν Μαδιὰμ (al. Μαδιὰν,) καὶ τὸν Ἰεσβῶκ, καὶ τὸν Σωιέ. Mſs. Alex. & Cott. Σωνέ.

℣. 3. Græc. Ἰεζὰν (Mſ. Cott. Ἰεξὰν) δὲ ἐγέννησε τὸν Σαβὰ, καὶ τὸν Δεδὰν (Mſ. Cott. Δαιδάν.) Υἱοὶ δὲ Δεδὰν Ἀσσυριείμ (Mſs. Alex. & Cott. υἱοὶ δὲ Δαιδὰν ἐγένοντο Ῥαγουὴλ, καὶ Ναβδεὴλ, καὶ Ἀσσυρείμ,) καὶ Λατουσιείμ, καὶ Λαωμείμ.

℣. 4. Gr. Υἱοὶ δὲ Μαδιὰμ Γεφὰρ, καὶ Ἀφεὶρ, καὶ Ἐνὼχ, καὶ Ἀβειδὰ (Mſ. Cott. Ἀβιρὰ, al. Ἀβιδὰ,) καὶ Ἐλδαγά· πάντες οὗτοι ἦσαν υἱοὶ Χετλύρας.

℣. 5. Eadem iterum refert August. l. de pat. to. 6. col. 544. e. nec dissimilia Græcum habet, nisi excipias ista, πάντα τὰ ὑπάρχοντα, loco *omnem censum*, mel. Hieron. quæst. Hebr. in Gen. col. 529. a. *Et dedit Abraham universa quæ habuit Isaac.*

℣. 6. Similia Græc. habet. Eodemque modo iterum legit August. l. de pat. to. 6. col. 544. e. usque ad vocem, *suo*, nisi quòd loco *dationes*, ponit *munera*, è Græco, δόματα. Similiter loco cit. de civit. Dei, col. 448. b. & quæst. 70. in Gen. to. 3. col. 395. f. Hieron. verò in Sophon. 1. to. 3. col. 1645. d. legit, *dona*: & quæst. Hebr. in Gen. to. 2. col. 529. a. sic habet: *Filiis autem concubinarum, quas habuit, dedit munera, & dimisit eos ab Isaac filio suo, cùm adhuc viveret, in oriente ad terram orientalem.*

℣. 7. Sequuntur in Græco: Ταῦτα δὲ τὰ ἔτη ἡμερῶν τῆς ζωῆς Ἀβραὰμ ὅσα ἔζησεν, ἑκατὸν ἑβδομηκονταπέντε ἔτη· καὶ..... ἀπέθανεν, quæ narrando ita exprimit August. l. 16. de civit. Dei, c. 34. col. 448. c. *Et mortuus est Abraham, cùm esset annorum centum septuaginta quinque:* vox tamen ista, *quinque*, abest à Mſs. August.

℣. 8. Ita in Græco ad verbum: at quæst. Hebr. to. 2. col. 529. b. sic hab. idem Hieron. *Et mortuus est Abraham in senectute bona, senex & plenus, & collectus est ad populum suum;* tum addit: *Male in LXX. Interpretibus additum est:* & deficiens Abraham mortuus est, *quia non convenit Abrahæ deficere & imminui.* (Est tamen in edit. Vulgata & respondet Hebræo.) Deinde Hieronymus: *Illud quoque quod nos posuimus:* In senectute bona senex & plenus: *in Græcis codicibus ponitur: Plenus dierum.* Similiter Ambros. l. 1. de Abr. c. 9. col. 312. e. ait: *Abraham, celebratis filii nuptiis, longæva ætate, & bona senectute complevisse dies.* Item l. de bon. mort. c. 8. col. 404. d. *Abraham*, inquit, *mortuus est in senectute bona:* & in Ps. 36. col. 804. c. *De Abraham dictum est quòd nutritus esset in senectute bona.*

℣. 13. Eadem iterum legit August. quæst. 71. in Gen. to. 3. col. 395. g. Hieron. verò quæst. Hebr. in Gen. to. 2. col. 529. c. sic: *Et hæc nomina filiorum Ismaël in nominibus suis, & in generationibus suis.* Gr. Καὶ ταῦτα τὰ ὀνόματα τῶν..... κατ' ὀνόματα τῶν γενεῶν αὐτῶν· Πρωτότοκος Ἰσμαὴλ καὶ Ναβαιὼθ καὶ Κηδάρ. Similiter Hilar. in Ps. 119. col. 376. a. ait, *Cedar Ismael fuisse filium.*

℣℣. 14..... 16. Gr. Καὶ Δεμὰ..... καὶ Θαιμὰν..... καὶ Κεδμά. Οὗτοί εἰσιν οἱ υἱοὶ Ἰσμαήλ..... δώδεκα ἄρχοντες καὶ ἔθνη αὐτῶν· quæ Hieron. sup. sic reddit, dicens: *Duodecim filii nascuntur Ismaëli, è quibus primogenitus fuit Nabaioth..... ab uno ex his Cedar in deserto, & Duma alia regio, & Theman ad austrum, & Cedema ad orientalem plagam dicitur.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

16. Isti sunt filii Ismaëlis : & hæc nomina per castella & oppida eorum, duodecim principes tribuum suarum.

17. Et facti sunt anni vitæ Ismaëlis centum triginta septem, deficiensque mortuus est, & appositus ad populum suum.

18. Habitavit autem ab Hevila usque Sur, quæ respicit Ægyptum introëuntibus Assyrios: coram cunctis fratribus suis obiit.

19. Hæ quoque sunt generationes Isaac filii Abraham : Abraham genuit Isaac :

20. qui cùm quadraginta esset annorum, duxit uxorem Rebeccam filiam Bathuelis Syri de Mesopotamia, sororem Laban.

21. Deprecatusque est Isaac Dominum pro uxore sua, eò quòd esset sterilis : qui exaudivit eum, & dedit conceptum Rebeccæ.

22. Sed collidebantur in utero ejus parvuli ; quæ ait : Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere ? Perrexitque ut consuleret Dominum.

Rom. 9. 10. 23. Qui respondens, ait : Duæ gentes sunt in utero tuo, & duo populi ex ventre tuo dividentur, populusque populum superabit, & major serviet minori.

24. Jam tempus pariendi advenerat, & ecce gemini in utero ejus reperti sunt.

Ose. 12. 3. Matth. 1. 2. 25. Qui prior egressus est, rufus erat, & totus in morem pellis hispidus : vocatumque est nomen ejus Esaü. Protinus alter egrediens, plantam fratris tenebat manu : & idcirco appellavit eum Jacob.

26. Sexagenarius erat Isaac quando nati sunt ei parvuli.

VERSIO ANTIQUA.

17. Hi sunt anni vitæ Ismaël centum triginta septem, & deficiens mortuus est, & est appositus ad genus suum. *Hieron. in Sophon. l. 1545. c. d.*

18..... contra faciem omnium fratrum suorum habitavit..... *Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 529. c.*

20..... accepit Rebeccam filiam Bathuel Syri de Mesopotamia, sororem Laban Syri sibi in uxorem. *Aug. Locut. 90. t. 3. 331. c.*

21..... & concepit Rebecca uxor ejus. *Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 530. a.*

22..... Si sic mihi futurum erat, ut quid mihi hoc ? Abiit autem Isaac cum ea interrogare Dominum. *Auct. l. de prad. apud Prosp. p. 105. a. part. 1. c. 20.*

23. Et dixit Dominus Rebeccæ : Duæ gentes in utero tuo sunt, & duo populi de ventre tuo dividentur, & populus populum superabit, & major serviet minori. *Cypr. l. 1. Testim. 280. c.*

24..... & ei erant gemini in utero ejus. *Aug. Locut. 91. t. 3. 331. e.*

25. Et egressus est primus rubeus, totus sicut pellis pilosus..... *Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 530. b.*

26..... *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 17. Optimè è Græco, geminata voce *anni*, nempe ante *vitæ*, & post *septem*.

℣. 18. Gr. Κατώκησε δὲ ἀπὸ Εὐϊλὰτ ἕως Σὴρ, ἥ ἐστι κατὰ πρόσωπον Αἰγύπτου ἕως ἐλθεῖν πρὸς Ἀσσυρίους· κατὰ πρόσωπον, &c. ut in Lat. Hieron. ubi supra sic habet : *Et habitaverunt ab Evila usque Sur, quæ est contra faciem Ægypti venientibus in Assyrios : in conspectu omnium fratrum cecidit.* Hæc autem ex Hebræo : addit Hieron. *Quod autem in extremo hujus capituli, juxta LXX. legimus :* contra faciem omnium fratrum suorum habitavit ; *verius est illud quod nos posuimus : Coram omnibus fratribus suis occubuit.*

℣. 20. Hæc antecedunt in Græco : Ἦν δὲ Ἰσαὰκ ἐτῶν τεσσαράκοντα, ὅτε ἔλαβε, &c. *Erat autem Isaac annorum quadraginta, quando accepit,* &c. ut in Lat. nisi quòd additur Συρίας, *Syriæ*, ad vocem, *Mesopotamia*, Ms. tamen Alex. delet, Συρίας, cum August.

℣. 21. Ita primùm Græcè : Ἐδέετο δὲ Ἰσαὰκ Κυρίου περὶ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ὅτι στεῖρα ἦν· ἐπήκουσε δὲ αὐτοῦ ὁ Θεός, deinde ut in Lat. præter unum ἐν γαστρί, *in utero*, additum verbo *concepit*. August. l. 16. de civit. Dei, c. 35. col. 448. d. iisdem alludit, dicens : *Cùm illi* (Isaac) *Deum roganti, ut pareret uxor ejus, quæ sterilis erat, concessisset Dominus quod petebat, atque haberet illa conceptum*, &c. Similiter Ambros. l. de Isaac, c. 4. col. 362. f. *Partus ejus*, inquit, *avidè requirebat : concepit autem Rebecca ; & patientiâ suâ nodum sterilitatis absolvit :* & in Ps. 118. col. 1223. d. *Rogatus est Dominus ab Isaac..... ut daret ei.....hæredes de Rebecca uxore sua..... Exaudivit eum, & concepit Rebecca.*

℣. 22. Priora ista leguntur apud Anonymum : *Cùm autem concepisset Rebecca, gemini gestiebant in utero ejus : illa ægrè ferens* (supple *dixit*,) &c. ut sup. Similiter August. l. 16. de civit. Dei, c. 35. col. 448. d. *Gesticbant gemini adhuc in utero ejus inclusi.* Item quæst. 72. in Gen. to. 3. col. 396. b. *De Rebecca scriptum est, quia venit interrogare Dominum, cùm gestirent puerperia in utero ejus :* & serm. 5. to. 5. col. 30. f. cum paraphrasi : *Cùm etiam in utero luctarentur, & tædium mater pateretur, quia impellebantur viscera ejus, ait : Quid mihi sic ? Meliùs mihi erat sterilitas quàm ut hæc paterer.* Ambros. l. de Isaac, c. 4. col. 362. f. *Abiit*, inquit, *interrogare Dominum, quia exsultabant infantes in utero ejus :* & in Ps. 118. col. 1223. d. *Et rogavit Dominum, cùm jactare se* (Mss. quid. *luctari se*) *parvuli viderentur in utero ejus.* Hieron. denique quæst. Hebr. to. 2. col. 530. a. relatis his verbis quasi ex Hebræo, & *movebantur filii ejus in ea*, addit : *Pro* motione *LXX. Interpretes posuerunt*, ἐσκίρτων, *id est*, *ludebant*, *sive calcitrabant.* Sic etiam legimus in Gr. Ἐσκίρτων δὲ τὰ παιδία ἐν αὐτῇ· εἶπε δέ· Εἰ οὕτω μοι μέλλει γίνεσθαι, ἵνα τί μοι τοῦτο ; ἐπορεύθη δὲ πυθέσθαι παρὰ Κυρίου.

℣. 23. Cypriano accinit ad verbum Tertul. l. contr. Jud. c. 1. p. 135. cum Anon. apud Marten. Anecdot. to. 5. col. 10. b. Sic etiam habet August. tum quæst. 73. in Gen. to. 3. col. 396. d. tum l. 16. de civit. Dei, c. 35. col. 448. e. excepto uno, *separabuntur*, pro *dividentur*, in Gr. διασαλήσονται, cum cæteris ut in Lat. Rursus August. ser. 5. to. 5. col. 30. f. iisdem alludens, ait : *Dictum est ei à Domino quòd duo populi in utero ejus confligerent, & duæ gentes ; & quia major serviet minori.* Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 21. col. 258. b. sic legit : *Duo populi in utero tuo, & duæ gentes in ventre tuo ; & populus populum superabit, & major serviet minori.* Similiter Ambros. in Ps. 118. col. 1223. d. *Duæ gentes in utero tuo sunt, & duo populi ab utero tuo separabuntur, & populus*, &c. ut sup. & l. 1. de Cain & Ab. c. 1. col. 184. d. 185. c. *Duæ gentes in utero tuo sunt, & duo populi de ventre tuo exibunt.* Auct. l. de promiss. ap. Prosp. part. 1. c. 20. col. 105. a. *Duo populi in utero tuo sunt, & duæ plebes de ventre tuo prodibunt, & populus populum superabit*, &c. ut sup. Junil. Afric. l. 2. de part. div. leg. c. 21. col. 348. a. *Populus populum præcedet, & major serviet minori.* Vid. etiam Hieron. ep. ad. Damas. to. 2. quæst. 3. col. 569. b.

℣. 24. Itidem Græcè.

℣. 25. In Græco : Ἐξῆλθε δὲ ὁ πρωτότοκος πυρράκης· ὅλος, ὡσεὶ δορὰ, δασύς, &c. quæ optimè congruunt cum Latino. Addit quoque Hieronym. *Ubi nos*, pilosum, *posuimus*, *in Hebræo habet*, seir ; *unde & Esaü, sicut & alibi legimus*, seir, *id est*, pilosus, *est dictus.* Sequitur etiam in Græco : ἐπωνόμασε δὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ἡσαῦ· *cognominavit autem nomen ejus, Esaü.* August. ser. 4. to. 5. col. 17. e. hæc habet : *Genuit mater ambos filios..... unum pilosum, alterum lenem.* Vid. etiam, l. 16. de civit. Dei, col. 448. b.

℣. 26. In Græco sup. Καὶ μετὰ τοῦτο ἐξῆλθεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἐπειλημμένη τῆς πτέρνης Ἡσαῦ· καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ἰακώβ· Ἰσαὰκ δὲ ἦν ἐτῶν ἑξήκοντα, ὅτε ἔτεκεν αὐτὸς Ῥεβέκκα. Eò spectant quæ August. ait ser. 4. to. 5. col. 23. b. *Tunc enim dictus est supplantator, quando manu fratris sui nascentis pedem tenuit.* Item quæst. 122.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 92. t. 3. 331. e. Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 37. t. 7. 448. b, c.

27. Creverunt autem juvenes : erat Esaü homo sciens venari, agrestis : Jacob autem homo simplex, habitans domum.

VULGATA NOVA.

27. Quibus adultis, factus est Esaü vir gnarus venandi, & homo agricola : Jacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis.

VULGATA NOVA.

28. Isaac amabat Esaü, eò quòd de venationibus illius vesceretur : & Rebecca diligebat Jacob.

29. Coxit autem Jacob pulmentum : ad quem cùm venisset Esaü de agro lassus,

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 530. b.

30. & dixit Esaü Jacob : Da mihi gustum de coctione rubea ista, quia deficio. Propterea vocatum est nomen ejus Edom.

Aug. Locut. 93. t. 3. 331. f.

31..... Vende mihi hodie primogenita tua mihi.

Ambr. de Caïn l. 1. c. 4. 188. d, e.

32..... ut quid mihi primatus?

33..... 34. *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

30. ait : Da mihi de coctione hac rufa, quia oppidò lassus sum. Quam ob causam vocatum est nomen ejus Edom.

31. Cui dixit Jacob : Vende mihi primogenita tua. *Hebr. 12. 16. Abd. 1.*

32. Ille respondit : En morior, quid mihi proderunt primogenita ?

33. Ait Jacob : Jura ergo mihi. Juravit ei Esaü, & vendidit primogenita.

34. Et sic accepto pane & lentis edulio, comedit, & bibit, & abiit ; parvipendens quòd primogenita vendidisset.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in Gen. to. 3. col. 468. a. *Genuit eos Isaac cùm esset annorum sexaginta.*

℣. 27. Optimè è Græco, addito, &, post *juvenes*. Ad hanc autem vocem, *simplex*, August. loco cit. de civit. Dei, addit : *Hoc nostri quidam interpretati sunt*, sine dolo ; *sive autem*, sine dolo, *sive* simplex, *sive potiùs*, sine fictione, *dicatur, quod est Græcè* ἄπλαστος, *quis est... dolus hominis sine dolo?* Similiter quæst. 74. in Gen. to 3. col. 396. f. *Quod Græcè dicitur*, ἄπλαστος, *hoc Latini*, simplicem, *interpretati sunt : propriè autem*, ἄπλαστος, *non fictus, unde aliqui Latini Interpretes*, sine dolo, *interpretati sunt, dicentes* : *Erat Jacob sine dolo habitans in domo.* Benè inquit, *in domo*, juxta Mss. Cott. & Aldin. edit. quæ hab. οἰκῶν ἐν οἰκίᾳ, loco οἰκῶν οἰκίαν, quod alii ferunt. August. tamen ibid. textum Lat. refert ut sup. *Jacob autem homo simplex, habitans domum :* at ser. 4. to. 5. col. 18. a. c. alludens, dicit : *Erat ille agrestis venator ; Jacob autem sine dolo conversabatur in domo.* Greg. M. Moral. l. 5. c. 11. col. 147. c. ad hoc Vulgatæ, *habitabat in tabernaculis*, addit : *vel sicut in alia translatione dicitur*, habitabat domi.

℣. 30. Vix meliùs è Græco, nisi quòd loco horum, *da mihi gustum de coctione rubea*, Græcè legitur, γεῦσόν με ἀπὸ τοῦ ἑψήματος πυῤῥοῦ, ad verbum, *gustare fac me de pulmento rufo*, quod idem valet. *Rubrum* autem, inquit, *sive fulvum, linguâ Hebraeâ, Edom dicitur.*

℣. 31. Ita primùm Græcè : Εἶπε δὲ Ἰακὼβ τῷ Ἡσαῦ· Ἀπόδου μοι, &c. ut in Lat. Item apud August. ibid. *Jacob ad Esaü : Vende mihi*, &c. & in fine : *sic enim*, inquit, *habent codices Græci.* August. in Ps. 46. to. 4. col. 410. g. eadem memorat, dicens : *Si vis ut dem tibi, da mihi primogenita tua :* & ser. 4. to. 5. col. 16. c. *Da mihi progenita tua*, & *dabo tibi lentem quam coxi.*

℣. 32. In Græco sic : Καὶ εἶπεν Ἡσαῦ· Ἰδοὺ ἐγὼ πορεύομαι τελευτᾶν, καὶ ἵνα τί μοι ταῦτα τὰ πρωτοτόκια ; quò spectant ista Hilarii in Ps. 118. col. 350. f. *Emit enim Jacob primogenita Esaü, quæ sibi ille tanquam moriturus inutilia existimavit.*

℣℣. 33. 34. Græc. sic pergit : Καὶ εἶπεν αὐτῷ Ἰακώβ· Ὄμοσόν μοι σήμερον· καὶ ὤμοσεν αὐτῷ· ἀπέδοτο δὲ Ἡσαῦ τὰ πρωτοτόκια τῷ Ἰακώβ. Ἰακὼβ δὲ ἔδωκε τῷ Ἡσαῦ ἄρτον, καὶ ἔψημα φακοῦ, &c. quibus omnibus intendens August. l. 16. de civit. Dei, c. 37. to. 7. col. 448. a. dicit : *Primatus majoris transfunditur in minorem ex pacto & placito inter illos, eò quòd lenticulam, quem cibum minor paraverat, major immoderatiùs concupivit, eoque pretio primogenita sua fratri, juratione interposita, vendidit :* item ser. 4. to. 5. col. 16. c. *vendidit primogenita sua minori.*

CAPUT XXVI.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 36. t. 7. 447. a. b. c. d.

1. FActa est autem fames super terram, præter famem quæ priùs facta est in tempore Abrahæ : abiit autem Isaac ad Abimelech regem Philistinorum in Gerara.

2. Apparuit autem illi Dominus, & dixit : Noli descendere in Ægyptum, habita autem in terra, quam tibi dixero.

3. Et incole in terra hac, & ero tecum, & benedicam te : tibi enim & semini tuo dabo omnem terram hanc, & statuam juramentum meum quod juravi Abrahæ patri tuo.

4. Et multiplicabo semen tuum tanquam stellas cœli : & dabo semini tuo omnem terram hanc : & BENEDICENTUR in semine tuo omnes gentes terræ,

VULGATA NOVA.

1. ORta autem fame super terram, post eam sterilitatem quæ acciderat in diebus Abraham, abiit Isaac ad Abimelech regem Palæstinorum in Gerara.

2. Apparuitque ei Dominus, & ait : Ne descendas in Ægyptum, sed quiesce in terra, quam dixero tibi.

3. Et peregrinare in ea, eroque tecum, & benedicam tibi : tibi enim & semini tuo dabo universas regiones has, complens juramentum quod spopondi Abraham patri tuo. *Sup. 12. 7. 15. 18.*

4. Et multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli : daboque posteris tuis universas regiones has : & BENEDICENTUR in semine tuo omnes gentes terræ, *Sup. 12. 3.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Eadem rursum habet August. tum quæst. 75. in Gen. to. 3. col. 397. a. tum l. de unit. Eccl. to. 9. col. 345. c. d. exceptâ voculâ, *ante*, loco *priùs*. Similiter in Græco : Ἐγένετο δὲ λιμὸς ἐπὶ τῆς γῆς, χωρὶς τοῦ λιμοῦ τοῦ πρότερον (Mss. Cott. & Oxon. cum edit. Compl. τοῦ προτέρου) ὃς ἐγένετο ἐν τῷ..... ἐπορεύθη δὲ..... Γαζιλέα Φυλιστιείμ, &c. ut sup.

℣. 2. Sic iterum legit August. l. de unit. Eccl. to. 9. col. 345. c. nisi excipias unum, & *apparuit*, pro *apparuit autem* ; at in Gr. ὤφθη δέ, &c. ut in Latino.

℣. 3. Nil Græco similius. Eadem quoque refert idem Aug. lib. de unit. Eccl. to. 9. col. 345. d. præter ista, *incole*, pro *habita*, & *jusjurandum tecum*, loco *juramentum meum* : at l. 4. contr. Cresc. to. 9. col. 521. b. retinet *juramentum meum*. Collat. Carthag. ap. Optat. col. 392. a. *jusjurandum meum*. Tichon. reg. 3. col. 54. d. similiter habet : *Ero tecum*, & *benedicam te ; tibi enim & semini tuo dabo terram hanc*, & *statuam jurationem meam, quam juravi Abrahæ patri tuo.*

℣. 4. Ita Græc. habet, verbum pro verbo, sicut & August. denuo, l. de unit. Eccl. to. 9. col. 345. d. hoc tamen excepto, *ampliabo*, pro *multiplicabo*, nec non, *tibi* &,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Sup. 18. 18. 22. 18. *Inf.* 28. 24. 5. eò quòd obedierit Abraham voci meæ, & cuſtodierit præcepta & mandata mea, & ceremonias legeſque ſervaverit.

6. Manſit itaque Iſaac in Geraris.

VERSIO ANTIQUA.

5. pro eo quòd obaudivit Abraham pater tuus vocem meam, & cuſtodivit præcepta mea, & mandata mea, & juſtificationes meas, & legitima mea. *Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 36. t. 7. 447. d.*

6..... 11. *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

7. Qui cùm interrogaretur à viris loci illius ſuper uxore ſua, reſpondit: Soror mea eſt: timuerat enim confiteri quòd ſibi eſſet ſociata conjugio, reputans ne fortè interficerent eum propter illius pulchritudinem.

8. Cùmque pertranſiſſent dies plurimi, & ibidem moraretur, proſpiciens Abimelech rex Palæſtinorum per feneſtram, vidit eum jocantem cum Rebecca uxore ſua.

9. Et accerſito eo, ait: Perſpicuum eſt quòd uxor tua ſit: cur mentitus es eam ſororem tuam eſſe? Reſpondit: Timui ne morerer propter eam.

10. Dixitque Abimelech: Quare impoſuiſti nobis? potuit coire quiſpiam de populo cum uxore tua, & induxeras ſuper nos grande peccatum. Præcepitque omni populo, dicens:

11. Qui tetigerit hominis hujus uxorem, morte morietur.

VULGATA NOVA.

12. Sevit autem Iſaac in terra illa, & invenit in ipſo anno centuplum: benedixitque ei Dominus.

13. Et locupletatus eſt homo, & ibat proficiens atque ſuccreſcens, donec magnus vehementer effectus eſt:

VERSIO ANTIQUA.

12. Seminavit autem Iſaac in terra illa, & invenit in anno illo centuplum hordei: benedixit autem eum Dominus. *Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 530. b. Aug. quæſt. 76. in Gen. t. 3. 397. e.*

13. Et exaltatus eſt homo, & procedens major fiebat, quoad uſque magnus factus eſt valde.

VULGATA NOVA.

14. habuit quoque poſſeſſiones ovium & armentorum, & familiæ plurimum. Ob hoc invidentes ei Palæſtini,

15. omnes puteos, quos foderant ſervi patris illius Abraham, illo tempore obſtruxerunt, implentes humo:

16. in tantum, ut ipſe Abimelech diceret ad Iſaac: Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es valde.

VULGATA NOVA.

17. Et ille diſcedens, ut veniret ad torrentem Geraræ, habitaretque ibi:

18. rurſum fodit alios puteos, quos foderant ſervi patris ſui Abraham, & quos, illo mortuo, olim obſtruxerant Philiſthiim: appellavitque eos eiſdem nominibus quibus ante pater vocaverat.

19. Foderuntque in Torrente, & repererunt aquam vivam.

20. Sed & ibi jurgium fuit paſtorum Geraræ adversùs paſtores Iſaac, dicentium: Noſtra eſt aqua: quam ob rem nomen putei, ex eo quod acciderat, vocavit Calumniam.

VERSIO ANTIQUA.

17. Et abiit inde Iſaac, & venit in vallem Gerarum, & habitavit ibi: *Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 530. b. c.*

18..... *Vide Not.*

19. Et foderunt pueri Iſaac in valle Gerarum, & invenerunt ibi puteum aquæ vivæ. *Hieron. ibid.*

20. Et litem fecerunt paſtores Gerarum cum paſtoribus Iſaac..... & vocavit nomen ejus, Injuſtitiam..... *Ambr. l. de Iſa. c. 4. col. 363. b. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

addito ad *dabo*. Sic iterum Auguſt. l. contr. Creſcon. to. 9. col. 521. b. cum his, *Ampliabo..... & dabo tibi, & ſemini tuo*, &c. ſed poſt *terram*, tollit *hanc*. Itidem in Collat. Carthag. col. 392. a. retenta tamen voce, *hanc*, ſed pro ſeq. *in ſemine*, legitur, *in nomine*. Apud Auguſt. l. 1. contr. epiſt. Parm. to. 9. col. 12. d. conſtanter: *Et benedicentur in ſemine tuo*, &c. ut ſup. Apud Tichon. reg. 3. col. 54. d. ſimpliciter: *Et multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, & dabo tibi, & ſemini tuo omnes gentes terræ.*

℣. 5. Græc. Ἀνθ' ὧν ὑπήκουσεν Ἀβραάμ, &c. ut in Lat. Iterumque Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. col. 345. d. *Pro his quæ obaudivit Abraham pater tuus vocem meam, & ſervavit præcepta mea, & juſtitias meas, & legitima mea:* & l. 1. contr. ep. Parm. to. 9. col. 12. d. *Pro eo quòd audivit pater tuus vocem meam.* Similiter habet Tichon. reg. 3. col. 54. d. e. Collat. verò Carthag. ap. Optat. col. 392. a. ſic: *Pro hoc quia obaudivit Abraham pater tuus meam vocem, & ſervavit præcepta mea, & juſtitias meas, & legitima mea.*

℣℣. 6..... 11. Quæ omittuntur hîc à Patribus Lat. commemorantur ab Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 36. col. 447. c. his verbis: *Timuit ſanè etiam ipſe periculum de pulchritudine conjugis, cùm habitaret inter alienos, fecitque quod pater, ut eam ſororem diceret, taceret uxorem; erat enim ei propinqua paterno & materno ſanguine: ſed etiam ipſa ab alienigenis, cognito quòd uxor ejus eſſet, manſit intacta.*

℣. 12. Hæc verba uſque ad *benedixit*, ex Hieronymo, leguntur ſimiliter Græcè, ſicut & reliqua ex Auguſtino, niſi excipias iſtud, *centuplum hordei*, pro quo ἑκαλοσεύσαν κριθήν, ad verbum, *centuplicans hordeum*: addit Hieron. ibid. *Melius puto illud eſſe quod habetur in Hebræo, & Aquila quoque tranſtulit*: Et invenit in anno illo centuplum æſtimatum, *id eſt*, ἑκαλὸν εἰκασμένον..... *denique ſequitur*: & benedixit ei Dominus.

℣. 13. Itidem Græcè, præter unum, ἐγένετο, *factus eſt*, pro *fiebat*. Apud Hieron. ſupra: *Et magnus factus eſt vir, & ambulabat vadens, & magnificatus, donec magnus fieret vehementer.*

℣. 17. Optimè è Græco, niſi excipias iſta: *Et venit in vallem Gerarum*, pro quibus, Καὶ καλέλυσεν ἐν τῇ φάραγγι Γεράρων, *& divertit in valle Gerarorum.* Obſervat Hieron. ibid. pro *valle*, *torrentem* haberi in Hebræo; unde conſtat hîc & in ſeqq. apud Hieronymum vix alium adhiberi textum, præter illum qui eſt ſecundùm LXX.

℣. 18. In Græco ſic: Καὶ πάλιν Ἰσαὰκ ὤρυξε τὰ φρέατα τοῦ ὕδατος, ἃ ὤρυξαν οἱ παῖδες Ἀβραὰμ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· ἃ ἐνέφραξαν αὐτὰ οἱ Φυλιστιείμ μετὰ τὸ ἀποθανεῖν Ἀβραὰμ τὸν πατέρα αὐτοῦ, &c. Quò redeunt iſta Ambroſii, l. de Iſaac, c. 4. col. 363. a. d. *Fodit autem puteos Iſaac, & plurimos quidem, quos foderat pater ejus, & repleverant illos, poſt mortem Abrahæ patris illius, alienigenæ.*

℣. 19. Similiter in Græco: monet etiam ibid. Hieron. pro *valle*, ſcriptum eſſe (in Hebræo) *torrentem*. Apud Ambroſ. l. de Iſaac, c. 4. to. 1. col. 363. a. hæc habentur: *Præ cæteris fodit hos puteos, unum in convalle Gerarum; & invenit ibi puteum aquæ vivæ;* quæ Hieronymi ſcripturam optimè confirmant.

℣. 20. Gr. Καὶ ἐμαχέσαντο (ſchol. ἐδικάσαντο) οἱ ποιμένες Γεράρων μετὰ τῶν ποιμένων Ἰσαάκ· deinde ſic: φάσκοντες αὐτῶν εἶναι τὸ ὕδωρ, *dicentes ſuam eſſe aquam*, quorum loco Ambroſ. habet: *Eò quòd aquam ſibi ejus putei quaſi propriam vindicabant.* Græc. addit: Καὶ ἐκάλεσαν, (Mſ. Alex. ἐκάλεσεν) τὸ ὄνομα τοῦ φρέατος, Ἀδικία, &c. in Mſ. Alex. φρέατος ἐκείνου.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 531. a. 21..... & foderunt puteum alterum : & altercati ſunt etiam ſuper eo, & vocavit nomen ejus, Inimicitiæ.

22..... Et foderunt puteum alium, & non litigaverunt cum eis : & vocavit nomen ejus, Latitudo..... Dilatavit Dominus nobis, & auxit nos ſuper terram.

Ambr. de Iſa. c. 4. 363. f.

Fulg. l. 2. ad Monim. c. 4. 30. b. 23. Aſcendit autem inde ad puteum Juramenti,

24. & viſus eſt ei Dominus in illa nocte, & dixit ei : Ego ſum Deus Abraham patris tui, ne timeas, tecum enim ſum : & benedicam te, & multiplicabo ſemen tuum propter Abraham patrem tuum.

25. Et ædificavit ibi Iſaac altare : & invocavit in nomine Domini.....

Hieron. quæſt. Hebr. 531. a. 26. Et Abimelech ivit ad eum de Geraris, & Ochozath pronubus ejus, & Phichol princeps militiæ ejus.

Aug. Locut. 94. t. 3. 331. f.

Aug. quæſt. 77. in Gen. t. 3. 397. g.

Idem Locut. 95. 331. f. 28..... Videntes vidimus quia eſt Dominus tecum..... Fiat exſecratio inter nos, & inter te, & diſponemus tecum teſtamentum,

29. ne facias nobiſcum malum.....

VULGATA NOVA.

21. Foderunt autem & alium : & pro illo quoque rixati ſunt, appellavitque eum, Inimicitias.

22. Profectus inde fodit alium puteum, pro quo non contenderunt : itaque vocavit nomen ejus, Latitudo, dicens : Nunc dilatavit nos Dominus, & fecit creſcere ſuper terram.

23. Aſcendit autem ex illo loco in Berſabee,

24. ubi apparuit ei Dominus in ipſa nocte, dicens : Ego ſum Deus Abraham patris tui, noli timere, quia ego tecum ſum : benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum propter ſervum meum Abraham.

25. Itaque ædificavit ibi altare : & invocato nomine Domini, extendit tabernaculum : præcepitque ſervis ſuis ut foderent puteum.

26. Ad quem locum cùm veniſſent de Geraris, Abimelech, & Ochozath amicus illius, & Phicol dux militum,

27. locutus eſt eis Iſaac : Quid veniſtis ad me, hominem quem odiſtis, & expuliſtis à vobis ?

28. Qui reſponderunt : Vidimus tecum eſſe Dominum, & idcirco nos diximus : Sit juramentum inter nos, & ineamus fœdus,

29. ut non facias nobis quidquam mali, ſicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod te læderet : ſed cum pace dimiſimus auctum benedictione Domini.

VULGATA NOVA.

30 Fecit ergo eis convivium, & poſt cibum & potum

31. ſurgentes manè, juraverunt ſibi mutuò : dimiſitque eos Iſaac pacificè in locum ſuum.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 531. b. 32..... Et venerunt pueri Iſaac, & nunciaverunt ei de puteo quem foderunt, & dixerunt ei : Non invenimus aquam.

33. Et vocavit nomen ejus, Juramentum.....

VULGATA NOVA.

32. Ecce autem venerunt in ipſo die ſervi Iſaac, annuntiantes ei de puteo quem foderant, atque dicentes : Invenimus aquam.

33. Unde appellavit eum, Abundantiam : & nomen urbi impoſitum eſt Berſabee, uſque in præſentem diem.

VULGATA NOVA.

34. Eſaü verò quadragenarius duxit uxores, Judith filiam Beeri Hethæi, & Baſemath filiam Elon ejuſdem loci :

35. quæ ambæ offenderant animum Iſaac & Rebeccæ. *Inf. 27, 46.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 21. Horum meminit Ambroſ. l. de Iſaac, c. 4. col. 363. b. e. dicens : *Et fodit alium puteum, in quo orta eſt diſceptatio, & impoſuit illi nomen, Inimicitias.* Græc..... ὤρυξε φρέαρ ἕτερον· ἐκρίνοντο δὲ καὶ περὶ ἐκείνου· καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ἐχθρία.

℣. 22. Sic pergit Ambroſ. l. de Iſaac, c. 4. col. 363. b. *Et fodit tertium* (puteum) *in quo lis nulla inter paſtores commiſſa eſt ; & vocavit eum, Latitudinem.* In Græco ſic... ὤρυξε φρέαρ ἕτερον· καὶ οὐκ ἐμαχέσαντο περὶ αὐτοῦ· καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Εὐρυχωρία, λέγων· Διότι νῦν ἐπλάτυνε, &c. ut in Lat.

℣. 23. Similiter habet idem Fulgent. fragm. 34. contr. Fab. p. 639. a. nec aliter in Græco.

℣. 24. Eadem itærum refert Fulgent. fragm. 34. contr. Fab. p. 639, a. Eaque ſimiliter exſtant Græcè, detractâ voculâ *ei*, poſt *dixit*. Iiſdem alludit Ambroſ. l. de Iſaac, c. 4. col. 364. a. dicens : *Ultimus eſt puteus juramenti, in quo ei viſus eſt Deus, & ait ei : Noli timere ; tecum enim ſum : & benedixit eum.* Auguſt. verò l. 16. de civit. Dei, c. 36. to. 7. col. 447. e. cum Fulgentio legit, paucis exceptis : *Ego ſum Deus Abraham patris tui, noli timere : tecum enim ſum. Et benedixi te, & multiplicabo ſemen tuum propter*, &c. ut ſup. In edit. Ald. εὐλόγηκά ζε, at in aliis conſtanter, εὐλογήζω σε.

℣. 25. Sic iterum Fulgent. fragm. 34. p. 639. a. At in Græco deeſt, *Iſaac*, & loco *in nomine*, legitur, τὸ ὄνομα, *nomen*.

℣. 26. Ita Græcè ad verbum, niſi quòd huic, ἀρχιστράτηγος, additur, τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, id eſt, *princeps militiæ virtutis ejus*. Hieron. infra legit, *princeps exercitus ejus*. Vox etiam, δύναμις aliquando accipitur pro *exercitu*, vel *copiis*. Monet quoque ibid. Hieron. *pro* Ochozath pronubo, *in Hebræo ſcribi, collegium amicorum ejus*. Vid. quæ notavi ſupra ad ℣. 17.

℣. 28. Itidem Græcè, præter unum, ἦν, *erat*, vel *fuit*, loco *eſt* : pro ἀρά verò apud Auguſt. legitur, *execratio, id eſt*, inquit, *juratio, quæ maledictis obſtringit, quæ accidant ei, qui pejeraverit :* & Locut. 95. *Quod Latini habent :* Et diſponemus tecum teſtam. ne facias, &c. *tanquam diceretur :* ut paciſcaris non facere nobiſcum malum.

℣. 29. Græc. Μὴ ποιῆσαι, &c. ut in Lat.

℣. 32. Sic *habetur in LXX. Interpretibus*, teſte Hieronymo. Sic autem hodie ibid. legitur : Καὶ παραγενόμενοι οἱ παῖδες Ἰσαὰκ ἀπήγγειλαν αὐτῷ περὶ τῆς φρέατος οὗ ὤρυξαν, καὶ εἶπαν· Οὐχ εὕρομεν ὕδωρ. *Et advenientes pueri Iſaac, nunciaverunt ei.....* & *dixerunt : Non*, &c. Apud Auguſt. quæſt. 78. in Gen. to. 3. col. 397. g. ſic : *Quid eſt quod ſcriptum eſt, quòd cùm veniſſent pueri Iſaac, & dixiſſent : Fodimus puteum, & non invenimus aquam*, &c. at infra addit : *Quanquam alii Interpretes pueros Iſaac inventam potiùs aquam nunciaſſe dixerunt.* Et quidem in edit. Comp. etiamnum legitur : Καὶ εἶπαν αὐτῷ· Εὕρομεν, abſque negatione, quam etiam negationem in Hebræo non legi, auctor eſt Hieronymus : *E contrario*, inquit, *in Hebræo, cui interpretationi Aquila conſentit*, & *Symmachus, hoc ſignificat*, quæ invenerint aquam, & *propterea appellatus ſit puteus ipſe*, Saturitas. Ambroſ. verò l. de Iſaac. c. 4. col. 363. b. habet ut ſupra : *Fodit & puteum juramenti*, & *non invenit in eo aquam ;* in Mſs. tamen duobus loco, & *non invenit*, legitur, *etenim invenit.*

℣. 33. Sic Hieron. poſt LXX. In Mſ. etiam Alex. etiamnum legitur : ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ὅρκος. In Vatic. autem καὶ ἐκάλεσεν αὐτὸ, Ὅρκος, cui favet Ambroſ. l.

Digitized by Google

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

de Isaac, c. 4. col. 363. b. dicens : *Et vocavit eum puteum juramenti.* Similiter Augustin. quæst. 78. in Gen. to. 3. col. 397. g. *Appellavit eundem puteum Isaac, Juramentum.*

CAPUT XXVII.

VULGATA NOVA.

1. SEnuit autem Isaac, & caligaverunt oculi ejus, & videre non poterat : vocavitque Esaü filium suum majorem, & dixit ei : Fili mi? Qui respondit : Adsum.

2. Cui pater : Vides, inquit, quòd senuerim & ignorem diem mortis meæ.

3. Sume arma tua, pharetram, & arcum, & egredere foras: cùmque venatu aliquid apprehenderis,

VERSIO ANTIQUA.

1..... & vocavit filium suum seniorem Esaü, & dixit..... *Aug. Locut. 96. t. 3. 331. f.*

3. Nunc ergo sume vas tuum, pharetramque, & arcum, & exi in campum, & venare mihi venationem. *Item Locut. 97. & 98. 331. g. 332. a.*

VULGATA NOVA.

4. fac mihi inde pulmentum sicut velle me nosti, & affer ut comedam : & benedicat tibi anima mea antequam moriar.

5. Quod cùm audisset Rebecca, & ille abiisset in agrum ut jussionem patris impleret,

VULGATA NOVA.

6. dixit filio suo Jacob : Audivi patrem tuum loquentem cum Esaü fratre tuo, & dicentem ei:

7. Affer mihi de venatione tua, & fac cibos ut comedam, & benedicam tibi coram Domino antequam moriar.

8. Nunc ergo fili mi, acquiesce consiliis meis:

9. & pergens ad gregem, affer mihi duos hœdos optimos, ut faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur:

10. quas cùm intuleris, & comederit, benedicat tibi priusquàm moriatur.

11. Cui ille respondit : Nosti quòd Esaü frater meus homo pilosus sit, & ego lenis:

12. si attrectaverit me pater meus, & senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducam super me maledictionem pro benedictione.

VERSIO ANTIQUA.

6..... 7. *Vide Not.*

8. Nunc ergo fili, audi me..... *Aug. ser. 4. col. 17. a.*

9. & vade ad oves, & sume mihi duos hœdos teneros, & bonos..... *Aug. Locut. 99. 332. a.*

10..... *Vide Not. ad ℣. 9.*

11..... Ecce Esaü frater meus vir pilosus, & ego sum vir levis. *Hieron. quæst. Hebr. t. 2. col. 531. b.*

12..... 13..... 14. *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

13. Ad quem mater : In me sit, ait, ista maledictio, fili mi : tantùm audi vocem meam, & pergens affer quæ dixi.

14. Abiit, & attulit, deditque matri. Paravit illa cibos, sicut velle noverat patrem illius.

VULGATA NOVA.

15. Et vestibus Esaü valde bonis, quas apud

VERSIO ANTIQUA.

15. Et sumpsit Rebecca vestimenta Esaü filii *Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 531. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita primùm in Græco : Ἐγένετο δὲ μετὰ τὸ γηράσαι τὸν Ἰσαὰκ, καὶ ἠμβλύνθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ τοῦ ὁρᾶν, &c. ut in Latino. Quæ respiciens Augustin. l. 16. de civit. Dei, c. 37. col. 448. b. dicit : *Senescit Isaac, ejusque oculis per senectam visus aufertur.* Item ser. 4. to. 5. col. 15. e. *Jam senuerat..... dicuntur caligasse oculi Isaac :* & infra, col. 16. g. *Benedicere volebat majorem filium Isaac senex caliginosis oculis.*

℣. 3. Itidem Græcè. Apud Ambros. l. de fug. sæc. c. 8. col. 437. f. *Carpe arcum & sagittam.*

℣℣. 6. 7. Horum multa refert Augustin. serm. 4. to. 5. col. 17. a. quæ, quoniam recitata videntur ab ipso ex memoria, ut & alia plura desumpta ex sermonibus, sacro contextui nectere piguit : ne tamen illa penitus amitterentur, ipsa & horum similia notis plerumque inserenda duximus. Sic itaque Augustin. habet loco supra cit. *Ego ipsa audivi patrem tuum dicentem fratri tuo : Vade, & affer mihi venationem, ut manducem, & benedicat te anima mea antequam moriar.* Similiter Ambros. ep. 8. col. 785. f. *Vade, affer mihi de venatione tua, ut manducem.* Græc. verò sic : Ἴδε, (Ms. Alex. ἴδε ἐγὼ) ἤκουσα τοῦ πατρός σου λαλοῦντος πρὸς Ἡσαῦ τὸν ἀδελφόν σου, λέγοντος· Ἔνεγκόν μοι θήραν, καὶ ποίησόν μοι ἐδέσματα, ἵνα φαγὼν εὐλογήσω σε ἐναντίον Κυρίου πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν με. Vid. Augustin. serm. 4. & 5.

℣. 8. Gr. Νῦν οὖν υἱέ μου, ἄκουόν μου, &c.

℣. 9. Idem Augustin. quæst. 117. in Gen. to. 3. col. 406. f. *Curre ad oves, & accipe mihi duos hœdos.* Similiter Hieron. ep. ad Damas. to. 2. col. 569. b. *Vade ad gregem, & accipe mihi inde duos hœdos.* In Græco sic : Καὶ πορευθεὶς ἆρον τὰ πρόβατα, λάβε μοι ἐκεῖθεν δύο ἐρίφους ἁπαλοὺς καὶ καλούς· καὶ ποιήσω αὐτοὺς ἐδέσματα τῷ πατρί σου, ὡς φιλεῖ· deinde : Καὶ ἐνέγκεις τῷ πατρί σου, καὶ φαγέτω ὅπως εὐλογήσῃ σε ὁ πατήρ σου πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν αὐτόν. Eadem Augustin. iterum narrat ser. 4. to. 5. col. 17. b. dicens : *Et dedit illi consilium ut iret, afferretque duos hœdos de proximo grege, & faceret illos mater, quemadmodum delectabatur pater ejus, & manducaret, & benediceret filium suum minorem, absente majore.*

℣. 11. In Græco sic : Ἔστιν Ἡσαῦ ὁ ἀδελφός μου ἀνὴρ δασύς, ἐγὼ δὲ ἀνὴρ λεῖος. Addit Hieron. ibid. *Ubi nos Pilosum legimus, in Hebræo scriptum est, Seir.* Augustin. eadem refert ser. 4. to. 5. col. 17. b. sed memoriter, ut videtur, *Frater meus*, inquit, *pilosus est, ego autem lenis sum.* Vide plura ibid.

℣℣. 12. 13. 14. Deficiente textu Lat. ita supplemus de Gr. Μήποτε ψηλαφήσῃ με ὁ πατήρ, καὶ ἔσομαι ἐναντίον αὐτοῦ ὡς καταφρονῶν, καὶ ἐπάξω ἐπ' ἐμαυτὸν κατάραν, καὶ οὐκ εὐλογίαν. εἶπε δὲ αὐτῷ ἡ μήτηρ· Ἐπ' ἐμὲ ἡ κατάρα σου τέκνον· μόνον ἐπάκουσόν μου τῆς φωνῆς, καὶ πορευθεὶς ἔνεγκέ μοι. Πορευθεὶς δὲ ἔλαβε, καὶ ἤνεγκε τῇ μητρί· καὶ ἐποίησεν ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἐδέσματα, &c. Quæ omnia Augustin. commemorat ser. 4. to. 5. col 17. b. his verbis : *Ne contingat me, & compalpet pater meus, & intelligat, quia ego sum Jacob, & adquiram non benedictionem, sed maledictionem. Dixit mater : Vade, fili, audi me ; maledictio tua super me sit..... Perrexit, & adtulit duos hœdos ; facti sunt, & apposuit patri suo.*

℣. 15. Gr. Καὶ λαβοῦσα Ῥεβέκκα τὴν στολὴν Ἡσαῦ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς τοῦ πρεσβυτέρου τὴν καλὴν, ἣ ἦν παρ' αὐτῇ ἐν τῷ οἴκῳ, ἐνέδυσεν, &c. Quæ autem ibi Hieron. *vestimenta* vocat, Ambrosius l. 2. de Jacob, c. 2. col. 461. e. *stolam* dicit,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi sup. sui majoris, quæ erant desiderabilia valde apud se domi.....	se habebat domi, induit eum :

VULGATA NOVA.	
16. pelliculasque hœdorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit.	17. Deditque pulmentum, & panes, quos coxerat, tradidit.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Aust. l. de præd. apud Prosp. p. 1. c. 21. col. 105. d. 18..... Et dicit : Pater ? At ille : Quis es tu fili ?	18. Quibus illatis, dixit : Pater mi ? At ille respondit : Audio. Quis es tu fili mi ?
19..... Ego sum primogenitus tuus Esaü : feci sicut locutus es mihi.....	19. Dixitque Jacob : Ego sum primogenitus tuus Esaü : feci sicut præcepisti mihi : surge, sede, & comede de venatione mea, ut benedicat mihi anima tua.
Ambr. de fug. sæc. c. 8. 437. d. 20..... Quid est hoc quod tam citò inveniſti, fili mi ? (Respondit Jacob :) Quod tradidit Dominus Deus tuus in manus meas.	20. Rursumque Isaac ad filium suum : Quo modo, inquit, tam citò invenire potuisti, fili mi ? Qui respondit : Voluntas Dei fuit ut citò occurreret mihi quod volebam.
	21. Dixitque Isaac : Accede huc, ut tangam te fili mi, & probem utrùm tu sis filius meus Esaü, an non.
Idem de Jacob, l. 2. c. 2. 462. a. 22..... Vox quidem, vox Jacob : manus autem, manus Esaü.	22. Accessit ille ad patrem, & palpato eo dixit Isaac : Vox quidem, vox Jacob est : sed manus, manus sunt Esaü.
23..... *Vide Not.*	23. Et non cognovit eum, quia pilosæ manus similitudinem majoris expressérant. Benedicens ergo illi,
Aug. ser. 4. t. 5. 22. a. b. 24..... Tu es filius meus Esaü..... Ego.	24. ait : Tu es filius meus Esaü ? Respondit : Ego sum.
25. Et dixit : Appone mihi, & manducabo de venatione tua, fili, & benedicat te anima mea.....	25. At ille : Affer mihi, inquit, cibos de venatione tua, fili mi, ut benedicat tibi anima mea. Quos cùm oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum : quo hausto,
26..... *Vide Not.*	26. dixit ad eum : Accede ad me, & da mihi osculum, fili mi.
Aug. ibid. 27. Et accessit, & osculatus est eum, & odoratus est odorem vestis ejus, & benedixit eum, & dixit : Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, quem benedixit Dominus.	27. Accessit, & osculatus est eum. Statimque ut sensit vestimentorum illius fragrantiam, benedicens illi, ait : Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.
Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 37. t. 7. 448. c. d. 28. Et det tibi Deus de rore cœli, & de ubertate terræ, & multitudinem frumenti & vini.	28. Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti & vini.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

juxta Græc. *Hanc stolam*, inquit, *Ecclesiæ typo Rebecca protulit, & dedit filio juniori stolam veteris Testamenti.* Item l. de inst. virg. to. 2. col. 271. c. *Et tu ergo sume stolam illam..... atque indue te, & hujusmodi epulas adfer ad patrem.*

℣. 18. Εἶπε δὲ· Πάτερ· ὁ δὲ εἶπεν· Ἰδοὺ ἐγώ· Τίς εἶ σὺ τέκνον ; *dixit autem : Pater : ille verò dixit : Ecce ego : Quis es tu fili ?*

℣. 19. Græc. Ἐγὼ Ἡσαῦ ὁ πρωτότοκός σου πεποίηκα, &c. ut in Lat.

℣. 20. Hæc primò leguntur Gr. Εἶπε δὲ Ἰσαὰκ τῷ υἱῷ αὐτοῦ, quibus respondent ista Ambrosii : *Unde miratus pater, ait ;* reliqua Græca sic habentur : Τί τοῦτο ὅτι ταχὺ εὗρες, ὦ τέκνον ; ὁ δὲ εἶπεν· Ὁ παρέδωκε Κύριος ὁ Θεός σου ἐναντίον μου. *Quid hoc quod citò invenisti, ô fili ? at ille dixit : Quod tradidit Dominus Deus tuus coram me.* Ambros. tamen l. 1. de Caïn & Ab. c. 8. col. 198. e. legit ut sup. *Quid est hoc quod tam citò invenisti, fili ? & ille respondit : Quod tradidit Dominus Deus tuus in manus meas :* & infra c. 9. col. 199. f. *Quoniam tradidit ea Dominus Deus in manus meas.* Item epist. 8. to. 2. col. 785. e. 786. a. *Quid est quod tam citò invenisti, fili ? qui dixit : Quod tradidit,* &c. ut sup. Vide etiam l. de institut. virg. col. 271. d.

℣. 22. Itidem in Græco. Hieron. quoque ep. ad Damas. to. 2. col. 569. a. legit : *Vox quidem, vox Jacob est,* &c. ut sup. sed in Mss. quibusdam sic : *Vox hæc, vox Jacob est ;* in aliis, *Vox, vox Jacob est.*

℣. 23. In Græco sic : Καὶ οὐκ ἐπέγνω αὐτὸν, ἦσαν γὰρ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ὡς αἱ χεῖρες Ἡσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ δασεῖαι· καὶ εὐλόγησεν αὐτόν. Quò spectant illa Augustini, l. 16. de civit. Dei, c. 37. col. 448. b. *Vult benedicere filium majorem, & pro illo nesciens benedicit minorem, pro fratre majore qui erat pilosus, se paternis manibus supponentem, hœdinis sibi pelliculis coaptatis.* Vid. etiam ser. 4. to. 5. col. 20. e. ubi sic : *Consilium dat ut accipiat ille pelles hœdinas, & accedat ad patrem. Majorem quærit pater, & minorem benedixit :* & supra col. 17. c. *Quia non illum agnoscebat in voce, tetigit, invenit pilos, quia pellibus hœdorum circumdederat mater brachia ejus :* & ser. 5. to. 5. col. 31. b. *Et sic illum benedixit pater, palpans brachia ipsius, & inveniens hirsutum.*

℣. 24. Ita Augustin. habet : *Ipse Isaac ad Jacob : Tu es filius meus Esaü ? Respondit Jacob : Ego.* In Gr. Καὶ εἶπε· Σὺ εἶ ὁ υἱός μου Ἡσαῦ ; ὁ δὲ εἶπεν· Ἐγώ.

℣. 25. In Græco, pro *appone*, legitur, προσάγαγε, *affer*, & pro & *benedicat*, ἵνα εὐλογήσῃ, *ut benedicat ;* cætera quadrant ad verbum. Augustin. addit in fine, *antequam moriar*, ex anteced. ℣. 7.

℣. 26. Ambros. l. de institut. virg. to. 2. c. 16. col. 271. alludens, dicit : *Et dicat tibi : Accede ad me, filia.* Augustin. serm. 4. to. 5. col. 22. a. addit : *Admove mihi osculum.* Gr. ἔγγισόν μοι, καὶ φίλησόν με τέκνον.

℣. 27. Gr. primo loco sic habet : Καὶ ἐγγίσας, ἐφίλησεν· & *accedens osculatus est ;* subinde loco *vestis*, τῶν ἱματίων, *vestimentorum ;* cætera concordant. Ambros. etiam l. 2. de Jac. c. 2. to. 1. col. 462. a. hab. *Et odoratus est odorem vestimentorum ejus :* & l. de fug. sæc. c. 8. col. 437. c. *Ecce odor filii mei tanquam odor agri pleni, quem benedixit Dominus.* Vid. etiam l. 2. de Jac. c. 1. col. 459. f. & l. de Isaac, c. 5. col. 370. e. & l. de institut. virg. to. 2. col. 271. d. & l. de ob. Valent. col. 1192. e. Vet. Iren. Interp. legit similiter : *Ecce odor filii mei quasi odor agri pleni, quem benedixit Deus.* Item Cypr. l. 1. Testim. col. 281. b. *Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni, quem benedixit Dominus.* Accinunt Hilar. in Ps. 121. col. 388. e. Augustin. l. 16. de civit Dei, c. 37. to. 7. col. 448. c. d. Et Auctor. l. de promiss. part. 1. c. 21. col 106. a. nisi quòd Hilar. in fine habet, *Deus*, alii duo, *Dominus*, è Gr. Κύριος.

℣. 28. Ita in Græco ad verbum, excepta voce una, πιότητος, *pinguedine*, pro *ubertate*. Idem Augustin. serm.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

29. Et ſerviant tibi populi, & adorent te tribus: eſto dominus fratrum tuorum, & incurventur ante te filii matris tuæ: qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.

30. Vix Iſaac ſermonem impleverat: & egreſſo Jacob foras, venit Eſaü,

31. coctoſque de venatione cibos intulit patri, dicens: Surge pater mi, & comede de venatione filii tui: ut benedicat mihi anima tua.

32. Dixitque illi Iſaac: Quis enim es tu? Qui reſpondit: Ego ſum filius tuus primogenitus Eſaü.

33. Expavit Iſaac ſtupore vehementi: & ultra quàm credi poteſt, admirans, ait: Quis igitur ille eſt qui dudum captam venationem attulit mihi, & comedi ex omnibus priuſquàm tu venires? benedixique ei, & erit benedictus.

34. Auditis Eſaü ſermonibus patris, irrugiit clamore magno: & conſternatus, ait: Benedic etiam & mihi, pater mi.

35. Qui ait: Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam.

36. At ille ſubjunxit: Juſtè vocatum eſt nomen ejus Jacob: ſupplantavit enim me en altera vice: primogenita mea ante tulit, & nunc ſecundò ſubripuit benedictionem meam. Rurſumque ad patrem: Nunquid non reſervaſti, ait, & mihi benedictionem?

Sup. 25. 33.

37. Reſpondit Iſaac: Dominum tuum illum

VERSIO ANTIQUA.

29. Et ſerviant tibi gentes, & adorent te principes: & fiere dominus fratris tui, & adorabunt te filii patris tui: qui maledixerit te, maledictus: & qui benedixerit te, benedictus. *Aug. ubi ſup.*

30..... *Vide Not.*

31..... Exſurgat pater meus, & manducet de venatione filii ſui: ut benedicat me anima tua. *Anon. de præd. Dei, ap. Proſp. p. 1. c. 21. 106. a.*

32. Dixit Iſaac..... Quis es tu? Et ille: Ego ſum Eſaü filius tuus major. *Aug. ſer. 5. t. 5. 31. c.*

33. Expavit autem Iſaac pavore magno valde... Quis ergo venatus eſt mihi venationem, & intulit mihi, & manducavi ab omnibus antequàm tu venires? & benedixi eum, & ſit benedictus. *Aug. quæſt. 80. in Gen. t. 3. 398. c. Idem l. 16. de civ. Dei, c. 37. t. 7. 448. g.*

34. Factum eſt autem, ut audivit Eſaü verba Iſaac patris ſui, exclamavit voce magna, & dixit: Benedic & me, pater. *Aug. ſer. 4. t. 5. 23. a. b.*

35. Et dixit illi: Venit frater tuus cum dolo, & accepit benedictionem tuam.

36. Et dixit Eſaü: Juſtè vocatum eſt nomen ejus Jacob: ſupplantavit enim me jam bis: & primogenita mea accepit. *Aug. ſer. 4. t. 5. 23. b. Ambr. de fug. ſæc. c. 8. 437. f.*

37. Reſpondit autem Iſaac, & dixit ad illum: *Aug. ſer. 4. t. 5. 23. e.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

4. to. 5. col. 22. f. ſic legit: *Et dabit tibi Dominus de rore cæli deſurſum, & ab ubertate terræ, & multitudinem frumenti & vini.* Edit. etiam Compl. pro δώη, *det*, habet, δώσει, *dabit*, & Ms. Alex. ad vocem ὑραν῀, *cæli*, addit ανωθεν, *deſuper*, ut ſupra. Vetus Iren. Interp. l. 5. c. 33. p. 332. d. legit: *Det tibi Deus de rore cæli, & à fertilitate terræ, multitudinem tritici & vini.* Cypr. l. 1. Teſtim. p. 281. b. *Et det tibi Deus de rore cæli, & à fertilitate terræ, multitudinem frumenti, & vini, & olei.* Itidem Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. part. 1. c. 21. p. 106. a. Tertul. verò l. 3. contr. Marc. p. 680. c. *Det tibi Deus de rore cæli, & de opimitate terræ*, quam vocem, *opimitatem* conſtanter adhibet. Ambroſ. l. de inſtit. virg. c. 16. to. 2. col. 271. d. *Det tibi Deus à rore cæli deſuper, & ab ubertate terræ abundantiam.* Junil. Afric. l. 2. de part. divin. leg. c. 21. col. 348. a. *Dabit tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ plenitudinem frumenti & vini.* Nota in edit. Compl. deeſſe καί, poſt vocem *terræ*.

℣. 29. Aptè ad Græcum, niſi hoc excipias, & *qui benedixerit*, pro quo, ὁ δὲ εὐλογῶν, *qui autem*, &c. Idem Auguſt. ſerm. 4. to. 5. col. 22. f. g. ſic habet: *Et ſervient tibi gentes, & eris dominus fratris tui, & adorabunt te filii patris tui: qui maledixerit te, maledictus erit; & qui benedixerit te, benedictus erit.* Similiter hab. Cypr. l. 1. Teſtim. p. 281. b. *Et ſervient tibi gentes, & adorabunt te principes, & eris dominus fratris tui, & adorabunt te filii patris tui; & qui te maledixerit, erit maledictus; & qui te benedixerit, benedictus.* Vet. autem Iren. Interp. l. 5. c. 33. p. 332. d. ut ſupra: *Et ſerviant tibi gentes, & adorent te principes, & eſto* (Gr. γίνου) *dominus fratris tui; & adorabunt te filii patris tui: qui maledicet te, maledictus erit; & qui benedicet te, benedictus erit.* Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. part. 1. c. 21. col. 106. a. *Et ſerviant tibi gentes, & adorabunt te* (Ms. Alex. cum edit. Compl. προσκυνήσουσι) *principes, & eris dominus fratris tui, & adorabunt te filii patris tui; & qui te benedixerit, erit benedictus; & qui te maledixerit, erit maledictus.* Ambroſ. l. de inſtit. virg. to. 2. col. 271. e. *Qui maledixerit tibi, maledictus erit; & qui benedixerit te, benedictus erit.*

℣. 30. In Gr. ſic: Καὶ ἐγένετο μετὰ τὸ παύσασθαι Ἰσαὰκ εὐλογῶντα Ἰακὼβ τὸν υἱὸν αὐτοῦ· καὶ ἐγένετο, ὡς ἂν ἐξῆλθεν Ἰακὼβ..... καὶ Ἡσαῦ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἦλθεν ἀπὸ τῆς θήρας. Quibus alludens Ambroſ. l. 2. de Jacob, col. 462. b. ait: *Celebrata benedictione, poſtea ſenior frater advenit.* Similiter Auguſt. ſerm. 5. to. 5. col. 31. c. *Venit ille qui ierat ad venationem, apportans quod pater juſſerat.*

℣. 31. In Græco primùm: Καὶ ἐποίησε καὶ αὐτὸς ἐδέσματα, καὶ προσήνεγκε τῷ παρὶ αὐτοῦ, καὶ εἶπε τῷ παρί· Ἀναστήτω, &c. ut in Lat. Eadem memorat Auguſt. ſerm. 4. col. 18. e. dicens: *Venit ille ſerò, & affert quod juſſit pater:* & infra, col. 20. f. *Venit major, & dicit: Ecce pater, manduca; ſicut juſſiſti mihi, feci:* & ſerm. 5. col. 31. c. *Et dicit: Pater, manduca, ſicut voluiſti.*

℣. 32. Similiter hab. idem Auguſt. ſer. 4. col. 20. f. *Dicit ille: Quis es tu? Reſpondit: Ego ſum filius tuus major Eſaü.* In Gr. Καὶ εἶπεν αὐτῷ Ἰσαὰκ ὁ πατὴρ αὐτοῦ· Τίς εἶ σύ; ὁ δὲ εἶπεν· Ἐγώ εἰμι ὁ υἱός σου ὁ πρωτότοκος Ἡσαῦ.

℣. 33. Auguſt. ibid. *Quod habent*, inquit, *Latini codices:* Expavit, &c. *Græci habent*, Ἐξέστη δὲ Ἰσαὰκ ἔκστασιν μεγάλην σφόδρα· Nunc etiam ita legitur in omnibus Græcis, additurque, Καὶ εἶπε· τίς, &c. ut in Lat. verbum pro verbo; loco tamen, *ſit benedictus*, habetur εὐλογημένος ἔσαι, *benedictus erit*; at in Ms. Alex. non ἔσαι, ſed ἔσω, ut ſup. Auguſt. ſer. 4. to. 5. col. 23. a. b. iiſdem alludit, dicens: *Reſpondens autem Iſaac, dixit ad Eſaü: Quis ergo venatus eſt mihi venationem, & intulit mihi? benedictus ſit:* & ſup. col. 20. f. *Et quis eſt ille à quo jam manducavi, & benedixi eum? & benedictus erit.* Item ſer 5. col. 31. c. *Quis eſt autem jam qui adtulit mihi eſcam, & manducavi, & benedixi illum? & benedictus eſt.* Auctor l. de promiſſ. ap. Proſp. part. 1. c. 21. col. 106. b. ſic habet: *Et quis eſt qui venatus eſt mihi, & intulit priuſquàm tu introires, & benedixi illum? & benedictus eſt.*

℣. 34. Itidem Græcè, hoc addito, καὶ πικρὰν σφόδρα, & *amara valde*, ad vocem, *magna*, nec non νῦν, *nunc*, poſt *benedic*.

℣. 35. Gr. Εἶπε δὲ αὐτῷ· Ἐλθὼν ὁ ἀδελφός σου..... ἔλαβε, &c. ut in Lat. Rectè Ambroſ. l. 2. de Jac. c. 3. col. 462. c. *Ait Iſaac: Frater tuus veniens cum dolo, accepit benedictionem tuam.* Auguſt. verò ſer. 4. to. 5. col. 18. c. conſtanter, *Venit frater tuus cum dolo, & abſtulit benedict. tuam.* Item Tichon reg. 3. col. 55. e. cum Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. part. 1. c. 21. *Venit frater tuus cum dolo, & accepit benedict. tuam.*

℣. 36. Eadem leguntur Græcè, præter hoc, ἰδὼ δεύτερον τοῦτο, *ecce ſecundò jam*, pro *jam bis*; at in Ms. Alex. ac edit. Ald. ἤδη δεύτερον τοῦτο, & in Compl. ſimpliciter, ἤδη δεύτερον, abſque τοῦτο, nec uſpiam additur nomen *Eſaü*, poſt *dixit*. Similiter habet Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 531. d. *Et dixit Eſaü: Juſte vocatum eſt nomen ejus, Jacob; ſupplantavit enim me ecce ſecundò;* ſubinde Græc. addit: Καὶ εἶπεν Ἡσαῦ τῷ πατρὶ αὐτοῦ· Οὐχ ὑπελίπω μοι εὐλογίαν πάτερ; ſeu cum Mſ. Oxon. ὑπελείφθη ζοι εὐλογία; quò ſpectant iſta Auguſtini, ſerm. 5. to. 5. col. 31. d. *Cùm ille diceret: Nunquid finitæ ſunt benedictiones? Benedic & me.*

℣. 37. Priora iſta: *Reſpondit autem Iſaac, & dixit ad illum*, cum poſtremis: *tibi autem quid faciam, fili?* &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Jul. Firmic. de errore profan. relig. c. 19. p. 171. g. Dominum tuum feci illum, & omnes fratres ejus feci ſervos: tritico & vino confirmavi illum; tibi autem quid faciam, fili?	conſtitui, & omnes fratres ejus ſervituti illius ſubjugavi: frumento & vino ſtabilivi eum, & tibi poſt hæc, fili mi, ultra quid faciam?
Ambr. de parad. 178. d. 38. Et dixit Eſaü ad patrem ſuum: Nunquid una benedictio tibi eſt, pater? benedic tamen &	38. Cui Eſaü: Num unam, inquit, tantùm benedictionem habes, pater? mihi quoque obſecro ut benedicas. Cùmque ejulatu magno fleret,
Aug. ſer. 4. t. 5. 21. g. 23. f. me, pater. Cùm ſtrangulatus eſſet Iſaac.....	
39. Reſpondit autem Iſaac, & ait illi: Ecce à fertilitate terræ erit habitatio tua, & à rore cœli deſuper.	39. motus Iſaac, dixit ad eum: In pinguedine terræ, & in rore cœli deſuper, *Hebr.* 11. 20.
Ambr. ep. 77. t. 2. 1090. c. 40. Et ſuper gladium tuum vives, & ſervies fratri tuo: erit autem cùm depoſueris & ſolveris jugum illius à collo tuo.	40. erit benedictio tua. Vives in gladio, & fratri tuo ſervies: tempuſque veniet, cùm excutias & ſolvas jugum ejus de cervicibus tuis.
Hieron. ep. ad Damaſ. quæſt. 3. §69. c. 41..... Appropinquent dies paſſionis patris mei, ut interficiam Jacob fratrem meum.	41. Oderat ergo ſemper Eſaü Jacob pro benedictione qua benedixerat ei pater: dixitque in corde ſuo: Venient dies luctûs patris mei, & occidam Jacob fratrem meum. *Abd. v.* 10.
42..... *Vide Not.*	42. Nunciata ſunt hæc Rebeccæ: quæ mittens & vocans Jacob filium ſuum, dixit ad eum: Ecce Eſaü frater tuus minatur ut occidat te.
Ambr. de fug. ſæc. c. 4. 426. b. 43..... exſurgens fuge in Meſopotamiam.....	43. Nunc ergo, fili mi, audi vocem meam, & conſurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran:
44..... *Vide Not.*	44. habitabiſque cum eo dies paucos, donec requieſcat furor fratris tui,
Ibid. 427. b. 45..... mittam ad te, & accerſiam te inde.....	45. & ceſſet indignatio ejus, obliviſcaturque eorum quæ feciſti in eum: poſtea mittam, & adducam te inde huc: cur utroque orbabor filio in uno die?
	46. Dixitque Rebecca ad Iſaac: Tædet me vitæ meæ propter filias Heth: ſi acceperit Jacob uxorem de ſtirpe hujus terræ, nolo vivere. *Sup. 26. 35.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ab Auguſt. ſumpta ſunt; alia intermedia ex Julio Firmico; cuncta Græco non parum ſimilia: ita enim ſe habet: Ἀποκριθεὶς δὲ Ἰσαὰκ, εἶπε τῷ Ἡσαῦ· Εἰ κύριον αὐτὸν πεποίηκά σε, καὶ πάντας τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ πεποίηκα αὐτῷ οἰκέτας, οἴτῳ καὶ οἴνῳ ἐστήριξα αὐτόν· σοὶ δὲ τί ποιήσω τέκνον; Auguſt. loco cit. ſic habet: *Dominum illum tuum feci, & omnes fratres ejus ſervient illi:* & ſer. 5. col. 31. d. *Cùm illum talem feci, tibi quid habeo dare?* & ſer. 4. col. 21. g. *Quid tibi facturus ſum?* Iſta verò de ſermonibus, ubi ſenſus plerumque magis redditur, quàm verba.

℣. 38. Græc. Εἶπε δὲ Ἡσαῦ πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ· Μὴ εὐλογία μία σοί ἐστι, πάτερ; εὐλόγησόν δὴ κἀμὲ, πάτερ. Κατανυχθέντος δὲ Ἰσαὰκ, ἀνεβόησε φωνῇ Ἡσαῦ, καὶ ἐκλαυσεν. Rurſus habet Auguſtin. ſer. 4. col. 21. g. *Benedic & me pater; non enim una tibi eſt benedictio:* & ſer. 5. col. 31. d. *Benedic & me pater:* & *extorſit*, & *accepit benedictionem:* & ſer. 4. col. 23. f. *Cùm ſtrangulatus eſſet Iſaac, id eſt, cùm coactus eſſet;* & infra, 26. d. *Quare ſuggillatus Iſaac, benedixit? jam enim neceſſitate jam coactus pater ejus,* &c. Similiter apud Ambroſ. l. 2. de Jac. c. 3. p. 462. d. *Et ipſe ut benediceretur cogendo elicuit,* & *impetravit.*

℣. 39. Idem Auguſt. infra, col. 26. d. *Dixit illi: Ecce ab ubertate terræ erit tibi habitatio,* & *à rore cœli:* & ſer. 5. col. 31. d. *Accepit benedictionem..... à rore cœli,* & *fertilitate terræ omnem abundantiam.* Tertul. verò l. 3. contr. Marc. p. 680. c. ſic habet: *De opimitate terræ erit inhabitatio tua,* & *à rore cœli.* Ambroſ. epiſt. 77. col. 1090. c. *Ecce ab ubertate terræ erit tibi habitatio,* & *à rore cœli ſummo.* Græc. Ἀποκριθεὶς δὲ Ἰσαὰκ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, εἶπεν αὐτῷ· Ἰδοὺ ἀπὸ τῆς πιότητος τῆς γῆς ἔσται ἡ κατοίκησίς σου, καὶ ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ ἄνωθεν.

℣. 40. Eadem rurſum legit Ambroſ. l. 2. de Jac. c. 3. to. 1. col. 462. f. 463. d. & in Pſ. 118. col. 1002. f. Similiter in Gr. Καὶ ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ σου ζήσῃ, καὶ τῷ ἀδελφῷ σου δουλεύσεις· ἔσται δὲ ἡνίκα ἐὰν καθέλῃς καὶ ἐκλύσῃς τὸν, &c. ut ſupr. Rectè Auguſt. ſer. 4. to. 5. col. 24. a. b. *Et in gladio tuo vives,* & *fratri tuo ſervies: erit autem cùm depoſueris,* & *ſolveris jugum de collo tuo.* Item ſer. 5. col. 31. d. *Et ſervies fratri tuo;* & *erit tibi ſic, cùm ſolveris jugum ejus à cervice tua.* Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 531. c. primò ſic habet ex Hebræo: *Et fratri tuo ſervies:* & *erit quando depones,* & *ſolves jugum illius de collo tuo.* Subinde addit: *Secundùm autem ſeptuaginta Interpretes, qui dixerunt:* Erit autem cùm depoſueris, & ſolveris jugum de collo tuo: *videtur pendere ſententia, nec eſſe completa.*

℣. 41. Hieron. ibid. primò ſic habet: *Appropinquent dies paſſionis patris mei,* & *occidam Jacob fratrem meum;* paulò verò poſt ita: *Appropinquent, inquit, dies paſſionis patris, ut interficiam fratrem meum;* ex quibus duobus unum confeci, Græco ſimilius, in quo ſic: Εἶπε δὲ Ἡσαῦ ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτοῦ· Ἐγγισάτωσαν αἱ ἡμέραι τοῦ πένθους τοῦ πατρός μου, ἵνα ἀποκτείνω Ἰακὼβ τὸν ἀδελφόν μου. Huc etiam redeunt quæ Ambroſ. narrat l. 2. de Jac. c. 4. to. 1. col. 463. f. dicens: *Hinc orta eſt invidia,* & *minabatur Eſaü, quòd poſt obitum patris fratrem occideret.*

℣. 42. Græc. ſic pergit: Ἀπηγγέλη δὲ Ῥεβέκκα τὰ ῥήματα Ἡσαῦ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς τοῦ πρεσβυτέρου· καὶ πέμψασα ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν νεώτερον, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἰδοὺ Ἡσαῦ ὁ ἀδελφός σου ἀπειλεῖ σοι τοῦ ἀποκτεῖναί σε. Quibus alludens Auguſt. quæſt. 81. in Gen. to. 3. col. 398. d. ait: *Quomodo annuntiata vel renuntiata ſunt verba Eſaü Rebeccæ, quibus comminatus eſt occidere fratrem ſuum, cùm Scriptura dicat: Hoc eum in ſua cogitatione dixiſſe.*

℣℣. 43... 44... 45. Ita in Gr. Νῦν οὖν τέκνον, ἄκουσόν μου τῆς φωνῆς, καὶ ἀναστὰς ἀπόδραθι εἰς τὴν Μεσοποταμίαν..... καὶ οἴκησον μετ' αὐτοῦ ἡμέρας τινὰς, ἕως τοῦ ἀποστρέψαι τὸν θυμὸν καὶ τὴν ὀργὴν τοῦ ἀδελφοῦ σου..... καὶ ἀποστείλας μεταπέμψομαί σε ἐκεῖθεν, &c. quibus reſpondent iſta ex Auctore op. imp. in Matth. hom. 1. p. 13. a. *Fili, audi me,* & *fuge in Meſopotamiam, donec quieſcat ira fratris tui.* Item iſta ex Hieronymo, l. contr. Helvid. to. 4. part. 2. col. 139. c. *Jacob fratris inſidias metuens, Meſopotamiam perrexit.*

Digitized by Google

CAPUT XXVIII.

VULGATA NOVA.

1. VOcavit itaque Iſaac Jacob, & benedixit eum, præcepitque ei dicens: Noli accipere conjugem de genere Chanaan:

2. ſed vade, & proficiſcere in Meſopotamiam Syriæ, ad domum Bathuel patris matris tuæ, & accipe tibi inde uxorem de filiabus Laban avunculi tui.

3. Deus autem omnipotens benedicat tibi, & creſcere te faciat, atque multiplicet: ut ſis in turbas populorum.

4. Et det tibi benedictiones Abrahæ, & ſemini tuo poſt te: ut poſſideas terram peregrinationis tuæ, quam pollicitus eſt avo tuo.

Oſe. 12. 12. 5. Cùmque dimiſſiſſet eum Iſaac, profectus venit in Meſopotamiam Syriæ ad Laban filium Bathuel Syri, fratrem Rebeccæ matris ſuæ.

VERSIO ANTIQUA.

1..... Non accipies uxorem ex filiabus Chananæorum: *Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 38. t. 7. 449. b.*

2. ſurgens * fuge in Meſopotamiam, in domum Bathuel patris matris tuæ, & ſume tibi inde uxorem de filiabus Laban fratris matris tuæ. * *l.* vade.

3. Deus autem meus benedicat te, & augeat te, & multiplicet te: & eris in congregationes gentium.

4. Et det tibi benedictionem Abrahæ patris tui, tibi, & ſemini tuo poſt te: ut hæres ſias terræ incolatus tui, quam dedit Deus Abrahæ.

5..... & exiit in Meſopotamiam Syriæ..... *Aug. Locut. 101. t. 3. 332. b.*

VULGATA NOVA.

6. Videns autem Eſaü quòd benedixiſſet pater ſuus Jacob, & miſiſſet eum in Meſopotamiam Syriæ, ut inde uxorem duceret; & quòd poſt benedictionem præcepiſſet ei, dicens: Non accipies uxorem de filiabus Chanaan:

7. quòdque obediens Jacob parentibus ſuis, iſſet in Syriam:

8. probans quoque quòd non libenter aſpiceret filias Chanaan pater ſuus:

9. ivit ad Iſmaëlem, & duxit uxorem, abſque iis quas priùs habebat, Maheleth filiam Iſmaël filii Abraham, ſororem Nabaioth.

VULGATA NOVA.

10. Igitur egreſſus Jacob de Berſabee, pergebat Haran.

11. Cùmque veniſſet ad quemdam locum, & vellet in eo requieſcere poſt ſolis occubitum, tulit de lapidibus qui jacebant, & ſupponens capiti ſuo, dormivit in eodem loco.

12. Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum: Angelos quoque Dei aſcendentes & deſcendentes per eam,

13. & Dominum innixum ſcalæ dicentem ſi- *Inf. 35. 1. 48. 3.* bi: Ego ſum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac: Terram, in qua dormis, tibi dabo & ſemini tuo.

VERSIO ANTIQUA.

10. Et exiit Jacob à puteo Jurationis, & profectus eſt in Charram. *Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 38. t. 7. 449. e.*

11. Et devenit in locum, & dormivit ibi, occiderat enim ſol: & ſumpſit ex lapidibus loci, & poſuit ad caput ſuum, & dormivit in loco illo.

12. Et ſomniavit: & ecce ſcala ſtabilita ſuper terram, cujus caput pertingebat ad cœlum: & Angeli Dei aſcendebant, & deſcendebant per illam:

13. & Dominus incumbebat ſuper illam, & dixit: Ego ſum Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac; noli timere: Terram, in qua tu dormis ſuper eam, tibi dabo illam & ſemini tuo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. col. 895. e. & epiſt. 19. to. 2. col. 842. e. *Non accipies uxorem à filiabus Chananæorum.* Sic etiam in Græco.

℣. 2. Ita è Græco ad verbum. Auguſt. autem quæſt. 82. in Gen. to. 3. col. 398. e. ait: *Quod habent Latini codices, Iſaac dicente filio ſuo:* Vade in Meſopotamiam in domum Bathuel patris matris tuæ, & ſume inde tibi uxorem: *Græci codices non habent*, vade, *ſed* fuge, *hoc eſt*, ἀπόδραθι. Similiter Ambroſ. l. de fug. ſæc. c. 4. to. 1. col. 426. d. *Suaſit Rebecca* (c. 27. ℣. 43.) *Et fuge, inquit, in Meſopotamiam: Iſaac dicit: Surgens, vade in Meſopotamiam in domum Bathuel.* Item epiſt. 19. to. 2. col. 842. e. *Vade in Meſopotamiam in domum Bathuel ..... & ejus tibi adquire copulam.* Vide etiam in Pſ. 43. to. 1. col. 895. e.

℣. 3. Itidem Græcè.

℣. 4. Similiter habet idem Auguſt. Locut. 100. de Gen. to. 3. col. 332. b. *Et det tibi benedictionem patris tui Abraham.* Ita quoque in Græco, præter unum, μοῦ, *mei*, loco σοῦ, *tui*. In Mſ. tamen Alex. legitur, τοῦ πατρός σου· reliqua concordant ad verbum.

℣. 5. Græc..... Καὶ ἐπορεύθη εἰς τὴν Μεσοποταμίαν πρὸς Λάβαν, &c. omiſſa voce, Συρίας, quæ tamen additur infra ℣℣. 6. & 7. atque etiam nunc legitur ℣. 5. in quibuſdam Græcis, uti ſup. ℣. 2. in Mſ. Alex. hanc autem olim defuiſſe in LXX. auctor eſt Auguſt. ibid. dicens: *Quaſi Meſopotamia dicatur niſi Syriæ, quamvis*, inquit, *hoc Septuaginta non habere perhibeantur*, Syriæ, *ſed cum aſteriſco ſcriptum eſt.*

℣. 10. Ita rurſum habet Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. col. 345. e. f. nec aliter in Græco.

℣. 11. Eadem leguntur Græcè, præter unum, ἀπήντησε τόπῳ, *occurrit loco*, pro *devenit in locum*; al. ἀπήντησε ἐν τῷ τόπῳ. Idem Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. col. 345. a. ſic habet: *Et devenit in locum, & dormivit in loco illo, quoniam ſolis occaſus erat; & ſumpſit lapidem ex lapidibus loci, & poſuit*, &c. ut ſupr. Cypr. etiam l. 2. Teſtim. p. 292. b. memorat lapidem, *quem* poſuit *Iſrael ad caput ſuum.*

℣. 12. Eadem iterum refert Aug. l. de unit. Eccl. to. 9. col. 345. f. excepto uno, & *viſum vidit*, loco & *ſomniavit*. In Græco Καὶ ἐνυπνιάσθη, deinde ſic: καὶ ἰδοὺ κλῖμαξ ἐστηριγμένη ἐν τῇ γῇ, ἧς ἡ κεφαλὴ ἀφικνεῖτο εἰς τὸν οὐρανόν· καὶ οἱ ἄγγελοι..... καὶ κατέβαινον ἐπ' αὐτῆς· In Mſ. Alex. ἐπ' αὐτῆς, in edit. Compl. ἐπ' αὐτήν. Eadem narrat Tertul. l. 3. contr. Marc. p. 680. c. *Jacob ſomniat ſcalas obfirmatas in terra ad cœlum, & angelos alios aſcendentes, & alios deſcendentes.* Item Cypr. l. 2. Teſtim. p. 292. b. *Et dormiens* (Jacob) *videt ſcalam ad cœlum pertingentem, in qua conſtitutus erat Dominus: & angeli aſcendebant, & deſcendebant.* Ambroſ. quoque in Pſ. 1. to. 1. col. 744. f. hæc habet: *Scalarum ſimilem eſſe Scriptura nos docet pietatis aſcenſum, per quas vidit angelos Domini aſcendentes & deſcendentes ſanctus Jacob.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 2. p. 27. a. *Cùm fugeret*, inquit, *Jacob ante fratrem ſuum Eſaü, & veniſſet ad veſperum, vidit ſomnium tale: ſcalæ poſita erat, cujus caput pertingebat uſque ad cœlum; & angeli aſcendebant, & deſcendebant per eam.*

℣. 13. Itidem Græcè, præter hæc pauca quæ variant: ὁ δὲ Κύριος ἐπεστήριχτο..... ἡ γῆ ἐφ' ἧς οὐ καθεύδεις, &c. Eadem iterum legit Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. col. 345. f. hoc excepto, *Ego ſum Dominus Deus:* at l. 1. contr. epiſt. Parmen. to. 9. fortè ex Tichonio, ſic habet: *Ego Deus Abrahæ patris tui, & Deus Iſaac, ne timeas: Terram enim ſupra quam tu dormis, tibi dabo & ſemini tuo.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 2. col. 27. a. *Dominus autem recumbebat ſuper eam.* Tertul. l. 3. contr. Marc. p. 680. c. *Innixum* dicit *deſuper Dominum.* Auct. l. de promiſſ. p. 1.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 38. t. 7. 449. f. g.

14. Et erit ſemen tuum ſicut arena terræ : & dilatabitur ſuper mare, & in Africum, & in Aquilonem, & * ad Orientem : & BENEDICENTUR IN TE omnes tribus terræ, & in ſemine tuo.

* *inſ.* in.

15. Et ecce ego ſum tecum cuſtodiens te in omni via quacumque ibis, & reducam te in terram hanc : quia non te derelinquam, donec faciam omnia quæ tecum locutus ſum.

16. Et ſurrexit Jacob de ſomno ſuo, & dixit : Quia Dominus eſt in loco hoc, ego autem neſciebam.

17. Et timuit, & dixit : Quàm terribilis eſt locus hic ! non eſt hoc niſi domus Dei, & hæc porta eſt cœli.

18. Et ſurrexit Jacob, & ſumpſit lapidem quem ſuppoſuit ibi ad caput, & ſtatuit illum in titulum, & ſuperfudit oleum in cacumen ejus.

Aug. quæſt. 85. in Gen. t. 3. 398. g.

19. Et vocavit Jacob nomen loci illius, Domus Dei ; & Ulammaüs erat nomen civitati ante.

Hieron. l. 3. cont. Pelag. t. 4. p. 537. f.

20..... Si fuerit Dominus Deus mecum, & cuſtodierit me in via, per quam ego pergo, & dederit mihi panem ad manducandum, & veſtimentum ad operiendum,

21. & reduxerit me cum ſalute in domum patris mei : erit mihi Dominus in Deum,

22. & lapis iſte, quem poſui in titulum, erit mihi Domus Dei : & omnium quæcunque dederis mihi, decimas offeram tibi.

VULGATA NOVA.

14. Eritque ſemen tuum quaſi pulvis terræ : dilataberis ad Occidentem, & Orientem, & Septentrionem, & Meridiem : & BENEDICENTUR IN TE & in ſemine tuo cunctæ tribus terræ. *Deut. 12. 20. & 19. 8. Sup. 26. 4.*

15. Et ero cuſtos tuus quocumque perrexeris, & reducam te in terram hanc : nec dimittam niſi complevero univerſa quæ dixi.

16. Cùmque evigilaſſet Jacob de ſomno, ait : Verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam.

17. Pavenſque, Quàm terribilis eſt, inquit, locus iſte ! non eſt hîc aliud niſi domus Dei, & porta cœli. *Inf. 31. 13.*

18. Surgens ergo Jacob manè, tulit lapidem quem ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit in titulum fundens oleum deſuper.

19. Appellavitque nomen urbis Bethel, quæ priùs Luza vocabatur.

20. Vovit etiam votum, dicens : Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum,

21. reverſuſque fuero proſperè ad domum patris mei : erit mihi Dominus in Deum,

22. & lapis iſte, quem erexi in titulum, vocabitur Domus Dei : cunctorumque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

c. 23. ap. Proſp. p. 107. c. addit : *Terram, in qua dormis, tibi dabo eam, & ſemini tuo poſt te.*

℣. 14. Optimè ſibi conſtat Aug. l. 4. contr. Creſcon. to. 9. col. 521. c. ubi eadem prorſus habet quæ ſupra : eadem quoque tum l. de unit. Eccl. to. 9. col. 345. f. tum l. 1. contr. epiſt. Parmen. col. 13. a. niſi quòd hoc poſteriori loco, pro *dilatabitur ſuper mare*, legit, *replebitur in mare* ; altero verò de unit. Eccl. *multiplicabitur ſupra mare.* Itidem in Collat. Carthag. p. 392. a. cum verbo : *multiplicabitur*, ac præterea *in Africam*, loco *in Africum.* Græc. πλατυνθήσεται ἐπὶ θάλασσαν, καὶ λίβα, καὶ βορρᾶν, &c. ut in Lat. Mſ. Alex. ἐπὶ λίβαν, καὶ ἐπὶ βορρᾶν.

℣. 15. Similiter habet ad verbum idem Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. col. 346. c. item locut. 102. de Gen. to. 3. col. 332. c. ab hoc, *non derelinquam.* Nec diſſimile quid Græcè, præter hoc ultimum, ὅσα ἐλάλησά σοι, *quæcunque locutus ſum tibi.*

℣. 16. Optimè è Græco. Eadem iterum legit Auguſt. tum quæſt. 85. in Gen. to. 3. col. 398. e. tum locut. 103. de Gen. col. 332. c. hîc tamen pro *neſciebam*, ſcribit, *ignorabam.* Gr. οὐκ ᾔδειν· utrobique verò, *quia eſt Dominus*, è Græco ὅτι ἔστι Κύριος.

℣. 17. Auguſt. quæſt. 83. in Gen. to. 3. col. 398. e. *Et timuit, & dixit : Quàm terribilis locus hic ! hoc non eſt, niſi domus Dei ; & hæc porta eſt cœli.* Rectè quidem, *hoc non eſt*, juxta Græc. οὐκ ἔστι τοῦτο, licet loco ſup. de civit. Dei legatur in editt. *non eſt hîc*, ſed contr. Mſs. fidem, qui illic etiam ferunt, *non eſt hoc.* Tertul. l. 3. contr. Marc. p. 681. a. ſic : *Quàm terribilis eſt locus iſte ! non eſt aliud, ſed ædes Dei ; & hæc porta cœli.* Hieron. verò quæſt. Hebr. in Gen. to. 2. col. 532. a. *Quàm terribilis eſt locus iſte ! non eſt hîc niſi domus Dei ; & hæc porta cœli.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 2. p. 27. a. *Quàm formidoloſus locus eſt hic ! non eſt aliud hic, niſi domus Dei, & porta cœli.* Item apud Hilar. l. 5. de Trin. col. 865. b. *Et domus Dei, & porta cœli locus eſſe hic viſionis oſtenditur.* In Gr. Καὶ ἐφοβήθη, καὶ εἶπεν· Ὡς φοβερὸς ὁ τόπος οὗτος· οὐκ ἔστι τοῦτο, ἀλλ' ἢ οἶκος Θεοῦ, καὶ αὕτη ἡ πύλη τοῦ οὐρανοῦ.

℣. 18. Gr. Καὶ ἀνέστη Ἰακὼβ τὸ πρωΐ, καὶ ἔλαβε τὸν λίθον ὃν ὑπέθηκεν ἐκεῖ πρὸς κεφαλῆς αὐτοῦ· καὶ ἔστησεν αὐτὸν στήλην, καὶ ἐπέχεεν, &c. ut in Lat. Eorumdem meminit Auguſt. denuo quæſt. 84. in Gen. to. 3. col. 398. f. dicens : *Statuit lapidem Jacob, quem ſibi ad caput poſuerat, & conſtituit eum titulum, & perfudit illum oleo.* Item Cypr. l. 2. Teſtim. p. 296. b. *Lapidem conſecravit, & unxit ſacramento unctionis.*

℣. 19. Similiter habet idem Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 38. col. 449. g. *Et vocavit Jacob nomen loci illius, domus Dei.* Hieron. verò quæſt. Hebr. to. 2. col. 532. a. *Et vocavit Jacob nomen loci illius, Bethel ; & Ulammaüs erat nomen civitatis priùs.* Græc. Καὶ ἐκάλεσε (Mſ. Alex. addit, Ἰακὼβ) τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου, οἶκος Θεοῦ (Aquila Βαιθήλ·) καὶ Οὐλαμλοὺζ (Mſ. Alex. Οὐλαμμαοὺς, Mſ. Oxon. cum ed. Ald. Οὐλαμμαοὺς) ἦν ὄνομα τῇ πόλει τὸ πρότερον. Hieron. ibid. *Nunc loco nomen imponit, & vocat illum*, Bethel, *id eſt*, domum Dei : *qui locus vocabatur ante*, Luza..... *unde ridiculè quidam verbum Hebraïcum*, Ulam, *nomen eſſe urbis putant ; cùm* Ulam, *interpretetur* priùs. *Ordo itaque iſte eſt lectionis : Et vocavit nomen loci illius, Bethel, & priùs Luza vocabulum erat civitatis.* Auguſtin. verò quæſt. 113. in Gen. to. 3. col. 404. g. *Animadvertendum eſt*, inquit, *tria jam nomina hujus civitatis commemorata :* Ulammaüs, *quod dictum eſt eam priùs vocatam....* & Bethel, *quod nomen ipſe impoſuit*, & *interpretatur*, domus Dei : & Luza, *quod modò commemoratum eſt.* Vid. infr. ad cap. 35. 6. 9.

℣. 20. Idem Hieron. epiſt. 18. ad Euſtoch. to. 4. part. 2. col. 44. c. ſic : *Si fuerit Dominus meus mecum, & ſervaverit me in via hac, per quam ego iter facio ; & dederit mihi panem ad manducandum, & veſtitum ad veſtiendum :* & epiſt. ad Hebid. quæſt. 2. to. 4. part. 1. col. 172. b. *Si fuerit Dominus Deus mecum, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad operiendum :* & in Ezech. 46. to. 3. col. 1052. d. *Si dederit mihi Dominus cibum ad veſcendum, & veſtem ad operiendum.* Ambroſ. verò in Pſ. 118. to. 1. col. 988. d. *Si Dominus Deus mecum eſt, ut det mihi panem manducare, & veſtem indui.* In Gr. primùm : Καὶ ηὔξατο Ἰακὼβ εὐχὴν, λέγων· quod Auguſt. quæſt. 85. in Gen. to. 3. col. 398. g. reddit per hoc, *votum vovit* : mox in Græco : Ἐὰν ᾖ Κύριος ὁ Θεὸς μετ' ἐμοῦ, καὶ διαφυλάξῃ με ἐν τῇ ὁδῷ ταύτῃ ᾗ ἐγὼ πορεύομαι, καὶ δῷ μοι ἄρτον φαγεῖν, καὶ ἱμάτιον περιβαλέσθαι.

℣. 21. Itidem Græcè, præter hoc : καὶ ἔσται Κύριός μοι, & *erit Dominus mihi.*

℣. 22. Græc. Καὶ ὁ λίθος οὗτος, ὃν ἔστησα στήλην, ἔσται μοι οἶκος Θεοῦ· καὶ πάντων ὧν ἐάν μοι δῷς δεκάτην ἀποδεκατώσω αὐτά σοι, Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 988. d. *Omnium quæ das mihi, decimam decimabo tibi.* Anon. ap. Ambroſ. to. 2. col. 2. b. *Omnium quæ mihi dederis, decimam decimabo tibi.* Vide etiam Auguſt. quæſt. 85. in Gen. to. 3. col. 398. g.

Digitized by Google

CAPUT XXIX.

VULGATA NOVA.

1. PRofectus ergo Jacob venit in terram Orientalem.

2. Et vidit puteum in agro, tres quoque greges ovium accubantes juxta eum: nam ex illo adaquabantur pecora, & os ejus grandi lapide claudebatur.

VULGATA NOVA.

5. Quos interrogans, Nunquid, ait, noſtis Laban filium Nachor? Dixerunt: Novimus.

6. Sanuſne eſt? inquit: Valet, inquiunt: & ecce Rachel filia ejus venit cum grege ſuo.

7. Dixitque Jacob: Adhuc multum diei ſupereſt, nec eſt tempus ut reducantur ad caulas greges: date ante potum ovibus, & ſic eas ad paſtum reducite.

8. Qui reſponderunt: Non poſſumus, donec omnia pecora congregentur, & amoveamus lapidem de ore putei, ut adaquemus greges.

9. Adhuc loquebantur, & ecce Rachel veniebat cum ovibus patris ſui: nam gregem ipſa paſcebat.

10. Quam cùm vidiſſet Jacob, & ſciret conſobrinam ſuam, oveſque Laban avunculi ſui: amovit lapidem quo puteus claudebatur.

11. Et adaquato grege, oſculatus eſt eam: & elevata voce flevit,

12. & indicavit ei quòd frater eſſet patris ſui, & filius Rebeccæ: at illa feſtinans nunciavit patri ſuo.

3. Moriſque erat ut cunctis ovibus congregatis devolverent lapidem, & refectis gregibus rurſum ſuper os putei ponerent.

4. Dixitque ad paſtores: Fratres, unde eſtis? Qui reſponderunt: De Haran.

VERSIO ANTIQUA.

5..... Noſtis Laban filium Nachor?.... *Aug. Locut. 104. t. 3. 332. c.*

7..... Adhuc eſt dies multa, nondum eſt hora congregandi pecora..... *Item Locut. 105. 332. d.*

9..... venit Rachel cum ovibus patris ſui..... *Aug. quæſt. 86. in Gen. t. 3. col. 399. a.*

10..... cùm vidiſſet Jacob Rachel, filiam Laban fratris matris ſuæ..... acceſſit, & revolvit lapidem ab ore putei.

11. Et adaquavit oves Laban fratris matris ſuæ; & oſculatus eſt Jacob Rachel: & exclamans voce ſua ploravit; *Hieron. l. cont. Helvid. t. 4. p. 2. col. 139. d.*

12. & indicavit Rachel, quia frater eſt patris ejus, & quia filius Rebeccæ eſt.....

VULGATA NOVA.

13. Qui cùm audiſſet veniſſe Jacob filium ſororis ſuæ, cucurrit obviam ei: complexuſque eum, & in oſcula ruens, duxit in domum ſuam. Auditis autem cauſis itineris,

14. reſpondit: Os meum es, & caro mea. Et poſtquàm impleti ſunt dies menſis unius,

VULGATA NOVA.

15. dixit ei: Num quia frater meus es, gratis ſervies mihi? dic quid mercedis accipias.

VERSIO ANTIQUA.

15. Dixit autem Laban ad Jacob: Quoniam frater meus es, non ſervies mihi gratis: dic mihi quæ ſit merces tua. *Hieron. ubi ſup.*

VULGATA NOVA.

16. Habebat verò duas filias, nomen majoris, Lia: minor verò appellabatur Rachel.

17. Sed Lia lippis erat oculis: Rachel decora facie, & venuſto aſpectu.

18. Quam diligens Jacob, ait: Serviam tibi pro Rachel filia tua minore, ſeptem annis.

19. Reſpondit Laban: Melius eſt ut tibi eam dem quàm alteri viro, mane apud me.

VULGATA NOVA.

20. Servivit ergo Jacob pro Rachel ſeptem annis: & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine.

VERSIO ANTIQUA.

20. Et ſervivit Jacob pro Rachel annis ſeptem: & erant in conſpectu ejus velut pauci dies, eò quòd diligebat illam. *Aug. quæſt. 88. in Gen. t. 3. 399. c.*

VULGATA NOVA.

21. Dixitque ad Laban: Da mihi uxorem meam: quia jam tempus impletum eſt, ut ingrediar ad illam.

22. Qui vocatis multis amicorum turbis ad convivium, fecit nuptias.

23. Et veſpere Liam filiam ſuam introduxit ad eum,

24. dans ancillam filiæ, Zelpham nomine. Ad quam cùm ex more Jacob fuiſſet ingreſſus, facto manè vidit Liam:

25. & dixit ad ſocerum ſuum: Quid eſt quod facere voluiſti? nonne pro Rachel ſervivi tibi? quare impoſuiſti mihi?

26. Reſpondit Laban: Non eſt in loco noſtro conſuetudinis, ut minores ante tradamus ad nuptias.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Sic eſt in Græco.

℣. 7. In Græco deeſt, *eſt*, poſt *nondum*, & loco *congregandi*, exſtat, συναχθῆναι, *ut congregentur.*

℣. 9. Gr..... ἡ δὲ Ῥαχὴλ ἡ θυγάτηρ Λάβαν ἤρχετο, &c. ut in Lat. *Et ecce Rachel filia Laban veniebat*, &c.

℣. 10. Græc. ita incipit: Ἐγένετο δὲ ὡς εἶδεν Ἰακώβ, *factum eſt autem ut vidit Jacob*; deinde ut in textu Lat. exceptis his: Καὶ προσελθὼν Ἰακὼβ ἀπεκύλισε, *Et accedens Jacob revolvit.* Hieron. l. contr. Helvid. col. 139. d. ut ſupra: *Acceſſit, & devolvit lapidem ab ore putei.*

℣. 11. Græc. Καὶ ἐπότιζε τὰ πρόβατα, &c. ut in Lat. Auguſt. quoque quæſt. 87. in Gen. to. 3. col. 399. b. legit cum Hieron. *Oſculatus eſt Jacob Rachel, & exclamans voce ſua, flevit.*

℣. 12. Gr. Καὶ ἀπήγγειλε τῇ Ῥαχὴλ, ὅτι ἀδελφὸς τοῦ πατρὸς αὐτῆς ἐστι, &c. ut in Lat. Apud Auguſt. quæſt. 87. in Gen. to. 3. col. 399. b. ſic: *Et indicavit ei, quia frater eſt ejus, & quia filius Rebeccæ eſt.*

℣. 15. Græc. Εἶπε δὲ..... τῷ Ἰακώβ· ὅτι γὰρ ἀδελφός μου..... ἀπάγγειλόν μοι τίς ὁ μισθός σου ἐστί;

℣. 20. Similiter Hieron. ep. 18. ad Euſtoch. to. 4. part. 2. col. 48. c. *Et ſervivit Jacob pro Rachel annis ſeptem*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 89. in Gen. 399. e. f.

27. Conſumma itaque ſeptimanam iſtius: & dabo tibi & hanc pro opere quod operaberis apud me adhuc ſeptem annos alios.

28. Fecit autem Jacob ſic: & implevit ſeptimanam ejus; & dedit illi Laban Rachel filiam ſuam ipſi uxorem.

29. Dedit autem Laban Rachel filiæ ſuæ Ballam ancillam ſuam, ei ancillam.

30. Et intravit ad Rachel: dilexit autem Rachel magis quàm Liam, & ſervivit illi ſeptem annos alios.

Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 532. b. c.

32. Et concepit, & peperit filium, & vocavit nomen ejus, Ruben, dicens: Quia vidit Dominus humilitatem meam.....

33 Et concepit alterum filium, & dixit: Quoniam exaudivit me Dominus, eò quòd odio me haberet vir meus, & dedit mihi etiam hunc: & vocavit nomen ejus, Simeon.

34. Et concepit adhuc, & peperit filium, & dixit: Nunc mecum erit vir meus, quia peperi ei tres filios: ideo vocavit nomen ejus, Levi.

35. Et concepit, & peperit filium, & dixit: Nunc ſuper hoc confitebor Domino, & ob id vocavit nomen ejus, Juda.....

VULGATA NOVA.

27. Imple hebdomadam dierum hujus copulæ: & hanc quoque dabo tibi pro opere quo ſerviturus es mihi ſeptem annis aliis.

28. Acquievit placito: & hebdomadâ tranſactâ, Rachel duxit uxorem:

29. cui pater ſervam Balam tradiderat.

30. Tandemque potitus optatis nuptiis, amorem ſequentis priori prætulit, ſerviens apud eum ſeptem annis aliis.

31. Videns autem Dominus quòd deſpiceret Liam, aperuit vulvam ejus, ſorore ſterili permanente.

32. Quæ conceptum genuit filium, vocavitque nomen ejus, Ruben, dicens: Vidit Dominus humilitatem meam, nunc amabit me vir meus.

33. Rurſumque concepit & peperit filium, & ait: Quoniam audivit me Dominus haberi contemptui, dedit etiam iſtum mihi: vocavitque nomen ejus, Simeon.

34. Concepitque tertiò, & genuit alium filium: dixitque: Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eò quòd pepererim ei tres filios: & idcirco appellavit nomen ejus, Levi.

35. Quartò concepit, & peperit filium, & ait: Modò confitebor Domino: & ob hoc vocavit eum, Judam: ceſſavitque parere. *Matth. 1. 2.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& erant in conſpectu ejus quaſi dies pauci, quia amabat illam. Græc. Καὶ ἐδόκευσεν.... ἑπτὰ ἔτη· καὶ ἦσαν ἐναντίον αὐτοῦ ὡς ἡμέραι ὀλίγαι, παρὰ τὸ ἀγαπᾶν αὐτὸν αὐτήν.

℣. 27. Optimè Auguſt. è Græco, niſi excipias vocem *ſeptimanam*, pro qua Græc. habet τὰ ἑβδομα, ſed Mſs. Aug. 9. cum editt. Am. & Rat. ididem ferunt *ſeptima*. Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 532. a. ſic legit: *Comple ergo hebdomadam iſtius, & dabo etiam hanc tibi.* Notandum quoque, pro *opere*, Græcè legi, ἐργαζίας, quod *operationem* ſonat, ſeu *lucrum*, *quæſtum*, &c.

℣. 28. Græc. Ἐπλήρωσε δὲ Ἰακὼβ ἕπτως, καὶ ἀνεπλήρωσε τὰ ἑβδομα ταύτης, &c. ut in Lat.

℣. 29. Ad verbum è Græco, detracta voce *Rachel*; Mſ. tamen Alex. cum edit. Compl. addit Ῥαχήλ.

℣. 30. Itidem in Græco: Hieron. quoque quæſt. Hebr. to. 2. col. 532. c. habet: *Et ingreſſus eſt ad Rachel, & dilexit Rachel magis quàm Liam; & ſervivit ei ſeptem annis aliis.*

℣. 32. Græc. Καὶ συνέλαβε Λεία, καὶ ἔτεκεν υἱὸν τῷ Ἰακώβ· ἐκάλεσε δὲ τὸ ὄνομα αὐτῦ Ῥουβήν, λέγουσα· Διότι εἶδέ μου Κύριος τὴν ταπείνωσιν, &c.

℣. 33. Gr. Καὶ συνέλαβε πάλιν, καὶ ἔτεκεν υἱὸν δεύτερον τῷ Ἰακώβ, καὶ εἶπεν· Ὅτι ἤκουσε Κύριος ὅτι μισοῦμαι, καὶ προσέδωκέ μοι καὶ τοῦτον, &c. ut in Lat. *Et concepit iterum, & peperit filium ſecundum ipſi Jacob, & dixit: Quia audivit Dominus quòd odio habeor; & addidit mihi etiam hunc*, &c.

℣. 34. Eadem leguntur in Græco, niſi excipias hæc: ἐν τῷ νῦν καιρῷ πρὸς ἐμέ..... τέτοκα γὰρ, &c. *in hoc nunc tempore apud me..... peperi enim*, loco *nunc mecum.... quia peperi.* Addit Hieron. *Ubi nos legimus:* apud me erit vir meus: *Aquila interpretatus eſt*: applicabitur mihi vir meus: *quod Hebraïcè dicitur*, Illave, & *à Doctoribus Hebræorum aliter transfertur, ut dicant, Proſequetur me vir meus.* Græc. etiam pro *Levi*, ſcribit, Λευεί, ſed in Mſ. Alex. Λευί.

℣. 35. Græc. Καὶ συνλαβοῦσα ἔτι, ἔτεκεν υἱὸν, καὶ εἶπε· Νῦν ἔτι τοῦτο ἐξομολογήσομαι Κυρίῳ· διὰ τοῦτο ἐκάλεσε τὸ..... Ἰούδαν· quæ à textu Lat. vix diſcrepant. Vid. Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 38. to. 7. col. 450. b.

CAPUT XXX.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. l. 22. cont. Fauſt. t. 8. 393. e.

1..... & zelavit Rachel ſororem ſuam.....

VULGATA NOVA.

1. CErnens autem Rachel quòd infecunda eſſet, invidit ſorori ſuæ, & ait marito ſuo: Da mihi liberos, alioquin moriar.

VULGATA NOVA.

2. Cui iratus reſpondit Jacob: Num pro Deo ego ſum, qui privavit te fructu ventris tui?

3. At illa: Habeo, inquit, famulam Balam: ingredere ad illam, ut pariat ſuper genua mea, & habeam ex illa filios.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 106. t. 3. 332. d.

4. Et dedit illi Ballam ancillam ſuam ipſi uxorem.....

Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 532. c. 533. a.

5. Et concepit Bala, & peperit Jacob filium.

6. Et dixit Rachel: Judicavit me Dominus, & exaudivit vocem meam, & dedit mihi filium:

VULGATA NOVA.

4. Deditque illi Balam in conjugium: quæ,

5. ingreſſo ad ſe viro, concepit, & peperit filium.

6. Dixitque Rachel: Judicavit mihi Dominus, & exaudivit vocem meam, dans mihi filium: &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter in Græco, Καὶ ἐζήλωσε, &c. ut ſup.

℣. 4. Itidem Græcè. Vid. etiam Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 38. to. 7. col. 450. c.

℣. 5. Græc. Καὶ συνέλαβε Βαλὰ ἡ παιδίσκη Ῥαχήλ, &c. ut in Lat.

℣. 6. Eadem prorſus in Græco, præter hoc, μοὶ ὁ Θεός, *mihi Deus*, loco *me Dominus*.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
idcirco appellavit nomen ejus, Dan.	propterea vocavit nomen ejus, Dan.	*Hieron. ubi sup.*
7. Rursumque Bala concipiens, peperit alterum,	7. Et concepit adhuc, & peperit Bala ancilla Rachel filium secundum Jacob:	
8. pro quo ait Rachel: Comparavit me Deus cum sorore mea, & invalui: vocavitque eum, Nephthali.	8. & dixit Rachel: Habitare fecit me Deus habitatione cum sorore mea, & invalui: & vocavit nomen ejus, Nephtalim.	
9. Sentiens Lia quòd parere desiisset, Zelpham ancillam suam marito tradidit.	9..... *Vide Not.*	
10. Qua post conceptum edente filium,	10. Et peperit Zelpha ancilla Liæ Jacob filium,	
11. dixit: Feliciter: & idcirco vocavit nomen ejus, Gad.	11. & dixit Lia: In fortuna: & vocavit nomen ejus, Gad.	
12. Peperit quoque Zelpha alterum.	12. Et peperit Zelpha ancilla Liæ filium secundum Jacob.	
13. Dixitque Lia: Hoc pro beatitudine mea: Beatam quippe me dicent mulieres: propterea appellavit eum, Aser.	13. Et dixit Lia: Beata ego, quia beatificant me mulieres: & vocavit nomen ejus, Aser, divitiæ.	
14. Egressus autem Ruben tempore messis triticeæ in agrum, reperit mandragoras: quas matri Liæ detulit. Dixitque Rachel: Da mihi partem de mandragoris filii tui.		
15. Illa respondit: Parumne tibi videtur, quòd præripueris maritum mihi, nisi etiam mandragoras filii mei tuleris? Ait Rachel: Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filii tui.	15..... Parum est tibi, quòd accepisti virum meum, insuper & mandragorica filii mei vis accipere?.....	*Aug. l. 22. cont. Faust. c. 8. 395. d. f.*
16. Redeuntique ad vesperam Jacob de agro, egressa est in occursum ejus Lia, &, Ad me, inquit, intrabis: quia mercede conduxi te pro mandragoris filii mei. Dormivitque cum ea nocte illa.	16..... Ad me intrabis; conduxi enim te pro mandragoris filii mei.....	
17. Et exaudivit Deus preces ejus: concepitque & peperit filium quintum,	17. Et audivit Deus Liam: & concepit, & peperit Jacob filium quintum,	*Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 533. b. c.*
18. & ait: Dedit Deus mercedem mihi, quia dedi ancillam meam viro meo: appellavitque nomen ejus, Issachar.	18. & dixit Lia: Dedit Deus mercedem meam mihi, quia dedi ancillam meam viro meo: & vocavit nomen ejus, Issachar, quod est merces.	
19. Rursum Lia concipiens, peperit sextum filium,	19. Et concepit adhuc Lia, & peperit filium sextum Jacob,	
20. & ait: Dotavit me Deus dote bona: etiam hac vice mecum erit maritus meus, eò quòd genuerim ei sex filios: & idcirco appellavit nomen ejus, Zabulon.	20. & dixit Lia: Dotavit me Deus dote bona: ex hoc tempore deliget me vir meus, quia peperi ei sex filios: & vocavit nomen ejus, Zabulon.	* *Hieron.* habitabit mecum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Eadem verba Græcum exhibet, sed inversa hoc modo: Καὶ συνέλαβεν ἔτι Βαμὰ ἡ παιδίσκη Ῥαχὴλ, καὶ ἔτεκεν υἱόν, &c.

℣. 8. Similia Græc. habet, exceptis his: Συναντελάβετό μοι ὁ Θεὸς, καὶ συναγωνίσομαι τῇ ἀδελφῇ μου, *Coassumpsit me Deus, & colluctata sum cum sorore mea*; pro *Habitare fecit me Deus habitatione cum*, &c. *Aquila ait*, teste Hieronymo ibid. συναπέστρεψέν με ὁ Θεὸς, καὶ συναγωνίσομαι, i. e. convertit me Deus, & conversa sum, *pro quo*, inquit, *in Hebræo scriptum est*: nephthule Eloim, nephthalethi: *unde à conversione, sive à comparatione, quia utrumque sonat conversionem, sive comparationem*, Nephtalim *nomen filio imposuit*; Gr. Νεφθαλεί.

℣. 9. Huc redit quod Augustinus habet, l. 16. de civit. Dei, c. 38. to. 7. col. 450. c. Cùm enim dixisset, Rachelem ancillam suam marito dedisse, addit: *Quod etiam major soror ejus (Lia) quamvis peperisset, imitata, quoniam multiplicare prolem cupiebat, effecit.*

℣. 10. Græc. Καὶ συνέλαβε Ζελφὰ ἡ παιδίσκη Λείας, καὶ ἔτεκε τῷ Ἰακὼβ υἱόν. *Et concepit Zelpha ancilla Liæ, & peperit ipsi Jacob filium.*

℣. 11. Itidem Græcè, nisi excipiatur verbum, ἐπωνόμασε, *cognominavit*, pro *vocavit*: addit Hieron. ibid. *Ubi nos posuimus*, in fortuna, & *Græcè dicitur*, ἐν τύχῃ, *quæ potest* eventus *dici*, *in Hebræo habet*, Bagad. Augustinus verò quæst. 91. in Gen. to. 3. col. 400. b. *Quod Latini habent*, inquit, *nato filio Liæ de Zelfa, quòd dixerit*, Beata, *vel* Felix facta sum, *Græci habent*, εὐτύχη, *quod magis* bonam fortunam *significat*. Mss. Oxon. cum edit. Compl. εὐτύχηκα, alii, ἐν τύχῃ.

℣. 12. Ita penè in Græco, inverso tamen verborum ordine: Καὶ συνέλαβεν ἔτι Ζελφὰ ἡ παιδίσκη Λείας, καὶ ἔτεκε τῷ Ἰακὼβ υἱὸν δεύτερον.

℣. 13. Ita de Græco ad verbum, si tamen legas, *beatificabunt*, non *beatificant*, & tollas vocem ultimam *divitiæ*: at in Mss. Alex. μακαριζουσί, non μακαριοῦσι, quod legitur in aliis. Græci etiam nonnulli nomini Ἀσήρ, addunt, ὃ ἐστι πλοῦτος, quod improbat Hieron. his verbis; *Malè additæ sunt* divitiæ, *id est*, πλοῦτος, *cùm etymologia nominis*, Aser, *Scripturæ auctoritate pandatur dicentis*: Beata sum ego, & beatificant me mulieres; & *ab eo quòd Beata dicatur ab hominibus, filium suum Beatum vocaverit. Aser ergo, non divitiæ, sed beatus dicitur duntaxat in præsenti loco: nam in aliis secundùm ambiguitatem verbi possunt & divitiæ sic vocari.*

℣. 15. In Gr. sic: Εἶπε δὲ Λεία· Οὐχ ἱκανόν σοι, ὅτε ἔλαβες τὸν ἄνδρα μου; μὴ καὶ τοὺς μανδραγόρας τοῦ υἱοῦ μου λήψῃ; &c. *Dixit autem Lia: Non satis est tibi quod accepisti virum meum? nunquid & mandragoras filii mei accipies?*

℣. 16. Græc..... Πρὸς ἐμὲ εἰσελεύσῃ σήμερον· μεμίσθωμαι γάρ σε ἀντὶ, &c. ut sup.

℣. 17. Græc. Καὶ ἐπήκουσεν ὁ Θεὸς Λείας, καὶ συνλαβοῦσα ἔτεκε, &c. ut in Lat.

℣. 18. Ita Græc. habet ad verbum, nisi quòd vocem μοί, *mihi*, adjungit verbo δέδωκε, *dedit*, & pro *quia*, legit, ἀνθ' ὅ, *pro eo quod*. Observat ibid. Hieron. *Etymologiam hujus nominis* (Issachar) *LXX. Interpretes edidisse*, est merces: *non utique*, inquit, *ut plerique, addito pronomine, male legunt, æstimandum est scriptum esse*, quod est merces; *sed totum nomen interpretatur*, est merces: Is *quippe dicitur*, est, & Sachar, *merces*. Et verò Hieron. supra, referendo hujus versiculi verba, non addit, *quod est merces*. Sed quia monet infra, LXX. Interp. edidisse, *est merces*, & à plerisque præpositum fuisse relativum, *quod*, subjungendum duxi & ipse, *quod est merces*, maximè cùm nunc legatur Græcè: Ἰσσαχάρ, ὅ ἐστι μισθός.

℣. 19. Itidem in Græco est.

℣. 20. Hucusque retulisse videtur Hieronymus sacrum contextum secundùm versionem LXX. hic autem ℣. 20. apud ipsum expressus videtur ex Hebræo, vel saltem istud, *habitabit mecum*, positum ab Hieronymo intra textum, loco *deliget me*, quod ultim. substitui ex ipso, ut videtur infra. Ita verò nunc legitur Græcè: Καὶ εἶπε Λεία· Δεδώρηταί μοι ὁ Θεὸς μοι δῶρον καλὸν ἐν τῷ νῦν καιρῷ· αἱρετιεῖ με ὁ ἀνήρ μου· τέτοκα γὰρ αὐτῷ, &c. ut in Lat. *Et dixit Lia: Donavit Deus mihi donum bonum nunc temporis: deliget me*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. 21. Et post hæc peperit filiam : & vocavit nomen ejus, Dina.

VULGATA NOVA.

21. Post quem peperit filiam, nomine Dinam.

VULGATA NOVA.

22. Recordatus quoque Dominus Rachelis, exaudivit eam, & aperuit vulvam ejus.

23. Quæ concepit & peperit filium, dicens : Abstulit Deus opprobrium meum.

24. Et vocavit nomen ejus, Joseph, dicens : Addat mihi Dominus filium alterum.

25. Nato autem Joseph, dixit Jacob socero suo : Dimitte me ut revertar in patriam, & ad terram meam.

26. Da mihi uxores, & liberos meos, pro quibus servivi tibi, ut abeam : tu nosti servitutem qua servivi tibi.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 107. *t.* 3. 332. *e.* 27..... Si inveni gratiam ante te, auguratus essem; benedixit enim me Deus in introitu tuo.

29..... *Vide Not.*

Aug. quæst. 92. *in Gen. t.* 3. 400. *d. Item Locut.* 2. *de Exod.* 339. *c.* 30..... & benedixit te Dominus in pede meo. Nunc ergo quando faciam & ego mihi domum?

Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 533. *d.* 534. *a.* 32. Transibo in universo pecore tuo hodie: separa inde omne pecus varium, & discolor : & omne pecus unius coloris in agnis, & varium, & discolor in capris, erit merces mea.

33. Et respondebit mihi justitia mea in die crastino, cùm venerit merces mea coram te : omne in quo non fuerit varium, & discolor in capris & in agnis, furtum erit apud me.

VULGATA NOVA.

27. Ait illi Laban : Inveniam gratiam in conspectu tuo : experimento didici, quia benedixerit mihi Deus propter te :

28. constitue mercedem tuam quam dem tibi.

29. At ille respondit : Tu nosti quomodo servierim tibi, & quanta in manibus meis fuerit possessio tua.

30. Modicum habuisti antequàm venirem ad te, & nunc dives effectus es : benedixitque tibi Dominus ad introitum meum. Justum est igitur ut aliquando provideam etiam domui meæ.

31. Dixitque Laban : Quid tibi dabo? At ille ait : Nihil volo : sed si feceris quod postulo, iterum pascam, & custodiam pecora tua.

32. Gyra omnes greges tuos, & separa cunctas oves varias & sparso vellere : & quodcunque furvum, & maculosum, variumque fuerit, tam in ovibus quàm in capris, erit merces mea.

33. Respondebitque mihi cras justitia mea, quando placiti tempus advenerit coram te : & omnia quæ non fuerint varia, & maculosa, & furva, tam in ovibus quàm in capris, furti me arguent.

VULGATA NOVA.

34. Dixitque Laban : Gratum habeo quod petis.

35. Et separavit in die illa, capras, & oves, & hircos, & arietes, varios atque maculosos : cunctum autem gregem unicolorem, id est, albi & nigri velleris, tradidit in manu filiorum suorum.

36. Et posuit spatium itineris trium dierum inter se & generum, qui pascebat reliquos greges ejus.

37. Tollens ergo Jacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticavit eas : detractisque corticibus, in his quæ spoliata fuerant, candor apparuit : illa verò quæ integra fuerant, viridia permanserunt : atque in hunc modum color effectus est varius,

37..... *Vide Not. sicus infra ad* ℣℣. 38. 41. 42. 43.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

vir meus : peperi enim ei, &c. Addit Hieron. ibid. *Ubi nos posuimus* : Habitabit mecum : & *LXX. interpretati sunt*, diliget (l. *deliget*) me, *in Hebræo habet*, Jezbuleni : & *est sensus : Quia sex filios genui Jacob, propterea jam secura sum ; habitabit enim mecum vir meus ; unde & filius meus vocatur*, *Habitaculum.*

℣. 21. Græc. Καὶ μετὰ τοῦτο, & *post hoc* ; reliqua ut supra.

℣. 27. Addit August. ibid. *Non videtur consequens quia hîc dicendum fuit :* Si inveníssem gratiam ante te, auguratus essem ; nunc autem, si inveni. *Ordo est : Si inveni gratiam ante te, permitte me augurari : ita enim dixit*, auguratus essem, *tanquam diceret ; ô si auguratus essem.* Nunc in Græco : Εἰ εὗρον χάριν ἐναντίον σου, οἰωνισάμην ἄν, &c. *Si inveni gratiam coram te, auguratus sum utique ;* at in edit. Compl. οἰωνισαίμην ἄν. August. etiam Locut. 2. de Exodo, to. 3. col. 339. e. addit ut sup. *Benedixit me Deus in introitu tuo.* Gr. ἐπὶ τῇ σῇ εἰσόδῳ.

℣℣. 29. 30. Græc. Εἶπε δὲ Ἰακώβ· Σὺ γινώσκεις ἃ δεδούλευκά σοι, καὶ ὅσα ἦν κτήνη σου μετ' ἐμοῦ. Μικρὰ γὰρ ἦν ὅσα σοι ἐναντίον ἐμοῦ· καὶ ηὐξήθη εἰς πλῆθος, deinde sic : Καὶ εὐλόγησέ σε Κύριος ὁ Θεὸς ἐπὶ τῷ, &c. ut in Lat. Priora illa commemorat August. ibid. dicens : *Ait Jacob post 14. annos servitutis suæ socero suo volenti eum adhuc apud se tenere :* Nunc ergo quando faciam, &c. *dixerat enim quòd creverint pecora Laban sub illo*, &c.

℣. 32. Ita Hieronymus sacrum contextum refert : quo ex fonte ambiguum ; in Græco nempe sicut in Vulgata multa dissimilia : en Græc. Παρελθέτω σήμερα τὰ πρόβατά σου σήμερον, καὶ διαχώρισον ἐκεῖθεν πᾶν πρόβατον φαιὸν ἐν τοῖς ἄρνασι, καὶ πᾶν διαλευκον, καὶ ῥαντὸν ἐν ταῖς αἰξίν, ἔσαι μοι μισθός. *Transeant omnes oves tuæ hodie*, & *separa inde omnem ovem fuscam in agnis ; & omne subalbum & sparsum in capris, erit mei merces.* Hæc & sequentia obscuritate non vacant, teste Hieronymo ibid. *Multùm*, inquit, *apud LXX. Interpretes confusus est sensus ; & usque in præsentem diem nullum potui invenire nostrorum, qui ad liquidum quid in hoc loco diceretur, exponeret.* Hunc autem ipse ita exponere conatur : *Vis, inquit Jacob, me servire tibi etiam alios septem annos? fac quod postulo : separa omnes discolores & varias, tam oves quàm capras, & trade in manus filiorum tuorum. Rursumque ex utroque grege, alba & nigra pecora, id est, unius coloris, da mihi : si quid igitur ex albis & nigris, quæ unius coloris sunt, varium natum fuerit, meum erit ; si quid verò unius coloris, tuum.*

℣. 33. Subjuncta hæc ab Hieronymo non minùs videntur à Græco quàm à Vulgata discrepare : ita nempe legitur Græcè : Καὶ ἐπακούσεταί μου ἡ δικαιοσύνη μου ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἐπαύριον· ὅτι ἐστὶν ὁ μισθός μου ἐνώπιόν σου· πᾶν ὃ ἐὰν μὴ ᾖ ῥαντὸν, καὶ διάλευκον ἐν ταῖς αἰξὶ, καὶ φαιὸν ἐν τοῖς ἄρνασι, κεκλεμμένον ἔσαι παρ' ἐμοί. *Et exaudiet me justitia mea in die crastina, quia est merces mea in conspectu tuo : omne quodcunque non fuerit sparsum, & subalbum in capris, & fuscum in agnis, furto ablatum erit apud me.* August. Locut. 108. de Gen. to. 3. col. 332. e. similiter habet è Græco : *Et exaudiet me justitia mea in die crastino.* Item Hieron. ipse, in Isai. 58. to. 3. col. 431. d. *Exaudiet me cras justitia mea.*

℣. 37. In Græco sic : Ἔλαβε δὲ ἑαυτῷ Ἰακὼβ ῥάβδον συρακίνην χλωρὰν, καὶ καρυΐνην, καὶ πλατάνου· καὶ ἐλέπισεν ἀπὸ τὰς Ἰακὼβ λεπίσματα λευκὰ καὶ περισύρων τὸ χλωρὸν, ἐφαίνετο ἐπὶ ταῖς ῥάβδοις τὸ λευκὸν, ὃ ἐλέπισε, ποικίλον. *Sumpsit autem sibi Jacob virgam styracinam viridem, & nucinam, & platani ; & decorticavit eas Jacob decorticationes albas ; & distrahens*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

38. Posuitque eas in canalibus, ubi effundebatur aqua : ut cùm veniſſent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aſpectu earum conciperent.

39. Factumque eſt ut in ipſo calore coitus, oves intuerentur virgas, & parerent maculoſa, & varia, & diverſo colore reſperſa.

40. Diviſitque gregem Jacob, & poſuit virgas in canalibus ante oculos arietum : erant autem alba & nigra quæque, Laban : cætera verò, Jacob, ſeparatis inter ſe gregibus.

41. Igitur quando primo tempore aſcendebantur oves, ponebat Jacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum & ovium, ut in earum contemplatione conciperent :

42. Quando verò ſerotina admiſſura erat, & conceptus extremus, non ponebat eas. Factaque ſunt ea quæ erant ſerotina, Laban : & quæ primi temporis, Jacob.

43. Ditatuſque eſt homo ultra modum, & habuit greges multos, ancillas & ſervos, camelos & aſinos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

viride, apparebat in virgis album, quod decorticaverat, varium. Eorumdem meminit Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 534. c. dicens : *Tres virgas populeas, & amygdalinas, & maligranati ; quanquam LXX. ſtyracinas, & nucinas, & plataninas habeant ; ex parte decorticans, varium virgarum fecit colorem.* Item Auguſt. quæſt. 93. in Gen. to. 3. col. 400. e. *Jacob virgas excorticavit, detrahens viride, ut album variè appareret.*

℣. 38. Græc. Καὶ παρέθηκε τὰς ῥάβδους, ἃς ἐλέπιζεν, ἐν τοῖς λάκκοις τῶν ποτιςηρίων τῷ ὕδατος· ἵνα ὡς ἂν ἔλθωσι τὰ πρόβατα πιεῖν, ἐνώπιον τῶν ῥάβδων ἐλθόντων αὐτῶν εἰς τὸ πιεῖν, ἐγκισσήσωσι τὰ πρόβατα εἰς τὰς ῥάβδους. *Et appoſuit virgas, quas decorticaverat, in alveis canalium aquæ ; ut cùm veniſſent oves bibere, in conſpectu virgarum venientibus ipſis ad bibendum, conciperent oves in virgas.* Quibus reſpondent iſta ex Hieronymo ubi ſup. *Et ponebat virgas, quas decorticaverat, in canalibus, quibus effundebantur aquæ ; & veniebant ad potandum contra pecora, ut conciperent eo tempore, cùm venirent ad potandum.* Item ex Auguſtino : *Et ſic in conſpectu fœtus pecorum variarentur, cùm matres in alveis aquarum bibcrent, & viſis virgis, illam varietatem conſpicerent.*

℣. 41. Græc. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ καιρῷ ᾧ ἐνεκίσσων τὰ πρόβατα ἐν γαςρὶ λαμβάνοντα, ἔθηκεν Ἰακὼβ τὰς ῥάβδους ἐναντίον τῶν προβάτων ἐν τοῖς λάκκοις, τῷ ἐγκισσᾶσθαι αὐτὰ καθὰ τὰς ῥάβδους. *Factum eſt autem, in tempore, quo concipiebant oves in utero accipientes, poſuit Jacob virgas coram ovibus in canalibus, ut ipſæ conciperent ſecundùm virgas.* Hieron. ubi ſup. col. 534. d. *Et concipiebant pecora contra virgas Jacob, virgas, quas poſuerat coram pecoribus in canalibus ad concipiendum in eis.*

℣. 42. Græc. Ἡνίκα δ' ἂν ἔτεκε τὰ πρόβατα, οὐκ ἐτίθει· ἐγένετο δὲ τὰ μὲν ἄκμα τῷ Λάβαν, τὰ δὲ ἐπίκυμα τῷ Ἰακώβ. *Cùm verò peperiſſent oves, non ponebat : facta ſunt autem nova ſignata ipſius Laban, ſignata autem ipſius Jacob.* Eadem refert Hieron. loco cit. col. 534. d. hoc modo : *Et in ſerotinis ovibus non ponebat ; & fiebant ſerotina Laban, & temporanea Jacob* : hæc autem juxta Hebraïcum, ut videtur ; nam continuò addit S. Doctor : *Hoc in LXX. Interp. non habetur, ſed pro* ſerotinis, & temporaneis, *aliud neſcio quid, quod ad ſenſum non pertinet, tranſtulerunt.* Eò etiam ſpectant quæ habet Auguſt. quæſt 93. in Gen. col. 400. g. *Quod autem*, inquit, *ad juſtitiam pertinebat, ſicut alii Interpretes apertiùs hoc narrant, non ponebat virgas in ſecundo conceptu ovium : quod tantò obſcuriùs, quantò brevius à LXX. dictum eſt, quia cùm peperiſſent non ponebat : quod intelligitur, cumprimùm peperiſſent ; ut jam non ſolere ponere intelligatur, cùm ſecundo parituræ eſſent, ne ipſe auferret omnes fœtus, quod iniquum fuit.*

℣. 43. Græc. Καὶ ἐπλούτησεν ὁ ἄνθρωπος σφόδρα σφόδρα, &c. unde Ambr. l. 2. de Jac. c. 5. col. 465. b. *His itaque*, inquit, *dives factus eſt valde, bonum gregem nutriens*, &c.

CAPUT XXXI.

VULGATA NOVA.

1. POstquàm autem audivit verba filiorum Laban dicentium : Tulit Jacob omnia quæ fuerunt patris noſtri, & de illius facultate ditatus, factus eſt inclytus :

2. animadvertit quoque faciem Laban, quòd non eſſet erga ſe ſicut heri & nudiuſtertius,

3. maximè dicente ſibi Domino : Revertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eroque tecum.

VERSIO ANTIQUA.

1..... *Vid. Not.*

2. Et vidit Jacob faciem Laban, & ecce non erat ad eum ſicut heſterna & nudiuſtertiana die. *Aug. Locut. 109. t. 3. 332. f.*

3. Et dixit ei Deus : Revertere in terram patris tui, & in gentem tuam, & ego ero tecum. *Ambr. l. 2. de Jac. c. 5. 465. b.*

VULGATA NOVA.

4. Miſit, & vocavit Rachel & Liam in agrum, ubi paſcebat greges,

5. dixitque eis : Video faciem patris veſtri quòd non ſit erga me ſicut heri & nudiuſtertius : Deus autem patris mei fuit mecum.

6. Et ipſæ noſtis quòd totis viribus meis ſervierim patri veſtro.

VULGATA NOVA.

7. Sed & pater veſter circumvenit me, & mutavit mercedem meam decem vicibus : & tamen non dimiſit eum Deus ut noceret mihi.

VERSIO ANTIQUA.

7. Et pater veſter mentitus eſt mihi, & mutavit mercedem meam decem agnis : & non dedit ei Deus ut noceret mihi. *Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. col. 535. c. f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcè, caput incipit ab his : Ἤκουσε δὲ Ἰακὼβ τὰ ῥήματα τῶν υἱῶν Λάβαν, λεγόντων Εἴληφεν Ἰακὼβ πάντα τὰ τοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ ἐκ τῶν τοῦ πατρὸς ἡμῶν, πεποίηκε πᾶσαν τὴν δόξαν ταύτην. *Audivit autem Jacob verba filiorum Laban, dicentium : Tulit Jacob omnia quæ patris noſtri, & ex iis quæ patris noſtri, fecit omnem gloriam hanc :* quibus reſpondent iſta Ambroſii, l. 2. de Jacob, c. 5. col. 465. b. *Labæ filiis* (Jacob) *ut opulentiſſimus in invidiam vocabatur, qui ſunum gregem alieni gregis acceſſione cumulaſſet.*

℣. 2. Vix meliùs è Græco.

℣. 3. In Græco ſic : Εἶπε δὲ Κύριος πρὸς Ἰακώβ· Ἀποςρέφου εἰς τὴν γῆν τοῦ πατρός σου, καὶ εἰς τὴν γενεάν σου, καὶ ἔσομαι μετὰ σοῦ. *Dixit autem Dominus ad Jacob : Revertere in terram patris tui, & ad generationem tuam, & ero tecum.*

℣. 7. Hic verſiculus totidem verbis refertur ab Hieron. excepto uno *agnis*, cujus loco ponit *vicibus* : addit autem ibid. *Pro eo quod nos poſuimus :* Mutavit mercedem meam decem vicibus : *LXX. Interpretes poſuerunt*, decem agnis, *neſcio qua opinione ducti, cùm verbum Hebraïcum*, Moni, *numerum magis, quàm agnos ſignificet.* Quin & hanc vocem *agnis*, admittit ipſe intra textum, infra ℣. 41. adhibita tamen cautione : his enim : *Et mutaſti mercedem meam decem agnis ;* continuò addit : *Idem error qui ſupra :* numerus *enim pro* agnis *legendus eſt.* Contrà Auguſtinus hanc lectionem *agnis* confirmat quæſt. 95. in Gen. to. 3. col. 401. d. dicens : *Conquerens enim de patre illarum, ait inter cætera : Et mutavit mercedem meam decem agnorum ;* & infra *: Decem agnos, vel decem agnas, pro decem temporibus poſuit, quibus oves quas paſcebat per ſexennium pepererunt..... nec mirum quòd hæc decem tempora nomine agnorum appellavit, qui eiſdem temporibus naſcebantur ; velut ſi quiſquam dicat, Per tot vindemias, aut per tot*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

8..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

8. Si quando dixit : Variæ erunt mercedes tuæ : pariebant omnes oves varios fœtus : quando verò è contrario ait : Alba quæque accipies pro mercede : omnes greges alba pepererunt.

9. Tulitque Deus ſubſtantiam patris veſtri, & dedit mihi.

Aug. Locut. 110. 332. *f.*

10..... & vidi oculis meis in ſomno....

10. Poſtquàm enim conceptûs ovium tempus advenerat, levavi oculos meos, & vidi in ſomnis aſcendentes mares ſuper feminas, varios & maculoſos, & diverſorum colorum.

Cypr. Teſtim. l. 2. 286. *b.* *Novat. de Trin.* 1049. *a.*

11. Et dixit mihi Angelus Domini in ſomnis: Jacob, Jacob? Et ego dixi: Quid eſt?

12..... Aſpice oculis tuis, & vide hircos & arietes aſcendentes ſuper oves & capras, variatos, albos, & varios, & cinericios, & aſperſos. Vidi enim quæcunque tibi Laban fecit.

11. Dixitque Angelus Dei ad me in ſomnis: Jacob? Et ego reſpondi: Adſum.

12. Qui ait: Leva oculos tuos, & vide univerſos maſculos aſcendentes ſuper feminas, varios, maculoſos, atque reſperſos. Vidi enim omnia quæ fecit tibi Laban.

13. Ego ſum Deus qui viſus ſum tibi in loco Dei, ubi unxiſti mihi illic ſtantem lapidem, & voviſti mihi illic votum. Nunc ergo ſurge, & proficiſcere de terra hac, & vade in terram nativitatis tuæ, & ero tecum.

13. Ego ſum Deus Bethel, ubi unxiſti lapidem, & votum voviſti mihi. Nunc ergo ſurge, & egredere de terra hac, revertens in terram nativitatis tuæ. *Sup.* 28. 18.

Ambr. ep. 27. *t.* 2. 899. *c.*

14..... Nunquid eſt nobis portio aut hæreditas in domo patris noſtri?

14. Reſponderuntque Rachel & Lia: Nunquid habemus reſidui quidquam in facultatibus & hæreditate domûs patris noſtri?

Ibid. 898. *f.*

15. Nonne ſicut alienæ æſtimamur ei? vendidit enim nos, & devoravit pretium noſtrum.

15. Nonne quaſi alienas reputavit nos, & vendidit, comeditque pretium noſtrum?

Ibid. 899. *a.*

16. Omnes divitiæ & gloria, quam tulit Deus patri noſtro, nobis erit, & filiis noſtris.....

16. Sed Deus tulit opes patris noſtri, & eas tradidit nobis, ac filiis noſtris: unde omnia quæ præcepit tibi Deus, fac.

VULGATA NOVA.

17. Surrexit itaque Jacob, & impoſitis liberis ac conjugibus ſuis ſuper camelos, abiit.

18. Tulitque omnem ſubſtantiam ſuam, & greges, & quidquid in Meſopotamia acquiſierat, pergens ad Iſaac patrem ſuum in terram Chanaan.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 535. *c.*

19..... & furata eſt Rachel idola patris ſui.

VULGATA NOVA.

19. Eo tempore ierat Laban ad tondendas oves, & Rachel furata eſt idola patris ſui.

20. Noluitque Jacob confiteri ſocero ſuo quòd fugeret.

21..... & tranſivit fluvium, & venit in montem Galaad.

21. Cùmque abiiſſet tam ipſe quàm omnia quæ juris ſui erant, & amne tranſmiſſo perget contra Montem Galaad,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

meſſes, quibus numerus intelligatur annorum. Totus verſiculus ſic habetur Græcè: Ὁ δὲ παῖρ ὑμῶν παρεκρύζαλό με· ᾗ ἤμαξε τὸν μιδόν μν τῶν δέκα ἀμνῶν· ᾗ ὐκ ἔδωκεν ἀυτῷ ὁ Θεὸς κακοποιῆσαί με. Aquila & Symm. loco παρεκρύσατο, *circumvenit*, legunt, παρελογίσατο, *decepit*, quod idem ſonat; reliqua etiam probè conveniunt cum textu Hieronymi.

℣. 8. Hic verſus ſingulari modo refertur ab Hieronymo, loco ſup. citato: ita nempe: *Si dixerat: Hoc varium pecus erit merces tua: naſcebatur omne pecus varium. Et ſi dixerat: Unius coloris erit merces tua: naſcebatur omne pecus unius coloris:* quæ verba antecedentibus nectere non placuit, quia non ſatis conſtat de ipſis utrùm è Græco fonte prodierint, an non? Aliquando enim Hieron. hoc quæſt. Hebr. libro, Hebraïca intermiſcet Græcis, ut notatum eſt verſu ſuperiori. Sic autem Græca ſe habent: Ἐὰν οὕτως εἴπῃ· Τὰ ποικίλα ἔσαι σν μιδός· ᾗ τέξεται πάντα τὰ πρόβατα ποικίλα. Ἐὰν δὲ εἴπῃ· Τὰ λευκὰ ἔσαι σν μιδός· ᾗ τέξεται πάντα τὰ πρόβατα λευκά. *Si ita dixerit: Varia erunt tua merces; & parient omnes oves varia. Sin autem dixerit: Alba erunt tua merces; & parient omnes oves alba.* De his vide plura apud Hieron. ubi ſup. & apud Auguſt. quæſt. 95. in Gen. to. 3. col. 401. d. ſeqq.

℣. 10. Ita in Græco.

℣. 11. Hic verſiculus mutuò ſumptus eſt partim à Cypriano, partim à Novatiano: priora verba uſque ad vocem, *Jacob*, de Cypriano ſunt: reliqua de Novat. ſic enim narrat Novatianus: *Cùm apud uxores ſuas Liam atque Rachel, Jacob de patris illarum iniquitate quereretur, & cùm referret quòd jam in terram propriam remeare & reverti cuperet, ſomnii quoque ſui interponebat auctoritatem, quo tempore refert ſibi angelum Dei per ſomnium dixiſſe, Jacob Jacob*, &c. ut ſup. In Græco ſic: Καὶ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος τῦ Θεῦ καθ' ὕπνον, Ἰακώβ· ἐγὼ δὲ εἶπα· Τί ἐσι; in Mſ. Alex. ac edit. Compl. geminatur, Ἰακὼβ Ἰακώβ, ut ſup.

℣. 12. Novatianus initio ſic habet. *Aſpice, inquit, oculis*, &c. Græc. Καὶ εἶπεν· Ἀνάβλεψον τοῖς ὀφθαλμοῖς σν, ᾗ ἴδε τὺς τράγυς, ᾗ τὺς κριὺς ἀναβαίνοντας ἐπὶ τὰ πρόβατα, ᾗ τὰς αἶγας, διαλεύκυς, ᾗ ποικίλυς, ᾗ σποδοειδεῖς ῥαγίδας· ἑώρακα γὰρ ὅζα σοι Λάβαν ποιεῖ· quæ omnia vix unâ aut alterâ voculâ diſcrepant à textu Lat.

℣. 13. Nil Græco ſimilius, niſi excipias verba, *proficiſcere..... & vade*, pro quibus, ἔξελθε..... ᾗ ἄπελθε, *exi..... & abi*, quæ idem ſonant. Cyprianus quoque l. 2. Teſtim. p. 286. b. legit: *Ego ſum Deus, quem vidiſti in loco Dei, ubi unxiſti mihi titulum lapideum, & voviſti mihi votum.* Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 737. a. *Ego ſum Deus, qui viſus ſum tibi* (Gr. ὁ ὀφθεὶς σοι) *in loco Dei, ubi unxiſti mihi lapidem* (Gr. σήλην) *& voviſti mihi votum:* Auguſt. Locut. 111. de Gen. to. 3. col. 332. f. *Ego ſum Deus, qui apparui tibi in loco Dei.*

℣. 14. Itidem Græcè, additâ voculâ, ἔτι, *adhuc*, ad hanc, *nobis.*

℣. 15. Græc. Οὐχ ὡς αἱ ἀλλότριαι λελογίσμεθα ἀυτῷ; πέπρακε γὰρ ἡμᾶς, καὶ καταβρώσει, κατέφαγε τὸ ἀργύριον ἡμῶν. *Nonne ſicut alienæ reputatæ ſumus ei? vendidit enim nos, & devoratione devoravit*, (vel *abſorbuit*) *argentum noſtrum.*

℣. 16. Græc. Πᾶν τὸ πλῦτον ᾗ τὴν δόξαν, ἣν ἀφείλετο ὁ Θεὸς τῦ πατρὸς ἡμῶν, ἡμῖν ἔσαι, &c. ut ſup. *Omnes divitias & gloriam, quam abſtulit Deus à patre noſtro, nobis erunt*, &c.

℣. 19. Gr. Ἔκλεψε δὲ, &c. *furata eſt autem*, &c. ut ſup.

℣. 21. Itidem Græcè, præter unum ὥρμησεν, *properavit*, pro *venit.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

22. nunciatum est Laban die tertio quòd fugeret Jacob.

23. Qui assumptis fratribus suis, persecutus est eum diebus septem: & comprehendit eum in monte Galaad.

Inf. 48. 16. 24. Viditque in somnis dicentem sibi Deum: Cave ne quidquam asperè loquaris contra Jacob.

25. Jamque Jacob extenderat in monte tabernaculum: cùmque ille consecutus fuisset eum cum fratribus suis, in eodem Monte Galaad fixit tentorium.

26. Et dixit ad Jacob: Quare ita egisti, ut clam me abigeres filias meas quasi captivas gladio?

VULGATA NOVA.

27. Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi, ut prosequerer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis?

VERSIO ANTIQUA.

27. Si annuntiasses mihi, emisissem te..... *Ambr. ep. 27. t. 2. 900. b.*

VULGATA NOVA.

28. Non es passus ut osculares filios meos & filias: stultè operatus es: & nunc quidem

Inf. 48. 16. 29. valet manus mea reddere tibi malum: sed Deus patris vestri heri dixit mihi: Cave ne loquaris contra Jacob quidquam durius.

VULGATA NOVA.

30. Esto, ad tuos ire cupiebas, & desiderio erat tibi domus patris tui: cur furatus es deos meos?

VERSIO ANTIQUA.

30..... quare furatus es deos meos? *Aug. quæst. 94. in Gen. t. 3. 401. a.*

31. Respondit Jacob: Quòd inscio te profectus sum, timui ne violenter auferres filias tuas.

31. Respondens autem Jacob, dixit ad Laban: Dixi enim, ne fortè auferas filias tuas à me, & omnia mea. *Idem Locut. 112. 332. f.*

32. Quòd autem furti me arguis: apud quemcunque inveneris deos tuos, necetur coram fratribus nostris: scrutare, quidquid tuorum apud me inveneris, & aufer: hæc dicens, ignorabat quòd Rachel furata esset idola.

32..... cognosce si quid tuum est apud me..... *Ambr. l. 2. in Jac. c. 5. 465. d.*

33. Ingressus itaque Laban tabernaculum Jacob & Liæ, & utriusque famulæ, non invenit. Cùmque intrasset tentorium Rachelis,

33. Intravit autem Laban, & inscrutatus est in domo Liæ..... *Aug. Locut. 113. t. 3. 332. g.*

VULGATA NOVA.

34. illa festinans abscondit idola subter stramenta cameli, & sedit desuper: scrutantique omne tentorium, & nihil invenienti,

35. ait: Ne irascatur dominus meus quòd coram te assurgere nequeo: quia juxta consuetudinem feminarum nunc accidit mihi: sic delusa solicitudo quærentis est.

VULGATA NOVA.

36. Tumensque Jacob, cum jurgio ait: Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum sic exarsisti post me,

VERSIO ANTIQUA.

36..... Quæ culpa mea est, & quod delictum meum, quòd persequutus es me? *Hieron. cont. Helvid. t. 4. p. 2. 139. e.*

37. & scrutatus es omnem supellectilem meam? Quid invenisti de cuncta substantia domus tuæ? pone hic coram fratribus meis & fratribus tuis, & judicent inter me & te.

37. Et quare scrutatus es omnia vasa mea? Quid invenisti de omnibus tuis? pone hic in conspectu fratrum tuorum & fratrum meorum, & redarguent inter nos duos.

VULGATA NOVA.

38. Idcirco viginti annis fui tecum? oves tuæ & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi:

39. nec captum à bestia ostendi tibi, ego damnum omne reddebam: quidquid furto peribat, à me exigebas:

VULGATA NOVA.

40. die noctuque æstu urebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis.

VERSIO ANTIQUA.

40. Et fui diei perustus calore, & gelu noctis..... *Hilar. in Ps. 120. 382. f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 27. Sic habet Ambros. loco cit. sed infra, post hoc: *Quomodo me dimisisses?* addit: *An cum lætitia tua..... cum tympanis scilicet, atque organis....., & sonis tibiarum..... cymbalis*, &c. In Græco sic: Καὶ εἰ ἀνήγγειλάς μοι, ἐξαπέστειλα ἄν σε μετ' εὐφροσύνης, ϗ μετὰ μουσικῶν, ϗ τυμπάνων, ϗ κιθάρας.

℣. 30. Gr. Ἰνατί ἔκλεψας, &c. ut sup.

℣. 31. Ita Græcè ad verbum, nisi quòd post *Laban*, additur, ὅτι ἐφοβήθην, *quia timui*, quod omittit August. deestque in Mss. Oxon. & Clem. nec non in edd. Ald. & Compl.

℣. 32. Sic iterum Ambros. infra, col. 466. e. at in Ps. 38. col. 853. f. habet: *Recognosce si quid tuorum in me invenis:* & l. 2. de Jac. col. 465. d. pergit, dicens: *Et quæsivit Laban, & nihil suum invenit apud Jacob.* In Græco sic: Καὶ εἶπεν Ἰακώβ..... Ἐπίγνωθι τί ἐστι παρ' ἐμοὶ τῶν σῶν, ϗ λάβε· ϗ οὐκ ἐπέγνω παρ' αὐτῷ οὐθέν, &c. *Et dixit Jacob..... Cognosce quid est apud me tuorum, & cape; & non cognovit apud eum quidquam.*

℣. 33. Græc. Εἰσελθὼν δὲ Λάβαν, ἠρεύνησεν εἰς τὸν οἶκον Λείας, &c. *Ingressus autem Laban, scrutatus est*, &c. ut sup.

℣. 36. Idem Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 530. legit: *Quod est peccatum meum, quia persecutus es post me?* Græc. Τί τὸ ἀδίκημά μου; ϗ τί τὸ ἁμάρτημά μου, ὅτι κατεδίωξας ὀπίσω μου; *Quæ injuria mea, & quod peccatum meum, quia*, &c. ut sup.

℣. 37. Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 530. a. iterum legit: *Et quia scrutatus es omnia vasa mea? Quid inveniste de universis vasis domus tuæ? Ponatur coram fratribus meis & fratribus tuis, & dijudicent inter nos.* August. Locut. 114. de Gen. to. 3. col. 332. g. *Jacob dicit ad Laban: Quia scrutatus es omnia vasa domus meæ?* Græc. Καὶ ὅτι ἠρεύνησας πάντα τὰ σκεύη τῆς οἰκίας μου; (edit. Compl. τὰ σκεύη μου) τί εὕρες ἀπὸ πάντων τῶν σκευῶν τῆς οἰκίας σου; θὲς ὧδε ἐνώπιον τῶν ἀδελφῶν σου, ϗ τῶν ἀδελφῶν μου, ϗ ἐλεγξάτωσαν ἀνὰ μέσον τῶν δύο ἡμῶν.

℣. 40. Hieron. ep. 18. ad Eustoch. to. 4. part. 2. col. 48. c. *In die urebar æstu, & gelu nocte.* Græc. Ἐγενόμην τῆς ἡμέρας συγκαιόμενος τῷ καύματι, ϗ τῷ παγετῷ τῆς νυκτός,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 95. in Gen. t. 3. 401. b.

41..... & decepiſti mercedem meam decem agnabus.

Idem quæſt. 35. in Exod. t. 3. 431. f.

42. Niſi Deus patris mei Abraham, & timor Iſaac, adeſſet mihi, nunc me inanem dimiſiſſes.....

VULGATA NOVA.

41. Sicque per viginti annos in domo tua ſervivi tibi, quatuordecim pro filiabus, & ſex pro gregibus tuis: immutaſti quoque mercedem meam decem vicibus.

42. Niſi Deus patris mei Abraham, & timor Iſaac, affuiſſet mihi, forſitan modò nudum me dimiſiſſes: afflictionem meam & laborem manuum mearum reſpexit Deus, & arguit te heri.

VULGATA NOVA.

43. Reſpondit ei Laban: Filiæ meæ & filii, & greges tui, & omnia quæ cernis, mea ſunt: quid poſſum facere filiis & nepotibus meis?

44. Veni ergo, & ineamus fœdus: ut ſit in teſtimonium inter me & te.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 96. in Gen. 401. f.

45. Sumpſit autem Jacob lapidem, & conſtituit eum titulum:

Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 535. c. & 536. a.

46. & dixit Jacob fratribus ſuis: Colligamus lapides. Et congregatis lapidibus, fecerunt acervum, & comederunt ſuper eum.....

47. Et vocavit illum Laban, Acervum teſtimonii, & Jacob vocavit illum, Acervum teſtis.

Aug. quæſt. 97. & 98. in Gen. t. 3. 402. a.

48..... Teſtatur acervus hic, & teſtatur titulus hic; propter hoc appellatum eſt nomen, Acervus teſtatur.

49. Et viſio quam dixit: Reſpiciat Deus inter me & te.....

Idem quæſt. 99. 402. b.

50..... vide, nemo nobiſcum eſt.....

VULGATA NOVA.

45. Tulit itaque Jacob lapidem, & erexit illum in titulum:

46. dixitque fratribus ſuis: Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum, comederuntque ſuper eum:

47. quem vocavit Laban, Tumulum teſtis, & Jacob, Acervum teſtimonii, uterque juxta proprietatem linguæ ſuæ.

48. Dixitque Laban: Tumulus iſte erit teſtis inter me & te hodie, & idcirco appellatum eſt nomen ejus, Galaad, id eſt, Tumulus teſtis.

49. Intueatur & judicet Dominus inter nos quando receſſerimus à nobis,

50. ſi afflixeris filias meas, & ſi introduxeris alias uxores ſuper eas: nullus ſermonis noſtri teſtis eſt abſque Deo, qui præſens reſpicit.

VULGATA NOVA.

51. Dixitque rurſus ad Jacob: En tumulus hic, & lapis quem erexi inter me & te,

52. teſtis erit: tumulus, inquam, iſte & lapis ſint in teſtimonium, ſi aut ego tranſiero illum pergens ad te, aut tu præterieris, malum mihi cogitans.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 100. in Gen. t. 3. 402. b.

53..... Et juravit Jacob per timorem patris ſui Iſaac.

VULGATA NOVA.

53. Deus Abraham, & Deus Nachor, judicet inter nos, Deus patris eorum. Juravit ergo Jacob per timorem patris ſui Iſaac:

VULGATA NOVA.

54. immolatiſque victimis in monte, vocavit fratres ſuos ut ederent panem. Qui cùm comediſſent, manſerunt ibi.

55. Laban verò de nocte conſurgens, oſculatus eſt filios & filias ſuas, & benedixit illis: reverſuſque eſt in locum ſuum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

&c. *Et factus ſum diei combuſtus æſtu, & glacie noctis.*

℣. 41. Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 535. d. *Et mutaſti mercedem meam decem agnis.* At in Græco, non, ἤλλαξας, ut ſup. ℣. 7. ſed, παρελογίσω τὸν μισθόν μου δέκα ἀμνάδων. Vid. Not. ad ℣. 7.

℣. 42. Rurſum Auguſt. Locut. 115. de Gen. to. 3. col. 333. a. legit: *Niſi Deus patris mei Abr. & timor Iſaac eſſet mihi.* Item quæſt. 100. in Gen. to. 3. col. 402. c. *Deus patris mei Abrahæ, & timor patris mei Iſaac.* Græc. Εἰ μὴ ὁ Θεὸς τοῦ πατρός μου Ἀβραὰμ, καὶ ὁ φόβος Ἰσαὰκ ἦν μοι, τῶν ἂν κενόν με ἐξαπέστειλας, &c.

℣. 45. Græc. Λαβὰν δὲ Ἰακὼβ λίθον, ἔστησεν αὐτὸν στήλην.

℣. 46. Græc. Εἶπε δὲ Ἰακὼβ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ· Συλλέγετε λίθους. Καὶ συνέλεξαν λίθους, καὶ ἐποίησαν βουνόν· καὶ ἔφαγον ἐκεῖ ἐπὶ τοῦ βουνοῦ, &c. *Dixit autem Jacob fratribus ſuis: Colligite lapides. Et collegerunt lapides, & fecerunt acervum, & comederunt ibi ſuper acervum,* &c.

℣. 47. Græc. Καὶ ἐκάλεσεν αὐτὸν Λάβαν, Βουνὸς τῆς μαρτυρίας· Ἰακὼβ δὲ ἐκάλεσεν αὐτὸν, Βουνὸς μάρτυς. *Et vocavit illum Laban, Acervus teſtimonii; Jacob autem..... Acervus teſtis.* De hujus appellationis diverſitate, orta ſcilicet ex varietate dictionis Hebraïcæ & Syriacæ, ita diſſerit Hieron. loco cit. *Acervus*, inquit, *Hebraîcâ linguâ*, Gal *dicitur*, Aad *verò*, *teſtimonium. Rurſum linguâ Syrâ acervus*, Igar *appellatur; teſtimonium*, Sedutha. *Jacob igitur Acervum teſtimonii, hoc eſt*, Galaad, *linguâ appellavit Hebraîcâ. Laban verò idipſum, id eſt, Acervum teſtimonii*, Igar ſedutha, *gentis ſuæ ſermone vocavit: erat enim Syrus, & antiquam linguam parentum provinciæ, in qua habitabat, ſermone mutaverat.....* Similiter habet Auguſt. quæſt. 97. in Gen. to. 3. col. 401. g. *Quòd acervum lapidum, quem inter ſe conſtituerant Laban & Jacob, cum aliquanta diverſitate appellaverunt, ut eum vocaret Laban* Acervum teſtimonii; *Jacob*, Acervum teſtem, *traditur ab eis, qui & Syram & Hebræam linguam noverunt, propter proprietatem ſuæ cujuſque linguæ factum. Fieri enim ſolet, ut aliâ linguâ non dicatur uno verbo, quod aliâ dicitur, & vicinitate ſignificationis quidque appelletur. Nam poſtea dicitur:* Propter hoc appellatum eſt nomen, Acervus teſtatur: *Hoc enim mediè poſitum eſt quod utrique conveniret, & ei qui dixerat*, Acervus teſtimonii; *& ei qui dixerat*, Acervus teſtis.

℣. 48. Eadem leguntur Græcè. Apud Hilar. in Pſ. 118. col. 246. e. ſic: *Teſtimonium erit vobis collis iſte; & teſtimonium erit lapis iſte.*

℣. 49. Ad verbum de Græco. Obſcuritatem hujus loci amovere tentat Auguſt. ibid. dicens: *Fortè ordo eſt: Et viſio quam dixit Deus, reſpiciat inter me & te: Deus quippe illi dixerat in viſione, ne læderet Jacob.*

℣. 50. Græc...., ὅρα, σὺ καὶ ἡμῶν ἐστιν ὁρῶν, ſed in ed. Compl. deeſt, ὁρῶν. ſicut apud Auguſt.

℣. 53. Similiter in Græco.

Digitized by Google

CAPUT XXXII.

VULGATA NOVA.

Inf. 48. 16. 1. JAcob quoque abiit itinere quo cœperat: fueruntque ei obviam Angeli Dei.

2. Quos cùm vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc: & appellavit nomen loci illius Mahanaim, id est, Castra.

3. Misit autem & nuncios ante se ad Esaü fratrem suum in terram Seir, in regionem Edom:

4. præcepitque eis, dicens: Sic loquimini domino meo Esaü: Hæc dicit frater tuus Jacob: Apud Laban peregrinatus sum, & fui usque in præsentem diem.

5. Habeo boves, & asinos, & oves, & servos, & ancillas: mittoque nunc legationem ad dominum meum, ut inveniam gratiam in conspectu tuo.

VERSIO ANTIQUA.

1..... vidit castra Dei applicantia, & occurrerunt ei Angeli Dei. *Ambr. l. 2. de Jac. c. 6. 467. d.*

2. Et dixit Jacob, ut vidit eos: Castra Dei hæc sunt: & vocavit nomen loci ejus, Castra. *Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 536. a.*

3. Misit autem Jacob nuncios ante se ad Esaü fratrem suum in terram Seir, in regionem Edom: *Aug. Locut. 116. t. 3. 333. a. b.*

4. & mandavit illis, dicens: Sic dicetis domino meo Esaü: Sic dicit puer tuus Jacob: Cum Laban habitavi, & demoratus sum usque modò.

5. Et facti sunt mihi boves, & asini, & oves, & pueri, & puellæ: & misi nunciare domino meo Esaü.....

VULGATA NOVA.

6. Reversique sunt nuncii ad Jacob, dicentes: Venimus ad Esaü fratrem tuum, & ecce properat tibi in occursum cum quadringentis viris.

6. 7. *Vide Not.*

7. Timuit Jacob valde: & perterritus divisit populum qui secum erat, greges quoque & oves & boves, & camelos, in duas turmas,

VULGATA NOVA.

8. dicens: Si venerit Esaü ad unam turmam, & percusserit eam, alia turma, quæ reliqua est, salvabitur.

9. Dixitque Jacob: Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac: Domine qui dixisti mihi: Revertere in terram tuam, & in locum nativitatis tuæ, & benefaciam tibi:

10. minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua quam expleviſti servo tuo. In baculo meo transivi Jordanem istum: & nunc cum duabus turmis regredior.

11. Erue me de manu fratris mei Esaü, quia valde eum timeo: ne fortè veniens percutiat matrem cum filiis.

12. Tu locutus es quòd benefaceres mihi, & dilatares semen meum sicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non potest.

VERSIO ANTIQUA.

8. Et dixit: Si venerit ad castra prima frater meus, & exciderit ea, erunt secunda in salutem. *Aug. quæst. 102. in Gen. t. 3. 402. d. e.*

9..... Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac: Domine qui dixisti mihi: Recurre in terram generationis tuæ, & bene tibi faciam:

10. idoneus es mihi ab omni justitia, & ab omni veritate, quæ fecisti puero tuo. In virga enim mea ista transii Jordanem hunc: nunc autem factus sum in duo castra.

11. Erue me de manu fratris mei, de manu Esaü; quia ego timeo illum: ne cùm venerit, feriat me, & matres super filios.

12. Tu autem dixisti: Benefaciam tibi, & ponam semen tuum tanquam arenam maris, quæ non dinumerabitur præ multitudine.

VULGATA NOVA.

13. Cùmque dormisset ibi nocte illa, separavit de his quæ habebat, munera Esaü fratri suo,

14. capras ducentas, hircos viginti, oves ducentas, & arietes viginti,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Καὶ Ἰακὼβ ἀπῆλθεν εἰς τὴν ὁδὸν αὐτοῦ· καὶ ἀναβλέψας, εἶδε παρεμβολὴν Θεοῦ παρεμβεβληκυῖαν, καὶ συνήντησαν αὐτῷ οἱ, &c. ut sup. Posteriora etiam verba sumpta ex Hieronymo, Ambrosius exprimit dicens: *Proficiscenti sancto Jacob angeli Dei occurrerunt.*

℣. 2. Similiter habet Ambros. l. 2. de Jacob. c. 6. 467. d. *Castra Dei hæc sunt.* Eò pariter spectant quæ in Ps. 36. col. 803. b. narrat, dicens: *Cùm fratrem fugeret Jacob..... vidit multitudinem cœlestis militiæ, & ait: Hic locus vocatur castra angelorum. Non satis fuit castrum vocare, sed castra; quæ tantæ multitudini convenirent*, &c. August. quoque quæst. 101. in Gen. to. 3. col. 402. c. ait: *Castra Dei quæ vidit Jacob in itinere, nulla dubitatio est, quòd angelorum fuerit multitudo; ea quippe in Scripturis militia cœli nominatur.* In Græco sic: Εἶπε δὲ Ἰακὼβ ἰδὼν εἶδεν αὐτός· Παρεμβολὴ Θεοῦ αὕτη· καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου, Παρεμβολαί· quæ vix differunt à textu Latino Hieronymi.

℣. 3. Eadem leguntur Græcè.

℣. 4. Itidem Græcè, nisi excipias verbum, παρῴκησα, *incolui*, pro *habitavi*.

℣. 5. Ita quoque Græcum habet ad verbum.

℣℣. 6. 7. Græcè: Καὶ ἀνέστρεψαν οἱ ἄγγελοι πρὸς Ἰακὼβ, λέγοντες· Ἤλθομεν πρὸς τὸν ἀδελφόν σου Ἡσαῦ· καὶ ἰδοὺ αὐτὸς ἔρχεται εἰς συνάντησίν σου, καὶ τετρακόσιοι ἄνδρες μετ' αὐτοῦ. Ἐφοβήθη δὲ Ἰακὼβ σφόδρα, καὶ ἠπορεῖτο· καὶ διεῖλε τὸν λαὸν τὸν μεθ' ἑαυτοῦ, καὶ τὰς βόας, καὶ τὰς καμήλους, καὶ τὰ πρόβατα εἰς δύο παρεμβολάς. Quæ omnia sic reddit August. quæst. 102. in Gen. to. 3. col. 402. c. dicens: *Nunciato sibi fratre suo Jacob veniente obviam ei cum quadringentis viris, turbatus est quidem & mente confusus, quoniam timuit valde: & ut visum est homini perturbato, divisit jam multitudinem suam in duo castra disposuit.*

℣. 8. Græc. Καὶ εἶπεν Ἰακώβ· Ἐὰν ἔλθῃ Ἡσαῦ εἰς παρεμβολὴν μίαν, καὶ κόψῃ (Mss. Alex. & Sar. cum edit. Ald. ἐκκόψῃ) αὐτὴν, ἔσαι ἡ παρεμβολὴ ἡ διευθέρα εἰς τὸ σώζεσθαι.

℣. 9. Græcum initio habet: εἶπε δὲ Ἰακώβ, unde August. *Quæ verba dicat Jacob, considerandum est*: reliqua Græca cum textu Latino concinunt ad verbum, nisi quòd loco, *qui dixisti*, legitur, σὺ ὁ εἰπών, *tu qui dixisti*; & in fine, εὖ σε ποιήσω, *bene te faciam*; at in Ms. Alex. ac edit. Ald. simpliciter, ὁ εἶπας, & Compl. εὖ σοι ποιήσω, ut sup. Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 536. b. legit: *Et dixit Jacob: Deus patris mei Isaac, Domine, qui dixisti ad me: Revertere in terram tuam, & benedicam tibi.*

℣. 10. Græc. habet, Ἰκανόω, *sufficiat*, loco *idoneus es*; reliqua ad verbum quadrant, exceptâ tamen voculâ ἧς, *quam*, pro *quæ*, ante *fecisti*. Hieron. l. quæst. Hebr. to. 2. col. 536. b. ita legit: *Minor sum omni misericordia tua, & omni veritate tua, quam fecisti pro servo tuo.* Sed addit: *Pro eo quod nos posuimus*, minor sum, *aliud nescio quid, quod sensum turbet, in Græcis & Latinis codicibus continetur.*

℣. 11. Ita Græcum habet constanter cum Augustino, præter vocem μητέρα, *matrem*; at in edit. Ald. μητέρας, *matres*, ut sup.

℣. 12. Eadem prorsus in Græco, nisi hoc excipias, εὖ σε ποιήσω, *bene te faciam*, pro *benefaciam tibi*.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

15. camelos fœtas cum pullis ſuis triginta, vaccas quadraginta, & tauros viginti, aſinas viginti, & pullos earum decem.

16. Et miſit per manus ſervorum ſuorum ſingulos ſeorſum greges, dixitque pueris ſuis: Antecedite me: & ſit ſpatium inter gregem & gregem.

VERSIO ANTIQUA.

VULGATA NOVA.

Aug. Locut. 117. & 118. *t.* 3. 333. *b.*

17..... Si interrogaverit te Eſaü, dicens: Cujus es? &, Quò vadis? &, Cujus hæc quæ antecedunt te?

17. Et præcepit priori, dicens: Si obvium habueris fratrem meum Eſaü: & interrogaverit te, Cujus es? aut, Quò vadis? aut, Cujus ſunt iſta quæ ſequeris?

18. & dices: Pueri tui Jacob, munera miſit domino meo Eſaü: & ecce ipſe poſt nos.

18. reſpondebis: Servi tui Jacob, munera miſit domino meo Eſaü: ipſe quoque poſt nos venit.

19. Similiter dedit mandata ſecundo, & tertio, & cunctis qui ſequebantur greges, dicens: Iiſdem verbis loquimini ad Eſaü, cùm inveneritis eum.

Aug. quæſt. 103. *in Gen. t.* 3. 402. *f.*

20..... dixit enim: Placabo vultum ejus in muneribus præcedentibus eum, & poſt hoc videbo faciem ejus, forſitan enim ſuſcipiet faciem meam.

20. Et addetis: Ipſe quoque ſervus tuus Jacob iter noſtrum inſequitur: dixit enim: Placabo illum muneribus quæ præcedunt, & poſtea videbo illum, forſitan propitiabitur mihi.

Ambr. l. 2. *de Jac. c.* 6. 468. *a.*

21..... dormivit..... in caſtris.

21. Præceſſerunt itaque munera ante eum, ipſe verò manſit nocte illa in caſtris.

Aug. Locut. 119. *t.* 3. 333. *c.*

22. Surrexit autem eadem nocte, & accepit uxores duas, & duas ancillas.....

22. Cùmque maturè ſurrexiſſet, tulit duas uxores ſuas, & totidem famulas, cum undecim filiis, & tranſivit vadum Jaboc.

23. Traductiſque omnibus quæ ad ſe pertinebant,

Aug. l. 2. *cont. Maxim. t.* 9. 740. *b. c.*

24. remanſit autem Jacob ſolus: & luctabatur homo cum illo uſque in manè.

24. manſit ſolus: & ecce vir luctabatur cum eo uſque manè.

25. Vidit autem quòd non poteſt ad eum, & tetigit latitudinem femoris ejus, & obſtipuit latitudo femoris Jacob, dum luctaretur cum eo.

25. Qui cùm videret quòd eum ſuperare non poſſet, tetigit nervum femoris ejus, & ſtatim emarcuit.

26. Et dixit illi: Dimitte me, aſcendit enim aurora. Ille autem dixit: Non te dimittam, niſi me benedixeris.

26. Dixitque ad eum: Dimitte me, jam enim aſcendit aurora. Reſpondit: Non dimittam te, niſi benedixeris mihi.

27. Dixit autem ei: Quod eſt nomen tuum? Ille autem dixit: Jacob.

27. Ait ergo: Quod nomen eſt tibi? Reſpondit: Jacob.

28. Et dixit ei: Non vocabitur ampliùs nomen

28. At ille, Nequaquam, inquit, Jacob appel-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 17. Græc..... Καὶ ἐρωτᾷσε, λέγων, &c. ut in Lat.

℣. 18. Itidem Græcè, deleto &, ante *dices*; at in Mſ. Alex. Καὶ ἐρεῖς. *Plenum tamen eſſet & integrum*, inquit Auguſt. *etiamſi*, &, *non haberet.*

℣. 20. Totidem verba in Græco: addit Auguſt. ibid. *Quod Latini codices habent de Jacob;* Dixit enim: Placabo, &c..... *ſcriptor libri, qui narrans ait de Jacob:* Dixit enim: Placabo vultum ejus: *huc uſque verba Jacob dixiſſe intelligitur; cætera verò ſua intuliſſe quod ait:* In muneribus præcedentibus eum: *tanquam diceret; In muneribus quæ præcedebant Jacob, placabo vultum fratris mei. Ordo eſt ergo verborum Jacob: Placabo vultum ejus, & poſt hoc videbo faciem ejus, forſitan enim, &c. Interpoſita autem ſunt verba ſcriptoris: In muneribus præcedentibus eum.* Huc etiam redeunt quæ Auguſt. habet ſer. 5. to. 5. col. 31. f. *Et cùm capiſſet redire, & timere fratrem ſuum, mittit munera neſcio quanta pecorum, mittit & ſervum qui dicat: Ecce munera fratris tui,* &c.

℣. 21. In Græco ſic: Καὶ προεπορεύθη τὰ δῶρα κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ ἐκοιμήθη τὴν νύκτα ἐκείνην ἐν τῇ παρεμβολῇ. Unde Ambroſ. *Petiturus*, inquit, *à fratre concordiam, dormivit in caſtris.* Et Auguſt. ſer. 5. col. 31. f. *Noluit eum videre priùs quàm muneribus placaret, & poſtea illum acceptis muneribus vidit.*

℣. 22. Græc. Ἀναστὰς δὲ τὴν νύκτα ἐκείνην, ἔλαβε τὰς..... καὶ τὰ ἕνδεκα παιδία αὐτοῦ, &c. Unde Ambroſ. l. 2. de Jac. c. 6. col. 467. d. ait: *Occurrit itaque fratri cum muneribus, uxoribus, & pignoribus ſuis.*

℣. 24. Novatian. l. de Trin. p. 1049. b. *Remanſit enim Jacob ſolus, & luctabatur homo cum illo uſque manè.* Gr. Ὑπελείφθη δὲ Ἰακὼβ μόνος, καὶ ἐπάλαιεν, &c. ut ſup. Hilarius l. 4. de Trin. col. 845. f. his alludens dicit: *Ad Jacob in homine Deus venit; neque ſolùm venit, ſed luctatus oſtenditur.* Vid. etiam l. 5. col. 864. c. e. Similiter Ambroſ. l. 2. de Jac. c. 7. col. 468. f. *Jacob*, inquit, *poſtquàm rejecit omnia ſua, ſolus remanſit, & luctatus eſt cum Deo.* Item Hieron. l. 3. in ep. ad Epheſ. to. 4. col. 400. c. *Jacob remanſit ſolus; & luctabatur cum eo homo.*

℣. 25. Similia exſtant in Græco: rurſumque apud Auguſt. ſer. 5. to. 5. p. 32. f. *Tetigit latitudinem femoris ejus, & exaruit.* Gr. καὶ ἐξήρανσε. Vid. etiam l. 16. de civit. Dei, c. 39. to. 7. col. 450. f. Apud Novat. l. de Trin. p. 1049. b. c. ſic: *Et vidit quoniam non poteſt adversùs eum a & tetigit latitudinem femoris Jacob, cùm in eum luctaretur & ipſe cum eo.* Ambroſ. quoque eorumdem meminit, l. 2. de Jac. c. 7. col. 468. f. dicens: *Et quia inſuperabilis erat fides ejus..... ſecreta ei myſteria Dominus revelabat, tangens latitudinem femoris ejus, ex eo quòd ex ejus erat generatione Dominus Jeſus oriundus.... cujus crucem, obſtupeſcentis femoris latitudo ſignabat.* Similiter apud Auct. l. de promiſſ. part. 1. c. 24. p. 108. b. *Tetigitque Angelus latitudinem femoris ejus.*

℣. 26. Eadem ſunt in Græco, niſi excipiatur ὄρθρος; *diluculum*, pro *aurora.* At Auguſt. ſer. 5. to. 5. col. 32. f. 33. a. d. e. habet: *Dimitto me, jam enim manè eſt:* vel, *quia ecce jam manè eſt:* vel, *Ecce manè jam venit, dimitte me.* Item ibid. *Et ille: Non te dimittam, niſi me benedixeris.* Vid. etiam quæſt. 104. in Gen. to. 3. col. 402. g. 403. a. Novatian. l. de Trin. p. 1049. b. ſic legit: *Dimitte me, aſcendit enim Lucifer: & ille dixit: Non te dimittam* (al. *dimitto*) *niſi me benedixeris.* Hilar. l. 5. de Trin. col. 864. c. e. alludens, ait: *Beate patriarcha Jacob, & in luctæ hominis invaleſcens, benedici te ab eo fortior deprecare.* Similiter Ambroſ. l. de inſtit. virg. c. 16. to. 2. col. 271. e. *Jacob*, inquit, *hominem vidit, & ab eo quaſi à Domino Deo benedictionem popoſcit.* Auct. l. de promiſſ. part. 2. c. 24. col. 108. b. *Non te dimittam, niſi benedixeris me.*

℣. 27. Novatian. l. de Trin. p. 1049. b. *Et dixit: Quod eſt nomen tuum? Et ille dixit: Jacob.* Hieron. l. quæſt. Hebr. to. 2. col. 536. b. *Et dixit ei: Quod nomen tibi? Qui ait: Jacob.* Auctor l. de promiſſ. part. 1. c. 24. p. 108. b. *Dixitque ei angelus: Quod tibi nomen eſt? At ille ait: Jacob.* Græc. Εἶπε δὲ αὐτῷ· Τί τὸ ὄνομά σου ἐστίν; ὁ δὲ εἶπεν, Ἰακώβ.

℣. 28. Itidem Græcè, exceptis his, ἐνίσχυσας, *invaluiſti*, pro *valuiſti*, & in fine, ἔσῃ, *eris*, pro *es*; ut in Mſs. Alex. & Sar. nec non in edit. Compl. ſcriptum εἶ, non ἔσῃ. Similiter apud Novatian. l. de Trin. p. 1049. b. *Dixitque ei: Non vocabitur jam nunc* (inf. *etiam nunc*) *nomen tuum Jacob, ſed Iſraël eris nomen tuum; quia invu-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

labitur nomen tuum, ſed Iſraël: quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quantò magis contra homines prævalebis?

29. Interrogavit eum Jacob: Dic mihi, quo appellaris nomine? Reſpondit: Cur quæris nomen meum? Et benedixit ei in eodem loco.

30. Vocavitque Jacob nomen loci illius, Phanuel, dicens: Vidi Deum facie ad faciem, & ſalva facta eſt anima mea.

31. Ortuſque eſt ei ſtatim ſol, poſtquàm tranſgreſſus eſt Phanuel: ipſe verò claudicabat pede.

32. Quam ob cauſam non comedunt nervum filii Iſraël, qui emarcuit in femore Jacob, uſque in præſentem diem: eò quòd tetigerit nervum femoris ejus, & obſtupuerit.

VERSIO ANTIQUA.

tuum Jacob, ſed Iſraël erit nomen tuum: quia valuiſti cum Deo, & cum hominibus potens es. *Aug. ubi ſup.*

29. Rogavit autem eum Jacob, dicens: Enuncia mihi nomen tuum. Et dixit: Quare hoc interrogas tu nomen meum? Et benedixit eum illic.

30. Et appellavit Jacob nomen loci illius, Aſpectus Dei: Vidi enim Deum facie ad faciem, & ſalva facta eſt anima mea.

31. Ortuſque eſt ei ſol, mox tranſivit viſionem Dei: ipſe verò claudicabat femore ſuo. *Novat. de Trin. p. 1049. b.*

32. Propter hoc non manducant hodieque filii Iſraël nervum..... *Ambr. l. 2. de Jac. c. 7. 469. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

luiſti cum Deo, & cum hominibus potens es. Apud Hieron. l. quæſt. Hebr. to. 2. col. 536. b. ſic: *Dixit autem ei:* (Compl. εἶπε δέ) *Jam non vocabitur Jacob nomen tuum, ſed vocabitur nomen tuum Iſraël; quia invaluiſti cum Deo, & cum hominibus valebis.* At infra; *Non vocabitur nomen tuum Jacob, ſed Iſraël erit nomen tuum.* Ubi etiam monet apud LXX. & Theodot. legi, ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ Θεοῦ. Auct. l. de promiſſ. part. 1. c. 24. p. 108. b. ſic habet: *Jam* (Mſ. Remig. *Jam ultra quidem*) *non vocaberis Jacob, ſed erit Iſraël nomen tuum; quia prævaluiſti cum Deo, & cum hominibus potens eris.* In Mſ. etiam Oxon. ſcriptum legitur, οὐ κληθήσῃ Ἰακώβ, pro οὐ κληθήσεται ἔτι τὸ ὄνομά σου Ἰακώβ, quod ferunt alii. Eidem lectioni favet & Auguſt. quæſt. 114. in Gen. to. 3. col. 405. b. ubi ſic: *Jacob non ſemel Deus dixerat: Non jam vocaberis Jacob, ſed Iſraël erit nomen tuum.* Item ſer. 5. to. 5. col. 32. g. *Non vocaberis Jacob, ſed Iſraël; quoniam prævaluiſti cum Deo, prævalebis & cum hominibus.* At hæc ex ſermonibus. Hilar. l. 5. de Trin. col. 864. c. e. eadem commemorat, dicens: *Jacob, in lucta es; poſt fidem poſtulatæ benedictionis, Iſraël es.*

℣. 29. Græc. Ἠρώτησε δὲ Ἰακὼβ, καὶ εἶπεν· Ἀνάγγειλόν μοι, &c. ut in Lat. Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 537. a. habet: *Et benedixit eum ibi.* Quidam Mſs. Latini poſt *nomen meum*, addunt, *quod eſt mirabile.* Apud Theodor. etiam quæſt. 91. hoc ſequitur, καὶ τοῦτό ἐστι θαυμαστόν. In edit. Ald. ὃ ἐστι θαυμαστόν.

℣. 30. Novat. l. de Trin. p. 1049. b. *Et vocavit Jacob nomen loci illius, Viſio Dei: Vidi enim Deum facie ad faciem, & ſalva facta eſt anima mea.* Similiter habet Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 537. a. præter unum, *facies Dei*, loco *viſio Dei.* Sic etiam l. 3. contr. Pelag. to. 4. p. 538. Græcè, εἶδος Θεοῦ· cætera ut in Lat. Apud Ambroſ. l. de inſtitut. virg. c. 16. to. 2. col. 271. c. *Et appellavit locum, Viſio Dei.* Apud Tertul. l. contr. Prax. p. 850. b. *Vidi Deum facie ad faciem, & ſalva facta eſt anima mea.* Similiter apud Hilar. l. 5. de Trin. col. 864. e. & Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. col. 888. a. & Auct. l. de fide orthod. to. 2. col. 354 c. ſicut etiam apud Auguſt. epiſt. 147. to. 2. col. 478. b. & Eucher. Lugd. quæſt. in Gen. col. 841. e. quibus adjungendi Phœbad. Agin. col. 304. a. & Auct. op. imp. in Matth. hom. 15. col. 80. d. niſi quòd habent, *vidi Dominum.*

℣. 31. Hieron. l. 3. contr. Pelag. to. 4. col. 538. a. *Ortus eſt ei ſol, poſtquàm tranſivit Phanuel, quod interpretatur, facies Dei.* Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. col. 888. a. *Et continuò exortus eſt ei ſol:* ſimiliter l. 2. de Jacob. col. 469. a. ubi etiam poſt pauca addit: *Claudicavit autem Jacob à femore ſuo;* & infra: *Ideo claudicavit ab uno femore Jacob.* Auct. l. de promiſſ. part. 1. c. 24. col. 108. b. *Claudusque effectus eſt Jacob per omnes dies.* Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 39. to. 7. col. 450. f. *Tetigit illi Angelus..... latitudinem femoris, eumque iſto modo claudum reddidit.* In Græco ſic: Ἀνέτειλε δὲ αὐτῷ ὁ ἥλιος, ἡνίκα παρῆλθε τὸ εἴδωλος τοῦ Θεοῦ· αὐτὸς δὲ ἐπέσκαζε τῷ μηρῷ αὐτοῦ.

℣. 32. Græc. Ἕνεκεν τούτου οὐ μὴ φάγωσιν υἱοὶ Ἰσραὴλ τὸ νεῦρον, &c. *Propter hoc non manducarent filii Iſraël nervum.*

CAPUT XXXIII.

VULGATA NOVA.

1. ELevans autem Jacob oculos ſuos, vidit venientem Eſaü, & cum eo quadringentos viros: diviſitque filios Liæ & Rachel, ambarumque famularum:

2. & poſuit utramque ancillam, & liberos earum in principio: Liam verò, & filios ejus, in ſecundo loco: Rachel autem & Joſeph noviſſimos.

VERSIO ANTIQUA.

1..... & diviſit pueros ſuper Liam, & ſuper Rachel, & ſuper duas ancillas: *Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 537. a.*

2. & poſuit ancillas, & filios earum primos: Liam verò, & pueros ejus, noviſſimos: & Rachel, & Joſeph noviſſimos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc..... Καὶ διεῖλεν Ἰακὼβ τὰ παιδία, &c. ut in Lat. detracto tamen ultimo, *ſuper.*

℣. 2. Mirum fortè videbitur quòd Hieron. hîc neget, tres turmas à Jacobo fuiſſe factas: *Non ut plerique æſtimant*, inquit, *tres turmas fecit, ſed duas;* quod ut probet, ita proſequitur: *Ubi nos habemus*, diviſit, *Aquila poſuit*, ἡμίσυνεν, *id eſt*, dimidiavit, *ut unum cuneum faceret ancillarum cum parvulis ſuis: & alium Liæ & Rachel, quæ liberæ erant, cum filiis earum; primaſque ire faceret ancillas, ſecundas liberas; ipſe autem ante utrumque gregem, fratrem adoraturus occurreret.* Ita Hieron. nixus uno Aquilæ verbo, ἡμίσυνεν. Sed præterquàm quòd verbum iſtud ἡμίσυνεν, non arctè acceptum, poteſt etiam ſignificare, *diſtribuit*, non aliud certè legitur apud Græcos alios, præter hoc διεῖλεν, *diviſit:* porro turmarum illarum tripartita diviſio ita clarè in Græco exprimitur, ut planè & apertè vim faciat huic contextui, qui neget: ſic enim ſe habet; Καὶ διεῖλεν Ἰακὼβ τὰ παιδία ἐπὶ Λείαν, καὶ ἐπὶ Ῥαχὴλ, καὶ τὰς δύο παιδίσκας. En diſtributio triplex, quæ rectè confirmatur etiam his quæ ſequuntur: Καὶ ἔθετο τὰς δύο παιδίσκας καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν ἐν πρώτοις, en prima turma: deinde, Καὶ Λείαν καὶ τὰ παιδία αὐτῆς ὀπίσω, en ſecunda: demum, Καὶ Ῥαχὴλ καὶ Ἰωσὴφ ἐσχάτους, en tertia. Et verò vocum illarum oppoſitio, ἐν πρώτοις, pro prima; ὀπίσω, pro ſecunda; & ἐσχάτους, pro tertia; nihil aliud deſignat, niſi diviſionem triplicem: ſed hæc partitio non magis elucet, quàm in verſibus 6 & 7. qui proximè ſubſequuntur: Καὶ προσήγγισαν αἱ παιδίσκαι, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν, καὶ προσεκύνησαν. Deinde, Καὶ προσήγγισε Λεία καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς, καὶ προσεκύνησαν. Denique, Καὶ μετὰ ταῦτα προσήγγισε Ῥαχὴλ καὶ Ἰωσὴφ, καὶ προσεκύνησαν. *Et appropinquaverunt ancillæ & filii earum, & adoraverunt.* Mox ita: *Et acceſſit Lia & filii ejus, & adoraverunt.* Demum: *Et poſt hæc acceſſit Rachel & Joſeph, & adoraverunt:* quid clarius? Similis etiam diſtributio manifeſtè agnoſcitur in edit. Vulgata, ut mirum magis magiſque videatur quomodo Hie-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. Ambr. l. 2. de Jac. c. 6. 467. c.

3. Et ipse transivit ante eos, & adoravit septies in terra.....

VULGATA NOVA.

3. Et ipse progrediens, adoravit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater ejus.

VULGATA NOVA.

4. Currens itaque Esaü obviam fratri suo, amplexatus est eum : stringensque collum ejus, & osculans, flevit.

5. Levatisque oculis, vidit mulieres & parvulos earum, & ait : Quid sibi volunt isti? & si ad te pertinent? Respondit : Parvuli sunt, quos donavit mihi Deus servo tuo.

6. Et appropinquantes ancillæ & filii earum, incurvati sunt.

7. Accessit quoque Lia cum pueris suis : & cùm similiter adorassent, extremi Joseph & Rachel adoraverunt.

8. Dixitque Esaü : Quænam sunt istæ turmæ quas obviam habui? Respondit : Ut invenirem gratiam coram domino meo.

9. At ille ait : Habeo plurima, frater mi, sint tua tibi.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 105. in Gen. t. 3. 403. b.

10..... propter hoc vidi faciem tuam, quemadmodum cùm videt aliquis faciem Dei.....

Ambr. l. 1. de Cain, c. 6. 194. c.

11..... misericordiam mei habuit Deus, & sunt mihi omnia.....

Aug. Locut. 120. t. 3. 333. d.

13..... & oves, & boves fœtantur.....

VULGATA NOVA.

10. Dixitque Jacob : Noli ita, obsecro : sed si inveni gratiam in oculis tuis, accipe munusculum de manibus meis : sic enim vidi faciem tuam, quasi viderim vultum Dei : esto mihi propitius,

11. & suscipe benedictionem quam attuli tibi, & quam donavit mihi Deus tribuens omnia. Vix fratre compellente suscipiens,

12. ait : Gradiamur simul, eroque socius itineris tui.

13. Dixitque Jacob : Nosti domine mi, quòd parvulos habeam teneros, & oves & boves fœtas, mecum : quas si plùs in ambulando fecero laborare, morientur una die cuncti greges.

VULGATA NOVA.

14. Præcedat dominus meus ante servum suum : & ego sequar paulatim vestigia ejus, sicut videro parvulos meos posse, donec veniam ad dominum meum in Seir.

14..... *Vide Not.*

15. Respondit Esaü : Oro te, ut de populo qui mecum est, saltem socii remaneant viæ tuæ. Non est, inquit, necesse : hoc uno tantùm indigeo, ut inveniam gratiam in conspectu tuo, domine mi.

16. Reversus est itaque illo die Esaü itinere quo venerat in Seir.

VERSIO ANTIQUA.

Anst. l. de xlii. mansion. ap. Ambr. t. 2. col. 4. f.

17..... Jacob reversus est in tabernacula : & fecit sibi domos, & pecoribus suis fecit tabernacula; propter hoc vocavit nomen loci illius, Tabernacula.

Aug. quæst. 108. in Gen. t. 3. 404. a.

18. Et venit Jacob in Salem in civitatem Sichimorum, quæ est in terra Chanaan, cùm advenit de Mesopotamia Syriæ : & applicuit ad faciem civitatis.

VULGATA NOVA.

17. Et Jacob venit in Socoth : ubi ædificata domo & fixis tentoriis, appellavit nomen loci illius, Socoth, id est, tabernacula.

18. Transivitque in Salem urbem Sichimorum, quæ est in terra Chanaan, postquàm reversus est de Mesopotamia Syriæ : & habitavit juxta oppidum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ronymus rem apertissimam inficiari potuerit.

℣. 3. Græc. Αὐτὸς δὲ προῆλθεν ἔμπροσθεν αὐτῶν, καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὴν γῆν ἑπτάκις, &c. *Ipse autem præcessit ante eos, & adoravit super terram septies.*

℣. 10. Auct. op. imp. in Matth. hom. 20. p. 93. a. *Quia vidi faciem tuam, sicut qui videat faciem Dei.* Græc. Ἕνεκεν τούτου εἶδον τὸ..... ὡς ἄν τις ἴδοι πρόσωπον Θεοῦ. *Quemadmodum si quis videat faciem Dei.* Addit Augustinus. *Non enim dixit :* Quemadmodum si viderem faciem Dei, *sed*, cùm videt aliquis : *ipse autem* aliquis, *quem significare possit, incertum est.* Et post pauca : *Potuit sic dici, quemadmodum & Moyses Pharaonis deus dictus est..... maximè quia sine articulo in Græco dictum est, quo articulo evidentissimè solet veri Dei unius fieri significatio : non enim dixit,* πρόσωπον τοῦ Θεοῦ, *sed dixit,* πρόσωπον θεοῦ.

℣. 11. Græc. ὅτι ἠλέησέ με ὁ Θεός, &c. *quia misertus est mei Deus*, &c. ut sup.

℣. 13. Augustinus ibid. *Quod habent*, inquit, *Latini codices* : Et oves, & boves fœtantur : *Græci habent*, fœtantur super me : (κοχεύονται ἐπ' ἐμέ) *quod ea significatione dictum est, ut intelligatur, super sollicitudinem, vel curam meam.*

℣. 14. Gr. Προελθέτω ὁ κύριός μου ἔμπροσθεν τοῦ παιδὸς αὐτοῦ· ἐγὼ δὲ ἐνισχύσω ἐν τῇ ὁδῷ κατὰ σχολὴν τῆς πορεύσεως τῆς ἐναντίον μου, καὶ κατὰ πόδα τῶν παιδαρίων, ἕως τοῦ ἐλθεῖν με πρὸς τὸν κύριόν μου εἰς Σηείρ. *Præcedat dominus meus ante puerum suum : ego autem invalescam in via secundùm tarditatem profectionis ejus, quæ coram me, & juxta pedem parvulorum, quoad usque veniam ad dominum meum in Seir.* August. quæst. 106. in Gen. to. 3. col. 403. e. quærit : *Utrùm mendaciter promiserit Jacob fratri suo, quòd sequens pedes suorum in itinere, propter quos si moraretur, venturus esset ad eum in Seir : hoc enim*, inquit, *sicut Scriptura deinde narrat, non fecit; sed eo perrexit itinere quod dirigebat ad suos*, (f. Sichimos.)

℣. 17. Græc. Καὶ Ἰακὼβ ἀπαίρει εἰς σκηνάς· καὶ ἐποίησεν ἑαυτῷ ἐκεῖ οἰκίας, &c. ut in Lat. In edit. Compl. deest, ἐκεῖ. Observat autem idem Auctor ibid. loco *Reversus est in tabernacula*, aliam translationem (i. e. Vulgatam) habere : *Reversus est Socoth.* Item infra : *Et ibi alia translatio dicit : Appellavit nomen loci illius, Socoth, id est, tabernacula.* Similiter Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 537. b. secundùm LXX. *Et ædificavit ibi Jacob domum, & pecoribus suis ædificavit tabernacula; ideo vocavit nomen loci illius, Tabernacula*; sed addit : *Ubi nos*, tabernacula, *habemus, in Hebræo legitur*, Socoth; unde epist. ad Evang. to. 2. col. 573. c. legit : *Venit Jacob in Socoth, id est, in tabernacula, & fecit sibi ibi domos, atque tentoria.*

℣. 18. Similia Græcum habet, præter hoc, πόλιν Συχίμων, al. Συκήμων, *civitatem Secimorum*, detracto præced. *in*; sed in Mss. Alex. Σικίμων. Quòd autem pro *applicuit*, Græc. ferat, παρενέλαβε, mendum est, quod Junius suspicatur irrepsisse in edit. Rom. & Paris. Et verò in Mss. Alex. ac editt. Ald. & Complut. legitur, παρενέβαλε. Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 537. b. legit : *Et venit Jacob Salem civitatem Sichem, in terram Chanaan, cùm venisset de Mesopotamia Syriæ :* at epist. ad Evang. to. 2. col. 573. c. *Et transivit in Salem, civitatem regionis Sichem, quæ est in terra Chanaan.* Fulgent. fragm. 34. contr. Fabian. p. 639. b. sic : *Venit autem Jacob in Salem, civitatem Sichimorum, in terra Chanaan, cùm venisset de Mesopotamia Syriæ; & applicuit secundùm faciem civitatis.* Græc. κατὰ πρόσωπον τῆς πόλεως.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

19. Emitque partem agri in qua fixerat tabernacula, à filiis Hemor patris Sichem, centum agnis.

20. Et erecto ibi altari, invocavit super illud fortissimum Deum Israël.

VERSIO ANTIQUA.

19. Et emit partem agri in quo statuit illic tabernaculum suum, ab Emmor patre Sichem, centum agnis. *Aug. ubi sup.*

20. Et statuit ibi aram, & invocavit Deum Israël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 19. In Græco: Καὶ ἐκτήσατο τὴν μερίδα τοῦ ἀγροῦ, οὗ, &c. ut sup. *Et acquisivit partem agri, ubi*, &c. August. quæst. 167. in Gen. col. 419. e. *Emit centum agnis possessionem illam.*

℣. 20. Fulgentius frag. 34. contra Fab. p. 639. b. *Et statuit ibi altare, & invocavit Deum Israël.* Ita quoque in Græco.

CAPUT XXXIV.

VULGATA NOVA.

1. EGressa est autem Dina filia Liæ, ut videret mulieres regionis illius.

2. Quam cùm vidisset Sichem filius Hemor Hevæi, princeps terræ illius, adamavit eam: & rapuit, & dormivit cum illa, vi opprimens virginem.

3. Et conglutinata est anima ejus cum ea, tristemque delinivit blanditiis.

VERSIO ANTIQUA.

1. EXiit autem Dina filia Liæ, quam peperit ipsi Jacob, ut condisceret filias regionis ejus. *Aug. quæst. 108. in Gen. 404. a.*

2..... Vidit Sichem filius Emmor Evæi, princeps terræ, Dinam filiam Jacob: & accepit eam, & dormivit cum ea, & humiliavit eam. *Idem quæst. 107. 403. e.*

3. Et intendit animo Dinæ filiæ Jacob, & adamavit virginem, & locutus est secundùm sensum virginis ipsi.

VULGATA NOVA.

4. Et pergens ad Hemor patrem suum, Accipe, inquit, mihi puellam hanc conjugem.

5. Quod cùm audisset Jacob, absentibus filiis, & in pastu pecorum occupatis, siluit donec redirent.

VERSIO ANTIQUA.

6..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

6. Egresso autem Hemor patre Sichem, ut loqueretur ad Jacob;

7. ecce filii ejus veniebant de agro: auditoque quod acciderat, irati sunt valde, eò quòd fœdam rem operatus esset in Israël, & violatâ filiâ Jacob, rem illicitam perpetrasset.

7. Et filii Jacob venerunt de campo: & cùm audissent, compuncti sunt viri, & triste erat illis valde, quòd turpe fecerat in Israël, quòd dormisset cum filia Jacob; & non sic erit. *Aug. Locut. 121. t. 3. 333. d.*

8. Locutus est itaque Hemor ad eos: Sichem filii mei adhæsit anima filiæ vestræ: date eam illi uxorem:

8..... Sichem filius meus elegit animo filiam vestram, date ergo illi eam uxorem. *Aug. quæst. 117. in Gen. t. 3. 406. a.*

VULGATA NOVA.

9. & jungamus vicissim connubia: filias vestras tradite nobis, & filias nostras accipite.

10. Et habitate nobiscum: terra in potestate vestra est, exercete, negotiamini, & possidete eam.

11. Sed & Sichem ad patrem & ad fratres ejus ait: Inveniam gratiam coram vobis: & quæcunque statueritis, dabo:

12. augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis: tantùm date mihi puellam hanc uxorem.

13. Respondерunt filii Jacob Sichem & patri ejus in dolo, sævientes ob stuprum sororis:

14. Non possumus facere quod petitis, nec dare sororem nostram homini incircumciso: quod illicitum & nefarium est apud nos.

VULGATA NOVA.

15. Sed in hoc valebimus fœderari, si volueritis esse similes nostri, & circumcidatur in vobis omne masculini sexus;

VERSIO ANTIQUA.

15..... In hoc similes erimus vobis, & habitabimus in vobis..... *Aug. Locut. 123. t. 3. 333. a.*

VULGATA NOVA.

16. tunc dabimus & accipiemus mutuò filias vestras ac nostras: & habitabimus vobiscum, erimusque unus populus:

17. si autem circumcidi nolueritis, tollemus filiam nostram, & recedemus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem Græcè, præter hoc, τῶν ἐγχωρίων, *incolarum loci*, loco *regionis ejus.*

℣. 2. Græc. Καὶ εἶδεν αὐτὴν Συχὲμ ὁ υἱὸς Ἐμμὼρ ὁ Εὐαῖος, ὁ ἄρχων τῆς γῆς· καὶ λαβὼν αὐτὴν, ἐκοιμήθη, &c. ut in Lat. In Mss. verò Alex. & Sar. nec non in edit. Ald. non legitur, Εὐαῖος, *Evæus*, sed Χορραῖος. Et quidem in Mss. octo August. loco sup. cit. pro *Emmor Evæi*, est, *Emmor Chorræus.*

℣. 3. Græc. Καὶ προσέσχε τῇ ψυχῇ Δείνας τῆς..... καὶ ἠγάπησε..... καὶ ἐλάλησε κατὰ τὴν διάνοιαν τῆς παρθένου αὐτῆς. August. ibid. addit: *Priùs enim potuit intendere animæ ipsius, & amare virginem, & loqui secundùm sensum virginis, deinde cum illa dormire*, &c.

℣. 6. In Græco sic: Ἐξῆλθε δὲ Ἐμμὼρ ὁ πατὴρ Συχὲμ πρὸς Ἰακὼβ, λαλῆσαι αὐτῷ· οἱ δὲ υἱοὶ Ἰακὼβ ἦλθον, &c. quò spectant ista Augustini, quæst. 117. in Gen. to. 3. col. 406. e. *Emmor pro filio suo Sychem, ut acciperet Dinam filiam Jacob, exiit loqui cum eodem Jacob; & venerunt etiam filii ejus, qui absentes erant.*

℣. 7. Vix meliùs de Græco, nisi quòd hab. οἱ δὲ υἱοὶ, *filii autem*, pro, & *filii*, paulòque post, ὡς δὲ ἤκουσαν, *ut autem audierunt*, pro, & *cùm audissent*; demum, ὅτι ἄχημον ἐποίησεν..... κοιμηθείς, *quia turpe fecit..... decumbens*, loco, *quòd turpe fecerat..... quòd dormisset.*

℣. 8. In Græco primùm: Καὶ ἐλάλησεν Ἐμμὼρ αὐτοῖς, λέγων· pro quibus August. ibid. *Et ad omnes dicit Emmor:* reliqua quadrant ad verbum. Addit August. *Notandum quòd Emmor loquens de Dina ad Jacob & filios ejus, filiam dicit vestram, non dicit, filiam tuam sororem istorum.*

℣. 15. Gr. Μόνον ἐν τούτῳ ὁμοιωθησόμεθα ὑμῖν, &c. ut sup.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 124. 333. *c.*

19..... appoſitus enim erat filiæ Jacob.....

Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 537. *c.*

20. Et venit Emor & Sichem filius ejus ad portam civitatis ſuæ, & locuti ſunt ad viros civitatis, dicentes:

21. Viri iſti pacifici nobis ſunt.....

VULGATA NOVA.

18. Placuit oblatio eorum Hemor, & Sichem filio ejus:

19. nec diſtulit adoleſcens quin ſtatim quod petebatur expleret: amabat enim puellam valde, & ipſe erat inclytus in omni domo patris ſui.

20. Ingreſſique portam urbis, locuti ſunt ad populum:

21. Viri iſti pacifici ſunt, & volunt habitare nobiſcum: negotientur in terra, & exerceant eam, quæ ſpatioſa & lata cultoribus indiget: filias eorum accipiemus uxores, & noſtras illis dabimus.

VULGATA NOVA.

22. Unum eſt, quo differtur tantum bonum: Si circumcidamus maſculos noſtros, ritum gentis imitantes.

23. Et ſubſtantia eorum, & pecora, & cuncta quæ poſſident, noſtra erunt: tantùm in hoc acquieſcamus, & habitantes ſimul, unum efficiemus populum.

24. Aſſenſique ſunt omnes, circumciſis cunctis maribus.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. quæſt. Hebr. 537. *c.*

25..... & introgreſſi ſunt civitatem diligenter, & interfecerunt omne maſculum.

Aug. Locut. 125. 3. 333. *f.*

26..... Et filium ejus Sichem interfecerunt in ore gladii.....

Aug. Locut. 126. 3. 333. *f.*

28. Oves eorum, & boves eorum, & aſinos eorum, quæcunque erant in civitate, & quæcunque erant in campo, tulerunt:

29. & omnia corpora eorum.... captivaverunt, & diripuerunt quæcunque erant in civitate, & quæcunque erant in domibus.

Ambr. l. 1. *de Jac. c.* 2. 446. *c.*
Aug. quæſt. 109. *in Gen. t.* 3. 404. *c.*

30. Jacob Simeon & Levi ait: Odioſum me feciſtis, ita ut ſævus videar..... ego autem exiguus ſum numero: & convenientes ſuper me, occident me.....

VULGATA NOVA.

25. Et ecce die tertio, quando graviſſimus vulnerum dolor eſt: arreptis, duo filii Jacob, Simeon & Levi fratres Dinæ, gladiis, ingreſſi ſunt urbem confidenter: interfectiſque omnibus maſculis, *Inf.* 49. 6.

26. Hemor & Sichem pariter necaverunt, tollentes Dinam de domo Sichem ſororem ſuam.

27. Quibus egreſſis, irruerunt ſuper occiſos cæteri filii Jacob: & depopulati ſunt urbem in ultionem ſtupri.

28. Oves eorum, & armenta, & aſinos, cunctaque vaſtantes quæ in domibus & in agris erant:

29. parvulos quoque eorum & uxores duxerunt captivas.

30. Quibus patratis audacter, Jacob dixit ad Simeon & Levi: Turbaſtis me, & odioſum feciſtis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ hujus: nos pauci ſumus: illi congregati percutient me, & delebor ego, & domus mea.

31. Reſponderunt: Nunquid ut ſcorto abuti debuere ſorore noſtra?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 19. Itidem Græcè.

℣. 20. In Gr. Ἦλθε δὲ Ἐμμώρ, &c. *Venit autem Emmor;* reliqua ut in Lat. ſup. repetita tantùm voce, αὐτῶν, *ſuæ*, poſt hanc, *civitatis.*

℣. 21. Græcè: Οἱ ἄνθρωποι οὗτοι εἰρηνικοί εἰσι, abſque vocula *nobis.* Addit Hieron. *Ubi nunc LXX. Interpretes*, pacificos, *tranſtulerunt*, *Aquila interpretatus eſt*, ἀπηρτισμένους, *id eſt*, conſummatos, *atque* perfectos, *pro quo in Hebræo legitur*, Salamim.

℣. 25. Græc. Ἔλαβον οἱ δύο υἱοὶ Ἰακὼβ Συμεὼν καὶ Λευὶ, ἀδελφοὶ Δείνας, ἕκαστος τὴν μάχαιραν αὐτοῦ, καὶ εἰσῆλθον εἰς τὴν πόλιν ἀσφαλῶς, καὶ ἀπέκτειναν πᾶν ἀρσενικόν. *Sumpſerunt duo filii Jacob Symeon & Levi, fratres Dinæ, quiſque gladium ſuum; & ingreſſi ſunt in civitatem tutò, & interfecerunt omne maſculinum.* Addit Hieron. ibid. *Pro eo quod in Græcis legitur*, ἀσφαλῶς, *id eſt*, *diligenter*, *in Hebræo ſcriptum eſt*, bete, *id eſt*, *audacter*, & *confidenter.* Eadem narrat Auguſt. quæſt. 117. in Gen. to. 3. col. 405. g. dicens: *Filii ejus..... pro ſorore ſua Dina..... expugnaverunt civitatem; in quibus Symeon & Levi, qui primi gladiis accincti intraverunt ad illos homines, eoſque peremerunt*, &c. Vid. etiam quæſt. 167. col. 419. f.

℣. 26. Græc. Καὶ Συχὲμ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, &c. ut ſup.

℣. 28. Ita in Græco, verbum pro verbo.

℣. 29. Similia Græcum habet, niſi quòd poſt *corpora eorum*, addit, καὶ πᾶσαν τὴν ἀποσκευὴν αὐτῶν, καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν, & *omnem ſupellectilem eorum*, & *uxores eorum:* quæ etiam agnoviſſe videtur Auguſt. ut facilè colligitur ex his quæ addit infra: *Non ſatis intelligitur*, inquit, *quod dixit*, & corpora eorum: *neque enim ſuſpicandum eſt quòd corpora abſtulerunt peremptorum; ſed rerum intelligenda ſunt, quæ corporaliter poſſidentur, ut eorum ſit exſecutio quod ſequitur:* Et ſupellectilem, & *cætera; ſicut in Jure dicitur*, Traditio corporum, *quanquam Græci*, σωμάτια, *ſervos appellant, uſitatiſſima locutione; ſed quia non* σωμάτια, *ſed* σώματα, *hìc dictum eſt, non eſt temere confirmandum ſervos ſignificatos: fieri tamen poteſt ut hoc magis ſit.*

℣. 30. Græc. Εἶπε δὲ Ἰακὼβ πρὸς Συμεὼν καὶ Λευί· Μισητόν με πεποιήκατε, ὥστε πικρόν με εἶναι πᾶσι τοῖς..... ἐγὼ δὲ ὀλιγοστός εἰμι ἐν ἀριθμῷ· καὶ συναχθέντες ἐπ' ἐμὲ, συγκόψουσί με, &c. Vid. Ambr. ibid. & l. 2. de Jac. c. 7. col. 469. c.

Digitized by Google

CAPUT XXXV.

VULGATA NOVA.

1. INterea locutus est Deus ad Jacob : Surge, & ascende Bethel, & habita ibi, facque altare Deo qui apparuit tibi quando fugiebas Esaü fratrem tuum. *Sup. 28. 13.*

2. Jacob verò convocata omni domo sua, ait : Abjicite deos alienos qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra.

3. Surgite, & ascendamus in Bethel, ut faciamus ibi altare Deo : qui exaudivit me in die tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei.

4. Dederunt ergo ei omnes deos alienos quos habebant, & inaures quæ erant in auribus eorum : at ille infodit ea subter terebinthum, quæ est post urbem Sichem.

5. Cùmque profecti essent, terror Dei invasit omnes per circuitum civitates, & non sunt ausi persequi recedentes.

6. Venit igitur Jacob Luzam, quæ est in terra Chanaan, cognomento Bethel : ipse & omnis populus cum eo.

7. Ædificavitque ibi altare, & appellavit nomen loci illius, Domus Dei : ibi enim apparuit ei Deus cùm fugeret fratrem suum. *Sup. 28. 18.*

8. Eodem tempore mortua est Debora nutrix Rebeccæ, & sepulta est ad radices Bethel subter quercum : vocatumque est nomen loci illius, Quercus fletûs.

9. Apparuit autem iterum Deus Jacob postquàm reversus est de Mesopotamia Syriæ, benedixitque ei,

10. dicens : Non vocaberis ultra Jacob, sed Israël erit nomen tuum. Et appellavit eum Israël, *Sup. 12. 28.*

11. dixitque ei : Ego Deus omnipotens, cres-

VERSIO ANTIQUA.

1. DIxit autem Deus ad Jacob : Surge, & ascende in locum Bethel, & habita ibi, & fac ibi aram Deo qui apparuit tibi, cùm fugeres à facie Esaü fratris tui. *Aug. quæst. 110. in Gen. t. 3. 404. d.*

2. Jacob..... dixit domui suæ, & omnibus qui cum illo erant : Tollite deos alienos, qui vobiscum sunt, de medio vestrûm..... *Aug. quæst. 112. ibid. e.*

4. Et tradiderunt Jacob deos alienos qui erant in manibus eorum, & inaures quæ erant in auriculis eorum : & abscondit ea Jacob subter terebinthum, quæ est in Sichimis, & perdidit ea usque in hodiernum diem. *Hieron. cont. Helvid. t. 4. p. 2. 134. a.*

5..... Et factus est timor Dei in civitatibus quæ circa illos erant, & non sunt consecuti post filios Israël. *Aug. quæst. 112. in Gen. t. 3. 404. f.*

6. Venit autem Jacob in Luza, quæ est in terra Chanaan, quæ est Bethel : ipse & omnis plebs quæ erat cum eo. *Fulg. l. 2. ad Monim. c. 4. 30. b. & fragm. 34. cont. Fab. p. 639. b.*

7. Et ædificavit ibi altare, & vocavit nomen loci illius, Domus Dei : ibi enim apparuit ei Deus cùm fugeret à facie fratris sui Esaü.

8. Et mortua est Debbora nutrix Rebeccæ, & sepulta est juxta Bethel..... *Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 538. a.*

9. Iterum in Luza apparuit Deus Jacob..... *Aug. quæst. 114. in Gen. t. 3. 405. a.*

10. Et dixit ei Deus : Jam non vocabitur nomen tuum Jacob, sed Israël erit nomen tuum. Et vocavit nomen ejus, Israël, *Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 538. a.*

11..... gentes & congregationes gentium *Aug. quæst. 115. in Gen. t. 3. 405. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Cyprian. l. 2. Testim. p. 286. c. *Dixit autem Deus ad Jacob : Exsurge, & ascende in locum Bethel, & habita illic, & fac illic altare illi Deo, qui tibi apparuit cùm fugeres à facie Esaü fratris tui.* Hilar. l. 4. de Trin. col. 845. c. *Dixit autem Deus ad Jacob : Surgens ascende in locum Bethel, & habita ibi, & fac ibi altarium Deo, qui apparuit tibi cùm fugeres à facie fratris tui :* at infra l. 5. col. 865. c. legit : *Surge & ascende*, vel cum Mss. pluribus, *descende*; subinde loco *altarium*, ponit *sacrificium*, al. *sacrarium*; deinde sic : *Deo qui visus est tibi cùm recederes à facie Esaü.* Fulgent. l. 2. ad Monim. c. 4. p. 30. b. & fragm. 34. contr. Fab. p. 639. b. *Dixit autem Deus ad Jacob : Surgens ascende in locum Bethel, & inhabita ibi, & fac ibi altare Deo, qui visus est tibi cùm fugeres à facie Esaü fratris tui.* Ita quoque in Græco, excepto uno, οἴκει, *habita*, pro *inhabita*. Vigil. Tapsi. l. contr. Varimad. p. 737 b. sic : *Dixit autem Deus ad Jacob : Ascende in Bethel, & habita ibi, & fac ibi altare Deo, qui visus est tibi in via, cùm fugeres à facie*, &c. ut sup. Ambros. verò, l. 2. de Jacob, c. 7. col. 469. d. *Exsurgens ascende in locum Bethel*, vel potiùs, *in Bethleem*, ut ferunt Mss. melioris notæ : & quidem Ambros. ibid. continuò addit : *Hoc est, in domum panis, ubi natus est Christus, sicut Michæas propheta testatus est, dicens* : Et tu Bethleem domus Ephrata, &c. *verè domus, panis quæ domus Christi est..... ibi jubetur habitare patriarcha, ibi altare facere Deo, qui apparuit ei..... ibi quoque sepulta est Rachel, in via Ephrata; hæc est, Bethleem.* (infra ℣. 19.) Neque hîc solùm, inquiunt edit. nostri, not. c. sed etiam l. 1. de Abr. c. 2. n. 5. & 6. ac l. 2. c. 5. n. 21. Mss. Ambros. melioris notæ legunt, *Bethleem.*

℣. 2. August. ibid. *Jacob ascensurus Bethel, ubi jussus est aram facere, dicit domui suæ*, &c. ut sup. Græc. Εἶπε δὲ Ἰακὼβ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, &c. ut in Lat.

℣. 4. Eadem leguntur Græcè ad verbum, excepto uno, ὠσὶν, *auribus*, pro *auriculis*. Similiter apud August. quæst. 111. in Gen. to. 3. col. 404. e. *Et dederunt* (Gr. ἔδωκαν) *Jacob deos alienos, qui erant in manibus eorum, & inaures quæ erant in auribus eorum.* Ambros. epist. 66. ad Romul. to. 2. col. 1055. a. *Patriarcha Jacob*, inquit, *abscondit inaures cum simulacris gentium, quando in Sichimis abscondit.* Item l. 2. de Jacob, c. 7. to. 1. col. 469. e. *Ibi deos accepit alienos, & abscondit eos sub lentisco :* & infra : *Cur sub lentisco? ..... ibi sunt dii gentium..... ibi inaures gentilium..... quas dederunt Jacob.*

℣. 5. Græc. Καὶ ἐγένετο φόβος Θεοῦ ἐπὶ τὰς πόλεις, τὰς κύκλῳ αὐτῶν, ἃς οὐ κατεδίωξαν, &c. *Et factus est timor super civitates, quæ circa illos, & non sunt persecuti*, &c. ut sup.

℣. 6. Eadem prorsus in Græco : eadem quoque refert August. quæst. 113. in Gen. to. 3. col. 404. g. usque ad *Bethel*. Hieron. verò l. quæst. Hebr. to. 2. col. 537. c. sic : *Et venit Jacob in Luzam, in terram Chanaan, quæ est Bethel;* tum addit : *Ecce manifestissimè comprobatur Bethel, non Ulammaüs, ut supra dictum est, sed Luzam, id est, Amygdalon, ante vocitatam.* Vid. not. in ℣. 19. cap. 28.

℣. 7. Similiter in Græco, præter unum, Βαιθήλ, loco *domus Dei*, detracto præced. *illius*. Græcè etiam legitur, ἐν τῷ ἀποδιδράσκειν αὐτὸν ἀπὸ προσώπου Ἠσαῦ τοῦ, &c. *cùm fugeret ipse à facie Esaü*, &c.

℣. 8. In Græco : Ἀπέθανε δὲ Δεβόρρα ἡ τροφὸς Ῥεβέκκας, καὶ ἐτάφη κατώτερον Βαιθήλ, &c. *Et mortua est Deborra nutrix Rebeccæ, & sepulta est infra Bæthel.* Addit Hieron. *Si mortua est nutrix Rebeccæ, nomine Debbora, ut LXX. quoque hîc Interpretes transtulerunt, & ipsum verbum est Hebraïcum*, Meneceth, *scire non possumus quare ibi*, substantiam, (sup. cap. 24. ℣. 59.) *posuerunt, hîc* nutricem.

℣. 9. Græc. Ὤφθη δὲ ὁ Θεὸς τῷ Ἰακὼβ ἔτι ἐν Λυζᾷ, &c. *Apparuit autem Deus Jacob adhuc in Luza*, &c.

℣. 10. Similiter August. quæst. 114. in Gen. col. 405. a. *Et dixit ei : Nomen tuum jam non vocabitur Jacob, sed Israël erit nomen tuum.* Græc. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεὸς· Τὸ ὄνομά σου, οὐ κληθήσεται ἔτι Ἰακὼβ, ἀλλ' Ἰσραὴλ, &c. ut in textu Latino.

℣. 11. Itidem in Græco.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ubi sup. erunt ex te.....

Aug. quæst. 116. in Gen. 405. c. d. 13. Ascendit autem Deus ab eo loco, ubi locutus est cum eo.

14. Et statuit Jacob titulum in loco, in quo locutus est cum eo, titulum lapideum: & libavit super eum libamen, & infudit super eum oleum.

15. Et vocavit Jacob nomen loci, in quo locutus est cum eo illic Deus, Bethel.

Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 538. b. 16. Et profectus est Israël, & extendit tabernaculum suum trans turrim Ader: & factum est dum appropinquaret Chabratha in terra Chanaan, ut veniret Ephratha, peperit Rachel.....

Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 538. c. 18. Et factum est cùm dimitteret eam anima, siquidem moriebatur; vocavit nomen ejus, Filius doloris mei: pater verò ejus vocavit nomen ejus, Benjamin.

Ambr. epist. 70. 1065. c. 19. Mortua est autem Rachel, & sepulta est in via Ephrata, ipsa est Bethleem.

Ambr. l. 2. de Jac. c. 7. 469. c. 20..... Columnam statuit Jacob supra monumentum ejus.....

21..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

ce, & multiplicare: gentes & populi nationum ex te erunt, reges de lumbis tuis egredientur.

12. Terramque quam dedi Abraham & Isaac, dabo tibi, & semini tuo post te.

13. Et recessit ab eo.

14. Ille verò erexit titulum lapideum in loco quo locutus fuerat ei Deus: libans super eum libamina, & effundens oleum:

15. vocansque nomen loci illius, Bethel.

16. Egressus autem inde, venit verno tempore ad terram quæ ducit Ephratam: in qua cùm parturiret Rachel,

17. ob difficultatem partûs periclitari cœpit. Dixitque ei obstetrix: Noli timere, quia & hunc habebis filium.

18. Egrediente autem anima præ dolore, & imminente jam morte, vocavit nomen filii sui, Benoni, id est, filius doloris mei: pater verò appellavit eum, Benjamin, id est, filius dextræ.

19. Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in via quæ ducit Ephratam, hæc est Bethlehem.

20. Erexitque Jacob titulum super sepulcrum ejus: Hic est titulus monumenti Rachel, usque in præsentem diem. *Inf. 48. 7.*

21. Egressus inde, fixit tabernaculum trans Turrem gregis.

VULGATA NOVA.

Inf. 49. 4. 22. Cùmque habitaret in illa regione, abiit Ruben, & dormivit cum Bala concubina patris sui: quod illum minimè latuit. Erant autem filii Jacob duodecim.

23. Filii Liæ: primogenitus Ruben, & Simeon, & Levi, & Judas, & Issachar, & Zabulon.

24. Filii Rachel: Joseph & Benjamin.

25. Filii Balæ ancillæ Rachelis: Dan & Nephthali.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 117. in Gen. t. 3. 403. c. 26..... hi sunt filii Israël, qui nati sunt ei in Mesopotamia Syriæ.

VULGATA NOVA.

26. Filii Zelphæ ancillæ Liæ: Gad & Aser: hi sunt filii Jacob, qui nati sunt ei in Mesopotamia Syriæ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 13. Optimè è Græco, præter hoc, *ab eo loco*, pro quo, ἀπ' αὐτοῦ ἐκ τοῦ τόπου, *ab eo de loco.*

℣. 14. Græc. Καὶ ἔσπεισεν Ἰακὼβ σπονδὴν ἐν τῷ τόπῳ, οὗ ἐλάλησε μετ' αὐτοῦ ὁ Θεὸς, σπονδὴν λιβήνου..... καὶ ἐπέχεεν, &c. ut sup.

℣. 15. Ad verbum è Græco.

℣. 16. Sequuntur in Græco: Ἀπάρας δὲ Ἰακὼβ ἐκ Βαιθὴλ, ἐπῆξε τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἐπέκεινα τοῦ πύργου Γαδέρ, *Profectus autem Jacob de Bæthel, fixit tabernaculum suum ultra turrim Gader*, quibus respondent ista ex Hieronymo: *Et profectus est Israël..... trans turrim Ader*, quæ tamen Hieron. ibid. non refert nisi post versum 18. ut responderent versui 21. Vulgatæ, ubi sic: *Egressus inde, fixit tabernaculum trans Turrem gregis*: Horum autem verborum ne vestigium quidem exstat illic post ℣. 20. apud LXX. cùm eadem ab ipsis jam relata fuerint supra, nempe ℣. 16. de quo in præsenti agimus. Addunt LXX. Ἐξένετο δὲ ὡνίκα ἤγγιζεν εἰς Χαβραθὰ, τοῦ ἐλθεῖν εἰς τὴν Ἐφραθὰ, ἔτεκε Ῥαχήλ, &c. quæ optimè reddit Hieron. supra, nisi quòd post vocem, *Chabratha*, ponit, *in terra Chanaan*, quod abest à Græco. In edit. etiam Compl. deest, εἰς, ante Χαβραθά. Vid. infra, cap. 48. ℣. 7.

℣. 18. Ita in Græco, præter unum, *ejus*, quod deest post hoc, *pater verò*; at in Mss. Alex. exstat, ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ. Ambros. etiam l. de benèd. Patr. c. 12. to. 1. col. 530. d. ait: *Rachel cùm pareret Benjamin, vocavit nomen ejus, Filius doloris mei*, Vid. seqq. apud Hieron.

℣. 19. Sic iterum legit Ambros. l. 2. de Jac. c. 7. col. 469. e. *Sepulta est in via Ephrata, hæc est Bethleem.* Græc. verò Ἀπέθανε δὲ Ῥαχὴλ, καὶ ἐτάφη ἐν τῇ ὁδῷ τοῦ ἱπποδρόμου Ἐφραθᾶ· αὕτη ἐστὶ Βηθλεέμ. Unde Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 538. b. ait: *Ubi in Hebræo dicitur*: Et sepelierunt eam in via Ephrata, hæc est Bethleem; *Septuaginta pro* Ephrata, *posuerunt*, Hippodromum. Attamen in Mss. Alex. ac editt. Ald. & Compl. deest vox, ἱπποδρόμου, uti sup. apud Ambros. Vide seqq. apud Hieron. nec non sup. ℣. 16. & infra, c. 48. ℣. 7.

℣. 20. Gr. Καὶ ἔστησεν Ἰακὼβ στήλην ἐπὶ, &c. ut in Lat.

℣. 21. Huc transfert Hieron. l. quæst. Hebr. col. 538. d. cum Vulg. quæ leguntur sup. ℣. 16. apud LXX. scilicet; *Et profectus est Israël, & extendit tabernaculum suum trans turrim Ader.* Vid. not. ad ℣. 16.

℣. 26. Aliter legit August. infra col. 406. b. & g. nempe, *Hi sunt filii Jacob, qui facti sunt ei in*, &c. Sic etiam quæst. 151. in Gen. col. 415. a. detracto primo *sunt*. Item Locut. 162. de Gen. col. 336. a. ait: *Hac locutione dictum est etiam illud*: Hi filii Jacob, qui facti sunt ei in Mesopotamia: *cùm ibi non fuerit natus Benjamin.* Gr. Οὗτοι υἱοὶ Ἰακὼβ, οἳ ἐγένοντο αὐτῷ ἐν, &c. ut sup. Duplex igitur legendi modus: unus, quo legatur: *Qui nati sunt ei*; alter, quo legatur: *Qui facti sunt ei.* De utroque ita differit August. quæst. 117. col. 405. e. *Quòd duodecim filii*, inquit, *computantur Israël, qui nati sunt ei, & dicitur*: Hi sunt filii Israël, qui nati sunt ei in Mesopotamia: *cùm Benjamin longè postea natus sit..... frustra quidam conantes istam solvere quæstionem, dixerunt: Non legendum*, nati sunt, *sicut Latini plerique codices habent, sed*, facti sunt; *Græcè enim scriptum est*, ἐγένοντο· *ita volentes intelligi, etiam Benjamin, quamvis ibi natus non fuerit, ibi factum tamen, quia jam fuerat in utero seminatus..... Hoc autem modo, etiamsi*, nati sunt, *legeretur, possent dicere, Jam in utero natus erat, quia conceptus erat..... sed aliud est quod impedit hanc solutionem quæstionis hujus; quia si jam ibi Benjamin conceptus erat, qui filii Jacob grandes inde exierunt, vix annorum duodecim esse potuerunt.* Et post plura: *Proinde*, inquit, *aliter solvenda quæstio est, ut ideo intelligatur dictum, commemoratis duodecim filiis*: Hi sunt filii Jacob, qui facti sunt ei in Mesop. Syriæ: *quia inter omnes, qui tam multi erant, unus tantùm erat non ibi natus, qui tamen inde habuit nascendi causam, quòd ibi mater ejus patri copulata est*, &c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

27. Venit etiam ad Isaac patrem suum in Mambre, civitatem Arbee, hæc est Hebron: in qua peregrinatus est Abraham & Isaac.

28. Et completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum.

29. Consumptusque ætate mortuus est: & appositus est populo suo senex & plenus dierum: & sepelierunt eum Esaü & Jacob filii sui.

VERSIO ANTIQUA.

27. Et venit Jacob ad Isaac patrem suum in Mambre, civitatem Campi, hæc est Chebron:.... *Hieron. quæst. Hebr. 539. a.*

28. Fuerunt autem dies Isaac, quos vixit, anni centum octoginta *quinque*. *Hieron. in Sophon. 1. t. 3. 1645. d.*

29. Et deficiens Isaac mortuus est: & appositus est ad genus suum senex, & plenus dierum:....

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 27. Græc. Ἦλθε δὲ Ἰακὼβ πρὸς..... εἰς Μαμβρῆ, ἣ πόλιν τῆ πεδίῳ, &c. ut in Lat. Hieron. posuerat *in civitatem Arbee*, sed cùm ibid. moneat, *pro Arbee, in Septuaginta, Campum* legi, loco *Arbee*, scripsimus *Campi*.

℣. 28. Itidem Græcè, præter unum, *quinque*, quod deest, neque etiam additur in Vulgata. Augustinus quoque, quæst. 118. in Gen. to. 3. col. 407. a. dicit: *Vixit (Isaac) omnes annos vitæ suæ, centum octoginta:* item infra quæst. 122. col. 408 b. *Centesimo octogesimo mortuus est.*

℣. 29. Ita in Græco ad verbum, nisi excipias unum, πρεσβύτερος, *senior*, pro *senex*. Similiter ait Ambros. l. 1. de Cain & Ab. c. 2. to. 1. col. 185. d. *Quòd Isaac appositus sit ad genus suum*; & infra: *Pulchrè autem ad genus, non ad populum, sicut alibi*, &c. Græc. addit: Καὶ ἐτάφαν αὐτὸν Ἡσαῦ, καὶ Ἰακὼβ οἱ υἱοὶ αὐτῦ. Unde Augustinus quæst. 118. in Gen. to. 3. col. 407. a. ait, *mortuum patrem simul sepelisse.*

CAPUT XXXVI.

VULGATA NOVA.

1. HÆ sunt autem generationes Esaü, ipse est Edom.

2. Esaü accepit uxores de filiabus Chanaan: Ada

2..... *Vide Not.*

filiam Elon Hethæi, & Oolibama filiam Anæ filiæ Sebeon Hevæi:

3. Basemath quoque filiam Ismaël sororem Nabaioth.

VULGATA NOVA.

VERSIO ANTIQUA.

1. Par. 1. 35. 4. Peperit autem Ada, Eliphaz: Basemath genuit Rahuel:

4. Et peperit Ada Esaü Eliphaz..... *Hieron. quæst. Hebr. 539. a.*

VULGATA NOVA.

5. Oolibama genuit Jehus & Ihelon & Core: hi filii Esaü qui nati sunt ei in terra Chanaan.

6. Tulit autem Esaü uxores suas & filios & filias, & omnem animam domus suæ, & substantiam, & pecora, & cuncta quæ habere poterat in terra Chanaan: & abiit in alteram regionem, recessitque à fratre suo Jacob.

Sup. 13. 6. 7. Divites enim erant valde, & simul habitare non poterant: nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregum.

6. 7. 8. *Vide Not.*

8. Habitavitque Esaü in monte Seir, ipse est Edom. *Jos. 24. 4.*

9. Hæ autem sunt generationes Esaü patris Edom in monte Seir,

10. & hæc nomina filiorum ejus: Eliphaz filius Ada uxoris Esaü: Rahuel quoque filius Basemath uxoris ejus. *1. Par. 1. 34.*

11. Fueruntque Eliphaz filii: Theman, Omar, Sepho, & Gatham, & Cenez.

VULGATA NOVA.

VERSIO ANTIQUA.

12. Erat autem Thamna, concubina Eliphaz filii Esaü: quæ peperit ei Amalech: hi sunt filii Ada uxoris Esaü.

12. Et Thamna erat concubina Eliphaz filii primogeniti Esaü: & ex ipsa natus est Amalech..... *Hieron. ubi sup.*

VULGATA NOVA.

13. Filii autem Rahuel: Nahath & Zara, Samma & Meza: hi filii Basemath uxoris Esaü.

14. Isti quoque erant filii Oolibama filiæ Anæ filiæ Sebeon, uxoris Esaü, quos genuit ei, Jehus & Ihelon & Core.

15. Hi duces filiorum Esaü: filii Eliphaz primogeniti Esaü: dux Theman, dux Omar, dux Sepho, dux Cenez,

16. dux Core, dux Gatham, dux Amalech: hi filii Eliphaz in Terra Edom, & hi filii Ada.

17. Hi quoque filii Rahuel filii Esaü: dux Nahath, dux Zara, dux Samma, dux Meza: hi autem duces Rahuel in Terra Edom: isti filii Basemath uxoris Esaü.

18. Hi autem filii Oolibama uxoris Esaü: dux Jehus, dux Ihelon, dux Core: hi duces Oolibama filiæ Anæ uxoris Esaü.

VULGATA NOVA.

VERSIO ANTIQUA.

19. Isti sunt filii Esaü, & hi duces eorum:

19. Isti filii Esaü, & isti principes eorum: *Hieron. ibid.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Græc. Ἡσαῦ δὲ ἔλαβε τὰς γυναῖκας ἑαυτῷ ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῶν Χαναναίων· τὴν Ἀδὰ, &c. quibus alludit Augustinus quæst. 118. in Gen. to. 3. col. 406. g. dicens: *Quod post narrationem mortis Isaac narratur, quas uxores Esaü acceperit, & quos creaverit, recapitulatio intelligenda est*, &c.

℣. 4. Græc. Ἔτεκε δὲ αὐτῷ Ἀδὰ τὸν Ἐλιφάς, &c.

℣℣. 6. 7. 8. Huc spectant ista Augustini quæst. 118. in Gen. col. 406. g. *Scriptura dicit Esaü abscessisse de terra Chanaan, & habitasse in monte Seir.* Et post pauca: *Esaü, postea quam in Mesopotamiam frater ejus abscessit, noluit habitare cum parentibus suis..... & cæpit habitare in monte Seir. Deinde post reditum fratris sui, factâ inter eos concordiâ, reversus est & ipse ad parentes; & cùm mortuum patrem simul sepelissent, quia eos in plurimum ditatos terra illa, sicut scriptum est, minimè capiebat, abscessit rursus in Seir, & ibi propagavit gentem Idumæorum.* In Græco sic: Ἔλαβε δὲ Ἡσαῦ τὰς γυναῖκας αὐτῦ..... καὶ πάντα ὁσα ἐκτήσατο, καὶ πάντα ὅσα περιεποιήσατο ἐν γῇ Χαναάν· καὶ ἐπορεύθη Ἡσαῦ ἐκ τῆς γῆς Χαναὰν, ἀπὸ προσώπυ Ἰακὼβ τῦ ἀδελφῦ αὐτῦ. Ἦν γὰρ αὐτῶν τὰ ὑπάρχοντα πολλὰ, τῦ οἰκεῖν ἅμα· καὶ οὐκ ἠδύνατο ἡ γῆ τῆς παροικήσεως αὐτῶν φέρειν αὐτὺς, ἀπὸ τῦ πλήθυς τῶν ὑπαρχόντων αὐτῶν. Κατῴκησε δὲ Ἡσαῦ ἐν τῷ ὄρει Σηείρ, &c.

℣. 12. Græc. Θαμνὰ δὲ ἦν παλλακὴ Ἐλιφὰς τῦ υἱῦ Ἡσαῦ· καὶ ἔτεκε τῷ Ἐλιφὰς τὸν Ἀμαλήκ.

℣. 19. Ad verbum è Græco, præter hoc ultimum, *ipse est Edom*, pro quo, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Ἐδώμ, *hi sunt filii*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. ipse est Edom.

20. Et hi filii Seir & Chorræi, habitantis terram.....

Aug. quæst. 120. in Gen. t. 3. 407. c. 21..... hi principes Chorræi, filii Seir, in Terra Edom.

Hieron. quæst. Hebr. 539. b. 22. Et fuerunt filii Lotan : Chorri', & Æmam : & soror Lotan, Thamna.

Hieron. ibid. 24..... Ipse est Ana qui invenit Jamim in deserto, cùm pasceret asinos Zebeon patris sui :

VULGATA NOVA.

ipse est Edom.

20. Isti sunt filii Seir Horræi, habitatores terræ : Lotan, & Sobal, & Sebeon, & Ana, *1. Par. 1. 38.*

21. & Dison, & Eser, & Disan : hi duces Horræi, filii Seir, in Terra Edom.

22. Facti sunt autem filii Lotan : Hori & Heman : erat autem soror Lotan, Thamna.

23. Et isti filii Sobal : Alvan & Manahat & Ebal, & Sepho & Onam.

24. Et hi filii Sebeon : Aia & Ana. Iste est Ana qui invenit aquas calidas in solitudine, cùm pasceret asinos Sebeon patris sui :

VULGATA NOVA.

25. habuitque filium Dison, & filiam Oolibama.

26. Et isti filii Dison : Hamdan, & Eseban, & Iethram, & Charan.

27. Hi quoque filii Eser : Baalan & Zavan, & Acan.

28. Habuit autem filios Disan : Hus & Aram.

29. Hi duces Horræorum : dux Lotan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana,

30. dux Dison, dux Eser, dux Disan : isti duces Horræorum qui imperaverunt in Terra Seir.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 121. in Gen. t. 3. 407. d. 31. & hi reges qui regnaverunt in Edom, antequam regnaret rex in Israël.

32..... *Vide Not.*

Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 539. c. 33..... & regnavit pro eo Jobab filius Zaræ de Bozra.

VULGATA NOVA.

31. Reges autem qui regnaverunt in Terra Edom antequam haberent regem filii Israël, fuerunt hi :

32. Bela filius Beor, nomenque urbis ejus Denaba.

33. Mortuus est autem Bela, & regnavit pro eo Jobab filius Zaræ de Bosra.

VULGATA NOVA.

34. Cùmque mortuus esset Jobab, regnavit pro eo Husam de terra Themanorum.

35. Hoc quoque mortuo, regnavit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in regione Moab : & nomen urbis ejus Avith.

36. Cùmque mortuus esset Adad, regnavit pro eo Semla de Masreca.

37. Hoc quoque mortuo, regnavit pro eo Saül de fluvio Rohoboth.

38. Cùmque & hic obiisset, successit in regnum Balanan filius Achobor.

39. Isto quoque mortuo, regnavit pro eo Adar, nomenque urbis ejus Phau : & appellabatur uxor ejus Meetabel, filia Matred filiæ Mezaab.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 127. t. 3. 334. a. 40. Hæc nomina principum Esaü, secundùm loca eorum in regionibus eorum, & in gentibus eorum.....

VULGATA NOVA.

40. Hæc ergo nomina ducum Esaü, in cognationibus, & locis, & vocabulis suis : dux Thamna, dux Alva, dux Ietheth,

VULGATA NOVA.

41. dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon,

42. dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar,

43. dux Magdiel, dux Hiram : hi duces Edom habitantes in terra imperii sui, ipse est Esaü pater Idumæorum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Edom. Alii codices ferunt : Οὗτοι υἱοὶ Ἡσαῦ, οὗτός ἐστιν Ἐδώμ, absque his intermediis, καὶ οὗτοι ἡγεμόνες αὐτῶν.

℣. 20. Græc. Οὗτοι δὲ υἱοὶ Σηεὶρ τοῦ Χορραίου, τοῦ κατοικοῦντος τὴν γῆν.

℣. 21. Itidem Græcè.

℣. 22. Græc. Ἐγένοντο δὲ υἱοὶ Λωτάν· Χορρί, καὶ Αἰμάν· ἀδελφὴ δὲ Λωτάν, Θαμνά.

℣. 24. Græc..... οὗτός ἐστιν Ἀνά, ὃς εὗρε τὸν Ἰαμεὶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὅτε ἔνεμε τὰ ὑποζύγια Σεβεγὼν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Eadem prorsus legit Eucher. Lugd. quæst. in Gen. col. 841. e. Observat autem Hieron. ibid. *Multa & varia apud Hebræos de hoc capitulo* disputari : *apud Græcos quippe & nostros*, inquit, *super hoc silentium est.* Vide sis Hieron. ibid.

℣. 31. Optimè è Græco. Non omittenda hîc quæ observat August. *Non sic accipiendum, tanquam omnes reges nominati sint usque ad ea tempora, quibus cœperunt reges Israël, quorum primus fuit Saül. Multi enim fuerunt in Edom usque ad tempora Saül, temporibus etiam Judicum, quorum tempora fuerunt ante Reges : sed ex his solis eos solos potuit commemorare Moyses, qui fuerunt antequam ipse moreretur*, &c. Vide sis plura apud ipsum.

℣. 32. Græc. Καὶ ἐβασίλευσεν ἐν Ἐδὼμ Βαλὰκ υἱὸς Βεώρ, &c. Unde August. quæst. 121. in Gen. to. 3. col. 407. g. ait : *Ne forte autem moveat aliquem quòd inter reges Edom commemoratur Balac filius Beor, & de similitudine nominis existimet illum esse Balac, qui restitit Moysi ducenti populum Israël ; sciat illum Balac Moabitam fuisse, non Idumæum, eumque fuisse filium Sephor, non filium Beor*, &c.

℣. 33. In Græco primùm : Ἀπέθανε δὲ Βαλάκ, *mortuus est autem Balac* ; reliqua ut in Lat. supra, præter ultimum, Βοσόρρας, loco, *Bozra*, al. Βοζόρας, al. Βόσρας.

℣. 40. Græcè similiter, nisi quòd post vocem *Esaü*, additur, ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν, *in tribubus eorum* ; deinde sic : κατὰ τόπον αὐτῶν, *secundùm locum eorum*, non *loca*. Vide seqq. apud August. ibid.

CAPUT XXXVII.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 122. in Gen. t. 3. 408. c. 1. HAbitabat autem Jacob in terra Chanaan.

VULGATA NOVA.

1. HAbitavit autem Jacob in terra Chanaan, in qua pater suus peregrinatus est.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. In Græco sic : Καθώκει δὲ Ἰακὼβ ἐν τῇ γῇ, οὗ παρῴκησεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐν γῇ Χαναάν. *Habitabat autem Jacob in terra, ubi incoluit pater ejus in terra Chanaan.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

2. Et hæ ſunt generationes eius : Joſeph cùm ſedecim eſſet annorum, paſcebat gregem cum fratribus ſuis adhuc puer : & erat cum filiis Balæ & Zelphæ uxorum patris ſui : accuſavitque fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo.

3. Iſraël autem diligebat Joſeph ſuper omnes filios ſuos, eò quòd in ſenectute genuiſſet eum : fecitque ei tunicam polymitam.

VERSIO ANTIQUA.

2. Hæ autem procreaturæ Jacob : Joſeph autem decem & ſeptem annorum erat, paſcens cum fratribus oves..... *Aug. ubi ſup.*

3. Et Iſraël dilexit Joſeph ſuper omnes filiós ſuos, quia erat filius ſenectutis : & fecit ei tunicam variam. *Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 540. a.*

VULGATA NOVA.

4. Videntes autem fratres ejus quòd à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacificè loqui.

4..... *Vide Not.*

5. Accidit quoque ut viſum ſomnium referret fratribus ſuis : quæ cauſa majoris odii ſeminarium fuit.

6. Dixitque ad eos : Audite ſomnium meum quod vidi :

VULGATA NOVA.

7. Putabam nos ligare manipulos in agro : & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare, veſtroſque manipulos circumſtantes adorare manipulum meum.

8. Reſponderunt fratres ejus : Nunquid rex noſter eris ? aut ſubjiciemur ditioni tuæ ? Hæc ergo cauſa ſomniorum atque ſermonum, invidiæ & odii fomitem miniſtravit.

9. Aliud quoque vidit ſomnium, quod narrans fratribus, ait : Vidi per ſomnium, quaſi ſolem, & lunam, & ſtellas undecim, adorare me.

10. Quod cùm patri ſuo & fratribus retuliſſet, increpavit eum pater ſuus, & dixit : Quid ſibi vult hoc ſomnium quod vidiſti ? num ego & mater tua & fratres tui adorabimus te ſuper terram ?

VERSIO ANTIQUA.

7. Putabam nos ligare gremia in campo : ſurrexit gremium meum, & erectum eſt ; converſa autem gremia veſtra adoraverunt gremium meum. *Auct. l. de prad. p. 1. c. 25. apud Proſp. col. 108. e.*

8..... Nunquid regnando regnaturus es nobis ? aut dominando dominaturus es nobis ?..... *Ambr. de Joſ. c. 2. t. 1. 485. d. e.*

9. Vidit autem aliud ſomnium, & narravit illud patri ſuo & fratribus ſuis..... quaſi ſol, & luna, & undecim ſtellæ adorabant me. *Auct. l. de prad. apud Proſp. 109. a.*

10..... objurgavit illum pater ejus, dicens : Quid ergo erit hoc viſum quod ſomniaſti ? nunquid venientes, ego & mater tua & fratres tui, adorabimus te ſuper terram ? *c.*

VULGATA NOVA.

11. Invidebant ei igitur fratres ſui : pater verò rem tacitus conſiderabat.

12. Cùmque fratres illius in paſcendis gregibus patris morarentur in Sichem,

13. dixit ad eum Iſraël : Fratres tui paſcunt oves in Sichimis : veni, mittam te ad eos. Quo reſpondente,

14. Præſtò ſum, ait ei : Vade, & vide ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos, & pecora : & renuntia mihi quid agatur. Miſſus de Valle Hebron, venit in Sichem :

11..... 17. *Vide Not.*

15. invenitque eum vir errantem in agro, & interrogavit quid quæreret.

16. At ille reſpondit : Fratres meos quæro, indica mihi ubi paſcant greges.

17. Dixitque ei vir : Receſſerunt de loco iſto : audivi autem eos dicentes : Eamus in Dothain. Perrexit ergo Joſeph poſt fratres ſuos, & invenit eos in Dothain.

VULGATA NOVA.

18. Qui cùm vidiſſent eum procul, antequam

VERSIO ANTIQUA.

18. Et præviderunt eum de longe venientem, *Ambr. de Joſ. c. 3. t. 1. 486. f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Græc. Αὗται δὲ αἱ γενέσεις Ἰακώβ· Ἰωσὴφ δὲ δέκα καὶ ἑπτὰ ἐτῶν ἦν, ποιμαίνων τὰ πρόβατα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, &c. Mſ. verò Alex. ſic cum Aug. ποιμαίνων μετὰ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ τὰ πρόβατα, abſque hoc, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Auguſt. ibid. *Quemodo potuerit mors Iſaac decem & ſeptem annorum invenire Joſeph ejus nepotem, ſicut videtur tanquam ex ordine Scriptura narrare?* Item infra, col. 410. a.

℣. 3. Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 11. to. 1. col. 527. a. *Amabat eum Jacob, quia filius ſenectutis erat illi :* & l. de Joſ. c. 2. col. 485. b. *Jacob illum plus amabat..... meritòque variam tunicam fecit ei.* Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. part. 1. c. 25. col. 108. e. *Jacob diligebat Joſeph ;* & infra : *fecit Jacob Joſeph tunicam variam.* Græc. Ἰακὼβ δὲ ἠγάπα τὸν Ἰωσὴφ παρὰ πάντας τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, ὅτι υἱὸς γήρους ἦν αὐτῷ· ἐποίησε δὲ αὐτῷ χιτῶνα ποικίλον.

℣. 4. Sequuntur in Græco : Ἰδόντες δὲ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, ὅτι αὐτὸν ὁ πατὴρ φιλεῖ ἐκ πάντων τῶν υἱῶν αὐτοῦ, ἐμίσησαν αὐτόν, &c. quibus reſpondent iſta ex Ambroſio, l. de Joſ. c. 1. col. 484. d. *A parentibus pluſquam cæteri filii diligebatur ; ſed ea res invidiæ fuit.*

℣. 7. Eadem narrat Ambroſ. l. de Joſ. c. 2. col. 485. c. his verbis : *Somniavit quòd cùm alligaſſet, ut ſibi videbatur per viſum, manipulos cum fratribus ſuis, ſurrexerit manipulus ejus,* & *ſteterit erectus : converſi autem fratrum manipuli, adoraverint manipulum ſuum.* Similiter Vigil. Tapſ. l. 3. contr. Eutych. p. 27. c. *Videbam ligare nos in campo manipulos,* & *ſurrexiſſe manipulum meum, veſtroſque manipulos adorare manipulum meum.* Græc. Ὤμην ὑμᾶς δεσμεύειν δράγματα ἐν μέσῳ τῷ πεδίῳ· καὶ ἀνέστη τὸ ἐμὸν δράγμα, καὶ ὠρθώθη· περισταφέντα δὲ τὰ δράγματα ὑμῶν, προσεκύνησαν τὸ ἐμὸν δράγμα. Philo, l. de Joſ. legiſſe videtur initio, ὤμην ἡμᾶς, teſte Nobilio. Ita quoque habet Mſ. Alex. cum edit. Compl.

℣. 8. Græc..... Μὴ βασιλεύων βασιλεύσεις ἐφ' ἡμᾶς, ἢ κυριεύων κυριεύσεις ἡμῶν ; καὶ, &c. *Nunquid regnans regnabis ſuper nos,* & *dominans dominaberis nobis ?*

℣. 9. Priora verba : *Vidit autem..... fratribus ſuis,* ex Ambroſio ſumpta ſunt ; ſequentia verò, *quaſi ſol,* &c. ex Anonymo : cuncta ad verbum conveniunt cum Græco. Prioribus addit Ambroſius : *eò quòd ſol & luna, & undecim ſtellæ adorarent eum.*

℣. 10. Auguſt. quæſt. 123. in Gen. to. 3. col. 409. a. legit : *Quod eſt ſomnium hoc quod ſomniaſti ? Nunquid venientes veniemus ego, & mater tua, & fratres tui adorare te ſuper terram ?* Græc. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Τί τὸ ἐνύπνιον τοῦτο, ὃ ἐνυπνιάσθης ; ἆρά γε ἐλθόντες ἐλευσόμεθα ἐγώ τε, καὶ ἡ μήτηρ σου, καὶ οἱ ἀδελφοί σου προσκυνῆσαί σοι ἐπὶ τὴν γῆν ;

℣℣. 11..... 17. Eò ſpectant quæ Ambroſ. narrat, l. de fug. ſæc. c. 8. to. 1. col. 436. d. *Joſeph fratres ſuos requirebat,* & *ad eum feſtinabat locum, in quo paſcebant oves ;* & *cùm cognoviſſet quia in Dothaim ſunt, perrexit eò ;* & l. de Joſeph, c. 3. col. 486. c. ait : *Et miſit in Sichem ;* paulòque poſt : *Et errabat Joſeph, quia fratres ſuos invenire non poterat..... invenit autem fratres ſuos in Dothaim.*

℣. 18. Græc. Προεῖδον δὲ αὐτὸν μακρόθεν πρὸ τοῦ ἐγγίσαι αὐτόν (edit. Ald. delet, αὐτόν) πρὸς αὐτούς· καὶ ἐπονηρεύοντο τοῦ ἀποκτεῖναι αὐτόν. *Præviderunt autem eum à longe, antequam ipſe appropinquaret ad eos ;* & *malignabantur*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ambros. ubi sup. & 487. a. antequam appropiaret ad illos; & insæviebant ut occiderent illum.

19..... Ecce somniator ille venit:

20. nunc ergo venite, occidamus eum..... & videbimus quid proderunt somnia illius.

Aug. Locut. 128. b. 3. 334. b. 21. Cùm audisset autem Ruben, liberavit eum
Ambr. de Jos. c. 3. 488. c. de manibus eorum, & dixit:
22. Non feriamus eum in animam..... manus autem nolite inferre illi.....

23..... 25. *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

accederet ad eos, cogitaverunt illum occidere:

19. & mutuò loquebantur: Ecce somniator venit:

20. venite, occidamus eum, & mittamus in cisternam veterem: dicemusque, Fera pessima devoravit eum: & tunc apparebit quid illi prosint somnia sua.

21. Audiens autem hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat: *Inf. 42. 22.*

22. Non interficiatis animam ejus, nec effundatis sanguinem: sed projicite eum in cisternam hanc, quæ est in solitudine, manusque vestras servate innoxias: hoc autem dicebat, volens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri suo.

23. Confestim igitur ut pervenit ad fratres suos, nudaverunt eum tunica talari & polymita:

VULGATA NOVA.

24. miseruntque eum in cisternam veterem, quæ non habebat aquam.

25. Et sedentes ut comederent panem, viderunt Ismaëlitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum, portantes aromata, & resinam, & stacten, in Ægyptum.

26. Dixit ergo Judas fratribus suis: Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum, & celaverimus sanguinem ipsius?

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. ubi sup. 487. f. Aug. Locut. 130. & 131. in Gen. 334. c. 27. Venite, vendamus Joseph Ismaëlitis, manus autem nostræ non sint super eum: quoniam frater noster & caro nostra est.....

Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 540. a. 28..... & vendiderunt Joseph Ismaëlitis, viginti aureis.....

VULGATA NOVA.

27. Melius est ut venundetur Ismaëlitis, & manus nostræ non polluantur: frater enim & caro nostra est. Acquieverunt fratres sermonibus illius.

28. Et prætereuntibus Madianitis negotiatoribus, extrahentes eum de cisterna, vendiderunt eum Ismaëlitis, viginti argenteis: qui duxerunt eum in Ægyptum. *Sap. 10. 13.*

VULGATA NOVA.

29. Reversusque Ruben ad cisternam, non invenit puerum:

30. & scissis vestibus pergens ad fratres suos, ait: Puer non comparet, & ego quò ibo?

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 132. 334. c. 31..... occiderunt hœdum caprarum.....

VULGATA NOVA.

31. Tulerunt autem tunicam ejus, & in sanguine hœdi, quem occiderant, tinxerunt:

VULGATA NOVA.

32. mittentes qui ferrent ad patrem, & dicerent: Hanc invenimus: vide utrùm tunica filii tui sit, an non.

33. Quam cùm agnovisset pater, ait: Tunica filii mei est, fera pessima comedit eum, bestia devoravit Joseph.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. de Jos. c. 3. 489. c. 34. Jacob scidit vestimenta sua.....

VULGATA NOVA.

34. Scissisque vestibus, indutus est cilicio, lugens filium suum multo tempore.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tur ad eum occidendum.

℣. 19. Similiter habent Cypr. epist. 69. p. 124. & Auct. l. de promiss. part. 1. c. 25. apud Prosp. col. 109. c. *Ecce somniator ille venit.* Ita quoque in Græco.

℣. 20. Ita in Græco, præter hoc, ἔσαι, *erunt*, loco *proderunt.* Similiter habet Cypr. epist. 69. p. 124. *Nunc ergo venite, occidamus illum.* Auct. l. de promiss. apud Prosp. col. 109. c. *Venite, occidamus illum, & videamus quæ erunt somnia ipsius.*

℣. 21. Græc. Ἀκούσας δὲ Ῥουβὴν, ἐξείλετο αὐτὸν..... καὶ εἶπεν.

℣. 22. Græc. Οὐ πατάξωμεν αὐτὸν εἰς ψυχήν..... χεῖρα δὲ μὴ ἐπενέγκητε αὐτῷ.

℣℣. 23.....25. Horum plura commemorat Ambros. de Jos. c. 3. col. 488. c. 489. a. dicens: *Exutus est tunicâ..... Lacus autem siccus erat..... Illi igitur emunt Christum qui bonos odores deferunt; thymiama..... resinam, &c..... Ex Galaad veniebant negotiatores..... merces suas transferentes.*

℣. 27. Priora hæc: *Venite, vendamus Jos. Ismaëlitis*, prodeunt ex Ambrosio; reliqua ex Augustino. Ambros. etiam infra legit: *Tradamus Joseph Ismaëlitis, at manus nostræ non sint injectæ super eum.* Auct. l. de promiss. ap. Prosp. part. 1. c. 26. col. 109. d. *Venite, venundemus Joseph, & non occidamus illum.* Græc. Δεῦτε ἀποδώμεθα αὐτὸν τοῖς Ἰσμαηλίταις τούτοις· αἱ δὲ χεῖρες, &c. ut in textu Augustini.

℣. 28. Itidem Græcè. Observat ibidem Hieron. *Pro aureis, in Hebræo, argenteis*, haberi. Item in Matth. 26. to. 4. col. 126. f. ait: *Joseph, non ut multi putant, juxta LXX. Interpretes, viginti aureis venditus est, sed juxta Hebraïcam veritatem, viginti argenteis.* Nec etiam constat de numero *viginti*; Ambrosius enim l. de Jos. c. 3. col. 488. a. b. postquàm dixit, venditum negotiatoribus, emptum à proditoribus Joseph; venditum eum à Juda, emptum ab Ismaëlitis, addit: *Ideo alibi, viginti, alibi viginti & quinque aureis, alibi triginta invenimus emptum Joseph.* Et post pauca: *Ita hîc quoque diversitas, vel viginti, vel triginta aureorum vel argenteorum*, &c. August. verò, quæst. 124. in Gen. to. 3. col. 409. c. quærit, *Quare Ismaëlitas Scriptura, quibus à fratribus venditus est Joseph, etiam Madianitas vocet.* Vide seqq. apud ipsum, & serm. 13. de temp. append. to. 5. ejusdem.

℣. 31. Gr..... ἔσφαξαν ἔριφον αἰγῶν, καὶ ἐμόλυναν τὸν χιτῶνα τῷ αἵματι. *Jugularunt hœdum caprarum, & fœdarunt tunicam sanguine*, &c. Ambros. l. de Jos. c. 3. col. 489. d. *Hœdi sanguine respersérunt tunicam ejus.*

℣. 34. Διέρρηξε δὲ Ἰακὼβ τὰ..... καὶ ἐπένθει τὸν υἱὸν αὐτοῦ, &c. Unde Ambros. sup. ait: *Jacob..... quasi pater filium flebat amissum.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

35. Congregatis autem cunctis liberis ejus ut lenirent dolorem patris, noluit consolationem accipere, sed ait : Descendam ad filium meum lugens in infernum. Et illo perseverante in fletu,

36. Madianitæ vendiderunt Joseph in Ægypto Putiphari eunucho Pharaonis, magistro militum.

VERSIO ANTIQUA.

35. Congregati sunt autem omnes filii ejus & filiæ, & venerunt consolari eum, & noluit consolari, dicens : Quoniam descendam ad filium meum lugens in infernum..... *Aug. quæst. 125. in Gen. t. 3. 409. d.*

36. Et vendiderunt Joseph in Ægyptum Petephræ spadoni, præposito coquorum. *Aug. quæst. 127. in Gen. 409. e.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 35. Eadem exstant in Græco ad verbum. Hieron. quoque epist. 22. ad Paulam, to. 4. part. 2. col. 56. f. habet : *Descendam ad filium meum lugens in infernum.*

℣. 36. Græc. Οἱ δὲ Μαδιηναῖοι ἀπέδοντο τὸν Ἰωσὴφ εἰς Αἴγυπτον τῷ Πετεφρῇ τῷ σπάδοντι Φαραὼ ἀρχιμαγείρῳ. Observat August. sup. nolle quosdam *Præpositum coquorum interpretari, qui Græcè, ἀρχιμάγειρος, dicitur, sed præpositum militiæ, cui esset potestas occidendi ; nam sic appellatus est etiam ille, quem Nabuchodonosor misit, penes quem potiùs invenitur primatus fuisse militiæ :* & infra, col. 411. c. Ἀρχιμάγειρος, inquit, *principem coquorum, Latini interpretes posuerunt, principem autem militiæ quidam intelligi volunt.* Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 540. a. eundem versum sic reddit : *Madianæi autem vendiderunt Joseph in Ægypto Phutiphar eunucho, Pharaonis archimagiro ;* tum addit : *In pleriſque locis, Archimagiros, id est, coquorum principes, pro magistris exercitûs Scriptura commemorat ;* Μαγειρεύειν *quippe Græcè interpretatur, occidere. Venditus est igitur Joseph principi exercitûs & bellatorum, non Petephre, ut in Latino scriptum est, sed Phutiphar eunucho.* Ambros. etiam l. de Joseph, c. 4. to. 1. col. 490. b. ait : *Venditus est Joseph, ductus in Ægyptum, emptus à præposito coquorum.*

CAPUT XXXVIII.

VULGATA NOVA.

1. EOdem tempore descendens Judas à fratribus suis, divertit ad Virum Odollamitem, nomine Hiram.

1. Par. 2. 1. 2. Viditque ibi filiam hominis Chananæi, vocabulo Sue : & accepta uxore, ingressus est ad eam.

3. Quæ concepit, & peperit filium, & vocavit nomen ejus Her.

Num. 26. 19. 4. Rursumque concepto fœtu, natum filium vocavit Onan.

5. Tertium quoque peperit : quem appellavit Sela ; quo nato, parere ultra cessavit.

VERSIO ANTIQUA.

1. FActum est autem in tempore illo, descendit Judas à fratribus suis ad hominem quemdam Odollamitam, cui nomen Iras. *Aug. quæst. 128. in Gen. t. 3. 409. f.*

2. Et vidit illic Judas filiam hominis Chananæi, nomine Savam : & accepit eam, & introivit ad eam.

3. Et concepit, & peperit filium.....

5. Et adjecit, & peperit filium, & vocavit nomen ejus Selom : hæc autem erat in Chazbi, quando peperit eum. *Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 540. b.*

VULGATA NOVA.

6. Dedit autem Judas uxorem primogenito suo Her, nomine Thamar.

Num. 6. 19. 7. Fuit quoque Her primogenitus Judæ, nequam in conspectu Domini : & ab eo occisus est.

8. Dixit ergo Judas ad Onan filium suum : Ingredere ad uxorem fratris tui, & sociare illi, ut suscites semen fratri tuo.

9. Ille sciens non sibi nasci filios, introiens ad

6..... 11. *Vide Not.*

VERSIO ANTIQUA.

uxorem fratris sui, semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur.

10. Et idcirco percussit eum Dominus, quòd rem detestabilem faceret.

11. Quam ob rem dixit Judas Thamar nurui suæ : Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus : timebat enim ne & ipse moreretur, sicut fratres ejus. Quæ abiit, & habitavit in domo patris sui.

VULGATA NOVA.

12. Evolutis autem multis diebus, mortua est filia Sue uxor Judæ : qui post luctum consolatione susceptа, ascendebat ad tonsores ovium suarum, ipse & Hiras opilio gregis Odollamites, in Thamnas.

13. Nunciatumque est Thamar quòd socer illius ascenderet in Thamnas ad tondendas oves.

14. Quæ depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrum : & mutato habitu, sedit in bivio

VERSIO ANTIQUA.

12..... & consolatus Judas, ascendit ad eos qui tondebant oves ejus, ipse & Hiras pastor ejus Odollamites..... *Hieron. ubi sup.*

13. Et nunciatum est nurui ejus Thamar, dicentes..... *Aug. Locut. 133. t. 3. 334. d.*

14. Et depositis vestimentis viduitatis suæ à se, cooperuit se pallio, & adornavit ; & sedit ad por- *Aug. quæst. 129. 410. c. Cypr. l. 3. Testim. p. 317. b. Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 540. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ad verbum è Græco, modò, *fratribus suis*, addatur : & *pervenit usque* : ita enim Græcè : ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, ἢ ἀφίκετο ἕως πρὸς ἄνθρωπον, &c.

℣. 2. Ita in Græco, præter hoc, ᾗ ὄνομα Σαυά, *cui nomen Sava*, pro, *nomine Savam.*

℣. 3. Græc. Καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκεν υἱόν, &c.

℣. 5. Eadem sunt in Græco, nisi quòd initio legitur : Καὶ προσθεῖσα ἔτεκεν, & *adjiciens, peperit ;* & in fine, ἔτεκεν αὐτός, *peperit eos*, non *eum ;* addit Hieron. *Verbum Hebræum hic positum esse pro loci vocabulo, quod Aquila pro re transtulit, dicens :* Et vocabitur nomen ejus Selom, & factum est ut mentiretur in partu, postquam genuit Selom. *Postquam enim genuit Selom, stetit partus ejus.* Chazbi *ergo non nomen loci, sed* mendacium *dicitur.* Hæc autem adjungimus ex Hieronymo, ut magis magisque constet contextum Latinum passim adhibitum in libro quæst. Hebr. non esse secundùm Hebræum, sed secundùm LXX.

℣℣. 6..... 11. Huc redeunt quæ narrat August. quæst. 128. in Gen. to. 3. col. 409. f. *Thamar nurum suam (Judas) mortuo primogenito suo, alteri filio dedit ; quo etiam mortuo, expectavit ut cresceret tertius ;* & *cùm crevisset, nec illi eam dedit, timens ne* & *ipse moreretur.*

℣. 12. Itidem Græcè, excepto uno, Εἰράς, *Iras*, pro *Hiras ;* additur in fine, εἰς Θαμνά, *in Thamna.*

℣. 13. Ita in Græco.

℣. 14. Prior versiculi hujus pars : *Et depositis..... à se :* Augustini est : media *cooperuit.....* & *adornavit*, Cypriani : postrema denique, & *sedit ad*, &c. Hieronymi. In Græco sic : Καὶ περιελομένη τὰ ἱμάτια τῆς χηρείας (Mſ. Oxon. addit, αὐτῆς) ἀφ' ἑαυτῆς, περιέβαλε τὸ θέριστρον,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. tam Enam, quæ est in transitu Thamnà.....

Cypr. l. 3. Testim. §17. b.

15. Et cùm aspexisset eam Judas, visum est ei meretricem esse.....

VULGATA NOVA.

itineris, quod ducit Thamnam: eò quòd crevisset Sela, & non eum accepisset maritum.

15. Quam cùm vidisset Judas, suspicatus est esse meretricem: operuerat enim vultum suum, ne agnosceretur.

VULGATA NOVA.

16. Ingredienſque ad eam, ait: Dimitte me ut coëam tecum: nesciebat enim quòd nurus sua esset. Qua respondente: Quid dabis mihi ut fruaris concubitu meo?

17. dixit: Mittam tibi hœdum de gregibus. Rursumque illa dicente: Patiar quod vis, si dederis mihi arrhabonem, donec mittas quod polliceris.

18. Aït Judas: Quid tibi vis pro arrhabone dari? Respondit: Annulum tuum, & armillam, & baculum quem manu tenes. Ad unum igitur coitum mulier concepit,

18. *Vid. Not.*

19. & surgens abiit: depositoque habitu, quem sumpserat, induta est viduitatis vestibus.

20. Misit autem Judas hœdum per pastorem suum Odollamitem, ut reciperet pignus quod dederat mulieri: qui cùm non invenisset eam,

21. interrogavit homines loci illius: Ubi est mulier quæ sedebat in bivio? Respondentibus cunctis: Non fuit in loco isto meretrix;

22. reversus est ad Judam, & dixit ei: Non inveni eam: sed & homines loci illius dixerunt mihi, nunquam sedisse ibi scortum.

23. Ait Judas: Habeat sibi, certè mendacii arguere nos non potest: ego misi hœdum quem promiseram, & tu non invenisti eam.

24. Ecce autem post tres menses nunciaverunt Judæ, dicentes: Fornicata est Thamar nurus tua, & videtur uterus illius intumescere. Dixitque Judas: Producite eam ut comburatur.

25. Quæ cùm duceretur ad pœnam, misit ad socerum suum, dicens: De viro, cujus hæc sunt, concepi: cognosce cujus sit annulus, & armilla, & baculus.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 540. c. Aug. Locut. 135. t. 3. 334. e.

26. Cognovit autem Judas, & dixit: Justior est illa quàm ego: eò quòd non dedi eam Selom filio meo. Et non appositi ampliùs scire eam.

Hieron. in Mich. 2. t. 3. 1515. c.

27. Factum est cum pareret, & haberet gemi-nos in utero; in ipso partu, unus protulit manum, & tulit obstetrix, & ligavit in manu ejus coccinum, dicens:

28. Hic egredietur prior.

29. Cùm autem contraxisset manum, statim egressus est frater ejus: & illa ait: Quare divisa est propter te maceria? & vocavit nomen ejus Phares.

30. Et post hæc egressus est frater ejus, in cujus manu erat coccinum: & vocavit nomen ejus Zara.

VULGATA NOVA.

26. Qui, agnitis muneribus, ait: Justior me est: quia non tradidi eam Sela filio meo. Attamen ultra non cognovit eam.

27. Instante autem partu, apparuerunt gemini in utero: atque in ipsa effusione infantium, unus protulit manum, in qua obstetrix ligavit coccinum, dicens:

Matth. 1. 3.

28. Iste egredietur prior.

29. Illo verò retrahente manum, egressus est alter: dixitque mulier: Quare divisa est propter te maceria? & ob hanc causam vocavit nomen ejus Phares.

30. Postea egressus est frater ejus, in cujus manu erat coccinum: quem appellavit Zara.

1. Par. 2. 4.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἐκαλωπίσατο, καὶ ἐκάθισε πρὸς ταῖς πύλαις Αἰνάν, &c. ut in Lat. *Et auferens vestimenta viduitatis (suæ) à se, induit theristrum, & adornavit se, & sedit ad portas Ænan*, &c. Augustin. tamen Locut. 134. de Gen. to. 3. col. 334. e. legit ut supra: *Et depositis vestimentis viduitatis suæ à se.* Tertul. l. de cultu fem. c. 12. p. 267. c. *Thamar se expinxerat & ornaverat.* Græc. addit in fine: ἴδε γὰρ ὅτι μέγας γέγονε Σηλὼμ υἱὸς δὲ οὐκ ἔδωκεν αὐτὴν αὐτῷ γυναῖκα. Ad quæ respiciens Augustin. quæst. 128. in Gen. col. 409. f. ait: *Et cùm crevisset, nec illi eam dedit.*

℣. 15. In Græco sic: Καὶ ἰδὼν αὐτὴν Ἰούδας, ἔδοξεν αὐτὴν πόρνην εἶναι· κατεκαλύψατο γὰρ τὸ πρόσωπον αὐτῆς, καὶ οὐκ ἐπέγνω αὐτήν. Quibus alludens Tertul. l. de cultu fem. c. 12. p. 267. c. ait: *Thamar illa..... idcirco Judæ suspicioni visa est quæstui sedere, adeo quia sub velamento latebat, habitûs qualitate quæstiariam mentiente, & fecit ut quæstiariam; & voluit, & compellavit, & passus est.*

℣. 18. Gr..... Τίνα τὸν ἀρραβῶνά σοι δώσω; ἡ δὲ εἶπε· Τὸν δακτύλιόν σου, καὶ τὸν ὁρμίσκον, καὶ τὴν ῥάβδον τὴν ἐν τῇ χειρί σου· καὶ ἔδωκεν αὐτῇ, &c. Unde Ambros. l. 3. in Luc. to. 1. col. 1321. b. *Annulum*, inquit, *& monile accepit, & virgam.*

℣. 26. Addit Hieron. ibid. *In Hebræo habet:* Justificata est ex me: *non quod justa fuerit, sed quòd comparatione illius minus mali fecerit.* Ambros. tum l. 3. in Luc. to. 1. col. 1320. e. tum l. 1. de pœnit. to. 2. col. 432. d. e. 433. b. legit: *Justificata est magis Thamar, quàm ego; propter quod non dedi eam Sclon filio meo.* Græcè, Ἐγὼ δὲ Ἰούδας, καὶ εἶπε· Δεδικαίωται Θάμαρ ἢ ἐγὼ· οὐ ἕνεκεν, &c. ut in Latino sup.

℣. 27. Ambros. l. 3. in Luc. to. 1. col. 1321. b. hæc habet: *Cùm generaret Thamar..... unus de utero ejus præmisit manum, quam corripiens obstetrix, coccum ligavit, dicens*; In Gr. sic: Ἐγένετο δὲ ὠδίνοντα ἐτίκτε, καὶ τῇ δὲ ἦν δίδυμα ἐν τῇ γαστρὶ αὐτῆς. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τίκτειν αὐτὴν, ὁ εἷς προεξήνεγκε τὴν χεῖρα· λαβοῦσα δὲ ἡ μαῖα, ἔδησεν ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ κόκκινον, λέγουσα· *Factum est autem, quando pariebat, & huic erant gemelli in utero ejus. Factum est autem, dum ipsa pareret, unus prætulit manum: sumens autem obstetrix, ligavit super manum ejus coccinum, dicens:*

℣. 28. Ambr. l. 3. in Luc. col. 1321. b. *Hic exiet prior.* Ita quoque in Græco.

℣. 29. Rursum Hieronym. l. quæst. Hebr. to. 2. col. 540. d. legit: *Et ecce egressus est frater ejus, & dixit: Ut quid divisa est propter te maceria? & vocavit nomen ejus, Phares.* At l. 1. in ep. ad Eph. to. 4. col. 344. d. *Ut quid propter te dirupta est sepis?* Ambros. l. 3. in Luc. to. 1. col. 1321. b. *Ut autem manum revocavit puer in matris uterum, statim exivit frater ejus: dixit autem obstetrix: Quid incisa est per te sepis? & vocavit nomen ejus, Phares.* Gr. Ὡς δὲ ἐπιζυγήγαγε τὴν χεῖρα, καὶ εὐθὺς ἐξῆλθεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ· ἡ δὲ εἶπε· Τί διέκοπη διὰ σὲ φραγμός; καὶ, &c. ut in Lat.

℣. 30. Idem Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 541. a. *Post hoc exiit frater ejus, in cujus manu*, &c. ut sup. Ambros. l. 3. in Luc. to. 1. col. 1321. b. *Et post ipsum exivit frater ejus, in cujus manu erat coccum: & vocavit nomen ejus, Zaram.* Gr. Καὶ μετὰ τοῦτο ἐξῆλθεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἐφ' ᾧ ἦν ἐπὶ τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὸ κόκκινον· καὶ ἐκάλεσε τὸ..... Ζαρά. *Et post hoc exiit frater ejus, in quo erat super manum ejus coccinum*, &c. ut sup.

Digitized by Google

CAPUT XXXIX.

VULGATA NOVA.

1. IGitur Joseph ductus est in Ægyptum, emitque eum Putiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitûs, vir Ægyptius, de manu Ismaëlitarum, à quibus perductus erat.

VERSIO ANTIQUA.

1. JOseph autem depositus est in Ægyptum, & possedit eum Petephres spado Pharaonis..... *Aug. quæst. 130. in Gen. t. 3. 410. e.*

VULGATA NOVA.

2. Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prosperè agens : habitavitque in domo domini sui,

3. qui optimè noverat Dominum esse cum eo, & omnia quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius.

VULGATA NOVA.

4. Invenitque Joseph gratiam coram domino suo, & ministrabat ei, à quo præpositus omnibus, gubernabat creditam sibi domum, & universa quæ ei tradita fuerant :

5. benedixitque Dominus domui Ægyptii propter Joseph, & multiplicavit tam in ædibus quàm in agris cunctam ejus substantiam :

6. nec quidquam aliud noverat, nisi panem quo vescebatur. Erat autem Joseph pulchra facie, & decorus aspectu.

7. Post multos itaque dies injecit domina sua oculos suos in Joseph, & ait : Dormi mecum.

8. Qui nequaquam acquiescens operi nefario, dixit ad eam : Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua :

9. nec quidquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ uxor ejus es : quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum ?

VERSIO ANTIQUA.

4. Et invenit Joseph gratiam in conspectu domini sui..... *Aug. Locut. 136. 334. e.*

5.....benedixit Dominus domum Ægyptii propter Joseph, & facta est benedictio Domini in toto censu ejus, & in domo, & in agris : & convertit omnia quæcunque illi erant in manus Joseph : *Ambr. de Jos. c. 4. t. 1. 491. c.*

6. & nesciebat quæ circa eum erant nihil, præter panem quem ipse edebat..... *Aug. Locut. 137. & 138. t. 3. 334. e.*

7..... & misit uxor domini ejus oculos suos in Joseph, & ait : Dormi mecum. *Idem Locut. 137. & 140. 334. f.*

8..... & dixit uxori domini sui : Si dominus meus propter me nihil scit in domo sua, & omnia quæcunque habet, dedit in manus meas : *Ambr. l. 2. Offic. t. 2. 91. c.*

9..... neque subtractum est à me quidquam, præter te, quia uxor illius es : quomodo faciam verbum malum hoc, & peccabo coram Domino?

VULGATA NOVA.

10... 11... *Vide Not.*

10. Hujuscemodi verbis per singulos dies, & mulier molesta erat adolescenti, & ille recusabat stuprum.

11. Accidit autem quadam die, ut intraret Joseph domum, & operis quippiam absque arbitris faceret :

VERSIO ANTIQUA.

Auct. l. de præd. ap. Prosp. p. 110. c.

12..... Dormi mecum. Fugit, & exiit foras relinquens vestimenta sua.

VULGATA NOVA.

12. & illa apprehensâ laciniâ vestimenti ejus, diceret : Dormi mecum. Qui relicto in manu ejus pallio fugit, & egressus est foras.

13..... 21. *Vide Not.*

13. Cumque vidisset mulier vestem in manibus suis, & se esse contemptam,

14. vocavit ad se homines domus suæ, & ait ad eos : En introduxit virum Hebræum, ut illuderet nobis : ingressus est ad me, ut coiret mecum : cùmque ego succlamassem,

15. & audisset vocem meam, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras.

16. In argumentum ergo fidei retentum pallium ostendit marito revertenti domum,

17. & ait : Ingressus est ad me servus Hebræus quem adduxisti ut illuderet mihi :

18. cùmque audisset me clamare, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras.

19. His auditis dominus, & nimiùm credulus verbis conjugis, iratus est valde :

20. tradiditque Joseph in carcerem, ubi vincti regis custodiebantur, & erat ibi clausus. *Psal. 104. 18.*

21. Fuit autem Dominus cum Joseph, & misertus illius dedit ei gratiam in conspectu principis carceris.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita in Græco, nisi quòd pro *depositus est*, habetur κατήχθη, ad verbum, *devectus est*; & in fine, ὁ εὐνοῦχος Φαραώ, *eunuchus Pharaonis*.

℣. 4. Sic etiam in Græco, præter unum, ἐναντίον, *coram*, pro *in conspectu*.

℣. 5. Ad verbum è Græco, exceptis his, *in toto censu ejus*, & *in domo*, &c. pro quibus, ἐν πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ ἐν τῷ οἴκῳ, καὶ ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ· *in omnibus quæ erant ei in domo, & in agro ejus*. Reliqua addita ab Ambrosio nil discrepant à Græco, nisi excipiatur verbum, *convertit*, pro quo ἐπέτρεψε, *commisit*, fortè Ambros. legit ἐπέστρεψε.

℣. 6. Gr. Καὶ οὐκ ἤδει τῶν καθ' αὐτὸν οὐδέν, &c. *Et non noverat eorum quæ circa se quidquam*, &c. ut sup.

℣. 7. Græc..... Καὶ ἐπέβαλεν, &c. *Et injecit*, &c. ut in Lat. Ambros. l. de Jos. c. 5. col. 491. f. *Immisit oculos uxor domini ejus in Joseph*; & infra : *dixit autem illi : Dormi mecum*. Similiter Auct. l. de promiss. part. 1. c. 27. ap. Prosp. col. 110. c. *Immisit uxor domini ejus oculos in Joseph, & ait illi : Dormi mecùm.*

℣. 8. Priora verba, *Et dixit uxori domini sui* : petuntur ex Ambrosii lib. de Jos. c. 5. to. 1. col. 492. b. reliqua descripta ex l. 2. offic. ubi etiam secundùm Editt. vet. & Paris. nec non Mss. nonnullos, non *propter me*, legitur, sed *præter me* : similiter l. 1. de Jac. to. 1. col. 446. c. *Dixit uxori domini sui : Si dominus meus non scit præter me aliquid in domo sua, & omnia quæcunque habet dedit in manus meas*. In Græc. Εἶπε δὲ τῇ γυναικὶ τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Εἰ ὁ κύριός μου οὐ γινώσκει μετ' ἐμὲ οὐδὲν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ πάντα ὅσα ἔστιν αὐτῷ, ἔδωκεν, &c. ut sup.

℣. 9. Hæc adjuncta leguntur antecedentibus apud Ambros. non tantùm loco sup. cit. sed etiam l. 1. de Jacob. c. 2. to. 1. col. 446. c. ubi post verba, *dedit in manus meas*, illico sequitur : *Neque subtractum est à me quidquam, præter te, quæ uxor illius es ; & quomodò faciam verbum hoc malum, & peccabo coram Deo ?* In Gr. tamen habetur primò : Καὶ οὐχ ὑπερέχει ἐν τῇ οἰκίᾳ ταύτῃ οὐθὲν ἐμοῦ, *Et nihil est in domo hac quod supra me sit*. (ab edit. Compl. abest, *quod supra me sit*, si Nobilio fides) tum sequitur : οὐδὲ ὑπεξήρηται ἀπ' ἐμοῦ οὐδέν, πλὴν οὗ, διὰ τὸ σὲ γυναῖκα αὐτοῦ εἶναι· καὶ πῶς ποιήσω τὸ ῥῆμα τὸ πονηρὸν τοῦτο, καὶ ἁμαρτήσομαι ἐναντίον τοῦ Θεοῦ; quæ congruunt cum Lat.

℣℣. 10..... 21. Horum plura commemorat Ambros. l. de Joseph, c. 5. to. 1. col. 492. c. seqq. dicens : *Tertium*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 141. t. 3. 334. f.

22. Et dedit carceris cuſtos carcerem per manum Joſeph.....

Hieron. l. 3. cont. Pelag. t. 4. p. 538. b.

23..... quia Dominus erat cum eo, & quæcunque faciebat, proſperabantur à Domino in manibus ejus.

VULGATA NOVA.

22. Qui tradidit in manu illius univerſos vinctos qui in cuſtodia tenebantur : & quidquid fiebat, ſub ipſo erat.

23. Nec noverat aliquid, cunctis ei creditis : Dominus enim erat cum illo, & omnia opera ejus dirigebat.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſpiculum adultera interpellandi aſſiduitate vibrabat ; ſed Joſeph non audiebat eam..... ℣. 11. Denique officii ſui & commiſſi muneris ingreſſum gratiâ, remotis arbitris ac domeſticis—— ℣. 12. apprehendit eum, dicens : Dormi mecum..... Veſtimenta reliquit tanquam non ſua, quæ adultera ſuis manibus detinebat.... veſtem exuit, crimen excuſſit, & relictis quibus tenebatur exuviis, ſpoliatus quidem, ſed non nudus aufugit..... exivit foras—— ℣. 13. & ipſa adulterii ſui tentamenta vulgavit—— ℣. 15. exaltans vocem ſuam, eò quòd relictis veſtibus, Hebræus aufugerat..... ℣. 19. inauditâ causâ, inexplorata fide veri,—— ℣. 20. tanquam reus criminis in carcerem Joſeph mittitur—— ℣. 21. Sed eum Dominus nec in carcere deſerebat..... Quò non penetrat divina miſericordia ? invenit Joſeph hujuſmodi gratiam, ut qui fuerat clauſus in carcere, ipſe potiùs carceris claustra ſervaret—— ℣. 22. concederet munere clavicularius, inclusos omnes poteſtati ejus committeret, &c.

℣. 22. Græc. Καὶ ἔδωκεν ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ τὸ δεσμωτήριον διὰ χειρὸς Ἰωσήφ. &c. vid. Ambroſ. ſup.

℣. 23. Græc..... διὰ τὸ τὸν Κύριον μετ' αὐτοῦ εἶναι· καὶ ὅσα αὐτὸς ἐποίει, ὁ Κύριος εὐώδου ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ. Eò quod Dominus eſſet cum eo ; & quæcunque ipſe faciebat, Dominus proſperabat in manibus ejus.

CAPUT XL.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. quaſt. Hebr. t. 2. 541. a.

1..... poſt verba hæc, peccavit princeps vinariorum regis Ægypti.....

VULGATA NOVA.

1. His ita geſtis, accidit ut peccarent duo eunuchi, pincerna regis Ægypti, & piſtor, domino ſuo.

VULGATA NOVA.

2..... 7. Vide Not.

2. Iratuſque contra eos Pharao (nam alter pincernis præerat, alter piſtoribus)

3. miſit eos in carcerem principis militum, in quo erat vinctus & Joſeph.

4. At cuſtos carceris tradidit eos Joſeph, qui & miniſtrabat eis. Aliquantulum temporis fluxerat, &

illi in cuſtodia tenebantur.

5. Videruntque ambo ſomnium nocte una juxta interpretationem congruam ſibi :

6. ad quos cùm introiſſet Joſeph manè, & vidiſſet eos triſtes,

7. ſciſcitatus eſt eos dicens : Cur triſtior eſt hodie ſolito facies veſtra ?

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 142. t. 3. 334. g. Ambr. l. de Joſ. c. 6 t. 1. 494. f. 495. a. e.

8. Et dixerunt : Somnium vidimus, & non eſt qui interpretetur illud..... Nonne per Deum interpretatio ſomnii eſt ? narrate ergo mihi.

9. Et narravit præpoſitus vini ſomnium ſuum : Erat vitis in conſpectu meo :

10. in vite autem tres radices, & ipſa flores ferens, germinavit maturos botryones uvarum :

11. & calix Pharao in manu mea : & ſumpſi eam, & expreſſi eam in calicem, & dedi calicem in manus Pharao.

12. & dixit illi Joſeph : Hæc interpretatio ejus : Tres radices, tres dies ſunt :

VULGATA NOVA.

8. Qui reſponderunt : Somnium vidimus, & non eſt qui interpretetur nobis. Dixitque ad eos Joſeph : Nunquid non Dei eſt interpretatio ? referte mihi quid videritis.

9. Narravit prior, præpoſitus pincernarum, ſomnium ſuum : Videbam coram me vitem,

10. in qua erant tres propagines, creſcere paulatim in gemmas, & poſt flores uvas matureſcere :

11. calicemque Pharaonis in manu mea : tuli ergo uvas, & expreſſi in calicem quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni.

12. Reſpondit Joſeph : Hæc eſt interpretatio ſomnii : Tres propagines, tres adhuc dies ſunt :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita in Græco : Qui autem apud Hieron. dicitur *Princeps vinariorum*, apud Ambroſ. l. de Joſ. c. 6. col. 494. d. vocatur, *vini præpoſitus*, Gr. ἀρχιοινοχόος.

℣℣. 2..... 7. Huc ſpectant quæ Ambroſ. narrat l. de Joſ. c. 6. 494. d. *De iſtis ſpadonibus quid dicam ?..... Gloriabatur alter quòd eſſet vini præpoſitus, alter quòd eſſet piſtorum. Uterque offendit,—— ℣. 3. miſſique in carcerem, —— ℣. 4. & commendati ſancto Joſeph ab ipſo carceris claviculario : cùm eſſent illic dies complures,—— ℣. 5. viderunt ſomnium—— ℣. 6. Et cùm reviſeret eos Joſeph, triſtes turbatoſque animi offendit—— ℣. 7. quia turbabantur ſomnio, cujus interpretem non invenirent.*

℣. 8. Quæ ex Auguſtino prodeunt ſic habentur Græcè : Οἱ δὲ εἶπαν αὐτῷ· Ἐνύπνιον εἴδομεν, καὶ ὁ συγκρίνων οὐκ ἔστιν αὐτό. *At illi dixerunt ei : Somnium vidimus, & non eſt qui illud conjectet.* Græc. addit : εἶπε δὲ αὐτοῖς Ἰωσήφ· tum pergit cum Ambroſ. Οὐχὶ διὰ τοῦ Θεοῦ ἡ διασάφησις αὐτῶν ἐστι ; διηγήσασθε οὖν μοι. *Dixit autem eis Joſeph : Nonne per Deum declaratio ipſorum eſt ? Narrate igitur mihi.* In edit. Compl. διαζάφησις αὐτοῦ, quæ lectio Ambroſio favet.

℣. 9. Eadem Græc. exhibet : ſed poſt *ſomnium ſuum*, hæc addit : Τῷ Ἰωσὴφ, καὶ εἶπεν· Ἐν τῷ ὕπνῳ μου, deinde ut in Lat. ἦν ἄμπελος ἐναντίον μου. Apud Hieron. quæſt. Heb. to. 2. col. 541. a. & Eucher. quæſt. in Gen. col. 841. g. *Et ecce vitis in conſpectu meo.*

℣. 10. In Græco ſic : Ἐν δὲ τῇ ἀμπέλῳ τρεῖς πυθμένες· καὶ αὐτὴ θάλλουσα, ἀνεπτοχυῖα βλαστούς· πέπειροι οἱ βότρυες σαφυλῆς. *In vite autem tres propagines, & ipſa floreſcens, erumpens germina ; maturi botryones uvæ.* Nonnulli etiam Mſs. Ambroſii mel. not. ferunt ſup. *maturi botryones*, non *maturos*, unus, & *maturi*. Edit. tamen Compl. habet, βλαστοὺς πεπείρους βότρυας σαφυλῆς· al. verò βλαστοὺς, καὶ πέπειροι. Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 541. b. legit : *Et in vite tres fundi, & ipſa germinans tres fundos*, additque : *tria flagella, & tres ramos, ſive propagines Hebræo ſermone ſignificat.* Similiter apud Eucher. Lugd. quæſt. in Gen. col. 541. a. *Et ecce in vite tres fundi.* Item apud Auguſt. infra, *℣. 12. tres fundi*, nec malè.

℣. 11. Eadem leguntur Græcè, præter duo, nempe, σαφυλὴν, *uvam*, loco *eam*, poſt *ſumpſi* ; & χεῖρα, *manum*, pro *manus* ; at in Mſ. Alex. ac edit. Ald. τὰς χεῖρας.

℣. 12. Græc. Καὶ εἶπεν αὐτῷ Ἰωσήφ· Τοῦτο ἡ σύγκρισις αὐτοῦ· Οἱ τρεῖς πυθμένες, &c. ut in Lat. Auguſt. Locut. 143. de Gen. to. 3. col. 334. g. legit : *Tres fundi, tres dies ſunt.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

13. post quos recordabitur Pharao ministerii tui, & restituet te in gradum pristinum: dabisque ei calicem juxta officium tuum, sicut ante facere consueveras.

14. Tantùm memento mei, cùm bene tibi fuerit, & facias mecum misericordiam: ut suggeras Pharaoni ut educat me de isto carcere:

15. quia furto sublatus sum de terra Hebræorum, & hîc innocens in lacum missus sum.

16. Videns pistorum magister quòd prudenter somnium dissolvisset, ait: Et ego vidi somnium, Quòd tria canistra farinæ haberem super caput meum:

VERSIO ANTIQUA.

13. adhuc triduo, & in mentem habebit Pharao principatum tuum, & restituet te super officium tuum pristinum: & dabis calicem in manus Pharao..... *Ambr. ubi sup.*

14. Sed memor esto per temetipsum, cùm tibi bene erit, & facies in me misericordiam: & memor eris mei ad Pharaonem, & educes me de carcere isto:

15. quia furto involatus sum de terra Hebræorum, & hîc nihil malè feci, sed miserunt me in lacum carceris hujus.

16..... Et videbar mihi tria canistra chondritorum portare in capite meo: *Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 541. b.*

VULGATA NOVA.

17. & in uno canistro quod erat excelsius, portare me omnes cibos qui fiunt arte pistoria, avesque 17..... *Vide Not.* comedere ex eo.

18. Respondit Joseph: Hæc est interpretatio somnii: Tria canistra, tres adhuc dies sunt:

VULGATA NOVA.

19. post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce, & lacerabunt voluces carnes tuas.

VERSIO ANTIQUA.

19..... & auferet Pharao caput tuum abs te..... & manducabunt aves cœli carnes tuas abs te. *Aug. Locut. 145. & 146. t. 3. 335. a.*

VULGATA NOVA.

20. Exinde die tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciens grande convivium pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum, & pistorum principis. 20..... 23. *Vide Not.*

21. Restituitque alterum in locum suum, ut porrigeret ei poculum:

22. alterum suspendit in patibulo, ut conjectoris veritas probaretur.

23. Et tamen succedentibus prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 13. Græc. Ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ μνησθήσεταί Φαραὼ τῆς ἀρχῆς σου, καὶ ἀποκαταστήσει σε ἐπὶ τὴν ἀρχοινοχοΐαν σου, καὶ δώσεις τὸ ποτήριον Φαραὼ εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ. tum addit ista: κατὰ τὴν ἀρχήν ὡς τὴν προτέραν, ὡς ἦσθα οἰνοχοῶν, *juxta principatum tuum priorem, sicut fuisti pincerna*, quæ postrema vel reticuit Ambros. vel etiam penitus non agnovit, cùm versus illi octo eadem serie, nec interruptis aut disjunctis verbis prolati, legantur apud ipsum. Augustinus Locut. 144. de Gen. to. 3. col. 335. a. hæc tantùm refert: *Et dabis calicem Pharaoni in manum ejus*; quæ cum Græco optimè conveniunt.

℣. 14. In Græco sic: Ἀλλὰ μνήσθητί μου διὰ σεαυτοῦ, ὅταν σοὶ γένηταί σοι, &c. *Sed memor esto mei per temetipsum, cùm bene fuerit tibi*, &c. ut in Lat. Attamen Ambrosius infra constanter habet, *Sed memor esto per temetipsum*, &c. absque voce *mei*. In Græco etiam pro *carcere*, ponitur ὀχυρώματος, quod propriè significat *munitionem*, *clausuram*, *castrum*.

℣. 15. Mss. plures Ambros. ac potiores ita ferunt: *quia furto involatus sum*: alii verò cum edit. antiq. *quia furtivè captus sum*. In Græco ὅτι κλοπῇ ἐκλάπην, *quia furto furtivè ablatus sum*; deinde sic: ἐκ γῆς Ἑβραίων, καὶ ὧδε οὐκ ἐποίησα οὐδέν, ἀλλ' ἐνέβαλόν με εἰς τὸν λάκκον τοῦτον. *De terra Hebr. & hic non feci quidquam, sed injecerunt me in lacum istum.* Edit. Compl. εἰς τὸν οἶκον τοῦ λάκκου τούτου· *in domum cisternæ hujus.*

℣. 16. In Græco: Καὶ ᾤμην, & *putabam*, loco & *videbar mihi*; reliqua quadrant. Monet Hieron. ibid. *pro tribus canistris chondritorum, tres cophinos farinæ in Hebræo haberi.* August. verò quæst. 131. in Gen. to. 3. col. 410. d. *Aliqui*, inquit, *codices Latini habent*, tria canistra alicæ, Græci χονδριτῶν, *quod interpretantur qui usum ejusdem linguæ habent, panes esse cibarios.*

℣. 17. Græc. sic pergit: Ἐν δὲ τῷ κανῷ τῷ ἐπάνω ἀπὸ πάντων τῶν γενῶν ὧν Φαραὼ ἐσθίει ἔργον οἰοποιοῦ, &c. quibus alludens August. quæst. 131. in Gen. col. 410. d. dicit: *In superiore canistro fuisse omnia ex quibus edebat Pharao, opus pistorum*; (al. *pisterium*) & post pauca: *Dictum est tria canistra χονδρίτων, & desuper fuisse illa ex omni genere operis pistoris* (al. *pistorii*) *in eodem canistro superiore.*

℣. 19. In Græco primùm: ἔτι τριῶν ἡμερῶν, *adhuc triduum*; deinde ut in Lat. supra, verbum è verbo.

℣℣. 20..... 23. Huc redeunt quæ Ambros. l. de Jos. c. 6. to. 1. col. 496. d. ait: *Et ipse præpositus erat, & præpositus epularum regis, quæ ad opus pistorium pertinebant: sublimem se esse credebat, quia in potestate habebat panem regium..... nec audivit eum qui loquebatur oraculum, quod ipsius jussu regis..... caput amissurus esset, esca avibus derelinquendus:* & sup. col. 495. f. 496. a. *Spadonum præpositus, qui vinum poculis regiis ministrabat..... redditus officio suo, non est memor factus interpretis, sed oblitus est eum.* Quibus respondent ista Græca, ℣. 23. Καὶ οὐκ ἐμνήσθη ὁ ἀρχιοινοχόος τοῦ Ἰωσὴφ, ἀλλ' ἐπελάθετο αὐτοῦ.

CAPUT XLI.

VULGATA NOVA.

1. POst duos annos vidit Pharao somnium. Putabat se stare super fluvium,

2. de quo ascendebant septem boves, pulchræ & crassæ nimis: & pascebantur in locis paludstribus.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET factum est post biennium dierum..... Putabat se stare super flumen: *Aug. Locut. 147. t. 3. 335. b. & q. 132. in Gen. 410. e. Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 541. b.*

2. & ecce de fluvio ascendebant septem boves, speciosæ ad videndum, & electæ carnibus: & pascebantur in Achi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter Ambros. l. de Jos. c. 6. col. 496. a. *Et factum est post biennium.* Græc. Ἐγένετο δὲ μετὰ δύο ἔτη ἡμερῶν, deinde sic: Φαραὼ εἶδεν ἐνύπνιον· ὤετο ἑστάναι ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ.

℣. 2. Græc. Καὶ ἰδοὺ ὥσπερ ἐκ τοῦ ποταμοῦ ἀνέβαινον ἑπτὰ βόες καλαὶ τῷ εἴδει, &c. ut in Lat. Addit ibid. Hieron. *Bis in Genesi scriptum est*, Achi: & *neque Græcus sermo est, nec Latinus; sed & Hebræus ipse corruptus est: dicitur enim, in* Ahu, *hoc est, in* palude; *sed quia*, vav, *littera apud Hebræos*, & iod, *similes sunt, pro* Ahu, A-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

3. Aliæ quoque ſeptem emergebant de flumine, fœdæ confectæque macie : & paſcebantur in ipſa amnis ripa in locis virentibus :

3..... 6. *Vide Not.*

4. devoraveruntque eas, quarum mira ſpecies & habitudo corporum erat. Expergefactus Pharao,

5. rurſum dormivit, & vidit alterum ſomnium : Septem ſpicæ pullulabant in culmo uno plenæ atque formoſæ :

6. aliæ quoque totidem ſpicæ tenues & percuſſæ uredine oriebantur,

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 148. *t.* 3. 335. *b.*

7..... Surrexit autem Pharao, & erat ſomnium.

VULGATA NOVA.

7. devorantes omnem priorum pulchritudinem. Evigilans Pharao poſt quietem,

8. & facto manè, pavore perterritus, miſit ad omnes conjectores Ægypti, cunctoſque ſapientes : & accerſitis narravit ſomnium, nec erat qui interpretaretur.

Idem Locut. 149. *Ibid.*

9..... Peccatum meum recordor hodie :

9. Tunc demum reminiſcens pincernarum magiſter, ait : Confiteor peccatum meum :

10. Pharao iratus fuit pueris ſuis, & poſuit nos in carcere.....

10. Iratus rex ſervis ſuis, me & magiſtrum piſtorum retrudi juſſit in carcerem principis militum :

Ibid. Locut. 150.

11. Et vidimus ſomnium ambo nocte una, ego & ille.....

11. ubi una nocte uterque vidimus ſomnium præſagum futurorum.

12. Erat ibi puer Hebræus, ejuſdem ducis militum famulus : cui narrantes ſomnia,

Ibid. Locut. 151.

13. Factum eſt autem ſicut comparavit nobis, ita & contigit.....

13. audivimus quidquid poſtea rei probavit eventus : ego enim redditus ſum officio meo : & ille ſuſpenſus eſt in cruce.

VULGATA NOVA.

Pſ. 104. 20.

14. Protinus ad regis imperium eductum de carcere Joſeph totonderunt : ac veſte mutata, obtulerunt ei.

14..... 15. *Vide Not.*

15. Cui ille ait : Vidi ſomnia, nec eſt qui ediſſerat : quæ audivi te ſapientiſſimè conjicere.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 541. *b.*

16. Et reſpondit Joſeph Pharaoni, dicens : Sine Deo non reſpondebitur ſalutare Pharaoni.

VULGATA NOVA.

16. Reſpondit Joſeph : Abſque me Deus reſpondebit proſpera Pharaoni.

VULGATA NOVA.

17. Narravit ergo Pharao quod viderat : Putabam me ſtare ſuper ripam fluminis,

18. & ſeptem boves de amne conſcendere, pulchras nimis, & obeſis carnibus : quæ in paſtu paludis virecta carpebant :

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 152. *t.* 3. 335. *c.*

19..... quales nunquam vidi tales in tota terra

VULGATA NOVA.

19. & ecce, has ſequebantur aliæ ſeptem bo-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

chi, *LXX. Interpretes tranſtulerunt.* Enarrat idem ſomnium Ambroſ. l. 2. offic. c. 16. to. 2. col. 89. f. dicens : *Somnium regis primum hoc fuit : Septem juvencæ aſcendebant de flumine, viſæ decoræ, & pingues corpore, & ad oram paſcebantur fluminis.*

℣. 3. Sic pergit Ambroſ. l. 2. offic. col. 89. f. *Aliæ quoque vitulæ viſu deformes, ac jejunæ corpore, poſt illas juvencas aſcendebant de flumine, & juxta eas in ipſo riparum thoro paſcebantur.* In Græco ſic : Ἄλλαι δὲ ἑπτὰ βόες ἀνέβαινον μετὰ ταύτας ἐκ τοῦ ποταμοῦ, αἰσχραὶ τῷ εἴδει, καὶ λεπταὶ ταῖς σαρξί, καὶ ἐστήκεισαν παρὰ τὰς βόας ἐπὶ τὸ χεῖλος τοῦ ποταμοῦ. *Aliæ autem ſeptem boves aſcendebant poſt has de flumine, turpes ſpecie, & graciles carnibus, & paſcebantur apud boves ad labium fluminis.*

℣. 4. Addit Ambroſ. ubi ſup. *Et viſæ ſunt hæ vitulæ tenues, atque exiles devorare illas, quæ præſtabant & formâ & gratiâ.* Græc. Καὶ κατέφαγον αἱ ἑπτὰ βόες αἱ αἰσχραὶ, καὶ λεπταὶ ταῖς σαρξὶ τὰς ἑπτὰ βόας τὰς καλὰς τῷ εἴδει, καὶ τὰς ἐκλεκτὰς ταῖς σαρξί, &c. id eſt, *Et devorarunt ſeptem boves turpes, & graciles carnibus, ſeptem boves pulchras ſpecie, & electas carnibus,* &c.

℣. 5. Sic Ambroſ. loco ſup. citato : *Et ſomnium ſecundum hoc fuit : Septem ſpicæ pingues, electæ, & bonæ de terra ſurgebant.* Græc. Καὶ ἐνυπνιάσθη τὸ δευτέρον· καὶ ἰδοὺ ἑπτὰ σάχυες ἀνέβαινον ἐν τῷ φυτῷ ἑνὶ ἐκλεκτοὶ, καὶ καλοί· id eſt, *Et ſomniavit ſecundò : Et ecce ſeptem ſpicæ aſcendebant in propagine una electæ, & pulchræ.*

℣. 6. Ambroſ. ibid. *Et poſt eas ſeptem ſpicæ exiles, & vento corruptæ, ac marcidæ* (Mſs. quid ; *madidæ*, al. *macidæ*) *ſe ſubjicere moliebantur.* Græc. Καὶ ἰδοὺ ἑπτὰ σάχυες λεπτοὶ, καὶ ἀνεμόφθοροι, ἀνερύοντο μετ' αὐτάς. *Et ecce ſeptem ſpicæ graciles, & à vento corruptæ, pullulabant poſt eas.*

℣. 7. In Græco primùm : Καὶ κατέπιον (M. Oxon. κατέφαγον) οἱ ἑπτὰ σάχυες οἱ λεπτοὶ, καὶ ἀνεμόφθοροι τὰς ἑπτὰ σάχυας τὰς ἐκλεκτὰς καὶ τὰς πλήρεις. i. e. *Et devoraverunt ſeptem ſpicæ graciles, & à vento corruptæ, ſeptem ſpicas electas & plenas :* quibus reſpondent iſta Ambroſii, l. 2. offic. c. 16. col. 89. f. *Et viſum eſt quòd lætas, & uberes ſpicas, ſteriles ſpicæ & tenues devoraverunt :* quæ adduntur ex Auguſt. conveniunt cum Græco, niſi excipias verbum *ſurrexit*, pro quo, ἠγέρθη, *expergefactus eſt*, & verò Auguſt. infra, *evigilatum* dicit.

℣. 9. Græc. Καὶ ἐλάλησεν ὁ ἀρχιοινοχόος πρὸς Φαραὼ, λέγων, &c. *Et locutus eſt princeps pincernarum ad Pharaonem, dicens :* reliqua ut in textu. Eò pertinent iſta Ambroſii, l. de Joſ. c. 6. to. 1. col. 496. c. *Admonitus ergo ſui* (*ſpado*, infra, *vini præpoſitus*) *per ſomnium regis, ait : Peccatum meum recordor.*

℣. 10. Itidem Græcè.

℣. 11. Optimè è Græco. Vide ſis Ambroſ. l. de Joſ. c. 7. to. 1. col. 497. b.

℣. 13. Græc. Ἐγενήθη δὲ, καθὼς συνέκρινεν ἡμῖν, οὕτως καὶ συνέβη, &c. *Factum eſt autem, ſicut interpretatus eſt nobis, ita & evenit.*

℣℣. 14..... 15. His alludit Ambroſ. l. de Joſ. c. 7. col. 497. c. dicens : *Quo cognito, rex quoque eum juſſit accerſiri, erutumque de carcere interrogavit ſi poſſet interpretari ſibi ſomnium.* Similiter in Græco : Ἀποστείλας δὲ Φαραὼ, ἐκάλεσε τὸν Ἰωσὴφ· καὶ ἐξήγαγον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἐχυρώματος..... εἶπε δὲ Φαραὼ πρὸς Ἰωσὴφ..... Ἐγὼ δὲ ἀκήκοα περὶ οὗ λεγόντων, ἀκούσαντά σε ἐνύπνια, συγκρῖναι αὐτά. i. e. *Mittens autem Pharao, vocavit Joſeph ; & eduxerunt eum de cuſtodia..... dixit autem Pharao ad Joſeph..... Ego audivi de te dicentes, quia cùm audiveris ſomnia, interpretaris ea.*

℣. 16. Græc. Ἀποκριθεὶς δὲ Ἰωσὴφ τῷ Φαραὼ, εἶπεν, &c. ut in Lat. Addit Hieron. *In Hebræo aliter habet : Sine me Deus reſpondebit pacem Pharaoni.*

℣. 19. Itidem Græcè, præter unum, οὐχ, *non*, pro *nunquam.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ves in tantum deformes & macilentæ, ut nunquam tales in terra Ægypti viderim :

20. quæ, devoratis & conſumptis prioribus,

21. nullum ſaturitatis dedêre veſtigium : ſed ſimili macie & ſqualore torpebant. Evigilans, rurſus ſopore depreſſus,

VERSIO ANTIQUA.

Ægypti turpiores. *Aug. ubi ſup.*

21..... Exſurgens autem, dormivi. *Ibid.*

VULGATA NOVA.

22. vidi ſomnium : Septem ſpicæ pullulabant in culmo uno plenæ atque pulcherrimæ.

23. Aliæ quoque ſeptem tenues & percuſſæ uredine, oriebantur è ſtipula :

24. quæ priorum pulchritudinem devoraverunt. Narravi conjectoribus ſomnium, & nemo eſt qui ediſſerat.

VULGATA NOVA.

25. Reſpondit Joſeph : Somnium regis unum eſt : quæ facturus eſt Deus, oſtendit Pharaoni.

26. Septem boves pulchræ, & ſeptem ſpicæ plenæ : ſeptem ubertatis anni ſunt : eandemque vim ſomnii comprehendunt.

27. Septem quoque boves tenues atque macilentæ, quæ aſcenderunt poſt eas, & ſeptem ſpicæ tenues, & vento urente percuſſæ : ſeptem anni venturæ ſunt famis.

28. Qui hoc ordine complebuntur :

29. Ecce ſeptem anni venient fertilitatis magnæ in univerſa terra Ægypti :

30. quos ſequentur ſeptem anni alii tantæ ſterilitatis, ut oblivioni tradatur cuncta retro abundantia : conſumptura eſt enim fames omnem terram,

31. & ubertatis magnitudinem perditura eſt inopiæ magnitudo.

32. Quòd autem vidiſti ſecundò ad eandem rem pertinens ſomnium : firmitatis indicium eſt, eò quòd fiat ſermo Dei, & velociùs impleatur.

33. Nunc ergo provideat rex virum ſapientem & induſtrium, & præficiat eum Terræ Ægypti :

34. Qui conſtituat præpoſitos per cunctas regiones : & quintam partem fructuum per ſeptem annos fertilitatis,

35. qui jam nunc futuri ſunt, congreget in horrea : & omne frumentum ſub Pharaonis poteſtate condatur, ſerveturque in urbibus.

VERSIO ANTIQUA.

25..... quæcunque facit Deus, oſtendit Pharao. *Ambr. l. de Joſ. c. 7. t. 1. 497. d. e.*

26. Septem vaccæ bonæ, ſeptem anni ſunt; & ſeptem ſpicæ bonæ, ſeptem anni ſunt : ſomnium Pharao unum eſt.

27. Et ſeptem vaccæ macræ, quæ poſt illas aſcendebant, ſeptem anni ſunt; & ſeptem ſpicæ macræ, & à vento corruptæ, ſeptem anni ſunt : erit ſeptem annis fames.

28. Verbum autem quod dixi, quæcunque facit Deus, oſtendit Pharao :

29. Ecce ſeptem anni veniunt ubertatis magnæ in totam terram Ægypti :

30. Veniet autem ſeptem annis fames poſt hæc, & obliviſcentur ubertatem in tota Ægypto : & conſumet fames totam terram,

31. & non agnoſcetur ubertas terræ à fame quæ futura eſt poſt hæc : valida enim nimium.

32. Quòd autem iteravit ſomnium Pharao bis; quia verum erit verbum à Deo, & feſtinabit Deus facere illud.

33. Nunc ergo vide hominem prudentem & & intelligentem, & conſtitue eum ſuper Terram Ægypti : *Aug. Locut. 155. t. 3. 335. f.*

34. Et faciat Pharao, & conſtituat locorum principes ſuper terram.....

35..... & congregetur triticum ſub manu Pharaonis..... *Ibid. Locut. 156.*

VULGATA NOVA.

36. Et præparetur futuræ ſeptem annorum fami, quæ oppreſſura eſt Ægyptum, & non conſumetur terra inopiâ.

37. Placuit Pharaoni conſilium & cunctis miniſtris ejus :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 21. Græc. Ἐξεγερθεὶς δὲ, ἐκοιμήθην. *Expergefactus autem, dormivi.*

℣. 25. Auguſt. Locut. 153. de Gen. to. 3. col. 335. d. *Quanta Deus facit, oſtendit Pharaoni.* Græc. Ὅσα ὁ Θεὸς ποιεῖ, &c. ut ſup.

℣. 26. Similia Græcum exhibet : eademque rurſum memorat Ambroſ. l. 2. offic. c. 16. to. 2. col. 90. b. dicens : *Hoc ſomnium ita aperuit S. Joſeph : eò quòd ſeptem juvencæ ſeptem anni forent : & ſeptem ſpicæ ſimiliter ſeptem anni forent*, &c. Auguſt. quæſt. 133. in Gen. col. 410. f. *Boves bonas & ſpicas bonas* vocat, ſicut infra *boves & ſpicas malas.*

℣. 27. Eadem leguntur Græcè, præter iſta, αἱ ἀναβαίνουσαι, *aſcendentes*, pro *quæ aſcendebant*; & in fine ἔζονται ἑπτὰ ἔτη λιμοῦ, *erunt ſeptem anni famis*, pro *erit ſeptem annis fames.* Vid. rurſum Ambroſ. l. 2. offic. c. 16. col. 90. b.

℣. 28. In Græco additur, Φαραὼ, poſt verbum *dixi*; cætera quadrant.

℣. 29. Græc. Ἰδοὺ ἑπτὰ ἔτη ἔρχεται εὐθηνία πολλὴ ἐν πάσῃ γῇ Αἰγύπτου. *Ecce ſeptem annos venit abundantia magna in tota terra Ægypti.* Hieron. verò quæſt. Hebr. to. 2. col. 541. c. cum Ambroſ. legit : *Ecce ſeptem anni venient abundantiæ magnæ in omni terra Ægypti;* tum addit : *Miror quomodo verbum Hebr.* Sabee, *quod nos ſupra* abundantiam, *ſive* ſatietatem, *in puteo quem foderunt extremum ſervi Iſaac, interpretati ſumus, nunc LXX. rectiſſimè transferentes, ibi* juramentum, *interpretati ſunt.* Vid. Ambroſ. l. 2. offic. c. 16. col. 90. c.

℣. 30. In Græco primùm : Ἥξει δὲ ἑπτὰ ἔτη λιμοῦ μετὰ ταῦτα, i. e. *Venient autem ſeptem anni famis poſt hos;* deinde ſic : Καὶ ἐπιλήσονται τῆς πλησμονῆς τῆς ἐσομένης ἐν ὅλῃ Αἰγύπτῳ, καὶ ἀναλώσει ὁ λιμὸς τὴν γῆν, quæ Auguſt. quæſt. 133. in Gen. to. 3. col. 410. f. ſic reddit : *Obliviſcentur ubertatis futuræ in tota terra Ægypti :* Item Locut. 154. de Gen. col. 335. d. *Et conſumet fames terram.* Auguſt. obſervat ſup. Non futuram ubertatem *illis, qui famem patientur, tanquam poſtea veniat illis ubertas, ſed futura erat,* inquit, *tunc quando loquebatur; tanquam diceret : Ubertatis hujus, quam futuram ſignificarunt boves bonæ & ſpicæ bonæ, obliviſcentur homines in ea fame, quam ſignificaverunt boves & ſpicæ malæ.*

℣. 31. Græc. Καὶ οὐκ ἐπιγνωσθήσεται ἡ εὐθηνία ἐπὶ τῆς γῆς ἀπὸ τοῦ λιμοῦ τοῦ ἐσομένου μετὰ ταῦτα· ἰσχυρὸς γὰρ ἔσται σφόδρα.

℣. 32. Græc. Περὶ δὲ τοῦ δευτερῶσαι τὸ ἐνύπνιον Φαραὼ δίς, ὅτι ἀληθὲς ἔσται τὸ ῥῆμα τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ· καὶ ταχυνεῖ ὁ Θεὸς τοῦ ποιῆσαι αὐτό· al. deeſt, τό, poſt ῥῆμα.

℣. 33. Totidem verba in Græco. Auguſt. infra non *vide*, legit, ſed *provide*, Gr. σκέψαι. Ambroſ. infra ℣. 35. *proſpice.*

℣. 34. Itidem in Græco.

℣. 35. Sic etiam in Græco eſt. Ambroſ. l. 2. offic. c. 16. col. 90. c. eadem commemorat, dicens : *Qua gratia*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 134. *in Gen. t.* 3. 410. *g.*

38..... Nunquid inveniemus hominem talem, qui habeat ſpiritum Dei in ſe?

Aug. Locut. 157. 335. *c.*

40..... tamen thronum præcedam tui ego.

VULGATA NOVA.

38. locutuſque eſt ad eos: Num invenire poterimus talem virum, qui ſpiritu Dei plenus ſit?

39. Dixit ergo ad Joſeph: Quia oſtendit tibi Deus omnia quæ locutus es, nunquid ſapientiorem & conſimilem tui invenire potero?

40. Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: uno tantùm regni ſolio te præcedam.

Pſ. 104. 21. 1. *Mac.* 2. 53. *Act.* 7. 10.

VULGATA NOVA.

41. Dixitque rurſus Pharao ad Joſeph: Ecce, conſtitui te ſuper univerſam terram Ægypti.

41..... 42. *Vide Not.*

42. Tulitque annulum de manu ſua, & dedit eum in manu ejus: veſtivitque eum ſtola byſſina, & collo torquem auream circumpoſuit.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 541. *c.*

43..... & clamavit ante eum præco, & conſtituit eum ſuper omnem terram Ægypti.

VULGATA NOVA.

43. Fecitque eum aſcendere ſuper currum ſuum ſecundum, clamante præcone, ut omnes coram eo genu flecterent, & præpoſitum eſſe ſcirent univerſæ terræ Ægypti.

Aug. Locut. 158. *t.* 3. 335. *f.*

44..... Ego Pharao: ſine te nemo extollet manum ſuam ſuper omnem terram Ægypti.

44. Dixit quoque rex ad Joſeph: Ego ſum Pharao: abſque tuo imperio non movebit quiſquam manum aut pedem in omni terra Ægypti.

Aug. quæſt. 135. & 136. *in Gen. t.* 3. 411. *a. b.*

45. Et impoſuit Pharao nomen Joſeph, Pſonthomphanech. Et dedit ei Aſeneth filiam Petephræ ſacerdotis ſolis civitatis, ipſi uxorem.

45. Vertitque nomen ejus, & vocavit eum linguâ Ægyptiacâ, Salvatorem mundi. Deditque illi uxorem Aſeneth filiam Putiphare ſacerdotis Heliopoleos. Egreſſus eſt itaque Joſeph ad terram Ægypti,

VULGATA NOVA.

Inf. 47. 9.

46. (triginta autem annorum erat quando ſtetit in conſpectu regis Pharaonis) & circuivit omnes regiones Ægypti.

46..... *Vide Not.*

47. Venitque fertilitas ſeptem annorum: & in manipulos redactæ ſegetes congregatæ ſunt in horrea Ægypti.

48. Omnis etiam frugum abundantia in ſingulis urbibus condita eſt:

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 137. *in Gen.* 411. *f.*

49. Et congregavit Joſeph triticum, ſicut arenam maris, multum valde, quoad uſque non potuit numerari; non enim erat numerus.

VULGATA NOVA.

49. tantaque fuit abundantia tritici, ut arenæ maris coæquaretur, & copia menſuram excederet.

Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 542. *b.*

50. Et Joſeph nati ſunt duo filii antequam venirent anni famis: quos peperit ei Aſeneth, filia Putipharis ſacerdotis Heliopoleos.

50. Nati ſunt autem Joſeph filii duo antequam veniret fames: quos peperit ei Aſeneth filia Putiphare ſacerdotis Heliopoleos.

Inf. 46. 20. 48. 5.

51. Vocavit autem Joſeph nomen primogeniti, Manaſſe: Quia obliviſci me fecit Deus omnium laborum meorum, & omnis domûs patris mei.

51. Vocavitque nomen primogeniti, Manaſſes, dicens: Obliviſci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domûs patris mei.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

proſpiciendum admonuit, ut uberioribus annis congregaretur ſubſidium frumentarium, quod ſuſtentare poſſet inopiam futuræ infœcunditatis.

℣. 38. Optimè è Græco.

℣. 40. Addit Auguſt. ibid. *Sic ſe habent verba in Græco, quæ dixit Pharao ad Joſeph: ſed* Præcedam tui, *uſitata eſt apud Græcos locutio, apud nos autem dicitur,* Præcedam te: *illud verò,* Præcedam te thronum, *nec apud Græcos uſitata perhibetur, ſed,* Præcedam te throno, *id eſt, honore ſedis, quod intelligitur,* Præcedam te regno. Gr. πλὴν τὸν θρόνον ὑπερέξω σε ἐγώ.

℣. 41. Huc redit quod Tertul. l. de Idol. c. 18. pag. 245. b. ait, *Joſeph qui ſervus fuerat, Ægyptum eſſe conſecutum.* In Gr. Ἰδὲ καθίστημί σε σήμερον ἐπὶ πάσῃ γῇ Αἰγύπτῳ, *Ecce conſtituo te hodie ſuper omnem terram Ægypti.*

℣. 42. In Græco ſic: Καὶ περιελόμενος Φαραὼ τὸν δακτύλιον ἀπὸ τῆς χειρὸς αὐτοῦ, περιέθηκεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν χεῖρα Ἰωσὴφ, καὶ ἐνέδυσεν αὐτὸν στολὴν βυσσίνην, καὶ περιέθηκε κλοιὸν χρυσοῦν περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ἀνεβίβασεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἅρμα, &c. i. e. *Et detrahens Pharao annulum de manu ſua, circumpoſuit illum ſuper manum Joſeph, & induit eum ſtola byſſina, & circumpoſuit torquem aureum circa collum ejus, & aſcendere eum fecit ſuper currum,* &c. Eadem memorat Ambroſ. l. de Joſ. c. 7. col. 498. c. dicens: *Quid ſibi vult annulus digito ejus inſertus?.... quid ſtola? ..... torques aureus..... currus quoque,* &c.

℣. 43. Ad verbum è Græco.

℣. 44. Optimè è Græco, niſi quòd pro *nemo extollet*, ſcriptum, οὐκ ἐξαρεῖ ὑθείς, Nobilius, *non levabit quiſquam*, quod idem valet.

℣. 45. Græc. primo loco habet, Καὶ ἐκάλεσε, & *vocavit*, pro & *impoſuit*; & in fine: ἀνδρὶ εἰς γυναῖκα, *ei in uxorem*, pro *ipſi uxorem*; cætera concordant ad verbum. Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 542. a. ſic legit: *Et vocavit Pharao nomen Joſeph, Saphaneth* Phanee, & *dedit ei Aſeneth filiam Phutiphar ſacerdotis Heliopoleos in uxorem*; tum addit: *Interpretatur ſermone Ægyptio*, Saphaneth Phanee, *ſive ut LXX. transferre voluerunt*, Pſomthomphanec, *ſalvator mundi.* Item in Dan. 1. to. 3. col. 1076. a. ait: *Pharao Joſeph in Ægypto appellavit*, Somtonphanech. Vid. ſis Auguſt. in quæſt. ubi ſup.

℣. 46. In Græco ſic: Ἰωσὴφ δὲ ἦν ἐτῶν τριάκοντα, ὅτε ἔστη ἐναντίον Φαραὼ, &c. unde Auguſt. quæſt. 128. in Gen. to. 3. col. 410. b. ait: *Evidenter Scriptura dicit, Triginta annorum fuiſſe Joſeph, quando innotuit Pharaoni.* Vide ſeqq. apud ipſum.

℣. 49. Vix meliùs è Græco.

℣. 50. Eadem prorſus in Græco, præter ſeqq. τῷ δὲ Ἰωσὴφ, *Joſeph autem*, pro & *Joſeph*; ſubinde, ἑπτὰ ἔτη, *ſeptem anni*, non *anni* ſimpliciter, & Πελεφρῆ, *Petephræ*, loco *Putipharis.*

℣. 51. Ad verbum è Græco, præter poſtrema, & *omnis domus patris mei*, pro quibus, καὶ πάντων τῶν τοῦ πατρός μου, & *omnium patris mei.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 2. pag. 20. d. ſic habet: *Cùm natus ſuiſſet in Ægypto filius Joſeph, vocavit nomen ejus, Manaſſes, dicens: Obliviſci me fecit Dominus laborum meorum, & laborum omnium domûs patris mei.* In aliquot etiam codd. Græcis eſt, λέγων, ὅτι ἐπιλαθέσθαι με ἐποίησεν, in al. verò deeſt, λέγων. Eò etiam ſpectant quæ Ambroſ. narrat l. de Joſ. c. 7. to. 1. col. 498. d. *Ex gentibus accepit uxorem.....* & *ſuſcepit ex ea filium Manaſſen, per quem oblitus eſt omnes*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

52. Nomen quoque ſecundi appellavit Ephraïm, dicens: Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.

VERSIO ANTIQUA.

52. Nomen autem ſecundi vocavit Ephraïm: Quia creſcere me fecit Deus in terra humilitatis meæ. *Hieron. ubi ſup.*

VULGATA NOVA.

53. Igitur tranſactis ſeptem ubertatis annis, qui fuerant in Ægypto:

54. cœperunt venire ſeptem anni inopiæ, quos prædixerat Joſeph: & in univerſo orbe fames prævaluit, in cuncta autem terra Ægypti panis erat.

55. Qua eſuriente, clamavit populus ad Pharaonem, alimenta petens. Quibus ille reſpondit: Ite ad Joſeph: & quidquid ipſe vobis dixerit, facite.

56. Creſcebat autem quotidie fames in omni terra: aperuitque Joſeph univerſa horrea, & vendebat Ægyptiis: nam & illos oppreſſerat fames. 56..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

57. Omneſque provinciæ veniebant in Ægyptum, ut emerent eſcas, & malum inopiæ temperarent.

VERSIO ANTIQUA.

57. Et omnes regiones venerunt in Ægyptum ad Joſeph, emere..... *Ambr. l. de Joſ. c. 7. t. 1. 499. a.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

dolores ſuos. Græc. πάντων τῶν πόνων. Item l. de bened. Patr. c. 1. col. 514. c. ait: *Manaſſes ex oblivione, latina interpretatione ſignatur.* Caſſiod. in Pſ. 59. col. 200. a. legit: *Obliviſci me fecit Deus dolorem, & domum patris mei.*

℣. 52. Similiter in Græco, niſi excipias iſtud, ἤυξησέ με, pro *creſcere me fecit.* Rectè Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 1. to 1. col. 514. c. *Ephræm autem*, inquit, *fecunditatem fidei interpretatione nominis pollicetur, qui auxit patrem, ſicut ait ipſe Joſeph, dicens: Quia auxit me Deus in terra humilitatis meæ.* Vide etiam l. de Joſ. c. 7. to. 1. col. 498. e. Immo Hieron. ipſe loco cit. addit: *Ephraïm vocatur, eò quòd auxerit eum Deus.*

℣. 56. Ambr. l. de Joſ. c. 7. to. 1. col. 498. e. f. huc reſpiciens, ait: *Quicunque famem patiebantur, ad Joſeph mittebantur; & poſt pauca: Erat autem fames, non unius loci, ſed totius terræ..... aperuit ergo horrea ſua ..... & vendebat..... vendebat autem non paucis in Judæa, ſed vendebat omnibus.* Item l. 2. de Jacob, c. 8. col. 471. b. *Fames erat in tota terra:* & l. 2. offic. c. 16. to. 2. col. 89. c. *Patefecit horrea, ut omnes emerent*, &c. In Græco Πορεύεσθε πρὸς Ἰωσὴφ..... ἃ ἐὰν ὁ λιμὸς ἦν ἐπὶ προσώπου πάσης τῆς γῆς· ἀνέῳξε δὲ Ἰωσὴφ σιτήρας τοὺς μεγάλους, καὶ ἐπώλει πᾶσι τοῖς Αἰγυπτίοις.

℣. 57. Similiter in Græco, præter hoc, ἀγοράζειν πρὸς Ἰωσήφ, *emere à Joſeph*, ſequitur in Græco, ἐπεκράτησε γὰρ ὁ λιμὸς ἐν πάσῃ τῇ γῇ, pro quo apud Ambroſ. ibid. *Obtinuerat enim fames.*

CAPUT XLII.

VULGATA NOVA.

1. AUdiens autem Jacob quòd alimenta venderentur in Ægypto, dixit filiis ſuis: Quare negligitis?

2. audivi quòd triticum venundetur in Ægypto: deſcendite, & emite nobis neceſſaria, ut poſſimus vivere, & non conſumamur inopiâ.

VERSIO ANTIQUA.

1. VIdens autem Jacob quia eſt venditio in Ægypto, dixit filiis ſuis: Quare ſegnes eſtis? *Aug. Locut. 159. t. 3. 335. f.*

2. ecce audivi quia frumentum eſt in Ægypto: deſcendite illò, & emite nobis puſillas eſcas, ut vivamus, & non moriamur. *Ambr. l. de Joſ. c. 8. t. 1. 499. e. Aug. Locut. 160. t. 3. 335. f.*

VULGATA NOVA.

3. Deſcendentes igitur fratres Joſeph decem, ut emerent frumenta in Ægypto, 3..... 4. *Vide Not.* *Inf. 43. 20.*

4. Benjamin domi retento à Jacob, qui dixerat fratribus ejus: Ne fortè in itinere quidquam patiatur mali:

5. ingreſſi ſunt terram Ægypti cum aliis qui pergebant ad emendum. Erat autem fames in terra Chanaan.

6. Et Joſeph erat princeps in terra Ægypti, atque ad ejus nutum frumenta populis vendebantur. Cùmque adoraſſent eum fratres ſui,

VULGATA NOVA.

7. & agnoviſſet eos, quaſi ad alienos duriùs loquebatur, interrogans eos: Unde veniſtis? Qui reſponderunt: De terra Chanaan, ut emamus victui neceſſaria.

VERSIO ANTIQUA.

7..... ab his ſe avertebat, & loquebatur his dura..... *Ambr. l. de Joſ. c. 9. 501. c.*

8. Et tamen fratres ipſe cognoſcens, non eſt cognitus ab eis. 8..... agnovit eos, ipſi verò non cognoverunt illum. *Auct. l. de prom. ap. Proſp. p. 112. c.*

9. Recordatuſque ſomniorum, quæ aliquan- 9. Et commemoratus eſt Joſeph ſomniorum *Aug. quæſt. 138. in Gen. t. 3. 411. g.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita in Græco ad verbum. Auguſt. tamen quæſt. 7. in Exod. col. 445. e. legit: *Cùm vidiſſet Jacob, quia ſunt eſcæ in Ægypto.* Ambroſ. l. de Joſ. c. 8. col. 499. e. addit: *Et Jacob dixit filiis ſuis: Quare pigri eſtis?* Græcè Ἱνατί ῥαθυμεῖτε;

℣. 2. Priora ex Ambroſio uſque ad vocem, *puſillas*, reliqua ex Auguſtino; cuncta verò conveniunt cum Græco. Ambroſ. ſimiliter addit *eſcas*, ſed abſque voce *puſillas.* Auguſt. Locut. 159. de Gen. to 3. col. 335. f. legit: *Ecce audivi quòd eſt venditio in Ægypto.* At in Græco, σῖτος, non, πράσις, ut ℣. 1. Vide ſis Ambroſ. l. 2. de Jacob, c. 8. col. 471. b.

℣. 3. Græc. Κατέβησαν δὲ οἱ ἀδελφοὶ Ἰωσὴφ αἱ δέκα ωρίασθαι, &c. unde Ambroſ. l. de Joſ. c. 8. col. 499. f. ait: *Ideo decem pergunt.*

℣. 4. Sic habet Ambroſ. l. de Joſ. c. 8. col. 499. f. *Non pergit junior, non miſit eum pater, ne contingat eum infirmitas; adhuc enim obnoxius erat infirmitati Benjamin junior.* Quibus Græca ſic reſpondent: Τὸν δὲ Βενιαμὶν τὸν ἀδελφὸν Ἰωσὴφ οὐκ ἀπέστειλε μετὰ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ· εἶπε γάρ· Μήποτε συμβῇ αὐτῷ μαλακία.

℣. 7. Sic Ambroſ. ibid. *Agnoſcebat quidem eos; ſed ab his ſe avertebat,* & *loquebatur his dura.* In Græco, Ἰδὼν δὲ Ἰωσὴφ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, ἐπέγνω· καὶ ὑπολαβὼν ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς σκληρά, &c.

℣. 8. Idem Auctor anteponit iſta: *Videns Joſeph fratres ſuos;* deinde ut ſupra. Apud Ambroſ. l. de Joſ. c. 9. col. 501. c. ſic: *Ipſi non agnoſcebant eum, à quo agnoſcebantur.* In Gr. Ἐπέγνω δὲ Ἰωσὴφ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐπέγνωζαν αὐτόν.

℣. 9. Priora verba uſque ad, & *dixit*, quæ prodeunt ex Auguſt. concinunt cum Græco; reliqua vix differunt, ita enim legitur in Gr. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Κατάσκοποί ἐστε, καλαγωγῆσαι τὰ ἴχνη τῆς χώρας ἥκατε. i. e. *Et dixit eis:*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Auct. l. de præd. ap. Prosp. p. 112. c. ſuorum, quæ vidit ipſe..... & dixit : Exploratores eſtis : conſiderare veſtigia hujus terræ veniſtis.

Aug. Locut. 161. t. 3. 335. g. 11..... pacati ſumus, non ſunt pueri tui exploratores.

Ibid. Locut. 162. 336. a. 13..... Duodecim ſumus pueri tui, fratres in terra Chanaan.....

Ibid. Locut. 163. 14.... Hoc eſt quod dixi vobis, dicens : Quòd exploratores eſtis.

Aug. quæſt. 139. in Gen. t. 3. 412. c. 15..... Per ſalutem Pharaonis non exibitis hinc, niſi venerit frater veſter junior.

16. Mittite ex vobis unum, & adducite fratrem veſtrum : vos autem ducemini, quoad uſque manifeſta ſint verba veſtra, ſi vera dicitis an non : ſin autem, per ſalutem Pharaonis exploratores eſtis.

VULGATA NOVA.

do viderat, ait ad eos : Exploratores eſtis : ut videatis infirmiora terræ, veniſtis.

10. Qui dixerunt : Non eſt ita, domine, ſed ſervi tui venerunt ut emerent cibos.

11. Omnes filii unius viri ſumus : pacifici venimus, nec quidquam famuli tui machinantur mali.

12. Quibus ille reſpondit : Aliter eſt : immunita terræ hujus conſiderare veniſtis.

13. At illi : Duodecim, inquiunt, ſervi tui, fratres ſumus, filii viri unius in terra Chanaan : minimus cum patre noſtro eſt, alius non eſt ſuper.

14. Hoc eſt, ait, quod locutus ſum : Exploratores eſtis.

15. Jam nunc experimentum veſtri capiam : per ſalutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater veſter minimus.

16. Mittite ex vobis unum, & adducat eum : vos autem eritis in vinculis, donec probentur quæ dixiſtis utrùm vera an falſa ſint : alioquin per ſalutem Pharaonis exploratores eſtis.

VULGATA NOVA.

17. Tradidit ergo illos cuſtodiæ tribus diebus.

18. Die autem tertio eductis de carcere, ait : Facite quæ dixi, & vivetis : Deum enim timeo.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 164. t. 3. 336. b. 19..... ipſi verò ite, & ducite emptionem tritici veſtri.

Auct. l. de præd. ap. Prosp. p. 112. d. 21..... In peccato ſumus de fratre noſtro.....

Aug. Locut. 165. p. 336. b. & Auct. l. de præd. p. 112. Aug. Locut. 166. 336. b. & q. 140. in Gen. 412. f. Idem quæſt. 141. 412. g. 22..... Nonne locutus ſum vobis, dicens : Non noceatis puero : & non exaudiſtis me ?..... ecce ſanguis ejus exquiritur.

23. Ipſi autem ignorabant quia audit Joſeph : interpres enim inter illos erat.

24..... & iterum acceſſit ad eos, & dixit illis.

VULGATA NOVA.

19. Si pacifici eſtis, frater veſter unus ligetur in carcere : vos autem abite, & ferte frumenta quæ emiſtis in domos veſtras,

20. & fratrem veſtrum minimum ad me adducite, ut poſſim veſtros probare ſermones, & non moriamini. Fecerunt ut dixerat, *Inf. 43. 5.*

21. & locuti ſunt ad invicem : Meritò hæc patimur, quia peccavimus in fratrem noſtrum, videntes anguſtiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audivimus : idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio.

22. E quibus unus Ruben, ait : Nunquid non dixi vobis : Nolite peccare in puerum : & non audiſtis me ? en ſanguis ejus exquiritur. *Sup. 37. 22.*

23. Neſciebant autem quòd intelligeret Joſeph : eò quòd per interpretem loqueretur ad eos.

24. Avertitque ſe parumper, & flevit : & reverſus locutus eſt ad eos.

VULGATA NOVA.

25. Tollenſque Simeon, & ligans illis præſentibus, juſſit miniſtris ut implerent eorum ſaccos tritico, & reponerent pecunias ſingulorum in ſacculis ſuis, datis ſupra cibariis in viam : qui fecerunt ita.

26. At illi portantes frumenta in aſinis ſuis, profecti ſunt.

27. Apertoque unus ſacco, ut daret jumento pabulum in diverſorio, contemplatus pecuniam in ore ſacculi,

28. dixit fratribus ſuis : Reddita eſt mihi pecunia, en habetur in ſacco. Et obſtupefacti turbatique, mutuò dixerunt : Quidnam eſt hoc quod fecit nobis Deus ?

29. Veneruntque ad Jacob patrem ſuum in terram Chanaan, & narraverunt ei omnia quæ acciderant ſibi, dicentes :

30. Locutus eſt nobis dominus terræ durè, & putavit nos exploratores eſſe provinciæ.

31. Cui reſpondimus : Pacifici ſumus, nec ullas molimur inſidias.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Exploratores eſtis, ad conſideranda veſtigia regionis veniſtis.

℣. 11. Itidem Græcè.

℣. 13. Sic etiam in Græco : Auguſt. addit : *Sumus, dictum eſt*, pro *habitamus.*

℣. 14. Nil Græco ſimilius.

℣. 15. Optimè è Græco, niſi quòd ibi verbum, ἐλθῇ, habetur in fine, adjunctâ voculâ, ὧδε, *venerit huc.*

℣. 16. Similia Græcum habet, præter tria, nempe, λάβετε, *ſumite*, pro *adducite*, ἀπάχθητε, *abducamini*, pro *ducemini ;* & in fine, ἢ μὴν κατάσκοποί ἐστε, *profectò exploratores eſtis.* Vid. ſeqq. apud Auguſt.

℣. 19. *Ducite*, addit Auguſt. ibid. *pro eo quod eſt, ferte ; quia enim ducuntur jumenta in quibus fertur, etiam hoc duci dictum eſt ;* & verò in Græco eſt : Αὐτοὶ δὲ βαδίζατε, καὶ ἀπαγάγετε τὸν ἀγορασμὸν τῆς σιτοδοχίας ὑμῶν, *Ipſi verò ite, & aſportate emptionem frumentationis veſtræ.*

℣. 21. Græc..... Ἐν ἁμαρτίαις γὰρ ἐσμεν, &c. *In peccatis enim ſumus*, &c. ut ſup.

℣. 22. Eadem ſunt in Græco, niſi quòd voci *ecce*, præponitur καὶ. Auct. l. de promiſſ. loco cit. ſic habet : *Nunquid non dixi vobis : Nolite vexare puerum, & non me audiſtis ?* deinde, *ecce ſanguis*, &c. quæ ex ipſo addita ſunt ſup.

℣. 23. Auguſt. quæſt. 140. legit : *Ipſi ignorabant, quia audiebat Joſeph*, &c. ut ſup. Græc. Αὐτοὶ δὲ οὐκ ᾔδεισαν, ὅτι ἀκούει Ἰωσήφ, &c. ut in Lat.

℣. 24. Ad verbum è Græco.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

32. Duodecim fratres uno patre geniti ſumus: unus non eſt ſuper, minimus cum patre noſtro eſt in terra Chanaan.

33. Qui ait nobis: Sic probabo quòd pacifici ſitis: Fratrem veſtrum unum dimittite apud me, & cibaria domibus veſtris neceſſaria ſumite, & abite,

VERSIO ANTIQUA. VULGATA NOVA.

Aug. ubi ſup. 34..... & in terra mercamini. 34. fratremque veſtrum minimum adducite ad me, ut ſciam quòd non ſitis exploratores: & iſtum, qui tenetur in vinculis, recipere poſſitis: ac deinceps quæ vultis, emendi habeatis licentiam.

VERSIO ANTIQUA. VULGATA NOVA.

Idem Locut. 168. col. 336. e. 35..... & erat uniuſcujuſque alligatura argenti in ſacco eorum..... 35. His dictis, cùm frumenta effunderent, ſinguli repererunt in ore ſaccorum ligatas pecunias: exterritiſque ſimul omnibus,

VERSIO ANTIQUA.

32. Duodecim ſumus fratres filii patris noſtri: unus non eſt, puſillus autem cum patre noſtro hodie in terra Chanaan. *Aug. Locut. 167. t. 3. 336. c. d.*

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

36. dixit pater Jacob: Abſque liberis me eſſe feciſtis, Joſeph non eſt ſuper, Simeon tenetur in vinculis, & Benjamin auferetis: in me hæc omnia mala reciderunt. 36..... ſuper me facta ſunt omnia hæc. *Idem Locut. 169. 336. e.*

37. Cui reſpondit Ruben: Duos filios meos interfice, ſi non reduxero illum tibi: trade illum in manu mea, & ego eum tibi reſtituam.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

38. At ille: Non deſcendet, inquit, filius meus vobiſcum: frater ejus mortuus eſt, & ipſe ſolus remanſit: ſi quid ei adverſi acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos. 38..... & deducetis ſenectam meam cum triſtitia ad infernum. *Aug. quæſt. 142. t. 3. 413. a.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 32. Eadem leguntur Græcè, verbum pro verbo.

℣. 34. In Gr. ἐν τῇ γῇ ἐμπορεύεσθε, & *in terra negotiabimini:* unde Ambroſ. l. de Joſ. c. 8. col. 500. c. dicit: *In hoc frumento negotiantur patriarchæ.*

℣. 35. Ita in Græco ad verbum. His quoque alludit Ambroſ. l. de Joſ. c. 8. col. 500. c. dicens: *Illi quidem argentum detulerunt; ſed bonus Joſeph frumentum dedit, argentum reddidit.*

℣℣. 36..... 38. Eadem leguntur in Græco.

CAPUT XLIII.

VULGATA NOVA.

1. INterim fames omnem terram vehementer premebat. 1..... *Vide Not.*

2. Conſumptiſque cibis quos ex Ægypto detulerant, dixit Jacob ad filios ſuos: Revertimini, & emite nobis pauxillum eſcarum.

VERSIO ANTIQUA. VULGATA NOVA.

Aug. Locut. 170. t. 3. 336. f. 3. Ait autem illi Judas, dicens..... 3. Reſpondit Judas: Denuntiavit nobis vir ille ſub atteſtatione jurisjurandi, dicens: Non videbitis faciem meam, niſi fratrem veſtrum minimum adduxeritis vobiſcum.

4. Si ergo vis eum mittere nobiſcum, pergemus pariter, & ememus tibi neceſſaria:

VULGATA NOVA.

8. Judas quoque dixit patri ſuo: Mitte puerum mecum, ut proficiſcamur, & poſſimus vivere: ne moriamur nos, & parvuli noſtri.

9. Ego ſuſcipio puerum: de manu mea require illum: niſi reduxero, & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore. *Inf. 44. 32.*

5. Sin autem non vis, non ibimus: vir enim, ut ſæpe diximus, denuntiavit nobis, dicens: Non videbitis faciem meam abſque fratre veſtro minimo. *Sup. 42. 20.*

6. Dixit eis Iſraël: In meam hoc feciſtis miſeriam, ut indicaretis ei & alium habere vos fratrem.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

7. At illi reſponderunt: Interrogavit nos homo per ordinem noſtram progeniem: ſi pater viveret: ſi haberemus fratrem: & nos reſpondimus ei conſequenter juxta id quod fuerat ſciſcitatus: nunquid ſcire poteramus quòd dicturus eſſet: Adducite fratrem veſtrum vobiſcum? 7..... Interrogans interrogavit nos homo..... *Aug. Locut. 171. p. 336. f.*

VERSIO ANTIQUA.

8..... Mitte puerum mecum, & ſurgentes ibimus, ut vivamus, & non moriamur & nos, & tu, & ſubſtantia noſtra. *Aug. quæſt. 47. in Exod. t. 3. 434. c.*

VULGATA NOVA.

10. Si non interceſſiſſet dilatio, jam vice altera veniſſemus.

VERSIO ANTIQUA.

11..... & deferte viro munera, aliquid reſinæ, & mellis, thymiama, & ſtacten, & terebinthum, & nuces. *Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 542. b.*

11. Igitur Iſraël pater eorum dixit ad eos: Si ſic neceſſe eſt, facite quod vultis: ſumite de optimis terræ fructibus in vaſis veſtris, & deferte viro munera, modicum reſinæ, & mellis, & ſtoracis, ſtactes, & terebinthi, & amygdalarum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. In Græco ſic: Ὁ δὲ λιμὸς ἐνίσχυεν ἐπὶ τῆς γῆς. Unde Ambroſius l. de Joſ. c. 9. col. 500. d. ait: *Fames invaleſcebat, quia ſerò veniebat.*

℣. 3. Ad verbum è Græco.

℣. 7. Sic etiam in Græco.

℣. 8. Eadem leguntur Græcè, præter unum, ἀποσκευή, pro *ſubſtantia*, meliùs *ſupellex*. Auguſt. ibid. *Ibi Græcus* ἀποσκευήν, *habet, ubi* ſubſtantiam, *Latinus interpretatus eſt, quod aliquando*, cenſum, *interpretantur noſtri.*

℣. 11. Similiter in Græco: Καὶ καταγάγετε τῷ ἀνθρώπῳ δῶρα τῆς ῥητίνης, καὶ τῦ μέλιτος, θυμίαμά τε, καὶ σακτὴν, καὶ τερέβινθον, καὶ κάρυα· καὶ τὸ ἀργύριον διπλοῦν, &c. Addit Hieron. ſupra: *Idcirco hoc capitulum poſuimus, ut ſciamus, ubi in noſtris codicibus habetur*, Thymiama, *in Hebræo eſſe* Necotha, *quod Aquila*, Storacem *tranſtulit.* Eò ſpectant quæ Ambroſ. l. 2. de Jacob, c. 8. col. 471. b. ait:

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

12. Pecuniam quoque duplicem ferte vobiscum : & illam, quam inveniſtis in ſacculis, reportate, ne fortè errore factum ſit :

13. ſed & fratrem veſtrum tollite, & ite ad virum.

14. Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem : & remittat vobiſcum fratrem veſtrum quem tenet, & hunc Benjamin : ego autem quaſi orbatus abſque liberis ero.

15. Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicem, & Benjamin : deſcenderuntque in Ægyptum, & ſteterunt coram Joſeph.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Aug. Locut. 172. p. 3. 336. f. 16..... mecum enim manducabunt homines panes meridie.	16. Quos cùm ille vidiſſet, & Benjamin ſimul, præcepit diſpenſatori domus ſuæ, dicens : Introduc viros domum, & occide victimas, & inſtrue convivium : quoniam mecum ſunt comeſturi meridie.

17. Fecit ille quod ſibi fuerat imperatum, & introduxit viros domum.

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
18. Ibique exterriti, dixerunt mutuò : Propter pecuniam, quam retulimus priùs in ſaccis noſtris, introducti ſumus : ut devolvat in nos calumniam, & violenter ſubjiciat ſervituti, & nos, & aſinos noſtros.	18..... ut accipias nos in ſervos, & aſinos noſtros. *Aug. Locut. 173. 336. g.*
19. Quamobrem in ipſis foribus accedentes ad diſpenſatorem domus	19..... *Vide Not.*
20. locuti ſunt : Oramus, domine, ut audias nos. Jam ante deſcendimus ut emeremus eſcas :	*Sup. 42. 3.*

VERSIO ANTIQUA.

Idem Locut. 174. Ambr. l. de Joſ. c. 9. col. 502. a. 21..... aperuimus ſaccos noſtros, & hoc argentum uniuſcujuſque in ſacco ſuo : ad pondus argentum noſtrum retulimus.....

Aug. Locut. 175. col. 337. a. Aug. queſt. 143. in Gen. t. 3. 413. a. 23..... Propitius vobis, nolite timere : Deus veſter, & Deus patrum veſtrorum dedit vobis theſauros in ſaccis veſtris : argentum autem veſtrum probatum habeo.....

Ambr. l. de Joſ. c. 10. 502. c. 503. a. b. 25. Paraverunt autem munera, donec introiret Joſeph meridie.....

26..... & intulerunt ei munera.....

27..... Quomodo habetis ?..... rectè eſt pater veſter ſenior ?....

28..... Rectè eſt puer tuus pater noſter, adhuc vivit.....

VULGATA NOVA.

21. quibus emptis, cùm veniſſemus ad diverſorium, aperuimus ſaccos noſtros, & invenimus pecuniam in ore ſaccorum : quam nunc eodem pondere reportavimus.

22. Sed & aliud attulimus argentum, ut emamus quæ nobis neceſſaria ſunt : non eſt in noſtra conſcientia quis poſuerit eam in marſupiis noſtris.

23. At ille reſpondit : Pax vobiſcum, nolite timere : Deus veſter, & Deus patris veſtri, dedit vobis theſauros in ſaccis veſtris : nam pecuniam, quam dediſtis mihi, probatam ego habeo. Eduxitque ad eos Simeon.

24. Et introductis domum, attulit aquam, & laverunt pedes ſuos, deditque pabulum aſinis eorum.

25. Illi verò parabant munera, donec ingrederetur Joſeph meridie : audierant enim quòd ibi comeſturi eſſent panem.

26. Igitur ingreſſus eſt Joſeph domum ſuam, obtuleruntque ei munera, tenentes in manibus ſuis : & adoraverunt proni in terram.

27. At ille, clementer reſalutatis eis, interrogavit eos, dicens : Salvus ne eſt pater veſter ſenex, de quo dixeratis mihi ? Adhuc vivit ?

28. Qui reſponderunt : Soſpes eſt ſervus tuus pater noſter, adhuc vivit. Et incurvati, adoraverunt eum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Libenter juvenum conſiliis acquieſcebat, ut etiam filium juniorem ſimul mitteret. Item l. de Joſ. c. 9. col. 500. d. *Tenebatur tamen Benjamin junior..... intercedunt pro eo duo, Ruben & Judas.... his vadibus apud patrem utitur, his committitur.* Et infra : *Deducitur Benjamin junior, & bonis odoribus comitatus advexit, portans ſecum reſinam..... mel..... incenſum..... & caſiam, & guttam..... ilicem ſemper virentem, & nuces..... argentum quoque duplex*, &c.

℣. 16. Auct. l. de promiſſ. part. 1. col. 113. b. *Dixit Joſeph præpoſito domus ſuæ de fratribus ſuis : Introduc iſtos in domum ; mecum enim manducabunt panem.* Græc. ..... Εἶπε τῷ ἐπὶ τῆς οἰκίας αὐτοῦ· Εἰσάγαγε τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὴν οἰκίαν..... μετ' ἐμοῦ γὰρ φάγονται οἱ ἄνθρωποι ἄρτους τὴν μεσημβρίαν.

℣. 18. In Græco ſic : Εἶπαν· Διὰ τὸ ἀργύριον τὸ ἀποστραφὲν ἐν τοῖς μαρσίπποις ἡμῶν τὴν ἀρχὴν, ἡμεῖς εἰσαγόμεθα, τοῦ συκοφαντῆσαι ἡμᾶς, καὶ ἐπιπέσαι ἡμῖν, τοῦ λαβεῖν ἡμᾶς εἰς παῖδας, καὶ τοὺς ὄνους ἡμῶν· i. e. *Dixerunt : Propter argentum, quod rediit in marſupiis noſtris in principio, nos introducimur ad calumniandum nos, & imponendum nobis, ut accipiat nos in ſervos*, &c. ut ſup. Similiter Ambroſius, l. de Joſ. c. 9. col. 501. d. ailudens, ait : *Ad ſalutaris menſæ vocabantur convivium, & calumniam ſibi parari, inſidias fieri ſuſpicabantur.* Auguſt. etiam loco cit. addit : *Quod Latini codices*, ſervos, *habent*, *in Græcis*, παῖδας, *legitur.*

℣. 19. Sequitur in Græco : Προσελθόντες δὲ πρὸς τὸν ἄνθρωπον, τὸν ἐπὶ τῆ οἴκῳ τοῦ Ἰωσὴφ, ἐλάλησαν αὐτῷ ἐν τῷ πυλῶνι τῆ οἴκῳ. Quæ Ambroſ. l. de Joſ. c. 9. col. 501. d. enarrat, dicens : *Et cæperunt ad hominem, qui erat ſupra domum, in janua domûs, cauſam ſuam agere velle*, &c.

℣. 21. Priora iſta : *aperuimus..... in ſacco ſuo*, ab Auguſtino mutuamur ; reliqua ab Ambroſio, qui Ambroſ. etiam anteponit iſta : *Argentum uniuſcujuſque in ſacculis noſtris invenimus ;* deinde *ad pondus*, &c. ut ſup. In Gr. ſic : Ἠνοίξαμεν τοὺς μαρσίππους ἡμῶν, καὶ τόδε τὸ ἀργύριον ἑκάστου ἐν τῷ μαρσίππῳ αὐτοῦ· τὸ ἀργύριον ἡμῶν ἐν σταθμῷ ἀπεστρέψαμεν.

℣. 23. Similia Græcum refert, niſi excipias unum, καὶ τὸ ἀργύριον, loco *argentum autem ;* at in Mſ. Alex. exſtat τὸ δὲ ἀργύριον. Auguſt. Locut. 175. notat : *In his*, propitius vobis, *duo verba* ſubaudiri, & ſit, & Deus, *quod omnino*, inquit, *uſitatiſſimum eſt in Græco.* Ambroſ. tamen l. de Joſ. c. 9. col. 501. f. 502. c. illa exprimit, dicens : *Major domûs reſpondit illis* (Gr. εἶπε δὲ αὐτοῖς) *Propitius ſit vobis Deus, nolite timere : Deus enim veſter, & Deus patrum veſtrorum dedit vobis theſauros in ſacculis* (Gr. μαρσίπποις) *veſtris ; at argentum veſtrum probum acceptum habeo.* Gr. εὐδοκιμοῦν ἀπέχω.

℣. 25. Sic eſt in Græco, præter unum, τοῦ ἐλθεῖν, *veniret*, loco *introiret ;* at in edit. Compl. τοῦ εἰσελθεῖν.

℣. 26. Græc. Καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ τὰ δῶρα.

℣. 27. Sic Ambroſ. *Primus interrogat : Quomodo habetis ? Et iterum ait* : *Rectè eſt*, &c. ut ſup. Græcè : Ἠρώτησε δὲ αὐτὸς· Πῶς ἔχετε ; καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Εἰ ὑγιαίνει ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ πρεσβύτης, &c.

℣. 28. Ambroſ. primò habet : *Reſpondent illi ;* deinde ut ſupra : hoc tamen ultimum, *adhuc vivit*, additur ex Auguſt. Locut. 176. de Gen. to. 3. col. 337. b. qui Auguſt. antecedentia etiam verba refert hoc modo : *Salvus eſt*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

29. Attollens autem Joseph oculos, vidit Benjamin fratrem suum uterinum, & ait: Iste est frater vester parvulus, de quo dixeratis mihi? Et rursum: Deus, inquit, misereatur tui, fili mi.

30. Festinavitque, quia commota fuerant viscera ejus super fratre suo, & erumpebant lacrymæ: & introiens cubiculum, flevit.

31. Rursumque lota facie egressus, continuit se, & ait: Ponite panes.

32. Quibus appositis, seorsum Joseph, & seorsum fratribus, Ægyptiis quoque qui vescebantur simul, seorsum (illicitum est enim Ægyptiis comedere cum Hebræis, & profanum putant hujuscemodi convivium)

33. sederunt coram eo, primogenitus juxta primogenita sua, & minimus juxta ætatem suam. Et mirabantur nimis,

34. sumptis partibus quas ab eo acceperant: majorque pars venit Benjamin, ita ut quinque partibus excederet. Biberuntque & inebriati sunt cum eo.

VERSIO ANTIQUA.

29. Respiciens autem oculis, vidit Benjamin fratrem suum ex eadem matre..... Hic frater vester est adolescentior?..... *Ambr. ubi sup.*

30. Et turbatus est; torquebantur autem viscera ejus..... ingressus in promptuarium, ploravit.

31. Et lavit faciem suam, & continuit se..... Apponite panes.

32..... non enim poterant Ægyptii manducare cum Hebræis panes; abominatio est enim Ægyptiis. *Aug. Locut. 177. t. 3. 337. b.*

33..... *Vide Not.*

34..... magnificata facta est autem pars Benjamin præ partibus omnium quincupliciter ad illorum. Biberunt autem, & inebriati sunt cum eo. *Ibid. Locut. 178. Aug. quæst. 144. in Gen. 413. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

puer tuus, pater noster. In Græco, οἱ δὲ εἶπαν· Ὑγιαίνει ὁ παῖς σου, &c. ut in Lat.

℣. 29. Græc. Ἀναβλέψας δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῦ Ἰωσὴφ, εἶδε Βενιαμὶν τὸν ἀδελφὸν αὐτῦ τὸν ὁμομήτριον, καὶ εἶπεν· Οὗτος ὁ, &c. ut in Lat. à Mſ. Alex. ac edit. Ald. abest αὐτῦ, post ὀφθαλμοῖς, sicut seq. Ἰωσὴφ, ab edit. Compl. Vide seqq. apud Ambros.

℣. 30. Græc. Ἐταράχθη δὲ Ἰωσήφ· συνεστρέφετο γὰρ τὰ ἔγκατα (alii codd. τὰ ἔντερα, al. τὰ σπλάγχνα) αὐτῦ..... εἰσελθὼν δὲ εἰς τὸ ταμεῖον, ἔκλαυσεν ἐκεῖ. i. e. *Turbatus est autem Joseph; convolvebantur enim intestina ejus..... Ingressus autem in cubiculum, flevit illic.* Ambros. quoque infra habet, *flevit.*

℣. 31. Gr. Καὶ νιψάμενος τὸ πρόσωπον, ἐξελθὼν ἐνεκρατεύσατο, καὶ εἶπε· Παράθετε ἄρτους. *Et cùm lavisset faciem, egressus continuit se, & dixit: Apponite panes.* Vid. not. d. apud Ambros. ibid.

℣. 32. Eadem sunt in Græco; nisi excipias verbum *manducare*, pro quo συνεσθίειν, *simul vesci, edere cum.* Ambros. quoque l. de Jos. c. 10. col. 502. f. hæc memorat, dicens: *Apponite panes quos soli Hebræi sumunt, Ægyptii manducare non possunt.* In Græco enim hæc leguntur priùs: Καὶ παρέθηκαν αὐτῷ μόνῳ, καὶ αὐτοῖς καθ' ἑαυτούς, καὶ τοῖς Αἰγυπτίοις..... καθ' ἑαυτούς. i. e. *Et apposuerunt ei soli, & eis per se ipsos, & Ægyptiis..... per se ipsos*, &c. ut sup.

℣. 33. Sequuntur in Græco: Ἐκάθισαν δὲ ἐναντίον αὐτῦ ὁ πρωτότοκος κατὰ τὰ πρεσβεῖα αὐτῦ, καὶ ὁ νεώτερος κατὰ τὴν νεότητα αὐτῦ, &c. quæ Ambros. l. de Jos. c. 11. col. 504. f. sic reddit: *Per ordinem discubuerunt in convivio contra eum, primitivus secundùm ætatem.*

℣. 34. In Græco simpliciter, ἐμεγαλύνθη, *magnificata est*, non *magnificata facta est*, paulòque post, πρὸς τὰς ἐκείνων, *ad eas, quæ illorum*, loco *ad illorum*; cætera optimè quadrant. Ambros. l. de Jos. c. 11. col. 504. d. ultima tantùm refert: *Biberunt autem & inebriati sunt pariter cum eo.* Item Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 542. c. *Et biberunt, & inebriati sunt cum eo;* tum addit: *Idioma linguæ Hebræa est, ut ebrietatem pro satietate ponat.*

CAPUT XLIV.

VULGATA NOVA.

1. PRæcepit autem Joseph dispensatori domus suæ, dicens: Imple saccos eorum frumento, quantum possunt capere: & pone pecuniam singulorum in summitate sacci.

2. Scyphum autem meum argenteum, & pretium quod dedit tritici, pone in ore sacci junioris. Factumque est ita.

VERSIO ANTIQUA.

1..... & pone argentum uniuscujusque in ore sacculi. *Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 542. c.*

2. Et condy meum argenteum mitte in sacculum junioris.....

VULGATA NOVA.

3. Et orto manè, dimissi sunt cum asinis suis.

4. Jamque urbem exierant, & processerant paululum: tunc Joseph, accersito dispensatore domus, Surge, inquit, & persequere viros: & apprehensis dicito: Quare reddidistis malum pro bono?

5. Scyphus, quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus, & in quo augurari solet: pessimam rem fecistis.

VULGATA NOVA.

6. Fecit ille ut jusserat. Et apprehensis per ordinem locutus est.

7. Qui responderunt: Quare sic loquitur dominus noster, ut servi tui tantum flagitii commiserint?

8. Pecuniam, quam invenimus in summitate

VERSIO ANTIQUA.

6. Inveniens autem eos, dixit secundùm verba hæc. *Aug. Locut. 179. 337. d.*

7..... Ut quid loquitur dominus secundùm verba hæc? absit à pueris tuis facere secundùm verbum hoc. *Ibid. Locut. 180.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc..... Καὶ ἐμβάλετε ἑκάστου τὸ ἀργύριον ἐπὶ τῦ στόματος τῦ μαρσίππου. i. e. *Et injicite uniuscujusque argentum super os marsupii.*

℣. 2. Græc. Καὶ τὸ κόνδυ μου τὸ ἀργυρῦν ἐμβάλετε εἰς τὸν μάρσιππον τῦ νεωτέρου, &c. *E condy meum argenteum injicite in marsupium junioris.* Addit Hieron. *Pro sacculo, peronem, vel follem, in Hebræo* haberi. *Pro condy, id est, poculo..... Aquilam, scyphum; Symmachum, phialam* transtulisse. Similiter apud Ambros. l. de Jos. c. 11. col. 504. c. *Et scyphus argenteus soli ejus sacco inseritur; nesciebat hoc Benjamin.*

℣. 6. Ita in Græco, nisi quòd verbo *dixit*, additur αὐτοῖς, *eis.*

℣. 7. Ad verbum è Græco. *Pueris, autem, pro servis, dictum est*, teste Augusto.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

VULGATA NOVA.

saccorum, reportavimus ad te de terra Chanaam: & quomodo consequens est ut furati simus de domo domini tui aurum vel argentum?

Aug. Locut. 181. *t.* 3. 337. *d.*

9..... & nos autem erimus servi domino nostro.

9. Apud quemcunque fuerit inventum servorum tuorum quod quæris, moriatur, & nos erimus servi domini nostri.

VULGATA NOVA.

10. Qui dixit eis: Fiat juxta vestram sententiam: apud quemcunque fuerit inventum, ipse sit servus meus, vos autem eritis innoxii.

11. Itaque festinatò deponentes in terram saccos, aperuerunt singuli.

12. Quos scrutatus, incipiens à majore usque ad minimum, invenit scyphum in sacco Benjamin.

12..... 13. *Vide Not.*

13. At illi, scissis vestibus, oneratisque rursum asinis, reversi sunt in oppidum.

14. Primusque Judas cum fratribus ingressus est ad Joseph (necdum enim de loco abierat) omnesque ante eum pariter in terram corruerunt.

VERSIO ANTIQUA.

VULGATA NOVA.

Aug. quæst. 145. *in Gen. t.* 3. 413. *d.*

15..... nesciebatis quia augurio auguratur homo qualis ego?

15. Quibus ille ait: Cur sic agere voluistis? an ignoratis quòd non sit similis mei in augurandi scientia?

VULGATA NOVA.

16. Cui Judas: Quid respondebimus, inquit, domino meo? vel quid loquemur, aut justè poterimus obtendere? Deus invenit iniquitatem servorum tuorum: en omnes servi sumus domini mei, & nos, & apud quem inventus est scyphus.

17. Respondit Joseph: Absit à me ut sic agam: qui furatus est scyphum, ipse sit servus meus: vos autem abite liberi ad patrem vestrum.

18. Accedens autem propiùs Judas, confidenter ait: Oro domine mi, loquatur servus tuus verbum in auribus tuis, & ne irascaris famulo tuo: tu es enim post Pharaonem

Sup. 42. 11. & 43.

19. dominus meus. Interrogasti priùs servos tuos: Habetis patrem, aut fratrem?

20. & nos respondimus tibi domino meo: Est nobis pater senex, & puer parvulus, qui in senectute illius natus est; cujus uterinus frater mortuus est: & ipsum solum habet mater sua, pater verò tenerè diligit eum.

21. Dixistique servis tuis: Adducite eum ad me, & ponam oculos meos super illum.

22. Suggessimus domino meo: Non potest puer relinquere patrem suum: si enim illum dimiserit, morietur.

Sup. 43. 3. & 5.

23. Et dixisti servis tuis: Nisi venerit frater vester minimus vobiscum, non videbitis ampliùs faciem meam.

24. Cùm ergo ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum, narravimus ei omnia quæ locutus est dominus meus.

25. Et dixit pater noster: Revertimini, & emite nobis parum tritici.

26. Cui diximus: Ire non possumus: si frater noster minimus descenderit nobiscum, proficiscemur simul: alioquin illo absente, non audemus videre faciem viri.

27. Ad quæ ille respondit: Vos scitis quòd duos genuerit mihi uxor mea.

Sup. 37. 23. 33.

28. Egressus est unus, & dixistis: Bestia devoravit eum: & huc usque non comparet.

29. Si tuleritis & istum, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum mœrore ad inferos.

30. Igitur si intravero ad servum tuum patrem nostrum, & puer defuerit (cùm anima illius ex hujus anima pendeat)

31. videritque eum non esse nobiscum, mo-

31..... *Vide Not.*

rietur, & deducent famuli tui canos ejus cum dolore ad inferos.

32. Ego propriè servus tuus sim, qui in meam hunc recepi fidem, & spopondi dicens: Nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore.

Sup. 43. 9.

33. Manebo itaque servus tuus pro puero in ministerio domini mei, & puer ascendat cum fratribus suis.

VERSIO ANTIQUA.

VULGATA NOVA.

Aug. Locut. 182. *t.* 3. 337. *e.*

34. Quomodo autem ascendam ad patrem, cùm puer non sit nobiscum, ut non videam mala, quæ invenient patrem meum?

34. Non enim possum redire ad patrem meum, absente puero: ne calamitatis, quæ oppressura est patrem meum, testis assistam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Optimè è Græco, ubi semper παῖδες, pro *servi*; unde August. ibid. *Etiam hîc*, παῖδες, *Græci habent*, *hoc est*, pueri, *quod tamen assiduè Scriptura pro* servis *ponit*, *ut difficiliter inveniatur non isto nomine appellare servos.*

℣℣. 12..... 13. Ita in Græco: Ἠρεύνησε δὲ ἀπὸ τοῦ πρεσβυτέρου ἀρξάμενος, ἕως ἦλθεν ἐπὶ τὸν νεώτερον· καὶ εὗρε τὸ κύπελλον ἐν τῷ μαρσίππῳ τοῦ Βενιαμίν· καὶ διέρρηξαν τὰ ἱμάτια αὐτῶν..... καὶ ἐπέστρεψαν εἰς τὴν πόλιν. Quibus respondent ista ex Ambrosio. l. de Jos. c. 11. col. 504. f. seqq. *Per ordinem singulorum priùs inspiciuntur sacculi.* Et infra: *Per ordinem iterum requiruntur sacculi singulorum..... discussit cæteros, hunc prætulit: in nullius alterius sacco scyphus argenteus inventus est, nisi istius. Quid sibi vult quòd insertus est sacculo?* Et post plura, col. 505. b. *Triticum multis datur, scyphus uni..... intra saccum erat scyphus,... sacco soluto, reluxit argentum..... sed ubi in ejus sacco argentum resplenduit, scidernnt vestimenta sua, & reversi sunt retro.*

℣. 15. Gr..... Οὐκ οἴδατε, ὅτι οἰωνισμῷ οἰωνιεῖται ὁ ἄνθρωπος, οἷος ἐγώ; In edit. Ald. οἰωνίζεται, *auguratur*, non οἰωνιεῖται, *augurabitur.* Attamen August. ibid. constanter legit, *auguratur*; ait enim infra: *Nec illud vacare arbitror, quòd non ait: Auguror ego, sed auguratur homo qualis ego.*

℣. 31. In Græco sic: Καὶ ἔσαι ἐν τῷ ἰδεῖν αὐτὸν μὴ ὄν τὸ παιδίον μεθ' ἡμῶν, τελευτήσει, καὶ καταξουσιν οἱ παῖδές σου τὸ γῆρας τοῦ παιδός σου, παρὰ δὲ ἡμῶν, μετὰ λύπης εἰς ᾅδου..... ℣. 33. Νῦν οὖν παραμενῶ σοι παῖς ἀντὶ τοῦ παιδίου, οἰκέτης τῷ κυρίῳ. Eadem commemorat Ambros. l. de Jos. c. 11. col. 505. e. f. dicens: *Nolebant igitur moraliter redire sine fratre..... quo amisso asserebant in mœrorem deducendam parentis senectutem ..... Et ideo Judas apud Joseph remanere cupiebat*, &c. Vide sis August. quæst. 147. in Gen. col. 414. a. b.

℣. 34. Græc. primò habet: πῶς γάρ, *quomodo enim*, non *quomodo autem*; reliqua ut in Lat. supra. Ambros. etiam l. de Jos. c. 11. col. 505. f. ait, Judam *apud Joseph remanere* voluisse, *ne videret mala quæ invenirent patrem suum.* Vid. plura apud August. loco cit.

Digitized by Google

CAPUT XLV.

VULGATA NOVA.

1. NOn ſe poterat ultra cohibere Joſeph multis coram aſtantibus : unde præcepit ut egrederentur cuncti foras, & nullus intereſſet alienus agnitioni mutuæ. 1..... *Vide Not.*

2. Elevavitque vocem cum fletu : quam audierunt Ægyptii, omniſque domus Pharaonis.

3. Et dixit fratribus ſuis : Ego ſum Joſeph : adhuc pater meus vivit ? Non poterant reſpondere fratres nimio terrore perterriti.

4. Ad quos ille clementer : Accedite, inquit, ad me. Et cùm acceſſiſſent prope, Ego ſum, ait, Joſeph, frater veſter, quem vendidiſtis in Ægyptum. *Act. 7. 13.*

5. Nolite pavere, neque vobis durum eſſe videatur quòd vendidiſtis me in his regionibus : pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum. *Inf. 50. 20.*

6. Biennium eſt enim quòd cœpit fames eſſe in terra : & adhuc quinque anni reſtant, quibus nec arari poterit nec meti.

7. Præmiſitque me Deus ut reſervemini ſuper terram, & eſcas ad vivendum habere poſſitis.

8. Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum : qui fecit me quaſi patrem Pharaonis, & dominum univerſæ domus ejus, ac principem in omni terra Ægypti.

9. Feſtinate, & aſcendite ad patrem meum, & dicetis ei, Hæc mandat filius tuus Joſeph : Deus fecit me dominum univerſæ terræ Ægypti : deſcende ad me, ne moreris,

10. & habitabis in terra Geſſen : eriſque juxta me tu, & filii tui, & filii filiorum tuorum, oves tuæ, & armenta tua, & univerſa quæ poſſides.

11. Ibique te paſcam (adhuc enim quinque anni reſidui ſunt famis) ne & tu pereas, & domus tua, & omnia quæ poſſides.

12. En oculi veſtri, & oculi fratris mei Benjamin, vident quòd os meum loquatur ad vos.

13. Nunciate patri meo univerſam gloriam meam, & cuncta quæ vidiſtis in Ægypto : feſtinate, & adducite eum ad me.

14. Cùmque amplexatus recidiſſet in collum Benjamin fratris ſui, flevit : illo quoque ſimiliter flente ſuper collum ejus.

15. Oſculatuſque eſt Joſeph omnes fratres ſuos, & ploravit ſuper ſingulos : poſt quæ auſi ſunt loqui ad eum.

VULGATA NOVA.

VERSIO ANTIQUA.

2. Elevavitque vocem cum fletu : quam audierunt Ægyptii, omniſque domus Pharaonis.

2..... audierunt autem omnes Ægyptii, & auditum eſt in domo Pharaonis. *Aug. Locut. 183. t. 3. 337. f.*

3. Et dixit fratribus ſuis : Ego ſum Joſeph : adhuc pater meus vivit ? Non poterant reſpondere fratres nimio terrore perterriti.

3. Dixit autem Joſeph ad fratres ſuos : Ego ſum Joſeph : adhuc pater meus vivit ?..... *Ambr. de Joſ. c. 12. t. 1. 506. b. c.*

4. Ad quos ille clementer : Accedite, inquit, ad me. Et cùm acceſſiſſent prope, Ego ſum, ait, Joſeph, frater veſter, quem vendidiſtis in Ægyptum.

4..... Accedite ad me : & acceſſerunt ad illum ; & dixit : Ego ſum Joſeph frater veſter, quem vos tradidiſtis in Ægyptum.

5. Nolite pavere, neque vobis durum eſſe videatur quòd vendidiſtis me in his regionibus : pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum.

5. Nunc ergo nolite mœſti eſſe, neque vobis durum videatur quoniam huc me vendidiſtis : ad vitam enim veſtram miſit me Deus ante vos.

6. Biennium eſt enim quòd cœpit fames eſſe in terra : & adhuc quinque anni reſtant, quibus nec arari poterit nec meti.

7. Præmiſitque me Deus ut reſervemini ſuper terram, & eſcas ad vivendum habere poſſitis.

7. Miſit enim me Deus ante vos remanere veſtrûm reliquias ſuper terram, & enutrire veſtrûm reliquiarium magnum. *Aug. quæſt. 148. in Gen. t. 3. 414. c.*

8. Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum : qui fecit me quaſi patrem Pharaonis, & dominum univerſæ domus ejus, ac principem in omni terra Ægypti.

9. Feſtinate, & aſcendite ad patrem meum, & dicetis ei, Hæc mandat filius tuus Joſeph : Deus fecit me dominum univerſæ terræ Ægypti : deſcende ad me, ne moreris,

9..... Aſcendite ad patrem meum, & dicite illi : Hæc dicit filius tuus Joſeph : Fecit me Deus dominum totius terræ Ægypti : deſcende ergo ad me, ne ſteteris, *Ambr. l. de Joſ. c. 12. t. 1. 507. a.* *Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 542. f.*

10. & habitabis in terra Geſſen : eriſque juxta me tu, & filii tui, & filii filiorum tuorum, oves tuæ, & armenta tua, & univerſa quæ poſſides.

10. & habitabis in terra Geſem Arabiæ : & eris prope me tu, & filii tui, & filii filiorum tuorum..... *Ambr. l. de Joſ. c. 12. 507. c.*

VULGATA NOVA.

11. Ibique te paſcam (adhuc enim quinque anni reſidui ſunt famis) ne & tu pereas, & domus tua, & omnia quæ poſſides.

12. En oculi veſtri, & oculi fratris mei Benjamin, vident quòd os meum loquatur ad vos.

13. Nunciate patri meo univerſam gloriam meam, & cuncta quæ vidiſtis in Ægypto : feſtinate, & adducite eum ad me.

14. Cùmque amplexatus recidiſſet in collum Benjamin fratris ſui, flevit : illo quoque ſimiliter flente ſuper collum ejus.

15. Oſculatuſque eſt Joſeph omnes fratres ſuos, & ploravit ſuper ſingulos : poſt quæ auſi ſunt loqui ad eum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Ἰωσὴφ..... εἶπεν· Ἐξαποστείλατε πάντας ἀπ' ἐμοῦ, καὶ οὐ παρειστήκει οὐδεὶς τῷ Ἰωσὴφ ἡνίκα ἀνεγωρίζετο τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. Quibus alludens Ambroſ. l. de Joſ. c. 12. col. 586. b. ait : *Et juſſit omnes recedere, ut cognoſceretur à fratribus.* Auguſt. Locut. 183. de Gen. col. 337. f. *cùm recognoſceretur à fratribus ſuis.*

℣. 2. Ita primùm in Græco : Καὶ ἀφῆκε φωνὴν μετὰ κλαυθμοῦ, quod Aug. ibid. ita exprimit, dicens : *Flevit Joſeph*, Ambroſ. verò, l. de Joſ. c. 12. col. 506. b. *Et emittens vocem cum fletu.* Sequitur in Gr. Ἤκουσαν δὲ πάντες οἱ Αἰγύπτιοι, καὶ ἀκουστὸν ἐγένετο εἰς τὸν οἶκον Φαραώ, ad verbum : *Audierunt autem omnes Ægyptii, & audibile factum eſt per domum Pharaonis.*

℣. 3. Ad verbum è Græco : Auctor verò l. de promiſſ. apud Proſp. part. 1. c. 31. col. 113. d. legit : *Ego ſum Joſeph frater veſter ; adhuc pater meus vivit ?*

℣. 4. Vix meliùs è Græco, niſi quòd in ipſo deeſt, *ad illum*, poſt *acceſſerunt*, uti *vos*, ante *tradidiſtis*, pro quo, ἀπεδόσθε, mel. *vendidiſtis*, ſicut infra ℣. 5. Mſ. etiam Alex. habet ſupra, ἤγγισαν πρὸς αὐτόν, *acceſſerunt ad illum*, cum Ambroſio.

℣. 5. Græc. Νῦν οὖν μὴ λυπεῖσθε, μὴ δὲ, &c. *Nunc igitur ne contriſtemini*, &c. ut in Lat. detracta voce *veſtram*, ante *miſit*. Auct. l. de promiſſ. apud Proſp. part. 1. c. 31. col. 113. d. legit : *Nolite metuere ; non vos huc me miſiſtis, ſed Deus.* Sed Ambroſ. infra, col. 507. a. conſtanter legit : *Nolite mœſti eſſe ;* & poſt pauca rurſus : *Ad vitam enim veſtram miſit me Deus ante vos.*

℣. 7. Similia Græcum exhibet, præter unum, ὑμῖν, *vobis*, loco *veſtrûm*, ante *reliquias*. In Mſ. tamen Alex. legitur, ὑμῶν. Vocem autem Græc. κατάλειψιν, quam vertit hîc Auguſt. *reliquiarium*, meliùs reddidiſſet iſtâ, *reliquias*, uti paulò ſupra vertitur ab ipſo, κατάλειμμα. Et ſanè notant editores noſtri BB. eò loci multùm differre inter ſe Mſs. codices ac editiones antiquas ; v. g. in edit. Eraſm. & Lov. legitur : *Et enutrire veſtrûm reliquias, mirum eſt.* In Rat. & Am. ſic : *veſtrûm reliquiarum, mirum eſt.* In Mſs. Vaticanis ; *Enutrire veſtrarum reliquiarum magnum ſemen.* In Thuan. verò, Benign. aliiſque vetuſt. codd. optimæ notæ, *veſtrûm reliquiarium magnum*, ut ſupra. Errandi nempe librariis occaſio fuit vox barbara, *reliquiarium*, quâ tamen uſum fuiſſe volunt Auguſtinum, l. 5. confeſſ. c. 8. n. 15. col. 114. d. auctore Mſ. veterrimo Corb. licet alii plerique Mſs. cum edit. contradicant. Vide ſis plura ibid.

℣. 9. Eadem pariter exſtant Græcè, niſi hoc excipias ultimum, καὶ μὴ μείνῃς, & *ne ſteteris*, loco *ne ſteteris*.

℣. 10. Nil Græco ſimilius ; in edit. tamen Compl. deeſt vox Ἀραβίας. Unde Hieron. loco cit. ait : *Hîc*, Arabiæ, *additum eſt : in Hebræis enim voluminibus non habetur : unde & error increbuit, quòd terra Geſſen in Arabia ſit. Porro ſi, ut in noſtris codicibus eſt, per extremum* m, *ſcribitur*, Geſem, *quod mihi nequaquam placet, terram ſignat complutam* ; Geſſem *enim in* imbrem *vertitur.* Obſervat etiam Martianæus noſter, not. d. in hunc loc.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 184. t. 3. 337. f. 16. Et divulgata eſt vox in domo Pharaonis, dicentes: Venerunt fratres Joſeph.....

Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. 543. a. 17. Dixit autem Pharao ad Joſeph: Dic fratribus tuis: Hoc facite, onerate vehicula veſtra, & ite in terram Chanaan.

VULGATA NOVA.

16. Auditumque eſt, & celebri ſermone vulgatum in aula regis: Venerunt fratres Joſeph: & gaviſus eſt Pharao, atque omnis familia ejus.

17. Dixitque ad Joſeph ut imperaret fratribus ſuis, dicens: Onerantes jumenta, ite in terram Chanaan,

VULGATA NOVA.

18. & tollite inde patrem veſtrum & cognationem, & venite ad me: & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, ut comedatis medullam terræ.

19. Præcipe etiam ut tollant plauſtra de terra Ægypti, ad ſubvectionem parvulorum ſuorum ac conjugum: & dicito: Tollite patrem veſtrum, & properate quantocius venientes.

20. Nec dimittatis quidquam de ſupellectili veſtra: quia omnes opes Ægypti, veſtræ erunt.

VERSIO ANTIQUA.

Ibid. 21..... & dedit illis cibaria in via.

VULGATA NOVA.

21. Feceruntque filii Iſraël ut eis mandatum fuerat. Quibus dedit Joſeph plauſtra, ſecundùm Pharaonis imperium: & cibaria in itinere.

VULGATA NOVA.

22. Singulis quoque proferri juſſit binas ſtolas:
Benjamin verò dedit trecentos argenteos cum quinque ſtolis optimis:

22..... 23. *Vide Not.*

23. tantumdem pecuniæ & veſtium mittens patri ſuo, addens & aſinos decem, qui ſubveherent ex omnibus divitiis Ægypti: & totidem aſinas, triticum in itinere paneſque portantes.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. de Joſ. c. 13. 508. d. t. 1. 24. Dimiſit autem fratres ſuos, & abierunt; &
Ibid. f. 509. a. b. c. dixit illis Joſeph: Nolite iraſci in via.

25. Et aſcenderunt de Ægypto, & venerunt in terram Chanaan ad Jacob patrem ſuum.

26. Et nunciaverunt illi, dicentes: Quia Joſeph filius tuus vivit: & ipſe eſt princeps totius terræ Ægypti..... expavit mente, non enim credebat eis.

27..... *Vide Not.*

28..... Magnum mihi eſt ſi adhuc filius meus Joſeph vivit: ibo, & vibebo illum priuſquam moriar.

VULGATA NOVA.

24. Dimiſit ergo fratres ſuos, & proficiſcentibus ait: Ne iraſcamini in via.

25. Qui aſcendentes ex Ægypto, venerunt in terram Chanaan ad patrem ſuum Jacob.

26. Et nunciaverunt ei, dicentes: Joſeph filius tuus vivit: & ipſe dominatur in omni terra Ægypti. Quo audito Jacob, quaſi de gravi ſomno evigilans, tamen non credebat eis.

27. Illi ècontra referebant omnem ordinem rei. Cùmque vidiſſet plauſtra & univerſa quæ miſerat, revixit ſpiritus ejus,

28. & ait: Sufficit mihi ſi adhuc Joſeph filius meus vivit, vadam, & videbo illum antequam moriar.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

» Hoc quoque modo fuiſſe ſcriptum nomen, *Geſem*, in » Latinis exemplaribus, quæ Hieronymus, *noſtros codices*, » vocat, Latinorum ſcilicet codices, quibus ante Hieron. » uſæ ſunt Occidentis Eccleſiæ: unde licet Hieronymus textum ſup. referendo, correxerit *Geſſem*; alterum legendi modum, ſcilicet, *Geſem*, prætulimus, codicum illorum auctoritate, quorum noſtrum eſt primigeniam exhibere ſcripturam. In Græco etiam conſtanter Γεζέμ.

℣. 16. Eadem ſunt in Græco, præter hoc, εἰς τὸν οἶκον Φαραὼ, pro *in domo Pharaonis*: additur etiam: ἐχάρη δὲ Φαραὼ, καὶ ἡ θεραπεία αὐτοῦ, *gaviſus eſt autem Pharao, & familia ejus.* Similiter apud Ambroſ. l. de Joſ. c. 13. col. 507. e. Et *gaviſus eſt Pharao, quòd Joſeph agnoviſſet fratres ſuos, unde & vulgata eſt vox in domo Pharao.*

℣. 17. Ad verbum è Gr. præter unum *ite*, pro quo ἀπέλθετε. *abite.* Addit Hieronym. ibid. *Pro* vehiculis, *quæ LXX. & Theodotio*, τὰ φορεῖα, *interpretati ſunt*, jumenta, *reliqui tranſtulerunt.* In quibuſdam libris, φορεῖα, in al. φορτία, teſte Nobilio. Eadem narrat Ambroſ. l. de Joſ. c. 13. col. 507. e. his verbis: *Et hortatus eſt ſanctum Joſeph* (Pharao), *ut fratres ſuos invitet, ut veniant cum patre, & mandat impleri eorum ſarcinas tritico, & vehicula dari.*

℣. 21. Gr..... Καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ἐπισιτισμὸν εἰς τὴν ὁδόν.

℣. 22. Sequitur in Græco: Καὶ πᾶσιν ἔδωκε δισσὰς στολάς· τῷ δὲ Βενιαμὶν ἔδωκε τριακοσίους χρυσοῦς, καὶ πέντε ἑξαλλαξζέσας στολάς. Hæc Ambroſ. ſic reddit, l. de Joſ. c. 13. col. 507. f. *Dantur bonæ ſtolæ*; & infra, *Trecenti aurei, & quinque ſtolæ diverſi coloris conferuntur.* Nobilius vertit, *quinque ſtolas eximias*, alii, *mutatorias.*

℣. 23. Ita Græcè: Καὶ τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἀπέστειλε καθὰ τὰ αὐτὰ, καὶ δέκα ὄνους αἴροντας ἀπὸ πάντων τῶν ἀγαθῶν Αἰγύπτου, &c. Similiter apud Ambroſ. ubi ſup. col. 508. c. *Et præmittuntur patri munera.....portant hæc munera aſini*, &c.

℣. 24. Similiter in Græco, detracto nomine *Joſeph*; in edit. tamen Ald. ponitur poſt *dimiſit autem.* Eadem memorat Tertul. l. de orat. c. 10. p. 182. a. his verbis: *Joſeph dimittens fratres ſuos ad perducendum patrem: & ne, inquit, iraſcamini in via.* Græc. μὴ ὀργίζεσθε.

℣. 25. Ad verbum è Græco.

℣. 26. Itidem Græcè, niſi quòd ſub finem legitur, Καὶ ἐξέστη τῇ διανοίᾳ Ἰακώβ· οὐ γὰρ ἐπίστευσεν αὐτοῖς· & apud Ambroſ. ibid. *Unde & de Jacob ſcriptum eſt: Expavit mente*, &c. ut ſup.

℣. 27. Ambroſ. addit ibid. *Expavit affectu..... ſed poſteaquàm geſta cognovit, tantis beneficiis & operibus delinitus reſumpſit ſpiritum, dicens:* quibus reſpondent Græca: Ἰδὼν δὲ τὰς ἁμάξας, ἃς ἀπέστειλεν Ἰωσὴφ, ὥστε ἀναλαβεῖν αὐτὸν, ἀνεζωπύρησε τὸ πνεῦμα Ἰακὼβ τοῦ πατρὸς αὐτῶν. *Videns autem plauſtra, quæ miſerat Joſeph, ut aſſumerent eum, revixit ſpiritus Jacob patris eorum.*

℣. 28. Eadem prorſus in Græco, præter hoc, πορευθεὶς ὄψομαι, *profectus videbo*, pro *ibo & videbo.* In Gr. etiam ſic invertuntur verba: ἔτι Ἰωσὴφ ὁ υἱός μου ζῇ, at in Mſ. Alex. ὁ υἱός μου Ἰωσὴφ ζῇ, ut ſup. ℣. 26.

Digitized by Google

CAPUT XLVI.

VULGATA NOVA.

1. PRofectusque Israël cum omnibus quæ habebat, venit ad Puteum juramenti: & mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac,

2. audivit eum per visionem noctis vocantem se, & dicentem sibi: Jacob, Jacob: cui respondit: Ecce adsum.

3. Ait illi Deus: Ego sum fortissimus Deus patris tui: noli timere, descende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi.

4. Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te revertentem: Joseph quoque ponet manus suas super oculos tuos.

5. Surrexit autem Jacob à Puteo juramenti:
Act. 7. tuleruntque eum filii cum parvulis & uxoribus suis
15. in plaustris quæ miserat Pharao ad portandum senem,

6. & omnia quæ possederat in terra Chanaan:
Jes. 24. venitque in Ægyptum cum omni semine suo,
4.
Ps. 104. 7. filii ejus, & nepotes, filiæ, & cuncta si-
23. mul progenies.
Is. 52. 4. 8. Hæc sunt autem nomina filiorum Israël,
qui ingressi sunt in Ægyptum, ipse cum liberis
Exod. 1. suis. Primogenitus Ruben.
2. 6. 14.
Num.
26. 5.
1. Par.
5. 1. 3.
Ex. 6. 15.
1. Par.
4. 24.
1. Par.
6. 1.
1. Par.
2. 3. 4.
21.

VERSIO ANTIQUA.

1 ET elevans se Israël, venit ad Puteum juramenti, immolavitque hostiam Deo patris sui Isaac. *Ambr. l. de Jos. c. 14. t. 1. 509. e.*

2. Dixit autem Deus ad Israël in visu nocte, dicens: Jacob, Jacob: qui dixit: Quid est?

3. Et Dominus ait: Ego sum Deus patrum tuorum: noli timere, descende in Ægyptum, in gentem enim magnam faciam te ibi.

4. Ego descendam tecum in Ægyptum, & ego deducam te in perpetuum: Joseph mittet manum super oculos tuos. *Ambr. ibid. 510. a.*

6..... intrarunt in Ægyptum, Jacob, & omne semen ejus, *Aug. quæst. 149. in Gen. t. 3. 414. e.*

7. filii, & filii filiorum ejus; filiæ, & filiæ filiarum ejus cum eo.....

8. Hæc autem nomina filiorum Israël, qui intraverunt in Ægyptum simul cum Jacob patre suo..... *Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 40. t. 7. 451. f.*

VULGATA NOVA.

9. Filii Ruben: Henoch & Phallu & Hesron & Charmi.

10. Filii Simeon: Jamuel & Jamin & Ahod, & Jachin & Sohar, & Saul filius Chanaanitidis.

11. Filii Levi: Gerson & Caath & Merari.

12. Filii Juda: Her & Onan & Sela & Phares & Zara: mortui sunt autem Her & Onan in terra Chanaan. Natique sunt filii Phares: Hesron & Hamul.

13. Filii Issachar: Thola & Phua & Job & Semron. *1. Par. 7. 1.*

14. Filii Zabulon: Sared & Elon & Jahelel.

VULGATA NOVA.

15. Hi filii Liæ quos genuit in Mesopotamia Syriæ cum Dina filia sua: omnes animæ filiorum ejus & filiarum, triginta tres.

VERSIO ANTIQUA.

15. Hi filii Liæ, quos peperit ipsi Jacob in Mesopotamia Syriæ, & Dinam filiam ejus: omnes animæ, filii & filiæ ejus, triginta tres. *Aug. quæst. 151. in Gen. t. 3. 415. a.*

VULGATA NOVA.

16. Filii Gad: Sephion & Haggi & Suni & Esebon & Heri & Arodi & Areli.

17. Filii Aser: Jamne & Jesua & Jessui & Beria, Sara quoque soror eorum. Filii Beria: Heber & Melchiel:
1. Par. *7. 30.*

18. hi filii Zelphæ, quam dedit Laban Liæ filiæ suæ: & hos genuit Jacob sedecim animas.

19. Filii Rachel uxoris Jacob: Joseph & Benjamin.

VULGATA NOVA.

20. Natique sunt Joseph filii in terra Ægypti,
Sup. 41. 50. 48. 5.

VERSIO ANTIQUA.

20..... Facti sunt autem filii Manasse, quos ge- *Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 543. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. primò habet: Ἀναίρας δὲ Ἰσραὴλ, αὐτὸς καὶ πάντα τὰ αὐτῷ, ἦλθεν, &c. ut in Lat. At in Mſ. Alex. desunt, αὐτὸς καὶ πάντα τὰ αὐτῷ, uti sup. apud Ambros. In edit. Compl. deest tantùm, αὐτός. Verbum autem, ἀναίρας, reddit Nobilius isto, *promovens*, additque, sic in libris seqq. à Patribus transferri dictionem istam; Ambros. tamen suum legendi modum confirmat infra, dicens: *Meritò elevatur qui festinat ad Christum*; deinde: *Prius se elevavit, postea immolavit*, ut videatur legisse, ἐναίρας.

℣. 2. Græc. Εἶπε δὲ ὁ Θεὸς τῷ Ἰσραὴλ ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, εἰπών· Ἰακὼβ, Ἰακώβ· ὁ δὲ εἶπε· Τί ἐστιν; Hieron. l. 3. contr. Pelag. to. 4. col. 538. c. *Dixit autem Deus ad Israël in visione noctis: Ego sum Deus*, &c. de ℣. 3. Augustſ. verò Locut. 185. de Gen. to. 3. col. 337. g. postrema sic reddit: *At ille respondit: Quid est? dicens*; additque: Ordo est: *At ille respondit, dicens: Quid est?* similiter in Mſ. Alex. Τί ἐστι ὁ λέγων, in edit. Compl. Τί ἐστιν; εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, λέγων.

℣. 3. Græc. Ὁ δὲ λέγει αὐτῷ· Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου· μὴ φοβοῦ καταβῆναι, &c. ut in Lat. Hieron. l. 3. contr. Pelag. to. 4. col. 538. c. *Ego sum Deus patrum tuorum; noli timere descendere in Ægyptum; in gentem enim magnam faciam te ibi.* Auct. l. de promiſſ. ap. Prosp. part. 1. c. 32. col. 113. d. *Ne timeas descendere in Ægyptum; in gentem enim magnam constituam te illic.*

℣. 4. Rursus habet Ambros. l. 2. de Jacob, c. 9. col. 472. b. *Descendam tecum in Ægyptum, & ego deducam te in perpetuum:* & infra loco cit. de Joſ. col. 510. b. *Joseph immittet manus super oculos.* Augustſ. verò Locut. 186. de Gen. to. 3. col. 337. g. *Ego descendam tecum in Ægyptum, & ego ascendere te faciam in finem*; additque: *sic habent Græci, quod Latini habent: Et ego deducam te in finem.* Hieron. l. 3. contr. Pelag. to. 4. col. 538. c. *Et ego descendam tecum in Ægyptum, & educam te inde, & ponet Joseph manus suas super oculos tuos.* Auct. l. de promiſſ. ap. Prosp. part. 1. c. 32. col. 114. a. *Et filius tuus Joseph ponet digitos suos super oculos tuos.* Gr. Καὶ ἐγὼ καταβήσομαι μετὰ σοῦ εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐγὼ ἀναβιβάσω σε εἰς τέλος· καὶ Ἰωσὴφ ἐπιθήσει τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐπὶ, &c. ut sup.

℣. 6. Itidem in Græco, niſi quòd additur in fine, μετ' αὐτοῦ, *semen ejus cum eo*, quod omittit Augustſ.

℣. 7. Græc. ponit μετ' αὐτοῦ, *cum eo*, poſt *filiorum ejus*; non verò poſt *filiarum ejus*; cætera quadrant ad verbum. Vide sis Augustſ. infra, ubi quærit, *quomodo dicat filias, & filias filiarum ejus cum eo, cùm filiam unam legatur habuisse*, nempe, *Dinam*: vid. etiam l. 16. de civit. Dei, c. 40. to. 7. col. 451. a. nec non Ambroſ. l. 2. de Jacob, c. 8. to. 1. col. 471. b.

℣. 8. Similiter in Græco. Vid. seqq. apud Augustſ.

℣. 15. Ita in Græco ad verbum, excepto uno, *ejus*, poſt *filiæ*, quod deeſt. Vide Augustſ. ibid.

℣. 20. Hæc primò leguntur Græcè: Ἐγένητο δὲ υἱοὶ

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

nuit ei concubina Syra, Machir; & Machir genuit Galaad: filii autem Ephraim fratris Manasse, Suthalaam,& Thaam: filii verò Suthalaam,Edem.

VULGATA NOVA.

quos genuit ei Aseneth filia Putiphare sacerdotis Heliopoleos: Manasses & Ephraim.

VULGATA NOVA.

1. Par. 7. 6. 8. 1. 21. Filii Benjamin: Bela & Bechor & Asbel & Gera & Naaman & Echi & Ros & Mophim & Ophim & Ared:

21. *Vide Not.*

22. hi filii Rachel quos genuit Jacob: omnes animæ, quatuordecim.

23. Filii Dan: Husim.

24. Filii Nephthali: Jasiel & Guni & Jeser & Sallem.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. in Ps. 118. t. 1. 1011. d. 25. Hi filii Bala, quam dedit Laban Rachel filiæ suæ: & peperit hos Jacob animas septem.

VULGATA NOVA.

25. Hi filii Balæ, quam dedit Laban Racheli filiæ suæ: & hos genuit Jacob: omnes animæ septem.

Hieron. quæst. Hebr. t. 2. 543. b. 26. Omnes ergo animæ, quæ ingressæ sunt cum Jacob Ægyptum, & quæ exierunt de femoribus ejus, absque mulieribus filiorum Jacob, animæ sexaginta sex.

27. Filii autem Joseph, qui nati sunt ei in Ægypto, animæ novem. Omnes ergo animæ, quæ ingressæ sunt cum Jacob in Ægyptum, septuaginta quinque.

26. Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cum Jacob in Ægyptum, & egressæ sunt de femore illius, absque uxoribus filiorum ejus, sexaginta sex.

27. Filii autem Joseph, qui nati sunt ei in terra Ægypti, animæ duæ. Omnes animæ domus Jacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum, fuere septuaginta. Deut. 10. 22.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Ἰωσὴφ ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, ᾧ ἔτεκεν αὐτῷ Ἀσενὲθ θυγάτηρ Πετεφρῆ ἱερέως Ἡλιουπόλεως, τὸν Μανασσῆ καὶ τὸν Ἐφραίμ, quæ Hieron. ibid. indicat, dicens: *Ephraïm & Manasse, antequam Jacob intraret in Ægyptum..... nati sunt de Aseneth Putipharis filiâ in Ægypto:* reliqua quæ adnexuimus supra ex eodem Hieron. concinunt cum Græco ad verbum, nisi quòd pro *genuit*, Græc. habet ἔτεκε, *peperit*; subinde, Μαχὶρ δὲ, *Machir autem*, pro & *Machir*, & in fine, Ἐδωμ, pro *Edem*; sed in Ms. Alex. legitur Ἐδέμ. Totam verò hanc pericopen superadditam fuisse, Hieronymus ipse testatur ibid. dicens: *Sed & illud quod supra legimus:* facti sunt autem filii Manasse, &c. *additum est: si quidem id quod postea (℣. 26. 27.) legimus, quasi per anticipationem factum esse describitur. Neque enim illo tempore, quo ingressus est Jacob Ægyptum, ejus erant ætatis Ephraïm & Manasse, ut filios generare potuerint.* Habetur tamen hoc additamentum in omnibus collatis libris, teste Nobilio, & refertur etiam à Philone. Idem quoque agnovit August. l. 16. de civit. Dei, c. 40. to. 7. col. 451. c. cùm dicat: *Commemoratur ibi Machir filius Manasse, nepos Joseph, & ejusdem Machir filius, id est, Galaad nepos Manasse, pronepos Joseph: id est, & quem genuit Ephræm, alter filius Joseph, id est, Utalaam,* (al. *Tutalaam*, vel *Uttalaam*) *nepos Joseph; & filius ipsius Utalaæ, Edem, nepos Ephræm, pronepos Joseph, qui nullo modo esse potuerunt quando Jacob in Ægyptum venit, & filios Joseph nepotes suos, avos istorum, minores quàm novem annorum pueros invenit.* Mirum fortè videbitur *Thaam*, alterum Ephraïm filium, cujus meminit Hieron. post LXX. non commemoratum fuisse ab Augustino, maximè cùm ipse ibid. dicat non tantùm nepotes, sed & pronepotes Joseph inter illos LXXV. numeratos, & quæst. 152. in Gen. col. 415. g. *Joseph*, & filios ejus, *non ampliùs quàm octo* commemorari, qui numerus, sublato *Thaam*, stare non posset. Non dissimulabimus tamen supra apud August. loco cit. de civit. Dei, sic legi in editt. *Ibi est & Bareth filius ipsius Utalaæ, id est, nepos Ephræm*, pro & *filius ipsius Utalaæ, Edem, nepos Ephræm*, sed contra fidem Mss. & LXX. Vide infra not. ad ℣℣. 21. 22. 26. 27.

℣. 21. Sequitur in Græco: Υἱοὶ δὲ Βενιαμὶν· Βαλὰ, καὶ Βοχὸρ, καὶ Ἀσβήλ· ἐγένοντο δὲ υἱοὶ Βαλὰ, Γηρὰ, καὶ Νοεμὰν, καὶ Ἀγχὶς, καὶ Ῥὼς, καὶ Μαμφίμ. Γηρὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀράδ· deinde, Οὗτοι υἱοὶ Ῥαχὴλ, ᾧς ἔτεκε τῷ Ἰακώβ, πᾶσαι αἱ ψυχαὶ δεκατρεῖς. Quærit hîc August. quæst. 152. in Gen. to. 3. col. 415. g. *Quid sibi velit, quòd cùm Joseph & filii ejus non ampliùs quàm octo commemorentur,* (sup. ℣. 20.) *Benjamin verò & ejus filii simul undecim reperiantur, non decem & novem omnes, sicut sunt octo & undecim, sed decem & octo referantur in summam.* At verò dicendum, vel mendosum fuisse codicem Augustini, quòd fortasse illò inter nomina novem filiorum Benjamin, decimi cujusdam nomen malè irrepserit; vel potiùs memoria lapsum ipsum Augustinum, qui non satis attenderit, non decem ibid. apud LXX. sed novem tantùm filios Benjamin esse annumeratos, qui omnes unà cum ipso Benjamin & Joseph, nec non septem Joseph filiis, numerum XVIII. conficiunt, non verò numerum XIX. ut ait Augustinus. Non prætermittendum tamen id quod legitur infra ℣. 27. apud LXX. scilicet filios Joseph, qui nati sunt ei in Ægypto, fuisse animas novem; tunc enim non jam animæ decem & octo, sed decem & novem numerandæ essent, quod faveret Augustino. Verùm præterquàm quòd ibi apud LXX. non numerentur nisi octo animæ pro Joseph & filiis ejus, teste ipso Augustino, & decem pro Benjamin & novem filiis ejus; in medio semper manet difficultas, nempe quomodo infra ℣. 27. numerentur ex parte Joseph & filiorum ejus animæ novem, cùm supra non numerati sint nisi octo; ac præterea quomodo August. eodem loco apertè dicat, Benjamin & filios ejus simul undecim reperiri, cùm apud LXX. non legantur nisi decem, numerato etiam ipso Benjamin. Vide infra not. ad ℣. 27.

℣. 25. Græc. Οὗτοι υἱοὶ Βαλᾶς ἣν..... ἣ ἔτεκε τέσσαρας τῷ Ἰακώβ· πᾶσαι αἱ ψυχαὶ ἑπτά. *Hi sunt filii Ballæ quam..... quæ peperit istos ipsi Jacob: omnes animæ septem.*

℣. 26. Eadem exstant Græcè, præter hæc levia, Πᾶσαι δέ, *omnes autem*, pro *omnes ergo*; paulòque post, εἰς Αἴγυπτον, οἱ ἐξελθόντες, *in Ægyptum, qui exierunt*, pro *Ægyptum & quæ exierunt*; & in fine, πᾶσαι αἱ ψυχαὶ ἑξηκονταέξ, *omnes animæ*, LXVI. loco *animæ*, LXVI. Eadem refert Ambros. in Ps. 118. to. 1. col. 1011. d. hoc modo: *Omnes autem animæ, quæ intraverunt cum Jacob in Ægyptum, quæ exierunt de femoribus illius, præter mulieres, & sexaginta sex.* Item l. de Isaac, c. 2. to. 1. col. 357. c. *Omnes animæ quæ descenderunt in Ægyptum.* August. epist. 190. to. 2. col. 705. d. *Omnes autem animæ, quæ introierunt cum Jacob in Ægyptum, qui exierunt de femoribus ejus.* Similiter quæst. 150. in Gen. to. 3. col. 414. g. *Exierunt de femoribus ejus animæ;* & quæst. 152. col. 415. c. *Legitur*, inquit, *sexaginta sex animas intrasse cum Jacob in Ægyptum, exceptis videlicet filiis Joseph.* Et infra f. ait: *Cum septuaginta sex hominibus Jacob in Ægyptum, etiam secundùm Hebraïcam veritatem, perhibetur intrasse.* Hesych. l. 1. in Levit. c. 2. col. 57. g. legit: *Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cum Jacob in Ægyptum, & egressi de femoribus ejus, absque uxoribus filiorum, septuaginta.* Addit Hieron. supra: *Quòd, excepto Joseph & filiis ejus, sexaginta sex animæ, quæ egressæ sunt de femoribus Jacob, introierunt Ægyptum, nulla dubitatio est. Ita enim & paulatim per singulos supputatus numerus approbat, & in Hebræis voluminibus invenitur.*

℣. 27. Similia Græc. habet, præter seqq. ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, vel Αἰγύπτου, *in terra Ægypti*; pro *in Ægypto*; (al. tamen ἐν Αἰγύπτῳ, & paulò post, πᾶσαι ψυχαὶ οἴκου Ἰακώβ, *omnes animæ domûs Jacob*, loco *omnes ergo animæ*; & in fine, ψυχαὶ ἑβδομηκονταπέντε, *animæ* LXXV. Apud Ambros. l. 6. Hexa. to. 1. col. 130. e. sic: *Filii autem Joseph, qui facti sunt ei in Ægypto, animæ novem. Omnes ergo animæ, quæ intraverunt cum Jacob in Ægyptum, septuaginta quinque.* Item l. de Joseph, c. 14. col. 510. c. *Descendunt in Ægyptum septuaginta quinque animæ;* at in Ps. 40. to. 1. col. 871. a. legit: *Omnes animæ septuaginta, quæ descenderunt in Ægyptum*, non *septuag. quinque.* August. verò quæst. 152. in Gen. col. 415. c. ait: *Filiis Joseph annumeratis*, inferri: *septuaginta quinque animas fuisse, cum quibus Jacob intravit in Ægyptum.* Similiter habet

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

28. Misit autem Judam ante se ad Joseph, ut nunciaret ei, & occurreret in Gessen.

VERSIO ANTIQUA.

28. Judam verò misit ante se ad Joseph, ut occurreret ei ad urbem Heroum in terram Rameſſe. *Hieron. ubi sup. 544. a.*

VULGATA NOVA.

29. Quò cùm perveniſſet, juncto Joseph curru suo, ascendit obviam patri suo ad eundem locum: videnſque eum, irruit super collum ejus, & inter 29.....30. *Vide Not.* amplexus flevit.

30. Dixitque pater ad Joseph: Jam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo.

VULGATA NOVA.

31. At ille locutus est ad fratres suos, & ad omnem domum patris sui: Ascendam & nunciabo Pharaoni, dicamque ei: Fratres mei, & domus patris mei, qui erant in terra Chanaan, venerunt ad me:

32. & sunt viri pastores ovium, curamque habent alendorum gregum: pecora sua, & armenta, & omnia quæ habere potuerunt, adduxerunt secum.

33. Cùmque vocaverit vos, & dixerit: Quod est opus vestrum?

34. Respondebitis: Viri pastores sumus servi tui, ab infantia nostra usque in præsens, & nos & patres nostri. Hæc autem dicetis, ut habitare possitis in terra Gessen: quia detestantur Ægyptii omnes pastores ovium.

VERSIO ANTIQUA.

31..... Ascendens nunciabo Pharaoni, & dicam ei: Fratres mei, & domus patris mei, qui erant in terra Chanaan, venerunt ad me: *Aug. Locut. 188. t. 3. 338. a.*

32. viri autem sunt pastores, viri enim pecorum nutritores erant: & jumenta, & oves, & omnia sua adduxerunt.

34..... abominatio est enim Ægyptiis omnis pastor ovium. *Aug. quæst. 154. in Gen. t. 3. 416. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Auct. l. de promiſſ. apud Prosp. part. 1. c. 32. col. 114. a. *Descendit autem Jacob in Ægyptum cum animabus* LXXV. Idem etiam numerus LXXV. legitur supra in capitulis libro Geneseos præfixis, capit. 75. at in Vulgata, sicut sup. apud Ambros. in Ps. 40. simpliciter *septuaginta*. Hujus diversitatis rationem affert Hieron. l. quæst. Hebr. col. 543. b. c. dicens: *Hoc autem quod in LXX. legimus:* Filii autem Joseph, qui nati sunt ei in Ægypto, animæ novem: *sciamus in Hebræo pro* novem, *esse* duas; *Ephraim quippe & Manasse, antequam Jacob intraret in Ægyptum..... sed & illud quod supra legimus* (℣. 20.) de filiis (quinque) Manasse & Ephraïm, *.....additum est*, inquit, *si quidem id quod postea legimus* (℣. 26. 27.) *quasi per anticipationem factum esse describitur. Neque enim illo tempore, quo ingressus est Jacob in Ægyptum, ejus ætatis erant Ephraïm & Manasse, ut filios generare potuerint. Ex quo manifestum est omnes animas, quæ ingressæ sunt Ægyptum de femoribus Jacob, fuisse septuaginta: dum sexaginta sex postea ingressæ sunt, & repererunt in Ægypto tres animas, Joseph scilicet cum duobus filiis ejus; septuagesimus autem ipse fuerit Jacob. Hanc rem ne videamur adversùm Scripturæ auctoritatem loqui, etiam LXX. Interpretes in Deuteronomio transtulerunt, quod in* LXX. *animabus ingressus sit Jacob in Ægyptum. Si quis igitur nostræ sententiæ refragatur, Scripturam inter se contrariam faciet. Ipsi enim LXX. Interpretes, qui hic* LXXV. *animas, per* πρόληψιν, *cum Joseph & posteris suis Ægyptum ingressas esse dixerunt, in Deuteronomio* LXX. *tantùm intrasse memorarunt.* Vid. not. infra ad cap. 10. Deut. ℣. 22. deinde sic pergit Hieron. *Quòd si è contrario nobis illud opponitur, quomodo in Actibus Apost. in concione Stephani dicatur ad populum, Septuaginta quinque animas ingressas esse Ægyptum, facilis excusatio est: non enim debuit sanctus Lucas, qui ipsius historiæ scriptor est, in gentes Actuum Apost. volumen emittens, contrarium aliquid scribere adversùs eam Scripturam, quæ jam fuerat gentibus divulgata. Et utique majoris opinionis, illo duntaxat tempore, LXX. Interpretum habebatur auctoritas, quàm Lucæ.* Eandem difficultatem exponit August. l. 16. de civit. Dei, c. 40. to. 7. col. 451. a. seqq. his verbis: *Ingressi referuntur in Ægyptum simul cum ipso Jacob, septuaginta quinque homines, annumerato ipso cum filiis suis; in quo numero duæ tantùm feminæ commemorantur, una filia, neptis altera: sed res diligenter considerata non indicat quòd tantus numerus fuerit in progenie Jacob, die vel anno, quo ingressus est in Ægyptum: commemorati sunt quippe in eis etiam pronepotes Joseph, qui nullo modo jam tunc esse potuerunt.* Et post plura: *Introitus Jacob in Ægyptum, quando eum in* LXXV. *animabus Scriptura commemorat, non unus dies, vel unus annus, sed totum illud est tempus, quandiu vixit Joseph, per quem factum est ut intrarent.* Vide etiam quæst. 152. & 173. in Gen. to. 3. col. 415. c. 422. b. Huc etiam redit quæstio altera, eaque difficillima, quam indicavimus sup. ad ℣. 21. quæque proponitur ab Augustino, quæst. 152. in Gen. col. 415. g. nempe: *Quid sibi velit quòd, cùm Joseph & filii ejus non amplius quàm octo commemorentur* (sup. ℣. 20.) *.... postea Joseph cum filiis suis, non animæ octo, sed novem fuisse dicantur, cùm octo inveniantur.* Verùm difficultatem non solvit; tantùm dicit: *Hæc quæ indissolubilia videntur, magnam continent sine dubitatione rationem: sed nescio utrùm possint cuncta ad litteram convenire, præcipuè in numeris.* Vid. not. sup. ad ℣. 20. & 21.

℣. 28. Ita de Græco, verbum è verbo. August. quoque Locut. 187. de Gen. to. 3. col. 338. a. legit: *Judam autem misit ante se ad Joseph, ut veniret sibi obviam juxta Heroum civitatem;* sed addit: *Nescio utrùm Heroum nomen facilè in Scripturis reperiatur.* Et quidem *in Hebræo nec urbem* hîc haberi *Heroum, nec terram Rameſſe, sed tantummodò Gesen*, testatur Hieronymus. Similiter Ambros. l. de Jos. c. 14. col. 510. d. huc alludens, dicit: *Occurrit illi Judas..... hunc sui venturus Judæorum populus prænuntium mittit.*

℣. 29. Græc. Ζεύξας δὲ Ἰωσὴφ τὰ ἅρματα αὐτοῦ, ἀνέβη εἰς συνάντησιν Ἰσραὴλ τῷ πατρὶ αὐτοῦ..... καὶ ὀφθεὶς αὐτῷ, &c. Unde Ambros. l. de Jos. c. 14. col. 510. d. ait: *Joseph occurrit.* Similiter Auct. l. de promiſſ. apud Prosp. part. 1. c. 32. col. 114. a. *Occurritque illi Joseph filius suus, quem cùm vidisset*, &c.

℣. 30. Græc. Καὶ εἶπεν Ἰσραὴλ..... ἀποθανοῦμαι ἀπὸ τοῦ νῦν, ἐπεὶ ἑώρακα τὸ πρόσωπόν σου, &c. Auct. l. de promiſſ. ubi sup. *Video te, fili, amodò libenter moriar.*

℣. 31. Eadem leguntur Græcè.

℣. 32. Similia Græcum habet, præter unum, βόας, *boves*, loco *oves*. Observat August. ibid. verba ista, *Viri enim pecorum nutritores erant*, à Scriptore interposita fuisse *ex persona sua*; vid. quæst. 161. in Gen. apud eundem, to. 3. col. 418. b.

℣. 34. Iidem Græcè.

Digitized by Google

CAPUT XLVII.

VULGATA NOVA.

1. INgressus ergo Joseph nunciavit Pharaoni, dicens: Pater meus & fratres, oves eorum & armenta, & cuncta quæ possident, venerunt de terra Chanaan: & ecce constiterunt in terra Gessen.

2. Extremos quoque fratrum suorum quinque viros constituit coram rege:

3. quos ille interrogavit: Quid habetis operis? Responderunt: Pastores ovium sumus servi tui, & nos & patres nostri.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 160. in Gen. t. 3. 417. d. 4..... non sunt enim pascua pecoribus puerorum tuorum, invaluit enim fames in terra Chanaan.....

Ibid. quæst. 154. 416. e. Venerunt autem in Ægyptum ad Joseph Jacob, & filii ejus, & audivit Pharao rex Ægypti.

5. Et ait Pharao ad Joseph, dicens: Pater tuus & fratres tui venerunt ad te.

6. Ecce terra Ægypti ante te est: in terra optima colloca patrem tuum & fratres tuos.

Aug. Locut. 189. 338. b. 8. Dixit autem Pharao ad Jacob: Quot anni dierum vitæ tuæ?

Ambr. de bono mortis, c. 2. 391. e. 9. Et Jacob dixit: Dies annorum vitæ meæ, quos habeo, centum triginta: pusilli & mali fuerunt dies annorum vitæ meæ, non pervenerunt

Aug. Locut. 190. 338. b. in dies annorum vitæ patrum meorum quos dies

Aug. quæst. 156. in Gen. 417. a. vixerunt.

Idem quæst. 157. 417. b. 11..... Et dedit eis possessionem in terra optima in terra Ramessem, sicut præcepit Pharao.

Idem quæst. 158. 417. c. 12. Et metiebatur triticum patri suo Joseph..... triticum secundùm corpus.

Idem Locut. 191. & 192. 338. c. 13..... invaluerat autem fames valde, & defecit terra Ægypti.....

Idem quæst. 159. 417. c. 14..... & intulit Joseph omnem pecuniam in domum Pharaonis.

VULGATA NOVA.

4. Ad peregrinandum in terra tua venimus; quoniam non est herba gregibus servorum tuorum, ingravescente fame in terra Chanaan: petimusque ut esse nos jubeas servos tuos in terra Gessen.

5. Dixit itaque rex ad Joseph: Pater tuus & fratres tui venerunt ad te.

6. Terra Ægypti in conspectu tuo est: in optimo loco fac eos habitare, & trade eis terram Gessen. Quòd si nosti in eis esse viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum.

7. Post hæc introduxit Joseph patrem suum ad Regem, & statuit eum coram eo: qui benedicens illi,

8. & interrogatus ab eo: Quot sunt dies annorum vitæ tuæ?

9. Respondit: Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt, parvi & mali, & non pervenerunt usque ad dies patrum meorum quibus peregrinati sunt.

10. Et benedicto rege, egressus est foras.

11. Joseph verò patri & fratribus suis dedit possessionem in Ægypto in optimo terræ loco, Ramesses, ut præceperat Pharao.

12. Et alebat eos, omnemque domum patris sui, præbens cibaria singulis.

13. In toto enim orbe panis deerat, & oppresserat fames terram, maximè Ægypti & Chanaan.

14. E quibus omnem pecuniam congregavit pro venditione frumenti, & intulit eam in ærarium regis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Græc. ab his incipit: Εἶπαν δὲ τῷ Φαραώ· Παροικεῖν ἐν τῇ γῇ ἤκαμεν. *Dixerunt autem Pharaoni: Incolere in terra venimus.* Augustinus simpliciter: *Fratres Joseph Pharaoni dixerant.* Græc. sic pergit: οὐ γάρ ἐστι νομή, *non enim est pastus*, loco *non sunt enim pascua*; reliqua ut in textu Lat. nisi quòd plura interponuntur in Græco, quæ silentio premit Augustinus. In edit. Compl. integra ista pericope, *venerunt autem in Ægyptum*, &c. deest. Vid. Augustinus not. ad ℣. seq.

℣. 5. Itidem Græcè: in edd. tamen Ald. & Compl. omittuntur hæc: Καὶ εἶπε Φαραὼ πρὸς Ἰωσήφ, λέγων, *Et ait Pharao ad Joseph, dicens.* Observat etiam Augustinus ibid. Hanc repetitionem *non prætermissæ rei, ad quam sæpe obscure per recapitulationem reditur*, hîc omnino apertam esse. *Jam enim*, inquit, *dixerat Scriptura, quomodo venerint ad Pharaonem fratres Joseph, & quid eis dixerit, vel ab eis audierit; sed hoc nunc velut ab initio repetivit, ut inde contexeret narrationem ab his verbis, quæ soli Joseph Pharao dixit; quorum omnium in codicibus Græcis, qui à diligentioribus conscripti sunt, quædam obeliscos habent, & significant ea quæ in Hebræo non inveniuntur, & in LXX. inveniuntur; quædam asteriscos, quibus ea significantur quæ habent Hebræi, nec habent LXX.*

℣. 6. Sic etiam in Græco, nisi excipias verbum, κατοίκισον, pro *colloca*, ad verbum, *commorari fac*, vel *habitare fac.* Vid. Augustinus sup.

℣. 8. Ad verbum è Græco.

℣. 9. Cuncta concinunt cum Græco, nisi quòd ibi ipso initio legitur: Καὶ εἶπεν Ἰακὼβ τῷ Φαραώ, *Et dixit Jacob Pharaoni*, loco, & *Jacob dixit*, paulòque post, παροικῶ, *incolo*, pro *habeo*, repetita voce, ἔτη, *anni*, post hanc, *triginta*, & in fine, παρῴκησαν, *incoluerunt*, pro *vixerunt.* Augustinus quæst. 156. in Gen. to. 3. col. 416. g. similiter habet: *Dies annorum vitæ meæ, quos incolo*, addit-que: *sic enim habent Græci, quod Latini habent, ago, vel habeo.* Et verò ipse Ambros. l. 4. Hex. to. 1. col. 72. f. legit: *Omnes dies vitæ meæ, quos ago*, uti sup. de bono mort. *quos habeo.* Ad vocem autem *pusilli*, observat Augustinus loco cit. de Locut. positam esse pro *paucis. Hoc enim* inquit, *Jacob ex comparatione dixit vitæ majorum suorum.* Similiter Ambros. l. 1. Hex. col. 21. d. legit, *pusilli & mali*, lib. verò 4. col. 72. f. *breves & maligni*, & lib. cit. de bono mort. *minimi & mali.* Hieron. in Ecclesiast. to. 2. col. 761. c. *Parvi & mali dies mei*; & in Isai 26. to. 3. col. 225. f. *Parvi sunt & pessimi dies mei:* similiter in Jer. 1. to. 3. col. 531. b. adjunctis his, *quibus ego peregrinor.* S. Pacian. epist. 3. col. 312. d. *Anni vitæ meæ durissimi*; reliqua quæ ex Augustino, Græco consonant ad verbum, excepto tamen ultimo *vixerunt*, cujus loco Græc. habet, παρῴκησαν, ut diximus supra. Augustinus bene vertit ibid. *incoluerunt*; sed quia proximè addit, in Latinis codd. scriptum esse, *vixerunt*, hanc lectionem præferendam duximus Græcæ, *incoluerunt. Non enim*, inquit, *Jacob hic aliud voluit intelligi, quàm id quod Latini codices habent*, vixerunt, *ac per hoc significavit hanc vitam incolatum esse super terram.*

℣. 11. Sic in Græco est, præter vocem, *Ramessem*, pro qua, Ραμεσσῆ, Græcum etiam post *possessionem*, addit, ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, *in terra Ægypto*, quod omittit Augustinus. Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 544. a. legit: *Dedit eis ut possiderent Ægypti optimam terram in Rameesse.* Vid. seqq. apud Hieron. & Augustinus ubi sup.

℣. 12. Eadem leguntur Græcè. Hoc autem, *secundùm corpus, id est*, ex Augustinus ibid. *secundùm numerum corporum*, seu *numerum hominum.*

℣. 13. Græc. Ἐνέχυσε γὰρ ὁ λιμὸς σφόδρα· ἐξέλιπε δὲ, &c. ut in Lat.

℣. 14. Ita priùs in Græco: Συνήγαγε δὲ Ἰωσὴφ πᾶν

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

15. Cùmque defeciſſet emptoribus pretium, venit cuncta Ægyptus ad Joſeph, dicens: Da nobis panes: quare morimur coram te, deficiente pecunia?

16. Quibus ille reſpondit: Adducite pecora veſtra, & dabo vobis pro eis cibos, ſi pretium non habetis.

VERSIO ANTIQUA.

15..... venerunt autem omnes Ægyptii ad Joſeph, dicentes: Da nobis panes..... *Aug. Locut.* 193. 338. *d.*

16. Dixit autem illis Joſeph: Adducite pecora veſtra, & dabo vobis panes pro pecoribus veſtris, ſi defecit argentum. *Idem quæſt.* 160. 417. *d.*

VULGATA NOVA.

17. Quæ cùm adduxiſſent, dedit eis alimenta pro equis, & ovibus, & bobus, & aſinis: ſuſtentavitque eos illo anno pro commutatione pecorum.

18. Venerunt quoque anno ſecundo, & dixerunt ei: Non celabimus dominum noſtrum quòd deficiente pecunia, pecora ſimul defecerunt: nec clam te eſt, quòd abſque corporibus & terrâ nihil habeamus.

19. Cur ergo moriemur te videnté? & nos & terra noſtra tui erimus: eme nos in ſervitutem regiam, & præbe ſemina, ne pereunte cultore redigatur terra in ſolitudinem.

VERSIO ANTIQUA. VULGATA NOVA.

Aug. Loc. 194. 338. *d.*

20..... & facta eſt terra Pharaoni, 20. Emit igitur Joſeph omnem terram Ægypti, vendentibus ſingulis poſſeſſiones ſuas præ magnitudine famis. Subjecitque eam Pharaoni,

21. & cunctos populos ejus, à noviſſimis terminis Ægypti uſque ad extremos fines ejus,

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

22. præter terram ſacerdotum, quæ à rege tradita fuerat eis: quibus & ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & idcirco non ſunt compulſi vendere poſſeſſiones ſuas. 22. præter terram ſacerdotum tantùm, non poſſedit Joſeph... *Idem Locut.* 195. 338. *e.*

23. Dixit ergo Joſeph ad populos: En ut cernitis, & vos & terram veſtram Pharao poſſidet: accipite ſemina, & ſerite agros,

24. ut fruges habere poſſitis. Quintam partem regi dabitis: quatuor reliquas permitto vobis in ſementem, & in cibum familiis & liberis veſtris.

VULGATA NOVA.

25. Qui reſponderunt: Salus noſtra in manu tua eſt: reſpiciat nos tantùm dominus noſter & læti ſerviemus regi.

26. Ex eo tempore uſque in præſentem diem, in univerſa terra Ægypti, regibus quinta pars ſolvitur, & factum eſt quaſi in legem, abſque terra ſacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.

27. Habitavit ergo Iſraël in Ægypto, id eſt, in terra Geſſen, & poſſedit eam: auctuſque eſt, & multiplicatus nimis.

28. Et vixit in ea decem & ſeptem annis: factique ſunt omnes dies vitæ illius, centum quadraginta ſeptem annorum.

29. Cùmque appropinquare cerneret diem mortis ſuæ, vocavit filium ſuum Joſeph, & dixit ad eum: Si inveni gratiam in conſpectu tuo, pone manum tuam ſub femore meo: & facies mihi miſericordiam & veritatem, ut non ſepelias me in Ægypto: *Sup.* 24. 2.

30. ſed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condaſque in ſepulcro majorum meorum. Cui reſpondit Joſeph: Ego faciam quod juſſiſti.

VERSIO ANTIQUA.

25..... dixerunt: Sanaſti nos, invenímus gratiam in conſpectu domini noſtri..... *Ambr. l. 2. offic. c. 2. 89. d.*

26. Et poſuit illis Joſeph in præceptum uſque in hodiernum diem in terra Ægypti, ut præſtent quintas Pharaoni..... *Aug. Locut.* 196. *t.* 3. 338. *e.*

28..... & fuerunt dies Jacob annorum vitæ ejus..... *Idem Locut.* 196. 338. *f.*

29..... Si inveni gratiam in conſpectu tuo, ſubjice manum tuam ſub femore meo: & facies in me miſericordiam & veritatem..... *Idem quæſt.* 161. 417. *e.*

30..... *Vide Not. ad ℣. 29.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

τὸ ἀργύριον τὸ εὑρεθὲν ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, &c. quibus reſpondent iſta Ambroſii, l. 2. offic. c. 16. to. 2. col. 89. c. *Itaque primum omnium coacervavit pecunias:* ſubinde ut ſup. apud Auguſt. niſi quòd loco *pecuniam*, legitur, τὸ ἀρσύριον, *argentum.*

℣. 15. Ad verbum è Græco.

℣. 16. Eadem ſunt in Græco, præter unum φέρετε, *afferte*, pro *adducite*; in fine etiam additur ὑμῶν, ad *argentum*; ſed in edit. Ald. deeſt ὑμῶν. Vide Ambroſ. l. 2. offic. c. 16. col. 89. b.

℣. 20. Sic eſt in Græco. Ambroſ. l. 2. offic. huc alludens, dicit: *Ad poſtremum jura terrarum regi adquiſivit.*

℣. 22. Ita Græc. habet, niſi quòd addit ταύτην, *iſtam*, verbo *poſſedit*: abeſt tamen dictio iſta ab aliquot codd. teſte Nobilio. Vid. Ambroſ. l. 2. offic. col. 89. d. e.

℣. 25. Græc. Καὶ εἶπαν· Σέζωκας ἡμᾶς, εὕρομεν χάριν ἐναντίον τοῦ, &c. ut ſup. *Et dixerunt: Salvaſti nos*, &c. unde Ambroſ. infra ait: *Hoc* ita fuiſſe *gratum omnibus..... ut non venditionem ſui juris, ſed redemptionem ſalutis putarent.*

℣. 26. Similia Græc. habet, præter hoc, ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, *uſque in diem hanc*, loco *in hodiernum diem.* Eadem memorat Ambroſ. l. 2. offic. c. 16. col. 89. e. dicens: *Quintam portionem collationis ſtatuit*, &c.

℣. 28. Similiter in Græco, additis his: ἑκατὸν τεσσαρακονταπτὰ ἔτη, *centum quadraginta ſeptem anni.* Priùs etiam ita ſcriptum eſt: Ἔζησε Ἰακὼβ ἐν γῇ Αἰγύπτῳ ἑπτὰ ἔτη, *Vixit Jacob in terra Ægypto decem & ſeptem annos.* Item apud Ambroſ. l. 2. de Jacob, c. 10. col. 471. c. *Exacto tempore decem & ſeptem annorum.* Et apud Auguſt. quæſt. 47. in Exod. to. 3. col. 436. c. ſic: *Intravit Jacob in Ægyptum cùm eſſet annorum centum triginta;* qui anni 130. juncti cum aliis 17. quos vixit Jacob in Ægypto, numerum præfatum reddunt annorum totius vitæ ipſius, *centum quadraginta ſeptem.*

℣. 29. Hæc primò leguntur in Græco: Ἤγγισαν δὲ αἱ ἡμέραι Ἰσραὴλ τοῦ ἀποθανεῖν, καὶ ἐκάλεσε τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἰωσὴφ, καὶ εἶπεν αὐτῷ, pro quibus Auguſt. habet: *Moriturus Jacob filio ſuo Joſeph dicit*; reliqua concordant inter ſe, niſi quòd pro *in conſpectu tuo*, *ſubjice*, Græc. habet, ἐναντίον σου, ὑπόθες, *coram te*, *ſuppone.* Denique poſt *veritatem*, Græc. addit: τοῦ μή με θάψαι ἐν Αἰγύπτῳ, *ut non ſepelias me in Ægypto*; quò ſpectant Ambroſii iſta, l. 2. de Jacob, c. 8. col. 471. b. *Vocavit Joſeph filium, & per generationis ſuæ futurum hæredem conſtrinxit eum, ne in Ægypto ſepeliretur: acceptaque fide*, &c. Similiter habet Auguſt. ubi ſup. quærens: *Quid ſibi velit à tanto viro tam ſollicita corporis commendatio, ut non in Ægypto ſepeliretur, ſed in terra Chanaan juxta patres ſuos?* Quæ ultima Græc. ita exprimit (℣. 30.) Ἀναπαήσομαι μετὰ τῶν πατέρων μου,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. q. Hebr. t. 2. 544. b. *Aug. quæſt. 162. in Gen. t. 3. col. 418. d.*

31. Et dixit ei: Jura mihi. Et juravit ei, & adoravit ſuper caput virgæ ſuæ.

VULGATA NOVA.

31. Et ille: Jura ergo, inquit, mihi. Quo jurante, adoravit Iſraël Deum, converſus ad lectuli caput.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ϗ θάψεις με ἐν τῷ τάφῳ αὐτῶν, &c. *Sed dormiam cum patribus meis..... & ſepelies me in ſepulcro eorum.*

℣. 31. Eadem ſunt in Græco, exceptis his: εἶπε δὲ, *dixit autem*, pro & *dixit ei*, & Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ, *Iſraël ſuper ſummum virgæ ejus*, poſt *adoravit*. Hieron. loco ſup. cit. legit: *Et adoravit Iſraël contra ſummitatem virgæ ejus.* Sed addit: *Et in hoc loco quidam fruſtra ſimulant adoraſſe Jacob ſummitatem ſceptri Joſeph, quòd videlicet honorans filium, poteſtatem ejus adoraverit; cùm in Hebræo multò aliter legatur:* Et adoravit, *inquit*, Iſraël ad caput lectuli: *quòd ſcilicet, poſtquam ei juraverat filius..... adoraverit Deum contra caput lectuli ſui.* De eadem ſententia Auguſt. quæſt. 162. ita diſſerit: *Quod habent Latini codices:* Et adoravit ſuper caput virgæ ejus: *nonnulli codices emendatiùs habent:* adoravit ſuper caput virgæ ſuæ, *vel*, in capite virgæ ſuæ, *ſive* in cacumine, *vel*, ſuper cacumen. *Fallit eos enim verbum Græcum, quod eiſdem litteris ſcribitur, ſive* ejus, *ſive* ſuæ: *ſed accentus diſpares ſunt, & ab eis, qui iſta noverunt in codicibus, non contemnuntur. Valent enim ad magnam diſcretionem, quamvis & unam plus litteram habere poſſet, ſi eſſet*, ſuæ, *ut non eſſet* αὐτῆς, *ſed* ἑαυτῆς. Deinde ſic pergit: *Per hoc meritò quæritur, quid ſit quod dictum eſt: nam facilè intelligeretur ſenem, qui virgam ferebat eo more, quo illa ætas baculum ſolet, ut ſe inclinavit ad Deum adorandum, id utique feciſſe ſuper cacumen virgæ ſuæ, quam ſic ferebat, ut ſuper eam caput inclinando adoraret Deum. Quid eſt ergo:* adoravit ſuper cacumen virgæ ejus, *id eſt, filii ſui Joſeph? An fortè tulerat ab eo virgam, quando ei jurabat idem filius? & dum eam tenet, poſt verba jurantis, nondum illâ redditâ, mox adoravit Deum..... Quamvis in Hebræo facillima hujus quæſtionis abſolutio eſſe dicatur, ubi ſcriptum perhibent:* Et adoravit Iſraël ad caput lecti, *in quo utique ſenex jacebat..... nec ideo tamen quod LXX. interpretati ſunt, nullum, vel levem ſenſum habere putandum eſt.*

CAPUT XLVIII.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 198. §38. f. t. 3. *Hieron. q. Hebr. t. 2. 544. b.*

1..... nunciatum eſt Joſeph, quia pater tuus turbatur: & tulit duos filios ſecum, Manaſſen & Ephraim.....

2..... Et confortatus Iſraël ſedit ſuper lectulum.

Aug. quæſt. 163. in Gen. t. 3. 418. g.

4..... faciam te in congregationes gentium.....

Idem quæſt. 164. §19. a.

5. Nunc ergo filii tui duo, qui facti ſunt tibi in terra Ægypti, priuſquam ad te venirem in Ægyptum, mei ſunt: Ephræm & Manaſſe, tanquam Ruben & Simeon erunt mihi.

6. Natos autem ſi genueris poſtea, tibi erunt, in nomine fratrum ſuorum appellabuntur in ſortibus eorum.

VULGATA NOVA.

1. His ita tranſactis, nunciatum eſt Joſeph quòd ægrotaret pater ſuus: qui, aſſumptis duobus filiis Manaſſe & Ephraim, ire perrexit.

2. Dictumque eſt ſeni: Ecce filius tuus Joſeph venit ad te. Qui confortatus ſedit in lectulo.

3. Et ingreſſo ad ſe ait: Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ eſt in terra Chanaan: benedixitque mihi, *Sup. 28. 13.*

4. & ait: Ego te augebo & multiplicabo, & faciam te in turbas populorum: daboque tibi terram hanc, & ſemini tuo poſt te, in poſſeſſionem ſempiternam.

5. Duo ergo filii tui, qui nati ſunt tibi in terra Ægypti antequam huc venirem ad te, mei erunt: Ephraim & Manaſſes, ſicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi. *Sup. 41. 50. Joſ. 13. 7. 29.*

6. Reliquos autem quos genueris poſt eos, tui erunt, & nomine fratrum ſuorum vocabuntur in poſſeſſionibus ſuis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Auguſt. ibid. *Quod ſcriptum eſt:* Nunciatum eſt, quia pater tuus turbatur: *aliqui codices habent*, vexatur; *aliqui*, æſtuatur; & *aliud alii, ſicut interpretari Latini potuerunt quod Græcè ſcriptum eſt*, ἐνοχλεῖται· tum addit: *Ideo autem*, turbatur, *accommodatiùs dici videtur, quia hoc dici ſolet de iis qui afflictatione corporis, morte propinquante, jactantur:* & *ex hoc etiam turba* ὄχλος *dicitur*, &c. Eadem Hieron. loco cit. ſic reddit: *Et nunciatum eſt Joſeph: Ecce pater tuus agrotat*, cum reliquis quæ ex ipſo adnexuimus ſupra: In Græco verò loco, & *tulit duos filios ſecum*, ſcriptum legitur, ϗ ἀναλαβὼν τοὺς δύο υἱοὺς αὐτοῦ, τὸν, &c. & *aſſumens duos filios ſuos*, abſque, *ſecum.* In Mſ. tamen Alex. utrumque eſt, αὐτῷ μετ' αὐτῷ.

℣. 2. Gr. ſimiliter: Καὶ ἐνισχύσας Ἰσραὴλ, ἐκάθισεν ἐπὶ τὴν κλίνην, unde Hieron. ſup. addit: *Cauſam cur LXX. Interpretes idem verbum aliter atque aliter ediderint, neſcio: hoc unum audaciter dico quòd ipſum verbum*, Meta, *quod in* Lectulum, *tranſtulerunt, ſupra* (c. 47. ℣. 31.) virgam, *potiùs quàm* lectulum, *nominaverunt.* Ambroſ. quoque, l. 2. de Jacob, c. 9. col. 472. b. alludens, ait: *Ille defatigatis corporis viribus, in lecto, tanquam in ſepulcro corpus relinquens, adſurrexit in ſe.*

℣. 4. Itidem Græcè.

℣. 5. Nil Græco ſimilius. Eadem quoque refert Auguſt. l. 2. de conſ. Evang. to. 3. part. 2. col. 28. f. omiſſis tantùm his: *In terra Ægypti*, & *in Ægyptum.* Similiter Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 544. c. *Et nunc ecce duo filii tui, qui nati ſunt tibi in terra Ægypti, antequam venirem ad te in Ægypto, mei ſunt Ephraïm & Manaſſe: quaſi Ruben & quaſi Simeon erunt mihi.* In Mſs. etiam Alex. & Cotton. legitur, Καὶ ὡς Συμεών. At Hieron. infra legit: *ſicut Ruben & Simeon erunt mihi.*

℣. 6. *Natos autem ſi genueris poſtea, tibi erunt:* Hæc apud Auguſt. leguntur intra parentheſim; ait enim Auguſt. ibid. *Fallit legentes aliquando, ut exiſtiment ita dictum, tanquam ſi alios genuiſſet Joſeph, iſtorum nominibus eos Jacob appellari præciperet, quod non ita eſt. Verborum quippe ordo contexitur:* Nunc ergo filii tui duo..... tanquam Ruben & Simeon erunt mihi; in nomine fratrum ſuorum appellabuntur in ſortibus eorum; *hoc eſt, ſimul hæreditatem capient cum fratribus ſuis, ut ſimul vocentur filii Iſraël..... Illud autem interpoſitum eſt, quod de aliis filiis Joſeph, ſi naſcerentur, dixit.* In Græco nonnulla diſſimilia, nec eadem eſt interpunctio: ita nempe legitur: Τὰ δὲ ἔκγονα, ἃ ἐὰν γεννήσῃς μετὰ ταῦτα, ἐξουσιάσει ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν· καὶ κληθήσονται ἐπὶ τοῖς ἐκείνων κλήροις. i. e. *Nati autem, quoſcunque genueris poſtea, erunt in nomine fratrum ſuorum: vocabuntur in ſortibus illorum.* In Mſs. tamen Alex. & Oxon. nec non in editt. Ald. & Compl. ſcriptum eſt ut ſup. σοὶ ἔσονται, deinde ἐπὶ τῷ, &c. & apud Auguſt. rurſum l. 2. de conſ. Evang. to. 3. col. 28. f. *Natos autem ſi genueris poſtea, tibi erunt.* Similiter apud Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 544. c. 545. a. *Quos autem generaveris poſt hæc, tui erunt: in nomine fratrum ſuorum vocabuntur in hæreditatem ſuam.* Id eſt, inquit, *ſicut Ruben & Simeon duæ tribus erunt, & ex ſuis vocabulis appellabuntur: ſic Ephraïm & Manaſſe duæ tribus erunt, duoſque populos procreabunt, & ſic hæreditabunt repromiſſionis terram ſicut & filii mei. Reliqui autem*, ait, *filii quos poſt mortem meam genueris, oſtendens necdum illo tempore procreatos, tui erunt.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

7. Mihi enim, quando veniebam de Mesopotamia, mortua est Rachel in terra Chanaan in ipso itinere, eratque vernum tempus: & ingrediebar Ephratam, & sepelivi eam juxta viam Ephratæ, quæ alio nomine appellatur Bethlehem.

Sup. 35. 19.

VERSIO ANTIQUA.

7. Ego autem cùm venirem de Mesopotamia Syriæ, mortua est mater tua Rachel in terra Chanaan in via Hippodromi, ut venirem Ephratha.....

Hieron. q. Hebr. t. 2. 538. *b.*

VULGATA NOVA.

8. Videns autem filios ejus, dixit ad eum: Qui sunt isti?

9. Respondit: Filii mei sunt, quos donavit mihi Deus in hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me, ut benedicam illis.

10. Oculi enim Israël caligabant præ nimia senectute, & clarè videre non poterat. Applicitosque ad se deosculatus, & circumplexus eos,

11. dixit ad filium suum: Non sum fraudatus aspectu tuo: insuper ostendit mihi Deus semen tuum.

12. Cùmque tulisset eos Joseph de gremio patris, adoravit pronus in terram.

13. Et posuit Ephraim ad dexteram suam, id est, ad sinistram Israël: Manassen verò in sinistra sua, ad dexteram scilicet patris, applicuitque ambos ad eum.

14. Qui extendens manum dexteram, posuit super caput Ephraim minoris fratris: sinistram autem super caput Manasse qui major natu erat, commutans manus.

10..... 13..... 14. *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

15. Benedixitque Jacob filiis Joseph, & ait: Deus, in cujus conspectu ambulaverunt patres mei Abraham & Isaac, Deus qui pascit me ab adolescentia mea usque in præsentem diem:

16. Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis: & invocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham & Isaac, & crescant in multitudinem super terram.

17. Videns autem Joseph quòd posuisset pater suus dexteram manum super caput Ephraim, graviter accepit: & apprehensam manum patris levare conatus est de capite Ephraim, & transferre super caput Manasse.

18. Dixitque ad patrem: Non ita convenit, pater: quia hic est primogenitus, pone dexteram tuam super caput ejus.

Hebr. 11. 21. *Sup.* 31. 29. 32. 2. *Matt.* 18. 10.

VERSIO ANTIQUA.

15..... Deus qui pascit me à juventute mea usque in hunc diem:

16. Angelus, qui liberavit me ex omnibus malis, benedicat pueros hos: & invocabitur in his nomen meum, & nomen patrum meorum.....

17. Ubi autem vidit Joseph quoniam superposuit pater suus manum dexteram super caput Effraim, grave illi visum est: & apprehendit Joseph manum patris sui, auferre eam à capite Effraim, ad caput Manasse.

18. Dixit autem Joseph ad patrem suum: Non sic, pater: hic est primitivus meus, superpone dexteram tuam super caput ejus.

Novat. de Trin. p. 1049. *c.*

Aug. Locut. 199. 338. *g.*

Cypr. Testim. l. 1. 281. *b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Ita Græc. habet, exceptis his: ὡνίκα ἠρχόμην, *quando veni*, loco *cùm venirem*; & in fine ἐγγίζοντός μου καὶ τὸν ἱπποδρομον Χαβραθὰ τῆς γῆς, τοῦ ἐλθεῖν Ἐφραθά, &c. *appropinquante me ad Hippodromum Chabrata terræ, ad veniendum in Ephrata*, loco *in via Hippodromi*, &c. Vid. sup. not. ad cap. 35. ℣. 16. & 19.

℣. 10. Græc. Οἱ ὀφθαλμοὶ δὲ Ἰσραὴλ ἐβαρυώθησαν ἀπὸ τοῦ γήρως, καὶ οὐκ ἠδύναλο βλέπειν, &c. Eadem commemorat Ambros. l. 2. de Jacob, c. 9. col. 471. e. dicens: *Cùm oculi ejus gravarentur ip senectute, & non posset videre, tunc quoque beatus*, &c.

℣. 13. Græc. Λαβὼν δὲ Ἰωσὴφ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, τόν τε Ἐφραὶμ ἐν τῇ δεξιᾷ, ἐξ ἀριστερῶν δὲ Ἰσραὴλ· τὸν δὲ Μανασσῆ ἐξ ἀριστερῶν, ἐκ δεξιῶν δὲ Ἰσραὴλ, ἤγγισεν αὐτοὺς αὐτῷ· Quæ Ambros. l. de bened. Patr. c. 1. to. 1. col. 514. a. narrando ita exprimit: *Sumens Joseph filios suos..... Ephræm ad dexteram suam, ad sinistram autem Israël patris sui; Manassen autem ad sinistram suam, ut ad dexteram esset Israël, applicuit eos ante patrem suum:* & sup. col. 513. b. ait: *Festinavit Joseph sumere benedictionem.....* & *filios suos obtulit Manassen & Ephræm, quos benedixit Jacob.* Item l. 2. de Jacob, c. 9. col. 471. f. *Erravit*, inquit, & *ipse Joseph, ut cùm ad dexteram ejus applicasset filium suum seniorem, & ad sinistram ipsius, hoc est Jacob, applicasset filium juniorem*, &c.

℣. 14. Sequuntur in Græco: Ἐκτείνας δὲ Ἰσραὴλ τὴν χεῖρα τὴν δεξιὰν, ἐπέβαλεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Ἐφραὶμ, ὅτος δὲ ἦν ὁ νεώτερος· καὶ τὴν ἀριστερὰν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Μανασσῆ, ἐναλλάξ τὰς χεῖρας, καὶ εὐλόγησεν αὐτούς. Similiter habet Ambros. l. de bened. Patr. c. 1. col. 514. a. *Extendens autem Israel manum dexteram, imposuit super caput Ephræm, qui erat junior, & stabat ad sinistram avi; & sinistram suam posuit super Manassen, qui erat ad dexteram; & ita immutatis manibus, benedixit eos.* Vid. etiam l. 2. de Jacob, c. 9. col. 471. f. sicut apud August. l. 16. de civit. Dei, c. 42. to. 7. col. 453. b. ubi hæc habentur: *Quos cùm benediceret Jacob, manum dexteram ponens super minorem, quem habebat ad sinistram; sinistram super majorem, quem habebat ad dexteram*, &c. Item quæst. 166. in Gen. to. 3. col. 419. e. *Ita benedixit nepotes suos Israël, ut dexteram manum minori imponat, majori autem sinistram.* Eò pariter spectant quæ Tertul. l. de Bapt. c. 8. p. 389. dicit: *Nepotes suos ex Joseph, Ephræm & Manassem, Jacob, capitibus impositis & intermutatis manibus, benedixit, & quidem ita transversim obliquatis in se, ut*, &c.

℣. 15. Similiter Ambros. in Ps. 118. to. 1. col. 988. c. d. *Deus qui pascit me à juventute mea*: at sup. col. 982. b. *Deus qui pascis me à juventute mea.* Hilar. in Ps. 54. col. 111. c. *Deus qui enutrivit me à juventute mea*; sic etiam in Ps. 123. col. 399. a. additis his: *Et angelus*, &c. ut infra ℣. 16. omissis intermediis, *usque in hunc diem.* In Græco: Ὁ Θεὸς ὁ τρέφων με ἐκ νεότητός ἑως τῆς ἡμέρας ταύτης.

℣. 16. Hilar. in Ps. 123. col. 399. a. *Et angelus eruens me ex omnibus malis.* Græc. Ὁ ἀγγελος ὁ ῥυόμενός με, &c. ut in Lat. tum Novatiani, tum Augustini. In edit. Comp. ἄγγελος ὁ ῥυζάμενος, quæ lectio Novatiano favet.

℣. 17. Similia Græcum habet, nisi excipias ista, *ἰδὼν δὲ*.... ὅτι ἐπέβαλεν, *videns autem..... quia imposuit*, pro *ubi autem vidit..... quoniam superposuit*; paulòque post, τὴν δεξιὰν αὐτοῦ, *dexteram suam*, non simpliciter, *dexteram*; (in edit. tamen Compl. deest αὐτοῦ) tubinde ἀφελεῖν, *auferendo*, pro *auferre*; at in fine, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν, *super caput*, pro *ad caput.* August. etiam l. 16. de civit. Dei, c. 42. col. 453. b. dicit: *Grave visum est patri eorum.* Item Ambros. l. de bened. Patr. c. 1. col. 514. c. *Cùm filius putaret eum erraſſe..... convertere voluit manus ejus:* & l. 2. de Jacob, c. 9. col. 471. f. *Volenti filio patrem dexteram super Manassen seniorem convertere, respondit.* Similiter August. quæst. 166. in Gen. to. 3. col. 419. d. *Joseph volenti corrigere quasi errantem atque nescientem, ita respondet*, &c.

℣. 18. Græc. Εἶπε δὲ..... τῷ πατρὶ αὐτοῦ..... ὅτος γὰρ ὁ πρωτότοκος· ἐπίθες, &c. ut in Lat. August. bene Locut. 200. de Gen. to. 3. col. 339. a. *Hic enim primitivus*, additque: *Minus habet*, est, *secundùm codices Græcos.* Ambros. verò l. de bened. Patr. c. 1. col. 514. d. legit: *Non sic, pater, hic enim primitivus est, impone dexteram tuam super caput ejus.* Vide etiam August. l. 16. de civit. Dei, c. 42. col. 453. b.

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Cypr. ubi sup. 19. Ille autem noluit, & dixit : Scio fili, scio : & hic erit in populum, & hic exaltabitur : sed frater ejus junior, major illo erit : & semen ejus erit in multitudinem gentium.	19. Qui renuens, ait : Scio fili mi, scio : & iste quidem erit in populos, & multiplicabitur : sed frater ejus minor, major erit illo : & semen illius crescet in gentes.
Ambr. de ben. Patr. c. 1. 515. a. 20..... In vobis benedicetur Israël, dicentibus : Faciat vobis Deus sicut Ephræm & Manassen.....	20. Benedixitque eis in tempore illo, dicens : In te benedicetur Israël, atque dicetur : Faciat tibi Deus sicut Ephraim, & sicut Manasse. Constituitque Ephraim ante Manassen.
	21. Et ait ad Joseph filium suum : En ego morior, & erit Deus vobiscum, reducetque vos ad terram patrum vestrorum.
Idem c. 3. 516. f. 22. Do tibi Sichimam præcipuam super omnes fratres tuos, quam accepi de manibus Amorrhæorum in machæra mea & arcu.	22. Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. *Jos. 15. 7. 16. 1. Jos. 24. 8.*

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 19. Græc. Καὶ ὑκ ἠθέλησεν· ἀλλ' εἶπεν· Οἶδα, &c. ut in textu Lat. Rectè Ambros. l. de bened. Patr. c. 1. col. 514. d. *Et noluit ; sed dixit : Scio, fili, scio : & hic erit in populum, & hic exaltabitur ; sed frater ejus junior major illo erit, & semen ejus erit multitudo gentium.* Gr. εἰς πλῆθος ἐθνῶν, cum Cypr. Eadem repetit Ambros. l. 2. de Jacob, c. 9. col. 471. f. ab his : *scio, fili, scio*, usque ad hæc, *major illo erit :* rursumque in Ps. 118. col. 1151. f. detracto tantùm altero, *scio*. Similiter August. l. 16. de civit. Dei, c. 42. to. 7. col. 453. c. *At ille mutare manus noluit, sed dixit : Scio, fili, scio : & hic erit in populum, & hic exaltab. sed frater ejus junior major illo erit, & semen ejus erit in multitudinem gentium.* Ita denique quæst. 165. in Gen. to. 3. col. 419. d. ab his : *scio, fili, scio*, usque ad finem.

℣. 20. Rursum Ambros. in Ps. 118. to. 1. col. 1151. b. hæc habet : *Dicentibus posteris : Faciat vobis Deus sicut Ephræm & Manassen.* In Græco sic : Ἐν ὑμῖν εὐλογηθήσεται Ἰσραὴλ, λέγοντες· Ποιήσαι σε ὁ Θεὸς ὡς Ἐφραὶμ, καὶ ὡς Μανασσῆ, &c. *In vobis benedicetur Israël, dicentes : Faciat te Deus sicut Ephræm, & sicut Manasse.*

℣. 22. Eadem sunt in Græco, præter vocem, *omnes*, quæ deest ante *fratres tuos*, & hanc, χειρός, *manu*, positam pro *manibus*. Rursum Ambros. l. 2. de interpell. Dav. c. 4. col. 643. e. sic legit : *Ego do tibi Sicimam magnificam* (Gr. ἐξαίρετον) *super fratres tuos, quam accepi de manu Amorrhæorum, in gladio meo, & sagitta.* Hieron. verò quæst. Hebr. to. 2. col. 545. a. *Et ego dedi tibi Sicimam præcipuam super fratres tuos, quam accepi de manibus Amorrhæorum in gladio meo, & sagitta ;* at infra bis, *in arcu & gladio*, juxta Græc. Observat etiam Hieron. ibid. pro *præcipuo*, id est, ἑξαιρέτῳ, *unum*, scribi in Hebræo. August. quæst. 167. in Gen. to. 3. col. 419. c. hæc habet : *Dicit Jacob Sichimam se præcipuam dare filio suo Joseph ; & addit, quòd eam possederit in gladio suo & arcu.*

CAPUT XLIX.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Aug. l. 12. cont. Faust. c. 42. t. 8. 246. d. 1. VOcavit Jacob filios suos, & dixit : Congregamini, ut annuntiem vobis quæ occursura sunt vobis in novissimis diebus.	1. VOcavit autem Jacob filios suos, & ait eis : Congregamini, ut annuntiem quæ ventura sunt vobis in diebus novissimis. *Deut. 33. 6.*
2. Congregamini, & audite filii Jacob, audite Israël patrem vestrum.	2. Congregamini, & audite filii Jacob, audite Israël patrem vestrum.
Ambr. l. de ben. Patr. c. 2. 515. c. 3. Ruben primitivus meus, tu virtus mea, & initium filiorum meorum ; durus portari, durus & temerarius :	3. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei : prior in donis, major in imperio.
4. Affecisti me contumelia : sicut aqua non efferveas : ascendisti enim in cubile patris tui ; tunc polluisti thorum, quando ascendisti.	4. Effusus es sicut aqua, non crescas : quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum ejus. *Sup. 35. 22. 1. Par. 5. 1.*

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Græc. Ἐκάλεσε δὲ Ἰακὼβ τοὺς..... καὶ εἶπεν αὐτοῖς, &c. ut in Lat. præter hoc, τί ἀπαντήσει, *quid occurret*, pro *quæ occursura sunt*. Ambros. l. de bened. Patr. c. 2. to. 1. col. 515. b. hæc habet : *Vocavit etiam filios suos ;* & l. de Jos. c. 14. col. 510. e. *Ipse Jacob sic ait ad filios suos ; Congregamini, ut annuntiem vobis quæ occursura sunt vobis in novissimis diebus.* Item l. 2. de Jacob, c. 9. col. 472. b. *Annuntiabo vobis quæ occursura sunt vobis in novissimis diebus.* Hieron. verò in Isai. 2. to. 3. col. 21. b. *Venite ut annuntiem vobis quid futurum sit in novissimis diebus.*

℣. 2. Græc. Συνάχθητε, καὶ ἀκούσατέ μου, υἱοὶ Ἰακώβ· ἀκούσατε Ἰσραὴλ, ἀκούσατε τοῦ πατρὸς ὑμῶν. At in Mss. Alex. & Oxon. nec non in edit. Compl. deest, μου, post 1. ἀκούσατε, nec repetitur, ἀκούσατε, post Ἰσραήλ. Ambros. l. de Jos. c. 14. col. 510. e. simpliciter habet : *Congregamini, & audite Israël patrem vestrum.*

℣. 3. Ambros. infra, c. 3. col. 517. d. legit, *primogenitum*, non *primitivum*. Similiter Rufin. l. 2. de bened. Patr. col. 10. b. *Ruben primogenitus meus ;* deinde sic : *Virtus mea, & initium filiorum meorum, durus in conversatione, & durus temerarius.* Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 545. b. *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium filiorum meorum, durus ad ferendum, & durus procacitate.* Hieronymo Græcum favet ad verbum, nisi quòd pro *durus procacitate*, fert, σκληρὸς αὐθάδης, *durus pervicax*, seu *contumax, intractabilis*. Contrà addit Hieron. ibid. *In Hebræo ita scriptum est : Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & capitulum in liberis meis ; major ad portandum, & major robore.* Apud Eucher quæst. in Gen. col. 841. f. sic : *Ruben primogenitus meus, prior in donis, major imperio.*

℣. 4. In Græco interpunctio dissimilis, ita nempe, Ἐξύβρισας ὡς ὕδωρ, μὴ ἐκζέσῃς, quasi diceretur : *Luxuriasti sicut aqua ; ne effervescas :* ἐξυβρίζειν enim sumitur aliquando pro, *evagari petulanter*, ut solent flumina extra alveos erumpentia. Significat etiam, *contumeliâ afficere*, ab ὕβρις, *contumelia, injuria*, sicut legit Ambros. sup. Si prima significatio admittitur, verbum ἐξύβρισας, conjungitur bene cum seq. ὡς ὕδωρ, *sicut aqua ;* si altera, idem ὡς ὕδωρ adnectendum erit huic, μὴ ἐκζέσῃς, *non effervescas*, quem postremum legendi modum retinuerunt Patres Latini. Hieron. enim quæst. Hebr. to. 2. col. 545. b. sic legit : *Ruben..... durus procacitate & injuria ;* deinde : *sicut aqua non ebullias ; ascendisti enim super lectulum patris tui : tunc violasti stratum, cùm ascendisti.* Quæ postrema optimè respondent Græcis, ἀνέβης γὰρ ἐπὶ τὴν κοίτην τοῦ πατρός σου· τότε ἐμίανας τὴν στρωμνὴν ἣ ἀνέβης, *quo ascendisti.* Similiter habet Rufin. l. 2. de bened. Patr. col. 10. b. *Contumelias irrogasti ; tanquam aqua non effervescas : ascendisti enim super cubile patris tui ; tunc polluisti thorum, ubi ascendisti.* Ambros. etiam infra, c. 3. col. 517. d. scribit, *non effervescas ut aqua*, loco *efferveas*, quod posuerat supra. Priori interpunctioni, & explicationi favet Vulgata : & verò Hieron. loco sup. cit. addit, *In Hebræo ita scriptum* esse : *Effusus es sicut aqua ; ne adjicias : ascendisti enim cubile patris tui, & contaminasti stratum in ascensu.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

5. Simeon & Levi fratres : vasa iniquitatis bellantia.

6. In consilium eorum non veniat anima mea, *Sup.* 34. & in cœtu illorum non sit gloria mea : quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua 25. suffoderunt murum.

7. Maledictus furor eorum, quia pertinax : & *Jos.* 19. indignatio eorum, quia dura : dividam eos in Ja- 2. 21. cob, & dispergam eos in Israël.

8. Juda, te laudabunt fratres tui : manus tua in cervicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris tui.

1. *Par.* 9. Catulus leonis Juda : ad prædam, fili mi, 5. 2. ascendisti : requiescens accubuisti ut leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum ?

Matt. 10. NON AUFERETUR sceptrum de Ju- 2. 6. *Joan.* 1. 45.

VERSIO ANTIQUA.

5. Simeon & Levi fratres consummaverunt iniquitatem adinventionis suæ. *Hieron. q. Hebr. t. 2. 545. c.*

6. In consilium eorum non veniat anima mea, & in congregationem illorum non contendant viscera mea : quoniam in ira sua occiderunt hominem, & in cupiditate sua subnervaverunt taurum. *Ambr. l. de ben. Patr. c. 3. 516. c.*

7. Maledictus furor eorum, quia superbus & temerarius : & ira illorum, quia indurata est : dividam eos in Jacob, & dispergam illos in Israël. *Ambr. l. 2. de Jac. c. 9. t. 1. 472. f.*

8. Juda, te laudabunt fratres tui : manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum, te adorabunt filii patris tui. *Aug. l. 16. de civ. Dei. c. 41. t. 7. 452. b. c.*

9. Catulus leonis Juda : ex germinatione, fili mi, ascendisti : recumbens dormisti ut leo, & ut catulus leonis, quis suscitabit eum ?

10. NON DEFICIET princeps ex Juda, & dux de

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Sic est in Græco ad verbum, nisi excipias ultimum, ἐξαιρέσεως αὐτῶν, loco *adinventionis suæ*, Nobil. vertit, *propositi sui*. In edit. Ald. dividitur, ἐξ, ab αἱρέσεως, cui lectioni favet Tertul. cùm legat l. contr. Jud. c. 10. p. 144. a. *Simeon & Levi perfecerunt iniquitatem ex sua secta.* αἵρεσις, enim idem est ac *hæresis* ; unde, αἱρετικὸς, *hæreticus sectator*. Eadem disjunctio admittitur à Prædestin. Sirmond. l. 3. to. 1. p. 567. e. ubi sic : *Simeon & Levi fratres consummaverunt iniquitatem ex voluntate sua.* Rufin. verò l. de bened. Patr. col. 11. b. legit absque distinctione : *Simeon & Levi fratres perfecerunt iniquitatem voluntatis suæ.* Item Auct. op. imp. in Matth. hom. 42. col. 177. d. *Simeon & Levi fratres consummaverunt iniquitates suas.* Hieron. ubi sup. ait ita scriptum in Hebræo : *Simeon & Levi fratres, vasa iniquitatis arma eorum.*

℣. 6. Similia Græc. habet, exceptis his : Καὶ ἐπὶ τῇ συνάξει αὐτῶν μὴ ἐρίσαι τὰ ἥπατά μου, ὅτι ἐν τῷ θυμῷ αὐτῶν ἀπέκτειναν ἀνθρώπους. *Et in congregatione eorum non contendant jecora mea, quia in furore suo interfecerunt homines.* Idem Ambros. l. 2. de Jacob, c. 9. col. 472. f. legit : *In consilium eorum non veniat anima mea, & in occursum eorum non contendant viscera mea.* Hoc autem, σύναξις, quasi *consistentia est*, idem ac στάσις, *statio*, unde *stationes*, & *circuli*, in quibus homines convenire solent ; inde etiam, σύναξις, *colloquium*, & *congressus*, quo sensu Ambros. *congregationem*, dixit, vel *occursum.* Similiter Tertul. l. contr. Jud. c. 10. p. 144. a. legit : *In consilium eorum ne venerit anima mea, & in stationem eorum ne incubuerint jecora mea ; quoniam in indignatione sua interfecerunt homines, in concupiscentia sua subnervaverunt taurum.* Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 545. c. *In consilium eorum non veniat anima mea, & in congregaione eorum non æmuletur jecur meum ;* (Mss. 2. *ne æmuletur cor meum*) *quia in furore suo interfecerunt homines, & in desiderio suo subnervaverunt taurum.* Rufin. l. 2. de bened. Patr. col. 11. b. *In consilium eorum non introeat anima mea, & in consilio eorum non invitentur* (fortè, *irritentur*) *viscera mea ; quia in ira sua occiderunt homines, & in cupiditate sua subnervaverunt taurum.* Denique Auct. op. imp. in Matth. hom. 42. col. 177. d. sic : *In cogitationes eorum non venit anima mea, & in consilia eorum non cadant præcordia mea ; quia in ira sua occiderunt virum, & in furore suo subnervaverunt taurum.* Ambros. quoque in Ps. 43. col. 894. d. legit : *In furore suo subnervaverunt taurum.* Lectioni LXX. Hebraïcam opponit Hieron. loco cit. dicens : *Necessitate compellimur, juxta propositum operis, longiùs ea repetere, quæ ab Hebraïca veritate discordant : legitur enim ibi* (in Hebr.) *In arcanum eorum ne intret anima mea, & in conventu eorum ne desoletur* (Ms. 1. *ne solvatur*) *gloria mea ; quia in furore suo interfecerunt virum, & in libidine sua suffoderunt taurum.*

℣. 7. Optimè è Græco, præter hoc, *superbus & temerarius*, pro quo simpliciter αὐθάδης, *pervicax.* Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 546. a. sic : *Maledictus furor eorum, quia procax ; & ira eorum, quia dura : dividam eos in Jacob, & dispergam eos in Israël.* Similiter habet l. 3. in epist. ad Tit. to. 4. col. 434. e. *quia procax ;* reliqua verò, *dividam in Jacob*, &c. rursum leguntur apud Ambros. l. de bened. Patr. c. 3. col. 517. d. & in Ps. 43. col. 894. e. sicut apud Rufin. l. 2. de bened. Patr. col. 12. a.

℣. 8. Ad verbum è Græco, excepto uno, *laudabunt*, pro quo, αἰνέσαισαν, vel cum Ms. Oxon. αἰνεσάτωσαν, *laudent ;* at in edit. Compl. αἰνέσουσι, *laudabunt.* Idem August. l. 12. contr. Faust. to. 8. col. 246. e. legit ; *Juda, te laudent fratres tui ; manus tuæ super dorsa inimicorum tuorum ; adorabunt te*, &c. ut sup. Cyprianus l. 1. Testim. p. 281. c. *Juda, te laudabunt fratres tui ; manus super dorsum inimicorum tuorum ; adorabunt te filii patris tui.* Itidem Ambros. tum l. 2. de Jacob, c. 9. col. 473. a. tum l. de bened. Patr. c. 4. col. 518. b. nisi quòd addit *tuæ*, ad *manus*, cum August. sic etiam rursum legit, l. de ob. Valent. to. 2. col. 1189. e. *Juda, te laudabunt*, &c. sed hîc Mss. nonnulli ferunt, *te collaudent ;* duo, *collaudant*, ut Ambrosiast. habet, col. 40. b. Hieron. verò quæst. Hebr. to. 2. col. 546. b. *Juda, te laudabunt fratres tui ;* tum addit : *Quia Juda, confessio, sive laus, interpretatur, consequenter scribitur : Juda, tibi confitebuntur fratres tui, vel, te laudabunt fratres tui ;* paulòque post : *adorabunt te filii patris tui.* Rufin. autem l. 1. de bened. Patr. p. 2. a. *Juda, te collaudent fratres tui ; manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum, & adorent te filii patris tui.* Petr. Chrysol. ser. 156. col. 964. *Juda, te laudabunt fratres tui : manus tuæ supra dorsum inimicor. tuorum, adorabunt te filii*, &c. ut sup. Similiter apud Gregor. Tur. l. 6. hist. p. 276. c. nec non Auct. l. de promiss. apud Prosp. col. 109. a. *Adorabunt te filii patris tui.*

℣. 9. In Græco sic legitur, ἐκ βλαστοῦ, *ex germine*, pro *ex germinatione*, nec repetitur vox, *leonis*, in fine post *catulus ;* cætera quadrant ad verbum. Idem verò August. l. 12. contr. Faust. to. 8. col. 246. e. sic legit : *Catulus leonis Juda, de germinatione filius meus ascendisti, recumbens dormisti*, &c. ut sup. Cyprian. l. 1. Testim. p. 281. c. sic : *Catulus leonis Juda, de frutice, fili mi, ascendisti, recubans obdormisti velut leo, & velut catulus leonis ; quis excitabit illum ?* Hilar. in Ps. 131. col. 449. f. 450. a. *Catulus leonis Juda, ex frutice filius meus, procidens dormisti ut leo, & sicut catulus leonis ; quis suscitabit eum ?* Ambros. l. de bened. Patr. c. 4. col. 518. b. c. *Catulus leonis Juda, ex germine, fili mi, ascendisti, recumbens dormisti ut leo, & tanquam catulus ; quis suscitabit eum ?* Similiter l. 2. de Jacob, c. 9. col. 473. a. b. præter hoc, *ex germine mihi*, pro *ex germine, fili mi ;* addit quoque vocem *leonis*, ad 2. *catulus.* Vide etiam l. de institut. virg. to. 2. col. 266. e. & in Ps. 118. to. 1. col. 1024. a. Hieron. quæst. Hebr. sic : *Catulus leonis Juda, ex germine, fili mi, ascendisti ; procumbens ut leo, & quasi catulus leonis ; quis suscitabit eum ?* Similiter in Mich. 6. to. 3. col. 1536. a. exceptis his, *accubans dormisti*, & l. de quæst. addit : *Quod sequitur :* ex germine, fili mi, *in Hebræo habet : de captivitate, fili mi, ascendisti.* Rufinus l. 1. de bened. Patr. pag. 2. b. *Catulus leonis Juda, de germine filius meus ascendisti ; recubans dormisti sicut leo, & sicut catulus leonis ; quis suscitabit eum ?* & sup. pag. 6. c. *Catulus leonis Judæ, ex germine, fili mi, ascendisti :* & sup. pag. 3. a. *recumbens dormisti ut leo.* Sed pag. 7. a. legit, *recubans*, ut sup. Gregorius Turon. l. 6. hist. pag. 276. e. *Catulus leonis Juda, de germine, fili mi, ascendisti ; recubans dormisti quasi leo, quasi catulus leonis ; quis suscitabit eum ?* Junil. Afric. l. 2. de part. div. leg. c. 21. col. 348. a. *Catulus leonis Juda, ex radice filii mei ascendisti ; recumbens dormisti sicut leo, & sicut catulus leonis ; quis excitavit eum ?* Auct. denique l. de promiss. ap. Prosp. col. 181. c. *Ascendisti ; recumbens, dormisti ut leo.*

℣. 10. Nil Græco similius. Eadem refert August. infra, l. 18. c. 6. col. 492. d. ad verbum. Item l. 12. contr. Faust. c. 42. to. 8. col. 246. e. præter unum *deerit*, pro *deficiet*, Gr. ἐκλείψει. Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 10. p. 239. a. sic : *Non deerit princeps in Juda, neque dux ex femoribus ejus, quoad usque veniat cui repositum est*, (Feuardent. &

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Aug. ubi sup. femoribus ejus, donec veniant quæ repoſita ſunt ei, & ipſe expectatio gentium.	da, & dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium.
11. Alligans ad vitem pullum ſuum, & cilicio pullum aſinæ ſuæ. Lavabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine uvæ amictum ſuum.	11. Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem, ô fili mi, aſinam ſuam. Lavabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine uvæ pallium ſuum.
12. Fulvi oculi ejus à vino, & dentes candidiores lacte.	12. Pulchriores ſunt oculi ejus vino, & dentes ejus lacte candidiores.
Ambr. l. de ben. Patr. c. 5. 521. b. c. 13. Zabulon juxta mare habitabit, & ipſe ſecus acceſſus navium, & pertendet uſque ad Sidonem.	13. Zabulon in littore maris habitabit, & in ſtatione navium pertingens uſque ad Sidonem.
Idem c. 6. 522. b. 14. Iſſachar bonum concupivit requieſcens inter medias ſortes.	14. Iſſachar aſinus fortis accubans inter terminos.
15. Et videns requiem quia bona eſt, & terram quia pinguis, ſuppoſuit humerum ſuum ad laborandum, & factus eſt vir agricola.	15. Vidit requiem quòd eſſet bona: & terram quòd optima: & ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum, factuſque eſt tributis ſerviens.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Voſſ. *repromiſſum eſt*,) *& ipſe eſt ſpes gentium.* Novatianus de Trin. p. 1035. c. *Non deficiet princeps de Juda, neque dux de ſemoribus ejus, donec veniat is cui repromiſſum eſt, & ipſe erit expectatio gentium.* Cyprian. l. 1. Teſtim. p. 281. c. *Non deficiet princeps de Juda, & dux de ſemoribus ejus, quoad uſque veniant depoſita illi, & ipſe eſt ſpes gentium.* Græc. ἑως ἐὰν ἔλθῃ τα ἀποκείμενα αυτῷ, at in Mſ. Oxon. ᾧ ἀπόκειται. Hilarius in Pſ. 59. col. 140. b. *Non deficiet princeps de Juda, nec dux de ſemoribus ejus, donec veniat cui repoſitum eſt, & ipſe eſt expectatio gentium.* Hieron. in Iſai. 2. & 11. to. 3. col. 21. c. 103. a. & in Ezech. 21. col. 847. f. 963. a. & in Oſe, 3. col. 1257. & in Soph. 1. col. 1649. d. *Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de ſemoribus ejus, donec veniat cui repoſitum eſt, & ipſe erit expectatio gentium.* Vid. etiam l. quæſt. Hebr. to. 2. col. 547. b. Rufin. l. 1. de bened. Patr. pag. 3. b. *Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de ſemore* (inſr. *ſemoribus*) *ejus, uſquequò veniant ea quæ repoſita ſunt*; tum addit: *Et velut in aliis exemplaribus habetur: Veniat is cui repoſitum eſt, & ipſe erit expectatio gentium.* Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 4. to. 1. col. 518. c. *Non deerit judex ex Juda, & princeps de ſemoribus ejus, donec veniat cui repoſitum eſt, & ipſe erit expectatio gentium*: vide etiam l. de Joſ. c. 3. col. 487. c. S. Proſp. in chron. col. 699. d. *Non deficiet princeps ex Juda, neque rex de ſemoribus ejus, donec veniat ſemen cui repoſitum eſt, & ipſe erit expectatio gentium.* Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. col. 169. b. *Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de ſemoribus ejus, donec veniat cui repoſita ſunt omnia; & ipſe erit expect.* &c. S. Leo ſer. 32. pag. 90. c. *Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de ſemoribus ejus, donec veniat cui repoſitum eſt, & ipſe erit expect.* &c. at infra, p. 94. d. *Non deficiet..... & dux..... donec veniat cui repoſita ſunt, & ipſe eſt expectatio gentium.* S. Petrus Chryſol. ſer. 156. p. 964. c. *Non deficiet princeps ex Juda, nec dux ex ſemoribus ejus, donec veniat cui repoſita ſunt, & ipſe expectatio gentium.* Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 749. f. *Non deficit princeps de Juda, nec dux de ſemoribus ejus, donec veniat cui repoſitum eſt, & in nomine ejus gentes ſperabunt.* Junil. Afric. l. 2. de part. div. leg. col. 348. g. *Non deficiet princeps ex Juda, neque dux ex ſemore ejus, donec veniat cui repoſita ſunt.* Denique Laurent. Mediol. ſer. de mul. Chan. Analect. to. 2. p. 30. *Non deficiet princeps ex Juda, nec de ſenioribus* (f. *ſemoribus*) *ejus dominator, donec veniat cui deſtinatum eſt, & hic eſt expectatio gentium.*

℣. 11. Sic iterum è Græco Auguſt. l. 12. cont. Fauſt. c. 42. to. 8. col. 246. e. niſi quòd habet, *vineam*, pro *vitem*, Gr. ἄμπελον· item tollit *ſuæ*, poſt *aſinæ*, licet in Gr. ſit, τῆς ὄνου αὐτῦ. Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 10. p. 239. a. legit: *Alligans ad vitem pullum ſuum, & ad helicem pullum aſinæ. Lavabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine uvæ pallium ſuum.* Cyprian. l. 1. Teſt. p. 281. c. & epiſt. 63. p. 105. c. *Deligans ad vitem pullum ſuum, & ad cilicium* (Gr. τῇ ἕλικι) *pullum aſinæ ſuæ. Lavabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine uvæ amictum ſuum.* Item S. Paulin. epiſt. 46. p. 281. a. *Alligans ad vitem pullum ſuum, & ad cilicium pullum aſinæ ſuæ.* Ambroſ. verò l. de bened. Patr. c. 4. col. 518. c. 520. b. *Alligans ad vitem aſinam ſuam* (vel *aſinum ſuum*) *& cilicio pullum aſinæ ſuæ. Lavabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine uvæ anaboladium ſuum.* (Mſs. quidam *anabolium ſuum.*) Similiter l. 2. de Jacob, c. 9. col. 473. b. *Lavabit..... anaboladium ſuum.* Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 546. c. *Alligans ad vitem pullum ſuum, & funiculo pullum aſinæ*; tum addit: *In Hebræo ita hab. Alligans ad vitem pullum ſuum, & in ſorec, fili mi, aſinam ſuam*; & infra: *Ubi nos legimus:* Alligans ad vitem pullum ſuum, *pro* pullo, *in Hebræo poteſt legi, urbem ſuam.* Rufin. l. 1. de bened. Patr. col. 4. a. c. 7. b. *Alligans ad vitem pullum ſuum, & ad palmitem pullum aſinæ ſuæ. Lavabit in vino ſtolam ſuam, & in ſang. uvæ amictum ſuum.* Itidem Tertul. l. 4. contr. Marc. p. 734. a. cum Novatiano, l. de Trin. p. 1040. & Gaud. Brix. ſer. 2. col. 946. h. ab hoc, *lavabit.* Addit Rufinus: *Arbitror ego, quod hic ipſe Græcus ſermo in Latinis exemplaribus antiquitus poſitus eſt, ut & alia nonnulla, & per tempus à ſcriptoribus non intelligentibus pro* ἕλικι, *cilicium, dici putatum eſt.* Vox autem hæc ἕλικι, quam PP. Latini reddunt per *cilicium*, vel *funiculum*, vel *helicem*, vel *palmitem*, propriè circumvolutio eſt, ſeu circumvoluta implexaque linea: dicitur etiam de capreolis vitium, qui ut vitem, naturâ caducam erigant & teneant, ad locum capiendum ſerpunt. Similiter iſta, περιζολήν, quam iidem PP. vertunt *amictum*, vel *anaboladium*, aut *anabolium*, vel *pallium*, propriè *veſtitus* eſt, unde περιζόλαιον, *amictus, velamen*, à περιζώλλω, *circumdo.* Similiter Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. col. 110. e. *Lavabit in vino ſtolam ſuam, & veſtimenta ſuam in ſanguine uvæ.*

℣. 12. Ita rurſum Auguſt. l. 12. cont. Fauſt. c. 42. col. 246. e. præter unum *ſulgentes*, loco *ſulvi.* Ver. Iren. Interp. l. 4. c. 10. col. 239. a. *Lætifici oculi ejus à vino, & candidi dentes ejus quàm lac*, al. *tanquam lac*, ſicut & *lætificabuntur*, pro *lætifici.* Cypr. l. 1. Teſtim. p. 281. c. *Formidoloſi* (edit. quid. *formoſi*) *oculi ejus à vino, & candidi dentes ejus magis quàm lac.* Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 4. col. 518. c. d. *Hilares oculi ejus à vino, & dentes ejus candidiores quàm lac:* & l. 2. de Jacob, c. 9. col. 473. b. *Hilares oculi ejus à vino, & dentes candidiores lacte:* ſimiliter epiſt. 41. col. 959. b. At in Pſ. 118. col. 1178. a. habet: *& dentes ſicut lac.* Hieron. in Iſai. 55. to. 3. col. 401. d. *Gratioſi oculi ejus à vino, & candidi dentes ejus à lacte.* Rufinus denique l. 1. de bened. Patr. col. 5. b. *Gratifici oculi ejus à vino, & dentes ejus candidiores lacte.* Græc. Χαρεσσοιοὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῦ ὑπὲρ οἶνον (Mſs. Alex. & Oxon. cum editt. Ald. & Compl. ἀπὸ οἴνυ) καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτῦ ὑπὲρ γάλα.

℣. 13. Similia Græc. habet, præter unum ὅρμον, loco *acceſſus*: ὅρμος autem ſumitur pro *ſtatione navium*, ſeu *portu.* Rufinus l. 2. de bened. Patr. col. 12. c. legit: *Zabulon juxta mare habitabit, & ipſe eſt acceſſus navium, & extenditur uſque ad Sidonem.* Junil. Afric. l. de part. div. leg. c. 21. p. 348. b. *Zabulon peregrinus inhabitavit, & ipſe portus navium.*

℣. 14. Idem Ambroſ. in Pſ. 48. to. 1. col. 950. c. ſic habet: *Iſſachar, quod bonum eſt concupivit, requieſcens inter ſortes.* Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 546. c. *Iſſachar bonum deſideravit, requieſcens inter medios cleros*; tum addit: *In Hebræo ita ſcriptum eſt: Iſſachar aſinus oſſeus, recumbens inter terminos.* Rufin. l. 2. de bened. Patr. col. 13. b. *Iſſachar bonum concupivit, requieſcet in medio ſortium:* ſic etiam in Græco, præter ultima, ἀναπαυόμενος ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων.

℣. 15. Eadem rurſus habet Ambroſ. tum l. 1. de Abr. c. 2. col. 283. f. tum in Pſ. 48. col. 950. c. Eadem quoque refert Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 546. c. quibus conſonat Græcum ad verbum, detracto tantùm uno *eſt*, poſt *bona.* Junilius etiam Afric. l. de part. div. leg. c. 21. col. 348. b. legit: *Et ſciens requiem quia bona eſt.* Rufinus l. 2. de bened. Patr. col. 14. c. *Suppoſuit humerum ſuum ad laborandum, & factus eſt vir agricola.* Hieron. ſup. addit, ita legi in Hebræo: *Et videns requiem quia bona eſt; & terram quia pulchra eſt: inclinavit humerum ſuum ad portandum, & factus eſt in tributum ſerviens.* Vide etiam in Iſai. 66. to. 3. col. 503. a.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

16. Dan judicabit populum ſuum ſicut & alia tribus in Iſraël.

17. Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens ungulas equi, ut cadat aſcenſor ejus retro.

18. SALUTARE tuum expectabo, Domine.

19. Gad, accinctus præliabitur ante eum: & ipſe accingetur retrorſum.

20. Aſer, pinguis panis ejus, & præbebit delicias regibus.

21. Nephthali, cervus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis.

1. Par. §. 1. 22. Filius accreſcens Joſeph, filius accreſcens & decorus aſpectu: filiæ diſcurrerunt ſuper murum.

23. Sed exaſperaverunt eum, & jurgati ſunt, invideruntque illi habentes jacula.

24. Sedit in forti arcus ejus, & diſſoluta ſunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Jacob: inde paſtor egreſſus eſt, lapis Iſraël.

VERSIO ANTIQUA.

16. Dan judicabit populum ſuum tanquam & una tribus Iſraël. *Ambr. l. de ben. Patr. c. 6. 522. f. 523. a. b. t. 1.*

17. Et factus eſt Dan ipſi ſerpens in via, ſedens & in ſemita, mordens calcaneum equi, & cadet eques retrorſum:

18. SALUTEM expectans à Domino.

19. Gad, tentatio tentavit eum: & ipſe tentavit eos ſecus pedes. *Idem c. 8. 524. a.*

20. Aſer, pinguis ejus panis, & ipſe dabit eſcam principibus. *Idem c. 9. 524. e.*

21. Nephtalim, vitis remiſſa, porrigens in germine ſuo decorem. *Ambr. l. 2. de Jac. c. 9. 473. c. t. 1.*

22. Filius meus ampliatus Joſeph, filius meus adampliatus: zelo appetitus filius meus, filius meus adoleſcentior, ad me revertere.

23. In quem conſilium conferentes maledicebant, & intendebant in eum domini arcum. *Idem de ben. Patr. c. 11. 526. d. e. 527. a. jeqq.*

24. Et contriti ſunt cum potentia arcus eorum, & diſſoluti ſunt nervi brachiorum manuum eorum per manum potentis Jacob: indeque prævaluit Iſraël à Deo patris tui.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 16. Ita in Græco, præter hoc, ἐν Ἰσραήλ, *in Iſraël.* Idem Ambroſ. in Pſ. 40. to. 1. col. 877. c. legit: *Dan judicabit populum ſuum tanquam unam tribum in Iſraël.* At in Gr. κρίνει ὡς μία φυλὴ ἐν, &c. Rufin. l. 2. de bened. Patr. col. 15. a. *Dan judicabit populum ſuum tanquam ſi una tribus in Iſraël.* Auct. l. de promiſſ. apud Proſp. part. 4. col. 196. b. *Dan judicabit populum ſicut aliæ tribus.* Hieronymus quæſt. Hebr. to. 2. col. 547. b. (f. ex Hebr.) *Dan judicabit populum ſuum ſicut unum de ſceptris Iſraël.*

℣. 17. In Græco ſic: Καὶ γενήσῃ Δὰν ὄφις ἐφ' ὁδῷ, ἐγκαθήμενος ἐπὶ τρίβῳ, &c. ut in Lat. At in Mſ. Alex. ac edit. Ald. Καὶ ἐγενήθη τῷ Δάν, &c. ut apud Ambr. ſupra: qui etiam priorem lectionem admittit tract. in Pſ. 40. col. 877. c. 878. e. cùm legat, licet cum interpunctione diſſimili: *Fiat Dan ſicut ſerpens ſedens in via, & in ſemita mordens calcaneum equi; & cadet eques retrorſum.* Rufin. l. 2. de bened. Patr. col. 15. a. *Et fiat Dan ſerpens in via, adſidens ſuper ſemitam, mordens calcaneum equi, & cadet eques retrorſum.* Hieron. verò in Ezech. 1. to. 3. col. 710. b. *Fiat Dan coluber in ſemita, mordens plantam equi, & cadet eques retrorſum:* & l. quæſt. Hebr. to. 2. col. 547. b. (f. ex Hebræo) *Fiat Dan coluber in via, regulus in ſemita, mordens ungulas equi, ut cadat aſcenſor ejus retrorſum.* Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. col. 196. b. cum Vulgata concinit ad verbum.

℣. 18. Sic denuo habet Ambroſ. in Pſ. 40. col. 879. d. lib. verò de Nab. c. 15. to. 1. col. 584. c. *Expectans ſalutem Domini*, juxta Græc. Rufinus l. 2. de bened. Patr. col. 15. a. *Salutem expectans à Domino.* Hieron. in Ezech. 1. to. 3. col. 710. b. *Salutem expectans Dei;* & l. de quæſt. Hebr. col. 547. b. (ex Hebræo) *Salvatorem tuum expectabo, Domine.*

℣ 19. Rufinus l. 2. de bened. Patr. col. 17. a. ſic: *Gad, piraterium tentabit illum, ipſe autem tentabit eos poſt pedes.* Ita quoque in Græco præter hoc, αὐτὸν κατὰ πόδας, *eum ſecus pedes.* Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 547. c. *Gad, latrunculus latrocinabitur eum, & ipſe latrocinabitur plantam:* tum addit: *Juxta Hebræum interpretati ſumus: ſed ubi nos,* latrunculum, *poſuimus, ibi ſcriptum eſt,* Gedud; *ut ad Gad nomen alluderet: qui ſignificantiùs,* εὔζωνος, *id eſt* accinctus, *ſive* expeditus, *exprimi poteſt.*

℣. 20. Similiter habet Rufin. l. 2. de bened. Patr. col. 18. a. Sic etiam in Græco eſt, præter vocem, τρυφήν, *delicias*, loco *eſcam;* ſed Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. ferunt τροφήν, *alimentum*, vel *eſcam*, ut ſup.

℣. 21. Eadem iterum refert Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 10. col. 525. d. detracto pronom. *ſuo*, poſt *germine.* Hieron. verò quæſt. Hebr. col. 547. c. 548. a. ſic habet: *Nephtalim, virgultum reſolutum, dans in generatione pulchritudinem:* tum addit: *In Hebræo ita ſcriptum eſt: Nephtalim, ager irriguus, dans eloquia pulchritudinis:* & poſt pauca: *Ubi nos,* agrum irriguum, & *Septuaginta,* σέλεχος, *id eſt,* virgultum reſolutum, *poſuerunt: in Hebræo legitur,* Ajala ſelua, *quod poteſt* & Cervus emiſſus, *transferri.* Rufin. denique l. 2. de bened. Patr. col. 18. a. legit: *Nephtalim, arbor remiſſa, (vel ut noſtra,* inquit, *exemplaria habent, vitis diffuſa) proferens in fructibus decorem.* Græc. Νεφθαλὶ, σέλεχος ἀνειμένον ἐπιδιδὸς ἐν τῷ γενήματι κάλος.

℣. 22. Eadem repetit Ambroſ. non uno in loco, nec ſine aliqua levi differentia; ſic enim habet l. de Joſeph, c. 3. to. 1. col. 487. d. *Filius ampliandus meus Joſeph, filius ampliandus meus; zelatus filius meus, filius meus adoleſcentior, ad me revertere.* Similiter l. de bened. Patr. c. 11. col. 526. d. excepto uno *zelandus*, pro *zelatus*, omiſſoque ſeq. 1. *filius meus:* at l. de inſtit. virg. to. 2. col. 271. e. legit: *Filius meus ampliatus Joſeph, filius meus ampliatus, zelatus filius meus adoleſcentior, ad me revertere:* & l. 2. offic. to. 2. col. 90. d. *Filius ampliatus meus Joſeph, filius ampliatus meus, zelotes filius meus adoleſcentior;* (in antiquis editt. *Zelotes filius meus, filius meus adoleſcentior:*) at in Pſ. 43. to. 1. col. 895. d. *Joſeph filius meus amplificatus, filius meus junior, ad me revertere:* & inf. col. 905. b. *Filius meus zelo appetitus..... ad me revertere.* Demum l. de ob. Valent. to. 2. col. 1189. c. 1190. a. ut ſup. *Filius meus ampliatus, filius meus ampliatus Joſeph.* Rufinus etiam l. 2. de bened. Patr. col. 19. c. 20. c. *Filius ampliatus Joſeph, filius ampliatus, zelatus filius meus adoleſcentior, ad me revertere.* Similiter in Gr. Υἱὸς ηὐξημένος Ἰωσὴφ, υἱὸς ηὐξημένος μου ζηλωτὸς, υἱὸς μου νεώτερος, πρός με ἀναστρεφοι. In Mſ. tamen Alex. ac edit. Ald. deeſt μου, ante ζηλωτὸς, & pro νεώτερος, Mſ. Oxon. & edit. Compl. ferunt, νεώτερος. Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 548. b. ſic vertit: *Filius auctus Joſeph, filius auctus ſuper fontem, filiæ gradu compoſito incedentes ſuper murum,* &c. uſque ad ℣. 25. (puta ex Hebræo) addit enim: *Quia Septuaginta Intepretes in pleriſque diſſentiunt; pro interpretatione eorum, ut in Hebræo habetur, expreſſimus.*

℣. 23. *Domini arcum*, fortè legendum eſt, *Domini arcuum*, niſi Ambroſ. ſcripſerit, *arcûm*: nam in Gr. exſtat, Εἰς ὃν διαβουλευόμενοι ἐλοιδόρουν, καὶ ἐνεῖχον αὐτῷ κύριοι τοξευμάτων· quæ Rufin. l. 2. de bened. Patr. col. 20. c. 22. c. ſic reddit: *In quem conſiliantes maledicebant, & intendebant tibi* (f. *ſibi*) *inſidias domini arcuum:* τόξευμα, propriè, *ſagittatio*, ut Nobilius vertit. Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 548. b. ſic ex Hebræo: *Et exacerbaverunt eum, & contenderunt, & iraſcebantur adversùs eum habentes ſagittas.*

℣. 24. Ita Græcè, præter duo, χειρός, *manus*, loco *manuum*, & ἐκεῖθεν ὁ κατισχύσας, *inde qui confortavit*, loco, *indeque prævaluit:* (in editt. antiq. *ille qui prævaluit à Deo Iſrael patri tuo*) Rufin. l. 2. de bened. Patr. col. 23. a. legit: *Contriti ſunt cum potentia arcus eorum:* & ſup. col. 21. a. addit: *diſſoluti ſunt nervi brachiorum eorum per manum potentis Jacob:* mox ibid. & col. 22. c. *Inde qui confortavit Iſrael à Deo patris tui.* Similiter Auguſt. Locut. 201. de Gen. to. 3. col. 339. a. *Inde qui confortavit Iſrael;* adjunctis his: *Mirum ſi non jubanditur,* eſt, *ut plenum ſit: Inde eſt qui confortavit Iſrael.* Ambroſ. quoque ubi ſup. col. 527. b. repetitis his: *Inde prævaluit Iſrael à Deo patris tui*, addit: *Quis eſt qui confortavit Iſrael?* Hieron. verò quæſt. Hebr. col. 548. b. ſic habet (ex Hebræo:) *Sedit in forti arcus ejus, & dirupta ſunt vincula manuum ejus, à manibus fortis Jacob: inde paſcetur lapis Iſrael à Deo patris tui.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. ubi sup. 25. Et adjuvit te Deus meus, & benedixit te benedictione cœli à summo, & benedictione terræ habentis omnia, propter benedictionem uberum & vulvæ.

26. Benedictiones patris tui & matris tuæ prævaluerunt super benedictiones montium manentium : & desideria collium æternorum erunt super caput Joseph, & super verticem eorum, quibus præfuit, fratrum.

Idem ibid. c. 12. §30. c. 27. Benjamin lupus rapax, manè comedet adhuc, & ad vesperam dividet escam (principibus.)

VULGATA NOVA.

25. Deus patris tui erit adjutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli desuper, benedictionibus abyssi jacentis deorsum, benedictionibus uberum & vulvæ.

26. Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum ejus : donec veniret desiderium collium æternorum : fiant in capite Joseph, & in vertice Nazaræi inter fratres suos.

27. Benjamin lupus rapax, manè comedet prædam, & vespere dividet spolia.

VULGATA NOVA.

28. Omnes hi in tribubus Israël duodecim : hæc locutus est eis pater suus, benedixitque singulis, benedictionibus propriis.

29. Et præcepit eis, dicens : Ego congregor ad populum meum : sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici quæ est in agro Ephron Hethæi,

30. contra Mambre in terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in possessionem sepulcri. *Sup. 23. 17.*

31. Ibi sepelierunt eum, & Saram uxorem ejus : ibi sepultus est Isaac cum Rebecca conjuge sua : ibi & Lia condita jacet.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Soph. t. 3. 1645. e. 32..... Cessavit Jacob præcipiens filiis suis, & levans pedes super lectum, defecit : & appositus est ad populum suum.

VULGATA NOVA.

32. Finitisque mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & obiit : appositusque est ad populum suum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 25. Eadem sunt in Græco : eademque iterum refert Ambros. l. 2. offic. to. 2. col. 90. d. usque ad vocem *propter*, nisi quòd illic geminat vocem *terræ* : at orat. de ob. Theod. to. 2. col. 1198. c. sic habet : *Adjuvet te Deus meus, & benedicat te benedictione terræ habentis omnia, propter benedictionem mamillarum & vulvæ.* Sic etiam ferunt antiquæ editt. supra l. 2. offic. *adjuvet te..... & benedicat te ;* sed in Mss. constanter : *adjuvit te..... & benedixit te*, juxta Græc. ἐβοήθησέ σοι ..... καὶ εὐλόγησέ σε. Rufinus l. 2. de bened. Patr. col. 20. a. c. & 21. b. accinit ad verbum priori textui, nempe libri de bened. c. 11. col. 526. e. sed infra col. 527. c. pro *à summo*, legit Ambros. *desuper*, è Græco ἄνωθεν.

℣. 26. Ambros. non sibi constat aliis in locis ; nempe l. 2. offic. to. 2. col. 90. d. post ultima verba versûs anteced. *habentis omnia*, omissisque seqq. *propter benedictionem uberum & vulvæ*, addit : *propter benedictiones patris tui & matris :* deinde, *prævaluit super benedictiones montium manentium, & desideria collium æternorum ;* lib. verò de instit. virg. to. 2. col. 271. sic : *Benedictio patris tui, & matris tuæ, prævaluit super benedictiones montium manentium, & desid. collium æternorum.* Itidem l. 2. de Jacob, c. 9. col. 473. d. ab his : *prævaluit super bened.* &c. at l. cit. de bened. Patr. col. 528. b. *Convaluit super omnes montes, & desideria collium æternorum :* & infra *& super vertices montium.* Demum orat. de ob. Theod. to. 2. col. 1198. c. post hæc : *Propter benedictionem mamillarum & vulvæ*, addit : *benedictiones matris tuæ ; & propter benedictiones patris tui.* Rufinus autem l. 2. de bened. Patr. col. 20. a. *Benedictionem patris tui, & matris tuæ ;* & infra : *In benedictionibus montium permanentium, & in benedictionibus collium æternorum.* Item ibid. *Supra caput Joseph, & super verticem eorum, quibus præfuit, fratrum :* & col. 23. c. *Quæ benedictiones erunt in caput Joseph, & super verticem eorum, quibus præfuit, fratrum.* In Græco nonulla dissimilia, nec interpunctio eadem : Scilicet post novissima ista versûs præced. verba : εἶνεκεν εὐλογίας μαζῶν καὶ μήτρας, illico sequitur : Εὐλογίας πατρός σου καὶ μητρός σου· deinde sic : ὑπερίσχυσεν ὑπὲρ εὐλογίας ὀρέων μονίμων, καὶ ἐπ' εὐλογίαις βουνῶν αἰωνίων· ἔσονται εἰς κεφαλὴν Ἰωσὴφ, καὶ ἐπὶ κορυφῆς, ὧν ἡγήσατο, ἀδελφῶν. i. e. *Propter benedictionem uberum & vulvæ, benedictionem patris tui & matris tuæ : prævaluit super benedictiones montium stabilium, & in benedictionibus collium æternorum : erunt super caput Joseph, & super verticem fratrum, quorum dux fuit.* Ubi vides geminatam initio vocem εὐλογίας, non esse in accusativo casu, sed in genitivo, ut pote quæ regatur particulâ anteced. εἵνεκεν.

℣. 27. Ita in Græco, præter hoc ultimum, δίδωσι τροφήν, *dat escam*, pro *dividet escam principibus ;* in edit. Compl. διαδώσει τροφήν, *distribuet escam :* nullibi autem adjuncta invenitur vox *Principibus.* Crediderim facilè hanc addidisse Ambrosium ex instituta comparatione Benjamin cum Paulo Apostolo, de quo ait infra : *Idem postea principibus escam posteriore divisit tempore, evangelizans gentibus Dei verbum*, &c. Tertul. l. 5. cont. Marc. p. 782. b. sic legit : *Benjamin lupus rapax, ad matutinum comedet adhuc, & ad vesperam dabit escam.* Itidem Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 548. d. excepto uno, *manè*, loco *ad matutinum.* Græc. τὸ πρωϊνόν. At in Isai. 65. to. 3. col. 495. d. sic habet : *Benjamin lupus rapax, manè comedet prædam, & ad vesperam dabit escas ;* & sup. in Isai. 5. col. 46. e. *Manè comedet, & ad vesperam dabit escam.* Loco verò cit. quæst. Hebr. ait, in Hebræo sic legi : *Benjamin lupus rapax, sive capiens, in matutino comedet prædam, & ad vesperam dividet spolia.* Rufin. l. 2. de bened. Patr. col. 23. c. ita : *Benjamin lupus rapax, in matutino edet, & ad vesperam dividet cibum.* Hilar. in Ps. 67. col. 208. a. iisdem alludit, dicens : *De tribu Benjamin Paulus electus est, matutino devoratas carnes ad vesperum dividens in salutem.*

℣. 32. Eadem leguntur Græcè, præter hoc, τὰς πόδας αὐτοῦ, *pedes suos*, non simpliciter, *pedes.* Similiter August. quæst. 168. in Gen. to. 3. col. 420. a. *Ecce*, inquit, *de Jacob dicitur..... ad quem populum apponatur ;* & sup. *appositus est ad populum suum.*

CAPUT L.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. de ob. Theod. t. 2. 1198. a. b. 2..... Præcepit Joseph pueris sepultoribus, ut sepelirent eum ; & sepelierunt sepultores Israël.

VULGATA NOVA.

1. QUod cernens Joseph, ruit super faciem patris flens & deosculans eum.

2. Præcepitque servis suis medicis ut aromatibus condirent patrem.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. August. Locut. 202. de Gen. to. 3. col. 339. b. legit : *Dixit Joseph servis suis sepultoribus, ut sepelirent patrem ejus ;* ita quoque in Græco, excepto uno, καὶ προσέταξεν, *& præcepit*, pro *dixit ;* sequentia etiam addita ex Ambrosio nil differunt à Græco, nili quòd voci *Israël*, ibi præponitur articulus τόν. August. verò loco cit. hæc addit : *Non invenit lingua Latina quemadmodum appellaret ἐνταφιαστάς : non enim ipsi sepeliunt, id est, terræ mandant corpora mortuorum, quod non est Græcè ἐνταφιάζαι, sed θάψαι : Illi ergo ἐνταφιασταί id agunt quod exhibetur corporibus humandis, vel condiendo, vel siccando, vel involvendo & alligando..... Quod ergo dicit : Etiam sepelierunt ;*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

3. Quibus juſſa explentibus, tranſierunt quadraginta dies : iſte quippe mos erat cadaverum conditorum : flevitque eum Ægyptus ſeptuaginta diebus.

4. Et expleto planctûs tempore, locutus eſt Joſeph ad familiam Pharaonis : Si inveni gratiam in conſpectu veſtro, loquimini in auribus Pharaonis :

5. eò quòd pater meus adjuraverit me, dicens : En morior, in ſepulcro meo quod fodi mihi in terra Chanaan, ſepelies me. Aſcendam igitur, & ſepeliam patrem meum, ac revertar. *Sup. 47. 29.*

6. Dixitque ei Pharao : Aſcende & ſepeli patrem tuum ſicut adjuratus es.

7. Quo aſcendente, ierunt cum eo omnes ſenes domûs Pharaonis, cunctique majores natu terræ Ægypti :

8. domus Joſeph cum fratribus ſuis, abſque parvulis & gregibus, atque armentis, quæ dereliquerant in terra Geſſen.

9. Habuit quoque in comitatu currus & equites : & facta eſt turba non modica.

10. Veneruntque ad aream Atad, quæ ſita eſt trans Jordanem : ubi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi, impleverunt ſeptem dies.

VERSIO ANTIQUA.

3. Et repleti ſunt ei quadraginta dies : ſic enim dinumerantur dies ſepulturæ : & luxit eum Ægyptus ſeptuaginta diebus. *Ambr. ubi ſup.*

4..... loquimini in aures Pharaonis..... *Aug. Locut. 203. t. 3. 339. b.*

5. Pater meus adjuravit me, dicens : In monumento quod ego fodi mihi in terra Chanaan, ibi me ſepelies..... *Aug. quæſt. 170. in Gen. t. 3. 421. a.*

6. Et dixit Pharao ad Joſeph : Deſcende & ſepeli patrem tuum..... *Aug. Locut. 204. 339. c.*

7. Et aſcendit Joſeph ſepelire patrem ſuum, & aſcenderunt cum eo omnes pueri Pharaonis, & ſeniores domûs ejus, & ſeniores omnis terræ Ægypti, *Hieron. Epiſt. ad Paulam, t. 4. p. 2. 57. b. c.*

8. & omnis domus Joſeph, & fratres ejus.....

9. Et aſcenderunt cum eo quadrigæ, & equites : & facta ſunt caſtra grandia nimis.

10. Et advenerunt ad aream Atad, quæ eſt trans Jordanem : & planxerunt eum planctum magnum & validum, & fecit luctum patri ſuo ſeptem dies. *Aug. quæſt. 171. in Gen. t. 3. 421. c. Aug. Locut. 205. t. 3. 340. a. Idem quæſt. 172. in Gen. 421. e.*

VULGATA NOVA.

11. Quod cùm vidiſſent habitatores terræ Chanaan, dixerunt : Planctus magnus eſt iſte Ægyptiis. Et idcirco vocatum eſt nomen loci illius, Planctus Ægypti.

12. Fecerunt ergo filii Jacob ſicut præceperat eis :

13. Et portantes eum in terram Chanaan, ſepelierunt eum in ſpelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in poſſeſſionem ſepulcri ab Ephron Hethæo contra faciem Mambre. *Sup. 23. 16. Act. 7. 16.*

14. Reverſuſque eſt Joſeph in Ægyptum cum fratribus ſuis, & omni comitatu, ſepulto patre.

VULGATA NOVA.

15. Quo mortuo, timentes fratres ejus, & mutuò colloquentes : Ne fortè memor ſit injuriæ quam paſſus eſt, & reddat nobis omne malum quod fecimus,

16. mandaverunt ei dicentes : Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur,

17. ut hæc tibi verbis illius diceremus : Obſecro ut obliviſcaris ſceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ quam exercuerunt in te : nos quoque oramus ut ſervis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis, flevit Joſeph.

VERSIO ANTIQUA.

15..... & redditione reddet nobis omnia mala quæ oſtendimus ei. *Aug. Locut. 206. 340. b.*

17..... accipe iniquitatem ſervorum Dei patris tui..... *Idem Locut. 207. 340. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

curaverunt, intelligere debemus.

℣. 3. Similia Græcum habet, exceptis his : ἐπλήρωσαν αὐτῷ, *impleverunt ejus*, pro *repleti ſunt ei*, & in fine ἡμέρας, *dies*, quæ idem ſonant. Auguſt. Locut. 203. de Gen. col. 339. b. *Quod dicit :* quadraginta dies ſepulturæ ; *ipſius curationis accipiendi ſunt : ſepultus enim ille non eſt, niſi ubi ſe mandaverat ſepeliri :* item quæſt. 169. in Gen. to. 3. col. 420. c. *Quadraginta*, inquit, *dies ſepulturæ commemorat Scriptura.* Gratianus verò in Decret. loco *Ægyptus ſeptuaginta diebus*, legit, *Iſraël ſeptem diebus*, ſed malè : huic enim lectioni obſiſtunt Mſs. omnes Ambroſ. cum Septuaginta Interpretibus & Vulgata, quibus quid opponant Decreti correctores, vide apud Ambroſ. ibid. not. c. Auguſtinus autem quæſt. 172. in Gen. col. 421. e. loquens de ſeptem diebus, quibus moris erat Chriſtianorum ut lugerent mortuos, apertè dicit : *Septenarius numerus, propter ſabbati ſacramentum, præcipuè quietis indicium eſt : unde meritò mortuis tanquam requieſcentibus exhibetur. Quem tamen numerum in luctu Jacob decuplaverunt Ægyptii, qui eum ſeptuaginta diebus luxerunt.*

℣. 4. In Græco ſic : Ἐπεὶ δὲ παρῆλθον αἱ ἡμέραι τοῦ πένθους, ἐλάλησεν Ἰωσὴφ πρὸς τοὺς δυνάστας Φαραὼ, λέγων ..... λαλήσατε περὶ ἐμοῦ εἰς τὰ ὦτα Φαραώ. (In Mſ. Oxon. ac editt. Ald. & Compl. deeſt περὶ ἐμοῦ.) Eadem memorat Auguſt. quæſt. 170. in Gen. to. 3. col. 421. a. dicens : *Mandavit Joſeph ad potentes Ægypti ut dicerent Pharaoni nomine ejus*, &c.

℣. 5. Similia Græc. habet, præter vocem *ego*, ante *fodi*, quam delet : Vide ſeqq. apud Auguſt. ibid.

℣. 6. In Græco non *deſcende*, ſed ἀνάβηθι, *aſcende*, abſque ſeq. & ; cætera quadrant. Addit Auguſt. *Etiamſi per potentes illos, per quos Joſeph mandaverat, Pharao dixit quod perferrent ad Joſeph, non utique dixit niſi ipſi Joſeph.*

℣. 7. Eadem Græcum exhibet, niſi quòd pro *aſcenderunt cum eo*, fert, συνανέβησαν μετ' αὐτοῦ, *ſimul aſcenderunt cum eo*, & pro *ſeniores omnis terræ*, πάντες οἱ πρεσβύτεροι τῆς γῆς, *omnes ſeniores terræ.*

℣. 8. Itidem Græcè.

℣. 9. Græc. Καὶ συνανέβησαν μετ' αὐτοῦ καὶ ἅρματα, (in edit. Ald. deeſt καὶ,) καὶ ἱππεῖς, καὶ ἐγένετο ἡ παρεμβολὴ μεγάλη σφόδρα. i. e. *Et ſimul aſcenderunt cum eo*, & *currus*, & *equites*, & *facta ſunt caſtra magna valde.*

℣. 10. Eadem ſunt in Græco, præter unum σφόδρα, additum poſt *validum*. Hieron. epiſt. ad Paulam, to. 4. part. 2. col. 57. c. bene, *Et planxerunt eum planctu magno & forti nimis.* At Auguſt. loco cit. ait : *Planxerunt planctum, non planxerunt planctu, locutio eſt in Latina lingua non ignota, ſicut dicitur : ſervitutem ſervivit, militiam militavit, & ſimilia.*

℣. 15. Græc..... καὶ ἀνταποδώμεν ἀνταποδῶ ἡμῖν πᾶσα τὰ κακὰ, ἃ ἐνεδειξάμεθα εἰς αὐτόν. In Ms. Alex. ac editt. Ald. & Compl. ἐνεδειξάμεθα αὐτῷ. Obſervat Auguſt. *Oſtendimus*, dictum eſſe *pro eo quod eſt, fecimus.*

℣. 17. Gr.... καὶ νῦν λέξαι τὴν ἀδικίαν τῶν θεραπόντων τοῦ, &c. ut in Lat.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 208. 340. c.

18. Et venientes ad eum dixerunt.....

Ambr. in Luc. 4. t. 1. 1345. e.

20..... quemadmodum fieret in hodierno, ut pascerétur populus multus.

Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 40. t. 7. 451. d. e.

22. Et habitavit Joseph in Ægypto, ipse & fratres ejus, & omnis cohabitatio patris ejus : & vixit annos centum & decem. Et vidit Joseph filios Ephræm usque in tertiam generationem. Et filii Machir filii Manasse, nati sunt supra femora Joseph.

VULGATA NOVA.

18. Veneruntque ad eum fratres sui : & proni adorantes in terram, dixerunt : Servi tui sumus.

19. Quibus ille respondit : Nolite timere : num Dei possumus resistere voluntati?

20. Vos cogitastis de me malum : sed Deus vertit illud in bonum, ut exaltaret me sicut in præsentiarum cernitis, & salvos faceret multos populos. *Sup. 45. 5.*

21. Nolite timere : ego pascam vos & parvulos vestros : consolatusque est eos, & blandè ac leniter est locutus. *Sup. 47. 12.*

22. Et habitavit in Ægypto cum omni domo patris sui : vixitque centum decem annis. Et vidit Ephraim filios usque ad tertiam generationem. Filii quoque Machir filii Manasse, nati sunt in genibus Joseph. *Num. 32. 39.*

VULGATA NOVA.

Hebr. 11. 12.

23. Quibus transactis, locutus est fratribus suis : Post mortem meam Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista ad terram quam juravit Abraham, Isaac, & Jacob.

24. Cùmque adjurasset eos atque dixisset : Deus visitabit vos : asportate ossa mea vobiscum de loco isto : *Exod. 13. 19.*

25. mortuus est, expletis centum decem vitæ suæ annis. Et conditus aromatibus, repositus est in loculo in Ægypto. *Jos. 24. 32.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 18. Gr. Καὶ ἐλθόντες πρὸς αὐτόν, &c.

℣. 20. Græc..... ὅπως ὢν γενηθῇ, ὡς σήμερον, ϗ τραφῇ λαὸς πολύς. i. e. *ut fieret utique, sicut est hodie, & nutriretur populus multus.*

℣. 22. Eadem prorsus in Græco, nisi excipiatur vox, παροικία, *omnino domus*, pro *cohabitatio*, additur etiam, Ἰωσὴφ, post verbum *vixit*, tolliturque & ante *decem*. Rectè August. quæst. 173. in Gen. to. 3. col. 422. b. *Et vixit Joseph annos centum decem ;* deinde sic : *Et vidit Joseph Ephræm filios usque ad tertiam generationem ; & filii Machir, filii Manasse, nati sunt super femora Joseph.* Vide seqq. apud August.

ROMANARUM CORRECTIONUM AD EDITIONEM VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugensi.

GENESIS.

CAP. I. ℣. 2. Et spiritus Dei ferebatur super aquas. *Non sine causa Romani Correctores*, Domini, *id est*, τοῦ Κυρίου, *quod est in multis libris, mutarunt cum* Dei, *id est*, τοῦ Θεοῦ, *quod est in aliis.*

℣. 26. Et bestiis. *Rectè hic omiserunt vocem* terræ, *quam quidam libri addunt in hunc modum :* Et bestiis terræ.

Sequitur : Universæque terræ, *non est scribendum* creaturæ, *pro eo quod est in Sixtinis Bibliis* terræ.

℣. 27. Et creavit Deus hominem ad imaginem suam. *Meritò hic omissum est*, & similitudinem, *quod multi libri superfluè interponunt, acceptum ex versu superiori aliisque similibus.*

CAP. II. ℣. 4. Quando creata sunt. *Feminino generi* creatæ, *quod exstat in aliis exemplaribus, præferendum est neutrum* creata.

℣. 16. Præcepitque ei dicens. *Non est mutandum præteritum* præcepit, *cum præsenti* præcipit.

CAP. III. ℣. 10. Vocem tuam audivi. *Non est addendum* Domine, *ut nec versu proximo* Dominus *primo casu, ubi legis :* Cui dixit : Quis enim, &c.

℣. 15. Ipsa conteret caput tuum. *Studiosè caverunt Correctores, ne femininum*, ipsa, *quod à Vetere Interprete datum fuit, mutarent cum masculino* ipse, *aut neutro* ipsum *quanquam clarioribus sensu.*

℣. 19. In sudore vultus tui vescêris pane. *Sequitur in quibusdam libris, additurque pronomen* tuo, *sed quòd meritò omissum est.*

℣. 23. Et emisit eum Dominus Deus, *Non est auferenda conjunctio* &.

CAP. IV. ℣. 7. Statim in foribus peccatum aderit. *Huc non est adjiciendum pronomen* tuum.

℣. 15. Posuitque Dominus Caïn signum. *Romani Patres omiserunt eam, quæ nomini* Caïn *præponi solet*, in, *præpositionem : nam & antiqui nostri codices hic variant (alii enim scribunt* in Caïn signum, *alii* signum in Caïn, *alii denique* Caïn in signum) *& LXX. similiter sine præpositione verterunt* τῷ Καὶν *tertio casu.*

CAP. V. ℣. 3. Et genuit ad imaginem. *Consultò omissa est, quam quidam interponunt, vox* filium.

℣. 22. Et vixit postquam. *Nomen* Henoch *hìc non repetitur, sed subaudiendum relinquitur è proximo.*

CAP. VI. ℣. 6. Et tactus dolore cordis intrinsecus. *Prudenter sublatum est, quod plerique, vel præponunt vel postponunt*, & præcavens in futurum.

℣. 17. Universa quæ in terra sunt consumentur. *Deleta est conjunctio &, quæ à quibusdam libris huic pericopæ præponebatur.*

℣. 21. Et erunt tam tibi quàm illis in cibum. *Non scribas* escam, *pro eo quod in antiquis libris est* cibum.

CAP. VII. ℣. 2. Tolle septena & septena. *Non mutes imperativi præsens* tolle, *cum futuro indicativi* tolles.

℣. 13. Uxor illius & tres uxores filiorum ejus cum eis. *Ut non est præponenda conjunct. &, ante vocem* uxor, *ita non est delendus numerus* tres, *ante vocem* uxores.

℣. 17. Quadraginta diebus. *Omittendum est quod sequitur in quibusdam codicibus*, & quadraginta noctibus.

℣. 23. Et delevit omnem substantiam. *Superfluit quod quibusdam exemplaribus additur* Deus.

CAP. VIII. ℣. 7. Qui egrediebatur & non revertebatur. *Non judicarunt Romani Correctores omittendam negationem, fortè ob rationes, notationibus nostris in varias Bibliorum lectiones indicatas.*

℣. 21. Et ait : Nequaquam. *Non interponas* ad eum.

Ibidem. Omnem animam viventem. *Non deleas τὸ* viventem.

CAP. IX. ℣. 5. De manu viri & fratris ejus. *Quidam codices repetunt τὸ* de manu, *hoc modo* : De manu viri & de manu fratris ejus, *superfluè.*

℣. 16. Eritque arcus in nubibus. *Sixtina Biblia non addunt nomini* arcus *pronomen* meus.

℣. 21. Inebriatus est & nudatus. *Superfluit quod in quibusdam libris sequitur* jacuit.

Digitized by Google

℣. 25. Maledictus Chanaan. *Redundat vox* puer, *quam interponunt quidam.*

Cap. X. ℣. 1. Hæ ſunt generationes filiorum Noë. *Injuriâ delent quidam vocem* filiorum.

℣. 9. Ob hoc exivit proverbium. *Cave mutes* ob, *quod eſt*, propter, *cum* ab; *id eſt*, *vocalem quartam cum prima.*

℣. 18. Et poſt hæc diſſeminati ſunt. *Legendum eſt* poſt hæc, *non* per hos.

Cap. XII. ℣. 6. Uſque ad convallem. *Meritò hic omiſſa eſt & conjunctio*, *quæ præponebatur.*

℣. 7. Qui apparuerat ei. *Quod ſequitur in quibuſdam libris*, & invocavit ibi nomen ejus, *conſulto transfoſſum eſt.*

℣. 16. Et famulæ & aſinæ. *Non eſt ſcribendum* familiæ *pro* famulæ, *quod eſt*, ancillæ: *nec omittendum* aſinæ *femininum*; *licet præceſſerit maſculinum* aſini.

℣. 18. Quare non indicaſti? *Non addas pronomen* mihi, *ſed ſubaudias.*

Cap. XIII. ℣. 14. Leva oculos tuos. *Non ſubjicias* in directum, *quod alii.*

℣. 17. Surge & perambula. *Conjunctio* ergo *ſuperflue interponitur à quibuſdam.*

Cap. XIV. ℣. 5. In Aſtarothcarnaim. *Malè quidam, interjecta conjunctione, ſcribunt.* In Aſtaroth & Carnaim.

℣. 7. Et venerunt ad fontem Miſphat. *Meritò hic omiſſum eſt adverbium* uſque.

℣. 15. Uſque Hoba, quæ eſt ad lævam Damaſci. *Et hic meritò omittitur, quod alii addunt*, & Phœnicem: uſque Hoba & Phœnicem, quæ eſt.

Cap. XVI. ℣. 1. Non genuerat liberos. *Tertiò hic rectè omittitur pronomen* ſibi, *quanquam ſubaudiendum ſit* ei *ex Hebræo.*

℣. 7. Qui eſt in via Sur. *Alii legunt relativum feminium* quæ, *relatum ad ſolitudinem: ſed Sixtina Biblia rectiùs maſculinum* qui, *ita ut ad fontem referatur, quod Hebræa exigunt.*

℣. 13. Vocavit autem. *Non addas* Agar, *ſed intelligas.*

Cap. XVII. ℣. 4. Et pactum meum tecum. *Superfluit verbum* ponam, *quod adjiciunt quidam.*

℣. 17. Et riſit dicens in corde ſuo. *Hic verborum ordo ut eſt certior altero*, In corde ſuo dicens, *ita antiquis Latinis atque Hebraïcis libris congruentior.*

Cap. XVIII. ℣. 4. Et lavate pedes veſtros. *In aliis antigraphis paſſivè legitur:* Et laventur pedes veſtri: *verùm illud Hebræo conſonat.*

℣. 5. Et confortate cor veſtrum. *Similis eſt hujus loci ratio, ubi alii codices legunt*, & confortetur cor veſtrum.

℣. 6. Tria ſata ſimilæ commiſce. *Non eſt omittenda vox* ſimilæ.

℣. 25. Nequaquam facies judicium hoc. *Nec hîc omittendum eſt pronomen* hoc.

Cap. XIX. ℣. 1. Et ſedente Lot. *Neque conjunctio & hinc auferenda eſt.*

℣. 14. Surgite, egredimini. *Hîc non eſt interponenda aut addenda conjunctio &c.*

℣. 29. Recordatus Abrahæ liberavit Lot. *Alii* Recordatus eſt Abrahæ, & liberavit Lot.

℣. 35. Dederunt etiam & illa nocte. *Quidam etiam gravant verbum* dederunt *particulâ enclitica* dederuntque.

Cap. XX. ℣. 7. Nunc ergo redde viro ſuo uxorem, quia propheta eſt: & orabit pro te, & vives. *Hic eſt ordo, non tantùm Sixtinorum, verùm etiam noſtrorum antiquorum codicum, Hebraïcæ veritati conſonantium. In aliis multis libris, illud* quia propheta eſt, *poſtponitur huic &* orabit pro te.

℣. 16. Mementoque te deprehenſam. *Non deleas encliticam conjunctionem* que.

Cap. XXI. ℣. 7. Quis auditurum crederet Abraham. *Ita legendum eſt, participium futuri temporis, quarto caſu*, auditurum, *non primo*, auditurus; *multò minùs ſecundo* auditorum, *à nomine* auditor.

℣. 15. Subter unam arborum quæ ibi erant. *Lege pluraliter* arborum quæ ibi erant, *non ſingulariter* arborem quæ ibi erat.

℣. 20. Et fuit cum eo. *Non addas, ſed ſubaudias* Deus.

Cap. XXII. ℣. 20. His ita geſtis. *Non mutes adverbium* ita, *cum conjunctione* itaque.

Cap. XXIII. ℣. 13. Circumſtante plebe. *Non eſt addendum pronomen* ejus.

Ibidem. Et ſic ſepeliam mortuum meum in eo. *Non ſcribas antecedens* agro *pro relativo* eo.

℣. 19. In ſpelunca agri duplici. *Pro ſexto caſu* duplici, *quidam ſcribunt ſecundum* duplicis.

Cap. XXIV. ℣. 12. Dixit: Domine Deus. *Non ſcribas:* Oravit Dominum, dicens: Domine Deus.

℣. 14. Cum domino meo. *Non legendum, ſed intelligendum eſt nomen* Abraham.

℣. 24. Filia ſum Bathuelis, filii Melchæ, quem peperit ipſi Nachor. *Alii invertunt verborum ordinem, hoc modo*: Filia ſum Bathuelis, filii Nachor, quem peperit ei Melcha: & *quanquam hæc lectio clarior ſit, non tamen eſt hujus verſus, ſed quadrageſimi ſeptimi ſubſequentis.*

℣. 32. Ad lavandos pedes ejus. *Cave mutes pronomen ſingulare* ejus, *cum nomine plurali* camelorum, *quod eſt in pleriſque libris.*

℣. 41. Cùm veneris ad propinquos meos. *Ita rectiùs legitur*, propinquos *ex antiquis libris, quàm* proximos.

℣. 54. Dimittite me. *Plurale legendum eſt, non ſingulare* dimitte.

℣. 59. Et nutricem illius. *Non addas* Deboram, *proprium nutricis nomen.*

℣. 65. At illa tollens citò pallium. *Non ſubjicias pronomen* ſuum.

℣. 66. Narravit Iſaac. *Redundat quod quidam hîc interponunt adduntque* domino ſuo.

Cap. XXV. ℣. 2. Quæ peperit ei Zamran. *Ita ſcribendum eſt* Zamran, *ultima littera exiſtente tertia ex liquidis* n, *non ſecundâ* m.

℣. 10. Quem emerat à filiis Heth. *Non eſt mutandum relativum maſculinum* quem, *quod agrum refert, cum ſemininо* quam, *quod referat ſpeluncam.*

℣. 15. Hadar & Thema. *Prioris nominis ultima littera eſt* r, *id eſt*, res, *non* d, *quod eſt*, daleth; Hadar, *non* Hadad.

℣. 25. Qui prior egreſſus eſt. *Sic legunt Sixtina Biblia cum antiquis exemplaribus, comparativum* prior *pro ſuperlativo* primus.

Cap. XXVI. ℣. 31. In locum ſuum. *Hujus loco non ſcribas*, in domum ſuam.

℣. 34. Duxit uxores. *Non addas* duas.

Cap. XXVII. ℣. 12. Et inducam ſuper me maledictionem. *Non eſt mutanda prima perſona* inducam, *cum tertia* inducat.

℣. 21. Accede huc ut tangam te. *Pro adverbio* huc, *alii libri habent* ad me, *minùs rectè.*

℣. 28. Frumenti & vini. *Omitte quod ſequitur in quibuſdam libris*, & olei. *Idem uſu venit infra* ℣. 37.

Cap. XXVIII. ℣. 5. Profectus venit. *Ne mutes ſimplex* venit *cum compoſito* pervenit.

Cap. XXIX. ℣. 13. Cucurrit obviam ei. *Pro ſimplici* cucurrit, *quidam legunt compoſitum* occurrit.

℣. 25. Quare impoſuiſti mihi? *Nequaquam addendum eſt nomen* Liam.

Cap. XXX. ℣. 16. Et ad me, inquit, intrabis. *Confodiendum eſt verbum* ait, *quod quidam addunt:* Et ait: Ad me, inquit, intrabis.

℣. 18. Appellavitque nomen ejus Iſſachar. *Omitte quod ſequitur in quibuſdam libris*, quod eſt merces.

℣. 26. Tu noſti ſervitutem. *Non addas conjunctionem* verò.

℣. 30. Ut aliquando provideam etiam domui meæ. *Non eſt omittenda particula* etiam.

℣. 33. Furti me arguent. *Cave mutes verbum plurale tertiæ perſonæ* arguent, *cum ſingulari ſecundæ perſonæ* argues.

Cap. XXXI. ℣. 29. Sed Deus patris veſtri. *Pronomen* tui *conſultò mutatum eſt cum* veſtri, *ne quis errorem eſſe putet.*

℣. 32. Et auſer. *Non omittatur conjunctio &.*

℣. 39. Quidquid furto peribat. *Præferendum eſt nomen* furto *adverbio* furtim.

℣. 49. Intueatur & judicet. *Non præponas &* adjecit Laban.

Cap. XXXII. ℣. 1. Jacob quoque abiit itinere quo cœperat. *Alii legunt:* Jacob autem abiit in itinere quod cœperat: *conjunctionem* quoque *mutant cum* autem, *addunt præpoſitionem* in; *denique pro ablativo* quo, *ſcribunt accuſativum* quod.

℣. 4. Præcepitque. *Servandum eſt præteritum* præcepit, *non ſubſtituendum præſens* præcipit.

℣. 18. Domino meo Eſaü. *Pronomen primæ perſonæ* meo, *non eſt mutandum cum pronomine tertiæ perſonæ* ſuo.

℣. 29. Cur quæris nomen meum? *Sequitur in quibuſdam libris*, quod eſt mirabile, *ſed non eſt illud hujus loci, verùm Jud.* 13. ℣. 18.

Cap. XXXIV. ℣. 15. Omne maſculini ſexus. *Interpres dedit neutrum* omne, *non maſculinum* omnis.

℣. 23. Unum efficiemus populum. *Futurum indicativi* efficiemus, *non eſt mutandum cum præſenti imperativi* efficiamus.

Cap. XXXV. ℣. 4. At ille infodit ea. *Retinendum eſt neutrum* ea, *non mutandum cum femininо* eas.

℣. 8. Ad radices Bethel, ſubter quercum. *Legendum eſt* ſubter, *quod locum inferiorem ſignificat, non* ſuper *contrarium, tametſi hoc ſit in Romana anni* 1593. *editione: error eſt enim typographicus.*

Cap. XXXVI. ℣. 11. Et Cenez. *Sequitur in quibuſdam libris*, Et Core; *ſed ſuperflue.*

℣. 14. Filiæ Anæ, filiæ Sebeon. *Cave ſcribas maſculi-*

Digitized by Google

eum filii, *pro feminino* filiæ, *priori præsertim loco.*

℣. 17. Isti filii Basemath uxoris Esaü. *Minimè redundant hæc verba.*

℣. 20. Habitatores terræ. *Non mutandus nominativus pluralis* habitatores, *cum genitivo singulari* habitatoris.

℣. 24. Cùm pasceret asinos. *Pro masculino* asinos, *non est substituendum femininum* asinas.

Cap. XXXVII. ℣. 22. Non interficiatis animam ejus, nec effundatis sanguinem. *Utrumque verbum secundâ personâ legitur*, interficiatis, effundatis; *neutrum primâ*, interficiamus, effundamus.

Ibidem. In cisternam hanc. *Pronomen* hanc, *non est commutandum cum nomine* veterem.

℣. 28. Et prætereuntibus Madianitis. *Nec hîc nomen* Madianitis, *cum altero* Ismaëlitis.

Ibidem. Viginti argenteis. *Denique nec hîc numerus minor* viginti, *mutandus est cum majore* triginta.

Cap. XXXVIII. ℣. 2. Vocabulo Sue. *Pro* e *secundâ, alii scribunt* a *primam vocalem, in nomine* Sua.

℣. 12. Mortua est filia Sue. *Quidam libri omittunt nomen* filia; *malè.*

Cap. XXXIX. ℣. 2. Princeps exercitus. *Non addas pronomen* sui.

℣. 9. Et peccare in Deum meum. *Non substituas* Dominum τὸν Κύριον, *pro* Deum, τὸν Θεόν.

℣. 10. Per singulos dies. *Transfodiendum est, quod sequitur in quibusdam libris, verbum* loquebatur.

℣. 21. Et misertus illius, dedit ei. *Non augeas orationem, quomodo alii libri.* Et misertus est illius, & dedit ei.

Cap. XL. ℣. 1. His ita gestis. *Non est mutandum adverbium* ita, *cum conjunctione* itaque.

℣. 15. Quia furto sublatus sum. *Spurium est adverbium* furtim, *positum loco nominis* furto.

℣. 17. Portare me omnes cibos. *Superfluum est verbum* putabam, *quod quidam interponunt.*

Cap. XLI. ℣. 11. Vidimus somnium præsagum futurorum. *Non est mutandum nomen adjectivum* præsagum, *cum substantivo* præsagium.

℣. 20. Et consumptis prioribus. *Cave legas nomen substantivum* pecoribus, *pro adjectivo numerali* prioribus.

℣. 43. Super currum suum secundum. *Spurium est pronomen* secum, *positum pro nomine numerali* secundum.

℣. 44. Dixit quoque rex. *Superflait, quod subjungitur à quibusdam codicibus, nomen* Ægypti.

℣. 45. Filiam Putiphare. *Ita rectiùs scribitur tum hic tum infra* ℣. 50. & c. 46. ℣. 20. Putiphare, *quàm* Putiphatis: *quò certiùs distinguatur nomen hoc sacerdotis* Putiphare, *quadrisyllabum, à trisyllabo nomine eunuchi* Putiphar, *de quo supra* 39. ℣. 1.

℣. 54. In cuncta autem terra Ægypti panis erat. *Pro* panis, *non scribas* fames, *quæ est inopia panis.*

Cap. XLII. ℣. 13. At illi: Duodecim, inquiunt. *Redundat verbum* dixerunt, *quod quidam addunt:* At illi dixerunt.

℣. 25. Datis supra cibariis in viam. *Non mutes quartum casum* viam, *cum sexto* via.

℣. 38. Si quid ei adversi acciderit. *Præferendum est nomen adjectivum* adversi, *substantivo* adversitatis.

Cap. XLIII. ℣. 11. Sumite de optimis terræ fructibus. *Melius est* fructibus, *quàm* frugibus.

℣. 14. Quem tenet. *Non est hujus loci, quod quædam exemplaria subjiciunt*, in vinculis.

℣. 17. Fecit ille quod sibi fuerat imperatum. *In quibusdam libris, pro* quod sibi fuerat, *minùs rectè legitur* sicut fuerat.

℣. 19. Ad dispensatorem domus. *Non omittas* domus.

℣. 27. Salvus ne est pater vester? *Melius est* salvus *quàm* sanus.

Cap. XLIV. ℣. 4. Surge, inquit. *Superfluit quod quidam præponunt*, ait.

Cap. XLV. ℣. 23. Addens & asinos decem. *Pro & conjunctione, alii scribunt pronomen, quidam singulare* ei, *quidam, quod dissimilius est vero, plurale* eis.

Cap. XLVI. ℣. 10. Jamuel & Jamin. *Non addas &* Jami.

℣. 16. Filii Gad: Sephion & Haggi & Suni & Esebon. *Pro* Sephion *non est legendum, omissa media litt.* i, Sephon: *nec præponendus est* Esebon *ipsi* Suni.

Cap. XLVII. ℣. 4. Ad peregrinandum in terra tua venimus. *Melior est sextus casus* terra tua, *quàm quartus* terram tuam.

℣. 9. Dies peregrinationis meæ. *Superfluit, quod quidam addunt, nomen* vitæ.

℣. 18. Non celabimus dominum nostrum. *Alii minùs rectè*, non celabimus domino nostro.

Cap. XLVIII. ℣. 1. His ita transactis. *Non est mutandum adverbium* ita, *cum conjunctione* itaque.

℣. 15. Benedixitque Jacob filiis Joseph. *In multis libris est:* Benedixitque Joseph filio suo: *in quibusdam*, Benedixitque Jacob Joseph.

℣. 20. Benedixitque eis. *Non mutes plurale* eis, *cum singulari* ei.

Cap. L. ℣. 10. Ad aream Atad. *Adulterinum est, quod quidam scribunt* Arad, *ita ut media littera sit postrema liquidarum* r, *pro muta* t.

℣. 17. Ut servis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. *Non est mutandus numerus pluralis* servis, *cum singulari* servo, *nec secundus casus* patris tui, *cum tertio* patri tuo, *sic enim legunt plerique*: Ut servo Dei patri tuo dimittas iniquitatem hanc.

VARIÆ LECTIONES VULGATÆ,

rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

GENESIS.

Cap. XI. ℣. 13. Vixitque Arphaxad postquam genuit Sale, trecentis tribus annis. *Alii libri, consentanei Hebræo & Chaldæo, scribunt* quadringentis *pro* trecentis, *hoc est, augent numerum uno centenario.*

Cap. XVIII. ℣. 28. Delebis propter quadraginta quinque universam urbem? *Quædam Manuscripta, cum antiquis libris veteris nostri Epanorthotæ, omittunt majorem numerum, nempe* quadraginta, *conformiter Hebræis & Chaldæis, quin etiam Græcis quibusdam codicibus, nominatim Sixtinæ editioni.*

Cap. XXIV. ℣. 52. Procidens adoravit. *Complura Manuscripta, eaque fide digna, omittunt* procidens.

Cap. XXX. ℣. 40. Et posuit virgas in canalibus. *Alia Manuscripta fide digna, omittunt hîc illud*, in canalibus, *quod legitur supra* ℣. 38. & *infra* ℣. 41.

Cap. XXXII. ℣. 17. Aut quò vadis, aut cujus sunt ista? *Quidam libri, loco duplicis* aut *disjunctivæ, legunt duplicem & copulativam.*

Cap. XXXVI. ℣. 2. Et Oolibama filiam Anæ filiæ Sebeon. *Pro genitivo feminino* filiæ, *alii legunt accusativum* filiam, *alii genitivum masculinum* filii. *Legantur notationes nostræ in varias Bibliorum lectiones.*

Cap. XXXVII. ℣. 24. In cisternam veterem, quæ non habebat aquam. *Non absque causa omittitur ab aliis Manuscriptis nomen adjectivum* veterem.

Cap. XXXIX. ℣. 14. Vocavit ad se. *Alii codices omittunt* ad se.

Cap. XL. ℣. 13. Recordabitur Pharao ministerii tui. *Quædam Manuscripta habent* magisterii.

Cap. XLI. ℣. 14. Narravi conjectoribus somnium. *Quidam codices pro accusativo singulari, legunt genitivum pluralem* somniorum.

Cap. XLIV. ℣. 27. Ad quæ ille respondit. *Quidam codices, pro præpositione* ad quæ ille, *scribunt conjunctionem* at ille.

Cap. XLV. ℣. 23. Triticum in itinere panesque portantes. *Quidam conjiciunt legendum* in iter.

℣. 26. Joseph filius tuus vivit. *Multa exemplaria omittunt* filius tuus.

Cap. XLVII. ℣. 11. In optimo terræ loco. *In aliis egregiis libris pro* loco, *legitur* solo.

Digitized by Google

*CAPITULA LIBRI EXODI.

Ex codd. S. Pauli, Orat. B. VI. B. VII. & Vaticano 4220. edita à Josepho Maria Càro presb. Romæ 1688. & to. 1. nov. edit. Hieron.

I.[a] *DE infantibus Hebræorum, quos præcepit Pharao in flumen projici.* cap. 1. ℣. 1. 22.

II. *De puero, quem invenit filia Pharaonis, &* [b] *cognominavit eum Moysen.* c. 2. ℣. 5. 10.

III. *De Ægyptio, quem occidit Moyses; & fugit* [c] *Madian.* c. 2. ℣. 12. 15.

IV. *Mortuo Pharaone, exaudivit Dominus filios Israël.* c. 2. ℣. 23.

V. [d] *Apparuit Angelus Domini Moysi in rubo.* c. 3. ℣. 2.

VI. *De signo quod dedit Dominus* [e] *in manu Moysi in virga.* c. 4. ℣. 2.

VII. *De signo secundo.* c. 4. ℣. 6.

VIII. *De signo tertio.* c. 4. ℣. 9.

IX. *Ubi venit ad socerum* [f] *suum Moyses, & dixit ei:* Vadam ad fratres meos. c. 4. ℣. 18.

X. *Mortuo Pharaone, dixit Dominus ad Moysen:* Vade in Ægyptum [g]. c. 4. ℣. 19.

XI. *Dixit Dominus ad Aaron:* Vade [h] in obviam Moysi. c. 4. ℣. 27.

XII. *Dicunt Pharaoni, ut dimittat* [i] *Israël.* c. 5. ℣. 1.

XIII. [k] *Moysi dicit Dominus, ut loquatur ad populum.* c. 6. ℣. 6.

XIV. *De principibus Israël.* c. 6. ℣. 14.

XV. [l] Dedi te, *dicit Dominus*, deum Pharaoni. c. 7. ℣. 1.

XVI. [m] Projecit Aaron virgam coram Pharaone; & facta est draco: *fecerunt & Magi similiter.* c. 7. ℣. 10. 11.

PLAGÆ ÆGYPTI.

1. *Ubi aqua fluminis facta est sanguis: fecerunt & Magi similiter.* c. 7. ℣. 14.
2. *Percussit iterum Aaron aquas Ægypti, & eduxit ranas; fecerunt & Magi similiter.* c. 8. ℣. 1.
3. *Percussit Aaron in* [n] *limo terræ, & facti sunt sciniphes in hominibus, & cesserunt Magi.* c. 8. ℣. 16.
4. [o] *Immittit Dominus cynomyiam in totam terram Ægypti.* c. 8. ℣. 20. 21.
5. [p] *Mortem mittit Dominus in omnia pecora Ægyptiorum.* c. 9. ℣. 1.
6. [q] *De favilla, quam sparsit Moyses in cœlum; & facta sunt ulcera in hominibus.* c. 9. ℣. 8. 10.
7. *Extendit Moyses* [r] *manum in cœlum, & pluit Dominus ignem & grandinem.* c. 9. ℣. 13. 23.
8. *Venit locusta super omnes fines Ægypti.* c. 10. ℣. 1. 14.
9. *Factæ sunt tenebræ in tota terra Ægypti triduo.* c. 10. ℣. 21.

XVII. [s] Dicit Dominus ad Moysen: Adhuc unam plagam ego induco in Pharaonem. c. 11. ℣. 1.

XVIII. *Loquitur Dominus ad Moysen, & Aaron, de sacramento Paschæ.* c. 12. ℣. 1.

10. *De decima plaga, in qua percussit Dominus omne* [t] *primogenitum Ægyptiorum.* c. 12 ℣. 29.

XIX. *Habitaverunt filii Israël in Ægypto annos quadringentos triginta.* c. 12. ℣. 40.

XX. [u] *Legem Paschæ dat Dominus.* c. 12. ℣. 43.

XXI. *Dixit Dominus ut sanctificent omne* [x] *primitivum.* c. 13. ℣. 1.

XXII. [y] Quinta progenie ascenderunt filii Israël de Ægypto. c. 13. ℣. 18.

XXIII. *Consecutus est Pharao filios Israël, & cooperuit Ægyptios mare.* c. 14. ℣. 1. seqq.

XXIV. *Canticum.* c. 15. ℣. 1.

XXV. *Cantavit & Maria cum mulieribus in tympanis & choris.* c. 15. ℣. 20.

XXVI. *Murmuravit populus in deserto pro aqua.* c. 15. ℣. 22.

XXVII. *Murmuraverunt & pro carnibus.* c. 16. ℣. 1.

XXVIII. *Dedit Dominus populo* [z] *coturnices, &*

NOTÆ.

* Capitula hæc ad veterem Italicam fuisse composita ex duobus præcipuè elicitur: 1°. quòd in iis nil fere reperiatur quod huic versioni repugnet. 2°. quòd plura existent in ipsis quæ eidem maximè conveniant. Id probat aperta similitudo illorum cum editione LXX. quam in notis seqq. collatione facta, exhibere curamus.

[a] Nov. ed. Hieron. præponit hæc: *De nominibus filiorum Israël, qui ingressi sunt in Ægyptum*, juxta LXX. & Vulg. tum addit, *& de infantibus*, &c.

[b] Accedit ad Gr. in quo, ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτῷ, Μωυσῆν: in Vulg. *vocavit nomen ejus, Moyses.* 2. 10.

[c] Ed. no. Hier. delet *Madian.* In Gr. ἀνεχώρησε..... ἀπὸ προσώπου Φαραὼ, καὶ ᾤκησεν ἐν γῇ Μαδιάμ. Vulg. *fugiens do conspectu ejus, moratus est in terra Madian.*

[d] Ed. Hieron. hîc præponit *Ubi*, delet verò *Domini.* Sed infra, c. 3. ℣. 2. ex Cypriano: *Apparuit ei angelus Domini*, & in Gr. ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος Κυρίου. In Vulg. autem, *apparuit ei Dominus.*

[e] Ed. Hieron. delet *in manu.*

[f] Ed. Hieron. delet *suum*, & inf. scribit *vado.* Gr. & Vulg. *suum..... vadam.* 4. 18.

[g] Ed. Hieron. addit in fine, *& circumcidit Sephora filium suum.*

[h] Ed. Hier. delet *in*, LXX. cum Vulg. hab. *in occursum.*

[i] Al. *Israëlem*, ed. Hieron. *Israël de terra sua.*

[k] Ed. Hier. *Jubet Dominus Moysi loqui ad populum.*

[l] Ita August. infra, c. 7. ℣. 1. è Græco δέδωκά σε θεὸν Φαραώ. In Vulg. *constitui te deum Pharaonis:* 7. 1.

[m] Ita Gr. ad verbum: Καὶ ἔρριψεν Ἀαρὼν τὴν ῥάβδον ἐναντίον Φαραὼ..... καὶ ἐγένετο δράκων..... καὶ ἐποίησαν καὶ οἱ ἐπαοιδοὶ..... ὡσαύτως. Vulg. *Tulitque Aaron virgam coram Pharaone..... quæ versa est in colubrum*, &c. 7. 10.

[n] Ed. Hieron. *Pulverem terræ.* Ita Græc. cum Vulg. 8. 17.

[o] Ed. Hier. *Immisit cænomyiam*, absque *Dominus.* Apo August. infra, 8. 21. *cynomyiam*, Gr. κυνόμυιαν, pro qua Vulg. *omne genus muscarum.*

[p] Ed. Hier. *Misit Dominus mortem in pecora Ægyptiorum.*

[q] Hæc respondent Græco & Vulgatæ, in qua *cinis* aut *pulvis* pro *favilla*, Aug. infr. c. 9. 8. leg. *favillam*, in Gr. constanter αἰθάλη.

[r] Ita Gr. τὴν χεῖρα εἰς τὸν οὐρανόν. Vulg. *Virgam in cælum.*

[s] Sic in Græco, Εἶπε δὲ Κύριος πρὸς Μωυσῆν· Ἔτι μίαν πληγὴν ἐγὼ ἐπάξω ἐπὶ Φαραώ. Vulg. *Et dixit..... Adhuc unâ plagâ tangam Pharaonem.* 11. 1.

[t] Al. *primitium.*

[u] Sic in Gr. ὁ νόμος τοῦ Πάσχα, in Vulg. *religio Phasæ.* 12. 43.

[x] Al. *primogenitum* Gr. πρωτότοκον.

[y] Rectè de Gr. in quo, Πέμπτη δὲ γενεᾷ ἀνέβησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Concinit Aug. infra: in Vulg. *Et armati ascenderunt filii Israël de terra Ægypti.* 13. 18.

[z] In Gr. ὀρτυγομήτρα, quam vocem *coturnices*, multos

Digitized by Google

Manna. c. 16. ℣. 12.

XXIX. *Manducaverunt* [a] *Manna annis quadraginta.* c. 16. ℣. 35.

XXX. *Murmuraverunt pro aqua; & eduxit de petra aquam.* c. 17. ℣. 1.

XXXI. *Venit Amalec ad pugnam, & percussit eum* [b] *Dominus.* c. 17. ℣. 8.

XXXII. *Venit* [c] *Jethro ad Moysen in desertum.* c. 18. ℣. 1.

XXXIII. *Consilium dedit Jethro Moysi, ut* [d] *praponeret tribunos, & centuriones.* c. 18. ℣. 13. 21.

XXXIV. *Testatur Dominus per Moysen populo, ut* [e] *audiant eum.* c. 19. ℣. 1.

XXXV. *Descendit Dominus in montem Sina in igne.* c. 19. ℣. 10.

XXXVI. *Præcepit Dominus Moysi, ut ascendat in montem solus.* c. 19. ℣. 24.

XXXVII. *Decem verba Legis, quæ præcepit Dominus custodiri.* c. 20. ℣. 1.

1. [f] Non erunt tibi dii absque me. c. 20. ℣. 3.
2. Non [g] facies tibi idolum, neque ullam similitudinem. ℣. 4.
3. Non sumes nomen [h] Dei tui in vanum. ℣. 7.
4. In mente habe diem Sabbatorum. ℣. 8.
5. Honora Patrem tuum, & Matrem. ℣. 12.
6. Non occides. ℣. 13.
7. Non mœchaberis. ℣. 14.
8. Non furtum facies. ℣. 15.
9. Non dices falsum. ℣. 16.
10. Non concupisces uxorem proximi tui, neque aliquid ejus. ℣. 17.

XXXVIII. *Timuit populus, & dixerunt ad Moysen:* Tu loquere ad nos. c. 20. ℣. 18.

XXXIX. *Deos argenteos vel aureos non* [i] *faciendos.* c. 20. ℣. 22.

XL. *De* [k] *puero Hebræo empto.* c. 21. ℣. 1.

XLI. *De filia* [l] *distracta.* c. 21. ℣. 7.

XLII. *De percusso & mortuo.* c. 21. ℣. 12.

XLIII. [m] *Si quis occiderit aliquem dolo.* c. 21. ℣. 14.

XLIV. [n] *Qui percusserit patrem aut matrem.* c. 21. ℣. 15.

XLV. *Qui furto ereptum vendiderit.* c. 21. ℣. 16.

XLVI. *Qui maledixerit patri aut matri.* c. 21. ℣. 17.

XLVII. *Si in rixa percusserit aliquis lapide, aut pugno.* c. 21. ℣. 18.

XLVIII. *Si servum aut ancillam percusserit aliquis & mortuus fuerit.* c. 21. ℣. 20.

XLIX. *Si mulierem percusserit, &* [o] *abortaverit.* c. 21. ℣. 22.

L. *Oculum pro oculo* [p]. c. 21. ℣. 24.

LI. *Oculum servi aut ancillæ qui* [q] *ejecerit.* c. 21. ℣. 26.

LII. *Si cornu aliquem percusserit* [r] *taurus.* c. 21. ℣. 28.

LIII. *Si foveam quis foderit.* c. 21. ℣. 33.

LIV. *Si taurus alium cornu percusserit.* [s] c. 21. ℣. 35.

LV. *Si quis vitulum aut ovem* [t] *involaverit.* c. 22. ℣. 1.

LVI. *De fure percusso.* c. 22. ℣. 2.

LVII. *De agro alieno* [u] *depasto.* c. 22. ℣. 5.

LVIII. *De* [x] *area incensa, vel messe.* c. 22. ℣. 6.

LIX. *De commendato, &* [y] *furtim ab aliquo erepto.* c. 22. ℣. 7.

LX. *De jumento, vel* [z] *aliquo pecude commendato & mortuo.* c. 22. ℣. 10.

LXI. *Si petierit quis animal, & mortuum fuerit.* c. 22. ℣. 14.

LXII. *De virgine nondum sponsata.* c. 22. ℣. 16.

LXIII. *Maleficum occidendum.* c. 22. ℣. 18.

LXIV. *Qui dormierit cum pecude,* [aa] *occidendum.* c. 22. ℣. 19.

LXV. *Qui immolaverit diis,* [bb] *eradicandum.* c. 22. ℣. 20.

LXVI. [cc] *Advenam non nocendum.* c. 22. ℣. 21.

LXVII. [dd] *Viduam, & orphanum non nocendos.* c. 22. ℣. 23.

LXVIII. *De fœnore, & pignore.* c. 22. ℣. 25.

LXIX. *Non blasphemandum.* c. 22. ℣. 28.

LXX. *Primitias* [ee] *offerendas.* c. 22. ℣. 29.

LXXI. *Omne primitivum offerendum Domino.* c. 22. ℣. 29.

LXXII. *Carnem à bestia* [ff] *non edendam.* c. 22. ℣. 31.

LXXIII. *Non credendum facilè quod audieris.* c. 23. ℣. 1.

LXXIV. [gg] *Non consentiendum fieri testis iniquus.* c. 23. ℣. 1.

LXXV. [hh] *Non esse cum multis malum.* c. 23. ℣. 2.

LXXVI. [ii] *Non declinare cum multis judicium.* c. 23. ℣. 2.

LXXVII. *Non spernendum pauperem in judicio,* [kk] *nec*

Notæ.

Latinè fuisse interpretatos auctor est Aug. q. 62. Anon. quoque de XLII. manſ. ap. Amb. 8. c. ita reddit ut & Vulg.

[a] Gr. Τὸ Μάν, Vulgata similiter *Man*; at Aug. infr. 16. 35. *Manna.*

[b] Ed. Hieron. pro *Dominus*, hab. *Josue.* Gr. constanter Ἰησοῦς, cum Cypr. infra 17. 9. in Vulg. *Josue.*

[c] Aug. infr. 18. 12. *Jothor* cum Gr. Vulg. *Jethro.*

[d] Ed. Hieron. *poneret.* Gr. καταστήσεις ἐπ' αὐτῶν χιλιάρχους καὶ ἑκατοντάρχους.

[e] Al. *audiat.*

[f] Hæc decem mandata maximè accedunt ad Græcum, cui succinit infr. Aug.

[g] Al. *facias*, sicut in ed. Hieron.

[h] Al. *Domini Dei.*

[i] Ed. Hieron. addit, *sed altare Domino*, post *faciendos.*

[k] Ita Gr. παῖδα, Vulg. *servum.* 21. 2.

[l] Al. *distrilla.*

[m] Edit. Hieron. *De his qui occiderint dolo.* Gr. Ἐὰν δέ τις ἐπιβῆται, ... ἀποκτεῖναι..... δόλῳ, Vulg. *Si quis per industriam occiderit.....* & *per insidias.*

[n] Ed. Hier. *De his qui percusserint*, &c. sicut infra 45. 46. 48. *vendiderint..... maledixerint..... mortui fuerint.* Hæc autem vix abscedunt à Gr. nisi quòd in Gr. capitul. 46. præcedit capitul. 45.

[o] Ed. Hieron. *abortiverit*, al. *aborta fuerit.*

[p] Ed. Hieron. addit, *eruendum.*

[q] Ed. Hieron. *eruerit.*

[r] Ita Gr. ταῦρος, cum August. in Vulg. *bos*, sicut infra, c. 21. ℣. 35.

[s] Ed. Hieron. hîc addit *taurum.* In Vulg. constanter *bos*; & pro *cornu percusserit*, simpliciter *vulneraverit.* Gr. κεραΐσῃ.... ταῦρος.

[t] Ed. Hieron. *furatus fuerit*, ut in Græco, & Vulg.

[u] Aug. infra cum Gr. *si depaverit quis agrum*, Vulg. *si læserit*; at paulo post, *ut depascatur.*

[x] Gr. similiter ἅλωας, *areas.* Vulg. *acervos frugum.*

[y] Ed. Hier. & *furto ab aliquo sublato.*

[z] Ed. Hieron. *aliqua pecude commendata & mortua.*

[aa] Ed. Hier. *occidendus*, item paulo post, *eradicandus.*

[bb] Apud Aug. *eradicabitur*, in Græco θανάτῳ ἐξολοθρευθήσεται, in Vulg. *occidetur.* 22. 20.

[cc] Al. *advenæ*, sicut in ed. Hieron.

[dd] Ed. Hier. *Viduæ & orphano non nocendum.*

[ee] Ed. Hier. add. *Domino.*

[ff] Ed. Hier. addit *prægustatam* post *bestia.*

[gg] Ita Lucif. Cal. infr. 23. 1. al. *testes iniquos*, ed. Hieron. *Non consentiendum testibus iniquis*: at in Vulg. *Non junges manum tuam ut pro impio dicas faljum testim.*

[hh] Gr. Οὐκ ἔσῃ μετὰ πλειόνων ἐπὶ κακίᾳ, cui favet Aug. infra. In Vulg. *Non sequeris turbam ad faciendum malum.* 23. 2.

[ii] Favet Aug. infra 23. 2. nec dissentit Gr. ed. Hieron. hab. *cum multis in judicio.* Vulg. *Nec in judicio plurimorum acquiesces sententiæ, ut à vero devies.*

[kk] Al. deest *nec.* Ap. Aug. & LXX. *Pauperis non misereberis in judicio*, nec dissentit Vulg. 23. 3.

Digitized by Google

pro illo faciendum. c. 23. ℣. 3.
LXXVIII. *Errans inimici jumentum revocandum.* c. 23. ℣. 4.
LXXIX. *Inimici jumentum pressum pondere, erigendum.* c. 23. ℣. 5.
LXXX. [a] *Judicium pauperis non subvertendum.* c. 23. ℣. 6.
LXXXI. [b] *Ab omni verbo iniquo recedendum.* c. 23. ℣. 7.
LXXXII. *Innocentem & justum non occidendum.* c. 23. ℣. 7.
LXXXIII. [c] *Impium non justificandum, & munera non accipienda.* c. 23. ℣. 8.
LXXXIV. [d] *De anno remissionis septimo.* c. 23. ℣. 10. 11.
LXXXV. *Sabbato non operandum.* c. 23. ℣. 12.
LXXXVI. *Omnia, quæ præcepit Deus,* [e] *observanda.* c. 23. ℣. 13.
LXXXVII. *Tribus temporibus anni diem solemnem agendam.* c. 23. ℣. 14.
LXXXVIII. [f] *Diem festum Azymorum observandum.* c. 23. ℣. 15.
LXXXIX. [g] *Vacuum in conspectu Domini minimè apparendum.* c. 23. ℣. 15.
XC. *Tribus temporibus anni omne masculinum apparere Domino.* c. 23. ℣. 17.
XCI. *Primitias terræ offerendas.* c. 23. ℣. 19.
XCII. *Non coquendum* [h] *agnum in lacte matris suæ.* c. 23. ℣. 19.
XCIII. *Angelum promittit Dominus* [i], *qui præcedat.* c. 23. ℣. 20.
XCIV. *Qui Deum audierit, liberari ab* [k] *inimicis.* c. 23. ℣. 22.
XCV. *Deos alienigenarum non adorandos.* c. 23. ℣. 24.
XCVI. [l] *Timorem & vespas missurum Dominum, qui ejiciat alienigenas.* c. 23. ℣. 27. 28.
XCVII. *Dicit Dominus Moysi ascendere ad se* [m] *in montem cum majoribus natu.* c. 24. ℣. 1.
XCVIII. *Ædificavit Moyses altare ex duodecim lapidibus.* c. 24. ℣. 4.
XCIX. *Ascendit Moyses cum majoribus natu.* c. 24. ℣. 9.
C. *Omnes* [n] *electi venerunt in loco Dei.* c. 24. ℣. 11.
CI. [o] *Dicit Dominus Moysi ut ascendat in montem accipere Tabulas Testamenti.* c. 24. ℣. 12.
CII. *Ascendit Moyses; & descendit ad eum* [p] *majestas Domini.* c. 24. ℣. 15. 16.
CIII. *Dicit Dominus offerri initia ad Tabernaculum faciendum.* c. 25. ℣. 1.
CIV. [q] *De fabrica Arcæ, & Mensæ, & Tabernaculi.* c. 25. ℣. 3.
CV. [r] *De fabrica Altaris.* c. 27. ℣. 1.
CVI. *De oleo Lucernæ.* c. 27. ℣. 20.
CVII. [s] *De Aaron, & filiis ejus, ut sacerdotio fungantur.* c. 28. ℣. 1.
CVIII. [t] *De Stola sancta.* c. 28. ℣. 2.
CIX. *De veste Sacerdotali.* c. 28. ℣. 4.
CX. *De ordinandis Sacerdotibus, & de hostia immolanda.* c. 28. ℣. 38. 41.
CXI. *De Altare incensi.* c. 30. ℣. 1.
CXII. [u] *De oblatione odorationis.* c. 29. ℣. 25. 41.
CXIII. [x] *Sacerdotes lavare manus & pedes, cùm accedunt sacrificare. De oleo linitionis sancto.* c. 30. ℣. 17.
CXIV. *De unguento incensi.* c. 30. ℣. 22.
CXV. *De Beseleel, quem* [y] *implevit Dominus spiritu sapientiæ ad omne opus.* c. 31. ℣. 1.
CXVI. *De Sabbato observando.* c. 31. ℣. 13.
CXVII. *Ubi dat Dominus Moysi Tabulas Testamenti.* c. 31. ℣. 18.
CXVIII. *Fecit Aaron vitulum conflatilem.* c. 32. ℣. 1.
CXIX. *Dicit Dominus Moysi:* [z] Descende velociter. c. 32. ℣. 7.
CXX. [aa] *Oravit Moyses pro populo.* c. 32. ℣. 11.
CXXI. *Vidit Moyses vitulum, &* [bb] *confregit Tabulas.* c. 32. ℣. 15.
CXXII. [cc] *Dicit Moyses ad Aaron:* Quare hoc fecisti? c. 32. ℣. 21.
CXXIII. *Jussit Moyses* [dd] *populo, ut occiderent invicem.* c. 32. ℣. 26.
CXXIV. *Rogat Moyses* [ee] *pro populo, ut dimittat illis Dominus peccatum eorum.* c. 32. ℣. 30.
CXXV. *Dicit Dominus Moysi:* [ff] Ascende in terram, quam juravi patribus vestris. c. 33. ℣. 1.
CXXVI. *Increpat Dominus populum* [gg], *& loquitur ad Moysen in columna nubis.* c. 33. ℣. 5.
CXXVII. [hh] *Locutus est Dominus ad Moysen, quomodo loquitur quis ad amicum suum.* c. 33. ℣. 11.
CXXVIII. *Petit Moyses videre Dominum, & ait illi Dominus:* Non potes videre faciem meam. c. 33. ℣. 13. 20.
CXXIX. *Ascendit Moyses in montem* [ii], *& Dominus descendit ibi.* c. 34. ℣. 1.
CXXX. *Omne primitivum jubet sibi offerri Dominus.* c. 34. ℣. 19.
CXXXI. *Non manducavit Moyses diebus quadraginta, cùm* [kk] *scribit verba Testamenti.* c. 34. ℣. 28.

Notæ.

[a] Ita Lucif. inf. c. 23. 6. nec differt Gr. Vulg. *Non declinabis in judicium pauperis.*

[b] Sic Lucif. ad verbum cum Gr. in Vulg. *mendacium fugies.* 23. 7. Concordant similiter duo seq. capitula cum Gr. & Lucif. minùs favet Vulg. quam vide.

[c] Ed. Hieron. delet, *impium non justificandum*, &.

[d] In ed. Hier. *De peregrinis & remissionis anno.*

[e] Ed. Hier. *facienda.*

[f] Ed. Hier. *De festivitate azymorum.*

[g] Ita Hier. infra cum Græco & Vulg.

[h] Ita Gr. cum Aug. at in Vulg. *hædum.* 23. 19.

[i] Ed. Hier. post *Dominus* addit, *Moysi qui eum præc.*

[k] Ed. Hier. *inimicis suis.*

[l] Similiter apud August. infra, c. 23. ℣. 27. 28. *Timorem mittam..... & mittam vespas..... & ejiciet,* &c. Item in Græco, Καὶ τὸν φόβον ἀποστελῶ..... καὶ ἀποστελῶ τὰς σφηκίας.... καὶ ἐκβαλεῖς, &c. In Vulg. *Terrorem meum mittam..... emittens crabrones..... qui fugabunt.*

[m] In Gr. & ap. Aug. non *in montem*, sed *ad Dominum*, ut etiam in Vulg.

[n] Voces istas *electi & in loco Dei* habet, Aug. juxta Gr. 24. 11. In Vulg. nulla mentio de his.

[o] Ed. Hier. *Dixit.*

[p] Similiter Ambr. infr. 24. ℣. 16. in Gr. δόξα τοῦ Θεοῦ, *gloria Dei*, Vulg. *gloria Domini.*

[q] Ed. Hier. transfert hæc omnia ad num. cv. & eorum loco ponit: *Quæ debeant offerri.*

[r] Ed. Hieron. hîc hab. *De fabrica arcæ, mensæ, tab. & altaris.*

[s] Sic hab. ed. Hieron. *De sacerdotio Aaron & filiorum ejus.*

[t] Ita Gr. στολὴν ἁγίαν, pro qua in Vulg. *vestem.* 28. 2.

[u] Al. *De oratione exorationis*, al. *de oblatione exhortationis.*

[x] Ed. Hieron. addit *jubentur* post *sacerdotes*, sicut *ascendunt* pro *accedunt*, & verbo *sacrificare* jungit *Domino*, reliqua delet.

[y] Al. *replevit Dominus spiritu omnis sapientiæ.*

[z] Anon. infr. ap. Prosp. *Descende celeriter*, in Gr. Βάδιζε τὸ τάχος, καταβῆθι, *Vade celeriter, descende.* Vulg. *Vade descende.*

[aa] Ed. Hier. *ubi oravit*, sicut sup. CXVIII. *ubi fecit.*

[bb] Al. *fregit.*

[cc] Ed. Hieron. horum loco hab. *Ubi arguit Moyses Aaron propter vitulum.*

[dd] Al. *ad populum ut occiderentur* vel *occideret.*

[ee] Ed. Hieron. addit *Dominum*, deletque infr. *Dominus.*

[ff] Al. *ascendite*, ed. Hieron. *ascendite ad.*

[gg] Ed. Hieron. post *populum* hæc interponit: *& jubet Moysen extra Tabernaculum erigere*, deinde sic, *& loq. ad eum in columna*, &c.

[hh] Ita Lucifer infra, c. 33. ℣. 11.

[ii] Ed. Hier. post *montem* addit: *cum aliis tabulis, ubi accepit legem*, & *præceptum Domini*, reliqua delet.

[kk] Ed. Hier. *scriberet.*

Digitized by Google

CXXXII. *Glorioſa facta eſt facies Moyſi, & velabat* [a] *faciem ſuam.* c. 34. ℣. 32.

CXXXIII. *De die Sabbatorum.* c. 35. ℣. 1.

CXXXIV. *Initia jubet* [b] *offerri Domino, quæcunque diſpoſuiſſent in corde ſuo ad opus Tabernaculi & altaris, & ſtolam rerum ſacerdotalium.* c. 35. ℣. 4.

CXXXV. *Fecerunt Beſeleel, &* [c] *Eliab, & omnis ſapiens ſtolas ſanctas.* c. 35. ℣. 30.

CXXXVI. *Fecit Beſeleel arcam* [d] *Teſtimonii, & menſam, & candelabrum, & ſeptem lucernas, & altare æreum, & oleum liniamenti.* c. 37. ſec. Vulg. 38. ſec. LXX.

CXXXVII. *In die primo menſis primi præcepit Dominus Moyſi ſanctificare omnia, & induere Aaron ſtolam ſanctam ejus.* c. 39. ſec. Vulg.

CXXXVIII. *In primo menſe,* [e] *ſecundo anno profectionis de Ægypto, ſtatuit Moyſes Tabernaculum Teſtimonii.* c. 40. ℣. 15.

CXXXIX. *Conſummato Tabernaculo,* [f] *texit nubes Tabernaculum; & majeſtas Domini implevit illud.* c. 40. ℣. 32.

NOTÆ.

[a] Ed. Hier. loco *faciem ſuam*, hab. *eam coram populo, quòd eis cornuta videretur.*

[b] Ed. Hier. hic addit *Moyſes*, & infr. delet *ſtolam*, al. *rem* pro *rerum.*

[c] Ed. Hier. *Ooliab.* al. *ſuas*, pro *ſanctas.*

[d] Al. *Teſtamenti*; & infr. *æneum* pro *æreum*; & *ad linienſum* pro *liniamenti*; ed. autem Hieron. hæc adjungit: *Et de altari æreo, columnis & utenſilibus Tabernaculi, & oblatis ad numerum bellatorum, & de veſte Sacerdotali, tintinnabulis, & omni ornatu & perfectione Tabernaculi, & omnibus vaſis ejus.*

[e] Ed. Hier. *anni ſecundi*, al. infr. *Teſtamenti* loco *Teſtimonii.*

[f] Ed. Hier. *texit illud nubes*, abſque ſeq. *Tabernaculum.*

Digitized by Google



LIBER
EXODI.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.

Gen. 46. 8.

1. Hæc sunt nomina filiorum Israël qui ingressi sunt in Ægyptum cum Jacob : singuli cum domibus suis introierunt :

2. Ruben, Simeon, Levi, Judas,

3. Issachar, Zabulon & Benjamin,

4. Dan, & Nephthali, Gad, & Aser.

VULGATA NOVA.

Ps. 104. 24. Act. 7. 17.

7. Filii Israël creverunt, & quasi germinantes multiplicati sunt : ac roborati nimis, implerunt terram.

8. Surrexit interea rex novus super Ægyptum, qui ignorabat Joseph :

9. & ait ad populum suum : Ecce, populus filiorum Israël multus, & fortior nobis est.

10. Venite, sapienter opprimamus eum, ne fortè multiplicetur : & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis, egrediatur de terra.

11. Præposuit itaque eis magistros operum, ut affligerent eos oneribus : ædificaveruntque urbes tabernaculorum Pharaoni, Phithom & Rameses.

12. Quantòque opprimebant eos, tantò magis multiplicabantur, & crescebant :

VULGATA NOVA.

5. Erant igitur omnes animæ eorum qui egressi sunt de femore Jacob, septuaginta : Joseph autem in Ægypto erat.

VERSIO ANTIQUA.

5. Erant autem omnes animæ de Jacob, quinque & septuaginta qui erant cum Jacob. *Ambr. in Ps. 118. t. 1. 1011. d.*

VULGATA NOVA.

6. Quo mortuo, & universis fratribus ejus, omnique cognatione illa,

VERSIO ANTIQUA.

7..... & invalescebant valde valde..... *Aug. Locut. 1. t. 3. 339. d.*

8. Exsurrexit autem rex alter super Ægyptum, qui ignorabat Joseph : *Tichon. reg. 5. 60. g.*

9. & dixit genti suæ : Ecce, gens filiorum Israël, magna multitudo, & valent super nos.

10. Venite ergo, circumveniamus eos.....

11..... & ædificaverunt civitates munitas Pharaonis, Phiton, Rameffen, & On..... *Anon. ap. Ambr. t. 2. 3. c. de xlii. mans.*

12. Quantòque eos deprimebant, tantò plures fiebant, & invalescebant magis..... *Cypr. epist. ad Fortun. 267. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Eadem leguntur Græcè, præter ultima, *Qui erant cum Jacob*, quæ absunt. Apud Cassiod. in Ps. 44. p. 489. b. *Omnes autem animæ, quæ intraverunt in Ægyptum, animæ septuaginta quinque.* Vide quæ annotavimus sup. ad Gen. 46. ℣. 26. 27.

℣. 7. Græc. Οἱ δὲ υἱοὶ Ἰσραὴλ ηὐξήθησαν, καὶ ἐπληθύνθησαν, καὶ χυδαῖοι ἐγένοντο, deinde ut in textu Lat. Huc etiam redeunt quæ narrat August. l. 16. de civit. Dei, c. 43. to. 7. col. 453. d. *Defuncto Jacob, defuncto etiam Joseph, per reliquos centum quadraginta quatuor annos, donec exiretur de terra Ægypti, in modum incredibilem illa gens crevit*, &c.

℣. 8. In Græco ἀνέστη, *surrexit*, pro *exsurrexit*; reliqua quadrant.

℣. 9. Græc. habet, εἶπε δὲ, pro καὶ *dixit*; item τὸ γένος, *genus*, pro *gens*, & ἰσχύει, *valet*, pro *valent* : cætera similia. Auct. op. imp. in Matth. hom. 1. p. 19. d. *Ecce genus filiorum Israël multiplicatum est super nos.*

℣. 10. Similiter habet Auct. op. imp. in Matth. p. 14. d. Græc. Δεῦτε οὖν καὶ σοφισώμεθα αὐτούς, &c. Nobil. *circumscribamus.*

℣. 11. Sic est in Græco, nisi quòd loco *Pharaonis*, legitur τῷ Φαραώ, *Pharaoni*, & Πιθώ, pro *Phiton*. In Mss. verò Alex. Πιθώμ, in Compl. Φιθώμ. Demum pro *Rameffen* Ραμεσσῆ.

℣. 12. Ita Græc. habet, exceptis his, καθότι δὲ, *quantò autem*, pro *quantòque*, & σφόδρα σφόδρα, loco *magis*. Rectè August. Locut. 1. de Exodo, to. 3. col.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Iren. l. 4. c. 30. 267. b.

13. & cum vi poteſtatem exercebant Ægyptii in filios Iſraël :

14. & in odium eis adducebant vitam in operibus duris, luto, & latere, & omnibus operibus, quæ faciebant in campis, per omnia opera, quibus eos deprimebant cum vi.

VULGATA NOVA.

13. oderantque filios Iſraël Ægyptii, & affligebant illudentes eis :

14. atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti & lateris, omnique famulatu, quo in terræ operibus premebantur.

VULGATA NOVA.

15. Dixit autem rex Ægypti obſtetricibus Hebræorum : quarum una vocabatur Sephora, altera Phua,

16. præcipiens eis : Quando obſtetricabitis Hebræas, & partûs tempus advenerit : ſi maſculus fuerit, interficite eum ; ſi femina, reſervate.

17. Timuerunt autem obſtetrices Deum, & non fecerunt juxta præceptum regis Ægypti, ſed conſervabant mares.

18. Quibus ad ſe accerſitis, rex ait : Quidnam eſt hoc quod facere voluiſtis, ut pueros ſervaretis ?

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. de fug. fac. c. 8. t. 1. 437. a.

19..... Hebrææ priùs pariunt, quàm veniant obſtetrices.....

Aug. Locut. 2. t. 3. 339. d.

20. Benefaciebat Deus cum obſtetricibus.....

21. Et fecerunt ſibi domos, quoniam timuerunt Deum.

Idem Locut. 3. 339. f.

22..... & omne femininum vivificate.

VULGATA NOVA.

19. Quæ reſponderunt : Non ſunt Hebrææ ſicut Ægyptiæ mulieres : ipſæ enim obſtetricandi habent ſcientiam, & priuſquam veniamus ad eas, pariunt.

20. Bene ergo fecit Deus obſtetricibus : & crevit populus, confortatuſque eſt nimis.

21. Et quia timuerunt obſtetrices Deum, ædificavit eis domos.

22. Præcepit ergo Pharao omni populo ſuo, dicens : Quidquid maſculini ſexus natum fuerit, in flumen projicite : quidquid feminini, reſervate.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

339. d. *Et invaleſcebant valde valde.* Vict. Vit. l. 1. de perſ. Afr. col. 8. c. ſic hab. *Quantò eos affligebant, tantò magis multiplicabantur, & invaleſcebant nimis.*

℣. 13. Græc. Καὶ κατεδυνάσευον οἱ Αἰγύπτιοι τὺς υἱὺς Ἰσραὴλ βίᾳ. *Et opprimebant Ægyptii filios Iſraël violentiâ.*

℣. 14. Græc. Καὶ κατωδυνων αὐτῶν τὴν ζωὴν ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς σκληροῖς, τῷ πηλῷ, ἐν τῇ πλινθείᾳ, ἐν πάσῃ τοῖς ἔργοις τοῖς ἐν τοῖς πεδίοις, καῖα πάντα τὰ ἔργα, ὧν κατεδυναστευον αὐτοὺς μετὰ βίας. *Et affligebant eorum vitam in operibus duris, luto, & laterum coctione, & omnibus operibus quæ in campis, ſecundùm omnia opera, quibus ſerviliter premebant eos cum violentia.* Ambroſ. l. 2. de Caïn c. 3. col. 210. b. eiſdem aliudens, dicit : *Deprimebant Ægyptii Judæorum populum in operibus variis, & luto, ac lapide*, &c. Item Auct. l. de XLII. manſ. apud Ambroſ. to. 2. col. 3. e. *Sæviente in eos Pharaone, luto, latere, & paleis opprimebantur.*

℣. 19. Græc. Οὐχ ὡς γυναῖκες Αἰγύπτου, αἱ Ἑβραῖαι τίκτουσι γὰρ πρὶν ἢ εἰσελθεῖν πρὸς αὐτὰς τὰς μαίας, &c. Ad quæ Auguſt. quæſt. 1. in Exod. to. 3. col. 421. f. *De obſtetricum mendacio*, inquit, *quo fefellerunt Pharaonem, ne occiderent maſculos Iſraëlitas, quando naſcebantur, dicentes, non ita parere mulieres Hebræas ſicut pariebant Ægyptiæ*, &c.

℣. 20. Græc. Εὖ δὲ ἐποίει ὁ Θεὸς ταῖς μαίαις, &c. *Benefaciebat autem Deus obſtetricibus*, &c. Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 521. b. *Benedixit Deus obſtetricibus.*

℣. 21. Sic ordo invertitur in Græco : Ἐπεὶ δὲ ἐφοβήθησαν αἱ μαῖαι τὸν Θεὸν, ἐποίησαν ἑαυταῖς οἰκίας. Auguſt. tamen ſuum legendi modum tueri videtur, dicens : *Quid eſt quod dictum eſt de obſtetricibus ?* Et fecerunt ſibi domos, quoniam, &c. *Prædictum eſt enim* : Benefaciebat Deus cum obſtetricibus : & *ad hoc videtur pertinere, quòd fecerunt ſibi domos timendo Deum, tanquam beneficia Dei ad hoc eis profuerint, ut facerent ſibi domos.* Similiter Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 521. b. *Benedixit Deus obſtetricibus, & ædificaverunt ſibi domos.*

℣. 22. Auguſt. ibid. *vivificate illud ;* ſed addit : *ſic enim habent Græci,* ζωογονεῖτε αὐτό· *Latini autem non habent* illud.

CAPUT II.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 4. t. 1. 3. 339. f.

1. ERat autem quidam de tribu Levi, & ſumpſit ſibi de filiabus Levi.

2. Et habuit eam, & concepit.....

VULGATA NOVA.

1. EGreſſus eſt poſt hæc vir de domo Levi : & accepit uxorem ſtirpis ſuæ : *Inf. 6. 20.*

2. quæ concepit, & peperit filium : & videns eum elegantem, abſcondit tribus menſibus. *Hebr. 11. 23.*

VULGATA NOVA.

3. Cùmque jam celare non poſſet, ſumpſit fiſcellam ſcirpeam, & linivit eam bitumine ac pice : poſuitque intus infantulum, & expoſuit eum in carecto ripæ fluminis,

4. ſtante procul ſorore ejus, & conſiderante eventum rei.

5. Ecce autem deſcendebat filia Pharaonis ut lavaretur in flumine : & puellæ ejus gradiebantur per crepidinem alvei. Quæ cùm vidiſſet fiſcellam in papyrione, miſit unam è famulabus ſuis : & allatam

6. aperiens, cernenſque in ea parvulum vagientem, miſerta ejus, ait : De infantibus Hebræorum eſt hic.

7. Cui ſoror pueri : Vis, inquit, ut vadam, & vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire poſ-

3..... 11. *Vide Notas.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Græcè, niſi quòd pro & *ſumpſit*, legitur, ὃς ἔλαβε, *qui ſumpſit*, abſque *ſibi*. In edit. verò Compl. καὶ ἔλαβε· poſt *Levi*, addit Auguſt. *Intelligitur*, uxorem, *quod quidam Latini Interpretes etiam addendum putaverunt.*

℣. 2. Auguſt. ibid. *Sequitur autem : Et habuit eam & concepit ;* at in Græco ſimpliciter, Καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβε, &c. In Mſs. verò Alex. & Oxon. ſicut in editt. Ald. & Compl. Καὶ ἔχειν αὐτὴν, καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβε, &c.

℣. 3..... 11. Ita Græcum pergit : Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐδύνατο αὐτὸ ἔτι κρύπτειν, ἔλαβεν αὐτῷ ἡ μήτηρ αὐτοῦ θῖβιν, &c. *Quoniam autem non poterant ulteriùs ipſum abſcondere, ſumpſit ei mater ejus thibin*, &c. Unde Auguſt. locut. 5. de Exodo, to. 3. col. 339. g. *Quid ſit Thibin*, inquit, *ideo difficile eſt noſſe, quia nec Græcus Interpres ex Hebræo, nec Latinus ex Græco vertit hoc nomen, ſed ſic tranſtulit ut invenit.* Vulg. *fiſcellam ſcirpeam.* Vid. etiam

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ſit infantulum?

8. Reſpondit: Vade. Perrexit puella & vocavit matrem ſuam.

9. Ad quam locuta filia Pharaonis: Accipe, ait, puerum iſtum, & nutri mihi: ego dabo tibi mercedem tuam. Suſcepit mulier, & nutrivit puerum: adultumque tradidit filiæ Pharaonis.

10. Quem illa adoptavit in locum filii, vocavitque nomen ejus Moyſes, dicens: Quia de aqua tuli eum.

11. In diebus illis poſtquam creverat Moyſes, egreſſus eſt ad fratres ſuos: viditque afflictionem eorum, & virum Ægyptium percutientem quemdam de Hebræis fratribus ſuis. *Hebr.* 11. 24.

12. Cùmque circumſpexiſſet huc atque illuc, & nullum adeſſe vidiſſet, percuſſum Ægyptium abſcondit ſabulo. 12..... *Vid. Not.*

VULGATA NOVA.

13. Et egreſſus die altero, conſpexit duos Hebræos rixantes: dixitque ei qui faciebat injuriam: Quare percutis proximum tuum?

14. Qui reſpondit: Quis te conſtituit principem & judicem ſuper nos? num occidere me tu vis, ſicut heri occidiſti Ægyptium? Timuit Moyſes, & ait: Quomodo palam factum eſt verbum iſtud?

VERSIO ANTIQUA.

13..... Quid proximum tuum percutis? *Tert. l. 4. adv. Marc. 723. a.*

14..... Quis te conſtituit magiſtrum aut judicem ſuper nos?..... Timuit autem Moyſes, & dixit: Si ſic divulgatum eſt verbum hoc. *Tert. ibid. Aug. Locut. 6. t. 3. 339. g.*

VULGATA NOVA.

15. Audivitque Pharao ſermonem hunc, & quærebat occidere Moyſen: qui fugiens de conſpectu ejus, moratus eſt in terra Madian, & ſedit juxta puteum. 15..... 22. *Vide Not.*

16. Erant autem ſacerdoti Madian ſeptem filiæ, quæ venerunt ad hauriendam aquam: & impletis canalibus, adaquare cupiebant greges patris ſui.

17. Supervenere paſtores, & ejecerunt eas: ſurrexitque Moyſes, & defenſis puellis, adaquavit oves earum.

18. Quæ cùm revertiſſent ad * Raguel patrem ſuum, dixit ad eas: Cur velociùs veniſtis ſolito?

* *qui & Iethro infra.*

19. Reſponderunt: Vir Ægyptius liberavit nos de manu paſtorum: inſuper & hauſit aquam nobiſcum, potumque dedit ovibus.

20. At ille: Ubi eſt? inquit, Quare dimiſiſtis hominem? vocate eum ut comedat panem.

21. Juravit ergo Moyſes quòd habitaret cum eo. Accepitque Sephoram filiam ejus uxorem: *Inf.* 18. 2. 3.

22. quæ peperit ei filium, quem vocavit Gerſam, dicens: Advena fui in terra aliena. Alterum verò peperit, quem vocavit Eliezer, dicens: Deus enim patris mei adjutor meus eripuit me de manu Pharaonis. *1. Par.* 23. 15.

VULGATA NOVA.

23. Poſt multum verò temporis mortuus eſt rex Ægypti: & ingemiſcentes filii Iſraël, propter opera vociferati ſunt: aſcenditque clamor eorum ad Deum ab operibus.

24. Et audivit gemitum eorum, ac recordatus eſt fœderis quod pepigit cum Abraham, Iſaac, & Jacob.

25. Et reſpexit Dominus filios Iſraël, & cognovit eos.

VERSIO ANTIQUA.

23..... & aſcendit clamor eorum ad Dominum..... *Hieron. epiſt. ad Damaſ. t. 3. 516. b.*

25. Et reſpexit filios Iſraël, & innotuit illis. *Aug. Locut. 7. t. 3. 340. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 43. to. 7. col. 453. e. ubi ait: *Moyſes ſubtractus furto trucidatoribus parvulorum, ad domum regiam..... pervenit; nutritusque & adoptatus à filia Pharaonis*, &c.

℣. 12. Huc redit quod habet Auguſt. l. 22. contra Fauſt. c. 90. to. 8. col. 417. g. *Fratrem defendens, occidit Ægyptium..... in arena obruit interemtum.* Gr. Καὶ πατάξας τὸν Αἰγύπτιον, ἔκρυψεν αὐτὸν ἐν τῇ ἄμμῳ.

℣. 13. Græc. Διὰ τί οὐ τύπτεις τὸν πλησίον;

℣. 14. Græc. loco, *magiſtrum aut*, hab. ἄρχοντα ἢ, *principem &*; & poſt pauca, ἐφοβήθη, *territus eſt*, pro *timuit*, nec non ἐμφανὲς γέγονε, *manifeſtum factum eſt*, pro *divulgatum eſt*; cætera ut in Lat.

℣. 15. Hilar. l. 5. de Trin. col. 866. b. huc reſpiciens, ait: *Moyſes in reginæ filium adoptatus, & omnibus Ægyptiorum doctrinis eruditus, cùm utique ex naturæ affectu Hebræi injuriam morte Ægyptii ultus eſſet..... ob metum cædis proditæ Ægyptum derelinquens, cùm in terra Madian paſtor ovium eſſet..... Deum audivit.* Item Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 43. col. 453. e. *Exinde fugiens, quòd cùm Iſraëlitam defenderet, Ægyptium occiderat, & territus fuerat.* Græc. Ἀνεχώρησε δὲ Μωυσῆς ἀπὸ προσώπου Φαραὼ, καὶ ᾤκησεν ἐν γῇ Μαδιάμ, &c.

℣. 22. Græc. Ἐν γαστρὶ δὲ λαβοῦσα ἡ γυνὴ, ἔτεκεν υἱόν· καὶ ἐπωνόμασε Μωυσῆς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Γηρσάμ, λέγων· Ὅτι πάροικός εἰμι ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ. *In utero autem concipiens mulier (Sephora) peperit filium; & cognominavit Moyſes nomen ejus, Gerſam, dicens: Quia incola ſum in terra aliena.* Hîc nonniſi unus filius à Moyſe genitus memoratur; at Auguſt. meminit duos, l. 3. de Trin. to. 8. col. 806. e. dicens: *Fugit Moyſes in verbo iſto, & factus eſt inquilinus in terra Madiam, ubi genuit filios duos.* Et verò ſuperioribus Græcis edit. Ald. addit: Ἔτι δὲ συλλαβοῦσα ἔτεκεν υἱὸν δεύτερον, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ἐλιέζερ, λέγων· Ὁ γὰρ Θεὸς τοῦ πατρός μου, βοηθός μου, καὶ ἐρρύσατό με ἐκ χειρὸς Φαραώ. *Adhuc autem concipiens peperit filium ſecundum, & vocavit nomen ejus, Eliezer, dicens: Deus enim patris mei, adjutor meus, eripuit me de manu Pharaonis.* Mſ. verò Oxon. cum edit. Compl. ſimpliciter, τὸ δὲ ὄνομα τοῦ δευτέρου ἐκάλεσεν, Ἐλιέζερ. Vid. infra, c. 18. ℣. 3. ubi eadem propè referuntur quæ ſupra.

℣. 23. Ita in Græco, præter unum Θεόν, loco *Dominum.*

℣. 25. Ad verbum è Græco, niſi quòd verbo *reſpexit*, additur ὁ Θεός, *Deus.*

Digitized by Google

CAPUT III.

Versio antiqua.

Aug. l. 2. de Trin. t. 8. 785. c.

1..... paſcebat oves Jethro ſoceri ſui ſacerdotis Madiam : & egit oves in deſertum, & venit in montem Dei Choreb.

Cyp. l. 2. Teſtim. 293. b.

2. Et apparuit ei Angelus Domini in flamma ignis de rubo : & vidit quoniam rubus arderet igni, rubus autem non cremabatur.

3. Et dixit Moyſes : Tranſiens videbo hoc grande viſum, cur utique non crematur rubus.

4. Ut vidit autem quoniam accedit videre, vocavit eum Dominus Deus de rubo, dicens : Moyſes, Moyſes. Qui dixit : Quid eſt?

5. Et dixit : Ne acceſſeris huc, niſi ſolveris calciamentum de pedibus tuis : locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt.

6. Et dixit ei : Ego ſum Deus patris tui, Deus Abraham, & Deus Iſaac, Deus Jacob. Et

Ambroſiaſt. t. 2. 282. b.

accedens Moyſes, avertit ſe ; quia non potuit conſiderare in faciem Dei.

Auct. op. imp. in Matth. hom. 1. p. 14. d.

7..... Videns vidi afflictionem populi mei, qui eſt in Ægypto, & gemitum ejus audivi.....

Vet. Iren. interp. l. 4. c. 7. p. 236. a. Aug. quæſt. 4. in Ex. t. 3. p. 423. c.

8..... & deſcendi liberare eos..... educere illos de terra illa in terram bonam, & multam, in terram fluentem lac & mel.....

Vulgata nova.

1. MOyſes autem paſcebat oves Jethro ſoceri ſui ſacerdotis Madian : cùmque minaſſet gregem ad interiora deſerti, venit ad montem Dei Horeb.

2. Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi : & videbat quòd rubus arderet, & non combureretur. *Act. 7. 30.*

3. Dixit ergo Moyſes : Vadam, & videbo viſionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.

4. Cernens autem Dominus quòd pergeret ad videndum, vocavit eum de medio rubi, & ait : Moyſes, Moyſes. Qui reſpondit : Adſum.

5. At ille : Ne appropies, inquit, huc : ſolve calceamentum de pedibus tuis : locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt.

6. Et ait : Ego ſum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacob. Abſcondit Moyſes faciem ſuam : non enim audebat aſpicere contra Deum. *Matth. 22. 32. Marc. 12. 26. Luc. 20. 37.*

7. Cui ait Dominus : Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem ejus audivi propter duritiam eorum qui præſunt operibus :

8. & ſciens dolorem ejus, deſcendi ut liberem eum de manibus Ægyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam, & ſpatioſam, in terram quæ fluit lacte & melle, ad loca Cha-

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Græc. loco *paſcebat*, habet, Καὶ Μωυσῆς ἦν ποιμαίνων, *Et Moyſes erat paſcens*, conſtanterque Ἰοθόρ, pro *Jethro* : ſubinde ἤγαγε, *duxit*, pro *egit*, abſque voce *Dei*, poſt *montem* ; cætera quadrant. In Mſ. Oxon. ac editt. Ald. & Compl. habetur in fine, εἰς τὸ ὄρος τοῦ Θεοῦ Χωρήβ. Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. part. 1. c. 34. col. 115. c. legit : *Paſcebat Moyſes oves Jethri ſoceri ſui in eremo.*

℣. 2. Auguſt. lib. 2. de Trin. to. 8. col. 785. c. d. *Apparuit autem illi Angelus Domini in flamma ignis de rubo : & vidit quia in rubo arderet ignis, rubus verò non comburebatur.* Similiter quæſt. 3. in Exod. to. 3. col. 423. c. uſque ad hoc, & *vidit*. Sic etiam Hilar. l. 4. de Trin. col. 846. b. *Apparuit autem illi Ang. Domini in flamma ignis de rubo.* Ambroſ. l. 1. de Spir. ſ. c. 14. col. 629. f. *Vidit in rubo ignem..... & vox facta eſt de flamma ignis..... vox ergo de flamma*, &c. Item lib. de fidè contra Arianos, c. 8. ſi Nobilio fides : *Moyſi in rubo in flamma ignis apparuit.* Antiph. verò, *O Adonai*, ante Natalem Domini : *Qui Moyſi in igne flammæ rubi apparuiſti.* Similiter Act. Apoſt. 7. 30. Vulg. *Apparuit illi Angelus in igne flammæ rubi.* Hilar. l. 5. de Trin. col. 866. b. dicit : *(Moyſes) Cùm in terra Madian paſtor ovium eſſet, ignem in rubo ſine concrematione rubi contuens, Deum audivit*, &c. Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. col. 893. f. & l. 1. de Spir. ſ. c. 14. col. 629. f. *Rubus urebatur*, & *non exurebatur.* Auguſt. ſer. 7. to. 5. col. 37. f. *In rubo*, inquit, *flamma erat*, & *rubus non cremabatur*, quam vocem *cremabatur*, iterum habet infra. In Græco ſic : Ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος Κυρίου ἐν πυρὶ φλογὸς (Mſs. Alex. & Oxon. cum editt. Ald. & Compl. ἐν φλογὶ πυρὸς) ἐκ τῆς βάτου· καὶ ὁρᾷ ὅτι ὁ βάτος καίεται (edit. Compl. ἐκαίετο) πυρὶ, ὁ δὲ βάτος οὐ καίεκαίετο.

℣. 3. Auguſt. l. 2. de Trin. to. 8. col. 785. c. d. *Et ait Moyſes : Ibo & videbo viſum iſtud, quod tam magnum vidi, quoniam non comburitur rubus.* Hilar. in Pſ. 128. col. 435. b. *Tranſibo & videbo viſionem hanc.* Ambroſ. in Pſ. 36. to. 1. col. 798. c. & in Pſ. 118. col. 1159. b. 1188. b. *Tranſiens videbo hoc viſum magnum.* Hieron. in Amos 2. to. 3. col. 1385. b. & ep. ad Fabiol. to. 2. col. 599. c. *Tranſiens videbo viſionem hanc magnam.* Græc. Εἶπε δὲ..... Παρελθὼν ὄψομαι τὸ ὅραμα τὸ μέγα τοῦτο, ὅτι (Mſs. Alex. & Oxon. cum edit. Compl. τί ὅτι) οὐ κατακαίεται ὁ βάτος.

℣. 4. In Græco additur Κύριος, *Dominus*, poſt *vidit*, deletur verò *Deus*, poſt *Dominus* ; ſubinde loco, *qui dixit*, habetur ὁ δὲ εἶπε, *ille autem dixit* ; cætera quadrant. Auguſt. l. 2. de Trin. to. 8. col. 785. c. d. legit : *Cùm ergo vidit Dominus quia venit* (Gr. προσέρχεται) *videre*, *clamavit eum Dominus de rubo*, *dicens*. Similiter habet quæſt. 3. in Exod. to. 3. col. 423. c. *Clamavit illum Dominus de rubo.* Editt. tamen hîc & ſup. ferunt, *clamavit ad illum* ; at Mſs. conſtanter, *clamavit illum.* Hilar. l. 4. de Trin. col. 846. b. *Vocavit eum Dominus de rubo : Moyſes, Moyſes : & reſpondit : Quid eſt?* Tertul. l. contra Prax. p. 851. c. ait, *Moyſen de rubo ardenti vocatum.*

℣. 5. Hilar. l. 4. de Trin. col. 846. b. *Et dixit Dominus : Ne acceſſeris huc : ſolve calciamentum de pedibus tuis ; locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Ambroſ. in Luc. 10. col. 1423. c. *Solve calceamentum pedum tuorum ; locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Similiter habet in Pſ. 118. col. 1063. d. 1188. d. & alibi : *Solve calceamentum pedum tuorum :* & epiſt. 63. col. 1032. d. *Locus in quo tu ſtas*, &c. infra, *ubi tu ſtas.* Hieron. ep. ad Damaſ. to. 3. col. 523. a. *Ne acceſſeris huc : ſolve calciamenta de pedibus tuis ; locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt :* at l. 3. in ep. ad Epheſ. to. 4. col. 404. c. legit, *calciamentum*, & *tu ſtas.* Græc. Ὁ δὲ εἶπε (Mſ. Alex. Καὶ εἶπε·) Μὴ ἐγγίσῃς ὧδε· Λύσαι τὸ ὑπόδημα ἐκ τῶν ποδῶν σου· ὁ γὰρ τόπος ἐν ᾧ σὺ ἕστηκας, &c. ut ſupra : in Mſ. Alex. deeſt, σύ.

℣. 6. Prior verſûs pars uſque ad vocem *Jacob*, conſonat Græco, exceptâ voculâ *ei*, quæ deeſt ; Mſ. tamen Alex. cum editt. Ald. & Compl. addit αὐτῷ, ſicut omnes ἐγώ, poſt *Iſaac.* Subjecta ex Ambroſiaſt. magis differunt : ita nempe in Græco : Ἀπέστρεψε δὲ Μωυσῆς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ· εὐλαβεῖτο γὰρ κατεμβλέψαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. *Avertit autem Moyſes faciem ſuam : verebatur enim aſpicere coram Deo.* Hilar. l. 4. de Trin. col. 846. b. legit : *Et dixit ei : Ego ſum Deus Abraham*, & *Deus Iſaac*, & *Deus Jacob.* Auguſt. l. 2. de Trin. to. 8. col. 785. d. *Clamavit eum Dominus de rubo*, *dicens : Ego ſum Deus patris tui*, *Deus Abraham*, & *Deus Iſaac*, &c. Similiter Ambroſ. l. 1. de Spir. ſ. c. 14. to. 1. col. 629. f. *Vox facta eſt de flamma ignis ad eum*, *dicens : Ego ſum Deus Abraham*, & *Deus Iſaac*, & *Deus Jacob :* at in Pſ. 43. col. 893. e. *Ego ſum Deus patrum tuorum*, *Deus Abraham*, *Deus Iſaac*, *Deus Jacob.* Vide infra ℣. 15.

℣. 7. Ita in Græco, præter hoc, τῆς κραυγῆς αὐτῶν, *clamorem eorum*, loco *gemitum ejus.* Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 7. p. 236. a. legit : *Videns vidi vexationem populi mei in Ægypto.* Ita rurſum infra, c. 12. p. 241. d. hoc excepto, *qui eſt in Ægypto.* Sic etiam habet Auguſt. locut. 8. de Exodo, to. 3. col. 340. d.

℣. 8. *Et deſcendi liberare eos.* Sic Iren. loco cit. at infra cap. 12. p. 241. d. legit : *Et deſcendi ut eruam eos :* & lib. 3. c. 6. p. 180. d. *Deſcendi eripere populum hunc.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

nanæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Hevæi, & Jebuſæi.

9. Clamor ergo filiorum Iſraël venit ad me: vidique afflictionem eorum, qua ab Ægyptiis opprimuntur.

Pſ. 104. 26. 10. Sed veni, & mittam te ad Pharaonem, ut educas populum meum, filios Iſraël, de Ægypto.

11. Dixitque Moyſes ad Deum: Quis ſum ego ut vadam ad Pharaonem, & educam filios Iſraël de Ægypto?

12. Qui dixit ei: Ego ero tecum: & hoc habebis ſignum, quòd miſerim te: Cùm eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo ſuper montem iſtum.

13. Ait Moyſes ad Deum: Ecce ego vadam ad filios Iſraël, & dicam eis: Deus patrum veſtrorum miſit me ad vos. Si dixerint mihi: Quod eſt nomen ejus? quid dicam eis?

14. Dixit Deus ad Moyſen: EGO SUM QUI SUM. Ait: Sic dices filiis Iſraël: QUI EST, miſit me ad vos.

15. Dixitque iterum Deus ad Moyſen: Hæc dices filiis Iſraël: Dominus Deus patrum veſtrorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacob, miſit me ad vos: hoc nomen mihi eſt in æternum, & hoc memoriale meum in generationem & generationem.

16. Vade, & congrega ſeniores Iſraël, & dices ad eos: Dominus Deus patrum veſtrorum apparuit mihi, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacob, dicens: Viſitans viſitavi vos, & vidi omnia quæ acciderunt vobis in Ægypto:

VERSIO ANTIQUA.

9. Et nunc ecce clamor filiorum Iſraël venit ad me..... *Aug. ibid. quæſt. 5. 423. d.*

10..... veni, mittam te ad Pharaonem regem Ægypti..... *Hieron. in Iſai. 6. t. 3. 63. a.*

11. Et dixit Moyſes ad Deum: Et quis ego ut eam ad Pharaonem regem Ægypti, & educam filios Iſraël de terra Ægypti? *Aug. Locut. 9. t. 3. 340. e.*

12. Dixit autem Deus ad Moyſen: Quia ero tecum: Hoc tibi ſignum ſit, quoniam ego te mittam, ut ejicias populum meum ex Ægypto, & ſervietis mihi in monte hoc. *Arnob. de Deo trino. t. 8. p. 214. e.*

13..... Quid dicam illis, ſi requirant: Quis eſt Dominus qui miſit te, & quod nomen eſt illi? *Ambr. epiſt. 8. t. 2. 784. f.*

14. Dixit autem Dominus ad Moyſen: EGO SUM QUI SUM. Et dixit: Sic dices filiis Iſraël: QUI EST, miſit me ad vos. *Hilar. l. 5. de Trin. 866. d.*

15. Et dixit Deus ad Moyſen: Hæc dices eis: Dominus Deus patrum veſtrorum, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob, miſit me ad vos: hoc mihi nomen eſt ſempiternum, & memoriale in generationem & generationem. *Aug. ſer. 6. t. 5. 35. g. & ſer. 7. 37. e.* *Fulg. l. 2. ad Monim. p. 28.*

16..... Viſitans viſitavi vos, & quæcunque contigerunt vobis in Ægypto. *Aug. Locut. 10. t. 3. 340. e.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Græc. Καὶ κατέβην ἐξελέσθαι αὐτὸς· ſubinde cum Auguſt. καὶ ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ τῆς γῆς ἐκείνης, καὶ εἰσαγαγεῖν αὐτοὺς εἰς γῆν ἀγαθήν, &c. ut in Lat. Tertullianus etiam l. 3. adverſ. Marc. p. 670. b. memorat, *Terram lacte & melle manantem.*

℣. 9. Itidem Græcè.

℣. 10. Ad verbum è Græco.

℣. 11. Auguſt. primùm habet: *Et dixit Moyſes ad Deum: Quis ſum, quia ibo ad Pharaonem regem Ægypti, & quia educam filios Iſraël de terra Ægypti?* tum addit: *Sic habet Græcus: Latinus autem:* Et quis ego, *dixit:* & *non dixit*, Quia ibo, & quia educam; *ſed*, ut eam, & educam, &c. unde poſtpoſito Græco, prætulimus Latinum, cui favet Ambroſ. epiſt. 8. to. 2. col. 784. f. dicens: *Quis ſum ego, ut vadam, & educam populum à regis poteſtate?* In Gr. ſic: Καὶ εἶπε Μωυσῆς..... τίς εἰμι ἐγὼ, ὅτι πορεύσομαι πρὸς..... καὶ ὅτι ἐξάξω τὸς, &c. ut ſup.

℣. 12. Auguſt. ſic pergit: *Et quod in Græco habet:* Dixit autem quia ero tecum: *intelligitur utique quòd dixerit ad Moyſen: totum autem hoc Latinus addidit*, & *ait: Dixit autem Deus ad Moyſen*, &c. Attamen Græcè nunc legitur: Εἶπε δὲ ὁ Θεὸς Μωυσῆ, (Mſ. Oxon. cum edit. Compl. πρὸς Μωυσῆν) λέγων· Ὅτι ἔσομαι μετὰ σοῦ. Ambroſ. epiſt. 8. to. 2. col. 784. f. *Reſpondit Dominus: Ego ero tecum.* Reliquis ex Arnobio ſic reſpondent Græca: Καὶ τοῦτό σοι τὸ σημεῖον ὅτι ἐγώ σε ἐξαποστελῶ, ἐν τῷ ἐξαγαγεῖν σε τὸν λαόν μου ἐξ Αἰγύπτου, καὶ λατρεύσετε τῷ Θεῷ ἐν τῷ ὄρει τούτῳ.

℣. 13. Ambroſ. hîc ſenſum magis quàm verba exprimere videtur, maximè cùm ita exordiatur: *Interrogabat iterum Moyſes: Quid dicam*, &c. In Græco ſic: Καὶ εἶπε Μωυσῆς πρὸς τὸν Θεόν· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐξελεύσομαι πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, καὶ ἐρῶ πρὸς αὐτούς· Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς. Ἐρωτήσουσί με· Τί ὄνομα αὐτῷ; τί ἐρῶ πρὸς αὐτούς; *Et dixit Moyſes ad Deum: Ecce ego exibo ad filios Iſraël*, & *dicam ad eos: Deus patrum noſtrorum miſit me ad vos. Interrogabunt me: Quod nomen ei? quid dicam ad eos?* Edit. Compl. pro ἐρωτήσουσί με, habet, καὶ ἐὰν ἐρωτήσωσί με. Et Hieron. in Ezech. 20. to. 3. col 832. a. *Si interrogaverint me: Quis miſit te? quid dicam eis?* Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 737. c. *Si te interrogaverint, dicentes: Quod nomen eſt illi?* Vid. etiam Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. col. 896. b.

℣. 14. Eadem ſunt in Græco, exceptis prioribus his: Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς πρὸς Μωυσῆν, λέγων, &c. Idem Hilarius in Pſ. 118. col. 343. d. *Et dixit Dominus ad Moyſen: Dic filiis Iſraël:* & l. 1. de Trin. col. 768. c. e. *Ego ſum qui ſum..... Hæc dices filiis Iſraël: Miſit me ad vos is qui eſt.* Itidem l. 4. col. 831. c. præter hoc, *ſic dices*, pro *hæc dices.* Rurſumque l. 12. col. 1124. c. habet: *Miſit me ad vos is qui eſt.* Ver. Iren. Interp. l. 3. c. 6. p. 180. d. *Ego ſum qui ſum.....* & *ſic dices filiis Iſraël: Qui eſt, miſit me ad vos.* Novatian. quoque l. de Trin. p. 1033. b. legit: *Ego ſum qui ſum.* Item Ambroſ. epiſt. 8. to. 2. col. 784. f. *Dixit Dominus: Ego ſum qui ſum. Dices: Qui eſt, miſit me.* Vid. etiam in Pſ. 36. col. 812. f. & alibi, ubi conſtanter habet: *Qui eſt, miſit me.* Auguſt. ſer. 6. to. 5. col. 35. f. *Ego ſum qui ſum. Hæc dices filiis Iſraël: Qui eſt, miſit me ad vos:* & ſer. 7. col. 37. e. *Dices itaque filiis Iſraël*, &c. at tract. 2. in Joh. to. 3. col. 298. a. legit: *Miſit me qui eſt.* Hieron. in Iſai. 52. to. 3. col. 378. c. *Vade, dic filiis Iſraël: Qui eſt, miſit me.* Ferrand. diac. ep. ad Regin. p. 174. *Ego ſum qui ſum:* & *dices filiis Iſraël: Qui eſt, miſit me ad vos.* Phœbad. Agin. l. contra Arian. *Ego ſum qui ſum*, & infra, *qui ſum ſemper.*

℣. 15. Priora verba: *Et dixit Deus ad Moyſen*, petuntur ex ſerm. 6. Auguſt. ſequentia uſque ad *hoc mihi*, &c. ex ſerm. 7. Reliqua ex Fulgentio. Auguſt. verò ſerm. 6. poſt hoc, *ad Moyſen*, addit: *Ego ſum Deus Abraham*, & *Deus Iſaac*, & *Deus Jacob: hoc mihi nomen eſt in ſempiternum:* & ſer. 7. *hoc mihi nomen eſt in æternum.* Item epiſt. 157. ad Hilar. to. 2. col. 553. f. *Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Jacob: hoc mihi nomen eſt in æternum.* Similiter habet Fulgent. loco cit. *Ego ſum Deus Abraham*, & *Deus Iſaac*, & *Deus Jacob: hoc mihi*, &c. Vide ſupra ℣. 6. Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 737. c. *Dices ad eos: Deus Abrah.* & *Deus Iſaac*, & *Deus Jacob, miſit me ad vos: hoc mihi nomen eſt in ſempiternum:* & l. 2. de Trin. *Ego autem Dominus Deus, hoc eſt nomen meum memoriale ſempiternum in generationes & progenies.* Itidem l. 5. præter hoc, *in generationes & generationes.* In Græco ſic: Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς πάλιν πρὸς Μωυσῆν· Οὕτως ἐρεῖς τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· Κύριος ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν (Mſ. Alexand. cum edit. Compl. ὑμῶν,) Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ Θεὸς Ἰακὼβ, ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς· τοῦτό μου ἐστὶν ὄνομα αἰώνιον, καὶ μνημόσυνον γενεῶν γενεαῖς. *Et dixit Deus iterum ad Moyſen: Sic dices filiis Iſr. Dominus Deus patrum noſtrorum* (al. *veſtrorum*,) *Deus Abr..... miſit me ad vos: hoc meum eſt nomen æternum*, & *memoriale generationum generationibus.*

℣. 16. Ita in Græco, excepta voce prima, ἐπισκοπῇ,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 11. 340. *f.* *Ambr. l.* 1. *de Cain, c.* 8. *t.* 1. 197. *e.*

18. Et audient vocem tuam..... viam trium dierum ibimus, & immolabimus Domino Deo noſtro.

Iren. l. 4. *c.* 29. 267. *a.*

19. Ego autem ſcio quoniam non dimittet vos Pharao rex Ægypti abire, niſi in manu valida.

VULGATA NOVA.

17. Et dixi ut educam vos de afflictione Ægypti, in terram Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Hevæi, & Jebuſæi, ad terram fluentem lacte & melle.

18. Et audient vocem tuam: ingredieriſque tu, & ſeniores Iſraël, ad regem Ægypti, & dices ad eum: Dominus Deus Hebræorum vocavit nos: ibimus viam trium dierum in ſolitudinem, ut immolemus Domino Deo noſtro.

19. Sed ego ſcio quòd non dimittet vos rex Ægypti ut eatis, niſi per manum validam.

VULGATA NOVA.

20. Extendam enim manum meam, & percutiam Ægyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus ſum in medio eorum: poſt hæc dimittet vos.

21. Daboque gratiam populo huic coram Ægyptiis: & cùm egrediemini, non exibitis vacui: *Inf.* 11. 2. & 12. 35.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 12. *t.* 3. 340. *f.* & *quæſt.* 5. *in Exod.* 423. *e.*

22..... poſcet mulier à vicina, & ab inquilina ſua, vaſa argentea & aurea, & veſtem..... & prædabimini eos.

VULGATA NOVA.

22. ſed poſtulabit mulier à vicina ſua, & ab hoſpita ſua, vaſa argentea & aurea, ac veſtes: ponetiſque eas ſuper filios & filias veſtras, & ſpoliabitis Ægyptum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

viſitatione, loco *viſitans*: unde Auguſt. ibid. *Græcus habet*, inquit, *viſitatione viſitavi vos.*

℣. 18. Græc. Καὶ εἰσακούσονταί σου τῆς φωνῆς, unde Auguſt. ibid. *Græcus habet*, inquit, *Et exaudient vocem tuam*; ſubinde ſic: πορευσόμεθα ὁδὸν τριῶν ἡμερῶν εἰς τὴν ἔρημον, ἵνα θύσωμεν τῷ Θεῷ ἡμῶν (Mſ. Oxon. cum editt. Ald. & Compl. Κυρίῳ τῷ Θεῷ) *Ibimus igitur viam trium dierum in deſertum, ut ſacrificemus Deo noſtro*: quæ reſpondent prolatis ſupra ex Ambroſio.

℣. 19. Mſ. Clarom. apud Iren. pro *dimittet*, habet, *præcipiet*, Feuardent. ad marg. *recipiet*. In Græco φοβήσεται: cætera ut in Lat. niſi quòd pro *abire*, legitur πορευθῆναι, *ire*, & μετὰ χειρός, *cum manu*, pro *in manu*.

℣. 22. Auguſt. ibid. *Quod habet Latinus*, inquit: Poſcet mulier à vicina, & ab inquilina ſua, &c. *Græcus habet*: à cohabitatrice ſua, *hoc eſt*, συνοικήσει (editt. συνοίκῃ) *quod Latini aliqui interpretati ſunt, A concellaria ſua*: & quæſt. 39. in Exod. to. 3. col. 432. c. *Quomodo*, inquit, *petit quiſque à proximo, vel à proxima aurum, argentum, & veſtem? præſertim quia ubi primùm hoc mandatur per Moyſen, ſic poſitum eſt*: Et mulier à vicina ſua, & concellaria, *vel* concellanea, (*ſi ita dicendum eſt*) vel *cohabitatrice ſua*: & quæſt. 5. col. 423. d. e. *Mandavit Dominus Hebræis per Moyſen, ut acciperent ab Ægyptiis vaſa aurea, & argentea, & veſtem; atque addidit*: *Et prædabimini eos*, ut poſuimus ſup. de hoc loco: In Græc. καὶ σκυλεύσαιε τοὺς Αἰγυπτίους, *& ſpoliate Ægyptios*. In quibuſdam codd. συσκευάσεσθε, *convaſabitis*, &c. Vide etiam Auguſt. l. 22. contra Fauſt. c. 90. to. 8. col. 418. a. & l. 2. de doctr. chr. c. 40.

CAPUT IV.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. epiſt. 8. *t.* 2. 785. *b.*

1. REſpondit Moyſes: Si non crediderint mihi, neque obaudierint vocem meam, dicentes: Quia non apparuit tibi Deus; quid dicam illis?

VULGATA NOVA.

1. REſpondens Moyſes ait: Non credent mihi, neque audient vocem meam, ſed dicent: Non apparuit tibi Dominus.

VULGATA NOVA.

1. Dixit ergo ad eum: Quid eſt quod tenes in manu tua? Reſpondit: Virga.

2..... 3. *Vide Not.*

3. Dixitque Dominus: Projice eam in terram. Projecit, & verſa eſt in colubrum, ita ut fugeret Moyſes.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 14. *t.* 3. 340. *g.* 341. *a.*

4..... Extende manum tuam, & apprehende caudam ejus. Et extendens manum, apprehendit caudam, & facta eſt virga in manu ejus.

Ibid. Locut. 15.

5. Et dixit illi: Ut credant tibi, quoniam ap-

VULGATA NOVA.

4. Dixitque Dominus: Extende manum tuam, & apprehende caudam ejus. Extendit, & tenuit, verſaque eſt in virgam.

5. Ut credant, inquit, quòd apparuerit tibi

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Ἀποκριθεὶς δὲ Μωυσῆς, καὶ εἶπεν· Ἐὰν μὴ πιστεύσωσί μοι, μηδὲ εἰσακούσωσι τῆς φωνῆς μου, quæ Auguſt. locut. 13. de Exodo, to. 3. col. 340. g. ſic reddit: *Moyſes dicit: Quòd ſi non crediderint mihi, neque exaudierint vocem meam; Quod Latinus*, inquit, audierint, *interpretatus eſt*. Reliqua Græca congruunt cum Lat. Ambroſ. niſi quòd pro *dicentes*, legitur, ἐροῦσι γὰρ, *dicent enim*; & in fine πρὸς αὐτούς, *ad eos*, pro *illis*.

℣℣. 2. 3. Auguſt. ſer. 6. to. 5. col. 36. b. hos duos verſus ſic reddit (ex memoria) *Et dictum eſt: Projice virgam, quam habes in manu tua: projecitque virgam, & factus eſt ſerpens; & exhorruit Moyſes.* Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 1001. e. (Moyſes) *jubente Domino virgam projecit, & facta eſt ſerpens, & fugit ab eo*: & l. 3. offic. c. 15. to. 2. *Projecit virgam, & ſerpens factus eſt.* In Græco ſic: Εἶπε δὲ αὐτῷ Κύριος· Τί τοῦτό ἐστι τὸ ἐν τῇ χειρί σου; Ὁ δὲ εἶπε· Ῥάβδος. Καὶ εἶπε· Ῥίψον αὐτὴν ἐπὶ τὴν γῆν. Καὶ ἔρριψεν αὐτὴν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐγένετο ὄφις, καὶ ἔφυγε Μωυσῆς ἀπ' αὐτοῦ. *Dixit autem ei Dominus: Quid hoc eſt, quod in manu tua? At ille dixit: Virga. Et dixit: Projice illam in terram. Et projecit eam in terram, & facta eſt ſerpens, & fugit Moyſes ab eo.*

℣. 4. Auguſt. ibid. *Extende manum, & apprehende caudam*, Græcus habet: Latinus autem, *manum tuam, & caudam ejus*, interpretatus eſt. Ita quoque in Græco hodierno eſt, abſque vocibus, *tuam*, & *ejus*; deinde ſic: ἐκτεῖνας δὲν τὴν χεῖρα, &c. ut in Lat. At in Mſ. Oxon. ac edit. Ald. καὶ ἐκτείνας, ſicut apud Auguſt. qui etiam ſerm. 6. to. 5. col. 36. b. dicit: *At iterum Dominus: Apprehende caudam ejus: apprehendit, & facta eſt virga ſicut erat.* Similiter Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 1001. e. *Apprehendit caudam ſerpentis, & facta eſt virga.*

℣. 5. Auguſt. addit: *Græcus non habet*: Et dixit illi; *ſed continuò adjunxit*: ut credant tibi..... *nam ordo eſt verborum*: Extende manum, & apprehende caudam, ut credant tibi. *Sed interpoſita eſt facti narratio, & poſtea reddi-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
Dominus Deus patrum ſuorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacob.	paruit tibi Dominus Deus patrum ipſorum.....	
6. Dixitque Dominus rurſum: Mitte manum tuam in ſinum tuum. Quam cùm miſiſſet in ſinum, protulit leproſam inſtar nivis.	6..... Mitte manum in ſinum: & miſit eam..... & facta eſt manus ejus leproſa tanquam nix.	*Aug. ſer. 6. t. 5. 36. b.* *Aug. Locut. 16. t. 3. 341. b.*
7. Retrahe, ait, manum tuam in ſinum tuum. Retraxit, & protulit iterum, & erat ſimilis carni reliquæ.	7..... *Vide Not.*	
8. Si non crediderint, inquit, tibi, neque audierint ſermonem ſigni prioris, credent verbo ſigni ſequentis.	8..... Quòd ſi non audierint vocem tuam ſigni primi, credent tibi in voce ſigni ſequentis.	*Aug. Locut. 17. ibid.*
9. Quòd ſi nec duobus quidem his ſignis crediderint, neque audierint vocem tuam: ſume aquam fluminis, & effunde eam ſuper aridam, & quidquid hauſeris de fluvio, vertetur in ſanguinem.	9..... & erit aqua, quam ſumes de flumine, ſanguis ſuper terram.	*Idem Locut. 18. 341. c.*
10. Ait Moyſes: Obſecro Domine, non ſum eloquens ab heri & nudiuſtertius: & ex quo locutus es ad ſervum tuum, impeditioris & tardioris linguæ ſum.	10..... Precor Domine, non ſum dignus ante heſternam & nudiuſtertianam diem, neque ex quo cœpiſti loqui ſervo tuo; gracili enim collocutione & tardiore lingua ego ſum.	*Ambr. l. 2. de Abr. c. 10. t. 1. 346. a.*
11. Dixit Dominus ad eum: Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus eſt mutum & ſurdum, videntem & cæcum? nonne ego?	11..... Quis dedit os homini? & quis fecit mogilalum, & quis ſurdum, & quis videntem & cæcum? nonne ego Dominus Deus?	*Cypr. epiſt. ad Fortun. 268. a.*
Matt. 10. 20. 12. Perge igitur, & ego ero in ore tuo: doceboque te quid loquaris.	12. Et nunc perge, & ego aperiam os tuum: & inſtruam te quid loquaris.	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tum: Ut credant tibi. Nunc etiam in Græco deeſt hoc, *Et dixit illi*; reliqua ut in Lat. niſi quòd legitur ὁ Θεὸς, *Deus*, abſque *Dominus*, & αὐτῶν *eorum*, non *ipſorum*. In Mſs. tamen Alex. & Oxon. ac editt. Ald. & Compl. exſtat, Κύριος ὁ Θεός.

℣. 6. *Mitte manum in ſinum..... & miſit eam.* Ita Auguſt. breviter & ſummatim, ut ſolet in Sermonibus: ſic enim in Græco legitur: Εἰζένεγκον τὴν χεῖρά σου εἰς τὸν κόλπον σου· καὶ εἰζήνεγκε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ, καὶ ἐξήνεγκε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐκ τοῦ κόλπου αὐτοῦ. *Infer manum tuam in ſinum tuum: & intulit manum ſuam in ſinum ſuum, & eduxit manum ſuam ex ſinu ſuo.* Addit Auguſt. in Locut. *Quod Latinus habet:* Et facta eſt manus ejus leproſa, tanquam nix. *Græcus non habet* leproſa; *ſed tantùm, Facta eſt tanquam nix.* In Gr. etiam hodierno exſtat: καὶ ἐγενήθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ, ὡζεὶ χιών, abſque voce, *leproſa*. In edit. tamen Compl. χεὶρ αὐτοῦ λεπρὸς, ὡσεὶ χιών. Et in Ald. χεὶρ αὐτοῦ λεπρώσα ὡζεὶ χιών, ſicut apud Theodoret. quæſt. 10. Ambroſius verò l. 3. offic. col. 131. b. legit: *Manum ſuam miſit in ſinum: & protulit eam, & facta eſt manus ejus ſicut nix*, abſque voce, *leproſa*. Similiter Auguſt. ſerm. 6. jam cit. *Miſte manum in ſinum: & miſit eam. Produc eam: produxit: & facta eſt alba ſicut nix, id eſt, leproſa; color enim albus in cute humana vitioſus eſt.* Auct. verò l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 116. c. *In ſinum ſuum manum mittens*, inquit, *eâque productâ, leproſa ſicut nix effecta eſt.* Tertul. l. de reſur. carn. p. 577. a. *Moyſes manum in ſinum condit, & emortuam profert.*

℣. 7. Tertul. l. de reſur. carn. p. 577. a. alludens ſic pergit: *Et rurſus inſinuat, & vividam explicat.* Similiter Auct. l. de promiſſ. p. 116. c. *Rurſum reducta, productaque, reſtituta eſt in colore ſuo.* Item Ambroſ. l. 3. offic. col. 131. b. *Iterum miſit, & protulit eam: & erat ſicut carnis humanæ ſpecies.* Auguſt. ſerm. 6. to. 5. col. 36. c. *Mitte illam in ſinum iterum. Miſit; & recepit colorem ſuum.* In Græco ſic: Καὶ εἶπε πάλιν· Εἰζένεγκον τὴν χεῖρά σου εἰς τὸν κόλπον σου. Καὶ εἰζήνεγκε τὴν χεῖρα εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ, καὶ ἐξήνεγκεν αὐτὴν ἐκ τοῦ κόλπου αὐτοῦ, καὶ πάλιν ἀπεκατέστη εἰς τὴν χρόαν τῆς σαρκὸς αὐτῆς. *Et dixit iterum: Inſer manum tuam in ſinum tuum. Et intulit manum in ſinum ſuum, & eduxit eam ex ſinu ſuo; & rurſus reſtituta eſt in colorem carnis ſuæ.*

℣. 8. Auguſt. ibid. *Quòd ſi non audierint vocem ſigni primi*, Græcus ſic habet: Latinus autem, *vocem tuam ſigni primi.* Sic & ſequitur: *credent tibi in*, &c. ut ſup. & ſer. 6. to. 5. col. 36. c. *Si in primo non exaudierit, in ſecundo autem, & in tertio audiet.* Græc. Ἐὰν δὲ μὴ πιστεύζωσί σοι, μὴ δὲ εἰσακούζωσι τῆς φωνῆς τοῦ σημείου τοῦ πρώτου, πιστεύζουσί σοι τῆς φωνῆς τοῦ σημείου τοῦ δευτέρου. Aquila, σημείου τοῦ ἐσχάτου, *ſigni noviſſimi.* Symm. τοῦ ἑπομένου, *inſequentis.*

℣. 9. Auguſt. ſer. 6. to. 5. col. 36 c. hæc habet: *Dedit ei tertium ſignum: Tolle aquam de flumine, & funde in æqualem locum:* & l. 2. de Locut. ſic pergit: *Et erit aqua*, &c. ut ſup. in textu, niſi quòd loco *ſuper terram*, ponit *ſuper aridam, vel potiùs*, inquit, *ſuper aridum, id eſt, ſuper id quod aridum eſt*, additque: *Quod Latinus dixit: ſanguis ſuper terram*, quam lectionem retinuimus. In Græco ſic: Καὶ ἔσται, ἐὰν μὴ πιστεύζωσί σοι τοῖς δυσὶ ζημείοις τούτοις..... λήψη ἀπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ ποταμοῦ, καὶ ἐκχεεῖς ἐπὶ τὸ ξηρόν· καὶ ἔσται τὸ ὕδωρ ὃ ἐὰν λάβῃς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, αἷμα ἐπὶ τῆς ξηρᾶς. *Et erit, ſi non crediderint tibi duobus his ſignis..... ſumes de aqua fluminis, & effundes in aridum; & erit aqua quam ſumpſeris de flumine, ſanguis ſuper aridum.*

℣. 10. Rurſum Ambroſ. epiſt. 8. to. 2. col. 785. b. legit: *Ait Moyſes: Non ſum dignus, & gracili voce ſum, tardiore lingua:* & l. 4. de interpell. Dav. c. 9. to. 1. col. 670. e. *Non ſum idoneus ab heſterno die, ex quo cœpiſti loqui cum ſervo tuo; & tenui voce, & tardiloquus ſum.* Auguſt. Locut. 19. de Exod. to. 3. col. 341. c. *Moyſes dicit: Precor, Domine, non ſum eloquens ante heſternam & nudiuſtertianam diem:* ſimiliter quæſt. 7. in Exod. to. 3. col. 423. e. *Ait Moyſes ad Dominum: Precor, Domine, non ſum eloquens ante heſternum, neque ante nudiuſtertianum diem; neque ex quo cœpiſti loqui famulo tuo:* & quæſt. 10. col. 424. d. ait: *Erat ipſe gracilis vocis & linguæ tardioris.* Hieron. ep. ad Damaſ. de Seraph. to. 3. col. 523. a. ad hæc verba: *Precor, Domine, non ſum dignus*, obſervat in Hebræo legi: *Non habeo labia circumciſa, LXX. Interpretibus*, inquit, *potiùs ſenſum, quàm verbum de verbo exprimentibus.* Item in Iſai. 6. to. 3. col. 63. a. habet: *Obſecro, Domine, non ſum dignus.* In Græco ſic: Εἶπε δὲ Μωυσῆς πρὸς Κύριον· Δέομαι, Κύριε, οὐχ ἱκανός εἰμι (Mſ. Oxon. εὔλογος, edit. Compl. εὔλαλος) πρὸ τῆς χθὲς, οὐδὲ πρὸ τῆς τρίτης ἡμέρας, οὐδὲ ἀφ' οὗ ἤρξω λαλεῖν τῷ θεράποντί σου, ἰσχνόφωνος, καὶ βραδύγλωσζος ἐγώ εἰμι.

℣. 11. Cypr. ibid. iſta præponit: *Ad Moyſen cunctantem..... Deus loquitur, dicens;* pro quibus Græcè, Εἶπε δὲ Κύριος πρὸς Μωυσῆν, reliqua ut in Lat. niſi quòd loco *mogilalum*, legitur δύσκωφον, deeſtque vox *quis*, ante *ſurdum*, ſicut & *quis*, ante *videntem*, nec non *Dominus*, poſt *ego*. In Mſs. tamen Alex. & Oxon. nec non in editt. Ald. & Compl. legitur, Κύριος ὁ Θεός. Aquila, Symm. & Theodotio, pro δύσκωφον, ponunt cum Cypr. μογιλάλον, i. e. *balbum*, ſeu *impeditæ linguæ*, δύσκωφος, propriè *ſurdaſter*, κωτὸς etiam *mutus* dicitur, & δύσκωφος, *difficulter loquens.* Hieron. in Eccleſiaſt. to. 2. col. 752. a. legit: *Quis fecit mutum & ſurdum, videntem & cæcum? nonne ego Dominus Deus?* Auguſt. quæſt. 8. in Exod. to. 3. col. 423. f. *Quis fecit mutum & audientem, videntem & cæcum? nonne ego Dominus Deus?* Auct. l. de voc. Gent. l. 1. c. 14. p. 10. a. *Quis dedit os homini? & quis fecit mutum & non audientem, videntem & cæcum?* &c.

℣. 12. Ita è Græco, præter hoc, *quid loquaris*, pro quo ὃ μέλεις λαλῆσαι. Rectè Ambroſ. l. 1. Hexa. to. 1. col. 4. b. & l. 2. de Abr. c. 10. col. 346. a. *Vade, & ego aperiam os tuum, & inſtruam te quod debeas loqui:* ſimiliter epiſt. 8. & 65. to. 2. p. 785. b. c. 1053. a. præter unum *quid*, pro *quod*. Aug. quæſt. 9. in Exod. to. 3. col. 424. a. *Sed nunc*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Novat. de Trin. 1035. *c.* 13..... provide alium quem mittas.	13. At ille : Obsecro, inquit, Domine, mitte quem missurus es.
Aug. q. 10. *in Ex. t.* 3. 424. *b. seq.* 14. Et iratus iracundiâ Dominus, dixit : Nonne ecce Aaron frater tuus levites ? scio quia loquens loquetur ipse.....	14. Iratus Dominus in Moysen, ait : Aaron frater tuus levites, scio quòd eloquens sit : ecce ipse egreditur in occursum tuum, videnseque te lætabitur corde.
15..... & dabis verba mea in os ejus..... aperiam os tuum, & os ejus, & instruam vos quæ faciatis :	15. Loquere ad eum, & pone verba mea in ore ejus : & ego ero in ore tuo, & in ore illius, & ostendam vobis quid agere debeatis : *Inf. 7.*
16. & loquetur ipse tibi ad populum, & ipse erit tuum os : tu autem illi eris quæ ad Deum.	16. ipse loquetur pro te ad populum, & 2. erit os tuum : tu autem eris ei in his quæ ad Deum pertinent.
Aug. Locut. 20. *t.* 3. 341. *c.* 17. Et virgam hanc sumes in manum tuam, in qua facies in eâ signa.	17. Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa.
Idem Locut. 21. 341. *d.* 18..... Post dies autem illos multos, mortuus est rex Ægypti.	18. Abiit Moyses, & reversus est ad Jethro socerum suum, dixitque ei : Vadam, & revertar ad fratres meos in Ægyptum, ut videam si adhuc vivant. Cui ait Jethro : Vade in pace.
19. Dixit autem Dominus ad Moysen in Madian : Vade, perge in Ægyptum : Mortui sunt enim omnes qui quærebant animam tuam.	19. Dixit ergo Dominus ad Moysen in Madian : Vade, & revertere in Ægyptum : Mortui sunt enim omnes qui quærebant animam tuam.

VULGATA NOVA.	
20. Tulit ergo Moyses uxorem suam, & filios suos, & imposuit eos super asinum, reversusque est in Ægyptum, portans virgam Dei in manu sua.	20..... *Vide Not.*
	21. Dixitque ei Dominus revertenti in Ægyptum : Vide ut omnia ostenta quæ posui in manu tua, facias coram Pharaone : ego indurabo cor ejus, & non dimittet populum.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Tichon. reg. 1. 50. *g.* 22. Hæc dices Pharaoni : Hæc dicit Dominus : Filius meus primogenitus Israël.	22. Dicesque ad eum : Hæc dicit Dominus : Filius meus primogenitus Israël.
23. Dixi tibi : Dimitte populum meum, ut serviat mihi ; tu autem noluisti dimittere eum : ecce ego occidam filium tuum primogenitum.	23. Dixi tibi : Dimitte filium meum ut serviat mihi ; & noluisti dimittere eum : ecce ego interficiam filium tuum primogenitum.
Aug. quæst. 11. *in Exod. t.* 3. 424. *f.* 24. Et factum est in via, ad refectionem obviavit ei Angelus, & quærebat eum occidere.	24. Cùmque esset in itinere, in diversorio occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum.
25. Et assumpto Sepphora calculo, circumcidit præputium filii sui, & procidit ad pedes ejus, & dixit : Stetit sanguis circumcisionis infantis mei.	25. Tulit illico Sephora acutissimam petram, & circumcidit præputium filii sui, tetigitque pedes ejus, & ait : Sponsus sanguinum tu mihi es.
26. Et recessit ab eo, propter quod dixit : Desiit sanguis circumcisionis infantis.....	26. Et dimisit eum postquam dixerat : Sponsus sanguinum, ob circumcisionem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

vade, & *ego aperiam os tuum*, & *instruam te quæ locuturus es.* Gaud. Brix. ser. 2. col. 497. a. *Ego aperiam os tuum*, & *inspirabo*, *quæ debeas loqui.* Mss. etiam Alex. & Oxon. cum editt. Ald. & Compl. ferunt, ἃ μέλλεις λαλῆσαι. Pro *inspirabo* autem, omnes constanter, συμβιβάσω. Aquila, φωτίσω, *illuminabo*, Symm. ὑποδείξω, *commonstrabo.*

℣. 13. Hieron. in Isai. 6. to. 3. col. 63. a. *Obsecro*, *Domine*, *non sum dignus*, *provide alium quem mittas*, *sive*, inquit, *ut in Hebræo legitur ; Mitte quem missurus es :* similiter in ep. ad Gal. to. 4. col. 224. f. & epist. ad Damas. to. 3. col. 522. c. f. *Provide alium quem mittas.* Gr. Δέομαι, Κύριε, προχείρισαι δυνάμενον ἄλλον, ὃν ἀποστελεῖς. *Precor*, *Domine*, *elige alium qui possit*, *quem mittes.*

℣. 14. Gr. post hoc, *iracundiâ Dominus*, addit, ἐπὶ Μωυσῆν, *in Moysen ;* cætera concordant.

℣. 15. Ita Græc. habet, nisi quòd ante *aperiam*, ponit, καὶ ἐγὼ, & *ego ;* & in fine, ποιήσεσε, *facietis*, pro *faciatis.*

℣. 16. Totidem verba in Græco, nisi quòd priora sic invertuntur, Καὶ αὐτός σοι λαλήσει, *Et ipse tibi loquetur.* Eadem refert August. infra, quæst. 17. col. 426. d. *Frater tuus loquetur tibi ad populum ;* deinde : *erit os tuum*, & *tu illi quæ ad Deum :* & quæst. 23. in Levit. col. 500. c. *Ipse tibi quæ ad populum*, *tu illi quæ ad Deum.*

℣. 17. Græc. Καὶ τὴν ῥάβδον ταύτην, τὴν σεσαφεῖσαν εἰς ὄφιν, λήψῃ ἐν τῇ χειρί σου, &c. ut in Lat. *Et virgam istam*, *versam in serpentem*, *sumes in manu tua*, &c. Addit August. *Dici possit :* In qua facies signa ; *aut certè :* Virgam hanc sumes in manum tuam, & facies in ea signa. *Nunc verò utrumque dictum est*, *solita locutione Scripturarum.*

℣. 18. Ita in Græco.

℣. 19. Eadem sunt in Græco.

℣. 20. Græc. sic pergit : Ἀναλαβὼν δὲ Μωυσῆς τὴν γυναῖκα, καὶ τὰ παιδία, ἀνεβίβασεν αὐτὰ ἐπὶ τὰ ὑποζύγια, καὶ ἐπέστρεψεν εἰς Αἴγυπτον, &c. quæ August. quæst. 12. in Exod. to. 3. col. 425. e. memorat, dicens : *Moyses uxorem*, & *infantes suos imposuit vehiculis*, *ut cum eis in Ægyptum pergeret.*

℣. 22. Græc. Σὺ δὲ ἐρεῖς τῷ Φαραώ..... Υἱὸς πρωτότοκός μου Ἰσραήλ. Similiter Hilar. l. 12. de Trin. col. 1119. a. *Filius primogenitus meus Israël.* Item Ambros. l. 2. de Cain c. 2. to. 1. col. 208. b. Rufinus l. 2. de bened. Patr. col. 10. b. & Auct. op. imp. in Matth. p. 27. d. *Israël primogenitus meus.*

℣. 23. Similia Græcum habet, præter sequentia : Εἶπα δέ σοι, *dixi autem tibi*, paulòque post, εἰ μὲν οὖν μὴ βούλει ἐξαποστεῖλαι αὐτούς, ὅρα οὖν ἐγὼ ἀποκτενῶ, &c. *Siquidem igitur nolis dimittere eos ; vide igitur ego interficiam*, &c. At in Ms. Oxon. & Ald. edit. οὐ δὲ οὐκ ἐβούλου, *tu autem nolebas.* In Ms. Alex. μὴ βούλῃ, *non vis*, ut supra. Apud Cassiod. in Ps. 2. p. 18. a. *Dixi tibi : Dimitte primogenitum filium meum Israël*, & *noluisti.*

℣. 24. Græc. initio habet, ἐγένετο δὲ, *factum est autem*, pro & *factum est ;* subinde, ἐν τῷ καταλύματι, *in diversorio*, loco *ad refectionem ;* & post *Angelus*, addit Κυρίου, *Domini ;* cætera ut in Lat. August. infra pro *obviavit*, legit, *occurrit*, Græc. συνήντησεν.

℣. 25. Ita è Græco, verbum è verbo. Tertul. l. contra Jud. c. 2. p. 136. c. huc alludit, dicens : *Filius Moysi ab angelo præfocatus fuisset*, *si non Sephora mater ejus calculo præputium infantis circumcidisset.* Similiter Philastr. Brix. l. de hæres. col. 716. h. *Accepto calculo*, *circumcidit puerum mater ejus.*

℣. 26. Ad verbum è Græco, nisi excipias unum *desiit*, pro quo, ἔστη. August. infra, col. 425. d. *stetit sanguis*, &c. In Ms. Oxon. ac edit. Compl. additur, ὁ ἄγγελος, post hoc, *recessit ab eo :* quam vocem *angelus*, addere videtur August. infra, dicens : *Quid sibi velit ideo recessisse angelum*, &c. Item Philastr. Brix. ubi sup. *Cujus visu sanguinis illico recessit ab eo!m angelus.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

27. Dixit autem Dominus ad Aaron : Vade in occursum Moysi in desertum. Qui perrexit obviam ei in montem Dei, & osculatus est eum.

28. Narravitque Moyses Aaron omnia verba Domini quibus miserat eum, & signa quæ mandaverat.

29. Veneruntque simul, & congregaverunt cunctos seniores filiorum Israël.

30. Locutusque est Aaron omnia verba quæ dixerat Dominus ad Moysen : & fecit signa coram populo,

31. & credidit populus. Audieruntque quòd visitasset Dominus filios Israël, & quòd respexisset afflictionem illorum : & proni adoraverunt.

CAPUT V.

VULGATA NOVA.

1. POst hæc ingressi sunt Moyses & Aaron, & dixerunt Pharaoni : Hæc dicit Dominus Deus Israël : Dimitte populum meum ut sacrificet mihi in deserto.

2. At ille respondit : Quis est Dominus, ut audiam vocem ejus, & dimittam Israël ? nescio Dominum, & Israël non dimittam.

3. Dixeruntque : Deus Hebræorum vocavit nos, ut eamus viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Deo nostro : ne fortè accidat nobis pestis aut gladius.

VERSIO ANTIQUA.

1..... Dimitte populum meum ut serviat mihi in deserto. *Auct. op. imp. in Matth. hom. 5. p. 45. b.*

2..... Dominum nescio, & Israël non dimitto. *Ambr. in Ps. 118. 1175. a.*

3..... Tribus diebus ambulabimus, ut epulemur Domino Deo nostro..... *Ambr. in Luc. 9. 1403. a.*

VULGATA NOVA.

4. Ait ad eos rex Ægypti : Quare Moyses & Aaron sollicitatis populum ab operibus suis ? ite ad onera vestra.

5. Dixitque Pharao : Multus est populus terræ : videtis quòd turba succreverit : quantò magis si dederitis eis requiem ab operibus ?

6. Præcepit ergo in die illo præfectis operum & exactoribus populi, dicens :

6..... 8. *Vide Not.*

7. Nequaquam ultra dabitis paleas populo ad conficiendos lateres, sicut priùs : sed ipsi vadant, & colligant stipulas.

8. Et mensuram laterum, quam priùs faciebant, imponetis super eos, nec minuetis quidquam : vacant enim, & idcirco vociferantur, dicentes : Eamus, & sacrificemus Deo nostro.

9. Opprimantur operibus, & expleant ea : ut non acquiescant verbis mendacibus.

VULGATA NOVA.

10. Igitur egressi præfecti operum & exactores, ad populum dixerunt : Sic dicit Pharao : Non do vobis paleas :

VERSIO ANTIQUA.

10..... & dicebant ad populum, dicentes : Hæc dicit Pharao..... *Aug. Locut. 22. t. 3. 341. f.*

VULGATA NOVA.

11. ite, & colligite sicubi invenire poteritis, nec minuetur quidquam de opere vestro.

12. Dispersusque est populus per omnem terram Ægypti ad colligendas paleas.

13. Præfecti quoque operum instabant, dicentes : Complete opus vestrum quotidie, ut priùs facere solebatis quando dabantur vobis paleæ.

14. Flagellatique sunt qui præerant operibus filiorum Israël, ab exactoribus Pharaonis, dicentibus : Quare non impletis mensuram laterum sicut priùs, nec heri, nec hodie ?

15. Veneruntque præpositi filiorum Israël, & vociferati sunt ad Pharaonem, dicentes : Cur ita agis contra servos tuos ?

16. Paleæ non dantur nobis, & lateres similiter imperantur : en famuli tui flagellis cædimur, & injustè agitur contra populum tuum.

17. Qui ait : Vacatis otio, & idcirco dicitis : Eamus, & sacrificemus Domino.

18. Ite ergo, & operamini : paleæ non dabuntur vobis, & reddetis consuetum numerum laterum.

19. Videbantque se præpositi filiorum Israël in malo, eò quòd diceretur eis : Non minuetur quidquam de lateribus per singulos dies.

20. Occurreruntque Moysi & Aaron, qui stabant ex adverso, egredientibus à Pharaone :

VULGATA NOVA.

21. & dixerunt ad eos : Videat Dominus & judicet, quoniam fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone & servis ejus, & præbuistis ei gladium, ut occideret nos.

VERSIO ANTIQUA.

21..... Videat Deus vos, & judicet, quoniam exsecrabilem fecistis odorem nostrum palam Pharaone, & palam servis ejus, ut daretis gladium in manibus ejus, ut occidat nos. *Aug. Locut. 23. 341. f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem Græcè, præter unum ἑορτάζωσι, *festa celebrent*, loco *serviat*.

℣. 2. Græc. Οὐκ οἶδα τὸν Κύριον, &c. *Non novi Dominum*, &c. ut sup.

℣. 3. Græc. Πορευζόμεθα οὖν ὁδὸν τριῶν ἡμερῶν εἰς τὴν ἔρημον, ὅπως θύζωμεν, &c. ut in Lat. *Ibimus igitur viam trium dierum in desertum, ut sacrificemus*, &c. Eadem memorat August. quæst. 13. in Exod. dicens : *Pharaoni dicitur, quòd trium dierum iter exire vellent in desertum immolare Deo suo ex mandato ejus.*

℣℣. 6..... 8. Huc redeunt quæ Ambros. in Ps. 45. to. 1. col. 935. c. dicit : *Ideo rex Ægyptiorum augeri jubebat numerum laterum, & cætera onera Judæorum, ne cognoscerent Deum, & cultui sacro vacarent, offensus Moysi & Aaron voce sanctorum, qui dicebant : Dimitte populum Dei, ut eamus & serviamus Domino Deo nostro.*

℣. 10. Ita August. è Græco, verbum de verbo ; *Quam locutionem*, inquit, *piguit Latinum interpretari.*

℣. 21. In Græco primùm, Καὶ εἶπαν αὐτοῖς, *& dixerunt eis ;* reliqua quadrant, si excipias ultima, δοῦναι ῥομφαίαν εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶ, ἀποκτεῖναι ἡμᾶς· quæ verba August. reddit his : *Dare gladium in manus ejus, ut occidat nos ;* hoc addito, *sic enim habet Græcus* : tum sic pergit : *Latinus autem ait, quem pro optimo legebamus :* Ut daretis gladium in manibus ejus ; *qui solœcismus*, inquit, *nulla interpretationis necessitate factus est, quia in Græco non est.* Hanc autem lectionem retinuimus licet vitiosam, quia ipsam illam versionem Latinam inquirimus, quæ *cæteris præ-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 14. in Exod. t. 3. 426. a.

22..... quare afflixiſti populum hunc? & ut quid me miſiſti?

23. Ex quo enim intravi ad Pharaonem loqui in tuo nomine, in hunc populum; & non liberaſti populum tuum.

VULGATA NOVA.

22. Reverſuſque eſt Moyſes ad Dominum, & ait: Domine, cur afflixiſti populum iſtum? quare miſiſti me?

23. Ex eo enim quo ingreſſus ſum ad Pharaonem ut loquerer in nomine tuo, afflixit populum tuum: & non liberaſti eos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ferebatur ab Auguſtino. Hieron. in Iſai. 66. to. 3. col. 505. d. ſic legit: *Dicuntque Moyſi & Aaron: Videat Deus vos, & judicet, quia abominabilem feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone, ut daretur gladius in manus ejus, & interficeret nos.*

℣. 22. Ad verbum è Græco.

℣. 23. Καὶ ἀφ' ὗ πεπόρευμαι (Mſ. Oxon. cum editt. Ald. & Compl. εἰσπεπόρευμαι) πρὸς Φαραὼ λαλῆσαι ἐπὶ τῷ ὠῷ ὀνόματι, ἐκάκωσε τὸν λαὸν τοῦτον· καὶ οὐκ ἐῤῥύσω, &c. ut ſup. *Et ex quo ivi ad Pharaonem ad loquendum in tuo nomine, afflixit populum hunc, & non liberaſti*, &c.

CAPUT VI.

VULGATA NOVA.

1. DIxitque Dominus ad Moyſen: Nunc videbis quæ facturus ſim Pharaoni: per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robuſta ejiciet illos de terra ſua.

2. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Ego Dominus

3. qui apparui Abraham, Iſaac, & Jacob, in Deo omnipotente: & nomen meum ADONAI non indicavi eis.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 24. t. 3. 341. g.

4..... Statui teſtamentum meum ad illos, ita ut darem illis terram Chananæorum, & terram quam incoluerunt, in qua & incoluerunt in ea.

Ambr. l. 2. de Cain, c. 3. t. 1. 210. b. c.

5..... ego exaudivi gemitum filiorum Iſraël, quomodo Ægyptii in ſervitutem deprimunt eos: & memor factus ſum teſtamenti mei.

6. Vade, & dic filiis Iſraël: Ego Dominus, & educam vos de potentia Ægyptiorum; & eruam vos de ſervitute eorum: & liberabo vos in brachio excelſo, & judicio magno.

7. Et ſumam vos mihi in plebem, & ero veſter Deus: & ſcietis quoniam ego ſum Dominus Deus veſter qui educam vos de potentia Ægyptiorum:

8. & inducam vos in terram, in quam extendi manum meam.....

VULGATA NOVA.

4. Pepigique fœdus cum eis, ut darem eis terram Chanaan, terram peregrinationis eorum, in qua fuerunt advenæ.

5. Ego audivi gemitum filiorum Iſraël, quo Ægyptii oppreſſerunt eos: & recordatus ſum pacti mei.

6. Ideo dic filiis Iſraël: Ego Dominus qui educam vos de ergaſtulo Ægyptiorum, & eruam de ſervitute: ac redimam in brachio excelſo, & judiciis magnis.

7. Et aſſumam vos mihi in populum, & ero veſter Deus: & ſcietis quòd ego ſum Dominus Deus veſter qui eduxerim vos de ergaſtulo Ægyptiorum:

8. & induxerim in terram, ſuper quam levavi manum meam, ut darem eam Abraham, Iſaac, & Jacob: daboque illam vobis poſſidendam, ego Dominus.

Aug. Locut. 26. t. 3. 342. a.

9. Et locutus eſt Moyſes ſic ad filios Iſraël: & non exaudierunt Moyſen, à defectione animi, & ab operibus duris.

9. Narravit ergo Moyſes omnia filiis Iſraël: qui non acquieverunt ei, propter anguſtiam ſpiritus, & opus duriſſimum.

VULGATA NOVA.

10. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

11. Ingredere, & loquere ad Pharaonem regem Ægypti, ut dimittat filios Iſraël de terra ſua.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Ezech. 44. t. 3. 1025. c.

12. Locutus eſt Moyſes in conſpectu Domini, dicens: Ecce filii Iſraël non audierunt me: & quomodo audiet me Pharao? ego autem ſum tardi ſermonis.

VULGATA NOVA.

12. Reſpondit Moyſes coram Domino: Ecce filii Iſraël non audiunt me: & quomodo audiet Pharao, præſertim cùm incircumciſus ſim labiis?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Ita in Græco ad verbum, præter unum &, quod deeſt poſt vocem *Chananæorum*. Ad hoc autem, *in qua & incoluerunt in ea*, addit Auguſt. *Sic enim habet Græcus: quod utique*, inquit, *& in Græca lingua abſurdè videtur ſonare; & tamen LXX. Interp. auctoritas tanta eſt, quos ita loqui non piguit. Quid enim, & ſenſus hic latet? Quòd ſi nullus eſt, ipſa locutio notanda eſt.* Animadvertendum etiam eſt, inquit Nobilius, ferè ſolere Latinè reddi, *incolere*, quod Græcè eſt, παροικεῖν, & ſignificare habitationem more advenæ & peregrini.

℣. 5. Eadem ſunt in Græco, præter duo, ὃν *quem*, pro *quomodo*, & in fine, ὑμῶν *veſtri*, loco *mei*. At in editione Compl. legitur, ἃ εἰ Αἰγύπτιοι, *quæ Ægyptii*, & τῆς διαθήκης μου, *teſtamenti mei*. Auguſt. locut. 25. de Exod. to. 3. col. 342. a. hæc ait: *Quod habet Latinus:* Exaudivi gemitum filiorum Iſraël, quemadmodum Ægyptii affligerent eos: *Græcus habet*, καταδυναστεύονται, *quod interpretari poſſet*, in ſervitutem redigunt eos; *nam uno verbo non poteſt.* In Mſ. Alex. καταδυλῶσι, in edit. Compl. καταδυλοῦσθε.

℣. 6. Sic eſt in Græco, niſi quòd poſt βάδιζε, *vade*, deeſt &, additurque λέγων, *dicens*, poſt *Iſraël*; & tollitur vox *eorum*, poſt hanc *ſervitute*; in edit. tamen Ald. habetur δυναστείας αὐτῶν. Vox autem, δυναστείας, quæ apud Ambroſ. vertitur *potentia*, meliùs redderetur iſtâ, *dominatione*, vel *imperio*.

℣. 7. Græc. Καὶ λήψομαι ἐμαυτῷ ὑμᾶς λαὸν ἐμοί..... καὶ γνώσεσθε, ὅτι ἐγὼ Κύριος..... ὁ ἐξαγαγὼν ὑμᾶς ἐκ τῆς καταδυναστείας, &c. Et *ſumam mihi ipſi vos populum mihi.....* & *cognoſcetis, quia ego Dominus..... educens vos de dominatione*, &c. In edit. Compl. Καὶ λήψομαι ὑμᾶς ἐμαυτῷ εἰς λαόν, ut ſup. apud Ambroſ.

℣. 8. Ad verbum è Græco.

℣. 9. Græc. Ἐλάλησε δὲ Μωυσῆς οὕτω τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ· καὶ οὐκ εἰσήκουσαν Μωυσῆ ἀπὸ τῆς ὀλιγοψυχίας, &c. ut ſupra. *Locutus eſt autem Moyſes ſic filiis Iſraël: & non exaudierunt Moyſen præ puſillanimitate*, &c. Auguſt. addit ſup. *Exaudierunt*, ait, non *audierunt*.

℣. 12. Græc. Ἐλάλησε δὲ Μωυσῆς ἔναντι Κυρίου, λέ-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

13. Locutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, & dedit mandatum ad filios Israël, & ad Pharaonem regem Ægypti, ut educerent filios Israël de terra Ægypti.

Gen. 46. 9. Num. 26. 5. 1. Par. 5. 1. 14. Isti sunt principes domorum per familias suas. Filii Ruben primogeniti Israëlis: Henoch & Phallu, Hesron & Charmi:

1. Par. 4. 24. 15. hæ cognationes Ruben. Filii Simeon: Jamuel & Jamin, & Ahod, & Jachin, & Soar, & Saül filius Chananitidis: hæ progenies Simeon.

16. Et hæc nomina filiorum Levi per cognationes suas: Gerson & Caath & Merari. Anni autem vitæ Levi fuerunt centum triginta septem.

1. Par. 6. 1. & 23. 6. Num. 3. 19. & 26. 57. 58. 17. Filii Gerson: Lobni & Semei, per cognationes suas.

18. Filii Caath: Amram, & Isaar, & Hebron, & Oziel: anni quoque vitæ Caath, centum triginta tres.

19. Filii Merari: Moholi & Musi: hæ cognationes Levi per familias suas.

20. Accepit autem Amram uxorem Iochabed patruelem suam: quæ peperit ei Aaron & Moysen. Fueruntque anni vitæ Amram, centum triginta septem.

21. Filii quoque Isaar: Core, & Nepheg, & Zechri.

22. Filii quoque Oziel: Misaël, & Elisaphan, & Sethri.

23. Accepit autem Aaron uxorem Elizabeth, filiam Aminadab, sororem Nahasson, quæ peperit ei Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar.

24. Filii quoque Core: Aser, & Elcana, & Abiasaph: hæ sunt cognationes Coritarum.

25. At verò Eleazar filius Aaron accepit uxorem de filiabus Phutiel: quæ peperit ei Phinees: hi sunt principes familiarum Leviticarum per cognationes suas.

VULGATA NOVA.

1. Par. 6. 2. & 23. 12. 26. Iste est Aaron & Moyses, quibus præcepit Dominus ut educerent filios Israël de terra Ægypti per turmas suas.

VERSIO ANTIQUA.

26. Hi sunt Aaron & Moyses, quibus dixit eis Deus, ut educant filios Israël de terra Ægypti..... *Aug. Locut. 28. t. 3. 342. b.*

VULGATA NOVA.

27. Hi sunt, qui loquuntur ad Pharaonem regem Ægypti, ut educant filios Israël de Ægypto: iste est Moyses & Aaron,

28. in die qua locutus est Dominus ad Moysen, in terra Ægypti.

29. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Ego Dominus: loquere ad Pharaonem regem Ægypti, omnia quæ ego loquor tibi.

VULGATA NOVA.

30. Et ait Moyses coram Domino: En incircumcisus labiis sum, quomodo audiet me Pharao?

VERSIO ANTIQUA.

30..... Ecce ego gracili voce sum, & quomodo exaudiet me Pharao? *Aug. Locut. 29. t. 3. 342. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

γων..... ὑκ εἰζήκουόν μου· καὶ πῶς εἰζακέζεταί μου Φαραώ; ἐγὼ δὲ ἄλογός εἰμι. *Locutus est autem Moyses coram Domino, dicens..... non exaudierunt me: & quomodo exaudiet me Pharao? Ego autem sine sermone sum.* Observat etiam Hieron. sup. pro hoc, *Ego autem sum tardi sermonis*, LXX. dixisse, Ἐγὼ δὲ ἄλογός εἰμι, *quod melius*, inquit, *habetur in Hebræo: Ego autem incircumcisus sum labiis.* August. locut. 27. de Exod. to. 3. col. 342. a. legit: *Ego enim ineloquens sum*, additque: ἄλογος, *dixit Græcus, non imperitus*, quasi ἀμαθής, vel ἀπαίδευτος.

℣. 14..... &c. Huc redeunt quæ August. ait, quæst. 15. in Exod. to. 3. col. 426. b. *Sacramenti locum esse..... quod Scriptura volens originem Moysi demonstrare..... à primogenito Jacob, id est, Ruben, progenies cæpit, inde ad Simeon, inde ad Levi; ultra progressa non est, quoniam ex Levi Moyses.*

℣. 18. August. quæst. 47. in Exod. to. 3. col. 435. c. d. ait, Scripturam commemorare, *Caath filium Levi, avum Moysi, cum avo suo Jacob intrasse in Ægyptum*, dicereque, *eum vixisse annos centum triginta.* Nunc tamen Græcè legitur: Καὶ τὰ ἔτη τῆς ζωῆς Καὰθ, ἑκατὸν τεσσαρακονταετία ἔτη. *Et anni vitæ Caath, centum triginta tres anni;* sed in Mss. Alex. ac edit. Ald. simpliciter, ἑκατὸν τεσσαράκοντα ἔτη, *centum triginta anni.*

℣. 20. Græcè: Τὰ δὲ ἔτη τῆς ζωῆς Ἀμβρὰμ, ἑκατὸν τεσσαρακονταδύο ἔτη. *Anni autem vitæ Ambram, centum triginta duo anni.* August. verò dicit, quæst. 47. in Exod. to. 3. col. 435. d. *Patrem Moysi Ambram centum triginta septem annos vixisse.* Et verò in Ms. Oxon. ac in edit. Ald. & Compl. exstat, ἑκατὸν τεσσαρακονταεπτά. In Ms. Alex. τεσσαρακονταεξ ἔτη.

℣. 26. Addit August. in fine: *Sic enim habet Græcus*, ad hanc scilicet Locutionem, *quibus dixit eis Deus:* quæ Græca est: ita quoque legimus apud LXX. qui etiam in cæteris conveniunt cum Latino, nisi quòd initio ferunt, οὗτος, *iste*, pro *hi sunt.*

℣. 30. Eadem rursus habet August. quæst. 16. in Exod. to. 3. col. 426. c. quibus respondent Græca ad verbum.

CAPUT VII.

VULGATA NOVA.

1. DIxitque Dominus ad Moysen: Ecce constitui te deum Pharaonis: & Aaron frater tuus erit propheta tuus.

Sup. 4. 15. 2. Tu loquêris ei omnia quæ mando tibi: & ille loquetur ad Pharaonem, ut dimittat filios Israël de terra sua.

3. Sed ego indurabo cor ejus, & multiplicabo signa & ostenta mea in terra Ægypti,

VERSIO ANTIQUA.

1..... Ecce dedi te deum Pharaoni: & Aaron frater tuus erit tuus propheta. *Aug. quæst. 16. in Exod. t. 3. 426. c.*

3. Indurabo cor Pharaonis, & implebo signa mea & portenta mea in Ægypto. *Aug. quæst. 18. in Exod. 426. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Totidem verba in Græco. Novatian. l. de Trin. p. 1040. a. legit: *Deum te posui Pharaoni*, (Symmach. κατέστησά σε θεὸν Φαραώ) Similiter habet Hilar. in Ps. 134. col. 471. f. *Deum te posui Pharaoni:* at l. 7. de Trin. col. 921. b. *Dedi te deum Pharaoni*, ut supra. Ambros. verò l. 1. de Cain, c. 2. to. 1. col. 186. c. & l. 5. de fide, to. 2. col. 554. f. *Posui te in deum Pharaoni.* Epist. verò 28. to. 2. col. 904. b. & in Ps. 118. to. 1. col. 1063. e. *Faciam te in deum regi Pharaoni*, al. *Pharao.*

℣. 3. Græc. pro *implebo*, ponit πληθυνῶ, *multiplicabo*, deletque *mea*, post *portenta*, & addit, ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, *in terra Ægypto.* Ms. Alex. habet, σημεῖα, καὶ τέρατά μου ἐν γῇ, &c. Ad hoc autem *indurabo*, &c. addit August. ibid. *Tanquam necessaria fuerit obduratio cordis Pharaonis, ut*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

4. & non audiet vos : immittamque manum meam ſuper Ægyptum, & educam exercitum & populum meum filios Iſraël de terra Ægypti per judicia maxima.

5. Et ſcient Ægyptii quia ego ſum Dominus quî extenderim manum meam ſuper Ægyptum, & eduxerim filios Iſraël de medio eorum.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 30. *t.* 3. 542. *c.* 6. Fecit autem Moyſes & Aaron ſicut præcepit illis Dominus : ita fecerunt.

VULGATA NOVA.

6. Fecit itaque Moyſes & Aaron ſicut præceperat Dominus : ita egerunt.

VULGATA NOVA.

7. Erat autem Moyſes octoginta annorum, & Aaron octoginta trium, quando locuti ſunt ad Pharaonem.

7..... *Vide Not.*

8. Dixitque Dominus ad Moyſen & Aaron :

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 19. *in Exod. t.* 3. 427. *b.* 9..... Si loquetur vobis Pharao, dicens : Date nobis ſignum aut portentum : & dices Aaron fratri tuo : Sume virgam, & projice illam palam Pharaone, & palam ſervis ejus, & erit draco.

VULGATA NOVA.

9. Cùm dixerit vobis Pharao, Oſtendite ſigna : dices ad Aaron : Tolle virgam tuam, & projice eam coram Pharaone, ac vertetur in colubrum.

Ibid. quæſt. 20. 10..... & projecit Aaron virgam ſuam.....

10. Ingreſſi itaque Moyſes & Aaron ad Pharaonem, fecerunt ſicut præceperat Dominus : tulitque Aaron virgam coram Pharaone & ſervis ejus, quæ verſa eſt in colubrum. *Pſ.* 104. 27.

11..... *Vide Not.*

11. Vocavit autem Pharao ſapientes & maleficos : & fecerunt etiam ipſi per incantationes Ægyptiacas & arcana quædam ſimiliter. 2. *Tim.* 4. 8.

Aug. Locut. 33. 342. *c.* 12..... & abſorbuit virga Aaron virgas illorum.

12. Projeceruntque ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones : ſed devoravit virga Aaron virgas eorum.

VULGATA NOVA.

13. Induratumque eſt cor Pharaonis, & non audivit eos, ſicut præceperat Dominus.

14. Dixit autem Dominus ad Moyſen : Ingravatum eſt cor Pharaonis, non vult dimittere populum.

VERSIO ANTIQUA.

Ibid. Locut. 34. 15..... ecce ipſe exiit ad aquam.....

VULGATA NOVA.

15. Vade ad eum manè, ecce egredietur ad aquas : & ſtabis in occurſum ejus ſuper ripam fluminis : & virgam, quæ converſa eſt in draconem, tolles in manu tua.

Ibid. Locut. 35. 16..... Dimitte populum meum ut ſerviat mihi in deſerto : & ecce non exaudiſti uſque adhuc.

16. Diceſque ad eum : Dominus Deus Hebræorum miſit me ad te, dicens : Dimitte po-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſigna Dei multiplicarentur, vel implerentur in Ægypto.

℣. 6. Ad verbum è Græco. Addit verò Auguſt. in fine : *Quid deeſſet, ſi non diceretur ; Ita fecerunt?* Et quidem in Mſ. Oxon. ac edit. Ald. deeſt hoc, οὕτως ἐποίησαν.

℣. 7. In Græco ſic : Μωυσῆς δὲ ἦν ἐτῶν ὀγδοήκοντα. Similiter Auguſt. quæſt. 47. in Exod. to 3. col. 435. d. ait, *Moyſen octoginta annorum fuiſſe, cùm de Ægypto populum liberavit.*

℣. 9. Similia Græc. habet, præter iſta, Ῥῖψον ἐπὶ τὴν γῆν ἐναντίον..... ἐναντίον τῶν, &c. *Projice ſuper terram coram*, &c. loco *projice illam palam*, &c. In Mſ. tamen Alexandr. ac edit. Aldina, ῥῖψον αὐτὴν ἐπὶ τὴν γῆν· & in Compl. ῥῖψον αὐτήν, ſimpliciter. Ad hoc autem, *Et dices Aaron :* Auguſt. locut. 31. de Exod. to. 3. col. 342. c. ait : *Nonne locutionis noſtræ conſuetudo poſcebat, & quædam ejus integritas, ut ita diceretur :* Si loquetur vobis Pharao, dicens : Date nobis ſignum aut portentum, dices Aaron fratri tuo : Sume virgam? *Quid ergo ibi additum eſt*, &c., *niſi aliqua proprietate locutionis Hebraïcæ, nam neque Græca eſſe perhibetur?* Attamen in Græco hodierno conſtanter legitur, Καὶ ἐρεῖς Ἀαρών.

℣. 10. Ita Græc. habet, niſi quòd delet *ſuam*, poſt *virgam* ; edit. tamen Ald. addit αὐτῆ, ſed ſola : non additur tamen ſupra inter capitula, nempe num. 16. nec in Vulgata : non admittitur etiam apud Ambroſ. l. 3. offic. c. 15. to. 2. col. 130. f. ubi legitur, *Projecit virgam*, & *ſerpens factus eſt :* hanc tamen voculam admittendam eſſe probat Auguſt. ubi ſup. dicens : *Etiam hoc notandum quod, cùm ſignum palam Pharaone fieret, ſcriptum eſt :* Et projecit Aaron virgam ſuam : *cùm fortè ſi dixiſſet :* Projecit virgam, *nulla eſſet quæſtio. Quod verò addidit* ſuam, *cùm eam Moyſes dederit, non fruſtrà forſitan dictum eſt. An erat utrique illa virga communis, ut cujuslibet eorum diceretur, verum diceretur?* Auct. l. de promiſſ. part. 1. c. 35. col. 116. b. dicit : *Virga, quam manu Moyſes portabat, coram Pharaone projecta, effecta eſt ſerpens.* In Græco etiam eſt, Καὶ ἐγένετο δράκων.

℣. 11. Græc. Συνεκάλεσε δὲ Φαραὼ τοὺς σοφιστὰς Αἰγύπτου, καὶ τοὺς φαρμακούς, &c. *Convocavit autem Pharao ſophiſtas Ægypti, & veneficos*, &c. Unde Auguſt. locut. 32. de Exod. to. 3. col. 342. d. ait : *Non mihi videntur ſatis commodè interpretati Latini, σοφιστὰς Pharaonis, ut dicerent,* ſapientes ; σοφοὶ *enim ſapientes dicuntur. Potuit enim Latinus Interpres,* ſophiſtas *dicere, quoniam non eſt quemadmodum id Latinè dicatur ; & ideo iſto verbo jam utimur pro Latino, ſicut Philoſophiam dicimus, non ſolùm Græcè, verùm etiam Latinè ; Sophiſtas appellarunt Latinarum litterarum eloquentiſſimi auctores.* Auct. l. de promiſſ. apud Proſp. p. 116. c. *Magos* vocat.

℣. 12. Sic iterum Auguſt. quæſt. 21. in Exod. to. 3. col. 427. d. additis his : *Si dictum eſſet : Abſorbuit draco Aaron virgas illorum, intelligeretur verus draco Aaron phantaſtica illa figmenta non abſorbuiſſe, ſed virgas..... ſed quoniam dixit :* Abſorbuit virga Aaron virgas illorum ; *draco utique potuit virgas abſorbere, non virga.* Vide etiam l. 16. de civit. Dei, c. 43. to. 7. col. 453. e. Hilar. l. 7. de Trin. col. 921. b. ait : *Dracones magicos draco Moyſi, mox virga manens, devorat.* Ambroſ. l. 3. offic. c. 15. to. 2. col. 130. f. *Projecit virgam, & ſerpens factus eſt, qui devoravit ſerpentes Ægyptiorum.* Auct. l. de promiſſ. p. 116. c. *Magi quoque Pharaonis..... projicientes virgas ſuas, etiam ipſi ſerpentum ſpecies oſtenderunt. Voravitque ſerpens Moyſi Magorum ſerpentes.* Græc. Καὶ ἔῤῥιψαν ἕκαστος τὴν ῥάβδον αὐτῶν, καὶ ἐγένετο δράκοντες· καὶ κατέπιεν ἡ ῥάβδος ἡ Ἀαρὼν τὰς ἐκείνων ῥάβδους. *Et projecerunt unuſquiſque virgam ſuam, & factæ ſunt dracones : & abſorbuit virga Aaron virgas illorum.*

℣. 15. Auguſt. ibid. *Quod dictum eſt de Pharaone :* Ecce ipſe exiit ad aquam : *Græcus habet,* ſuper aquam. Græc. Ἰδὺ αὐτὸς ἐκπορεύεται ἐπὶ τὸ ὕδωρ, ubi *exit*, non *exiit.*

℣. 16. Itidem Græcè, niſi excipias ultimum hoc, ἕως τοῦδε, *huc uſque*, pro *uſque adhuc.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

pulum meum ut ſacrificet mihi in deſerto : & uſque ad præſens audire noluiſti.

17. Hæc igitur dicit Dominus : In hoc ſcies quòd ſim Dominus : ecce percutiam virga, quæ in manu mea eſt, aquam fluminis, & vertetur in ſanguinem. 17..... 21. *Vide Not.*

18. Piſces quoque, qui ſunt in fluvio, morientur, & computreſcent aquæ, & affligentur Ægyptii bibentes aquam fluminis.

19. Dixit quoque Dominus ad Moyſen : Dic ad Aaron, Tolle virgam tuam, & extende manum tuam ſuper aquas Ægypti, & ſuper fluvios eorum, & rivos ac paludes, & omnes lacus aquarum, ut vertantur in ſanguinem : & ſit cruor in omni terra Ægypti, tam in ligneis vaſis quàm in ſaxeis.

20. Feceruntque Moyſes & Aaron ſicut præceperat Dominus : & elevans virgam, percuſſit aquam fluminis coram Pharaone & ſervis ejus : quæ verſa eſt in ſanguinem. *Inſr. 17. 5. Pſal. 77. 44. & 104. 29.*

21. Et piſces, qui erant in flumine, mortui ſunt : computruitque fluvius, & non poterant Ægyptii bibere aquam fluminis, & fuit ſanguis in tota terra Ægypti.

VULGATA NOVA.

Sap. 17. 7. 22. Feceruntque ſimiliter malefici Ægyptiorum incantationibus ſuis ; & induratum eſt cor Pharaonis, nec audivit eos, ſicut præceperat Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

22. Fecerunt autem ſimiliter & incantatores Ægyptiorum veneficiis ſuis ; & induratum eſt cor Pharaonis, & non exaudivit eos, ſicut dixit Dominus. *Aug. quæſt. 22. in Exod. t. 3. 428. a.*

VULGATA NOVA.

23. Avertitque ſe, & ingreſſus eſt domum ſuam, nec appoſuit cor etiam hac vice.

24. Foderunt autem omnes Ægyptii per circuitum fluminis aquam ut biberent : non enim poterant bibere de aqua fluminis.

25. Impletique ſunt ſeptem dies, poſtquam percuſſit Dominus fluvium.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 17..... 21. Horum multa memorat Ambroſ. l. 3. offic. c. 15. to. 2. col. 130. d. dicens : *Nolebat Ægypti rex populum dimittere patrum : dixit Moyſes ſacerdoti Aaron, ut extenderet virgam ſuam ſuper omnes aquas Ægypti. Extendit Aaron, & converſa eſt aqua fluminis in ſanguinem ; & nemo poterat bibere aquam*, &c.

℣. 22. Eadem iterum refert Auguſt. locut. 36. de Exod. col. 342. e. Ita quoque in Græco, verbum pro verbo.

CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

1. DIxit quoque Dominus ad Moyſen : Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum : Hæc dicit Dominus : Dimitte populum meum, ut ſacrificet mihi :

VERSIO ANTIQUA.

1..... Dimitte populum meum, ut ſerviant mihi : *Aug. Locut. 37. t. 3. 342. f.*

2. ſin autem nolueris dimittere, ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis.

2..... ecce ego ferio omnes fines tuos ranis. *Ibid. Locut. 38.*

3. Et ebulliet fluvius ranas : quæ aſcendent, & ingredientur domum tuam, & cubiculum lectuli tui, & ſuper ſtratum tuum, & in domos ſervorum tuorum, & in populum tuum, & in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum :

3. Et eructuabit flumen ranas : & aſcendentes intrabunt in domos tuas, & in promptuaria cubiculorum tuorum, ſuper lectos tuos, & in domos ſervorum tuorum, & populi tui, & in conſperſis tuis, & in clibanis tuis : *Ibid. Locut. 39.*

4. & ad te, & ad populum tuum, & ad omnes ſervos tuos, intrabunt ranæ.

4. & ſuper te, & ſuper populum tuum, & ſuper ſervos tuos, aſcendent ranæ.

5. Dixitque Dominus ad Moyſen : Dic ad Aaron : Extende manum tuam ſuper fluvios ac ſuper rivos & paludes, & educ ranas ſuper terram Ægypti.

Pſ. 104. 30. 6. Et extendit Aaron manum ſuper aquas Ægypti, & aſcenderunt ranæ, operueruntque terram Ægypti.

6. Et extendit Aaron manum ſuper aquas Ægypti, & eduxit ranas, & educta eſt rana, & operuit terram..... *Idem Locut. 40. 343. b.*

Sap. 17. 7. 7. Fecerunt autem & malefici per incantationes ſuas ſimiliter, eduxeruntque ranas ſuper terram Ægypti.

7. Fecerunt autem ſimiliter & incantatores Ægyptiorum veneficiis ſuis, & eduxerunt ranas ſuper terram Ægypti. *Aug. quæſt. 23. in Exod. t. 3. 428. b.*

8. Vocavit autem Pharao Moyſen & Aaron,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita in Græco. Hanc locutionem, *ut ſerviant*, notat Auguſt. ibid. *Non ut ſerviat*, inquit, *qui loquendi modus non ferè invenitur, niſi ubi res ipſa ſingularis pluribus conſtat.*

℣. 2. Addit Auguſt. ibid. *Sic enim habet Græcus elegantiſſima locutione, ut ranæ ipſæ, plaga intelligatur, qua feritur terra Ægypti.*

℣. 3. Similia Græcum exhibet, niſi quòd ponit, Καὶ, poſt hoc, *cubiculorum tuorum*, & pro *in domos*, ἐπὶ τὰς οἴκους, *ſuper domos*. Mſ. verò Alex. cum editt. Ald. & Compl. εἰς τὰς οἴκους. Auguſt. de his ita diſſerit ibid. *Notandum quòd*, in domos, &c. *cùm dixiſſet, accuſativum caſum tenuit ; &* ſuper lectos, &c. *ubi dixit*, ſuper, *accuſativum ſimiliter ſervavit :* in conſperſis *autem*, & in clibanis, *ad ablativum ſe tranſtulit : nam & Græcus mutavit præpoſitionem, quam non mutat Latinus. Ille enim habet*, εἰς τὰς οἴκους, in domos : in conſperſis *autem*, ἐν τοῖς φυράμασι· *ubi mirum ſi non etiam ſenſus eſt, non locutio, ut in conſperſionibus, & in clibanis exortas ranas ſorſitan velit intelligi, non extrinſecus aſcendiſſe, vel irruiſſe, & quia eas fluvium eructaturum prædixit, inde implere omnia.* Φύραμα autem propriè, *farina aquâ ſubacta*, ſeu *maſſa & paſta*. 1. Cor. 5. *Conſperſio* dicitur.

℣. 4. In Græco mutatur vocum ordo, nempe poſt *te*, ponitur, καὶ ἐπὶ τὰς θεραπόντας σου, at in editt. Ald. & Compl. poſt *tuum*, ut ſup.

℣. 6. Vix melius è Græco. Obſervat Auguſt. ibid. *ranam, pro multitudine ranarum*, poſitam eſſe : & infra locut. 72. de Num. col. 361. g. *In Exodo*, inquit, *dictum eſt*, rana, *ſingulare pro plurali.*

℣. 7. Ad verbum è Græco, ubi conſtanter, ἀνήγαγον, pro *eduxerunt.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. 1. de Cain, c. 9. t. 1. 199. c.

9..... Conſtitue mihi quando pro te orem, & pro famulis tuis, & pro populo tuo, ut exterminet Dominus ranas.....

10. Reſpondit : Craſtina die.....

VULGATA NOVA.

& dixit eis : Orate Dominum ut auferat ranas à me & à populo meo : & dimittam populum ut ſacrificet Domino.

9. Dixitque Moyſes ad Pharaonem : Conſtitue mihi quando deprecer pro te, & pro ſervis tuis, & pro populo tuo, ut abigantur ranæ à te, & à domo tua, & à ſervis tuis, & à populo tuo : & tantùm in flumine remaneant.

10. Qui reſpondit : Cras. At ille : Juxta, inquit, verbum tuum faciam : ut ſcias quoniam non eſt ſicut Dominus Deus noſter.

VULGATA NOVA.

11. Et recedent ranæ à te, & à domo tua, & à ſervis tuis, & à populo tuo : & tantùm in flumine remanebunt.

12. Egreſſique ſunt Moyſes & Aaron à Pharaone : & clamavit Moyſes ad Dominum pro ſponſione ranarum quam condixerat Pharaoni.

13. Fecitque Dominus juxta verbum Moyſi : & mortuæ ſunt ranæ de domibus, & de villis, & de agris.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 41. 343. c.

14. Et colligebant eas acervos acervos.....

Aug. quæſt. 24. in Exod. t. 3. 428. c.

15. Et vidit Pharao quoniam facta eſt refrigeratio : & ingravatum eſt cor ejus, & non exaudivit eos, ſicut dixerat Dominus.

Aug. Locut. 42. t. 3. 343. c.

16..... Extende manu virgam tuam, & percute terra.....

VULGATA NOVA.

14. Congregaveruntque eas in immenſos aggeres, & computruit terra.

15. Videns autem Pharao quòd data eſſet requies, ingravavit cor ſuum, & non audivit eos, ſicut præceperat Dominus.

16. Dixitque Dominus ad Moyſen : Loquere ad Aaron : Extende virgam tuam, & percute pulverem terræ : & ſint ſciniphes in univerſa terra Ægypti.

17. Feceruntque ita. Et extendit Aaron manum, virgam tenens : percuſſitque pulverem terræ, & facti ſunt ſciniphes in hominibus, & in jumentis : omnis pulvis terræ verſus eſt in ſciniphes per totam terram Ægypti. *Pſ. 104. 31.*

Idem Locut. 43. 343. d.

18. Fecerunt autem ſimiliter & incantatores veneficiis ſuis, ut educerent cyniphes, & non poterant.....

18. Feceruntque ſimiliter malefici incantationibus ſuis, ut educerent ſciniphes, & non potuerunt : erantque ſciniphes tam in hominibus quàm in jumentis.

Hilar. in Pſ. 135. 485. d.

Aug. quæſt. 25. in Exod. p. 429. b.

19. Dixerunt ergo incantatores Pharaoni : Digitus Dei eſt hoc..... induratum eſt cor Pharaonis.....

19. Et dixerunt malefici ad Pharaonem : Digitus Dei eſt hic : induratumque eſt cor Pharaonis, & non audivit eos ſicut præceperat Dominus.

20. Dixit quoque Dominus ad Moyſen : Conſurge diluculo, & ſta coram Pharaone : egredietur enim ad aquas : & dices ad eum : Hæc dicit Dominus : Dimitte populum meum ut ſacrificet mihi.

Aug. quæſt. 26. in Exod. t. 3. 429. c.

Aug. Locut. 44. t. 3. 343. e.

21..... ecce ego mitto in te, & in ſervos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas cynomyiam : & implebuntur domus Ægyptiorum cynomyiâ ; & in terram ſuper quam ſunt ſuper eam.

21. Quòd ſi non dimiſeris eum, ecce ego immittam in te, & in ſervos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas, omne genus muſcarum : & implebuntur domus Ægyptiorum muſcis diverſi generis, & univerſa terra in qua fuerint.

Aug. quæſt. 26. in Exod. 429. d.

22. Et glorioſam faciam in die illa terram Geſſen, in qua populus meus ineſt ſuper eam..... ut ſcias quoniam ego ſum Dominus Deus omnis terræ.

22. Faciamque mirabilem in die illa terram Geſſen, in qua populus meus eſt, ut non ſint ibi muſcæ : & ſcias quoniam ego Dominus in medio terræ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Græc. ſimiliter : Τάξαι πρός με ποτὲ ἐυξομαι περὶ σοῦ, καὶ περὶ τῶν θεραπόντων σου, καὶ τοῦ λαοῦ σου, ἀφανίζαι τὸς βατράχους ἀπὸ σοῦ, &c.

℣. 10. Græc. Ὁ δὲ εἶπεν· Εἰς ἄυριον, &c.

℣. 14. Itidem Græcè.

℣. 15. Græc. habet, Ἰδὼν δὲ, *videns autem*, pro ὃ *vidit*, deletque ὃ, ante *ingravatum eſt*, & pro *dixerat*, ponit ἐλάλησε, *locutus eſt* : cætera prorſus ſimilia.

℣. 16. *Sic habent Latini*, inquit Auguſt. ibid. *Non*, Percute terram. *Græcus habet*, aggerem terræ ; *ſi tamen hoc verbo rectè interpretatur quod dictum eſt*, τὸ χῶμα τῆς γῆς.

℣. 18. Ita quoque in Græco, præter unum τὸν σκνίφα *ſcyniphen*, loco *cyniphes* : addit Auguſt. ibid. *Notandum eſt*, fecerunt, *dictum pro eo quod eſt, conati ſunt facere.* Quæſt. verò 25. in Exod. col. 428. g. ſcribit : *ſcyniſes*, non *cyniſes*.

℣. 19. Ad verbum è Græco. Similiter habet Auguſt. quæſt. 25. in Exod. to. 3. col. 428. g. *Dixerunt Magi ad Pharaonem : Digitus Dei eſt hoc ; quoniam non potuerunt educere ſcyniphes.* Vide ſeq. apud Aug. ſicut apud Hilar. l. 7. de Trin. col. 921. b.

℣. 21. Græc. Ἰδὼ ἐγὼ ἐξαποστέλλω ἐπὶ σὲ, καὶ ἐπὶ τὸς..... καὶ ἐπὶ τὸν..... καὶ ἐπὶ τὰς οἰκιας ὑμῶν, &c. ut in Lat. Edit. Ald. οἰκιας σου, cum Auguſt. Nota ab eodem ſcribi *cynomyiam*, è Græco κυνόμυιαν. At Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. col. 663. c. ait : Κυνόμυια, *non*, *ut Latini interpretati ſunt*, *Muſca canina*, *dicitur per γ*, *Græcam litteram*, *ſed juxta Hebraïcam intelligentiam*, *per δ. ſ. θ. ſcribi debet ſcribi* ; *ot*, *ut ſit* Κυνόμυια, *id eſt*, *omne muſcarum genus.* Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 117. e. *Cynomia*, *canina ſcilicet muſcæ*, &c.

℣. 22. Græc. Καὶ παραδοξάσω..... τὴν γῆν Γεσὲμ, ἐφ' ἧς : &c. ut in Lat. i. e. *mirabiliter diſtinguam..... terram Ge-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

23. Ponamque divisionem inter populum meum & populum tuum : cras erit signum istud.

Sap. 16. 9. 24. Fecitque Dominus ita. Et venit musca gravissima in domos Pharaonis & servorum ejus, & in omnem terram Ægypti : corruptaque est terra ab hujuscemodi muscis.

25. Vocavitque Pharao Moysen & Aaron, & ait eis : Ite & sacrificate Deo vestro in terra hac.

26. Et ait Moyses : Non potest ita fieri : abominationes enim Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro : quòd si mactaverimus ea quæ colunt Ægyptii coram eis, lapidibus nos obruent.

27. Viam trium dierum pergemus in solitudinem : & sacrificabimus Domino Deo nostro,

Sup. 3. 18. sicut præcepit nobis.

28. Dixitque Pharao : Ego dimittam vos ut sacrificetis Domino Deo vestro in deserto : veruntamen longiùs ne abeatis, rogate pro me.

29. Et ait Moyses : Egressus à te, orabo Dominum : & recedet musca à Pharaone, & à servis suis, & à populo ejus cras : veruntamen noli ultra fallere, ut non dimittas populum sacrificare Domino.

VERSIO ANTIQUA.

23. Et dabo intervallum inter populum meum, & inter populum tuum..... *Aug. ubi sup.*

25..... Euntes immolate Domino Deo vestro in terra. *Idem quæst. 27. 429. e.*

26..... Ait Moyses : Non potest fieri sic : abominationes enim Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro : si enim immolaverimus abominationes Ægyptiorum palam ipsis, lapidabimur. *Idem quæst. 28. 429. f. g.*

27. Viam trium dierum ibimus : & immolabimus Domino Deo nostro, sicut dixit nobis. *Ambr. l. 1. de Abr. c. 8. t. 1. 305. d.*

29. Et dixit Moyses : Ego exeam à te, & orabo ad Deum : & exibit cynomyia à Pharaone, & à servis ejus..... *Aug. Locut. 45. 343. e.*

VULGATA NOVA.

30. Egressusque Moyses à Pharaone, oravit Dominum.

31. Qui fecit juxta 31..... *Vide Not.*

VERSIO ANTIQUA.

verbum illius : & abstulit muscas à Pharaone, & à servis suis, & à populo ejus : non superfuit ne una quidem.

VULGATA NOVA.

32. Et ingravatum est cor Pharaonis, ita ut nec hac quidem vice dimitteret populum.

VERSIO ANTIQUA.

32. Et ingravavit Pharao cor suum & in isto tempore, & noluit dimittere populum. *Aug. de Grat. & lib. arb. t. 10. 744. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

sem, &c. ut infra, c. 9. ℣. 4.

℣. 23. Gr. Καὶ δώσω διαστολὴν ἀνὰ μέσον τοῦ ἐμοῦ λαοῦ, καὶ ἀνὰ μέσον, &c. *Et dabo interstitium inter*, &c.

℣. 25. August. ibid. *Quod Latini habent*, Euntes immolate, &c. *Græcus habet :* Venientes immolate, &c. nunc etiam, ἐλθόντες θύσατε. Editt. August. addunt in fine, *in terra hac*, sed contra fidem Mss. à quibus abest demonstrativa particula, sicut à Græco. *Nolebat enim*, inquit August. *eos ire quò dicebant, sed ut illic in Ægypto immolarent, velebat.* In edit. tamen Ald. legitur, ἐν τῇ γῇ ταύτῃ.

℣. 26. Ita è Græco, verbum de verbo. Addit August. ibid. *Id est, hæc immolaturi sumus quæ abominantur Ægyptii, & propterea in Ægypto non possumus : hoc manifestant verba quæ adjungit :* Si enim immolaverimus, &c. *Hoc non intelligentes quidam Interpretes nostri, sic interpretati sunt, ut dicerent :* Non potest fieri sic : Nunquid abominationes Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro ? *cùm magis hoc Scriptura dixerit, quia Ægyptiorum abominationes immolaturi sunt. Alii verò Latini sic habent :* Non potest fieri sic : quoniam abominationes Ægyptiorum non immolabimus Domino Deo nostro. *Contrarium sensum facit addita particula negativa, cùm Moyses dixerit :* Non potest fieri sic : abominationes enim, &c. & *ideo in eremum dicebant se ire velle, ubi Ægyptii non viderent abominationes suas.* Huc etiam redeunt quæ Ambros. epist 27. ad Iren. to. 2. col. 898. b. dicit : *Moveri te significasti mihi, eò quòd legeris*, Abominanda apud Ægyptios immolemus Deo : *sed habuisti quo istud solveres, quia in Genesi scriptum est, quòd Ægyptii pastorem pecorum abominabantur, non utique propter hominem, sed propter pecora :* tum addit : *Oderant ergo Ægyptii immolata sacrificia.*

℣. 27. Græc. addit, εἰς τὴν ἔρημον, *in desertum*, post verbum *ibimus* ; tollit verò *Domino*, post *immolabimus* ; & in fine habet, καθάπερ εἶπε Κύριος ἡμῖν, *sicut dixit Dominus nobis.* Ms. tamen Alex. nec non editt. Ald. & Compl. ferunt : Καὶ θύσομεν Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν, καθάπερ εἶπεν ἡμῖν, cum Ambrosio.

℣. 29. Græc. Εἶπε δὲ Μωυσῆς· Ὁ δὲ ἐγὼ ἐξελεύσομαι..... καὶ ἀπελεύσεται ἡ κυνόμυια καὶ ἀπὸ τῶν θεραπόντων σου, καὶ ἀπὸ τοῦ λαοῦ, &c. *Dixit autem Moyses : Ego autem exibo... & abibit cynomyia & à famulis tuis, & à populo*, &c. In Ms. Alex. ac edit. Compl. κυνόμυια ἀπὸ σοῦ, καὶ ἀπὸ τῶν θεραπ. σου. In Ms. verò Oxon. ac edit. Ald. ἀπὸ Φαραὼ, καὶ ἀπὸ τῶν θεραπ. αὐτοῦ, ut sup. apud August.

℣. 31. Græc..... Καὶ ἐπετίλε τὴν κυνόμυιαν ἀπὸ Φαραώ. Hilar. l. 7. de Trin. col. 921. b. *Cynomyiam quam immiserat abigit.* August. quæst. 29. in Exod. col. 430. b. *Cùm ablata esset locusta*, sed erratum aut scriptoris aut memoriæ est, inquit Nobilius in hunc loc.

℣. 32. Rursus August. quæst. 29. in Exod. col. 430. b. *Et ingravavit Pharao cor suum etiam in hoc tempore, & noluit*, &c. ut sup. tum addit : *Certè nunc non dictum est : Ingravatum est cor Pharaonis, sed, Ingravavit Pharao cor suum.* Gr. Καὶ ἐβάρυνε Φαραὼ τὴν καρδίαν αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τῷ καιρῷ τούτῳ, καὶ οὐκ ἠθέλησεν, &c. ut in Lat.

CAPUT IX.

VULGATA NOVA.

1. DIxit autem Dominus ad Moysen : Ingredere ad Pharaonem, & loquere ad eum : Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum : Dimitte populum meum ut sacrificet mihi.

VERSIO ANTIQUA.

1..... Dimitte populum meum ut mihi serviant. *Aug. Locut. 46. t. 3. 343. e.*

VULGATA NOVA.

2. Quòd si adhuc renuis, & retines eos :

3. ecce manus mea erit super agros tuos : & su-

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem Græcè. Vid. August. sup. Not. ad cap. 8. ℣. 1.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

per equos, & asinos, & camelos, & boves, & oves, pestis valde gravis.

4. Et faciet Dominus mirabile inter possessiones Israël, & possessiones Ægyptiorum, ut nihil omnino pereat ex his quæ pertinent ad filios Israël.

4..... *Vide Not.*

5. Constituitque Dominus tempus, dicens: Cras faciet Dominus verbum istud in terra.

6. Fecit ergo Dominus verbum hoc altera die: mortuaque sunt omnia animantia Ægyptiorum: de animalibus verò filiorum Israël nihil omnino periit.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 30. in Exod. t. 3. 430. c.

7. Videns autem Pharao, quia non est mortuum de pecoribus filiorum Israël ullum; ingravatum est cor Pharaonis.....

VULGATA NOVA.

7. Et misit Pharao ad videndum: nec erat quidquam mortuum de his quæ possidebat Israël. Ingravatumque est cor Pharaonis, & non dimisit populum.

Idem quæst. 31. 430. d.

8. Dicit Deus ad Aaron & Moysen: Sumite vobis plenas manus favillæ de fornace, & adspergat Moyses in cœlum coram Pharaone, & coram servis ejus.

9. Et fiat pulvis in universa terra Ægypti.....

8. Et dixit Dominus ad Moysen & Aaron: Tollite plenas manus cineris de camino, & spargat illum Moyses in cœlum coram Pharaone.

9. Sitque pulvis super omnem terram Ægypti: erunt enim in hominibus, & jumentis ulcera, & vesicæ turgentes, in universa terra Ægypti.

Ambr. l. 3. de offic. c. 15. 130. d.

10..... Jactaverunt favillam in cœlum: & facta sunt ulcera, & vesicæ candentes, in hominibus, & quadrupedibus.

10. Tuleruntque cinerem de camino, & steterunt coram Pharaone, & sparsit illum Moyses in cœlum: factaque sunt ulcera vesicarum turgentium in hominibus, & jumentis:

VULGATA NOVA.

11. nec poterant malefici stare coram Moyse propter ulcera quæ in illis erant, & in omni terra Ægypti.

12. Induravitque Dominus cor Pharaonis, & non audivit eos, sicut locutus est Dominus ad Moysen.

13. Dixitque Dominus ad Moysen: Manè consurge, & sta coram Pharaone, & dices ad eum: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: Dimitte populum meum ut sacrificet mihi.

14. Quia in hac vice mittam omnes plagas meas super cor tuum, & super servos tuos, & super populum tuum: ut scias quòd non sit similis mei in omni terra.

15. Nunc enim extendens manum, percutiam te & populum tuum peste, peribisque de terra.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 32. in Exod. t. 3. 430. f.

16. Et propter hoc ipsum conservatus es, ut ostendam in te virtutem meam, & ut annuntietur nomen meum in universa terra.

VULGATA NOVA.

16. Idcirco autem posui te, ut ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. *Rom. 9. 17.*

17. Adhuc retines populum meum: & non vis dimittere eum?

18. En pluam cras hac ipsa hora grandinem multam nimis, qualis non fuit in Ægypto, à die qua fundata est, usque in præsens tempus.

19. Mitte ergo jam nunc, & congrega jumenta tua, & omnia quæ habes in agro: homines enim, & jumenta, & universa quæ inventa fuerint foris, nec congregata de agris, cecideritque super ea grando, morientur.

20. Qui timuit verbum Domini de servis Pharaonis, fecit confugere servos suos, & jumenta in domos:

21. qui autem neglexit sermonem Domini, dimisit servos suos, & jumenta in agris.

Aug. Locut. 47. 343. c.

18. Ecce ego pluam hanc horam crastinam diem grandinem multam.....

19..... *Vide Not.*

Aug. quæst. 33. in Exod. 431. d.

20. Qui timuit verbum Domini servorum Pharaonis, congregavit pecora sua in domos:

21. qui autem non intendit mente in verbum Domini, dimisit pecora sua in campo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Huic versui & seq. 6. respondent ista Aug. q. 33. in Ex. 431. c. *Discrevit Deus inter pecora Hebræorum, & Ægyptiorum, ita ut illinc nullum moreretur, omnia verò Ægyptiorum pecora morerentur.* Gr. Καὶ παραδόξασω ἐγὼ..... ἀνὰ μέσον τῶν κτηνῶν τῶν Αἰγυπτίων, καὶ ἀνὰ μέσον τῶν κτηνῶν τῶν υἱῶν Ἰσραήλ..... καὶ ἐτελεύτησε πάντα τὰ κτήνη τῶν Αἰγυπτίων· ἀπὸ δὲ τῶν κτηνῶν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ οὐκ ἐτελεύτησεν οὐδέν. i. e. *Et mirabiliter distinguam ego..... inter pecora Ægyptiorum, & inter pecora filiorum Israël..... & mortua sunt omnia pecora Ægyptiorum: de pecoribus autem filiorum Israël non est mortuum ullum.*

℣. 7. Similiter habet Græc. præter hoc, ἀπὸ πάντων τῶν κτηνῶν, *de omnibus pecoribus.*

℣. 8. Græc. Εἶπε δὲ Κύριος πρὸς Μωυσῆν καὶ Ἀαρὼν, λέγων· Λάβετε ὑμεῖς πλήρεις τὰς χεῖρας αἰθάλης καμινείας, καὶ παζάτω, &c. ut in Lat. Augustinus infra pro *adspergat*, constanter scribit, *spargat.*

℣. 9. Græc. Καὶ γενηθήτω κονιορτὸς ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν Αἰγύπτου. *Et fiat pulvis super omnem terram Ægypti.*

℣. 10. Gr. Καὶ ἔπασεν αὐτὴν Μωυσῆς εἰς τὸν οὐρανόν· καὶ ἐγένετο ἕλκη φλυκτίδες ἀναζέουζαι, ἔν τε τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἐν τοῖς τετράποσι. *Et aspersit eam Moyses in cœlum: & facta sunt ulcera, vesicæ effervescentes, & in hominibus, & in quadrupedibus.* Auct. l. de promiss. ap. Prosp. p. 118. b. *Vesicæ ebullientes, ulceraque manantia.*

℣. 16. Ambros. in Ps. 118. to. 1. col. 1197. b. legit: *Quia ad hoc ipsum te suscitavi, ut ostendam in te virtutem meam, & annuntietur nomen meum in universa terra.* Similiter Eucher. Lugd. quæst. in Gen. col. 843. h. *In hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam.* Philastr. Brix. *Ad hoc excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam.* Græc. Καὶ ἕνεκεν τούτου διετηρήθης, ἵνα ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν ἰσχύν μου, &c. ut in textu Lat.

℣. 18. Ita in Græco, præter unum, ὗω *pluo*, loco *pluam.*

℣. 19. Eadem commemorat Aug. quæst. 33. in Exod. col. 431. b. dicens: *Mandavit Deus Pharaoni, cùm se facturum magnam grandinem minaretur, ut festinet congregare pecora sua, & quæcunque illi essent in campo, ne grandine intereant.* Græc. Νῦν ἓν κατάσπευζον συναγαγεῖν τὰ κτήνη σου, καὶ ὅσα σοί ἐστιν ἐν τῷ πεδίῳ· πάντες γὰρ..... τελευτήζει.

℣. 20. Græc. Ὁ φοβούμενος τὸ ῥῆμα, &c. ut in Lat.

℣. 21. Itidem Græcè, præter hoc, ἐν τοῖς πεδίοις, in

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

22. Et dixit Dominus ad Moysen : Extende manum tuam in cœlum, ut fiat grando in universa terra Ægypti, super homines, & super jumenta, & super omnem herbam agri in terra Ægypti.

VERSIO ANTIQUA.

22. Et dixit Dominus ad Moysen : Extende manum tuam in cœlum, & erit grando in omni terra Ægypti..... *Aug. quæst. 34. ubi sup.*

VULGATA NOVA.

Sap. 16. 16. & 19. 19. 23. Extenditque Moyses virgam in cœlum, & Dominus dedit tonitrua, & grandinem, ac discurrentia fulgura super terram : pluitque Dominus grandinem super terram Ægypti.

VERSIO ANTIQUA. VULGATA NOVA.

Aug. Loc. 47. 343. f. 24... grando autem multa valde valde..... 24. Et grando & ignis mista pariter ferebantur : tantæque fuit magnitudinis, quanta ante nunquam apparuit in universa terra Ægypti ex quo gens illa condita est.

25. Et percussit grando in omni terra Ægypti cuncta quæ fuerunt in agris, ab homine usque ad jumentum : cunctamque herbam agri percussit grando, & omne lignum regionis confregit.

26. Tantùm in terra Gessen, ubi erant filii Israël, grando non cecidit.

VULGATA NOVA.

27. Misitque Pharao, & vocavit Moysen & Aaron, dicens ad eos : Peccavi etiam nunc : Dominus justus : ego & populus meus, impii.

28. Orate Dominum ut desinant tonitrua Dei, & grando : ut dimittam vos, & nequaquam hic ultra maneatis.

29. Ait Moyses : Cùm egressus fuero de urbe, extendam palmas meas ad Dominum, & cessabunt tonitrua, & grando non erit : ut scias quia Domini est terra :

30. novi autem, quòd & tu, & servi tui, necdum timeatis Dominum Deum.

VERSIO ANTIQUA.

27..... vocavit autem Pharao Moysen & Aaron, & dixit eis : Peccavi nunc : nam Deus justus est : ego autem & populus meus, impii. *Vigil. Tapsi. contr. Varim. 746. f.*

28. Orate pro me ad Dominum, ut desinant fieri voces Dei..... *Aug. Locut. 48. t. 3. 343. f.*

29..... & desinent voces & grando.....

30. & tu, & servi tui scio, quòd nondum timetis Dominum. *Aug. quæst. 35. in Exod. 431. e.*

VULGATA NOVA.

31. Linum ergo & hordeum læsum est, eò quòd hordeum esset virens, & linum jam folliculos germinaret :

32. triticum autem & far non sunt læsa, quia serotina erant.

33. Egressusque Moyses à Pharaone ex urbe, tetendit manus ad Dominum : & cessaverunt tonitrua & grando, nec ultra stillavit pluvia super terram.

34. Videns autem Pharao quòd cessasset pluvia, & grando, & tonitrua, auxit peccatum :

35. & ingravatum est cor ejus, & servorum illius, & induratum nimis : nec dimisit filios Israël, sicut præceperat Dominus per manum Moysi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

campis : at in Mss. Alex. ἐν τῷ πεδίῳ, ut sup. deest verò *sua*, post *pecora*.

℣. 22. Similiter in Græco, exceptis his, εἶπε δὲ, *dixit autem*, pro & *dixit*, & ἐπὶ πᾶσαν γῆν, *super omnem terram*, pro *in omni terra*. In Ms. tamen Oxon. ἐν πάσῃ τῇ γῇ.

℣. 24. Ambros. l. 3. offic. c. 15. to. 2. col. 130. d. his alludens, dicit : *Deduxerunt grandinem in igne flammeo, contrita erant super terram omnia.* Similiter Auct. l. de promiss. ap. Prosp. part. 1. c. 36. col. 118. b. *Grando cum igne permixta, non tantùm omne animal, quantùm etiam arbusta ipsa, virgultaque subvertens.* Græc. Ἦν δὲ ἡ χάλαζα, καὶ τὸ πῦρ φλογίζον ἐν τῇ χαλάζῃ· ἡ δὲ χάλαζα πολλὴ σφόδρα (Ms. Alex. cum edit. Ald. σφόδρα σφόδρα)..... Ἔπαιξε δὲ ἡ χάλαζα..... ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους· καὶ πᾶσαν βοτάνην..... καὶ πάντα τὰ ξύλα, &c.

℣. 27. Græc. Ἀποστείλας δὲ Φαραὼ, ἐκάλεσε Μωυσῆν καὶ Ἀαρὼν, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἡμάρτηκα τὸ νῦν· ὁ Κύριος δίκαιος, ἐγὼ δὲ, &c. ut sup.

℣. 28. Græc. Εὔξασθε ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς Κύριον, καὶ παυσάσθω, &c. ut in Lat. August. quoque quæst. 35. in Exod. to. 3. col. 431. e. ait : *Cùm, fragore cœli, qui vehemens erat in grandine, Pharao..... rogaret Moysen ut oraret pro illo..... Moyses ei dixit*, &c. Item Auct. l. ad Novat. apud Cypr. p. 438. b. 440. *Orate pro me ad Dominum, quia peccavi.*

℣. 29. Græc. Καὶ αἱ φωναὶ παύσονται, &c. ut sup.

℣. 30. Ad verbum è Græco, præter unum *timetis*, pro quo, πεφόβησθε, *timuistis* ; at in Ms. Oxon. & Ald. edit. φοβεῖσθε. Vid. Hilar. l. 7. de Trin. col. 921. b. & Ambros. l. 3. offic. c. 15. to. 2. col. 130. e.

CAPUT X.

VULGATA NOVA.

1. ET dixit Dominus ad Moysen : Ingredere ad Pharaonem : ego enim induravi cor ejus, & servorum illius : ut faciam signa mea hæc in eo,

2. & narres in auribus filii tui, & nepotum tuorum, quoties contriverim Ægyptios, & signa mea fecerim in eis : & sciatis quia ego Dominus.

3. Introierunt ergo Moyses & Aaron ad

VERSIO ANTIQUA.

1. DIxit Dominus ad Moysen : Intra ad Pharaonem : ego enim gravavi cor ejus, & servorum ejus : ut ordine superveniant signa mea hæc super eos, *Aug. quæst. 36. in Exod. t. 3. 431. f.*

2. ut narretis in aures filiis vestris, & filiis filiorum vestrorum, quæcunque illusi Ægyptiis..... *Aug. Locut. 49. t. 3. 343. f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Εἶπε δὲ Κύριος πρὸς Μωυσῆν, λέγων· Εἴσελθε πρὸς Φαραώ· ἐγὼ γὰρ ἐσκλήρυνα αὐτοῦ τὴν καρδίαν, καὶ τῶν..... ἵνα ἐξῆς ἐπέλθῃ τὰ σημεῖα ταῦτα ἐπ' αὐτούς· *Dixit autem Dominus ad Moysen, dicens : Ingredere ad Pharaonem : ego enim induravi ejus cor, & servorum ejus, ut deinde superveniant signa hæc super eos.* At in Ms. Alex. ac ed. Ald. ἐγὼ γὰρ ἐβάρυνα τὴν καρδίαν αὐτοῦ. In Compl. ἐβάρυνα αὐτοῦ τὴν καρδίαν. Item in Ms. Alex. σημεῖά μου ταῦτα, ut sup. ex August.

℣. 2. Itidem Græcè, præter hoc, τῶν τέκνων ὑμῶν, *filiorum vestrorum*, pro *filiis vestris*. Similiter hab. Tertul. l. 5. contra Marc. p. 800. c. 801. a. *Narrabitis hæc in auribus filiorum*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

VULGATA NOVA.

Pharaonem, & dixerunt ei: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: Usquequò non vis subjici mihi? dimitte populum meum, ut sacrificet mihi.

Aug. Locut. 50. 343. 8. 4..... ecce ego induco hanc horam crastino die locustam multam.....

4. Sin autem resistis, & non vis dimittere eum: ecce ego inducam cras locustam in fines tuos: *Sap. 16. 9.*

VULGATA NOVA.

5. quæ operiat superficiem terræ, ne quidquam ejus appareat, sed comedatur quod residuum fuerit grandini: corrodet enim omnia ligna quæ germinant in agris.

6. Et implebunt domos tuas, & servorum tuorum, & omnium Ægyptiorum: quantam non viderunt patres tui, & avi, ex quo orti sunt super terram, usque in præsentem diem. Avertitque se, & egressus est à Pharaone.

7. Dixerunt autem servi Pharaonis ad eum: Usquequò patiemur hoc scandalum: dimitte homines, ut sacrificent Domino Deo suo: nonne vides quòd perierit Ægyptus?

VERSIO ANTIQUA.

VULGATA NOVA.

Idem Locut. 51. 344. a. 8..... qui autem, & qui sunt qui ibunt?

8. Revocaveruntque Moysen & Aaron ad Pharaonem: qui dixit eis: Ite, sacrificate Domino Deo vestro: quinam sunt qui ituri sunt?

VULGATA NOVA.

9. Ait Moyses: Cum parvulis nostris & senioribus pergemus, cum filiis & filiabus, cum ovibus & armentis: est enim solemnitas Domini Dei nostri.

10. Et respondit Pharao: Sic Dominus sit vobiscum, quomodo ego dimittam vos, & parvulos vestros: cui dubium est quòd pessimè cogitetis?

11. Non fiet ita, sed ite tantùm viri, & sacrificate Domino: hoc enim & ipsi petistis. Statimque ejecti sunt de conspectu Pharaonis.

VERSIO ANTIQUA.

VULGATA NOVA.

Aug. quæst. 38. in Exod. t. 3. 432. a. 12..... Extende manum tuam super terram Ægypti, & ascendat locusta super terram.....

12. Dixit autem Dominus ad Moysen: Extende manum tuam super terram Ægypti ad locustam, ut ascendat super eam, & devoret omnem herbam quæ residua fuerit grandini. *Ps. 104. 34.*

VULGATA NOVA.

13. Et extendit Moyses virgam super terram Ægypti: & Dominus induxit ventum urentem tota die illa & nocte: & manè facto, ventus urens levavit locustas.

14. Quæ ascenderunt super universam terram Ægypti: & sederunt in cunctis finibus Ægyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerant, nec postea futuræ sunt.

15. Operueruntque universam superficiem terræ, vastantes omnia. Devorata est igitur herba terræ, & quidquid pomorum in arboribus fuit, quæ grando dimiserat: nihilque omnino virens relictum est in lignis, & in herbis terræ, in cuncta Ægypto.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Loc. 52. t. 3. 344. a. 15..... non est relictum viride nihil in lignis.....

VERSIO ANTIQUA.

VULGATA NOVA.

Aug. Locut. 53. 344. a. 16..... Peccavi ante Dominum Deum vestrum, & in vobis.

16. Quamobrem festinus Pharao vocavit Moysen & Aaron, & dixit eis: Peccavi in Dominum Deum vestrum, & in vos.

Ibid. Locut. 53. 17. Suscipite ergo delictum meum.....

17. Sed nunc dimittite peccatum mihi etiam hac vice, & rogate Dominum Deum vestrum, ut auferat à me mortem istam.

18. Egressusque Moyses de conspectu Pharaonis, oravit Dominum.

Aug. quæst. 37. in Exod. t. 3. 431. g. 19..... & non est relicta locusta una in omni terra Ægypti.

19. Qui flare fecit ventum ab occidente vehementissimum, & arreptam locustam projecit in mare rubrum: non remansit nè una quidem in cunctis finibus Ægypti.

20. Et induravit Dominus cor Pharaonis.....

20. Et induravit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israël.

Aug. quæst. 38. 423. a. 21..... Extende manum tuam in cœlum.....

21. Dixit autem Dominus ad Moysen: Extende manum tuam in cœlum: & sint tenebræ super terram Ægypti, tam densæ ut palpari queant. *Ps. 104. 28.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

vestrorum, & filii vestri æquè in aures filiorum suorum.

℣. 4. Ad verbum è Græco.

℣. 8. Græc. Τίνες δὲ, καὶ τίνες εἰσὶν οἱ πορευόμενοι;

℣. 12. August. præponit hoc: *Dictum est ad Moysem*, Græc. Εἶπε δὲ Κύριος πρὸς Μωυσῆν, *deinde*: Ἔκτεινον τὴν χεῖρα ἐπὶ γῆν, &c. ut in Lat. In Mss. Alex. τὴν χεῖρά σου, ut sup.

℣. 15. Iidem Græcè: addit August. ibid. *Dicendum fuit more locutionis nostræ: Non est relictum viride aliquid in lignis.* Auct. l. de promiss. ap. Prosp. 118. c. *Locustarum multitudo vexans omnia, radicitusque exterminans.*

℣. 16. Optimè è Græco, præter hoc, *in vobis*, pro quo, εἰς ὑμᾶς, *in vos.*

℣. 17. Gr. προσδέξασθε ἔτι μου τὴν ἁμαρτίαν.

℣. 19. Similiter in Græco. Vide sis Hilar. l. 7. de Trin. col. 921. b.

℣. 20. Ita quoque in Græco.

℣. 21. August. ibid. *Dicitur ad Moysen: Extende manum tuam in cœlum, ut fieret etiam plaga tenebrarum.* Græc. Εἶπε δὲ Κύριος πρὸς Μωυσῆν· Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου εἰς τὸν οὐρανὸν· καὶ γενηθήτω σκότος ἐπὶ γῆς Αἰγύπτου, &c. Unde Tich reg. 5. col. 62. f. ait: *Dabo tenebras super terram tuam.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

22. Extenditque Moyſes manum in cœlum : & factæ ſunt tenebræ horribiles in univerſa terra Ægypti tribus diebus.

Sap. 17. 2. 23. Nemo vidit fratrem ſuum, nec movit ſe de loco in quo erat : ubicunque autem habitabant filii Iſraël, lux erat.

Sap. 18. 1. 24. Vocavitque Pharao Moyſen & Aaron, & dixit eis : Ite, ſacrificate Domino : oves tantùm veſtræ & armenta remaneant, parvuli veſtri eant vobiſcum.

VERSIO ANTIQUA.

22..... *Vide Not.*

23. Et nemo vidit fratrem ſuum tribus diebus..... *Aug. Locut.* 54. *t.* 3. 344. *b.*

24..... Ite, & ſervite Domino Deo veſtro : præter oves & boves relinquite..... *Ibid. Locut.* 55.

VULGATA NOVA.

25. Ait Moyſes : Hoſtias quoque & holocauſta dabis nobis, quæ offeramus Domino Deo noſtro.

VERSIO ANTIQUA. VULGATA NOVA.

Aug. Loc. 56. 344. *c.* 26..... & non relinquemus ungulam..... 26. Cuncti greges pergent nobiſcum : non remanebit ex eis ungula, quæ neceſſaria ſunt in cultum Domini Dei noſtri : præſertim cùm ignoremus quid debeat immolari, donec ad ipſum locum perveniamus.

27. Induravit autem Dominus cor Pharaonis, & noluit dimittere eos.

VULGATA NOVA.

28. Dixitque Pharao ad Moyſen : Recede à me, & cave ne ultra videas faciem meam : quocunque die apparueris mihi, morieris.

29. Reſpondit Moyſes : Ita fiet ut locutus es, non videbo ultra faciem tuam.

VERSIO ANTIQUA.

28..... adtende tibi ultra apponere videre faciem meam..... *Idem Locut.* 57.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 22. Græc. Ἐξέτεινε δὲ Μωυσῆς τὴν χεῖρα εἰς τὸν ὐρανὸν· καὶ ἐγένετο σκότος γνόφος, θύελλα ἐπὶ πᾶσαν γῆν Αἰγύπτου τρεῖς ἡμέρας. Quibus reſpondent iſta ex Ambroſio l. 3. offic. c. 15. to. 2. col. 130. e. *Caligantibus tenebris operta erat terra per triduum, ex quo Moyſes manum levaverat, & tenebras infuderat.* Item illa ex Auct. l. de promiſſ. p. 118. c. *Nona plaga..... tenebræ denſiſſimæ, plenæ imaginibus terroribuſque feralibus.*

℣. 23. *Sic Latini habent*, teſte Auguſtino, qui addit : *Græcus* autem : *Et non vidit nemo fratrem ſuum.* Edit. Rom. Καὶ οὐκ εἶδεν οὐδεὶς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τρεῖς ἡμέρας. Deeſt verò, τρεῖς ἡμέρας, in Mſ. Alex. & aliis exemplaribus.

℣. 24. Auguſt. anteponit iſta : *Pharao dicit ad Moyſen, & Aaron*, pro quibus Græcè, Καὶ ἐκάλεσε Φαραὼ Μωυσῆν καὶ Ἀαρὼν, λέγων· *Et vocavit Pharao Moyſen & Aaron, dicens :* Sequitur in Græco : Βαδίζετε, λατρεύσατε (Mſ. Oxon. cum ed. Compl. Καὶ λατρεύετε) Κυρίῳ τῷ..... πλὴν τῶν προβάτων, quæ redduntur ab Auguſt. ut poſuimus ſupra, hoc addito : *Sic enim habet Græcus. Valde* autem, inquit Auguſt. *inuſitata locutio eſt, niſi poſt diſtinctionem inferatur*, relinquite, & *ſubaudiatur*, iſta, *ut ſit ſenſus :* Ite præter oves & boves, & relinquite iſta : πλήν tamen cum Genitivo, meliùs verteretur, *ſed, tantùm* vel *tamen*, quàm *præter*, legendo ſic abſque virgula poſt *boves : Ite*, & *ſervite Dom. Deo veſtro ; tantùm oves & boves relinquite.*

℣. 26. Ita in Gr. *Quid eſt* autem *aliud*, ait Auguſt. *Non relinquemus ungulam*, niſi, *nec ungulam relinquemus ?*

℣. 28. Ad verbum è Græco : *Pro eo quod eſt*, inquit Aug. *Adtende tibi, ne ultra videas faciem meam.*

CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

1. ET dixit Dominus ad Moyſen : Adhuc unâ plagâ tangam Pharaonem & Ægyptum, & poſt hæc dimittet vos, & exire compellet.

Sup. 3. 22. *Inf.* 12. 35. 2. Dices ergo omni plebi, ut poſtulet vir ab amico ſuo, & mulier à vicina ſua, vaſa argentea & aurea.

VERSIO ANTIQUA.

1. DIcit..... Dominus ad Moyſen : Adhuc unam plagam ego induco in Pharaonem..... *Capitul. ſup. xvii.*

2. Loquere ergo ſecretò in aures populi, & petat unuſquiſque à proximo, & mulier à proxima, vaſa aurea & argentea, & veſtem. *Aug. quæſt.* 39. *in Exod. t.* 3. 432. *b.*

VULGATA NOVA.

3. Dabit autem Dominus gratiam populo ſuo coram Ægyptiis. Fuitque Moyſes vir magnus valde in terra Ægypti, coram ſervis Pharaonis & omni populo.

Eccli. 45. 1.

4. Et ait : Hæc dicit Dominus : Media nocte egrediar in Ægyptum :

5. & morietur omne primogenitum in terra Ægyptiorum, à primogenito Pharaonis qui ſedet in ſolio ejus, uſque ad primogenitum ancillæ quæ eſt ad molam, & omnia primogenita jumentorum. *Inf.* 12. 29.

VULGATA NOVA.

6. Eritque clamor magnus in univerſa terra Ægypti, qualis nec ante fuit, nec poſtea futurus eſt.

7. Apud omnes autem filios Iſraël non mutiet canis ab homine uſque ad pecus : ut ſciatis quanto miraculo dividat Dominus Ægyptios & Iſraël.

VERSIO ANTIQUA.

6. Et erit clamor magnus per omnem terram Ægypti, qualis non fuit, & talis non adhuc apponetur. *Aug. Locut.* 59. *t.* 3. 344. *d.*

7. In filiis autem Iſraël non mutiet canis linguâ ſuâ, ab homine uſque ad pecus.....

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. Εἶπε δὲ Κύριος, &c. ut in Lat. præter hoc, ἐπάξω ἐπὶ, *inducam ſuper*, pro *induco in.*

℣. 2. Similia Gr. habet, præter hoc : *Et mulier à proxima*, quod delet. In Mſ. verò Alex. ac edd. Ald. & Compl. additur, Καὶ γυνὴ παρὰ τῆς πλησίον, ed. Compl. τῆς πλησίον αὐτῆς, deinde tam in Mſ. Vat. quàm in aliis, σκεύη ἀργυρᾶ & χρυσᾶ, &c. Auguſt. locut. 58. de Exod. col. 344. d. rurſus legit : *Et petat unuſquiſque à proximo ſuo, & mulier à proxima, vaſa argentea & aurea, & veſtem.....* Vid. ſup. Not. in Exod. 3. 22.

℣. 6. Sic eſt in Gr. ad verbum.

℣. 7. Itidem Gr. præter hoc primum, Καὶ ἐν πᾶσι τοῖς υἱοῖς, *Et in omnibus filiis ;* in Mſ. Alex. Ἐν δὲ πᾶσι τοῖς υἱοῖς, *In omnibus autem filiis*, &c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

8. Deſcendentque omnes ſervi tui iſti ad me, & adorabunt me, dicentes: Egredere tu, & omnis populus qui ſubjectus eſt tibi: poſt hæc egrediemur.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 40. in Exod. t. 3. 432. e.

9..... Dixit autem Dominus ad Moyſen: Non exaudiet vos Pharao, ut multiplicem ſigna mea & portenta mea in terra Ægypti.

VULGATA NOVA.

9. Et exivit à Pharaone iratus nimis. Dixit autem Dominus ad Moyſen: Non audiet vos Pharao, ut multa ſigna fiant in terra Ægypti.

VULGATA NOVA.

10. Moyſes autem & Aaron fecerunt omnia oſtenta quæ ſcripta ſunt, coram Pharaone. Et induravit Dominus cor Pharaonis, nec dimiſit filios Iſraël de terra ſua.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Similiter in Gr. exceptis his, *ἵνα πληθύνων πληθυτῶ μυ τὰ σημεῖα, καὶ τὰ τέρατα ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, ut multiplicans multiplicem mea ſigna, & portenta in terra Ægypto;* ſed in Mſs. Oxon. & Alex. nec non in edd. Ald. & Compl. deeſt, πληθύνων. Alex. quoque cum iiſdem edd. fert, *τὰ σημεῖά μυ καὶ τὰ τέρατά μυ*, cum Auguſt.

CAPUT XII.

VERSIO ANTIQUA.

Gaud. Brix. ſer. 1. 945. d. b. 946. a.

2. Menſis hic, vobis initium menſium: primus eſt vobis in menſibus anni.

Idem ſer. 3. 948. d. e.

3. Loquere ad omnem ſynagogam filiorum Iſraël, dicens: Decimâ menſis hujus ſumat unuſquiſque ovem per domos familiarum, ovem per ſingulas domos.

4. Quòd ſi pauci erunt in domo, ita ut non ſufficiant ad ovem, aſſumet ſecum vicinum proximum ſuum, ſecundùm numerum animarum, unuſquiſque, quod ſufficiat ſibi, computabit in agno.

5. Agnus autem perfectus, maſculus, anniculus erit vobis: ab agnis & hœdis ſumetis.

6. Et erit vobis ſervatus uſque in quartam decimam menſis hujus: & occident illum omnis multitudo ſynagogæ filiorum Iſraël ad veſperum.

VULGATA NOVA.

1. DIxit quoque Dominus ad Moyſen & Aaron in terra Ægypti:

2. Menſis iſte, vobis principium menſium: primus erit in menſibus anni.

3. Loquimini ad univerſum cœtum filiorum Iſraël, & dicite eis: Decima die menſis hujus tollat unuſquiſque agnum per familias & domos ſuas.

4. Sin autem minor eſt numerus ut ſufficere poſſit ad veſcendum agnum, aſſumet vicinum ſuum qui junctus eſt domui ſuæ, juxta numerum animarum quæ ſufficere poſſunt ad eſum agni.

5. Erit autem agnus abſque macula, maſculus, anniculus: juxta quem ritum tolletis & hœdum.

6. Et ſervabitis eum uſque ad quartamdecimam diem menſis hujus: immolabitque eum univerſa multitudo filiorum Iſraël ad veſperam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Similiter habet Ambroſ. l. 1. Hex. col. 7. d. *Menſis hic, vobis initium menſium: primus eſt vobis in menſibus anni.* Ita quoque in Gr. at epiſt. 23. to. 2. col. 883. a. idem Ambr. legit: *Hic menſis, vobis principium menſium: primus erit in menſibus anni:* & l. 1. Hex. col. 6. f. *Menſis hic, initium menſium erit vobis:* & l. de Noë & arca, c. 20. col. 259. a. *Hic menſis, primus erit vobis in diebus anni.*

℣. 3. Ita in Gr. præter poſtrema, *καθέτωσαν ἕκασος πρόβατον κατ' οἴκυς πατριῶν, ἕκασος πρόβατον κατ' οἰκίαν.* i. e. *Sumant unuſquiſque ovem per domos patriarum, unuſquiſque ovem per domum.* Gaud. loc. cit. *Sumant ovem per domos.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 291. b. *Accipiant ſibi ſinguli ovem per domos tribuum.* Aug. locut. 60. de Exod. to. 3. col. 344. e. *Accipiant ſinguli ovem per domos patriarum:* tum addit: *Quas dicat patrias; non facile eſt intelligere, utrùm civitates, in quibus commanebant, an potiùs numeroſas familias, à cujuſque velut paternitate propagatas: hoc enim magis in Græco ſignificari perhibetur.*

℣. 4. Eadem rurſus habet Gaudent. ſer. 4. col. 949. f. uſque ad vocem *ſecundùm.* In Gr. ſic: *Ἐὰν δὲ ὀλιγοσὶ ὦσιν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ὥσε μὴ εἶναι ἱκανὸς εἰς πρόβατον*, &c. ut in textu Lat. excepto ultimo, *συναριθμήσεται εἰς πρόβατον, connumerabitur ad ovem.* Mſ. Alex. loco *ὦσιν ἐν τῇ οἰκίᾳ*, fert *ὦσιν οἱ ἐν τῇ*, &c. & Auguſt. locut. 61. de Exod. to. 3. col. 344. e. f. *Si autem pauci ſint qui in domo, ita ut non ſint idonei ad ovem, aſſumet ſecum vicinum proximum ſuum, ſecundùm numerum unuſquiſque quod ſufficiat.* Item quæſt. 41. in Exod. col. 432. f. ait: *Quomodo aliquid ſuperabit, cùm hoc præmoniti fuerint, ut ſi domus non habuerit conſumendo pecori idoneam multitudinem, vicini aſſumantur?* Huc etiam ſpectant quæ Ambroſ. dicit epiſt. 7. to. 2. col. 779. c. *Agnum ita patres epulari jubentur, ut ſecundùm numerum animarum epulentur ſuarum, neque plures, neque pauciores; neque aliis plus dari, aliis minus: ſed ſecundùm animas ſingulorum*, &c.

℣. 5. Eadem iterum hab. Gaudent. ſer. 3. col. 948. h. & ſer. 4. col. 949. d. nec diverſa leguntur Græcè, niſi excipias vocem primam *πρόβατον*, loco *agnus autem.* Auguſt. quoque quæſt. 42. in Exod. col. 432. f. legit: *Agnus perfectus, maſculus, anniculus erit vobis;* ſed addit: *Movere poteſt iſta locutio, quaſi agnus poſſit eſſe non maſculus, neſcientem qua neceſſitate ita ſit tranſlatum.* Ovis *enim transferri debuit, quia Græcus πρόβατον habet; ſed πρόβατον in Græca lingua generis neutri eſt*, & *potuerunt quæ ſequuntur omnia convenire, tanquam ſi diceret: Pecus perfectum, maſculum, anniculum erit vobis. Potuit enim Latinè dici, Maſculum pecus..... ovis autem maſculus dici non poſſet..... item ovis maſcula ſi diceretur, eſſet abſurdius. Pecus verò ſi poneretur, etiam aliud intelligeretur, nec ſervaretur ſacramentum, quòd cùm Scriptura de ove loquatur, poſt dicit: Ab agnis & hœdis accipietis illud;* & poſt pauca: *Judæi*, inquit, *hoc eſſe dictum putant: Ab agnis & hœdis accipere; tanquam diceret, vel ab agnis agnum, vel ab hœdis hœdum, ſi illud deſit, ſumi oportere.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 291. b. ſic habet: *Accipiant ſibi ſinguli ovem..... ovem ſine vitio; perfectum, maſculum, anniculum erit vobis: ab agnis & ab hœdis accipietis.* Ambroſ. in Pſ. 39. to. 1. col. 862. c. *Agnus ſine macula; mundus, maturus, maſculus, anniculus erit vobis:* & l. 1. de Abr. c. 5. col. 297. b. *Agnus ſine macula; mundus, conſummatus, anniculus, maſculus erit vobis ab ovibus & hœdis.* Deinde ſic: *Sumetis & occidetis:* ſimiliter epiſt. 23. to. 2. col. 886. b. c. *Agnus ſine macula, mundus, conſummatus*, &c. at infra, *ab ovibus & hœdis ſumetis.* Gr. *Πρόβατον τέλειον, ἄρσεν, ἐνιαύσιον.* Mſ. Oxon. cum edd. Ald. & Compl. *ἄρσεν, ἄμωμον, ἐνιαύσιον.*

℣. 6. Similia prorſus in Gr. niſi excipiatur verbum, *διατετηρημένον, conſervatus*, pro *ſervatus.* Tertul. quoque l. contr. Jud. c. 10. p. 145. a. dicit: *Omne vulgus* (Gr. *τὸ πλῆθος*) *filiorum Iſraël ad veſperum agnum immolaturum eſſe.* Item Cypr. epiſt. 63. p. 109. b. & l. 2. Teſtim. p. 291. b. *Et occident illum omne vulgus ſynagogæ filiorum Iſraël ad veſperam.* Ambroſ. epiſt. 23. to. 2. col. 886. b. c. *Et erit vobis in obſervatione uſque in quartamdecimam menſis hujus:* & *occidetis illum tota multitudo ſynagogæ filiorum Iſraël ad veſperum:* & l. 1. de Abr. c. 5. to. 1. col. 297. b. *Sumetis & occidetis illum tota multitudo ſynagogæ ad veſperum:* at in Pſ. 39. col. 862. c. *Et occidet eum omnis ſynagoga.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

7. Et ſument de ſanguine ejus, ac ponent ſuper utrumque poſtem, & in ſuperliminaribus domorum, in quibus comedent illum.

8. Et edent carnes nocte illa aſſas igni, & azymos panes cum lactucis agreſtibus.

9. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aquâ, ſed tantùm aſſum igni: caput cum pedibus ejus & inteſtinis vorabitis.

10. Nec remanebit quidquam ex eo uſque manè: ſi quid reſiduum fuerit, igne comburetis.

11. Sic autem comedetis illum: Renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinanter: eſt enim Phaſe (id eſt tranſitus) Domini.

12. Et tranſibo per terram Ægypti nocte illa, percutiamque omne primogenitum in terra Ægypti ab homine uſque ad pecus: & in cunctis diis Ægypti faciam judicia, ego Dominus.

13. Erit autem ſanguis vobis in ſignum in ædibus in quibus eritis: & videbo ſanguinem, & tranſibo vos: nec erit in vobis plaga diſperdens quando percuſſero terram Ægypti.

14. Habebitis autem hunc diem in monumentum: & celebrabitis eam ſolemnem Domino in generationibus veſtris cultu ſempiterno.

15. Septem diebus azyma comedetis: in die primo non erit fermentum in domibus veſtris:

VERSIO ANTIQUA.

7. Et accipient de ſanguine ejus, & ponent ſuper duos poſtes, & ſuper limen in domibus, in quibus eum edent in ipſis. *Cypr. l. 2. Teſtim. 291. b.*

8. Et edent carnes ipſa nocte aſſatas igni, & azyma cum picridibus edent.

9. Non edetis de eis crudam, neque coctam in aqua, niſi aſſatam igni: caput cum pedibus & interaneis.

10. Nihil derelinquetis ex eis in mane; & os non confringetis ex eo: quæ autem relicta fuerint de eo uſque in mane, igni crementur.

11. Sic autem comedetis eum: Lumbi veſtri præcincti, & caligæ veſtræ in pedibus veſtris, & bacula veſtra in manibus veſtris, & edetis eum feſtinanter: Paſcha eſt enim Domini.

12. Et pertranſibo in terram Ægyptiorum in nocte illa, & percutiam omne primitivum in Ægypto ab homine uſque ad pecus, & in omni terra Ægypti faciam vindictam, ego Dominus. *Ambr. epiſt. 23. t. 2. 886. c. d.*

13. Et erit vobis ſanguis in ſigno in domibus, in quibus eritis ibi: & videbo ſanguinem, & protegam vos: & non erit in vobis plaga exterminii, & conteram terram Ægypti.

14. Et erit dies hic vobis memorabilis & ſolemnis: & diem feſtum agetis eum Domino in progenies veſtras, legitimum ſempiternum diem feſtum agetis illum.

15. Septem diebus azyma edetis: à primo autem die exterminabitis fermentum de domibus *Gaud. Brix. ſer. 7. 952. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Gr. delet *ejus*, poſt vocem *ſanguine*; & in fine loco *eum edent in ipſis*, habet, καὶ φάγωσιν αὐτὰ ἐν αὐτοῖς, *edent illa in eis*; cætera ſimilia. Mſ. Alex. cum ed. Ald. habet αὐτό, non αὐτά. Ambroſ. epiſt. 23. to. 2. col. 886. b. legit: *Et ſument de ſanguine ejus*, & *ponent ſuper duos poſtes*, & *ſuper limen oſtii domûs*, *in qua manducabunt eum inter ſemetipſos*. Gaud. Brix. ſerm. 3. col. 948. d. *Et ſument de ſanguine*, & *imponent ſuper duos poſtes*, & *ſuper limen in domibus*, *in qaibus manducaturi ſunt eum*. Auguſt. locut. 62. de Exod. to. 3. col. 344. g. *Sument à ſanguine*, & *ponent ſuper duos poſtes*, & *ſuper limen in domibus*, *in quibus manducabunt illas in eis*. Tum addit: *Cùm dixerit*, in quibus, *dixit etiam*, in eis, *more uſitatiſſimo; ſed*, manducabunt illas, *quæritur quas*, & *intelligitur*, carnes; *hoc enim ſequitur*: Et manducabunt carnes, &c..... *Græci autem habent*, κρέας, *id eſt*, carnem, *ſed genere neutro; ideo in Græco eſt*: In domibus, in quibus manducabunt illa in eis. *Eſt verò illa locutio*, *ut priùs diceret* illas, *quàm prædiceret quid in conſequentibus intelligeretur quas dixerit..... ſcilicet*, carnes.

℣. 8. Gr. Καὶ φάγονται τὰ κρέα τῇ νυκτὶ ταύτῃ ὀπτὰ πυρὶ, καὶ ἄζυμα ἐπὶ πικρίδων ἔδονται. *Et manducabunt carnes nocte iſta*, *aſſatas igni*, & *azyma ſuper picrides comedent*. Ambroſ. epiſt. 23. to. 2. col. 886. c. *Manducabunt carnem hanc noctu*, *igni aſſatam*: & ſer. 2. ſi Nobilio fides, *Manducabitis illud cum amaritudine*. Auguſt. locut. 62. de Exod. col. 344. g. *Et manducabunt carnes hac nocte aſſatas igni*. Sed addit: *Quod habent Latini codices*: Qui manducabunt carnem, *Græci habent*, κρέας, *id eſt*, carnem, *ſed genere neutro*.

℣. 9. Gaud. Brix. ſer. 2. col. 946. h. *Non edetis quid ab eo crudum*, *neque coctum in aqua*, *ſed aſſatum igni*. Gr. Οὐκ ἔδεσθε ἀπ' αὐτῶν ὠμὸν, μηδὲ ἡψημένον ἐν ὕδατι, ἀλλ' ἢ ὀπτὰ πυρί, &c. ut ſup.

℣. 10. Gaud. Brix. ubi ſup. *Et non relinquetis ex eo uſque in mane*, & *os non confringetis* (infr. *conteretis*) *ex eo*; *quæ autem ſuperfuerunt ex eo uſque in mane*, *igne cremabitis*. Auguſt. quæſt. 41. in Exod. to. 3. col. 432. f. *Os non conteretis ab eo*; *quæ autem ſuperaverint ab eo in mane*, *igne concremabitis*. Gr. Οὐκ ἀπολείψεται ἀπ' αὐτοῦ ἕως πρωΐ· καὶ ὀστοῦν οὐ συνθρίψετε ἀπ' αὐτοῦ· τὰ δὲ καταλειπόμενα ἀπ' αὐτοῦ ἕως πρωΐ, ἐν πυρὶ κατακαύσετε. At in Mſ. Alex. Οὐκ ἀπολείψεσθε ἀπ' αὐτοῦ ἕως τὸ πρωΐ. In Mſ. Oxon. Οὐ καταλείψεσθε ἀπ' αὐτοῦ. In edit. Compl. Οὐ καταλείψετε ἀπ' αὐτῶν. reliqua ut ſup.

℣. 11. Eadem iterum refert Cypr. l. 3. Teſtim. p. 307. b. præter unum, *calciamenta*, loco *caligæ*. Similiter Hieron. l. 3. in epiſt. ad Epheſ. to. 4. col. 404. b. *Sic manducabitis illud*: *Lumbi veſtri accincti*, & *calciamenta veſtra in pedibus veſtris*, & *baculi veſtri in manibus veſtris*; & *comedetis illud cum feſtinatione*: *Paſcha eſt enim Domini*. Gaud. Brix. ſer. 2. col. 947. c. & 950. a. *Sic autem comedetis illum*: *Sint* (infr. *erunt*) *lumbi veſtri præcincti*, & *calciamenta veſtra in pedib. veſtris*, & *baculi in manib. veſtris*; & *edetis illum feſtinanter*: *Paſcha enim eſt Domini*. Ambroſ. epiſt. 23. to. 2. col. 886. b. *Et edetis illum cum ſollicitudine*: *Paſcha eſt enim Domini*. Tertul. l. contr. Jud. c. 10. p. 145. a. *Et adjecit*, inquit, *Paſcha eſſe Domini*. Græc. Οὕτω δὲ φάγεσθε αὐτό· Αἱ ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμέναι, καὶ τὰ ὑποδήματα (Mſ. Alex. cum edit. Ald. ὑποδήματα ὑμῶν) ἐν τοῖς..... καὶ αἱ βακτηρίαι (Mſ. Alex. cum ed. Ald. βακτηρίαι ὑμῶν) ἐν ταῖς..... καὶ ἔδεσθε αὐτὸ μετὰ σπουδῆς· Πάσχα ἐστὶ Κυρίῳ. Mſ. Alex. Κυρίου. Theodoret. Πάσχα γάρ ἐστι Κυρίου, ut ſup.

℣. 12. Gaud. Brix. ſer. 6. col. 951. c. d. *Tranſibo in terra Ægypti hac nocte*, & *percutiam omne primogenitum in terra Ægypti ab homine uſque ad pecus*: & *in omnibus diis Ægyptiorum faciam vindictam*, *ego Dominus*. Itidem Græcè, præter hoc initio, & infr. ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, *in terra Ægypto*; deinde, ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, *in nocte iſta*.

℣. 13. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 294. c. *Et erit ſanguis in ſigno vobis ſuper domos*, *in quibus ibi eritis*: & *videbo ſanguinem*, & *protegam vos*: & *non erit in vobis plaga diminutionis*, *cùm percutiam terram Ægypti*: ſic iterum epiſt. ad Demetriad. p. 223. uno excepto, *vos eritis*, loco *ibi eritis*. Similiter Gaud. Brix. ſer. 6. col. 951. c. *Et erit ſanguis vobis in ſigno in domibus*, *quibus vos eritis ibi*: & *videbo ſanguinem*, & *protegam vos*: & *non erit in vobis plaga contritionis*, *cùm percuſſero Ægyptum*. Gaudentio favet Græcum, niſi quòd pro *quibus*, ſert, ἐν αἷς, *in quibus*, & loco *plaga contritionis*, &c. ſic, πληγὴ τοῦ ἐκτρίβειν, ὅταν παίω ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, *plaga perditionis*, *quando percutio in terra Ægypto*.

℣. 14. Gr. Καὶ ἔσται ἡ ἡμέρα ὑμῖν αὕτη μνημόσυνον, καὶ ἑορτάσετε αὐτὴν ἑορτὴν Κυρίῳ εἰς πάσας τὰς γενεὰς ὑμῶν, νόμιμον αἰώνιον ἑορτάζετε αὐτήν. Gaud. Brix. ſer. 6. col. 951. c. *Et erit hic dies vobis in memoria*. In Miſſali ad offert. fer. 6. poſt Paſcha, *Erit vobis hæc dies memorialis*: & *diem feſtum celebrabitis ſolemnem Domino in progenies veſtras*, *legitimum ſempiternum diem*. Auguſt. quæſt. 43. in Exod. to. 3. col. 433. b. *Et facietis diem hunc in progenies veſtras*, *legitimum æternum*, *vel æternalem*, *quod Græcè dicitur* αἰώνιον. Similiter contra Priſc. ad Oroſ. to. 8. col. 614. c. *Hoc vobis erit legitimum æternum*, *quod Græcus habet* αἰώνιον.

℣. 15. Ita rurſum Gaudent. infr. col. 952. g. niſi quòd hab. *fermentatum à primo die*, paulòque poſt, *diſperibit anima illa*, &c. ſimiliter ſer. 10. col. 959. e. loco ſecundo legit, *fermentatum*, non *fermentum*. In Gr. ſic: Ἐπτὰ

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Gaud. Br. ubi sup. vestris : omnis qui manducáverit fermentum à primo die usque in septimum diem, disperiet anima illius ex Israël.

16. Et primus dies vocabitur sanctus, & septimus dies vocatus sanctus erit vobis : omne opus servile non facietis, præterquàm quod faciendum erit omni animæ.

VULGATA NOVA.

quicunque comederit fermentatum, peribit anima illa de Israël, à primo die usque ad diem septimum.

16. Dies prima erit sancta atque solemnis, & dies septima eadem festivitate venerabilis : nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad vescendum pertinent.

VULGATA NOVA.

17. Et observabitis azyma : in eadem enim ipsa die educam exercitum vestrum de terra Ægypti, & custodietis diem istum in generationes vestras ritu perpetuo.

Levit. 23. 5. Num. 28. 16. 18. Primo mense, quartadecima die mensis ad vesperam, comedetis azyma, usque ad diem vigesimam primam ejusdem mensis ad vesperam.

19. Septem diebus fermentum non invenietur in domibus vestris : qui comederit fermentatum, peribit anima ejus de cœtu Israël, tam de advenis quàm de indigenis terræ.

20. Omne fermentatum non comedetis : in cunctis habitaculis vestris edetis azyma.

21. Vocavit autem Moyses omnes seniores filiorum Israël, & dixit ad eos : Ite tollentes animal per familias vestras, & immolate Phase.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 46. in Exod. t. 3. 434. a. 22. Accipietis autem fasciculum hyssopi, & tinguentes ex sanguine qui est juxta ostium, linietis super limen, & super ambos postes de sanguine.....

Gaud. Brix. ser. 6. 951. f. g. b. 23..... Transibit Dominus percutere Ægyptios ; & videbit sanguinem in limine, & in utrisque postibus, & pertransibit ostium, & non dimittet exterminatorem intrare in domos vestras.....

24. Et custodies sermonem hunc legitimum tibi ipsi & filiis tuis usque in æternum.

Aug. Locut. 64. 65. t. 3. 345. b. c. 26. Et erit cùm dicent ad vos filii vestri : Quæ est servitus ista ?

27. & dicetis eis : Immolatio pascha hoc Domino.....

28. Et advenientes fecerunt filii Israël, sicut præcepit Dominus Moysi & Aaron, ita fecerunt.

Hieron. cont. Helvid. t. 4. p. 2. 136. d. 29. Factum est autem circa mediam noctem, & Dominus percussit omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis, qui sedebat super thronum ejus, usque ad primogenitum captivæ, quæ est ad lacum, & omne primogenitum pecoris.

Aug. quæst. 44. in Exod. t. 3. 433. d. 30....., & factus est clamor magnus in terra

VULGATA NOVA.

22. Fasciculumque hyssopi tingite in sanguine qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare, & utrumque postem : nullus vestrûm egrediatur ostium domus suæ usque manè. *Heb. 11. 28.*

23. Transibit enim Dominus percutiens Ægyptios : cùmque viderit sanguinem in superliminari, & in utroque poste, transcendet ostium domûs, & non sinet percussorem ingredi domos vestras & lædere.

24. Custodi verbum istud legitimum tibi & filiis tuis usque in æternum.

25. Cùmque introieritis terram, quam Dominus daturus est vobis ut pollicitus est, observabitis cæremonias istas.

26. Et cùm dixerint vobis filii vestri : Quæ est ista religio ?

27. dicetis eis : Victima transitûs Domini est, quando transivit super domos filiorum Israël in Ægypto, percutiens Ægyptios, & domos nostras liberans. Incurvatusque populus adoravit.

28. Et egressi filii Israël fecerunt sicut præceperat Dominus Moysi & Aaron.

29. Factum est autem in noctis medio, percussit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis, qui in solio ejus sedebat, usque ad primogenitum captivæ quæ erat in carcere, & omne primogenitum jumentorum. *Sup. 11. 5. Ps. 104. 36.*

30. Surrexitque Pharao nocte, & omnes ser-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἡμέρας ἄζυμα ἔδεσθε· ἀπὸ δὲ τῆς..... ἀφανιεῖτε ζύμην ἐκ τῶν..... πᾶς ὃς ἂν φάγῃ ζύμην, ἐξολεθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐξ Ἰσραὴλ, ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς πρώτης, ἕως τῆς ἡμέρας τῆς ἑβδόμης.

℣. 16. Sic iterum Gaudent. ser. 10. col. 960. d. e. At ser. 11. col. 961. g. legit : *Septimo autem die Sabbatum est Domini ; non facies in eo ullum opus, nisi quòd fit pro omni anima :* & infra : *Non facies ullum opus tuum in Sabbato, nisi quòd fit pro anima.* August. l. 22. de civit. Dei, c. 30. to. 7. col. 702. b. *Omne opus servile in eo non facietis.* Tertul. l. contr. Jud. c. 4. p. 137. c. legit : *Omne opus servile non facietis in eo, præterquàm quod ad animam pertinet :* & l. contr. Marc. p. 706. b. *Non facies omne opus in ea, nisi quòd fiet omni animæ.* Græc. Καὶ ἡ ἡμέρα ἡ πρώτη κληθήσεται ἁγία· καὶ ἡ ἡμέρα ἡ ἑβδόμη, κλητὴ ἁγία ἔσται ὑμῖν· πᾶν ἔργον λατρευτὸν οὐ ποιήσετε ἐν αὐταῖς, πλὴν ὅσα ποιηθήσεται πάσῃ ψυχῇ, τοῦτο μόνον ποιηθήσεται ὑμῖν. Vid. infr. Not. ad cap. 20. ℣. 10.

℣. 22. Eadem iterum refert August. locut. 63. de Exod. to. 3. col. 345. b. exceptis his paucis : *Sumetis autem vobis..... & tinguetis..... & linietis..... postes de sanguine*, quod postremum *de sanguine* omittit supra. Gr. Λήψεσθε δὲ δέσμην ὑσσώπου, καὶ βάψαντες ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ παρὰ τὴν θύραν, καθίξετε τῆς φλιᾶς (Mss. Alex. ἀπὸ τῆς φλιᾶς, edit. Ald. ἐπὶ τῆς φλιᾶς) &c. ut in Lat.

℣. 23. Gr. Καὶ παρελεύσεται Κύριος πατάξαι τοὺς, &c. ut in Lat. nisi quòd additur iterum, Κύριος, *Dominus*, post verbum παρελεύσεται, *pertransibit*, vel *præteribit ;* & in fine, πατάξαι, *ad percutiendum.*

℣. 24. Gr. Καὶ φυλάξασθε (al. φυλάξεσθε) τὸ ῥῆμα τοῦτο, &c. ut in Lat.

℣. 26. Gr. Καὶ ἔσται, ἐὰν λέγωσι..... Τίς ἡ λατρεία αὕτη ; *Et erit, si dixerint..... Quæ servitus hæc ?*

℣. 27. Ad verbum è Græco.

℣. 28. Itidem Græcè, præter unum ἀπελθόντες, *abeuntes*, loco *advenientes.*

℣. 29. Ita in Gr. nisi excipias seqq. Ἐγενήθη δὲ μεσούσης τῆς νυκτὸς..... ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, ἀπὸ πρωτοτόκου Φαραὼ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου, ἕως..... τῆς ἐν τῷ λάκκῳ, καὶ ἕως πρωτοτόκου παντὸς κτήνους. *Factum est autem, mediante nocte..... in terra Ægypto, à primogenito Pharaonis sedente super thronum, usque ad..... quæ in fovea, & usque ad primogenitum omnis pecoris.* In Mss. Alex. ac edd. Ald. & Compl. καὶ πᾶν πρωτότοκον κτήνους, ut apud Hieron. sup. Similiter habet Ambros. ep. 23. to. 2. col. 887. a. *Factum est circa mediam noctem, & Dominus percussit omne primitivum in terra Ægypti, à primitivo Pharaonis.* Item l. 3. offic. c. 15. col. 130. e. *Moriebatur*, inquit, *omne primogenitum Ægypti*, &c. Vid. etiam August. l. 16. de civit. Dei, c. 43. to. 7. col. 453. f. ubi decem plagas recensens, ultimam addit, de morte *primogenitorum.*

℣. 30. Itidem Græcè, præter hoc, ἐν πάσῃ γῇ Αἰγύπτου, *in omni terra Ægypto :* in Mss. Oxon. ἐν ὅλῃ Αἰγύπτῳ, *in tota Ægypto.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

vi ejus, eunctaque Ægyptus : & ortus est clamor magnus in Ægypto : neque enim erat domus in qua non jaceret mortuus.

31. Vocatisque Pharao, Moyse & Aaron nocte, ait : Surgite & egredimini à populo meo, vos & filii Israël : ite, immolate Domino sicut dicitis.

VERSIO ANTIQUA.

Ægypto : non enim erat domus in qua non erat in ea mortuus. *Aug. ubi sup.*

31. Et vocavit Pharao Moysen & Aaron nocte, & dixit illis : Surgite & exite de populo meo, & vos, & filii vestri : ite, & servite Domino Deo vestro..... *Ambr. epist. 23. 887. a. t. 2.*

VULGATA NOVA.

32. Oves vestras & armenta assumite ut petieratis, & abeuntes benedicite mihi.

33. Urgebantque Ægyptii populum de terra exire velociter, dicentes : Omnes morientur.

VULGATA NOVA.

34. Tulit igitur populus conspersam farinam antequam fermentaretur : & ligans in palliis, posuit super humeros suos.

Sup. 3. 21. & 11. 2. 35. Feceruntque filii Israël sicut præceperat Moyses : & petierunt ab Ægyptiis vasa argentea & aurea, vestemque plurimam.

Ps. 104. 37. 36. Dominus autem dedit gratiam populo coram Ægyptiis ut commodarent eis : & spoliaverunt Ægyptios.

37. Profectique sunt filii Israël de Rameste in Socoth, sexcenta fere millia peditum virorum, absque parvulis.

38. Sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis, oves & armenta & animantia diversi generis multa nimis.

39. Coxeruntque farinam, quam dudum de Ægypto conspersam tulerant : & fecerunt subcinericios panes azymos : neque enim poterant fermentari cogentibus exire Ægyptiis, & nullam facere sinentibus moram : nec pulmenti quidquam occurrerat præparare.

Gen. 12. 40. Habitatio autem filiorum Israël qua manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum.

41. Quibus expletis, eadem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Ægypti.

VERSIO ANTIQUA.

34. Et sumpsit populus conspersam farinam, priusquam fermentaretur massa illorum : & ligaverunt in vestimentis suis, & imposuerunt super humeros suos. *Gaud. Brix. ser. 7. 952. f.*

35. Filii autem Israël fecerunt sicuti præceperat illis Moyses : & petierunt ab Ægyptiis vasa aurea & argentea, & vestem. *Aug. quæst. 45. in Exod. t. 3. 433. g.*

36. Et Dominus dedit gratiam populo suo coram Ægyptiis, & commodaverunt illis : & prædati sunt Ægyptios.

37. Sustulerunt autem filii Israël de Rameste in Socchoth, in sexcenta millia peditum viri, præter infructum. *Aug. quæst. 47. in Exod. t. 3. 434. b.*

39..... Coxerunt conspersum, quod extulerant de Ægypto : subcinericia azyma..... *Gaud. Brix. ser. 7. 952. f.*

40. Incolatus autem filiorum Israël, quem incoluerunt in terra Ægypto, & in terra Chanaan, ipsi, & patres eorum, anni quadringenti triginta. *Aug. quæst. 47. in Exod. t. 3. 434. f. 436. a.*

41. Et factum est post annos quadringentos triginta, egressus est omnis exercitus Domini nocte. *Hieron. in Ezech. 4. t. 3. 721. d. e.*

VULGATA NOVA.

42. Nox ista est observabilis Domini, quando eduxit eos de terra Ægypti : hanc observare de-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 31. Totidem verba in Græco, excepto uno, *οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ*, *filii Israel*, loco *filii vestri*.

℣. 34. Gr. Ἀνέλαβε δὲ ὁ λαὸς τὸ σαῖς αὐτῶν πρὸ τοῦ ζυμωθῆναι· τὰ φυράματα αὐτῶν, ἐνδεδεμένα ἐν τοῖς ἱματίοις αὐτῶν ἐπὶ τῶν ὤμων. *Assumpsit autem populus farinam suam antequam fermentaretur : conspersiones suas, ligatas in vestibus suis super humeros ;* posset etiam verti, *antequam fermentarentur conspersiones suæ, ligatæ.* In Mſ. Oxon. ἐνδεδεμένον, per relationem ad τὸ σαῖς, quod propriè *farina triticea* est, *aquâ subacta ;* quidam ferunt, τὰ σέατα, & ita legit Auguſt. locut. 73. de Deut. col. 370. d. Loquens enim de adipe tritici : *Hoc nomine*, inquit, *etiam farinam solent Græci dicere ; hoc enim habet Græcus in Exodo, ubi scriptum est :* Elevantes farinam ſuper humeros ſuos : *Græcus quippe Interpres, σέατα, posuit, quod sunt* adipes.

℣. 35. Optimè è Græco, niſi excipias verbum *præceperat*, pro quo, συνέταξε, *constituit.*

℣. 36. Sic etiam in Græco.

℣. 37. Ad verbum è Græco, excepto uno, *ſuſtulerunt*, pro quo, ἀπάραντες, *promoventes.* Gaud. Brix. ſer. 7. col. 952. f. legit : *Egressi autem cùm venissent in Socbot.* Ad hoc autem, *instructum*, addit Auguſt. ubi ſup. *vel censum :* deinde, *ſi isto modo potest rectè interpretari quod Græcus habet, ἀποσκευήν, quo verbo non solùm mobilia, verumetiam moventia significari indicat Scriptura.* Et poſt pauca : *Græcus, ἀποσκευήν, habet* (Gen. 43. 8.) *ubi*, ſubſtantiam, *Latinus interpretatus est, quod aliquando*, cenſum, *interpretantur nostri : sicut nunc*, inſtructum, *dicere voluimus, dum tamen eo nomine, & homines, & jumenta, vel omnia pecora intelligantur ; ubi etiam utrùm & uxores possint intelligi, nescio. Sexcenta tamen millia peditum, cùm Scriptura commemoret, addens & dicens*, excepto inſtructu, *vel* cenſu, *vel* ſubſtantia, *vel ſi quo alio verbo melius interpretatur, ἀποσκευή, manifestum est homines significatos, sive in servis, sive in mulieribus*, &c. & infra, col. 436. e. ait : *Non esse mirum quòd in sexcentis millibus peditum egressus est populus ex Ægypto, excepto cætero apparatu*, &c. Vid. ſup. Not. ad Geneſ. 15. 13.

℣. 39. Itidem Græcè, niſi excipias votem, τὸ σαῖς, *farinam*, loco *conspersum.* Anon. ap. Ambroſ. to. 2. col. 4. f. legit : *Et fecerunt ex farina subcinericios azymos.*

℣. 40. Similiter in Græco, niſi quòd loco, *incolatus..... quem incoluerunt*, exſtat, κατοίκησις..... ἣν κατῴκησαν, *habitatio..... quam habitaverunt*, omittiturque infra, *ipsi, & patres eorum.* At in Mſ. Alex. edit.que Ald. legitur, παροίκησις..... ἣν παρῴκησαν..... Χαναὰν, ἢ οἱ πατέρες αὐτῶν. In Mſ. Oxon. ac edit. Compl. ἣν κατῴκησαν, αὐτοὶ, ἢ οἱ πατέρες αὐτῶν. Auguſt. eandem ſcripturam confirmat infra dicens : *Non enim dixit : Incolatus filiorum Israel, quem incoluerunt in terra Ægypto*, anni CCCCXXX. *ſed apertè dixit : Quem incoluerunt in terra Ægypto, & in terra Chanaan, ipsi, & patres eorum.* Hieron. verò in Ezech. 4. to. 3. col. 721. d. è. legit : *Habitatio autem filiorum Israel, qua habitaverunt in terra Ægypti, anni quadringinti triginta.* Contrà Julius Hilario Bibl. PP. Lugd. to. 6. col. 374. g. *Habitatio autem filiorum Israel, qua habitaverunt in terra Ægypti, & in terra Chanaan, ipsi, & patres eorum*, annis CCCCXXX. Similiter Anon. ap. Ambr. to. 2. col. 4. f. *Habitatio filiorum Israel, quam habitaverunt, ipsi, & patres eorum, in terra Ægypti*, ſed annos filet. Tichon. reg. 5. col. 60. g. quadringintos illos triginta annos admittit. Lactant. autem l. 4. Inſtit. c. 10. p. 574. *annos* tantùm *trecentos triginta* memorat, errore forſan librarii, nam in Mſ. Cantabr. legitur, *quadringentos* ; de hoc annorum numero, vid. Auguſt. ubi ſup. & Not. ad Gen. 15. 13.

℣. 41. Ita in Græco, præter ultima hæc, δύναμις Κυρίου ἐκ γῆς Αἰγύπτου νυκτός, *virtus Domini de terra Ægypti nocte*, loco, *exercitus Domini nocte :* at in edit. Compl. le-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

bent omnes filii Iſraël in generationibus ſuis.
43. Dixitque Dominus ad Moyſen & Aaron : Hæc eſt religio Phaſe : Omnis alienigena non comedet ex eo.
44. Omnis autem ſervus emptitius circumcidetur, & ſic comedet.
45. Advena & mercenarius non edent ex eo.

VERSIO ANTIQUA.

Cypr. ep. 76. 153. a. Hilar. in Pſ. 138. 510. c.

46. In domo una comedetur, non ejicietis de domo carnem foras, os ejus non confringetis.

VULGATA NOVA.

46. In una domo comedetur, nec efferetis de carnibus ejus foras, nec os illius confringetis. *Num. 9. 12. Joan. 19. 36.*

VULGATA NOVA.

47. Omnis cœtus filiorum Iſraël faciet illud.
48. Quòd ſi quis peregrinorum in veſtram voluerit tranſire coloniam, & facere Phaſe Domini, circumcidetur priùs omne maſculinum ejus, & tunc rite celebrabit : eritque ſicut indigena terræ : ſi quis autem circumciſus non fuerit, non veſcetur ex eo.
49. Eadem lex erit indigenæ & colono qui peregrinatur apud vos.
50. Feceruntque omnes filii Iſraël ſicut præceperat Dominus Moyſi & Aaron.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 66. t. 3. 345. c.

51. Et factum eſt in die illa, eduxit Dominus filios Iſraël de terra Ægypti.....

VULGATA NOVA.

51. Et eadem die eduxit Dominus filios Iſraël de terra Ægypti per turmas ſuas.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

gitur, σρατιά, *non* δύναμις.

℣. 46. Eadem iterum legit Cypr. l. de unit. Eccleſ. p. 196. c. & l. 3. Teſtim. p. 326. a. uſque ad *os*, ut ſup. nec aliter in Græco, niſi excipias hæc, Καὶ οὐκ ἐξοίσετε..... τῶν κρεῶν ἔξω, *& non efferetis..... de carnibus foras* ; deinde ſic, ἐν οἴκῳ ἓ συντρίψετε ἀπ' αὐτοῦ. Auct. l. de promiſſ. apud Proſperum, part. 3. c. 25. col. 179. c. *Os non comminuetis ex eo.*

℣. 51. Itidem Græcè.

CAPUT XIII.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 67. 1. 345. c.

1. AIt autem Dominus ad Moyſen, dicens :

VULGATA NOVA.

1. LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens :
2. Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vulvam in filiis Iſraël, tam de hominibus quàm de jumentis : mea ſunt enim omnia. *Inf. 34. 19. Lev. 27. 26.*
3. Et ait Moyſes ad populum : Mementote diei hujus in qua egreſſi eſtis de Ægypto & de domo ſervitutis, quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco iſto : ut non comedatis fermentatum panem. *Num. 8. 16. Luc. 2. 23.*

Anon. ap. Ambr. t. 2. 4. f.

3. Dixit Moyſes ad populum : Recordamini diei hujus, in qua egreſſi eſtis ex Ægypto ex domo ſervitutis, in manu enim forti eduxit vos hinc Dominus.....

VULGATA NOVA.

4. Hodie egredimini menſe novarum frugum.
5. Cùmque introduxerit te Dominus in terram Chananæi & Hethæi & Amorrhæi & Hevæi & Jebuſæi, quam juravit patribus tuis ut daret tibi, terram fluentem lacte & melle, celebrabis hunc morem ſacrorum menſe iſto.

VERSIO ANTIQUA.

Idem 5. a.

6. Sex dies comedetis azyma : at die ſeptima feſtum Domino.
7..... non apparebit ibi fermentatum.....

VULGATA NOVA.

6. Septem diebus veſcêris azymis : & in die ſeptimo erit ſolemnitas Domini.
7. Azyma comedetis ſeptem diebus : non apparebit apud te aliquid fermentatum, nec in cunctis finibus tuis.
8. Narrabiſque filio tuo in die illo, dicens : Hoc eſt quod fecit mihi Dominus quando egreſſus ſum de Ægypto.

Aug. quæſt. 48. in Exod. t. 3. 437. b.

9..... erit tibi in ſignum ſuper manum tuam.....

VULGATA NOVA.

9. Et erit quaſi ſignum in manu tua, & quaſi monumentum ante oculos tuos : & ut lex Domini ſemper ſit in ore tuo, in manu enim forti eduxit te Dominus de Ægypto.
10. Cuſtodies hujuſcemodi cultum ſtatuto tempore à diebus in dies.

Ambr. l. 1. de Cain & Abel, c. 10. t. 1. 202. f.

11. Et erit cùm inducet te Deus in terram Chananæorum, ſicut juravit patribus tuis, & dabit tibi :

VULGATA NOVA.

11. Cùmque introduxerit te Dominus in terram Chananæi, ſicut juravit tibi & patribus tuis, & dederit tibi eam :
12. ſeparabis omne quod aperit vulvam Domino, & quod primitivum eſt in pecoribus tuis : *Inf. 22. 29. & 34. 19. Ezech. 44. 30.*

12. tolles omne quod aperit vulvam maſculinum Domino, omne quod aperit vulvam de

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ad verbum è Græco.

℣. 3. Similia prorſus in Græco, præter hoc, Ἐκ γῆς Αἰγύπτου, *de terra Ægypti*, pro *ex Ægypto*.

℣. 6. Ita in Græco, excepta voce ult. Κυρίῳ, *Domini*, at in edit. Compl. ἑορτὴ Κυρίῳ, ut ſup.

℣. 7. Error fortè librarii eſt, *ibi*, pro *tibi*, nam in Græco conſtanter, οὐκ ὀφθήσεταί σοι ζυμωτόν.

℣. 9. Gr. Καὶ ἔσαι σοι σημεῖον ἐπὶ τῆς, &c. at in editt. Ald. & Compl. σοὶ εἰς σημεῖον, ut ſup.

℣. 11. Gr. Καὶ ἔσαι ὡς ἂν εἰσαγάγῃ σε Κύριος ὁ Θεός σου εἰς, &c. *Et erit cùm introduxerit te Dominus Deus tuus in*, &c. ut ſup. niſi quòd addit in fine, αὐτήν, *eam*, ad vocem *tibi*.

℣. 12. Eadem iterum refert Ambroſ. infra l. 2. c. 1. col. 205. e. exceptis ſeqq. *Separabis omne quod..... de pecoribus quæ ſunt tibi, maſculinum, ſanctifica Domino.* Au-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
quidquid habueris maſculini ſexus, conſecrabis Domino.	armentis & pecoribus tuis: quæcunque nata fuerint tibi maſculina, ſanctifica Domino.	*Ambr. ubi ſup.*
13. Primogenitum aſini mutabis ove: quòd ſi non redemeris, interficies. Omne autem primogenitum hominis de filiis tuis, pretio redimes.	13. Omne quod aperit vulvam aſinæ, mutabis illud ove: ſi autem non mutabis, redimes illud.....	
14. Cùmque interrogaverit te filius tuus cras, dicens: Quid eſt hoc? reſpondebis ei: In manu forti eduxit nos Dominus de terra Ægypti, de domo ſervitutis.		
15. Nam cùm induratus eſſet Pharao, & nollet nos dimittere, occidit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito hominis uſque ad primogenitum jumentorum: idcirco immolo Domino omne quod aperit vulvam maſculini ſexus, & omnia primogenita filiorum meorum redimo.	15..... propter hoc ego immolo Domino omne quod aperit vulvam maſculina.....	*Aug. Locut. 70. t. 3. 345. e.*
Deut. 6. 8. 16. Erit igitur quaſi ſignum in manu tua, & quaſi appenſum quid, ob recordationem, inter oculos tuos: eò quòd in manu forti eduxit nos Dominus de Ægypto.	16. Et erit in ſignum ſuper manum tuam.....	
17. Igitur cùm emiſiſſet Pharao populum, non eos duxit Deus per viam terræ Philiſthiim quæ vicina eſt: reputans ne fortè pœniteret eum, ſi vidiſſet adversùm ſe bella conſurgere, & reverteretur in Ægyptum.	17. Cùm autem dimiſit Pharao populum, non deduxit eos Deus viam terræ Philiſtiim, quia prope erat: dixit enim Deus: Nequando pœniteat populum, cùm viderit prælium, & revertatur in Ægyptum.	*Aug. quæſt. 49. in Ex. t. 3. 437. d.*
18. Sed circumduxit per viam deſerti, quæ eſt juxta mare rubrum: & armati aſcenderunt filii Iſraël de terra Ægypti.	18..... Quinta autem progenie aſcenderunt filii Iſraël de terra Ægypti.	*Idem quæſt. 50. 437. e.*

VULGATA NOVA.	
19. Tulit quoque Moyſes oſſa Joſeph ſecum: eò quòd adjuraſſet filios Iſraël, dicens: Viſitabit vos Deus, efferte oſſa mea hinc vobiſcum. *Gen. 50. 24.*	20. Profectique de Socoth caſtrametati ſunt in Etham in extremis finibus ſolitudinis.

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
21. Dominus autem præcedebat eos ad oſtendendam viam, per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: ut dux eſſet itineris utroque tempore. *Num. 14. 14. 2. Eſdr. 9. 19. 1. Cor. 10. 1.*	21. Deus autem præibat illos, die quidem in columna nubis, & oſtendebat illis viam; nocte autem in columna ignis.	*Aug. l. 2. de Trin. t. 8. 786. c.*
22. Nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem, coram populo.	22. Et non deficiebat columna nubis die, & columna ignis nocte, ante populum.	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

guſt. locut. 68. de Exod. to. 3. col. 345. c. legit: *Omne adaperiens vulvam maſculina*; ſubinde ſic: *Omne quod adaperit vulvam de armentis*, & *de pecoribus quæcunque tibi nata erunt*: Gr. Καὶ ἀφελεῖς (Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. ἀφοριεῖς) πᾶν διανοῖγον μήτραν, τὰ ἀρσενικὰ τῷ Κυρίῳ· πᾶν διανοῖγον μήτραν ἐκ βυκολίων, ἢ ἐν τοῖς κτήνεσί σου, ὅσα ἐὰν γένηταί σοι, τὰ ἀρσενικὰ ἁγιάζεις τῷ Κυρίῳ.

℣. 13. Rurſus Ambroſ. infra, l. 2. c. 2. col. 209. a. *Omne quod aperit vulvam aſina, mutabis ove*; & poſt pauca: *Si autem non mutabis, redimes*. Gr. Πᾶν διανοῖγον μήτραν ὄνου, ἀλλάξεις (edit. Ald. αὐτὸ ἀλλάξεις) προβάτῳ· ἐὰν δὲ μὴ ἀλλάξῃς, λυτρώσῃ αὐτό, &c. Auguſt. locut. 69. de Exod. col. 345. d. *Omne adaperiens vulvam aſina*; tum addit: *Græcus habet*, aſini, *modo illo locutionis..... ubi maſculinum pro feminino poſitum eſt*. At vox Græca, ὄνος, utriuſque generis eſt; quod attendere potuiſſet Auguſtinus.

℣. 15. Gr. Διὰ τοῦτο ἐγὼ θύω πᾶν διανοῖγον μήτραν, τὰ ἀρσενικὰ τῷ Κυρίῳ.

℣. 16. Ita in Græco eſt.

℣. 17. Similia prorſus in Græco, niſi quòd, pro *pœniteat*, & *revertatur*, legitur, μεταμεληθῇ..... ἀποστρέψῃ· at in edit. Compl. ἀποστρέφῃ.

℣. 18. Itidem Græcè. Addit Auguſt. ibid. *Has autem dicit* progenies *Latinus Interpres*, *quas* γενεὰς *Græci vocant*, *quæ in Evangelio*, generationes, *appellantur*. Similiter habet Damaſus ap. Hieron. to. 2. col. 562. b. *Quinta autem progenie exierunt* (Gr. ἀνέβησαν) *filii Iſraël de terra Ægypti*. At Hieron. ad éundem, ibid. col. 567. a. *Ubi LXX.* inquit, *poſuerunt*: Quinta autem generatione aſcenderunt filii Iſraël de terra Ægypti, *Aquila ita tranſtulit*: Καὶ ἐνοπλισάμενοι, &c. Item quæſt. Hebr. to. 2. col. 521. b. *Quinta autem generatione egreſſi ſunt filii Iſraël*, &c. ut ſup. Tichon. reg. 5. col. 61. h. *Quinta autem generatione aſcendit populus ex Ægypto*.

℣. 21. Eadem ſunt in Græco, exceptis duobus his, ἡγεῖτο, *ducebat*, loco *præibat*, & δεῖξαι, *oſtendere*, vel *ad oſtendendam*, loco & *oſtendebat*. Similiter Cypr. l. 2. Teſtim. p. 286. b. *Deus autem præibat eos*, *die quidem per columnam nubis*, *oſtendere illis iter*; *noctu autem in columna ignis*. Item Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 1022. d. *Deus præibat illis iter*, *die quidem in columna nubis*, *oſtendens illis viam*; *noctu autem in columna ignis*.

℣. 22. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1022. d. *Et non deficiebat columna nubis in die*. Anon. ap. Ambr. to. 2. col. 5. f. *Et non defecit columna nubis in die*, & *columna ignis in nocte*, *coram omni populo*. Ita quoque in Græco, præter hoc, οὐκ ἐξέλιπε δὲ, *non defecit autem*; detracto utroque, *in*, ante *die*, & *nocte*.

CAPUT XIV.

VULGATA NOVA.	
1. LOcutus eſt autem Dominus ad Moyſen, dicens:	regione Phihahiroth, quæ eſt inter Magdalum & mare contra Beelſephon: in conſpectu ejus caſtra ponetis ſuper mare.
2. Loquere filiis Iſraël: Reverſi caſtrametentur è	

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

3. Dicturusque est Pharao super filiis Israël : Coarctati sunt in terra, conclusit eos desertum.
4. Et indurabo cor ejus, ac persequetur vos : & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu ejus : scientque Ægyptii quia ego sum Dominus. Fecerunt-que ita.

VERSIO ANTIQUA.

Anon. ap. Ambr. t. 2. 6. a. 5..... Quid fecimus ut dimitteremus filios Israël, ut non servirent nobis?

VULGATA NOVA.

5. Et nunciatum est regi Ægyptiorum quòd fugisset populus : immutatumque est cor Pharaonis & servorum ejus super populo, & dixerunt : Quid voluimus facere ut dimitteremus Israël, ne serviret nobis?

6. Junxit ergo Pharao currus suos.....

6. Junxit ergo currum, & omnem populum suum assumpsit secum.

VULGATA NOVA.

7. Tulitque sexcentos currus electos, & quidquid in Ægypto curruum fuit : & duces totius exercitus.
8. Induravitque Dominus cor Pharaonis regis Ægypti, & persecutus est filios Israël : at illi egressi erant in manu excelsa.
9. Cùmque persequerentur Ægyptii vestigia præcedentium, repererunt eos in castris super mare : omnis equitatus & currus Pharaonis, & universus exercitus, erant in Phihahiroth contra Beelsephon.
10. Cùmque appropinquasset Pharao, levantes filii Israël oculos, viderunt Ægyptios post se : & timuerunt valde : clamaveruntque ad Dominum,

1. Mac. 4. 9. Jos. 24. 6.

VERSIO ANTIQUA.

Cyp. ep. ad Fort. 266. b. 11..... Quid hoc nobis fecisti, in ejiciendo nos de Ægypto?

VULGATA NOVA.

11. & dixerunt ad Moysen : Forsitan non erant sepulcra in Ægypto, ideo tulisti nos ut moreremur in solitudine : quid hoc facere voluisti, ut educeres nos ex Ægypto?

12..... Melius est nobis servire Ægyptiis, quàm mori in solitudine hac.

12. Nonne iste est sermo, quem loquebamur ad te in Ægypto, dicentes : Recede à nobis, ut serviamus Ægyptiis? multò enim melius erat servire eis, quàm mori in solitudine.

13. Et dixit Moyses ad populum : Fidite : & state, & cernite salutem quæ à Domino est, quam vobis faciet hodie : sicut enim vidistis Ægyptios hodie, non apponetis ampliùs videre eos in æternum tempus.

Aug. quæst. 51. in Exod. t. 3. 437. f.

13. Et ait Moyses ad populum : Nolite timere : state, & videte magnalia Domini quæ facturus est hodie : Ægyptios enim, quos nunc videtis, nequaquam ultra videbitis usque in sempiternum.

Cyp. ep. ad Fort. 266. b. 14. Dominus ipse pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.

14. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.

Anon. de prad. Dei. ap. Prosp. p. 1. c. 38. 119. e. 15. Dixit Dominus ad Moysen : Quid clamas ad me? Dic filiis Israël, & jungant se.

15. Dixitque Dominus ad Moysen : Quid clamas ad me? Loquere filiis Israël ut proficiscantur.

16. Et tu leva virgam tuam super mare, & divide illud : & intrent filii Israël per medium mare, per siccum.

16. Tu autem eleva virgam tuam, & extende manum tuam super mare, & divide illud : ut gradiantur filii Israël in medio mari per siccum.

17. Ego enim indurabo cor Pharaonis, & Ægyptiorum omnium ut insequantur eos : & magnificabor in Pharaone, & in omni exercitu ejus.....

17. Ego autem indurabo cor Ægyptiorum ut persequantur vos : & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu ejus, & in curribus & in equitibus ejus.

18. Et scient Ægyptii quia ego sum Dominus, cùm glorificatus fuero in Pharaone, & in curribus atque in equitibus ejus.

Cyp. l. 2. Testim. 286. b. 19. Promovit autem angelus Dei, qui præcedebat exercitum filiorum Israël.....

19. Tollensque se angelus Dei, qui præcedebat castra Israël, abiit post eos : & cum eo

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Gr. Τί τοῦτο ἐποιήσαμεν, τοῦ ἐξαποστεῖλαι τοὺς, &c. ut in Lat.

℣. 6. Sic est in Græco.

℣. 11. Ita in Græco, præter unum, ἐξαγαγών, *educens*, pro *in ejiciendo nos.*

℣. 12. Gr. Κρεῖσσον γὰρ ἡμᾶς δουλεύειν, &c. ut in Lat. In edit. Compl. γὰρ ἦν ἡμᾶς.

℣. 13. Ita Cypr. usque ad hoc, *sicut enim*; reliqua ex Augustino; qui etiam August. priora sic habet : *Confidite, & state, & videte salutem, quæ est à Domino, quam faciet vobis hodie.* Ita quoque in Græco, nisi quòd deest &, ante *state*, & *videte*, nec non *est*, ante *à Domino*, paulòque post pro *vobis*, legitur, ἡμῖν, *nobis*; reliqua ut in Lat.

℣. 14. Itidem Græcè, præter vocem *ipse*, quæ abest. S. Paulin. ep. 38. p. 234. a. legit : *Vos tacebitis, & Dominus pugnabit pro vobis.*

℣. 15. Eadem sunt in Græco, præter duo, λάλησον, *loquere*, pro *dic*, & ἀναζεύξάτωσαν, *disjungant*, vel *castra moveant*, pro *jungant se.* Hilar. in Ps. 118. col. 353. a. priora sic hab. *Dixit autem Dominus ad Moysen : Quid proclamas ad me?* Item in Ps. 140. col. 534. c. *Quid proclamas?* Ambr. verò in Ps. 38. & 118. col. 845. b. 1211. d. f. *Quid clamas?* August. quæst. 52. in Exod. to. 3. col. 438. a. *Dixit Dominus ad Moysen : Quid tu clamas ad me?*

℣. 16. August. quæst. 13. in Exod. to. 3. col. 438. a. priora sic habet : *Et tu eleva virgam tuam, & extende manum tuam super mare.* Ita quoque in Græco, præter hoc, τῇ ῥάβδῳ σου, *virga tua*, loco *virgam tuam.* Ms. tamen Alex. cum edd. Ald. & Compl. fert, τὴν ῥάβδον σου· subinde, ῥῆξον, *finde*, pro *divide*, & εἰς μέσον τῆς θαλάσσης, *in medium maris*, loco *per medium mare*; cætera similia.

℣. 17. Dissimilia pauca in Græco, nempe seqq. Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ σκληρυνῶ..... καὶ εἰσελεύσονται ὀπίσω αὐτῶν, καὶ ἐνδοξασθήσομαι, &c. *Et ecce ego indurabo.....* & *ingredientur post eos*, & *glorificabor*, &c.

℣. 19. Gr. Ἔξηρε δὲ ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ ὁ προπορευόμενος τῆς παρεμβολῆς τῶν. *Promovit autem angelus Dei qui præcedebat castra*, &c. ut sup.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

pariter columna nubis, priora dimittens, poſt tergum

20. ſtetit, inter caſtra Ægyptiorum & caſtra Iſraël : & erat nubes tenebroſa, & illuminans noctem, ita ut ad ſe invicem toto noctis tempore accedere non valerent.

21. Cùmque extendiſſet Moyſes manum ſuper mare, abſtulit illud Dominus flante vento vehementi & urente tota nocte, & vertit in ſiccum : diviſaque eſt aqua.

VULGATA NOVA.

Pſ. 77. 13. & 113. 3. Heb. 11. 29. 22. Et ingreſſi ſunt filii Iſraël per medium ſicci maris : erat enim aqua quaſi murus à dextra eorum & læva.

23. Perſequenteſque Ægyptii ingreſſi ſunt poſt eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus ejus & equites, per medium maris.

Sap. 18. 15. 24. Jamque advenerat vigilia matutina, & ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum :

25. & ſubvertit rotas curruum, ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo Ægyptii : Fugiamus Iſraëlem : Dominus enim pugnat pro eis contra nos.

26. Et ait Dominus ad Moyſen : Extende manum tuam ſuper mare, ut revertantur aquæ ad Ægyptios ſuper currus & equites eorum.

27. Cùmque extendiſſet Moyſes manum contra mare, reverſum eſt primo diluculo ad priorem locum : fugientibuſque Ægyptiis occurrerunt aquæ, & involvit eos Dominus in mediis fluctibus.

28. Reverſæque ſunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerant mare : nec unus quidem ſuperfuit ex eis.

VERSIO ANTIQUA.

22..... filii Iſraël perrexerunt per ſiccum in medio maris : & aqua erat eis murus à dextris, & murus à ſiniſtris. *Anon. ap. Ambr. t. 2. 6. c.*

24..... reſpexit enim ſuper caſtra Ægyptiorum..... *Hilar. in Pſ. 118. 345. b.*

25. & colligavit axes curruum eorum.....

27..... & excuſſit Dominus Ægyptios in medium maris. *Aug. Locut. 72. t. 3. 345. e.*

28. Et reverſa aqua cooperuit currus, & aſcenſores, & omnem exercitum Pharaonis, qui ingreſſi fuerunt poſt eos in mare : & non relictus eſt ex eis ullus. *Anon. ap. Ambr. t. 2. 6. d.*

VULGATA NOVA.

29. Filii autem Iſraël perrexerunt per medium ſicci maris, & aquæ eis erant quaſi pro muro à dextris & à ſiniſtris :

30. liberavitque Dominus in die illa Iſraël de manu Ægyptiorum.

VULGATA NOVA.

31. Et viderunt Ægyptios mortuos ſuper littus maris, & manum magnam quam exercuerat Dominus contra eos : timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moyſi ſervo ejus.

VERSIO ANTIQUA.

31..... Vidit autem Iſraël manum magnam quæ fecit Dominus Ægyptiis..... *Aug. Locut. 73. t. 3. 345. e.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 22. Gr. Καὶ εἰσῆλθον οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ εἰς μέσον τῆς θαλάσσης κατὰ τὸ ξηρόν· ἡ δὲ ὕδωρ αὐτῆς (Mſ. Alex. αὐτοῖς) τεῖχος, &c. *Et ingreſſi ſunt filii Iſrael in medium maris per ſiccum : & aqua ejus* (vel *eis*) *murus*, &c. ut ſup.

℣. 24. Gr. Καὶ ἐπέβλεψε Κύριος ἐπὶ, &c. ut in Lat.

℣. 25. Ad verbum è Græco.

℣. 27. Addit Auguſt. ibid. *Græcus habet : Et excuſſit Dominus Ægyptios medium maris :* nunc etiam ſic legitur Græcè, abſque *in*, ante *medium* ; Mſ. tamen Oxon. cum edd. Ald. & Compl. fert, εἰς μέσον τῆς θαλάσσης.

℣. 28. Similia prorſus in Græco, niſi excipias vocem, δύναμιν, *virtutem*, loco *exercitum* ; & in fine οὐδὲ εἷς, *ne quidem unus*, loco *ullus*. Tantam Ægyptiorum ſtragem memorat Tertul. l. de Pœnit. c. 12. p. 170. b. dicens : *Ægyptius imperator, qui populum Dei aliquando afflictum diu Domino ſuo denegatum perſecutus, in prælium irruit..... diſſidio maris, quod ſoli populo perviùm licebat, revolutis fluctibus perit.* Similiter Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 43. to. 7. col. 453. f. *Ad extremum Iſraëlitas*, inquit, *Ægyptii in mari rubro, dum perſequuntur, extincti ſunt. Illis quippe abeuntibus diviſum mare viam fecit : hos autem inſequentes in ſe rediens unda ſubmerſit.*

℣. 31. Ita in Græco ad verbum.

CAPUT XV.

VULGATA NOVA.

1. TUnc cecinit Moyſes & filii Iſraël carmen hoc Domino, & dixerunt :

Sap. 10. 20. Cantemus Domino : gloriosè enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorem dejecit in mare.

VERSIO ANTIQUA.

1. TUnc cantavit Moyſes & filii Iſraël canticum hoc Domino, & dixerunt dicere : Cantemus Domino : gloriosè enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorem dejecit in mare. *Aug. Locut. 74. t. 3. 345. f.* *Ex Mſ. cod. S. Michaëlis ſup. Moſam, vulgò* S. Mihiel, *& aliis codd. antiq.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita ex Auguſt. uſque ad verbum *Cantemus* ; nec aliter in Græco, exceptis duobus, Θεῷ *Deo*, pro *Domino*, (al. τῷ Κυρίῳ) & λέγοντες, *dicentes*, pro *dicere*. Obſervat tamen Auguſt. ibid. in Græco legi : *Et dixerunt dicere ; ſic enim habet Græcus*, inquit, Καὶ εἶπαν λέγειν. Et quidem Mſ. Alex. ac edit. Ald. nunc ferunt, εἶπαν τῷ λέγειν. Quæ ſequuntur congruunt cum lat. cod. S. Mich. niſi excipias verbum, δεδόξασαι, *glorificatus eſt*, loco *magnificatus eſt*. In Miſſali Rom. ad Tract. Sabbati S. *Cantemus Domino : gloriosè enim honorificatus eſt, equum & aſcenſorem projecit in mare.* Itidem in Breviar. Mozar. & in Pſalt. Sorb. ac Rom. Thomaſii, nec non

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſs. codd. ſup. 2. Adjutor, & protector factus eſt mihi in ſalutem : iſte Deus meus, & glorificabo eum : Deus patris mei, & exaltabo eum.

3. Dominus conterens bella, Dominus nomen eſt ei.

4. Currus Faraonis & exercitum ejus projecit in mare : electos aſcenſores ternos ſtantes demerſit in rubro mari.

5. Pelago cooperuit eos, devenerunt in profundum tanquam lapis.

6. Dextera tua, Domine, glorificata eſt in virtute : dextera manus tua, Domine, confregit inimicos.

7. Et per multitudinem gloriæ tuæ contribulaſti adverſarios : miſiſti iram tuam, & comedit illos tanquam ſtipulam.

8. Et per ſpiritum iræ tuæ diviſa eſt aqua : gelaverunt tanquam murus aquæ, gelaverunt fluctus in medio mari.

9. Dixit inimicus : Perſequens comprehen-

VULGATA NOVA.

2. Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem : iſte Deus meus, & glorificabo eum : Deus patris mei, & exaltabo eum. *Pſ.* 117. 14. *Iſa.* 12. 2.

3. Dominus quaſi vir pugnator, Omnipotens nomen ejus.

4. Currus Pharaonis & exercitum ejus projecit in mare : electi principes ejus ſubmerſi ſunt in mari rubro.

5. Abyſſi operuerunt eos, deſcenderunt in profundum quaſi lapis.

6. Dextera tua, Domine, magnificata eſt in fortitudine : dextera tua, Domine, percuſſit inimicum.

7. Et in multitudine gloriæ tuæ depoſuiſti adverſarios tuos : miſiſti iram tuam, quæ devoravit eos ſicut ſtipulam.

8. Et in ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ : ſtetit unda fluens, congregatæ ſunt abyſſi in medio mari.

9. Dixit inimicus : Perſequar, & comprehen-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in Mſs. Corb. & Remenſi. Sic etiam legit Hieron. ep. ad Euſtoch. to. 4. col. 249. a. & ad Fabiol. to. 2. col. 590. a. at epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. col. 634. b. ait : *Sciendum quòd ubicunque in Græco ſcriptum eſt*, glorificate, *Latinus Interpres*, magnificate, *tranſtulerit ; ſecundùm illud quod in Exodo dicitur :* Cantemus Domino ; gloriosè enim magnificatus eſt : *pro quo in Græco ſcribitur*, glorificatus eſt ; *ſed in Latino ſermone ſi transferatur, fit indecora tranſlatio.* Similiter Auguſt. ſerm. 363. to. 5. col. 1438. c. *Cantemus Dom. gloriosè enim magnificatus eſt.* Nicetius Spicil. to. 3. p. 7. & Caſſiod. in Pſ. 105. col. 361. b. *Gloriosè enim honorificatus eſt.* Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 7. col. 330. f. & de Nab. c. 15. col. 584. f. & in Pſ. 118. col. 1017. f. *Equum & aſcenſorem projecit in mare.* Aug. ubi ſup. *Equum, & equitem projecit in mare.* Gr. Ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔρριψεν εἰς τὴν, &c.

℣. 2. Itidem Græcè. Similiter habet Mſ. Remenſ. præter hæc intermedia. *Hic Deus meus, & honorificabo eum ;* cui accinunt Pſalt. Sorbon. & Rom. Thomaſii, cum Miſſali Rom. Tract. Sabb. S. In Breviar. verò Mozarab. ſic : *Adjutor & protector mihi fuit Dominus in ſalutem : hic Deus meus, & honorificabo eum*, &c. ut ſup. Itidem in Mſ. Corb. excepta voce, *Dominus*, quæ abeſt. Apud Ambr. l. 3. de fide, to. 2. col. 504. b. & Concil. to. 4. col. 1524. c. *Adjutor & protector factus eſt mihi in ſalutem.* Eodem modo legiſſe videtur Auguſt. ſer. 363. to. 5. col. 1438. c. cùm dicat : *Cantat adjutorem, & protectorem ſibi Dominum in ſalutem, Deum ſuum quem honorificat ;* & poſt pauca : *Dicit itaque, Deus patris mei.*

℣. 3. Concinunt Mſs. Remenſ. Corb. & Pſalt. Rom. Thomaſ. nec abſimile quid in Pſalt. S. Salaberg. Mozarab. Sorbon. & Miſſali Rom. præter voculam *illi*, pro *ei*. Sic etiam apud Auguſt. ſer. 363. col. 1438. d. nempe : *Magnificamus Dominum, quoniam ipſe conterit pugnas..... & ideo Dominus nomen eſt illi.* Gr. Κύριος συντρίβων πολέμους, Κύριος ὄνομα αὐτῷ.

℣. 4. Sic habet Mſ. Remenſ. ad verbum : ſic etiam Pſalt. Rom. Thomaſ, præter hoc ult. *in rubrum mare.* In Gr. ſic : Ἅρματα φαραὼ, καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἔρριψεν εἰς θάλασσαν, ἐπιλέκτους ἀναβάτας τριστάτας κατεπόθησαν ἐν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. *Currus Phar. & virtutem, ſeu exercitum, ejus dejecit in mare, electos aſcenſores triſtatas : ſubmerſi ſunt in mari rubro.* At in Mſ. Alex. nec non edd. Ald. & Compl. pro κατεπόθησαν, legitur, κατεπόντισεν, *demerſit*, ut ſup. Mſ. Corb. ſimiliter : *Currus Pharaonis..... electos aſcenſores ternos ſtatores demerſit in rubro mare.* Pſalt. Sorb. *Electos aſcenſores ſternutantes demerſit in rubro mari*, al. *in rubrum mare :* vox quidem, *ſternutantes*, bis legitur in hoc Pſalt. ſed mendosè, ut reor, pro *ternos ſtantes.* Mſ. Regin. Suec. hab. *Ternos ſtatores..... in rubro mare.* Pſalt. S. Salab. *Electus aſcenſor eſt* (vitiosè, pro *electos aſcenſores*) *ternos ſtantes demerſit in rubro mare.* Mozarab. *Sternit ſtratores, dimerſit in rubro mare.* Hieron. in Ezech. 27. to. 3. col. 892. c. ſimiliter habet : *Currus Pharaonis, & fortitudinem ejus projecit in mare ;* & ſup. in Ezech. 23. col. 857. c. *In Exodo legimus*, inquit, Electos aſcenſores triſtatas, *pro quibus Latina ſimplicitas*, ternos ſtratores *tranſtulit. Triſtatæ autem nomen eſt apud Græcos, ſecundi gradus poſt regiam dignitatem.* Apud Auguſt. ſer. 363. col. 1438. e. ut ſup. *Currus Pharaonis, & exercitum ejus projecit in mare ;* paulòque poſt : *Ternos ſtratores*, inquit, *curribus impoſuerat..... hæc omnia ſubmerſa ſunt in rubro mari*, quæ dictio, *ſubmerſa ſunt*, firmatur Græcâ iſtâ, κατεπόθησαν.

℣. 5. Sic habet Pſalt. S. Salab. cum Mſ. Remenſi. Rom. verò Thomaſ. cum Sorbon. *Pelagus cooperuit eos*, &c. ut ſup. Alt. Sorb. ibid. *Pelagus operuit eos, merſerunt in prof.* &c. Breviar. Mozarab. *Pelagusque operuit eos, dimerſi ſunt in prof.* &c. Mſ. Corb. *Pelago cooperuit eos, merſerunt in prof.* &c. Gr. πόντῳ ἐκάλυψεν αὐτούς, κατέδυσαν εἰς, &c. Concinit Auguſt. ſer. 363. col. 1438. f. dicens : *Rubro pelago omnes hoſtes operuit :* & infra : *Hoſtes noſtri devenerunt in profundum tanquam lapis.*

℣. 6. Accinunt magno conſenſu Pſalt. Corb. Sorbon. Rom. Thomaſ. & Remenſ. quibus ſuffragatur Auguſt ſer. 363. col. 1439. a. ad verbum. Sic etiam legit Ambroſ. l. 3. de Spir. S. col. 667. e. At infra, col. 669. e. & l. 2. Hexa. col. 23. f. bis : *Dextera manus tua..... dextera manus tua.* S. Leo, ſer. 27. p. 84. f. *Dextera tua Dom. glorificata eſt in virtute.* Caſſiod. verò in Pſ. 89. col. 307. b. addit : *Dextera manus tuæ, Domine, confregit*, &c. Sic etiam ferebat Mſ. S. Mich. *manus tuæ*, ſed fortaſſe non ſine mendo, quod correximus ex al. Cœleſtin. 1. ep. 22. to. 1. Conc. 1196. a. cum Breviar. Moz. *Dextera tua, Domine, glorif. eſt in virt. dextera manus tua confregit*, &c. abſque altero, *Domine.* Gr. Ἡ δεξιά σου Κύριε, δεδόξασται ἐν ἰσχύϊ, ἡ δεξιά σου χεὶρ Κύριε, &c. ut ſup.

℣. 7. Pſalt. Rom. Thomaſ. *Et per multitudinem majeſtatis tuæ contriviſti adverſarios : miſiſti iram tuam, & comedit illos*, &c. ut ſup. Itidem Mſ. Remenſ. & Sorb. præter unum, *conteruiſti*, pro *contriviſti*, Sorb. *conterruiſti*, alt. Sorbon. ibid. *Et per multitudinem gloriæ tuæ contriviſti adverſarios*, &c. ut ſup. In Corb. *Et per multitudinem majeſtatis tuæ contenuiſti adverſarios, miſiſti..... & comediſti eos tanquam ſtipula.* Pſalt. S. Salab. & Mozarab. *Et præ multitudine majeſtatis tuæ conteruiſti* (Moz. *contreviſti*) *adverſarios : miſiſti..... & comedit eos*, &c. Apud Auguſt. ſer. 363. col. 1439. a. *Et multitudine majeſtatis tuæ, Domine, contriviſti adverſarios : miſiſti quippe iram tuam, & comedit eos tanquam ſtipulam.* Mſ. Regin. Suec. *Tanquam ſtipula ignis.* In Gr. Καὶ τῷ πλήθει τῆς δόξης σου συνέτριψας τοὺς ὑπεναντίους· ἀπέστειλας τὴν ὀργήν σου· κατέφαγεν αὐτοὺς ὡς καλάμην. In Mſ. Alex. ac edit. Compl. ὡς κατέφαγεν.

℣. 8. Sic habet Auguſt. ſer. 363. col. 1439. a. d. cum Mſ. Germ. n. 15. ad verbum. Sic etiam Mſs. Corb. Sorb. Remenſ. Pſalt. Mozarab. & Rom. Thomaſ. niſi quòd loco *iræ*, ferunt omnes *iracundiæ.* Similiter in Pſalt. S. Salab. excepto altero, *gelaverunt*, quod deeſt. In alt. Sorbon. ibid. *Et ſpiritu iracundiæ tuæ*, &c. Item ap. Ambroſ. l. 3. de Spirit. S. to. 2. col. 669. f. *Et ſpiritu iracundiæ tuæ diviſa eſt aqua.* Apud Auguſt. verò quæſt. 55. in Exod. to. 3. col. 438. d. conſtanter : *Per ſpiritum iræ tuæ diviſa eſt aqua.* Vigil. Tapſ. l. contr. Varim. p. 749. a. hab. *Et per ſpiritum iracundiæ tuæ diviſa eſt aqua : gelaverunt fluctus in medio mari.* Pſalt. Rom. Thom. *In medio maris.* Regin. Suec. *In medio mare.* Gr. Καὶ διὰ πνεύματος τοῦ θυμοῦ σου διέχυθη τὸ ὕδωρ· ἐπάγη ὡσεὶ τεῖχος τὰ ὕδατα, ἐπάγη τὰ κύματα ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης· verbum, ἐπάγη, idem eſt ac *concretæ*, ſeu *compactæ ſunt.*

℣. 9. Ita ferunt Mſs. Germ. Corb. Sorb. Remenſ. nec

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

dam, dividam ſpolia, implebitur anima mea: evaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.

10. Flavit ſpiritus tuus, & operuit eos mare: ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus.

11. Quis ſimilis tui in fortibus Domine? quis ſimilis tui, magnificus in ſanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia?

12. Extendiſti manum tuam, & devoravit eos terra.

13. Dux fuiſti in miſericordia tua populo quem redemiſti: & portaſti eum in fortitudine tua, ad habitaculum ſanctum tuum.

14. Aſcenderunt populi, & irati ſunt: dolores obtinuerunt habitatores Philiſthiim.

15. Tunc conturbati ſunt principes Edom, robuſtos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

16. Irruat ſuper eos formido & pavor, in magnitudine brachii tui: fiant immobiles quaſi lapis, donec pertranſeat populus tuus, Domine, donec pertranſeat populus tuus iſte, quem poſſediſti.

VERSIO ANTIQUA.

dam, partibor ſpolia, replebo animam meam: interficiam gladio meo, dominabitur manus mea. *Ex Mſs. codd. ſup.*

10. Miſiſti ſpiritum tuum, & cooperuit eos mare: deſcenderunt tanquam plumbum in aquam validiſſimam.

11. Quis ſimilis tibi in diis Domine? quis ſimilis tibi, glorioſus in ſanctis, mirabilis in majeſtatibus, faciens prodigia?

12. Extendiſti dexteram tuam, & devoravit eos terra.

13. Gubernaſti in juſtitia tua populum tuum hunc quem redemiſti: exhortatus es in virtute tua, in requie ſancta tua.

14. Audierunt gentes, & iratæ ſunt: dolores comprehenderunt habitantes Philiſtiim.

15. Tunc feſtinaverunt duces Edom, & principes Moabitarum; apprehendit illos tremor: fluxerunt omnes habitantes Chanaan.

16. Cecidit ſuper eos timor & tremor, magnitudine brachii tui: fiant tanquam lapis, donec pertranſeat populus tuus, Domine, uſquedum tranſeat populus tuus, Domine, hunc quem adquiſiſti.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

non Pſalt. Rom. Thomaſ. & S. Salab. ſic etiam in Breviar. Mozarab. præter hoc, & *dominabitur*. In alt. Sorb. ibid. *Perſequar & comprehendam*. Similiter apud Auguſt. ſer. 363. col. 1439. b. *Dixit inimicus: Perſequar & comprehendam, partibor ſpolia, & replebo anim. meam*, &c. ut ſup. Gaudent. verò Brix. ſer. 6. col. 951. h. & ſer. 12. col. 963. e. *Dixit inimicus: Perſequens comprehendam*, &c. ut ſup. Concinit Victor. Vit. l. 2. de perſ. Afr. p. 25. c. ab his, *partibor ſpolia*. Gr. Εἶπεν ὁ ἐχθρός· Διώξας καταλήψομαι, μεριῶ σκῦλα, ἐμπλήσω..... ἀνελῶ τῇ..... μου, κυριεύσει ἡ, &c.

℣. 10. Ita German. cod. ad verbum, cui accinit Pſalt. Rom. Thomaſ. niſi quòd habet *merſerunt*, pro *deſcenderunt*. Mſ. Remenſ. cum Sorb. *Miſiſti ſpiritum meum* (Sorb. *tuum*) *& cooperuit eos mare; merſerunt tanquam plumbum in aqua validiſſima*. Similiter in Pſalt. S. Salab. præter hoc, *ſpiritum tuum*, & *merſi ſunt*, pro *merſerunt*. In Corb. *Miſiſti ſpirit. tuum, cooperuit eos mare: merſerunt tanquam plumbum in aquam validiſſimam*: in al. Sorbon. *Miſiſti ſpiritum tuum, operuit eos mare: miſerunt in profundum tanquam plumbum in aqua validiſſima*. In Breviar. Mozar. *Miſiſti ſpirit. tuum, & cooperuit eos: dimerſi ſunt in profundum tanquam plumbum in aqua validiſſima*. Similiter habet Ambroſ. l. 3. de Spir. S. to. 2. col. 669. f. *Miſiſti ſpiritum tuum, & cooperuit eos mare*: item l. de myſt. col. 328. b. præter unum, *operuit*. Sic etiam Auguſt. quæſt. 55. in Exod. col. 438. c. cum verbo *cooperuit*: at ſer. 363. col. 1439. d. *Miſiſti ſpiritum tuum, & operuit eos mare: deſcenderunt tanquam plumbum in aquam validiſſimam*. Hieron. in Ezech. 22. to. 3. col. 851. f. *Demerſi ſunt quaſi plumbum in aqua violentiſſima*. Mſ. Regin. Suec. *Merſiſti tanquam plumbum*. Gr. Ἀπέσταλας τὸ πνεῦμά σου, ἐκάλυψεν αὐτοὺς θάλασσα· ἔδυσαν ὡσεὶ μόλιβος ἐν ὕδατι σφοδρῷ. In Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. Καὶ ἐκάλυψε, &c. ut ſup.

℣. 11. Ita conſtanter Pſalt. Rom. Thomaſ. S. Salab. & Remenſ. quibus accinunt Corb. & Germ. niſi quòd in Corb. deeſt ſecundum, *tibi*, & in Germ. vox *mirabilis*. In Sorbon. ſic: *Quis ſimilis tui in diis, Domine? quis ſimilis tui, glorioſus in ſanctis, mirabilis in majeſtatibus, faciens prodigia?* al. ibid. *Quis ſimilis tibi..... Domine, aut quis ſimilis tibi*, &c. ut ſup. In Breviar. Mozarab. *Quis ſimilis tibi in diis Domine? quis ſimilis tibi, honorificus in ſanctis, mirabilis in majeſtat. faciens magnalia?* Similiter hab. Ambroſ. l. 4. de fide, to. 2. col. 549. e. *Quis ſimilis tibi in diis, Domine?* Sic etiam Auguſt. ſer. 363. col. 1439. f. additis his: *Quis ſimilis tibi, glorioſus in ſanctis, mirabilis in majeſtat. qui facis prodigia?* nec aliter in Græco, niſi excipias voces, δεδοξασμένος, *glorificatus*, pro *glorioſus*, δόξαις *dignitatibus*, pro *majeſtatibus*, & ποιῶν *faciens*, loco *qui facis*.

℣. 12. Sic in Mſs. Germ. & Remenſ. nec non in Pſalt. Sorb. Rom. Thomaſ. S. Salab. & Mozarab. ſic etiam in Corb. detracto, &, poſt vocem, *tuam*. Similiter apud Auguſt. tum quæſt. 54. in Exod. to. 3. col. 438. b. tum ſer. 363. col. 1439. f. g. *Extendiſti dexteram tuam; tranſvoravit eos terra*. Item in Gr. Ἐξέτεινας τὴν δεξιάν σου, κατέπιεν, &c. at in Mſ. Alex. ᾗ κατέπιε.

℣. 13. Ita Mſ. German. ad verbum, de quo etiam ſubſtituimus iſtud, *in juſtitia tua*, quod aberat à Mſ. S. Mich. In Pſalt. verò Remenſ. Rom. Thom. & Sorbon. nec non apud Auguſt. ſer. 363. col. 1440. a. ſic: *Gubernaſti juſtitiâ tuâ populum tuum hunc, quem liberaſti: exhortatus es in virtute tua, & in refectione ſancta tua*. Itidem in Pſalterio Corb. & S. Salab. præter hoc, *juſtitiam tuam*, pro *in juſtitia tua*; præterea ſol. Corb. habet, *exhortatus eſt*. Breviar. Moz. *Gubernaſti juſtitiâ tuâ pop. quem liberaſti: conſolatus es virtute tua, in refectione ſancta tua*. Gr. Ὡδήγησας τῇ δικαιοσύνῃ σου τὸν λαόν σου τοῦτον, ὃν ἐλυτρώσω· παρεκάλεσας τῇ ἰσχύϊ σου εἰς καταλυμα ἅγιόν σου. *Deduxiſti juſtitiâ tuâ..... quem redemiſti: advocaſti fortitudine tua ad diverſorium ſanctum tuum.*

℣. 14. Similiter hab. Mſ. Germ. præter unum, *Filiſtim*, pro *Philiſtiim*. Accinunt Pſalt. Rom. Thom. Rem. Corb. & Sorb. niſi quòd ferunt, *inhabitantes Philiſtiim*: in al. Sorb. & in Mozarab. *apprehenderunt inhabitantes Philiſtim*. In Pſalt. S. Salab. *Audierunt gentes, & irati ſunt: dolores comprehenderunt inhabit. Philiſtim*. Apud Auguſt. ſer. 363. col. 1440. e. *Audierunt gentes, & iratæ ſunt: dolores comprehenderunt habitatores Philiſtiim*. Græc. Ἤκουσαν..... ὠδῖνες ἔλαβον κατοικοῦντας Φυλισιείμ.

℣. 15. Concinit Mſ. Germ. ad verbum. Sic etiam habent Pſalt. Rom. Thom. Remenſ. & Sorbon. excepris his: *Apprehendit eos timor; tabuerunt omnes inhabitantes Chanaan*: al. Sorbon. *defluxerunt omnes inhabit*. Similiter in Corb. *defluxerunt*; reliqua verò ut in Mſs. Germ. & S. Mich. In Brev. Moz. ſic: *Tunc feſtinav..... & princip. Moabitum; apprehendit illos timor, & fluxerunt omnes inhabit.* &c. Mſ. Regin. Suec. *apprehendit eos tremor*, &c. Apud Auguſt. ſer. 363. col. 1440. e. *Tunc feſtinaverunt duces Edom, & principes Moabitarum: apprehendit eos tremor, tabuerunt omnes inhabitantes Chanaan*, nec aliter in Græco. Poſt verbum autem *feſtinaverunt*, Auguſt. addit, *id eſt, conturbati ſunt*, Gr. ἔσπευσαν, al. vero ἐθορυβήθησαν, *tumultuati ſunt*.

℣. 16. Itidem in Mſ. Germ. præter hæc, *lapides*, pro *lapis*, & *hic quem adquiſiſti*, pro *hunc quem*, &c. In Pſalt. Sorb. Corb. Rem. & S. Salab. *Decidat ſuper eos timor, & tremor magnitudinis brachii tui: fiant tanquam lapis, donec tranſeat populus tuus, Domine, uſquedum pertranſeat* (Corb. *tranſeat*) *populus tuus hic* (Pſalt. S. Salab. *hunc*, cum Mſ. Reg. Suec.) *quem adquiſiſti*. In Breviar. Moz. *Decidat ſuper eos timor & tremor, à magnitudine brachii tui; fiant tanquam lapis, donec tranſeat..... uſquedum pertranſeat populus tuus iſte, quem liberaſti*. Sorb. etiam al. habet, *quem liberaſti*. Pſalt. Rom. Thomaſ. *Decidat ſuper eos..... magnitudinis brachii..... donec tranſeat, uſquedum pertranſeat populus tuus hic, quem acquiſiſti*. Lucif. Cal. de non parc. in de. del. col. 232. d. *Decidat ſuper eos timor, & tremor magnitudinis brachii tui: fiant tanquam lapides, donec tranſeat populus tuus hic, quem acquiſiſti*. Auguſt. ſer. 363. col. 1440. e. *Incumbat in eos tremor, & timor magnitudinis*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Mſs. codd. ſup. 17. Inducens plantato eos in montem hæreditatis tuæ, in præparatam habitationem tuam quam præparaſti Domine: ſanctificationem Domine, quam paraverunt manus tuæ.	17. Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmiſſimo habitaculo tuo quod operatus es Domine: ſanctuarium tuum Domine, quod firmaverunt manus tuæ.
18. Domine, qui regnas in æternum, & in ſæculum, & adhuc.	18. Dominus regnabit in æternum & ultra.
19. Quia introiit equitatus Pharaonis cum curribus & aſcenſoribus in mare: & adduxit ſuper eos Dominus aquas maris: filii autem Iſraël tranſierunt per ſiccum in medio mari.	19. Ingreſſus eſt enim eques Pharao cum curribus & equitibus ejus in mare: & reduxit ſuper eos Dominus aquas maris: filii autem Iſraël ambulaverunt per ſiccum in medio ejus.
Ex. cod. Vat. olim Regin. Suec. 20. Sumpſit autem Maria prophetis, ſoror Aaron, tympanum in manu ſua: & exierunt poſtea omnes mulieres cum tympanis & choris.	20. Sumpſit ergo Maria prophetiſſa, ſoror Aaron, tympanum in manu ſua: egreſſæque ſunt omnes mulieres poſt eam cum tympanis & choris,
21. Præcedebat autem eas Maria, dicens: Cantemus Domino, gloriosè enim honorificatus eſt, equum & aſcenſorem projecit in mare.	21. quibus præcinebat, dicens: Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorem ejus dejecit in mare.
Aug. Locut. 75. t. 3. 345. f. 22..... & non inveniebant aquam, ut biberent.	22. Tulit autem Moyſes Iſraël de mari rubro, & egreſſi ſunt in deſertum Sur: ambulaveruntque tribus diebus per ſolitudinem, & non inveniebant aquam.
Aug. quæſt. 56. in Exod. 439. a. 23. Venerunt autem in Merra, & non poterant bibere de Merra, amara enim erat.....	23. Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eò quòd eſſent amaræ: unde & congruum loco nomen impoſuit, vocans illum Mara, id eſt, amaritudinem.
Aug. Locut. 76. 345. f. 24. Et murmuravit populus adversùs Moyſen, dicentes.....	24. Et murmuravit populus contra Moyſen, dicens: Quid bibemus?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

brachii tui: fiant tanquam lapides, donec tranſeat populus tuus, Domine, donec tranſeat populus tuus hic, quem adquiſiſti. Græc. Ἐπιπέσοι ἐπ' αὐτὸς τρόμος καὶ φόβος· (Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. φόβος καὶ τρόμος) μεγέθει βραχίονός σου ἀπολιθωθήτωσαν, ἕως παρέλθῃ ὁ λαός σου Κύριε, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ λαός σου οὗτος, ὃν ἐκτήσω. Mſ. Alex. ὃν ἐλυτρώσω.

℣. 17. Similiter habet Mſ. Germ. excepto verbo *præparaverunt*, loco *paraverunt*: ſic etiam in Corb. præter hæc: *Sanctimonium, Domine, quod præparaverunt*, &c. In Pſalt. S. Salab. *Induces, plantas eos in montem hæreditatis tuæ, in præparato habitaculo tuo, quod præparaſti, Domine: ſanctimonium tuum, Domine, quod præparavit manus tua.* Sorbon. 1. *Induces plantans eos in montem hæreditatis tuæ, firmiſſimo habitaculo tuo, quod præparaſti, Domine; ſanctimonium tuum, Domine, quod præparaverunt manus tuæ.* Al. Sorbon. *Induc & planta eos in monte hæredit. tuæ, in præparato habitaculo tuo, quod præparaſti, Domine; ſanctuarium tuum Domine, quod præparaverunt manus tuæ.* Itidem in Pſalt. Rom. Thomaſ. præter hoc, *in montem*, pro *in monte*, & *ſanctimonium*, loco *ſanctuarium*. In Mſ. Regin. Suec. *In monte hæreditatis tuæ, in præparata habitatione tua quam*, &c. In Remenſi, *Induc* (1. manu, 2. *inducet*) *planta eos in monte*, &c. ut in Rom. præced. In Breviar. Mozar. ſic: *Induc & planta eum in montem hæreditatis tuæ, in præparata habitatione tua, quam præparaſti tibi, Domine; ſanctuarium tuum, quod præparaverunt manus tuæ.* Apud Ambroſ. in Pſ. 43. col. 891. c. *Inducens plantato eos in montem hæreditatis tuæ, in præparatum habitaculum tuum.* Mox ita: *Potens*, inquit, *ut induceret Dominus populum ſuum in illa virtutis plantaria..... atque in eo præpararet ſibi ſuæ ſanctificationis habitaculum.* Similiter apud Auguſt. ſer. 363. col. 1441. a. *Introducimur*, inquit, *atque plantamur in monte hæreditatis Domini..... hæc præparata eſt habitatio Domini; templum enim Dei ſanctum eſt, & ſanctificatio domûs ejus, quæ ab ipſo eſt..... ſecutus enim ait: Quæ præparaverunt manus tuæ.* In Græc. Εἰσαγαγὼν καταφύτευσον αὐτὸς εἰς ὄρος κληρονομίας σου, εἰς ἕτοιμον κατοικητήριόν σου, ὃ κατηρτίσω (Mſ. Alex. κατηργάσω) Κύριε· ἁγίασμα Κύριε, ὃ ἡτοίμασαν αἱ, &c.

℣. 18. Sic in Pſalt. Rom. Thom. Rem. & Corb. ad verbum: ſic etiam in Germ. Mozar. & S. Salab. præter hoc, *Et in ſæculum ſæculi & adhuc*: in 1. Sorbon. *Domine, qui regnas..... & in ſæculum adhuc*; in al. Sorbon. *Dominus regnans in æt. & ſuper ſæculum, & adhuc.* Apud Auguſt. ſer. 363. col. 1441. a. *Domine, qui regnas ſemper, & in ſempiternum, & adhuc.* Non diſſimulabo in Mſ. S. Mich. ſcriptum eſſe *pugnas*, pro *regnas*, quod repoſui auctoritate cæterorum. In Græco etiam, Κύριος βασιλεύων τὸν αἰῶνα, καὶ ἐπ' αἰῶνα, καὶ ἔτι. *Dominus regnans ſæculum, & in ſæculum, & ultra.* In editione Complutenſi, βασιλεύων εἰς αἰῶνα καὶ ἔτι. Addit Auguſt. ſup. *Eſt ne quid ultra quàm in ſempiternum? Quis hæc dixerit? Cur ergo addidit, Et adhuc?* & infra: *An quia regnat Deus ſemper in cæleſtibus, quæ ſtatuit in ſæculum ſæculi?*

℣. 19. Mſ. Germ. *Quia introibit (l. introivit) equitatus*, &c. ut ſup. Mſ. Rem. cum Pſalt. Rom. Thomaſ. Mozar. & S. Salab. *Quia introivit* (Moz. *intravit*) *equitatus Phar. cum quadrigis & aſcenſoribus in mare: & induxit ſuper eos..... filii autem Iſr. ambulaverunt per ſiccum per medium mare.* Corb. *Quia intravit equitat. Phar. cum quadrigis & aſcenſoribus in mare: & induxit..... aquas maris: filii autem Iſr. ambulav. per ſiccum in medio mare.* Sorb. 1. *Quia introivit equit. Phar. cum quadrigis & aſcenſ. in mare: & induxit..... aquas maris: filii autem Iſraël ambulav. per ſiccum per medium mare:* Sorb. al. *Quoniam introivit equit. Phar. cum curribus & aſcenſ. in mare: & induxit..... filii autem Iſr. ambulav. per aridam in medio mari.* Mſ. Reg. Suec. *in medio mare.* Auguſt. ſer. 363. col. 1442. a. *Quia intravit equit. Phar. cum curribus & aſcenſor. in mare; & adduxit ſuper eos Dom. aquas maris; filii autem Iſr. ambulav. per ſiccum per medium mare.* Ita quoque in Græco, niſi excipias ſeqq. τὸ ὕδωρ, *aquam*, pro *aquas*, & in fine ἐπορεύθησαν διὰ ξηρᾶς ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης.

℣. 20. Græc. Λαβοῦσα δὲ Μαριὰμ ἡ προφῆτις, &c. ut in Lat. niſi quòd loco *poſtea*, hab. ὀπίσω αὐτῆς, *poſt eam.* Ambroſ. in Pſ. 1. to. 1. col. 739. a. *Maria quoque*, inquit, *tympanum ſumens, cæteras hortabatur*, &c. & l. de exhort. virg. to. 2. col. 289. f. *Sumite*, inquit, & *vos, ſicut ſumpſit Maria ſoror Moyſis & Aaron, tympanum in manibus veſtris*, &c. S. Petr. Chryſol. ſer. 146. col. 958. a. *Maria ſoror Aaron, ſumens tympanum in manu ſua, dixit*, &c. Item Auguſt. ſer. 363. col. 1442. a. *Hoc cantavit Moyſes & filii Iſraël; hoc Maria prophetiſſa & filiæ Iſraël cum ea..... Hoc ſignificare..... intelligitur tympanum quod aſſumpſit Maria*, &c.

℣. 21. Ambroſ. in Pſ. 1. col. 739. a. *Maria..... cæteras hortabatur, dicens: Cantemus Domino; gloriosè enim honorificatus eſt*, &c. ut in textu. Similiter l. de exhort. virg. col. 289. f. ab hoc, *Cantemus.* Sic etiam Petr. Chryſol. ſer. 146. col. 958. a. *Gloriosè enim honorificatus eſt.* Auguſt. verò ſer. 363. col. 1442. b. *Cantemus Dom. gloriosè enim magnificatus eſt; equum & equitem projecit in mare.* Græc. Ἐξῆρχε δὲ αὐτῶν Μαριὰμ, λέγουσα· Ἄσωμεν τῷ..... ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται, ἵππον καὶ ἀναβάτην, &c.

℣. 22. Itidem in Græco.

℣. 23. Anon. apud Ambroſ. to. 2. col. 6. c. *Venerunt autem in Marah, & non potuerunt bibere aquam de Marah.* Ambroſ. l. de myſt. to. 2. col. 328. d. 338. f. & l. 2. de Sacram. col. 357. d. *Merrha*, inquit, *fons amariſſimus erat.* Similiter hab. S. Paulin. poëm. 17. p. 64. *Merrha*, non *Marah.* Græc. Ἦλθον δὲ εἰς Μερρᾶ, καὶ οὐκ ἠδύναντο πιεῖν (Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl: πιεῖν ὕδωρ) ἐκ Μερρᾶς, πικρὸν γὰρ ἦν, &c.

℣. 24. *Non dicens*, inquit Auguſt. *ſed dicentes; ex pluribus enim populus conſtat.* Græc. Καὶ διεγόγγυζεν ὁ λαὸς ἐπὶ Μωυσῆ, λέγοντες, &c. Mſs. Alex. & Oxon. cum edit. Ald. καὶ λαὸς Μωυσῆ.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

25. At ille clamavit ad Dominum; qui oſtendit ei lignum: quod cùm miſiſſet in aquas, in dulcedinem verſæ ſunt: ibi conſtituit ei præcepta, atque judicia, & ibi tentavit eum,

Judith 5. 15. *Eccli.* 38. 5.

26. dicens: Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum eſt coram eo feceris, & obedieris mandatis ejus, cuſtodieriſque omnia præcepta illius, cunctum languorem, quem poſui in Ægypto, non inducam ſuper te: ego enim Dominus ſanator tuus.

Num. 33. 9.

27. Venerunt autem in Elim filii Iſraël, ubi erant duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta palmæ: & caſtrametati ſunt juxta aquas.

VERSIO ANTIQUA.

25..... & oſtendit ei Dominus lignum: & miſit illud in aquam, & facta eſt aqua dulcis.....

Aug. quæſt. 57. in Exod. t. 3. 439. b.

26..... Si audieris vocem Domini Dei tui, & quæ placent ei feceris coram ipſo, & obedieris præceptis ejus, & cuſtodieris omnem juſtitiam ejus; omnem infirmitatem, quam importavi Ægyptiis, non importabo in te: ego enim Dominus ſum qui ſalvum facio te.

Anaſt. 2. epiſt. 1. Conc. t. 4. p. 1280.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 25. Ad verbum è Græco, præter unum *miſit*, pro quo, ἐνέβαλεν, *injecit*. Tertul. l. contra Jud. c. 13. p. 146. c. *Lignum* memorat, *quo Moyſes aquam amaram indulcavit*. Apud Ambroſ. quoque l. de inſtitut. virg. c. 5. to. 2. col. 257. c. *Fons Merrha* dicitur *per lignum dulcoratus*. Græc. ἐγλυκάθη τὸ ὕδωρ.

℣. 26. Græc. Ἐὰν ἀκοῇ ἀκούσῃς (edit. Compl ἐὰν ἀκούσῃς) τῆς.... ᾖ τὰ ἀρεστὰ ἐναντίον αὐτοῦ ποιήσῃς, ᾖ ἐνωτίσῃ ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ, ᾖ φυλάξῃς πάντα τὰ δικαιώματα αὐτοῦ, πᾶσαν νόσον ἣν ἐπήγαγον τοῖς Αἰγυπτίοις, οὐκ ἐπάξω ἐπὶ σέ· ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου ὁ ἰώμενός σε. In Mſ. Alex. deeſt ὁ Θεός σου, ſicut in editt. Ald. & Compl.

CAPUT XVI.

VULGATA NOVA.

Sap. 11. 2.

1. PRofectique ſunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Iſraël in deſertum Sin, quod eſt inter Elim & Sinai: quintodecimo die menſis ſecundi, poſtquam egreſſi ſunt de terra Ægypti.

2. Et murmuravit omnis congregatio filiorum Iſraël contra Moyſen & Aaron in ſolitudine.

3. Dixeruntque filii Iſraël ad eos: Utinam mortui eſſemus per manum Domini in terra Ægypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate: cur eduxiſtis nos in deſertum iſtud, ut occideretis omnem multitudinem fame?

4. Dixit autem Dominus ad Moyſen: Ecce, ego pluam vobis panes de cœlo: egrediatur populus, & colligat quæ ſufficiunt per ſingulos dies: ut tentem eum utrùm ambulet in lege mea, an non.

VERSIO ANTIQUA.

1..... & venerunt omnis ſynagoga filiorum Iſraël in eremum.

Aug. Locut. 77. t. 3. 345. g.

2. Murmurabant omnis ſynagoga filiorum Iſraël adversùs Moyſen & Aaron.

Ibid. Locut. 78.

3..... Utinam obiiſſemus percuſſi à Domino in terra Ægypti, quando ſuper ollas carnium ſedebamus, & panes in plenitudinem comedebamus; quoniam eduxiſti nos in hæc deſerta ad interficiendam ſynagogam iſtam fame.

Tertul. adv. Pſych. p. 983. c.

4. Dixit autem Dominus ad Moyſen: Ecce, ego pluam vobis panes de cœlo: & exiet populus, & colliget unius diei in diem, ut tentem illos ſi ambulabunt in lege mea, an non.

Aug. quæſt. 58. in Exod. t. 3. 439. c.

VULGATA NOVA.

5. Die autem ſexto parent quod inferant: & ſit duplum quàm colligere ſolebant per ſingulos dies.

6. Dixeruntque Moyſes & Aaron ad omnes filios Iſraël: Veſpere ſcietis quòd Dominus eduxerit vos de terra Ægypti:

VULGATA NOVA.

7. & manè videbitis gloriam Domini: audivit enim murmur veſtrum contra Dominum: nos verò quid ſumus, quia muſſitaſtis contra nos?

8. Et ait Moyſes: Dabit vobis Dominus veſpere carnes edere, & manè panes in ſaturitate: eò quòd audierit murmurationes veſtras quibus

VERSIO ANTIQUA.

7. Manè videbitis gloriam; dum exaudiet murmurationem veſtram ſuper Deum.....

Aug. Locut. 80. t. 3. 346. a.

8..... propter quod exaudivit Dominus murmurationem veſtram, quam vos murmuratis adversùm nos, nos autem quid ſumus? non enim

Aug. quæſt. 58. in Exod. 439. d.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Auguſt. addit: *Non dixit*, venit, *quia ſynagoga ex pluribus conſtat*. Similiter in Græco, Καὶ ἦλθοσαν πᾶσα, ut ſup.

℣. 2. *Eadem eſt iſta locutio*, inquit Auguſt. *quia ſynagoga ex pluribus conſtat*. Attamen in Græco nunc legitur, διεγόγγυζε πᾶσα, &c. in ſing. Tertul. l. contra Pſych. p. 983. c. *In Moyſen & Aaron muſſitavit*.

℣. 3. Similiter Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 208. a. *Utinam obiiſſemus percuſſi à Deo in terra Ægypti, quando ſuper ollas carnium ſedebamus!* & in Oſe. 7. to. 3. col. 1285. b. *Utinam eſſemus in terra Ægypti, ubi ſedebamus ſuper ollas carnium!* Græc. Ὄφελον ἀπεθάνομεν πληγέντες ὑπὸ Κυρίου ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, ὅταν ἐκαθίζαμεν (Mſ. Oxon. ὅτε ἐκαθήμεθα) ἐπὶ τῶν λεβήτων τῶν κρεῶν, ᾗ ἠσθίομεν ἄρτους εἰς πλησμονήν· ὅτι ἐξηγάγετε ἡμᾶς εἰς τὴν ἔρημον ταύτην, ἀποκτεῖναι πᾶσαν τὴν συναγωγὴν ταύτην ἐν λιμῷ.

℣. 4. Ita rurſum habet Auguſt. locut. 79. de Exod. col. 345. g. uſque ad hoc, & *exiet*: nec abſimile quid Græcè, excepto verbo, ὕω *pluo*; ſequitur infra: Καὶ ἐξελεύσεται ὁ λαὸς, ᾗ συλλέξουσι τὸ τῆς ἡμέρας εἰς ἡμέραν, ὅπως πειράσω, &c. ut in Lat. Similiter Ambroſius ep. 68. col. 1060. f. *Ecce ego pluo vobis panes, dicit Dominus*: at epiſt. 8. col. 784. c. *Ecce ego pluam vobis panes de cœlo.* Auct. l. de monte Sina, apud Cypr. p. 498. *Exeat populus iſte, & colligant ſibi diurnum in diem; & tentabo eos an poſſint legem meam ſuſtinere, an non?* vid. etiam Tertul. l. de Pat. c. 5. p. 200. b. ubi loquitur de *Mannæ eſcatili pluvia*.

℣. 7. Addit Auguſt. *Id eſt, quia murmuratis ſuper Deum, quod tantùm valet ac ſi diceret, adversùs Deum. Deinde notandum*, inquit, *novo modo hic exauditionem dictam, non precantium, ſed murmurantium*. Huc redeunt iſta Miſſal. Rom. ad Introit. vigil. Nativit. *Hodie ſcietis quia veniet Dominus..... & manè videbitis gloriam ejus.* In Gr. Καὶ πρωὶ ὄψεσθε τὴν δόξαν Κυρίου ἐν τῷ εἰσακοῦσαι τὸν γογγυσμὸν ὑμῶν ἐπὶ τῷ Θεῷ, &c.

℣. 8. Gr. διὰ τὸ εἰσακοῦσαι Κύριον, &c. ut in Lat.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

adversùm nos murmur veſtrum eſt, ſed adversùs Deum.

Aug. Locut. 81. *t.* 3. 346. *b.* 9..... Accedite ante Deum : exaudivit enim murmur veſtrum.

Aug. l. 2. *de Trin. t.* 8. 786. *d.* 10..... & majeſtas Domini apparuit in nube.

11. Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens :

Aug. queſt. 60. *in Exod. t.* 3. 439. *f.* 12. Exaudivi murmur filiorum Iſraël..... Ad veſperam edetis carnes, & manè replebimini panibus.....

Auct. l. de xl. Manſ. ap. Ambr. t. 2. 8. *c.* 13. Factum eſt veſpere, & adſcendit coturnix, & cooperuit caſtra.....

Aug. Locut. 82. *t.* 3. 346. *b.* 14. Et ecce in facie eremi minutum tanquam coriandrum.....

Ambr. epiſt. 8. *t.* 2. 784. *c.* 15..... Hic eſt panis, quem dedit vobis manducare Dominus.

Idem epiſt. 64. 1049. *d.* *Aug. Locut.* 83. *t.* 3. 346. *c.* 16..... ſermo quem ordinavit Deus..... ſecundùm numerum animarum veſtrarum unuſquiſque cum commanentibus vobis colligite.

Ambr. ep. 7. *t.* 2. 778. *d.* 17..... & collegerunt, qui plurimum, & qui minimum.

18. Et menſuram fecerunt gomor : & non abundavit, nec ſuperfuit ei qui multum, & ei qui minus, non defuit : unuſquiſque enim pro numero animarum qui apud ſe erat in tabernaculis, collegerunt.

VULGATA NOVA.

murmurati eſtis contra eum, nos enim quid ſumus ? nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum.

9. Dixit quoque Moyſes ad Aaron : Dic univerſæ congregationi filiorum Iſraël : Accedite coram Domino : audivit enim murmur veſtrum.

10. Cùmque loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Iſraël, reſpexerunt ad ſolitudinem : & ecce gloria Domini apparuit in nube. *Eccli.* 45. 3.

11. Locutus eſt autem Dominus ad Moyſen, dicens :

12. Audivi murmurationes filiorum Iſraël, loquere ad eos : Veſpere comedetis carnes, & manè ſaturabimini panibus : ſcietiſque quòd ego ſum Dominus Deus veſter.

13. Factum eſt ergo veſpere, & aſcendens coturnix, cooperuit caſtra : manè quoque ros jacuit per circuitum caſtrorum. *Num.* 11. 31.

14. Cùmque operuiſſet ſuperficiem terræ, apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum, in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram. *Sup.* 16. 20.

15. Quod cùm vidiſſent filii Iſraël, dixerunt ad invicem : Manhu ? quod ſignificat : Quid eſt hoc ? ignorabant enim quid eſſet. Quibus ait Moyſes : Iſte eſt panis, quem Dominus dedit vobis ad veſcendum. *Num.* 11. 7. *Pſ.* 77. 24. *Joan.* 6. 31.

16. Hic eſt ſermo, quem præcepit Dominus : Colligat unuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum : gomor per ſingula capita, juxta numerum animarum veſtrarum quæ habitant in tabernaculo ſic tolletis. 1. *Cor.* 10. 3.

17. Feceruntque ita filii Iſraël : & collegerunt, alius plus, alius minus.

18. Et menſi ſunt ad menſuram gomor : nec qui plus collegerat, habuit amplius : nec qui minus paraverat, reperit minus : ſed ſinguli juxta id quod edere poterant, congregaverunt. 2. *Cor.* 8. 15.

VULGATA NOVA.

19. Dixitque Moyſes ad eos : Nullus relinquat ex eo in manè.

20. Qui non audierunt eum, ſed dimiſerunt quidam ex eis uſque manè, & ſcatere cœpit vermibus, atque computruit : & iratus eſt contra eos Moyſes.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 84. *t.* 3. 346. *d.* 21. Et collegerunt illud manè manè.....

VULGATA NOVA.

21. Colligebant autem manè ſinguli, quantum ſufficere poterat ad veſcendum : cùmque incaluiſſet ſol, liquefiebat.

22. In die autem ſexta collegerunt cibos duplices, id eſt, duo gomor per ſingulos homines : venerunt autem omnes principes multitudinis, & narraverunt Moyſi.

23. Qui ait eis : Hoc eſt quod locutus eſt Dominus : Requies ſabbati ſanctificata eſt Domino cras : quodcunque operandum eſt, facite : & quæ coquenda ſunt coquite : quidquid autem reliquum fuerit, reponite uſque in manè.

24. Feceruntque ita ut præceperat Moyſes, & non computruit, neque vermis inventus eſt in eo.

25. Dixitque Moyſes : Comedite illud hodie, quia ſabbatum eſt Domini : non invenietur hodie in agro.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Ad verbum è Græco.

℣. 10. Auct. l. de XL. Manſ. ap. Ambroſ. col. 8. c. *Et gloria Domini apparuit in nube.* Gr. καὶ ἡ δόξα Κυρίου ὤφθη, &c. ut ſup.

℣. 11. Ita in Græco.

℣. 12. Similiter hab. Auguſt. locut. 81. de Exod. col. 346. b. *Exaudivi murmur filiorum Iſraël*, nec aliter Græcè ; ſequentia etiam concordant, excepto verbo, ἔδεσθε, *editis*, pro *edetis*.

℣. 13. Græc. Ἐγένετο δὲ ἑσπέρα· καὶ ἀνέβη ὀρτυγομήτρα, καὶ ἐκάλυψε τὴν παρεμβολήν. Auguſt. quæſt. 62. in Exod. to. 3. col. 440. e. *Illis*, inquit, *ortygometra data eſt, id eſt, aves, quas* coturnices *multi Latinè interpretati ſunt, cùm ſit aliud genus avium ortygometra, quamvis coturnicibus non uſquequaque diſſimile.*

℣. 14. Græc. Καὶ ἰδοὺ ἐπὶ προσώπου τῆς, &c. ut in Lat.

℣. 15. Similiter idem Ambroſ. ep. 64. col. 1049. d. *Qui curioſior fuerit*, inquit, *quærit, quid ſit iſtud ? ..... Reſpondet illi miniſter Dei : Hic eſt panis, quem dedit tibi Deus manducare.* Auct. l. de XL. Manſ. ap. eund. to. 2. col. 8. c. *Hic eſt panis, quem dedit vobis Dominus ad manducandum.* Græc. Ἰδόντες δὲ αὐτὸ οἱ..... εἶπαν ἕτερος τῷ ἑτέρῳ· Τί ἐστι τοῦτο ; ..... εἶπε δὲ Μωυσῆς αὐτοῖς· Οὗτος ὁ ἄρτος, ὃν ἔδωκε Κύριος ὑμῖν φαγεῖν.

℣. 16. Sic Ambroſ. ibid. *Quid ſit iſte panis, audi : ſermo, inquit, quem ordinavit Deus.* Græc. Τοῦτο τὸ ῥῆμα, ὃ συνέταξε Κύριος· reliqua ut in Lat. Auguſtini, exceptis intermediis ab ipſo omiſſis.

℣. 17. Sic habet Ambroſ. *Ita legimus diſtributionem factam per ſingulas animas, ut æqualis fieret diviſio : & collegerunt, ſecundùm diſpoſitionem Moyſi, qui plurimum, & qui minimum.* Græc. Ἐποίησαν δὲ οὕτως οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ· καὶ συνέλεξαν ὁ τὸ πολύ, καὶ ὁ τὸ ἔλαττον.

℣. 18. Nonnulla hîc Ambroſius intermiſcere videtur ad modum narratoris : ita enim in Græco ſunt verba : Καὶ μετρήσαντες (edit. Ald. ἐμέτρησαν) γομὸρ, οὐκ ἐπλεόνασεν ὁ τὸ πολύ, καὶ ὁ τὸ ἔλαττον οὐκ ἠλαττόνησεν· ἕκαστος εἰς τὰς καθήκουσας παρ' ἑαυτῷ συνέλεξαν. i. e. *Et cùm menſi eſſent* (al. *menſi ſunt*) *gomor, non ſuperfuit ei, qui multum ; & qui minus, non defuit ei : unuſquiſque in eos qui ad ſe pertinebant, apud ſe ipſum collegerunt.* Addit Ambroſ. *Per ſingula capita gomor, id eſt menſuram vini :* item epiſt 46. col. 985. e. ait : *Qui minus collegit, non diminuit ; & qui plurimum, non ampliavit.*

℣. 21. Ad verbum è Græco.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

26. Sex diebus colligite : in die autem ſeptimo ſabbatum eſt Domini, idcirco non invenietur.

27. Venitque ſeptima dies : & egreſſi de populo ut colligerent, non invenerunt.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

28. Dixit autem Dominus ad Moyſen : Uſquequo non vultis cuſtodire mandata mea, & legem meam ?

28..... Quoad uſque non vultis obaudire mandata mea, & legitima mea ? *Vig. Tapſ. l. 12. de Trin. 300. a.*

29. Videte quòd Dominus dederit vobis ſabbatum, & propter hoc die ſexta tribuit vobis cibos duplices : maneat unuſquiſque apud ſemetipſum, nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptimo.

29. Conſiderate, non Dominus Deus dedit vobis iſtum diem ſabbati ? propterea ipſe dedit vobis panes duûm dierum..... nullus veſtrûm egrediatur unuſquiſque de loco ſuo die ſeptimo. *Aug. Locut. 85. t. 3. 346. d.*

VULGATA NOVA.

30. Et ſabbatizavit populus die ſeptimo.

31. Appellavitque domus Iſraël nomen ejus Man : quod erat quaſi ſemen coriandri album, guſtuſque ejus quaſi ſimilæ cum melle.

32. Dixit autem Moyſes : Iſte eſt ſermo, quem præcepit Dominus : Imple gomor ex eo, & cuſtodiatur in futuras retro generationes : ut noverint panem, quo alui vos in ſolitudine, quando educti eſtis de terra Ægypti.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

33. Dixitque Moyſes ad Aaron : Sume vas unum, & mitte ibi Man, quantum poteſt capere gomor : & repone coram Domino, ad ſervandum in generationes veſtras,

33. Et dixit Moyſes ad Aaron : Accipe vas aureum unum, & mitte illud plenum gomor Manna : & repones illud ante Deum, ut ſervetur in progenies..... *Aug. quæſt. 61. in Exod. t. 3. 440. a.*

34. ſicut præcepit Dominus Moyſi. Poſuitque illud Aaron in tabernaculo reſervandum.

34. quemadmodum præcepit Dominus..... Et repoſuit Aaron ante teſtimonium ad reſervandum.

2. *Eſdr.* 9. 21. *Judith*, 5. 15.

35. Filii autem Iſraël comederunt Man quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem : hoc cibo aliti ſunt, uſquequo tangerent fines terræ Chanaan.

35. Filii autem Iſraël ederunt Manna annis quadraginta, quoad uſque venirent in terram, quæ inhabitatur : Manna ederunt, quoad uſque venirent in partem Phœnicis. *Idem quæſt. 62. 440. b.*

36. Gomor autem decima pars eſt Ephi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 28. Græc. Ἕως τίνος οὐ βούλεσθε εἰσακούειν τὰς ἐντολάς μου, καὶ τὸν νόμον μου ; *Quouſque non vultis exaudire mandata mea, & legem meam ?* in edit. Vigilii legitur : *Legitima mea conſiderare*, ſed aperto mendo, pro *conſiderate*, quod pertinet ad verſum ſeq. Gr. ἴδετε. Apud Tichon. reg. 3. col. 55. b. *Quouſque non vultis audire legem meam ?*

℣. 29. In Gr. primùm Ἰδετε, *videte* : tum abſque ulla interrogatione, ὁ γὰρ Κύριος ἔδωκεν ὑμῖν σάββατα τὴν ἡμέραν ταύτην. (vel ut in Mſ. Alex. ὑμῖν τὴν ἡμέραν ταύτην, καὶ τὰ σάββατα·) διὰ τοῦτο αὐτὸς ἔδωκεν ὑμῖν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ ἄρτους δύο ἡμερῶν..... μηδεὶς ἐκπορευέσθω ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ. In Mſ. verò Alex. μηδεὶς ὑμῶν ἐκπορευέσθω ἕκαστος ἐκ, &c. In Ald. edit. μηδεὶς ὑμῶν, abſque ſeq. ἕκαστος.

℣. 33. Similia Græcum habet, præter hæc, ἔμβαλε εἰς αὐτόν, *injice in illud*, pro *mitte illud*, & τὸ μάν, pro *manna*.

℣. 34. Optimè è Græco.

℣. 35. Eadem ſunt in Græco, niſi excipias iſta, ἕως ἦλθον εἰς τὴν οἰκουμένην..... ἕως παρεγένοντο εἰς, &c. At in Mſ. Alex. εἰς γῆν τὴν οἰκουμένην. In Græco etiam conſtanter, τὸ μάν, pro *manna*, Mſ. verò Alex. hab. μάννα. Vide ſis quæ addit ibid. Auguſt. de terra Phœnice.

CAPUT XVII.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

1. IGitur profecta omnis multitudo filiorum Iſraël de deſerto Sin per manſiones ſuas, juxta ſermonem Domini, caſtrametati ſunt in Raphidim, ubi non erat aqua ad bibendum populo.

1. ET profecta eſt omnis congregatio filiorum Iſraël ex deſerto Sin per caſtra ſua, ſecundùm verbum Domini, & caſtrametati ſunt in Raphidim ; non erat autem aqua populo ad bibendum. *Auct. l. de xl. manſ. ap. Ambr. 8. c. f.*

Num. 20. 4.

2. Qui jurgatus contra Moyſen, ait : Da nobis aquam, ut bibamus. Quibus reſpondit Moyſes : Quid jurgamini contra me ? cur tentatis Dominum ?

2. Et maledicebat populus ad Moyſen..... Quid maledicitis mihi ?..... *Aug. Locut. 87. t. 3. 346. e.*

3. Sitivit ergo ibi populus præ aquæ penuria, & murmuravit contra Moyſen, dicens : Cur feciſti nos exire de Ægypto, ut occideres nos, & liberos noſtros, ac jumenta ſiti ?

3..... & murmuravit populus ad Moyſen, dicentes..... *Idem Locut. 88. ibid.*

4. Clamavit autem Moyſes ad Dominum, dicens : Quid faciam populo huic ? adhuc paululum, & lapidabit me.

5. Et ait Dominus ad Moyſen : Antecede populum, & ſume tecum de ſenioribus Iſraël :

5. Et dixit Dominus ad Moyſen : Antecede populum, ſume autem tecum de ſenioribus po- *Aug. quæſt. 64. in Exod. t. 3. 441. a.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Καὶ ἀπῆρε πᾶσα συναγωγὴ..... καὶ παρεμβολὰς αὐτῶν, διὰ ῥήματος Κυρίου, &c. ut in Lat. *Et promovit omnis ſynagoga..... ſecundùm caſtra ſua per verbum Domini*, &c. Hieron. ep. ad Fabiol. to. 2. col. 592. b. *Profecta eſt omnis multitudo filiorum Iſraël de eremo Sin per manſiones ſuas, juxta os Domini, & venerunt Raphidim.* Auguſt. locut. 86. de Exod. col. 346. d. addit : *Non erat autem populo aqua bibere, id eſt, ad bibendum.* In Gr. πιεῖν.

℣. 2. Gr. Καὶ ἐλοιδορεῖτο, &c. ut in Lat.

℣. 3. Gr. Καὶ διεγόγγυζεν ἐκεῖ ὁ λαός, &c. ut ſup. Vide ſis Tertul. l. de pat. c. 5. p. 200. b.

℣. 5. Similiter hab. idem Auguſt. locut. 89. de Exod.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

puli : & virgam in qua percuſſiſti flumen, accipe in manu tua.....

Ambr. l. 1. de Cain, c. 8. 198. f. Idem de ele, c. 5. 540. b.

6. Ego ſteti hîc priuſquam tu..... percuties petram, & exiet aqua ex ea, & bibet populus.....

VULGATA NOVA.

& virgam qua percuſſiſti fluvium, tolle in manu tua, & vade. *Sup. 14. 21.*

6. En ego ſtabo ibi coram te, ſupra petram Horeb : percutieſque petram, & exibit ex ea aqua, ut bibat populus. Fecit Moyſes ita coram ſenioribus Iſraël : *Pſ. 77. 15. 1. Cor. 10. 4.*

VULGATA NOVA.

7. & vocavit nomen loci illius, Tentatio, propter jurgium filiorum Iſraël, & quia tentaverunt Dominum, dicentes : Eſt ne Dominus in nobis, an non?

8. Venit autem Amalec, & pugnabat contra Iſraël in Raphidim. *Deut. 25. 17. Judith 4. 13. Sap. 11. 3.*

VERSIO ANTIQUA.

Cypr. l. 2. Teſtim. 294. b.

9. Dixit Moyſes ad Jeſum : Elige tibi viros : & exi, & conſtitue cum Amalech in craſtinum : ecce ego ſtabo in cacumine collis, & virga Dei in manu mea.

VULGATA NOVA.

9. Dixitque Moyſes ad Joſue : Elige viros : & egreſſus, pugna contra Amalec : cras ego ſtabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea.

10. Fecit Joſue ut locutus erat Moyſes, & pugnavit contra Amalec : Moyſes autem & Aaron & Hur aſcenderunt ſuper verticem collis.

11. Et factum eſt cùm levabat manus Moyſes, prævalebat Iſraël : ubi autem ſubmiſerat manus Moyſes, invaleſcebat Amalech.

12. Sed manus Moyſi erant graves : & accepto lapide, ſuppoſuerunt ſub eo, & ſedebat ſuper eum : & Aaron & Ur ſuſtentabant manus ejus hinc & inde. Et factæ ſunt manus Moyſi ſtabiles uſque in occaſum ſolis.

11. Cùmque levaret Moyſes manus, vincebat Iſraël : ſin autem paululùm remiſiſſet, ſuperabat Amalec.

12. Manus autem Moyſi erant graves : ſumentes igitur lapidem, poſuerunt ſubter eum, in quo ſedit : Aaron autem & Hur ſuſtentabant manus ejus ex utraque parte. Et factum eſt ut manus illius non laſſarentur uſque ad occaſum ſolis.

13. Et fugavit Jeſus Amalech, & omnem populum ejus.....

14. Et dixit Dominus ad Moyſen : Scribe hoc, ut ſit memoria in libro, & da in aures Jeſu : quoniam deletione deleam memoriam Amalech de ſub cœlo.

15..... Dominus meum refugium.

13. Fugavitque Joſue Amalec, & populum ejus in ore gladii.

14. Dixit autem Dominus ad Moyſen : Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Joſue : delebo enim memoriam Amalec ſub cœlo.

15. Ædificavitque Moyſes altare : & vocavit nomen ejus, Dominus exaltatio mea, dicens :

16. Quia manus ſolii Domini, & bellum Domini, erit contra Amalec, à generatione in generationem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

col. 346. e. ab his, & *virgam in*, &c. Nec diſſimile quid Græcè, præter duo, τῷ λαῷ τούτῳ, *populum iſtum*, & σεαυτῷ, *tibi ipſi*, pro *tecum*. Mſ. verò Alex. loco τούτῳ, addit ἐγὼ, paulòque poſt ſcribit, μετὰ σεαυτοῦ; cum editt. Ald. & Compl. non σεαυτῷ. Vide ſeqq. apud Auguſt.

℣. 6. Græc. Ὅδε ἐγὼ ἕστηκα ἐκεῖ πρὸ τοῦ σὲ (al. codices cum Compl. τοῦ σὲ ἐλθεῖν) ἐπὶ τῆς πέτρας ἐν Χωρήβ, καὶ πατάξεις, &c. ut in Lat. Auct. verò l. de promiſſ. apud Proſp. p. 1. c. 39. col. 121. a. *Præcedam te in Coreb; & ſtabo ſuper petram, & tu veniens percuties petram, & exibit aqua, & bibet populus meus.*

℣. 9. Græc. Εἶπε δὲ Μωυσῆς τῷ Ἰησοῦ· Ἐπίλεξον σεαυτῷ ἄνδρας δυνατούς, καὶ ἐξελθὼν παράταξαι τῷ Ἀμαλήκ· ἄυριον· καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἕστηκα ἐπὶ τῆς, &c. ut in Lat. In Mſ. Alex. ac edit. Ald. deeſt δυνατούς, poſt ἄνδρας. Eadem memorat idem Cypr. ſupra, p. 292. b. dicens : *Hic eſt lapis, ſuper quem ſedit Moyſes in cacumine collis, quando Jeſus Nave contra Amalech dimicavit..... & Amalech ſuperatus eſt ab Jeſu.* Similiter Auguſt. quæſt. 65. in Exod. col. 441. c. *Et ecce ego ſto ſuper cacumen collis, & virga Dei in manu mea, dicit Moyſes ad Jeſum Nave, cùm præciperet pugnari adversùs Amalech.* Arnobius de Deo trino, col. 215. c. *Ego ſtabo in cacumine collis, & virga hac quæ in manu tua eſt, in ipſa faciam omnia ſigna virtutum.*

℣. 11. Eadem iterum leguntur ap. Cypr. ep. ad Fort. p. 267. a. niſi quòd deeſt vox *Moyſes*, ante *invaleſcebat*: nec diſſimilia in Græco, niſi excipiantur aoriſt. ἐπῆρε..... καθῆκε, *levavit..... ſubmiſit*. His accedunt quæ Tertul. dicit, l. contra Jud. c. 10. pag. 144. b. *Moyſes, cùm Jeſus adversùs Amalech præliabatur, extenſis manibus orabat reſidens.* Item Hilar. in Pſ. 133. col. 466. f. *Cùm elevatis conſtitiſſet manibus, vincebat; ſummiſſis verò in terram, vincendum populum ab hoſte præbebat.*

℣. 12. Sic iterum Cypr. ep. ad Fortunat. p. 267. a. omiſſis tamen his, *ſed manus Moyſi erant graves.* In Græco, Αἱ δὲ χεῖρες Μωυσῆ βαρεῖαι· καὶ λαβόντες λίθον ὑπέθηκαν ὑπ' αὐτόν..... καὶ Ἀαρὼν καὶ Ὢρ ἐστήριζον τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐντεῦθεν εἷς, καὶ ἐντεῦθεν εἷς, &c. ut in Lat.

℣. 13. Græc. Καὶ ἐτρέψαλο Ἰησοῦς, &c. ut in Latino. Cyp. epiſt. ad Fortunat. p. 267. a. conſtanter, & *fugavit*, &c. ut ſup. Auct. l. de XL. Manſ. col. 9. a. *Fugavit Amalech, & omnem populum ejus in occiſione gladii.* Græc. quoque addit in fine, ἐν φόνῳ μαχαίρας, quæ verba omittit Cypr. tum l. Teſtim. tum ep. ad Fortunat. licet utrobique proximè addat: & *dixit Dominus*, &c.

℣. 14. Itidem Cypr. ep. ad Fortunat. p. 267. a. In Gr. ſic : Εἶπε δὲ (Mſ. Alex. Καὶ εἶπε) Κύριος..... Καλάγραψον τοῦτο εἰς μνημόζυνον εἰς βιβλίον, (Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. ἐν βιβλίῳ) &c. ut in Lat.

℣. 15. In Græco ſic : Καὶ ᾠκοδόμησε Μωυσῆς θυσιαστήριον Κυρίῳ· καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Κύριος καταφυγή μου. Mſ. Alex. cum Ald. ed. μοῦ καταφυγή· quæ Auguſt. locut. 90. de Exod. to. 3. col. 346. f. narrando exprimit, dicens : *Scriptum eſt, quòd altare conſtituerit Moyſes, & appellaverit illud, Dominus meum refugium.*

Digitized by Google

CAPUT XVIII.

Vulgata nova.

1. CUmque audiſſet Jethro, ſacerdos Madian, cognatus Moyſi, omnia quæ fecerat Deus Moyſi, & Iſraëli populo ſuo, & quòd eduxiſſet Dominus Iſraël de Ægypto:

2. tulit Sephoram uxorem Moyſi quam remiſerat:

3. & duos filios ejus, quorum unus vocabatur
Sup. 2. Gerſam, dicente patre: Advena fui in terra aliena.
22. 4. Alter verò Eliezer: Deus enim, ait, patris mei adjutor meus, & eruit me de gladio Pharaonis.

5. Venit ergo Iethro cognatus Moyſi, & filii ejus, & uxor ejus, ad Moyſen in deſertum, ubi erat caſtrametatus juxta montem Dei.

6. Et mandavit Moyſi, dicens: Ego Iethro cognatus tuus venio ad te, & uxor tua, & duo filii tui cum ea.

7. Qui egreſſus in occurſum cognati ſui, adoravit, & oſculatus eſt eum: ſalutaveruntque ſe mutuò verbis pacificis. Cùmque intraſſet tabernaculum,

8. narravit Moyſes cognato ſuo cuncta quæ fecerat Dominus Pharaoni, & Ægyptiis propter Iſraël; univerſumque laborem, qui accidiſſet eis in itinere, & quòd liberaverat eos Dominus.

9. Lætatuſque eſt Iethro ſuper omnibus bonis, quæ fecerat Dominus Iſraëli, eò quòd eruiſſet eum de manu Ægyptiorum,

10. & ait: Benedictus Dominus, qui liberavit vos de manu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eruit populum ſuum de manu Ægypti.

11. Nunc cognovi, 11. *Vide Not. ad ℣.* 12.
quia magnus Dominus ſuper omnes deos: eò quòd ſuperbè egerint contra illos. *Sup.* 1. 14. §. 7. 10. 10. 14. 8.

Vulgata nova.

12. Obtulit ergo Iethro cognatus Moyſi holocauſta & hoſtias Deo: veneruntque Aaron & omnes ſeniores Iſraël, ut comederent panem cum eo coram Deo.

Versio antiqua.

12. Et ſumpſit Jothor ſocer Moyſi holocauſtomata & ſacrificia Deo: venit autem & Aaron, & omnes ſeniores Iſraël manducare panem cum ſocero Moyſi ante Deum. *Aug. Locut.* 90. 346. *e.* *Aug. quæſt.* 66. *in Exod. t.* 3. 441. *d.*

Vulgata nova.

13. Altera autem die ſedit Moyſes ut judicaret populum, qui aſſiſtebat Moyſi à manè uſque ad veſperam. 13..... 14. *Vide Not.*

14. Quod cùm vidiſſet cognatus ejus, omnia ſcilicet quæ agebat in populo, ait: Quid eſt hoc quod facis in plebe? cur ſolus ſedes, & omnis populus præſtolatur de manè uſque ad veſperam?

Versio antiqua.

15. Moyſes ſocero dixit: Quia venit ad me populus inquirere judicium à Deo. *Aug. quæſt.* 67. *in Exod. t.* 3. 441. *e.*

16. Cùm eis contigerit diſceptatio, & venerint ad me, judico unumquemque, & moneo eos præcepta Dei, & legem ejus.

Vulgata nova.

15. Cui reſpondit Moyſes: Venit ad me populus quærens ſententiam Dei.

16. Cùmque acciderit eis aliqua diſceptatio, veniunt ad me ut judicem inter eos, & oſtendam præcepta Dei, & leges ejus.

17. At ille: Non bonam, inquit, rem facis:

18. ſtulto labore conſumeris & tu, & populus iſte qui tecum eſt: ultra vires tuas eſt negotium, ſolus illud non poteris ſuſtinere. *Deut.* 1. 12.

19. Sed audi verba mea atque conſilia, & erit Deus tecum. Eſto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, ut referas quæ dicuntur ad eum:

20. oſtendaſque populo cæremonias & ritum colendi, viamque per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant.

Versio antiqua.

18..... grave tibi verbum hoc..... *Aug. Locut.* 91. 346. *f.*

19. Nunc itaque audi me, & conſilium dabo tibi, & erit Deus tecum. Eſto tu populo quæ ad Deum, & referes verba eorum ad Deum: *Aug. quæſt.* 68. & 69. *in Exod. t.* 3. 442. *b.*

20. & teſtaberis illis præcepta Dei, & legem ejus; & demonſtrabis illis vias, in quibus ambulabunt in eis, & opera quæ facient.

Vulgata nova.

21. Provide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint avaritiam, & conſtitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, 21..... *Vid. Not.*

22. qui judicent populum omni tempore: quid-

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 12. Eadem ſunt in Græco, præter unum συμφαγεῖν, *manducare ſimul*, pro *manducare*; deeſt quoque ℣, ante *Aaron*; ſed retinet Mſ. Alex. ἐν Ἀαρών. His verò *ante Deum*, addit Auguſt. ſup. *Vel ſicut alii codices habent*, coram Deo, *quod Græcè ſcriptum eſt*, ἐναντίον τοῦ Θεοῦ. Idem locut. 90. de Exod. col. 346. f. ait: *Iſtum autem Jothor legimus ſacerdotem fuiſſe Madian, id eſt, gentis Madian. Mirum eſt autem ſi ejus adventu cœpit ſacrificare Moyſes, & non potiùs ipſe Jothor, qui jam ſacerdos erat:* & quæſt. 69. in Exod. col. 442. d. *Ambiguè*, inquit, *poſita ſunt verba, vel utrùm ſacrificaverit Deo vero in populo ejus, quando vidit generum ſuum, vel utrùm eum adoraverit ipſe Moyſes, quanquam de adoratione.... honor videretur ſocero redditus.* Vid. etiam quæſt. 12. col. 425. e.

℣℣. 13. 14. Ad hæc Auguſt. quæſt. 67. in Exod. col. 441. f. *Nunquid Moyſes, quamvis cum illo Deus loqueretur, per ſingula credendum eſt quòd conſulere ſoleret Deum, ſi quid eſſet in diſceptationibus tantæ multitudinis, quæ illum in hoc judicandi negotio à manè uſque ad veſperam detinebat.*

℣. 15. Græc. Καὶ λέγει Μωυσῆς τῷ, &c. ut in Latino. Similiter apud Lucif. Cal. col. 183. b. *Venit ad me populus quærens* (Græc. ἐκζητῆσαι) *judicium à Deo*, infra *Domino*.

℣. 16. Græc. Ὅταν γὰρ γένηται αὐτοῖς ἀντιλογία, &c. ut in Lat. niſi quòd pro *moneo*, hab. συμβιβάζω, ad verbum, *inſtruo*, ſeu *collatis ſcripturæ locis probo*.

℣. 18. In Græco primùm: Φθορᾷ καταφθαρήσῃ ἀνυπομονήτῳ ἐν σοὶ, ἐν πᾶς ὁ λαὸς οὗτος, ὃς ἐστι μετὰ σοῦ· deinde ut in Lat. Eadem memorat Auguſt. quæſt. 68. in Exod. col. 441. g. dicens: *Jothor conſilium dat genero ſuo Moyſi, ne occupatus judiciis populi, & ipſe, & populus conſummaretur conſumptione intolerabili.*

℣. 19. Ita in Græco ad verbum.

℣. 20. Ad verbum è Græco, niſi excipias unum, *demonſtrabis*, pro quo σημανεῖς, propriè *ſignificabis*. Auguſt. locut. 92. de Exod. col. 346. f. conſtanter: *Et demonſtrabis illis vias*, &c. ut ſup.

℣. 21. Eò ſpectant quæ narrat Auguſt. quæſt. 69. in Exod. col. 442. c. dicens: *Poſt hæc admonet ne ſingulorum*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

quid autem majus fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodo judicent: leviùsque sit tibi, partito in alios onere.

23. Si hoc feceris, implebis imperium Dei, & præcepta ejus poteris sustentare: & omnis hic populus revertetur ad loca sua cum pace.

VERSIO ANTIQUA.

Aust. l. de xl. Manss. ap. Ambr. 9. b.

24. Audivit autem Moyses vocem soceri sui, & fecit quæcunque dixit ei.

Aug. Locut. 93. t. 3. 346. g. 347. a.

26..... verbum autem grave referebant ad Moysen: omne autem verbum leve judicabant ipsi.

VULGATA NOVA.

24. Quibus auditis, Moyses fecit omnia quæ ille suggesserat.

25. Et electis viris strenuis de cuncto Israël, constituit eos principes populi, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos.

26. Qui judicabant plebem omni tempore: quidquid autem gravius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo judicantes.

27. Dimisitque cognatum suum: qui reversus abiit in terram suam. *Num. 10. 29.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

negotia..... deferantur, electis videlicet potentibus viris, Deum colentibus, justis, & qui oderint superbiam; quos constituat super millenos, alios super centenos, alios super quinquagenos, alios super denos. Tum addit: *Sic & ab ipso Moyse removit graves, & periculosas occupationes; nec istos gravavit, quandoquidem ipsi mille haberent unum super se, & sub illo haberent alios decem, & sub eis alios viginti, & sub his alios centum, ut vix aliquid ad singulos quosque præpositos pervenirent, quod judicare necesse haberent.* In Græco sic: Καὶ οὐ σεαυτῷ σκέψαι ἀπὸ παντὸς τοῦ λαοῦ ἄνδρας δυνατοὺς, θεοσεβεῖς, ἄνδρας δικαίους, μισοῦντας ὑπερηφανίαν, καὶ καταστήσεις ἐπ' αὐτῶν χιλιάρχους, καὶ ἑκατοντάρχους, καὶ πεντηκοντάρχους, καὶ δεκαδάρχους. MS. Alex. cum Ald. edit. addit, καὶ γραμματοεισαγωγεῖς, & *scribas*, quod abest ab aliis. Augustus verò illos scribas admittit infra, dicens: *Quos autem dicat, γραμματοεισαγωγεῖς, post decuriones, non facilè sciri potest, quoniam hoc nomen in nullo usu habemus, vel officiorum, vel magisteriorum. Nam quidam, Doctores, interpretati sunt, ut intelligantur utique Litterarum, qui introducant in litteras, sicut resonat Græcum vocabulum.* Sequuntur in Gr. Καὶ κρινοῦσι τὸν λαὸν πᾶσαν ὥραν· τὸ δὲ ῥῆμα τὸ ὑπέρογκον ἀνοίσουσιν ἐπὶ σέ· τὰ δὲ βραχέα τῶν κριμάτων κρινοῦσιν αὐτοὶ, καὶ κουφιοῦσιν ἀπὸ σοῦ, καὶ συναντιλήψονταί σοι. *Et judicabunt populum omni tempore: verbum autem grave referent ad te; quæ autem ex negotiis brevia fuerint, judicabunt ipsi; & allevabunt à te, & susscipient onus unà tecum.*

℣. 24. Itidem Græcè, excepta voce *sui*, quæ deest; at in editt. Ald. & Compl. legitur τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ. August. quoque quæst. 69. in Exod. col. 442. d. ait: *Moyses non fastidivit, neque contempsit soceri sui consilium.*

℣. 26. August. ibid. *Verbum autem grave referebant super Moysen*; tum addit: *sic enim habet Græcus, quod Latinè interpretati sunt*, ad Moysen. *Illâ sanè locutione ipsa etiam cura significatur, qua dictum est*, super Moysen; *vel ut onus ei significaretur impositum*; Græc. πᾶν δὲ ῥῆμα (edd. Ald. & Compl. τὸ δὲ ῥῆμα) ὑπέρογκον ἀνεφέρουσαν (Ald. & Compl. ἀνέφερον) ἐπὶ Μωυσῆν· πᾶν δὲ ῥῆμα ἐλαφρὸν ἐκρινοῦσαν αὐτοί. Ald. & Compl. ἐκεῖνοι. *Verbum autem grave*, ait August. *dictum est pro quæstione gravi:* ὑπέρογκος, ad verbum *prætumidus*, ex ὑπὲρ *super*, i. e. *nimis*, & ὄγκος, *tumor*, *fastus*, item *gravitas*, *pondus*, *eminentia*.

CAPUT XIX.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 70. in Exod. t. 3. 442. g.

1. MEnsis autem tertii exitûs filiorum Israël de terra Ægypti, hac die venerunt in eremum Sina.

2. Et profecti sunt ex Raphidin, & venerunt in eremum Sina, & applicuit Israël ibi contra montem.

3. Et Moyses ascendit in montem Dei, & vocavit eum Dominus de monte, dicens: Hæc dices domui Jacob, & nunciabis filiis Israël:

Lucif. Calar. l. pro S. Athan. col. 183. c.

4. Ipsi vidistis, quanta fecerim Ægyptiis, & assumpsi vos tanquam supra pinnas aquilæ, & adduxi vos ad me.

5. Et nunc si auditu audieritis vocem meam, & custodieritis testamentum meum, eritis mihi populus abundans præ omnibus gentibus: mea est universa terra.

6. Vos autem eritis mihi regnum sanctissimum, & gens sancta.....

VULGATA NOVA.

1. MEnse tertio egressionis Israël de terra Ægypti, in die hac venerunt in solitudinem Sinai.

2. Nam profecti de Raphidim, & perventes usque in desertum Sinai, castrametati sunt in eodem loco, ibique Israël fixit tentoria è regione montis.

3. Moyses autem ascendit ad Deum, vocavitque eum Dominus de monte, & ait: Hæc dices domui Jacob, & annuntiabis filiis Israël: *Act. 7. 38.*

4. Vos ipsi vidistis, quæ fecerim Ægyptiis, quomodo portaverim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi. *Deut. 29. 2.*

5. Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea est enim omnis terra. *Ps. 23. 1.*

6. Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta: hæc sunt verba quæ loquêris ad filios Israël. *1. Pet. 2. 9.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ad verbum è Græco. Hieron. verò ep. ad Fabiol. to. 2. col. 593. a. legit: *Mense tertio egressionis filiorum Israël de Ægypto, in die hac, transierunt in solitudine Sinaï.* Vid. Aug. infra, col. 443.

℣. 2. Græc. Καὶ ἀπῆραν ἐκ Ῥαφιδεὶν, καὶ..... καὶ παρενέβαλεν ἐκεῖ Ἰσραήλ, &c. ut in Lat. Apud Hieron. ep. ad Fabiol. col. 593. a. sic: *Profectique de Raphidim, venerunt in desertum Sinaï, & castrametati sunt in eremo, sedítque ibi Israël è regione montis.*

℣. 3. Eadem prorsus in Græco, præter unum, ὁ Θεός, *Deus*, loco *Dominus*. At in edit. Compl. Κύριος ὁ Θεός, al. Κύριος, cum August. Eadem quoque refert Lucif. Cal. col. 183. c. ad verbum, exceptis his, *Deus*, & *annuntiabis*, Gr. ἀναγγελεῖς. Hieron. ep. ad Fabiol. col. 593. a. *Et Moyses ascendit ad Deum, vocavitque eum Dominus de monte, dicens.*

℣. 4. Græc. Αὐτοὶ ἑωράκατε ὅσα πεποίηκα τοῖς..... καὶ ἀνέλαβον ὑμᾶς ἀετεῖ ἐπὶ πτερύγων ἀετῶν, καὶ προσηγαγόμην ὑμᾶς πρὸς ἐμαυτόν. i. e. *Ipsi vidistis quæcunque feci Ægyptiis, & assumpsi vos sicut super alas aquilarum, & adduxi vos ad me ipsum.*

℣. 5. Optimè è Græco, nisi quòd pro *mea est universa*, &c. habetur, ἐμοὶ γάρ ἐστι πᾶσα, &c. Ambros. l. 3. de fide, c. 15. to. 2. col. 519. a. hanc vocem οὐσίαν, rectè dictam contendit de filio, *cùm*, inquit, & *panem* ἐπιούσιον *Dominus dixerit*, & *scripserit Moyses*: ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι λαὸς περιούσιος.

℣. 6. Ita in Græco, præter hoc, βασίλειον ἱεράτευμα,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

7. Venit Moyſes : & convocatis majoribus natu populi , expoſuit omnes ſermones quos mandaverat Dominus.

8. Reſponditque omnis populus ſimul : Cuncta quæ locutus eſt Dominus , faciemus. Cùmque retuliſſet Moyſes verba populi ad Dominum ,

9. ait ei Dominus : Jam nunc veniam ad te in caligine nubis , ut audiat me populus loquentem ad te , & credat tibi in perpetuum. Nunciavit ergo Moyſes verba populi ad Dominum.

10. Qui dixit ei : Vade ad populum , & ſanctifica illos hodie , & cras , laventque veſtimenta ſua ,

11. & ſint parati in diem tertium : in die enim tertia deſcendet Dominus coram omni plebe ſuper montem Sinai.

VERSIO ANTIQUA.

8..... Omnia quæcunque dixit Deus , & audiemus , & faciemus..... *Hilar. in Pſ. 118. 360. d.*

10. Et dixit Dominus ad Moyſen : Deſcende , & teſtare populo , & purifica illos hodie , & cras , & lavent veſtimenta , *Aug. quæſt. 70. in Exod. t. 3. 443. a.*

11. & ſint parati in diem tertium : tertia enim die deſcendet Dominus in montem Sina coram omni populo.

VULGATA NOVA.

12. Conſtitueſque terminos populo per circuitum , & dices ad eos : Cavete ne aſcendatis in montem , nec tangatis fines illius : omnis qui tetigerit montem , morte morietur. *Hebr.* 12. 18.

13. Manus non tanget eum , ſed lapidibus opprimetur , aut confodietur jaculis : ſive jumentum fuerit , ſive homo , non vivet : cùm cœperit clangere buccina , tunc aſcendant in montem.

14. Deſcenditque Moyſes de monte ad populum , & ſanctificavit eum. Cùmque laviſſent veſtimenta ſua ,

VULGATA NOVA.

15. ait ad eos : Eſtote parati in diem tertium , & ne appropinquetis uxoribus veſtris.

VERSIO ANTIQUA.

15..... Eſtote parati tribus diebus , non accedetis ad mulieres. *Cypr. l. 3. Teſtim. 316. b.*

VULGATA NOVA.

16. Jamque advenerat tertius dies , & manè inclaruerat : & ecce cœperunt audiri tonitrua , ac micare fulgura , & nubes denſiſſima operire montem , clangorque buccinæ vehementiùs perſtrepebat : & timuit populus qui erat in caſtris.

17. Cùmque eduxiſſet eos Moyſes in occurſum Dei de loco caſtrorum , ſteterunt ad radices montis.

17..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

18. Totus autem mons Sinai fumabat : eò quòd deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne , & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace : eratque omnis mons terribilis. *Deut. 4. 11.*

19. Et ſonitus buccinæ paulatim creſcebat in majus , & prolixiùs tendebatur : Moyſes loquebatur , & Deus reſpondebat ei.

VERSIO ANTIQUA.

18. Sina autem mons fumabat totus : propterea quòd deſcendiſſet Deus in eum in igne , & aſcendebat fumus tanquam fumus fornacis : & mente confuſus eſt omnis populus vehementer. *Aug. l. 2. de Trin. t. 8. 786. e.*

19. Fiebant autem voces tubæ prodeuntes fortiter valde : Moyſes loquebatur , & Deus reſpondebat ei voce.

VULGATA NOVA.

20. Deſcenditque Dominus ſuper montem Sinai in ipſo montis vertice , & vocavit Moyſen in cacumen ejus. Quò cùm aſcendiſſet ,

21. dixit ad eum : Deſcende , & conteſtare populum : ne fortè velit tranſcendere terminos ad videndum Dominum , & pereat ex eis plurima multitudo.

VULGATA NOVA.

22. Sacerdotes quoque qui accedunt ad Do-

VERSIO ANTIQUA.

22. Et Sacerdotes qui accedunt ad Dominum *Cypr. epiſt. 72. 129. a.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

regale ſacerdotium , loco *regnum ſanctiſſimum*.

℣. 8. Græc. Πάντα ὅσα..... ποιήσομεν ἢ ἀκουσόμεθα. Ita etiam infra , c. 24. ℣. 3. *Cùm videatur ordo poſtulare* , inquit Auguſt. quæſt. 96. col. 452. f. *ut diceretur : Audiemus & faciemus.*

℣. 10. *Et dixit Dominus ad Moyſen.* Ita ex Cypriano , l. 2. Teſtim. p. 295. b. qui addit cum Auguſt. *Deſcende , & teſtificare populo , & ſanctifica illos hodie & cras , & lavent veſtem ſuam.* Hieron. ep. ad Fabiol. to. 2. col. 593. a. *Vade ad populum , & ſanctifica eos hodie & cras , & lavent veſtimenta ſua.* Apud Marten. Anecdot. to. 5. col. 14. b. *Deſcende , & teſtificare populo , & purifica illos , ut lavent veſtimenta ſua.* Auguſt. verò ep. 55. ad Januar. to. 2. col. 140. e. conſtanter ut ſup. *Deſcende , teſtare populo , & purifica illos.... & lavent veſtimenta ſua.* Græc. Εἶπε δὲ Κύριος..... Καταβὰς διαμάρτυραι τῷ..... καὶ ἁγιάσει αὐτοὺς..... καὶ πλυνάτωσαν τὰ ἱμάτια. Editt. Ald. & Compl. τὰ ἱμάτια αὐτῶν.

℣. 11. Ita rurſus apud Auguſt. ep. 55. ad Jan. to. 2. col. 140. e. nec diſſimilia leguntur in Græco. Cyp. verò l. 2. Teſtim. p. 295. b. hab. *Et ſint parati in perendinum diem ; die enim tertio deſcendet Dominus in montem Sina.* Hieron. ep. ad Fabiol. to. 2. col. 593. a. *Sintque parati in diem tertium , quia tertia die deſcendet Dominus , videnteuniverſo populo , ſuper montem Sinaï.* Anecdot. Marten. to. 5. col. 14. b. *Et ſint parati in die tertia.*

℣. 15. Græc. Γίνεσθε ἕτοιμοι , τρεῖς ἡμέρας μὴ προσέλθητε γυναιξί..... *tres dies ne acceſſeritis ad uxorem.*

℣. 17. Græc. Καὶ ἐξήγαγε Μωυσῆς τὸν λαὸν εἰς συνάντησιν τῷ Θεῷ , &c. Unde Hilar. l. 5. de Trin. col. 867. b. ait : *Nunquid non obviam Deo Moyſes populum eduxit ad montem ?*

℣. 18. Similia Græc. habet , niſi quòd delet , *autem* , poſt *Sina* , & pro *mente confuſus eſt* , habet , ἐξέστη , *obſtupuit.* In Mſ. Alex. ac edit. Ald. ipſo initio legitur , τὸ δὲ ὄρος τὸ Σινά. Apud Cypr. l. 3. Teſtim. p. 327. b. *Et mons Sina fumabat totus , quoniam deſcenderat Deus in eum in igne.* Ap. Caſſiod. in Pſ. 67. p. 220. c. *Totus autem mons Sina fumabat , eò quòd Dominus deſcendiſſet ſuper eum.* Hilar. quoque l. 5. de Trin. col. 867. b. alludens dicit : *Nunquid non Deus deſcendit in montem ? ..... Intelligite perſonantes tubas , & lampadum flammas , & è monte æſtuantem fornacium fumum , & ad adventum Dei conſciam humanæ infirmitatis trepidationem* , &c.

℣. 19. Græc. Ἐγίνοντο δὲ αἱ φωναὶ τῆς σάλπιγγος προβαίνουσαι ἰσχυρότεραι σφόδρα· Μωυσῆς ἐλάλησεν.) Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. ἐλάλει) , ὁ δὲ Θεὸς ἀπεκρίνατο αὐτῷ φωνῇ.

℣. 22. Eadem rurſus habet Cypr. tum epiſt. 64. p. 111. b. tum ep. 68. p. 117. c. Ita quoque legit Parmenianus ap.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Deum, ſanctificentur, ne fortè derelinquat illos Dominus.

VULGATA NOVA.

minum, ſanctificentur, ne percutiat eos.

VULGATA NOVA.

23. Dixitque Moyſes ad Dominum : Non poterit vulgus aſcendere in montem Sinai : tu enim teſtificatus es, & juſſiſti, dicens : Pone terminos circa montem, & ſanctifica illum.

24. Cui ait Dominus : Vade, deſcende : aſcendeſque tu, & Aaron tecum : ſacerdotes autem & populus ne tranſeant terminos, nec aſcendant ad Dominum, ne fortè interficiat illos.

25. Deſcenditque Moyſes ad populum, & omnia narravit eis.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Auguſt. l. 2. contra ipſum, to. 9. col. 32. e. ubi notanda illa Auguſtini verba : *Bene quidem de veteribus libris iſta proponunt.* In Græco ſic : Καὶ οἱ ἱερεῖς οἱ ἐγγίζοντες Κυρίῳ τῷ Θεῷ..... μήποτε ἀπαμάξῃ ἀπ' αὐτῶν Κύριος. Vide Auguſt. quæſt. 23. in Exod. col. 500. b.

CAPUT XX.

VERSIO ANTIQUA.

Fulg. l. de fide ortbod. ad Donat. 200.

2. Ego ſum Dominus Deus tuus, qui te eduxi de terra Ægypti, de domo ſervitutis.

3. Non erunt tibi dii alii præter me.

Aug. quæſt. 71. in Exod. t. 3. 443. d. e. 444. a. b. c.

4. Non facies tibi idolum, neque ullum ſimulacrum, quæcunque in cœlo ſunt ſurſum, & quæcunque in terra deorſum, & quæcunque in aqua ſub terra.

Fulg. l. 1. de remiſſ. pecc. 364. c.

5. Non adorabis ea, neque ſervies illis : ego ſum Dominus Deus tuus, Deus zelans, qui reddo peccata patrum in filios, in tertiam & quartam progeniem, in his qui oderunt me :

6. & faciens miſericordiam in millia millium his qui amant, & cuſtodiunt præcepta mea.

Auct. quæſt. Vet. Teſt. apud Aug. t. 3. p. 45. g.

7. Non aſſumes nomen Dei tui in vanum : non enim mundabit eum Dominus qui ſumit nomen ejus in vanum.

VULGATA NOVA.

1. LOcutuſque eſt Dominus cunctos ſermones hos :

2. Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſervitutis. *Deut. 5. 6. Pſ. 80. 11.*

3. Non habebis deos alienos coram me.

4. Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem quæ eſt in cœlo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra. *Levit. 26. 1. Deut 4. 15. Joſ. 24. 14. Pſ. 96. 7.*

5. Non adorabis ea, neque coles : ego ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me :

6. & faciens miſericordiam in millia his qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea.

7. Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum : nec enim habebit inſontem Dominus eum qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra. *Levit. 19. 12. Deut. 5. 11.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Itidem Græcè. Similiter habet Tertul. l. contra Gnoſt. p. 825. b. *Ego ſum Dom. Deus tuus, qui te eduxi de terra Ægypti.* Ambroſiaſt. col. 56. e. *Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de Ægypto, de domo ſervitutis.*

℣. 3. Similiter habet Tertul. l. contra Gnoſt. p. 825. b. excepta voce *dei*, pro *dii*. At Auguſt. conſtanter *dii*, tum ſerm. 8. to. 5. col. 41. f. 47. e. f. tum lib. de fide & op. 10. 6. col. 174. e. & quæſt. 71. in Exod. col. 443. d. Similiter apud Ambroſiaſt. col. 56. e. at infra col. 249. a. legit : *Non ſint tibi alii dii præter me :* cui lectioni favet Auct. quæſt. Vet. Teſt. quæſt. 7. col. 45. g. Cyprianus verò ep. ad Demetr. p. 217. c. & l. de exhort. Mart. 264. a. nec non Fulgent. l. pro fide Cath. p. 536. hab. *Non erunt tibi dii alii abſque me.* Sic etiam Hieron. in Oſe. c. 10. to. 3. col. 130. b. at in Iſai. 45. col. 339. a. *Non erunt tibi dii alieni abſque me.* Gr. Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ.

℣. 4. Similiter habet iterum Auguſt. l. de fide, & op. to. 6. col. 174. e. niſi quòd loco *idolum*, legit *idola* ; & in fine, *in aqua*, & *ſub terra*. Tertul. l. contra Gnoſt. p. 825. b. *Non facies tibi ſimulacrum eorum quæ in cælo*, & *quæ in terra deorſum*, & *quæ in mari infra terram :* at l. de Idololat. c. 4. p. 239. b. 240. b. *Ne feceritis idolum, neque ſimilitudinem eorum quæ in cælo ſunt*, & *quæ in terra*, & *quæ in mari :* & l. de ſpectac. c. 3. p. 213. b. *Non idolum coles*, &c. Cypr. de exhort. ad Mart. p. 263. c. & Jul. Firm. l. de errore falſ. relig. c. 29. p. 176. g. *Non facies tibi idolum, nec cujuſquam ſimilitudinem.* Ambroſiaſt. p. 56. e. *Et non facies tibi idolum, neque ullam ſimilitudinem :* & infra, p. 249. a. *Non facies tibi ſimilitudinem ullam eorum quæ ſunt in cælo ſurſum*, & *in terra deorſum.* Hieron. in Iſai. 65. to. 3. col. 481. a. *Non facies tibi idolum, neque ſimilitudinem omnium quæ in cælo ſunt*, & *quæ ſuper terram ;* at l. 3. in ep. ad Eph. to. 4. col. 394. f. *Non facies tibi idolum, neque omnem ſimilitudinem eorum quæ in cælo ſurſum*, & *quæ in terra deorſum*, & *quæ in aquis ſubtus terram.* Auct. quæſt. Vet. T. quæſt. 7. col. 45. g. *Non facies tibi ullam ſimilitudinem in cælo ſurſum*, & *in terra deorſum, neque in aqua quæ eſt ſub terra ;* & quæſt. 69. col. 70. c. *Non facies tibi idolum, neque adoraveris quæ in cælo ſurſum ſunt*, & *quæ in terra deorſum.* Græc. Οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω, καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασιν ὑποκάτω τῆς γῆς.

℣. 5. Similiter Auguſt. l. de fid. & op. to. 6. col. 174. e. *Non adorabis ea, neque ſervies eis.* Sic etiam Tertul. l. contr. Gnoſt. p. 825. b. additis his : *Ego enim ſum Dominus Deus tuus.* Vid. etiam l. 2. contr. Marc. p. 652. b. Item ſup. p. 650. a. ubi hæc habet : *Reddentis in filios patrum delicta.* Hieron. l. 3. in ep. ad Epheſ. to. 4. col. 394. f. legit : *Non adorabis ea*, & *non immolabis illis ; ego enim ſum Dominus Deus tuus, Deus zelotes, qui reddo peccata patrum in filios, uſque ad tertiam & quartam generationem his qui me oderunt :* & in Ezech. 18. to. 3. col. 815. f. *Ego ſum Dom..... Deus æmulator, qui reddo..... ſuper filios*, &c. ut ſup. Auct. l. de XI. Manſ. ap. Ambr. to. 2. col. 15. b. *Ego Dom..... Deus zelotes.* Adimantus ap. Auguſt. to. 8. col. 117. f. *Ego ſum Deus zelans, tribuens filiis tertiæ & quartæ generationis parentum peccata, qui me oderunt.* Auct. op. imp. in Matth. col. 19. a. *Peccata patrum reddam in filios uſque in tertiam & quartam generat.* Optat. denique, l. 6. contr. Donat. p. 102. c. 103. a. dicit, Deum *mala patrum uſque in quartam progeniem reddituram.* Gr. Οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, οὐδὲ μὴ λατρεύσεις αὐτοῖς· ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος ὁ..... Θεὸς ζηλωτής, ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, ἕως τρίτης καὶ τετάρτης γενεᾶς τοῖς μισοῦσί με.

℣. 6. Hieron. in Ezech. 18. to. 3. col. 815. f. *Et facio miſericordiam in millia his qui diligunt me*, & *cuſtodiunt præcepta mea.* Similiter l. 3. in ep. ad Epheſ. to. 4. col. 394. f. præter *mandata*, loco *præcepta*. Auct. quæſt. Vet. T. q. 14. col. 48. a. *Et faciens miſericordiam in millia millium iis qui diligunt me*, & *cuſtod. præcepta mea.* Ita quoque in Græco, præter vocem *millium*, quæ abeſt.

℣. 7. Tertul. de Idol. c. 20. p. 246. a. *Non ſumes nomen Domini Dei tui in vano :* & l. contr. Prax. p. 846. c. *Non ſumes nomen Dei in vanum.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 308. c. *Non accipies nomen Domini Dei tui in vanum.* Hieron. in Zach. 8. to. 3. col. 1752. a. b. *Non aſſumes nomen Domini Dei tui ſuper re vana.* Ambroſiaſt. col. 249. a. *Non ſumes nomen Dom..... in vanum.* Auguſt. ſer. 8. to. 5. col. 47. f. *Ne accipias nomen Dom..... in vanum.* Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. part. 1. c. 36. col. 117. b. *Non accipies nomen Domini tui in vanum ; non enim mundabit Dominus talem.* Gr. Οὐ λήψῃ τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
Inf. 31. 14.	8. Memento ut diem Sabbati ſanctifices.	8. Memento diem Sabbatorum ſanctificare eum.	*Tertul. adv. Jud. c.* 4. 137. *c.*
Deut. 5. 14. *Exech.* 20. 12.	9. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua.	9. Sex diebus operare, & facies omnia opera tua.	*Idem adv. Marc.* 652. *b.*
	10. Septimo autem die ſabbatum Domini Dei tui eſt: non facies omne opus in eo, tu, & filius tuus & filia tua, ſervus tuus & ancilla tua, jumentum tuum, & advena qui eſt intra portas tuas.	10. Septima autem die ſabbata Domino Deo tuo: non facies in ea omne opus.....	
Gen. 2. 2.	11. Sex enim diebus fecit Dominus cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt, & requievit in die ſeptimo, idcirco benedixit Dominus diei ſabbati, & ſanctificavit eum.		
Deut. 5. 16. *Matth.* 15. 4. *Eph.* 6. 2.	12. Honora patrem tuum & matrem tuam, ut ſis longævus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.	12. Honora patrem tuum & matrem tuam, ut bene ſit tibi, & ſis longævus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.	*Hieron. in ep. ad Eph. l.* 3. *t.* 4. 394. *e.*
	13. Non occides.	13. Non occides.	*Aug. quæſt.* 71. *in Exod. t.* 3. 445. *c.*
	14. Non mœchaberis.	14. Mon mœchaberis.	
Matth. 5. 21.	15. Non furtum facies.	15. Non furaberis.	
	16. Non loquêris contra proximum tuum falſum teſtimonium.	16. Falſum teſtimonium non dices adversùs proximum tuum.	
Rom. 7. 7. 13. 9.	17. Non concupiſces domum proximi tui: nec deſiderabis uxorem ejus, non ſervum, non ancillam, non bovem, non aſinum, nec omnia quæ illius ſunt.	17. Non concupiſces uxorem proximi tui: non concupiſces domum proximi tui, neque agrum ejus, neque ſervum ejus, neque ancillam ejus, neque bovem ejus, neque ſubjugale ejus, neque omne pecus ejus, neque quæcunque proximi tui ſunt.	*Ibid.* 443. *t. f.*
	18. Cunctus autem populus videbat voces & lampades, & ſonitum buccinæ, montemque fumantem: & perterriti ac pavore concuſſi, ſteterunt procul,	18. Et omnis populus videbat vocem & lampadas, & vocem tubæ, & montem fumantem.....	*Aug. quæſt.* 72. *in Exod. t.* 3. 445. *d.*
	19. dicentes Moyſi: Loquere tu nobis, &	19. Et dixerunt ad Moyſen: Loquere tu no-	*Idem quæſt.* 73. 445. *g.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἐπὶ μαλαίῳ· ᾧ γὰρ μὴ καθαρίσῃ Κύριος ὁ Θεός σου τὸν λαμβάνοντα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ ματαίῳ.

℣. 8. Ad verbum è Græco. Similiter habet Hilar. in Pſ. 91. col. 235. f. præter unum, *in mente habeto.* Aug. ſer. 8. to. 5. col. 43. a. *Memento diem ſabbati ſanctificare.* Capitul. XXXVII. 4. ſup. *In mente habe diem ſabbatorum.* Ambroſiaſt. p. 249. a. alludens: *Obſervabis ſabbata mea.*

℣. 9. Similiter habet Hilar. in Pſ. 91. col. 235. f. excepto uno, *operaberis*, pro *operare.* Gr. Ἓξ ἡμέρας ἐργᾷ, &c. ut in Lat. Gaud. Brix. ſer. 11. col. 961. g. *Sex diebus facies opera tua.*

℣. 10. Ita in Græco. Hilar. verò in Pſ. 91. col. 235. f. legit: *Septimo autem die ſabbatum Domini Dei tui: non facies in illa die ullum opus.* Auct. quæſt. Vet. T. q. 7. col. 45. g. *Sabbatum Domini Dei tui ſervabis, & non facies in illo ullum opus ſervile.* Vid. ſup. Not. ad cap. 12. ℣. 16.

℣. 12. Iren. l. 4. c. 9. col. 238. e. *Honora patrem & matrem, ut tibi bene ſit.* Item Tertul. l. de Monog. p. 954. b. & l. 2. & 5. contr. Marc. p. 651. a. 800. c. *Honora patrem & matrem:* at l. cont. Jud. c. 2. p. 136. a. *Honora patrem tuum.* Cypr. ep. 73. p. 135. b. delet *tuum.* Item Ambroſ. in Pſ. 43. col. 888. f. legit: *Honora patrem & matrem, ut longævus ſis ſuper terram:* & infra, 889. a. *Græcus*, inquit, *expreſſiùs dixit:* ut ſis multorum dierum, *hoc eſt*, πολυήμερος. Auguſt. ſer. 8. to. 5. col. 43. d. *Honora patrem tuum, & matrem tuam*: at quæſt. 71. in Exod. col. 443. d. & tract. 3. in Joh. to. 3. part. 2. col. 311. c. cum Ambroſiaſt. col. 249. a. *Honora patrem & matrem.* Auct. quæſt. Vet. T. q. 7. col. 45. g. 46. a. *Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut ſis longævus ſuper terram, & bene ſit tibi.* Gr. Τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἵνα μακροχρόνιος γένῃ ἐπὶ τῆς γῆς τῆς ἀγαθῆς, ἧς Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι. Mſ. Ox. δώσει σοι. Vide Deut. 5. 16.

℣℣. 13. 14. 15. Ita Auguſt. iterum tract. 3. in Joh. to. 3. part. 2. col. 311. c. at quæſt. 71. in Exod. col. 444. a. legit: *Non furtum facies:* eadem rurſus legit, ſer. 8. to. 5. col. 43. e. ſed alio ordine: *Non mœchaberis: Non occides: Non furaberis.* Tertul. l. contr. Jud. c. 2. p. 136. a. *Non occides: Non mœchaberis: Non fraudaveris:* at l. 2. & 4. contr. Marc. p. 651. a. 711. a. *Non occides: Non adulterabis: Non furaberis:* & l. de pudic. p. 1001. a. 1002. a. *Non mœchaberis..... Non occides.* Itidem Lucif. Cal. l. pro S. Ath. col. 183. c. cum Paſcian. ſer. de Bapt. col. 318. c. Hilar. verò in Pſ. 118. col. 246. c. & Gaud. Brix. ſer. 10. col. 960. g. *Non occides: Non mœchaberis.* Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 4. col. 290. d. & l. 1. de Jac. c. 1. col. 443. b. *Non adulterabis:* at in Luc. 9. col. 1405. c. *Non mœchaberis.* Auct. quæſt. Vet. T. quæſt. 7. col. 45. g. *Non occides: Non fornicaberis: Non furaberis:* at infr. quæſt. 69. col. 70. c. *Neque furtum facies.* Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. col. 305. d. *Non adulterabis: Non occides: Non furaberis.* Auguſt. quæſt. 71. in Exod. col. 444. c. quærit, *Utrùm mœchiæ nomine etiam fornicatio teneatur. Hoc enim Græcum verbum eſt*, inquit, *quo jam Scriptura utitur pro Latino. Mœchos tamen Græci nonniſi adulteros dicunt*, Gr. Οὐ μοιχεύσεις· Οὐ κλέψεις· Οὐ φονεύσεις. Mſ. verò Alex. cum edd. Ald. & Compl. Οὐ φονεύσεις. Οὐ μοιχεύσεις. Οὐ κλέψεις. Vide Deut. 5. 17.

℣. 16. Similiter hab. idem Auguſt. quæſt. 68. in Levit. to. 3. col. 519. e. Tract. verò 3. in Joh. to. 3. part. 2. col. 311. c. ſimpliciter: *Non falſum teſtimonium dices.* Concinunt Tertul. l. adv. Jud. c. 2. p. 136. a. & l. 2. & 4. contr. Marc. p. 651. a. 711. a. Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. col. 305. d. Auct. quæſt. Vet. T. quæſt. 7. col. 46. a. & Gaud. Brix. ſer. 10. col. 960. g. Lucifer verò pro S. Ath. 183. c. ut ſup. *Falſum teſtimonium non dices adversùs proximum tuum.* Itidem Auct. l. de promiſſ. col. 118. d. Gr. Οὐ ψευδομαρτυρήσεις καὶὰ τοῦ πλησίον σου μαρτυρίαν ψευδῆ. i. e. *Non falsò teſtaberis contra proximum tuum teſtimonium falſum.* Vide Deut. 5. 20.

℣. 17. Eadem ſunt in Græco. Iiſdem etiam alludit Auguſt. ſer. 8. to. 5. col. 45. a. b. c. dicens: *Non concupiſces uxorem proximi tui: non concupiſces ullam rem proximi tui, non pecus, non poſſeſſionem, non ſubjugium; non aliquid omnino proximi tui concupiſces.* Vid. etiam ſer. 9. n. 13. col. 58. c. f. & Tract. 3. in Joh. to. 3. part. 2. col. 311. c. Apud Tertul. l. 2. contr. Marc. p. 651. a. & l. contr. Jud. c. 2. p. 136. a. *Alienum non concupiſces.* Apud Hier. l. 2. in ep. ad Eph. to. 4. col. 372. d. *Non adulterabis uxorem proximi tui:* & l. 3. in ep. ad Gal. col. 305. d. *Non deſiderabis aliena.* Auct. quæſt. Vet. T. quæſt. 7. col. 46. a. *Non concupiſces quidquam proximi tui.* Auct. l. de promiſſ. col. 118. d. *Non concupiſces uxorem proximi tui: non concupiſces ullam rem proximi tui.*

℣. 18. Ad verbum è Græco. Ita rurſum legit Auguſt. l. 2. de Trin. to. 8. col. 786. f. niſi quòd bis ponit, *voces*, non *vocem:* at in Gr. conſtanter, φωνήν.

℣. 19. *Et dixerunt ad Moyſen:* Ita capitul. 38. ſupra, reliqua ex Auguſt. loco cit. quibus Græc. ſavet ad verbum, ſi excipiatur unum, μή, *ne*, pro *nequando.* At in Mſs.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

bis, & non loquatur ad nos Deus, nequando moriamur.

Aug. quæſt. 74. 448. a. 20. Et dicit eis Moyſes : Conſtantes eſtote : propterea enim venit Deus ad vos tentare vos, ut ſit timor ejus in vobis, ne peccetis.

Aug. l. 2. de Trin. t. 8. 786. f. 21. Et ſtabat omnis populus à longè. Moyſes autem intravit in nebulam ubi erat Deus.

Tertul. adv. Gnoſt. 825. b. 22. Et dixit Dominus ad Moyſen..... Ipſi vidiſtis quòd de cœlo locutus ad vos ſim.

Aug. quæſt. 76. in Exod. 446. c. 23. Non facietis vobis deos argenteos, & deos aureos non facietis vobis ipſis.

Fulg. frag. 34. contr. Fab. 638. b. 24. Altare de terra facietis mihi, & immolabitis ſuper illud holocauſta & ſalutaria veſtra.....

Aug. Locut. 95. t. 3. 347. a. & veniam ad te, & benedicam te.

25..... *Vide Not.*

Aug. quæſt. 113. in Exod. t. 3. 456. c. 26..... ne pudenda tua reveles ſuper illud.

VULGATA NOVA.

audiemus : non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur.

20. Et ait Moyſes ad populum : Nolite timere : ut enim probaret vos venit Deus, & ut terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis.

21. Stetitque populus de longè. Moyſes autem acceſſit ad caliginem in qua erat Deus. *Deut. 18. 16.*

22. Dixit præterea Dominus ad Moyſen : Hæc dices filiis Iſraël : Vos vidiſtis quòd de cœlo locutus ſim vobis. *Heb. 12. 18.*

23. Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis.

24. Altare de terra facietis mihi, & offeretis ſuper eo holocauſta & pacifica veſtra, oves veſtras & boves in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei ; veniam ad te, & benedicam tibi. *Inf. 27. 8. 38. 7.*

25. Quòd ſi altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de ſectis lapidibus : ſi enim levaveris cultrum ſuper eo, polluetur. *Deut. 27. 5. Joſ. 8. 31.*

26. Non aſcendes per gradus ad altare meum, ne reveletur turpitudo tua.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Alex. & Oxon. nec non in edd. Ald. & Compl. μήποτε. Apud Auguſt. verò quæſt. 166. in Exod. col. 472. b. ſic : *Non loquatur Deus ad nos, ne moriamur.*

℣. 20. Gr. Καὶ λέγει..... Θαρσεῖτε· ἕνεκεν γὰρ τοῦ πειρᾶσαι ὑμᾶς παρεγενήθη ὁ Θεὸς πρὸς ὑμᾶς, ὅπως ὦ φόβος αὐτοῦ ἐν ὑμῖν..... ἵνα μὴ ἁμαρτάνητε. Auct. l. de XL. manſ. ap. Ambr. to. 2. col. 15. d. rectè : *Confidite ; causâ enim tentandi vos, venit Deus ad vos, ut ſit timor ejus in vobis, & non peccetis.*

℣. 21. Similiter habet idem Auguſt. quæſt. 75. in Exod. col. 446. b. *Moyſes autem intravit in nebulam, ubi erat Deus.* In Gr. Εἰσῆκει δὲ ὁ λαὸς μακρόθεν, &c. ut in Lat. niſi excipias unum, γνόφον, loco *nebulam* ; quod propriè *caliginem*, vel *opacitatem aëris*, ſignificat. Mſ. Oxon. cum edd. Ald. & Compl. initio habet. Εἰσῆκει δὲ πᾶς ὁ λαός, *ſtetit autem omnis populus*, ut Auguſt. ſupra.

℣. 22. *Et dixit Dom. ad Moyſen :* Ita ex Auguſtino ; reliqua ex Tertul. ſumpta ſunt. In Græco ſic : Εἶπε δὲ Κύριος πρὸς Μωυσῆν..... Ὑμεῖς ἑωράκατε, ὅτι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λελάληκα πρὸς ὑμᾶς.

℣. 23. Gr. Οὐ ποιήσετε ὑμῖν αὐτοῖς, &c. ut in Lat. al. ὑμῖν ἑαυτοῖς, ſicut in fine. Tertul. l. contr. Gnoſt. p. 825. b. *Non facietis vobis deos aureos & argenteos ; non facietis vobis ſecundùm hæc.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 321. b. *Non facietis vobis deos argenteos neque aureos.* Jul. Firm. l. de error. falſ. relig. col. 176. g. *Non facietis vobis deos arg. neque deos aureos.*

℣. 24. Eadem prorſus in Græco, præter hoc, τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν, pro *holocauſta*. Mſ. tamen Alex. cum ed. Compl. tollit ὑμῶν. Idem Fulgent. ſupra, fragm. 9. legit : *Offeretis ſuper illud holocauſta & pacifica veſtra :* at in Græco, καὶ τὰ σωτήρια ὑμῶν, ut ſup. ſequuntur : καὶ τὰ πρόβατα, καὶ τοὺς μόσχους ὑμῶν ἐν παντὶ τόπῳ, ᾧ ἐὰν ἐπονομάζω τὸ ὄνομά μου ἐκεῖ, &c. *Et oves, & vitulos veſtros in omni loco, ubicunque annominavero nomen meum illic*, &c. Unde Auguſt. locut. 94. de Exod. col. 347. a. *Quod Græcus habet*, inquit, ἐπονομάσω, ſupernominavero, *aut* adnominavero, *expreſſiùs dicitur ; quod uſitatiùs*, cognominavero, *nonnulli interpretati ſunt ; ſed non habet neceſſariam ſignificationem*, cognominavero : *propinquiùs autem dicitur*, cognominavero, *quàm* nominavero ; *nam & hoc aliqui Interpretes dixerunt.* Tum addit : *Cùm ſuperiùs pluraliter loqueretur*, facietis & immolabitis, *dicit*, veniam ad te, *tanquam ipſi Iſraël.* Heſych. l. 1. in Levit. c. 3. col. 60. h. ſic legit : *Altare de terra facietis mihi, & immolabitis ſuper eo holocauſtomata & pacifica veſtra, oves veſtras & boves. In omni loco in quo nominatum fuerit nomen meum, veniam ad te, & benedicam tibi.*

℣. 25. Huc redit quod legitur Anecdot. to. 5. col. 9. e. *Ædifica mihi altare de lapidibus non circumciſis, & ferrum non inities in eis.* In Gr. ſic : Ἐὰν δὲ θυσιαστήριον ἐκ λίθων ποιῇς μοι, οὐκ οἰκοδομήσεις αὐτὸς τμητούς· τὸ γὰρ ἐγχειρίδιόν σου ἐπιβέβηκας ἐπ' αὐτούς, καὶ μεμίανται. i. e. *Sin autem altare de lapidibus facias mihi, non ædificabis eos ſectos : cultrum enim tuum injeciſti ſuper eos, & inquinati ſunt.*

℣. 26. Gr. Ὅπως ἂν μὴ ἀποκαλυφθῇ τὴν αἰσχύνην σου ἐπ' αὐτοῦ. *Ne reveles turpitudinem tuam ſuper illud*, (altare.)

CAPUT XXI.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 96. t. 3. 347. b. 1. ET hæ juſtificationes quas pones coram illis.

Ambr. in Pſ. 118. t. 1. 991. e. 2. Si emeris puerum Hebræum, & ſervierit tibi annis ſex.....

VULGATA NOVA.

1. HÆc ſunt judicia quæ propones eis.

2. Si emeris ſervum Hebræum, ſex annis ſerviet tibi : in ſeptimo egredietur liber gratis. *Deut. 15. 12. Jer. 34. 14.*

VULGATA NOVA.

3. Cum quali veſte intraverit, cum tali exeat : ſi habens uxorem, & uxor egredietur ſimul.

3..... 4. *Vide Not.*

4. Sin autem dominus dederit illi uxorem, & pepererit filios & filias : mulier & liberi ejus erunt domini ſui, ipſe verò exibit cum veſtitu ſuo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Auguſt. infra : *Hoc eſt : Hæ ſunt juſtificationes, quas appones coram illis.* Gr. Καὶ ταῦτα τὰ δικαιώματα ἃ παραθήσῃ ἐνώπιον αὐτῶν. Ad hæc Ambroſ. in Pſ. 118. col. 991. e. *Præmiſſum eſt*, inquit, *has juſtitias diſcere, quas proponit in conſpectu filiorum Iſrael.* Item Hilar. in eund. Pſ. col. 339. c. *In juſtificationibus, quas Moyſes conſtituere præceptus eſt.*

℣. 2. Auguſt. Locut. 96. col. 347. b. *Si emeris ſervum Hebræum :* & quæſt. 77. in Exod. col. 446. c. *De ſervo Hebræo*, inquit, *præcipiuntur, ut ſex annos ſerviat, & dimittatur liber gratis.* Item apud Hilar. in Pſ. 118. col. 339. c. *Quis iſte ſit coemptus Hebræus puer, ſex tantùm annis ſervituros..... quæ illa ſervitus ſit, quæ ſeptimi anni libertas ?* In Gr. Ἐὰν κτήσῃ παῖδα Ἑβραῖον, ἓξ ἔτη δουλεύσει σοι· τῷ δὲ ἑβδόμῳ ἔτει ἀπελεύσεται ἐλεύθερος δωρεάν. *Si acquiſieris ſervum Hebræum, ſex annos ſerviet tibi : ſeptimo autem anno abibit liber gratis.*

℣℣. 3. 4. His alludit Hilar. in Pſ. 118. col. 339. d. dicens : *Quæ illa mulier Hebræi ? quid illud, ut ſine muliere egrediatur ipſe ?*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

5. Quòd si dixerit servus : Diligo dominum meum & uxorem ac liberos, non egrediar liber :

6. offeret eum dominus diis, & applicabitur ad ostium & postes, perforabitque aurem ejus subulâ : & erit ei servus in sæculum.

7. Si quis vendiderit filiam suam in famulam, non egredietur sicut ancillæ exire consueverunt.

8. Si displicuerit oculis domini sui cui tradita fuerat, dimittet eam : populo autem alieno vendendi non habebit potestatem, si spreverit eam.

9. Sin autem filio suo desponderit eam, juxta morem filiarum faciet illi.

10. Quòd si alteram ei acceperit, providebit puellæ nuptias, & vestimenta, & pretium pudicitiæ non negabit.

11. Si tria ista non fecerit, egredietur gratis absque pecunia.

Levit. 24. 17. 12. Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur.

Deut. 19. 3. 13. Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus ejus : constituam tibi locum in quem fugere debeat.

VERSIO ANTIQUA.

5..... Dilexi dominum meum & uxorem & infantes, non abibo liber : *Ambr. ep. 7. t. 2. 780. e.*

6..... pertundet ei dominus auriculam de subula : & serviet ei in sempiternum. *Aug. Locut. 97. t. 3. 347. c.*

7. Si quis autem vendiderit filiam suam famulam, non abibit ita ut recedunt ancillæ. *Aug. quæst. 78. in Exod. t. 3. 446. d.*

8. Quòd si non placuerit domino suo quam non adnominavit eam, remunerabit eam : genti autem exteræ non est dominus vendere illam, quoniam sprevit in ea.

9. Quòd si filio adnominaverit eam, secundùm justificationem filiarum faciet ei.

10. Quòd si aliam accipiet ei, quæ opus sunt, & vestem, & conversationem ejus non fraudabit.

11. Si autem tria hæc non fecerit ei, exibit gratis sine pretio.

12. Si quis percusserit aliquem & mortuus fuerit, morte moriatur. *Idem quæst. 79. 447. g. 448. a.*

13. Qui autem nolens, sed Deus tradidit in manus ejus : dabo tibi locum in quem fugiat ibi qui occiderit. *Idem Locut. 98. 347. d.*

VULGATA NOVA.

14. Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias : ab altari meo evelles eum, ut moriatur.

15. Qui percusserit patrem suum aut matrem, morte moriatur.

VULGATA NOVA.

16. Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, convictus noxæ, morte moriatur.

Levit. 20. 9. Prov. 20. 20. 17. Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur.

VERSIO ANTIQUA.

16. *Vide sup. Capitula* 43. 44. 45.

17. Qui maledixerit patri vel matri, morte morietur. *Ambr. in Luc. 18. t. 1. 1490. a.*

VULGATA NOVA.

Matth. 15. 4. Marci, 7. 10. 18. Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suum lapide vel pugno, & ille mortuus non

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Ita in Græco, præter unum ἀποῤῥέχω *abeo*, pro *abibo*.

℣. 6. Græc..... ἢ τόῤῥε προσάξει αὐτὸν ἐπὶ τὴν θύραν ἐπὶ τὸν σταθμὸν, ἢ τρυπήσει ὁ κύριος αὐτῷ τὸ οὖς τῷ ὀπητίῳ, ἢ δουλεύσει αὐτῷ εἰς τὸν αἰῶνα. Unde Ambros. ep. 7. to. 2. col. 780. f. *Huic ergo ad limen & ostium suum dominus suus aurem pertundit, ut meminerit sermonis sui, quo servitutem elegit.* Item Hilar. in Ps. 118. col. 339. c. *Quod sit auris foramen ex subula, si liber esse nolit?* Huic autem dictioni, *in sempiternum*, addit August. supra : *vel*, in æternum, *quod Græcus habet*, inquit, εἰς τὸν αἰῶνα. *Ecce quemadmodum Scriptura multis locis dicit secundùm hoc verbum Græcum*, sempiternum, *vel æternum ;* & post pauca : *Intelligitur* æternum *dictum, cujus temporis finis non est.*

℣. 7. Optimè è Græco : addit August. infra : *Obscurissimum istum locum inusitata verba, locutionesque fecerunt..... in ipso quoque Græco eloquio multùm obscurum est..... tamen quid videatur, ut potero aperiam :* Si quis autem vendiderit filiam suam famulam ; *id est, ut sit famula, quam* οἰκέτην *Græci vocant :* non abibit ita ut recedunt ancillæ : *intelligendum est : Non sic recedet quomodo recedunt ancillæ Hebrææ post sex annos.*

℣. 8. Gr. Ἐὰν μὴ εὐαρεσήσῃ τῷ κυρίῳ αὐτῆς, ἣ αὐτῷ καθωμολογήσατο, ἀπολυτρώσει αὐτήν, &c. ut in Lat. At in Mss. Alex. legitur, ἣν οὐ καθωμολογήσατο αὐτῷ. In edit. Ald. ἣν οὐ καθωμολογήσατο αὐτήν. In Compl. ἣν αὐτὸς καθωμολογήσατο αὐτήν· al. ἣν αὐτῷ καθωμολογήσατο. Addit August. ibid. *Quam non adnominavit eam ; id est*, inquit, *non eam fecit uxorem :* & infra : *Hoc autem quod diximus :* remunerabit eam *: quidam Interpretes dixerunt :* redimet eam. *Quòd si in Græco dictum esset*, ἀπολυτρώσεται, *scriptum esset, sicut scriptum est :* & ipse redimet Israël : *nam &* ἀπολυτρώσεται, *scriptum est. In hoc autem loco*, ἀπολυτρώσει, *legitur, ubi intelligitur quòd accipit magis aliquid quàm pro ea datur, ut redimatur :* & post pauca : *Genti autem exteræ..... quia sprevit in ea ; id est*, inquit, *non quia sprevit in ea, ideo dominus est vendere illam, id est, in tantum ei dominabitur, ut etiam exteræ genti eam licitè vendat. Hoc est autem*, sprevit in ea, *quod est, sprevit eam. Sprevit eam autem, hoc est, humiliavit eam, id est, concumbendo, nec uxorem faciendo. Dixit autem Græcè*, ἠθέτησεν, *quod nos diximus*, sprevit.

℣. 9. Gr. Ἐὰν δὲ τῷ υἱῷ καθομολογήσηται αὐτήν, &c. ut in Lat. August. ibid. col. 447. c. *Hic jam apparere incipit*, inquit, *quemadmodum supra dixerit :* quam non adnominavit : *nam quid est aliud :* ii filio adnominaverit eam : *nisi filio conjunxerit eam uxorem ? Quandoquidem dicit :* secundùm justificat. filiarum faciet ei, *id est, ut sic tradat tanquam filiam, dotem scilicet apponens ei.*

℣. 10. Gr. Ἐὰν δὲ ἄλλην λάβῃ ἑαυτῷ, τὰ δέοντα, καὶ, &c. ut in Lat. August. ibid. constanter : *Quòd si aliam accipiet ei, id est*, inquit, *non istam deputaverit uxorem filio suo, sed ei aliam accipiat ;* deinde *: quæ opus sunt*, ὑς. *id est, dabit ei simili lege quæ competunt, quoniam non mansit uxor filio ejus, quemadmodum ei daret, si eam sibi non adnominasset, & tamen concumbendo humiliasset. Quod autem nos diximus :* conversationem non fraudabit : *Græcus habet*, ὁμιλίαν, *id est, locutionem, quo nomine intelligitur Scriptura honestiùs appellare concubitum.*

℣. 11. Ad verbum è Græco, excepto uno, ἀργυρίῳ, *argento*, pro *pretio. Totum autem hoc intelligitur*, inquit Aug. ibid. *si eam ipse concubitu non humiliaverit, neque filio suo conjunxerit, neque aliâ à filio suo ductâ, istam ejecerit : abibit gratis, id est, sufficiet ei non teneri in servitute : abibit enim nihil accipiens*, &c.

℣. 12. Gr. Ἐὰν δὲ παίξῃ τις τινά, &c. ut in Lat. al. deest, δέ. Hieron. l. 1. contr. Pelag. to. 4. col. 505. b. legit : *Si percusserit aliquis quempiam*, & *mortuus fuerit, morte moriatur.*

℣. 13. Hieron. l. 1. contr. Pelag. to. 4. col. 505. b. *Sin autem non volens, sed Deus tradidit eum in manibus ejus, dabo tibi locum ad quem confugiat qui occiderit.* Gr. Ὁ δὲ οὐχ ἑκὼν, ἀλλὰ ὁ Θεὸς παρέδωκεν εἰς τὰς..... δώσω σοι τόπον ὃ φεύξεται ἐκεῖ ὁ φονεύσας. Ambros. l. 2. de Caïn, c. 4. col. 213. b. *Nec is quidem*, inquit, *qui invitus aliquod fecerit homicidium, extra ministerium est : si quidem lex ait de eo, Quia Deus dedit eum in manus ejus.* Vid. etiam August. ubi sup.

℣. 17. Idem Ambros. in Luc. 8. col. 1392. d. *Qui non honoraverit patrem aut matrem, morte moriatur.* Græc. νε-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

fuerit, sed jacuerit in lectulo:
19. si surrexerit, & ambulaverit foris super baculum suum, innocens erit qui percusserit, ita tamen ut operas ejus, & impensas in medicos restituat.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 99. t. 3. 347. d. 20. Si quis percusserit servum suum, aut ancillam suam in virga.....

VULGATA NOVA.

20. Qui percusserit servum suum, vel ancillam virgâ, & mortui fuerint in manibus ejus, criminis reus erit.
21. Sin autem uno die vel duobus supervixerit, non subjacebit pœnæ, quia pecunia illius est.

Aug. quæst. 80. in Exod. 448. c. e. 22. Si autem litigabunt duo viri, & percusserint mulierem in utero habentem, & exierit infans ejus nondum formatus: detrimentum patietur, quantum indixerit vir mulieris, & dabit cum postulatione.
23. Si autem formatum fuerit, dabit animam pro anima,
24. oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede,
25. combustionem pro combustione, vulnus pro vulnere, livorem pro livore.

22. Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantem, & abortivum quidem fecerit, sed ipsa vixerit: subjacebit damno quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri judicaverint.
23. Sin autem mors ejus fuerit subsecuta, reddet animam pro anima,
24. oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, *Levit. 24. 20.*
25. adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, livorem pro livore. *Deut. 19. 21. Matth. 5. 38.*

VULGATA NOVA.

26. Si percusserit quispiam oculum servi sui aut ancillæ, & luscos eos fecerit, dimittet eos liberos 26.....27. *Vide Not.* pro oculo quem eruit.
27. Dentem quoque si excusserit servo vel ancillæ suæ, similiter dimittet eos liberos.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 81. in Exod. t. 3. 449. a. 28. Si autem cornu percusserit taurus virum aut mulierem, & mortuus fuerit, lapidibus lapidabitur taurus: & non manducabuntur carnes ejus, dominus autem tauri innocens erit.
Aug. Locut. 101. t. 3. 347. e. 29. Si autem taurus cornupeta erat ante hesternam & nudiustertianam.....

VULGATA NOVA.

28. Si bos cornu percusserit virum aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur: & non comedentur carnes ejus, dominus quoque bovis innocens erit.
29. Quòd si bos cornupeta fuerit ab heri & nudiustertius, & contestati sunt dominum ejus, nec recluserit eum, occideritque virum aut mulierem: & bos lapidibus obruetur, & dominum ejus occident.

VULGATA NOVA.

30. Quòd si pretium fuerit ei impositum, dabit pro anima sua quidquid fuerit postulatus.
31. Filium quoque & filiam si cornu percusserit, simili sententiæ subjacebit.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 102. t. 3. 347. e. 33. Si quis autem aperuerit lacum, aut exciderit lacum, & non operuerit eum, & ceciderit illuc vitulus aut asinus,
Ibid. Locut. 103. 34. dominus laci reddet..... quod autem mortuum fuerit, ipsi erit.
Aug. quæst. 82. in Exod. t. 3. 449. c. 35. Si autem cornu percusserit alicujus taurus taurum proximi, & mortuus fuerit: vendent taurum vivum, & partientur pretium ejus, & taurum ut sup. Ὁ κακολογῶν πατέρα ἀνῇ, ἢ μητέρα ἀνῇ, τελευτάτω θανάτῳ.

VULGATA NOVA.

33. Si quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos aut asinus in eam,
34. reddet dominus cisternæ pretium jumentorum: quod autem mortuum est, ipsius erit.
35. Si bos alienus bovem alterius vulneraverit, & ille mortuus fuerit: vendent bovem vivum, & divident pretium, cadaver autem mor-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 20. Gr. Ἐὰν δέ τις παλάξῃ, &c. ut in Lat.

℣. 22. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. col. 202. c. *Si rixaverint duo, & percusserint mulierem in utero habentem, & abortiverit non deformatum, detrimentum patietur; quodcunque æstimaverit vir mulieris, dabit cum dignitate.* Auct. quæst. Vet. T. quæst. 23. col. 50. c. hunc & seq. versiculum ita conjungit: *Si quis percusserit mulierem in utero habentem, & abortiverit: si formatum fuerit, det animam pro anima; si autem informatum fuerit, mulctetur pecuniâ.* Gr. Ἐὰν δὲ μάχωνται δύο ἄνδρες, καὶ παλάξωσι γυναῖκα ἐν γαστρὶ ἔχουσαν, καὶ ἐξέλθῃ τὸ παιδίον αὐτῆς μὴ ἐξεικονισμένον, ἐπιζήμιον ζημιωθήσεται· καθότι ἂν ἐπιβάλῃ ὁ ἀνὴρ τῆς γυναικὸς, δώσει (Mf. Alex. cum edd. Ald. & Compl. καὶ δώσει) μετὰ ἀξιώματος. Aug. infra, col. 448. g. 449. a. *Quod autem dixit:* & dabit cum postulatione, *quod maritus mulieris informi exclusa dandum constituerit, non est in promptu intelligere; ἀξίωμα quippe, quod Græcus habet, pluribus modis intelligitur,* & *tolerabiliùs,* cum postulatione, *dictum est, quàm si aliud diceretur,* &c.

℣. 23. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. col. 202. c. *Si autem deformatum fuerit, dabit,* &c. ut sup. Auct. quæst. Vet. T. sup. *Si formatum fuerit, det animam pro anima.* Gr. Ἐὰν δὲ ἐξεικονισμένον ᾖ, δώσει, &c. ut sup.

℣. 24. Eadem refert Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. col. 202. c. Eadem quoque Tertul. l. 2. & 4. contra Marc. p. 651. a. 710. a. usque ad vocem *manum.* Ita quoque in Gr. ad verbum.

℣. 25. Lucif. Cal. ubi supra: *Combustum pro combusto, vulnus pro vulnere, livorem pro livore.* Similiter habet Tertul. l. 2. contra Marc. p. 651. a. *Livorem pro livore.* Græc. Καλάκαυμα ἀντὶ καλακαύματος, &c. ut in Lat.

℣℣. 26. 27. Auct. op. imp. in Matth. hom. 11. col. 64. e. *Si percusseris servum tuum, & fregeris illi dentem, dimitte eum liberum.* Græc. Ἐὰν δέ τις παλάξῃ τὸν ὀφθαλμὸν..... Ἐὰν δὲ τὸν ὀδόντα τοῦ οἰκέτου, ἢ τὸν..... ἐκκόψῃ, ἐλεύθερος ἐξαποστελεῖ αὐτόν, &c.

℣. 28. Græc. Ἐὰν δὲ κερατίσῃ ταῦρος, &c. ut in Lat. Augustinus quoque locut. 100. de Exod. col. 347. d. habet: *Lapidibus lapidabitur taurus.*

℣. 29. Gr. Ἐὰν δὲ ὁ ταῦρος κερατίσῃς ἦ, &c. ut in Lat.

℣. 33.....35. Eadem prorsus in Græco, nisi excipias vocem *pretium*, pro qua ἀργύριον, *argentum.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tui inter se dispertient.

36. Sin autem sciebat quòd bos cornupeta esset ab heri & nudiustertius, & non custodivit eum dominus suus: reddet bovem pro bove, & cadaver integrum accipiet.

VERSIO ANTIQUA.

rum, qui mortuus fuerit, dispertientur.

CAPUT XXII.

VULGATA NOVA.

1. SI quis furatus fuerit bovem, aut ovem, & occiderit vel vendiderit: quinque boves pro uno bove restituet, & quatuor oves pro una ove.

2. Reg. 12. 6.

2. Si effringens fur domum sive suffodiens fuerit inventus, & accepto vulnere mortuus fuerit: percussor non erit reus sanguinis.

3. Quòd si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetravit, & ipse morietur. Si non habuerit quod pro furto reddat, ipse venundabitur.

4. Si inventum fuerit apud eum quod furatus est, vivens, sive bos, sive asinus, sive ovis: duplum restituet.

5. Si læserit quispiam agrum vel vineam, & dimiserit jumentum suum ut depascatur aliena: quidquid optimum habuerit in agro suo, vel in vinea, pro damni æstimatione restituet.

VERSIO ANTIQUA.

1. SI quis furatus fuerit vitulum, aut ovem..... *Aug. quæst. 10. in Num. t. 3. 531. c.*

2. Si autem perfodiens inventus fuerit fur, & percussus mortuus fuerit: non est illi homicidium. *Idem quæst. 84. in Exod. t. 3. 449. d.*

3. Si autem orietur sol super eum, reus est, pro morte morietur.....

4..... *Vide Not.*

5. Si autem depaverit quis agrum aut vineam, & admiserit pecus suum depascere agrum alium..... *Aug. Locut. 104. t. 3. 347. f.*

VULGATA NOVA.

6. Si egressus ignis invenerit spinas, & comprehenderit acervos frugum, sive stantes segetes in agris, reddet damnum qui ignem succenderit.

7. Si quis commendaverit amico pecuniam, aut vas in custodiam, & ab eo, qui susceperat, furto ablata fuerint: si invenitur fur, duplum reddet:

8. si latet fur, dominus domûs applicabitur ad deos, & jurabit quòd non extenderit manum in rem proximi sui,

VERSIO ANTIQUA.

VULGATA NOVA.

Aug. q. 85. in Ex. t. 3. 449. e.

9..... qui convictus fuerit per deum, restituet duplo.....

9. ad perpetrandam fraudem, tam in bove, quàm in asino, & ove ac vestimento, & quidquid damnum inferre potest: ad deos utriusque causa perveniet: & si illi judicaverint, duplum restituet proximo suo.

10. Si quis commendaverit proximo suo asinum, bovem, ovem, & omne jumentum, ad custodiam, & mortuum fuerit, aut debilitatum, vel captum ab hostibus, nullusque hoc viderit:

11. jusjurandum erit in medio, quòd non extenderit manum ad rem proximi sui: suscipietque dominus juramentum, & ille reddere non cogetur. *Gen. 31. 39.*

12. Quòd si furto ablatum fuerit, restituet damnum domino.

13. Si comestum à bestia, deferat ad eum quod occisum est, & non restituet.

14. Qui à proximo suo quidquam horum mutuò postulaverit, & debilitatum aut mortuum fuerit domino non præsente, reddere compelletur.

15. Quòd si impræsentiarum dominus fuerit, non restituet, maximè si conductum venerat pro mercede operis sui.

16. Si seduxerit quis virginem necdum desponsatam, dormieritque cum ea: dotabit eam, & habebit eam uxorem. *Deut. 22. 28.*

17. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines accipere consueverunt.

18. Maleficos non patieris vivere.

19. Qui coierit cum jumento, morte moriatur.

VULGATA NOVA.

Levit. 19. 4.

20. Qui immolat diis, occidetur, præterquam Domino soli.

21. Advenam non contristabis, neque affli-

VERSIO ANTIQUA.

20. Sacrificans diis eradicabitur, nisi Domino soli. *Cypr. ep. 55. 85. b.*

21. Advenam non vexabitis, nec tribulabitis *Auct. l. de vet. christ. apud Aug. t. 6. 187. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita versus integer in Græco: Ἐὰν δέ τις κλέψῃ μόσχον ἢ πρόβατον, ᾗ σφάξῃ ἢ ἀποδῶται, πέντε μόσχους ἀποτίσει ἀντὶ τοῦ μόσχου, καὶ τέσσαρα πρόβατα ἀντὶ τοῦ προβάτου. quæ omnia ita exprimit August. loco cit. *Quomodo in Exodo dicitur: Si quis furatus fuerit vitulum aut ovem; restituere debere quinque vitulos vel quatuor oves, si occiderit aut vendiderit?* & quæst. 83. in Exod. col. 449. c. *Quæ justificatio est*, inquit, *ut pro vitulo uno quinque reddantur, pro ove autem quatuor?*

℣. 2. Græc. Ἐὰν δὲ ἐν τῷ διορύγματι εὑρεθῇ ὁ, &c. ut in Lat. excepta voce ult. φόνος, *cædes*, loco *homicidium*.

℣. 3. Græc. Ἐὰν δὲ ἀνατείλῃ, &c. ut in Lat. nisi excipias ultimum, ἀντιμισθαρνεῖται, *vicissim morietur*, loco *pro morte morietur*: editt. August. & *morte morietur*.

℣. 4. Huc redit quod ait August. quæst. 10. in Num. col. 531. c. *Si autem quod abstulerit, salvum apud eum reperitur, duplum esse restituendum.* Græc. Ἐὰν δὲ... εὑρεθῇ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὸ κλέμμα..... διπλᾶ ἀποτίσει.

℣. 5. Ita in Græco.

℣. 9. Græc. Καὶ ὁ ἀλὸς διὰ τοῦ Θεοῦ, ἀποτίσει διπλοῦν, &c.

℣. 20. Sic iterum Cypr. ep. 64. p. 111. a. & l. de lapsi. p. 183. c. & epist. ad Demetr. p. 221. b. & ad Fortun. p. 264. b. sic etiam August. l. 10. de civit. Dei, c. 7. to. 7. col. 244. b. & Fulgent. fragm. 9. & 13. contra Fabian. p. 589. 593. at l. pro fide cath. p. 536. legit: *Sacrificans diis aliis absque me, eradicabitur.* Jul. Firm. l. de erro. prof. relig. col. 179. a. *Sacrificans diis eradicabitur, præter Domino soli.* Similiter habet Auct. l. de Aleator. ap. Cypr. p. 494. præter hoc, *nisi Deo soli.* August. l. 19. de civit. Dei, c. 23. col. 566. f. *Nisi Domino tantum.* Græc. Ὁ θυσιάζων θεοῖς, θανάτῳ ἐξολοθρευθήσεται, πλὴν Κυρίῳ μόνῳ. In Mss. Alex. ac editt. Ald. & Compl. deest θανάτῳ.

℣. 21. Græc. Καὶ προσήλυτον οὐ κακώσετε, οὐδὲ μὴ θλίψητε αὐτόν· (Mss. Alex. οὔτε μὴ θλίψεται,) ἦτε γὰρ προσήλυτοι ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, omittitur autem & *vos*.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

eum : fuiſtis etenim & vos advenæ in terra Ægypti.

Cypr. l. 3. Teſtim. 328. b. 22. Omnem viduam & orphanum non vexabitis.

23. Si autem vexaveritis eos, & vociferantes exclamaverint ad me, exaudiam exclamationes eorum :

24. & iraſcar animo in vobis, & perimam vos gladio, & erunt conjuges veſtræ viduæ, & filii veſtri orphani.

Ambr. de Tob. c. 14. 606. d. f. 607. a. b. c. 25. Quòd ſi pecuniam fœneraveris pupillo, orphano, pauperi apud te, non ſuffocabis eum, non impones illi uſuram.

26. Quòd ſi pignus acceperis veſtimentum propinqui tui, ante ſolis occaſum reſtitues illud.

27. Eſt enim hoc coopertorium ejus, tantùm hoc veſtimentum turpitudinis ejus, in quo dormiet : quòd ſi itaque proclamaverit ad me, exaudiam eum, quia miſericors ſum.

Aug. quæſt. 86. in Exod. t. 3. 449. e. 28. Deos non maledices, & principem populi tui non maledices.

Ambr. l. 2. de Cain, t. 1. c. 1. 206. f. 29. Initia areæ tuæ & lacûs tui non noviſſima facies : primitiva filiorum tuorum dabis mihi.

Maxim. Taurin. 46. c. 31..... à beſtia captum ne tetigeritis....

VULGATA NOVA.

ges eum : advenæ enim & ipſi fuiſtis in terra Ægypti.

22. Viduæ & pupillo non nocebitis. *Zach. 7. 10.*

23. Si læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum :

24. & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt uxores veſtræ viduæ, & filii veſtri pupilli.

25. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non urgebis eum quaſi exactor, nec uſuris opprimes.

26. Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimentum, ante ſolis occaſum reddes ei. *Deut. 24. 13.*

27. Ipſum enim eſt ſolum, quo operitur, indumentum carnis ejus, nec habet aliud in quo dormiat : ſi clamaverit ad me, exaudiam eum, quia miſericors ſum.

28. Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices. *Act. 23. 5.*

29. Decimas tuas & primitias tuas non tardabis reddere : primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. *Sup. 13. 2. 12.*

30. De bobus quoque, & ovibus ſimiliter facies : ſeptem diebus ſit cum matre ſua, die octava reddes illum mihi. *Inf. 34. 19. Exech. 44. 30.*

31. Viri ſancti eritis mihi : carnem, quæ à beſtiis fuerit præguſtata, non comedetis, ſed projicietis canibus. *Levit. 22. 8.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 22. Ad verbum è Græco. Auct. l. de vit. chr. apud Auguſt. to. 6. col. 185. g. *Viduam & orphanos non vexabitis.*

℣. 23. Auct. l. de vita chr. ubi ſup. *Quòd ſi vexaveritis eos, & vociferantes clamaverint ad me, exaudiam vociferationem eorum.* Græc. Ἐὰν δὲ κακίᾳ κακώσητε αὐτὸς, ἡ κεκράξαντες καταβοήσωσι πρὸς με, ἀκοῇ εἰσακούσομαι τῆς φωνῆς αὐτῶν. In edit. Compl. τῆς βοῆς αὐτῶν· deeſt verò ſupra vox κακίᾳ.

℣. 24. Auct. l. de vit. chr. ubi ſup. *Et iraſcar animo, & perimam vos gladio*, &c. ut ſup. Græc. Καὶ ὀργισθήσομαι θυμῷ, καὶ ἀποκτενῶ ὑμᾶς μαχαίρᾳ, καὶ ἔσονται αἱ γυναῖκες..... καὶ τὰ παιδία, &c. ut in Lat.

℣. 25. Græc. Ἐὰν δὲ ἀργύριον ἐκδανείσῃς τῷ ἀδελφῷ τῷ πενιχρῷ παρὰ σοὶ, οὐκ ἔσῃ αὐτῷ κατεπείγων, &c. ut in Lat. *Si autem argentum mutuum dederis fratri pauperculo apud te, non eris eum urgens*, &c. Legiſſe videtur Ambroſ. καταπίγων, non κατεπείγων.

℣. 26. Auguſt. locut. 105. de Exod. to. 3. col. 347. f. *Si autem pignus acceperis veſtem proximi, ante ſolis occaſum reddes ei.* S. Petr. Chryſol. ſerm. 14. col. 887. g. *Si pignus tuleris fratri tuo tunicam, ante ſolis occaſum reddes illi.* Gr. Ἐὰν δὲ ἐνεχύρασμα ἐνεχυράσῃς τὸ ἱμάτιον τῷ πλησίον, πρὸ δυσμῶν ἡλίου ἀποδώσεις αὐτῷ. In edit. Compl. αὐτὸ αὐτῷ.

℣. 27. Eadem ſunt in Græco, præter duo, μόνον, *ſolùm*, pro *tantùm* ; & in fine, ἐλεήμων γάρ εἰμι, *miſericors enim ſum* ; poſt *dormiet* autem, ponitur punctum interrogans.

℣. 28. Addit Auguſt. *Græcus habet ; Non dices malè*, ſecundo loco ſcilicet, ubi ſic ; θεοὺς κακῶς ἐρεῖς, vel ut in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. θεοὺς ἐρεῖς κακῶς, nam in primo ita ; Θεοὺς θεοὺς κακολογήσεις. Apud Cypr. l. 3. Teſtim. p. 308. c. *Non maledices, neque principi populi tui detraxeris.* Apud Philaſtr. Brix. col. 723. a. *Diis alienis non maledicetis.* Quærit ſup. Auguſt. *Quos dixerit deos, utrùm principes qui judicant populum*, &c.

℣. 29. Idem Ambroſ. ep. 35. to. 2. col. 926. f. *Initia areæ, & lacûs tui non fraudabis.* Græc. Ἀπαρχὰς ἅλωός σου καὶ ληνοῦ οὐ θήσεις, &c. id eſt, *non poſterior ſeu tardus afferes.*

℣. 31. Græc. θηριάλωτον οὐκ ἔδεσθε.

CAPUT XXIII.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Calar. t. 1. pro S. Ath. 183. d. NOn credes auditui vano : non conſenties cum iniquo fieri teſtis injuſtus.

Aug. quæſt. 87. & 88. in Exod. t. 3. 449. g. 450. a. b. 2. Non eris cum pluribus in malitia : non apponêris cum multitudine declinare cum pluribus, ut declines judicium.

3. Et pauperis non miſereberis in judicio.

4. Si autem obviaveris bovi inimici tui, aut

VULGATA NOVA.

1. NOn ſuſcipies vocem mendacii : nec junges manum tuam ut pro impio dicas falſum teſtimonium.

2. Non ſequêris turbam ad faciendum malum : nec in judicio, plurimorum acquieſces ſententiæ, ut à vero devies.

3. Pauperis quoque non miſereberis in judicio.

4. Si occurreris bovi inimici tui, aut aſino *Deut. 22. 1.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Zozimus PP. epiſt. 3. Concil. to. 1. col. 953. c. *Non credes auditui vano, & non conſenties*, &c. ut ſup. Gr. Οὐ παραδέξῃ ἀκοὴν ματαίαν· οὐ συγκαλαθήσῃ, &c. ut in Lat. Auguſt. infra, ℣. 32. idem οὐ συγκαταθήσῃ, vertit, *non diſpones* ; Capitul. verò LXXIV. ſup. habet : *Non conſentiendum fieri teſtis iniquus.* In edit. Compl. οὐ συγκαθίσῃ, *non ſimul ſedebis.*

℣. 2. Similia Græcum habet, niſi excipias hoc, ὥστε ἐκκλεῖσαι, *ut excludas*, pro *ut declines* ; at in Mſ. Alex. ὥστε ἐκκλεῖναι, in editt. Ald. & Compl. ὥστε ἐκκλῖναι. Lucif. Cal. pro S. Athan. ſimiliter : *Non eris cum pluribus in malitia ; non apponês cum compluribus declinare cum turba, ut declines judicium.* Capitul. LXXVI. ſup. *Non declinare cum multis judicium.*

℣ 3. Itidem Græcè. Apud Lucifer. Cal. pro S. Athan. col. 183. d. ſic : *Et pauperi non miſerearis in judicio ejus.*

℣. 4. Similiter in Græco.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
errantî, reduc ad eum.	ſubjugali ejus errantibus, reducens reddes ei.	
5. Si videris aſinum odientis te jacere ſub onere, non pertranſibis, ſed ſublevabis cum eo.	5. Si videris boves inimici tui ſub onere ruiſſe, non tranſies, ſed elevabis cum eo.	*Chromac. Aquil. in Mat. 985. f.*
6. Non declinabis in judicium pauperis.	6. Non ſubvertes judicium pauperis in judicio ejus.	*Lucif. Cal. pro S. Ath. 183. d.*
Dan. 13. 53. Deut. 16. 19. Eccli. 20. 31. 7. Mendacium fugies. Inſontem & juſtum non occides: quia averſor impium.	7. Ab omni verbo iniquo recedes. Innocentem & juſtum non occides: non juſtificabis impium pro muneribus.	
8. Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & ſubvertunt verba juſtorum.	8. Munera enim excæcant oculos videntium, & peſtiferant ſermones juſtos.	
Gen. 46. 6. 9. Peregrino moleſtus non eris: ſcitis enim advenarum animas: quia & ipſi peregrini fuiſtis in terra Ægypti.		
10. Sex annis ſeminabis terram tuam, & congregabis fruges ejus.	10. Sex annis ſeminabis terram tuam, & colliges fructus ejus.	*Aug. quæſt. 89. in Exod. t. 3. 450. c.*
Levit. 25. 4. 11. Anno autem ſeptimo dimittes eam, & requieſcere facies, ut comedant pauperes populi tui: & quidquid reliquum fuerit, edant beſtiæ agri: ita facies in vinea, & in oliveto tuo.	11. Septimo autem anno remiſſionem facies, & requiem dabis illi, & edent pauperes gentis tuæ: quæ autem ſuperabunt, edent feræ beſtiæ: ſic facies vineam tuam, & olivetum tuum.	
12. Sex diebus operaberis: ſeptimo die ceſſabis, ut requieſcat bos & aſinus tuus: & refrigeretur filius ancillæ tuæ, & advena.		
13. Omnia quæ dixi vobis, cuſtodite. Et per nomen externorum deorum non jurabitis, neque audietur ex ore veſtro.	13..... Nomen aliorum deorum ne commemoremini, neque audiatur de ore tuo.	*Tertul. de Idol. t. 20. 246. a.*
14. Tribus vicibus per ſingulos annos mihi feſta celebrabitis.	14. Tribus temporibus mihi feſta celebrabitis in anno.	*Hieron. in Agg. 1. t. 3. 1683. e.*
15. Solemnitatem azymorum cuſtodies. Septem diebus comedes azyma, ſicut præcepi tibi tempore menſis novorum, quando egreſſus es de Ægypto: non apparebis in conſpectu meo vacuus.	15. Solemnitatem azymorum cuſtodietis. Septem diebus comedetis azyma, ſicut præcepi tibi, in tempore menſis novorum; in ipſo enim es egreſſus ex Ægypto: non apparebis in conſpectu meo vacuus.	
Sup. 13. 3. 4. Inf. 34. 22. Deut. 16. 16.		
16. Et ſolemnitatem meſſis primitivorum operis tui, quæcunque ſeminaveris in agro: ſolemnitatem quoque in exitu anni, quando congregaveris omnes fruges tuas de agro.	16. Et ſolemnitatem meſſis primitivorum de operibus tuis, quæcunque ſeminaveris in agro: & ſolemnitatem conſummationis in exitu anni, in congregatione operum tuorum de agro.	
Eccli. 35. 6.		
17. Ter in anno apparebit omne maſculinum tuum coram Domino Deo tuo.	17. Ter in anno apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu Domini Dei tui.	*Hieron. in ep. ad Gal. l. 2. t. 4. 264. c.*
Inf. 34. 23. Deut. 16. 16.		
18. Non immolabis ſuper fermento ſanguinem victimæ meæ, nec remanebit adeps ſolemnitatis meæ uſque manè.		
19. Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui. Non coques hœdum in lacte matris ſuæ.	19..... Non coques agnum in lacte matris ſuæ.	*Aug. quæſt. 90. in Exod. t. 3. 450. f.*
Inf. 34. 26. Deut. 14. 21.		
20. Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat in via, & introducat in locum quem paravi.	20..... Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, ut ſervet te in via, ut inducat te in terram quam paravi tibi.	*Idem quæſt. 91. 451. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Græc. Ἐὰν δὲ ἴδῃς τὸ ὑποζύγιον τῦ ἐχθρῦ σε πεπλωκὸς ὑπὸ τὸν γόμον αὐτῦ, ὐ παρελεύσῃ αὐτὸ, ἀλλὰ συναρεῖς (al. συνεγερεῖς) αὐτῷ μετ' αὐτῦ. Cæſar. Arelat. hom. 11. *Si videris aſinum inimici tui in luto jacentem, non præteribis, niſi priùs alleves eum.* Act. S. Pionii Mart. p. 141. *Inimici tui animal ſi ceciderit, oportet te priùs levare, quàm tranſeas.*

℣. 6. Græc. Οὐ διαστρέψεις, &c. ut in Lat. Luciferο favet Capitul. LXXX. ſupra.

℣. 7. In Græco ponitur ἐν, poſt *occides*, & in fine habetur, ἕνεκεν δώρων, *propter munera*; cætera quadrant ad verbum, ſicut Capitula LXXXI. LXXXII. LXXXIII. ſupra.

℣. 8. Ita pergit Lucifer, omiſſis his quæ antecedunt in Græco, Καὶ δῶρα ὐ λήψῃ, & *munera non accipies*, reliqua, τὰ γὰρ δῶρα, &c. congruunt cum Lat. niſi excipias ultima, ἃ λυμαίνεται ῥήματα δίκαια, & *vaſtant*, ſeu *corrumpunt verba juſta*, à λύμη, *lues*.

℣. 10. Ad verbum è Græco. Auguſt. col. 450. c. legit, *fructum ejus*; at infra, *fructus ejus*, cum Græc. τὰ γεννήματα αὐτῆς.

℣. 11. In Græco deeſt *anno*, præterquam in Mſ. Alex. ubi τῷ δὲ ἑβδόμῳ ἔτει, reliqua mirè conſentiunt, niſi excipias verbum ἀνήσεις, pro *requiem dabis*, ad verbum, *relinques*, ab ἀνίημι, *relaxo*, *remitto*. Item ὑπολειπόμενα, loco *quæ ſuperabunt*, ad verbum, *relicta*.

℣. 13. Græc. Καὶ ὀνομα θεῶν ἑτέρων ὐκ ἀναμνησθήσεσθε, ὐδὲ μὴ ἀκουσθῇ ἐκ τῦ στόματος ὑμῶν. *Et nomen deorum aliorum non rememorabitis, neque audietur de ore veſtro.* Vide etiam Tertul. ſup. p. 245. c.

℣. 14. Rurſus Hieron. l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. col. 271. c. *Tribus temporibus anni diem feſtum agetis mihi.* Gr. Τρεῖς καιρὸς τῦ ἐνιαυτῦ ἑορτάσατέ μοι· at in edit. Ald. ἑορτάσετε, ut in Lat.

℣. 15. Similia Græcum habet, præter hoc, φυλάξασθε ποιεῖν, *ſervate facere*, pro *cuſtodietis*; at in Mſ. Alex. φυλάξεσθε, abſque ποιεῖν, quod etiam delet Ald. edit. ſubinde pro *in tempore*, ſcriptum, κατὰ τὸν καιρόν, *ad tempus*.

℣. 16. Eadem prorſus in Græco, exceptis his, ποιήσεις τῶν ἔργων σε, *facies operum tuorum*, loco *de operibus tuis*; ſubinde ἐν τῷ ἀγρῷ σε, *in agro tuo*; & in fine, τῶν ἐκ τῦ ἀγρῦ σε, *quæ de agro tuo*, pro *de agro*. Hieron. l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. col. 271. c. rurſus legit: *Et ſolemnitatem meſſis primitivorum, & ſolemnitatem conſummationis in exitu anni.*

℣. 17. Idem Hieron. l. 2. in ep. ad Gal. col. 271. c. *Tribus temporibus anni apparebit maſculinum tuum*, &c. ſic etiam Capitul. XC. ſupra; uti Græcè, τρεῖς καιρὸς τῦ ἐνιαυτῦ ὀφθήσεται πᾶν, &c. ut in Lat.

℣. 19. Ambroſ. in Pſ. 47. col. 940. f. *Ne coquas agnum in lacte matris ſuæ.* Græc. οὐχ ἑψήσεις ἄρνα, &c. ut ſup.

℣. 20. Ita Græcè ad verbum: ſic etiam idem Auguſt. habet locut. 106. de Exod. col. 347. g. præter hoc, & *inducat te*; at in Gr. ὅπως εἰσαγάγῃ σε. Similiter l. 16. contra Fauſt. to. 8. col. 294. c. niſi quòd loco *paravi tibi*, habet *juravi tibi*; at in Gr. ἡτοίμασά σοι. Tertul. l. contra Jud. c. 9. p. 143. a. legit: *Ecce ego mitto angelum meum ante fa-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ubi ſup. 21. Adtende tibi, & exaudi eum, ne non credas illi: nihil enim ſubtrahet tibi; nomen enim meum eſt ſuper eum.

Lucif. Calar. pro S. Athan. col. 183. 22..... Si auditu audieris vocem meam, & feceris omnia quæ dixero tibi, inimicus ero inimicis tuis, & reſiſtam contrariis tuis.

Aug. contr. Adim. t. 8. 136. *b. c.* 23. Præcedet te Angelus meus, & adducet te ad Amorrhæum, & Pherezæum, & Chananæum, & Jebuſæum, & Gergeſæum, & occidetis illos.

Aug. l. 1. *de conſ. Evang. t.* 3. *p.* 2. 18. *b.* 24. Non adorabis deos illorum, ſed neque ſervies eis: non facies ſecundùm opera ipſorum, ſed deponendo depones, & confringendo confringes ſimulacra eorum.

Aug. quæſt. 92. *in Exod. t.* 3. 451. *d. e.* 25. Et ſervies Domino Deo tuo, & benedicam panem tuum, & vinum tuum, & aquam tuam, & avertam infirmitatem à vobis.

26. Non erit qui non generet, neque ſterilis ſuper terram tuam: numerum dierum tuorum replebo.

27. Et timorem mittam qui te antecedat, & amentes faciam omnes gentes, in quas tu intrabis.....

Aug. quæſt. 93. *in Exod.* 452. *a.* 28. & mittam veſpas ante te, & ejiciet Amorrhæos, Evæos, Chananæos, & Chettæos à te.

Aug. quæſt. 17. *in Jud. t.* 3. 601. *c.* 29. Non ejiciam illos in anno uno: ne fiat terra deſerta, & multiplicentur in te beſtiæ feræ.

30. Paulatim ejiciam illos, donec multiplicemini, & creſcatis, & hæreditetis terram.

VULGATA NOVA.

21. Obſerva eum, & audi vocem ejus, nec contemnendum putes: quia non dimittet cùm peccaveris, & eſt nomen meum in illo.

22. Quòd ſi audieris vocem ejus, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. *Deut.* 7. 11.

23. Præcedetque te Angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, Chananæumque, & Hevæum, & Jebuſæum, quos ego conteram. *Inf.* 33. 2. *Joſ.* 24. 11.

24. Non adorabis deos eorum, nec coles eos: non facies opera eorum, ſed deſtrues eos, & confringes ſtatuas eorum. *Deut.* 7. 22.

25. Servietiſque Domino Deo veſtro, ut benedicam panibus tuis & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui.

26. Non erit infecunda, nec ſterilis in terra tua: numerum dierum tuorum implebo.

27. Terrorem meum mittam in præcurſum tuum, & occidam omnem populum, ad quem ingredieris: cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam:

28. emittens crabrones priùs, qui fugabunt Hevæum, & Chananæum, & Hethæum, antequam introeas. *Deut.* 7. 20.

29. Non ejiciam eos à facie tua anno uno: ne terra in ſolitudinem redigatur, & creſcant contra te beſtiæ.

30. Paulatim expellam eos de conſpectu tuo, donec augearis, & poſſideas terram.

31. Ponam autem terminos tuos à mari rubro uſque ad mare Palæſtinorum, & à deſerto uſque ad fluvium: tradam in manibus veſtris habitatores terræ, & ejiciam eos de conſpectu veſtro.

Aug. Locut. 109. *t.* 3. 348. *a.* 32. Non diſpones illis, & diis eorum pactum. 32. Non inibis cum eis fœdus, nec cum diis *Inf.* 34. 15. *Deut.* 7. 2.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ciem tuam, qui te cuſtodiat in itinere, & introducat in terram, quam præparavi tibi: ſic iterum l. 3. contra Marc. p. 676. a. exceptis his, *viâ*, pro *itinere*, & *paravi*, loco *præparavi*. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 286. b. *Ecce ego præmitto angelum meum ante faciem tuam, ad cuſtodiendum te in itinere, ut te inducat in terram, quam tibi præparavi.* Arnob. de Deo trin. col. 215. c. *Ecce ego mitto ang. meum ante te, ad cuſtodiendum te in omni itinere tuo.*

℣. 21. Idem Auguſt. locut. 106. de Exod. col. 347. g. *Ante te ibit, & exaudi eum;* at l. 16. contra Fauſt. to. 8. col. 294. c. *Adtende tibi, & obaudi eum, ne non credas illi; nihil enim ſubtrahet tibi, nomen enim meum eſt in eo.* Tertul. l. contra Jud. c. 9. p. 143. a. *Intende illi, & audi eum; & ne inobediens fueris ei; non enim celavit te, quoniam nomen meum ſuper illum eſt:* & l. 3. contra Marc. p. 676. a. *Intende illi, & exaudi eum, ne inobaudieris eum; non enim celavit te, quoniam*, &c. ut ſup. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 286. b. *Obſerva eum, & obaudi eum, & ne fueris inobaudiens ei; & non deerit tibi, nomen enim meum in illo eſt.* Vigil. Tapſ. l. 2. & 5. de Trin. *Nomen meum eſt in illo.* Græc. Πρόσεχε σεαυτῷ (al. σὺ αὐτῷ,) καὶ εἰσάκουε αὐτοῦ, καὶ μὴ ἀπειθεῖ αὐτῷ, ὃ γὰρ μὴ ὑποσείληται σε· τὸ γὰρ ὄνομά μου ἐστὶν ἐπ' αὐτῷ.

℣. 22. Multa hîc antecedunt in Græco edit. Rom. nec non in Mſs. Alex. & Oxon. quæ abſunt ab editt. Ald. & Compl. nec leguntur in Vulgata. Sequuntur autem iſta: Ἐὰν ἀκοῇ ἀκούσῃ τῆς φωνῆς μου, καὶ ποιήσητε πάντα ὅσα ἂν εἴπω σοι, ἐχθρεύσω τοῖς ἐχθροῖς σου, καὶ ἀντικείσομαι τοῖς ἀντικειμένοις σοι. In edit. Compl. ἐὰν ἀκοῇ ἀκούσῃς. In Ald. & Mſ. Alex. ſimpliciter, ἐὰν ἀκούσῃς, uti paulò poſt, ποιήσῃς. Auguſt. l. contra Adimant. to. 8. col. 136. b. c. ſeu potiùs Adimantus ipſe ſic legebat: *Si aure audieris vocem meam, & facies quæcunque præcipio* (ed. Compl. ἐντέλλομαι) *tibi; odero odientes te, & contriſtabo contriſtantes te.* Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. col. 301. d. meliùs: *Inimicus ero inimicis tuis, & adverſabor adverſantibus tibi.*

℣. 23. Hilar. in Pſ. 134. col. 475. c. *Ecce angelus meus antecedet te.* Græc. Πορεύσεται γὰρ ὁ ἄγγελός μου ἡγούμενός σου, καὶ εἰσάξει σε πρὸς τὸν Ἀμορραῖον, καὶ Χετταῖον, καὶ Φερεζαῖον, καὶ Χαναναῖον, καὶ Γεργεσαῖον, καὶ Εὐαῖον, καὶ Ἰεβουσαῖον, καὶ ἐκτρίψω αὐτούς. *Ibit enim angelus meus, ducens te; & introducet te ad Amorrhæum..... & atteram eos.*

℣. 24. Græc. Οὐ προσκυνήσεις τοῖς... θεοὺς δὲ μὴ λατρεύσῃς αὐτοῖς· μὴ ποιήσεις κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν, ἀλλὰ καθαιρέσει καθελεῖς, καὶ συντρίβων συντρίψεις τὰς στήλας αὐτῶν. Auguſt. l. contra Adim. to. 8. col. 136. c. d. immo Adimantus ipſe legit: *Deos eorum ne adoraveritis, neque feceritis opera ipſorum; ſed everſione evertite illos, & delete eorum memoriam,* Græc. *ſtatuas illorum.*

℣. 25. Totidem verba in Græco.

℣. 26. Itidem Græcè, præter hoc in fine, ἀναπληρῶν ἀναπληρώσω, *replens replebo:* at in Mſs. Alex. & Oxon. nec non in edit. Compl. deeſt ἀναπληρῶν.

℣. 27. In Græco ſimiliter, niſi excipias verbum ἐκστήσω, loco *amentes faciam*, Nobil. *in exceſſum & pavorem inducam.*

℣. 28. Similiter hab. idem Auguſt. locut. 107. de Exod. to. 3. col. 348. a. *Et mittam veſpas ante te, & ejiciet Amorrhæos.* Capitul. etiam XCVI. ſupra hab. *Timorem & veſpas miſſurum Dominum, qui ejiciat alienigenas.* Græc. Καὶ ἀποστελῶ τὰς σφηκίας προπορεύσεταί σου, καὶ ἐκβαλεῖς, &c. al. ἐκβαλῶ, al. ἐκβαλεῖ, ſi Nobilio fides: ad quod Auguſt. Locut. 107. ſup. *Intelligitur*, inquit, *ejiciet Amorrhæos veſpâ, ficus ranâ, ſicut locuſtâ.*

℣. 29. Ita de Græco, præter ultima verba & *multiplicentur*, &c. pro quibus, καὶ πολλὰ γένηται ἐπὶ σὲ τὰ θηρία τῆς γῆς. *Et multæ fiant ſuper te beſtiæ terræ.* Et verò Auguſt. hîc non Exodum citat, ſed Deuteronomium: *Dictum eſt*, inquit, *in Deuteronomio..... Non ejiciam*, &c. porrò Deut. 7. 22. ita legitur: Οὐ δυνήσῃ ἐξαναλῶσαι αὐτοὺς τοτάχος, ἵνα μὴ γένηταί σοι ἡ γῆ ἔρημος, καὶ πληθυνθῇ ἐπὶ σὲ τὰ θηρία τὰ ἄγρια, quæ ultima optimè reſpondent allatis ſup. ex Auguſt. priora verò cum ſeqq. ℣. 30. pertinere videntur ad hunc Exodi locum.

℣. 30. Idem Auguſt. locut. 108. de Exod. col. 348. a. *Per partes ejiciam illos à te.* Græc. Καὶ μικρὸν ἐκβαλῶ αὐτοὺς ἀπὸ σοῦ, deinde ἕως ἂν αὐξηθῇς, καὶ κληρονομήσῃς τὴν γῆν. i. e. *quoadusque auctus fueris, & hæreditaveris terram.*

℣. 32. Græc. Οὐ συγκαταθήσῃ αὐτοῖς, καὶ..... διαθήκην,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

eorum.

33. Non habitent in terra tua, ne fortè peccare te faciant in me, si servieris diis eorum: quod tibi certè erit in scandalum.

VERSIO ANTIQUA.

33. Et non consident in terra tua, ne peccare te faciant ad me: si servieris diis eorum, erunt tibi offendiculum. *Aug. ubi sup. Idem quæst. 94. in Exod. 452. c.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 33. Eadem sunt in Græco, exceptis his, ἐὰν γὰρ δουλεύσῃς..... οὗτοί σοι ἔσονται, &c. *Si enim servieris..... hi erunt tibi.* Vid. seqq. apud August.

CAPUT XXIV.

VULGATA NOVA.

1. MOysi quoque dixit: Ascende ad Dominum tu, & Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta senes ex Israël, & adorabitis procul.

2. Soluſque Moyses ascendet ad Dominum, & illi non appropinquabunt: nec populus ascendet cum eo.

3. Venit ergo Moyses & narravit plebi omnia verba Domini, atque judicia: respondítque omnis populus una voce: Omnia verba Domini, quæ locutus est, faciemus.

4. Scripsit autem Moyses universos sermones Domini: & manè consurgens ædificavit altare ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israël.

5. Misitque juvenes de filiis Israël, & obtulerunt holocausta, immolaveruntque victimas pacificas Domino, vitulos.

6. Tulit itaque Moyses dimidiam partem sanguinis, & misit in crateras: partem autem residuam fudit super altare.

7. Assumensque volumen fœderis, legit audiente populo: qui dixerunt: Omnia quæ locutus est Dominus, faciemus, & erimus obedientes.

8. Ille verò sumptum sanguinem respersit in populum, & ait: Hic est sanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his. *Heb. 9. 20.*

9. Ascenderuntque Moyses & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta de senioribus Israël:

10. & viderunt Deum Israël: & sub pedibus ejus quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cœlum, cùm serenum est.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET Moysi dixit: Ascende ad Dominum tu, & Aaron, & Nadab, & Abiud, & septuaginta seniorum Israël, & adorabunt à longè Dominum. *Aug. quæst. 95. in Exod. t. 3. 452. d. f.*

2. Et accedet Moyses solus ad Dominum, ipsi autem non accedent: populus autem non ascendet cum illis.

3. Introiit autem Moyses, & narravit populo omnia verba Dei, & justificationes: respondit autem omnis populus voce una dicentes: Omnia verba, quæ locutus est Dominus, faciemus, & audiemus.

4..... Moyses.... ædificavit altare sub monte, & duodecim lapides in duodecim tribus Israël. *Idem q. 97. 453. b.*

5..... & immolaverunt hostiam salutaris Deo..... *Ibid. quæst. 98.*

6. Sumens autem Moyses dimidiam partem sanguinis, infudit in craterem: & partem reliquam sanguinis adfudit ad altare. *Ibid. quæst. 99. 453. c. e.*

7. Et accipiens librum testamenti, recitavit in aures populi: & dixerunt: Omnia quæcunque locutus est Dominus, faciemus, & audiemus. *Ibid. quæst. 100.*

8. Moyses accipiens sanguinem aspersit populum, dicens: Hic est sanguis testamenti quod disposuit Deus ad vos..... *Ambrosiast. 225. f.*

9. & ascendit Moyses & Aaron, & Nadab, & Abiud, & septuaginta seniorum Israël: *Aug. quæst. 101. in Exod. 453. e.*

10. & viderunt locum, ubi steterat ibi Deus Israël: & sub pedibus Dei erat quasi opus lateris sapphiri, & sicut species firmamenti cœli mundissimi. *Aug. Locut. 111. t. 3. 348. b. Hieron. in Ezech. 1. t. 3. c. 709. a.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Eadem prorsus in Græco.

℣. 2. Græc. Καὶ ἐγγιεῖ..... πρὸς τὸν Θεὸν, αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐγγιοῦσιν, ὁ δὲ λαὸς οὐ συναναβήσεται μετ' αὐτῶν. Unde Hieron. in Isai. 29. to. 3. col. 247. e. *Legimus*, inquit, *Appropinquavit Moyses solus ad Deum; cæteri autem non appropinquabant.*

℣. 3. Optimè de Græco. Addit August. ibid. *Justificationes Latini Interpretes eas esse dixerunt, quæ Græci* δικαιώματα *appellant.* Ad hæc etiam, *faciemus*, & *audiemus*, ait: *cùm videatur ordo postulare, ut diceretur*, audiemus, & faciemus; *sed mirum, nisi aliquis hìc sensus latet.*

℣. 4. Græc. Ὡρθρίσας δὲ Μωυσῆς τὸ πρωΐ, ᾠκοδόμησε, &c. ut in Lat. Vid. not. seq.

℣. 5. August. ibid. *Non dixit hostiam salutarem, sed hostiam salutaris, quod Græcus habet*, σωτηρίου. Ambros. ep. 65. to. 2. col. 1052. a. *Immolatas* dicit *Domino salutares hostias.* Huc etiam spectant quæ habentur in Missali Rom. ad offert. Domin. 18. post Pent. *Sanctificavit Moyses altare Domino, offerens super illud holocausta, & immolans victimas*, &c. Græc. Μωυσῆς..... ᾠκοδόμησε θυσιαστήριον..... καὶ ἀνήνεγκαν ὁλοκαυτώματα, καὶ ἔθυσαν θυσίαν σωτηρίου τῷ Θεῷ μοσχάρια.

℣. 6. Similia Græc. habet, præter vocem, κρατῆρας, in plurali; at Mss. Alex. cum editt. Ald. & Compl. κρατῆρα, *craterem*, ut sup. Pro his autem, *dimidiam partem.....* & *partem reliquam*, Græcè simpliciter, τὸ ἥμισυ..... τὸ δὲ ἥμισυ, *dimidium..... dimidium autem.* Ad hæc Ambros. ep. 65. to. 2. col. 1052. a. *Quid sibi velit*, inquit, *quod Moyses post oblatum sacrificium, & immolatas Domino salutares hostias, dimidiam partem sanguinis in crateras miserit, dimidiam autem ad altare effuderit?* & infra col. 1053. b. c. *Immolavit hostias, & libavit, sanguinis partem effundens altaribus sacris, partem autem infundens crateribus.* Ambrosiast. col. 225. f. *Moyses accipiens sanguinem vituli in cratera*; & sup. col. 149. d. *in patera.*

℣. 7. Ad verbum è Græco. Ambrosiast. quoque, col. 325. f. legem datam memorat, *quam Moyses*, inquit, *recitans populo, librum hunc Testamenti appellavit.*

℣. 8. Similiter idem Auctor supra, col. 149. d. *Moyses, accepto sanguine vituli in patera* (infra *in cratera*) *aspersit filios Israël, dicens: Hoc est testamentum, quod disposuit Deus ad vos.* Græc. Λαβὼν δὲ Μωυσῆς τὸ αἷμα, κατεσκέδασε τῷ λαῷ, καὶ εἶπεν· Ἰδοὺ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης, ἧς διέθετο Κύριος πρὸς ὑμᾶς, &c.

℣. 9. Itidem Græcè, nisi excipias vocem, τῆς γερουσίας, propriè *senatûs*, loco *seniorum*: at Mss. Alex. cum editt. Ald. & Compl. habet, τῶν πρεσβυτέρων, ut sup. ℣. 1.

℣. 10. Ita rursum August. quæst. 101. in Exod. col. 453. e. *Et viderunt locum, ubi steterat ibi Deus Israël*; nec aliter in Græco, detracta voce *ibi*; at in Mss. Alex. ac

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 102. in Ex. t. 3. 453. f.

11. Et de electis Iſraël non diſſonuit nec unus; & apparuerunt in loco Dei, & manducaverunt, & biberunt.

VULGATA NOVA.

11. Nec ſuper eos qui procul receſſerant de filiis Iſraël, miſit manum ſuam, videruntque Deum, & comederunt, ac biberunt.

VULGATA NOVA.

12. Dixit autem Dominus ad Moyſen: Aſcende ad me in montem, & eſto ibi: daboque tibi tabulas lapideas, & legem ac mandata quæ ſcripſi: ut doceas eos.

13. Surrexerunt Moyſes & Joſue miniſter ejus: aſcendenſque Moyſes in montem Dei,

14. ſenioribus ait: Expectate hic donec revertamur ad vos. Habetis Aaron & Hur vobiſcum: ſi quid natum fuerit quæſtionis, referetis ad eos.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. in Pſ. 43. t. 1. 899. b.

15..... aſcendit Moyſes in montem, & circumdedit lux montem:

16. & deſcendit majeſtas Domini in montem Sina, & cooperuit eum nubes ſex diebus: & vocavit Dominus Moyſen die ſeptimo de media nube.

17. Adſpectus autem majeſtatis Domini, tanquam ignis ardens ſuper verticem montis, coram filiis Iſraël.

Auct. quæſt. Vet. Teſt. ap. Aug. t. 3. q. 107. p. 104. e.

18. Et intravit Moyſes in mediam nubem..... fuit in monte quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

VULGATA NOVA.

15. Cùmque aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montem,

16. & habitavit gloria Domini ſuper Sinai, tegens illum nube ſex diebus: ſeptimo autem die vocavit eum de medio caliginis.

17. Erat autem ſpecies gloriæ Domini, quaſi ignis ardens ſuper verticem montis, in conſpectu filiorum Iſraël.

18. Ingreſſuſque Moyſes medium nebulæ, aſcendit in montem: & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. *Deut. 9. 9.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

edit. Ald. legitur, οὗ εἰσήκει ἐκεῖ· Auguſt. verò l. 2. de Trin. to. 8. col. 787. a. omittit *ibi*. Subinde in Græc. Καὶ τὰ ὑπὸ τὰς πόδας αὐτῦ ὡσεὶ ἔργον πλίνθυ σαπφείρυ, ᾗ ὥσπερ εἶδος σερεώματος τῦ ὑρανῦ τῇ καθαρότητι. Aug. loco ſup. citat. de Trin. legit: *Sub pedibus ejus, tanquam opus lapidis ſapphiri, & tanquam aſpectus firmamenti cæli:* & quæſt. 102. in Exod. col. 454. a. ait: *Sapphiro autem ſignificatur vita cæleſtis, maximè quia dictum eſt:* ſicut aſpectus firmamenti: *firmamentum autem cælum appellari quis neſciat? Et forma lateris in eodem ſapphiro quadraturam ipſam vel ſtabilitatem..... figurat.*

℣. 11. Similiter in Græco.

℣. 15. Græc. Καὶ ἀνέβη Μωυσῆς ᾗ Ἰησοῦς εἰς τὸ ὄρος· ᾗ ἐκάλυψεν ἡ νεφέλη τὸ ὄρος. *Et aſcendit Moyſes & Jeſus in montem; & operuit nubes montem.* In Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. deeſt ᾗ Ἰησοῦς, ut ſup. Auguſt. verò quæſt. 103. in Exod. to. 3. col. 454. c. ait: *Jeſus Nave..... cum Moyſe apparet, & cum illo aſcendit in montem.*

℣. 16. Græc. Καὶ καλέσει ἡ δόξα τῦ Θεῦ ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ, ᾗ ἐκάλυψεν, &c. ut in Lat. niſi excipias ultima, ἐκ μέσυ τῆς νεφέλης, *de medio nubis.*

℣. 17. Eadem refert Auguſt. l. 2. de Trin. to. 8. col. 787. f. præter unum *autem*, quod delet. At in Gr. τὸ δὲ εἶδος τῆς δόξης, &c. ut in Lat.

℣. 18. Græc. Καὶ εἰσῆλθε Μωυσῆς εἰς τὸ μέσον τῆς νεφέλης, ᾗ ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος, ᾗ ἦν ἐκεῖ ἐν τῷ ὄρει, &c. ut in Lat.

CAPUT XXV.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. contra Adim. ſeu Adim. ap. Aug. t. 8. 121. c.

1. LOcutus eſt Deus Moyſi, & dixit illi:

2. Loquere ad filios Iſraël; ſumite primitias ab omni homine, quod mihi deſtinetis.....

3..... Aurum, argentum, æramentum,

4. purpuram, byſſum, coccum, pilos caprinos,

5. pelles rubras agnorum..... ligna integra.....

6..... oleum ad illuminationem, thymiamata:

7. lapides pretioſos, hoc eſt, beryllos.....

8. Et conſtituite tabernaculum, in quo commorari vobiſcum poſſim.

VULGATA NOVA.

1. LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

2. Loquere filiis Iſraël, ut tollant mihi primitias, ab omni homine qui offeret ultroneus, accipietis eas. *Inf. 35. 5.*

3. Hæc ſunt autem quæ accipere debetis: Aurum, & argentum, & æs,

4. hyacinthum & purpuram, coccumque bis tinctum, & byſſum, pilos caprarum,

5. & pelles arietum rubricatas, pelleſque ianthinas, & ligna ſetim:

6. oleum ad luminaria concinnanda: aromata in unguentum, & thymiamata boni odoris:

7. lapides onychinos, & gemmas ad ornandum ephod, ac rationale.

8. Facientque mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorum:

VULGATA NOVA.

Hebr. 9. 2.

9. juxta omnem ſimilitudinem tabernaculi quod oſtendam tibi, & omnium vaſorum, in cultum ejus: ſicque facietis illud:

10. Arcam de lignis ſetim compingite, cujus longitudo habeat duos & ſemis cubitos: latitudo, cubitum & dimidium: altitudo, cubitum ſimiliter ac ſemiſſem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1.....8. Hæc ſummatim referuntur apud Auguſt. Ita enim in Græco ſe habent: Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωυσῆν, λέγων—— Εἶπον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, ᾗ λάβετε ἀπαρχὰς παρὰ πάντων οἷς ἂν δόξῃ τῇ καρδίᾳ, ᾗ λήψεσθε τὰς ἀπαρχάς μυ—— Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἀπαρχὴ, ἣν λήψεσθε παρ' αὐτῶν· χουσίον, ᾗ ἀργύριον, ᾗ χαλκὸν—— ᾗ ὑάκινθον, ᾗ πορφύραν, ᾗ κόκκινον δισπλῦν, ᾗ βύσσον κεκλωσμένην, ᾗ τρίχας αἰγείας —— ᾗ δέρματα κριῶν ἡρυθροδανωμένα..... ᾗ ξύλα ἄσηπτα. —— ᾗ ἔλαιον εἰς τὴν φαῦσιν, θυμιάματα..... ᾗ λίθυς σαρδίυ..... ᾗ ποιήσεις μοι ἁγίασμα, ᾗ ὀφθήσομαι ἐν ὑμῖν. Auct. l. de promiſſ. part. 2. c. 2. col. 125. d. ſic: *Dabunt in oblatione filii Iſraël lanam byacinthinam, byſſum tortum, purpuram, coccum bis tinctum.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

11. Et deaurabis eam auro mundissimo intus & foris : facieſque ſupra coronam auream per circuitum :

12. & quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos : duo circuli ſint in latere uno, & duo in altero.

13. Facies quoque vectes de lignis ſetim, & operies eos auro.

VERSIO ANTIQUA.

11..... & facies in ea cymatia aurea verſatilia in circuitu : *Aug. quæſt. 104. in Ex. t. 3. 454. e.*

12. & fabricabis illi quatuor anulos aureos, & impones ſuper quatuor latera, duos anulos in latus unum, & duos anulos in latus ſecundum.

13..... & inaurabis illa auro. *Aug. Locut. 112. 348. b.*

VULGATA NOVA.

14. Induceſque per circulos qui ſunt in arcæ lateribus, ut portetur in eis :

15. qui ſemper erunt in circulis, nec unquam extrahentur ab eis.

VULGATA NOVA.

16. Poneſque in arca teſtificationem quam dabo tibi.

17. Facies & propitiatorium de auro mundissimo : duos cubitos & dimidium tenebit longitudo ejus, & cubitum ac ſemiſſem latitudo.

18. Duos quoque Cherubim aureos & productiles facies, ex utraque parte oraculi.

19. Cherub unus ſit in latere uno, & alter in altero.

20. Utrumque latus propitiatorii tegant expandentes alas, & operientes oraculum, reſpiciantque ſe mutuò verſis vultibus in propitiatorium quo operienda eſt arca,

21. in qua pones teſtimonium quod dabo tibi.

22. Inde præcipiam, & loquar ad te ſupra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt ſuper arcam teſtimonii, cuncta quæ mandabo per te filiis Iſraël.

VERSIO ANTIQUA.

16..... immittes in arcam teſtimonia quæcunque dabo tibi. *Ambr. de fug. ſæc. c. 3. 425. a.*

17. Et facies propitiatorium ex auro puro : duobus cubitis & ſemis longitudinem ejus, & unum cubitum & ſemis latitudinem ejus. *Sedul. Scot. in ep. ad Rom. 506. b.*

18. Et facies duo Cherubin aurea intertornata, & ſuperpones ea per ſingula latera propitiatorii.

19..... Et facies ut duo Cherubin ſint ex duobus lateribus ejus,

20. extendentia alas ſuas, & obumbrantia ſuper propitiatorium, & facies contra ſe ſuper propitiatorium,

21. & impones propitiatorium ſuper arcam, & in arcam mittes teſtimonia quæ dabo.

22. Et innoteſcam tibi inde, & loquar ad te deſurſum ſuper propitiatorium, inter medium duorum Cherubin, quæ ſunt ſuper arcam teſtamenti, ſecundùm omnia quæ præcipiam tibi ad filios Iſraël.

VULGATA NOVA.

23. Facies & menſam de lignis ſetim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac ſemiſſem.

24. Et inaurabis eam auro puriſſimo : facieſque illi labium aureum per circuitum,

25. & ipſi labio coronam interraſilem altam quatuor digitis : & ſuper illam, alteram coronam aureolam.

26. Quatuor quoque circulos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis ejuſdem menſæ per ſingulos pedes.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. Hæc antecedunt in Græco : Καὶ καλαχρυσώσεις αὐτὴν (κιβωτὸν) χρυσίῳ καθαρῷ, ἐσωθεν καὶ ἔξωθεν χρυσώσεις αὐτήν. Unde Ambroſ. l. de Noë, c. 6. to. 1. col. 234. c. ait : *In Exodo deauratur foris & intus arca illa.* Sequuntur in Græco ſicut apud Auguſt. καὶ ποιήσεις αὐτῇ κυμάτια χρυσᾶ σρεπτὰ κύκλῳ. Addit Auguſt. *Cymatia dixit, quæ in quadratura exſtant per quatuor partes, ſicut menſæ quadræ fieri ſolent. Nec quòd ait*, verſatilia, *mobilia debemus accipere ; fixa ſunt enim..... ſed* verſatilia *dixit*, tortilia, *quæ Græcè vocantur* σρεπτὰ, *vel canalibus, ſicut ſunt columnæ tortiles*, &c.

℣. 12. Græc. Καὶ ἐλάσεις αὐτῇ, &c. ut in Lat. niſi quòd pro *latus*, conſtanter habet, τὸ κλίτος, quod propriè *devexitas*, ſeu *latus in quod res aliqua* κλίνεται. Schrevel.

℣. 13. Sic eſt in Græco.

℣. 16. Græc. Καὶ ἐμβαλεῖς εἰς τὴν..... ἃ ἂν δῶ σοι.

℣. 17. Græc. Καὶ ποιήσεις ἱλασήριον ἐπίθεμα χρυσίῳ καθαρῷ, δύο πήχεων καὶ ἡμίσους τὸ μῆκος, καὶ πήχεως καὶ ἡμίσυς τὸ πλάτος. *Et facies propitiatorium, opertorium auri puri ; duorum cubitorum & dimidii longitudo, & cubiti ac dimidii latitudo.* Ad hæc Auguſt. q. 105. in Exod. to. 3. col. 454. g. *Propitiatorium* dicit *ſuperimponendum ſuper arcam..... aureum fieri* jubet, *ejuſque longitudinem & latitudinem tantam exprimit, quanta & ipſius arcæ dicta eſt.*

℣. 18. Græc. Καὶ ποιήσεις δύο Χερουβὶμ χρυσοτορευτὰ, καὶ ἐπιθήσεις αὐτὰ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν κλιτῶν τοῦ ἱλασηρίου. *Et facies duos Cherubim aureos tornatiles, & impones eos ex duobus lateribus propitiatorii.*

℣. 19. Græcè antecedunt iſta : Ποιηθήσονται, Χερουβ εἷς ἐκ τοῦ κλίτους τούτου, καὶ Χερουβ εἷς ἐκ τοῦ κλίτους τοῦ δευτέρου τοῦ ἱλασηρίου, i. e. *Fient, Cherub unus è latere hoc, & Cherub unus è latere ſecundo propitiatorii :* quæ vel prætermiſit Sedulius conſultò, vel non legit in ſuo codice ; quæ autem proximè addit, ita ſequuntur in eodem Græco : Καὶ ποιήσεις τοὺς δύο Χερουβὶμ ἐπὶ τὰ δύο κλίτη. *Et facies duos Cherubim ſuper duo latera.* Vid. Not. ſeq.

℣. 20. Græc. Ἔσονται οἱ Χερουβὶμ ἐκλείοντες τὰς πτέρυγας ἐπάνωθεν, συσκιάζοντες ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτῶν εἰς ἄκρα, εἰς τὸ ἱλασήριον ἔσονται τὰ πρόσωπα τῶν Χερουβίμ. Unde Auguſt. quæſt. 105. in Exod. col. 454. g. 455. a. *Ita ut*, inquit, *in ipſo propitiatorio eſſent duo Cherubim, hinc atque inde alterutrum adtendentes, ita ut vultus eorum in propitiatorium eſſent, & pennis ſuis obumbrarent propitiatorium :* & infra : *Duo Cherubim pennis ſuis obumbrant propitiatorium..... & invicem ſe adtendunt..... & vultus eorum ſunt in propitiatorium*, &c.

℣. 21. Similiter Ambroſ. l. de fug. ſæc. c. 3. to. 1. col. 425. a. *Impones propitiatorium ſuper arcam deſuper, & immittes teſtimonia quæ dabo.* Græc. Καὶ ἐπιθήσεις τὸ ἱλασήριον ἐπὶ τὴν κιβωτὸν ἄνωθεν, καὶ εἰς τὴν κιβωτὸν ἐμβαλεῖς τὰ μαρτύρια, ἃ ἂν δῶ σοι. Ad hæc Auguſt. quæſt. 105. col. 455. a. b. *In arca*, inquit, *juſſa ſunt poni lex, & manna, & virga Aaron..... propitiatorium eſt deſuper*, &c.

℣. 22. Ambroſ. l. de fug. ſæc. c. 3. to. 1. col. 425. a. *Et innoteſcam tibi inde, & loquar tibi deſuper.* Item epiſt. 4. to. 2. col. 764. b. *Loquar tecum deſuper propitiatorium, de medio duorum Cherubim :* & epiſt. 64. col. 1053. b. meminit *arcæ teſtimonii.* Similiter in Græco, præter levia nonnulla. Καὶ γνωθήσομαί σοι ἐκεῖθεν, καὶ λαλήσω σοι ἄνωθεν τοῦ ἱλασηρίου ἀνὰ μέσον τῶν..... τῶν ὄντων ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ τοῦ μαρτυρίου, καὶ κατὰ πάντα ὅσα ἂν ἐντείλωμαί σοι, &c. ut ſup. Unde Auguſt. quæſt. 105. in Exod. col. 455. c. *Promiſit*, inquit, *locuturum ſe Deus ad Moyſen de medio Cherubim deſurſum propitiatorii.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 106. *in Ex. t.* 3. 455. *d.* 27. Erunt anuli in thecis ſubportatoriis ad tollendam menſam.

Aug. Locut. 113. 348. *b.* 29. ....., cyathos, in quibus immolabunt in eis.....

VULGATA NOVA.

27. Subter coronam erunt circuli aurei, ut mittantur vectes per eos, & poſſit menſa portari.

28. Ipſos quoque vectes facies de lignis ſetim, & circumdabis auro ad ſubvehendam menſam.

29. Parabis & acetabula, ac phialas, thuribula, & cyathos, in quibus offerenda ſunt libamina, ex auro puriſſimo.

VULGATA NOVA.

30. Et pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper.

31. Facies & candelabrum ductile de auro mundiſſimo, haſtile ejus, & calamos, ſcyphos, & ſphærulas, ac lilia, ex ipſo procedentia.

32. Sex calami egredientur de lateribus, tres ex uno latere, & tres ex altero.

33. Tres ſcyphi quaſi in nucis modum per calamos ſingulos, ſphærulaque ſimul & lilium: & tres ſimiliter ſcyphi inſtar nucis in calamo altero, ſphærulaque ſimul & lilium: hoc erit opus ſex calamorum, qui producendi ſunt de haſtili:

34. in ipſo autem candelabro erunt quatuor ſcyphi in nucis modum, ſphærulæque per ſingulos, & lilia.

35. Sphærulæ ſub duobus calamis per tria loca, qui ſimul ſex fiunt, procedentes de haſtili uno.

36. Et ſphærulæ igitur & calami ex ipſo erunt, univerſa ductilia de auro puriſſimo.

37. Facies & lucernas ſeptem, & pones eas ſuper candelabrum, ut luceat ex adverſo.

38. Emunctoria quoque, & ubi quæ emuncta ſunt extinguantur, fiant de auro puriſſimo.

39. Omne pondus candelabri cum univerſis vaſis ſuis habebit talentum auri puriſſimi.

VERSIO ANTIQUA.

Hilar. in Pſ. 14. *n.* 3. 61. *c.* 40. Vide, ut facias omnia ſecundùm ſpeciem quam oſtendi tibi in monte.

VULGATA NOVA.

40. Inſpice, & fac ſecundùm exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt. *Heb.* 8. 5. *Act.* 7. 44.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 27. Græc. Καὶ ἔσονται οἱ δακτύλιοι εἰς ϑήκας τοῖς ἀναφορεῦσιν, ὥστε αἴρειν ἐν αὐτοῖς τὴν τράπεζαν. Addit Auguſt. ſup. *Hoc intelligendum eſt, quòd annuli eſſent velut thecæ ſubportatoriorum, id eſt, quò ſubportatoria tanquam in thecas inducantur.* Erunt *quippe* in thecis, *ita dictum eſt, tanquam diceretur, Erunt pro thecis.* Non video igitur cur editores noſtri BB. not. in hunc loc. moneant legendum ſup. apud Auguſt. *in thecas*, non *in thecis*, quod familiari librariorum vitio poſitum eſſe credunt: licet, inquiunt, codices Mſs. omnes habeant, *in thecis ſubportatoriis*; nam legebatur in hactenus editis, *velut thecæ ſubportatoriæ*: ex his enim quæ addidit ſupra Auguſt. contrarium liquet, optimè enim explicat Auguſt. *in thecis*, per iſtud *in thecas*, vel *pro thecis*; ſed conſtanter legiſſe videtur, *in thecis*, licet in Græco nunc, εἰς ϑήκας.

℣. 29. Ita è Græco, præter unum *immolabunt*, pro quo σπείσεις, *libabis*. Vide Ambroſ. epiſt. 65, to. 2. col. 1053. b. c.

℣. 40. Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 14. p. 244. c. *Facies omnia juxta typum eorum quæ vidiſti in monte.* Græc. Ὅρα, ποιήσεις κατὰ τὸν τύπον τὸν δεδειγμένον σοι ἐν τῷ ὄρει.

CAPUT XXVI.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 177. *in Exod. de Tabern. t.* 3. 475. *d. ſeqq. Ibid. quæſt.* 107. 455. *f.* 1. ET facies tabernaculum decem aulæorum de byſſo torta, & hyacintho, & purpura, & cocco torto; Cherubim facies ea opere textoris.

VULGATA NOVA.

1. TAbernaculum verò ita facies: Decem cortinas de byſſo retorta, & hyacintho, ac purpura, coccoque bis tincto, variatas opere plumario facies.

VULGATA NOVA.

2. Longitudo cortinæ unius habebit viginti octo cubitos: latitudo, quatuor cubitorum erit. Unius menſuræ fient univerſa tentoria.

2..... 3. *Vide Not.*

3. Quinque cortinæ ſibi jugentur mutuò, & aliæ quinque nexu ſimili cohærebunt.

VERSIO ANTIQUA.

Ibid. quæſt. 177. 475. *e.* 4..... facies illis anſas hyacinthinas in ora ſum-

VULGATA NOVA.

4. Anſulas hyacinthinas in lateribus ac ſum-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. In Græco: Καὶ τὴν σκηνὴν ποιήσεις, δέκα αὐλαίας, deinde ut in Lat. niſi quòd poſt vocem Χερουβίμ, punctum ponitur, ſequiturque ἐργασίᾳ ὑφάντου ποιήσεις αὐλάς. In ed. Compl. Χερουβίμ, adnectitur voci ἐργασίᾳ & ſeqq. ut apud Auguſt. tum quæſt. 107. ſup. tum quæſt. 177. col. 475. d. ubi legitur ſimpliciter: *Cherubim opere textoris*, abſque *facies ea*; at infra: *Opere ergo textili Cherubim juſſit in aulæis fieri.* De hoc opere vide ſis Hieron. ep. ad Marcell. ſicut & Auguſt. de aulæis illis; ait enim quæſt. 177. col. 479. d. multùm differre inter ſe αὐλὴν, & αὐλαίαν, *quod quidam*, inquit, *Interpretes noſtri non diſcernentes*, & *hoc* (ſcilicet *atrium*) & *illa aulæa*, *quas* αὐλαίας, *non* αὐλάς, *Græci dicunt*, atria *interpretati ſunt*, *dicentes*: Et facies tabernaculum decem atriorum, *ubi* decem aulæorum, *dicere debuerunt. Nonnulli autem multò imperitiores*, januas *interpretati ſunt*, & αὐλάς, & αὐλαίας: *ſicut autem in Latina lingua invenimus* aulæa, *quas Græci* αὐλαίας *vocant*, *ita quam illi appellant* αὐλήν, *noſtri* aulam *vocaverunt*: & ſup. col. 475. d. Αὐλαίας, inquit, *quas Græci appellant*, *Latini* aulæa *perhibent*, *quas cortinas vulgò vocant. Non ergo* decem atria *fieri juſſit*, *ſicut quidam negligenter interpretati ſunt*; *non enim* αὐλὰς *ſed* αὐλαίας *dixit*: & quæſt. 107. col. 455. d. e. *Decem aulæorum jubet fieri tabernaculum..... aulæa verò ſignificant latitudinem.*

℣℣. 2..... 3. In Græco ſic: Μῆκος τῆς αὐλαίας τῆς μιᾶς ὀκτὼ καὶ εἴκοσι πήχεων, καὶ εὖρος τεσσάρων πήχεων ἡ αὐλαία ἡ μία ἔσαι· μέτρον τὸ αὐτὸ ἔσαι πάσαις ταῖς αὐλαίαις. Quæ Auguſt. quæſt. 107. in Exod. col. 455. f. exprimit, dicens: *Aulæum longitudinem habere debere in cubitis viginti octo*; & infra: *Latitudinem aulæi in cubitis quatuor.* Item quæſt. 177. col. 475. d. *Aulæorum longitudinem eſſe præcepit, cubitorum viginti octo*; & *latitudinem, cubitorum quatuor.* Græc. ſic pergit: Πέντε δὲ αὐλαῖαι ἔσονται ἓξ ἀλλήλων ἐχόμεναι ἡ ἑτέρα ἐκ τῆς ἑτέρας· καὶ πέντε αὐλαῖαι ἔσονται συνεχόμεναι, ἑτέρα τῇ ἑτέρᾳ· quæ ſimiliter redduntur ab Auguſtino, quæſt. 177. col. 475. d. ubi ait: *Cohærere autem invicem aulæa*, & *conjungi inter ſe quinque hinc*, & *quinque inde.* Subinde addit: *Quomodo autem inter ſe connecterentur eadem quina aulæa, ita præcepit: Faciès illis*, &c. ℣. ſeq.

℣. 4. Ita in Græco, niſi quòd pro *in ora ſumma*, habetur ἐπὶ τὸ χείλος, *ſuper labium*, rurſuſque, ἐπὶ τὸ χεί-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

mitatibus facies cortinarum, ut possint invicem copulari.

5. Quinquagenas ansulas cortina habebit in utraque parte, ita insertas, ut ansa contra ansam veniat, & altera alteri possit aptari.

6. Facies & quinquaginta circulos aureos quibus cortinarum vela jungenda sunt, ut unum tabernaculum fiat.

7. Facies & saga cilicina undecim, ad operiendum tectum tabernaculi.

8. Longitudo sagi unius habebit triginta cubitos: & latitudo, quatuor: æqua erit mensura sagorum omnium.

9. E quibus quinque junges seorsum, & sex sibi mutuò copulabis, ita ut sextum sagum in fronte tecti duplices.

10. Facies & quinquaginta ansas in ora sagi unius, ut conjungi cum altero queat: & quinquaginta ansas in ora sagi alterius, ut cum altero copuletur.

11. Facies & quinquaginta fibulas æneas, quibus jungantur ansæ, ut unum ex omnibus operimentum fiat.

12. Quod autem superfuerit in sagis quæ parantur tecto, id est, unum sagum quod amplius est, ex medietate ejus operies posteriora tabernaculi.

13. Et cubitus ex una parte pendebit, & alter ex altera, qui plus est in sagorum longitudine, utrumque latus tabernaculi protegens.

14. Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis: & super hoc rursum aliud operimentum de janthinis pellibus.

15. Facies & tabulas stantes tabernaculi de lignis setim,

16. quæ singulæ denos cubitos in longitudine habeant, & in latitudine singulos ac semissem.

VERSIO ANTIQUA.

ma aulæi unius ex una parte in commissuram: & sic facies super orâ summâ ad commissuram secundam. *Aug. ubi sup.*

5..... *Vide Not.*

6. Et facies circulos quinquaginta aureos, & conjunges aulæum ad aulæum circulis, & erit tabernaculum unum. *Ibid. 476. a. b. seqq.*

7. Et facies vela capillacia, operire super tabernaculum; undecim vela facies ea.

8. Longitudo veli unius erit triginta cubitorum: & quatuor cubitorum latitudo veli unius: mensura eadem erit undecim velorum.

9. Et conjunges quinque vela in se, & sex vela in se; & duplicabis velum sextum secundùm faciem tabernaculi.

10. Et facies ansas quinquaginta in ora veli unius, quod contra medium est, secundùm commissuram: & quinquaginta ansas facies super oram veli, quod conjunctum est ad secundum velum.

11. Et facies circulos æræos quinquaginta, & conjunges circulos de ansis, & conjunges vela, & erit unum.

12. Et suppones quod superabit in velis tabernaculi; dimidium veli, quod superabit, subteges quod abundat in velis tabernaculi; subteges post tabernaculum. *Ibid. 483. e.*

13. Cubitum ex hoc, & cubitum ex hoc, ex eo quod superat velis de longitudine velorum tabernaculi; erit contegens super latera tabernaculi, hinc atque hinc ut operiat. *Ibid. 476. f. & 484. d. seqq.*

14. Et facies operimentum tabernaculo, pelles arietum rubricatas: & operimenta pelles hyacinthinas desuper. *Ibid. 477. c.*

15. Et facies columnas tabernaculo de lignis imputribilibus:

16. decem cubitorum columnam unam, & cubiti unius & dimidii latitudinem columnæ unius:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

νης τῆς αὐλαίας τῆς ἐξωτέρας, *super labium aulæi exterioris*, loco *super ora summa*: id est, inquit August. *ubi committitur aulæum aulæo, tertium scilicet secundo; quod secundum jam cum primo commissum est, id est, conjunctum atque connexum..... Non ergo amplius quàm de trium connexione dicere voluit, quæ fit in duabus commissuris, secundi ad primum, & tertii ad secundum.*

℣. 5. Græc. Πεντήκοντα ἀγκύλας ποιήσεις τῇ αὐλαίᾳ τῇ μιᾷ, ἣ πενήκοντα ἀγκύλας ποιήσεις ἐκ τοῦ μέρους τῆς αὐλαίας, κατὰ τὴν συμβολὴν τῆς δευτέρας, ἀντιπρόζωποι ἀντιπίπτουσαι ἀλλήλαις εἰς ἑκάστην, quò spectant illa Augustini, quæst. 177. col. 475. f. *Ansas ergo præcepit fieri primo aulæo quinquaginta ex una parte, qua illi fuerat committendum secundum; & ansas quinquaginta tertio aulæo ex ea parte, qua secundo conjungebatur;* & paulò sup. *Secundum cum primo commissum est, id est, conjunctum atque connexum, faciem contra faciem consistentia ex adverso singula;* quæ ultima verba de aulæis intellexisse videtur August. cùm tamen de ansulis accipi queant: ita Nobilius in hunc loc.

℣. 6. Itidem Græcè, præter hoc, τὰς αὐλαίας, ἑτέρα τῇ ἑτέρᾳ, *aulæa, alterum ad alterum*, loco *aulæum ad aulæum*, quæ idem sonant. Rursum August. sup. col. 475. f. ait: *Aulæum secundum, id est, inter utrasque ansas quinquagenas medium, circulos habere voluit quinquaginta aureos, utique ex una parte, per quos conjungeretur quinquaginta ansis aulæi primi; ac per hoc consequens erat, ut ex alia quoque parte, circulos totidem haberet, per quos conjungeretur ansis aulæi tertii.*

℣. 7. Ita constanter August. quæst. 108. col. 455. g. Græc. Καὶ ποιήσεις δέρρεις τριχίνας σκέπην ἐπὶ τῆς σκηνῆς, ἕνδεκα δέρρεις, &c. ut sup. Mss. verò Alex. non σκέπην hab. sed σκέπειν cum August. Observat idem August sup. col. 455. g. *Capillacia vela* esse, *id est cilicina.* δέρρις τριχίνη, propriè, *pellis ex pilis contexta, cilicium.*

℣. 8. In Græco deest 1. *erit*, & in fine loco *velorum*, legitur δέρρεσι, *velis*; cætera prorsus similia. In Mss. Alex. ac edd. Ald. & Compl. geminatur verbum ἔσαι, *erit*, ut in Lat.

℣. 9. Ad verbum è Græco. Vid. sis August. ibid.

℣. 10. Eadem leguntur Græcè, nisi excipias ista, ἐπὶ τῶν χείλους τῆς δέρρεως..... τῆς ἀναμέσον..... ἐπὶ τῶν χείλους τῆς δέρρεως, τῆς συναπτούσης τῆς δευτέρας. *Super labium veli..... quod est intermedium.....super labium veli conjuncti ad secundum*, loco *in ora veli..... quod contra medium est*, &c.

℣. 11. Ita è Græco ad verbum. Vide seqq. apud Aug.

℣. 12. August. sup. col. 476. f. sic habet: *Et supponens in velis tabernaculi dimidium veli quod superaverit, subteges quod abundat de velis*, &c. ut sup. Græc. Καὶ ὑποθήσεις τὸ περισσεύσαν ἐν ταῖς δέρρεσι τῆς σκηνῆς· τὸ ἥμισυ τῆς δέρρεως τὸ ὑπολειμμένον ὑποκαλύψεις εἰς τὸ περισσεύσαν τῶν δέρρεων, &c. ut in Lat. In Mss. Alex. ac edit. Ald. & Compl. deest, εἰς, post ὑποκαλύψεις. Vide seqq. apud August. tum col. 466. f. tum col. 484. b.

℣. 13. Itidem Græcè, excepto uno, τῶν δέρρεων, *de velis*, pro *velis*. August. infra, col. 485. g. 486. a. ait: *Quoniam id quod Latinè interpretatum est:* cubitum ex hoc & cubitum ex hoc..... super latera tabernaculi; *Græcus habet*, πλάγια, *quæ Latini nonnulli, non* latera, *sed* obliqua *interpretati sunt, meritò movet; quia etsi nihil hic videatur obliquum, ubi omnes anguli quatuor laterum recti sunt; πλάγια tamen dici latera illa non possunt, quorum unum est in facie, alterum retro..... sed πλάγια dici possunt à dextro & à sinistro;* & post pauca: *Diligentiùs autem mensuris examinatis, fortasse in istis lateribus ternarum columnarum, quæ πλάγια Græcè dicta sunt, nonnulla etiam obliquitas invenitur, ut non frustra quidam Interpretes nostri* obliqua *interpretarentur, quæ in Græco πλάγια repererunt.* Vide plura sis, ibid. apud August.

℣. 14. Similiter in Græco.

℣. 15. Græc. Καὶ ποιήσεις σῦλας τῆς σκηνῆς, &c. ut in Lat. In Mss. Alex. τῇ σκηνῇ, ut sup.

℣. 16. Ita Græcè, nisi quòd additur ποιήσεις, *facies*.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ubi sup. 17. duos anconiscos columnæ uni consistentes ex adverso : sic facies omnibus columnis tabernaculi.

18. Et facies columnas tabernaculo, viginti columnas ab latere isto, quod respicit ad aquilonem.

19. Et quadraginta bases argenteas facies viginti columnis ; duas bases columnæ uni in ambas partes ejus,

20. & latus secundum contra austrum, viginti columnas,

21. & quadraginta earum bases argenteas ; duas bases columnæ uni in ambas partes ejus, & duas bases columnæ uni in ambas partes ejus.

Ibid. 478. a. seqq. 22. Et retro tabernaculum per partem, quæ est contra mare, facies sex columnas,

23. & duas columnas facies in angulis tabernaculi à posterioribus.

24. Et æquales deorsum versùs, & in se convenientes erunt æquales de capitibus in commissuram unam. Sic facies ambobus duobus angulis, æquales sint.

25. Et erunt octo columnæ, & bases earum argenteæ sedecim ; duæ bases columnæ uni, & duæ bases columnæ uni in ambas partes ejus.

26. Et facies seras de lignis imputribilibus, quinque uni columnæ ex una parte tabernaculi,

27. & quinque seras columnæ lateri tabernaculi secundo, & quinque seras columnæ posteriori lateri tabernaculi, quod est ad mare :

28. & sera media inter medias columnas pertranseat ab uno latere in aliud latus.

29. Et columnas inaurabis auro, & anulos facies æreos, in quos induces seras : & inaurabis auro seras.

30. Et eriges tabernaculum secundùm speciem quæ monstrata est tibi in monte.

31. Et facies velamen de hyacintho, & purpura, & cocco torto, & byssо neta, opus textile facies illud Cherubim.

32. Et superimpones illud super quatuor columnas imputribiles inauratas auro, & capita earum aurea, & bases earum quatuor argenteæ.

33. Et pones velamen super columnas, & in-

VULGATA NOVA.

17. In lateribus tabulæ, duæ incastraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur : atque in hunc modum cunctæ tabulæ parabuntur.

18. Quarum viginti erunt in latere meridiano quod vergit ad austrum.

19. Quibus quadraginta bases argenteas fundes, ut binæ bases singulis tabulis per duos angulos subjiciantur.

20. In latere quoque secundo tabernaculi quod vergit ad aquilonem, viginti tabulæ erunt,

21. quadraginta habentes bases argenteas : binæ bases singulis tabulis supponentur.

22. Ad occidentalem verò plagam tabernaculi facies sex tabulas,

23. & rursum alias duas quæ in angulis erigantur post tergum tabernaculi.

24. Eruntque conjunctæ à deorsum usque sursum, & una omnes compago retinebit. Duabus quoque tabulis quæ in angulis ponendæ sunt, similis junctura servabitur.

25. Et erunt simul tabulæ octo, bases earum argenteæ sedecim, duabus basibus per unam tabulam supputatis.

26. Facies & vectes de lignis setim quinque ad continendas tabulas in uno latere tabernaculi,

27. & quinque alios in altero, & ejusdem numeri ad occidentalem plagam :

28. qui mittentur per medias tabulas à summo usque ad summum.

29. Ipsas quoque tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos, per quos vectes tabulata contineant : quos operies laminis aureis.

30. Et eriges tabernaculum juxta exemplar quod tibi in monte monstratum est. *Sup. 25.*

31. Facies & velum de hyacintho, & pur- 40.
pura, coccoque bis tincto, & byssо retorta, opere plumario & pulchra varietate contextum :

32. quod appendes ante quatuor columnas de lignis setim, quæ ipsæ quidem deauratæ erunt, & habebunt capita aurea, sed bases argenteas.

33. Inseretur autem velum per circulos, in-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

post vocem *cubitorum* ; in Mss. verò Alex. deest, ποιήσεις. Apud Iren. l. 2. c. 24. p. 151. c. legitur : *Latitudo autem unius & dimidii cubiti erat uniuscujusque columnæ.*

℣. 17. Sic iterum August. quæst. 109. in Exod. col. 456. c. usque ad conj. *Sic :* nec dissimilia in Græco, præter ista, ἀντιπίπτουσας ἑλεῶν τῷ ἑτέρῳ, *contracadentes alterum alteri*, loco *consistentes ex adverso. Hoc est*, inquit August. *unum hinc & unum inde de lateribus columnæ ;* deinde sic : (col. 456. c.) *Anconiscos autem dicit, quos vulgò vocamus ancones, sicut sunt in columnis cellarum vinariarum, quibus incumbunt ligna, quæ cupas ferunt.*

℣. 18. Ita in Græco, deleta voce *isto*, post *latere*.

℣. 19. Totidem verba in Græco, nisi quòd geminantur posteriora ista, Καὶ δύο βάσεις τῷ σύλῳ τῷ ἑνί, &c. ut sup. at in Mss. Alex. non iterantur ; secus apud August. locut. 114. de Exod. col. 348. c. ubi sic : *Duas bases columnæ uni in ambas partes ejus, & duas bases columnæ uni in ambas partes ejus :* sed fortè August. hoc Locut. libro, non citat hunc versum 19. sed seq. 21. ubi eadem verba duplicata leguntur ut supra.

℣. 20. Græc. Καὶ τὸ κλίτος τὸ δεύτερον, τὸ πρὸς νότον, &c. *Et latus secundum, quod contra austrum*, &c. ut sup.

℣. 21. Ita in Græco verbum pro verbo. Sic etiam iterum legit August. Locut. 114. col. 348. b. ab hoc, *duas bases ;* ubi hæc addit : *Ne de omnibus diceret, de duabus dicit more suo geminando, sicut puteos puteos, acervos acervos, & similia* ; & infra quæst. 177. col. 477. f. *Repetitio non moveat, quia locutionis est, ut omnes ita intelligantur ; de quibus non dicit :* & quæst. 109. col. 456. c. habet : *Bases columnarum duas uni ;* & post pauca : *Ideo dicit : Duas bases columnæ uni in ambas partes ejus.*

℣. 22. Græc. Καὶ ἐκ τῶν ὀπίσω τῆς σκηνῆς κατὰ τὸ μέρος τὸ πρὸς, &c. ut in Lat.

℣. 23. Itidem Græcè.

℣. 24. Græc. Καὶ ἔσαι ἐξ ἴσου κάτωθεν· καὶὰ τὸ αὐτὸ ἔσονται ἴσοι ἐκ τῶν κεφαλῶν, &c. ut in Lat. In Mss. Alex. ἐν κατὰ τὸ αὐτό.

℣. 25. Eadem sunt in Græco, exceptis his : Δύο βάσεις τῷ ἑνὶ σύλῳ εἰς ἀμφότερα τὰ μέρη αὐτῆς, ἐν δύο βάσεις τῷ σύλῳ τῷ ἑνί. At in Mss. Alex. nec non in editt. Ald. & Compl. omnia ut in Lat. supra, & eodem ordine : sola Compl. addit tertiò, ἐν δύο βάσεις τῷ σύλῳ τῷ ἑνί, in fine. Vide sup. Not. 21.

℣. 26. Ad verbum è Græco.

℣. 27. Eadem prorsus in Græco, præter unum τῷ ἑνὶ κλίτει, *uni lateri*, post 1. *columnæ :* at in Mss. Alex. deest ἑνί, ut in Lat. sup.

℣. 28. Id est, inquit August. *Ut de columnis in columnam sera perveniret, & per intervallum columnarum porrigeretur à latere unius usque in latus alterius.* Græc. Καὶ ὁ μοχλὸς ὁ μέσος ἀναμέσον τῶν σύλων διικνείσθω ἀπὸ τοῦ ἑνός, &c. ut sup.

℣. 29. Similia Græc. habet, præter hoc, χρυσοῦς, *aureos* loco *æreos*.

℣. 30. Ita in Græco. Auctor verò l. de promiss. apud Prosp. col. 125. d. legit : *Vide ut facias tabernaculum, quemadmodum tibi monstratum est in sancto monte.*

℣℣. 31. 32. Hi duo versus concinunt cum Græco.

℣. 33. Similiter prorsus in Græco, nisi excipias istud, ἐζώτερον τῆς καταπετάσματος, *intra velamen*, loco *interius*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tra quod pones arcam teſtimonii, quo & Sanctuarium, & Sanctuarii ſanctuaria dividentur.

34. Pones & propitiatorium ſuper arcam teſtimonii in Sancto ſanctorum:

35. menſamque extra velum: & contra menſam candelabrum in latere tabernaculi meridiano: menſa enim ſtabit in parte aquilonis.

36. Facies & tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta, opere plumarii.

37. Et quinque columnas deaurabis lignorum ſetim, ante quas ducetur tentorium: quarum erunt capita aurea, & baſes æneæ.

VERSIO ANTIQUA.

duces illuc, interiùs quàm velamen eſt, arcam teſtimonii; & dividet vobis velamen inter medium Sancti, & inter medium Sancti ſanctorum. *Aug. ubi ſup.*

34. Et cooperies de velamine arcam teſtimonii in Sancto ſanctorum.

35. Et pones menſam foris extra velamen: & candelabrum contra menſam in parte tabernaculi, quæ reſpicit ad auſtrum: & menſam pones in parte tabernaculi, quæ reſpicit ad aquilonem. *Ibid. 479. a.*

36. Et facies adductorium de hyacintho, & purpura, & cocco torto, & byſſo torta, opus variatoris.

37. Et facies velamini quinque columnas, & inaurabis illas auro, & capita earum aurea: & conflabis eis quinque baſes æreas.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

quàm velamen eſt. Auguſt. etiam infra, col. 478. g. 479. a. ait: *Interiùs intra velamen hoc quatuor columnis impoſitam fuiſſe arcam teſtimonii.* Item quæſt. 112. in Exod. col. 456. e. addit: *Et dividet vobis velamen inter medium ſanctum, & inter medium ſanctum ſanctorum.* At in Græco. Καὶ διορίει τὸ..... ὑμῖν ἀναμέσον τοῦ ἁγίου, καὶ ἀναμέσον τοῦ ἁγίου, &c. ut ſupra.

℣. 34. Græc. Καὶ καλαχαλύψεις τῷ καλαπετάσματι, &c. ut in Lat.

℣. 35. Græc. Καὶ ἐπιθήσεις τὴν τράπεζαν ἔξωθεν τοῦ, &c. ut in Lat. At in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. Καὶ θήσεις, abſque ſeq. *foris*, quod abundare videtur apud Auguſt.

℣. 36. Græc. Καὶ ποιήσεις ἐπίπαστον τῇ θύρᾳ τῆς σκηνῆς ἐξ ὑακίνθου, &c. ut ſup. niſi quòd loco *opus*, habet in plurali ἔργων: quod autem additur hîc, τῇ θύρᾳ τῆς σκηνῆς, *oſtio tabernaculi*, deeſt in Mſ. Alex. ac edit. Compl. ſicut hoc in Ald. τῆς σκηνῆς· utrumque tamen expiimere videtur Auguſt. paulò poſt, dicens: *Vult enim illud eſſe velamen oſtii tabernaculi*, &c. & infra, col. 487. f. *Oſtium ingreſſo occurrebat velum, quod ad oſtium fuerat oppoſitum, in quinque columnis extentum, variatum illis quatuor coloribus: quod velum cùm faciendum præciperet, aduſtorium vocavit, credo quòd curreret, ducendo & reducendo.*

℣. 37. Optimè è Græco.

CAPUT XXVII.

VULGATA NOVA.

Inf. 38. 6. 1. FAcies & altare de lignis ſetim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, id eſt quadrum, & tres cubitos in altitudine.

2. Cornua autem per quatuor angulos ex ipſo erunt: & operies illud ære.

VERSIO ANTIQUA.

1..... *Vide Not.*

2. Et facies cornua in quatuor angulos, ex ſe ipſo erunt cornua: & teges illa æramento. *Aug. quæſt. 113. in Exod. t. 3. 457. b.*

VULGATA NOVA.

3. Facieſque in uſus ejus lebetes ad ſuſcipiendos cineres, & forcipes atque fuſcinulas, & ignium receptacula: omnia vaſa ex ære fabricabis.

4. Craticulamque in modum retis æneam: per cujus quatuor angulos erunt quatuor annuli æneæ,

5. quos pones ſubter arulam altaris: eritque craticula uſque ad altaris medium.

5..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

6. Facies & vectes altaris de lignis ſetim duos, quos operies laminis æneis:

VERSIO ANTIQUA.

6..... & inærabis ea æramento. *Aug. Locut. 116. 348. c.*

VULGATA NOVA.

7. & induces per circulos, eruntque ex utroque latere altaris ad portandum.

8. Non ſolidum, ſed inane & cavum intrinſecus facies illud, ſicut tibi in monte monſtratum eſt.

Sup. 20. 24. 8..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

9. Facies & atrium tabernaculi, in cujus auſtrali plaga contra meridiem erunt tentoria de byſſo retorta: centum cubitos unùm latus tenebit in longitudine.

10. Et columnas viginti cum baſibus totidem æneis, quæ capita cum cælaturis ſuis habebunt argentea.

VERSIO ANTIQUA.

9. Et facies atrium tabernaculo, in latere quod reſpicit ad auſtrum, & tentoria atrii ex byſſo torta: longitudo ſit centum cubitorum uni lateri. *Aug. quæſt. 177. de Tabern. t. 3. 479. d. e.*

10. Columnæ eorum viginti, & baſes earum æreæ viginti, & circuli earum, & arcus earum argentei.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Aug. q. 113. in Exod. col. 456. g. *De altari quæritur*, inquit, *quomodo tribus cubitis altum eſſe voluerit?.....nunc de tabulis fieri altare præcipit.* In Græco. Καὶ ποιήσεις τὸ θυσιαστήριον ἐκ ξύλων ἀσήπτων..... ἢ τειῶν πήχεων τὸ ὕψος αὐτοῦ.

℣. 2. Ita in Græco, exceptis his, ἐξ αὐτοῦ, *ex ipſo*, pro *ex ſe ipſo*, & χαλκῷ, *ære*, pro *æramento*.

℣. 5. Auguſt. quæſt. 113. in Exod. col. 457. a. *Jubet*, inquit, *craticulam deponi uſque ad medium ejus* (altaris) In Gr. ἔσται δὲ ἡ ἐσχάρα ἕως τοῦ ἡμίσους τοῦ θυσιαστηρίου.

℣. 6. Ita Græcè. Rurſuſque Auguſt. quæſt. 113. col. 457. b. *Non ad ſola cornua referendum eſt quod ait*, teges illa æramento: *ſed ad omnia de quibus loquebatur de altari fabricando præcipiens.*

℣. 8. Auguſt. ibid. *Altare ligneum, concavum fieri jubet.* Gr. Κοῖλον σανιδωτὸν ποιήσεις αὐτό.

℣. 9. Græc. habet, εἰς τὸ κλίτος τὸ πρὸς Λίβα, *ad latus quod eſt ad africum*, pro *in latere quod reſp. ad auſtrum*: al. verò τὸ πρὸς νότον. Deinde a Græco abeſt &, ſicut *ſit*, ante *centum*; cætera ut in Lat. ſup.

℣. 10. Græc. ipſo initio habet, Καὶ οἱ στῦλοι αὐτῶν, reliqua ut in Lat. niſi quòd poſt *arcus*, deeſt *eorum*; at in Mſ.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ubi sup. 11. Sic & lateri quod est ad aquilonem tentoria centum cubitorum longitudinis, & columnæ eorum viginti, & bases earum æreæ viginti, & circuli earum, & arcus columnarum, & basis inargentatæ argento.

12. Latitudo autem atrii, quæ est ad mare, tentoria ejus quinquaginta cubitorum; columnæ eorum decem, & basis earum decem.

13. Et latitudo atrii, quod est ad orientem, quinquaginta cubitorum, columnæ ejus decem, & basis earum decem.

Ibid. 481. b. 482. a. f. 14. Et quindecim cubitorum tentoriorum altitudo lateri uni, columnæ eorum tres, & basis earum tres:

15. & latus secundum quindecim cubitorum tentoriorum altitudo, columnæ eorum tres, & basis earum tres.

16. Et portæ atrii tegumen viginti cubitorum altitudo de hyacintho, & purpura, & cocco neto, & byssо torta, varietate acu picta: columnæ eorum quatuor, & basis earum quatuor.

VULGATA NOVA.

11. Similiter & in latere aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum, columnæ viginti, & basis æneæ ejusdem numeri, & capita earum cum cælaturis suis argentea.

12. In latitudine verò atrii, quod respicit ad occidentem, erunt tentoria per quinquaginta cubitos, & columnæ decem, basesque totidem.

13. In ea quoque atrii latitudine, quæ respicit ad orientem, quinquaginta cubiti erunt.

14. In quibus quindecim cubitorum tentoria lateri uno deputabuntur, columnæque tres & basis totidem:

15. & in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnæ tres, & basis totidem.

16. In introitu verò atrii fiet tentorium cubitorum viginti ex hyacintho & purpura, coccoque bis tincto, & byssо retorta, opere plumarii: columnas habebit quatuor, cum basibus totidem.

VULGATA NOVA.

17. Omnes columnæ atrii per circuitum vestitæ erunt argenteis laminis, capitibus argenteis, & basibus æneis.

18. In longitudine occupabit atrium cubitos centum, in latitudine quinquaginta, altitudo quinque cubitorum erit; fietque de byssо retorta, & habebit bases æneas.

19. Cuncta vasa tabernaculi in omnes usus & cæremonias, tam paxillos ejus quàm atrii, ex ære facies.

20. Præcipe filiis Israël ut afferant tibi oleum de arboribus olivarum purissimum, piloque contusum: ut ardeat lucerna semper

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 117. & 118. t. 3. 348. c. 21..... extra velum quod est super testamentum..... legitimum sempiternum in progenies vestras.....

VULGATA NOVA.

21. in tabernaculo testimonii, extra velum quod oppansum est testimonio. Et collocabunt eam Aaron & filii ejus, ut usque manè luceat coram Domino. Perpetuus erit cultus per successiones eorum à filiis Israël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Alex. sicut in editt. Ald. & Compl. additur, ψαλίδες αὐτῶν· pro eo autem quod initio legitur, *columnæ eorum*, apud August. in editt. habetur *earum*; at in Mss. constanter *eorum*, relat. ad *tentoria*.

℣. 11. In Græco. Οὕτως τῷ κλίτει τῷ πρὸς ἀπηλιώτην, ἰσία ἑκατὸν πήχεων μῆκος. *Sic lateri quod ad sub olanum, tentoria centum cubitorum longitudo*; reliqua ut sup. additâ tamen voce *earum*, ad *bases*, & sublatâ post *circuli*. At in Mss. Alex. ac edit. Ald. legitur, κρίκοι αὐτῶν..... καὶ αἱ βάσεις περιηργυρωμέναι, &c. Item in edit. Compl. deest αὐτῶν, post βάσεις.

℣. 12. Eadem leguntur Græcè, præter vocem *ejus*, quæ deest post *tentoria*. Eadem rursum memorat August. infra, col. 481. a. sed pro *latitudine*, ponit *longitudinem*; at in Græco constanter εὖρος.

℣. 13. Græc. Καὶ εὖρος τῆς αὐλῆς τῆς πρὸς νότον, ἰσία πεντήκοντα πήχεων· σύροι αὐτῶν δέκα, &c. ut sup. *Et latitudo atrii, quæ ad austrum, tentoria quinquaginta cubitorum; columnæ eorum decem*, &c. Vide seqq. apud Aug. tum col. 479. f. tum 481. a.

℣℣. 14..... 15. Similia in Græco, verbum pro verbo.

℣. 16. Itidem Græcè, excepto uno, κοκκίνῳ κεκλωσμένῳ, *cocco torto*, pro *cocco neto*; al. κοκκίνῃ κεκλωσμένῃ, ἢ βύσσῳ νενησμένης, teste Nobilio: pro *acu picta* autem constanter habetur, ῥαφιδευτῇ, mel. *acu picti*, supplendo *operis*, ut infra. August. col. 481. f. dicit: *Portam..... habentem vel em acu picto opere variatum.*

℣. 21. Græc. Ἵνα καίηται λύχνος διαπαντὸς ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου· ἔξωθεν τοῦ καταπετάσματος, τοῦ ἐπὶ τῆς διαθήκης καύσει αὐτὸ Ἀαρὼν, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ..... ἐναντίον Κυρίου, &c. ut in Lat. Addit August. ibid. *De lucerna accendenda cùm diceret, hoc ait, id est, quod foris accenderetur, ubi est sanctum; non intra velamen, quod est super testamentum, hoc est, sanctum sanctorum.* Lege diligenter August. quæst. 177. de Tabernaculo, to. 3. col. 475. seq.

CAPUT XXVIII.

VULGATA NOVA.

1. APplica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israël, ut sacerdotio fungantur mihi: Aaron, Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar.

2. Faciesque vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 114. in Exod. t. 3. 457. b. c. d. 3. Et tu loquere omnibus sapientibus mente, quos replevi spiritu intellectûs.....

VULGATA NOVA.

3. Et loquêris cunctis sapientibus corde, quos replevi spiritu prudentiæ, ut faciant vestes Aaron, in quibus sanctificatus ministret mihi.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Sic est in Græco, præter hoc sub finem, πνεύματος σοφίας καὶ αἰσθήσεως, *spiritu sapientiæ & sensûs*; at in Mss. Alex. & Oxon. deest vox σοφίας, uti sup. apud Aug. qui addit: Αἰσθήσεως *quidem Græcus habet, quem Latinè sensum, non* intellectum *dicere solemus; sed Scriptura*, inquit, *de sensu interiore, quem intellectum vocamus, sic loqui solet, sicuti est ad Hebr.* (5. 14.) ..... *ibi enim quod posuit, sensus, Græcus habet*, αἰσθητοῖς.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

4. Hæc autem erunt veſtimenta quæ facient: Rationale, & ſuperhumerale, tunicam & lineam ſtrictam, cidarim & balteum. Facient veſtimenta ſancta fratri tuo Aaron & filiis ejus, ut ſacerdotio fungantur mihi.

5. Accipientque aurum, & hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, & byſſum.

6. Facient autem ſuperhumerale de auro, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta, opere polymito.

VERSIO ANTIQUA.

4. Et ſtolæ quas facient: Pectoralem, humeralem, & tunicam talarem, & tunicam cum corymbis..... *Aug. ubi ſup.*

5. Et hi accipient aurum, & hyacinthum, & coccum, & purpuram, & byſſum. *Hieron. epiſt. ad Marcell. t. 2. 614.*

6. Et faciant ſuperhumerale de byſſo retorta, [a]. opus textile varium.

VULGATA NOVA.

7. Duas oras junctas habebit in utroque latere ſummitatum, ut in unum redeant.

8. Ipſa quoque textura & cuncta operis varietas erit ex auro, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta.

VULGATA NOVA.

9. Sumeſque duos lapides onychinos, & ſculpes in eis nomina filiorum Iſraël:

10. ſex nomina in lapide uno, & ſex reliqua in altero, juxta ordinem nativitatis eorum.

VERSIO ANTIQUA.

9..... ſumes duos lapides onychinos, & ſculpes in eis nomina filiorum Iſraël: *Aug. quæſt. 115. in Exod. t. 3. 457.*

10. ſex nomina in lapide uno, & ſex reliqua [c]. in altero, juxta ordinem nativitatis eorum.

VULGATA NOVA.

11. Opere ſculptoris & cælaturâ gemmarii, ſculpes eos nominibus filiorum Iſraël, incluſos auro atque circumdatos:

12. & pones in utroque latere ſuperhumeralis, memoriale filiis Iſraël. Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino ſuper utrumque humerum, ob recordationem.

13. Facies & uncinos ex auro,

14. & duas catenulas ex auro puriſſimo ſibi invicem cohærentes, quas inſeres uncinis.

13..... 14. *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

15. Rationale quoque judicii facies opere polymito juxta texturam ſuperhumeralis, ex auro, hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta.

16. Quadrangulum erit & duplex: menſuram palmi habebit tam in longitudine quàm in latitudine.

17. Poneſque in eo quatuor ordines lapidum: in primo verſu erit lapis ſardius, & topazius, & ſmaragdus:

VERSIO ANTIQUA.

15..... Rationale..... ex auro, & hyacintho, & purpura, & cocco duplici torto, & byſſo duplici torta. *Aug. quæſt. 116. in Exod. t. 3. col. 457. f.*

16. Quadratum duplex: ſpithamis autem longitudo, & ſpithamis latitudo. *Ibid. quæſt. 115. c. 457. d.*

17..... in primo ordine, ſardius, topazius, ſmaragdus: *Hieron. epiſt. ad Fabiol. t. 2. 581. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. In Græco ſic: Καὶ αὗται αἱ ſολαὶ, ἃς ποιήσουσι· Τὸ ϖερισήφιον, ἢ τὴν ἐπωμίδα, ἢ τὸν ποδήρη, ἢ χιτῶνα κοζυμβωτὸν, &c. quæ Hieron. ep. ad Marcell. to. 2. col. 613. c. 614. a. ſic vertit: *Et hæ ſtolæ, quas facient: Pectorale, & ſuperhumerale, & tunicas* Κοζυμβωτὰς: tum addit: *Ubi autem nos poſuimus*, ſuperhumerale, *in Græco* ἐπωμίδα, *LXX. Interpretes tranſtulerunt; quòd ſcilicet ſuper humeros iſtiuſmodi veniat veſtimentum. Tunicam verò cum corymbis*, ait Auguſt. ſup. *honeſtiùs putarunt Latini Interpretes dici, quàm ſi dicerent, cum cirris, qui bene diſpoſiti ornamento eſſe veſtibus ſolent:* χιτῶν κοζυμβωτὸς, propriè, *veſtis fimbriata*, ſeu potius *cirrata*. Sequitur in Græco: ἢ κίδαριν, ἢ ζώνην, apud Hieron. ſup. *cidarim*, & *cinctorium*.

℣. 5. Aptè ad Græcum.

℣. 6. Græc. Καὶ ποιήσουσι τὴν ἐπωμίδα ἐκ βύσσου κεκλωσμένης, ἔργον ὑφαντὸν ϖοικιλτῆ. *Et facient ſuperhum. de byſſo torta, opus textum variatoris*, id eſt, qui acu pingit, vel texit, opus polymitum. De his vide Hieron. ep. ad Fabiol. to. 2. col. 580. b.

℣. 9. Græc. Καὶ λήψῃ τὺς δύο λίθυς, λίθυς σμαράγδυ, (al. σμαράγδυς) ἢ γλύψεις, &c. ut in Lat. Ad hæc Hieron. ep. ad Fabiol. to. 2. col. 580. c. *In utroque humero*, inquit, *habet ſingulos lapides cluſos & aſtrictos auro, qui ab Aquila, & Symmacho, & Theodot.* onychini, *à LXX.* ſmaragdi *tranſferuntur. Joſephus* ſardonychas *vocat.* Auct. l. de promiſſ. col. 127. a. eoſdem memorat: *Duos lapides ſmaragdos, ſculptos ſingulos ſingulis nominibus filiorum Iſraël.*

℣. 10. Græc. Ἐξ ὀνόματα ἐπὶ τὸν λίθον τὸν ἕνα, ἢ τὰ ἐξ ὀνόματα τὰ λοιπὰ ἐπὶ τὸν λίθον τὸν δεύτερον, κατὰ τὰς γενέσεις αὐτῶν. *Sex nomina ſuper lapidem unum, & ſex nomina reliqua ſuper lapidem ſecundum, ſecundùm generationes eorum.* Auguſt. addit ſup. *ſecundùm nativitates eorum, id eſt, ſecundùm ordinem quo nati ſunt.*

℣℣. 13..... 14. In Græco ſic: Καὶ ποιήσεις ἀσπιδίσκας ἐκ χρυσίου καθαροῦ. Καὶ ποιήσεις δύο κρασπωτὰ ἐκ χρυσίου καθαροῦ, &c. Ad hæc Auguſt. quæſt. 115. in Exod. col. 457. d. *Aſpidiſcas in veſte ſacerdotali quas dicat, utrùm ſcutulas quæ à ſcuto Latine appellantur, quia & Græci, ſcutum,* ἀσπίδα *appellant; an verò aſpidiſcas, propter diligenter colligandum dicit ab aſpide ſerpente, ſicut etiam murænulæ appellantur.* Auct. etiam l. de promiſſ. col. 127. a. ſculptos duos lapides indicat, *è quibus catenulæ ex auro puriſſimo, percurrentes umbones ultimos humeralis appertent.*

℣. 15. Græc. Καὶ ποιήσεις λογεῖον τῶν κρίσεων, ἔργον ποικίλου..... ἐκ χρυσίου, ἢ ὑακίνθου, ἢ πορφύρας, ἢ κοκκίνου κεκλωσμένου, ἢ βύσσου κεκλωσμένης. Addit Auguſt. ibid. *Quod Latini* Rationale *interpretati ſunt, inopia linguæ fecit; Græc. enim habet* λόγιον, *non* λογικόν. Rationale *autem illud ſolemus appellare, quod Græci dicunt* λογικόν; *ſed quoniam* λόγος *in Græca lingua ambiguum eſt, utrùm* verbum *ſignificet, an* rationem, *quia utriuſque rei nomen eſt; ubi putatum eſt à* verbo *dictum* λόγιον, eloquium, *noſtri interpretati ſunt; nam quod habemus*, eloquia Domini, eloquia caſta, *Græci habent* λόγια, *hîc verò in veſte ſacerdotali, quod ex auro & hyacintho..... fieri præceptum eſt quadratum duplex, quod eſſet in pectore ſacerdotis, &* λόγιον *vocaretur, incertum utrùm à* ratione, *an à* verbo *dictum fuerit, Interpretes noſtri magis à* ratione *dictum putantes*, Rationale *appellaverunt.* Vide Hieron. ep. ad Fabiol. to. 2. 581. a.

℣. 16. Græc. Ποιήσεις αὐτὸ τετράγωνον ἔσαι διπλοῦν, σπιθαμῆς τὸ μῆκος αὐτοῦ, ἢ, &c. ut in Lat. In Mſ. etiam Alex. ac editt. Ald. & Compl. deeſt αὐτοῦ, ut ſup. Huc redit quod Auct. l. de promiſſ. col. 127. a. apud Proſp. dicit: *Quadratum ex diverſis coloribus, pretioſiſque XII. lapidibus fibulam rationalem ſacerdotis in pectore collocandam.* Hoc autem σπιθαμῆς, teſte Auguſt. *Latini quidam interpretati ſunt menſuram extentæ palmæ à fine pollicis uſque ad finem digiti minimi.* Similiter apud Hieron. in Iſai. 40. to. 3. col. 305. a. Σπιθαμὴ, *id eſt, palmus, extentam ſignificat manum à pollice uſque ad extremum digitum.*

℣. 17. Græc. Καὶ καθυφανεῖς ἐν αὐτῷ ὕφασμα κατάλιθον τετράσιχον· στίχος λίθων ἔσαι, σάρδιον, &c. ut ſup. Hieron. ibid. *Intexti ſunt ei duodecim lapides..... per quatuor*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. 18. in secundo carbunculus, sapphirus, jaspis:

19. in tertio lyncurius, achates, amethystus:

20. in quarto chrysolitus, onychinus, berillus.....

Aug. quæst. 115. in Exod. 457. c. 21..... lapides sint de nominibus filiorum Israël, secundùm nativitates eorum.....

Idem quæst. 116. 22. Et facies super rationale fimbrias complectentes opus catenatum de auro puro.

VULGATA NOVA.

18. in secundo carbunculus, sapphirus, & jaspis:

19. in tertio ligurius, achates, & amethystus:

20. in quarto chrysolitus, onychinus, & beryllus: inclusi auro erunt per ordines suos.

21. Habebuntque nomina filiorum Israël: duodecim nominibus cælabuntur, singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus.

22. Facies in rationali catenas sibi invicem cohærentes ex auro purissimo:

VULGATA NOVA.

23. & duos annulos aureos, quos pones in utraque rationalis summitate:

24. catenasque aureas junges annulis, qui sunt in marginibus ejus:

25. & ipsarum catenarum extrema duobus copulabis uncinis in utroque latere superhumeralis quod rationale respicit.

26. Facies & duos annulos aureos, quos pones in summitatibus rationalis, in oris, quæ è regione

23..... 28. *Vide Not.*

sunt superhumeralis, & posteriora ejus aspiciunt.

27. Nec non & alios duos annulos aureos, qui ponendi sunt in utroque latere superhumeralis deorsum, quod respicit contra faciem junctura inferioris, ut aptari possit cum superhumerali,

28. & stringatur rationale annulis suis cum annulis superhumeralis vittâ hyacinthinâ, ut maneat junctura fabrefacta, & à se invicem rationale & superhumerale nequeant separari.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 119. de Exod. 348. c. 29. Et sumet Aaron nomina filiorum Israël super rationale judicii super pectus, introeunti Sanctum.....

Ibid. Locut. 120. * Et pones super rationale judicii fimbrias; catenata.....

Aug. quæst. 117. in Exod. t. 3. 458. a. b. 30. Et impones super rationale judicii Demonstrationem & Veritatem..... & afferet Aaron judicia filiorum Israël super pectus.....

Ibid. quæst. 118. 458. c. 31. Et facies tunicam talarem hyacinthinam;

VULGATA NOVA.

29. Portabitque Aaron nomina filiorum Israël in rationali judicii super pectus suum, quando ingredietur Sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum.

30. Pones autem in rationali judicii Doctrinam & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino: & gestabit judicium filiorum Israël in pectore suo, in conspectu Domini semper.

31. Facies & tunicam superhumeralis totam

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ordines; deinde sic: *In primo ordine*, &c. ut sup. Item in Isai. 40. to. 3. col. 397. c. *Quatuor ordines*, inquit, *intexti erant lapidum: ordo primus habuit lapidem sardium, topazium, smaragdum.*

℣. 18. Græc. Καὶ ὁ σίκος ὁ δευτερος, ἄνθραξ, &c. ut sup. Similiter idem Hieron. in Isai. 40. *Ordo secundus, carbunculum, sapphirum, jaspidem.* (suppl. *habuit.*)

℣. 19. Græc. Καὶ ὁ σίκος ὁ τρίτος, λιγύριον, ἀχάτης, ἀμέθυστος. Hieron. in Isai. 40. *Ordo tertius, lyncurium, achatem, amethystum:* & sup. ep. ad Fabiol. ait: *Satis miror cur hyacynthus lapis in horum numero non ponatur, nisi fortè ipse est alio nomine lyncurius: scrutans eos qui de lapidum atque gemmarum scripsere naturis, lyncurium invenire non potui.* Vide Erasmum in hunc locum, & Martianæi Not. a.

℣. 20. Græc. Καὶ ὁ σίκος ὁ τέταρτος, χρυσόλιθος, καὶ βηρύλλιον, καὶ ὀνύχιον, πεπεικεκαλυμμένα χρυσίῳ, συνδεδεμένα ἐν χρυσίῳ, &c. Hieron. in Isai. 40. *Ordo quartus, chrysolitum, berillum, onychium, auro circumdatos.* (suppl. *habuit.*)

℣. 21. Hieron. ep. ad Fabiol. to. 2. col. 581. b. *In singulis lapidibus secundùm ætates duodecim tribuum sculpta sunt nomina.* Item in Isai. 40. to. 3. col. 397. c. *Et inscripti erant ex nominibus duodecim tribuum filiorum Israël.* In Gr. Καὶ οἱ λίθοι ἔσωζαν ἐκ τῶν ὀνομάτων τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ δεκαδύο, κατὰ τὰ ὀνόματα αὐτῶν· γλυφαὶ σφραγίδων, ἕκαστος κατὰ τὸ ὄνομα ἔσωζαν εἰς δεκαδύο φυλάς. Vide supra ℣. 10.

℣. 22. Græc. Καὶ ποιήσεις ἐπὶ τὸ λογεῖον χρυσοῦς συμπεπλεγμένους, &c. ut in Lat. alii vertunt, *super rationale catenas connexas.*

℣℣. 23..... 28. Hi sex versiculi penè integri absunt à pluribus Græcis, neque indicantur ab Augustino. In ed. tamen Compl. & in Ms. Oxon. reperiuntur, nec malè respondent Vulgatæ. Illos etiam respexisse videtur Hieron. ep. ad Fabiol. to. 2. col. 581. c. cùm, numeratis lapidibus duodecim, subjunxit: *Per quatuor rationalis angulos, quatuor anuli sunt aurei, habentes contra se in superhumerali alios quatuor, ut cùm appositum fuerit λόγιον, quem in Ephod diximus derelictum, anulus veniat contra anulum, & mutuò sibi vittis copulentur hyacinthinis. Porro ne magnitudo & pondus lapidum contexta stamina rumperet, auro ligati sunt atque conclusi: nec sufficit hoc ad firmitatem, nisi & catenæ ex auro fierent, quæ ob pulchritudinem fistulis aureis tegerentur, haberentque & in rationali supra duos majores anulos, qui uncinis superhumeralis aureis necterentur, & deorsum alios duos; nam post tergum in superhumerali contra pectus & stomachum, ex utroque latere erant anuli aurei, qui catenis cum rationalis inferioribus anulis jungebantur*, &c. At hæc ex Hieronymo, scribente anno 396. vel 397. quo tempore vertendis Scripturis ex Hebræo operam dabat: unde ipse ibid. infra, col. 583. c. ait: *Tetigimus expositionem Hebraïcam, infinitam sensuum sylvam alteri tempori reservantes.*

℣. 29. Post versum 22. proximè sequuntur in edit. Rom. ista: Καὶ λήψεσθαι Ἀαρὼν τὰ ὀνόματα, &c. ut in Lat. sup. nisi quòd pro *introeunti sanctum*, habetur εἰσιόντι εἰς τὸ ἅγιον, deinde sic: μνημόζυνον ἐναντίον τοῦ Θεοῦ. *Introeunti in sanctum memoriale coram Deo.* Editt. August. ferunt: *Introeunti in sanctuarium;* sed renitentibus melioris notæ Mss. In Ms. Oxon. ac edit. Compl. pro εἰσιόντι, legitur εἰσιών. Unde August. loco cit. addit: *Consequens erat ut diceret*, introiens in sanctum, *hoc est, sumet Aaron introiens, quod aliqui Latini, solœcismum vitantes, interpretati sunt: sed quia & Græcus* introeunti *habet, & Latini aliqui consonant, locutionem potiùs notandam credidi, quàm corrigendam.*

* Hæc usque ad ℣. 30. vicissim desiderantur in edit. Compl. sed exstant in edit. Rom. ut in Latino supra, cum his proximè additis, τὰ ἀλυσιδωτὰ ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν κλιτῶν τοῦ λογίου ἐπιθήσεις, καὶ τὰς δύο ἀσπιδίσκας ἐπιθήσεις ἐπ' ἀμφοτέρους τοὺς ὤμους τῆς ἐπωμίδος κατὰ πρόσωπον, i. e. *Catenata super utraque latera rationalis impones, & duas aspidiscas impones super utrosque humeros superhumeralis ad faciem.* Ubi vides, τὰ ἀλυσιδωτὰ non jungi cum verbis prioribus, sed cum postremis, ἐπ' ἀμφοτέρων, &c. quod non satis intellexisse videtur August. cùm dicat ibid. *Et hîc Latini nonnulli solœcismum cavente*s, fimbrias catenatas, *interpretati sunt: Græcus autem habet:* τοὺς χρυσοῦς τὰ ἀλυσιδωτά· tum addit: *Hanc solemus dicere absolutam locutionem, cùm generi masculino vel feminino neutrum infertur, quemadmodum si dicamus: Justitia terrena non sunt stabilia:* de aspidiscis autem vide quæ notavimus sup. ad ℣. 13.

℣. 30. Eadem sunt in Græco, nisi excipias verbum, οἴσει, *feret*, pro *afferet*. Apud Facund. Herm. l. 12. to. 2. Sirm. p. 281. c. *Et portavit Aaron judicia filiorum Israël.*

℣. 31. Græc. Καὶ ποιήσεις ὑποδύτην ποδήρη ὅλον ὑακίνθινον· al. ἐνδύτην ποδήρη, id est, *subuculam*, seu *vestem*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

hyacinthinam,

32. in cujus medio ſupra erit capitium, & ora per gyrum ejus textilis, ſicut fieri ſolet in extremis veſtium partibus, ne facilè rumpatur.

VERSIO ANTIQUA.

32. & erit periſtomium ex ea medium, oram habens in circuitu periſtomii, opus textoris, commiſſuram contextam ex ipſa, ut ne rumpatur. *Aug. ubi ſup.*

VULGATA NOVA.

33. Deorſum verò, ad pedes ejuſdem tunicæ, per circuitum, quaſi mala punica facies, ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, mixtis in medio tintinnabulis,

33..... 34. *Vide Not.*

34. ita ut tintinnabulum ſit aureum & malum punicum, rurſumque tintinnabulum aliud aureum & malum punicum.

VULGATA NOVA.

Eccli. 45. 11. 35. Et veſtietur eâ Aaron in officio miniſterii, ut audiatur ſonitus quando ingreditur & egreditur Sanctuarium in conſpectu Domini, & non moriatur.

VERSIO ANTIQUA.

35. Et erit Aaron cùm cœperit fungi ſacerdotio, audietur vox ejus intranti in Sanctum in conſpectu Domini, & exeunti, ut non moriatur. *Aug. quæſt. 119. 458. c.*

36. Facies & laminam de auro puriſſimo: in qua ſculpes opere cælatoris, Sanctum Domino.

36. Et facies laminam auream puram: & formabis in eadem formationem ſigni, Sanctitatem Domini. *Ibid. quæſt. 120. 458. c. 459. c.*

37. Ligabiſque eam vittâ hyacinthinâ, & erit ſuper tiaram,

37. Et impones illud ſuper hyacinthum duplicem tortam, & erit ſuper mitram, ſecundùm adſpectum mitræ erit;

38. imminens fronti pontificis. Portabitque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & ſanctificaverunt filii Iſraël, in cunctis muneribus & donariis ſuis. Erit autem lamina ſemper in fronte ejus, ut placatus ſit eis Dominus.

38. & erit ſupra frontem Aaron. Et auferet Aaron peccata ſanctorum, quæcunque ſanctificabunt filii Iſraël, omnis dati ſanctorum eorum. Et erit ſuper frontem Aaron ſemper acceptum illis in conſpectu Domini.

VULGATA NOVA.

39. Stringeſque tunicam byſſo, & tiaram byſſinam facies, & balteum opere plumarii.

39..... *Vide Not.*

40. Porro filiis Aaron tunicas lineas parabis, & balteos ac tiaras in gloriam & decorem:

VERSIO ANTIQUA.

41. veſtieſque his omnibus Aaron fratrem tuum & filios ejus cum eo. Et cunctorum conſecrabis manus, ſanctificabiſque illos, ut ſacerdotio fungantur mihi.

41..... Et implebis manus eorum..... ut ſacerdotio fungantur mihi. *Ibid. quæſt. 122. 459. c.*

42. Facies & feminalia linea, ut operiant

42. Et facies eis femoralia linea, tegere turpi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

interiorem, &, ut notat Auguſt. ipſe, *uſque ad talos dependentem.* Hieron. ep. ad Marcell. to. 2. col. 614. c. *ſubtunicalem* vocat: & ad Fabiol. col. 579. b. *Secunda*, inquit, *ex lino tunica eſt*, ποδήρης, *id eſt, talaris..... hæc adhæret corpori; & tam arcta eſt, & ſtrictis manicis, ut nulla omnino in veſte ſit ruga, & uſque ad crura deſcendat.* Græc. poſt *talarem*, addit ὅλον: unde Hieron. ep. ad Fabiol. col. 580. a. ait: *Tunica talaris tota hyacinthina.* Auct. l. de promiſſ. part. 2. c. 3. ap. Proſp. col. 127. a. *Indues eum tunicam talarem, ex lana hyacinthina.*

℣. 32. Sic eſt in Græco, verbum pro verbo. Hæc autem Auguſt. ibid. ita explicat, dicens: *Et erit periſtomium ex ea medium, id eſt, quà caput ejiciatur, hoc eſt enim quod Græci dicunt* περισόμιον· oram habens..... *id eſt, ne ipſa ora extrinſecus aſſuatur: hoc videtur dicere commiſſuram contextam: unde etiam addidit:* ex ipſa, *ut ne rumpatur, id eſt, ut ex ſe ipſa ſit ipſa ora contexta cum veſte.* Hieron. ep. ad Fabiol. to. 2. col. 580. b. *Tunica talaris..... ex lateribus ejuſdem coloris aſſutas habens manicas, & in ſuperiori parte, qua collo induitur, aperta, quod vulgò capitium vocant, oris firmiſſimis ex ſe textis, ne facilè rumpantur.*

℣℣. 33..... 34. In Gr. ſic: Καὶ ποιήσεις ὑπὸ τὸ λῶμα τῦ ὑποδύτυ κάλωθεν, ὡσεὶ ἐξανθοῦσας ῥόας ῥοϊσκους ἐξ ὑακίνθυ, καὶ πορφύρας..... ὑπὸ τῦ λώματος τῦ ὑποδύτυ κύκλω· τὸ αὐτὸ εἶδος ῥοϊσκους χρυσοῦς, καὶ κώδωνας ἀναμέσον τῶν περικύκλω—— Παρὰ ῥοϊσκον χρυσοῦν κώδωνα, καὶ ἄνθινον ἐπὶ τῦ λώματος τῦ ὑποδύτυ κύκλω. Quæ Hieron. ep. ad Fabiol. to. 2. col. 580. b. memorat, dicens: *In extrema parte, id eſt, ad pedes ſeptuaginta duo ſunt tintinnabula, & totidem mala punica, iiſdem contexta coloribus..... inter duo tintinnabula unum malum eſt; inter duo mala unum tintinnabulum, ut alterutrum ſibi media ſint.* Item Auct. l. de promiſſ. apud Proſp. col. 127. a. *In ora talaris tunicæ quinquaginta tintinnabula aurea, totidemque mala granata in medio tintinnabulorum poni jubentur.*

℣. 35. Similiter habet idem Auguſt. locut. 121. de Ex. col. 348. f. niſi quòd initio tollit verbum *erit.* At in Græco: Καὶ ἔσαι Ἀαρὼν ἐν τῷ λειτυργεῖν, ἀκουσὴ ἡ φωνὴ αὐτῦ, &c. ut in Lat. Addit Auguſt. in Locut. *Vocem ejus ex tintinnabulis dixit, qui magis ſonus eſt ejus.* Item *Intranti & exeunti, pro intrantis & exeuntis, poſuit, dativum pro genitivo.* Item in quæſt. *Intrantis & exeuntis vocem de tintinnabulis dixit audiri, tantumque ibi pondus obſervationis poſuit, ut diceret, ne moriatur.* Similiter Hieron. ep. ad Fabiol. to. 2. col. 580. b. *Idcirco*, inquit, *tintinnabula veſti appoſita ſunt, ut cùm ingreditur pontifex in ſancta ſanctorum, totus vocalis incedat, ſtatim moriturus ſi hoc non fecerit.*

℣. 36. Mſs. quinque Auguſt. ferunt: *Et formabis in ea deformationem ſigni*, &c. alii duo & Rat. *In ea deformationem ſignis*, &c. omnes conſtanter addunt, *ſanctitatem Domini.* Græc. Καὶ ἐκτυπώσεις ἐν αὐτῷ ἐκτύπωμα γλυφίδος, ἁγίασμα Κυρίῳ. Addit Auguſt. ibid. *Quomodo formetur in lamina ſanctitas Domini, non video, niſi aliquibus litteris, quas quidam quatuor eſſe dicunt Hebræas, quod, ut Græci appellant,* τετραγράμματον, *nomen Dei ineffabile credunt fuiſſe, vel eſſe adhuc uſque; ſed qualibet ſint, vel quomodolibet ſe habeant illæ litteræ, ut dixi, ſanctitatem Domini, vel ſanctificationem, ſi hoc magis dicendum eſt, quod Græcus habet* ἁγίασμα, *non niſi litteris in auro formari potuiſſe crediderim.* Vide etiam Hieron. ep. ad Fabiol. col. 581. d.

℣. 37. Optimè è Græco, præter hoc, *duplicem tortam*, pro quo ſimpliciter, κεκλωσμένης, *tortam.*

℣. 38. Eadem prorſus in Græco, niſi excipias iſta, ὅσα ἂν ἁγιάζωσιν οἱ..... παντὸς δόματος, i. e. *quæcunque ſanctificaverint filii Iſrael omnis doni*, &c. Vide ſis Auguſt. ibid.

℣. 39. Græc. Καὶ ποιήσεις κίδαριν βυσσίνην, καὶ ζώνην, &c. Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. col. 127. a. memorat, *Cydarim ex byſſo munda*, & paulò ſup. *cingulum.*

℣. 41. Ita Auguſt. ibid. *De Aaron*, inquit, *& filiis Aaron, cùm præciperet, loquens ad Moyſen, quomodo veſtirentur, & unguerentur, quid eſt quod ait, Et implebis*, &c. Græc. Καὶ ἐνδύσεις αὐτὰ Ἀαρὼν τὸν ἀδελφόν σε, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῦ μετ' αὐτῦ· καὶ χρίσεις αὐτοὺς, καὶ ἐμπλήσεις αὐτῶν τὰς χεῖρας· καὶ ἁγιάσεις αὐτοὺς, ἵνα ἱερατεύωσί μοι. *Et indues illa Aaron fratrem tuum, & filios ejus cum eo: & ungues eos, & implebis eorum manus, & ſanctificabis eos*, &c. ut ſup.

℣. 42. Similia Græc. habet, præter hoc, ἀπὸ ὀσφύος, *à lumbo*, pro *à lumbis.* Non omittendum autem, in editt. Auguſt. equidem ſcribi, *turpitudinem corporis*; at in Mſs. conſtanter non *corporis*, ſed *coloris*, è Græco χρωτός· χροὸς

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

tudinem corporis eorum, à lumbis usque ad femora erunt:

* *Supp.* Bracas. *Ambr. offic. l. 1. c. 23. a.*

43. & habebit* eas Aaron & filii ejus cùm intrabunt in tabernaculum testimonii, & cùm accedent sacrificare ad aram sanctuarii; & non inducent super se peccatum, ne moriantur.....

VULGATA NOVA.

carnem turpitudinis suæ, à renibus usque ad femora:

43. & utentur eis Aaron & filii ejus quando ingredientur tabernaculum testimonii, vel quando appropinquant ad altare ut ministrent in sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum sempiternum erit Aaron, & semini ejus post eum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

autem *corpus, cutis*, à χρόα, *color, superficies*, unde χρωτίζω, *coloro, colore imbuo.* Augustamen in conseq. addit: *Cùm vestis tanta cooperiat totum corpus, quid est quod ait:* femoralia facies linea, tegere turpitudinem corporis eorum, *quasi apparere posset tanta desuper veste adhibita?* Ambros. l. 1. offic. to. 2. col. 23. a. sic: *Et facies illi bracas lineas, ut tegatur turpitudo pudoris* (Mss. aliquot *sudoris*) *à lumbis usque ad femora erunt.* Hieron. ep. ad Marcell. to. 2. col. 615. a. *Ubi nos legimus*, inquit, Et fac eis femorale lineum, ut operiant carnis turpitudines, à lumbis usque ad crura eorum; *in Hebræo, pro* lineo, Bad *ponitur:* & epist. ad Fabiol. col. 579. a. *Lineis feminalibus, quæ usque ad genua & poplites veniunt, verenda celantur:* & post pauca: *Græcè*, περισκελῆ, *à nostris* feminalia, *vel* bracæ, *usque ad genua pertingentes.*

℣. 43. Aptè ad Græcum, nisi excipias ista, *& cùm accedent sacrificare ad aram sanctuarii*, &c. pro quibus, ἡνίκαν προσπορεύωνται λειτουργεῖν πρὸς τὸ θυσιαστήριον τῆς ἁγίας· ἵνα μὴ ἐπάξωνται πρὸς ἑαυτὸς, &c. Cypr. epist. 64. p. 111. b. & 68. p. 117. & 72. p. 129. a. *Et cùm accedunt ministrare ad altare sancti, non adducent in se delictum, ne moriantur.* Similiter August. l. 2. contra ep. Parmen. vel potiùs Parmen. ipse: *Cùm ministri ad altare accedunt, non adducant in se delictum, ne moriantur.*

CAPUT XXIX.

VULGATA NOVA.

1. SEd & hoc facies, ut mihi in sacerdotio consecrentur. Tolle vitulum de armento, & arietes duos immaculatos,

1..... *Vide Not.*

Levit. 9. 2.

2. panesque azymos, & crustulam absque fermento, quæ conspersa sit oleo, lagana quoque azyma oleo lita: de simila triticea cuncta facies.

3. Et posita in canistro offeres: vitulum autem & duos arietes.

4. Et Aaron ac filios ejus applicabis ad ostium tabernaculi testimonii. Cùmque laveris patrem cum filiis suis aquâ,

5. indues Aaron vestimentis suis, id est, linea & tunica, & superhumerali & rationali, quod constringes balteo.

6. Et pones tiaram in capite ejus, & laminam sanctam super tiaram,

7. & oleum unctionis fundes super caput ejus: atque hoc ritu consecrabitur.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 123. & 124. in Exod. t. 3. 459. d. seq.

8..... & indues eos tunicas, & cinges eos zonis,

9. & circumdabis eis cidaras: & erit illis sacerdotium mihi in sempiternum. Et consummabis manus Aaron, & manus filiorum ejus,

Ibid. quæst. 125.

Ibid. quæst. 126.

10. & adduces vitulum ad ostium tabernaculi testimonii. Et superimponent Aaron & filii ejus manus suas super caput vituli in conspectu Domini.....

VULGATA NOVA.

8. Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingesque balteo,

9. Aaron scilicet & liberos ejus, & impones eis mitras: eruntque sacerdotes mihi religione perpetua. Postquam initiaveris manus eorum,

10. applicabis & vitulum coram tabernaculo testimonii. Imponentque Aaron & filii ejus manus super caput illius, *Levit. 1. 3.*

VULGATA NOVA.

11. & mactabis eum in conspectu Domini, juxta ostium tabernaculi testimonii.

12. Sumptumque de sanguine vituli, pones super cornua altaris digito tuo, reliquum autem sanguinem fundes juxta basim ejus.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 122. 348. f.

13..... & duos renes, & adipem quæ super eos.....

VULGATA NOVA.

13. Sumes & adipem totum qui operit intestina, & reticulum jecoris, ac duos renes, & adipem qui super eos est, & offeres incensum super altare: *Levit. 3. 3.*

VULGATA NOVA.

14. carnes verò vituli & corium & fimum combures foris extra castra, eò quòd pro peccato sit.

14..... *Vide Not.*

15. Unum quoque arietem sumes, super cujus ca-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Καὶ ταῦτά ἐστιν, ἃ ποιήσεις αὐτοῖς· ἁγιάσεις αὐτὸς, ὥστε ἱερατεύειν μοι αὐτός· λήψῃ δὲ μόσχαριον, &c. Unde August. quæst. 14. in Levit. to. 3. col. 495. e. *Alia sunt*, inquit, *sacrificia, quæ commemoravit in Exodo, quibus per septem dies sanctificantur sacerdotes, ut sacerdotio suo fungi incipiant.*

℣. 8. Græc. Καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ προσάξεις, καὶ ἐνδύσεις, &c. ut in Lat. August. ibid. *Cùm de filiis Aaron loqueretur,* Et indues eos, *inquit*, &c.

℣. 9. Similia Græcum exhibet, nisi excipias ista, Ἀαρὼν τὰς χεῖρας αὐτοῦ, *Aaron manus ejus*, loco *manus Aaron:* at in Mss. Alex. nec non editt. Ald. & Compl. simpliciter, τὰς χεῖρας Ἀαρών, ut in Lat. Addit August. *Quam dicat* cidarim, *vel* cidaras..... *ignoratur: puto tamen non esse capitis tegumen, ut nonnulli putaverunt; neque enim diceret*, circumdabis eis (Græc. περιθήσεις αὐτοῖς) *nisi tale aliquid esset, quod non capiti, sed corpori usui esset:* & infra: *Quid est*, Et consummabis manus Aaron, &c. (Græc. τελειώσεις) *an per* manus *potestatem significavit..... potestas autem ipsa sanctificatione consummabatur, quâ præcepti sunt sanctificari à Moyse;* & post pauca: *Dictum est consummandas esse manus eorum, id est, perficiendam potestatem.*

℣. 10. Ita in Græco, præter vocem, τὰς θύρας, *portas*, loco *ostium.*

℣. 13. *Super eos*] *subauditur, est*, inquit August. *quod nonnulli Interpretes addiderunt.* Vide Levit. 7. 19. & August. quæst. 22. in Levit. col. 499. c.

℣. 14. Eò spectant quæ Ambros. narrat epist. 63. to. 2.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

put ponent Aaron & filii ejus manus.

16. Quem cùm mactaveris, tolles de sanguine ejus, & fundes circa altare:

17. ipsum autem arietem secabis in frusta: lotaque intestina ejus ac pedes pones super concisas carnes, & super caput illius.

18. Et offeres totum arietem in incensum super altare: oblatio est Domino, odor suavissimus victimæ Domini. 18..... *Vid. Not.*

19. Tolles quoque arietem alterum, super cujus caput Aaron & filii ejus ponent manus.

20. Quem cùm immolaveris, sumes de sanguine ejus, & pones super extremum auriculæ dextræ Aaron & filiorum ejus, & super pollices manus eorum ac pedis dextri, fundesque sanguinem super altare per circuitum.

21. Cùmque tuleris de sanguine qui est super altare, & de oleo unctionis, asperges Aaron & vestes ejus, filios & vestimenta eorum. Consecratisque ipsis & vestibus,

22. tolles adipem de ariete, & caudam & arvinam, quæ operit vitalia, ac reticulum jecoris, & duos renes, atque adipem qui super eos est, armumque dextrum, eò quòd sit aries consecrationis:

23. tortamque panis unius, crustulam conspersam oleo, laganum de canistro azymorum, quod positum est in conspectu Domini:

24. ponesque omnia super manus Aaron & filiorum ejus, & sanctificabis eos, elevans coram Domino.

25. Suscipiesque universa de manibus eorum: & incendes super altare in holocaustum, odorem suavissimum in conspectu Domini, quia oblatio ejus est.

VULGATA NOVA.

26. Sumes quoque pectusculum de ariete, quo initiatus est Aaron, sanctificabisque illud elevatum coram Domino, & cedet in partem tuam.

27. Sanctificabisque & pectusculum consecratum, & armum quem de ariete separasti,

28. quo initiatus est Aaron & filii ejus, cedentque in partem Aaron & filiorum ejus jure perpetuo à filiis Israël: quia primitiva sunt & initia de victimis eorum pacificis quæ offerunt Domino.

29. Vestem autem sanctam, qua utetur Aaron, habebunt filii ejus post eum, ut ungantur in ea, & consecrentur manus eorum.

30. Septem diebus utetur illâ qui pontifex pro eo fuerit constitutus de filiis ejus, & qui ingredietur tabernaculum testimonii ut ministret in sanctuario.

VERSIO ANTIQUA.

26. Et sumes pectusculum de ariete consummationis, quod est Aaron, & separabis illud separatione..... *Aug. quæst.* 128. 460. *b.* *Idem Locut.* 123. 348. *g.*

28..... & erit Aaron & filiis ejus legitimum æternum à filiis Israël..... *Aug. quæst.* 129. *in Ex. t.* 3. 460. *c.*

29. Et stola sancti, quæ est Aaron, erit filiis ejus post eum, unguere eos in ipsis, & consummare manus eorum.

30. Septem diebus vestiet se eâ sacerdos qui successerit ei de filiis ejus, qui intrabit in tabernaculum testimonii deservire in sanctis.

VULGATA NOVA.

31. Arietem autem consecrationis tolles, & coques carnes ejus in loco sancto:

Levit. 8. 31. 24. 9. *Matt.* 12. 4.

32. quibus vescetur Aaron & filii ejus. Panes quoque, qui sunt in canistro, in vestibulo tabernaculi testimonii comedent,

33. ut sit placabile sacrificium, & sanctificentur offerentium manus. Alienigena non vescetur ex eis, quia sancti sunt.

34. Quòd si remanserit de carnibus consecratis, sive de panibus usque manè, combures reliquias igni: non comedentur, quia sanctificata sunt.

35. Omnia, quæ præcepi tibi, facies super Aaron & filiis ejus. Septem diebus consecrabis manus eorum:

36. & vitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum. Mundabisque altare cùm immolaveris expiationis hostiam, & unges illud in sanctificationem. *Levit.* 8. 2.

VULGATA NOVA.

37. Septem diebus expiabis altare, & sanctificabis, & erit Sanctum sanctorum: omnis, qui tetigerit illud, sanctificabitur.

VERSIO ANTIQUA.

37..... Sanctum sancti erit: omnis, qui tetigerit altare, sanctificabitur. *Aug. quæst.* 130. 461. *c.*

VULGATA NOVA.

Num. 28. 3.

38. Hoc est quod facies in altari: Agnos anniculos duos per singulos dies jugiter,

39. unum agnum manè, & alterum vespere,

40. decimam partem similæ conspersæ oleo tuso, quod habeat mensuram quartam partem hin, & vinum ad libandum ejusdem mensuræ in agno uno.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

col. 1047. e. *Hostiarum*, inquit, *quæ pro peccato fiebant, sanguis quidem altaribus inferebatur, corpora autem extra castra comburebantur.* In Græco sic ℣. 12. sup. Καὶ λήψῃ ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ μόσχου, καὶ θήσεις ἐπὶ τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου.... τὸ δὲ λοιπὸν πᾶν αἷμα ἐκχεεῖς παρὰ τὴν βάσιν τοῦ θυσιαστηρίου. Et infra ℣. 14. Τὰ δὲ κρέατα..... κατακαύσεις πυρὶ ἔξω τῆς παρεμβολῆς· ἁμαρτία γάρ ἐστι.

℣. 18. Græc. Ὁλοκαύτωμα τῷ Κυρίῳ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας· unde Augustin. quæst. 127. in Exod. col. 460. a. *Quòd*, inquit, odor suavitatis Domino, *sæpe dicitur sacrificium de victimis..... non utique Deus odore fumi illius delectatur.*

℣. 26. Rectè è Græco, excepta voce ult. *separatione*, pro qua ἀφόρισμα, *separationem.* His autem, *quod est Aaron*, Augustin. addit: *Id est hujus Aaron; hoc enim pertinere voluit ad summum sacerdotem.*

℣. 28. Itidem Græcè.

℣. 29. Ad verbum è Græco, nisi excipias ista duo, *unguere.... & consummare*, pro quibus χειδῆναι..... καὶ τελειῶσαι.

℣. 30. Ita Augustin. constanter hîc & infra. Græc. Ἐπτὰ ἡμέρας ἐνδύσεται αὐτὰ ὁ ἱερεὺς, ὁ ἀντ' αὐτοῦ, &c. ut in Lat. *Septem diebus induet ea sacerdos, qui pro eo de*, &c.

℣. 37. Græcè, hæc antecedunt: Ἑπτὰ ἡμέρας καθαριεῖς τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἁγιάζεις αὐτό· καὶ ἔσται τὸ θυσιαστήριον, ἅγιον τὸ ἅγιον· deinde sic, πᾶς ὁ ἁπτόμενος, &c. ut in Lat. Unde Augustin. ibid. *Quid est quòd purificatum & sanctificatum altare septem diebus dicit, quod sanctum sancti erit? altare non quidem dicit sanctum sanctorum, sicut est illud quod velo separatur*, &c. & infra quæst. 135. col. 462. e. *De altari sacrificiorum, quod post unctionem appellari voluit, sanctum sancti, continuò dictum est.: Omnis qui tangit illud, sanctificabitur.* Vide etiam infra col. 474. b. Attamen in editt. Ald. & Compl. legitur, ἅγιον τῶν ἁγίων, vel ἅγιον ἁγίων. Vid. infra c. 30. ℣. 26.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

41. Alterum verò agnum offeres ad veſperam juxta ritum matutinæ oblationis, & juxta ea quæ diximus, in odorem ſuavitatis:

42. ſacrificium eſt Domino, oblatione perpetua in generationes veſtras, ad oſtium tabernaculi teſtimonii coram Domino, ubi conſtituam ut loquar ad te.

43. Ibique præcipiam filiis Iſraël, & ſanctificabitur altare in gloria mea.

44. Sanctificabo & tabernaculum teſtimonii cum altari, & Aaron cum filiis ſuis, ut ſacerdotio fungantur mihi.

45. Et habitabo in medio filiorum Iſraël, eroque eis Deus,

46. & ſcient quia ego Dominus Deus eorum, qui eduxi eos de terra Ægypti, ut manerem inter illos, ego Dominus Deus ipſorum.

CAPUT XXX.

VULGATA NOVA.

1. FAcies quoque altare ad adolendum thymiama, de lignis ſetim,

2. habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, id eſt, quadrangulum, & duos cubitos in altitudine. Cornua ex ipſo procedent.

3. Veſtieſque illud auro puriſſimo, tam craticulam ejus, quàm parietes per circuitum, & cornua. Facieſque ei coronam aureolam per gyrum,

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 131. & 132. in Exod. t. 3. 461. d. f.

4. Et duos anulos aureos puros facies ſub tortili corona ejus, in duo latera facies in duobus lateribus: & erunt arcus amitibus, ita ut tollatur illud in eis.

VULGATA NOVA.

4. & duos annulos aureos ſub corona per ſingula latera, ut mittantur in eos vectes, & altare portetur.

VULGATA NOVA.

5. Ipſos quoque vectes facies de lignis ſetim, & inaurabis.

6. Poneſque altare contra velum, quod ante arcam pendet teſtimonii coram propitiatorio quo tegitur teſtimonium, ubi loquar tibi.

7. Et adolebit incenſum ſuper eo Aaron, ſuave fragrans, manè. Quando componet lucernas, incendet illud:

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut 124. t. 3. 348. g. Idem quæſt. 133. 461. f.

8. & cùm accendet Aaron lucernas ſerò, incendet ſuper illud incenſum continuationis in conſpectu Domini in progenies eorum.

VULGATA NOVA.

8. & quando collocabit eas ad veſperum, uret thymiama ſempiternum coram Domino in generationes veſtras.

9. Non offeretis ſuper eo thymiama compoſitionis alterius, nec oblationem, & victimam, nec libabitis libamina.

Ibid. 462. a. b.

10. Et depropitiabit Aaron ſuper cornua ejus ſemel in anno, de ſanguine purificationis delictorum, ſemel in anno purificabit illud. Sanctum ſanctorum eſt Domino.

10. Et deprecabitur Aaron ſuper cornua ejus ſemel per annum, in ſanguine quod oblatum eſt pro peccato, & placabit ſuper eo in generationibus veſtris. Sanctum ſanctorum erit Domino.

11..... *Vide Not.*

11. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

Ambr. ep. 7. t. 2. 778. a. b.

12. Cùm acceperis computationem filiorum Iſraël in viſitatione ipſorum, dabunt ſinguli redemptionem animæ ſuæ Domino, & non erit in his ruina in viſitatione eorum.

12. Quando tuleris ſummam filiorum Iſraël juxta numerum, dabunt ſinguli pretium pro animabus ſuis Domino, & non erit plaga in eis, cùm fuerint recenſiti. *Num.* 1. 2.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Similia exſtant Græcè. Ad quæ Auguſt. ibid. *Cùm de anulis loqueretur altaris incenſi, quod altare non inærari, ſed inaurari juſſit*, Et duos anulos puros facies, *inquit*, ... in duo latera facies in duobus lateribus: *quoniam Græcus habet*, εἰς τὰ δύο κλίτη ποιήσεις ὧν τοῖς δυσὶ πλευροῖς. *Nam* κλίτη *latera ſunt*, & πλευρὰ *latera ſunt. Unde quidam Latini ſic interpretati ſunt:* In duas partes facies in duobus lateribus. *Non autem ait Græcus*, μέρη, *quod eſt* partes, *ſed* κλίτη, *quod* latera. Et poſt pauca: *Quis autem ſit ſenſus*, inquit, *difficile eſt aſſequi, niſi fortè, ut ſolet Scriptura amare ellypſim, ut aliquid deſit, & ſubaudiatur, etiam hìc ſubaudiatur* erunt, *ut iſte ſit ſenſus:* In duo latera facies, in duobus lateribus erunt: *id eſt, ad duo latera facies anulos, quoniam in duobus lateribus erunt.* Tum ſeqq. *Et erunt arcus amitibus*, &c. ſic exponit: *Quos anulos dixerat, arcus dicit. Anulos quippe pro rotundis anſis poſuit. Et quid eſt aliud anulus, vel circulus, niſi undique arcus? Ideo quidam nolentes* arcus *dicere*, thecas *interpretati ſunt, quibus amites inducerentur, dicentes:* Et erunt thecæ amitibus: *quaſi Græcus hoc non poſſet dicere; cùm etiam* thecæ, *Græcum verbum ſit. Dixit autem* ψαλίδες, *quod* arcus *interpretatur;* pro *amitibus* verò in Græco, σκυτάλαις, id eſt, *vectibus.* Vid. ſup. c. 27.

℣. 8. Græc. Καὶ ὅταν ἐξάπτῃ Ἀαρὼν τὰς λύχνους ὀψὲ, θυμιάσει ἐπ' αὐτῆ θυμίαμα ἀϊδελεχισμῆ διαπαντὸς ἐναντι Κυρίυ, &c. ut in Lat. Tum Auguſt. in Locut. *Serò dixit, pro veſpere, & ideo notanda locutio eſt; ὀψὲ quippe Græcus habet. Serò autem propriè non ſolet dici, niſi cùm tempus tranſierit, quo fieri debuit quod ſerò dicitur factum:* & infra in quæſt. *Continuationis incenſum dicit, quòd continuatim fieret, id eſt, nullo die prætermitteretur.*

℣. 10. Auguſt. ibid. *Et depropitiabit Aaron, vel exorabit*, &c. Similiter Ambroſ. infra ℣. 15. & 16. utitur verbo *exorare.* In Græco ſic: Καὶ ἐξιλάζεται ἐπ' αὐτῆ Ἀαρὼν ἐπὶ τῶν κεράτων αὐτῆ ἅπαξ τῆ ἐνιαυτῆ· ἀπὸ τῆ αἵματος τῆ καθαρισμῆ καθαριεῖ αὐτὸ εἰς γενεὰς αὐτῶν, ἅγιον τῶν, &c. ut in Lat. In Mſ. Oxon. ac editt. Ald. & Compl. deeſt ἐπ' αὐτῆ, poſt ἐξιλάζεται, in Mſ. Alex. ἐξιλάζεσθαι ἐπ' αὐτό. Subinde in eodem Alex. nec non in edd. Ald. & Comp. τῆ καθαρισμῆ τῶν ἁμαρτιῶν τῆ ἐξιλασμῆ, ἅπαξ τῆ ἐνιαυτῆ καθαριεῖ αὐτὸ εἰς τὰς γενεάς, &c. ut ſup. Auguſt. addit: *Depropitiabit, ab eo quod eſt depropitiatio, quæ Græcè dicitur,* ἐξιλασμός. *Unde & intelligendum eſt hoc quod ſemel in anno jubet fieri ad propitiandum Deum ſuper cornua altaris incenſi, id eſt, ut de ſanguine purificationis delictorum, victimarum ſcilicet quæ offeruntur pro delictis, ſemel in anno tangantur cornua altaris incenſi, non pertinere ad illam appoſitionem incenſi, quam quotidie fieri juſſerat*, &c.

℣. 11. Græc. Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωυσῆν, λέγων. Unde Ambroſ. ep. 7. col. 778. a. *Sic enim ſcriptum eſt, dicente Domino ad Moyſen.*

℣. 12. Similia Græcum habet, præter hæc pauca: Ἐὰν λάβῃς τὸν..... ἐν τῆ ἐπισκοπῆ αὐτῶν, καὶ δώσεσιν ἕκαστος λύτρα τῆς, &c. Rectè Auguſt. locut. 125. de Exod. col. 349. a. *Si acceperis computationem filiorum Iſraël in viſitatione eorum & dabunt ſinguli redemptionem animæ ſuæ Domino, & non erit in eis ruina in viſitatione eorum:* ſimiliter inf. quæſt. 134. in Exod. col. 462. c. uſque ad & *dabunt;* addit Auguſt. in Locut. *Pendet iſta locutio, quia interpoſita eſt conjunctio copulativa, quæ ſi non interponeretur, non penderet: tribus*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

13. Hoc autem dabit omnis qui tranſit ad nomen, dimidium ſicli juxta menſuram templi. Siclus viginti obolos habet. Media pars ſicli offeretur Domino.

Levit. 27. 25. *Num.* 3. 47. *Ezech.* 45. 12.

14. Qui habetur in numero, à viginti annis & ſupra, dabit pretium.

15. Dives non addet ad medium ſicli, & pauper nihil minuet.

16. Suſceptamque pecuniam, quæ collata eſt à filiis Iſraël, trades in uſus tabernaculi teſtimonii, ut ſit monimentum eorum coram Domino, & propitietur animabus eorum.

VERSIO ANTIQUA.

13. Et hoc eſt quod dabunt quotquot perambulant viſitationem, didrachmi dimidiam partem, quod eſt ſecundùm didrachmum ſanctum. Viginti oboli didrachmum. Dimidia autem pars didrachmi illatio Domino. *Ambr. ubi ſup.*

14. Omnis qui intraverit viſitare, à viginti annis & ſupra, dabunt illationem Domino.

15. Qui dives eſt, non adjiciet; & qui pauper eſt, non minorabitur à dimidia parte didrachmi, cùm cœperint dare oblationem Domino, exorare pro animabus ſuis.

16. Et accipies pecuniam illationis à filiis Iſraël, & dabis illam in opus tabernaculi teſtimonii: & erit filiis Iſraël legitimum memoriale in conſpectu Domini, exorare pro animis veſtris.

VULGATA NOVA.

17. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

18. Facies & labrum æneum cum baſi ſua ad lavandum: poneſque illud inter tabernaculum teſtimonii & altare. Et miſſâ aquâ,

19. lavabunt in ea Aaron & filii ejus manus ſuas ac pedes,

20. quando ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimonii, & quando acceſſuri ſunt ad altare, ut offerant in eo thymiama Domino,

21. ne fortè moriantur: legitimum ſempiternum erit ipſi, & ſemini ejus per ſucceſſiones.

22. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen,

23. dicens: Sume tibi aromata, primæ myrrhæ & electæ quingentos ſiclos, & cinnamomi medium, id eſt, ducentos quinquaginta ſiclos, calami ſimiliter ducentos quinquaginta,

24. caſiæ autem quingentos ſiclos in pondere ſanctuarii, olei de olivetis menſuram hin:

25. facieſque unctionis oleum ſanctum, unguentum compoſitum opere unguentarii, 25..... *Vide Not.*

26. & unges ex eo tabernaculum teſtimonii, & arcam teſtamenti,

27. menſamque cum vaſis ſuis, candelabrum, & utenſilia ejus, altaria thymiamatis,

28. & holocauſti, & univerſam ſupellectilem quæ ad cultum eorum pertinet.

VULGATA NOVA.

29. Sanctificabiſque omnia, & erunt Sancta ſanctorum: qui tetigerit ea, ſanctificabitur.

30. Aaron & filios ejus unges, ſanctificabiſque eos, ut ſacerdotio fungantur mihi.

31. Filiis quoque Iſraël dices: Hoc oleum unctionis ſanctum erit mihi in generationes veſtras.

32. Caro hominis non ungetur ex eo, & juxta compoſitionem ejus non facietis aliud, quia ſanctificatum eſt, & ſanctum erit vobis.

33. Homo quicunque tale compoſuerit, & dederit ex eo, alieno, exterminabitur de populo ſuo.

VERSIO ANTIQUA.

29..... erunt Sancta ſanctorum: omnis qui tangit ea, ſanctificabitur. *Aug. quæſt.* 135. *in Exod. t.* 3. 462. *e. f.*

31. Et filiis Iſraël loquêris, dicens: Oleum linitio unctionis ſanctum erit hoc vobis in progenies veſtras.

32. Super carnem hominis non linietur, & ſecundùm compoſitionem hanc non facietis vobis ipſis ſimiliter; ſanctum eſt, & ſanctificatio erit vobis.

33. Quicunque fecerit ſimiliter, & quicunque dabit de eo, exteræ nationi, interibit de populo ſuo.

VULGATA NOVA.

34. Dixitque Dominus ad Moyſen: Sume tibi aromata, ſtacten & onycha, galbanum boni odoris, & thus lucidiſſimum, æqualis ponderis 34..... 35. *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

autem locis eſt poſita, quorum undelibet detracta, plenam facit eſſe ſententiam..... Si enim non dixiſſet & dabunt, *ſed tantùm dixiſſet* dabunt, *finiretur ſententia, nec penderet..... Si autem hic ponitur hæc conjunctio, deorſum tollenda eſt, ut ita dicatur:* Si acceperis..... & dabunt ſinguli..... & non erit in eis ruina in viſit. eorum, hoc eſt quod dabunt. *Aut certè in medio ubi dictum eſt;* & non erit in eis ruina, *ſi detrahas conjunctionem, non pendebit ſententia: erit enim ſenſus:* Si acceperis..... & dabunt ſinguli..... ſuæ Domino, non erit in eis ruina. *Cùm verò ubique poſita eſt eadem conjunctio, pendere facit locutionem:* & infra in quæſtionib. col. 462. c. *Quid eſt quod ait:* Si acceperis computationem..... in viſitat. eorum? *niſi quia jubet eos aliquando viſitari, & computari, id eſt numerari.*

℣. 13. Auguſt. Locur. 125. col. 349. a. *Et hoc eſt quod dabunt tibi;* & infra: *Hoc eſt quod dabunt*, abſque *tibi*. Græc. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὁ δώσουσιν ὅσοι ἂν παρεκπορεύωνται τὴν ἐπίσκεψιν· τὸ ἥμισυ τοῦ δι᾽ ῥάχμα, &c. ut in Lat. niſi excipiatur vox εἰσφορά, *oblatio*, loco *illatio*. Ambroſ. infra legit, *dimidium didrachmum.*

℣. 14. Græc. Πᾶς ὁ παρεκπορευόμενος εἰς τὴν ἐπίσκεψιν, &c. *Omnis tranſiens ad viſitationem*, &c. ut ſup.

℣. 15. Eadem ſunt in Græco, niſi excipias ſeq. Οὐκ ἐλαττονήσει..... ἐν τῷ δοῦναι..... ἐξιλάσασθαι περὶ τῶν ψυχῶν ὑμῶν. i. e. *Non minùs habebit.... in dando..... ad depropitiandum pro animabus veſtris.* Similiter ℣. ſeq. ἐξιλάσασθαι, pro *exorare.*

℣. 16. In Græco deeſt vox *legitimum*: reliqua ad verbum quadrant.

℣℣. 25..... 29. His reſpondent quæ Auguſt. narrat quæſt. 135. in Exod. col. 462. d. *Unguento chriſmatis omnia juſſit ungui: tabernaculum ſcilicet, & ea quæ in illo erant, & deinde erunt ſancta ſanctorum. Omnia ſcilicet cùm fuerint uncta, erunt ſancta ſanctorum, omnis qui tangit ea, ſanctificabitur:* & infra quæſt. 173. col. 474. b. c. *Dixit de tabernaculo unctio & his qui in illo eſſent, quòd eadem unctione ſanctificarentur & fierent ſancta.* In Græco ſic: Ἔλαιον χρίσμα ἅγιον ἔσαι. Καὶ χρίσεις ἐξ αὐτοῦ τὴν σκηνὴν..... καὶ τὴν κιβωτὸν..... καὶ πάντα τὰ σκεύη αὐτῆς..... Καὶ ἁγιάσεις αὐτὰ, καὶ ἔσαι ἅγια· πᾶς ὁ ἁπτόμενος αὐτῶν, ἁγιασθήσεται.

℣. 31. Sic in Græco eſt, verbum pro verbo.

℣. 32. Itidem Græcè ut ſup.

℣. 33. Græc. Ὃς ἂν ποιήσῃ..... καὶ ὃς ἂν δῷ ἀπ᾽ αὐτοῦ ἀλλογενεῖ, ἐξολοθρευθήσεται, &c. ut in Lat.

℣℣. 34..... 35. Gr. Καὶ εἶπε Κύριος..... Λάβε..... ἡδύσμαλα, σακτὴν, ὄνυχα..... Καὶ ποιήσεις..... θυμίαμα μυρε-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

erunt omnia:
35. faciesque thymiama compositum opere unguentarii, mixtum diligenter, & purum, & sanctificatione dignissimum.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 137. in Ex. t. 3. 463. b.
36. Et concides de illis minutum, & pones contra testimonia in tabernaculo testimonii, unde innotescam tibi inde. Sanctum sanctorum erit vobis incensum.

VULGATA NOVA.

36. Cùmque in tenuissimum pulverem universa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonii, in quo loco apparebo tibi. Sanctum sanctorum erit vobis thymiama.

VULGATA NOVA.

37. Talem compositionem non facietis in usus vestros, quia sanctum est Domino.
38. Homo quicunque fecerit simile, ut odore illius perfruatur, peribit de populis suis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ψιχὸν ἔργον μυρεψοῦ μεμιγμένον, &c. quæ August. quæst. 136. in Exod. col. 463. b. reddit, dicens: *Præcepit quibus aromatis fiat thymiama, id est, incensum, & dicit unguentario more coctum opus unguentarii.*

℣. 36. Ad verbum è Græco.

CAPUT XXXI.

VULGATA NOVA.

1. LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens:
2. Ecce, vocavi ex nomine Beseleel filium Uri filii Hur de tribu Juda,

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 138. in Ex. t. 3. 463. d.
3. & replevi eum spiritu divino, sapientiæ, & intellectûs, & scientiæ in omni opere,
4. excogitare, & architectonari.....

VULGATA NOVA.

3. & implevi eum spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scientia in omni opere,
4. ad excogitandum quidquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & ære,

VULGATA NOVA.

5. marmore, & gemmis, & diversitate lignorum.
6. Dedique ei socium Ooliab filium Achisamech de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi posui sapientiam: ut faciant cuncta quæ præcepi tibi,
7. tabernaculum fœderis, & arcam testimonii, & propitiatorium, quod super eam est, & cuncta vasa tabernaculi,
8. mensamque & vasa ejus, candelabrum purissimum cum vasis suis, & altaria thymiamatis,
9. & holocausti, & omnia vasa eorum, labrum cum basi sua,
10. vestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti, & filiis ejus, ut fungantur officio suo in sacris:
11. oleum unctionis, & thymiama aromatum in Sanctuario, omnia quæ præcepi tibi, facient.
12. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens:

VERSIO ANTIQUA.

Iren. l. 4. c. 16. 246. b.
13..... & sabbata mea observabitis: erit enim signum apud me vobis in generationes vestras.....

VULGATA NOVA.

13. Loquere filiis Israël, & dices ad eos: Videte ut sabbatum meum custodiatis: quia signum est inter me & vos in generationibus vestris: ut sciatis quia ego Dominus, qui sanctifico vos. *Sup. 20. 8. Ezech. 20. 12.*

VULGATA NOVA.

14. Custodite sabbatum meum: sanctum est enim vobis: qui polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui.
15. Sex diebus facietis opus: in die septimo sabbatum est, requies sancta Domino: omnis qui fecerit opus in hac die, morietur.
16. Custodiant filii Israël sabbatum, & celebrent illud in generationibus suis. Pactum est sempiternum

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 139. in Exod. t. 3. 463. e. f.
17. Testamentum æternum in me & filiis Israël; signum est æternum.....

VULGATA NOVA.

17. inter me & filios Israël, signumque perpetuum: sex enim diebus fecit Dominus cœlum & terram, & in septimo ab opere cessavit. *Gen. 1. 31. 2. 2.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Ita August. ibid. *Beseleel cùm juberet adhiberi operibus tabernaculi faciendis, dixit eum se replevisse spiritu divino*, &c. ut sup. pro hoc autem quod ait, *eum se replevisse*, posui in textu, & *replevi eum*, juxta Græc. καὶ ἐνέπλησα αὐτόν, reliqua concordant ad verbum. Eò pariter spectant quæ Ambros. dicit l. de Noë, c. 3. to. 1. col. 230. b. *Spiritus S. spiritus sapientiæ est, spiritus cognitionis. Habet ergo sapientiam, habet & disciplinam, sicut & de Beseleel, qui sacrum tabernaculum divino oraculo jussus est facere, ait Scriptura; quia repletus est spiritu prudentiæ & disciplinæ.* Gr. πνεῦμα θεῖον σοφίας, καὶ συνέσεως, καὶ ἐπιστήμης.

℣. 4. Ita in Græco.

℣. 13. Græc. Καὶ τὰ σάββατά μου φυλάξεσθε· σημεῖόν ἐστι ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν, &c. i. e. *Et sabbata mea custodite; signum est apud me & in vobis*, &c. ut sup. In Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. ἐστι γὰρ σημεῖον,

℣. 17. Græcè ita distinguitur: Διαθήκη αἰώνιος ἐν ἐμοὶ καὶ τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, deinde σημεῖόν ἐστιν ἐν ἐμοὶ αἰώνιον. (in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Cpmpl. deest postremum ἐν ἐμοί) Contrà August. jungendum dicit hoc, & *filiis Israël*, cum sequentibus. *Quid sibi vult*, inquit, *quod cùm de sabbato observando præciperet, ait:* Testamentum æternum in me & filiis Israël, *non ait, inter me & filios Israël?* Et post pauca: *Sic ergo*, inquit, *melius fortasse distinguitur:* Testamentum æternum in me: *ut deinde alius sensus sit:* & filiis Israël signum est æternum, *id est, æternæ rei signum..... non ergo ita jungendum est:* Testamentum æternum in me & filiis Israël: *tanquam in Deo & filiis Israël sit hoc testamentum: sed* testamentum æternum in me: *quia in illo promissa est requies æterna:* & filiis Israël signum est æternum, *quia filii Israël acceperunt observandum signum, quo requies significatur æterna veris Israëlitis.* Gr. addit: ὅτι ἐξ ἡμέρας ἐποίησε Κύριος

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

18. Deditque Dominus Moysi, completis hu-
Deut. 9. 10. jusce modi sermonibus in monte Sinai, duas tabulas testimonii lapideas, scriptas digito Dei.

VERSIO ANTIQUA.

18. Et dedit Moysi, statim ut cessavit loqui ad eum in monte Sina, duas tabulas testimonii, tabulas lapideas, scriptas digito Dei. *Aug. quæst. 140. & 166. in Exod. 463. g. 471. e.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

τὴν θεσπιὸν..... ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ κατέπαυσε, &c. ℣. 18. Sic iterum legit August. quæst. 15. in Deut. col. 562. g. nec aliter habetur in Græco.

CAPUT XXXII.

VULGATA NOVA.

1. VIdens autem populus quòd moram faceret descendendi de monte Moyses,
Act. 7. 40. congregatus adversùs Aaron, dixit: Surge, fac nobis deos, qui nos præcedant: Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit.

2. Dixitque ad eos Aaron: Tollite inaures aureas, de uxorum filiorumque & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me.

3. Fecitque populus quæ jusserat, deferens inaures ad Aaron.

Ps. 105. 19. 4. Quas cùm ille accepisset, formavit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem: dixeruntque: Hi sunt dii tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti.

5. Quòd cùm vidisset Aaron, ædificavit altare coram eo, & præconis voce clamavit dicens: Cras solemnitas Domini est.

6. Surgentesque manè, obtulerunt holocaus-
1. Cor. 10. 7. ta, & hostias pacificas, & sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.

7. Locutus est autem Dominus ad Moysen,
Deut. 9. 12. dicens: Vade, descende: peccavit populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti.

8. Recesserunt citò de via, quam ostendisti eis: feceruntque sibi vitulum conflatilem, & adoraverunt, atque immolantes ei hostias, dixe-
3. Reg. 12. 28. runt: Isti sunt dii tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti.

VERSIO ANTIQUA.

1..... consurrexit populus in Aaron, & dixerunt ei: Surge, & fac nobis deos, qui nos præcedant: Moyses enim hic homo, qui eduxit nos de terra Ægypti, non scimus quid factum sit ei. *Aug. Locut. 126. & 127. t. 3. 349. d. Idem quæst. 149. in Exod. 465. c.*

2..... Deponite anulos & inaures aureas, quæ sunt inaures mulierum vestrarum..... *Ambr. epist. 66. 1055. a. t. 2.*

4..... Hi dii tui Israël, qui eduxerunt te de terra Ægypti. *Aug. locut. 131. de Exod. 349. b.*

6..... sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. *Aug. quæst. 51. in Deut. t. 3. 575. g.*

7. Dixit autem Dominus ad Moysen: Descende celeriter: prævaricatus est enim populus tuus, quos eduxisti ex Ægypto. *Auct. l. de promiss. p. 2. c. 4. ap. Prosp. 128. b.*

8..... Hi dii tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. in Gr. primùm exstat: Καὶ ἰδὼν ὁ λαὸς, ὅτι κεχρόνικε Μωυσῆς καταβῆναι ἐκ τοῦ ὄρους, deinde ut in Lat. sup. nisi quòd pro *consurrexit*, legitur συνέστη, propriè *constitit*, item pro *dixerunt*, λέγουσι, at in Ms. Alex. ἔλεγον, & pro *præcedant*, προπορεύσονται. Idem Aug. tract. 3. in Joh. to. 3. p. 2. 311. d. sic habet. *Fac nobis deos qui nos præeant, quia ille homo dimisit nos.* Tertul. similiter l. 4. adversˇ. Marc. 725. b. *Fac nobis deos, qui præeant nobis:* & contra Jud. c. 1. 135. *Fac nobis deos qui nos antecedant:* at infra, c. 3. 137. c. *Fac nobis deos qui nos præcedant; Moyses enim ille, qui nos ejecit de terra Ægypti, dereliquit nos, & quid illi acciderit, nescimus:* vide etiam l. de pat. c. 5. p. 200. b. ubi alludens dicit: *De Aaron sibi deos duces postulat, cùm in idolum auri sui collationes defundit; tam necessarias enim Moysi cum Domino congredientis impatienter exceperat moras.* Cypr. l. 1. Testim. 216. a. sic: *In Exodo*, inquit, *populus ad Aaron: Exsurge, & fac nobis deos qui nos præcedant, quia Moyses vir hic qui nos ejecit de Ægypto, quid ei acciderit, non scimus.* Ambros. in Ps. 36. to. 1. 779. e. *Fac nobis deos quos adoremus.*

℣. 2. In Græco sic: Καὶ λέγει αὐτοῖς Ἀαρών· Περιέλεσθε τὰ ἐνώτια τὰ χρυσᾶ, τὰ ἐν τοῖς ὠσὶ τῶν γυναικῶν ὑμῶν, καὶ θυγατέρων, καὶ ἐνέγκαίε πρός με. Ambros. ibid. constanter addit *annulos: Petunt*, inquit, p. 1054. f. *sibi fieri deos. Coactus Aaron petiit annulos eorum*, & *inaures mulierum*; & infra: *Annulos Judæis*, & *inaures abstulit..... non quò*, inquit, *virorum inaures relinqueret, sed quod viros non habere manifestaret:* tum concludit: *Congruè ergo inaures auferuntur mulieribus.* Similiter Tertul. l. adversˇ. Jud. c. 1. 135. dicit: *Ex monilibus feminarum & annulis virorum aurum fuisse igne conflatum.* August. quæst. 141. in Exod. to. 3. 464. a. *Jubet Aaron*, inquit, *inaures demi ab auribus uxorum atque filiarum, unde illis faceret deos.*

℣. 4. Græc. Καὶ ἐδέξαιο ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῶν, καὶ ἔπλασεν αὐτὰ ἐν τῇ γλυφίδι καὶ ἐποίησεν αὐτὰ μόσχον χωνευτὸν, καὶ εἶπεν· deinde ut in textu Lat. Eò spectant quæ ait Tertul. adversˇ. Jud. c. 1. 135. *Ex monilibus..... aurum* fuisse *igne conflatum*, & processisse *eis bubulum caput:* & l. de Idol. c. 3. 239. b. *Simulacrum vituli, & non hominis sibi consecravit.* Similiter Ambros. ep. 66. ad Romul. to. 2. 1054. d. *Quid sibi vult*, inquit, *quòd Aaron aurum detraxerit populo poscenti sibi fieri deos, & quòd eo auro figuratum sit vituli caput?* & infra: *Conflatis earum inauribus, conflata est imago sacrilegii..... cur autem caput vituli exierit, sequentia docent.* Demum Tertul. adv. Jud. c. 1. 135. ultima exhibet, dicens: *Hi sunt dei qui nos ejecerunt de terra Ægypti.* Fac. Herm. l. 12. to. 2. Sirm. p. 808. a. *Hi sunt dii tui Israël qui te eduxerunt de Ægypto.* Gaud. Brix. ser. 7. 952. g. *Isti sunt dii tui Israël, qui eduxerunt te de terra Ægypti.* Græc. ἀνεβίβασάν σε.

℣. 6. Tertul. adversˇ. Psych. 984. a. *Manducavit populus & bibit, & surrexerunt ludere;* similiter hab. l. de coron. mil. c. 9. 291. b. sicut etiam Hieron. ep. 18. ad Eustoch. to. 4. part. 2. col. 31. a. at l. quæst. Hebr. to. 2. col. 524. b. legit ut sup. *Sedit populus comedere & bibere*, &c. Cypr. l. 3. Testim. 322. c. *Et consedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* Itidem Ambros. ep. 58. & 63. to. 2. 1016. d. 1025. e. nisi quòd pro *consedit*, legit ut sup. *sedit.* Græc. καὶ ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν, &c. ut in Lat.

℣. 7. Græc. Καὶ ἐλάλησε Κύριος..... λέγων· Βάδιζε τὸ τάχος, κατάβηθι ἐντεῦθεν. (Ms. Alex. Βάδιζε, κατάβηθι τὸ τάχος ἐντεῦθεν. edit. Ald. delet ἐντεῦθεν) ἠνόμησε γὰρ ὁ..... ὃν ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου.

℣. 8. Sic Anonymus summatim, non verbum è verbo: *Fecerunt sibi deos aureos, eisque dixerunt.* Græc. Παρέβησαν ταχὺ ἐκ τῆς ὁδοῦ, ἧς ἐνετείλω αὐτοῖς· ἐποίησαν ἑαυτοῖς μόσχον, καὶ προσκεκυνήκασιν αὐτῷ, καὶ τεθύκασιν αὐτῷ, καὶ εἶπαν· i. e. *Transgressi sunt citò de via, quam mandasti eis: fecerunt sibi vitulum, & adoraverunt eum, & sacrificaverunt ei, & dixerunt:* &c. ut in Lat. sup. Similiter August. quæst. 142. in Exod. to. 3. 464. c. *Dominus*, inquit, *indicans Moysi quid fecerit de vitulo populus..... dicit eos dixisse:* Hi dii tui

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

9..... *Vide Not.*

Tertul. l. 2. adv. Marc. 654. b. c. 10. Et nunc ſine me, & indignatus irâ diſperdam illos, & faciam te in nationem magnam.

Offert. fer. 5. poſt. Dom. 2. Quadr. 11. Et precatus eſt Moyſes in conſpectu Domini Dei ſui, & dixit: Quare, Domine, iraſceris in populo tuo?.....

Caſſiod. in Pſ. 89. 307. c. 12..... parce iræ animæ tuæ, eſto placabilis ſuper nequitiam populi tui.

Offert. fer. 5. poſt Dom. 2. Quadr. 13. Memento Abraham, Iſaac, & Jacob.....

14. Et placatus eſt Dominus de malignitate quam dixit facere populo ſuo.

Aug. quæſt. 166. in Exod. 471. c. 15. Et converſus Moyſes, deſcendit de monte, & duæ tabulæ teſtimonii in manibus ejus, tabulæ lapideæ ſcriptæ ex utraque parte earum, hinc atque hinc erant ſcriptæ,

16. & tabulæ opus Dei erant: & ſcriptura, ſcriptura Dei inſculpta in tabulis.

VULGATA NOVA.

9. Rurſumque ait Dominus ad Moyſen: Cerno quòd populus iſte duræ cervicis ſit: *Inf.* 33. 3. *Deut.* 9. 13.

10. dimitte me, ut iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam.

11. Moyſes autem orabat Dominum Deum ſuum, dicens: Cur, Domine, iraſcitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxiſti de terra Ægypti, in fortitudine magna, & in manu robuſta? *Num.* 14. 13. *Pſ.* 105. 23.

12. Ne quæſo dicant Ægyptii: Callidè eduxit eos, ut interficeret in montibus, & deleret è terra: quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui.

13. Recordare Abraham, Iſaac, & Iſraël, ſervorum tuorum, quibus juraſti per temetipſum, dicens: Multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas cœli: & univerſam terram hanc, de qua locutus ſum, dabo ſemini veſtro, & poſſidebitis eam ſemper. *Gen.* 12. 7. & 15. 7. & 48. 16.

14. Placatuſque eſt Dominus ne faceret malum quod locutus fuerat adversùs populum ſuum.

15. Et reverſus eſt Moyſes de monte, portans duas tabulas teſtimonii in manu ſua, ſcriptas ex utraque parte,

16. & factas opere Dei: ſcriptura quoque Dei erat ſculpta in tabulis.

VULGATA NOVA.

17. Audiens autem Joſue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moyſen: Ululatus pugnæ auditur in caſtris.

18. Qui reſpondit: Non eſt clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam: ſed vocem cantantium ego audio.

19. Cùmque appropinquaſſet ad caſtra, vidit vitulum, & choros: iratuſque valde, projecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis:

20. arripienſque vitulum quem fecerant, combuſſit, & contrivit uſque ad pulverem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Iſraël. *Deut.* 9. 21.

21. Dixitque ad Aaron: Quid tibi fecit hic populus, ut induceres ſuper eum peccatum maximum?

22. Cui ille reſpondit: Ne indignetur dominus meus: tu enim noſti populum iſtum, quòd pronus ſit ad malum: *1. Joh.* 5. 19.

23. dixerunt mihi: Fac nobis deos, qui nos præcedant: huic enim Moyſi, qui nos eduxit de terra Ægypti, neſcimus quid acciderit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Iſraël, qui te eduxerunt de terra Ægypti: *quod eos dixiſſe non legitur, ſed animum eorum hunc fuiſſe Deus oſtendit.*

℣. 9. Hic verſiculus non habetur in Græco.

℣. 10. Priora, *Et nunc ſine me*, quæ etiam in Græco, ex Anonymo ſumpta ſunt, qui proximè addit: *Deleam eos, & faciam te in gentem magnam amplioremque quàm hæc eſt.* Tertulliani ſequentia ſimiliter Græco conſonant, niſi quòd poſt *irâ*, ibi legitur, εἰς αὐτούς, *in eos*, & pro *diſperdam*, ἐκτρίψω, *atteram.* Rectè Hieron. in Ezech. 20. to. 3. 834. c. *Dimitte me*, & *iratus furore contra eos, delebo illos*: at in Zach. 11. to. 3. 1776. c. *Dimitte me*, & *diſperdam eos*: & epiſt. ad Dardan. to. 2. p. 610. c. *Dimitte me, ut deleam populum iſtum*, & *faciam te in gentem magnam.* Auguſt. Locut. 128. to. 3. 349. e. *Et nunc ſine me*, & *iratus irâ.* Similiter quæſt. 149. in Exod. 465. e. *Sine me*, & *iratus irâ conteram eos.*

℣. 11. Græc. Καὶ ἐδεήθη Μωυσῆς ἔναντι Κυρίου τοῦ Θεοῦ, (Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. Θεοῦ σου) καὶ εἶπεν· Ἱνατί Κύριε θυμοῖ ὀργῇ εἰς τὸν λαόν σου; S. Pacian. ep. 3. col. 314. d. *Et precatus eſt Moyſes in conſpectu Domini Dei ſui: Quare, Domine, iraſceris ita* (leg. irâ) *in populum tuum?*

℣. 12. Græc. Παῦσαι τῆς ὀργῆς τοῦ θυμοῦ σου, καὶ ἵλεως γενοῦ ἐπὶ τῇ κακίᾳ τοῦ λαοῦ σου.

℣. 13. Additur ibid. *Quibus juraſti dare terram fluentem lac & mel*; at in Græco multò plura, ſcilicet: Μνήσθεις Ἀβραὰμ..... καὶ Ἰακὼβ τῶν σῶν οἰκετῶν, οἷς ὤμοσα κατὰ σεαυτοῦ, καὶ ἐλάλησας πρὸς αὐτοὺς, λέγων· Πολυπληθυνῶ τὸ σπέρμα ὑμῶν ὡσεὶ τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει· καὶ πᾶσαν τὴν γῆν ταύτην ἣν εἶπας δοῦναι αὐτοῖς, καὶ καθέξουσιν αὐτὴν εἰς τὸν αἰῶνα.

℣. 14. Auguſt. quæſt. 142. in Exod. to. 3. 464. c. *Et propitiatus eſt Dominus de malitia, quam dixit facere populo ſuo:* additque, *malitiam hic pœnam intelligi.* S. Pacian. ep. 3. 314. d. *Et propitius factus eſt Dominus de malignitate, quam dixerat facere populo ſuo.* In Græco ſimpliciter: Καὶ ἱλάσθη Κύριος τοῦ ποιῆσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ. At in Mſ. Alex. & Ald. edit. poſt Κύριος, additur περὶ τῆς κακίας, ἧς εἶπε ποιῆσαι, al. ἐπὶ τῇ κακίᾳ ᾗ εἶπε ποιῆσαι.

℣. 15. Vix meliùs è Græco, niſi excipias iſta, καταγεγραμμέναι ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν αὐτῶν, *inſcriptæ ex utriſque partibus earum*; at in Mſ. Alex. γεγραμμέναι, ut ſup. Auguſt. eadem rurſus legit quæſt. 15. in Deut. to. 3. 562. f. præter vocem *earum*, quam delet.

℣. 16. Ita in Gr. ad verbum. Sic etiam iterum apud Auguſt. quæſt. 15. in Deut. 562. f. uno excepto, *eſt ſculpta*, pro *inſculpta*, Gr. κεκολαμμένη. Mſ. Alex. cum Ald. ed. κεκολαμμένη ἐστί.

℣. 19. In Græco ſic: Καὶ ὡνίκα ἤγγισε τῇ παρεμβολῇ, ἑρᾷ τὸν μόσχον καὶ τὰς χορούς· καὶ ὀργισθεὶς θυμῷ Μωυσῆς ἔρριψεν ἀπὸ τῶν χειρῶν αὐτοῦ τὰς δύο πλάκας, καὶ συνέθλασεν αὐτὰς ὑπὸ τὸ ὄρος. Eadem ſic narrat Ambroſ. ep. 66. ad Romul. to. 2. 1055. c. *Cujus rei indignitate percitus, fregit tabulas Moyſes*, & *comminuit vituli caput, atque in pulverem redegit.* Similiter Aug. quæſt. 144. in Exod. to. 3. 464. d. *Iratus quidem Moyſes*, inquit, *videtur tabulas Teſtimonii, digito Dei ſcriptas, collidiſſe atque fregiſſe.....*

℣. 20. Græc. addit: Καὶ λαβὼν τὸν μόσχον ὃν ἐποίησαν, κατέκαυσεν αὐτὸν ἐν πυρὶ, καὶ ἠλέησεν αὐτὸν λεπτὸν, καὶ ἐσπείρεν αὐτὸν ὑπὸ τὸ ὕδωρ, καὶ ἐπότισεν αὐτὸ τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ; quæ Auguſt. ita exprimit, quæſt. 144. in Exod. to. 3. 464. d. dicens: *In ignem miſſum vitulum fuſilem contrivit*, & *in aquam ſparſit, quam populo potum dedit.* Item l. 22. contra Fauſt. c. 93. to. 8. 418. g. *Quid ſibi velit*, inquit, *quod priùs fecit, ut ipſum vitulum igne combureret, minutatimque concideret*, & *in aquam ſpargeret*, & *potum populo daret?* Ambroſ. ep. 66. ad Romul. to. 2. 1055. d. *Abſorbuit populus omnem perfidiam atque ſuperbiam, ne eum abſorberet impietas & arrogantia.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

24. Quibus ego dixi : Quis veſtrûm habet aurum ? Tulerunt, & dederunt mihi : & projeci illud in ignem, egreſſuſque eſt hic vitulus.

25. Videns ergo Moyſes populum quòd eſſet nudatus, (ſpoliaverat enim eum Aaron propter ignominiam ſordis, & inter hoſtes nudum conſtituerat)

26. & ſtans in porta caſtrorum, ait : Si quis eſt Domini, jungatur mihi. Congregatique ſunt ad eum omnes filii Levi :

27. quibus ait : Hæc dicit Dominus Deus Iſraël : Ponat vir gladium ſuper femur ſuum : ite, & redite de porta uſque ad portam per medium caſtrorum, & occidat unuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum.

Deut. 33. 9.

28. Feceruntque filii Levi juxta ſermonem Moyſi, ceciderunt que in die illa quaſi viginti tria millia hominum.

29. Et ait Moyſes : Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino, unuſquiſque in filio, & in fratre ſuo, ut detur vobis benedictio.

30. Facto autem altero die, locutus eſt Moyſes ad populum : Peccaſtis peccatum maximum : aſcendam ad Dominum, ſi quomodo quivero eum deprecari pro ſcelere veſtro.

31. Reverſuſque ad Dominum, ait : Obſecro, peccavit populus iſte peccatum maximum, feceruntque ſibi deos aureos : aut dimitte eis hanc noxam,

32. aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.

VERSIO ANTIQUA.

24..... Qui habet aurum, demat. Et dederunt mihi : & miſi in ignem, & exiit vitulus hic. *Aug. Locut.* 129. 349. *e.*

25. Et cùm vidiſſet Moyſes populum quia diſſipatus eſt, (diſſipavit enim eos Aaron, ut in gaudium venirent adverſariis ſuis) *Idem quæſt.* 145. *in Ex. t.* 3. 464. *e. Ibid. quæſt.* 146. 464. *f.*

26. ſtetit Moyſes ad portas caſtrorum, & dixit : Quis ad Dominum ? paratus veniat ad me. Et convenerunt ad eum omnes filii Levi : *Lucif. Calar. de non parc. in Deum del.* 227. *g.*

27. & dixit eis : Hæc dicit Dominus Deus Iſraël : Ponite unuſquiſque gladium ſuum in femore ſuo ; & pertranſite, & revertimini à porta uſque ad portam per caſtra, & occidite unuſquiſque fratrem ſuum, & unuſquiſque propinquum ſuum, & unuſquiſque proximum ſuum.

28. Et fecerunt filii Levi ſicut dixit eis Moyſes, & ceciderunt de populo in illa die quaſi tria millia hominum.

29. Et dixit eis Moyſes : Conſecraſtis hodie manus veſtras Domino, unuſquiſque in filio, aut in fratre ſuo, ut detur vobis benedictio.

31..... Precor, peccavit populus iſte peccatum magnum, & fecerunt ſibi deos aureos : & nunc ſiquidem remittis illis peccatum illorum, remitte ; *Aug. quæſt.* 147. *in Exod.* 494. *g.*

32. ſin autem, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 24. In Græco primùm, Καὶ εἶπα αὐτοῖς, deinde ſic : Εἴ τινι ὑπάρχει χρυσία, ἀφελέσθε· quæ ita reddit Auguſt. ibid. *Cui ſunt aurea, demite :* ſed cùm addat : *Non dixit quid aurea ; unde Latini Interpretes dixerunt : Qui habet aurum, demat ;* hanc Latinorum ſcripturam ſervavi. Nota in Mſ. Oxon. ac edit. Compl. non χρυσία ſcribi, ſed χρυσίον· reliqua optimè concordant, præter unum *miſi*, pro quo ἔρριψα, *projeci.*

℣. 25. Ita in Græco, præter hoc, ἐπίχαρμα τοῖς ὑπεναντίοις αὐτῶν, loco *ut in gaudium venirent*, &c. ἐπίχαρμα, poteſt etiam verti, *ludibrium, irriſio.* Facund. Hermian. l. 12. Sirmond. to. 2. 808. c. ſic habet : *Vidit Moyſes populum qui diſſipatus eſt : diſſipavit enim eos Aaron, ut eſſent in gaudium adverſariis ſuis.* Forſan legebant, ἐπὶ χάρμα.

℣. 26. In Græco, ἔστη δὲ Μωυσῆς (editt. Ald. & Compl. tollunt δέ) ἐπὶ τῆς αὐλῆς, reliqua ut in Lat. niſi quòd deeſt verbum *paratus*, paulòque poſt legitur, συνῆλθον οὖν, *convenerunt ergo.* Rectè Auguſt. locut. 130. de Exodo, col. 349. e. *Quis ad Dominum ? veniat ad me.* Ambroſ. verò ep. 66. ad Romul. to. 2. col. 1055. e. *Qui paratus eſt à Domino, veniat ad me.* Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. part. 2. c. 4. col. 128. d. *Si quis eſt Domini* (Mſ. 1. *ad Dominum*) *veniat ad me.* In edit. Compl. εἴτις πρὸς Κυρίε.

℣. 27. Ita è Græco verbum è verbo, niſi excipias ſeqq. *dixit*, pro quo λέγει, *dicit ;* in Mſ. tamen Alex. & Ald. edit. εἶπε· ſubinde ἐπὶ τὸν μηρόν, *ſuper femur*, pro *in femore ſuo*, & ἐπὶ, al. εἰς, pro *uſque ad.* Eadem narrat Ambr. ep. 66. ad Romul. to. 2. 1055. e. dicens : *Quòd autem occidi ſeeit à proximis proximos, filios à parentibus, à fratribus fratres ; præceptum evidens, quia præferenda eſt religio neceſſitudini..... unde & ipſe Moyſes ad filios Levi dixit : Qui paratus eſt à Domino, veniat ad me : & dixit illis : Hæc dixit Dominus Deus Iſraël : Imponite unuſquiſque gladium ſuum in femore ſuo, & pertranſite.* Similiter Auguſt. quæſt. 148. in Exod. to. 3. 465. a. *Moyſes interfici juſſit omnem qui, Levitis euntibus ad portam & redeuntibus, occurriſſet armatis.* Apud Auct. l. de promiſſ. part. 2. c. 4. col. 128. d. ſic : *Hæc dicit Dominus : Accipiat unuſquiſque veſtrûm gladium in manu ſua, & pertranſeat à caſtris uſque in caſtra, & percutiat unuſquiſque patrem, fratrem, filium ;* at hæc ex memoria.

℣. 28. Similiter apud Ambroſ. ep. 66. ad Romul. to. 2. 1056. a. *Occiſa ſcribuntur tria millia hominum.* Item apud Optat. l. 3. contra Donat. 61. b. *Tria millia hominum juſſit occidi.* Græcè, εἰς τρεῖς χιλιάδας ἀνδρας, *ad ter mille viros.* Ed. verò Compl. habet τρεῖς χιλιάδες ἀνδρῶν, ut ſup. reliqua quadrant.

℣. 29. Itidem in Græco, præter verbum *conſecraſtis ;* pro quo, ἐπληρώσατε, *impleviſtis*, quod hîc idem valet ac *conſecrare*, teſte Nobilio. Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 4. 128. d. ap. Proſp. rectè : *Impleviſtis manus veſtras hodie Domino, unuſquiſque in filio & in fratre, ut daretur ſuper vos benedictio ;* in Mſ. Rem. *dari vobis benedictionem.* Gr. δοθῆναι ἐφ' ὑμας εὐλογίαν. Nota in Mſ. Alex. ac edit. Compl. legi, υἱῷ ἢ ἐν τῷ ἀδελφῷ, loco ἢ ἐν τῷ, quod eſt in Vat. & al.

℣. 31. In Græco primùm : Ὑπέστρεψε δὲ Μωυσῆς πρὸς Κύριον, καὶ εἶπε, pro quibus Auguſt. ibid. *Moyſes dicit ad Deum.* Sequitur in Græco : Δέομαι, Κύριε, ἡμάρτηκεν, &c. ut in Lat. Mſ. tamen Alex. delet αὐτῶν, poſt 2. *peccatum*, uti Cyprianus qui l. de lapſ. p. 187. b. ſic legit : *Precor, Domine, deliquit populus hic delictum grande, & fecerunt ſibi deos aureos : & nunc ſi dimittis eis delictum, dimitte :* ſic iterum epiſt. ad Fortunat. p. 264. c. & l. 1. Teſtim. p. 216. a. præter unum &, poſt *grande*, quod delet. Præterea poſteriori loco, poſt *aureos*, addit, & *argenteos*, quod in prioribus duobus locis deeſt ; & pro *dimittis eis*, legit *dimittis ei.* Auguſt. Locut. 131. col. 349. f. conſtanter, *fecerunt ſibi deos aureos*, ut in Græco. Ambroſ. l. 1. de pœnit. to. 2. col. 402. a. addit : *Et nunc ſi dimittis illis peccatum, dimitte.* Hieron. in Ezech. 20. to. 3. col. 835. a. & in Jonæ c. 1. to. 3. col. 1472. d. *Si dimittis eis peccatum, dimitte :* & quæſt. 9. ad Algaſ. to. 4. col. 203. d. *Si dimittis eis peccatum ſuum, dimitte.* Eucher. quæſt. in N. Teſt. col. 850. h. *Et nunc, Domine, ſi quidem dimittes illis peccata illorum, dimitte.* Ferrand. Diac. ep. ad Regin. col. 166. *Obſecro, Domine, ſi dimittis eis peccatum, dimitte.*

℣. 32. Itidem Græcè. Sic etiam legit Cypr. tum l. de lapſ. p. 187. b. tum ep. ad Fortunat. p. 264. c. & l. 1. Teſtim. p. 216. a. niſi quòd tollit vocem *tuo*, poſt *libro ;* in quibuſdam etiam Græcis deeſt σοῦ. Tertul. l. de fug. in perſ. p. 973. a. iiſdem alludit, dicens : *Si perdis hunc populum, & me pariter cum eo diſperde.* Item l. 2. contra Marc. p. 654. b. *Non facies enim iſtud, aut me unà cum eis impende.* Ambroſ. l. 1. de pœnit. to. 2. col. 402. a. *Sin autem, dele me de libro vitæ :* at l. 3. de Spir. S. to. 2. col. 677. c. *Dele me de libro tuo, ſi non parcis huic populo.* Hieron. in Ezech. 20. to. 3. col. 835. a. *Sin autem non vis, me dele de libro tuo quem ſcripſiſti :* ſimiliter quæſt. 9. ad Algaſ. to. 4. col. 203. d. præter hoc, *Si autem..... dele me,* At in Jonæ c. 1. to. 3. 1472. d. *Sin autem non dimittis, & me dele de libro tuo quem ſcripſiſti.* In Mſ. Alex. ἐξάλειψον καί

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

S. Cypr. l. de lapſ. 187. b. 33. Et dixit Dominus ad Moyſen : Si quis deliquerit ante me, deleam eum de libro meo :

Hilar. in Pſ. 124. 404. e. 34..... ecce angelus meus antecedet te.....

Aug. quæſt. 148. in Ex. t. 3. 465. a. 35. Et percuſſit Dominus populum propter facturam vituli, quem fecit Aaron.

VULGATA NOVA.

33. Cui reſpondit Dominus : Qui peccaverit mihi, delebo eum de libro meo :

34. tu autem vade, & duc populum iſtum quò locutus ſum tibi : angelus meus præcedet te. Ego autem in die ultionis viſitabo & hoc peccatum eorum.

35. Percuſſit ergo Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

με. S. Paulin. ep. 12. 65. b. *Domine, dimitte illis, aut dele me de libro tuo.* S. Pacian. ep. 2. 309. a. *Dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.* Eucher. quæſt. in N. T. 850. h. *Sin autem, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.* Caſſiod. *Si huic populo non parcis, dele me de libro viventium.* Ferrand. Diac. ep. ad Regin. p. 166. *Sin autem, dele me de libro tuo, quem ſcripſerunt manus tuæ.*

℣. 33. Ita conſtanter Cyp. tum ep. ad Fortun. 264. c. tum l. 1. Teſtim. 216. a. excepto uno *deliquit*, prò *deliquerit*, juxta Græc. ἡμάρτηκε. Subinde in Græco : ἐξαλείψω αὐτὸς, *delebo eos*, pro *deleam eum*. At in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. ἐξαλείψω αὐτόν. Similiter habet S. Pacian. paræn. ad pœnit. 316. a. *Si quis deliquerit ante me, delebo illum de libro meo.* Ambroſiaſt. p. 81. d. *Si quis peccaverit ante me, deleam eum de libro meo.*

℣. 34. Græc. Ἰδὺ ὁ ἄγγελός μυ πορευέσθαι πρὸ προσώπυ συ. i. e. *Ecce Angelus meus præcedet ante faciem tuam.*

℣. 35. Ad verbum è Græco.

CAPUT XXXIII.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 31. in Joſue t. 3. 588. e. 1. ET dixit Dominus ad Moyſen : Vade, & aſcende hinc tu, & populus tuus quos eduxiſti de terra Ægypti, in terram quam juravi Abraham, & Iſaac, & Jacob, dicens : Semini veſtro dabo eam :

2. & ſimul mittam ante faciem tuam angelum meum, & ejiciet Amorrhæum, & Cetthæum, & Phereſæum, & Gergeſæum, & Evæum, & Jebuſæum, & Chananæum,

Aug. quæſt. 150. in Exod. 466. b. 3. & introducet te in terram fluentem lac & mel. Non enim aſcendam tecum, quia populus dura cervice es : ut non deleam te in via.

Lucif. Calar. de non conven. cum hæret. 220. g. h. 5. Et dixit Dominus ad Moyſen : Dic filiis Iſraël : Vos populus duræ cervicis, videte ne aliam plagam inducens ſuper vos, deleam vos. Nunc ergo deponite ſtolas gloriæ veſtræ, & ornamentum, & oſtendam quæ facturus ſum vobis.

6. Et abſtulerunt filii Iſraël ornamentum ſuum, & ſtolas à monte Choreb.

7. Et ſumens tabernaculum Moyſes, fixit illud extra caſtra, longè à caſtris ; & appellatum eſt Tabernaculum teſtimonii. Et fiebat ut omnis quicunque quærebat Dominum, ibat ad Tabernaculum teſtimonii, foras extra caſtra.

VULGATA NOVA.

1. LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens : Vade, aſcende de loco iſto tu, & populus tuus quem eduxiſti de terra Ægypti, in terram quam juravi Abraham, Iſaac, & Jacob, dicens : Semini tuo dabo eam : *Gen.*

2. & mittam præcurſorem tui angelum, ut ejiciam Chananæum, & Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, & Hevæum, & Jebuſæum, 12. 7. *Sup.* 32. 34. *Deut.* 7. 22. *Joſ.* 24. 11.

3. & intres in terram fluentem lacte & melle. Non enim aſcendam tecum, quia populus duræ cervicis es : ne fortè diſperdam te in via. *Sup.* 22. 9. *Deut.* 9. 13.

4. Audienſque populus ſermonem hunc peſſimum, luxit : & nullus ex more indutus eſt cultu ſuo.

5. Dixitque Dominus ad Moyſen : Loquere filiis Iſraël : Populus duræ cervicis es, ſemel aſcendam in medio tui, & delebo te. Jam nunc depone ornatum tuum, ut ſciam quid faciam tibi.

6. Depoſuerunt ergo filii Iſraël ornatum ſuum à monte Horeb.

7. Moyſes quoque tollens tabernaculum, tetendit extra caſtra procul, vocavitque nomen ejus, Tabernaculum fœderis. Et omnis populus, qui habebat aliquam quæſtionem, egrediebatur ad Tabernaculum fœderis, extra caſtra.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter iterum Auguſt. q. 149. & 150. in Exod. col. 465. c. d. 466. a. exceptis his, *Dicit Deus ad Moyſen : Vade, aſcende..... tuus quem eduxiſti..... Abraham, Iſaac*, &c. at locut. 132. de Exod. col. 350. a. *Vade, aſcende hinc tu, & populus tuus, quos eduxiſti de terra Ægypto : non* quem eduxiſti, *quod ita uſitatum eſt*, inquit, *ut rarius aliter dicatur.* Græc. Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς..... Πορευύ, ἀνάβηθι (In Mſ. Alex. ac ed. Compl. πορευύ, deinde in Compl. ἀναβήθι) ἐνταῦθα σὺ, καὶ ὁ λαός συ, οὓς ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτυ, &c. ut in textu primo.

℣. 2. Rurſum Auguſt. quæſt. 150. in Exod. col. 466. b. *Et ſimul mittam angelum meum ante te, & ejiciet Chananæum, & Amorrhæum, & Chettæum*, &c. ut ſup. Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 15. p. 245. c. *Emittam ante te angelum meum.* Gr. Καὶ συναποστελῶ τὸν ἄγγελόν μυ πρὸ προσώπυ συ, (ed. Ald. πρὸ προσώπυ συ τὸν ἄγγελόν μυ, Mſ. Alex. τὸν ἄγγελόν μυ πρότερόν συ) καὶ ἐκβαλεῖ τὸν Ἀμορραῖον, καὶ Χετταῖον, &c. ut ſup. ubi *Chananæus* ultimus omnium ponitur. In Mſ. tamen Alex. ac edit. Ald. primo loco, Χαναναῖον, καὶ Ἀμορραῖον, ut ap. Auguſt. ſup. in Exod.

℣. 3. Græc. Καὶ εἰσάξω σε εἰς γῆν..... ὃ γὰρ μὴ συναναβῶ μετὰ σῦ, &c. ut in Lat. Auguſt. legebat, Καὶ εἰσάξει, quam lectionem confirmare videtur in conſeq. dicens : *Mira profunditas, tanquam miſericordiam majorem poſſet habere angelus, quàm Deus.* Vet. Ireu. Interp. l. 4. c. 15. 245. c. ſimiliter hab. *Non enim aſcendam tecum, quoniam populus duræ cervicis es.* Ambroſ. l. de ben. Patr. c. 2. 515. f. alludens ait : *Vos autem populus dura cervice eſtis.*

℣. 5. Ita Lucif. juxta Ald. ed. in qua, Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Μωυσῆν· Λάλησον τοῖς υἱοῖς, nam in Vat. cod. & al. ſimpliciter, Καὶ εἶπε Κύριος τοῖς υἱοῖς· ſubinde pro *inducens..... deleam*, ἐπάξω ἐγὼ..... καὶ ἐξαναλώσω· & infra, pro *gloriæ veſtræ*, τῶν δοξῶν ὑμῶν, in plurali : demum δείξω σοι ἃ ποιήσω σοι, pro *quæ facturus ſum vobis :* in Ald. edit. deeſt 1. σοί. Aug. Loc. 133. to. 3. 350. a. ſic legit : *Et dixit Dominus : Deponite ſtolas gloriarum veſtrarum, & cultum ; & oſtendam quæ facturus ſum tibi.* Mox addit : *A plurali ad ſingularem numerum locutionem terminavit, quia multi erant, & populus erat, ſicut eis dixerat :* Vos populus dura cervice ; *non dixit*, tu populus, *ſed* vos populus, *cùm* vos, *numeri ſit pluralis*, populus *autem numeri ſingularis.*

℣. 6. Ita in Græco, præter unum στεῖσολήν, pro *ſtolas*, in edit. Compl. σολήν.

℣. 7. Eadem ſunt in Græco, præter ſeqq. Καὶ λαβὼν Μωυσῆς τὴν σκηνὴν αὐτῦ, (edit. Compl. delet αὐτῦ) ἐπῆξεν ἔξω τῆς..... καὶ ἐγένετο, πᾶς ὁ ζητῶν Κύριον ἐξεπορεύετο εἰς τὴν σκηνὴν, τὴν ἔξω τῆς παρεμβολῆς. Ambroſ. ep. 63. to. 2. col. 1047. e. his alludens, ait : *Moyſes ſolus, qui Deum videbat, extra caſtra habebat tabernaculum, quando loquebatur cum Deo.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

8. Cùmque egrederetur Moyſes ad tabernaculum, ſurgebat univerſa plebs, & ſtabat unuſquiſque in oſtio papilionis ſui, aſpiciebantque tergum Moyſi, donec ingrederetur tentorium.

9. Ingreſſo autem illo tabernaculum fœderis, deſcendebat columna nubis, & ſtabat ad oſtium, loquebaturque cum Moyſe,

10. cernentibus univerſis quòd columna nubis ſtaret ad oſtium tabernaculi. Stabantque ipſi, & adorabant per fores tabernaculorum ſuorum.

11. Loquebatur autem Dominus ad Moyſen facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum. Cùmque ille reverteretur in caſtra, miniſter ejus Joſue filius Nun, puer, non recedebat de tabernaculo.

12. Dixit autem Moyſes ad Dominum: Præcipis ut educam populum iſtum: & non indicas mihi quem miſſurus es mecum, præſertim cùm dixeris: Novi te ex nomine, & inveniſti gratiam coram me.

13. Si ergo inveni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam, ut ſciam te, & inveniam gratiam ante oculos tuos: reſpice populum tuum gentem hanc.

14. Dixitque Dominus: Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi.

15. Et ait Moyſes: Si non tu ipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto.

16. In quo enim ſcire poterimus ego & populus tuus inveniſſe nos gratiam in conſpectu tuo, niſi ambulaveris nobiſcum, ut glorificemur ab omnibus populis qui habitant ſuper terram?

17. Dixit autem Dominus ad Moyſen: Et verbum iſtud, quod locutus es, faciam: inveniſti enim gratiam coram me, & teipſum novi ex nomine.

VERSIO ANTIQUA.

8. Cùm autem egrediebatur foras de tabernaculo Moyſes, ſtabat omnis populus ſpeculans unuſquiſque ad oſtium tabernaculi ſui, conſiderabant euntem Moyſen, uſque dum introiret tabernaculum. *Lucif. Cal. ubi ſup.*

9. Mox autem cùm introiiſſet in tabernaculum Moyſes, deſcendebat columna nubis, & ſtabat in janua tabernaculi, & loquebatur Moyſi:

10. & videbat omnis populus columnam nubis ſtantem in janua tabernaculi. Et ſtans totus populus, adoravit unuſquiſque ad oſtium tabernaculi.

11. Et locutus eſt Dominus ad Moyſen facie ad faciem, quemadmodum quis loquitur ad amicum ſuum. Miniſter autem Jeſus filius Nave, junior, non exibat de tabernaculo.

12. Et dixit Moyſes ad Dominum: Ecce tu mihi dicis: Deduc populum hunc: Tu autem non demonſtraſti mihi quem ſimul mittas mecum: Tu autem dixiſti mihi: Scio te præ omnibus, & gratiam habes apud me. *Aug. quæſt. 151. in Exod. t. 3. 466. d. e. ſeqq.*

13. Si ergo inveni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi temetipſum, manifeſtè ut videam te, ut ſim inveniens gratiam ante te; & ut ſciam quia populus tuus eſt gens hæc.

14. Et ait: Ipſe antecedam te, & requiem tibi dabo. *Idem quæſt. 154. 467. c.*

15. Et ait: Si non tu ipſe ſimul veneris nobiſcum, ne me educas hinc.

16. Et quomodo ſcietur verè, quia inveni gratiam apud te, ego & populus tuus, niſi tu pariter nobiſcum fueris? & gloriabimur ego & populus tuus præ omnibus gentibus quæ ſunt ſuper terram. *Hyppognoſt. l. 3. ap. Aug. t. 10. 23. c. d.*

17..... Et hoc verbum tibi, quod dixiſti, faciam: inveniſti enim gratiam in conſpectu meo, & ſcio te præ omnibus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. Nonnulla diſſimilia in Græco, en verba: Ἡνίκα δ' ἂν εἰσεπορεύετο Μωυσῆς εἰς τὴν σκηνὴν ἔξω τῆς παρεμβολῆς, (In Mſ. Alex. deeſt ἔξω τῆς παρεμβολῆς) εἱστήκει πᾶς ὁ λαὸς σκοπεύοντες ἕκαστος παρὰ τὰς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ· καὶ κατενόουν (Mſ. Alex. cum edit. Ald. κατενόουν) ὀπίσθιος Μωυσῆ, ἕως τοῦ εἰσελθεῖν αὐτὸν εἰς τὴν σκηνήν. ℣. 9. Gr. Ὡς δ' ἂν εἰσῆλθε Μωυσῆς εἰς τὴν..... καὶ ἵστατο ἐπὶ τὴν θύραν, &c. ut ſup. edit. Compl. ἐπὶ τῆς θυρας, Ald. cum Mſ. Alex. ἐπὶ τῶν θυρῶν. Ambroſ. in Pſ. 43. col. 899. c. *Cùm ipſe intraret in tabernaculum ſuum, deſcendebat ad eum columna nubis, & ſtabat in oſtio tabernaculi.* ℣. 10. Itidem Græcè, præter poſtrema, Καὶ σάντες πᾶς ὁ λαὸς, προσεκύνησαν ἕκαστος ἀπὸ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ· at in edit. Compl. ſic: καὶ σὰς..... προσεκύνησεν ἀπὸ, &c. Apud Ambroſ. in Pſ. 43. 899. c. *Et ſtans totus populus, adoraverunt unuſquiſque ad oſtium tabernaculi ſui.*

℣. 11. In Gr. loco *quemadmodum quis*, &c. legitur ὡς εἴ τις καλέσαι πρὸς τὸν ἑαυτοῦ φίλον· tum ſeq. καὶ ἀπελύετο εἰς τὴν παρεμβολήν, & *revertebatur ad caſtra*, quod omittit Lucif. reliqua quadrant, niſi quòd pro *miniſter*, ſcriptum θεράπων, & pro *junior*, νέος. Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 20. 255. b. c. *Et verbum quidem*, inquit, *loquebatur Moyſi, apparens in conſpectu, quemadmodum ſi quis loquatur ad amicum ſuum.* Tertul. adverſ. Prax. 850. b. ait, *Dominum ad Moyſen locutum coram, velut ſi quis loquatur ad amicum ſuum.* Aug. verò l. 2. de Trin. to. 8. 787. g. 788. b. ut ſup. *Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, facie ad faciem, ſicut quis loquitur ad amicum ſuum.* Similiter ep. 147. to. 2. 478. c.

℣. 12 Vix meliùs è Græco. Eadem rurſus leguntur in Hypognoſt. l. 3. apud Aug. to. 10. 23. b. exceptis his: *Quem ſimul dimittas mecum; & dixiſti mihi.*

℣. 13. Ita rurſum legit Aug. l. 2. de Trin. to. 8. 787. g. ſeqq. excepto uno *ante te*, pro *in conſpectu tuo.* Item l. 12. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. col. 317. b. uſque ad *ut ſim*, &c. cum hoc *in conſpectu tuo.* In Græco circa finem deeſt, ἐστ, additurque τὸ μέγα, poſt *gens*, quod tamen delet ed. Ald. reliqua quadrant ad verbum. *Quod* autem *habet Græcus*, γνωσῶς, inquit Aug. in quæſt. *hoc quidam Latini interpretati ſunt*, manifeſtè, *cùm Scriptura non dixerit*, φανερῶς: *potuit ergo fortaſſe aptiùs dici: Si inveni gratiam..... oſtende mihi temetipſum, ſcienter ut videam te*, &c. Item quæſt. 9. in Deut. to. 3. 558. f. ſcribit: *Si inveni gratiam ante te, oſtende mihi temetipſum, ut ſcienter videam te:* at tract. 3. in Joh. to. 3. p. 2. 310. d. ut ſup. *Si inveni gratiam in conſpectu tuo, oſtende..... manifeſtè ut videam te.* Similiter ep. 147. ad Paulin. to. 2. 481. d. excepto uno *ante te:* Item quæſt. 154. in Exod. col. 466. f. ſed cum duplici, *in conſpectu tuo*, initio, & infra. Tertul. l. adverſ. Prax. 850. a. ſic: *Si ergo inveni gratiam coram te, manifeſta mihi te, ut cognoſcenter videam te.* Itidem l. 4. adverſ. Marc. 717. a. Nota in Gr. loco *manifeſta*, ſcribi ἐμφάνισον, al. δεῖξον. Apud Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. 924. f. *Demonſtra te mihi.* Apud Hieron. in Iſai. 65. to. 3. 479. g. *Si inveni gratiam apud te, oſtende te mihi manifeſtè, ut videam te.* In Hypognoſt. l. 3. apud Auguſt. to. 10. 23. b. c. *Nunc ergo ſi inveni gratiam*, &c. ut in textu primo, niſi quòd deletur &, ante hoc, *ut ſciam;* & poſt *tuus*, adduntur ſeqq. & *gens hæc habeat gratiam apud Deum*, quæ abſunt ab al. & Gr.

℣. 14. Similiter in Græco.

℣. 15. In Gr. primùm, καὶ λέγει πρὸς αὐτόν· reliqua ut in Lat. excepto uno *nobiſcum*, quod deeſt; ſed in Mſ. Alex. additur μεθ' ἡμῶν. Apud Hilar. in Pſ. 124. 404. e. ſic: *Cùm ei Dominus dixiſſet: Ecce angelus meus antecedet te; & ille reſpondit: Niſi tu mecum ambulaturus es, ne me expellas hinc.* In Hypognoſt. l. 3. apud Aug. to. 10. p. 23. c. *Niſi ipſe exeas nobiſcum, ne me educas hinc.*

℣. 16. In Gr. ſic, Καὶ πῶς γνωσθήσεται ἀληθῶς, ὅτι..... ἐγώτε καὶ ὁ λαός σου, ἀλλ' ἢ συμπορευομένου σου μεθ' ἡμῶν; καὶ ἐνδοξασθήσομαι ἐγώτε καὶ ὁ..... παρὰ πάντα τὰ ἔθνη ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς ἐστι.

℣. 17. Græc. præfert: Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Μωυσῆν, reliqua ut in Lat. Tertul. l. 4. adverſ. Marc. habet: *Hunc ſermonem quem dixiſti, faciam tibi.* Auguſt. quæſt. 154. in Exod. to. 3. 467. c. ut ſup. *Et hoc tibi verbum quod dixiſti, faciam:* & l. 12. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. 317. b. addit:

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

18..... Oſtende mihi gloriam tuam.

Aug. quæſt. 154. in Exod. t. 3. 467. b. ſeq.

19..... Ego tranſibo ante te gloriâ meâ, & vocabo nomine Domini in conſpectu tuo : & miſerebor cui miſertus ero, & miſericordiam præſtabo cui miſericordiam præſtitero.

Aug. l. 2. de Trin. t. 8. 788. d. e. ſeq.

20. Et ait : Non poteris videre faciem meam, & vivere : non enim videbit homo faciem meam, & vivet.

21. Et ait Dominus : Ecce locus penes me eſt, & ſtabis ſuper petram.

22. Statim ut tranſiet mea majeſtas, & ponam te in ſpecula petræ, & tegam manu mea ſuper te, donec tranſeam :

23. & auferam manum meam, & tunc videbis poſteriora mea : nam facies mea non apparebit tibi.

VULGATA NOVA.

18. Qui ait : Oſtende mihi gloriam tuam.

19. Reſpondit : Ego oſtendam omne bonum tibi, & vocabo in nomine Domini coram te : & miſerebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. *Rom. 9. 15.*

20. Rurſumque ait : Non poteris videre faciem meam : non enim videbit me homo, & vivet.

21. Et iterum : Ecce, inquit, eſt locus apud me, & ſtabis ſupra petram.

22. Cùmque tranſibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dexterâ meâ, donec tranſeam :

23. tollamque manum meam, & videbis poſteriora mea : faciem autem meam videre non poteris.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Inveniſti enim gratiam, &c. ut ſup.

℣. 18. Similiter habet Tertul. l. 4. adverſ. Marc. 717. a. Gr. præponit hoc, Καὶ λέγει, & loco *gloriam tuam*, ſimpliciter habet σεαυτὸν, *te ipſum*. At in Mſ. Alex. nec non editt. Compl. & Ald. ſic : Δεῖξόν μοι τὴν σεαυτοῦ δόξαν, *oſtende mihi tui ipſius gloriam*. Nota in cod. Vat. ſcribi, ἐμφάνισόν μοι, *patefac mihi*, ut ſup. ℣. 13. non δεῖξον. Rurſus Aug. l. 12. de Gen. ad lit. to. 3. p. 1. 317. b. *Reſpondit ei : Oſtende mihi claritatem tuam ;* at l. 2. de Trin. to. 8. 788. e. & ſeqq. *Oſtende mihi majeſtatem tuam.*

℣. 19. Adde primùm è Græco : Καὶ εἶπε, pro quo Aug. ibid. *Reſpondit ei Dominus ;* ſubinde pro *ante te*, Græcè, πρόσερός σε, *prior te :* & pro, *nomine Domini in conſpectu tuo*, τῷ ὀνόματί μου, Κύριος ἐναντίον σου, *nomine meo*, *Dominus coram te ;* in Mſ. tamen Alex. & Ald. edit. ſic : τῷ ὀνόματι Κυρίου ἐναντίον σου, in Oxon. ἐν τῷ ὀνόματί μου Κύριον, in Compl. ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, Κύριος. Tertul. l. 4. adverſ. Marc. 717. a. hab. *Ego præcedam in gloria mea.* Ambroſ. l. de Spir. S. to. 2. 627. f. *Ego antecedam te in nomine meo*, & *vocabo in nomine meo Dominum in conſpectu meo :* vel ut in quibuſdam Mſs. *invocabo te*, *nomine meo*, *Domine :* & in Pſ. 118. to. 1. 1229. f. addit : *Miſerebor cui miſertus ero.* Fulg. l. 2. de verit. præd. c. 5. p. 461. *Miſerebor cui miſereor*, & *miſericordiam præſtabo cujus miſerebor.* Ad hæc autem ultima verba Auguſt. quæſt. 154. in Exod. 468. a. b. dicit : *Utrùm hoc idem repetere voluerit cùm addidit :* Miſericordiam præſtabo, cui miſericordiam præſtitero, *vel ſicut alii interpretati ſunt*, cui miſericors fuero : *an aliquid interſit, neſcio. Quod enim Græcâ linguâ duobus verbis dictum eſt*, ἐλεήσω, & οἰκτειρήσω, *quod unum atque idem videtur ſignificare, non potuit Latinus diverſis verbis dicere*, & *diverſis modis eandem miſericordiam repetivit : ſi autem diceretur*, Miſerebor cui miſereor, & miſerebor cui miſertus ero, *non ſatis commodè dici videretur. Et tamen fortiùs ille ipſe ibi ſenſus eſt, quòd aut ipſius miſericordiæ ſuæ firmitatem Deus iſta repetitione monſtravit, ſicut* amen amen, *ſicut* fiat fiat, &c.

℣. 20. Rectè è Græco, niſi quòd in ipſo deeſt, & *vivere*, & pro *videbit*, hab. ἴδῃ, *viderit :* non etiam ſibi conſtare videtur Aug. nam in Pſ. 138. to. 4. 1538. b. legit : *Non potes videre faciem meam : nemo enim vidit faciem meam*, & *vixit ;* at quæſt. 54. in Jud. to. 3. 622. c. *Nemo poteſt faciem meam videre*, & *vivere ;* quæſt. verò 154. in Exod. to. 3. 468. d. *Non poteris videre faciem meam ; non enim videbit homo.....* & *vivet :* at l. 12. de Gen. ad lit. to. 3. p. 1. 317. b. c. *Non poteris videre faciem meam*, & *vivere : non enim videbit.....* & *vivet.* Tertul. adverſ. Prax. 850. a. ſic : *Non potes videre faciem meam : non enim videbit homo faciem meam*, & *vivet ;* iterum ibid. *Deum enim nemo videbit*, & *vivet.* Similiter infra p. 851. b. 856. a. ſed abſque *enim ;* item l. 2. adverſ. Marc. 655. a. & l. 5. 801. b. at lib. 4. 717. a. *Cæterùm Dei faciem, nemo homo videbit me*, & *vivet.* Vet. Iren. Interp. l. 1. c. 19. p. 90. d. 91. a. & l. 4. c. 20. 254. d. *Nemo videbit Deum*, & *vivet ;* at infra p. 256. e. *Nemo videt*, &c. & p. 255. c. *Non enim videt homo faciem meam*, & *vivet.* Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. 924. b. ſic : *Non potes videre faciem meam : non enim videbit faciem meam homo*, & *vivet ;* & in Pſ. 118. 1061. c. *Nemo videbit faciem meam*, & *vivet ;* & infra 1063. d. *Nemo hominum videbit*, &c. at l. 5. de fide, to. 2. 594. f. *Sed nemo videre poteſt faciem meam*, & *vivit ;* & l. de bon. mor. c. 11. to. 1. 410. b. *Quis enim videbit vultum meum*, & *vivet ?* Hilar. in Pſ. 118. 289. b. *Nemo hominum videbit faciem meam*, & *vivet ;* & in Pſ. 139. p. 533. c. *Nemo videbit hominum*, &c. at in Pſ. 138. p. 514. a. *Quis eſt homo qui videbit faciem meam*, & *vivet ?* Hieron. l. 3. contra Pelag. to. 4. p. 541. d. *Non potes videre faciem meam ; non enim videbit homo faciem meam*, & *vivet.* Victorin. Afric. l. 4. adverſ. Arium, 282. g. *Faciem meam non videbitis : quis enim faciem meam vidit*, & *vixit ?* Phœbad. Agin. contra Arian. 303. h. *Nemo poteſt faciem meam videre, quia nemo qui eam viderit, vivet.* Maxim. Taurin. 5. d. *Tu autem non poteris videre faciem meam.* Denique Auct. lib. de fid. orthod. ap. Ambroſ. to. 2. 354. d. *Non poteris videre*, &c. ut ſup. in textu, omiſſo uno & *vivere.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 33. p. 139. c. *Nemo videbit faciem meam*, & *vivet.*

℣. 21. In Græco deeſt, *eſt*, cum ſeq. & ; Mſ. verò Alex. cum edit. Ald. retinet &. Similiter apud ipſum Auguſt. q. 154. in Exod. to. 3. 468. d. & l. de Gen. ad lit. to. 3. col. 317. b. c. *Ecce locus penes me*, & *ſtabis ſuper petram.* Apud Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. 924. d. *Ecce locus apud me, ſtabis in petra.*

℣. 22. Eadem rurſus habet Aug. l. 12. de Gen. ad lit. to. 3. p. 1. 317. b. excepta voce *ſpelunca*, pro *ſpecula ;* in editt. pariter legebatur ſup. *ſpelunca*, ſed hoc ſolùm loco : nam in aliis inferiùs locis, ſicut in vet. pleriſque codd. legitur *ſpecula ;* unde Auguſt. ibid. p. 789. d. ait : *In ſolido fidei fundamento ſtantes, quod ſignificat petra ;* & *eam de tali tutiſſima ſpecula intuentes*, &c. fortè in quibuſdam Græcis tunc ſcriptum erat, εἰς σκοπὴν, non εἰς ὀπὴν, ut nunc legitur in editt. Rom. & Ald. Attamen idem Auguſt. quæſt. 154. in Exod. to. 3. 468. e. f. 469. a. ſic leg. *Statim ut tranſiet gloria mea*, & *ponam te in caverna petræ*, & *tegam*, &c. ut ſupra ; tum addit : *Caverna petræ munimen firmiſſimum ſignificat ; alii autem*, inquit, *interpretati ſunt*, in ſpecula petræ ; *ſed Græcus habet*, ὀπὴν, *hoc autem* foramen *vel* cavernam *rectiùs interpretamur :* foramen autem, τρύπημα, διάῤῥηξις, quidam dictum volunt, quòd per illud tranſeat viſus. Demum Auguſt. quæſt. 164. col. 471. b. ait : *In ſermonibus Dei non ſunt ad proprietatem operum omnia revocanda, ſicut nec illud de petra*, & *caverna ejus :* & in Pſ. 138. to. 4. 1538. b. hab. *Sed ponam te in ſpelunca petræ*, & *tranſibo*, & *ponam ſuper te manum meam.* Græcè : Ἡνίκα δ' ἂν παρέλθῃ ἡ δόξα μου, καὶ θήσω σε εἰς ὀπὴν τῆς πέτρας, καὶ σκεπάσω τῇ χειρί μου ἐπὶ σὲ, ἕως ἂν παρέλθω. *Statim ut autem tranſierit gloria mea*, &c. At Auguſt. conſtanter tollit *autem*, jungitque iſta cum antecedentibus : *Cùm jam dixiſſet*, inquit, *Stabis ſuper petram, ſtatim ut tranſiet gloria mea ; ubi intelligitur poſt tranſitum ſuum promiſiſſe ſuper petram ſtabilitatem.* Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 20. 255. c. ait : *Moyſes cupivit manifeſtè videre eum, qui ſecum loqueretur*, & *dictum eſt ei : Sta in loco alto petræ*, & *manu mea contegam ſuper te : quando verò tranſierit claritas mea*, (Feuard. & Voſſ. *gloria*) *tunc videbis quæ ſunt poſteriora mea ;* quæ ultima pertinent ad ℣. ſeq. Item infra addit : *In noviſſimis temporibus, videbit eum homo in altitudine petræ.* Ambroſ. in Pſ. 43. 924. d. *Et cùm tranſierit gloria mea, ponam te in cavernam petræ*, & *operiam te manu mea, donec tranſeam :* at l. 3. de Spir. S. to. 2. 671. c. *Ponam te in foramine petræ*, & *protegam manum meam ſuper te ;* mox ita : *Poſui manum meam ſub tegumento petræ.* Hieron. in Eccleſiaſt. to. 2. 783. b. *Ponam te in foramine petræ.*

℣. 23. Gr. Vat. delet *meam ;* ſed editt. Compl. & Ald. addunt μοῦ, in omnibus autem legitur, δὲ, pro *nam*, & pro *apparebit*, ὀφθήσεται, *videbitur.* Auguſt. utramque ſcripturam tuetur ; nempe l. 12. de Gen. ad litt. to. 3. p. 1. 317. b. c. ubi eadem ſunt quæ ſupra, detracta tantùm voce *meam :* at quæſt. 154. in Exod. to. 3. 468. f. g. præter vocem *meam*, quam delet, inſuper legit : *Facies autem mea non videbitur tibi*, ut in Græco. Item Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 20. 255. c. *Tunc videbis quæ ſunt poſteriora mea : facies autem mea non videbitur tibi ;* ſed addit : *Non enim videt homo*

Digitized by Google

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

faciem meam, & vivet: quæ pertinent ad ℣. 20. sup. Tertul. l. 4. adverſ. Marc. 717. a. hab. *Et tunc videbis poſteriora mea.* Hieron. in Eccleſiaſt. to. 2. 783. b. *Et ſic poſteriora mea videbis.* Victorin. Afr. l. 4. contra Arium, p. 288. a. *Poſterganea mea videbis.* Ambroſ. denique in Pſ. 43. to. 1. 924. d. *Et tollam manum meam, & videbis poſteriora mea: faciem autem meam videre non poteris.*

CAPUT XXXIV.

VULGATA NOVA.

Deut. 10. 1. 1. AC deinceps: Præcide, ait, tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum, & ſcribam ſuper eas verba, quæ habuerunt tabulæ quas fregiſti.

2. Eſto paratus manè, ut aſcendas ſtatim in montem Sinai, ſtabiſque mecum ſuper verticem montis.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET dixit Dominus ad Moyſen: Excide tibi duas tabulas lapideas, ſicut & priores, & adſcende ad me in montem; & ſcribam in tabulis verba, quæ erant in tabulis prioribus quas tu contriviſti. *Aug. quæſt. 15. in Deut. t. 3. 562. b.*

2..... tu autem ſta hîc mecum..... *Hilar. in Pſ. 133. 465. e.*

VULGATA NOVA.

3. Nullus aſcendat tecum, nec videatur quiſpiam per totum montem: boves quoque & oves non paſcantur è contra.

4. Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant: & de nocte conſurgens aſcendit in montem Sinai, ſicut præceperat ei Dominus, portans ſecum tabulas.

VULGATA NOVA.

5. Cùmque deſcendiſſet Dominus per nubem, ſtetit Moyſes cum eo invocans nomen Domini.

6. Quo tranſeunte coram eo, ait: Dominator Domine Deus, miſericors & clemens, patiens & multæ miſerationis, ac verax,

Deut. 5. 10. Jer. 32. 18. Pſ. 142. 2. 7. qui cuſtodis miſericordiam in millia: qui aufers iniquitatem, & ſcelera, atque peccata, nulluſque apud te per ſe innocens eſt: qui reddis iniquitatem patrum filiis ac nepotibus, in tertiam & quartam progeniem.

Deut. 5. 9. 8. Feſtinuſque Moyſes, curvatus eſt pronus in terram, & adorans

Jer. 32. 18. 9. ait: Si inveni gratiam in conſpectu tuo Domine, obſecro ut gradiaris nobiſcum (populus enim duræ cervicis eſt) & auferas iniquitates noſtras atque peccata, noſque poſſideas.

Deut. 5. 2. Jer. 32. 40. 10. Reſpondit Dominus: Ego inibo pactum videntibus cunctis, ſigna faciam quæ nunquam viſa ſunt ſuper terram, nec in ullis gentibus: ut cernat populus iſte, in cujus es medio, opus Domini terribile quod facturus ſum.

VERSIO ANTIQUA.

5..... deſcendit Dominus in nube, & aſtitit juxta Moyſen, & invocavit Moyſes nomen Domini. *Hieron. in Ezech. 18. t. 3. 813. f. 814. f.*

6. Et tranſiit Dominus ante faciem ejus, & invocavit eum, dicens: Domine Deus, miſerator & miſericors, patiens & multæ miſericordiæ, & verax,

7. & juſtitiam ſervans, & miſericordiam in millia, auferens iniquitates, & injuſtitias, & peccata: & non emundabit reum, reddens iniquitates patrum ſuper filios, & ſuper filios filiorum, in tertiam & quartam generationem.

9..... Si inveni gratiam in conſpectu tuo, ſimul ambulet Dominus meus nobiſcum; populus hic dura cervice eſt..... *Aug. Locut. 134. t. 3. 350. b. Ambr. epiſt. 41. 960. f.*

10..... coram omni populo tuo, faciam glorioſa..... omnis populus in quibus es..... *Aug. quæſt. 156. in Ex. t. 3. 469. g.*

VULGATA NOVA.

11. Obſerva cuncta quæ hodie mando tibi: ego ipſe ejiciam ante faciem tuam Amorrhæum, & Chananæum, & Hethæum, Pherezæum quoque, & Hevæum, & Jebuſæum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Aptè ad Græc. niſi excipiantur voces iſtæ *priores & prioribus*, pro quibus, πρῶτα & πρώτοις. Idem Aug. bene Locut. 142. to. 3. col. 350. e. *Excide tibi duas tabulas ſicut & primæ;* tum addit: *ſubauditur*, fuerunt; *unde hoc verbum*, inquit, *noſtri Interpretes etiam addendum putaverunt, quoniam inuſitata eſt in lingua Latina talis ellipſis:* at q. 154. in Exod. to. 3. 469. e. f. legit: *Et dixit..... Excide tibi duas tabulas lapideas ſicut & primas;* ſed in Græc. αἱ πρῶται. Hieron. ep. ad Sun. & Fret. ad verbum, *excide*, pro quo Græcè λάξευσον, ait, λαξευτήριον, *dolatorium* dici poſſe..... λαξεύω, propriè, *lapides polio.*

℣. 2. Gr. Καὶ στήσῃ μοι ἐκεῖ, & *ſtabis mihi illic.*

℣. 5. Gr. habet, αὐτῷ ἐκεῖ, *ei illic*, loco *juxta Moyſen;* & pro *invocavit nomen*, ἐκάλεσε τῷ ὀνόματι, *vocavit nomine*, abſque *Moyſes;* cætera ut in Lat.

℣. 6. Græcè ſimpliciter, ἐκάλεσε, *vocavit*, pro *invocavit eum, dicens:* deinde loco *Domine Deus*, &c. ſic: Κύριος ὁ Θεὸς οἰκτίρμων, ἐλεήμων, μακρόθυμος, &c. *Dominus Deus miſericors*, & *miſerator*, *longanimis*, &c. ut ſup. Vet. Iren. Interpr. l. 4. c. 20. 255. b. legit: *Dominus Deus miſericors*, & *pius*, & *magnanimus*, & *magnæ miſerationis*, & *verax.* Fulg. l. 1. de rem. pecc. 364. f. *Dominus Deus indulgens*, & *miſericors*, *patiens*, & *multæ miſericordiæ*, & *verax.* Vigil. Tapſ. contr. Varim. *Quare*, inquit, *in Exodo dictum eſt tertiò*, Domine, Domine, Domine Deus miſerator, & miſericors? & paulò poſt: *Quare*, *dum ter* Domine *diceret*, *poſtea* miſericors *ſingulariter dicit?* &c. quæ lectio confirmatur Mſ. Alex. nec non edd. Ald. & Compl. ubi non ter quidem, ſed bis repetita vox, Κύριος, Κύριος, ὁ Θεός, al. Κύριε, Κύριε.

℣. 7. Mirè conveniunt omnia cum Græco, ſi excipias unum *reddens*, pro quo ἐπάγων, *inducens;* item ſup. pro ſervans, διαλιπών, at in ed. Ald. τηρῶν. Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 20. 255. b. legit: *Juſtitiam ſervans*, & *miſericordiam in millia; auferens injuſtitias*, & *nequitias*, & *peccata.* Fulg. l. 1. de remiſ. pecc. 364. f. *Juſtitiam cuſtodiens*, & *miſericordiam in millia; auferens iniquitates*, & *injuſtitias*, & *peccata. Et non purificabit reum, adducens peccata patrum in filios filiorum, in tertiam & quartam progeniem.* Similiter Aug. q. 155. in Exod. to. 3. 469. f. *Et reum non purificabit*, è Gr. καὶ οὐ καθαριεῖ τὸν ἔνοχον.

℣. 9. In Græco primùm, Καὶ εἶπεν, & *dixit:* ſequentia ut in Lat. ſup. præter unum, γάρ, pro *hic*, ante *dura.*

℣. 10. In Gr. antecedunt iſta: Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Μωυσῆν· Ἰδοὺ ἐγὼ τίθημί σοι διαθήκην· *Et dixit Dominus ad Moyſen: Ecce ego pono tibi teſtamentum:* deinde ut ſup. uſque ad vocem *glorioſa;* tum ſequuntur in Gr. ἃ οὐ γέγονεν ἐν πάσῃ τῇ γῇ, οὐ ἐν παντὶ ἔθνει· οὐ ὄψεσθαι, *quæ non ſunt*

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Aug. quæſt. 157. 470. a. 12. Adtende tibi nequando ponat teſtamentum his qui ſedent ſuper terram.....	12. Cave ne unquam cum habitatoribus terræ illius jungas amicitias, quæ ſint tibi in ruinam:
Philaſtr. Brix. 723. a. 13..... templa eorum deſtruetis, idola frangetis.....	13. ſed aras eorum deſtrue, confringe ſtatuas, lucoſque ſuccide:
Aug. quæſt. 158. in Exod. 470. b. c. 14..... Dominus enim Deus, zelans nomen, Deus zelator eſt.	14. noli adorare deum alienum: Dominus zelotes nomen ejus, Deus eſt æmulator.
15. Ne fortè ponas teſtamentum his qui ſedent ſuper terram, & fornicentur poſt deos eorum.....	15. Ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum: ne, cùm fornicati fuerint cum diis ſuis, & adoraverint ſimulachra eorum, vocet te quiſpiam ut comedas de immolatis. *Sup. 23. 32. Deut. 7. 2.*
	16. Nec uxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis: ne, poſtquam ipſæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in deos ſuos. *3. Reg. 11. 2. Deut. 7. 3.*
Aug. Locut. 136. t. 3. 350. c. 17. Et deos fuſiles ne feceris tibi.	17. Deos conflatiles non facies tibi.
	18. Solemnitatem azymorum cuſtodies. Septem diebus veſcêris azymis, ſicut præcepi tibi, in tempore menſis novorum: menſe enim verni temporis egreſſus es de Ægypto.
Ibid. Locut. 137. 19. Omne adaperiens vulvam maſculina.....	19. Omne quod aperit vulvam generis maſculini, meum erit: de cunctis animantibus, tam de bobus, quàm de ovibus, meum erit. *Sup. 13. 2. 12. & 22. 29.*
Ibid. Locut. 138. 20..... primitivum ſubjugalis redimes ove.....	20. Primogenitum aſini redimes ove: ſin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitum filiorum tuorum redimes: nec apparebis in conſpectu meo vacuus.
Aug. quæſt. 159. in Exod. 470. d. non videberis in conſpectu meo inanis.	
Ibid. quæſt. 160. 21..... ſatione & meſſe requieſces.	21. Sex diebus operaberis, die ſeptimo ceſſabis arare & metere.

Vulgata nova.	
Sup. 23. 15. 22. Solemnitatem hebdomadarum facies tibi in primitiis frugum meſſis tuæ triticeæ, & ſolemnitatem, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur.	23. Tribus temporibus anni apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu omnipotentis Domini Dei Iſraël. *Sup. 23. 17. Deut. 16. 16.*

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Aug. quæſt. 161. in Ex. t. 3. 470. f. 24..... non concupiſcet quiſquam de terra tua, cùm aſcendes videri in conſpectu Dei tui tria tempora anni.	24. Cùm enim tulero gentes à facie tua, & dilatavero terminos tuos, nullus inſidiabitur terræ tuæ, aſcendente te, & apparente in conſpectu Domini Dei tui ter in anno.
Idem quæſt. 162. & 163. 470. g. 471. a. 25. Non occides ſuper fermentum ſanguinem immolatorum meorum: & non dormiet in manè immolatio ſolemnitatis Paſchæ.	25. Non immolabis ſuper fermento ſanguinem hoſtiæ meæ: neque reſidebit manè de victima ſolemnitatis Phaſe. *Sup. 23. 18.*
Ambr. ep. 35. t. 2. 926. f. Idem l. de inſtit. virg. t. 2. 271. b. Aug. quæſt. 15. in Deut. t. 3. 561. e. 562. d. 563. c. 26. Initia primitiarum tuarum inferes in domum Domini Dei tui. Non coques agnum in lacte matris ſuæ.	26. Primitias frugum terræ tuæ offeres in domo Domini Dei tui. Non coques hœdum in lacte matris ſuæ. *Sup. 23. 19.*
27. Et dixit Dominus ad Moyſen: Scribe tibi	27. Dixitque Dominus ad Moyſen: Scribe *Deut. 14. 21.*

Notæ ad Versionem antiquam.

facta in omni terra, & in omni gente: & videbit, &c. ut ſup.

℣. 12. Mox Aug. ibid. *Non enim habet Græcus, Nequando ponas, ſed nequando ponat;* attamen in cod. Vat. & Ald. ed. nunc legitur, μή ποτε θῇς, vel ut in Compl. διαθῇς. Item apud Auguſt. infra, ℣. 15. *ne fortè ponas:* at in Mſ. Alex. exſtat διαθῇ, al. θῇ: reliqua concordant ad verbum.

℣. 13. In Gr. Τὰς βωμὰς αὐτῶν καθελεῖτε, καὶ τὰς στήλας αὐτῶν συντρίψετε, &c. *Aras eorum deſtruetis, & ſtatuas eorum conteretis.*

℣. 14. In Gr. primùm, Οὐ γὰρ μὴ προσκυνήσητε θεοῖς ἑτέροις· *Non enim adorabitis deos alienos*: deinde ut ſup. ex Auguſt. qui addit: *Id eſt, ipſum nomen quod Dominus Deus dicitur, zelans eſt, quia Deus zelator eſt;* item contr. Adim. to. 8. 121. g. 122. b. *Deus veſter zelans appellatur; zelans enim zelavit.*

℣. 15. Ita in Græco ad verbum; in Mſ. tamen Alex. non *ponas*, ſed *diſponat*, ſcilicet διαθῇ, ut ſup. apud Aug. ℣. 12. at hîc Auguſt. conſtanter legit, *ponas*, ſicut locut. 135. de Exod. col. 350. b. ubi iterum: *nequando ponas teſtam. iis qui ſedent*, &c.

℣. 17. Gr. Καὶ θεὸς χωνευτὸς οὐ ποιήσεις σεαυτῷ.

℣. 19. Ita in Græc. niſi quòd poſt *vulvam*, additur, ἐμοί, *mihi:* unde Aug. ibid. *Id eſt*, inquit, *omne adaperiens vulvam mihi erit, ex iis quæ ſunt maſculina.* At in Mſ. Alex. nec non in edit. Compl. deeſt, ἐμοί. Ambr. verò l. de Noë, c. 12. to. 1. 242. e. legit: *Maſculus adaperiens vulvam, ſanctus Domino vocabitur.* Item Hieron. l. 2. contr. Pelag. to. 4. p. 512. c. *Omnis qui aperit vulvam, ſanctus Domino vocabitur.* Vid. ſup. c. 13. ℣. 12.

℣. 20. Ad verbum è Græco. Rurſum Auguſt. infra in quæſt. col. 470. f. legit: *Non apparebis in conſpectu Domini Dei tui inanis.* Vid. ſup. c. 23. 15. & Deut. 16. 16.

℣. 21. Gr. Τῷ σπόρῳ, καὶ τῷ ἀμήτῳ καλάπαυσις· At in Mſ. Alex. καλαπαύσεις, ut ſupra. Mſs. tamen duo ap. Auguſt. ferunt *requies*; ſed Auguſt. infra ait: *Juſſum eſt ut etiam tempore ſationis & meſſis, quando multùm urget operatio, requieſcatur in ſabbato*, &c.

℣. 24. Ita in Græco, niſi quòd loco, *de terra tua*, legitur, τῆς γῆς σου, quod idem valet; & poſt pauca, Κυρίῳ τῷ Θεῷ.

℣. 25. Eadem rurſum habet Auguſt. locut. 139. & 140. de Exod. to. 3. col. 350. d. præter unum, *uſque in manè*, pro *in manè*. In Græco nonnulla diſſimilia: Οὐ σφάξεις ἐπὶ ζύμῃ αἷμα θυμιαμάτων μου· καὶ οὐ κοιμηθήσεται εἰς τὸ πρωὶ θύματα ἑορτῆς τοῦ Πάσχα. i. e. *Non macta bis ſuper ferment. ſang. incenſorum meorum; & non dormient in manè ſacrificia ſolemnit. Paſchæ.* At in Mſ. Alex. loco θυμιαμάτων, legitur, θυσιασμάτων, in ed. Compl. θυσιάσματος, in al. θυμάτων. Item infra pro θύματα, in Mſ. Alex. eſt, θυμίαμα, in Oxon. & Ald. ed. θῦμα, in ed. Compl. θυσιάσματα. Auguſt in quæſt. col. 471. a. ait: *dormiet*, dictum eſſe, pro *manebit.*

℣. 26. Gr. Τὰ πρωτογεννήματα τῆς γῆς σου θήσεις εἰς τὸν οἶκον, &c. *Primitias terræ tuæ pones in domum*, &c. ut ſup. Similiter iterum addit Ambroſ. l. de parad. to. 1. 155. e. *Non coques agnum*, &c. Item Aug. q. 164. in Exod. to. 3. 471. a. *Non coques agnum*, &c. ut ſup.

℣. 27. Ita in Græco. Vid. etiam Auguſt. quæſt. 166. in Exod. col. 471. d.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tibi verba hæc, quibus & tecum & cum Iſraël pepigi fœdus.

Sup. 24. 18. 28. Fuit ergo ibi cum Domino quadraginta dies & quadraginta noctes : panem non comedit, & aquam non bibit, & ſcripſit in tabulis verba fœderis decem.

Deut. 9. 9. 18. *Deut.* 4. 13.

VERSIO ANTIQUA.

verba hæc, etenim in verbis his poſui teſtamentum tibi, & Iſraël. *Aug. ubi ſup.*

28. Et erat ibi Moyſes in conſpectu Domini quadraginta diebus & quadraginta noctibus : panem non manducavit, & aquam non bibit, & ſcripſit in tabulis verba teſtamenti, decem verba.

VULGATA NOVA.

29. Cùmque deſcenderet Moyſes de monte Sinai, tenebat duas tabulas teſtimonii, & ignorabat quòd cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini.

30. Videntes autem Aaron & filii Iſraël cornutam Moyſi faciem, timuerunt prope accedere.

31. Vocatique ab eo, reverſi ſunt tam Aaron quàm principes ſynagogæ. Et poſtquam locutus eſt ad eos,

32. venerunt ad eum etiam omnes filii Iſraël : quibus præcepit cuncta quæ audierat à Domino in monte Sinai.

33. Impletiſque ſermonibus, poſuit velamen ſuper faciem ſuam : *2. Cor.* 3. 13.

34. quod, ingreſſus ad Dominum, & loquens cum eo, auferebat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Iſraël omnia quæ ſibi fuerant imperata.

35. Qui videbant faciem egredientis Moyſi eſſe cornutam, ſed operiebat ille rurſus faciem ſuam, ſi quando loquebatur ad eos.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 28. Ad verbum è Gr. niſi quòd in fine ibi additur, ταῦτα, poſt 1. *verba*, præterquam in Mſ. Oxon. loco verò, *decem verba*, ſic, τὰς δέκα λόγους. Eadem conſtanter leg. Aug. quæ ſupra, quæſt. 165. & 166. in Exod. to. 3. 471. c. d. Auct. l. de XLII. manſionib. 8. d. ſic : *Et ſcripſit Moyſes verba hæc decem in tabulis fœderis.* Vid. Not. inf. ad Deut. 10. 2.

CAPUT XXXV.

VULGATA NOVA.

1. IGitur congregatâ omni turbâ filiorum Iſraël, dixit ad eos : Hæc ſunt quæ juſſit Dominus fieri.

2. Sex diebus facietis opus : ſeptimus dies erit vobis ſanctus, ſabbatum, & requies Domini : qui fecerit opus in eo, occidetur.

3. Non ſuccendetis ignem in omnibus habitaculis veſtris per diem ſabbati.

4. Et ait Moyſes ad omnem catervam filiorum Iſraël : Iſte eſt ſermo quem præcepit Dominus, dicens :

VERSIO ANTIQUA.

1..... Hæc verba quæ dixit Dominus facere ea. *Aug. quæſt. 166. in Ex. t.* 3. 472. *f.*

2..... ſabbatum, requies ſancta Domino..... *Idem quæſt.* 172. 474. *a.*

4. Et ait Moyſes ad omnem ſynagogam filiorum Iſraël, dicens..... *Aug. Locut.* 143. *t.* 3. 350. *e.*

VULGATA NOVA.

Sup. 25. 2. 5. Separate apud vos primitias Domino. Omnis voluntarius & prono animo offerat eas Domino : aurum & argentum, & æs,

6. hyacinthum & purpuram, coccumque bis tinctum, & byſſum, pilos caprarum,

7. pelleſque arietum rubricatas & ianthinas, ligna ſetim,

8. & oleum ad luminaria concinnanda, & ut conficiatur unguentum, & thymiama ſuaviſſimum,

9. lapides onychinos, & gemmas ad ornatum ſuperhumeralis & rationalis.

10. Quiſquis veſtrûm ſapiens eſt, veniat, & faciat quod Dominus imperavit :

11. Tabernaculum ſcilicet, & tectum ejus, atque operimentum, annulos, & tabulata cum vectibus, paxillos & baſes :

12. Arcam & vectes, propitiatorium, & velum quod ante illud oppanditur :

13. Menſam cum vectibus & vaſis, & propoſitionis panibus :

14. Candelabrum ad luminaria ſuſtentanda, vaſa illius & lucernas, & oleum ad nutrimenta ignium :

15. Altare thymiamatis, & vectes, & oleum unctionis & thymiama ex aromatibus : Tentorium ad oſtium tabernaculi :

16. Altare holocauſti, & craticulam ejus æneam cum vectibus & vaſis ſuis : labrum & baſim ejus :

17. Cortinas atrii cum columnis & baſibus, tentorium in foribus veſtibuli,

18. paxillos tabernaculi & atrii cum funiculis ſuis :

19. Veſtimenta, quorum uſus eſt in miniſterio ſanctuarii, veſtes Aaron pontificis ac filiorum ejus, ut ſacerdotio fungantur mihi.

20. Egreſſaque omnis multitudo filiorum Iſraël de conſpectu Moyſi,

VULGATA NOVA.

21. obtulerunt mente promptiſſima atque devota primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi teſtimonii. Quidquid ad cultum & ad veſtes ſanctas neceſſarium erat,

22. viri cum mulieribus præbuerunt, armillas & inaures, annulos & dextralia : omne vas aureum in donaria Domini ſeparatum eſt.

VERSIO ANTIQUA.

21. Et attulerunt unuſquiſque quod afferebat cor eorum, & quibus viſum eſt animæ eorum, & attulerunt demtionem Domino..... *Aug. Locut.* 144. & 145. 350. *f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. Οὗτοι οἱ λόγοι, οὓς, &c. ut in Lat.

℣. 2. In Gr. Ἅγια σάββατα· ἀνάπαυσις Κυρίῳ. *Sancta ſabbata ; requies Domino.* At in Mſ. Alex. nec non in edit. Compl. ἅγιον σάββατον.

℣. 4. Ad verbum è Græco.

℣. 21. In Gr. Καὶ ἤνεγκαν ἕκαστος ὧν ἔφερεν ἡ καρδία αὐτῶν, καὶ ὅσοις ἔδοξε τῇ ψυχῇ αὐτῶν ἀφαίρεμα, καὶ ἤνεγκαν ἀφαίρεμα Κυρίῳ, &c. Mox Auguſt. ibid. *Poterat uſitatius*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 146. 350. *f.* 23..... & omnis cui inventum est apud eum coria arietum rubricata.....

Ibid. Locut. 147. 24. Omnis afferens demtionem, argentum &
Ibid. Locut. 148. æs attulerunt demtiones Domino; & apud quos inventa sunt apud eos ligna imputribilia.....

Ibid. Locut. 149. 351. *a.* 25. Et omnis mulier sapiens mente, manibus nere, attulerunt.....

Ibid. Locut. 150. 26. Et omnes mulieres, quibus visum est sensu suo, in sapientia nerunt pilos caprinos.

Ibid. Locut. 151. 28. & compositiones, & oleum unctionis, & compositionem incensi.

Ibid. Locut. 152. p. 351. *c.* 29. Et omnis vir & mulier, quorum afferebat sensus eorum, ut intrarent & facerent omne opus, quodcunque præcepit Dominus fieri illud per Moysen, attulerunt filii Israël demtionem Domino.

VULGATA NOVA.

23. Si quis habebat hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, byssum & pilos caprarum, pelles arietum rubricatas, & ianthinas,

24. argenti ærisque metalla, obtulerunt Domino, lignaque setim in varios usus.

25. Sed & mulieres doctæ, quæ neverant, dederunt hyacinthum, purpuram, & vermiculum, ac byssum,

26. & pilos caprarum, sponte propriâ cuncta tribuentes.

27. Principes verò obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad superhumerale & rationale,

28. aromataque & oleum ad luminaria concinnanda, & ad præparandum unguentum, ac thymiama odoris suavissimi componendum.

29. Omnes viri & mulieres mente devotâ obtulerunt donaria, ut fierent opera quæ jusserat Dominus per manum Moysi. Cuncti filii Israël voluntaria Domino dedicaverunt.

VULGATA NOVA.

Sup. 31. 2. 30. Dixitque Moyses ad filios Israël: Ecce, vocavit Dominus ex nomine Beseleel filium Uri filii Hur de tribu Juda.

30..... *Vide Not.*

31. Implevitque eum spiritu Dei, sapientiâ & intelligentiâ, & scientiâ & omni doctrina,

VERSIO ANTIQUA.

Ibid. Locut. 153. 32..... facere aurum, & argentum, & æs.

33..... & operari ligna.....

Ibid. Locut. 154. 352. *a.* 35..... facere omnia opera sancti textilia, & varia, texere cocco & byssо, facere omne opus architectonicum varietatis.

VULGATA NOVA.

32. ad excogitandum, & faciendum opus in auro & argento, & ære,

33. sculpendisque lapidibus, & opere carpentario: quidquid fabrè adinveniri potest,

34. dedit in corde ejus: Ooliab quoque filium Achisamech de tribu Dan;

35. ambos erudivit sapientiâ, ut faciant opera abietarii, polymitarii, ac plumarii, de hyacintho ac purpura, coccoque bis tincto, & byssо, & texant omnia, ac nova quæque reperiant.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

dici: Et adtulit unusquisque quod afferebat cor ejus. Item ad seqq. *Et quibus visum est;* addit: *Non dixit; Et sicut visum est animæ eorum.*

℣. 23. Aug. addit: *Diceretur usitatè: Omnes apud quos inventa sunt coria arietum rubricata.* In Gr. paulùm diversè: Καὶ παρ' ᾧ εὑρέθη βύσσος· ἢ δέρματα ὑακίνθινα, ἢ δέρματα κριῶν ἠρυθροδανωμένα ἤνεγκαν· i. e. *Et apud quem inventa est byssus; & pelles hyacinthinas, & pelles arietum rubricatas attulerunt.* In Mſ. verò Alex. Καὶ πᾶς ᾧ εὑρέθη παρ' αὐτῷ ὑακίνθινος, &c. in Ald. ed. Καὶ πᾶς ᾧ εὑρέθη παρ' αὐτῷ δέρματα κριῶν ἠρυθροδανωμένα, ἤνεγκαν, &c. ut Aug. supra.

℣. 24. In Græco sic: Καὶ πᾶς ὁ ἀφαιρῶν ἀφαίρεμα, ἤνεγκαν ἀργύριον, ἢ χαλκὸν, τὰ ἀφαιρέματα, &c. ut in Lat. præter hoc, *apud eos*, quod deest. In Mſ. tamen Alex. ac ed. Compl. verba invertuntur ut sup. ἀφαίρεμα, ἀργύριον, ἢ χαλκὸν ἤνεγκαν, paulòque post in Mſ. Oxon. παρ' οἷς εὑρέθη παρ' αὐτοῖς, ut apud August. sup. Priora etiam rursus habet Aug. q. 168. in Exod. to. 3. 472. g. *Omnis afferens demtionem, argentum & æs attulerunt demtionem Domino: tanquam diceret*, inquit, *Omnis qui attulit, attulit illud atque illud;* & infra: *Demtionem sanè interpretati sunt Latini, quod Græcus habet ἀφαίρεμα: appellata est autem* demtio, *eò quòd sibi demeret qui Domino afferret.*

℣. 25. Itidem Græcè, additis his: νενησμένα, τὴν ὑάκινθον, &c. *neta, hyacinthum*, &c.

℣. 26. Ita è Græco ad verbum, nisi hoc excipias, *sensu suo*, pro quo, τῇ διανοίᾳ αὐτῶν, mel. *menti earum*, cum Nobilio.

℣. 28. In Gr. similiter, præter hoc, ἢ εἰς τὸ ἔλαιον; & *ad oleum:* sed in edit. Compl. deest, εἰς, ut in Lat. supra.

℣. 29. Gr. Καὶ πᾶς ἀνὴρ..... ὃν ἔφερεν ἡ διάνοια αὐτῶν εἰσενθύσας ποιεῖν πᾶν τὰ ἔργα, ὅσα..... ποιῆσαι αὐτά, &c. ut in Lat. i. e. *Et omnis vir..... quorum ferebat mens eorum, ut intrantes facerent omnia opera quæcunque..... facere ea per*, &c.

℣℣. 30..... 35. Horum sex versiculorum pauca tantùm referuntur ab Augustino in Locut. quæ omnia conveniunt cum Græco. Cætera verò prætermissa memorantur tum ab Ambrosio, tum ab August. ipso in quæst. Ambrosius enim in Ps. 118. to. 1. col. 1000. b. c. sic narrat: *Est etiam artificum spiritus, sicut & Beseleel, & Oliab, quos implevit Dominus spiritu divino sapientiæ, & scientiæ, & omnis artis, ut facerent amictum & tabernaculum, atque altare, secundùm sensum, quem dedit his Deus: sed etiam cæteris sapientibus intelligere, & facere omnia opera secundùm omnia quæ Dominus imperabat: itaque fecerunt quæ non didicerant, nec viderant, secundùm ea quæ his spiritus demonstrabat.* Similiter Aug. quæst. 169. in Exod. to. 3. 473. a. *Narrante Moyse*, inquit, *commemoratum est quod ei dixit Deus de Beseleel eisdem verbis ac totidem, quòd eum impleverit spiritu divino sapientiæ, & intellectus, & scientiæ, ad tabernaculi opera facienda, quæ pertinent ad artes opificum;* & infra: *Novo more hic ars architectonica perhibetur, opificum ex auro & argento, & quocunque metallo, cùm illa dici soleat architectonica, quæ pertinet ad fabricas ædificiorum.*

Digitized by Google

CAPUT XXXVI.

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
Sup. 26. 1. 1. FEcit ergo Beſeleel, & Ooliab, & omnis vir ſapiens, quibus dedit Dominus ſapientiam & intellectum, ut ſcirent fabre operari quæ in uſus ſanctuarii neceſſaria ſunt, & quæ præcepit Dominus.	
1. Par. 21. 29. 2. Cùmque vocaſſet eos Moyſes, & omnem eruditum virum, cui dederat Dominus ſapientiam, & qui ſponte ſua obtulerant ſe ad faciendum opus,	2..... & omnes qui ſponte vellent ire ad opera, ut conſummarent ea. *Aug. quæſt. 170. in Exod. 473. b.*
3. tradidit eis univerſa donaria filiorum Iſraël. Qui cùm inſtarent operi, quotidie manè vota populus offerebat.	3. Et acceperunt à Moyſe omnes demtiones.....

VULGATA NOVA.	
4. Unde artifices venire compulſi,	4..... 7. *Vide Not.*
5. dixerunt Moyſi: Plus offert populus quàm neceſſarium eſt.	
6. Juſſit ergo Moyſes præconis voce cantari: Nec vir nec mulier quidquam offerat ultra in opere ſanctuarii. Sicque ceſſatum eſt à muneribus offerendis,	7. eò quòd oblata ſufficerent, & ſuperabundarent.
	8. Feceruntque omnes corde ſapientes ad explendum opus tabernaculi, cortinas decem de byſſo retorta, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, opere vario, & arte polymita: 8..... *ſeqq. Vide Not.*
	9. quarum una habebat in longitudine viginti octo

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Ita in Græco: addit Auguſt. ubi ſup. *In notitiam tantùm Moyſes pertulit quæ Dominus opera fieri præceperit, Tabernaculum ſcilicet cum omnibus quæ in eo eſſent, & veſtes ſacerdotales. Commemoravit autem quoſdam, quibus dixit ſpiritum divinitus datum quò illa efficere poſſent: & tamen multi intelliguntur ſponte ad eadem opera veniſſe, quibus neque imperatum eſt, nec eorum nomina commemorata ſunt à Domino dicta Moyſi. Non ergo illi ſoli hoc munus divinitus habuerunt, qui nominatim commemorantur, ſed fortaſſe præcipuè atque excellentiùs.*

℣. 3. Itidem Græcè. In editt. autem Auguſt. ſicut in vet. Mſs. ſcriptum erat, *demtum æs*, loco *demtiones*, ſed vitiosè; nam in Gr. πάντα τὰ ἀφαιρέματα.

℣℣. 4. ſeqq. *Notandum*, inquit Aug. q. 171. in Exod. to. 3. 473. d. *quòd illi qui ſapientes appellantur, effectores operum ſancti, etiam moribus tales erant, ut cùm ipſi ſuſciperent omnia quæ populus offerebat, exiſtimans neceſſaria ex quibus illa omnia complerentur, viderunt plus offerri quàm erat neceſſe, & dixerunt Moyſi; atque ille per præconem ultra populum offerre prohibuit:* quæ omnia licet ſummatim relata, Græco ſatis reſpondent.

℣. 8. Quæ hîc leguntur in Græco, ſunt de veſtibus ſacerdotalibus: ipſa autem illa tam in Vulgata, quàm in edit. Compl. transferuntur in caput 39. & eorum loco ponitur deſcriptio Tabernaculi. Huic ordini prima fronte repugnare videtur verſio ipſa LXX. in cujus capitibus 26. & 27. ſupra, memorantur quidem ea quæ ad Tabernaculum ſpectant, cùm ſacerdotum veſtes non deſcribantur niſi in conſequentibus. Huic etiam poſtremo ordini favere videtur Auguſt. quæſt. 172. in Exod. to. 3. p. 473. e. cùm dicat: *Poſteaquam deſcendit Moyſes de monte, opera commendantur Tabernaculi conſtruendi, & veſtis ſacerdotalis:* & infra, de poſtremis, quas movet, quæſtionibus, nulla de veſte ſacerdotali, omnes de Tabernaculo agitantur ab ipſo: attamen duo impediunt quominus id apertè eruatur ex Auguſtino; 1°. quod ait q. 177. al. 174. de Tabernac. *Quoniam liber qui Exodus dicitur, in conſtitutione Tabernaculi ſumit terminum, de quo Tabernaculo etiam per ſuperiora ejuſdem libri multa dicuntur..... viſum eſt de toto ipſo Tabernaculo ſeparatim dicere.* Porro ſi Exodi terminus, conſtitutio ipſius Tabernaculi eſt, ergo veſtium deſcriptio antecedere debet. Alterum colligitur ex libro Locut. ubi poſt locutionem ſumptam ex ℣. 35. c. 35. proximè ſequuntur aliæ quatuor; quarum prima, de humeralibus, ſumitur ex cap. 36. Gr. ed. Rom. licet in Compl. & Vulg. ſit 39. Huic ſuccedunt aliæ tres petitæ ex capitibus 37. vel 38. 39. & 40. Profectò ſi Aug. deſcriptionem veſtium poſtpoſuiſſet deſcriptioni Tabernaculi, quæſtionem de humeralibus non prætuliſſet, niſi illi quæ petitur ex c. 40. Sed quia ponitur proximè poſt caput 35. & poſt ipſam ſequuntur aliæ petitæ ex capp. 37. 38. & 39. luce meridiana clarius eſt Auguſtinum legiſſe juxta ordinem edit. Rom. non verò ſecundùm ordinem editionis Complut. & Vulgatæ. Vide infra Not. in cap. 39. ubi non pauca ſubjecimus quæ pertinent ad præſens c. 36. ſec. LXX. quæ ideo illuc rejecimus, ſicut & ſimilia deinceps, ne ſcilicet verſio vetus à nova ſejuncta prodiret. Quod ſpectat jam ad deſcriptionem Tabernaculi, quæ legitur in Vulgata à ℣. 8. hujus capit. uſque ad c. 39. vix alia ſuperſunt ex Patribus Latinis, præter pauca ſubjuncta infra ex Auguſtino capiti 38. At imprimis legendum eſt quidquid S. Doctor ſcripſit de Tabernaculo quæſt. ultima in Exod. to. 3. col. 475. maximè verò à num. 18. uſque ad num. 23. quæ poſtrema hîc ſubjicienda ducimus.

Quoniam, inquit, ſatis diſputatum eſt, quomodo illa « omnia intelligenda ſint, quæ in Tabernaculi conſtitutione « videbantur obſcura, breviter ſi poſſumus, enitamur oſten- « dere, quid ſit eadem diſpoſitione confectum. «

Ab occidente igitur intrabatur, & prima erat ingre- « diendi porta atrii, quæ patebat viginti cubitis, & habe- « bat quatuor columnas, quibus dependebat velum viginti « cubitis extentum, erectum autem cubitis quinque, qua- « tuor illis ſæpe commemoratis coloribus acu picto opere va- « riato. Hac porta ingrediens excipiebatur atrio, cujus la- « tera dextera lævaque quindenis cubitis & ternis columnis « porrigebantur introrſus; ut in medio ponerent oſtium ta- « bernaculi interioris, in ea parte quò perveniebant, ſicut « in medio ponebant portam atrii, ab ea parte unde incipie- « bant. Hoc itaque atrium latius erat quàm longius. Nam « longitudo ejus erat à porta ipſius uſque ad oſtium Taber- « naculi interioris, in cubitis ferme quindecim: latitudo au- « tem circa portam in cubitis viginti, circa oſtium verò in « cubitis triginta. Unde obliqua illa latera fuiſſe intelligun- « tur, quæ dextera lævaque in columnis ternis & quindenis « cubitis erant. In hoc atrio erat altare ſacrificiorum quadra- « tum, quinque ſcilicet cubitis longum, & totidem latum. « Inter portam & altare ſpatium erat, ubi verſabantur qui « ſacrificia imponebant altari: introrſus verò inter altare & « oſtium Tabernaculi, locus erat cineris ante altare, & dein- « de labrum æneum ubi manus & pedes ſacerdotes lavabant, « vel altari in atrio ſerviturі, vel Tabernaculum interius in- « greſſuri. Tentoria porro hujus atrii in lateribus ternarum « columnarum byſſina erant, extenta cubitis quindenis, « erecta cubitis quinis. «

Ab hoc ergo atrio intrabatur oſtium Tabernaculi cùm « tranſiſſes altare, & labrum æneum. Intrabatur autem aper- « tis aulæis, quibus decem, quinque hinc & quinque inde « ex adverſo ſibimet conſtitutis, totum ipſum interius Ta- « bernaculum cingebatur. Quod oſtium ingreſſo occurrebat « velum, quod ad oſtium fuerat oppoſitum, in quinque co- « lumnis extentum, variatum illis quatuor coloribus: quod « velum cùm faciendum præciperet, *addictorium* vocavit, « credo quòd curreret, ducendo & reducendo, cùm operi- « ret atque aperiret ingreſſum. Tranſito iſto velo, excipie- « bat pars Tabernaculi media inter hoc velum & illud alte- « rum interius, quod columnis quatuor fuerat impoſitum, « ex illis quatuor coloribus factum, & ſeparabat inter ſancta « quæ forinſecus erant, & ſancta ſanctorum interiùs poſita. « In hoc itaque medio ſpatio inter iſta duo vela, menſa erat « aurea, quæ habebat panes propoſitionis in parte Aquilo- « nis; & contra eam candelabrum aureum ſeptem lucerna- « rum in parte auſtri. Huc uſque ſecundis ſacerdotibus lice- «

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

cubitos, & in latitudine quatuor : una mensura erat omnium cortinarum.

10. Conjunxitque cortinas quinque, alteram alteri, & alias quinque sibi invicem copulavit.

11. Fecit & ansas hyacinthinas in ora cortinæ unius ex utroque latere, & in ora cortinæ alterius similiter,

12. ut contra se invicem venirent ansæ, & mutuò jungerentur :

13. unde & quinquaginta fudit circulos aureos, qui morderent cortinarum ansas, & fieret unum tabernaculum.

14. Fecit & saga undecim de pilis caprarum ad operiendum tectum tabernaculi :

15. unum sagum in longitudine habebat cubitos triginta, & in latitudine cubitos quatuor : unius mensuræ erant omnia saga :

16. quorum quinque junxit seorsum, & sex alia separatim.

17. Fecitque ansas quinquaginta in ora sagi unius, & quinquaginta in ora sagi alterius, ut sibi invicem jungerentur.

18. Et fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur tectum, ut unum pallium ex omnibus sagis fieret.

19. Fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis : aliudque desuper velamentum de pellibus ianthinis.

20. Fecit & tabulas tabernaculi de lignis setim stantes.

21. Decem cubitorum erat longitudo tabulæ unius : & unum ac semis cubitum latitudo retinebat.

22. Binæ incastraturæ erant per singulas tabulas, ut altera alteri jungeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis.

23. E quibus viginti ad plagam meridianam erant contra austrum,

24. cum quadraginta basibus argenteis. Duæ bases sub una tabula ponebantur ex utraque parte angulorum, ubi incastraturæ laterum in angulis terminantur.

25. Ad plagam quoque tabernaculi, quæ respicit ad aquilonem, fecit viginti tabulas,

26. cum quadraginta basibus argenteis, duas bases per singulas tabulas.

27. Contra occidentem verò, id est, ad eam partem tabernaculi, quæ mare respicit, fecit sex tabulas,

28. & duas alias per singulos angulos tabernaculi retro :

29. quæ junctæ erant à deorsum usque sursum, & in unam compaginem pariter ferebantur. Ita fecit ex utraque parte per angulos :

30. ut octo essent simul tabulæ, & haberent bases argenteas sedecim, binas scilicet bases sub singulis tabulis.

31. Fecit & vectes de lignis setim, quinque ad continendas tabulas unius lateris tabernaculi,

32. & quinque alios ad alterius lateris coaptandas tabulas : & extra hos, quinque alios vectes ad occidentalem plagam tabernaculi contra mare.

33. Fecit quoque vectem alium, qui per medias tabulas ab angulo usque ad angulum perveniret.

34. Ipsa autem tabulata deauravit, fusis basibus earum argenteis. Et circulos eorum fecit aureos, per quos vectes induci possent : quos & ipsos laminis aureis operuit.

35. Fecit & velum de hyacintho, & purpura, vermiculo, ac byssо retorta, opere polymitario, varium atque distinctum :

36. Et quatuor columnas de lignis setim, quas

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

» bat intrare.

» Interiùs autem, id est, in sancto sanctorum ultra velum » quatuor columnarum, arca erat testimonii deaurata, in » qua erant tabulæ lapideæ legis, & virga Aaron, & urna » aurea cum manna, & propitiatorium desuper aureum, » ubi stabant duo Cherubim, alis obumbrantes propitiatorium, & intuentes invicem & ipsum. Ante arcam verò, » id est inter arcam & velum, positum erat altare incensi, » quod aliquando aureum dicit Scriptura, aliquando deauratum, aureum utique appellans, quia erat inauratum. » Ad hæc sancta sanctorum nisi summo sacerdoti non licebat intrare quotidie propter inferendum incensum, semel » autem in anno cum sanguine ad purificandum altare, & » si quando fortè exigebat necessitas pro peccato sacerdotis, » aut universæ synagogæ, sicut in Levitico scriptum est. » Sic intrabatur Tabernaculum ab occidente, id est à porta » atrii usque ad latus orientale introrsus ubi erat arca testimonii.

» Hoc autem interius Tabernaculum, quod incipiebat non » à porta atrii, sed ab ostio quod appellabatur ostium Tabernaculi, & finiebatur in longum latere orientis ubi erat » arca testimonii, decem aulæis concludebatur, quorum » erant singula viginti octo cubitorum, quinque hinc & » quinque inde, sibimet connexa ansulis & circulis, & ex » adverso sibimet constituta ; & columnis vicenis in lateribus » longioribus aquilonis atque austri, & columnis octo à latere occidentis, à latere autem orientis nullis columnis, » sed solis aulæis. Quæ aulæa decem erigebantur in cubitis » quatuor, & per totum circuitum tendebantur in cubitis ducentis octoginta : quorum centena in lateribus erant longioribus austri & aquilonis per vicenas columnas ; quadragena verò cubita in reliquis duobus lateribus brevioribus ; uno occidentis per columnas octo ; altero orientis, » ubi columnæ non erant, sed sola tendebantur aulæa de » solis duabus angularibus columnis, mediis autem nullis : » & erant hæc aulæa decem de quatuor coloribus texta. Hoc » ergo interius Tabernaculum circumdabatur atrio ab austro viginti columnis, & ab aquilone viginti. Quæ duo » atrii latera æqualem habebant longitudinem cum lateribus » interioris Tabernaculi ; quia & ipsa vicenis columnis porrigebantur in cubitis totidem, id est, centenis. A latere » autem orientis atrium concludebatur columnis decem, cubitis quinquaginta : qui ordo columnarum rectus erat, & incurrebat in illas duas angulares interioris Tabernaculi, « quas solas orientis pars habebat ; proinde cum ipsis com- « plebantur decem. A latere autem occidentis habebat qui- « dem atrium decem columnas, non tamen recto ordine, « sed sicut jam ostendimus, tanquam triporticum, quatuor « à porta, & ternas à lateribus. «

Universum autem atrium in circuitu Tabernaculi ten- « toriis byssinis cingebatur, quæ erigebantur cubitis quin- « que : his superveniebant vela capillacia undecim, ex una « parte quinque sibimet connexa, ex alia sex. In connexio- « ne ergo quinque velorum, cubita erant centum quinqua- « ginta ; ex alia verò parte in connexione sex velorum, cu- « bita erant centum octoginta : quoniam vela singula trice- « norum fuerunt cubitorum. Sed ut alia pars alteri coæqua- « retur, duplicatum est unum velum à facie Tabernaculi, « id est ab oriente ; & subtectum est dimidium velum à par- « te posteriore, id est ab occidente : atque ita subtracta sunt « cubita triginta, quanta erat veli unius longitudo ; & re- « manserunt centum quinquaginta, quot etiam ex parte al- « tera fuerunt. Circuitus itaque velorum capillaciorum, « quo cingebatur atrium Tabernaculi, trecentis cubitis ten- « debatur, sicut circuitus decem aulæorum interioris Taber- « naculi cubitis ducentis octoginta. Aulæa quippe singula ha- « bebant cubita vicena & octona in longitudine, capillacia « verò vela tricenis cubitis longa erant. Quapropter ex am- « bitu aulæorum interioris Tabernaculi, qui erat in cubitis « ducentis octoginta, centena cubita in lateribus longiori- « bus erant austri & aquilonis, & quadragena in duobus « brevioribus orientis & occidentis : ex ambitu autem ca- « pillaciorum velorum, quo atrium exterius tegebatur, quia « ambitus erat in cubitis trecentis, centena erant in lateribus « longioribus austri & aquilonis, quoniam æqualia erant « lateribus Tabernaculi interioris, quinquagena autem in « duabus reliquis partibus orientis & occidentis. Ac per hoc « duo illa cubita, quibus longius erat aulæo velum capilla- « cium, non lateribus austri & aquilonis, quæ paria erant « atrii exterioris & Tabernaculi interioris, sed lateribus « orientis & occidentis proficiebant. In eis enim lateribus « creverat Tabernaculi latitudo, circumpositо extrinsecus « atrio : sed quinquaginta cubita velorum capillaciorum à « parte orientis per decem columnarum rectum ordinem « tendebantur, eisque proficiebat unum cubitum ex duobus « illis, quibus eorumdem velorum major fuerat longitudo : «

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

eum capitibus deauravit, fusis basibus earum argenteis,

37. Fecit & tentorium in introitu tabernaculi ex hyacintho, purpura, vermiculo, byssoque retorta, opere plumarii:

38. & columnas quinque cum capitibus suis, quas operuit auro, basesque earum fudit æneas.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

» alia verò cubita quinquaginta, quæ occidentali lateri debebantur, quibus alterum ex duobus illis cubitum proficiebat, non tendebantur per columnarum ordinem rectum. » Ibi enim erat illa tanquam triporticus, quæ concludebat » spatium atrii, ubi esset altare sacrificiorum, quatuor columnis à porta & ternis à lateribus: ac per hoc non poterant etiam portam cingere illa cubita quinquaginta, sed » usque ad cooperienda obliqua illa latera tendebantur, quæ » in columnis ternis & quindenis cubitis erant. Erigebantur » autem capillacia vela cubitis quatuor, eisque tegebantur atrii tentoria byssina, quorum erat erectio in cubitis quinque. « Pelles verò rubricatæ super capillacia vela veniebant. « Desuper autem, id est, à parte tecti, vice cameræ Tabernaculum pellibus hyacinthinis tegebatur: utrùm cum « atrio & spatium illud interius, non apparet: sed credibilius est, atrii spatia quæ inter exteriores & interiores columnas erant, cœlum apertum habuisse, maximè illud occidentis, ubi erat altare sacrificiorum. Hactenus Augustinus.

CAPUT XXXVII.

VULGATA NOVA.

1. FEcit autem Beseleel & arcam de lignis setim, habentem duos semis cubitos in longitudine, & cubitum ac semissem in latitudine, altitudo quoque unius cubiti fuit & dimidii: vestivitque eam auro purissimo intus ac foris.

2. Et fecit illi coronam auream per gyrum,

3. conflans quatuor annulos aureos per quatuor angulos ejus: duos annulos in latere uno, & duos in altero.

4. Vectes quoque fecit de lignis setim, quos vestivit auro,

5. & quos misit in annulos, qui erant in lateribus arcæ ad portandum eam.

6. Fecit & propitiatorium, id est, oraculum, de auro mundissimo, duorum cubitorum & dimidii in longitudine, & cubiti ac semis in latitudine.

7. Duos etiam Cherubim ex auro ductili, quos posuit ex utraque parte propitiatorii:

8. Cherub unum in summitate unius partis, & Cherub alterum in summitate partis alterius: duos Cherubim in singulis summitatibus propitiatorii,

9. extendentes alas, & tegentes propitiatorium, seque mutuò & illud respicientes.

10. Fecit & mensam de lignis setim in longitudine duorum cubitorum, & in latitudine unius cubiti, quæ habebat in altitudine cubitum ac semissem:

11. circumdeditque eam auro mundissimo, & fecit illi labium aureum per gyrum,

12. ipsique labio coronam auream interrasilem quatuor digitorum, & super eandem, alteram coronam auream.

13. Fudit & quatuor circulos aureos, quos posuit in quatuor angulis per singulos pedes mensæ

14. contra coronam: misitque in eos vectes, ut posset mensa portari.

15. Ipsos quoque vectes fecit de lignis setim, & circumdedit eos auro.

16. Et vasa ad diversos usus mensæ, acetabula, phialas, & cyathos, & thuribula, ex auro puro, in quibus offerenda sunt libamina.

17. Fecit & candelabrum ductile de auro mundissimo. De cujus vecte calami, scyphi, sphærulæque ac lilia procedebant:

18. sex in utroque latere, tres calami ex parte una, & tres ex altera:

19. tres scyphi in nucis modum per calamos singulos, sphærulæque simul & lilia: & tres scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulæque simul & lilia. Æquum erat opus sex calamorum, qui procedebant de stipite candelabri.

20. In ipso autem vecte erant quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæque per singulos simul & lilia:

21. & sphærulæ sub duobus calamis per loca tria, qui simul sex fiunt calami procedentes de vecte uno:

22. & sphærulæ igitur & calami ex ipso erant, universa ductilia ex auro purissimo.

23. Fecit & lucernas septem cum emunctoriis suis, & vasa ubi ea quæ emuncta sunt extinguantur, de auro mundissimo.

24. Talentum auri appendebat candelabrum cum omnibus vasis suis.

25. Fecit & altare thymiamatis de lignis setim, per quadrum singulos habens cubitos, & in altitudine duos: è cujus angulis procedebant cornua.

26. Vestivitque illud auro purissimo, cum craticula ac parietibus & cornibus.

27. Fecitque ei coronam aureolam per gyrum, & duos annulos aureos sub corona per singula latera, ut mittantur in eos vectes, & possit altare portari.

28. Ipsos autem vectes fecit de lignis setim, & operuit laminis aureis.

29. Composuit & oleum ad sanctificationis unguentum, & thymiama de aromatibus mundissimis, opere pigmentarii.

CAPUT XXXVIII.* * *Sec. LXX.* XXXVII.

VULGATA NOVA.

2. *Par.* 1. 5. 1. FEcit & altare holocausti de lignis setim, quinque cubitorum per quadrum, & trium in altitudine:

2. cujus cornua de angulis procedebant, operuitque illud laminis æneis.

3. Et in usus ejus paravit ex ære vasa diversa, lebetes, forcipes, fuscinulas, uncinos, & ignium receptacula.

4. Craticulamque ejus in modum retis fecit æneam, & subter eam in altaris medio arulam,

5. fusis quatuor annulis per totidem retiaculi summitates, ad immittendos vectes ad portandum:

6. quos & ipsos fecit de lignis setim, & operuit laminis æneis:

7. induxitque in circulos, qui in lateribus altaris eminebant. Ipsum autem altare non erat solidum, sed cavum ex tabulis, & intus vacuum. *Sup. 27. 8.*

8. Fecit & labrum æneum cum basi sua de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 177. de Tabernac. t. 3. 482. f. g.

9. Et fecerunt atrium, quod eſt ad auſtrum, tentoria atrii de byſſo torta, centum per centum;

10. & columnæ eorum viginti, & baſes earum viginti æreæ.

11. Et latus, quod ad aquilonem, centum per centum; & columnæ eorum viginti, & baſes earum viginti æreæ.

12. Et latus, quod eſt ad mare, aulæa quinquaginta cubitorum; columnæ eorum decem, & baſes earum decem.

13. Et latus, quod eſt ad orientem, quinquaginta cubitorum tentoria:

Ibid. 483. a. b.

14. quindecim cubitorum, quod eſt à dorſo; & columnæ eorum tres, & baſes earum tres:

15. & à dorſo ſecundo hinc & hinc, ſecundùm portam atrii, aulæa quindecim cubitorum, columnæ eorum tres, & baſes earum tres.

16. Omnia aulæa atrii de byſſo torta.

17. Et baſes columnarum æreæ, & anſæ earum argenteæ, & capita earum inargentata argento: & columnæ inargentatæ argento, omnes columnæ atrii.

18. Et vela memorati atrii, opus variatoris, de hyacintho, & purpura, & cocco neto, & byſſo torta, viginti cubitorum longitudinem, & altitudinem, & latitudinem quinque cubitorum.....

VULGATA NOVA.

9. Fecit & atrium, in cujus auſtrali plaga erant tentoria de byſſo retorta, cubitorum centum,

10. columnæ æneæ viginti cum baſibus ſuis, capita columnarum, & tota operis cælatura, argentea.

11. Æquè ad ſeptentrionalem plagam tentoria, columnæ, baſeſque & capita columnarum ejuſdem menſuræ, & operis ac metalli, erant.

12. In ea verò plaga, quæ ad occidentem reſpicit, fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta, columnæ decem cum baſibus ſuis æneæ, & capita columnarum, & tota operis cælatura, argentea.

13. Porro contra orientem quinquaginta cubitorum paravit tentoria:

14. è quibus, quindecim cubitos columnarum trium, cum baſibus ſuis, unum tenebat latus:

15. & in parte altera (quia inter utraque introitum tabernaculi fecit) quindecim æquè cubitorum erant tentoria, columnæque tres, & baſes totidem.

16. Cuncta atrii tentoria byſſus retorta texuerat.

17. Baſes columnarum fuere æneæ, capita autem earum cum cunctis cælaturis ſuis argentea; ſed & ipſas columnas atrii veſtivit argento.

18. Et in introitu ejus opere plumario fecit tentorium ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byſſo retorta, quod habebat viginti cubitos in longitudine, altitudo verò quinque cubitorum erat juxta menſuram, quam cuncta atrii tentoria habebant.

VULGATA NOVA.

19. Columnæ autem in ingreſſu fuere quatuor cum baſibus æneis, capitaque earum & cælaturæ argenteæ.

20. Paxillos quoque tabernaculi & atrii per gyrum fecit æneos.

21. Hæc ſunt inſtrumenta tabernaculi teſtimonii,

quæ enumerata ſunt juxta præceptum Moyſi in cæremoniis Levitarum per manum Ithamar filii Aaron ſacerdotis:

22. quæ Beſeleel filius Uri filii Hur de tribu Juda, Domino per Moyſen jubente, compleverat,

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 156. t. 3. 352. b.

23. & Eliab filius Achiſamach de tribu Dan, qui architectonatus eſt textilia, & conſutilia, & diverſicoloria, texere de cocco & byſſo.

VULGATA NOVA.

23. junctoſibi ſocio Ooliab filio Achiſamech de tribu Dan: qui & ipſe artifex lignorum egregius fuit, & polymitarius atque plumarius ex hyacintho, purpura, vermiculo & byſſo.

VULGATA NOVA.

24. Omne aurum quod expenſum eſt in opere ſanctuarii, & quod oblatum eſt in donariis, viginti novem talentorum fuit, & ſeptingentorum triginta ſiclorum, ad menſuram ſanctuarii.

25. Oblatum eſt autem ab his qui tranſierunt ad numerum à viginti annis & ſupra, de ſexcentis tribus

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Ita in Græco, præter hoc, τὰ πρὸς Λίβα, *qua ad africum*, loco *quod eſt ad auſtrum*; at in Ald. edit. τὰ πρὸς Νότον, ut ſupra. Auguſt. ibid. *Centum per centum, id eſt, centum cubita tentoriorum per centum cubita ſpatii, quod tenebant viginti columnæ.*

℣. 10. In Græco deeſt ultima vox, *areæ*, quam retinent Mſ. Alex. ac Ald. edit. in quibus εἴκοσι χαλκαῖ. cætera concordant ad verbum.

℣. 11. Poſt hoc, *per centum*, Græc. addit: Καὶ τὸ μῆκος τὸ πρὸς Νότον, ἑκατὸν ἐπ' ἑκατόν, & *latus quod ad auſtrum, centum per centum*, quæ in Mſ. Alex. & Ald. edit. deſunt: Contrà edit. Rom. delet in fine vocem *areæ*, quam Mſ. Alex. ſervat cum edit. Ald. cætera optimè quadrant.

℣℣. 12..... 15. Hi quatuor verſiculi totidem verbis habentur Græcè. Obſervat Aug. ibid. *dorſum* appellari, *quia poſteriora tabernaculi erant, id eſt à parte occidentis*; & poſt pauca: *Manifeſtum eſt*, inquit, *eadem duo dorſa dici hoc loco, cùm commemorantur omnia quemadmodum facta ſint, quæ latera dicebantur, quando præcipiebatur ut fierent: latera ſcilicet, quia hinc atque inde conjuncta, portæ occidentalis atrii ſpatium concludebant; dorſa verò, quòd à tergo tabernaculi erat hæc pars atrii, id eſt à parte occidentali.*

℣. 16. In Græco loco *atrii*, legitur σκηνῆς, *tabernaculi*; at in Mſ. Alex. ſic: Πᾶσαι αἱ πύλαι αἱ τῆς αὐλῆς, ἐκ βύσσου, *omnes portæ quæ ſunt atrii, ex byſſo.*

℣. 17. Ita in Græco verbum pro verbo, niſi quòd additur vox ὠντῶν, poſt hanc *columnarum*; at in Mſ. Alex. deeſt ὠντῶν.

℣. 18. In Græco legitur, ὑ τὸ καλαπέτασμα τῆς πύλης, & *velamen portæ*, loco & *vela memorati*, quod ultimum vitiosè à librario ſubſtitutum fuiſſe valde ſuſpicor. Item apud Aug. legitur in edit. & *latitudinem*, cujus loco repoſui, & *altitudinem*, juxta Græc. ὑ τὸ ὕψος. Auguſtinus enim ſubdit: *Apparet eandem dictam ſuperiùs altitudinem, quæ aulæorum extentorum fuerat longitudo*, tum iſta; *Denique addit:* Et latitudinem quinque cubitorum. *Tot enim cubitis latitudinis erigebantur tentoria exterioris atrii, ſicut interioris cubitis quatuor.* Unde rurſus in ſuſpicionem venit mendum huc irrepſiſſe in edit. Auguſt. incuriâ editoris vel typographi, qui poſuit *latitudinem* pro *altitudine*; ſecus, ut quid infra repeteret Auguſt. & *latitudinem*, maximè cùm in Gr. tres diſtinctim dimenſiones ita exprimantur: τὸ μῆκος, ὑ τὸ ὕψος, ὑ τὸ εὖρος πέντε πήχεων ἐξυφασμένον τοῖς ἴσοις τῆς αὐλῆς.

℣. 23. Ad verbum è Græco.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

millibus, & quingentis quinquaginta, armatorum.

26. Fuerunt præterea centum talenta argenti, è quibus conflatæ sunt bases sanctuarii, & introitus ubi velum pendet.

27. Centum bases factæ sunt de talentis centum, singulis talentis per bases singulas supputatis.

28. De mille autem septingentis & septuaginta quinque, fecit capita columnarum, quas & ipsas vestivit argento.

29. Æris quoque oblata sunt talenta septuaginta duo millia, & quadringenti supra sicli,

30. ex quibus fusæ sunt bases in introitu tabernaculi testimonii, & altare æneum cum craticula sua, omniaque vasa quæ ad usum ejus pertinent,

31. & bases atrii tam in circuitu quàm in ingressu ejus, & paxilli tabernaculi atque atrii per gyrum.

CAPUT XXXIX.*

* *Sec. LXX.* XXXVI.

VULGATA NOVA.

Sup. 28. 6. 1. DE hyacintho verò & purpura, vermiculo ac byssо, fecit vestes, quibus indueretur Aaron quando ministrabat in sanctis, sicut præcepit Dominus Moysi.

2. Fecit igitur superhumerale de auro, hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byssо retorta,

3. opere polymitario; incliditque bracteas aureas, & extenuavit in fila, ut possent torqueri cum priorum colorum subtegmine,

4. duasque oras sibi invicem copulatas in utroque latere summitatum,

VERSIO ANTIQUA.

1. ET fecit omnis sapiens in operibus stolas sanctorum, quæ sunt Aaron sacerdotis, sicut Dominus præcepit Moysi. *Hieron. epist. ad Marcell. t. 2. 614. a.*

2. Et fecerunt superhumerale de auro, & hyacintho, & purpura, & cocco, & byssо retorta,

4. humeralia continentia ex utrisque partibus ejus. *Aug. Locut. 155. de Ex. t. 3. 352. b.*

VULGATA NOVA.

5. & balteum ex eisdem coloribus, sicut præceperat Dominus Moysi.

6. Paravit & duos lapides onychinos, astrictos & inclusos auro, & sculptos arte gemmaria nominibus filiorum Israël:

7. posuitque eos in lateribus superhumeralis, in monimentum filiorum Israël, sicut præceperat Dominus Moysi.

8. Fecit & rationale opere polymito juxta opus superhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura, coccoque bis tincto, & byssо retorta:

9. quadrangulum, duplex, mensuræ palmi.

10. Et posuit in eo gemmarum ordines quatuor. In primo versu erat sardius, topazius, smaragdus.

11. In secundo, carbunculus, sapphirus, & jaspis.

12. In tertio, ligurius, achates, & amethystus.

13. In quarto, chrysolithus, onychinus, & beryllus, circumdati & inclusi auro per ordines suos.

14. Ipsique lapides duodecim, sculpti erant nominibus duodecim tribuum Israël, singuli per nomina singulorum.

15. Fecerunt in rationali & catenulas sibi invicem cohærentes, de auro purissimo:

16. & duos uncinos, totidemque annulos aureos. Porro annulos posuerunt in utroque latere rationalis,

17. è quibus penderent duæ catenæ aureæ, quas inseruerunt uncinis, qui in superhumeralis angulis eminebant.

18. Hæc & ante & retro ita conveniebant sibi, ut superhumerale & rationale mutuò necterentur,

19. stricta ad balteum, & annulis fortiùs copulata, quos jungebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerent, & à se invicem moverentur, sicut præcepit Dominus Moysi.

20. Fecerunt quoque tunicam superhumeralis totam hyacinthinam,

21. & capitium in superiori parte contra medium, oramque per gyrum capitii textilem:

22. deorsum autem ad pedes mala punica ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byssо retorta:

23. & tintinnabula de auro purissimo, quæ posuerunt inter malogranata in extrema parte tunicæ per gyrum:

24. tintinnabulum autem aureum, & malum punicum, quibus ornatus incedebat pontifex quando ministerio fungebatur, sicut præceperat Dominus Moysi.

25. Fecerunt & tunicas byssinas opere textili Aaron & filiis ejus:

26. & mitras cum coronulis suis ex byssо:

27. feminalia quoque linea, byssina:

28. cingulum verò de byssо retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo bis tincto arte plumaria, sicut præceperat Dominus Moysi.

VULGATA NOVA.

29. Fecerunt & laminam sacræ venerationis de auro purissimo, scripseruntque in ea opere gemmario, Sanctum Domini:

30. & strinxerunt eam cum mitra vittâ hyacinthinâ, sicut præceperat Dominus Moysi.

VERSIO ANTIQUA.

29. Et fecit laminam auream, & scripsit in ea litteras deformatas sigillo sanctificationis Domini: *Hieron in Ezech. 16. t. 3. 790. f.*

30. & posuit super caput Aaron.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Pauca ista quæ hîc subjicimus ex PP. Lat. habentur supra cap. 36. ad ℣. 8. apud LXX. In edit. tamen Complut. referuntur ad cap. 39. sicut in Vulg. Quæ autem proferuntur hîc ex Hieron. *Et fecit omnis sapiens*, &c. ita leguntur Græcè, nisi quòd pro *operibus* script. ἐν τοῖς ἐργαζομένοις, *in iis qui operabantur*; & loco *sacerdotis*, τῷ ἱερεῖ, *sacerdoti*. Lege iis hanc epist. ad Marcell.

℣. 2. Græc. Καὶ ἐποίησεν, *& fecit*; reliqua ut in Latino, præter unum νενησμένῳ, *neto*, additum voci *cocco*.

℣. 4. In Græco deest *ejus*, in fine; at in Mſ. Alex. & Ald. edit. sic: μερῶν αὐτῦ.

℣. 29. Græc. habet: Καὶ ἐποίησαν, *& fecerunt*; subinde post vocem *auream*, addit: ἀφόρισμα τῦ ἁγίυ, χρυσίυ καθαρῦ, *separationem sancti, auri puri*; paulòque post, loco *sanctificationis Domini*, Ἁγίασμα Κυρίῳ, *sanctificationem Domino*: reliqua concordant. Hesych l. 2. in Levit. c. 8. col. 83. a. sic legit ex LXX. *Et fecit laminam auream, deductionem auri puri, redemptionem sancti; & insculpsit litteras deformatas signis, sanctitatem Domino.*

℣. 30. Græc. Καὶ ἐπέθηκαν ἐπὶ τὸ κῶμα ὑακίνθινον, ὥστε ἐπικεῖσθαι ἐπὶ τὴν μίτραν ἄνωθεν, ὃν τρόπον συνέταξε Κύριος τῷ Μωυσῆ. *Et imposuerunt super marginem hyacinthi-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 157. de Exod. 352. c. 31..... Et fecerunt filii Iſraël ſicut præcepit Dominus Moyſi, ita fecerunt.....

VULGATA NOVA.

31. Perfectum eſt igitur omne opus tabernaculi & tecti teſtimonii: feceruntque filii Iſraël cuncta quæ præceperat Dominus Moyſi.

VULGATA NOVA.

32. Et obtulerunt tabernaculum & tectum & univerſam ſupellectilem, annulos, tabulas, vectes, columnas ac baſes,

33. opertorium de pellibus arietum rubricatis, & aliud operimentum de ianthinis pellibus,

34. velum: arcam, vectes, propitiatorium,

35. menſam cum vaſis ſuis & propoſitionis panibus:

36. candelabrum, lucernas, & utenſilia earum cum oleo:

37. altare aureum, & unguentum, & thymiama ex aromatibus:

38. & tentorium in introitu tabernaculi:

39. altare æneum, retiaculum, vectes, & vaſa ejus omnia: labrum cum baſi ſua: tentoria atrii, & columnas cum baſibus ſuis:

40. tentorium in introitu atrii, funiculoſque illius & paxillos. Nihil ex vaſis defuit, quæ in miniſterium tabernaculi, & in tectum fœderis juſſa ſunt fieri.

41. Veſtes quoque, quibus ſacerdotes utuntur in ſanctuario, Aaron ſcilicet & filii ejus,

42. obtulerunt filii Iſraël, ſicut præceperat Dominus.

43. Quæ poſtquam Moyſes cuncta vidit completa, benedixit eis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

num, ut ſupercaderet ſuper mitram deſuper, quemadmodum præcepit Dominus Moyſi.

℣. 31. Græc. Καὶ ἦσαν πεποιηκότες αὐτὰ ὃν τρόπον συνέταξε Κύριος τῷ Μωυσῆ, οὕτως ἐποίησαν αὐτά, &c.

CAPUT XL.

VULGATA NOVA.

1. LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

2. Menſe primo, prima die menſis, eriges tabernaculum teſtimonii,

3. & pones in eo arcam, demitteſque ante illam velum:

4. & illatâ mensâ, pones ſuper eam quæ rite præcepta ſunt. Candelabrum ſtabit cum lucernis ſuis,

5. & altare aureum in quo adoletur incenſum, coram arca teſtimonii. Tentorium in introitu tabernaculi pones,

6. & ante illud altare holocauſti:

7. labrum inter altare & tabernaculum, quod impleb is aquâ.

8. Circumdabiſque atrium tentoriis, & ingreſſum ejus.

9. Et aſſumpto unctionis oleo unges tabernaculum cum vaſis ſuis, ut ſanctificentur:

10. altare holocauſti & omnia vaſa ejus:

11. labrum cum baſi ſua: omnia unctionis oleo conſecrabis, ut ſint ſancta ſanctorum.

12. Applicabiſque Aaron & filios ejus ad fores tabernaculi teſtimonii, & lotos aquâ

13. indues ſanctis veſtibus, ut miniſtrent mihi, & unctio eorum in ſacerdotium ſempiternum proficiat. *Sup. 29. 35. Lev. 8. 2.*

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 158. col. 352. c. 14. Et fecit Moyſes omnia quæ præcepit ei Dominus, ita fecit.

VULGATA NOVA.

14. Fecitque Moyſes omnia quæ præceperat Dominus.

VULGATA NOVA.

15. Igitur menſe primo anni ſecundi, prima die menſis, collocatum eſt tabernaculum.

Num. 7. 1. 16. Erexitque Moyſes illud, & poſuit tabulas ac baſes & vectes, ſtatuitque columnas,

17. & expandit tectum ſuper tabernaculum, impoſito deſuper operimento, ſicut Dominus imperaverat.

18. Poſuit & teſtimonium in arca, ſubditis infra vectibus, & oraculum deſuper.

VERSIO ANTIQUA.

Idem. quæſt. 174. in Ex. t. 3. 474. e. 19. Extendit aulæa ſuper tabernaculum.....

VULGATA NOVA.

19. Cùmque intuliſſet arcam in tabernaculum, appendit ante eam velum, ut expleret Domini juſſionem.

VULGATA NOVA.

20. Poſuit & menſam in tabernaculo teſtimonii ad plagam ſeptentrionalem extra velum,

21. ordinatis coram propoſitionis panibus, ſicut præceperat Dominus Moyſi.

22. Poſuit & candelabrum in tabernaculo teſtimonii è regione menſæ in parte auſtrali,

23. locatis per ordinem lucernis, juxta præceptum Domini.

24. Poſuit & altare aureum ſub tecto teſtimonii contra velum,

25. & adolevit ſuper eo incenſum aromatum, ſicut juſſerat Dominus Moyſi.

26. Poſuit & tentorium in introitu tabernaculi teſtimonii,

27. & altare holocauſti in veſtibulo teſtimonii; offerens in eo holocauſtum, & ſacrificia, ut Dominus imperaverat.

28. Labrum quoque ſtatuit inter tabernaculum teſtimonii & altare, implens illud aquâ.

29. Laveruntque Moyſes & Aaron ac filii ejus manus ſuas & pedes,

30. cùm ingrederentur tectum fœderis, & accederent ad altare, ſicut præceperat Dominus Moyſi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 14. Itidem in Græco.

℣. 19. Addit Auguſt. ibid. *Non utique deſuper tectum, ſed eingens columnas, quia de columnis dixerat quòd ſtatueris tabernaculum.*

Digitized by Google

Vulgata nova.	Versio antiqua.
31. Erexit & atrium per gyrum tabernaculi & altaris, ducto in introitu ejus tentorio. Postquam omnia perfecta sunt,	31..... & super atrium in circuitu tabernaculi & altaris..... *Aug. quæst. 175. vbi sup.*

Vulgata nova.	
32. operuit nubes tabernaculum testimonii, & gloria Domini implevit illud. *Num. 9. 15. 3. Reg. 8. 10.*	32..... *Vide Not.*
33. Nec poterat Moyses ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & majestate Domini coruscante, quia cuncta nubes operuerat.	34. Si quando nubes tabernaculum deferebat, proficiscebantur filii Israël per turmas suas:
	35. si pendebat desuper, manebant in eodem loco.
	36. Nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus cunctis populis Israël per cunctas mansiones suas.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 31. Græc. Καὶ ἔστησε τὴν αὐλήν, *Et statuit atrium*; reliqua ut in Lat. mox Augustin. *Manifestat*, inquit, *altare holocaustomatum ad ostium tabernaculi fuisse, ut atrio totum ambiretur, & altare esset infra atrium inter portam atrii, & ostium tabernaculi.*

℣. 32. Huc redeunt quæ Augustin. ait quæst. 176. in Exod. to. 3. 474. f. *Quod nube descendente & implente tabernaculum, quæ tamen gloria Domini dicitur, non poterat Moyses intrare tabernaculum*; quæ respondent Græcis.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore Francisco Luca Brugensi.

EXODUS.

Cap. I. ℣. 6. Omnique cognatione illa. *Cave mutes pronomen demonstrativum* illa, *cum possessivo* sua.

℣. 13. Illudentes eis. *Quod subjungitur à quibusdam libris* & invidentes, *superfluit.*

Cap. II. ℣. 18. Ad Raguel patrem suum. *Non est mutandum nomen* Raguel *cum nomine* Jethro.

℣. 22. Eripuit me. *Non præponas & conjunctionem.*

℣. 25. Et cognovit eos. *Romani Correctores meritò scripserunt* cognovit, *pro eo quod in aliis libris est*, liberavit.

Cap. III. ℣. 1. Iethro soceri sui. *Non judicarunt Romani Patres pro* soceri, *substituendum esse* cognati, *quod est in multis libris. Idem occurrit infra* 4. ℣. 18.

℣. 6. Deus Isaac. *Meritò omissa est conjunctio &, quæ ab aliis præponitur. Idem locum habet infra* ℣℣. 15. 16. & c. 4. ℣. 5.

℣. 8. Et Hevæi & Jebusæi. *Non interponas &* Gergesæi, *quod quidam.*

℣. 14. Dixit Deus ad Moysen. *Consultò mutatum est nomen* Dominus, *quod est in multis libris, cum nomine* Deus.

℣. 15. In generationem & generationem. *Uno eodemque casu accusandi, legunt Sixtina Biblia nomen generationis repetitum, cùm alia exemplaria priori loco fere scribant sextum casum.*

Cap. IV. ℣. 5. Dominus Deus patrum suorum. *Pro pronomine secundæ personæ* tuorum, *rectè substitutum est pronomen tertiæ personæ* suorum.

℣. 14. Ecce ipse egreditur in occursum tuum. *Et hic in locum futuri* egredietur, *rectè subrogatum est præsens* egreditur.

℣. 16. Ipse loquetur pro te. *Hic omissa est conjunctio &, quæ à quibusdam præponebatur.*

℣. 26. Postquam dixerat: Sponsus sanguinum. *Quod subjicitur in nonnullis exemplaribus,* tu mihi es, *non est hujus versiculi, sed præcedentis.*

℣. 28. Verba Domini quibus miserat eum. *Alii codices addunt præpositionem*, pro, quibus, *quæ consultò omissa est.*

Cap. V. ℣. 14. Quare non impletis mensuram laterum. *Præsens* impletis, *est in melioribus Manuscriptis, pro præterito* implestis.

℣. 19. Videbantque se præpositi filiorum Israël in malo. *Alii libri minùs rectè legunt quartum casum* malum, *pro sexto* malo.

℣. 20. Egredientibus à Pharaone. *Non mutes tertium casum* egredientibus, *cum primo* egredientes.

Cap. VI. ℣. 20. Quæ peperit ei Aaron & Moysen. *Non subjungas &* Mariam, *quod non est hujus loci.*

Cap. VII. ℣. 9. Ac vertetur in colubrum. *Alii codices, pro futuro indicativi* vertetur, *habent præsens imperativi* vertatur, *minùs bene.*

Cap. VIII. ℣. 9. Et à servis tuis, & à populo tuo. *Hoc non omittitur à Sixtinis Bibliis, ut ab aliis quibusdam.*

℣. 19. Digitus Dei est hic. *Non mutes masculinum* hic, *cum neutro* hoc.

℣. 26. Abominationes enim Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro. *Prudenter omissa est nota interrogationis, quæ est in aliis libris.*

Cap. IX. ℣. 9. Ulcera & vesicæ. *Judicarunt Romani Patres legendum potiùs* ulcera, *id est*, ἕλκη, *quàm* vulnera, *quod est in multis manuscriptis, tam hic quam duobus versiculis proximè sequentibus.*

℣. 27. Dominus justus: ego & populus meus impii. *Meritò deleta est conjunctio &, ante pronomen* ego.

Cap. X. ℣. 3. Ut sacrificet mihi. *Hoc loco non addas* in deserto.

℣. 12. Ut ascendat super eam. *Alii legunt antecedens* terram, *loco relativi* eam.

℣. 15. Nihilque omnino virens relictum est. *Malè quidam pro* que, *legunt* quoque: nihil quoque omnino.

℣. 18. Egressusque Moyses de conspectu Pharaonis, oravit Dominum. *Alii libri intersecant hanc sententiam, additis verbo substantivo* est, *& conjunctione copulativa &.*

Cap. XI. ℣. 2. Vasa argentea & aurea. *Non addas &* vestem.

℣. 4. Media nocte egrediar in Ægyptum. *Pro* egrediar *quod est exibo, alii minùs rectè scribunt* ingrediar, *quod est intrabo.*

℣. 7. Ægyptios & Israël. *Non est addenda vox* filios, *nomini* Israël.

℣. 8. Et adorabunt me. *Non mutes compositum verbum* adorabunt, *cum simplici* orabunt.

℣. 10. Omnia ostenta quæ scripta sunt. *Quod quidam libri addunt* signa & (omnia signa & ostenta) *superfluum est.*

Cap. XII. ℣. 15. Quicunque comederit fermentatum. *Legendum est participium* fermentatum, *non nomen* fermentum.

℣. 19. Septem diebus fermentum non invenietur in domibus vestris. *Hic contra legendum est nomen* fermentum, *non participium* fermentatum.

℣. 31. Ite, immolate. *Non est interjicienda conjunctio &.*

℣. 35. Sicut præceperat Moyses. *Malè alii plerique libri, pro uno nomine* Moyses, *scribunt duo* Dominus Moysi.

℣. 37. Absque parvulis. *Meritò confoditur ut superfluum, quod in quibusdam antigraphis sequitur*, & mulieribus.

℣. 39. Neque enim poterant fermentari. *Suppl. panes. Alii scribunt numero singulari* poterat, *suppl. farina.*

Ibidem. Nec pulmenti quidquam occurrerat præparare. *Pro* occurrerat, *quidam expositionis gratiâ scribunt* curaverant.

Cap. XIII. ℣. 5. Cùmque introduxerit te Dominus in terram, &c. celebrabis hunc morem sacrorum mense isto. *Non mutes numerum singularem* te, celebrabis, *cum plurali* vos, celebrabitis.

℣. 16. Inter oculos tuos. *Non substituatur præpositio* ante, *pro ea quæ significantior est*, inter, *q. d. inter utrumque oculum.*

Cap. XIV. ℣. 19. Tollensque se angelus Dei. *Non est auferendum pronomen* se, *nec mutandum* Dei, *cum* Domini.

Cap. XV. ℣. 7. Deposuisti adversarios tuos. *Pronomen secundæ personæ* tuos *servandum est, pro eo quod alii codices habent, pronomine primæ personæ* meos.

℣. 11. Faciens mirabilia. *Non præponas & conjunctionem.*

℣. 26. Ego enim Dominus sanator tuus. *Non augeas orationem, ut alii, hoc modo:* Ego enim sum Dominus

Digitized by Google

Deus ſanator tuus.

Cap. XVI. ℣. 3. Cur **eduxiſtis** nos in deſertum iſtud? *Non rectè quidam mutarunt* eduxiſtis, *cum* induxiſtis.

℣. 7. Audivit enim murmur veſtrum. *Tertia perſona* audivit, *non eſt mutanda cum prima* audivi.

℣. 8. Quibus murmurati eſtis contra eum: nos enim quid ſumus? *Nec hic mutandum eſt pronomen tertiæ perſonæ* eum, *cum primæ* nos, *neque conjunctio* enim, *cum* autem.

℣. 33. In generationes veſtras. *Meritò deletum eſt* futuras retro, *quod à quibuſdam exemplaribus additur.*

Sequitur: Sicut præcepit Dominus Moyſi. *In aliis libris, pro perfecto, eſt pluſquàm perfectum* præceperat.

Cap. XVII. ℣. 8. Venit autem Amalec. *Non addas* ad pugnam.

℣. 16. Quia manus ſolii Domini. *Cave mutes* ſolii, *quod eſt, throni, cum* ſolius.

Cap. XVIII. ℣. 19. Et erit Deus tecum. *Non ſubroges* Dominus, *in locum nominis* Deus.

℣. 21. Viros potentes & timentes Deum. *Prudenter Correctores Romani textu expulerunt* ſapientes, *& admiſerunt* potentes, *quod eſt, fortes, ſtrenuos, conſtantes.*

Cap. XIX. ℣. 3. Moyſes autem aſcendit ad Deum. *Non addas* in montem.

℣. 13. Manus non tanget eum. *Non eſt mutandus numerus ſingularis* tanget, *in pluralem* tangent.

Cap. XX. ℣. 18. Videbat voces & lampades. *No ſubſtituas* audiebat, *pro* videbat.

℣. 23. Non facietis deos argenteos. *Non judicarunt Romani addendum* mecum, *tametſi legatur Hebraïce.*

℣. 25. Si enim levaveris cultrum ſuper eo. *ſuppl. altari. Quare non eſt legendum* eum, *multoque minùs* illos, *quod ad lapides alii referunt.*

Cap. XXI. ℣. 15. Qui percuſſerit patrem, &c. ℣. 16. Qui furatus fuerit hominem, &c. ℣. 17. Qui maledixerit patri, &c. *Hic eſt ordo verſuum in Sixtinis Bibliis, Hebræo consentaneus: nam in aliis pleriſque codicibus, conjunguntur ea legis, quæ in eos feruntur, qui parentes injuriâ afficiunt, eſtque decimus ſextus verſus, qui decimus ſeptimus.*

Cap. XXII. ℣. 6. Si ingreſſus ignis invenerit ſpinas. *Egregia correctio, pro* ſpicas, *quibus frumenti grana continentur, ſcripſiſſe* ſpinas, *quod eſt, vepres.*

℣. 9. Et quidquid damnum inferre poteſt. *Non mutes accuſativum* damnum, *cum genitivo* damni.

Cap. XXIII. ℣. 3. Pauperis quoque non miſereberis in judicio. *Non eſt vitium Correctoribus*, judicio *mutare cum* negotio, *quamvis hoc à multis legatur, non ſine ſimilitudine veri.*

℣. 6. Non declinabis in judicium pauperis. *Alii ſcribunt ſextum caſum* judicio, *pro quarto* judicium.

℣. 15. Septem diebus comedes azyma. *Non corrigas ſingulare* comedes, *per plurale* comedetis.

℣. 16. Et ſolemnitatem meſſis primitivorum. *Cave ne legas* menſis, *pro* meſſis, quod eſt Gr. Cæ.

℣. 18. Non immolabis ſuper fermento ſanguinem victimæ meæ. *Non commutes pronomen primæ perſonæ* meæ, *cum ſecundæ* tuæ.

℣. 26. Non erit infecunda nec ſterilis in terra tua. *Perperam omittunt quidam præpoſitionem* in.

Cap. XXIV. ℣. 5. Vitulos. *Meritò omiſſus eſt numerus* duodecim, *qui in multis libris ſequebatur.*

℣. 11. Nec ſuper eos qui procul receſſerant. *Non addas alteram negationem:* Necnon ſuper eos; *neque legas*, propiùs acceſſerant, *pro eo quod contrarium eſt*, procul receſſerant.

Cap. XXV. ℣. 5. Pelleſque ianthinas. *Pro* ianthinas, *alii legunt* hyacinthinas: *& quanquam idem fortaſſe utroque vocabulo ſignificetur, illud tamen potiùs ab Interprete datum, aliàs docuimus. Hæc annotatio pluribus aliis ſequentibus locis ſervit.*

℣. 33. Sphærulaque ſimul & lilium. *Hoc bis lectum iſto verſu, minùs rectè alii libri pluraliter ſcribunt*, Sphærulæque ſimul & lilia.

℣. 38. Fiant de auro puriſſimo. *Non omittatur præpoſitio* de.

Cap. XXVI. ℣. 34. In ſancto ſanctorum. *Non mutes ſingulare* ſancto, *in plurale* ſancta.

Cap. XXVII. ℣. 21. A filiis Iſraël. *Non eſt mutanda præpoſitio* à, *præpoſitione* coram.

Cap. XXVIII. ℣. 14. Et duas catenulas ex auro puriſſimo. *Alii, omiſſa præpoſitione, ſcribunt ſecundo caſu*, auri puriſſimi.

℣. 33. Et cocco bis tincto. *Quod ſequitur in quibuſdam antigraphis*, & byſſo retorta, *meritò hic omittitur.*

Cap. XXX. ℣. 13. Omnis qui tranſit ad nomen. *Pro* nomen, *quidam legunt* numerum: *ſed prior eſt germana verſio veteris Interpretis.*

℣. 18. Facies & labrum æneum. *Præſtat* labrum *ſcribere diſſyllabum*, i *mediâ litterâ, quàm* labium *triſſyllabum*, i *mediâ, hoc & aliis ſimilibus locis.*

Cap. XXXI. ℣. 15. Sex diebus facietis opus. *Non mutes numerum pluralem in ſingularem* facies.

℣. 17. Et in ſeptimo ab opere ceſſavit. *Non addas* omni.

Cap. XXXIII. ℣. 3. Quia populus duræ cervicis es. *Non commutes perſonam ſecundam* es, *cum tertia* eſt.

℣. 9. Et ſtabat ad oſtium. *Non eſt addenda vox* tabernaculi (*tametſi Hebraicè exprimatur*) *ut neque mox* Dominus, *ubi ſequitur* loquebaturque cum Moyſe.

℣. 13. Oſtende mihi faciem tuam. *Non judicarunt Romani Correctores, pro* faciem, *ſubſtituendum* viam.

℣. 19. Et vocabo in nomine Domini coram te. *Cave ne ſcribas paſſivum* vocabor, *pro activo* vocabo.

Cap. XXXIV. ℣. 4. Portans ſecum tabulas. *Non addas* duas, *reliquit enim interpres è ſuperioribus intelligendum.*

℣. 11. Quæ hodie mando tibi. *Non ſubſtituendum præteritum* mandavi, *pro præſenti* mando.

Ibidem. Et Hevæum & Jebuſæum. *Non oportet addere* & Gergeſæum.

℣. 25. De victima ſolemnitatis Phaſe. *In locum numeri ſingularis* victima, *non eſt ſubrogandus pluralis* victimis.

℣. 34. Quod ingreſſus. *Nonnulli libri habent* qui, *maſculinum, pro neutro* quod.

℣. 35. Sed operiebat ille rurſus. *Sequitur in quibuſdam codicibus* velamine, *ſed facilè intelligitur etiam non additum.*

Cap. XXXV. ℣. 16. Labrum & baſim ejus. *Retinendus eſt ſingularis numerus* baſim, *pro plurali* baſes.

℣. 24. Argenti æriſque metalla. *Meritò deletum eſt quod quidam addunt* & auri.

℣. 34. Dedit in corde ejus. *Et hîc meritò omiſſa eſt vox* Dominus.

Cap. XXXVII. ℣. 29. Et thymiama. *Servandus eſt numerus ſingularis* thymiama.

Cap. XXXVIII. ℣. 14. Unum tenebat latus. *Et hic ſervandus eſt numerus ſingularis* tenebat: *nam alii legunt pluralem* tenebant.

℣. 15. Quia inter utraque introitum tabernaculi fecit. *Non omittas præpoſitionem* inter, *nec mutes præteritum* fecit, *in præſens* facit.

℣. 28. Et ſeptuaginta quinque. *Non addas* ſiclis, *quod ſubditur in quibuſdam exemplaribus.*

Cap. XXXIX. ℣. 6. Nominibus filiorum Iſraël. *Sequitur in quibuſdam manuſcriptis:* Sex nomina in lapide uno, & ſex in altero, juxta ordinem nativitatis eorum: *ſed non eſt hujus loci, verùm capitis* 28. *ſuperioris* ℣. 10.

℣. 28. Ac vermiculo bis tincto, arte plumaria. *Inſignis locus, quo pro una voce* diſtinctum, *quæ à pleriſque legitur, & refertur ad* cingulum, *prudenter ſubſtitutæ ſunt duæ* bis tincto, *jungendæ cum* vermiculo, *Hebræo ſuffragante.*

Cap. XL. ℣. 3. Demitteſque ante eam velum. *In Romana anni* 1593. *editione eſt* dimittes, *quod eſt, relinques, pro* demittes, *quod eſt expandes: ſed lapſus eſt Typographus Romanus, dans illud pro hoc, vocalem tertiam pro ſecunda.*

℣. 5. Tentorium in introitu tabernaculi pones. *Non eſt hîc addenda vox* teſtimonii, *voci* tabernaculi, *ut nec infra* ℣. 19.

Variæ Lectiones Vulgatæ, rurſum ab eodem Francisco Luca obſervatæ.

EXODUS.

Cap. II. ℣. 16. Greges patris ſui. *Videatur præferri poſſe ſingulare* gregem, *plurali* greges.

℣. 22. Alterum verò peperit, quem vocavit Eliezer, dicens: Deus enim patris mei adjutor meus, eripuit me de manu Pharaonis. *Hunc verſiculum quamvis abſit à quibuſdam Latinis Mſs. ab Hebræis, & Chaldaicis libris, quin etiam à Græca Sixti editione, adeoque repetatur ab omnibus infra* 18. ℣. 4. *non tamen omiſerunt hoc loco Correctores, fortè quòd in nonnullis Græcis libris legatur.*

Cap. XII. ℣. 23. Tranſcendet oſtium domus. *Manuſcripta quædam omittunt voculam* domus.

Cap. XV. ℣. 19. Ingreſſus eſt enim eques Pharao. *Alii legere malunt* equus *ſecundæ declinationis, pro equitatus, quam* eques *tertiæ. Vide notationes noſtras.*

℣. 27. Venerunt autem in Elim filii Iſraël. *Non temerè libri quidam omittunt* filii Iſraël.

Cap. XXI. ℣. 14. Ab altari meo evelles eum. *Alii boni libri legunt* avelles, *primam nempe vocalem, loco ſecundæ.*

Cap. XXIII. ℣. 20. Ecce ego mittam angelum meum. *Multa bona Mſs. omittunt pronomen* meum.

Cap. XXIX. ℣. 2. Quæ conſperſa ſit oleo. *Quidam libri legunt plurali numero* ſint.

Digitized by Google

℣. 18. Odor ſuaviſſimus victimæ Domini. *Quædam bona Mſs. pro genitivo* victimæ, *habent nominativum* victima.

Cap. XXXII. ℣. 28. Ceciderunt que in die illa, quaſi viginti tria millia hominum. *Pro* viginti tria, *quod eſt in quibuſdam libris, in quibuſdam legitur amplius, nempe* triginta tria, *in quibuſdam minus, nempe* tria. *His poſtremis favent Hebræa, Græca & Chaldæa; & inter auctores, Rabanus diſertè ubi enarrat hunc locum, Ambroſius epiſtolâ 56. Thomas in ſumma 2. 2. quæſt. 14. art. 3. & q. 97. art. 4. præter alios.*

Cap. XXXVI. ℣. 29. Et in unam compaginem. *Alii Latinè ſcribunt* compagem.

℣. 34. Fuſis baſibus earum argenteis. *Hæc pericope, ut non legitur Hebraïcè, ita nec Latinè, ab antiquis bonis libris manuſcriptis.*

*CAPITULA[a] LIBRI LEVITICI.

Ex Mſs. codd. S. Pauli, Orat. B. VI. & VII. S. Petri, 21. Vatic. 4220. edita à Joſepho Maria Caro presb. Romæ 1688. & to. 1. nov. edit. Hieron.

I. *Locutus eſt Dominus ad Moyſen de Tabernaculo teſtimonii, & [b] de ſacrificiis.* c. 1. ℣. 1.

II. *Quid offeratur pro delicto ignorantiæ à ſacerdote, vel populo, [c] dicit Moyſi.* c. 4. ℣. 1.

III. *Quid pro [d] negligentia.* c. 5. ℣. 1.

IV. [e] *De commendato, & invento, ſi mentiatur, aut juret injuſtè.* c. 6. ℣. 1.

V. *De holocauſto.* c. 6. ℣. 8.

VI. *De ſacerdote uncto;* [f] *& quid offerant.* c. 6. ℣. 19.

VII. [g] *De hoſtia pro delicto.* c. 6. ℣. 24.

VIII. *Adipem, & ſanguinem, & à fera comeſtum, non manducandum.* c. 7. ℣. 22.

IX. *De ſacrificio ſalutari.* c. 7. ℣. 27.

X. *Lavit Moyſes Aaron, & filios ejus; & induit eum veſtem ſacerdotalem.* c. 8. ℣. 7.

XI. *Unxit Aaron & filios ejus, & veſtivit; & obtulerunt holocauſta, & ſacrificia: & deſcendit ignis,* [h] *& conſumpſit omnia.* c. 8. ℣℣. 7. 10. &c.

XII. *Nadab &* [i] *Abiud offerentes ignem alienum, igni cœleſti conſumpti ſunt.* c. 10. ℣. 1.

XIII. *Jubet ſacerdotes, cùm accedunt* [k] *ad altare, vinum non bibere.* c. 10. ℣. 9.

XIV. *De ſacrificio quod* [l] *remanſerit, ſacerdotes cum ſuis præcepit manducare.* c. 10. ℣. 12.

XV. *De pecoribus manducandis.* c. 11. ℣. 1.

XVI. *De piſcibus* [m] *quæ manducentur.* c. 11. ℣. 9.

XVII. *De volatilibus non manducandis.* c. 11. ℣. 13.

XVIII. *De pecoribus non manducandis.* c. 11. ℣. 20.

XIX. *De reptilibus immundis.* c. 11. ℣. 41.

XX. *De muliere, quæ maſculum* [n] *pepererit.* c. 12. ℣. 1.

XXI. *De ea, quæ puellam pepererit.* c. 12. ℣. 5.

XXII. *De* [o] *tactu lepræ.* c. 13. ℣. 2.

XXIII. *Mundatum à lepra veſtendi ſacerdoti, & ſic intrare in caſtra.* c. 14. ℣. 1.

XXIV. *De macula lepræ in domo.* c. 14. ℣. 33.

XXV. *De viro, cui fuerit fluxus ex corpore.* c. 15. ℣. 1.

XXVI. *De muliere, quæ fuerit in fluxu ſanguinis.* c. 15. ℣. 19.

XXVII. *Non debere Aaron ingredi aſſiduè interiùs in* [p] *ſancta.* c. 16. ℣. 1.

XXVIII. *Septimo menſe, decimo die menſis jejunandum.* c. 16. ℣. 29.

XXIX. [q] *Sacrificia per Dei ſacerdotes offerenda.* c. 17. ℣. 1.

XXX. *Sanguinem,* [r] *& per ſe mortuum, non manducandum.* c. 17. ℣. 10.

XXXI. [s] *Morticinum, & à fera captum non manducandum.* c. 17. ℣. 15.

XXXII. *Cum omni domeſtica generis non dormiendum.* c. 18. ℣. 7.

XXXIII. *Non adulterandum.* c. 18. ℣. 21.

XXXIV. *Sanctos eſſe debere, qui ad Deum* [t] *pertineant; & parentes diligere.* c. 19. ℣℣. 2. 3.

XXXV. *Reliquias meſſis pauperibus dimittendas.* c. 19. ℣℣. 9. 10.

XXXVI. *Non furandum; nec mentiendum; nec perjurandum; neque delaturam faciendam.* c. 19. ℣. 11.

XXXVII. *Proximum non lædendum.* c. 19. ℣. 13.

XXXVIII. *Mercedem mercenarii non detinendam.* c. 19. ℣. 13.

XXXIX. [u] Non maledices ſurdo. c. 19. ℣. 14.

XL. Ante cæcum non pones offendiculum. c. 19. ℣. 14.

XLI. Dominum Deum tuum timebis. c. 19. ℣. 14.

XLII. Non judicabis injuſtè. c. 19. ℣. 15.

XLIII. Perſonas non accipies. c. 19. ℣. 15.

XLIV. [x] Non ambulabis doloſè. c. 19. ℣. 16.

XLV. [y] Non inſiſtes in ſanguinem proximi tui. c. 19. ℣. 16.

XLVI. Non oderis fratrem tuum; nec vindicabis teipſum. c. 19. ℣. 17.

XLVII. Diliges proximum tuum [z] tanquam te. c. 19. ℣. 18.

Notæ.

* Capitula iſta olent veterem Italicam; id probat magna ipſis cum Græco ſimilitudo, in his præcipuè quibus Vulgata differt à Gr.

[a] Al. *in libro.*

[b] Al. *de ſacrificiis ejus.*

[c] Ed. nov. Hieron. to. 1. col. 109. *dicit Deus Moſi.*

[d] Ed. Hieron. addit, *offerendum ſit.*

[e] Similiter apud Aug. inf. c. 6. ℣. 2. 3. *Quicunque mentitus fuerit quæ ſunt ad proximum de commendatione..... aut invenerit perditionem, & mentitus fuerit de eo, & juraverit injuſtè,* &c. In Vulg. pro *commendatione* leg. *depoſitum*, & pro *juraverit injuſtè*, ſic, *pejeraverit.*

[f] Edit. Hieron. *uncto, quid offerat.*

[g] Edit. Hieron. *hoſtiam pro.*

[h] Al. *& combuſſit.* Edit. Hieron. *ignis conſumens omnia.*

[i] Edit. Hieron. *Abiu..... igne.*

[k] Edit. Hieron. *ad Deum.* Auguſt. infra, c. 10. ℣. 9. *ad altare*, juxta Gr. Neutrum in Vulg.

[l] Al. *remanſerat..... præcipit.* Edit. Hieron. ſimiliter, *præcipit.*

[m] Edit. Hieron. *qui.*

[n] Al. *peperit*, ut etiam cap. ſeq.

[o] Ita Auguſt. infra, c. 13. 2. Vulg. *plaga lepræ.* Græc. ἁφὴ λέπρας.

[p] Al. *in ſancto.*

[q] Al. *De ſacrificiis..... offerendis.*

[r] Al. *ſive mortuum.*

[s] Græc. favet inf. c. 17. 15. ubi ſic: ὅτις φάγεται θνησίμαιον ἢ θηριάλωτον. Ed. Hieron. add. *non comedendum.*

[t] Edit. Hieron. *accedunt.*

[u] Hoc capitulum & duo ſeqq. totidem penè verbis Græcè exſtant inf. c. 19. ℣. 14. Οὐ κακῶς ἐρεῖς κωφὸν, καὶ ἀπέναντι τυφλοῦ οὐ προσθήσεις σκάνδαλον· καὶ φοβηθήσῃ Κύριον τὸν Θεόν σου, &c.

[x] Ita Lucifer è Gr. ubi ſic, οὐ πορεύσῃ δόλῳ. Vulg. *Non eris criminator, nec ſuſurro in populo.*

[y] Ita Græc. οὐκ ἐπιστήσῃ ἐφ' αἵματι τοῦ, &c.

[z] Al. *ſicut teipſum.*

Digitized by Google

XLVIII. Jumenta tua non fines coire diverſo [a] generi. c. 19. ℣. 19.

XLIX. Veſte, quæ [b] ex diſcoloribus eſt, non induêris. c. 19. ℣. 19.

L. *Si quis dormierit cum ancilla* [c] *deſponſata viro.* c. 19. ℣. 20.

LI. [d] *Non auguriandum, vel auſpicandum.* c. 19. ℣. 26.

LII. Non profanabis filiam tuam [e] in mœchiam. c. 19. ℣. 29.

LIII. [f] *Ventriloquos, & incantatores non audiendos.* c. 19. ℣. 31.

LIV. [g] *Seniores, & presbyteros honorandos.* c. 19. ℣. 32.

LV. *Advenam diligendum.* c. 19. ℣. 33.

LVI. *Pondera, & menſuras* [h] *æquas habendas.* c. 19. ℣. 35.

LVII. *Quicunque dederit filiam ſuam* [i] *principi Moloch, morte moriatur.* c. 20. ℣. 2.

LVIII. [k] *Quicunque ſecutus fuerit ventriloquos, aut præcantatores,* [l] *perire de populo Dei.* c. 20. ℣. 6.

LIX. *Qui maledixerit patri aut matri,* [m] *morte moriatur.* c. 20. ℣. 9.

LX. [n] *Adulteri pariter moriantur.* c. 20. ℣. 10.

LXI. [o] *Cum uxore patris qui dormierit, ambo moriantur.* c. 20. ℣. 11.

LXII. *Si quis manſerit cum nuru ſua, ambo moriantur.* c. 20. ℣. 12.

LXIII. *Quicunque manſerit cum maſculo,* [p] *concubito muliebri, ambo moriantur.* c. 20. ℣. 13.

LXIV. [q] *Quicunque acceperit mulierem & matrem ejus, igni cremabuntur.* c. 20. ℣. 14.

LXV. [r] Quicunque dederit concubitum in quadrupede moriatur; & quadrupedem occidetis. c. 20. ℣. 15.

LXVI. *Quacunque mulier ad aliquod pecus acceſſerit, causâ coïtus,* [t] *occidantur.* c. 20. ℣. 16.

LXVII. *Quicunque acceperit ſororem ſuam,* [t] *extirpabuntur de populo.* c. 20. ℣. 17.

LXVIII. [u] *Si quiſquam cum menſtruata coierit, vel cum uxore patrui, vel avunculi, vel cum uxore fratris ſui.* c. 20. ℣℣. 18. 20.

LXIX. [x] *Ventriloquum, & incantatorem lapidandos.* c. 20. ℣. 27.

LXX. *Sacerdotes in nullo inquinari, ſed eſſe ſanctos.* c. 21. ℣. 1.

LXXI. *Filia viri ſacerdotis, ſi proſtituatur ad fornicandum, igne* [y] *cremabitur.* c. 21. ℣. 9.

LXXII. *Homo, in quo fuerit macula, non accedet offerre dona Deo.* c. 21. ℣. 17.

LXXIII. [z] *Sacerdotem, in quo fuerit immunditia, & ſic acceſſerit ad ſancta, exterminari à Deo; & de ſanctis extraneus non manducet.* c. 22. ℣℣. 3. 10.

LXXIV. *Maculoſa & vitioſa non offerenda.* c. 22. ℣. 17.

LXXV. *De ſacrificio orationis.* c. 22. ℣. 29.

LXXVI. *De ſabbato obſervando.* c. 23. ℣℣. 1.

LXXVII. *De paſcha, &* [aa] *azyma.* c. 23. ℣. 4.

LXXVIII. *De primitiis meſſis offerendis.* c. 23. ℣. 9.

LXXIX. *De menſe ſeptimo.* c. 23. ℣. 23.

LXXX. *Ad lumen lucernæ oleum* [bb] *inferendum.* c. 24. ℣. 1.

LXXXI. *Eum, qui blaſphemaverit, lapidandum.* c. 24. ℣. 10.

LXXXII. *Eum, qui occiderit, occidendum; & de Jubilæo.* c. 24. ℣. 17.

LXXXIII. *De fratre paupere.* c. 25. ℣. 25.

LXXXIV. *De fratre venundato, & comparato.* c. 25. ℣. 39.

LXXXV. *Idola non facienda.* c. 26. ℣. 1.

LXXXVI. *Sabbata* [cc] *ſervanda.* c. 26. ℣. 2.

LXXXVII. *Bellum* [dd] *afuturum, ſi mandata cuſtodiantur.* c. 26. ℣. 3.

LXXXVIII. *In tribulationibus, & fame, & plagis malis caſtigandos, ſi præcepta non* [ee] *ſervantur.* c. 26. ℣. 14.

LXXXIX. *Votum maſculi, vel feminæ pretio offerendum; in pecudibus verò non mutandum.* c. 27. ℣. 1.

NOTÆ.

[a] Al. *genere.*

[b] Al. *de coloribus.*

[c] Græc. Διαπεφυλαγμένη ἀνθρώπῳ, *reſervata homini;* Vulg. *nubilis.*

[d] Edit. Hieron. *Non augurandum.* Gr. bene, οὐκ οἰωνιεῖσθε, οὐδὲ ὀρνιθοσκοπήσεσθε. Vulg. *Non augurabimini, nec obſervabitis ſomnia.*

[e] Al. *ad mœchandum;* al. *in mœcham:* Græc. ad verbum. Οὐ βεβηλώσεις τὴν θυγατέρα σου, ἐκπορνεῦσαι αὐτήν. Vulg. ſimpliciter, *Ne proſtituas filiam tuam.*

[f] Optimè de Græco, ubi ſic: ἐγγαστριμύθοις, καὶ τοῖς ἐπαοιδοῖς, &c. In Vulg. *magi & arioli.*

[g] Ita Aug. infra, 19. 32.

[h] Edit. Hieron. *æquè habendas.*

[i] In Gr. ſimpliciter, ἄρχοντι, abſque *Moloch;* in Vulg. *idolo Moloch.*

[k] Sic Anon. infra apud Ambroſ. cum Gr. 20. 6. Vulg. *magos, & ariolos* ut ſup. not. f. & infra x.

[l] Edit. Hieron. *pereat de populo,* abſque *Dei.*

[m] Edit. Hieron. delet *morte.*

[n] Al. *Adulter item moriatur.*

[o] Optimè è Gr. ubi ſic: μετὰ γυναικὸς τοῦ πλησίον αὐτοῦ. Vulg. *cum noverca ſua,* &c.

[p] Edit. Hieron. *coïtu femineo,* juxta Vulg. Gr. Ὃς ἂν κοιμηθῇ μετὰ ἄρσενος κοίτην γυναικός.

[q] Gr. ſimiliter: Ὃς ἂν λάβῃ γυναῖκα καὶ τὴν μητέρα αὐτῆς..... ἐν πυρὶ καταυθήσονται αὐτὸν καὶ αὐτάς. Vulg. *Qui ſupra uxorem filiam, duxerit matrem ejus.... vivus ardebit cum eis.*

[r] Ita Gr. penè ad verbum, ut notavimus inf. 20. 15. Vulg. *Qui cum jumento & pecore coierit, morte moriatur; pecus quoque occidite.*

[s] Al. *occidantur ambo,* al. *occidetur.*

[t] Al. *extirpatur.*

[u] Edit. Hieron. hab. *Si quis,* & infra, *patris,* loco *patrui;* item omiſſo iſto, *cum uxore,* addit in fine, *morte moriatur.* In Gr. non *uxor patris, aut patrui, vel avunculi,* ut in Vulg. ſed ſimpliciter *cognata,* μετὰ τῆς συγγενοῦς.

[x] Ita Gr. conſtanter cum Aug. infra, 20. 27. Vulg. *Vir in quo pythonicus, vel divinationis ſpiritus.* Vide ſup. not. f & k.

[y] Al. *cremabuntur.* In Græco ſic: Καὶ θυγάτηρ ἀνθρώπου ἱερέως ἐὰν βεβηλωθῇ τῷ ἐκπορνεῦσαι..... ἐπὶ πυρὸς καταυθήσεται, ut ſup. Vulg. 21. 9. *Sacerdotis filia ſi deprehenſa fuerit in ſtupro..... flammis exuretur.*

[z] Ita ferè Græc. cum Aug. infra, c. 22. 3.

[aa] Edit. Hieron. *azymis.*

[bb] Al. *offerendum.*

[cc] Edit. Hieron. *obſervanda.*

[dd] Edit. Hieron. bene, *abſuturum,* al. *affuturum,* ſed malè.

[ee] Al. *ſervantur.*

Digitized by Google

LIBER
LEVITICUS.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.

1. VOCAVIT autem Moysen, & locutus est ei Dominus de tabernaculo testimonii, dicens :

2. Loquere filiis Israël, & dices ad eos : Homo, qui obtulerit ex vobis hostiam Domino de pecoribus, id est, de bobus & ovibus offerens victimas,

VERSIO ANTIQUA.

1..... *Vide Not.*

2..... Homo ex vobis, si obtulerit dona Domino à pecoribus, à bobus & ab ovibus offeretis..... *Aug. Locut. 1. de Lev. 1. 3. p. 351. d.*

VULGATA NOVA.

Exod. 29. 10.

3. si holocaustum fuerit ejus oblatio, ac de armento ; masculum immaculatum offeret ad ostium tabernaculi testimonii, ad placandum sibi Dominum :

4. ponetque manum super caput hostiæ, & acceptabilis erit, atque in expiationem ejus proficiens :

5. immolabitque vitulum coram Domino, & offerent filii Aaron sacerdotes sanguinem ejus, fundentes per altaris circuitum, quod est ante ostium tabernaculi :

6. detractaque pelle hostiæ, artus in frusta concìdent,

7. & subjicient in altari ignem, strue lignorum ante compositа :

8. & membra quæ sunt cæsa, desuper ordinantes, caput videlicet, & cuncta quæ adhærent jecori,

3..... *Vide Not.*

8..... 9. *Vide Not.*

9. intestinis & pedibus lotis aquâ : adolebitque ea sacerdos super altare in holocaustum & suavem odorem Domino.

10. Quòd si de pecoribus oblatio est, de ovibus sive de capris holocaustum, masculum absque macula offeret :

11. immolabitque ad latus altaris, quod respicit ad aquilonem, coram Domino : sanguinem verò illius fundent super altare filii Aaron per circuitum :

12. dividentque membra, caput, & omnia quæ adhærent jecori : & ponent super ligna, quibus subjiciendus est ignis :

13. intestina verò & pedes lavabunt aquâ. Et oblata omnia adolebit sacerdos super altare, in holocaustum & odorem suavissimum Domino.

14. Si autem de avibus, holocausti oblatio

14..... *Vid. Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Plura mutuamur infra ab Hesychio presbyt. Salonitano, al. Hierosolymit. qui commentarium in Levit. edidit, non Græcè quidem, sed Latinè, ut probatum est sup. in præfat. gen. & legenti cuique obvium erit. Porro hic Auctor in Levit. 1. c. 1. col. 53. h. observat, *Exordium in edit. LXX.* duci *ab ea parte orationis, quæ est conjunctio :* & infra, col. 54. b. *Præterea*, inquit, *secundùm LXX. non vocari, sed revocari Moysen scriptum est.* Nunc etiam Græcè, Καὶ ἀνεκάλεσε Μωυσῆν, al. tamen, Καὶ ἐκάλεσε.

℣. 2. Addit August. ibid. *Hoc est, si à pecoribus offeretis, à bobus, ab ovibus, offeretis.* Græc. Ἄνθρωπος ἐξ ὑμῶν ἐὰν προσαγάγῃ δῶρα τῷ..... ἀπὸ τῶν κτηνῶν, ἢ ἀπὸ τῶν βοῶν, &c. ut sup.

℣. 3. Hesych. Salonit. in hunc loc. col. 54. f. *Secundùm LXX.* inquit, *ad tabernaculum testimonii jussit munus offerri.* Attamen Græcè nunc legitur : Πρὸς τὴν θύραν τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, *ad ostium tabernaculi testimonii*, ut in Vulg. loco verò hujus, quod Vulg. addit, *ad placandum sibi Dominum*, Hesych. monet dici, *esse hoc & acceptum.* In Gr. Προσδεκτὸν αὐτὸ λεκτὸν ἐναντίον Κυρίου.

℣. 8. Hesych. ad hunc Vulg. loc. *caput & cuncta quæ adhærent jecori* ; addit col. 55. f. *Vel sicut LXX.* caput & adipes, Græc. τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ στέαρ.

℣. 9. Hesych. similiter col. 56. a. ad hæc Vulg. verba. *Intestinis & pedibus lotis aqua*, ait : *LXX. edunt :* Ea quæ sunt in ventre, & pedes aquâ lavent, Græc. Τὰ δὲ ἐγκοίλια, καὶ τὰς πόδας πλυνοῦσιν ὕδατι.

℣. 14. Eò spectant quæ August. ait, quæst. 4. in Lev.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

fuerit Domino, de turturibus, aut pullis columbæ,

15. offeret eam sacerdos ad altare: & retorto ad collum capite, ac rupto vulneris loco, decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris:

16. vesiculam verò gutturis, & plumas projiciet prope altare ad orientalem plagam, in loco in quo cineres effundi solent,

17. confringetque ascellas ejus, & non secabit, neque ferro dividet eam, & adolebit super altare, lignis igne suppositò. Holocaustum est & oblatio suavissimi odoris Domino.

15..... *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. *Cùm priùs* (1. 14.) *seorsum de holocaustis loqueretur, commemoravit turturem, & non dicit duos*, ut infra 5. 7. In Græco, Προσοίσει ἀπὸ τῶν τρυγόνων, ἢ ἀπὸ τῶν στρουθῶν τὸ δῶρον αὐτοῦ.

℣. 15. Hesych. in hunc loc. col. 57. b. ubi Vulgata habet: *ac rupto vulneris loco*, ait: *LXX. edunt;* refractione capitis. Græc. καὶ ἀποκνίσει τὴν κεφαλήν.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. ANima cùm obtulerit oblationem sacrificii Domino, similа erit ejus oblatio: fundetque super eam oleum, & ponet thus,

2. ac deferet ad filios Aaron sacerdotes: quorum unus tollet pugillum plenum similæ & olei, ac totum thus, & ponet memoriale super altare in odorem suavissimum Domino:

Eccli. 7. 34. 3. quod autem reliquum fuerit de sacrificio, erit Aaron & filiorum ejus, sanctum sanctorum de oblationibus Domini.

4. Cùm autem obtuleris sacrificium coctum in clibano: de similа, panes scilicet absque fermento, conspersos oleo, & lagana azyma oleo lita.

5. Si oblatio tua fuerit de sartagine, similæ conspersæ oleo & absque fermento,

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Loc. 2. 351. d. Hesych. in Levit. 2. 59. c. 6. Et confringes ea fragmenta, & fundes super eam oleum; sacrificium est Domino.

VULGATA NOVA.

6. divides eam minutatim, & fundes super eam oleum.

VULGATA NOVA.

7. Sin autem de craticula fuerit sacrificium, æquè similа oleo conspergetur:

8. quam offerens Domino, trades manibus sacerdotis.

9. Qui cùm obtulerit eam, tollet memoriale de sacrificio, & adolebit super altare in odorem suavitatis Domino;

10. quidquid autem reliquum est, erit Aaron, & filiorum ejus, sanctum sanctorum de oblationibus Domini.

11. Omnis oblatio, quæ offertur Domino, absque fermento fiet, nec quidquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Domino.

12. Primitias tantùm eorum offeretis ac munera: super altare verò non imponentur in odorem suavitatis.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Ezech. 16. t. 3. 785. a. 13. Omne sacrificium vestrum sale salietur; non cessabit sal testamenti Domini de sacrificiis vestris. In cunctis muneribus vestris sal offeretis.

VULGATA NOVA.

13. Quidquid obtuleris sacrificii, sale condies, nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione tua offeres sal. *Marc. 9. 48.*

VULGATA NOVA.

14. Si autem obtuleris munus primarum frugum tuarum Domino de spicis adhuc virentibus, torrebis igni, & confringes in morem farris, & sic offeres primitias tuas Domino,

15. fundens supra oleum, & thus imponens, quia oblatio Domini est:

16. de qua adolebit sacerdos in memoriam muneris, partem farris fracti, & olei, ac totum thus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Augustin. ibid. *Et confringes ea fragmenta, id est, confringendo facies ea fragmenta:* reliqua de Hesychio; qui etiam ad hoc Vulgatæ, & *fundes super eam oleum;* ait: *LXX. adduns: Sacrificium est Domino.* In Græco similiter: Καὶ διαθρύψεις αὐτὰ κλάσματα, καὶ ἐπιχεεῖς ἐπ' αὐτὰ ἔλαιον· θυσία ἐστὶ Κυρίῳ.

℣. 13. In Græco sic: Καὶ πᾶν δῶρον θυσίας ὑμῶν ἁλὶ ἁλισθήσεται· καὶ διαπαύσασθε ἅλας διαθήκης Κυρίου ἀπὸ τῶν θυσιασμάτων ὑμῶν· ἐπὶ πάντας δώρου ὑμῶν προσοίσετε Κυρίῳ τῷ Θεῷ ὑμῶν ἅλας. Nota in Ald. edit. & Compl. scribi, καὶ διαπαύσεται, *non desistes*, pro καὶ διαπαύσασθε, *non desliteritis* supp. offerre. Item in Mss. Alex. ἅλα, *salem*, loco ἅλας, *sales*.

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. QUòd si hostia pacificorum fuerit ejus oblatio, & de bobus voluerit offerre, marem sive feminam, immaculata offeret coram Domino.

2. Ponetque manum super caput victimæ suæ, quæ immolabitur in introitu tabernaculi testimonii, fundentque filii Aaron sacerdotes sanguinem per altaris circuitum.

VERSIO ANTIQUA.

Hesych. Salonit. in Levit. 3. p. 61. b. 3..... adipem qui operit ventrem, & omnem adipem qui in ventre est:

VULGATA NOVA.

3. Et offerent de hostia pacificorum in oblationem Domino, adipem qui operit vitalia, & quidquid pinguedinis est intrinsecus: *Exod. 29. 13.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Græc. Τὸ σέαρ τὸ καταχαλύπτον τὴν κοιλίαν.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

4. duos renes cum adipe quo teguntur ilia, & reticulum jecoris cum renunculis:

5. adolebuntque ea super altare in holocaustum, lignis igne suppositò: in oblationem suavissimi odoris Domino.

6. Si verò de ovibus fuerit ejus oblatio & pacificorum hostia, sive masculum obtulerit, sive feminam, immaculata erunt.

7. Si agnum obtulerit coram Domino,

8. ponet manum suam super caput victimæ suæ: quæ immolabitur in vestibulo tabernaculi testimonii: fundentque filii Aaron sanguinem ejus per circuitum altaris.

9. Et offerent de pacificorum hostia sacrificium Domino: adipem & caudam totam

10. cum renibus, & pinguedinem quæ operit ventrem atque universa vitalia, & utrumque renunculum cum adipe qui est juxta ilia, reticulumque jecoris cum renunculis:

11. & adolebit ea sacerdos super altare in pabulum ignis & oblationis Domini.

12. Si capra fuerit ejus oblatio, & obtulerit eam Domino,

13. ponet manum suam super caput ejus: immolabitque eam in introitu tabernaculi testimonii. Et fundent filii Aaron sanguinem ejus per altaris circuitum.

14. Tollentque ex ea in pastum ignis Dominici, adipem qui operit ventrem, & qui tegit universa vilia:

15. duos renunculos cum reticulo, quod est super eos juxta ilia, & arvinam jecoris cum renunculis:

VULGATA NOVA.

16. adolebitque ea super altare sacerdos, in alimoniam ignis, & suavissimi odoris. Omnis adeps, Domini erit

17. jure perpetuo in generationibus, & cunctis habitaculis vestris: nec sanguinem nec adipem omnino comedetis.

VERSIO ANTIQUA.

16. offeret illud sacerdos ad altare, exta, odorem suavitatis. Omnis adeps, Domino.

Hesych. in Lev. 3. p. 62. f. Aug. quæst. 21. in Lev. 499. a.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 16. Gr. Καὶ ἀνοίσει ὁ ἱερεὺς ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον· κάρπωμα ὀσμὴ εὐωδίας τῷ Κυρίῳ. Πᾶν τὸ στέαρ τῷ Κυρίῳ.

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

2. Loquere filiis Israël: Anima, quæ peccaverit per ignorantiam, & de universis mandatis Domini, quæ præcepit ut non fierent, quippiam fecerit:

3. si sacerdos, qui unctus est, peccaverit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum Domino:

4. & adducet illum ad ostium tabernaculi testimonii coram Domino, ponetque manum super caput ejus, & immolabit eum Domino.

5. Hauriet quoque de sanguine vituli, inferens illum in tabernaculum testimonii.

6. Cùmque intinxerit digitum in sanguine, asperget eo septies coram Domino contra velum sanctuarii:

7. ponetque de eodem sanguine super cornua altaris thymiamatis gratissimi Domino, quod est in tabernaculo testimonii: omnem autem reliquum sanguinem fundet in basim altaris holocausti in introitu tabernaculi.

8. Et adipem vituli auferet pro peccato, tam eum qui vitalia operit, quàm omnia quæ intrinsecus sunt:

9. duos renunculos, & reticulum quod est super eos juxta ilia, & adipem jecoris cum renunculis,

10. sicut aufertur de vitulo hostiæ pacificorum: & adolebit ea super altare holocausti.

11. Pellem verò & omnes carnes, cum capite & pedibus & intestinis & fimo,

12. & reliquo corpore, efferet extra castra in locum mundum, ubi cineres effundi solent: incendetque ea super lignorum struem, quæ in loco effusorum cinerum cremabuntur.

VERSIO ANTIQUA.

2..... Anima, si peccaverit in conspectu Domini non sponte, ex omnibus præceptis Domini, quæ non oportet fieri, feceritque unum ex eis:

Hieron. l. 1. contr. Pelag. t. 4. 505. c.

VULGATA NOVA.

3..... *Vide Not.*

9... 10... *Vide Not.*

5... 6... 7. *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Ita primùm in Græco. Λάλησον πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, λέγων. *Loquere ad filios Israël, dicens*: reliqua ut in Lat. sup. præter hoc, ποιεῖν, *facere*, pro *fieri*, & ἕν τι ἀπ' αὐτῶν, *unum aliquid de eis*, loco *unum ex eis*.

℣. 3. In Græco sic: Ἐὰν μὲν ὁ ἀρχιερεὺς ὁ κεχεισμένος ἁμάρτῃ τῷ τὸν λαὸν ἁμαρτεῖν, ἢ προσάξει περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτοῦ, ἧς ἥμαρτε, μόσχον ἐκ βοῶν ἄμωμον τῷ Κυρίῳ περὶ τῆς ἁμαρτίας. Unde Augustin. quæst. 23. in Levit. to. 3. 499. d. dicit: *Cùm sacrificia pro peccatis priùs commemoraret, vitulum dixit offerendum pro peccato sacerdotis, qui fecisset populum peccare.*

℣. 5. Ita Græc. hab. deficiente Latino. Καὶ λαβὼν ὁ ἱερεὺς ὁ χρισὸς ὁ τελειωμένος τὰς χεῖρας ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ μόσχου, καὶ εἰσοίσει αὐτὸ εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου. Eadem respiciens Augustin. quæst. 23. in Levit. to. 3. 499. e. dicit: *Generaliter præcipiebat, si sacerdos peccasset, ipsum sacerdotem unctum & consummatum, quem vult intelligi summum sacerdotem, sacrificia ista jussit offerre.*

℣℣. 6..... 7. Augustin. quæst. 23. in Levit. to. 3. 499. e. hæc habet: *De sanguine vituli cornua tangi præcepit altaris incensi, aspergendum etiam ex ipso sanguine contra velum sanctum, reliquum verò sanguinem fundendum ad basim altaris holocaustomatum*, quæ satis textum Græcum referunt, ubi sic: Ὁ ἱερεὺς..... προσοχεῖ ἀπὸ τοῦ αἵματος..... κατὰ τὸ καταπέτασμα τὸ ἅγιον. Καὶ ἐπιθήσει ὁ ἱερεὺς ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ μόσχου ἐπὶ τὰ κέρατα τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θυμιάματος..... καὶ πᾶν τὸ αἷμα τοῦ μόσχου ἐκχεεῖ παρὰ τὴν βάσιν τοῦ θυσιαστηρίου τῶν ὁλοκαυτωμάτων, &c.

℣℣. 9..... 10. Eò spectant quæ scribit Aug. quæst. 22. in Levit. to. 3. 499. d. *Loquens de sacrificiis salutaris, pinnam jocineris, cum adipe ventris, & renum, & lumborum, offerri Domino præcepit.* Nec longè Græc. abest in quo sic: Καὶ τοὺς δύο νεφροὺς, καὶ τὸ στέαρ τὸ ἐπ' αὐτῶν, ὃ ἐστιν ἐπὶ τῶν μηρίων, καὶ τὸν λοβὸν τοῦ ἥπατος σὺν τοῖς νεφροῖς περιελεῖ αὐτὸ..... καὶ ἀνοίσει ὁ ἱερεὺς ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 20. in Levit. t. 3. 498. a. 13. Si autem omnis ſynagoga filiorum Iſraël ignoraverit, & latuerit verbum ab oculis ſynagogæ, & fecerit unum ab omnibus mandatis Domini quod non fiet, & deliquerint,

14. & cognitum illis fuerit peccatum, quod peccaverunt in eo.....

VULGATA NOVA.

13. Quòd ſi omnis turba Iſraël ignoraverit; & per imperitiam fecerit quod contra mandatum Domini eſt,

14. & poſtea intellexerit peccatum ſuum; offeret pro peccato ſuo vitulum, adducetque eum ad oſtium tabernaculi.

VULGATA NOVA.

15. Et ponent ſeniores populi manus ſuper caput ejus coram Domino. Immolatoque vitulo in conſpectu Domini,

16. inferet ſacerdos, qui unctus eſt, de ſanguine ejus in tabernaculum teſtimonii,

17. tincto digito aſpergens ſepties contra velum:

18. ponetque de eodem ſanguine in cornibus altaris, quod eſt coram Domino in tabernaculo teſtimonii: reliquum autem ſanguinem fundet juxta baſim altaris holocauſtorum, quod eſt in oſtio tabernaculi teſtimonii.

19. Omnemque ejus adipem tollet, & adolebit ſuper altare:

20. ſic faciens & de hoc vitulo quomodo fecit & priùs: & rogante pro eis ſacerdote, propitius erit eis Dominus.

21. Ipſum autem vitulum efferet extra caſtra, atque comburet ſicut & priorem vitulum: quia eſt pro peccato multitudinis. 21..... *Vide Not.*

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ubi ſup. 22. Si autem princeps peccaverit, & fecerit unum ab omnibus præceptis Domini Dei ſui quod non fiet, nolens, & deliquerit,

Aug. Locut. 3. t. 3. 351. e. Hieron. l. 1. contr. Pelag. t. 4. 505. c. 23. & cognitum ei fuerit peccatum, quod peccavit in eo..... offeret munus, hircum de capris, maſculum immaculatum.

24. Et ponet manus ſuas ſuper caput ejus, interficietque illum in loco, ubi mactantur holocauſta coram Domino, quia pro peccato eſt.

VULGATA NOVA.

22. Si peccaverit princeps, & fecerit unum è pluribus per ignorantiam, quod Domini lege prohibetur,

23. & poſtea intellexerit peccatum ſuum; offeret hoſtiam Domino, hircum de capris immaculatum.

24. Ponetque manum ſuam ſuper caput ejus: cùmque immolaverit eum in loco ubi ſolet mactari holocauſtum coram Domino, quia pro peccato eſt,

VULGATA NOVA.

25. tinget ſacerdos digitum in ſanguine hoſtiæ pro peccato, tangens cornua altaris holocauſti, & reliquum fundens ad baſim ejus.

26. Adipem verò adolebit ſupra, ſicut in victimis pacificorum fieri ſolet: rogabitque pro eo ſacerdos, & pro peccato ejus, & dimittetur ei.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 20. in Levit. t. 3. 498. b. 27. Si autem anima una peccaverit nolens de populo terræ, in eo quod facit ab omnibus præceptis Domini quod non fiet, & deliquerit,

28. & cognitum fuerit ei peccatum, quod peccavit in ipſo.....

VULGATA NOVA.

27. Quòd ſi peccaverit anima per ignorantiam, de populo terræ, ut faciat quidquam de his quæ Domini lege prohibentur, atque delinquat,

28. & cognoverit peccatum ſuum, offeret capram immaculatam.

29. Ponetque manum ſuper caput hoſtiæ quæ pro peccato eſt, & immolabit eam in loco holocauſti.

Heſych. Salonit. in Levit. p. 66. f. 30. Et tollet, & ponet ſacerdos ſanguinem peccati digito ſuper cornua altaris holocauſtomatis.

30. Tolletque ſacerdos de ſanguine in digito ſuo: & tangens cornua altaris holocauſti, reliquum fundet ad baſim ejus.

VULGATA NOVA.

31. Omnem autem adipem auferens, ſicut auferri ſolet de victimis pacificorum, adolebit ſuper altare in odorem ſuavitatis Domino: rogabitque pro eo, & dimittetur ei.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 13. Similiter in Græco, præter vocem *filiorum*, quæ abeſt; in Mſ. tamen Oxon. ac edit. Ald. legitur, τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Gr. addit ἀκουσίως, *non ſponte*, verbo *ignoraverit*, quod deeſt in edit. Ald. & apud Origen. ſubinde conſtanter ποιήζωσι, *fecerint*, pro *fecerit*. Vide infra Not. ad ℣. 37. cap. 6. ut & Auguſt. ipſum quæſt. 7. 492. f. 493. b.

℣. 14. Græc. Καὶ γνωσθῇ αὐτοῖς ἡ, &c. ut ſup.

℣. 21. Eò ſpectat quod ait Aug. q. 18. 496. d. *Hoc enim juſſit fieri ſuperiùs de vitulo quem pro peccato ſuo ſacerdos offerret, & de vitulo quem pro peccato univerſæ ſynagogæ, ut carnes quæ remanſerint, foris extra caſtra comburantur.*

℣. 22. In Gr. pro *nolens*, legitur ἀκουσίως, *non ſponte*, additurque ἐν ἁμάρτῃ, ἐν ὠλιγωρήσει, & *peccaverit*, & *deliquerit*. Sed in Mſ. Oxon. & Ald. edit. deeſt ἐν ἁμαρτῇ, ut ſup. reliqua quadrant. Vide Aug. inf. Not. in ℣. 37. c. 6. de differentia delicti & peccati; item ſup. q. 7. 493. b.

℣. 23. Prima pars quæ ex Auguſtino eſt, congruit cum Gr. nec differt etiam poſterior ex Hieronymo, niſi quòd præponitur ἐν, verbo *offeret*; additurque αὐτῷ, poſt *munus*. Sic autem priora ipſa reddidit Hieron. *Et poſtea didicerit peccatum ſuum quod peccavit per ignorantiam, offeret*, &c. Heſych. l. 1. in Levit. c. 4. col. 66. b. addit: *Hoc autem LXX. in Græco ſic edunt, ut χίμαεον & χίμαιεον dicant offerri debere, quod Latini ex eadem editione interpretati ſunt hœdum ex capris maſculum, & capram de hœdis femellam; χίμαρος autem, & χίμαιρα, fetus caprarum ſunt χειμερῖνοι, id eſt, qui circa tempus hiemis naſcuntur;* & infra: *Tunc enim princeps hircum, ſive χίμαεον, is autem qui de turba eſt, offerat capram, ſive χίμαιραν, immaculata autem utraque*, &c.

℣. 24. Vix differt Hieron. à Græco, ubi ſic: Καὶ ἐπιθήσει τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ χιμάρου ἐν ᾧ σφάζουσιν αὐτὸν ἐν τόπῳ, ὃ σφάζουσι τὰ ὁλοκαυτώματα ἐνώπιον Κυρίου ἁμαρτίαι ἐστί. In editt. Ald. & Compl. additur αὐτῆς, ad χεῖρα, & in Mſ. Oxon. habetur in fine ἁμαρτίας ἐστί.

℣. 27. Similia Græcum habet, exceptis his, ἀκουσίως, *non ſponte*, pro *nolens*; & ἐν τῷ ποιῆσαι μίαν, *in faciendo unum*, pro *in eo quod facit*.

℣. 28. Græc. Καὶ γνωσθῇ αὐτῷ ἡ, &c. ut in Lat. Vide Auguſt. ſup. quæſt. 8. in Levit. col. 493. d. & Not. ad ℣. 23. ſup.

℣. 30. Græc. Καὶ λήψεται ὁ ἱερεὺς ἀπὸ τοῦ αἵματος αὐτῆς τῷ δακτύλῳ, καὶ ἐπιθήσει ἐπὶ τὰ κέρατα τοῦ θυσιαστηρίου τῶν ὁλοκαυτωμάτων.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

32. Sin autem de pecoribus obtulerit victimam pro peccato, ovem scilicet immaculatam;

33. ponet manum super caput ejus, & immolabit eam in loco ubi solent cædi holocaustorum hostiæ.

34. Sumetque sacerdos de sanguine ejus digito suo, & tangens cornua altaris holocausti, reliquum fundet ad basim ejus.

VULGATA NOVA.

35. Omnem quoque adipem auferens, sicut auferri solet adeps arietis, qui immolatur pro pacificis; cremabit super altare in incensum Domini: rogabitque pro eo, & pro peccato ejus, & dimittetur ei.

VERSIO ANTIQUA.

35..... & superponet illud sacerdos super altare, super holocaustoma Domini: & exorabit pro eo sacerdos pro peccato quod peccavit, & dimittetur illi. *Aug. quæst. 27. in Levit. t. 3. 502. g.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 35. Græc. Καὶ ἐπιθήσει αὐτὸ ὁ ἱερεύς, &c. ut in Lat. nisi excipias verbum, ἐξιλάσεται, pro quo August. habet, *exorabit*, propriè, *depropitiabit*, ut August. supra, i. e. *deprecabitur*, *placabit*. Vide August. quæst. 4. in Levit. col. 492. c. ubi legit, *Et imponet super holocaustoma*. Item inf. col. 495. d.

CAPUT V.

VULGATA NOVA.

1. SI peccaverit anima, & audierit vocem jurantis, testisque fuerit quòd aut ipse vidit, aut conscius est: nisi indicaverit, portabit iniquitatem suam.

2. Anima, quæ tetigerit aliquid immundum, sive quod occisum à bestia est, aut per se mortuum, aut quodlibet aliud reptile: & oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est, & deliquit:

3. & si tetigerit quidquam de immunditia hominis, juxta omnem impuritatem qua pollui solet, oblitaque cognoverit postea, subjacebit delicto.

4. Anima, quæ juraverit, & protulerit labiis suis ut vel malè quid faceret, vel benè, & idipsum juramento, & sermone firmaverit, oblitaque postea intellexerit delictum suum,

VERSIO ANTIQUA.

1. SI autem anima peccaverit, & audierit vocem jurationis, & ipse testis fuerit, aut viderit, aut conscius fuerit: si non nunciaverit, & accipiet peccatum. *Aug. Locut. 4. t. 3. 351. e. f.*

2. Anima, quæcunque tetigerit omnem rem immundam, aut morticini, aut à fera capti immundi, aut eorum quæ sunt morticina abominationum immundarum, morticinum jumentorum immundorum, *Aug. quæst. 2. 3. & 4. in Levit. 490. d. e. seqq.*

3. aut tetigerit ab immunditia hominis, ab omni immunditia ejus, quam si tetigerit, inquinabitur; & latuerit eum, post hoc autem cognoverit, & deliquerit.

4. Anima, quæcunque juraverit distinguens labiis malefacere, aut benefacere, secundùm omnia quæcunque distinxerit homo cum jurejurando, & latuerit eum, & id cognoverit, & peccaverit unum ex his,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Eadem rursus legit Aug. ad verbum, quæst. 1. in Levit. to. 3. 489. d. excepto uno *aut*, loco &, ante *audierit*: at Locut. 5. constanter retinet &, immo notat &, ibi positum esse pro *id est*. In Græco, ἐὰν ἀκούσῃ, reliqua similiter concinunt, nisi quòd detracto verbo *fuerit*, habetur, ἢ ἑώρακεν ἢ σύνοιδεν, *aut vidit aut conscius fuit*, absque &, post *nunciaverit*, quod tamen Ald. edit. retinet. Unde August. in Locut. *Plus*, inquit, *videtur habere &*; *nam, eo demto, integrè sequitur; Accipiet peccatum:* & q. 1. in Levit. col. 489. d. *Hoc est*, inquit, *si non utique nunciaverit, accipiet peccatum. Quod enim additum est, &, locutionis est usitatæ in Scripturis*; tum addit: *Verùm iste sensus quia obscurus est, exponendus videtur; hoc enim videtur dicere, peccare hominem, quo audiente jurat aliquis falsum, & scit eum falsum jurare, & tacet. Tunc autem scit, si ei rei de qua juratur, testis fuerit, aut vidit, aut conscius fuit.*

℣. 2. Vix à Græco differt August. nisi quòd Græcè additur ἐκείνη, voci *anima*, quæ tamen vox ἐκείνη deest in Mſ. Alex. Subinde loco *eorum quæ sunt morticina*, legitur simpliciter τῶν θνησιμαίων, & loco *morticinum jumentorum*, similiter, ἢ τῶν θνησιμαίων κτηνῶν, *vel morticinorum pecorum*: at August. infra, 491. a. & 492. a. constanter legit *morticinum jumentorum. Ea autem*, inquit, (col. 491. a.) *quæ Græcè* κτήνη *appellantur, plerique nostrorum* jumenta *interpretati sunt, quod nomen in Latina consuetudine eorum animalium est, quorum laboribus adjuvamur, maximè in portandis oneribus, sicut sunt equi, asini, muli..... Quæ verò Græci* κτήνη *vocant, tam latè intelliguntur, ut omnia, aut prope omnia pecora isto nomine concludantur. Et ideo novo genere locutionis, velut* ἀλεισασμῷ, *additum est in Græco*, immundorum, *cùm diceretur* jumentorum; *quoniam sunt etiam munda pecora, quæ* κτήνη *appellantur. Quæ autem* jumenta *usus Latinus appellat, secundùm Legis distinctionem, non nisi immunda sunt.*

℣. 3. Similiter habet iterum August. Locut. 6. to. 3. 351. f. duobus exceptis, *inquinetur*, pro *inquinabitur*, & *latuit*, pro *latuerit*. In Græco, ἧς ἂν ἀψάμενος μιανθῇ, καὶ ἐλαθεν αὐτόν, *quam tangendo pollutus fuerit*, & *latuit eum*; reliqua ut in Latino ad verbum. Similiter Hesych. in hunc loc. 68. a. hab. ex LXX. *Ab omni immunditia ejus, quam tangens, pollutus fuerit.* Hieron. verò l. 1. contra Pelag. to. 4. 505. d. sic: *Si tetigerit aliquid immundum, quod non liceat tangere, & fecerit per ignorantiam, & postea didicerit, sive promiserit aliquid, & fuerit oblitus*, &c. Quærit hîc August. *Quid sit quod assiduè dicit:* Post hoc autem cognoverit, & deliquerit, *quasi tunc fiat delictum, cùm fuerit cognitum: an potiùs quia nisi pro cognito satisfieri non potest? sed non ait:* Post hoc autem cognoverit, & pœnituerit eum: *quid ergo est*, Post hoc autem cognoverit, & deliquerit? *nisi post cognitionem deliquerit, ut si sciens fecerit quod faciendum non esset, tunc delicto purgatio debeatur: sed non ita prælocutus est. Ea quippe videtur exsequi peccata, quæ ab ignorantibus, & per hoc à nolentibus committuntur. Fortassis ergo aliquo genere locutionis*, deliquerit, *dictum est*, delictum esse didicerit. *An potiùs converso ordine dictum est*, (*quia & talia genera locutionis habet Scriptura*) *quod per alia loca similia vello ordine dicebatur? Nam cùm alibi toties scriptum sit*, Et deliquerit, & cognitum fuerit ei; *hîc tantùm converso, ut dixi, ordine, priùs dictum est* cognoverit, *deinde &* deliquerit. *Ordine autem suo ita dici posset: Anima quacunque tetigerit..... quam si tetigerit, inquinetur; & si latuerit eum, & deliquerit, post hoc autem cognoverit.* Eadem observat, Locut. 6. to. 3. 351. f.

℣. 4. Græc. ipso initio habet, ἡ ψυχὴ ἡ ἄνομος, *anima iniqua*, pro *anima quæcunque juraverit.* Edit. verò Compl. ἡ ψυχὴ ἣ ἂν ὀμόσῃ, cum August. Item post *latuerit eum*, Gr. addit, πρὸ ὀφθαλμῶν, *ante oculos*, quod pariter delent editt. Ald. & Compl. cum August. Mox in Græco, ἐὰν ᾖ ἔλος γνῷ, & *hic cognoverit*, pro *id cognoverit*, sicut August. ipse legit infra, quæst. 20. 498. c. ubi eadem rursus habet quæ supra ad verbum; demum in Græc. sic: ἓν τι τούτων, *unum quiddam horum*, loco *unum ex his*; cætera ut in Lat. sup. Non prætermittendum etiam quod observat Aug. q. 3. 491. c. de hac voce *distinguens*: Nam, inquit, *assiduè hoc verbum ponit Scriptura, unde est illud:* Reddam vota mea, quæ distinxerunt labia mea, &c..... *Videtur ergo ista distinctio quasi definitio esse, quâ secernitur aliquid à cæteris, quæ solo dicto non tenentur. Sic ergo accipiatur, tanquam dic-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Aug. ubi ſup. 5. & confeſſus fuerit peccatum, pro quo peccavit adversùs ipſum,	5. agat pœnitentiam pro peccato,
6. & offeret pro iis quæ deliquit Domino, pro peccato quo peccavit, feminam ab ovibus agnam, aut capram de capris pro peccato, & exorabit pro eo ſacerdos pro peccato, & remittetur illi peccatum :	6. & offerat de gregibus agnam ſive capram; orabitque pro ea ſacerdos & pro peccato ejus :
Ibid. 492. b. 7. ſi autem non valet manus ejus quod ſatis eſt in ovem, offeret pro peccato ſuo quod peccavit, duos turtures, aut duos pullos columbinos, Domino, unum pro peccato, & unum in holocauſtoma,	7. ſin autem non potuerit offerre pecus, offerat duos turtures, vel duos pullos columbarum, Domino, unum pro peccato, & alterum in holocauſtum, *Inf. 12. 8. Luc. 2. 24.*
Hieron. l. 1. contr. Pelag. t. 4. 505. d. Heſych. in Levit. 68. g. 8. & portabit ea ad ſacerdotem : & offeret ſacerdos id quod pro peccato eſt primum, & erumpet ſacerdos caput ejus à ſphondylo.....	8. dabitque eos ſacerdoti : qui primum offerens pro peccato, retorquebit caput ejus ad pennulas, ita ut collo hæreat, & non penitus abrumpatur.
	9. Et aſperget de ſanguine ejus parietem altaris : quidquid autem reliquum fuerit, faciet diſtillare ad fundamentum ejus, quia pro peccato eſt.
Hieron. ubi ſup. 10..... & in ipſo reconciliabitur pro peccato quod peccavit, & dimittetur ei.	10. Alterum verò adolebit in holocauſtum; ut fieri ſolet : rogabitque pro eo ſacerdos & pro peccato ejus, & dimittetur ei.

VULGATA NOVA.
11. Quòd ſi non quiverit manus ejus duos offerre turtures, aut duos pullos columbarum, offeret pro peccato ſuo ſimilæ partem ephi decimam : non mittet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato eſt :
12. tradetque eam ſacerdoti : qui plenum ex ea pugillum hauriens, cremabit ſuper altare, in monimentum ejus qui obtulerit,

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Heſych. in Levit. 69. g. 13. Et orabit pro eo ſacerdos & pro peccato ejus quod peccavit, & dimittetur ei; quod autem reliquum fuerit, ſit ſacerdotis.....	13. rogans pro illo & expians, reliquam verò partem ipſe habebit in munere.
Aug. quæſt. 20. in Levit. 498. c, d. 14. Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens :	14. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens :
15. Anima, ſi latuerit eum oblivione, & peccaverit nolens à ſanctis Domini, offeret delicti ſui Domino arietem ſine macula de ovibus, pretio argenti ſiclorum, ſiclo ſancto,	15. Anima ſi prævaricans cæremonias, per errorem, in his quæ Domino ſunt ſanctificata, peccaverit, offeret pro delicto ſuo arietem immaculatum de gregibus, qui emi poteſt duobus ſiclis, juxta pondus ſanctuarii :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tum ſit : Anima quæ juraverit, definiens labiis malè facere, aut bene facere, ſecundùm omnia quæ definierit homo cum jurejurando, & latuerit eum ; id eſt, neſciens faciendum eſſe, vel non faciendum, juraverit facere ; & id cognoverit, & peccaverit unum ex his ; ſive quia juravit antequam cognoſceret, ſive quia fecit quod juravit, & cognovit poſtea quia non fuit faciendum, neque jurandum. Heſych. in hunc loc. col. 68. pro *diſtinguens labiis*, vertit *ſeparans labris.*

℣. 5. Eadem iterum leg. Aug. infra, 491. e. & quæſt. 20. 498. c. In Græc. ὃ ἐξαγορεύσει, & *revelabit*, vel *confitebitur* ; in Mſ. verò Alex. ὃ ἐξαγορεύσῃ, *confeſſus fuerit*, ut ſup. Subinde περὶ ὧν, *pro quibus*, non *pro quo* ; In Mſ. autem Sar. nec non in editt. Ald. & Compl. περὶ ἧς. Hier. l. 1. contra Pelag. to. 4. 505. d. ſic legit : *Pronuntiabit peccatum ſuum, in quo peccaſſe ſe perſpicit.* Auguſt. ſup. 491. e. *Peccatum, pro quo peccavit*, inquit, *id eſt, peccatum quod peccavit : locutio eſt enim. Quod autem addidit*, adversùs ipſum, *quid intelligitur, niſi adversùs ipſum peccatum confeſſus fuerit, id eſt, confitendo peccatum accuſaverit ?*

℣. 6. Optimè è Græco, ſi excipias unum aut alterum, nempe loco *quo peccavit*, hab. ἧς ἥμαρτε, *quod peccavit* ; Auguſt. etiam ipſe infra quæſt. 20. 498. c. habet : *pro eo peccato quod peccavit* ; at ſup. 491. e. conſtanter, *peccato quo peccavit :* item infra, *peccato* additur αὐτῦ, ἧς ἥμαρτε, *ſuo, quod peccavit* ; quod tamen Mſ. Oxon. & Compl. delent cum Auguſt. In Ald. ſimpliciter, ἧς ἥμαρτε, abſque αὐτῦ. Nota inſuper in omnibus Mſs. Anguſtini non legi ſup. *offeret*, ſed *afferet*, ſicut & infra conſtanter ; in Gr. ſimpliciter οἴσει, *feret*. Hieron. l. 1. contra Pelag. to. 4. 505. d. ſic habet : *Et offeret Domino pro his quæ peccavit, agnam, ſive capram, pro peccato ſuo quod peccavit : & precabitur pro eo ſacerdos ſuper peccato, & dimittetur ei peccatum.* Obſervat autem Aug. ſup. 491. e. *uſitata locutione agnam feminam* dici, *quaſi poſſit eſſe non femina ; aut capram de capris, ſicut agnam de ovibus, quaſi poſſit eſſe, aut agna niſi de ovibus, aut capra niſi de capris.* Vide etiam ſup. quæſt. 7. & 8. 492. f. g. 493. d. e.

℣. 7. Rectè è Græco, niſi quòd pro *valet*, hab. ἰσχύῃ ; *valeat*, in Mſ. Alex. ἰσχύῖ : ſubinde pro *columbinos*, ſic : περιστερῶν, *columbarum :* Auguſt. tamen infra quæſt. 8. col. 493. d. conſtanter habet *columbinos.* Heſych. in hunc loc. col. 68. e. ſic : *Si autem non valuerit manus ejus ad ovem.* Hieron. l. 1. contra Pelag. to. 4. 505. d. *Sin autem non prævaluerit manus ejus, ut offerat ovem pro peccatis ſuis quibus peccavit, duos turtures ; aut duos pullos columbarum offeret Domino ; unum pro peccato, & unum in holocauſtum. Ideo autem*, inquit Auguſt. ſup. *videtur dicere*, unum pro peccato, alterum in holocauſtoma, *quoniam non offerebatur ſacrificium pro peccato, niſi cum holocauſto :* & infra q. 13. 495. d. pro *holocauſtoma*, leg. *holocauſtum.* Vide etiam ibid. q. 8. 493. d. e.

℣. 8. Ita in Gr. excepto uno, προσάξει, *adducet*, pro *offeret.*

℣. 10. Græc. Καὶ ἐξιλάσεται ὁ ἱερεὺς περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῦ ἧς, &c. ut ſup.

℣. 13. Græc. Καὶ ἐξιλάσεται, & *exorabit ;* reliqua concordant, niſi quòd poſt vocem *ſacerdos*, deeſt & ; additur autem hoc, ἀφ' ἑνὸς τύτων, *de uno horum*, poſt *peccavit ;* & in fine ſic, ἔσαι τῷ ἱερεῖ, *erit ſacerdoti.*

℣. 14. Ita Græcè ad verbum.

℣. 15. Ita in Gr. ad verbum, his tantùm exceptis : ψυχὴ ἣ ἂν λάθῃ αὐτὸν λήθην, *anima quæcunque latuerit eum oblivio ;* fortè Interp. Lat. leg. λήθῃ. Item Græcè habetur conſtanter, ἀκουσίως, *non ſponte*, pro *nolens*, & pro *ſiclo ſancto*, τῷ σίκλῳ τῶν ἁγίων, *ſiclo ſanctorum.* Auguſt. quæſt. 5. 492. c. conſtanter legit : *Anima ſi latuerit eum oblivione*, &c. additque, *id eſt, Si oblivione factum fuerit, ut lateat eum, vel* eam, *ſi ad animam refers, quoniam* eum *dicendo, ad hominem retulit. Animam quippe hic hominem dicit ;* in Græc. αὐτόν. Similiter Locut. 7. to. 3. 351. f. 352. d. e. *Non ait*, inquit, *Si latuerit eam, quoniam animam pro homine ponit.....* ſed, *Anima ſi latuerit eum* : tum addit : *Hæc*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

16. ipsumque quod intulit damni restituet, & quintam partem ponet supra, tradens sacerdoti, qui rogabit pro eo offerens arietem, & dimittetur ei.

17. Anima si peccaverit per ignorantiam, feceritque unum ex his quæ Domini lege prohibentur, & peccati rea intellexerit iniquitatem suam,

18. offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti, juxta mensuram æstimationemque peccati: qui orabit pro eo, quia nesciens fecerit: & dimittetur ei,

19. quia per errorem deliquit in Dominum.

VERSIO ANTIQUA.

16. pro quo deliquit, & pro quo peccavit à sanctis, restituet, & quintas adjiciet super illud, & dabit illud sacerdoti; & sacerdos exorabit pro eo in ariete delicti, & remittetur illi. *Aug. ubi sup.*

17. Et anima quæcunque peccaverit, & fecerit unum ab omnibus præceptis Domini quæ non oportet fieri, & non cognoverit, & deliquerit, & acceperit peccatum suum,

18. & afferet arietem de ovibus pretio argenti in delictum ad sacerdotem: exorabitque pro eo sacerdos pro ignorantia ejus quam ignoravit, & ipse non scivit: & remittetur illi,

19. deliquit enim delicto delictum ante Dominum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

locutio terruit Interpretes Latinos, & noluerunt eam transferre, sed ita posuerunt: Anima si qua latuerit, & peccaverit non volens: *cùm aliud sit utique si anima lateat, aliud si animam lateat. Hoc autem Scriptura dicit, si lateat eam, non, si ipsa lateat. In Græco autem alio invenimus: Animam si latuerit ea oblivione;* in Compl. etiamnum, ἐὰν λάθῃ αὐτὴν λήθη. Ad hoc verò: *Et peccaverit nolens à sanctis Domini*, ita disserit idem Augustin. quæst. 6. 492. d. 493. b. *Videtur obscurè positum hoc peccati genus, sed in consequentibus aperitur, ubi dicit:* Restituet illud, & quintas adjiciet: *ibi enim intelligitur, hoc esse à sanctis oblivione peccare, aliquid per oblivionem usurpare, quod debetur sanctis, sive sacerdotibus, sive oblationibus, vel primitiarum, vel quidquid hujusmodi.* Demum infra quæst. 9. p. 494. d. additum esse ait, *non solùm pretium, ut emptus aries offerretur, verùm etiam, siclorum sanctorum: ita enim dicit:* Pretio argenti siclorum siclo sancto: *aliquot siclis ut ematur aries, non uno siclo, voluit.* Notant hîc nostri BB. in editt. Aug. sic legi, *argenti siclorum sanctorum;* sed contra fidem Mss. qui ferunt, *argenti siclorum siclo sancto.* In Græco etiamnum ita, ἀργυρίῳ σίκλων τῷ σίκλῳ τῶν ἁγίων, in Mss. Alex. σίκλων τῷ σίκλῳ τῶν ἁγίων at in editt. Ald. & Compl. σίκλων τῳ σίκλῳ τῷ ἁγίῳ, ut sup. apud Augustin. Hesych. in Levit. col. 70. d. pro *duobus siclis*, quod legitur in Vulg. ait, *LXX.* posuisse, *argenti quinquaginta siclis, siclo sanctuarii.*

℣. 16. In Gr. non legitur secundò, *pro quo*, sed ὃ, *quod*; item pro *restituet*, ἀποτίσει αὐτό, *rependet illud*; in Ald. tamen edit. & Compl. deest αὐτό· demum pro *quintas*, sic, τὸ ἐπίπεμπτον, *sesquiquintum*; cætera concordant ad verbum. Augustin. quæst. 5. 492. c. retinet *illud* post *restituet*, & constanter leg. *quintas*: & Locut. 7. to. 3. 352. e. *In consequentibus*, inquit, *masculinum intulit, dicens:* Sacerdos exorabit pro eo, & dimittetur illi; *quod ibi habet* αὐτῷ, *unde apparet scriptorem timuisse solœcismum, nec tamen perseverare potuisse in genere femininо victum evidentiâ scripturæ hujus consequentis.* Vide etiam Aug. quæst. 7. 493. a.

℣. 17. Eodem modo iterum legit Augustin. sup. quæst. 7. 492. e. præter unum, *non cognoverit*, rursus positum, loco *acceperit*; at in Gr. λάθῃ, absque pronomine *suum*, post *peccatum*; in Ms. tamen Oxon. ac editt. Ald. & Compl. αὐτῷ. In Græco etiam sup. non legitur *fecerit*, sed ποιήσει, *faciet*; at in Ms. Alex. ποιήσῃ. Item infra constanter habetur, ποιεῖν, *facere*, pro *fieri*. Eadem tertiò legit Aug. infra 493. a. hoc modo: *Anima quæcunque deliquerit, & fecerit unum*, &c. at in Gr. Καὶ ἡ ψυχὴ ἥ ἂν ἁμάρτῃ, &c. Vide seqq. apud Aug.

℣. 18. Sic iterum legit Augustin. sup. q. 7. col. 492. e. nisi quòd ad *arietem*, addit *sine macula*, juxta Gr. ἄμωμον, & infra loco *pro ignorantia*, hab. *propter ignorantiam*: in Gr. περὶ τῆς ἀγνοίας, in cæteris sibi constat Augustin. nec à Gr. differt. Vide seqq. ibid.

℣. 19. Optimè Augustin. juxta Ms. Græc. Sar. & edit. Ald. in quibus, παραμελείᾳ παραμέλησιν, *delicto delictum*; nam à Gr. Var. abest παραμέλησιν, ut ab Alex. παραμελείᾳ. Compl. habet παραμέλειαν παραμέλησιν. Aug. sup. quæst. 7. 492. e. omittit vocem *delicto*; paulò verò post, 493. b. reponit, *delicto delictum*; tum addit: *Hoc quod ait*, ante Dominum, *in his voluit delictum intelligi, quæ fiunt ante Dominum, id est, quibus Domino in tabernaculo deservitur*, &c. Hesych. in Levit. 5. col. 71. a. *LXX.* inquit, habent: *Et dimittetur ei; deliquit enim delictum ante Dominum.*

CAPUT VI.

VULGATA NOVA.

1. LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens:

2. Anima, quæ peccaverit, & contempto Domino, negaverit proximo suo depositum quod fidei ejus creditum fuerat, vel vi aliquid extorserit, aut calumniam fecerit,

3. sive rem perditam invenerit, & inficians insuper pejeraverit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus solent peccare homines,

4. convicta delicti, reddet

5. omnia quæ per fraudem voluit obtinere, *Num. 5. 7.* integra, & quintam insuper partem domino cui damnum intulerat.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET locutus est Dominus ad Moysen, dicens: *Aug. quæst. 20. in Lev. t. 3. 498. e. f.*

2. Anima quæcunque peccaverit, & despiciens despexerit præcepta Domini, & mentitus fuerit quæ sunt ad proximum de commendatione, aut de societate, aut de rapina, aut injuriam fecerit aliquam proximo,

3. aut invenerit perditionem, & mentitus fuerit de eo, & juraverit injustè de uno ab omnibus quæcunque fecerit homo, ita ut peccet in his:

4. & erit cùm peccaverit, & deliquerit, & reddet

5. rapinam quam rapuit, aut injuriam quam nocuit, aut commendatum quod depositum est apud eum, aut perditionem quam invenit, ab

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita in Græco.

℣. 2. Ad verbum è Gr. si unum excipias, *de commendatione*, pro quo Græc. habet: ἐν παραθήκῃ, *in depositо.* Augustino favet Capitul. iv. sup. ubi sic: *de Commendato, & invento*, &c. Hesych. in Levit. 6. col. 71. e. eadem sic reddit: *Anima quæcunque peccaverit, & præterierit præcepta Domini, & mentiatur in proximum in depositо, aut de societate, aut de rapina nocuit proximum.* Græc. ἠδίκησέ τι τὸν πλησίον, *nocuit aliquid proximum.*

℣. 3. In Græco, non *invenerit*, sed εὗρεν, *invenit*, & pro *de eo*, περὶ αὐτῆς, *de ea*; reliqua concordant. Apud Hesych. in Levit. 6. col. 71. e. sic: *Et invenerit perditionem, & mentietur in ea, & juraverit injustè.*

℣. 4. Similiter Græcè, excepto uno ἀποδῷ, *reddiderit*, pro *reddat.*

℣. 5. Eadem sunt in Græco, præter hoc, παρακαταθήκην, *depositum*, loco *commendatum*; additur etiam κεφάλαιον, *caput*, ad hoc, *restituet ipsum*, tolliturque *ejus*, post *quintas*; in Ms. tamen Sar. ac editt. Ald. & Compl. legitur, ἐπίπεμπτον αὐτῷ.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Aug. ubi sup. omni re, quam juravit pro ea injustè; & restituet ipsum, & quintas ejus adjiciet ad illud, cujus est, ipsi reddet, qua die convictus fuerit.	
6. Et delicti sui offeret Domino arietem ab ovibus sine macula, pretio in quod deliquit:	6. Pro peccato autem suo offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eum sacerdoti, juxta æstimationem mensuramque delicti:
7. & exorabit pro eo sacerdos ante Dominum, & remittetur illi de uno ab omnibus quæ fecit, & deliquit in eo.	7. qui rogabit pro eo coram Domino, & dimittetur illi pro singulis quæ faciendo peccavit.
	8. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:
Aug. ibid. quæst. 10. 494. f. 9..... Ista lex holocausti: Ista holocaustosis super incensionem ejus super altare totam noctem usque in manè: & ignis altaris ardebit super illud; non extinguetur:	9. Præcipe Aaron & filiis ejus: Hæc est lex holocausti: Cremabitur in altari tota nocte usque manè: ignis ex eodem altari erit:
Ibid. quæst. 9. 494. e. 10..... & auferet holocarpoma, quod consumpserit ignis, illam holocaustosim ab altari,	10. vestietur tunicâ sacerdos & feminalibus lineis: tolletque cineres, quos vorans ignis exussit, & ponens juxta altare,
Ibid. quæst. 11. 495. a. 11..... & induet stolam aliam, & abjiciet holocarpoma extra castra in locum mundum.	11. spoliabitur prioribus vestimentis, indutusque aliis, efferet eos extra castra, & in loco mundissimo usque ad favillam consumi faciet.
Ibid. quæst. 12. & 13. 495. b. 12. Et ignis super altare semper ardebit ab eo, & non extinguetur; & exuret super illud sacerdos ligna manè, manè, & stipabit super illud holocaustum, & superponet super illud adipem salutaris.	12. Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subjiciens ligna manè per singulos dies, & impositio holocausto, desuper adolebit adipes pacificorum.
13. Et ignis semper ardebit super altare; non extinguetur.	13. Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari.
Aug. Locut. 9. t. 3. 352. f. 14. Ista lex sacrificii, quod offerent illud filii Aaron sacerdotes ante Dominum.....	14. Hæc est lex sacrificii & libamentorum, quæ offerent filii Aaron coram Domino, & coram altari.

VULGATA NOVA.	
15. Tollet sacerdos pugillum similæ, quæ conspersa est oleo, & totum thus, quod super similam positum est: adolebitque illud in altari, in monimentum odoris suavissimi Domino:	16. reliquam autem partem similæ comedet Aaron cum filiis suis, absque fermento: & comedet in loco sancto atrii tabernaculi.
VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Aug. Locut. 10. t. 3. 352. f. 17..... Sancta sanctorum est.....	17. Ideo autem non fermentabitur, quia pars ejus in Domini offertur incensum. Sanctum sanctorum erit, sicut pro peccato atque delicto.
	18. Mares tantùm stirpis Aaron comedent illud. Legitimum ac sempiternum erit in generationibus vestris de sacrificiis Domini: omnis, qui tetigerit illa, sanctificabitur.
Aug. quæst. 14. in Levit. t. 3. 495. e. f. g. 19. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens:	19. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Sic iterum habet August. quæst. 9. p. 494. c. d. nec aliter in Græco. Addit August. *Non ita distinguendum est, quasi pretio in quod deliquerit, id est, in quod pretium deliquit; sed si offeret arietem, pretio offerat, id est, emptum;* & infra: *In quod deliquit*, inquit, *intelligendum est, In id offeret in quod deliquit, id est, in eam rem, propter eam rem.*

℣. 7. Itidem Græcè.

℣. 9. Græc. ipso initio habet: Ἔντειλαι τῷ Ἀαρὼν, καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, λέγων· Οὗτος ὁ νόμος τῆς ὁλοκαυτώσεως. *Præcipe Aaron, & filiis ejus, dicens: Ista lex holocausti:* deinde sic, αὐτὴ ἡ ὁλοκαύτωσις, &c. ut in Lat. sup. *Planius tamen esset*, inquit August. ibid. *secundùm nostræ consuetudinis locutionem, si non haberet, &c; nam ista conjunctione detracta, ita sensus contexitur:* Ista holocaustosis..... usque in manè: ignis altaris ardebit super illud; *id est, super altare*, &c. Idem observat Locut. 8. to. 3. 352. f. ubi eadem refert quæ supra.

℣. 10. Ita in Græco, præter unum *holocarpoma*, pro quo, καλαχάρτωσιν· mox August. ibid. *Quid auferet*, inquit, *si consumptum est? jussit enim sacerdotem auferre post totius noctis ignem holocarpoma, id est, holocaustum, quod ignis consumpserit.* Tum subjungit: *Quid sibi vult etiam illud quod addidit*, illam holocaustosim, *cùm hoc intelligatur* holocarpoma, *quod* holocaustosis? *nisi fortè illud est verum, quod in quodam Græco invenimus: non enim ait*, auferet holocarposim, *sed* auferet catacarposim, *hoc est, reliquias holocausti, quod ignis consumpsit. Has autem reliquias, veluti est cinis & carbo, appellavit illam holocaustosim, ejus rei nomine, quæ consumpta est, reliquias ipsius consumptionis appellans.*

℣. 11. Antecedunt ista in Gr. Καὶ ἐκδύσεται τὴν στολὴν αὐτοῦ, & *exuet stolam ejus;* deinde ut in Lat. sup. præter vocem, καλαχάρτωσιν, loco *holocarpoma:* ad quod August. ibid. *Hoc appellat*, inquit, holocarpoma, *quod jam concrematum est: hoc autem in illo Græco*, καλαχάρτωσις, *legitur. Quidam verò*, inquit, *Latini addiderunt*, quod concrematum est, & *ita interpretati sunt; Et abjiciet holocarpoma, quod concrematum est extra castra in locum mundum.* In Græco, ἐξοίσει, *efferet*, seu *exportabit*, pro *abjiciet*, quæ idem sonant.

℣. 12. Græc. tollit adverb. *semper;* loco verò *holocaustum*, habet ὁλοκαύτωσιν· cætera quadrant. Tum August. ibid. *Videndum est*, inquit, *utrùm* manè, manè, quotidie *voluerit intelligi, ut nullus dies prætermitteretur, quo non inveniretur holocaustum & adeps salutaris: an* manè, manè, *ut quocunque die imponeretur, non nisi manè imponeretur.* Vide plura ibi ibid.

℣. 13. Ita è Gr. verbum è verbo.

℣. 14. Græcè pro *offerent*, legitur προσάξουσι, *adducent*, absque voce *sacerdotes;* edit. tamen Ald. habet: ἣν προσοίσουσιν αὐτὴν οἱ υἱοὶ Ἀαρὼν οἱ ἱερεῖς, cum August.

℣. 17. *Sic habet Græcus*, teste Augustino, *sed Græca locutio est*, inquit, *quam nostri quidam transferre nolentes, dixerunt:* Sancta sanctorum sunt.

℣℣. 19..... 20. Ita in Græco, præter seqq. προσοίσουσι,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

20. Hæc eſt oblatio Aaron, & filiorum ejus, quam offerre debent Domino in die unctionis ſuæ. Decimam partem ephi offerent ſimilæ in ſacrificio ſempiterno, medium ejus manè, & medium ejus veſpere:

21. quæ in ſartagine oleo conſperſa frigetur. Offeret autem eam calidam, in odorem ſuaviſſimum Domino,

22. ſacerdos qui jure patri ſucceſſerit, & tota cremabitur in altari.

23. Omne enim ſacrificium ſacerdotum, igne conſumetur, nec quiſquam comedet ex eo.

VERSIO ANTIQUA.

20. Iſtud donum Aaron, & filiorum ejus, quod offerunt Domino in die quacunque unxeris eum. Decimam partem œphi ſimilaginis in ſacrificium ſempiternum, dimidium ejus manè, & dimidium ejus poſt meridiem: *Aug. ubi ſup.*

21. in ſartagine in oleo fiet. Conſperſam offeret eam freſa ſacrificium de fragmentis, ſacrificium in odorem ſuavitatis Domino, *Ibid. quæſt. 15. & 16. 496. a. b.*

22. ſacerdos unctus, qui pro eo ex filiis ejus faciet illud; lex æterna; omne conſummabitur.

23. Et omne ſacrificium ſacerdotis holocauſtum erit, & non edetur. *Ibid. quæſt. 17.*

VULGATA NOVA.

24. Locutus eſt autem Dominus ad Moyſen, dicens:

25. Loquere Aaron & filiis ejus: Iſta eſt lex hoſtiæ pro peccato: In loco ubi offertur holocauſtum, immolabitur coram Domino. Sanctum ſanctorum eſt.

VULGATA NOVA.

26. Sacerdos qui offert, comedet eam in loco ſancto, in atrio tabernaculi.

VERSIO ANTIQUA.

26. Sacerdos qui imponet illud, manducabit illud..... *Ibid. quæſt. 18. 496. c. d.*

VULGATA NOVA.

27. Quidquid tetigerit carnes ejus, ſanctificabitur. Si de ſanguine illius veſtis fuerit aſperſa, lavabitur in loco ſancto.

28. Vas autem fictile, in quo cocta eſt, confringetur: quòd ſi vas æneum fuerit, defricabitur, & lavabitur aquâ.

29. Omnis maſculus de genere ſacerdotali veſcetur de carnibus ejus, quia ſanctum ſanctorum eſt.

VULGATA NOVA.

30. Hoſtia enim quæ cæditur pro peccato, cujus ſanguis infertur in tabernaculum teſtimonii ad expiandum in ſanctuario, non comedetur, ſed comburetur igni. *Sup. 4. 5. Heb. 13. 11.*

VERSIO ANTIQUA.

30. Omnia quæ pro peccato ſunt, ex quibus illatum fuerit à ſanguine eorum in tabernaculum teſtimonii exorari in ſancto, non edetur, ſed igni concremabitur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

offerent, pro *offerunt*, & διαπαντὸς, *ſemper*, loco *ſempiternum*: Unde Auguſt. ibid. *Quæritur*, inquit, *quomodo* ſempiternum, *ſi illud eo die offertur, quo unguitur ſummus ſacerdos, ab illo qui unctus eſt, niſi ut ſemper hoc offeratur in die, quo unguitur ſummus ſacerdos, hoc eſt per ſucceſſiones ſacerdotum?* loco verò *poſt meridiem*, obſervat Auguſt. Græcum habere δειλινὸν, *veſperi*.

℣. 21. Similia Græc. habet, niſi excipias vocem ἐλικτὰ, pro *freſa*, unde Auguſt. ibid. *Dicit*, freſa, *ſi tamen*, inquit, *hoc rectè interpretatum eſt ex illo, quod Græcus habet* ἑλικτὰ *& pluraliter hoc poſuit genere neutro: non enim ait* freſam, *tanquam eandem ſimilaginem, quam dixerat conſperſam. Hæc autem* freſa, *ſacrificium de fragmentis eſſe dicitur; utrùm ergo* freſa *dicat ipſa fragmenta, id eſt comminuta, an ipſa minutiſſima ſimilaginis*, freſa *dixerit, non eſt evidens.* Porro Græcè nunc non legitur ἑλικτὰ, ut apud Auguſt. ſup. ſed ἑλικὰ, i. e. *involuta, intorta*, ſicut etiam habetur in editt. Auguſt. at in Mſ. Corb. ἑλκτά, cui favet Mſ. Oxon. al. ἑρεικτά, quomodo ſcribitur apud Suid. nec non apud Interpret. Ariſtoph. & Orig. & quidem benè, ab ἐρείκω, *frango*. In Levit. 2. 14. hab. χίδρα ἑλικτὰ, *ſpicæ novæ*, ſeu *farra comminuta*. Heſych. in Levit. 6. col. 74. d. ſic reddit: *Conſperſam offeret eam buccellas*, *ſacrificium boni odoris Domino*; & infra: *Pro* buccellis, inquit, *Symmachus* dilatatam *edidit*, *quædam autem* ἀντιγεγραμμένα, electa, *habent*. Vide Nobil. in hunc loc.

℣. 22. Similiter in Græco, præter unum ποιήσει αὐτὸν, *faciet eam*, loco *faciet illud*. Ad hæc Auguſt. *Propter hoc*, inquit, *fortaſſis dixerat*, ſempiternum, *ut hoc faciat omnis ſummus ſacerdos, quando ſuccedit mortuo, eo die, quo unctus fuerit; adjunxit enim*, & *ait*; lex æterna, *cum poſſit etiam*, æternum, *ſecundùm id intelligi, quod ſignificat*; tum addit: *Sequitur autem*, omne conſummabitur, *quod habet Græcus*, ἐπιτελεσθήσεται, & *aliqui Interpretes dixerunt*; omne imponetur, *ubi vult intelligi eſſe holocauſtum, quia nihil exinde remanet.*

℣. 23. Ita Auguſt. è Græco.

℣. 26. Gr. Ὁ ἱερεὺς ὁ ἀναφέρων αὐτὸν, &c. ut in Lat. i. e. *Sacerdos referens*, ſeu *offerens*, &c. At Auguſt. ibid. *Non hoc*, inquit, *quod imponet, manducabit; nam illud igni conſumetur; ſed quod inde remanſerit: non enim holocauſtum eſt, ut totum ardeat in altari.*

℣. 30. Græc. initio habet: Καὶ πᾶσα, & *omnia*; ſubinde pro *ex quibus* ita, ἂν ἐὰν, *quorumcunque*; & ſub finem, ἐν πυρὶ, *in igne*, loco *ſed igni*; cætera conveniunt. Vide ſis Auguſt. ibid.

CAPUT VII.

VULGATA NOVA.

1. HÆc quoque lex hoſtiæ pro delicto, ſancta ſanctorum eſt:

2. idcirco ubi immolabitur holocauſtum, mactabitur & victima pro delicto: ſanguis ejus per gyrum altaris fundetur.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET iſta eſt lex arietis, qui pro delicto eſt, ſancta ſanctorum ſunt: *Aug. quæſt. 19. 496. d.*

2..... occident arietem, qui pro delicto eſt ante Dominum..... *Idem Locut. 11. 353. a.*

VULGATA NOVA.

3. Offerent ex ea caudam & adipem qui operit vitalia:

4. Duos renunculos, & pinguedinem quæ juxta ilia eſt, reticulumque jecoris cum renunculis:

5. & adolebit ea ſacerdos ſuper altare: incenſum eſt Domini pro delicto.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. In Græco deeſt utrumque *eſt*; reliqua verò ut in Lat. ſup. Auguſt. ibid. *Sancta ſanct. ſunt*, id eſt, *ad ſacerdotes pertinent manducanda.*

℣. 2. Ita Latini Interpetes, teſte Aug. *qui addiderunt* eſt, & *dixerunt*: qui pro delicto eſt, *quod Græcus non habet*: nunc etiam legitur, σφάξουσι τὸν κριὸν τῆς πλημμελείας ἐναντι Κυρίου, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 39. 508. d. 6..... in loco sancto edent ea.....

Idem quæst. 20. 496. e. 7. Quomodo quod pro peccato, ita & id quod pro delicto : lex una est eorum.

VULGATA NOVA.

6. Omnis masculus de sacerdotali genere, in loco sancto vescetur his carnibus, quia sanctum sanctorum est.

7. Sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto : utriusque hostiæ lex una erit : ad sacerdotem, qui eam obtulerit, pertinebit.

VULGATA NOVA.

8. Sacerdos qui offert holocausti victimam, habebit pellem ejus.

9. Et omne sacrificium similæ, quod coquitur in clibano, & quidquid in craticula, vel in sartagine præparatur, ejus erit sacerdotis à quo offertur :

10. sive oleo conspersa, sive arida fuerint, cunctis filiis Aaron, mensura æqua per singulos dividetur.

11. Hæc est lex hostiæ pacificorum quæ offertur Domino.

VERSIO ANTIQUA.

Hesych. in Levit. 7. 77. g. b. 12..... & similam conspersam oleo, in collyridis panum azymorum :

VULGATA NOVA.

12. Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absque fermento conspersos oleo, & lagana azyma uncta oleo, coctamque similam, & collyridas olei admistione conspersas :

13. offeret munera super altare laudationis salutaris :

13. panes quoque fermentatos, cum hostia gratiarum, quæ immolatur pro pacificis :

14. & offeret de omnibus muneribus suis laudationem Deo ; sacerdoti profundenti sanguinem salutaris illius erit :

14. ex quibus unus pro primitiis offeretur Domino, & erit sacerdotis qui fundet hostiæ sanguinem :

15. & carnes sacrificii laudis salutaris ipsi erunt, & in quacunque die donabit, comedetur ; non relinquent ex eo usque manè.

15. cujus carnes eadem comedentur die, nec remanebit ex eis quidquam usque manè.

Aug. Locut. 12. 853. b. 16. Et si votum, aut voluntarium sacrificaverit donum suum, quacunque die obtulerit sacrificium, edetur crastina die :

16. Si voto, vel sponte quispiam obtulerit hostiam, eâdem similiter edetur die : sed & si quid in crastinum remanserit, vesci licitum est :

VULGATA NOVA.

17. quidquid autem tertius invenerit dies, ignis absumet :

18. si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti : quin potiùs quæcunque anima tali se edulio contaminaverit, prævaricationis rea erit.

VERSIO ANTIQUA.

Cypr. de lapsi. p. 185. b. 19..... omnis mundus manducabit carnem.

20. Et anima quæcunque manducaverit ex carne sacrificii salutaris, quod est Domini, & immunditia ipsius super ipsum est, peribit anima illa de populo suo.

VULGATA NOVA.

19. Caro, quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur, sed comburetur igni : qui fuerit mundus, vescetur ex ea.

20. Anima polluta quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est Domino, peribit de populis suis.

VULGATA NOVA.

21. Et quæ tetigerit immunditiam hominis, vel jumenti, sive omnis rei quæ polluere potest, & comederit de hujuscemodi carnibus, interibit de populis suis.

22. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Gr. Ἐν τόπῳ ἁγίῳ ἔδονται αὐτά.

℣. 7. Eadem refert August. infra, & col. 497. e. præter unum *id*, quod delet. Item infra, col. 498. g. legit : *Sicut quod pro peccato, ita & quod pro delicto.* Sic etiam in Græco, præter hoc ultim. ὕτως καὶ τὸ τῆς πλημμελείας, *ita & quod delicti*, nec additur *est*, post *una*. Quærit hic Aug. *Inter peccatum & delictum quæ sit differentia ; quoniam*, inquit, *si nulla esset, nullo modo diceretur :* Quomodo quod pro peccato, ita & pro delicto : & post pauca : *Fortassis*, inquit, *peccatum est perpetratio mali ; delictum autem desertio boni ; ut, quemadmodum aliud est declinare à malo, aliud facere bonum..... ita aliud sit declinare à bono, aliud facere malum ; & illud delictum, hoc peccatum sit :* & infra : *Græci*, inquit, *duo nomina usitata huic pesti imposuerunt : nam delictum apud eos*, & παράπτωμα *dicitur*, & πλημμέλειαν. *Isto ipso quippe loco Levitici*, πλημμέλεια *est*..... πλημμέλεια autem *simile nomen est negligentiæ, nam Græcè negligentia*, ἀμέλεια *dicitur, quia curæ non est, quod negligitur*..... & πλημμέλειαν, quasi *præter curam*..... *Hinc & quidam nostri*, inquit, πλημμέλειαν, *non delictum, sed negligentiam interpretari maluerunt*..... *Peccatum verò unde sit dictum, quod Græcè* ἁμαρτία *dicitur, in neutra linguâ mihi interim occurrit. Potest etiam videri illud esse delictum, quod imprudenter, id est ignoranter ; illud peccatum, quod ab sciente committitur*, &c.

℣. 12. Græc. Καὶ προσοίσει ἐπὶ τῆς θυσίας τῆς αἰνέσεως ἄρτους ἐκ σεμιδάλεως ἀπεπεποιημένους ἐν ἐλαίῳ, καὶ λάγανα ἄζυμα διακεχεισμένα ἐν ἐλαίῳ, καὶ σεμιδάλιν προφεσμένην ἐν ἐλαίῳ. i. e. *Et offeret super sacrificium laudationis panes ex simila factos in oleo, & lagana azyma uncta in oleo, & similam conspersam in oleo.*

℣. 13. Gr. Ἐπ' ἄρτοις ζυμίταις προσοίσει τὰ δῶρα αὐτοῦ ἐπὶ θυσίᾳ αἰνέσεως σωτηρίου. i. e. *Super panes fermentatos offeret munera sua super sacrificio laudationis salutaris.*

℣. 14. Gr. Καὶ προσοίσει ἐν ἀπὸ πάντων τῶν δώρων αὐτοῦ, ἀφαίρεμα Κυρίῳ, τῷ ἱερεῖ, &c. ut in Lat. excepto uno, *αὐτῷ, illi*, loco *illius*, ante *erit :* vox autem *laudationem*, quæ legitur sup. erratum fortè librarii est imperiti, qui scripsit *laudationem*, loco *demtionem*, quâ nimirum August. reddere solet Græc. ἀφαίρεμα.

℣. 15. Eadem leguntur Græcè, nisi excipias unum, δωρεῖται, *donum offertur*, loco *donabit*.

℣. 16. Gr. Καὶ ἐὰν εὐχὴ ᾖ, ἢ ἑκούσιον θυσιάζῃ τὸ δῶρον αὐτοῦ, ᾗ ἂν ἡμέρᾳ προσαγάγῃ τὴν θυσίαν αὐτοῦ, βρωθήσεται καὶ τῇ αὐρίον. i. e. *Et si votum fuerit, aut voluntarium sacrificet munus suum, quacunque die obtulerit sacrificium suum, edetur & crastina die :* addit August. ibid. *Crastina die, pro eo quod est* postera die ; *unde alii*, altera die, *interpretati sunt.*

℣. 19. Similiter habet S. Pacian. paræn. ad pœnit. col. 316. a. In Græco, Πᾶς καθαρὸς φάγεται κρέα. *Omnis mundus manduc. carnes.*

℣. 20. Sic iterum habet Cypr. l. 3. Testim. p. 326. c. excepto uno, *anima autem*, loco & *anima*. In Græco etiam Ἡ δὲ ψυχὴ, in edit. tamen Ald. Καὶ ἡ ψυχὴ, Græc. addit, ἥτις ἐὰν φάγῃ ἀπὸ τῶν κρεῶν, &c. ut in Lat. Auctor

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

23. Loquere filiis Iſraël : Adipem ovis, & bovis, & capræ, non comedetis.

24. Adipem cadaveris morticini, & ejus animalis quod à beſtia captum eſt, habebitis in varios uſus.

25. Si quis adipem, qui offerri debet in incenſum Domini, comederit, peribit de populo ſuo.

VERSIO ANTIQUA.

23..... Omnem adipem boum, & ovium, & caprarum, non ederis. *Aug. quæſt. 21. in Levit. 498. g.*

24. Et adeps morticinorum, & à fera captorum, fiet in omne opus, & cibo non edetur.

25. Omnis qui ederit adipem à pecoribus, quæ offeretis ab eis hoſtiam Domino, peribit anima illa de populo ſuo.

VULGATA NOVA.

26. Sanguinem quoque omnis animalis non ſumetis in cibo, tam de avibus quàm de pecoribus.

27. Omnis anima, quæ ederit ſanguinem, peribit de populis ſuis.

28. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens :

VULGATA NOVA.

29. Loquere filiis Iſraël, dicens : Qui offert victimam pacificorum Domino, offerat ſimul & ſacrificium, id eſt, libamenta ejus :

30. tenebit manibus adipem hoſtiæ, & pectuſculum : cùmque ambo oblata Domino conſecraverit, tradet ſacerdoti,

VERSIO ANTIQUA.

29. Et filiis Iſraël loquêris, dicens : Offerens ſacrificium ſalutare Domino, offeret munus ſuum Domino de ſacrificio ſalutari ejus : *Heſych. in Levit. 7. 80. a. b. c.*

30. manus ejus offerent exta Domino ; offeret adipem qui eſt ſuper pectuſculum, & pinnam jecoris : & offeret ea, ut imponatur in conſpectu Domini.

VULGATA NOVA.

31. qui adolebit adipem ſuper altare, pectuſculum autem erit Aaron, & filiorum ejus :

32. armus quoque dexter de pacificorum hoſtiis cedet in primitias ſacerdotis.

33. Qui obtulerit ſanguinem & adipem, filiorum Aaron, ipſe habebit & armum dextrum in portione ſua.

34. Pectuſculum enim elevationis, & armum ſeparationis tuli à filiis Iſraël de hoſtiis eorum pacificis, & dedi Aaron ſacerdoti, & filiis ejus lege perpetua, ab omni populo Iſraël.

35. Hæc eſt unctio Aaron & filiorum ejus in cæremoniis Domini, die qua obtulit eos Moyſes, ut ſacerdotio fungerentur,

36. & quæ præcepit eis dari Dominus à filiis Iſraël religione perpetua in generationibus ſuis.

37. Iſta eſt lex holocauſti, & ſacrificii pro peccato atque delicto, & pro conſecratione & pacificorum victimis :

38. quam conſtituit Dominus Moyſi in monte Sinai, quando mandavit filiis Iſraël ut offerrent oblationes ſuas Domino in deſerto Sinai.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

lib. de aleat. apud Cypr. p. 494. ſic legit : *Omnis vir manducans carnem ſacrificii, & immunditia ejus ſuper ipſum, pereat anima illa de populo meo.* S. Pacian. paræn. ad pœnit. col. 316. d. *Et anima quæcunque contigerit de carne ſacrificii ſalutaris, & immunditia ſuper illa eſt, pereat anima illa de populo.* Græc. ἀπολεῖται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτῆς.

℣. 23. Itidem Græcè.

℣. 24. Similiter in Græco, niſi excipias unum, εἰς βρῶσιν, *in eſcam*, pro *cibo* ; at in edit. Compl. legitur βρώσει. Auguſt. infra col. 499. a. ait : *Quæſieramus quid de adipe fieret, quem vetuit in eſcam venire.* Vide Capitul. 8. ſup.

℣. 25. Græc. Πᾶς ὁ ἔδων (editt. Ald. & Compl. ἐδίων) στέαρ ἀπὸ τῶν κτηνῶν, ὧν προσάξῃ (edit. Ald. προσάξεσθε) ἀπ' αὐτῶν καρπωμα Κυρίῳ, ἀπολεῖται, &c. ut in Lat.

℣. 29. Similia in Græco, exceptis levibus his, σωτηρίου, οἰσ..... καὶ ἀπὸ τῆς θυσίας τοῦ σωτηρίου, *ſalutaris, afferet.....* & *de ſacrificio ſalutaris*, loco *ſalutare Domino, offeret..... de ſacrificio ſalutaris ejus.* Auguſt. quæſt. 26. in Levit. col. 502. a. hæc habet : *Si quiſque obtulerit ſacrificium ſalutaris ſui.* Vide Not. ſeq.

℣. 30. Eadem ſunt in Græco, niſi excipias vocem *exta*, pro qua, τὰ καρπώματα, quod Nobilius vertit *hoſtiam.* In Græco non reponitur *offeret*, poſt *Domino*, nec etiam &, poſt *jecoris* ; loco verò *ut imponatur*, habetur, ὥστε ἐπιτεθῆναι δῶμα, *ita ut imponatur donum.* His & ſeqq. alludit Aug. quæſt. 22. in Levit. col. 499. c. dicens : *De ſacrificiis ſalutaris iterum admonet*, & *dicit eum, qui offert donum ſacrificii ſalutaris ſui, pectuſculum*, & *brachium ſacerdotibus dare debere, ita tamen ut adeps pectuſculi offeratur Domino cum pinna jocineris.* In Græco etiam ſequuntur iſta : Καὶ ἀνοίσει ὁ ἱερεὺς τὸ στέαρ ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου· καὶ ἔσαι τὸ στηθύνιον Ἀαρὼν, καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ. Καὶ τὸν βραχίονα τὸν δεξιὸν δώσεσθε ἀφαίρεμα τῷ ἱερεῖ, &c. i. e. & *offeret ſacerdos adipem ſuper altare :* & *erit pectuſculum Aaron* & *filiis ejus. Et brachium dextrum dabitis demtienem ſacerdoti*, &c.

CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

1. LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens :

2. Tolle Aaron cum filiis ſuis, veſtes eorum, & unctionis oleum, vitulum pro peccato, duos arietes, caniſtrum cum azymis, *Exod. 29. 35. & 40. 13.*

3. & congregabis omnem cœtum ad oſtium tabernaculi.

4. Fecit Moyſes ut Dominus imperaverat. Congregataque omni turba ante fores tabernaculi,

5. ait : Iſte eſt ſermo, quem juſſit Dominus fieri.

VULGATA NOVA.

6. Statimque obtulit Aaron & filios ejus. Cùmque laviſſet eos,

7. veſtivit pontificem ſubuculâ lineâ, accingens eum balteo, & induens eum tunicâ hyacinthinâ, & deſuper humerale impoſuit,

VERSIO ANTIQUA.

6. Et applicuit Moyſes Aaron & filios ejus, & lavit eos aquâ : *Hieron. epiſt. ad Marcell. t. 2. p. 614. b.*

7. & veſtivit eum tunicâ, & cinxit eum zonâ, & veſtivit eum ſubtunicali, & impoſuit ei ſuperhumerale :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Itidem Græcè, niſi quòd pro *applicuit*, legitur προσήνεγκε, quaſi *obtulit.* In edit. Ald. & Compl. habetur, προσήγαγε, *admiſit, adduxit.* Vide ſup. Capitul. 1.

℣. 7. Similiter exſtat in Græco, niſi excipias vocem ὑποδύτην, cujus loco poſuimus, *ſubtunicali*, ex hoc nempe quod Hieron. addit ibid. *Et veſtivit eum* ἐπενδύτην, *quod nos* ſubtunicalem, *ſive tunicam, qua ſubtus veſtitus eſt, poſſumus interpretari.* Loco verò ἐπενδύτην, quod

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. 8. & cinxit eum secundùm facturam superhu-
Hesych. in Levit. 8. meralis, & constrinxit eam in ipso..... & impo-
82. g. b. suit super logium Ostensionem & Veritatem.

9. Et posuit super caput ejus mitram.....

VULGATA NOVA.

8. quod astringens cingulo aptavit rationali, in quo erat Doctrina & Veritas.

9. Cidari quoque texit caput: & super eam, contra frontem, posuit laminam auream consecratam in sanctificatione, sicut præceperat ei Dominus.

VULGATA NOVA.

10. Tulit & unctionis oleum, quo linivit tabernaculum cum omni supellectili sua.

11. Cùmque sanctificans aspersisset altare septem vicibus, unxit illud, & omnia vasa ejus, labrumque cum basi sua sanctificavit oleo.

Eccli. 45. 18. 12. Quod fundens super caput Aaron, unxit eum, & consecravit:

13. filios quoque ejus 13...14... 15. *Vide Not.* oblatos vestivit tunicis lineis, & cinxit balteis, imposuitque mitras, ut jusserat Dominus.

14. Obtulit & vitulum pro peccato: cùmque super caput ejus posuissent Aaron, & filii ejus, manus suas,

15. immolavit eum, hauriens sanguinem, & tincto digito, tetigit cornua altaris per gyrum: quo expiato & sanctificato, fudit reliquum sanguinem ad fundamenta ejus.

16. Adipem verò qui erat super vitalia, & reticulum jecoris, duosque renunculos cum arvinulis suis, adolevit super altare:

17. vitulum cum pelle & carnibus, & fimo, cremans extra castra, sicut præceperat Dominus.

18. Obtulit & arietem in holocaustum: super cujus caput cùm imposuissent Aaron & filii ejus manus suas,

19. immolavit eum, & fudit sanguinem ejus per circuitum altaris.

20. Ipsumque arietem in frusta concidens, caput ejus, & artus, & adipem adolevit igni,

21. lotis priùs intestinis & pedibus: totumque simul arietem incendit super altare, eò quòd esset holocaustum suavissimi odoris Domino, sicut præceperat ei.

VERSIO ANTIQUA.

Hesych. in Levit. 84. c. 22. Obtulit Moyses arietem secundum explicationis.....

VULGATA NOVA.

22. Obtulit & arietem secundum, in consecratione sacerdotum: posueruntque super caput ejus Aaron & filii ejus manus suas:

VULGATA NOVA.

23. quem cùm immolasset Moyses, sumens de sanguine ejus, tetigit extremum auriculæ dextræ Aaron, & pollicem manus ejus dextræ, similiter & pedis.

24. Obtulit & filios Aaron: cùmque de sanguine arietis immolati tetigissent extremum auriculæ singulorum dextræ, & pollices manus ac pedis dextri, reliquum fudit super altare per circuitum:

25. adipem verò, & 25..... 26. *Vide Not.* caudam, omnemque pinguedinem quæ operit intestina, reticulumque jecoris, & duos renes cum adipibus suis & armo dextro separavit.

26. Tollens autem de canistro azymorum, quod erat coram Domino, panem absque fermento, & collyridam consperSam oleo, laganumque posuit super adipes, & armum dextrum,

27. tradens simul omnia Aaron & filiis ejus. Qui postquam levaverunt ea coram Domino,

28. rursum susceptа de manibus eorum, adolevit super altare holocausti, eò quòd consecrationis esset oblatio, in odorem suavitatis, sacrificii Domino.

29. Tulitque pectus- 29..... *Vide Not.* culum, elevans illud coram Domino, de ariete consecrationis in partem suam, sicut præceperat ei Dominus.

30. Assumensque unguentum, & sanguinem qui erat in altari, aspersit super Aaron & vestimenta ejus, & super filios illius ac vestes eorum.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Loct. 13. de Levit. 353. b. 31..... Coquite carnes in atrio tabernaculi testimonii in loco sancto, & ibi edetis eas: & pa-

VULGATA NOVA.

31. Cùmque sanctificasset eos in vestitu suo; præcepit eis, dicens: Coquite carnes ante fores

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Martianæus noster affirmat in quindecim Mss. codd. legi, Græcum nunc habet, ὑποδύτην, cum seqq. καὶ ἐπέθηκεν ἐπ' αὐτόν. At in Ms. Alex. ἐπενδύτην, καὶ ἐπέθηκεν αὐτῷ, ut sup. apud Hieron. Hesychius in Levit. 8. col. 81. h. eadem sic reddit: *Et induit eum tunicam, & præcinxit zonam, & vestivit illum hypodytin, & posuit super illum epomidem.*

℣. 8. Priora ista, & *cinxit*, &c. usque ad hoc, & *imposuit*, sumpta sunt ex Hieronymo, quorum loco Hesych. habet: *Et cinxit illum secundùm aditum epomidis, & constrinxit illum ad eam, & imposuit*, &c. ut sup. Græc. Καὶ συνέζωσεν αὐτὸν κατὰ τὴν ποίησιν τῆς ἐπωμίδος, καὶ συνέφιγξεν αὐτὸν ἐν αὐτῇ. Καὶ ἐπέθηκεν ἐπ' αὐτὴν τὸ λογεῖον, καὶ ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸ λογεῖον τὴν δήλωσιν, καὶ τὴν ἀλήθειαν.

℣. 9. Græc. Καὶ ἐπέθηκε τὴν μίτραν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῦ, &c.

℣℣. 13..... 14..... 15. His alludit August. quæst. 23. in Lev. col. 499. e. dicens: *Quando narravit Scriptura quemadmodum ea quæ præcepit Dominus, gesta sunt erga Aaron & filios ejus, dicitur oblatus vitulus pro peccato.* Græc. Καὶ προσήγαγε Μωυσῆς τοὺς υἱοὺς Ἀαρὼν, καὶ ἐνέδυσεν αὐτοὺς χιτῶνας..... Καὶ προσήγαγε Μωυσῆς τὸν μόσχον τὸν περὶ τῆς ἁμαρτίας. Subinde August. *Postea verò quando sanctificatur Aaron, de aspersione sanguinis contra velum nihil dictum est; de cornibus autem altaris dictum est, sed non additum est, incensi: additum est autem, effundendum sanguinem ad basem altaris; non dixit, ad basem ejus, tanquam necesse fuisset illud altare accipere, cujus cornua sanguine tetigisset*, &c. Similiter in Græco: Καὶ ἐπέθηκεν Ἀαρὼν καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῦ τὰς χεῖρας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τῦ μόσχυ τῦ τῆς ἁμαρτίας. Καὶ ἔσφαξεν αὐτόν· καὶ ἔλαβε Μωυσῆς ἀπὸ τῦ αἵματος, καὶ ἐπέθηκεν ἐπὶ τὰ κέρατα τῦ θυσιαστηρίυ κύκλῳ τῷ δακτύλῳ..... καὶ τὸ αἷμα ἐξέχεεν ἐπὶ τὴν βάσιν τῦ θυσιαστηρίυ, &c.

℣. 22. Græc. Καὶ προσήγαγε Μωυσῆς τὸν κριὸν, τὸν δεύτερον κριὸν τελειώσεως. i. e. *Et adduxit Moyses arietem, arietem illum secundum consummationis.*

℣. 25. Hesych. in Levit. 8. col. 85. a. ad hæc Vulgatæ verba; *adipem verò & caudam*, &c. ait *pro cauda*, LXX. *lumbum*, (Gr. ὀσφῦν) & *pro intestinis*, *ventriculum* (Gr. κοιλίαν) & *pro reticulo jecoris*, *pinnam hepatis*, (τὸν λοβὸν τῦ ἥπατος) edidisse.

℣. 26. Hesych. ibid. sic pergit: *Pro canistro azymorum*, quod habet Vulg. LXX. *canistrum consummationis*, *ediderunt*. Gr. ἀπὸ τῦ καλῦ τῆς τελειώσεως.

℣. 29. Hesych. ubi sup. ad hoc Vulgatæ: *de ariete consecrationis*, ait, LXX. edidisse, *consummationis in partem suam*: attamen Græcè nunc legitur simpliciter, ἀπὸ τῦ κριῦ τῆς τελειώσεως, absque hoc, *in partem suam.*

℣. 31. Eadem leguntur Græcè ad verbum, præter ult.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
tabernaculi, & ibi comedite eas : panes quoque consecrationis edite, qui positi sunt in canistro,	nes, qui sunt in canistro consummationis, quo-	*Aug. ubi sup.*
Exod. sicut præcepit mihi Dominus, dicens : Aaron &	modo præceptum est mihi, dicens : Aaron &	
29. 32. filii ejus comedent eos :	filii ejus edent eam :	
& 30. 22. & 40. 9. & *inf.* 24. 9. 32. quidquid autem reliquum fuerit de carne & panibus, ignis absumet.		
33. De ostio quoque tabernaculi non exibitis septem diebus, usque ad diem quo complebitur tempus consecrationis vestræ : septem enim diebus finitur consecratio :	33..... usque ad diem complerionis quinquaginta dierum.....	*Hesych. in Levit.* 8. 86. *d. g.*
34. sicut & impræsentiarum factum est, ut ritus sacrificii compleretur.	34. in die hoc sic præcepit Dominus facere, ut detis pro vobis.	
35. Die ac nocte manebitis in tabernaculo observantes custodias Domini, ne moriamini : sic enim mihi præceptum est.	35. Et ad ostium tabernaculi testimonii sedebitis septem dies, die & nocte..... ne moriamini.....	*Aug. quæst.* 24. *in Levit.* 500. *f.*
36. Feceruntque Aaron & filii ejus cuncta quæ locutus est Dominus per manum Moysi.		

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

αὐτὰ, vel ut in Mſ. Alex. ταῦτα, loco *eam*. Ad hoc autem : *Quomodo præceptum est mihi, dicens*, observat August. ibid. *Hanc locutionem* quosdam *transferre nolentes*, dixisse : *Quomodo præcepit mihi, dicens : quia hoc videtur consequens : ille autem*, inquit, *in nostræ locutionis consuetudine solœcismus est*. Gr. ὃν τρόπον συντέταχταί μοι. Hesych. in Levit. 8. col. 86. b. ad hoc Vulg. *Et ibi comedite eas*, ait, LXX. addidisse, *in loco sancto* ; deinde sic, & *panes, qui sunt in canistro consummationis, edite*.

℣. 33. Gr. Ἕως ἡμέρας πληρωθῇ, ἡμέρας τελειώσεως ὑμῶν· al. verò ἕως ἡμέρας πληρώσεως ἡμερῶν τελειώσεως ὑμῶν· deinde sic : ἑπτὰ γὰρ ἡμέρας τελειώσει τὰς χεῖρας ὑμῶν.

℣. 34. Græc. sic pergit : Καθάπερ ἐποίησεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, ἧ ἐνετείλατο Κύριος τοῦ ποιῆσαι, ὥστε ἐξιλάσασθαι περὶ ὑμῶν. i. e. *Sicut fecit in die hac, quâ præcepit Dominus ad faciendum, ad depropitiandum pro vobis*.

℣. 35. Similiter habet Hesych. in Levit. 8. col. 86. h. *Ad januam tabernaculi testimonii sedebitis, septem diebus, die ac nocte*. August. verò locut. 14. de Levit. col. 353. b. constanter ut sup. *Et ad ostium tabernac. testim. sedebitis septem dies*, &c. *pro eo quod est*, inquit, *habitabitis*. Idem observat quæst. 24. sup. & voci *nocte* proximè addit, *ne moriamini* ; Græcè verò, hoc habetur intermedium, φυλάξεσθε τὰ φυλάγματα Κυρίου, *custodietis custodias Domini* ; deinde sic : ἵνα μὴ ἀποθάνητε, *ut non moriamini*.

CAPUT IX.

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
1. FActo autem octavo die, vocavit Moyses Aaron & filios ejus, ac majores natu Israël, dixitque ad Aaron :	1. ET factum est die octavo, vocavit Moyses Aaron & filios ejus, & senatum Israël, & dixit ad Aaron (Moyses :)	*Aug. quæst.* 25. *in Levit. t.* 3. 501. *a.* *Hieron. l.* 1. *contr. Pelag. t.* 4. 505. *f.*
Exod. 2. Tolle de armento vitulum pro peccato,	2. Tolle vitulum de bobus pro peccatis, &	
29. 1. & arietem in holocaustum, utrumque immaculatum, & offer illos coram Domino.	arietem in holocaustum immaculatum, & offeres eos in conspectu Domini.	
3. Et ad filios Israël loquêris : Tollite hircum pro peccato, & vitulum atque agnum anniculos & sine macula, in holocaustum,	3. Et senatui Israël loquere, dicens : Accipite hircum ex capris unum pro peccato, & arietem, & vitulum, & agnum anniculum, in holocarposim, sine macula,	*Aug. quæst.* 28. *in Levit. t.* 3. 501. *b. c.*
4. bovem & arietem pro pacificis : & immolate eos coram Domino, in sacrificio singulorum similam consperſam oleo offerentes : hodie enim Dominus apparebit vobis.	4. & vitulum à bobus, & arietem in sacrificium salutaris ante Dominum, & similam consperſam in oleo : quoniam hodie videbitur Dominus in vobis.	
5. Tulerunt ergo cuncta quæ jusserat Moyses ad ostium tabernaculi : ubi cùm omnis multitudo astaret,	5..... ante tabernaculum testimonii.....	*Hesych. in Levit.* 87. *f.*
6. ait Moyses : Iste est sermo, quem præcepit Dominus : facite, & apparebit vobis gloria ejus.		
7. Et dixit ad Aaron : Accede ad altare, & immola pro peccato tuo : offer holocaustum, &	7. Et ait Moyses ad Aaron : Accede ad altare, & fac quod pro peccato tuo, & holocaustum ;	*Aug. Locut.* 15. *t.* 3. 353. *c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Græcè verbum pro verbo. Addit Aug. ibid. *Quem quidam nostri* senatum *interpretati sunt*, γερουσίαν *Græcus habet : hoc est ergo secutus Interpres, quia & senatus à senio videtur dictus. Non autem aptè in Latino diceretur*, vocavit senectutem Israël, *pro* senibus, *vel* senioribus ; *quamvis eadem locutio esset, si diceretur*, vocavit juventutem Israël, *pro* juvenibus : *sed hoc usitatum est in Latina lingua, illud autem non est : nam hoc propriè diceretur, si dicatur*, vocavit senectutem Israël. *Unde quidam insolenter putantes etiam senatum dici, interpretati sunt* ordinem seniorum. *Compendio tamen forsitan melsùs diceretur*, vocavit seniores Israël. Sic etiam legit Hieron. l. 1. contra Pelag. to. 4. 505. f. *Factum est quoque die octavo, & vocavit Moyses Aaron & filios ejus, & omnes seniores Israël.*

℣. 2. Ita in Græco, præter seqq. λάβε σεαυτῷ, *sume tibi*, pro *tolle* ; item περὶ ἁμαρτίας, *pro peccato*, non *pro peccatis*, & προσένεγκον αὐτά, *offer ea*, pro *offeres eos*.

℣. 3. Ita Gr. hab. ad verbum, præter hoc, & *arietem*, quod omittit ; sola edit. Ald. addit : καὶ κριόν. Hieron. l. 1. contra Pelag. to. 4. 505. f. sic legit : *Et senioribus Israël loquere, dicens : Tollite hircum de capris unum pro peccato, & vitulum immaculatum anniculum in holocaustum.*

℣. 4. Similia prorsus in Græco, excepto uno, *à bobus*, quod deest ; in edit. tamen Ald. legitur καὶ μόσχον ἐκ βοῶν· vide sis Aug. ibid.

℣. 5. Græc. Καὶ ἔλαβον καθὼ ἐνετείλατο Μωυσῆς ἀπέναντι τῆς σκηνῆς τοῦ, &c.

℣. 7. Sic iterum leg. August. quæst. 27. in Levit. to. 3. 502. e. usque ad hoc, *domo tua*, nisi quòd addit, *tuum* ad *holocaustum* ; Græcè etiam additur σοῦ· cætera ut in Lat. sup. Hier. l. 1. cont. Pelag. to. 4. 505. f. sic habet : *Dixitque Moyses ad Aaron : Accede ad altare, & fac pro peccato tuo* ; at in Gr. Καὶ ποίησον τὸ περὶ τῆς ἁμαρτίας σου. Subinde apud Hesych. in Lev. 87. h. LXX. inquit, *pro te ipso, & pro domo*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ubi sup. & exora pro te & domo tua, & fac dona populi, & exora pro eis, quomodo præcepit Dominus Moysi.

VULGATA NOVA.

deprecare pro te & pro populo: cùmque mactaveris hostiam populi, ora pro eo, sicut præcepit Dominus.

VULGATA NOVA.

8. Statimque Aaron accedens ad altare, immolavit vitulum pro peccato suo:

9. cujus sanguinem obtulerunt ei filii sui: in quo tingens digitum, tetigit cornua altaris, & fudit residuum ad basim ejus.

10. Adipemque & renunculos, ac reticulum jecoris, quæ sunt pro peccato, adolevit super altare, sicut præceperat Dominus Moysi:

11. carnes verò & pellem ejus extra castra combussit igni.

12. Immolavit & holocausti victimam: obtuleruntque ei filii sui sanguinem ejus, quem fudit per altaris circuitum:

13. ipsam etiam hostiam in frusta concisam, cum capite & membris singulis obtulerunt: quæ omnia super altare cremavit igni,

14. lotis aquâ priùs intestinis & pedibus.

15. Et pro peccato populi offerens, mactavit hircum: expiatoque altari, 15..... 16. *Vide Not.*

16. fecit holocaustum,

17. addens in sacrificio libamenta, quæ pariter offeruntur, & adolens ea super altare, absque cæremoniis holocausti matutini.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 27. in Levit. 503. c. & q. 28. 503. e. 18. Et occidit vitulum, & arietem sacrificii salutaris populi: & obtulerunt filii Aaron sanguinem ad eum, & adfudit ad altare in circuitu.

19. Et adipem qui à vitulo & ab ariete, lumbum, & adipem tegentem super ventrem, & duos renes, & adipem qui super ipsos est, & pinnam quæ est in jocinere;

20. & posuit adipes super pectuscula, & imposuit adipes super altare;

21. & pectusculum, & brachium dextrum abstulit Aaron ablationem ante Dominum, quomodo præcepit Dominus Moysi.

22. Cùm extuliſſet Aaron manus super populum, benedixit eos. Et descendit cùm feciſſet quod pro peccato, & holocaustomata, & quæ salutaris.

VULGATA NOVA.

18. Immolavit & bovem atque arietem, hostias pacificas populi: obtuleruntque ei filii sui sanguinem, quem fudit super altare in circuitum.

19. Adipem autem bovis, & caudam arietis, renunculosque cum adipibus suis, & reticulum jecoris

20. posuerunt super pectora: cùmque cremati essent adipes super altare,

21. pectora eorum, & armos dextros separavit Aaron, elevans coram Domino, sicut præceperat Moyses.

22. Et extendens manus ad populum, benedixit ei. Sicque completis hostiis pro peccato, & holocaustis, & pacificis, descendit.

23. Ingressi autem Moyses & Aaron in tabernaculum testimonii, & deinceps egressi benedixerunt populo. Apparuitque gloria Domini omni multitudini: *2. Mac. 2. 10.*

Aug. quæst. 29. & 30. in Levit. 504. c. b. 24. & exiit ignis à Domino, & devoravit quæ erant super altare, holocaustomata, & adipes. Et vidit omnis populus, & amens factus est.....

24. & ecce egressus ignis à Domino, devoravit holocaustum, & adipes qui erant super altare. Quod cùm vidissent turbæ, laudaverunt Dominum, ruentes in facies suas.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tua, ediderunt. Vide sis August. ubi sup.

℣℣. 15..... 16. His duobus versiculis respondent ista Augustini, quæst. 27. in Levit. to. 3. 503. b. *Cùm faceret Aaron dona populi, quæ supra commemoravit, non omnia commemorata sunt immolata, quæ fuerant prædicta; sed tantùm hircus pro peccato, & holocaustum, ubi tamen illum agnum non expressit: duo verò alia quæ ad sacrificia pro peccato potiùs quàm ad holocaustum pertinere diximus, tacuit, id est, arietem, & vitulum; nisi forte à parte totum intelligi voluit, ut solo capro commemorato, etiam illa subsecuta acciperemus.* In Græco sic: Καὶ προσήνεγκε τὸ δῶρον τοῦ λαοῦ· καὶ ἔλαβε τὸν χίμαρον τὸν περὶ τῆς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ· καὶ ἔσταξεν αὐτὸν..... καὶ προσήνεγκε τὸ ὁλοκαύτωμα, &c.

℣. 18. Similiter in Græco, præter vocem, *populi*, pro qua, τῆς τοῦ λαοῦ, i. e. *ejus qui populi.*

℣. 19. Eadem quoque in Græco.

℣. 20. Græc. Καὶ ἐπέθηκε τὰ..... καὶ ἀνήνεγκε τὰ, &c. ut in Latino. Augustinus ibid. semel legit, *adipem.* Vide seqq. apud ipsum.

℣. 21. Optimè è Græco.

℣. 22. Ita in Græco, nisi quòd loco, *cùm extuliſſet*, habetur, καὶ ἐξάρας. Hieron. l. 1. adverſ. Pelag. to. 4. 505. f. sic hab. *Rursumque elevavit Aaron manus suas super populum, & benedixit eis; descenditque, cùm feciſſet pro peccato, & holocausto, & salutari.* Vide seqq. apud Aug. sup.

℣. 24. Vix meliùs è Græco, nisi hoc excipias, *& amens factus est*, pro quo καὶ ἔκστασιν. Unde August. ibid. *Alii Interpretes*, inquit, *dixerunt* expavit, *conantes transferre de Græco quod dictum est ἔκστασιν, unde ἔκστασις dicitur, qui sæpe in Scripturis Latinis legitur, mentis excessus.* Ambros. l. 3. offic. to. 2. 133. a. hæc hab. *Quia exivit ignis à Domino, & consumpsit universa, quæ erant super altare, holocausta.*

CAPUT X.

VULGATA NOVA.

1. ARreptisque Nadab & Abiu filii Aaron thuribulis, posuerunt ignem, & incensum desuper, offerentes coram Domino ignem alienum: quod *Num. 3. 4. & 26. 61. 1. Par. 24. 2.* 1..... 2. *Vide Not.* eis præceptum non erat.

2. Egressusque ignis à Domino, devoravit eos; & mortui sunt coram Domino.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1..... 2. Eò spectant quæ narrat August. quæst. 31. to. 3. 504. b. *Posteaquam*, inquit, *exeunte igne à Domino, incensi & mortui sunt filii Aaron, qui ausi sunt in batillis suis, adhibito igne alieno, incensum imponere Domino; quod ideo non licebat, quia ex illo igne, qui divinitus in altare venerat, deinceps custodito, omnia erant accendenda, quæ in tabernaculo accendi oportebat: mortuis ergo illis ait Moyses:* Græc. Καὶ λαβόντες οἱ δύο υἱοὶ Ἀα-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

3. Dixitque Moyſes ad Aaron : Hoc eſt quod locutus eſt Dominus : Sanctificabor in iis qui appropinquant mihi, & in conſpectu omnis populi glorificabor. Quod audiens tacuit Aaron.

VERSIO ANTIQUA.

3. Ait Moyſes : Hoc eſt quod dixit Dominus, dicens : In eis qui mihi appropinquant ſanctificabor, & in omni ſynagoga glorificabor. Et compunctus eſt Aaron. *Aug. quæſt. 31. in Levit. t. 3. 504. c. Heſych. in Levit. 89. d.*

VULGATA NOVA.

4. Vocatis autem Moyſes Miſaële & Eliſaphan filiis Oziel, patrui Aaron, ait ad eos : Ite & tollite fratres veſtros de conſpectu ſanctuarii, & aſportate extra caſtra.

5. Confeſtimque pergentes, tulerunt eos ſicut jacebant, veſtitos lineis tunicis, & ejecerunt foras, ut ſibi fuerat imperatum.

VULGATA NOVA.

6. Locutuſque eſt Moyſes & Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar, filios ejus : Capita veſtra nolite nudare, & veſtimenta nolite ſcindere, ne fortè moriamini, & ſuper omnem cœtum oriatur indignatio. Fratres veſtri, & omnis domus Iſraël, plangant incendium quod Dominus ſuſcitavit :

7. vos autem non egrediemini fores tabernaculi, alioquin peribitis : oleum quippe ſanctæ unctionis eſt ſuper vos. Qui fecerunt omnia juxta præceptum Moyſi.

8. Dixit quoque Dominus ad Aaron :

9. Vinum, & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filii tui, quando intratis in tabernaculum teſtimonii, ne moriamini : quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras.

10. Et ut habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & profanum, inter pollutum & mundum :

11. doceatiſque filios Iſraël omnia legitima mea quæ locutus eſt Dominus ad eos per manum Moyſi.

VERSIO ANTIQUA.

6. Et dixit Moyſes ad Aaron, & Eleazar, & Ithamar filios ejus qui relicti erant : Caput veſtrum non denudabitis, & veſtimenta veſtra non ſcindetis, ne moriamini, & ſuper omnem ſynagogam veniat ira. Fratres autem veſtri, omnis domus Iſraël plorabunt incendium, quo incenſi ſunt à Domino : *Hieron. epiſt. 22. ad Paulam. t. 4. p. 2. 57. f. Aug. quæſt. 32. in Levit. 504. g. 505. a.*

7. & ab oſtio tabernaculi teſtimonii non exibitis, ne moriamini : oleum enim unctionis, quod eſt à Domino, ſuper vos eſt.....

8. Et locutus eſt Dominus ad Aaron, dicens : *Aug. quæſt. 33. in Levit. 505. a. d. e.*

9. Vinum, & ſiceram non bibetis, tu & filii tui tecum, cùm intrabitis in tabernaculum teſtimonii, aut cùm accedetis ad altare, & non moriemini : legitimum æternum in progenies veſtras.

10. Diſtinguere inter medium ſanctorum & contaminatorum, & inter medium mundorum & immundorum :

11. & inſtruere filios Iſraël omnia legitima quæ locutus eſt Dominus ad eos per manum Moyſi.

VULGATA NOVA.

12. Locutuſque eſt Moyſes ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar, filios ejus, qui erant reſidui : Tollite ſacrificium, quod remanſit de oblatione Domini, & comedite illud abſque fermento juxta altare, quia ſanctum ſanctorum eſt.

12..... *Vide Not.*

13. Comedetis autem in loco ſancto : quod datum eſt tibi & filiis tuis de oblationibus Domini, ſicut præceptum eſt mihi.

VULGATA NOVA.

14. Pectuſculum quoque quod oblatum eſt, & armum qui ſeparatus eſt, edetis in loco mun-

VERSIO ANTIQUA.

14..... pectuſculum ſegregationis, & brachium ablationis, manducabitis in loco ſancto..... à ſa- *Aug. quæſt. 34. 505. f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ρὼν..... τὸ πυρεῖον..... ἐπέθηκαν ἐπ' αὐτὸ πῦρ, καὶ ἐπέβαλον ἐπ' αὐτὸ θυμίαμα, καὶ προσήνεγκαν ἐναντι Κυρίυ πῦρ ἀλλότριον, ὃ οὐ προσέταξε Κύριος αὐτοῖς. Καὶ ἐξῆλθε πῦρ παρὰ Κυρίυ, καὶ κατέφαγεν αὐτὺς, καὶ ἀπέθανον, &c.

℣. 3. Græc. Καὶ εἶπε Μωυσῆς πρὸς Ἀαρών· reliqua ut in Lat. ſup.

℣. 6. Hæc omnia aptè conveniunt cum Græco, ſi excipias unum aut alterum, nempe hoc, *non denudabitis*, pro quo, οὐκ ἀποκιδαρώσεσθε, & iſtud, *veniat ira*, pro quo, ἔσται θυμός, *erit indignatio.* Auguſt. Locut. 18. to. 3. 353. d. hæc. hab. *Moyſes loquens ad Aaron, Eleazar, & Ithamar filios ejus, ait*, &c. & quæſt. 32. in Levit. *Aaron, & reliquos filios ejus mortem illorum duorum lugere prohibens, dicit : Caput veſtrum cidarâ non denudabitis*, &c.

℣. 7. In Gr. deeſt ſub finem duplex *eſt*. Mſ. Oxon. cum editt. Ald. & Compl. ultimum addit ; cætera concordant ad verbum.

℣℣. 8..... 9. Ita in Græco, niſi fortè excipias iſtud, καὶ οὐ μὴ ἀποθάνητε, loco, & *non moriemini.* Tertul. adverſ. Pſych. 985. c. ſic habet : *Vinum, & ſiceram non bibetis, tu & filii tui poſt te, ſi quando ingrediemini tabernaculum, vel aſcendetis ad altare, & non moriemini.* Hieron. in Iſai. 5. to. 3. col. 51. a. ſic : *Vinum, & ſiceram non bibetis tu & filii tui, quando ingredimini in tabernaculum teſtim. aut acceditis ad altare.* Hoc autem, *legitimum æternum*, &c. ait Auguſt. quæſt. 33. 505. d. *Ambiguum* eſſe, *utrùm ſuperiori ſenſui connectatur, id eſt, ad vinum non bibendum pertineat, an inferiori, ubi ſequitur, Diſtinguere inter medium*, &c. *ut hoc ſit officio ſacerdotum legitimum æternum in progenies eorum.* Id poſteriori adjungere videtur Auguſt. cùm Locut. 17. to. 3. 353. c. tum l. 2. contra epiſt. Parmen. to. 9. 54. e. ubi ſic habet : *Sit vobis legitimum æternum in progenies veſtras dividere*, &c. adnectit ſimiliter collat. Carthag. p. 486. b.

℣. 10. Ita Græcè, niſi quòd vox *immundorum*, ponitur ante *mundorum* : Ald. verò edit. Auguſtino favet. Idem Aug. Locut. 17. to. 3. 353. c. legit : *Diſtinguere inter medium mundorum & contaminatorum* : at l. 2. contrà ep. Parmen. to. 9. 54. e. habet : *Dividere in medio ſanctorum & irreligioſorum, & in medio mundorum & immundorum.* In collat. Carthag. ex parte Donati : *Dividere inter ſanctos & profanos, inter mundos & immundos* ; nec malè, nam in Græco eſt, βεβήλων, quod propriè *impurum*, ſeu *profanum* ſignificat. Mox Auguſt. quæſt. 33. addit : *Hoc quoque ambiguè poſitum eſt..... utrùm ab eo quòd ſunt ſancta & munda, vel inquinata & immunda ; an ab eo quòd ſunt ſancti & mundi, vel inquinati & immundi ; id eſt, utrùm inter illa ipſa ſacra, quæ rite vel non rite fierent, diſtinguere voluit ſacerdotes ; an inter ipſos homines probandos vel improbandos ; an potiùs ad utrumque referendum eſt, ſive homines, ſive ſacra.*

℣. 11. Ad verbum è Græco. Vide etiam Locut. 16. 353. c. ubi eadem leg.

℣. 12. In Græco. Καὶ εἶπε Μωυσῆς πρὸς Ἀαρὼν, καὶ πρὸς Ἐλεάζαρ, καὶ Ἰθάμαρ τὺς υἱὺς Ἀαρὼν τὺς καταλειφθέντας, &c. Unde Auguſt. locut. 18. de Levit. col. 353. d. ait : *Moyſes loquens ad Aaron, Eleazar, & Ithamar filios ejus*, &c.

℣. 14. Ita in Græco, uſque ad vocem, *ſancto* ; unde Auguſt. ibid. *Quamvis*, inquit, *ſingula ſingulis data ſint, tamen utrumque poſſet dici ſegregationis, quia utrumque ſacerdoti ſeparatur ; & utrumque ablationis, ſive demtionis, quod Græcè dicitur ἀφαίρεμα, quia utrumque demitur, & aufertur eis, pro quibus offertur, ut detur ſacerdoti. Pectuſculum ſanè impoſitionis ſuperiùs legimus, & brachium ablationis, quia de brachio nihil imponebatur altari,*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

crificiis ſalutarium filiorum Iſrael.

15. Brachium ablationis, & pectuſculum ſegregationis ſuper hoſtias adipum offerent, ſegregationem ſegregare ante Deum; & erit tibi, & filiis tuis, & filiabus tuis tecum legitimum æternum.....

16..... & iratus eſt Moyſes ad filios Aaron Eleazar & Ithamar, qui ſuperfuerant, dicens:

17. Quare non comediſtis illud quod fuit pro peccato in loco ſancto? quoniam enim ſancta ſanctorum ſunt, hoc vobis dedit edere, ut auferatis peccatum ſynagogæ, & exoretis pro eo ante Dominum;

18. non enim illatum eſt à ſanguine ejus in ſanctum ante faciem intus; edetis illud in loco ſancto, quomodo mihi conſtituit Dominus.

19..... Si hodie obtulerunt ea quæ pro peccato illorum ſunt, & holocauſta ſua ante Dominum, & contigerunt mihi talia, & comedam quod eſt pro peccato hodie, nunquid placitum erit Domino?

20. Et audivit Moyſes, & placuit illi.

VULGATA NOVA.

diſſimo tu & filii tui, & filiæ tuæ tecum: tibi enim ac liberis tuis repoſita ſunt de hoſtiis ſalutaribus filiorum Iſrael:

15. eò quòd armum & pectus, & adipes qui crematur in altari, elevaverunt coram Domino, & pertineant ad te, & ad filios tuos, lege perpetua, ſicut præcepit Dominus.

16. Inter hæc, hircum, qui oblatus fuerat pro peccato, cùm quæreret Moyſes, exuſtum reperit: iratuſque contra Eleazar & Ithamar filios Aaron, qui remanſerant, ait:

17. Cur non comediſtis hoſtiam pro peccato in loco ſancto, quæ ſancta ſanctorum eſt, & data vobis ut portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conſpectu Domini,

18. præſertim cùm de ſanguine illius non ſit illatum intra ſancta, & comedere debueritis eam in ſanctuario, ſicut præceptum eſt mihi?

19. Reſpondit Aaron: Oblata eſt hodie victima pro peccato, & holocauſtum coram Domino: mihi autem accidit quod vides: quomodo potui comedere eam, aut placere Domino in cæremoniis mente lugubri?

20. Quod cùm audiſſet Moyſes, recepit ſatisfactionem.

Aug. Locut. 353. *c.*

Ambr. ep. 67. t. 2. 1057. d.

Aug. quæſt. 36. in Levit. t. 3. 506. g. 507. a.

Aug. quæſt. 36. in Levit. t. 3. 506. d.

2. Mac. 2. 11

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

adeps autem de pectuſculo imponebatur. Græc. ſic pergit: Σὺ, καὶ οἱ υἱοί σου, καὶ ὁ οἶκός σου μετὰ σοῦ· νόμιμον γάρ σοι, καὶ νόμιμον τοῖς υἱοῖς σου ἐδόθη, &c. ut in Lat. niſi quòd loco *ſalutarium*, hab. τῆ σωτηρίᾳ, *ſalutaris*; in editt. tamen Ald. & Compl. τῶν σωτηρίων. Apud Auguſt. conſtanter *ſalutarium. Quid eſt*, inquit, *quod dicit*, de ſacrificiis ſalutarium, *cùm ea dicat, quæ alibi dixit*, ſacrificia ſalutataris; & *cum ſingulari numero id dixit*, ſacrificium ſalutaris, *cùm de eadem re diceretur? an fortè hoc loco, ubi ait:* à ſacrificiis ſalutarium, ſanitatum *dici debuit? Nam in illo Pſ. ubi dictum eſt:* Exaudi nos, Deus ſanitatum noſtrarum, *hoc verbum habet Græcus, quòd etiàm hoc loco, id eſt* σωτηρίων, *qui genitivus pluralis in Græca lingua ambiguus eſt, utrùm à* ſalute, *an à* ſalutari *nomen declinatum ſit, quoniam* σωτηρία *dicitur* ſalus, *vel* ſanitas, *unde ſit genitivus pluralis*, τῶν σωτηρίων. Salutare *autem* σωτήριον *dicitur*, & *inde genitivus pluralis idem ipſe eſt. Si ergo rectè poteſt intelligi etiam* ſacrificium ſalutis, *quòd eſt* ſacrificium ſalutaris, *quoniam à ſalutari ſalus datur*, & *illud eſt ſalutare, unde ſalus accipitur, non eſt neceſſe ut tanquam multorum ſalutarium ſacrificia hic intelligamus, ubi dictum eſt*, ſacrificiis ſalutarium, *ſed multarum forſitan ſanitatum, quæ tamen ab uno ſalutari accipiuntur.*

℣. 15. Hæc omnia concinunt cum Græco, ſi duo excipias, nempe *ſegregare*, pro quo, ἀφορίσαι, *ad ſegregandum*, & *Deum*, loco Κυρίῳ. Auguſt. quæſt. 36. in Lev. col. 506. c. ſimiliter hab. *Et erit tibi & filiis tuis, & filiabus tuis legitimum ſempiternum.* Græc. αἰώνιον.

℣. 16. Antecedunt iſta in Gr. Καὶ τὸν χίμαρον, τὸν περὶ τῆς ἁμαρτίας, ζητῶν ἐξεζήτησε Μωυσῆς· καὶ ὀδὲ ἐνεπεπυρίσο. *Et caprum, qui pro peccato, quærens exquiſivit Moyſes; ille verò incenſus fuerat:* quorum loco Ambroſ. hab. *Immolatus erat hircus pro peccato, & oblatus in holocauſtum. Quæſivit eum poſtea Moyſes, & combuſtus fuerat;* deinde quæ in Lat. ſup. hæc etiam concordant cum Gr. niſi quòd loco *ad*, Græc. hab. ἐπὶ, & hoc, τοὺς υἱοὺς Ἀαρών, poſtponit nomini *Ithamar:* habet etiam τοὺς καταλειμμένους, *derelictos*, loco *qui ſuperfuerant*, quæ ambo idem ſonant. Eadem memorat Auguſt. quæſt. 36. in Levit. to. 3. 506. g. dicens: *Hæc enim ſunt verba iraſcentis Moyſi ad filios fratris ſui, cùm hircum pro peccato quæſitum non inveniſſet, quia fuerat totus incenſus.*

℣. 17. Similiter in Græco, præter unum περὶ αὐτῶν, *pro eis*, loco *pro eo*, poſt *exoretis*. Ambroſ. epiſt. 67. to. 2. 1057. d. ſic habet: *Quare non manducaſtis, quod pro peccato immolatum eſt in loco ſancto, quoniam quidem ſancta ſanctorum ſunt? hoc vobis dedi manducare, ut auferatis peccatum ſynagogæ.*

℣. 18. Græcè ſimpliciter habetur, τῆ αἵματος, ſubaud. præpoſitione: ſola Compl. addit: ἀπὸ τῆ, &c. item ἔσω & φάγεσθε, conjunguntur, abſque interpunctione media, ſecus apud Auguſt. ſupra, ubi divelluntur; cætera concordant ad verbum. Ambroſ. epiſt. 67. p. 1057. d. poſt vocem *ſynagogæ*, ſubdit: & *intus manducandum eſſe, ſicut mihi præceptum eſt.* In edit. Rom. *manducandum eſt in loco ſancto.*

℣. 19. In Græco primùm, Καὶ ἐλάλησεν Ἀαρὼν πρὸς Μωυσῆν, λέγων, pro quibus habet Auguſt. ibid. *Reſpondit illi Aaron*, & *ait:* reliqua Græco vix diſſimilia, niſi quòd hab. τὰ, pro *quod*, poſt verbum *comedam*: in Mſ. tamen Oxon. nec non in editt. Ald. & Compl. legitur τό. Ambr. epiſt. 67. to. 2. 1057. e. hæc hab. *Cùm ergo iratum eum vidiſſet Aaron, placidè reſpondit ei: Si hodie obtulerint pro peccato ſuo holocauſta ſua contra Dominum*, & *acciderint mihi talia, manducabo quod pro peccato obtulerunt hodie: nunquid placebit Domino?* Vide ſis Aug. ubi ſup.

℣. 20. Similiter habet Ambroſ. epiſt. 67. col. 1057. e. unà cum Græco.

CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

1. LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens:

2. Dicite filiis Iſraël: 2..... *Vide Not.*

Deut. 14. 3. Hæc ſunt animalia quæ comedere debetis de cunctis animantibus terræ:

3. Omne quod habet diviſam ungulam, & ruminat in pecoribus, comedetis.

4. Quidquid autem ruminat quidem, & habet ungulam, ſed non dividit eam, ſicut camelus & cætera, non comedetis illud, & inter immunda reputabitis.

5. Chœrogryllus qui ruminat, ungulamque non

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. In Mſ. S. Germ. n. 10. annor. circiter 900. hæc leguntur eodem charactere: *Dicite filiis Iſraël: Cuſtodite omnia quæ ſcripſi vobis, ut ſim Deus veſter*; deinde: *hæc ſunt*, &c. ut in Vulgata. In Græco ſimpliciter: Λαλήσατε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, λέγοντες.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

dividit, immundus est.

6. Lepus quoque : nam & ipse ruminat, sed ungulam non dividit.

2. Mac. 6. 18. 7. Et sus : qui cùm ungulam dividat, non ruminat :

8. horum carnibus non vescemini, nec cadavera contingetis, quia immunda sunt vobis.

VULGATA NOVA.

9. Hæc sunt quæ gignuntur in aquis, & vesci licitum est. Omne quod habet pinnulas & squamas, tam in mari quàm in fluminibus & stagnis, comedetis.

VERSIO ANTIQUA.

9..... in aquis, & in mari, & in torrentibus..... Aug. Locut. 19. t. 3. 353. f.

VULGATA NOVA.

10. Quidquid autem pinnulas & squamas non habet eorum quæ in aquis moventur & vivunt, abominabile vobis,

10..... 20. *Vide Not.*

11. exsecrandumque erit, carnes eorum non comedetis, & morticina vitabitis.

12. Cuncta quæ non habent pinnulas & squamas in aquis, polluta erunt.

13. Hæc sunt quæ de avibus comedere non debetis, & vitanda sunt vobis : Aquilam, & gryphem, & haliæetum,

14. & milvum ac vulturem juxta genus suum,

15. & omne corvini generis in similitudinem suam,

16. struthionem, & noctuam, & larum, & accipitrem juxta genus suum :

17. bubonem, & mergulum, & ibin,

18. & cygnum, & onocrotalum, & porphyrionem,

19. herodionem & charadrion juxta genus suum, upupam quoque, & vespertilionem.

20. Omne de volucribus quod graditur super quatuor pedes, abominabile erit vobis.

VULGATA NOVA.

21. Quidquid autem ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet longiora retro crura, per quæ salit super terram,

VERSIO ANTIQUA.

21. Sed hæc edetis à repentibus volatilibus, quæ ambulant super quatuor, quæ habent crura superiora pedum ejus..... Aug. Locut. 20. 354. a.

VULGATA NOVA.

22. comedere debetis, ut est bruchus in genere suo, & attacus atque ophiomachus, ac locusta, singula juxta genus suum.

23. Quidquid autem ex volucribus quatuor tantùm habet pedes, exsecrabile erit vobis :

24. & quicunque morticina eorum tetigerit, polluetur, & erit immundus usque ad vesperum :

25. & si necesse fuerit ut portet quippiam horum mortuum, lavabit vestimenta sua, & immundus erit usque ad occasum solis.

26. Omne animal quod habet quidem ungulam, sed non dividit eam, nec ruminat, immundum erit : & qui tetigerit illud, contaminabitur.

27. Quod ambulat super manus, ex cunctis animantibus quæ incedunt quadrupedia, immundum erit : qui tetigerit morticina eorum, polluetur usque ad vesperum.

28. Et qui portaverit hujuscemodi cadavera, lavabit vestimenta sua, & immundus erit usque ad vesperum : quia omnia hæc immunda sunt vobis.

29. Hæc quoque inter polluta reputabuntur de his quæ moventur in terra, mustela & mus & crocodilus, singula juxta genus suum,

30. mygale, & chamæleon, & stellio, & lacerta, & talpa :

31. omnia hæc immunda sunt. Qui tetigerit morticina eorum, immundus erit usque ad vesperum :

32. & super quod ceciderit quidquam de morticinis eorum, polluetur tam vas ligneum & vestimentum, quàm pelles & cilicia : & in quocunque fit opus, tingentur aquâ, & polluta erunt usque ad vesperum, & sic postea mundabuntur.

VULGATA NOVA.

33. Vas autem fictile, in quod horum quidquam intro ceciderit, polluetur, & idcirco frangendum est.

34. Omnis cibus, quem comedetis, si fusa fuerit super eum aqua, immundus erit : & omne liquens quod bibitur de universo vase, immundum erit.

VERSIO ANTIQUA.

33. Et omne vas fictile, in quo ceciderit ex eis intus, quæcunque sunt intus, immunda erunt, & illud conteretur. Aug. quæst. 37. in Levit. t. 3. 508. a.

34. Et omnis cibus qui manducatur, in quemcunque venerit super illum aqua, immundus erit vobis.....

VULGATA NOVA.

35. Et quidquid de morticinis hujuscemodi ceciderit super illud, immundum erit : sive clibani, sive chytropodes, destruentur, & immundi erunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Supple primùm de Græco : Καὶ ταῦτα, ἃ φάγεσθε ἀπὸ πάντων τῶν ἐν τοῖς ὕδασι· πάντα ὅσα ἐστὶν αὐτοῖς πτερύγια ἢ λεπίδες, &c. *Et hæc sunt, quæ comedetis ex omnibus quæ in aquis : omnia quibuscunque sunt eis alæ & squamæ*, &c. ut in Lat. sup. excepto uno, Θαλάσσαις *maribus*, pro *mari ;* ad quod August. ibid. *Cùm de animantibus*, inquit, *quæ in aquis sunt, præciperet, quæ sint eorum munda vel immunda*, in aquis, *inquit*, & in mari, & in torrentibus : *sed* in mari *Latini codices habent, quia nimis insolens fuit pluralem numerum transferre de Græco, & non dicere*, in mari, *sed*, in maribus, *maximè propter ambiguitatem, ne non* maria, *sed* mares *intelligerentur, id est*, masculi. Nec ita multò post : *Torrentes*, inquit, *isto loco pro fluminibus posuit Scriptura, cùm torrentes proprie dicantur hyemales fluvii, qui siccantur æstate, & ideo pisces habere non possunt, unde nonnulli Interpretes nostri non*, torrentes, *interpretari, sed* flumina *maluerunt.*

℣℣. 10..... 20. Absunt : nonnulla tamen ex his leguntur apud August. velut summatim relata ab Adimanto, scilicet l. contra ipsum, c. 15. to. 8. col. 131. b. *In Levitico scriptum est : Separate à mundo immundum ; & nemo manducet carnem camèli, asini, & leporis, & porci, & aquilæ, & milvi, & corvi, & vulturis, & reliquorum.*

℣. 21. Græc. Ἀλλὰ ταῦτα φάγεσθε ἀπὸ τῶν ἑρπετῶν τῶν πετεινῶν, ἃ πορεύεται ἐπὶ τέσσαρα, ἃ ἔχει σκέλη ἀνώτερα (Ms. Oxon. ἀνώτερα) τῶν ποδῶν αὐτῆς, &c.

℣. 33. Græc. Καὶ πᾶν σκεῦος ὀστράκινον, εἰς ὃ ἐὰν πέσῃ ἀπὸ τούτων ἔνδον, ὅσα ἐὰν ἔνδον ᾖ, &c. ut in Lat.

℣. 34. Ita in Græco, præter unum, *vobis*, quod de-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hesych. in Levit. 11. 97. a. 36.... Qui verò tetigerit omnem immunditiam animæ morticinorum ipsorum, immundus erit.

VULGATA NOVA.

36. Fontes verò & cisternæ, & omnis aquarum congregatio munda erit. Qui morticinum eorum tetigerit, polluetur.

VULGATA NOVA.

37. Si ceciderit super sementem, non polluet eam.

38. Si autem quispiam aquâ sementem perfuderit, & postea morticinis tacta fuerit, illico polluetur.

39. Si mortuum fuerit animal, quod licet vobis comedere, qui cadaver ejus tetigerit, immundus erit usque ad vesperum:

40. & qui comederit ex eo quippiam, sive portaverit; lavabit vestimenta sua, & immundus erit usque ad vesperum.

41. Omne quod reptat super terram, abominabile erit, nec assumetur in cibum.

42. Quidquid super pectus quadrupes graditur, & multos habet pedes, sive per humum trahitur, non comedetis, quia abominabile est.

43. Nolite contaminare animas vestras, nec tangatis quidquam eorum, ne immundi sitis.

VERSIO ANTIQUA.

Innocent. 1. ep. 2. & 6. t. 1. p. 752. b. 791. b. 44..... sancti estote, quoniam & ego sanctus sum Dominus Deus vester.....

Optat. l. 2. contr. Donat. 40. b. 45..... Sancti eritis, quia ego sanctus sum.....

Aug. quæst. 37. in Levit. t. 3. 508. b. 47. instruere filios Israël..... inter vivificantia quæ manducantur, & inter vivificantia quæ non manducantur.

VULGATA NOVA.

44. Ego enim sum Dominus Deus vester: sancti estote, quia ego sanctus sum. Ne polluatis animas vestras in omni reptili quod movetur super terram. *1. Pet. 1. 16.*

45. Ego enim sum Dominus, qui eduxi vos de terra Ægypti, ut essem vobis in Deum. Sancti eritis, quia ego sanctus sum.

46. Ista est lex animantium ac volucrum, & omnis animæ viventis, quæ movetur in aqua, & reptat in terra,

47. ut differentias noveritis mundi & immundi, & sciatis quid comedere & quid respuere debeatis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

est in fine.

℣. 36. In Græco simpliciter: Ὁ δὲ ἁπτόμενος τῶν θνησίμαίων αὐτῶν, ἀκάθαρτος ἔσται.

℣. 44. Græc. Ἅγιοι ἔσεσθε ὅτι ἅγιός εἰμι ἐγὼ Κύριος ὁ θεός, &c. August. Locut. 21. to. 3. p. 354. a. *Et eritis sancti, quoniam sanctus ego*; tum addit: *subauditur* sum; *unde plerique nostri interpretati sunt*, Quoniam sanctus sum ego: & l. 2. contra epist. Parmen. cap. 17. to. 9. col. 50. e. legit: *Sancti estote, quia ego sanctus sum.* Tert. exhort. cast. 942. c. sic hab. *Sancti erimus, quia & Deus sanctus*: item de Monog. p. 952. b. *Estote sancti, sicut & ille sanctus fuit.* Hilar. in Ps. 134. 477. f. *Estote sancti, quoniam ego sanctus sum.*

℣. 45. In Græco verba sunt eadem, sed ordo diversus, ita scilicet: Ἔσεσθε ἅγιοι, ὅτι ἅγιός εἰμι ἐγὼ Κύριος. Optat. addit: *Non dixit*, sancti estis, *sed*, sancti eritis.

℣. 47. Græc. Διαστεῖλαι ἀναμέσον τῶν ἀκαθάρτων καὶ ἀναμέσον τῶν καθαρῶν, deinde sic: καὶ ἀναμέσον τῶν ζωογονήτων, &c. Mss. verò Oxon. cum edit. Ald. post vocem καθαρῶν, addit, καὶ συμβιβάζειν τὸς υἱὸς Ἰσραὴλ ἀναμέσον τῶν ζωογονήτων, &c. ut in Lat. sup. Mox August. ibid. *Quæ Græcus habet* ζωογονήτα, *nostri quidem*, vivificantia, *interpretari maluerunt, quia utcunque hoc verbum noster usus recepit, quam facere novum insolitum, si dici posset* vivigignentia: *non enim quæ vivificant, id est, vivere faciunt, sed quæ vivos fetus gignunt, id est, non ova, sed pullos, dicuntur* ζωογονήτα.

CAPUT XII.

VERSIO ANTIQUA.

Sedul. Scot. in ep. ad Rom. 501. c. 1. ET locutus est Dominus ad Moysen, dicens:

Aug. Locut. 23. 354. c. 2. Loquere filiis Israël, & dices ad eos: Mulier quæcunque semen receperit, & pepererit masculum, & immunda erit septem dies, secundùm dies secessionis purgationis ejus, immunda erit.

Aug. quæst. 40. in Levit. t. 3. 508. d. 3. Et in die octavo circumcidet carnem præputii ejus:

VULGATA NOVA.

1. LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

2. Loquere filiis Israël, & dices ad eos: Mulier, si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, juxta dies separationis menstruæ. *Luc. 2. 22.*

3. Et die octavo circumcidetur infantulus: *Luc. 2. 21. Joan. 7. 22.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. August. ibid. Locut. 22. col. 354. b. *Hæc usitatissima locutio est*, inquit, & *creberrima in Scripturis*, Locutus est, dicens.

℣. 2. Aug. ibid. Hæc locutio *rarius reperitur*, & *Latini sermonis coarctat inopiam: Græcus enim habet*: Καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτὺς, λέγων, *quod Latinè exprimi posset*, Et dices ad eos, dicens: *minùs autem offendit, si dicatur*: Et inquies ad eos, dicens; & *similius est Græco, quia & ille non dixit*, λέξεις πρὸς αὐτὺς, λέγων, *sed* ἐρεῖς πρὸς αὐτὺς, λέγων. Nunc in Gr. non additur λέγων, nec admisit hoc verbum Sedulius, sed illud retinent edirt. Ald. & Compl. reliqua ex Aug. nil differunt à Græco. August. infra, 508. f. loco *secessionis purgationis ejus*, legit, *secessionis purgationis suæ*, *quod*, inquit, *dicit alio loco* (Levit. 15. 19.) *immunditiam feminæ, quæ menstruis purgatur, septem dierum esse*; Gr. τῦ χωρισμῦ τῆς ἀφέδρυ αὐτῆς. Item supra Locut. 23. observat August. Latinos Interpretes non reddidisse &, insertum in Gr. post *masculum: Nostri plerique*, inquit, *noluerunt transferre, sed ita dixerunt*: Mulier quæcunque pepererit masculum, immunda erit, &c. *Ita ergo locutio, quoniam & Græco eloquio inusitata est, posset nec in Græco transferri: quia verò eam Græcos transferre non piguit, cur Latinos piguerit, ignoro.* Adverte tamen istud & etiamnum deesse in Mss. Oxon. ac edit. Compl. nec retinuit illud Hieron. contra Helvid. to. 4. p. 2. 135. b. ubi sic: *Mulier quæcunque concepit*, & *peperit masculum, immunda erit septem diebus; secundùm dies secessionis & purgationis suæ immunda erit.* Delet pariter Sedul. Scot. in epist. ad Rom. 501. c. ita legendo: *Mulier quæcunque susceperit semen*, & *pepererit masculum, immunda erit septem diebus; secundùm dies purgationis ejus immunda erit.* Immo & August. ipse omisisse videtur hanc conjunctionem &, quæst. 40. in Levit. to. 3. 508. d. cùm quærit: *Quid est quod dicit: Si masculum pepererit mulier, immunda erit*, &c. Vide seq. ibid. & sup. Capitul. XXII.

℣. 3. Gr. Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ περιτεμεῖ, &c. ut sup. Rectè Hieron. contra Helvid. to. 4. p. 2. 135. b. *Et octavo die circumcidet*, &c. Sedul. verò Scot. in epist. ad Rom. 501. c. *Et die octava circumcidetur caro præputii ejus.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

4. ipsa verò triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in sanctuarium, donec impleantur dies purificationis suæ.

5. Sin autem feminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, juxta ritum fluxus menstrui, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ.

6. Cùmque expleti fuerint dies purificationis suæ, pro filio, sive pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ sive turturem pro peccato, ad ostium tabernaculi testimonii, & tradet sacerdoti,

7. qui offeret illa coram Domino, & orabit pro ea, & sic mundabitur à profluvio sanguinis sui: ista est lex parientis masculum aut feminam.

8. Quòd si non invenerit manus ejus, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures vel duos pullos columbarum, unum in holocaustum, & alterum pro peccato: orabitque pro ea sacerdos, & sic mundabitur.

Sup. 5. 7. 11. *Luc.* 2. 24.

VERSIO ANTIQUA.

4. & triginta & tres dies sedebit in sanguine suo mundo. Omne quod sanctum est non continget, & in sanctuarium non introibit..... *Aug. ubi sup.*

5..... sexaginta sex diebus sedebit in sanguine mundo suo. *Aug. Locut.* 24. 354. c. d.

6. Et cùm adimpleti fuerint dies purgationis ejus, super filio, aut super filia, offeret agnum anniculum sine macula in holocaustum, & pullum columbinum aut turturem pro peccato, ad ostium tabernaculi testimonii ad sacerdotem: *Aug. quæst.* 40. *in Levit.* 509. n.

7. & offeret eum ante Dominum, & exorabit pro ea sacerdos, & purgabit eam à fonte sanguinis ejus: ista lex ejus quæ peperit masculum aut feminam.

8. Si autem non invenerit manus ejus quod satis est in agnum, & accipiet duos turtures aut duos pullos columbinos, unum in holocaustum, & unum pro peccato: & exorabit pro ea sacerdos, & purgabitur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Eadem leguntur Græcè, uno excepto, ἐν αἵματι ἀκαθάρτῳ αὐτῆς, *in sanguine immundo suo*: Et verò Aug. ibid. observat, *aliquos codices Græcos non habere*, in sanguine mundo suo, *sed* in sanguine immundo suo, sicut etiam habet Mſ. Alex. nisi quòd pro αἵματι, scribit, ἱματίῳ, *vestimento*; at Mſ. Sar. & Ald. edit. ferunt, ἐν αἵματι καθαρῷ αὐτῆς. Oxon. & Compl. καθαρισμῷ αὐτῆς, *purificationis ejus*. Augustin. Locut. 24. 354. c. d. optimè constat sibi, dicens: *Triginta & tres dies sedebit in sanguine mundo suo*: item, *Et de illa*, inquit, *quæ feminam peperit, dictum est: Sedebit in sanguine mundo suo.* Similiter Hieron. contra Helvid. to. 4. p. 2. 135. b. *Et triginta tribus diebus sedebit in sanguine puro.* At Sedul. Scot. in epist. ad Rom. 501. c. legit: *Et triginta diebus sedebit in sanguine suo immunda*; ubi obiter notandum, pro *triginta diebus*, vel ut sup. *triginta tribus*, in Mſ. Alex. scribi, τριάκοντα..... ἐν δέκα, *triginta & decem*; at in Vat. & al. constanter τριάκοντα ἐν τρεῖς, ut apud Augustin. qui tamen Aug. Locut. 24. si habeatur fides Mſs. scripsit *triginta & sex*; at error certè librariorum est: præterquam quòd enim supra quæst. 40. leg. *triginta tres*, hîc etiam eundem numerum tuetur, dicens: *Similiter & de illa quæ feminam peperit, dictum est..... sed duplicatis eisdem diebus, id est, sexaginta sex.* Porro si ex eisdem duplicatis diebus emergit numerus 66. quî stabit dimidius num. 36. Notandum restat pro his quæ sequuntur: *Omne quod sanctum est non continget*; in Gr. legi ϖαντὸς ἁγίου οὐχ ἁψεῖται, mel. Augustin. sup. *omne sanctum non tanget*, &c. Sic etiam Hieron. l. contra Helvid. to. 4. p. 2. 135. b.

℣. 5. Priora sic habentur Græcè: Ἐὰν δὲ θῆλυ τέκῃ, καὶ ἀκάθαρτος ἔσται δὶς ἑπτὰ ἡμέρας, κατὰ τὴν ἄρσεγον αὐτῆς· καὶ ἑξήκοντα ἡμέρας καὶ ἕξ, reliqua ut in Lat. nisi quòd pro *mundo*, rursus hab. ἀκαθάρτῳ, *immundo*. Apud Augustin. verò constanter *mundo*, scilicet quæst. 40. in Levit. to. 3. 508. f. ubi sic: *Hos dies immunditiæ ejus, si feminam pareret, Lex duplicabat, & quatuordecim faciebat: reliquos autem, quibus sedebat in sanguine mundo suo, etiam ipsos duplices jusserat observari, id est, sexaginta sex, ut omnes essent in partu masculi quadraginta, in feminæ octoginta.* Nota in Mſ. Alex. pro *sex* legi μίαν: & in Sar. nec non in edit. Ald. καθαρῷ, pro, ἀκαθάρτῳ· quam ultimam lectionem monuit sup. Aug. habuisse nonnullos codd. Græcos.

℣. 6. Vix meliùs è Gr. nisi quòd loco *columbinum*, est ϖερισερᾶς, *columbæ*. Hieron. l. 1. contra Pelag. to. 4. 506. a. sic habet: *Cùmque dies purgationis ejus completi fuerint super filio, aut super filia, offeret agnum anniculum immaculatum, & pullum columbarum, & turturem pro peccato, ad ostium tabernaculi testimonii, sacerdoti.* Nota Græcè non scribi & *turturem*, sed ἢ τρυγόνα, *aut turturem*, ut apud Augustin. supra, vel ut in Mſ. Alex. ἢ δύω τρυγόνας. Observant nostri BB. ad hunc Augustin. locum editt. cum pluribus Mſs. hîc & infra tertio loco, habere & *turturem*; in Corb. verò cod. & uno Vat. legi, *aut turturem*. Augustin. etiam ibid. ex versu seq. 8. concludit, hîc *non rectè* legi: *Aut pullum columbinum, aut turturem pro peccato, sicut*, inquit, *nonnulli codices habent, sed sicut dictum est*: *Et pullum columbinum, aut turturem pro peccato*; unde malè affectus est Augustini mentem Nobilius, quasi dixisset S. Doctor nonnullos codices minùs rectè habere, *aut turturem*; putassetque legendum esse, & *turturem*. Enimverò non codd. illos reprehendit S. Doctor, quia *aut turturem*, sed quòd *aut pullum columbinum* ferebant, cùm reddere debuissent, & *pullum columbinum, aut turturem*, sicut sup. à se dictum fuisse monet, patetque ex ℣. 8. quem videre est infra. Præterea addit Augustin. n. 4. *Quòd si quisquam ita distinguere conabitur, ut dicat non esse jungendum*: super filio aut super filia offerre agnum anniculum sine macula in holocaustum, & pullum columbinum pro peccato: *sed ita potiùs legendum*: Et cùm adimpleti fuerint dies purgationis ejus super filio, aut super filia; *id est, dies purgationis impleti fuerint super illo aut super illa, filio scilicet vel filia, ut deinde ab alio sensu sequatur*: offeret agnum anniculum sine macula in holocaustum, & pullum columbinum pro peccato, *id est, pro peccato suo, cùm completi fuerint dies purgationis ejus super filio aut super filia. Quisquis ergo ita distinguendum putaverit, ex Evangelio convincetur, ubi cùm tale aliquid, nato ex virgine Domino, facerent, magis propter consuetudinem Legis, quàm propter necessitatem alicujus in eo expiandi purgandique peccati, sic legitur* (Luc. 2. 27.) Et cùm inducerent..... pro eo. *Non dictum est pro matre ejus, sed* pro eo; *quamvis ea fierent quæ hoc loco præcepta sunt de duobus turturibus, aut duobus pullis columbinis..... Meritò ergo*, inquit, *quidam nostri ita interpretati sunt etiam istum in Levitico locum, ut non diceret*, super filio, aut super filia, *sed* pro filio, aut pro filia. *Hanc enim vim hujus præpositionis esse intellexerunt hoc loco, ubi Græcus ait*, ἐφ' υἱῷ ἢ ἐπὶ θυγατρί.

℣. 7. Ita in Græco, nisi excipias unum, τῆς τικτούσης *parientis*, loco, *ejus quæ peperit*. Hieron. l. 1. contra Pelag. to. 4. 506. a. sic legit. *Qui offeret ea in conspectu Domini, & expiabit pro ea sacerdos.*

℣. 8. Hæc omnia aptè conveniunt cum Græco. Ex his etiam Augustinus colligendum putat non rectè in quibusdam codd. scriptum supra: *aut pullum columbinum, aut turturem*, sed legendum esse, *sicut* etiam, inquit, *dictum est*, & pullum columbinum, aut turturem pro peccato: *quandoquidem postea dicit;* Si non invenerit manus ejus, quod satis est, ad agnum, & accipiet duos turtures: *ubi* etiam, inquit, *plus videtur habere &; nam ea conjunctione detracta integrè sequitur*: Accipiet duos turtures, aut duos pullos columbinos; unam avem scilicet in holocaustum, alteram pro peccato.

Digitized by Google

CAPUT XIII.

VERSIO ANTIQUA.

Hesych. in Levit. 13. 100. d.

1. ET locutus est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens:

Aug. quæst. 41. in Levit. 510. b.

2. Homini, si cui facta fuerit in cute corporis ejus cicatrix signi lucida, & fuerit in cute coloris ejus tactus lepræ, & venerit ad Aaron sacerdotem, aut unum filiorum ejus sacerdotem;

Hesych. in Levit. 100. b.

3. & viderit sacerdos maculam in pellicula corporis, & pilum in macula mutaverit album, & aspectus maculæ humilior à pellicula corporis, macula lepræ est; & videbit sacerdos, & contaminabit eum.

Aug. quæst. 43. 510. f. & q. 45. & 46. 511. a. b. c. d.

4. Si autem lucidus albus fuerit in cute coloris ejus, & humilis non fuerit aspectus ejus à cute, & pilus non erit conversus in album, ipse autem est obscurus, & segregabit sacerdos tactum septem dies:

5. & videbit sacerdos tactum die septimo: & ecce tactus manet ante eum, non commutatus est tactus in cute, & segregabit illum sacerdos septem dies in secundo.

6. Et videbit illum sacerdos die septimo in secundo: & ecce obscurus tactus, non est mutatus tactus in cute, & purgabit eum sacerdos, signum est enim: lavabit vestimenta sua, & mundus erit.

7. Si autem conversa mutata fuerit significatio in cute, posteaquam vidit illum sacerdos ut purgaret illum, & visus fuerit in secundo sacerdoti,

8. & viderit eum sacerdos, & ecce commu-

VULGATA NOVA.

1. LOcutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens:

2. Homo, in cujus cute & carne ortus fuerit diversus color sive pustula, aut quasi lucens quippiam, id est plaga lepræ, adducetur ad Aaron sacerdotem, vel ad unum quemlibet filiorum ejus.

3. Qui cùm viderit lepram in cute, & pilos in album mutatos colorem, ipsamque speciem lepræ humiliorem cute & carne reliqua; plaga lepræ est, & ad arbitrium ejus separabitur.

4. Sin autem lucens candor fuerit in cute, nec humilior carne reliqua, & pili coloris pristini, recludet eum sacerdos septem diebus:

5. & considerabit die septimo: & si quidem lepra ultra non creverit, nec transierit in cute priores terminos, rursum recludet eum septem diebus aliis.

6. Et die septimo contemplabitur: si obscurior fuerit lepra, & non creverit in cute, mundabit eum, quia scabies est: lavabitque homo vestimenta sua, & mundus erit.

7. Quòd si postquam à sacerdote visus est, & redditus munditiæ, iterum lepra creverit; adducetur ad eum,

8. & immunditiæ condemnabitur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem Græcè.

℣. 2. Eadem rursus habet Aug. Loc. 25. & 26. 354. d. usque ad verbum *venerit*, eaque Græco vix dissimilia. Observat etiam ibid. S. Doctor, *cicatricem* dici, *non vulneris; sed etiam solius coloris notam*: similiter, inquit, *Tactum dicit ipsam maculam, quòd ipse homo leprâ sit tactus*: & q. 41. in Levit. col. 510. d. *Nonnulli nostri non* tactum, *sed* maculam *interpretati sunt; quo nomine quidem planiùs videretur sonare quod legitur; sed potuit & Græcus non dicere* ἁφὴν, *id est*, tactum, *sed* μῶμον, *id est*, maculam..... *posset & quod ad solum colorem attinet*, σπῖλον *dicere, quo verbo usus est Apost.* (Ephes. 5. 27.) ..... *nec* μῶμον *autem, nec* σπῖλον *dixit, sed* ἁφὴν, *id est, tactum, quod & in Græca lingua inusitatè dicitur in coloribus; & tamen hoc LXX. Interpretes non piguit Græcè dicere; cur ergo Latinos piguerit?* Nota in Græco, loco *coloris*, scribi, χρωτὸς, mel. *corporis*; nam *color*, Græcè χρῶμα, vel χρῶσις. Mox Augustin. ibid.: *Quod autem dicitur* cicatrix signi, *vel ideo dicitur, quòd significet aliquid, vel ideo potiùs quòd ipsum hominem signo quodam discernit à cæteris, hoc est, notabilem reddit.* In Græco, loco *signi*, legitur σημασίας, ad verbum, *significationis*; reliqua addita ex Hesyc. sic habentur Græcè: Ἀχθήσεται πρὸς Ἀαρὼν τὸν ἱερέα, ἢ ἕνα τῶν υἱῶν αὐτοῦ τῶν ἱερέων. i. e. *Ducetur ad Aaron sacerdotem, vel unum filiorum ejus sacerdotum.* Priora verò sic reddit Hesych. *Homini cui facta fuerit in pellicula corporis ejus cicatrix significationis*, τηλαυγὴς, aut ἀύγασμα, *& facta fuerit in pellicula corporis ejus cicatrix ad maculam lepræ.*

℣. 3. Apud Augustin. locut. 28. de Levit. col. 354. e. intermedia solùm leguntur: *Et pilus qui est in tactu convertatur albus*, id est, inquit, *convertatur in album*: at sup. Locut. 27. addit: *Et videbit eum sacerdos, & inquinabit eum; pro eo quod est*, inquit, *inquinatum pronuntiabit*: similiter habet quæst. 42. in Levit. col. 510. f. nisi quòd delet *eum*, post *videbit*. In Græco sic: Καὶ ὄψεται ὁ ἱερεὺς τὴν ἁφὴν ἐν δέρματι τῆς χρωτὸς αὐτοῦ, ἢ ἡ θρὶξ ἐν τῇ ἁφῇ μελαβάλῃ λευκὴ, ἢ ἡ ὄψις τῆς ἁφῆς ταπεινὴ ἀπὸ τῆς δέρματος τῆς χρωτὸς, ἀφὴ λέπρας ἐστί, &c. ut in Lat. Mss. Oxon. pro μελαβάλῃ λευκὴ, habet, μελαβάλῃ εἰς λευκὴν, edit. Compl. μελαβάλλῃ λευκὴν, Ald. μελαβάλλῃ λευκή. i. e. *Et videbit sacerdos tactum in cute carnis ejus, & pilus in tactu mutatus fuerit albus, & aspectus ipsius tactûs humilis à cute carnis; tactus lepræ est*, &c.

℣. 4. Hesych. in Levit. 13. col. 100. d. eadem sic reddit: *Sin autem ἄυγασμα album fuerit in pellicula corporis ejus, & humilior non fuerit aspectus ejus à pellicula; & pilus ejus non commutatus fuerit in album pilum, ipsa est obscura, & separabit sacerdos maculam septem diebus.* Græc. Ἐὰν δὲ ᾖ τηλαυγὴς λευκὴ ἢ ἐν τῷ δέρματι τῆς χρωτὸς αὐτοῦ, ἢ ταπεινὴ μὴ ἢ ἡ ὄψις αὐτῆς ἀπὸ τῆς δέρματος, ἢ ἡ θρὶξ αὐτοῦ μετέβαλε τρίχα λευκὴν, αὐτὴ δέ ἐστιν ἀμαυρὰ, ἢ ἀφοριεῖ ὁ ἱερεὺς τὴν ἁφὴν ἑπτὰ ἡμέρας. In Mss. Alex. ac edit. Compl. deest, ἢ, ante vocem, τηλαυγὴς, ut in Lat. supra.

℣. 5. Ita in Græco, excepto uno, ἐὰν μεταπέσῃ, *non decidit*, vel *effluxit*, loco, *non est commutatus*, seu ut ait Augustin. *Non est discolor, & dissimilis inventus à cute.* Hesych. in Levit. 13. col. 100. d. sic pergit: *Et videbit sacerdos septima die: & ecce macula permanet contra eum, non decidet macula in pellicula, & separabit eum sacerdos septem diebus secundò*; Græc. τοδεύτερον, *denuo*. Augustin. constanter, *in secundo*, id est, inquit, *septem alios dies.*

℣. 6. Rursus habetur Græcè, τοδεύτερον, pro *in secundo*, ut ἐὰν μεταπέσῃ, pro *non est mutatus*; item constanter, σημασία, loco *signum*; at pro *lavabit*, sic, ἢ πλυνάμενος, & *lavans*; cætera similia. Eadem iterum refert Augustin. sup. quæst. 44. col. 510. g. ad hoc usque, *signum est enim*; sed loco *mutatus*, ponit *conversus*, hoc est, ut ipse ait infra, *non est dissimilis à cætera cute*; sequentia etiam, *Et purgabit eum sacerdos*, &c. ita exponit ibid. *Hoc est*, inquit, *purgatum eum pronuntiabit, non enim est lepra, sed signum*: idem etiam ait, locut. 29. de Levit. col. 354. f. Hesych. in Levit. 13. col. 100. e. eundem locum sic reddit: *Et videbit sacerdos septima die secundò: & ecce obscura macula lepræ non decidit in pellicula, & mundabit eum sacerdos, significatio enim est; & lavans vestimenta ejus mundus erit.*

℣. 7. Sic etiam iterum legit Augustin. ibid. quæst. 45. col. 511. a. duobus exceptis, *ut purget*, loco *ut purgaret illum*, & *denuo*, loco *in secundo*: similiter locut. 30. de Lev. col. 354. f. item quæst. 44. sup. col. 510. g. ait: *Hanc dicit* significationem, *quod superiùs* signum *in Latino legitur; nam Græcus & supra, & hic, uno eodemque verbo usus est*, σημασίαν *dicens.* Vide etiam post pauca, col. 511. b. f. ubi hæc omnia conatur explicare. Græcè ita: Ἐὰν δὲ μεταβαλοῦσα μεταπέσῃ ἡ σημασία ἐν τῷ δέρματι, μετὰ τὸ ἰδεῖν αὐτὸν τὸν ἱερέα τῇ καθαρίσαι αὐτὸν, ἢ ὀρθήσεται τοδεύτερον τῷ ἱερεῖ· quæ Hesych. in Levit. 13. col. 100. e. sic reddit: *Si autem commutata decidit significatio in pellicula, postquam viderit eum sacerdos, ut emundet illum; & videbitur secundò sacerdoti.*

℣. 8. Græc. Καὶ ὄψεται αὐτὸν ὁ ἱερεὺς, ἢ ἰδοὺ μεταπέσεν ἡ σημασία, &c. ut in Lat. Optimè sibi constat Augustin.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

9. Plaga lepræ si fuerit in homine, adducetur ad sacerdotem,

10. & videbit eum. Cùmque color albus in cute fuerit, & capillorum mutaverit aspectum, ipsa quoque caro viva apparuerit:

11. lepra vetustissima judicabitur, atque inolita cuti. Contaminabit itaque eum sacerdos, & non recludet, quia perspicuæ immunditiæ est.

12. Sin autem efflorverit discurrens lepra in cute, & operuerit omnem cutem à capite usque ad pedes, quidquid sub aspectum oculorum cadit,

13. considerabit eum sacerdos, & teneri leprâ mundissimâ judicabit: eò quòd omnis in candorem versa sit, & idcirco homo mundus erit.

14. Quando verò caro vivens in eo apparuerit,

15. tunc sacerdotis judicio polluetur, & inter immundos reputabitur: caro enim viva, si leprâ aspergitur, immunda est.

16. Quòd si rursum versa fuerit in alborem, & totum hominem operuerit,

17. considerabit eum sacerdos, & mundum esse decernet.

VERSIO ANTIQUA.

tata est significatio in cute, & inquinabit illum sacerdos: lepra est.

9. Et tactus lepræ si fuerit in homine, veniet ad sacerdotem, *Aug. quæst. 47. 512. a. b.*

10. & videbit sacerdos. Et ecce cicatrix alba in cute, & hæc mutavit capillum album, & à sano carnis vivæ in cicatrice:

11. lepra veteraſcens est in cute coloris ejus. Et inquinabit eum sacerdos; non segregabit eum, quia immundus est.

12. Si autem varietas efflorverit in cutem, & totam cutem texerit à capite usque ad pedes, per omnem conspectum, *Tertul. de pudic. 1013. b.*

13. & sacerdos cùm viderit, emundabit eum: quoniam convertit in album, mundus.

14. Et quacunque die visus fuerit in eo color vivus, inquinabitur, *Aug. quæst. 47. in Levit. 512. c.*

15. & videbit sacerdos corpus sanum, immundus est, lepra est. *Hesych. in Levit. 100.*

16. Si autem restitutus fuerit color sanus, & conversus fuerit albus, & veniet ad sacerdotem, *Aug. quæst. 47. in Levit. 512. d.*

17. & videbit sacerdos; & ecce conversus tactus in album, & purgabit sacerdos tactum; mundus est.

VULGATA NOVA.

18. Caro autem & cutis in qua ulcus natum est & sanatum,

19. & in loco ulceris cicatrix alba apparuerit, sive subrufa, adducetur homo ad sacerdotem:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cùm ibid. col. 511. a. ubi eadem refert, excepto uno *est*, quod delet post *commutata*, tum locut. 30. de Levit. col. 354. f. ubi insuper monet redundare &, ante *inquinabit*: enimverò, inquit, *ea conjunctione detracta, integer sensus est*: item quæst. 45. col. 511. a. *Hic*, inquinabit, *dixit*, hoc est, *inquinatum pronuntiabit*; &, *autem plus habet, ex more locutionis Scripturæ.* Hesych. in Lev. 13. col. 100. e. eadem reddit hoc modo: *Et videbit sacerdos, & ecce decidit significatio in pelle, & contaminabit eum sacerdos, lepra est*; quæ omnia ita explicare tentat Augustin. supra, dicens: *Hoc videtur admonuisse, ut cùm visus fuerit solus color albus & lucidus, discolor sano colori, adhuc probetur à sacerdote, ut si viderit etiam pilum mutatum in album colorem, & humiliorem factum cutis locum, in quo est albus color, tunc pronuntiet lepram, id est, inquinet hominem pronuntiando leprosum.*

℣. 9. Similiter idem Augustin. locut. 31. de Levit. col. 354. f. In Græco sic: Καὶ ἀφὴ λέπρας ἐὰν γένηται ἐν ἀνθρώπῳ, ἧ ἥξει πρὸς τὸν ἱερέα. Apud Hesych. in Levit. 13. col. 100. e. *Et macula lepræ si fuerit, ad Aaron sacerdotem* (suppl. *veniet.*)

℣. 10. Sic iterum habet Augustin. locut. 31. de Lev. col. 354. f. præter unum *pilum*, loco *capillum*; in Græco τρίχα, cum cæteris ad verbum, ut supra. Observat Augustin. quæst. 47. col. 512. a. denuo hîc redundare, &, post *album*; *More enim*, inquit, *locutionis Scripturarum positum est.* Rectè Hesych. in Levit. 13. col. 100. e. *Et videbit sacerdos, & ecce cicatrix alba in pelle; & hæc mutabit* (Gr. μεταβαλε) *pilum album à sano carnis vivæ*; sed addit: *si fuerit cicatrix*, quod jungere videtur cum seqq. *lepra inveterata est*, &c. at in Græco ut sup. simpliciter, ἐν τῇ οὐλῇ, *in cicatrice*; deinde, interposita distinctione, λέπρα παλαιουμένη ἐστίν, &c. unde Augustin. quæst. 47. in Levit. *Ordo est*, inquit, *Mutavit capillum album in cicatrice à sano carnis vivæ, id est, cùm caro viva & sana habeat capillum obscurum, vel nigrum, hæc cicatrix album habet:* & Locut. 31. sup. *Id est, Mutavit pilum in album colorem in cicatricem: mutavit autem à sano carnis vivæ, id est, quia non talem pilum habet, quod sanum est in carne viva.*

℣. 11. Similiter in Græco, præter hæc duo, τῆ χρωτὸς, *carnis*, loco *coloris ejus*, & ἧ ἀφορεῖ, & *segregabit*, pro *non segregabit*. In editt. etiam Ald. & Compl. additur, αὐτῆ, ad χρωτὸς; sed in solâ Compl. legitur οὐκ ἀφορεῖ, si Nobilio fides. Hanc lectionem, *non segregabit*, confirmat Augustin. in consequentibus, dicens: *Hoc videtur dicere, quia ubi inventus fuerit pilus in album mutatus, concolor albo vitio cutis jam non segregatur, ut probetur; nec exspectatur utrùm etiam humilior fiat locus, sed ex hoc tantùm quòd alba est cutis discolor cæteræ, & album habet pilum discolorem cæteris, qui sunt in carne viva & sana, lepra veteraſcens pronuntiatur.* Hesych. verò ubi sup. hunc locum sic reddit: *Si fuerit cicatrix, lepra inveterata est in pelle corporis ejus; & contaminabit eum sacerdos, & separabit eum, qui immundus est.*

℣. 12. Græc. Ἐὰν δὲ ἀνθοῦσα ἐξανθήσῃ λέπρα ἐν τῷ δέρματι, καὶ καλύψῃ ἡ λέπρα πᾶν τὸ δέρμα τῆς ἀφῆς, ἀπὸ κεφαλῆς ἕως ποδῶν, καθ' ὅλην τὴν ὄψιν τοῦ ἱερέως· quæ Hesych. in Levit. 13. col. 100. e. sic vertit: *Si autem florens efflorverit in pelle lepra, & operuerit omnem pellem maculæ, à capite usque ad pedes, per totum visum sacerdotis.*

℣. 13. Græc. Καὶ ὄψεται ὁ ἱερεὺς, καὶ ἰδοὺ ἐκάλυψεν ἡ λέπρα πᾶν τὸ δέρμα τοῦ χρωτὸς· καὶ καθαριεῖ αὐτὸν ὁ ἱερεὺς τὴν ἁφήν, ὅτι πᾶν μεταβαλὲ λευκόν, καθαρόν ἐστι. Hesych. in Levit. ubi sup. sic reddere pergit: *Et videbit sacerdos, & ecce cooperuit lepra omnem pellem corporis, & mundabit eum sacerdos à macula, quia totam commutavit in albo, mundus est.*

℣. 14. Itidem Græcè, nisi excipiatur vox, χρὼς, quæ mel. verteretur, *caro*, quàm *color*. Tertul. tamen l. de pudic. p. 1013. b. cum Augustino legit: *Qua verò die visus fuerit in ejusmodi color vivus, inquinatus est.* Hesych. autem in Levit. 13. col. 100. f. sic: *Et quacunque die apparuerit in eo corpus vivum, contaminabit.*

℣. 15. Græc. Καὶ ὄψεται ὁ ἱερεὺς τὸν χρῶτα τὸν ὑγιῆ, καὶ μιανεῖ αὐτὸν ὁ χρὼς ὁ ὑγιὴς, ὅτι ἀκάθαρτός ἐστι, λέπρα ἐστίν. i. e. *Et videbit sacerdos carnem sanam, & inquinabit eum caro sana, quoniam immundus est, lepra est.*

℣. 16. Græc. Ἐὰν δὲ ἀποκαλυφθῇ ὁ χρὼς ὁ ὑγιὴς, καὶ μεταβάλῃ λευκὴ, &c. ut in Lat. Hesych. in Levit. col. 100. f. sic: *Si autem restitutum fuerit corpus sanum, & commutatum fuerit in album, & veniet ad sacerdotem.* Augustin. ubi sup. hæc addit: *Restitutum colorem sanum, non debemus accipere, ut color sanus esset: etenim ipse erat, per quem tamen fiebat immundus propter varietatem. Restitutum ergo dixit colorem suum, ut illud esset quod fuerat, id est, albus, sano pereunte..... sed restitutum, pro pereunte accipere, nimis inusitata locutio est: magis enim videtur dicere debuisse:* Si autem restitutus fuerit color albus: *nunc verò ait*, Restitutus sanus, & conversus fuerit albus; *tanquam diceret: Sanus color, si restitutus fuerit in album.*

℣. 17. Itidem Græcè, excepto verbo μεταβαλε, pro *conversus* Hesych. in Levit. col. 100. f. sic vertit: *Et videbit eum sacerdos, & ecce commutata est macula ejus in album, mundabit sacerdos maculam, & mundus erit.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

20. qui cùm viderit locum lepræ humiliorem carne reliqua, & pilos verſos in candorem, contaminabit eum: plaga enim lepræ orta eſt in ulcere.

21. Quòd ſi pilus coloris eſt priſtini, & cicatrix ſubobſcura, & vicinâ carne non eſt humilior, recludet eum ſeptem diebus:

22. & ſi quidem creverit, adjudicabit eum lepræ:

23. ſin autem ſteterit in loco ſuo, ulceris eſt cicatrix, & homo mundus erit.

24. Caro autem & cutis quam ignis exuſſerit, & ſanata albam ſive rufam habuerit cicatricem,

25. conſiderabit eam ſacerdos, & ecce verſa eſt in alborem, & locus ejus reliqua cute eſt humilior: contaminabit eum, quia plaga lepræ in cicatrice orta eſt.

26. Quòd ſi pilorum color non fuerit immutatus, nec humilior plaga carne reliquâ, & ipſa lepræ ſpecies fuerit ſubobſcura, recludet eum ſeptem diebus,

27. & die ſeptimo contemplabitur: ſi creverit in cute lepra, contaminabit eum:

28. ſin autem in loco ſuo candor ſteterit non ſatis clarus, plaga combuſtionis eſt, & idcirco mundabitur, quia cicatrix eſt combuſturæ.

29. Vir, ſive mulier, in cujus capite vel barbâ germinaverit lepra, videbit eos ſacerdos:

30. & ſiquidem humi- 30..... *Vide Not.*
lior fuerit locus carne reliqua, & capillus flavus, ſolitoque ſubtilior.; contaminabit eos, quia lepra capitis ac barbæ eſt.

31. Sin autem viderit locum maculæ æqualem vicinæ carni, & capillum nigrum: recludet eum ſeptem diebus,

32. & die ſeptimo intuebitur. Si non creverit macula, & capillus ſui coloris eſt, & locus plagæ carni reliquæ æqualis:

33. radetur homo abſque loco maculæ, & includetur ſeptem diebus aliis.

34. Si die ſeptimo viſa fuerit ſtetiſſe plaga in loco ſuo, nec humilior carne reliqua, mundabit eum, lotiſque veſtibus ſuis mundus erit.

35. Sin autem poſt emundationem rurſus creverit macula in cute,

36. non quæret ampliùs utrùm capillus in flavum colorem ſit immutatus, quia apertè immundus eſt.

37. Porro ſi ſteterit macula, & capilli nigri fuerint, noverit hominem ſanatum eſſe, & confidenter eum pronuntiet mundum.

38. Vir, ſive mulier, in cujus cute candor apparuerit,

39. intuebitur eos ſacerdos: ſi deprehenderit ſubobſcurum alborem lucere in cute, ſciat non eſſe lepram, ſed maculam coloris candidi, & hominem mundum.

40. Vir, de cujus capite capilli fluunt, calvus & mundus eſt:

41. & ſi à fronte ceciderint pili, recalvaſter & mundus eſt.

42. Sin autem in calvitio ſive in recalvatione albus vel rufus color fuerit exortus,

43. & hoc ſacerdos 43..... *Vide Not.*
viderit, condemnabit
eum haud dubiè lepræ, quæ orta eſt in calvitio.

44. Quicunque ergo maculatus fuerit leprâ, & ſeparatus eſt ad arbitrium ſacerdotis,

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 32. t. 3. 354. g. 355. a.

45..... & immundus, immundus vocabitur.

46..... cùm ſit immundus, immundus erit.....

Aug. Locut. 33. 355. a.

47. Et veſtimento ſi fuerit in eo tactus lepræ, aut in veſtimento laneo, aut in veſtimento ſtuppeo,

Item quæſt. 49. in Levit. 512. f.

48. aut in ſtamine, aut in lana, aut in lineis, aut in laneis..... in omni operaria pelle..... in

Item quæſt. 51. in Levit. 513. a.

omni vaſe operario pellis.....

VULGATA NOVA.

45. habebit veſtimenta diſſuta, caput nudum, os veſte contectum, contaminatum ac ſordidum ſe clamabit.

46. Omni tempore, quo leproſus eſt & immundus, ſolus habitabit extra caſtra.

47. Veſtis lanea ſive linea, quæ lepram habuerit

48. in ſtamine atque ſubtegmine, aut certè pellis, vel quidquid ex pelle confectum eſt,

VULGATA NOVA.

49. ſi albâ vel rufâ maculâ fuerit infecta, lepra reputabitur, oſtendeturque ſacerdoti:

50. qui conſideratam recludet ſeptem diebus:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 30. Eò ſpectant quæ ait Auguſt. quæſt. 48. in Lev. 10. 3. 512. e. *Quid eſt quòd cùm de lepra capitis loqueretur, eam etiam quaſſationem appellavit, cùm in ſolo colore fiat, vel cutis, vel capillorum, & quòd humilior aſpectus ejus à cætera cute appareat, ſine dolore tamen & ſine ulla vexatione? An hoc quod immundum eſt, quaſſationem voluit appellare, pro plaga, velut hac immunditia homo percuſſus ſit?* Porro pro *quaſſatione*, in Græco eſt θραῦσμα, quod propriè *fragmentum*, vel *fruſtum*, hîc *vulnus*, à θραύω, *vulnero, collido.*

℣. 43. Pro his quæ legebat in Vulg. *Quia haud dubiè lepra orta eſt in calvitio*, Heſych. in Levit. col. 106. e. ait, LXX. habere, *Quia in capite ejus macula ejus*; Gr. Ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ ἡ ἁφὴ αὐτοῦ, i. e. *In capite ejus tactus ejus.*

℣. 45. Ita Auguſt. ibid. *De leproſo*, inquit, *cùm loqueretur, ait:* Et immundus, immundus vocabitur: *quaſi non ſatis eſſet ſemel dicere*, immundus vocabitur, *quanquam nonnulli codices ita habeant: in alio Græco ita invenimus ſemel dictum, Immundus vocabitur;* nunc etiam ſemel Græcè, ᾧ ἀκάθαρτος κεκλήσεται.

℣. 46. Mox Auguſt. ibid. *Hoc in Latinum de Græco, non ſicut poſitum eſt, exprimi potuit: ait enim Græcus*, ἀκάθαρτος ὢν, ἀκάθαρτος ἔσται, *quaſi diceret*; Immundus exiſtens, immundus erit: *ſed non hoc eſt*, exiſtens, *quod Græcus dixit* ὤν, *ſed dici poſſet* eſſens, *ab eo quod eſt* eſſe, *non ab eo quod eſt* exiſtere.

℣. 47. Græc. Καὶ ἱματίῳ ἐὰν γένηται ἁφὴ ἐν αὐτῷ λέπρας, ἐν ἱματίῳ, &c. ut in Lat. i. e. *Et veſtimento ſi factus fuerit tactus in eo lepræ, in veſtim.* &c. in Mſ. tamen Alex. ut ſup. ἐν αὐτῷ ἁφὴ λέπρας. Mox Auguſt. ibid. *Potuit uſitatè ita dicere:* Et in veſtimento ſi fuerit tactus lepræ.

℣. 48. Ad verbum è Græco, excepto uno, *aut in lana*, pro quo, ἢ ἐν κρόκῃ, id eſt, *aut in ſubtegmine*: Mox Auguſt. ibid. *Quæritur*, inquit, *quid dixerit:* in omni operaria pelle; *quod nonnulli interpretati ſunt*, in omni confecta pelle; *ſed non ait Græcus*, ἐργασμένῳ δέρματι *ait autem* ἐργαζίμῳ, *quod verbum etiam in Regnorum libro* (1. 20. 19.) *poſitum eſt, ubi Jonathan loquitur ad David:* Eſto in agro in die operaria, *id eſt, in die qua fit opus. Ac per hoc etiam hîc pellem operariam in qua fit opus, debemus accipere, id eſt, alicui operi accommodatam. Sunt enim pelles quæ tantummodo ad ornamentum habentur, non ad opus.* Item quærit ibid. col. 513. b. *Quid eſt quod ait:* In omni vaſe operario pellis; *niſi quod eſt ex pelle factum, hoc eſt, in omni vaſe pelliceo? Hoc autem iſto loco* vas *dicit quod Græci appellant* σκεῦος, *hoc enim nomen generale eſt omnium utenſilium. Aliud eſt autem quod appellant* ἀγγεῖον, *nam & hoc, Latinâ linguâ*, vas *dicitur: ſed* ἀγγεῖον *illud magis intelligitur* vas, *quod liquorem capit.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

51. & die ſeptimo rurſus aſpiciens ſi deprehenderit creviſſe, lepra perſeverans eſt : pollutum judicabit veſtimentum, & omne in quo fuerit inventa :

VERSIO ANTIQUA.

51..... aut in omni vaſe pelliceo, in quocunque fuerit in eo tactus..... *Aug. Locut. 34. 355. b.*

VULGATA NOVA.

52. & idcirco comburetur flammis.

53. Quòd ſi eam viderit non creviſſe,

54. præcipiet, & lavabunt id in quo lepra eſt, recludetque illud ſeptem diebus aliis.

VULGATA NOVA.

55. Et cùm viderit faciem quidem priſtinam non reverſam, nec tamen creviſſe lepram, immundum judicabit, & igne comburet, eò quòd infuſa ſit in ſuperficie veſtimenti vel per totum, lepra.

VERSIO ANTIQUA.

55..... & ecce non commutavit tactus adſpectum ſuum..... *Idem Locut. 35. 355. b.*

VULGATA NOVA.

56. Sin autem obſcurior fuerit locus lepræ, poſtquam veſtis eſt lota, abrumpet eum, & à ſolido dividet.

57. Quòd ſi ultra apparuerit in his locis, quæ priùs immaculata erant, lepra volatilis & vaga ; debet igne comburi :

58. ſi ceſſaverit, lavabit aquâ ea, quæ pura ſunt ; ſecundò, & munda erunt.

59. Iſta eſt lex lepræ veſtimenti lanei & lineæ ; ſtaminis, atque ſubtegminis, omniſque ſupellectilis pelliceæ, quomodo mundari debeat, vel contaminari.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 51. Itidem Græcè.

℣. 55. Græc. tollit *ſuum*, poſt *aſpectum* ; editt. verò Compl. & Ald. ferunt ὄψιν αὐτοῦ, mox Auguſt. ibid. *Aſpectum ſuum*, ait, *id eſt, colorem, in quem aſpicitur ; non enim aſpectum, quo ipſe aſpicit ; tactum quippe, ipſam maculam dicit.*

CAPUT XIV.

VULGATA NOVA.

1. LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens :

2. Hic eſt ritus leproſi, quando mundandus eſt : Adducetur ad ſacerdotem : *Matth. 8. 4.*

3. qui egreſſus de caſtris, cùm invenerit lepram eſſe mundatam,

4. præcipiet ei qui purificatur, ut offerat duos paſſeres vivos pro ſe, quibus veſci licitum eſt, & lignum cedrinum, vermiculumque & hyſſopum : *Marc. 1. 44. Luc. 5. 14.*

5. & unum ex paſſeribus immolari jubebit in vaſe fictili ſuper aquas viventes :

6. alium autem vivum cum ligno cedrino, & cocco & hyſſopo, tinget in ſanguine paſſeris immolati,

7. quo aſperget illum, qui mundandus eſt, ſepties, ut jure purgetur : & dimittet paſſerem vivum, ut in agrum avolet.

8. Cùmque laverit homo veſtimenta ſua, radet omnes pilos corporis, & lavabitur aquâ : purificatuſque ingredietur caſtra, ita duntaxat ut maneat extra tabernaculum ſuum ſeptem diebus,

9. & die ſeptimo radet capillos capitis, barbamque & ſupercilia, ac totius corporis pilos. Et lotis rurſum veſtibus & corpore,

10. die octavo aſſumet duos agnos immaculatos, & ovem anniculam abſque macula, & tres decimas ſimilæ in ſacrificium, quæ conſperſa ſit oleo, & ſextarium olei ſextarium.

11. Cùmque ſacerdos purificans hominem, ſtatuerit eum, & hæc omnia coram Domino in oſtio tabernaculi teſtimonii,

12. tollet agnum, & offeret eum pro delicto, oleique ſextarium : & oblatis ante Dominum omnibus,

13. immolabit agnum, ubi ſolet immolari hoſtia pro peccato, & holocauſtum, id eſt, in loco ſancto. Sicut enim pro peccato, ita & pro delicto ad ſacerdotem pertinet hoſtia : ſancta ſanctorum eſt.

14. Aſſumenſque ſacerdos de ſanguine hoſtiæ, quæ immolata eſt pro delicto, ponet ſuper extremum auriculæ dextræ ejus qui mundatur, & ſuper pollices manus dextræ & pedis :

VULGATA NOVA.

15. & de olei ſextario mittet in manum ſuam ſiniſtram,

VERSIO ANTIQUA.

15. Et accipiens ſacerdos de hemina olei, ſuperfundet in manum ſacerdotis ſiniſtram. *Aug. Locut. 36. in Levit. 355. c.*

VULGATA NOVA.

16. tingetque digitum dextrum in eo, & aſperget coram Domino ſepties :

17. quod autem reliquum eſt olei in læva manu, fundet ſuper extremum auriculæ dextræ ejus qui mundatur, & ſuper pollices manus ac pedis dextri, & ſuper ſanguinem qui effuſus eſt pro delicto,

18. & ſuper caput ejus.

19. Rogabitque pro eo coram Domino, & faciet ſacrificium pro peccato : tunc immolabit holocauſtum,

20. & ponet illud in altari cum libamentis ſuis, & homo rite mundabitur.

21. Quòd ſi pauper eſt, & non poteſt manus ejus invenire quæ dicta ſunt, pro delicto aſſumet agnum ad oblationem, ut roget pro eo ſacerdos, decimamque partem ſimilæ conſperſæ oleo in ſacrificium, & olei ſextarium,

22. duoſque turtures ſive duos pullos columbæ, quorum unus ſit pro peccato, & alter in holocauſtum : *Sup. 5. 7. 11. & 12. 8. Luc. 2. 24.*

23. offeretque ea die octavo purificationis ſuæ ſacerdoti, ad oſtium tabernaculi teſtimonii coram Domino :

24. qui ſuſcipiens agnum pro delicto & ſextarium olei, levabit ſimul :

25. immolatoque agno, de ſanguine ejus ponet

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 15. Similiter in Græco, ubi κοτύλη, pro *hemina*.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ſuper extremum auriculæ dextræ illius qui mundatur, & ſuper pollices manus ejus ac pedis dextri:

26. olei verò partem mittet in manum ſuam ſiniſtram,

27. in quo tingens digitum dextræ manus, aſperget ſeptiès coram Domino:

28. tangetque extremum dextræ auriculæ illius qui mundatur, & pollices manus ac pedis dextri, in loco ſanguinis qui effuſus eſt pro delicto:

29. reliquam autem partem olei, quæ eſt in ſiniſtra manu, mittet ſuper caput purificati, ut placet pro eo Dominum:

30. & turturem ſive pullum columbæ offeret,

31. unum pro delicto, & alterum in holocauſtum cum libamentis ſuis.

32. Hoc eſt ſacrificium leproſi, qui habere non poteſt omnia in emundationem ſui.

33. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens:

34. Cùm ingreſſi fueritis terram Chanaan, quam ego dabo vobis in poſſeſſionem, ſi fuerit plaga lepræ in ædibus,

35. ibit cujus eſt do- 35..... 42. *Vide Not.*
mus, nuntians ſacerdoti,
& dicet: Quaſi plaga lepræ videtur mihi eſſe in domo mea.

36. At ille præcipiet ut efferant univerſa de domo, priuſquam ingrediatur eam, & videat utrùm leproſa ſit, ne immunda fiant omnia quæ in domo ſunt. Intrabitque poſtea ut conſideret lepram domus:

37. & cùm viderit in parietibus illius quaſi valliculas pallore ſive rubore deformes, & humiliores ſuperficie reliqua,

38. egredietur oſtium domus, & ſtatim claudet illam ſeptem diebus.

39. Reverſuſque die ſeptimo, conſiderabit eam: ſi invenerit creviſſe lepram,

40. jubebit erui lapides in quibus lepra eſt, & projici eos extra civitatem in locum immundum:

41. domum autem ipſam radi intrinſecus per circuitum, & ſpargi pulverem raſuræ extra urbem in locum immundum,

42. lapideſque alios reponi pro his qui ablati fuerint, & luto alio liniri domum.

43. Sin autem poſtquam eruti ſunt lapides, & pulvis eraſus, & aliâ terrâ lita,

44. ingreſſus ſacerdos viderit reverſam lepram, & parietes reſperſos maculis, lepra eſt perſeverans, & immunda domus:

45. quam ſtatim deſtruent, & lapides ejus ac ligna, atque univerſum pulverem projicient extra oppidum in locum immundum.

46. Qui intraverit domum quando clauſa eſt, immundus erit uſque ad veſperum:

47. & qui dormierit in ea, & comederit quippiam, lavabit veſtimenta ſua.

48. Quòd ſi introiens ſacerdos viderit lepram non creviſſe in domo, poſtquam denuo lita fuerit, purificabit eam reddita ſanitate:

49. & in purificationem ejus ſumet duos paſſeres, lignumque cedrinum, & vermiculum atque hyſſopum:

50. & immolato uno paſſere in vaſe fictili ſuper aquas vivas,

51. tollet lignum cedrinum, & hyſſopum, & coccum, & paſſerem vivum, & tinget omnia in ſanguine paſſeris immolati, atque in aquis viventibus, & aſperget domum ſeptiès,

52. purificabitque eam tam in ſanguine paſſeris quàm in aquis viventibus, & in paſſere vivo, lignoque cedrino & hyſſopo, atque vermiculo.

53. Cùmque dimiſerit paſſerem avolare in agrum libere, orabit pro domo, & jure mundabitur.

54. Iſta eſt lex omnis lepræ & percuſſuræ,

55. lepræ veſtium & domorum,

56. cicatricis & erumpentium papularum, lucentis maculæ, & in varias ſpecies, coloribus immutatis,

57. ut poſſit ſciri quo tempore mundum quid, vel immundum ſit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

VV. 35..... 42. Tertul. l. de pudic. 1013. b. horum multa memorat, dicens: *Si quæ maculæ, & cavoſitates annuntiatæ in parietibus ſacerdoti fuiſſent, priuſquam introiret ad inſpiciendam eam, jubet auferri de domo omnia, ita immunda non futura, quæ domûs eſſent.* Item ibid. *Dehinc introgreſſus*, inquit, *ſacerdos, ſi inveniſſet cavoſitates viridicantes, vel rubeſcentes, & aſpectum earum humiliorem citra parietinam formam, exiret ad januam, & ſecerneret domum illam ſeptem diebus; dehinc die ſeptima regreſſus, ſi animadvertiſſet diffuſum in parietibus tactum illum, imperaret extrahi eos lapides, in quibus lepra fuiſſet, & abjici extra civitatem in locum immundum, & ſumi alios lapides politos & ſolitos, & reponi loco priſtinorum, & pulvere alio inliniri domum:* quibus omnibus ſic reſpondent Græca: 35. Καὶ ἥξει τίνος αὐτῷ ἡ οἰκία, καὶ ἀναγγελεῖ, τῷ ἱερεῖ, λέγων· Ὥσπερ ἁφὴ ἐώρακέναί μοι ἐν τῇ οἰκίᾳ. 36. Καὶ προσάξει ὁ ἱερεὺς ἀποσκευάσαι τὴν οἰκίαν, πρὸ τοῦ εἰσελθόντα τὸν ἱερέα ἰδεῖν τὴν ἁφήν, καὶ οὐ μὴ ἀκάθαρτα γένηται ὅσα ἂν ᾖ ἐν τῇ οἰκίᾳ· καὶ μετὰ ταῦτα εἰσελεύσεται ὁ ἱερεὺς καθαμαθεῖν τὴν οἰκίαν. 37. Καὶ ὄψεται τὴν ἁφήν, καὶ ἰδοὺ ἡ ἁφὴ ἐν τοῖς τοίχοις τῆς οἰκίας κοιλάδας χλωαζούσας, ἢ πυρρίζουσας, καὶ ἡ ὄψις αὐτῶν ταπεινοτέρα τῶν τοίχων. 38. Καὶ ἐξελθὼν ὁ ἱερεὺς ἐκ τῆς οἰκίας ἐπὶ τὴν θύραν τῆς οἰκίας, καὶ ἀφοριεῖ ὁ ἱερεὺς τὴν οἰκίαν, ἑπτὰ ἡμέρας. 39. Καὶ ἐπαναστρέψει ὁ ἱερεὺς τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, καὶ ὄψεται τὴν οἰκίαν, καὶ ἰδοὺ διεχύθη ἡ ἁφὴ ἐν τοῖς τοίχοις τῆς οἰκίας. 40. Καὶ προστάξει ὁ ἱερεὺς, καὶ ἐξελοῦσι τοὺς λίθους ἐν οἷς ἐστιν ἡ ἁφὴ, καὶ ἐκβαλοῦσιν αὐτοὺς ἔξω τῆς πόλεως εἰς τόπον ἀκάθαρτον. 41. Καὶ τὴν οἰκίαν ἀποξύσουσιν ἔσωθεν κύκλῳ, καὶ ἐκχεοῦσι τὸν χοῦν τὸν ἀπεξυσμένον ἔξω τῆς πόλεως εἰς τόπον ἀκάθαρτον. 42. Καὶ λήψονται λίθους ἀποξυσμένους ἑτέρους, καὶ ἀντιβύσουσιν ἀντὶ τῶν λίθων· καὶ χοῦν ἕτερον λήψονται, καὶ ἐξαλείψουσι τὴν οἰκίαν.

CAPUT XV.

VERSIO ANTIQUA.

Heſych. in Levit. 114. a. d.

2..... Viro, ſi fuerit profluvium ſeminis ex corpore ejus, ex quo conſiſtit corpus ejus, ſegregandum eſt.

3. Omnes dies profluvii corporis ejus, in quibus conſiſtit corpus ejus, in profluvium immunditia ejus eſt.

VULGATA NOVA.

1. LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens:

2. Loquimini filiis Iſraël, & dicite eis: Vir, qui patitur fluxum ſeminis, immundus erit.

3. Et tunc judicabitur huic vitio ſubjacere, cùm per ſingula momenta adhæſerit carni ejus, atque concreverit fœdus humor.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

V. 2. Auguſt. locut. 3. de Levit. col. 355. c. ſic habet: *Viro viro cuicunque fuerit fluor.* Similiter in Græco: Ἀνδρὶ ἀνδρὶ, ᾧ ἐὰν γένηται ῥύσις, deinde ſic: ἐκ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ἡ ῥύσις αὐτοῦ ἀκάθαρτός ἐστι· *ex corpore ejus, fluor ejus immundus eſt.*

V. 3. Græc. Καὶ ἕτος ὁ νόμος τῆς ἀκαθαρσίας αὐτοῦ·

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

4. Omne ſtratum, in quo dormierit, immundum erit, & ubicunque ſederit.

5. Si quis hominum tetigerit lectum ejus, lavabit veſtimenta ſua : & ipſe lotus aquâ, immundus erit uſque ad veſperum.

6. Si ſederit ubi ille ſederat, & ipſe lavabit veſtimenta ſua : & lotus aquâ, immundus erit uſque ad veſperum.

7. Qui tetigerit carnem ejus, lavabit veſtimenta ſua : & ipſe lotus aquâ, immundus erit uſque ad veſperum.

8. Si ſalivam hujuſcemodi homo jecerit ſuper eum qui mundus eſt, lavabit veſtimenta ſua : & lotus aquâ, immundus erit uſque ad veſperum.

9. Sagma, ſuper quo ſederit, immundum erit :

10. & quidquid ſub eo fuerit qui fluxum ſeminis patitur, pollutum erit uſque ad veſperum. Qui portaverit horum aliquid, lavabit veſtimenta ſua : & ipſe lotus aquâ, immundus erit uſque ad veſperum.

VULGATA NOVA.

11. Omnis, quem tetigerit qui talis eſt, non lotis ante manibus, lavabit veſtimenta ſua : & lotus aquâ, immundus erit uſque ad veſperum.

VERSIO ANTIQUA.

11. Et quemcunque tetigerit, qui fluorem ſeminis patitur, & manus ſuas non lavit aquâ, lavabit veſtimenta, & lavabit corpus ſuum aquâ, & immundus erit uſque in veſperam. *Aug. quæſt. 52. in Levit. 513. b.*

VULGATA NOVA.

12. Vas fictile quod tetigerit, confringetur : vas autem ligneum lavabitur aquâ.

13. Si ſanatus fuerit qui hujuſcemodi ſuſtinet paſſionem, numerabit ſeptem dies poſt emundationem ſui, & lotis veſtibus & toto corpore in aquis viventibus, erit mundus.

14. Die autem octavo ſumet duos turtures, aut duos pullos columbæ, & veniet in conſpectum Domini ad oſtium tabernaculi teſtimonii, dabitque eos ſacerdoti :

15. qui faciet unum pro peccato, & alterum in holocauſtum : rogabitque pro eo coram Domino, ut emundetur à fluxu ſeminis ſui.

VULGATA NOVA.

16. Vir de quo egreditur ſemen coitûs, lavabit aquâ omne corpus ſuum : & immundus erit uſque ad veſperum.

VERSIO ANTIQUA.

16. Et homo, cuicunque exierit ex eo concubitus ſeminis..... *Aug. Locut. 38. de Levit. 355. c.*

VULGATA NOVA.

17. Veſtem & pellem, quam habuerit, lavabit aquâ, & immunda erit uſque ad veſperum.

18. Mulier, cum qua coierit, lavabitur aquâ, & immunda erit uſque ad veſperum.

19. Mulier, quæ redeunte menſe patitur fluxum ſanguinis, ſeptem diebus ſeparabitur.

20. Omnis qui tetigerit eam, immundus erit uſque ad veſperum :

VULGATA NOVA.

21. & in quo dormierit vel ſederit diebus ſeparationis ſuæ, polluetur.

VERSIO ANTIQUA.

21. & omne ſuper quodcunque dormit ſuper illud..... & omne ſuper quod ſederit ſuper illud, immundum erit. *Ibid. Locut. 39.*

VULGATA NOVA.

22. Qui tetigerit lectum ejus, lavabit veſtimenta ſua : & ipſe lotus aquâ, immundus erit uſque ad veſperum.

23. Omne vas, ſuper quo illa ſederit, quiſquis attigerit, lavabit veſtimenta ſua : & ipſe lotus aquâ, pollutus erit uſque ad veſperum.

24. Si coierit cum ea vir tempore ſanguinis menſtrualis, immundus erit ſeptem diebus : & omne ſtratum, in quo dormierit, polluetur.

VULGATA NOVA.

25. Mulier, quæ patitur multis diebus fluxum ſanguinis non in tempore menſtruali, vel quæ poſt menſtruum ſanguinem fluere non ceſſat, quandiu ſubjacet huic paſſioni, immunda erit quaſi ſit in tempore menſtruo :

26. omne ſtratum in quo dormierit, & vas in quo ſederit, pollutum erit :

VERSIO ANTIQUA.

25. Mulier, ſi fluat profluvium ſanguinis dies complures..... *Heſych. in Levit. 116. f.*

26..... immundum erit ſecundùm dies profluvii ejus.

VULGATA NOVA.

27. quicunque tetigerit ea, lavabit veſtimenta ſua : & ipſe lotus aquâ, immundus erit uſque ad veſperum.

28. Si ſteterit ſanguis, & fluere ceſſaverit, numerabit ſeptem dies purificationis ſuæ :

29. & die octavo offeret pro ſe ſacerdoti duos

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ῥέων γόνον ἐκ σώματος αὐτοῦ, ἐκ τῆς ῥύσεως, ἧς συνέσχηκε τὸ σῶμα αὐτοῦ, διὰ τῆς ῥύσεως, αὕτη ἡ ἀκαθαρσία αὐτοῦ ἐν αὐτῷ· πᾶσαι αἱ ἡμέραι ῥύσεως σώματος αὐτοῦ, ἢ συνέσχηκε τὸ σῶμα αὐτοῦ διὰ τῆς ῥύσεως, ἀκαθαρσία αὐτοῦ ἐστι. Poſteriora autem ab his, πᾶσαι αἱ ἡμέραι, ad finem uſque, abſunt ab edit. Compl. ſicut à Vulgata.

℣. 11. In Græco, ὅσων ἐὰν, *quæcunque*, non *quemcunque*, editt. Ald. & Compl. ferunt ὅσα ἀ, adduntque αὐτοῦ, poſt *manus*, & poſt *corpus*, ſed utrumque deeſt in aliis; cætera quadrant ad verbum. Mox Auguſt. ibid. *Ambiguè poſitum eſt*, inquit, *quod ait, Manus ſuas non lavit aquâ*, (Græcè τὰς χεῖρας οὐ νένιπται ὕδατι) *velut poſteaquam tetigerit ; ſed intelligendum eſt : Quemcunque non lotis manibus tetigerit, ipſe quem tetigerit, lavabit veſtimenta* : ubi conſtanter Aug. leg. *quemcunque* ; fortaſſe imperitiâ librariorum, ὅσα mutatum eſt in ὅσων.

℣. 16. Hæc ſimiliter habentur Græcè.

℣. 21. In Græco, pro *dormit*, legitur κοιλάζηται, *cubet*, ſeu *cubuerit*, & poſt *illud*, additur, ἐν τῇ ἀφέδρῳ αὐτῆς, ἀκάθαρτον ἔσται· *in purgatione ſua, immundum erit* ; reliqua ut in Lat. ſupra.

℣. 25. Græc. Καὶ γυνὴ, ἐὰν ῥέῃ ῥύσει αἵματος ἡμέρας πλείους, &c. *Et mulier, ſi fluat fluxu ſanguinis dies plures*, &c.

℣. 26. Ita Heſych. ibid. *De ſtrato & vaſe dixit ſecundùm LXX.* Immundum erit, &c. ut ſup. In Græco ſic : Ἀκάθαρτον ἔσται καὶ ἡ ἀκαθαρσία τῆς ἀφέδρου· *Immundum erit ſecundùm immunditiam purgationis.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

turtures, aut duos pullos columbarum, ad oſtium tabernaculi teſtimonii:
30. qui unum faciet pro peccato, & alterum in holocauſtum, rogabitque pro ea coram Domino, & pro fluxu immunditiæ ejus.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. l. 1. contr. Pelag. t. 4. 506. b. 31. Timoratos facite filios Iſraël ab immunditiis ſuis, & non morientur pro peccato ſuo, ſi contaminaverint tabernaculum teſtamenti.

VULGATA NOVA.

31. Docebitis ergo filios Iſraël ut caveant immunditiam, & non moriantur in ſordibus ſuis, cùm polluerint tabernaculum meum quod eſt inter eos.

VULGATA NOVA.

32. Iſta eſt lex ejus, qui patitur fluxum ſeminis, & qui polluitur coitu,
33. & quæ menſtruis temporibus ſeparatur, vel quæ jugi fluit ſanguine, & hominis, qui dormierit cum ea.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 31. Nonnulla diſſimilia in Græco, ubi ſic: Καὶ εὐλαβεῖς ποιήσεσθε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἀπὸ τῶν ἀκαθαρσιῶν αὐτῶν. ἵνα μὴ ἀποθάνωσιν διὰ τὴν ἀκαθαρσίαν αὐτῶν, ἐν τῷ μιαίνειν αὐτοὺς τὴν σκηνήν μου τὴν ἐν αὐτοῖς. *Et verecundos facietis filios..... propter immunditiam eorum, in eo quòd inquinent ipſi tabernaculum meum, quod in eis.* Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. 301. b. leg. *Verecundos, vel reverentes facite filios Iſraël ab omni immunditia.*

CAPUT XVI.

VERSIO ANTIQUA.

Heſych. in Levit. 119. a. b. 2..... non ingrediatur omni in tempore in ſanctum interius velaminis, coram facie propitiatorii.....

Hieron. l. 1. contr. Pelag. t. 4. 506. b. 3..... Offerat vitulum pro peccato, & arietem in holocauſtum.

VULGATA NOVA.

1. LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen poſt mortem duorum filiorum Aaron, quando offerentes ignem alienum interfecti ſunt: *Sup. 10. 1.*
2. & præcepit ei, dicens: Loquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni tempore ingrediatur ſanctuarium, quod eſt intra velum coram propitiatorio quo tegitur arca, ut non moriatur (quia in nube apparebo ſuper oraculum) *Exod. 30. 10. Heb. 9. 7.*
3. niſi hæc ante fecerit: Vitulum pro peccato offeret, & arietem in holocauſtum.

VULGATA NOVA.

4. Tunicâ lineâ veſtietur, feminalibus lineis verenda celabit: accingetur zonâ lineâ, cidarim lineam imponet capiti: hæc enim veſtimenta ſunt ſancta: quibus cunctis, cùm lotus fuerit, induetur.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ibid. 5. Duos hircos accipiat ab univerſo populo; unum ex eis offerat pro peccato ſuo, & unum pro peccato populi, & arietem in holocauſtum.

VULGATA NOVA.

5. Suſcipietque ab univerſa multitudine filiorum Iſraël duos hircos pro peccato, & unum arietem in holocauſtum.

VULGATA NOVA.

6. Cùmque obtulerit vitulum, & oraverit pro ſe & pro domo ſua,
7. duos hircos ſtare faciet coram Domino in oſtio tabernaculi teſtimonii:
8. mittenſque ſuper utrumque ſortem, unam Domino, & alteram capro emiſſario:
8..... 10. *Vide Not.*
9. cujus exierit ſors Domino, offeret illum pro peccato:
10. cujus autem in caprum emiſſarium, ſtatuet eum vivum coram Domino, ut fundat preces ſuper eo, & emittat eum in ſolitudinem.
11. His rite celebratis, offeret vitulum, & rogans pro ſe & pro domo ſua, immolabit eum:

VERSIO ANTIQUA.

Heſych. in Levit. 122. g. 12..... & implebit manus ſuas thymiamate, compoſitionis ſubtilis; & offeret interiùs in in-

VULGATA NOVA.

12. aſſumptoque thuribulo, quod de prunis altaris impleverit, & hauriens manu compoſi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Gr. Καὶ μὴ εἰσπορεύεσθω πᾶσαν ὥραν εἰς τὸ ἅγιον ἐνδότερον τοῦ καταπετάσματος, εἰς πρόσωπον τοῦ ἱλαστηρίου, &c.

℣. 3. Sic apud Hieron. primò, *Cùmque voluerit intrare*, deinde, *offerat vitulum*, &c. ut ſup. Heſych. in Levit. 16. col. 120. a. habet, *de vitulo ex bubus illis operatoriis inſtitiæ.* Græc. Οὕτως εἰσελεύσεται Ἀαρὼν εἰς τὸ ἅγιον· ἐν μόσχῳ ἐκ βοῶν περὶ ἁμαρτίας, καὶ κριὸν εἰς ὁλοκαύτωμα. *Sic intrabit Aaron in ſanctum: in vitulo ex bobus pro peccato, & arietem in holocauſtum.*

℣. 5. Hæc memoriter relata videntur ab Hieronymo, nam Græcè ita: Καὶ παρὰ τῆς συναγωγῆς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ λήψεται δύο χιμάρους ἐξ αἰγῶν περὶ ἁμαρτίας, καὶ κριὸν ἕνα εἰς ὁλοκαύτωμα. i. e. *Et à ſynagoga filiorum Iſraël accipiet duos hircos ex capris pro peccato, & arietem unum in holocauſtum.*

℣℣. 8..... 10. Tres verſiculos iſtos narrando ſic reddit Ambroſ. epiſt. 67. to. 2. col. 1059. e. *Legis duos hircos: unum in quo ſors Domini, alterum tranſmiſſionis: illum in quo ſors Domini, offerri atque immolari pro peccato; illum verò in quo ſors tranſmiſſionis, dimitti in deſertum, ut accipiat populi iniquitates, vel alicujus peccatoris:* & l. de Tob. c. 20. to. 1. col. 616. f. *Unum Deo facies, alteram tranſmiſſori.* Auguſt. locut. 40. de Levit. col. 355. d. loquitur de eodem *hirco*, quem *emiſſarium* vocat. Vide infra, ad ℣. 21. Heſychius in Lev. 16. col. 122. a. pro eo quod legitur in Vulg. (℣. 10.) *Et emittet eum in ſolitudinem*, ait LXX. habere: *Portabit hircus ſuper ſe nomina eorum in terram ſolitariam.* His omnibus ita reſpondent Græca: Καὶ ἐπιθήσει Ἀαρὼν ἐπὶ τοὺς δύο χιμάρους κλήρους· κλῆρον ἕνα τῷ Κυρίῳ, καὶ κλῆρον ἕνα τῷ ἀποπομπαίῳ. Καὶ προσάξει Ἀαρὼν τὸν χίμαρον ἐφ' ὃν ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτὸν ὁ κλῆρος τῷ Κυρίῳ, καὶ προβοίσει περὶ ἁμαρτίας. Καὶ τὸν χίμαρον ἐφ' ὃν ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτὸν ὁ κλῆρος τῷ ἀποπομπαίῳ, στήσει αὐτὸν ζῶντα ἐναντι Κυρίου, τοῦ ἐξιλάσασθαι ἐπ' αὐτῷ, ὥστε ἀποστεῖλαι αὐτὸν εἰς τὴν ἀποπομπήν, καὶ ἀφήσει αὐτὸν εἰς τὴν ἔρημον.

℣. 12. Græc. Καὶ πλήσει τὰς χεῖρας θυμιάματος, συντέσεως λεπτῆς, καὶ εἰσοίσει ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tum thymiama in incensum, ultra velum intrabit in sancta:

13. ut positis super ignem aromatibus, nebula eorum & vapor operiat oraculum, quod est supra testimonium, & non moriatur.

14. Tollet quoque de sanguine vituli, & asperget digito septies contra propitiatorium ad orientem.

15. Cùmque mactaverit hircum pro peccato populi, inferet sanguinem ejus intra velum, sicut præceptum est de sanguine vituli, ut aspergat è regione oraculi,

16. & expiet sanctuarium ab immunditiis filiorum Israël, & à prævaricationibus eorum, cunctisque peccatis. Juxta hunc ritum faciet tabernaculo testimonii, quod fixum est inter eos in medio sordium habitationis eorum.

VERSIO ANTIQUA.

teriora velaminis:

14..... asperget digito suo super propitiatorium ad orientem, ante faciem propitiatorii asperget septies digito suo. *Hesych. 123. a. e.*

16. & exorabit pro sanctis ab immunditiis filiorum Israël, & ab injustitiis eorum, & de omnibus peccatis eorum: & ita faciet tabernaculo testimonii, quod creatum est in eis in medio immunditiæ eorum. *Aug. quæst. 53. in Levit. 513. c. d. 514. c.*

VULGATA NOVA.

Luc. 1. 10. 17. Nullus hominum sit in tabernaculo, quando pontifex sanctuarium ingreditur, ut roget pro se & pro domo sua, & pro universo cœtu Israël, donec egrediatur.

18. Cùm autem exierit ad altare quod coram Domino est, oret pro se, & sumptum sanguinem vituli atque hirci fundat super cornua ejus per gyrum:

VULGATA NOVA.

19. aspergensque digito septies, expiet, & sanctificet illud ab immunditiis filiorum Israël.

20. Postquam emundaverit sanctuarium, & tabernaculum, & altare, tunc offerat hircum viventem:

21. & posita utraque manu super caput ejus, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israël, & universa delicta atque peccata eorum: quæ imprecans capiti ejus, emittet illum per hominem paratum, in desertum.

VERSIO ANTIQUA.

19. & asperget super illud de sanguine..... & mundabit illud, & sanctificabit ab immunditiis filiorum Israël. *Aug. ibid.*

20. Definietque exorans sanctum, & tabernaculum testimonii, & altarium, & pro sacerdotibus purgabit: *Hesych. in Levit. 124. e. f.*

21..... & emittet in manu hominis parati in eremum. *Aug. Locut. 40. de Levit. 355. c.*

VULGATA NOVA.

22. Cùmque portaverit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam, & dimissus fuerit in deserto,

23. revertetur Aaron in tabernaculum testimonii, & depositis vestibus, quibus priùs indutus erat cùm intraret sanctuarium, relictisque ibi,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 14. Eadem sunt in Græco, deleto *suo*, post utrumque *digito*, & addito ἀπὸ τοῦ αἵματος, *de sanguine*, ad vocem *septies*.

℣. 16. Similia Græcum habet, præter duo, scilicet, τὸ ἅγιον, *sanctum*, loco *pro sanctis*, & περὶ πασῶν, *pro omnibus*, loco & *de omnibus*. At in Ms. Oxon. legitur, περὶ τῶν ἁγίων, *pro sanctis*, ut sup. non τὸ ἅγιον, & apud August. infra constanter, *de omnibus*, non, & *de omnibus*; de his autem ita differit S. Doctor loco cit. *Quid est quod, cùm præciperet quomodo intrare deberet sacerdos summus in sanctum, quod est intra velum, ait inter cætera:* Et exorabit pro sanctis, &c. *Quomodo ergo* pro sanctis, *si* ab immunditiis filiorum Israël, & ab injustitiis eorum de omnibus peccatis eorum? *An quia non ait*, pro immunditiis filiorum Israël, *sed* ab immunditiis, &c. & infra: *De omnibus peccatis eorum, id est, quæ injustitiæ veniebant de omnibus peccatis eorum.* Et post pauca: *Exorabit, non potest accipi, nisi quod alio verbo dicitur*, propitiabit. *Unde* & propitiatorium *vocatur, quod alii* exoratorium *interpretati sunt; Græcè autem dicitur* ἱλαστήριον. *Et quod hoc loco Latinus ait*, exorabit pro sanctis, *Græcus habet* ἐξιλάσεται, *quod non intelligitur, nisi pro peccatis.* Item infra: *In quodam Græco invenimus*, & exorabit sanctum, *non* pro sanctis, & *illud quidem* sanctum, *genere neutro, id est*, τὸ ἅγιον· *nam posset intelligi*, exorabit sanctum Deum, & *nulla esset quæstio: quomodo autem possit intelligi*, exorabit hoc sanctum, *difficile est dicere; nisi fortè illud* sanctum, *quidquid est quod Deus est; quia & Spiritus sanctus, qui utique Deus est, neutro genere Græcè dicitur*, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Et fortè hoc est, si tamen ille codex verior est, qui emendatior videbatur*, ἐξιλάσεται τὸ ἅγιον, *hoc est*, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, *quod Latinè genere neutro dici non potest. Quamvis & in tribus aliis codicibus, uno Græco, & duobus Latinis non invenerimus, nisi quod supra diximus*, exorabit pro sanctis, *quod potest & sic accipi, ut non pro sanctis hominibus, sed pro iis quæ sancta sunt, intelligatur.*

℣. 19. Hunc versiculum ita confecimus ex ipsismet Augustini verbis, qui ait loco cit. *Hoc dicit de altari, quod aspersione sanguinis mundaret illud sacerdos; & sanctificaret ab immunditiis filiorum Israël.* In Græco sic: Καὶ ῥανεῖ ἐπ' αὐτὸ ἀπὸ τοῦ αἵματος τῷ δακτύλῳ ἑπτάκις, καὶ καθαριεῖ αὐτὸ, καὶ ἁγιάσει αὐτὸ ἀπὸ, &c. ut sup.

℣. 20. August. quæst. 54. in Levit. col. 514. d. legit: *Et perficiet exorans sanctum.* Græc. Καὶ συντελέσει ἐξιλασκόμενος τὸ ἅγιον, reliqua ut in Lat. sup.

℣. 21. Hæc ultima verba similiter habentur Græcè. Eadem etiam & seqq. respiciebat Tertullian. l. contra Jud. c. 14. p. 148. b. cùm dicebat: *Duorum hircorum, qui jejunio offerebantur, faciam interpretationem..... Ares quidem & consimiles, propter eundem Domini conspectum..... Unus eorum circumdatus coccino, maledictus & conputatus, & convulsus, & compunctus à populo, extra civitatem abjiciebatur in perditionem..... Alter verò pro delictis oblatus, & sacerdotibus tantùm templi in pabulum datus.* Similiter August. quæst. 55. to. 3. 514. d. seq. *De duobus hircis*, inquit, *uno immolando, & alio in desertum dimittendo, quem* ἀποπομπαῖον *vocant, solet esse disceptatio, & à quibusdam ille immolandus in bono accipitur; ille autem dimittendus in malo. Non tamen iste sensus ideo confirmandus est, quia homo in cujus manu in eremum hircus dimittitur, cùm redierit, lavare jussus est vestimenta sua, & corpus suum aquâ, & sic ingredi in castra, tanquam & hoc sit indicium cur in malo sit ille hircus accipiendus, à cujus contagione homo abluendus est: sic enim dicit abluendum, & qui alterius hirci, vitulique acceperit carnes, & extra castra combusserit; quia ita de illo & de vitulo fieri jubet, de quorum immolatorum sanguine fit aspersio, & sunt pro peccatis..... Item cùm constituisset diem decimum septimi mensis sabbato sabbatorum, quo fieret supradicta purgatio à sacerdote illo uno, qui patri succedit, loquens de eodem sacerdote, ait:* Exorabit sanctum sancti, &c. Vide etiam Ambros. ep. 67. to. 2. 1059. e. & sup. Capitul. XXVIII.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

24. lavabit carnem ſuam in loco ſancto, indueturque veſtibus ſuis. Et poſtquam egreſſus obtulerit holocauſtum ſuum ac plebis, rogabit tam pro ſe quàm pro populo:

25. & adipem, qui oblatus eſt pro peccatis, adolebit ſuper altare.

26. Ille verò, qui dimiſerit caprum emiſſarium, lavabit veſtimenta ſua & corpus aquâ, & ſic ingredietur in caſtra.

27. Vitulum autem & hircum, qui pro peccato fuerant immolati, & quorum ſanguis illatus eſt in ſanctuarium ut expiatio compleretur, aſportabunt foras caſtra, & comburent igni tam pelles quàm carnes eorum ac fimum:

Heb. 13. 11.

28. & quicunque combuſſerit ea, lavabit veſtimenta ſua, & carnem aquâ, & ſic ingredietur in caſtra.

29. Eritque vobis hoc legitimum ſempiternum: Menſe ſeptimo, decima die menſis, affligetis animas veſtras, nullumque opus facietis, ſive indigena, ſive advena qui peregrinatur inter vos.

Inf. 23. 27. 28.

30. In hac die expiatio erit veſtri, atque mundatio ab omnibus peccatis veſtris: coram Domino mundabimini:

31. ſabbatum enim requietionis eſt, & affligetis animas veſtras religione perpetua.

VERSIO ANTIQUA.

Heſych. in Levit. 225. *c.*

32. Deprecabitur ſacerdos quæcunque unxerit, & quicunque conſummatus fuerit manus ſuas conſecrare ad patrem ſuum.....

VULGATA NOVA.

32. Expiabit autem ſacerdos, qui unctus fuerit, & cujus manus initiatæ ſunt ut ſacerdotio fungatur pro patre ſuo: indueturque ſtolâ lineâ & veſtibus ſanctis,

Aug. quæſt. 55. *in Levit.* 514. *f.* 515. *a.*

33. & exorabit ſanctum ſancti, & tabernaculum teſtimonii, & altare exorabit, & pro ſacerdotibus, & pro omni ſynagoga exorabit.

33. & expiabit ſanctuarium & tabernaculum teſtimonii atque altare, ſacerdotes quoque & univerſum populum.

VULGATA NOVA.

34. Eritque vobis hoc legitimum ſempiternum, ut oretis pro filiis Iſraël, & pro cunctis peccatis eorum ſemel in anno. Fecit igitur ſicut præceperat Dominus Moyſi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 32. Græc. Ἐξιλάζεσθαι ὁ ἱερεὺς ὃν ἂν χρίσωσιν αὐτὸν, καὶ ὃν ἂν τελειώσωσι τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ἱερατεύειν μετὰ τὸν πατέρα αὐτοῦ· i. e. *Exorabit ſacerdos, quem unxerint eum, & quem conſummaverint manus ejus ad fungendum ſacerdotio poſt patrem ejus.* Vide Auguſt. ſup.

℣. 33. Ita Græcè ad verbum. Auguſt. addit: *Et hoc genere neutro in Græco poſitum eſt*, τὸ ἅγιον τοῦ ἁγίου. *An fortè Spiritum ſanctum ſancti Dei, hoc eſt*, τὸ Ἅγιον Πνεῦμα τοῦ ἁγίου Θεοῦ; *an potiùs* exorabit *dictum eſt, exorando purgabit?*

CAPUT XVII.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. ep. 72. *t.* 2. 1077. *b.*

1. ET locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

2. Loquere ad Aaron, & ad filios ejus, & ad omnes filios Iſraël, & dices ad eos.....

3. Homo homo à filiis Iſraël, & à proſelytis qui ſunt appoſiti vobis; quicunque occiderit vitulum, aut ovem, aut capram in caſtris, & quicunque occiderit extra caſtra,

Aug. quæſt. 56. *in Levit. t.* 3. 515. *b.*

4. & ad oſtium tabernaculi teſtimonii non adtulerit.....

VULGATA NOVA.

1. ET locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

2. Loquere Aaron, & filiis ejus, & cunctis filiis Iſraël, dicens ad eos: Iſte eſt ſermo quem mandavit Dominus, dicens:

3. Homo quilibet de domo Iſraël, ſi occiderit bovem aut ovem, ſive capram, in caſtris vel extra caſtra,

4. & non obtulerit ad oſtium tabernaculi oblationem Domino, ſanguinis reus erit: quaſi ſi ſanguinem fuderit, ſic peribit de medio populi ſui.

VULGATA NOVA.

5. Ideo ſacerdoti offerre debent filii Iſraël hoſtias ſuas, quas occident in agro, ut ſanctificentur Domino ante oſtium tabernaculi teſtimonii, & immolent eas hoſtias pacificas Domino.

6. Fundetque ſacerdos ſanguinem ſuper altare Domini ad oſtium tabernaculi teſtimonii, & adolebit adipem in odorem ſuavitatis Domino:

VERSIO ANTIQUA.

Heſych. in Levit. 226. *a.*

7. & non immolabunt ultra ſacrificia ſua ſupervacuis.....

VULGATA NOVA.

7. & nequaquam ultra immolabunt hoſtias ſuas dæmonibus, cum quibus fornicati ſunt. Legitimum ſempiternum erit illis & poſteris eorum.

VULGATA NOVA.

8. Et ad ipſos dices: Homo de domo Iſraël, & de advenis qui peregrinantur apud vos, qui obtulerit holocauſtum ſive victimam,

9. & ad oſtium tabernaculi teſtimonii non adduxerit eam, ut offeratur Domino, interibit de populo ſuo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita in Græco.

℣. 2. Sic Ambroſ. de Græco, verbum è verbo; ſequuntur iſta: Τοῦτο τὸ ῥῆμα ὃ ἐνετείλατο Κύριος, λέγων· *Hoc verbum quod mandavit Dominus, dicens:* quæ Ambr. omittit, continuò nempe addit: *Homo homo*, &c.

℣. 3. Priora verba de Ambroſio ſunt, uſque ad hoc, *quicunque;* reliqua ex Auguſtino, qui etiam Locut. 41. to. 3. 355. d. legit: *Homo homo filiorum Iſraël*; ſed addit: *id eſt, ex filiis Iſraël. Iſta*, inquit, *repetitio quemlibet hominem videtur ſignificare, id eſt, ille aut ille.* In Græco ſic: Ἄνθρωπος ἀνθρωπος τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἢ τῶν προσηλύτων τῶν προσκειμένων ἐν ὑμῖν, ὃς ἐὰν σφάξῃ μόσχον, &c. ut in Lat. Ambr. ep. 72. to. 2. 1077. b. habet: *Quicunque fecerit holocauſtum.*

℣. 4. Rectè è Græco.

℣. 7. Græc. Καὶ οὐ θύσουσιν ἔτι τὰς θυσίας αὐτῶν τοῖς μαλακίοις, &c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

10. Homo quilibet de domo Iſraël, & de advenis qui peregrinantur inter eos, ſi comederit ſanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & diſperdam eam de populo ſuo,

11. quia anima carnis in ſanguine eſt: & ego dedi illum vobis, ut ſuper altare in eo expietis pro animabus veſtris, & ſanguis pro animæ piaculo ſit.

12. Idcirco dixi filiis Iſraël: Omnis anima ex vobis non comedet ſanguinem, nec ex advenis qui peregrinantur apud vos.

VERSIO ANTIQUA.

10. Et homo homo filiorum Iſraël, aut de proſelytis qui appoſiti ſunt in vobis, quicunque ederit omnem ſanguinem, & ſtatuam faciem meam ſuper animam quæ manducat ſanguinem, & perdam illam de populo ſuo; *Aug. quæſt. 57. in Lev. t. 3. 515. e. f.*

11. anima enim omnis carnis ſanguis ejus eſt: & ego dedi illud vobis, exorare pro animabus veſtris; ſanguis enim ejus pro anima exorabit.

12. Propterea dixi filiis Iſraël: Omnis anima ex vobis non edet ſanguinem; & proſelytus qui appoſitus eſt in vobis, non edet ſanguinem.

VULGATA NOVA.

13. Homo quicunque de filiis Iſraël, & de advenis qui peregrinantur apud vos, ſi venatione atque aucupio ceperit feram vel avem, quibus veſci licitum eſt, fundat ſanguinem ejus, & operiat illum terra.

VULGATA NOVA.

Gen. 9. 4. Sup. 7. 26.

14. Anima enim omnis carnis in ſanguine eſt: unde dixi filiis Iſraël: Sanguinem univerſæ carnis non comedetis, quia anima carnis in ſanguine eſt: & quicunque comederit illum, interibit.

VERSIO ANTIQUA.

14. Anima omnis carnis ſanguis ejus..... *Ambr. in Luc. 174. t. 1. 1483. c.*

VULGATA NOVA.

15. Anima quæ comederit morticinum, vel captum à beſtia, tam de indigenis, quàm de advenis, lavabit veſtimenta ſua & ſemetipſum aquâ, & contaminatus erit uſque ad veſperum: & hoc ordine mundus fiet.

16. Quòd ſi non laverit veſtimenta ſua & corpus, portabit iniquitatem ſuam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Ita de Græco, ad verbum. Vide ſup. Not. ad ℣. 3.

℣. 11. Sic eſt in Græco, hoc excepto, ἐπὶ τῷ θυσιαστηρίῳ, addito poſt *vobis*, quod omiſit Auguſt. at paulò infra, 516. b. id ipſum exprimit, dicens: *Quid eſt quod ait: Dedi vobis eum ad altare Dei, exorare pro anima veſtra?* Ibi etiam meliùs reddit, *eum*, quàm *illud*, licet in Græco ſit, αὐτὸ, per relationem ad αἷμα, quod Latinè maſculinum eſt: à Græco etiam abeſt vox, *Dei*, & habetur, περὶ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, in plurali. Ambroſ. l. de Noë, c. 25. to. 1. 266. c. hæc legit: *Anima totius carnis ſanguis eſt*: de qua ſententia Auguſt. pluribus diſſerit ſup.

℣. 12. Ita quoque in Græco. Vide Auguſt. ibid. ad finem uſque Quæſtionis 57.

℣. 14. Itidem Græcè.

CAPUT XVIII.

VULGATA NOVA.

1. LOcutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

2. Loquere filiis Iſraël, & dices ad eos: Ego Dominus Deus veſter:

3. juxta conſuetudinem terræ Ægypti, in qua habitaſtis, non facietis: & juxta morem regionis Chanaan, ad quam ego introducturus ſum vos, non agetis, nec in legitimis eorum ambulabitis.

4. Facietis judicia mea, & præcepta mea ſervabitis, & ambulabitis in eis: ego Dominus Deus veſter.

Exech. 20. 11. Rom. 10. 5. Gal. 3. 12.

5. Cuſtodite leges meas atque judicia, quæ faciens homo, vivet in eis: ego Dominus.

6. Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedet, ut revelet turpitudinem ejus: ego Dominus.

7. Turpitudinem patris tui & turpitudinem matris tuæ non diſcooperies: mater tua eſt: non revelabis turpitudinem ejus.

VERSIO ANTIQUA.

2. Loquere filiis Iſraël, & dices ad eos: Ego Dominus Deus veſter: *Lucif. Cal. l. 1. pro S. Ath. 183. e.*

3. ſecundùm ſtudia terræ Ægypti, in qua inhabitaſtis in ea, non facietis: & ſecundùm ſtudia terræ Chananæorum, in quam ego induxero vos ibi, non facietis, & in legitima eorum non ambulabitis.

4. Judicia mea facietis, & præcepta mea cuſtodite, & ambulate in eis: ego Dominus Deus veſter.

5. Cuſtodite omnia præcepta mea, & omnia judicia mea, & facietis ea; qui fecerit ea homo, vivet in ipſis: Ego Dominus Deus veſter.

7. Turpitudinem patris tui & turpitudinem matris tuæ non revelabis: turpitudo enim eorum eſt..... *Aug. quæſt. 58. in Levit. t. 3. 517. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Ita è Græco ad verbum.

℣. 3. Similia Græc. habet, præter hæc levia, nempe Αἰγύπτῳ, *Ægypti*, abſque voce, *terræ*, ſed in Mſ. Oxon. ac edd. Ald. & Compl. additur, τῆς γῆς. Item loco *Chananæorum*, legitur, Χαναάν, & pro *induxero*, εἰσάγω, *induco*, & pro *in legitima*, τοῖς νομίμοις, vel cum Mſ. Alex. & Compl. ἐν τοῖς νομίμοις, *in legitimis*.

℣. 4. Ita in Græco, exceptis duobus his, φυλάξεσθε, καὶ πορεύεσθε, *cuſtodietis & ambulabitis*, pro *cuſtodite & ambulate*; in Mſ. Alex. πορεύεσθε.

℣. 5. Græc. Καὶ φυλάξεσθε, & *cuſtodietis*; reliqua ut in Lat. ſi hoc excipias, ἃ ποιήσας, *quæ ſi fecerit*; at in edit. Compl. ὁ ποιήσας, *qui fecerit*, ut ſup.

℣. 7. Eadem ſunt in Græco, excepto hoc ult. *turpitudo enim eorum eſt*, quod abeſt. Notant BB. noſtri, hujus ſententiæ loco, legi in Mſs. Auguſt. *turpitudinem eorum*; ſed addunt neutram lectionem convenire cum Scripturæ textu, ubi poſt hoc, *non revelabis*, proximè ſequitur; μήτηρ γάρ σου ἐστὶν, οὐκ ἀποκαλύψεις τὴν ἀσχημοσύνην αὐτῆς· *mater enim tua eſt; non revelabis turpitudinem ejus.* Prio-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Aug. ubi sup. 8. Turpitudinem uxoris patris tui non revelabis : turpitudo enim patris tui est.	8. Turpitudinem uxoris patris tui non discooperies : turpitudo enim patris tui est.
Idem quæst. 59. 517. c. 9. Turpitudinem sororis tuæ ex patre tuo, aut ex matre tua, quæ domi est nata, vel quæ foris nata est, non revelabis turpitudinem earum.	9. Turpitudinem sororis tuæ ex patre, sive ex matre, quæ domi vel foris genita est, non revelabis.
	10. Turpitudinem filiæ filii tui vel neptis ex filia non revelabis : quia turpitudo tua est.
Ibid. d. e. 11. Turpitudinem filiæ uxoris patris tui non revelabis; ex eodem patre soror tua est, non revelabis turpitudinem ejus.	11. Turpitudinem filiæ uxoris patris tui; quam peperit patri tuo, & est soror tua, non revelabis.

VULGATA NOVA.	
12. Turpitudinem sororis patris tui non discooperies : quia caro est patris tui.	13. Turpitudinem sororis matris tuæ non revelabis, eò quòd caro sit matris tuæ.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Idem Locut. 43. 355. e. 14. Turpitudinem fratris patris tui non revelabis, & ad uxorem ejus non introibis : propinqua enim tua est.	14. Turpitudinem patrui tui non revelabis; nec accedes ad uxorem ejus, quæ tibi affinitate conjungitur.
	15. Turpitudinem nurus tuæ non revelabis; quia uxor filii tui est, nec discooperies ignominiam ejus.
Idem quæst. 61. 517. f. 16. Turpitudinem uxoris fratris tui non revelabis : turpitudo fratris tui est.	16. Turpitudinem uxoris fratris tui non revelabis : quia turpitudo fratris tui est.
Idem quæst. 62. 518. c. 17. Turpitudinem mulieris & filiæ ejus non revelabis. Filiam filii ejus, & fillam filiæ ejus non accipies.....	17. Turpitudinem uxoris tuæ & filiæ ejus non revelabis. Filiam filii ejus, & filiam filiæ illius non sumes, ut reveles ignominiam ejus : quia caro illius sunt, & talis coitus incestus est.
Ibid. quæst. 63. 18. Uxorem super sororem ejus non accipies in zelum.....	18. Sororem uxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec revelabis turpitudinem ejus adhuc illa vivente.
Ibid. quæst. 64. 518. f. 19. Et ad mulierem in segregatione immunditiæ ejus, non accedes revelare turpitudinem ejus.	19. Ad mulierem quæ patitur menstrua, non accedes, nec revelabis fœditatem ejus.
Idem quæst. 65. 519. a. 20. Et ad uxorem proximi tui non dabis concubitum seminis tui, inquinari ad eam.	20. Cum uxore proximi tui non coibis, nec seminis commistione maculaberis.
Ibid. quæst. 66. 519. b. c. 21. Et à semine tuo non dabis servire principi, & non profanabis nomen sanctum. Ego Dominus.	21. De semine tuo non dabis ut consecretur idolo Moloch, nec pollues nomen Dei tui. Ego Dominus. *Inf. 20. 2.*

VULGATA NOVA.	
22. Cum masculo non commiscearis coitu femineo, quia abominatio est.	miscebitur ei : quia scelus est.
23. Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. Mulier non succumbet jumento, nec	24. Nec polluamini in omnibus his, quibus contaminatæ sunt universæ gentes, quas ego ejiciam ante conspectum vestrum,
Inf. 20. 16.	

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Aug. quæst. 67. 519. d. 25..... & exhorruit terra eos, qui insident su-	25. & quibus polluta est terra : cujus ego

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

rem scripturam confirmare videtur Augustin. in conseq. dicens : *Prohibet cum matre concumbere ; ibi est enim turpitudo patris & matris.* Vide Not. seq. Eadem rursus habet August. quæ supra, locut. 42. de Levit. col. 355. d. usque ad verbum *revelabis*, additque similiter, *Hac locutione concubitum* vetitum fuisse *cum his personis.*

℣. 8. Sic etiam Græcè, præter unum *enim*, quod deest ante vocem *patris*. Mox Aug. ibid. *Ibi exposuit quomodo in matre, utriusque sit turpitudo, id est, patris & matris, in noverca enim, tantùm patris ;* quæ etiam confirmant lectionem versûs sup.

℣. 9. Ad verbum è Græco. Observat Augustin. ibid. natam domi, intelligi *ex patre*, foris autem natam, intelligi *ex matre ; si fortè*, inquit, *de priore viro eam mater susceperat ;* & post pauca : *Hic videtur non prohibuisse..... concubitum cum sorore de utroque parente nata : non enim dicit :* Turpitudinem non revelabis sororis tuæ ex patre & matre ; *sed* ex patre aut ex matre. *Verùm quis non videat etiam illud esse prohibitum ?*

℣. 11. Aptè ad Græc.

℣. 14. Similiter in Græco. Addit Aug. ibid. &, positum esse pro *id est :* & Quæst. 59. p. 517. e. *Exposuit*, inquit, *quid dixerit* : Turpitudinem fratris patris tui, *id est, patrui tui*, non revelabis, *hoc est enim, Ad uxorem ejus non introibis. In uxore quippe patrui, voluit intelligi turpitudinem patrui ; sicut in uxore patris, turpitudinem patris.*

℣. 16. Vix meliùs de Græco. Vid. August. ibid.

℣. 17. Ita Græc. habet, additque, ἀποκαλύψαι τὴν ἀϰμοσύνην αὐτῶν, οἰκείαι γάρ σε εἰσίν· ἀσέβημά ἐστι *ad revelandum turpitudinem earum ; domesticæ enim tuæ sunt ; impietas est. Id est*, inquit Aug. ibid. *Ne putet quisquam licere sibi ducere filiam uxoris suæ : simul enim mulieris, & filiæ ejus, non licet revelare turpitudinem, id est, ambabus misceri, & matri & filiæ.*

℣. 18. Ita in Græco. Mox Aug. ibid. *Hîc non prohibuit superducere, quod licebat antiquis, propter abundantiam propagationis ; sed sororem sorori noluit superduci, quod videtur feciſſe Jacob :* & post pauca : *Hoc autem quod ait*, in zelum, *utrùm ideò positum est, ne sit zelus inter sorores, qui inter illas, quæ sorores non essent, contemnendus fuit ? an ideo potiùs, ne propter hoc fiat, id est, ne hoc animo fiat, ut in zelum sororis soror superducatur ?* Gr. hab. ἀντίζηλον, quod Nobil. vertit, *pellicem.*

℣. 19. Sic est in Græco. Addit Aug. *Id est, Ad menstruatam mulierem non accedes.* Vide seq.

℣. 20. Ita Græcè : *Unde apparet*, inquit Aug. *illa ita prohibita, ut etiam mortuis viris suis, non ducantur uxores, quarum prohibet turpitudinem revelari.*

℣. 21. Ita de Græco ad verbum : tum August. ibid. *Hîc non video quid intelligatur, nisi principi, qui pro Deo colitur : non enim ait*, δουλεύειν, *sed* λατρεύειν *in Græco, quod Latinus non solet interpretari, nisi ut dicat*, servire : *plurimùm autem distat : nam servire hominibus sicut servi serviunt, quod non est* λατρεύειν, *sed* δουλεύειν, *Scriptura non prohibet ; servire autem secundùm id quod est* λατρεύειν, *non jubetur hominibus, nisi uni vero Deo*, &c.

℣. 25. Sic iterum legit Aug. Locut. 44. to. 3. 355. a.

Digitized by Google

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

scelera visitabo, ut evomat habitatores suos. per eam.

VULGATA NOVA.

26. Custodite legitima mea atque judicia, & non faciatis ex omnibus abominationibus istis, tam indigena quàm colonus qui peregrinantur apud vos.

27. Omnes enim exsecrationes istas fecerunt accolæ terræ, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam.

28. Cavete ergo ne & vos similiter evomat, cùm paria feceritis, sicut evomuit gentem, quæ fuit ante vos.

29. Omnis anima, quæ fecerit de abominationibus his quippiam, peribit de medio populi sui.

30. Custodite mandata mea. Nolite facere quæ fecerunt hi qui fuerunt ante vos, & ne polluamini in eis. Ego Dominus Deus vester.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

In Græco sic: Καὶ προσώχθισεν ἡ γῆ τοῖς, &c. ut in Lat. *Et abominata est terra eos*, &c.

CAPUT XIX.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

1. LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens:
2. Loquere ad omnem cœtum filiorum Israël, & dices ad eos: Sancti estote, quia ego sanctus sum, Dominus Deus vester.

Sup. 11. 44. 1. *Pet.* 1. 16.

2..... Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, Dominus Deus vester. *Ambrosiast.* 262. c.

3. Unusquisque patrem suum, & matrem suam timeat. Sabbata mea custodite: ego Dominus Deus vester.

4. Nolite converti ad idola, nec deos conflatiles faciatis vobis: ego Dominus Deus vester.

4. Non sequemini idola, & deos fusiles non facietis vobis: ego Dominus Deus vester. *Tertul. adv. Gnost.* 825. c.

VULGATA NOVA.

5. Si immolaveritis hostiam pacificorum Domino, ut sit placabilis,
6. eo die quo fuerit immolata, comedetis eam, & die altero: quidquid autem residuum fuerit in diem tertium, igne comburetis:
7. si quis post biduum comederit ex ea, profanus erit, & impietatis reus:
8. portabitque iniquitatem suam, quia sanctum Domini polluit, & peribit anima illa de populo suo.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

Inf. 23. 22.

9. Cùm messueris segetes terræ tuæ, non tondebis usque ad solum superficiem terræ: nec remanentes spicas colliges.

9. Et permetentibus vobis messem terræ vestræ, non perficietis messem vestram agri tui permetere..... *Aug. Locut.* 45. t. 3. 355. c.

10. Neque in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes: ego Dominus Deus vester.

11. Non facietis furtum. Non mentiemini, nec decipiet unusquisque proximum suum.

Exod. 20. 7.

12. Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui: ego Dominus.

Eccli. 10. 6. *Deut.* 24. 14. *Tob.* 4. 15.

13. Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarii tui apud te usque manè.

14. Non maledices surdo, nec coram cæco pones offendiculum: sed timebis Dominum Deum tuum, quia ego sum Dominus.

11. Non furtum facietis, neque mentiemini, neque calumniam faciet unusquisque proximo. *Aug. quæst.* 68. *in Levit.* 519. *e.*

12..... & non profanabitis nomen Domini Dei vestri: ego sum Dominus Deus vester. *Lucif. Cal. l. pro S. Athan.* 183. *f.*

13. Non nocebis proximo; non rapies. Non dormiet merces mercenarii tui apud te usque in manè. *Aug. q.* 69. 520. *e. Cypr. l.* 3. *Testim.* 325. *c.*

14..... & timebis Dominum Deum: ego sum Dominus Deus tuus. *Lucif. Cal. l. pro S. Athan.* 183. *f.*

15. Non facies quod iniquum est, nec in-

15. Non facies iniquum in judicio; non acci-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Sic iterum habet Ambrosiast. col. 246. f. excepto uno, *sicut* & *ego*, pro *quoniam ego*. Græc. Ἅγιοι ἔσεσθε, ὅτι ἅγιος ἐγὼ Κύριος, &c. Aug. l. 2. contra epist. Parmen. c. 4. to. 9. 31. c. *Sancti eritis, quoniam* & *ego sanctus sum.* Ambros. l. de Incarn. to. 2. 727. f. 728. a. *Estote sancti, quoniam* & *ego sanctus sum.* Similiter l. 5. de Sacram. to. 2. 377. e. demto &; at l. 2. de fide, 492. a. *quia ipse sanctus sum.* Cypr. ep. 70. 125. *Sancti estote, quia* & *ego sanctus sum, dicit Dominus.* S. Leo, ser. 44. 110. b. omittit &. Chromac. Aquil. in Matth. 986. h. *Sancti estote, sicut* & *ego*, &c. ut supra, apud Cypr.

℣. 4. Ad verbum de Græco.

℣. 9. Vix melius è Græco: tum Aug. ibid. *Hoc quod à plurali cæpit,* & *ad singularem numerum terminavit, plerique Latini interpretari noluerunt, sed dixerunt*, agri vestri, *ubi dictum est*, agri tui, *quasi Græcus hoc non posset dicere: magis ergo locutio notanda fuit, quàm emendanda.* Vide sup. Capitul. XXXV.

℣. 11. In Græco, οὐ, *non*, post *facietis*, pro *neque*; at in edit. Ald. οὐ οὐ. in Compl. οὐδὲ, reliqua concordant ad verbum. Lucifer Calar. l. pro S. Athan. 183. f. legit: *Non mentiemini, neque calumniam facietis proximo*; at sup. *Nolite mendacio petere, neque calumniemini unusquisque proximum.* Vide sup. Capitul. XXXVI.

℣. 12. Græcè antecedunt ista: Καὶ οὐκ ὀμεῖσθε τῷ ὀνόματί μου ἐπ' ἀδίκῳ, *Et non jurabitis nomine meo super injusto*; reliqua ut in Lat. sup. si excipias unum, τὸ ἅγιον, *sanctum*, loco *Domini.*

℣. 13. Græcè, post voces *proximo*, & *rapies*, additur οὐ, pro *rapies* vero habetur, ἁρπᾷ, in Mss. Alex. & Ald. edit. ἁρπάζεις, in Compl. ἁρπάξεις, cætera similia. Lucifer Calar. pro S. Athan. col. 183. f. legit: *Non nocebis proximo tuo*, omissisque aliis, continuò addit: & *timebis*, &c. ut infra. Vide sup. Capitul. XXXVII. XXXVIII.

℣. 14. In Græco habetur primò: Οὐ κακῶς ἐρεῖς κωφὸν, οὐ ἀπέναντι τυφλοῦ οὐ προσθήσεις σκάνδαλον, unde Capitulo XXXIX. sup. *Non maledices surdo:* item XL. *Ante cæcum non pones offendiculum*; reliqua de Gr. textui Lat. congruunt, nisi quòd illic additur σῶ, post *Deum*, & loco *tuus*, ponitur ὑμῶν, *vester.*

℣. 15. Aptè ad Græcum, exceptis his: ποιήσετε, *fa-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi sup. pias personam pauperis, neque miratus fueris ad personam potentis. In justitia judicabis proximum tuum.

16. Non ambulabis in dolo in gente tua. Non consenties in sanguinem proximi tui : ego sum Dominus Deus vester.

Aug. quæst. 70. in Levit. t. 3. 520. f. 17. Non odio habebis fratrem tuum in animo tuo; arguendo argues proximum tuum, & non accipies propter ipsum peccatum.

18. Et non vindicatur manus tua : non irascêris filiis populi tui. Et diliges proximum tuum *Lucif. Cal. l. pro S. Athan. 183. f.* sicut teipsum : ego Dominus Deus vester.

19. Legem meam custodite.....

VULGATA NOVA.

justè judicabis. Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. Justè judica proximo tuo. *Deut. 1. 17. & 16. 19. Prov. 24. 23. Eccli. 42. 1. Jac. 2. 2. 1. Joan. 2. 11. & 3. 14. Eccli. 19. 13. Matt. 18. 15. Luc. 17. 3. Matth. 5. 43. 22. 39. Luc. 6. 27. Rom. 13. 9.*

16. Non eris criminator, nec susurro in populo. Non stabis contra sanguinem proximi tui : ego Dominus.

17. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eum, ne habeas super illo peccatum.

18. Non quæras ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum. Diliges amicum tuum sicut teipsum : ego Dominus.

19. Leges meas custodite. Jumentum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus. Agrum tuum non seres diverso semine. Veste, quæ ex duobus texta est, non induêris.

VULGATA NOVA.

20. Homo si dormierit cum muliere coitu seminis, quæ sit ancilla etiam nubilis, & tamen pretio non redempta, nec libertate donata : vapulabunt ambo, & non morientur, quia non fuit libera: 20..... *Vide Not.*

21. pro delicto autem suo offeret Domino ad ostium tabernaculi testimonii arietem :

22. orabitque pro eo sacerdos, & pro peccato ejus coram Domino, & repropitiabitur ei, dimitteturque peccatum.

VERSIO ANTIQUA.

Anon. ap. Ambr. t. 2. 3. a. 23..... fructus terræ tres annos erit vobis immundus; non comedetis ex eo.

24. At anno quarto erit omnis fructus ejus sanctus, & laudabilis Domino.

VULGATA NOVA.

23. Quando ingressi fueritis terram, & plantaveritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum : poma, quæ germinant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis.

24. Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino.

VULGATA NOVA.

25. Quinto autem anno comedetis fructus, congregantes poma quæ proferunt: ego Dominus Deus vester.

26. Non comedetis cum sanguine. Non augurabimini, nec observabitis somnia. 26..... *Vide Not.*

VERSIO ANTIQUA.

Cypr. l. 3. Testim. 325. c. & de lapsi. 191. b. 27. Non facietis cirrum ex coma capitis vestri : non corrumpetis effigiem barbæ vestræ.

Aug. quæst. 71. in Levit. 521. a. 28. Et incisiones super animam non facietis in corpore vestro.....

Capitul. LII. sup. 29. Non profanabis filiam tuam in mœchandum (*al.* in mœchiam).....

VULGATA NOVA.

27. Neque in rotundum attondebitis comam : nec radetis barbam.

28. Et super mortuo non incidetis carnem vestram, neque figuras aliquas aut stigmata facietis vobis : ego Dominus.

29. Ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cietis, pro *facies*, λήψη, *accipies*, pro *accipias*, bisque προσωπον, *faciem*, loco *personam*, absque *ad*, post θαυμάσης, *miratus fueris*.

℣. 16. Similiter apud Hesych. in Levit. col. 134. c. *Non ambulabis in dolo in gente tua.* Gr. delet *in*, ante vocem *dolo*; loco verò *consenties*, ponit ἐπισήσῃ, *insistabis*; Capit. sup. XLV. *non insistes*; reliqua concordant ad verbum. Vide sup. Capitul. XLIV. XLV.

℣. 17. In Græco omittitur *in*, ante vocem *animo*, pro qua διανοία, *cogitatione*: item pro *arguendo*, est ἐλεγμῷ, *redargutione*, quod idem valet; cætera concinunt ad verbum. Aug. infra, loco *fratrem*, habet *proximum*; Græc. verò constanter, τὸν ἀδελφόν. Tertul. l. 4. contra Marc. p. 728. b. legit : *Non odies fratrem tuum in animo tuo: traductione traduces proximum tuum, utique & fratrem, & non sumes propter illum delictum.* Lucif. Cal. l. pro S. Athan. col. 183. f. sic : *Non odies fratrem tuum sensu tuo; corripiens corripies proximum tuum*; deinde, omissis mediis, subjungit, *& diliges*, &c. Vide Capitulum XLVI. sup.

℣. 18. Aug. ibid. ad hoc, *Et non vindicatur manus tua*, addit : *utrùm pro eo quod est*, non punitur..... *an*, Non vindicatur manus tua, *hoc potiùs admonet, Ne quæras vindicari manum tuam*; & post pauca : *Quidam verò codices habent*: Et non vindicabitur manus tua, *id est, Ne arguendo vindicare te velis.* Gr. Καὶ οὐκ ἐκδικᾶταί σου ἡ χείρ· deinde, ἐγὼ ὑμνιεῖς, &c. ut in Lat. nisi quòd in fine simpliciter habet, ἐγώ εἰμι Κύριος, *ego sum Dominus*; editt. verò Ald. & Compl. ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, ut sup. Tertul. l. 2. contra Marc. p. 651. a. & Hesych. in Lev. col. 134. f. similiter legunt : *Diliges proximum tuum sicut teipsum*; Tertul. verò l. contra Jud. c. 2. p. 136. a. sic : *Diliges proximum tibi tanquam te*: sed monet Pamel. in Mss. legi *tuum*.

℣. 19. Græcè, Τὸν νόμον μου φυλάξεσθε, *custodietis*; deinde sic : τὰ κτήνη σου οὐ καταχεύσεις ἑτεροζύγῳ, unde Capitul. XLVIII. sup. *Jumenta tua non sines coire diverso generi.*

℣. 20. Huc redeunt quæ Tertul. hab. l. de pudic. p. 1013. c. *Prospicietur illi, & non morietur; quia nondum est manumissa, cui servabatur* : Græcè ita : Ἐπισκοπὴ ἔσται αὐτοῖς, οὐκ ἀποθανεῖται, ὅτι οὐκ ἀπηλευθερώθη, i. e. *Inspectio erit eis, non morientur, quia in libertatem vindicata non est.*

℣. 23. Græc. habet ἀυτῆ, *ejus*, loco *terræ*, & pro *non comedetis ex eo*, ita, οὐ βρωθήσεται, *non comedetur*; cætera similia.

℣. 24. Optimè de Græco, nisi quòd pro *at*, habetur ᾗ, deleturque &, post vocem *sanctus*.

℣. 26. Hic versic. rectè exprimitur sup. Capitulo LI. ubi sic : *Non augurisandum, vel auspicandum.* Græcè, οὐκ οἰωνιεῖσθε, οὐδὲ ὀρνιθοσκοπήσεσθε.

℣. 27. Græc. habet, κύκλῳ, loco *cirrum*, ut οὐδὲ, *neque*, pro *non*, & loco *effigiem*, ὄψιν, *aspectum*; cætera similia : de hac autem voce, μόσιν, vide Flamin. Nobil. in hunc locum.

℣. 28. Similiter in Græco. August. ibid. *Super animam, dixit, super funus mortui; de anima quippe dolor est, quæ recessit : ad hunc autem dolorem pertinet luctus, in quo luctu nonnullæ gentes habent consuetudinem secare corpora sua; hoc fieri Deus prohibet.*

℣. 29. Sic etiam Græcè, præter hoc, ἐκπορνεῦσαι αὐτήν, *prostituendo eam*: pro *piaculo* autem, quod hab. Vulgata, Hesych. in Levit. col. 137. c. ait, apud LXX. legi, *adulterio*, nunc ἀνομίας, *iniquitate.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

30. Sabbata mea cuſtodite, & ſanctuarium meum metuite : ego Dominus.

31. Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini, ut polluamini per eos : ego Dominus Deus veſter.

32. Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis : & time Dominum Deum tuum : ego ſum Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

30..... ſancta mea timebitis..... *Heſych. in Levit. 137. d.*

31. Non ſequemini ventriloquos, & veneficis non adjungamini, ut polluamini in eis.....

32. A facie ſenioris exſurges, & honorabis perſonam presbyteri : & timebis Dominum Deum tuum : ego ſum Dominus Deus tuus. *Cypr. l. 3. Teſtim. 325. c. Lucif. Cal. pro S. Athan. 183. e.*

VULGATA NOVA.

Exod. 22. 21. 33. Si habitaverit advena in terra veſtra, & moratus fuerit inter vos, non exprobretis ei :

34. ſed ſit inter vos quaſi indigena : & diligetis eum quaſi voſmetipſos : fuiſtis enim & vos advenæ in terra Ægypti : ego Dominus Deus veſter.

VULGATA NOVA.

35. Nolite facere iniquum aliquid in judicio, in regula, in pondere, in menſura.

36. Statera juſta, & æqua ſint pondera, juſtus modius, æquuſque ſextarius : ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de terra Ægypti.

37. Cuſtodite omnia præcepta mea, & univerſa judicia, & facite ea : ego Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

35. Non facietis injuſtè in judicio, in menſura, & in penſo, & in ſtateris. *Lucif. Cal. ibid. 183. g.*

36. Staterâ juſtâ penſabitis.....

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 30. Græc. Καὶ ἀπὸ τῶν ἁγίων μου φοβηθήσεσθε, *Et à ſanctis meis timebitis.*

℣. 31. Gr. Οὐκ ἐπακολουθήσετε ἐγγαστριμύθοις, ἢ τοῖς ἐπαοιδοῖς ἢ προσκομηθήσεσθε, ἐκμιανθῆναι ἐν αὐτοῖς. Vide Auguſt. inf. c. 20. ℣. 27. ubi *ventriloqui* & *incantatoris* voces adhibet. Item ſup. Capitul. LIII. *Ventriloquos & incantatores non audiendos.*

℣. 32. Eadem ſunt in Græco, præter levia iſta, πολιᾷ, *cani*, loco *ſenioris*, πρόσωπον, *faciem*, loco *perſonam*, & ὑμῶν, *veſter*, in fine, non *tuus*. Poſt *timebis* verò Græc. non addit *Dominum*.

℣. 35. Græc. Οὐ ποιήσετε ἄδικον ἐν κρίσει, ἐν μέτροις, ἢ ἐν σταθμίοις, ἢ ἐν ζυγοῖς. i. e. *Non facietis injuſtum in judicio, in menſuris, & in ponderibus, & in ſtateris.*

℣. 36. Græc. Ζυγὰ δίκαια, ἢ σταθμία δίκαια, ἢ χοῦς δίκαιος ἔσται ἐν ὑμῖν, &c. i. e. *Stateræ juſtæ, & pondera juſta, & congius juſtus erit in vobis ;* quibus alludens Hieron. in Ezech. 45. to. 3. col. 1039. f. ait : *Non erit in marſupio tuo menſura grandis, & minor : ſtatera vera & juſta erit vobis, & menſura vera & juſta erit vobis.* Vide ſup. Capitul. LVI.

CAPUT XX.

VULGATA NOVA.

1. LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens :

VERSIO ANTIQUA. VULGATA NOVA.

Heſych. in Levit. 138. g. 2. Et filiis Iſraël loquere..... 2. Hæc loquêris filiis Iſraël : Homo de filiis Iſraël, & de advenis qui habitant in Iſraël, ſi quis dederit de ſemine ſuo idolo Moloch, morte moriatur : populus terræ lapidabit eum.

Sup. 18. 21.

3. Et ego ponam faciem meam contra illum : ſuccidamque eum de medio populi ſui, eò quòd dederit de ſemine ſuo Moloch, & contaminaverit ſanctuarium meum, ac polluerit nomen ſanctum meum.

4. Quòd ſi negligens populus terræ, & quaſi parvipendens imperium meum, dimiſerit hominem qui dedit de ſemine ſuo Moloch, nec voluerit eum occidere :

VULGATA NOVA.

5. ponam faciem meam ſuper hominem illum, & ſuper cognationem ejus, ſuccidamque & ipſum, & omnes qui conſenſerunt ei ut fornicaretur cum Moloch, de medio populi ſui.

6. Anima, quæ declinaverit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi ſui.

1. Pet. 1. 16. 7. Sanctificamini & eſtote ſancti, quia ego ſum Dominus Deus veſter.

8. Cuſtodite præcepta mea, & facite ea : ego Dominus qui ſanctifico vos.

VERSIO ANTIQUA.

5..... ita ut fornicentur in principes de populo ſuo. *Aug. quæſt. 72. in Levit. t. 3. 521. a.*

6..... Anima, quæ ſecuta fuerit ventriloquos, vel incantatores, ut fornicetur poſt eos, obfirmabo faciem meam contra animam illam, & perdam illam de populo ſuo. *Anon. de xl. manſ. ap. Ambr. 18. a.*

7..... Sancti eſtote, quoniam & ego ſanctus ſum, Dominus Deus veſter. *Vigil. Tapſ. contr. Varim. 746. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Græc. λαλήσεις, *loquêris.*

℣. 5. Græcè, ὥστε ἐκπορνεύειν αὐτὸν εἰς τὰς ἄρχοντας ἐκ τῆς λαοῦ αὐτῶν, *ut fornicaretur ipſe in principes*, &c. ut ſup. at in Mſ. Oxon. nec non in editt. Ald. & Compl. legitur, ὥστε ἐκπορνεύειν αὐτούς, ut apud Aug. ſup. Obſervant noſtri BB. præp. *in*, ante *principes*, excidiſſe de editt. Aug. reſtitutam verò fuiſſe ex Mſs. codd. & ex Græco, nec malè ; Auguſt. enim proximè addit : *Non de populo ſuo principes* dici, *ſed de populo ſuo fornicentur ;* porro ſi tollatur præpoſ. *in*, vix alius ſenſus admitti poteſt, præter illum quem exhibent verba iſta, *principes de populo ſuo*, cui contradicere videtur Auguſt. cùm addit : *Eos quippe principes vult hîc intelligi, qui pro diis colebantur, ſicut Apoſt. dicit : Secundùm principem poteſtatis aëris ;* & verò ſup. Capitul. LVII. hab. *Quicunque dederit filiam ſuam principi Moloch, morte moriatur.*

℣. 6. Similia quæque in Græco, niſi excipias verbum ἐπιστήσω, *ſtatuam*, vel *inſiſtam*, pro *obfirmabo*. Vid. ſup. Capitul. LVIII. ubi *præcantatores* nominantur, in Græco ἐπαοιδοῖς.

℣. 7. Ita Siric. PP. epiſt. 1. to. 1. p. 630. c. Ita quoque Cypr. de orat. Dom. 207. b. uſque ad vocem *Dominus*. Gr. Καὶ ἔσεσθε ἅγιοι, ὅτι ἅγιος ἐγὼ Κύριος, &c. *Et eritis ſancti, quia ſanctus ego Dominus*, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Capitul. sup. LIX. 9. Qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur.....

Aug. quæst. 73. in Levit. t. 3. 521. c. 10. Homo homo quicunque adulteraverit uxorem viri, aut quicunque adulteraverit uxorem proximi sui, morte moriantur qui adulteravit, & quæ adulterata est.

Capitul. LXI. sup. 11. Cum uxore patris qui dormierit..... ambo moriantur.....

Capitul. LXII. 12. Si quis manserit cum nuru sua, ambo moriantur.....

Capitul. LXIII. 13. Quicunque manserit cum masculo concubito muliebri..... ambo moriantur.....

Capitul. LXIV. 14. Quicunque acceperit mulierem & matrem ejus..... igni cremabuntur.....

Capitul. LXV. 15. Quicunque dederit concubitum in quadrupede, moriatur: & quadrupedem occidetis.

Aug. quæst. 74. in Levit. 521. d. 16. Et mulier quæ accesserit ad omne pecus, ascendi ab eo, interficietis mulierem & pecus: morte moriantur, rei sunt.

Hieron. contr. Helvid. t. 4. part. 2. 140. c. 17. Qui acceperit sororem suam de patre suo, vel de matre sua, & viderit turpitudinem ejus, & ipsa viderit turpitudinem illius; opprobrium est: & exterminabuntur coram filiis generis sui; turpitudinem sororis suæ detexit, peccatum suum recipiet.

VULGATA NOVA.

9. Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur: patri, matrique maledixit, sanguis ejus sit super eum. *Exod.* 21. 17. *Prov.* 20. 20. *Matth.* 15. 4. *Marc.* 7. 10. *Deut.* 22. 22. *Joh.* 8. 5.

10. Si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetraverit cum conjuge proximi sui, morte moriantur & mœchus & adultera.

11. Qui dormierit cum noverca sua, & revelaverit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo: sanguis eorum sit super eos.

12. Si quis dormierit cum nuru sua, uterque moriatur, quia scelus operati sunt: sanguis eorum sit super eos.

13. Qui dormierit cum masculo coitu femineo, uterque operatus est nefas, morte moriantur: sit sanguis eorum super eos.

14. Qui supra uxorem filiam, duxerit matrem ejus, scelus operatus est: vivus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio vestri.

15. Qui cum jumento & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidite.

16. Mulier quæ succubuerit cuilibet jumento, simul interficietur cum eo: sanguis eorum sit super eos. *Sup.* 18. 23.

17. Qui acceperit sororem suam, filiam patris sui, vel filiam matris suæ, & viderit turpitudinem ejus, illaque conspexerit fratris ignominiam; nefariam rem operati sunt: occidentur in conspectu populi sui, eò quòd turpitudinem suam mutuò revelaverint, & portabunt iniquitatem suam. *Sup.* 18. 6.

VULGATA NOVA.

18. Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & revelaverit turpitudinem ejus, ipsaque aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo de medio populi sui.

19. Turpitudinem materteræ & amitæ tuæ non discooperies: qui hoc fecerit, ignominiam carnis suæ nudavit, portabunt ambo iniquitatem suam.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 76. in Levit. t. 3. 521. g. 20. Quicunque dormierit cum cognata sua, turpitudinem cognationis suæ revelavit: sine filiis morientur.

VULGATA NOVA.

20. Qui coierit cum uxore patrui, vel avunculi sui, & revelaverit ignominiam cognationis suæ, portabunt ambo peccatum suum: absque liberis morientur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Græc..... ὃς ἂν κακῶς εἴπῃ τὸν πατέρα, &c. Similiter Hilar. in Ps. 118. 330. a. *Dominus*, inquit, *inimicos diligi jussit, & maledicentes patrem aut matrem reos esse mortis constituit.*

℣. 10. Ita in Græco edit. Ald. præter unum θανατόσθω. In Mss. Vatican. & al. edd. bene quidem θανατόσθωσαν, *moriantur*, sed non geminatur vox ἄνθρωπος, deleturque *sui*, post vocem *proximi*; edit. tamen Compl. cum Ald. addit, αὐτῦ, sicut omnes in fine, ὁ μοιχεύων καὶ ἡ μοιχευομένη. Similiter habet August. ibid. cùm proximè addat: *Pluraliter dixit*, morte moriantur, *hoc est, qui adulteravit, & quæ adulterata est*: attamen in Ms. Oxon. ut in edit. Ald. legitur θανατόθω, non θανατόσθωσαν. Tum August. ibid. *Aliquid distare voluit inter quemlibet virum, & proximum, quamvis multis locis proximum pro omni homine ponat: sed quæ est ista locutio, ut cùm jam dixisset de viro, hoc idem repetierit de proximo, cùm sit consequens ut multò magis ab uxore proximi abstinendum sit, si ab uxore cujuslibet viri abstinendum est?* Vide Capitul. LX. sup.

℣. 11. Græc. Καὶ ἐάν τις κοιμηθῇ μετὰ γυναικὸς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἀσχημοσύνην τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἀπεκάλυψε, θανάτῳ θανατούσθωσαν, &c.

℣. 12. Gr. Καὶ ἐάν τις κοιμηθῇ μετὰ νύμφης αὐτοῦ, θανάτῳ θανατούσθωσαν ἀμφότεροι, &c.

℣. 13. Gr. Καὶ ὃς ἂν κοιμηθῇ μετὰ ἄρσενος κοίτην γυναικὸς.... θανάτῳ θανατούσθωσαν, &c.

℣. 14. Similiter in Græco. Ὃς ἂν λάβῃ γυναῖκα, καὶ τὴν μητέρα αὐτῆς, ἀνόμημά ἐστιν, ἐν πυρὶ καταυσθήσονται αὐτὸν καὶ αὐτούς, &c.

℣. 15. Ita in Græco: nisi quòd additur αὐτῦ, post *concubitum*, & θανάτῳ, *morte*, ante *moriatur*.

℣. 16. Itidem Græcè, præter hoc, ἥτις προσελεύσεται, *quæcunque accedet*, loco, *quæ accesserit*; item post *ascendi*, additur αὐτήν. Vide sup. Capitul. LXVI.

℣. 17. Hæc omnia aptè conveniunt cum Græco, exceptis his levibus, ὃς ἂν, *quicunque*, pro *qui*, & κομίσηται in plurali, pro *recipiet*, deletur etiam *suum*, post *peccatum*; sed in edit. Compl. habetur: ἁμαρτίαν αὐτῦ λήψεται, in Ald. verò ἁμαρτίαν αὐτῶν λήψονται, in Ms. Oxon. ἁμαρτίαν αὐτῶν κομίσηται. August. locut. 46. de Levit. 355. f. ita legit: *Quicunque acceperit sororem suam ex patre suo, aut ex matre sua, & viderit turpitudinem ejus, & ipsa viderit turpitudinem ejus, turpitudinem sororis suæ revelavit: peccatum suum accipient*: & quæst. 75. in Lev. col. 521. f. *Quicunque acceperit sororem suam ex patre suo, aut..... & viderit turpitudinem ejus: improperium est; exterminabuntur in conspectu generis sui: turpitudinem sororis suæ revelavit; peccatum accipient*, edit. hîc addunt *suum*. Hesych. in Levit. col. 140. g. legit ex LXX. *In conspectu filiorum generis sui*. August. ubi sup. addit: *Quid ait in hoc loco*, viderit, *nisi concumbendo cognoverit? sicut in Lege dicitur*, cognovit uxorem suam, *pro eo quod est, mixtus est ei*. Vide sup. Capitul. LXVII. ubi *extirpabuntur*, pro *exterminabuntur*; Gr. ἐξολεθρευθήσονται.

℣. 20. Ad verbum è Græco. Capitul. LXVIII. supra hab. *Si quisquam coierit..... cum uxore patrui, vel avunculi*, al. *patris*: ad quod Aug. ubi sup. *Quæritur*, inquit, *quousque sit intelligenda ista cognatio, cùm ex longo gradu liceat utique accipere uxorem, semperque licuerit; sed intelligendum est ex his gradibus, quos prohibuit, non licere, & secundùm ipsos dictum*: Quicunque dormierit cum cognata sua, *ubi & aliquas non commemoratas intelligendas dimisit, sicut sororem de utroque parente* (℣. 19.) *sicut uxorem fratris matris, id est, avunculi: nam de uxore patrui primùm prohibuit, quamvis hæc, non cognatio, sed affinitas perhibetur*, &c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

21. Qui duxerit uxorem fratris ſui, rem faeit illicitam, turpitudinem fratris ſui revelavit: abſque liberis erunt.

VERSIO ANTIQUA.

21. Quicunque ſumpſerit fratris uxorem, immunditia eſt, turpitudo: ſine liberis morientur. *Tertul. de Monog. 954. b.*

VULGATA NOVA.

22. Cuſtodite leges meas, atque judicia, & facite ea: ne & vos evomat terra quam intraturi eſtis & habitaturi.

23. Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulſurus ſum ante vos. Omnia enim hæc fecerunt, & abominatus ſum eas.

24. Vobis autem loquor: Poſſidete terram eorum, quam dabo vobis in hæreditatem, terram fluentem lacte & melle: ego Dominus Deus veſter, qui ſeparavi vos à cæteris populis.

VULGATA NOVA.

25. Separate ergo & vos jumentum mundum ab immundo, & avem mundam ab immunda: ne polluatis animas veſtras in pecore, & avibus, & cunctis quæ moventur in terra, & quæ vobis oſtendi eſſe polluta.

VERSIO ANTIQUA.

25. Et ſegregabitis voſmetipſos inter medium pecorum mundorum, & inter medium pecorum immundorum, & inter medium volucrum mundarum, & immundarum: & non exſecrabiles facietis animas, & in pecoribus, & in volucribus, & in omnibus ſerpentibus terræ, quæ ego ſegregavi vobis in immunditiam. *Aug. Locut. 47. t. 3. 355. g.* *Idem quæſt. 76. in Levit. 522. b.*

1. *Pet.* 1. 16. 26. Eritis mihi ſancti, quia ſanctus ſum ego Dominus, & ſeparavi vos à cæteris populis, ut eſſetis mei.

26. Eritis mihi ſancti, quia ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter, qui ſegregavi vos ab omnibus gentibus, eſſe mihi. *Auct. l. 1. de voc. gent. ap. S. Leon. c. 5. p. 2. f.*

Deut. 18. 11. 1. *Reg.* 28. 7. 27. Vir, ſive mulier, in quibus pythonicus, vel divinationis fuerit ſpiritus, morte moriantur: lapidibus obruent eos: ſanguis eorum ſit ſuper illos.

27. Et vir, aut mulier, ſi fortè fuerit illi ventriloquus, aut incantator, morte moriantur ambo: lapidibus lapidabitis eos: rei ſunt. *Aug. quæſt. 77. in Levit. t. 3. 522. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 21. Similiter in Græco, exceptis his: Ὃς ἐὰν λάβῃ γυναῖκα τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ ſubinde loco *turpitudo*, ſic, ἀσχημοσύνην τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ ἀπεκάλυψε, *turpitudinem fratris ſui revelavit.*

℣. 25. Hæc omnia concinunt cum Græco, paucis exceptis, nempe loco *voſmetipſos*, legitur ἀυτὰς, ſed alibi ἑαυτὰς, item ὑμῶν additur poſt *animas*, detrahiturque ſeq. & *;* & in fine habetur, ἐν ἀκαθαρσίᾳ, *in immunditia*, non *in immunditiam.*

℣. 26. Græc. ipſo initio habet, καὶ reliqua quadrant ad verbum.

℣. 27. Optimè è Gr. niſi quòd loco *ſi fortè fuerit illi*, habetur, ὃς ἂν γένηται αὐτῶν, *quicunque fuerit eorum*: mox Auguſt. ibid. *Utrùm vir & mulier, an vir & ventriloquus, aut mulier & ventriloquus, ſive incantator? ſed hoc magis & qui habet, & quem habet.* (Mſs. prope omnes, & *quæ habet*, non & *quem.*) Vide Capitul. LIX. ſup.

CAPUT XXI.

VULGATA NOVA.

1. DIxit quoque Dominus ad Moyſen: Loquere ad ſacerdotes filios Aaron, & dices ad eos: Ne contaminetur ſacerdos in mortibus civium ſuorum,

2. niſi tantùm in conſanguineis, ac propinquis, id eſt, ſuper patre, & matre, & filio, & filia, fratre quoque,

3. & ſorore virgine quæ non eſt nupta viro:

4. ſed nec in principe populi ſui contaminabitur.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET ait Dominus ad Moyſen, dicens: Dic ſacerdotibus filiis Aaron, & dices ad eos: In animabus non contaminabuntur in gente ſua; *Hieron. in Agg. 2. t. 3. 1697. d.*

2. ſed in cognatis, qui appropinquant eis, ſuper matre, & ſuper patre, & ſuper filiis, & filiabus, & ſuper fratre,

3. & ſorore ſua virgine, quæ appropinquat ei, & non eſt tradita viro; ſuper his contaminabitur:

4. & non polluetur repente in populo ſuo in contaminationem ſui.

Sup. 19. 27. *Ezech.* 44. 20. 5. Non radent caput, nec barbam, neque in carnibus ſuis facient inciſuras.

6. Sancti erunt Deo ſuo, & non polluent nomen ejus: incenſum enim Domini, & panes Dei ſui offerunt, & ideo ſancti erunt.

5. Et calvitium non rademini ſuper mortuum..... & ſuper carnes ſuas non ſecabunt ſectiones. *Aug. Locut. 49. t. 3. 356. b.*

6..... dona Domini veſtri ipſe offeret..... *Heſych. in Levit. 143. g.*

Sup. 19. 29. 7. Scortum & vile proſtibulum non ducent uxorem, nec eam quæ repudiata eſt à marito:

7. Mulierem fornicariam & profanam non accipient, & mulierem ejectam à viro ſuo: quo- *Aug. quæſt. 78. in Levit. t. 3. 522. c. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita è Græco, verbum de verbo. Similiter Auguſt. Locut. 48. to. 3. 356. a. *Dic ſacerdotibus filiis Aaron; & dices ad eos: In animabus non inquinabuntur in gente eorum.* Gr. Οὐ μιανθήσονται ἐν..... αὐτῶν, Capitul. LXX. utitur etiam verbo *inquinari.*

℣. 2. Ita primùm Græcè: Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ οἰκείῳ τῷ ἔγγισα αὐτῶν, Auguſt. bene Locut. 48. to. 3. 356. a. *Niſi in propinquo qui proximus eſt eis.* Mox in Gr. ἐπὶ πατρὶ καὶ μητρὶ, (Mſ. Alex. καὶ ἐπὶ μητρὶ) καὶ υἱοῖς, καὶ θυγατράσιν, ἐπ' ἀδελφῷ, Mſ. Alex. cum Ald. edit. καὶ ἐπὶ υἱοῖς. Compl. καὶ ἐπ' ἀδελφῷ.

℣. 3. Græc. Καὶ ἐπ' ἀδελφῇ παρθένῳ τῇ ἐγγιζούσῃ αὐτῷ, τῇ μὴ ἐκδεδομένῃ ἀνδρὶ, &c. ut in Lat. ſup. In editt. Ald. & Compl. Καὶ ἐπ' ἀδελφῇ αὐτοῦ παρθένῳ.

℣. 4. Græcè, ipſo initio deeſt &, loco verò *in contaminationem ſui*, habetur, εἰς βεβήλωσιν αὐτοῦ, *in profanationem ſuam*; cætera ut in Lat. ſup. Heſych. in Levit. col. 142. e. h. ſic habet: *Non polluetur exſubito in populo ſuo, ad profanationem ſuam*, inf. *ejus.*

℣. 5. Græc. addit, τὴν κεφαλὴν, *caput*, verbo *rademini*, & poſt *mortuum*, ſeq. Καὶ τὴν ὄψιν τοῦ πώγωνος οὐ ξυρήσονται, & *aſpectum barbæ non radent*: cætera concordant ad verbum.

℣. 6. Græc. Τὰς γὰρ θυσίας Κυρίου λοῦσα τοῦ Θεοῦ αὐτῶν αὐτοὶ προσφέρουσι.

℣. 7. Totidem verba in Græco. Eadem rurſus habet

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Aug. ubi sup. niam sanctus est Domino Deo suo, & sanctificabis eum.	quia consecrati sunt Deo suo,
8. Dona Domini Dei vestri iste offeret: sanctus est, quoniam sanctus ego, Dominus, qui sanctifico eos.	8. & panes propositionis offerunt. Sint ergo sancti, quia & ego sanctus sum, Dominus, qui sanctifico eos.
Capitul. LXXI. sup. 9. Filia viri sacerdotis si prostituatur ad fornicandum..... igne cremabitur.	9. Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro, & violaverit nomen patris sui, flammis exuretur.
Aug. quæst. 79. in Levit. 522. e. Ibid. quæst. 80. 522. f. Item quæst. 81. 10. Et sacerdos magnus è fratribus suis, cui fusum est super caput ex oleo christo, & consummatus manus induere vestimenta, caput non reteget cidari, & vestimenta sua non scindet:	10. Pontifex, id est, sacerdos maximus inter fratres suos, super cujus caput fusum est unctionis oleum, & cujus manus in sacerdotio consecratæ sunt, vestituſque est sanctis vestibus, caput suum non discooperiet, vestimenta non scindet:
Ibid. 523. d. ¶ 11. & super omnem animam mortuam non introibit: super patrem suum, & super matrem suam non inquinabitur.	11. & ad omnem mortuum non ingredietur omnino: super patre quoque suo & matre non contaminabitur.
Hieron. ep. ad Paulam, t. 4. 57. f. 12. Et de sanctis non exiet, & non contaminabitur sanctificatio Dei ejus, quia sanctum oleum unctionis à Deo super eum est.....	12. Nec egredietur de sanctis, ne polluat sanctuarium Domini, quia oleum sanctæ unctionis Dei sui super eum est: ego Dominus.
13. Uxorem virginem accipiet:	13. Virginem ducet uxorem: *Ezech.*
14. Viduam autem & ejectam, & meretricem non accipiet, sed virginem de genere suo.....	14. Viduam autem & repudiatam, & sordidam, atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo: 44. 22.
15. & non contaminabit semen suum in populo: ego Dominus qui sanctifico eum.	15. ne commiſceat stirpem generis sui vulgo gentis suæ: quia ego Dominus qui sanctifico eum.
	16. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:
Cypr. ep. 68. 117. 17..... Homo in quo fuerit macula & vitium, non accedet offerre dona Deo.	17. Loquere ad Aaron: Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo,

VULGATA NOVA.

18. nec accedet ad ministerium ejus: si cæcus fuerit, si claudus, si parvo vel grandi vel torto naso,

19. si fracto pede, si manu,

20. si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si jugem scabiem, si impetiginem in corpore,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Auguſt. locut. 50. de Levit. col. 356. b. excepto uno, *sanctificabit*; at in Græco constanter, ἁγιάζεις, *sanctificabis*, ut sup. in Quæst. Notat Auguſt. in Locut. non dixisse: *Quoniam sancti sunt; sed tanquam de uno loqueretur, eùm cæperit à plurali, deinde sequitur singulariter*: & sup. Quæst. 78. *De pluribus*, inquit, *qui uno sunt tempore sacerdotibus loquebatur*, & *de uno quoque eorum dixit*: Quoniam sanctus est, *locutione qua solet uti Scriptura; nam unum illum summum postea commemorat, qui intrabat ad sancta sanctorum.* Hesych. in Levit. col. 143. g. similiter habet: *Mulierem meretricem & profanam non accipient.*

℣. 8. Sic est in Græco ad verbum. Auguſt. infra leg. *ipse*, non *iste*; in Gr. Vatic. ἕτος, at in Mſ. Oxon. αὐτος. Eadem iterum quæ supra refert Auguſt. Locut. 50. 356. b. Apud Hesych. in Levit. col. 143. h. sic: *Sanctus erit, quia sanctus sum ego Dominus, qui sanctifico eos.*

℣. 9. Similiter Gr. Καὶ θυγάτηρ ἀνθρώπου ἱερέως ἐὰν βεβηλωθῇ τῷ ἐκπορνεῦσαι..... ἐπὶ πυρὸς κατακαυθήσεται.

℣. 10. Similiter in Græco, nisi quòd ibi deest vox *manus*, nec non pronomen *sua*, post *vestimenta*; sed Ald. ed. & Compl. hîc addunt αὐτῦ, sicut Mſ. Oxon. & Compl. sup. τὰς χεῖρας, post verbum *consummatus*, pro quo τελειωμένυ ἐνδύσασθαι τὰ, &c. *qui consummatus est ad induenda*, &c. at loco χρισῦ, Mſ. Oxon. habet: χρίσεως, *unctionis*, Compl. χρισματος. Auguſt. ait, *ipsum oleum* constanter appellari in Scriptura *christum*. Leo M. serm. 55. 125. d. postrema sic leg. *De capite suo cidarim non deponet*, & *vestimenta sua non disrumpet*. Gr. τὴν κεφαλὴν ἐκ ἀποκαλύψει, &c. Hieron. epist. ad Fabiol. to. 2. col. 576. c. *Caput suum non discooperiet.*

℣. 11. Ad verbum è Græco, excepto uno & , post *suum*, pro quo ὑδὲ; sed al. ponitur ἐν. Auguſt. addit: *Ordo est verborum: Super patrem suum non inquinabitur, nec super matrem suam.* Similiter habet Tertul. de Monog. p. 954. b. *Super omnem animam defunctam sacerdos non introibit; & super patrem suum, & super matrem suam non contaminabitur*; item l. 4. adverſ. Marc. 717. c. nisi quòd delet ibi *super matrem suam*. Hesych. in Levit. col. 144. h. legit: *Super omnem animam mortuam non ingredietur.* Hieron. epist. ad Fabiol. to. 2. 576. c. addit: *Super patre suo, & matre sua non inquinabitur.* Vid. Aug. quæst. 83. 523. g.

℣. 12. Idem Hieron. epist. ad Fabiol. to. 2. p. 572. f. legit: *Et de sanctis non egredietur.* Auguſt. quæst. 82. in Levit. 523. d. *Et de sanctis non exibit:* Hieron. addit sup. *Et non polluet sanctificationem Dei sui.* Græc. Καὶ ἐκ τῶν ἁγίων ὐκ ἐξελεύσεται, ἐὰν ὐ βεβηλώσει τὸ ἡγιασμένον τῦ Θεῦ αὐτῦ, ὅτι τὸ ἅγιον ἔλαιον τὸ χρισὸν τῦ Θεῦ ἐπ' αὐτῷ· ἐγὼ Κύριος.

℣. 13. Græcè præponitur ἕτος, *hic*: item post *virginem*, additur ἐκ τῦ γένες αὐτῦ, *de genere suo.* Siricius PP. ep. 1. to. 1. p. 750. a. habet: *Sacerdos uxorem virginem accipiat, non viduam, non ejectam*, seu cum Mſs. duob. *nec relictam.* Hilarus PP. ep. 2. Conc. to. 4. p. 1036. c. *Sacerdos virginem uxorem accipiat, non viduam, non repudiatam.* Innoc. 1. ep. 3. to. 1. p. 770. c. *Uxorem virginem accipiat sacerdos*: & epist. 39. col. 911. c. *non viduam, non abjectam*; & sup. ep. 17. col. 831. b. *non ejectam.*

℣. 14. Græc. post *ejectam*, addit, ἐ βεβηλωμένην, & *profanatam*; item ταύτας *has*, post *meretricem*, & loco *de genere suo*, sic: ἐκ τῦ λαῦ αὐτῦ, *de populo suo.* Hesych. verò in Levit. col. 145. b. legit: *de genere suo.* Vide ℣. 13. sup.

℣. 15. Græc. Καὶ ὐ βεβηλώσει τὸ σπέρμα αὐτῦ ἐν τῷ λαῷ αὐτῦ· ἐγὼ Κύριος ὁ ἁγιάζων αὐτόν. Unde Hesych. in Levit. col. 145. d. *Et non profanabit semen in populo suo.* Auguſt. quæst. 84. in Levit. col. 524. b. addit: *Ego Dominus qui sanctifico eum.*

℣. 17. Græc. Εἶπον Ἀαρών· Ἄνθρωπος ἐκ τῦ γένες συ εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν, τινὶ ἐὰν ᾖ ἐν αὐτῷ μῶμος, ὐ προσελεύσεται προσφέρειν τὰ δῶρα τῦ Θεῦ αὐτῦ. *Dic Aaron: Homo de genere tuo in generationes vestras, cuicunque fuerit in eo macula, non accedet ad offerendum munera Dei sui.* At Cypr. constanter legit ut supra in textu, tum ep. 72. p. 128. tum ep. 64. p. 111. b. Similiter hab. Capitul. LXXII. sup. sed absque *vitium.* Item Hieron. in Soph. 3. to. 3. 1672. a. *Et sacerdos in quo fuerit macula, non accedet offerre oblationes Domino.* Aug. l. 2. contra epist. Parmen. c. 7. col. 32. e. 33. a. *Homo qui habuerit maculam & vitium, non accedet dona offerre Deo.* Hesych. in Levit. col. 145. h. *In quo fuerit macula, non accedet.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

vel hernioſus.

21. Omnis qui habuerit maculam de ſemine Aaron ſacerdotis, non accedet offerre hoſtias Domino, nec panes Deo ſuo :

22. veſcetur tamen panibus qui offeruntur in ſanctuario,

23. ita duntaxat, ut intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare, quia maculam habet, & contaminare non debet ſanctuarium meum. Ego Dominus qui ſanctifico eos.

24. Locutus eſt ergo Moyſes ad Aaron, & ad filios ejus, & ad omnem Iſraël, cuncta quæ fuerant ſibi imperata.

CAPUT XXII.

VULGATA NOVA.

1. LOcutus quoque eſt Dominus ad Moyſen, dicens :

2. Loquere ad Aaron & ad filios ejus, ut caveant ab his quæ conſecrata ſunt filiorum Iſraël, & non contaminent nomen ſanctificatorum mihi, quæ ipſi offerunt : ego Dominus.

3. Dic ad eos, & ad poſteros eorum : Omnis homo, qui accefferit de ſtirpe veſtra ad ea quæ conſecrata ſunt, & quæ obtulerunt filii Iſraël Domino, in quo eſt immunditia, peribit coram Domino : ego ſum Dominus.

4. Homo de ſemine Aaron, qui fuerit leproſus, aut patiens fluxum ſeminis, non veſcetur de his quæ ſanctificata ſunt mihi, donec ſanetur. Qui tetigerit immundum ſuper mortuo, & ex quo egreditur ſemen quaſi coitus,

5. & qui tangit reptile, & quodlibet immundum, cujus tactus eſt ſordidus,

VERSIO ANTIQUA.

1. ET locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens : *Aug. quæſt. 85. in Levit. 524. f. g.*

2. Dic Aaron & filiis ejus, & adtendant à ſanctis filiorum Iſraël, & non profanabunt nomen ſanctum meum, quanta ipſi ſanctificant mihi : ego Dominus.

3. Et dices illis : In progenies veſtras omnis homo, quicunque acceſſerit ab omni ſemine veſtro ad ſancta, quæcunque ſanctificaverint filii Iſraël Domino, & erit immunditia ejus in illo, exterminabitur anima illa à me : ego Dominus Deus veſter.

4..... & qui tetigerit omnem immunditiam animæ..... *Idem quæſt. 86. 525. b.*

5..... aut ſupra hominem, in quo inquinavit illum, ſecundùm omnem immunditiam ipſius..... *Heſych. in Levit. 147. g.*

VULGATA NOVA.

6. immundus erit uſque ad veſperum, & non veſcetur his quæ ſanctificata ſunt : ſed cùm laverit carnem ſuam aquâ,

7. & occubuerit ſol, tunc mundatus veſcetur de ſanctificatis, quia cibus illius eſt.

8. Morticinum & captum à beſtia non comedent, nec polluentur in eis : ego ſum Dominus. *Exod. 22. 31. Sup. 17. 15. Deut. 14. 21. Exech. 44. 31.*

9. Cuſtodiant præcepta mea, ut non ſubjaceant peccato, & moriantur in ſanctuario, cùm polluerint illud : ego Dominus qui ſanctifico eos.

10. Omnis alienigena non comedet de ſanctificatis, inquilinus ſacerdotis & mercenarius non veſcentur ex eis.

VERSIO ANTIQUA.

11. Si autem ſacerdos poſſederit animam emptam pecuniâ, hic edet de panibus ejus..... *Aug. Locut. 51. 356. c.*

12. Et filia hominis ſacerdotis ſi fuerit viro alienigenæ..... *Ibid. Locut. 52.*

VULGATA NOVA.

11. Quem autem ſacerdos emerit, & qui vernaculus domûs ejus fuerit, hi comedent ex eis.

12. Si filia ſacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit : de his quæ ſanctificata ſunt, & de primitiis non veſcetur :

13. ſin autem vidua, vel repudiata, & abſque liberis reverſa fuerit ad domum patris ſui : ſicut puella conſueverat, aletur cibis patris ſui. Omnis alienigena comedendi ex eis non habet poteſtatem.

13..... *Vid. Not.*

14. Qui comederit de ſanctificatis per ignorantiam, addet quintam partem cum eo quod comêdit, & dabit ſacerdoti in ſanctuarium.

15. Nec contaminabunt ſanctificata filiorum Iſraël, quæ offerunt Domino :

16. ne fortè ſuſtineant iniquitatem delicti ſui, cùm ſanctificata comederint : ego Dominus qui ſanctifico eos,

17. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens :

18. Loquere ad Aaron & filios ejus & ad omnes filios Iſraël, diceſque ad eos : Homo de domo Iſraël, & de advenis qui habitant apud vos, qui obtulerit oblationem ſuam, vel vota ſolvens, vel ſponte offerens, quidquid illud obtulerit in holocauſtum Domini,

19. ut offeratur per vos, maſculus immaculatus erit ex bobus, & ovibus, & ex capris :

20. ſi maculam habuerit, non offeretis, neque erit acceptabile.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1..... 2. Similiter in Gr. verbum pro verbo.

℣. 3. Ita de Græco ad verbum, niſi quòd loco & *dices*, hab. εἶπον (f. εἰπὸν *dic*) & pro *erit*, ἦ, *fuerit*. Idem Auguſt. infra leg. *quæ ſanctificant* ; at mel. ſup. *ſanctificaverint* ; nam in Gr. ἁγιάζωσιν, in Compl. tamen ἁγιάζῃ. Vid. ſup. Capitul. LXXIII.

℣. 4. Gr. Καὶ ὁ ἁπτόμενος, &c. ut in Lat. Similiter Heſych. in Levit. col. 147. f. *Qui tetigerit omnem immunditiam animæ* ; id eſt, inquit Auguſt. ſupra : *aliquid morticinum, cujus ſecundùm Legem tactus inquinat.*

℣. 5. Itidem Græcè, excepto verbo μιανεῖ, *inquinabit*, pro *inquinavit*.

℣. 11. Græc. loco, *emptam*, hab. ἐγκτῆσιν, *acquiſitam, comparatam* ; reliqua quadrant.

℣. 12. Ita in Græco. Heſych. in Levit. col. 148. e. ſic reddit : *Et filia ſacerdotis nupta fuerit homini alienigenæ.*

℣. 13. Græcè, Καὶ θυγάτηρ ἱερέως ἐὰν γένηται χήρα ἢ ἐκβεβλημένη, σπέρμα δὲ μὴ ᾖ αὐτῇ, ἐπαναστρέψει ἐπὶ τὸν οἶκον τὸν πατρικὸν κατὰ τὴν νεότητα αὐτῆς· ἀπὸ τῶν ἄρτων τοῦ πατρὸς αὐτῆς φάγεται, &c. Quæ Tertul. l. de Monog.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Deut. 15. 21. *Eccli.* 35. 14. 21. Homo qui obtulerit victimam pacificorum Domino, vel vota solvens, vel sponte offerens, tam de bobus quàm de ovibus, immaculatum offeret, ut acceptabile sit: omnis macula non erit in eo.

VERSIO ANTIQUA.

Hesych. in Levit. 150. *b.* 22..... non offerent hæc Domino, & super altare non dabitur de eis super altare Domino.

VULGATA NOVA.

22. Si cæcum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulas, aut scabiem, aut impetiginem: non offeretis ea Domino, nec adolebitis ex eis super altare Domini.

VULGATA NOVA.

23. Bovem & ovem, aure & cauda amputatis, voluntariè offerre potes, votum autem ex eis solvi non potest.

24. Omne animal, quod vel contritis, vel tusis, vel sectis ablatisque testiculis est, non offeretis Domino, & in terra vestra hoc omnino ne faciatis.

25. De manu alienigenæ non offeretis panes Deo vestro, & quidquid aliud dare voluerit, quia corrupta, & maculata sunt omnia: non suscipietis ea.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 53. 356. *c.* 26. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens:

27. Vitulum, aut ovem, aut capram, cùm natum fuerit, & erit septem dies sub matre sua.....

VULGATA NOVA.

26. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

27. Bos, ovis, & capra, cùm genita fuerint, septem diebus erunt sub ubere matris suæ: die autem octavo, & deinceps offerri poterunt Domino.

VULGATA NOVA.

28. Sive illa bos, sive ovis, non immolabuntur una die cum fetibus suis.

29. Si immolaveritis hostiam pro gratiarum actione Domino, ut possit esse placabilis,

30. eodem die comedetis eam, non remanebit quidquam in manè alterius diei: ego Dominus.

31. Custodite mandata mea, & facite ea: ego Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

Ibid. Locut. 54. 32..... & sanctificabor in medio filiorum Israël.....

VULGATA NOVA.

32. Ne polluatis nomen meum sanctum, ut sanctificer in medio filiorum Israël. Ego Dominus qui sanctifico vos,

33. & eduxi de terra Ægypti, ut essem vobis in Deum: ego Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

p. 954. b. optimè reddit, dicens: *Sacerdotis jubet viduam vel ejectam, si semen non fuerit illi, in domum patris sui regredi, & de pane ejus ali.*

℣. 22. Græc. Οὐ προσάξεσι ταῦτα τῷ Κυρίῳ, καὶ εἰς κάρπωσιν οὐ δώσετε ἀπ' αὐτῶν ἐπὶ τὸ, &c. ut in Lat. *Non adducent hæc Domino, & in hostiam non dabitis de eis super*, &c.

℣. 26. Itidem Græcè.

℣. 27. Vix meliùs è Græco, detracta ultima voce *sua*; addunt tamen editt. Ald. & Compl. ὑπὸ τὴν μητέρα αὐτῆς. Augustin. observat sup. hîc iterum redundare &, ante *erit*, *secundùm usitatissimas locutiones in Scripturis, quas*, inquit, *Latini plerique transferre noluerunt.*

℣. 32. Ita etiam in Græco.

CAPUT XXIII.

VERSIO ANTIQUA.

VULGATA NOVA.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

Aug. Locut. 55. *de Levit.* 356. *e.* 2. Loquere ad filios Israël, & dices ad eos: Solemnia Domini, quæ vocabitis vocata sancta, ista sunt solemnia mea.

2. Loquere filiis Israël, & dices ad eos: Hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis sanctas.

3. Sex diebus facies opera.....

3. Sex diebus facietis opus: dies septimus, quia sabbati requies est, vocabitur sanctus: omne opus non facietis in eo: sabbatum Domini est in cunctis habitationibus vestris.

Hesych. in Levit. 152. *d. g.* 4. Hæ vocatæ sanctæ, quas vocabitis eas in festivitatibus vestris.

4. Hæ sunt ergo feriæ Domini sanctæ, quas celebrare debetis temporibus suis.

VULGATA NOVA.

Exod. 12. 18. *Num.* 28. 16. 5. Mense primo, quartadecima die mensis ad vesperum, Phase Domini est:

6. & quintadecima die mensis hujus, solemnitas azymorum Domini est. Septem diebus azyma comedetis:

7. dies primus erit vobis celeberrimus, sanctusque: omne opus servile non facietis in eo:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Rectè è Græco, si addas *ea*, verbo *vocabitis*; nam in Græco sic: ἃς καλέσετε αὐτὰς κλητὰς, (suppl. ἑορτάς.)

℣. 3. Græc. ἐξ ἡμέρας, &c.

℣. 4. Græc. Αὗται αἱ ἑορταὶ τῷ Κυρίῳ κληταὶ ἅγιαι, ἃς καλέσετε αὐτὰς ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν· i. e. *Hæ sunt solemnitates Domino vocatæ sanctæ, quas vocabitis eas in temporibus vestris.* Legebat Hesych. ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν· nam proximè addit: *Hæc nostra translatio* (Vulg.) *planiùs habet*, temporibus suis.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

8. ſed offeretis ſacrificium in igne Domino ſeptem diebus : dies autem ſeptimus erit celebrior & ſanctior : nullumque ſervile opus facietis in eo.

VERSIO ANTIQUA.

8. Offeretis holocauſtomata Domino ſeptem diebus : dies autem ſeptimus erit celebrior & ſanctior : nullumque opus ſervile facietis in eo. *Heſych. ubi ſup.*

VULGATA NOVA.

9. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens :
10. Loquere filiis Iſraël, & dices ad eos : Cùm ingreſſi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & meſſueritis ſegetem, feretis manipulos ſpicarum, primitias meſſis veſtræ, ad ſacerdotem :
11. qui elevabit faſciculum coram Domino, ut acceptabile ſit pro vobis, altero die ſabbati, & ſanctificabit illum.
12. Atque in eodem die quo manipulus conſecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocauſtum Domini.
13. Et libamenta offerentur cum eo, duæ decimæ ſimilæ conſperſæ oleo in incenſum Domini, odoremque ſuaviſſimum : liba quoque vini, quarta pars hin.

VULGATA NOVA.

14. Panem, & polentam, & pultes non comedetis ex ſegete, uſque ad diem qua offeretis ex ea Deo veſtro. Præceptum eſt ſempiternum in generationibus, cunctiſque habitaculis veſtris.
Deut. 16. 9. 15. Numerabitis ergo ab altero die ſabbati, in quo obtuliſtis manipulum primitiarum, ſeptem hebdomadas plenas,

VERSIO ANTIQUA.

14..... & fricta cedrinea non manducabitis, uſque in illam ipſam diem, quouſque offeretis munera Deo veſtro. Legitimum æternum in progenies veſtras..... *Idem, 153. g.*
15. Et numerabitis vobis à die craſtino ſabbati, qua obtulerit gremium ſuperpoſitionis; ſeptem ſeptimanas integras numerabis. *Aug. Locut. 56. de Levit. 356. e.*

VULGATA NOVA.

16. uſque ad alteram diem expletionis hebdomadæ ſeptimæ, id eſt, quinquaginta dies : & ſic offeretis ſacrificium novum Domino
17. ex omnibus habitaculis veſtris, panes primitiarum duos de duabus decimis ſimilæ fermentatæ, quos coquetis in primitias Domini.
18. Offeretiſque cum panibus ſeptem agnos immaculatos anniculos, & vitulum de armento unum, & arietes duos, & erunt in holocauſtum cum libamentis ſuis, in odorem ſuaviſſimum Domino.
19. Facietis & hircum pro peccato, duoſque agnos anniculos hoſtias pacificorum.

VULGATA NOVA.

20. Cùmque elevaverit eos ſacerdos cum panibus primitiarum coram Domino, cedent in uſum ejus.

VERSIO ANTIQUA.

20. Et ſeparabit ea ſacerdos ſeparatione cum panibus primitiarum ante Dominum, cum duobus agnis..... cedentque in uſus ejus ſacerdotis offerentis ea. *Heſych. in Levit. 154. f.*

VULGATA NOVA.

21. Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque ſanctiſſimum : omne opus ſervile non facietis in eo. Legitimum ſempiternum erit in cunctis habitaculis, & generationibus veſtris.
Sup. 19. 9. 22. Poſtquam autem meſſueritis ſegetem terræ veſtræ, non ſecabitis eam uſque ad ſolum : nec remanentes ſpicas colligetis, ſed pauperibus & peregrinis dimittetis eas. Ego ſum Dominus Deus veſter.
23. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens :

VULGATA NOVA.

Num. 29. 1. 24. Loquere filiis Iſraël : Menſe ſeptimo, prima die menſis, erit vobis ſabbatum, memoriale, clangentibus tubis, & vocabitur ſanctum :
25. omne opus ſervile non facietis in eo, & offeretis holocauſtum Domino.
26. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens :
Sup. 16. 29. Num. 29. 7. 27. Decimo die menſis hujus ſeptimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur

VERSIO ANTIQUA.

24. Loquere filiis Iſraël, dicens : Menſe ſeptimo, unâ menſis, erit vobis requies in memoriale tubarum; vocata ſancta erit vobis :
25. omne opus ſervile non facietis, & accendetis holocauſtum Domino. *Ambroſ. l. de fide reſur. t. 2. 1162. e.*

27. Septimi menſis dies decimus, dies propitiationis; ſancta erit vobis dies, & vexabitis ani- *Ambr. in Pſ. 118. 1021. d. Tertul. cont. Pſych. 982. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. Græc. Καὶ προσάξετε, & *adducetis*, loco *offeretis*; deinde ut ſup. præter ult. iſta, Καὶ ἡ ἡμέρα ἡ ἑβδόμη κλητὴ ἁγία ἔσται ὑμῖν· πᾶν ἔργον λατρευτὸν οὐ ποιήσετε. *Et dies ſeptima vocata ſancta erit vobis : omne opus ſervile non facietis.*

℣. 14. Græc. Καὶ ἄρτον, ἢ φθορυγμένα χίδρα νέα, &c. *Et panem, & fricta chidra nova*, &c. ut in Lat. ſup. niſi excipias verbum, προσενέγκητε, *obtuleritis*, pro *offeretis*. Quod autem legitur ſup. *cedrinea*, vitiosè videtur ſcriptum à ſciolo quodam, vel imperito ſcriba, loco *cytra nova* : Heſychius enim paulò ſup. loquens de Chriſto, ait : *Et cibum nobis nova polenta, & pultium, ſive ut LXX.* cytrorum, *præſtitit : non enim* nova *ſolùm, ſed* & cytra *Chriſti præcepta ſunt, ſive ut* mollia; *ſic enim* cytra *alii Interpretes ediderunt.* Vox igitur *cedrinea*, malè reddita videtur de Græco, χίδρα νέα, quaſi unum verbum eſſet χιδρανεα, cùm ſint duo, & χίδρα, & νέα.

℣. 15. Græc. Καὶ ἀριθμήσετε ὑμῖν ἀπὸ τῆς ἐπαύριον τῶν σαββάτων, ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς ἂν προσενέγκητε τὸ δράγμα τῆ ἐπιθέματος, ἑπτὰ ἑβδομάδας ὁλοκλήρους. In Mſ. Oxon. ac editt. Ald. & Compl. hîc additur ἀριθμήσεις, ut apud Aug. ſup. qui etiam ait : *Non dixit :* numerabis, *ſed* numerabis, *cùm ad plures ſuperiùs loqueretur :* verſu tamen ſeq. legitur, ἀριθμήσετε, *numerabitis.*

℣. 20. Paulùm diſſimiliter Græcè : Καὶ ἐπιθήσει αὐτὰ ὁ ἱερεὺς, μετὰ τῶν ἄρτων τῆ προθεσιογενήματος, ἐπίθεμα ἐναντίον Κυρίου, μετὰ τῶν δύο ἀμνῶν, ἅγια ἔσονται τῷ Κυρίῳ τῷ ἱερεῖ τῷ προσφέροντι αὐτὰ αὐτῷ ἔσται. i. e. *Et imponet ea ſacerdos cum panibus primæ frugis, ſuperpoſitionem ante Dominum cum duobus agnis; ſancta erunt Domino : ſacerdoti offerenti illa, ei erunt.* His autem poſterioribus, *ſacerdoti offerenti*, &c. reſpondent Heſychii iſta : *cedentque in uſus* &c. quæ παραφρασικῶς videntur dicta.

℣. 24. Optimè de Græco, niſi quòd pro *menſe ſeptimo*, legitur ibi, τῆ μηνὸς τῆ ἑβδόμη, *menſis ſeptimi*, abſque *in*, ante *memoriale*. Eadem memorat idem Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1021. d. dicens : *Dies feſtus ſeptimi menſis, neomeniæ,* & *memoriale tubarum.*

℣. 25. Sic etiam in Græco, præter unum προσάξετε, *adducetis*, pro *accendetis*; fortè ſcripſit Ambroſ. *accedetis*; vide etiam eundem in Pſ. 118. col. 1021. d.

℣. 27. Priora verba uſque ad hoc, *ſancta erit*, de Am-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

mas veſtras.....

VULGATA NOVA.

ſanctus : affligetiſque animas veſtras in eo, & offeretis holocauſtum Domino.

28. Omne opus ſervile non facietis in tempore diei hujus : quia dies propitiationis eſt, ut propitietur vobis Dominus Deus veſter.

Tertul. ubi ſup. 29. Et omnis anima, quæ vexata non fuerit in illa die, exterminabitur de populo ſuo.

29. Omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis ſuis:

VULGATA NOVA.

30. & quæ operis quippiam fecerit, delebo eam de populo ſuo.

31. Nihil ergo operis facietis in eo : legitimum ſempiternum erit vobis in cunctis generationibus, & habitationibus veſtris :

VERSIO ANTIQUA.

Heſych. in Levit. 155. *b.* 32. ſabbata ſabbatorum erunt vobis.....

VULGATA NOVA.

32. ſabbatum requietionis eſt, & affligetis animas veſtras die nono menſis : A veſpera uſque ad veſperam celebrabitis ſabbata veſtra.

33. Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens :

Hieron. in Zach. 14. *t.* 3. 1801. *d.* 34..... Menſe ſeptimo, quintadecima die menſis, tabernaculorum ſolemnitas.....

34. Loquere filiis Iſraël : A quintodecimo die menſis hujus ſeptimi, erunt feriæ tabernaculorum ſeptem diebus Domino.

35. Dies primus vocabitur celeberrimus atque ſanctiſſimus : omne opus ſervile non facietis in eo. *Joan. 7.* 37.

Heſych. in Levit. 156. *c.* 36.... dies octavus vocalis ſanctus erit.... egreſſus eſt.....

36. Et ſeptem diebus offeretis holocauſta Domino : dies quoque octavus erit celeberrimus atque ſanctiſſimus, & offeretis holocauſtum Domino : eſt enim cœtus atque collectæ : omne opus ſervile non facietis in eo.

VULGATA NOVA.

37. Hæ ſunt feriæ Domini, quas vocabitis celeberrimas atque ſanctiſſimas, offeretiſque in eis oblationes Domino, holocauſta & libamenta juxta ritum uniuſcujuſque diei :

38. exceptis ſabbatis Domini, doniſque veſtris, & quæ offeretis ex voto, vel quæ ſponte tribuetis Domino.

39. A quintodecimo ergo die menſis ſeptimi, quando congregaveritis omnes fructus terræ veſtræ, celebrabitis ferias Domini ſeptem diebus : die primo & die octavo erit ſabbatum, id eſt requies.

40. Sumetiſque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, ſpatulaſque palmarum, & ramos ligni denſarum frondium, & ſalices de torrente, & lætabimini coram Domino Deo veſtro :

VERSIO ANTIQUA.

Miſſal. Rom. ad commun. ſabb. IV. temper. Sept. 41..... Menſe ſeptimo feſta celebrabitis,

VULGATA NOVA.

41. celebrabitiſque ſolemnitatem ejus ſeptem diebus per annum : legitimum ſempiternum erit in generationibus veſtris. Menſe ſeptimo feſta celebrabitis,

42. & habitabitis in umbraculis ſeptem diebus : omnis, qui de genere eſt Iſraël, manebit in tabernaculis :

43..... cùm in tabernaculis habitare fecerim filios Iſraël, cùm educerem eos de terra Ægypti : ego Dominus Deus veſter.

43. ut diſcant poſteri veſtri, quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Iſraël, cùm educerem eos de terra Ægypti : ego Dominus Deus veſter.

44. Locutuſque eſt Moyſes ſuper ſolemnitatibus Domini ad filios Iſraël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

broſio ſunt, reliqua ex Tertulliano. Græcè ita : Καὶ τῇ δεκάτῃ τοῦ μηνὸς τοῦ ἑβδόμου τούτου, ἡμέρα ἐξιλασμοῦ, κλητὴ ἁγία ἔσται ὑμῖν· καὶ ταπεινώσετε τὰς ψυχὰς ὑμῶν· *Et decimâ menſis ſeptimi hujus, dies propitiationis, vocata ſancta erit vobis : & humiliabitis animas veſtras.*

℣. 29. Græcè, Πᾶσα ψυχὴ, ἥτις μὴ ταπεινωθήσεται ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, &c. ut in Lat.

℣. 32. Ita primò Græc. habet : ſed addit : Καὶ ταπεινώσετε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. Similiter Ambr. in Luc. 20. col. 1511. d. *Sabbato humiliabis animam tuam :* ſubinde in Gr. ἀπὸ ἑσπέρας ἕως ἑσπέρας σαββατιεῖτε τὰ σάββατα ὑμῶν· unde Tichon. reg. 5. col. 61. c. *A veſpera in veſperam obſcuravi* (l. *obſervavi*) *diem ſabbatorum.*

℣. 34. Græc. Τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς τοῦ ἑβδόμου τούτου, ἑορτὴ σκηνῶν ἑπτὰ ἡμέρας τῷ Κυρίῳ. Apud Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 1021. d. ſic : *Quintuſdecimus dies, dies tabernaculorum per octo dies.*

℣. 36. Græc. Ἡ ἡμέρα ἡ ὀγδόη κλητὴ ἁγία ἔσται ὑμῖν, καὶ προσάξετε ὁλοκαυτώματα Κυρίῳ· ἐξόδιόν ἐστι.

℣. 41. Similiter in Græco.

℣. 43. Græc. Ὅτι ἐν σκηναῖς κατώκισα τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, ἐν τῷ ἐξαγαγεῖν με αὐτοὺς, &c. ut in Lat.

Digitized by Google

CAPUT XXIV.

VULGATA NOVA.

1. ET locutus est Dominus ad Moysen, dicens:
2. Præcipe filiis Israël, ut afferant tibi oleum de olivis purissimum, ac lucidum, ad concinnandas lucernas jugiter,

VERSIO ANTIQUA.

3..... Incendent eas Aaron, & filii ejus, à vespera usque manè..... *Hesych. in Levit. 158. g.*

4. Incendent lucernas ante Dominum usque manè. *159. b.*

VULGATA NOVA.

5. Accipies quoque similam, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas:
6. quorum senos altrinsecus super mensam purissimam coram Domino statues:
7. & pones super eos thus lucidissimum, ut sit panis in monimentum oblationis Domini.
8. Per singula sabbata mutabuntur coram Domino susceptі à filiis Israël fœdere sempiterno:
9. eruntque Aaron & filiorum ejus, ut comedant eos in loco sancto: quia sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini jure perpetuo.
10. Ecce autem egressus filius mulieris Israëlitidis, quem pepererat de viro Ægyptio inter filios Israël, jurgatus est in castris cum viro Israëlita.

VULGATA NOVA.

11. Cùmque blasphemasset nomen, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen. (Vocabatur autem mater ejus Salumith, filia Dabri de tribu Dan.)
12. Miseruntque eum in carcerem, donec nossent quid juberet Dominus.
13. Qui locutus est ad Moysen,
14. dicens: Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierunt, manus suas super caput ejus, & lapidet eum populus universus.
15. Et ad filios Israël loquêris: Homo, qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum:
16. & qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo, sive ille civis, sive peregrinus fuerit. Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur.
Exod. 21. 12. 17. Qui percusserit, & occiderit hominem, morte moriatur.

VERSIO ANTIQUA.

11. Et cùm nominasset filius mulieris Israëlitidis nomen, maledixit..... *Aug. Locut. 57. t. 3. 356. f.*

13. Et locutus est Dominus ad Moysen, *Cypr. l. 3. Testim. 308. c.*
14. dicens: Produc eum qui maledixerit, foras extra castra, & imponent omnes qui audierunt, manus suas super caput ejus, & lapidabit eum omnis synagoga filiorum Israël.
15..... Homo homo, si maledixerit Deum suum, peccatum accipiet: *Aug. quæst. 87. in Levit. t. 3. 525. c.*
16. nominans autem nomen Domini, morte moriatur.....

17. Et homo, qui percusserit omnem animam hominis, & mortuus fuerit, morte moriatur. *Idem. quæst. 88. 525. d.*

VULGATA NOVA.

18. Qui percusserit animal, reddet vicarium, id est, animam pro anima.
19. Qui irrogaverit maculam cuilibet civium suorum: sicut fecit, sic fiet ei:

VULGATA NOVA.

Exod. 21. 24. Deut. 19. 21. Matth. 5. 38. 20. fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet: qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogetur.

VERSIO ANTIQUA.

20. contritionem pro contritione, oculum pro oculo..... *Hesych. in Levit. 161. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Græc. Καὶ καύσουσιν αὐτὸ Ἀαρὼν, &c. ut in Lat.

℣. 4. Græc. Καύσεῖτε τὰς λύχνους, &c. ut in Lat. *Accendetis lucernas*, &c.

℣. 11. Ita è Græco ad verbum. Mox August. ibid. *Cùm hic non addiderit*, Dei, *manifestum est tamen nomen* Dei, *esse intelligendum*, *cui maledixit.*

℣℣. 13. 14. Similiter in Græco est, nisi quòd loco *produc..... foras*, exstat simpliciter ἐξάγαγε, *educ*, *ejice*; & pro *lapidabit*, ita, λιθοβολήσουσι, *lapidabunt*, absque his, *filiorum Israël.*

℣. 15. Ita August. ad verbum juxta Mss. Græc. Sar. ac edd. Compl. & Ald. nam in Ms. Vat. non geminatur vox Ἄνθρωπος· item loco *si*, legitur ὃς ἐὰν, nec additur pronomen *suum* ad *Deum*. Eodem modo iterum legitur apud August. Locut. 58. to. 3. 356. f. nisi quòd pronom. *suum*, quod in Quæst. refertur constanter ad *Deum*, hîc referri videtur ad *peccatum*, posita distinctione inter *Deum* & *suum*, nec malè; nam in Ms. Sar. iterum additur, αὐτῦ, sed post ἁμαρτίαν· verùm August. sup. Quæst. 87. hanc vocem excludere videtur, cùm dicat: *Quasi aliud sit maledicere Deum suum, aliud nominare nomen Domini; atque illud sit peccatum, hoc autem tantum nefas, ut etiam morte sit dignum..... quid ergo distat inter illud peccatum, & hoc tanti sceleris crimen?* &c. Demum ad hoc, *Homo homo*, observat August. in Locut. idem esse, *tanquam dicat, homo ille aut ille, hoc est, quicunque homo*, &c. Hesych. in Levit. col. 160. d. hab. *Homo homo, quicunque maledixerit Deo, peccatum accipiet.*

℣. 16. Itidem Græcè. Hesych. in Levit. col. 160. d. sic: *Qui autem nominat nomen Domini*, &c. ut sup.

℣. 17. Græc. Καὶ ἄνθρωπος ὃς ἂν παίξῃ ψυχὴν ἀνθρώπου, ᾗ ἀποθάνῃ, &c. ut in Lat. Editio Ald. habet, πᾶσαν ψυχήν, cum August. Hesychius verò in Levit. col. 161. a. sic reddit: *Qui percusserit animam hominis, morte moriatur:* & August. in Quæst. sup. *Non ait: Quicunque percusserit hominem.... sed animam hominis.*

℣. 20. Itidem Græcè.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

21. Qui percuſſerit jumentum, reddet aliud. Qui percuſſerit hominem, punietur.

22. Æquum judicium ſit inter vos, ſive peregrinus, ſive civis peccaverit: quia ego ſum Dominus Deus veſter.

23. Locutuſque eſt Moyſes ad filios Iſraël: & eduxerunt eum qui blaſphemaverat, extra caſtra, ac lapidibus oppreſſerunt. Feceruntque filii Iſraël ſicut præceperat Dominus Moyſi.

CAPUT XXV.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 89. in Levit. t. 3. 525. g. 526. a. b.

2..... Cùm introieritis in terram quam ego do vobis, & requieverit terra quam ego do vobis, ſabbata Domini.

3. Sex annis ſeminabis agrum tuum, & ſex annis putabis vineam tuam, & congregabis fructum ejus:

4. anno autem ſeptimo, ſabbata, requies erit terræ, ſabbata Domino: agrum tuum non ſeminabis, & vineam tuam non putabis.

5. Quæ ab ſe ſurgunt agrum tuum, non metes: & uvam ſanctificationis tuæ non vindemiabis: annus requieſcendi erit terræ:

6. & erunt ſabbata terræ eſca tibi, & puero tuo, & puellæ tuæ, & mercenario tuo, & inquilino, qui applicitus eſt ad te:

7. & pecoribus tuis, & beſtiis, quæ ſunt in terra tua; omne quod naſcetur ex eo, in eſcam.

Heſych. in Levit. 162. c.

8. Septem numerabis tibi requies annorum.....

Idem. 163. a. b.

10..... annus remiſſionis erit vobis..... & unuſquiſque ad patriam ſuam.....

Ibid. 163. c.

12..... de campis comedetis, quæ naſcuntur in ea.

13. Anno remiſſionis ſignificationis.....

14..... ſecundùm numerum annorum poſt ſignificationem poſſidebis à proximo.

VULGATA NOVA.

1. LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen in monte Sinai, dicens:

2. Loquere filiis Iſraël, & dices ad eos: Quando ingreſſi fueritis terram quam ego dabo vobis, ſabbatizes ſabbatum Domino. *Exod. 23. 10.*

3. Sex annis ſeres agrum tuum, & ſex annis putabis vineam tuam, colligeſque fructus ejus:

4. ſeptimo autem anno ſabbatum erit terræ, requietionis Domini: agrum non ſeres, & vineam non putabis.

5. Quæ ſponte gignet humus, non metes: & uvas primitiarum tuarum non colliges quaſi vindemiam: annus enim requietionis terræ eſt:

6. ſed erunt vobis in cibum, tibi & ſervo tuo, ancillæ & mercenario tuo, & advenæ, qui peregrinantur apud te:

7. jumentis tuis & pecoribus, omnia quæ naſcuntur, præbebunt cibum.

8. Numerabis quoque tibi ſeptem hebdomadas annorum, id eſt, ſepties ſeptem, quæ ſimul faciunt annos quadraginta novem:

9. & clanges buccinâ menſe ſeptimo, decima die menſis, propitiationis tempore in univerſa terra veſtra.

10. Sanctificabiſque annum quinquageſimum, & vocabis remiſſionem cunctis habitatoribus terræ tuæ: ipſe eſt enim jubilæus. Revertetur homo ad poſſeſſionem ſuam, & unuſquiſque rediet ad familiam priſtinam:

11. quia jubilæus eſt & quinquageſimus annus. Non ſeretis, neque metetis ſponte in agro naſcentia, & primitias vindemiæ non colligetis,

12. ob ſanctificationem jubilæi, ſed ſtatim oblata comedetis.

13. Anno jubilæi redient omnes ad poſſeſſiones ſuas;

14. quando vendes quippiam civi tuo, vel emes ab eo, ne contriſtes fratrem tuum, ſed juxta numerum annorum jubilæi emes ab eo,

VULGATA NOVA.

15. & juxta ſupputationem frugum vendet tibi.

16. Quantò plures anni remanſerint poſt jubilæum, tantò creſcet & pretium: & quantò minus temporis numeraveris, tantò minoris & emptio conſtabit: tempus enim frugum vendet tibi.

17. Nolite affligere contribules veſtros, ſed timeat unuſquiſque Deum ſuum, quia ego Dominus Deus veſter.

18. Facite præcepta mea, & judicia cuſtodite, & implete ea, ut habitare poſſitis in terra abſque

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Similiter in Græco, ſi excipias duo, ἀναπαύζεσθαι, *requieſcet*, pro *requieverit*, & Κυρίῳ, *Domino*, loco *Domini*. Vide ſeq. apud Aug.

℣℣. 3. 4. Eadem leguntur in Græco, verbum pro verbo.

℣. 5. In Græco primùm: Καὶ τὰ αὐτόμαλα ἀναβαίνοντα τῆ ἀγρῆ σε· *Et quæ ab ſe ſurgunt de agro tuo*; reliqua ut in Lat. niſi excipiatur vox ἀναπαύσεως, *requietis*, loco *requieſcendi*. Similiter Heſych. in Levit. col. 162. reddit, *uvam ſanctificationis*, è Græco, σαφυλὴν τῆ ἁγιάσμαλος.

℣. 6. Concinit Græc. niſi quòd habet, βρώμαλα, *eſcæ*, pro *eſca*; rectè Ambroſ. tum l. de fug. ſæc. c. 8. 436. a. tum ep. 67. 1060. b. *Et erunt ſabbata terræ vobis eſcæ*. Item Heſych. in Levit. 162. c. *LXX.* inquit, *non dixerunt, inquilinos, ſed, inquilino adjacenti ad te.*

℣. 7. Similiter in Græco, niſi quòd ante *omne*, ponitur, ἔσαι, *erit*, & pro *quod naſcetur ex eo*, legitur, τὰ γέννημα αὐτῆ, *progenies*, vel *fructus ejus*.

℣. 8. Græc. Καὶ ἐξαριθμήσεις σεαυτῷ ἑπλὰ ἀναπαύσεις ἐτῶν. i. e. *Et enumerabis tibiipſi ſeptem requietes annorum.*

℣. 10. Græcè. Ἐνιαυτὸς ἀφέσεως, σημασία αὕτη ἔσαι ὑμῖν· ἢ ἀπελεύζεσθαι εἰς ἕκασος εἰς τὴν κτῆσιν αὐτῆ, ἢ ἕκασος εἰς τὴν παλεὶαν αὐτῆ ἀπελεύσεσθε. *Annus remiſſionis, ſignificatio hæc erit vobis: & redibit unuſquiſque in poſſeſſionem ſuam, & unuſquiſque in patriam ſuam redibitis.*

℣. 12. Græc. ſimiliter habet, præter hoc, τὰ γεννήμαλα αὐτῆς, *fructus ejus*, loco *quæ naſcuntur in ea*; quod idem ſonat.

℣. 13. Græc. Ἐν τῷ ἔτει τῆς ἀφέσεως σημασίας αὐτῆς ἐπανελεύζεσθαι εἰς τὴν ἐγκλησιν αὐτῆ.

℣. 14. Ad verbum è Græco, niſi excipias iſtud, *poſſidebis*, pro quo κτήσῃ, mel. *acquires*.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ullo pavore,

19. & gignat vobis humus fructus ſuos, quibus veſcamini uſque ad ſaturitatem, nullius impetum formidantes.

20. Quòd ſi dixeritis: Quid comedemus anno ſeptimo, ſi non ſeverimus, neque collegerimus fruges noſtras?

21. Dabo benedictionem meam vobis anno ſexto, & faciet fructus trium annorum:

VULGATA NOVA.

22. ſeretiſque anno octavo, & comedetis veteres fruges uſque ad nonum annum: donec nova naſcantur, edetis vetera.

VERSIO ANTIQUA.

22..... comedetis vetera veterum. *Heſych. in Lev. 165. b.*

23. Terra quoque non vendetur in perpetuum: quia mea eſt, & vos advenæ & coloni mei eſtis:

23. Et terra non venundabitur in profanationem: mea enim eſt terra, propter quod proſelyti & incolæ vos eſtis ante me: *Aug. quæſt. 90. in Levit. t. 3. 526. d. e.*

24. unde cuncta regio poſſeſſionis veſtræ ſub redemptionis conditione vendetur.

24. & per omnem terram poſſeſſionis veſtræ mercedem dabitis terræ. *Idem quæſt. 91. & 92. 526. f. g.*

VULGATA NOVA.

25. Si attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſſiunculam ſuam, & voluerit propinquus ejus, poteſt redimere quod ille vendiderat:

26. ſin autem non habuerit proximum, & ipſe pretium ad redimendum potuerit invenire:

27. computabuntur fructus ex eo tempore quo vendidit: & quod reliquum eſt, reddet emptori, ſicque recipiet poſſeſſionem ſuam:

28. quòd ſi non invenerit manus ejus ut reddat pretium, habebit emptor quod emerat, uſque ad annum jubilæum. In ipſo enim omnis venditio redibit ad dominum, & ad poſſeſſorem priſtinum.

29. Qui vendiderit domum intra urbis muros, habebit licentiam redimendi, donec unus impleatur annus:

30. ſi non redemerit, & anni circulus fuerit evolutus, emptor poſſidebit eam, & poſteri ejus in perpetuum, & redimi non poterit, etiam in jubilæo.

VULGATA NOVA.

31. Sin autem in villa fuerit domus, quæ muros non habet, agrorum jure vendetur: ſi ante redempta non fuerit, in jubilæo revertetur ad dominum.

VERSIO ANTIQUA.

31..... ad agrum terræ æſtimabuntur..... *Heſych. in Levit. 165. c.*

VULGATA NOVA.

32. Ædes Levitarum, quæ in urbibus ſunt, ſemper poſſunt redimi:

33. ſi redemptæ non fuerint, in jubilæo revertentur ad dominos, quia domus urbium Levitarum pro poſſeſſionibus ſunt inter filios Iſraël.

34. Suburbana autem eorum non veneant, quia poſſeſſio ſempiterna eſt.

VULGATA NOVA.

35. Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu, & ſuſceperis eum quaſi advenam & peregrinum, & vixerit tecum,

VERSIO ANTIQUA.

35..... & vivet frater tuus tecum: *Ambr. de Tob. c. 15. t. 1. 608. f.*

36. ne accipias uſuras ab eo, nec ampliùs quàm dediſti. Time Deum tuum, ut vivere poſſit frater tuus apud te.

37. Pecuniam tuam non dabis ei ad uſuram, & frugum ſuperabundantiam non exiges.

37. Pecuniam tuam non dabis illi in uſuram, & in amplius recipiendum non dabis illi eſcas tuas.

VULGATA NOVA.

38. Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de terra Ægypti, ut darem vobis terram Chanaan, & eſſem veſter Deus.

39. Si paupertate compulſus vendiderit ſe tibi frater tuus, non eum opprimes ſervitute famulorum,

40. ſed quaſi mercenarius & colonus erit: uſque ad annum jubilæum operabitur apud te,

41. & poſtea egredietur cum liberis ſuis, & revertetur ad cognationem & ad poſſeſſionem patrum ſuorum;

42. mei enim ſervi ſunt, & ego eduxi eos de terra Ægypti: non veneant conditione ſervorum:

43. ne affligas eum per potentiam, ſed metuito Deum tuum.

44. Servus & ancilla ſint vobis de nationibus quæ in circuitu veſtro ſunt.

45. Et de advenis qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra veſtra, hos habebitis famulos:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 22. Itidem Græcè.

℣. 23. Optimè de Græco, præter hoc, *in profanationem*, pro quo εἰς βεβαίωσιν, *in confirmationem*; at in ed. Ald. legitur, εἰς βεβήλωσιν, ut ſup. Utramque lectionem notat ipſe Auguſt. ibid. ſed priorem magis probare videtur: *Alii codices*, inquit, *habent* in confirmationem, *quam mendoſitatem in alterutris priùs in Græco accidiſſe arbitror, propter verbi ſimilem ſonum:* βεβήλωσις *enim* profanatio *dicitur;* βεβαίωσις *autem* confirmatio: *ſed ille ſenſus apertus eſt:* Et terra non venundabitur in profanationem; *id eſt, ne quis auderet terram, quam accepit à Deo, vendere profanis..... Illud autem ſubobſcurum eſt:* Non venundabitur terra in confirmationem; *quod puto non intelligendum, niſi ne ita venditio confirmetur, ut eam non recipiat venditor, tempore remiſſionis, ſicut præceptum eſt. Quod verò ſequitur, utrique ſenſui poteſt congruere, ſive legatur* in profanationem, *ſive* in confirmationem. Vide ſeqq. quæſt. 91.

℣. 24. Ita in Græco, niſi excipias vocem λύτρα, loco *mercedem*, propriè *ſolutionis pretium:* unde Aug. ibid. *Alii autem codices habent: Redemptionem dabitis terræ:* & infra q. 92. 527. b. utrumque explanat; vide ſis.

℣. 31. Similiter in Gr. ubi, λογισθήσονται, pro *æſtimabuntur*, mel. *computabuntur.*

℣. 35. Itidem Græcè.

℣. 37. Græc. Τὸ ἀργύριόν σου οὐ δώσεις αὐτῷ ἐπὶ τόκῳ, καὶ ἐπὶ πλεονασμῷ οὐ δώσεις, &c. ut ſup. *Argentum tuum non dabis ei pro uſura, & pro excreſcentia non dabis*, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 59. 356. g. 46..... & erunt vobis in possessionem in æternum.....

VULGATA NOVA.

46. & hæreditario jure transmittetis ad posteros, ac possidebitis in æternum : fratres autem vestros filios Israël ne opprimatis per potentiam.

VULGATA NOVA.

47. Si invaluerit apud vos manus advenæ atque peregrini, & attenuatus frater tuus vendiderit se ei, aut cuiquam de stirpe ejus :

48. post venditionem potest redimi. Qui voluerit ex fratribus suis, redimet eum,

49. & patruus, & patruelis, & consanguineus, & affinis. Sin autem & ipse potuerit, redimet se,

VERSIO ANTIQUA.

Hesych. in Levit. 171. a. 50..... erit pecunia venditionis ejus, anno sicut dies mercenarii erit cum eo.

VULGATA NOVA.

50. supputatis duntaxat annis à tempore venditionis suæ usque ad annum jubilæum : & pecuniâ, qua venditus fuerat, juxta annorum numerum & rationem mercenarii supputatâ.

VULGATA NOVA.

51. Si plures fuerint anni qui remanent usque ad jubilæum, secundùm hos reddet & pretium :

52. si pauci, ponet rationem cum eo juxta annorum numerum, & reddet emptori quod reliquum est annorum,

53. quibus ante servivit mercedibus imputatis : non affliget eum violenter in conspectu tuo.

54. Quòd si per hæc redimi non potuerit, anno jubilæo egredietur cum liberis suis.

VERSIO ANTIQUA.

Tertul. adv. Gnost. 825. c. 55..... filii Israël famuli, pueri mei hi sunt, quos eduxi de terra Ægypti.

VULGATA NOVA.

55. Mei enim sunt servi, filii Israël, quos eduxi de terra Ægypti.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 46. *In possessionem in æternum.* Græcè, Κατόχιμοι εἰς τὸν αἰῶνα, *possessi in æternum ;* ad quod Aug. ibid. *Cùm de servis ageret, quos liceret habere Israëlitis ;* Et erunt vobis, *inquit*, in possessionem in æternum : *cùm utique æterni moriendo esse non possent, vel domini, vel servi :* æternum *ergo dixit, ubi non est temporis præstitutus modus quousque serviant, sicut constitutus est eis, quos in remissione dimitti jubet libertati suæ.*

℣. 50. In Græco sic : Καὶ ἔσαι τὸ ἀργύριον τῆς πράσεως αὐτῦ ὡς μισθίου· ἔτος ἐξ ἔτους ἔσαι μετ' αὐτῦ. i. e. *Et erit argentum venditionis ejus, tanquam mercenarii : annus ex anno erit cum eo.* al. ὡς ἡμέρα μισθίου, seu μισθωτῦ· *sicut dies mercenarii.*

℣. 55. Gr. Ὅτι ἐμοὶ οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ οἰκέται εἰσὶ, παῖδές μου, &c. *Quia mihi filii Israël domestici sunt, pueri mei,* &c. ut sup. In Mss. Alex. ac editt. Ald. & Compl. deest εἰσί.

CAPUT XXVI.

VERSIO ANTIQUA.

Tertul. adv. Gnost. 825. c. 1. EGo Dominus Deus vester : Non facietis vobis manufacta nec sculptile, nec staticulum statuetis vobis, nec lapidem scopum ponetis in terra vestra : ego Dominus Deus vester.

VULGATA NOVA.

1. EGo Dominus Deus vester : Non facietis vobis idolum & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, ut adoretis eum : ego enim sum Dominus Deus vester. *Exod. 20. 4. Deut. 5. 8. Ps. 96. 7.*

2. Custodite sabbata mea, & pavete ad sanctuarium meum : ego Dominus.

Aug. Locut. 60. t. 3. 357. a. 3. Si in præceptis meis ambulaveritis, & mandata mea observaveritis, & feceritis ea, & dabo pluviam vobis in tempore suo,

3. Si in præceptis meis ambulaveritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluvias temporibus suis, *Deut. 28. 1.*

Aug. contr. Adim. 8. 8. 142. e. f. 4. & producet terra fructus suos, & arbores poma.

4. & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur.

5. Et vindemiæ tuæ messibus succedent, & satio vindemiis : & saturabimini.....

5. Apprehendet messium tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem : & comedetis panem vestrum in saturitate, & absque pavore habitabitis in terra vestra.

6. Et sedebitis in pace in terra vestra : & dor-

6. Dabo pacem in finibus vestris : dormietis,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcè additur αὐτοῖς, post *vobis*, quod deest in Mss. Sar. item pro *sculptile*, hab. γλυπτὰ, *sculpta ;* in Mss. verò Sar. & Oxon. γλυπτὸν, ut sup. Item loco *staticulum statuetis*, est, στήλην ἀναστήσεσθε, *titulum erigetis ;* & post *vestra*, additur, προσκυνῆσαι αὐτῷ, *ad adorandum eum*, nec non εἰμὶ, post *ego*, quod abest à Mss. Sar. & Compl. cætera concordant.

℣. 3. Optimè de Græco, nisi quòd pro *observaveritis*, est φυλάξητε, *custodieritis*, quod idem valet.

℣. 4. Hoc, & de seqq. multa sensum magis reddunt quàm verba ; ea etiam ab Augustino non videntur ibi aliter prolata, quam ab Adimanto ipso proposita fuerant. Id jam observavimus supra ad Gen. 17. 9. idemque magis constabit ex his quæ infra subjicimus, eorundem contentione facta cum Græco, quod ita se habet : Καὶ ἡ γῆ δώσει τὰ γενήματα αὐτῆς, καὶ τὰ ξύλα τῶν πεδίων ἀποδώσει τὸν καρπὸν αὐτῶν. *Et terra dabit genimina sua, & ligna camporum reddent fructum suum.* Hesych. in Levit. col. 172. ex LXX. *Ligna campi dabunt fructum suum.*

℣. 5. Multò plura nunc habentur in Græco, scilicet : Καὶ καταλήψεται ὑμῖν ὁ ἀλοητὸς τὸν τρυγητὸν, καὶ ὁ τρυγητὸς καταλήψεται τὸν σπόρον· καὶ φάγεσθε τὸν ἄρτον ὑμῶν εἰς πλησμονήν· καὶ κατοικήσετε μετὰ ἀσφαλείας ἐπὶ τῆς γῆς ὑμῶν, καὶ πόλεμος οὐ διελεύσεται διὰ τῆς γῆς ὑμῶν. *Et comprehendet vobis trituratio vindemiam, & vindemia comprehendet sationem : & manducabitis panem vestrum ad saturitatem : & habitabitis cum securitate super terram vestram, & bellum non pertransibit per terram vestram.* Notandum verò ultima ista, καὶ πόλεμος, &c. usque ad finem ℣. desiderari in Mss. Sar. & Oxon. in Mss. verò Alex. ac edit. Compl. transferri infra, post *bestias malas de terra vestra.* Hesych. in Levit. col. 173. a. similiter ait legi apud LXX. *Et bellum non pertransibit terram.*

℣. 6. Magis concordant ista cum Græco : loco tamen

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& non erit qui exterreat. Auferam malas beſtias : & gladius non tranſibit terminos veſtros.

7. Perſequemini inimicos veſtros, & corruent coram vobis :

8. perſequentur quinque de veſtris centum alienos, & centum de vobis decem millia : cadent inimici veſtri gladio in conſpectu veſtro.

9. Reſpiciam vos, & creſcere faciam : multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiſcum.

10. Comedetis vetuſtiſſima veterum, & vetera novis ſupervenientibus projicietis.

11. Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, & non abjiciet vos anima mea.

VERSIO ANTIQUA.

mietis, & non erit qui vos terreat : & perdam omnem belluam ex terra veſtra. *Aug. ubi ſup.*

7. Et perſequemini inimicos veſtros, & cadent ante vos in gladio :

8. & inſequentur quinque ex vobis centum, & centum ex vobis perſequentur decem millia : & concident inimici veſtri ante vos in gladio.

9. Et veniam, & benedicam vos : & multiplicabo vos, & diſponam vos.

10. Manducabitis vetus quod inveteravit, & projicietis vetus ante novum.

11. Et ponam tabernaculum meum in vobis, & non abominabitur anima mea vos. *Aug. quæſt. 93. in Levit. t. 3. 527. b.*

VULGATA NOVA.

2. Cor. 6. 16. 12. Ambulabo inter vos, & ero Deus veſter, voſque eritis populus meus.

13. Ego Dominus Deus veſter : qui eduxi vos de terra Ægyptiorum, ne ſerviretis eis, & qui confregi catenas cervicum veſtrarum, ut incederetis erecti.

12..... *Vide Not.*

14. Quòd ſi non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, *Deut. 28. 25. Thren. 2. 17. Malach. 2. 2.*

15. ſi ſpreveritis leges meas, & judicia mea contempſeritis, ut non faciatis ea quæ à me conſtituta ſunt, & ad irritum perducatis pactum meum :

VULGATA NOVA.

16. ego quoque hæc faciam vobis : Viſitabo vos velociter in egeſtate, & ardore, qui conficiat oculos veſtros, & conſumat animas veſtras. Fruſtra ſeretis ſementem, quæ ab hoſtibus devorabitur.

17. Ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubjiciemini his qui oderunt vos : fugietis, nemine perſequente.

18. Sin autem nec ſic obedieritis mihi, addam correptiones veſtras ſeptuplum propter peccata veſtra,

19. & conteram ſuperbiam duritiæ veſtræ. Daboque vobis cœlum deſuper ſicut ferrum, &

VERSIO ANTIQUA.

16..... ſcabiem & morbum regium conſumentes oculos veſtros..... obfirmabo ſuper vos. *Heſych. in Levit. 174. b.*

18. Et ſi uſque adhuc non obedieritis mihi, & apponam caſtigare vos ſepties in peccatis veſtris, *Aug. Locut. 61. t. 3. 358. a.*

19..... Ponam cœlum vobis ferreum, & terram æneam. *Hieron. in Iſai. 5. t. 3. 48. a.*

VULGATA NOVA.

20. Conſumetur incaſſum labor veſter, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt.

21. Si ambulaveritis ex adverſo mihi, nec volueritis audire me, addam plagas veſtras in ſeptuplum propter peccata veſtra :

22. immittamque in vos beſtias agri, quæ conſumant vos, & pecora veſtra, & ad paucitatem cuncta redigant, deſertæque fiant viæ veſtræ.

23. Quòd ſi nec ſic volueritis recipere diſciplinam, ſed ambulaveritis ex adverſo mihi :

24. ego quoque contra vos adverſus incedam, & percutiam vos ſepties propter peccata veſtra :

25. inducamque ſuper vos gladium ultorem fœderis mei. Cùmque confugeritis in urbes, mittam peſtilentiam in medio veſtri, & tradémini in manibus hoſtium,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſedebitis in pace, nunc legitur, δώσω εἰρήνην, *dabo pacem*; & loco *omnem belluam*, θηρία πονηρὰ, *beſtias malas*.

℣. 7. Ita Græcè, excepta voce ultima, φόνῳ, vel cum Compl. ἐν φόνῳ, *cæde*, pro *in gladio*.

℣. 8. Aptè ad Græcum, niſi excipias præpoſition. *in*, quæ deeſt ante vocem *gladio*; item legitur ſupra, ἐξ ὑμῶν πέντε ἑκατόν, loco *quinque ex vobis centum*; in Mſ. Ox. πεντήκοντα ἑκατόν. Sic etiam vertiſſe LXX. auctor eſt Heſych. qui in Levit. col. 173. a. legit : *Expellent quinquaginta, centum quinquaginta.*

℣. 9. In Græco ſic : Καὶ ἐπιβλέψω ἐφ' ὑμᾶς, καὶ αὐξανῶ ὑμᾶς, καὶ πληθυνῶ ὑμᾶς, καὶ στήσω τὴν διαθήκην μου μεθ' ὑμῶν. *Et reſpiciam ſuper vos, & augebo, & multiplicabo vos, & ſtatuam teſtamentum meum vobiſcum.* Ald. edit. ante αὐξανῶ, ponit καὶ εὐλογήσω ὑμᾶς, *& benedicam vobis.*

℣. 10. Sequitur Græcè : Καὶ φάγεσθε παλαιὰ, καὶ παλαιὰ παλαιῶν, καὶ παλαιὰ ἐκ προσώπου νέων ἐξοίσετε. *Et manducabitis vetera, & vetera veterum, & vetera à facie novorum ejicietis.* In Compl. deeſt 1. παλαιά. Concinit Ambr. l. 2. de Cain, c. 6. to. 1. col. 215. b. ubi ſic : *Manducate vetera veterum, & vetera à facie novorum auferte.* Similiter habet Heſych. in Levit. col. 173. c. ex LXX. *Comedetis vetera veterum.*

℣. 11. Ita in Græco ad verbum : in Mſ. tamen Alex. ac edit. Ald. legitur, Καὶ θήσω τὴν διαθήκην μου, unde Heſych. in hunc loc. col. 173. d. *LXX.* inquit, *Conſtituam teſtamentum meum vobiſcum.*

℣. 12. Huic verſiculo reſpondent iſta de Ambroſio in Pſ. 118. to. 1. col. 1058. b. *Et inhabitabo in illis*; item l. de Parad. col. 176. e. & l. de Spir. S. to. 2. col. 683. f. *Et inhabitabo in illis*, & *inter eos ambulabo*, & *ero illorum Deus*, & *ipſi erunt mihi populus.* Similiter Hilar. in Pſ. 31. col. 448. f. *Habitabo in his*, & *in illis ambulabo*, & *ero illorum Deus*, & *ipſi erunt mihi populus.* Item Aug. l. 22. de civit. Dei, c. 29. to. 7. col. 700. c. *Ero illorum Deus*, & *ipſi erunt mihi plebs.* In Græco ſic : Καὶ ἐμπεριπατήσω ἐν ὑμῖν, καὶ ἔσομαι ὑμῶν Θεὸς, καὶ ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι λαός. *Et inambulabo in vobis*, & *ero veſter Deus*, & *vos eritis mihi populus.*

℣. 16. Græc. Καὶ ἐπισκόσω ἐφ' ὑμᾶς τὴν ἀπορίαν, τὴν τῶ ψώρᾳ, καὶ τὸν ἴκτερον σφακελίζοντα τὰς ὀφθαλμὰς ὑμῶν, καὶ τὴν ψυχὴν ὑμῶν ἐκλείποντα, &c. *Et obfirmabo ſuper vos inopiam conſilii*, & *ſcabiem*, &c. Idem Heſych. inf. & *ardorem, ſive ἴκτερον, conficientem oculos eorum*, & *animas conſumentem.*

℣. 18. Optimè è Græco, niſi excipias iſtud, *obedieritis mihi*, pro quo, ὑπακούσητέ μου, *obaudieritis me.* Heſych. in Levit. col. 175. a. ex LXX. *Si uſque ad hoc non audieritis me.* In editt. Ald. & Compl. poſt hoc, *caſtigare vos*, additur, πληγαῖς, *plagis*; Capitul. quoque LXXVIII. ſup. hab. *In tribulationibus*, & *fame*, & *plagis malis caſtigandos* (eos,) *ſi præcepta non ſerventur.*

℣. 19. Ita de Græco, præter hoc ultim. & *terram æneam*, pro quo, καὶ τὴν γῆν ὑμῶν ὡσεὶ χαλκῆν, & *terram veſtram quaſi æream.* Ambroſ. l. 2. Hexa. col. 30. d. his alludens, ait : *Erit tibi cœlum ſuper caput tuum æneum*, & *terra tua ferrea.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

26. postquam confregero baculum panis vestri: ita ut decem mulieres in uno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus: & comedetis, & non saturabimini.

27. Sin autem nec per hæc audieritis me, sed ambulaveritis contra me:

27..... 28. *Vide Not.*

28. & ego incedam adversùs vos in furore contrario, & corripiam vos septem plagis propter peccata vestra,

29. ita ut comedatis carnes filiorum vestrorum & filiarum vestrarum:

30. destruam excelsa vestra, & simulacra confringam. Cadetis inter ruinas idolorum vestrorum, & abominabitur vos anima mea,

31. in tantùm ut urbes vestras redigam in solitudinem, & deserta faciam sanctuaria vestra, nec recipiam ultra odorem suavissimum.

32. Dispersamque terram vestram, & stupebunt super ea inimici vestri, cùm habitatores illius fuerint:

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 94. in Levit. t. 3. 528. b.

33..... & consumet vos perambulans gladius, & terra vestra deserta, & civitates vestræ erunt desertæ.

34. Tunc bene sentiet terra sabbata sua omnes dies desolationis suæ: & vos eritis

35. in terra inimicorum vestrorum.....

VULGATA NOVA.

33. vos autem dispergam in gentes, & evaginabo post vos gladium, eritque terra vestra deserta, & civitates vestræ dirutæ.

34. Tunc placebunt terræ sabbata sua cunctis diebus solitudinis suæ: quando fueritis

35. in terra hostili, sabbatizabit, & requiescet in sabbatis solitudinis suæ, eò quòd non requieverit in sabbatis vestris quando habitabatis in ea.

Aug. quæst. 94. in Levit. 528. c. d.

36. Et eis qui residui sunt ex vobis, superducam formidinem in cor eorum..... & persequetur eos sonus folii volantis.....

36. Et qui de vobis remanserint, dabo pavorem in cordibus eorum in regionibus hostium, terrebit eos sonitus folii volantis, & ita fugient quasi gladium: cadent, nullo persequente,

VULGATA NOVA.

37. & corruent singuli super fratres suos quasi bella fugientes, nemo vestrùm inimicis audebit resistere:

38. peribitis inter gentes, & hostilis vos terra consumet.

39. Quòd si & de iis aliqui remanserint, tabescent in iniquitatibus suis, in terra inimicorum suorum, & propter peccata patrum suorum & sua affligentur:

40. donec confiteantur iniquitates suas, & majorum suorum, quibus prævaricati sunt in me, & ambulaverunt ex adverso mihi.

VERSIO ANTIQUA.

Hesych. in Levit. 77. e. f.

41..... & peccata sua placita habebunt.

VULGATA NOVA.

41. Ambulabo igitur & ego contra eos, & inducam illos in terram hostilem, donec erubescat incircumcisa mens eorum: tunc orabunt pro impietatibus suis.

42. Et recordabor testamentum Jacob, & testamentum Isaac, & testamentum Abraham.....

42. Et recordabor fœderis mei, quod pepigi cum Jacob, & Isaac, & Abraham. Terræ quoque memor ero:

VULGATA NOVA.

43. quæ cùm relicta fuerit ab eis, complacebit sibi in sabbatis suis, patiens solitudinem propter illos. Ipsi verò rogabunt pro peccatis suis, eò quòd abjecerint judicia mea, & leges meas despexerint.

44. Et tamen etiam cùm essent in terra hostili, non penitus abjeci eos, neque sic despexi ut consumerentur, & irritum facerem pactum meum cum eis. Ego enim sum Dominus Deus eorum,

45. & recordabor fœderis mei pristini, quando eduxi eos de terra Ægypti in conspectu gentium, ut essem Deus eorum: ego Dominus. Hæc sunt judicia atque præcepta & leges, quas dedit Dominus inter se & filios Israël in monte Sinai per manum Moysi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 27. 28. Eò spectant quæ refert Hieron. in Ezech. 14. to. 3. col. 778. c. *Si ambulaverint ad me perversi, & ego ambulabo contra eos in furore perverso:* & in Ecclesiast. to. 2. col. 752. b. *Si ambulaverint ad me perversi, & ego ambulabo ad eos in furore meo perversus.* Græc. Ἐὰν δὲ..... πορεύησθε πρός με πλάγιοι, κἀγὼ πορεύσομαι μεθ' ὑμῶν ἐν θυμῷ πλαγίῳ.

℣. 33. Græc. Καὶ ἐξαναλώσει ὑμᾶς ἐπιπορευομένη ἡ μάχαιρα, καὶ ἔσαι ἡ γῆ ὑμῶν, &c. ut in Lat.

℣. 34. Ita de Græco, nisi excipias verbum *benesentiet*, pro quo εὐδοκήσει, i. e. *grata*, vel *cara habebit.*

℣. 35. Similiter in Græco.

℣. 36. Græc. Καὶ τοῖς καταλειφθεῖσιν ἐξ ὑμῶν ἐπάξω δουλείαν εἰς τὴν καρδίαν αὐτῶν..... καὶ διώξεται αὐτὸς φωνὴ φύλλου φερομένου, &c. Ms. Alex. loco δουλείαν, *servitutem*, habet, διλίαν, Oxon. & Sar. mel. δειλίαν, *timiditatem.*

℣. 41. Græc. bene, Καὶ τότε εὐδοκήσουσι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

℣. 42. Ita quoque in Græco.

CAPUT XXVII.

VULGATA NOVA.

1. LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

2. Loquere filiis Israël, & dices ad eos: Homo qui votum fecerit, & spoponderit Deo animam suam, sub æstimatione dabit pretium.

3. Si fuerit masculus à vigesimo anno usque ad sexagesimum annum, dabit quinquaginta siclos argenti ad mensuram sanctuarii:

4. si mulier, triginta.

5. A quinto autem anno usque ad vigesimum, masculus dabit viginti siclos: femina decem.

6. Ab uno mense usque ad annum quintum, pro masculo dabuntur quinque sicli: pro femina, tres.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

7. Sexagenarius & ultra maſculus dabit quindecim ſiclos: femina decem.

8. Si pauper fuerit, & æſtimationem reddere non valebit, ſtabit coram ſacerdote: & quantum ille æſtimaverit, & viderit eum poſſe reddere, tantum dabit.

9. Animal autem, quod immolari poteſt Domino, ſi quis voverit, ſanctum erit,

10. & mutari non poterit, id eſt, nec melius malo, nec pejus bono: quòd ſi mutaverit; & ipſum quod mutatum eſt, & illud pro quo mutatum eſt, conſecratum erit Domino.

11. Animal immundum, quod immolari Domino non poteſt, ſi quis voverit, adducetur ante ſacerdotem:

12. qui judicans utrùm bonum an malum ſit, ſtatuet pretium:

13. quod ſi dare voluerit is qui offert, addet ſupra æſtimationem quintam partem.

14. Homo ſi voverit domum ſuam, & ſanctificaverit Domino, conſiderabit eam ſacerdos utrùm bona an mala ſit, & juxta pretium, quod ab eo fuerit conſtitutum, venundabitur:

15. ſin autem ille qui voverat, voluerit redimere eam, dabit quintam partem æſtimationis ſupra, & habebit domum.

16. Quòd ſi agrum poſſeſſionis ſuæ voverit, & conſecraverit Domino: juxta menſuram ſementis æſtimabitur pretium: ſi triginta modiis hordei ſeritur terra, quinquaginta ſiclis venundetur argenti.

17. Si ſtatim ab anno incipientis jubilæi voverit agrum, quantò valere poteſt, tantò æſtimabitur:

18. ſin autem poſt aliquantum temporis: ſupputabit ſacerdos pecuniam juxta annorum, qui reliqui ſunt, numerum uſque ad jubilæum, & detrahetur ex pretio.

19. Quòd ſi voluerit redimere agrum ille qui voverat, addet quintam partem æſtimatæ pecuniæ, & poſſidebit eum.

20. Sin autem noluerit redimere, ſed alteri cuilibet fuerit venundatus, ultra eum qui voverat redimere non poterit:

21. quia cùm jubilæi venerit dies, ſanctificatus erit Domino, & poſſeſſio conſecrata ad jus pertinet ſacerdotum.

22. Si ager emptus eſt, & non de poſſeſſione majorum ſanctificatus fuerit Domino,

VULGATA NOVA.

23. ſupputabit ſacerdos juxta annorum numerum uſque ad jubilæum, pretium: & dabit ille qui voverat eum, Domino:

VERSIO ANTIQUA.

23..... & reddet pretium in die illo ſanctum Domino. *Heſych. in Levit. 183. b.*

VULGATA NOVA.

24. in jubilæo autem revertetur ad priorem dominum, qui vendiderat eum, & habuerat in ſorte poſſeſſionis ſuæ.

25. Omnis æſtimatio ſiclo ſanctuarii ponderabitur. Siclus viginti obolos habet.

Exod. 30. 13. *Num.* 3. 47. *Ezech.* 45. 12.

26. Primogenita quæ ad Dominum pertinent, nemo ſanctificare poterit & vovere: ſive bos, ſive ovis fuerit, Domini ſunt.

27. Quòd ſi immundum eſt animal, redimet qui obtulit, juxta æſtimationem tuam, & addet quintam partem pretii: ſi redimere noluerit, vendetur alteri quantocunque à te fuerit æſtimatum.

28. Omne quod Domino conſecratur, ſive homo fuerit, ſive animal, ſive ager, non vendetur, nec redimi poterit. Quidquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum erit Domino. *Sup. 6. 17. 25.*

29. Et omnis conſecratio, quæ offertur ab homine, non redimetur, ſed morte morietur.

VULGATA NOVA.

30. Omnes decimæ terræ, ſive de frugibus, ſive de pomis arborum, Domini ſunt, & illi ſanctificantur.

31. Si quis autem voluerit redimere decimas ſuas, addet quintam partem earum.

32. Omnium decimarum bovis & ovis & capræ, quæ ſub paſtoris virga tranſeunt, quidquid decimum venerit, ſanctificabitur Domino.

33. Non eligetur nec bonum nec malum, nec altero commutabitur: ſi quis mutaverit: & quod mutatum eſt, & pro quo mutatum eſt, ſanctificabitur Domino, & non redimetur.

34. Hæc ſunt præcepta, quæ mandavit Dominus Moyſi ad filios Iſraël, in monte Sinai.

VERSIO ANTIQUA.

30. Omnis decima terræ..... & à fructu ligneo, Domino eſt..... *Anon. ap. Ambr. t. 2. 2. b.*

32. Et omnis decima boum, & ovium, & omne quod venerit in numero ſub virga, decima erit ſancta Domino.

33. Non mutabis illud bonum malo, neque malum bono..... *Mſ. Floriac. n. 10.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 23. Nunc etiam ita legitur Græcè.

℣. 30. Ita in Græco eſt.

℣. 32. Eadem ſunt in Græco, præter hoc, τὸ δέκατον ἔσαι ἅγιον, *hoc decimum erit ſanctum*, loco *decima erit ſancta*. In Mſ. Floriac. ſic: *Omnis decima boum & ovium, & omne quodcunque tranſiet ſub virga in numerum, decimum quodcunque erit ſanctum Domino.*

℣. 33. Græc. Οὐκ ἀλλάξεις καλὸν πονηρῷ, &c. ut ſup.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugenſi.

LEVITICUS.

CAP. I. ℣. 4. Ponetque manum ſuper caput hoſtiæ. *Non ſcribas plurale* manus, *pro ſingulari* manum. *Idem infra*, c. 4. ℣. 29.

℣. 5. Et offerent filii Aaron ſacerdotes. *Nominativus pluralis* ſacerdotes, *non eſt commutandus cum genitivo ſingulari* ſacerdotis.

℣. 10. Maſculum abſque macula offeret. *Loco unius veteris* maſculum, *alii legunt tres*, agnum anniculum &; *malè.*

℣. 14. Aut pullis columbæ. *Non mutes disjunctivam* aut, *cum copulativa &.*

CAP. II. ℣. 2. Ac deferet ad filios Aaron ſacerdotes,

Digitized by Google

Idem judicium quod supra, 1. ℣. 5.

℣. 11. Nec quidquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Domino. *Non est mutandus tertius casus* Domino, *secundo* Domini.

℣. 13. In omni oblatione tua offeres sal. *Non omittas pronomen* tua.

℣. 14. Si autem obtuleris munus primarum frugum tuarum. *Plerique, pro nomine adjectivo* primarum, *scribunt substantivum* primitiarum.

℣. 15. Fundens supra oleum. *Non sunt scribendæ dictiunculæ duæ* super ea, *loco unius* supra.

Cap. III. ℣. 2. Fundentque filii Aaron sacerdotes. *Nominativus* sacerdotes *constanter servatur, explosa genitivo* sacerdotis, *ut supra*, 1. ℣. 5. & 2. ℣. 2.

Cap. IV. ℣. 2. Anima, quæ peccaverit. *Pro* quæ, *in aliis est* cùm.

℣. 6. Cùmque intinxerit digitum in sanguine, asperget eo septies. *Alii pro vocabulis ablativi casus* sanguine & eo, *scribunt vocabula accusativi casus* sanguinem & eum: *nam plurale* eos *spurium est prorsus.*

℣. 8. Et adipem vituli auferet. *Cave mutes* auferet, *quod est tollet, cum* offeret, *quod est sacrificabit, ut plerique faciunt.*

℣. 10. Sicut aufertur de vitulo. *Idem est hîc cavendum, videlicet, ne pro* aufertur, *substituatur* offertur.

℣. 13. Quòd si omnis turba Israël ignoraverit. *Non addas* filiorum.

℣. 25. Et reliquum fundens ad basim ejus. *Non opus est addere* sanguinem, *tametsi legatur Hebraïcè: facilè enim intelligitur.*

℣. 26. Adipem verò adolebit supra. *Similiter nec hîc opus est addere* altare, *quod subditur à quibusdam Manuscriptis, Hebræo conformiter.*

℣. 35. In incensum Domini. *Non est omittenda præpositio* in.

Cap. V. ℣. 19. Quia per errorem deliquit in Dominum. *Retinendus est accusativus* Dominum, *rejecto ablativo.*

Cap. VI. ℣. 9. Ignis ex eodem altari erit. *Plerique legunt* in, *pro* ex.

℣. 16. Et comedet in loco sancto atrii tabernaculi. *Pro duabus vocibus, quas habent Sixtina Biblia quàm optimè*, sancto atrii; *seu tribus, quas alia quædam*, sancto in atrio: *vulgaria legunt unam*, sanctuarii; *malè.*

Cap. VII. ℣. 14. Offeretur Domino. *Non mutes futurum* offeretur, *præsenti* offertur.

Cap. VIII. ℣. 3. Ad ostium tabernaculi. *Non omittas vocem* tabernaculi.

℣. 22. In consecratione sacerdotum. *Non est mutandus sextus casus quarto*, consecrationem.

℣. 24. Et pollices manûs ac pedis dextri. *Nec hîc mutandus est numerus pluralis singulari*, pollicem.

℣. 28. In odorem suavitatis sacrificii Domino. *Pro genitivo* Domini, *qui à plerisque legitur, Correctores rectè substituerunt dativum* Domino.

Cap. IX. ℣. 3. Et vitulum atque agnum anniculos. *Et hîc rectè dederunt pluralem numerum* anniculos, *pro singulari* anniculum.

℣. 22. Et extendens manus ad populum. *In aliis libris est* manum, *numero singulari.*

Cap. X. ℣. 18. Non sit illatum intra sancta. *Non addas* sanctorum.

Cap. XI. ℣. 1. Dicite filiis Israël. *Quod sequitur in quibusdam exemplaribus:* Custodite omnia quæ scripsi vobis, ut sim Deus vester: *superfluit.*

℣. 26. Et qui tetigerit illud, contaminabitur. *Pro masculino* qui, *minùs rectè scribitur à libris quibusdam neutrum* quidquid.

Cap. XIII. ℣. 12. Et operuerit omnem cutem. *Quod alii libri scribunt* carnem, *hîc emendatum est* cutem, *quod est pellem, consentaneè Hebræo.*

℣. 31. Recludet eum septem diebus. *Non mutes numerum singularem* eum *plurali* eos.

Cap. XIV. ℣. 43. Et pulvis erasus. *Notariorum temeritas fuit, quòd pro* erasus, *seu abrasus, plerique libri habeant*, elatus, *quod est, expertatus.*

℣. 49. Et in purificationem ejus. *Quartus casus* purificationem, *non est commutandus cum sexto* purificatione, *qui in multis est libris.*

Cap. XV. ℣. 21. Et in quo dormierit vel sederit. *Non addas nomen* locus: Et locus in quo, &c.

℣. 27. Quicunque tetigerit ea, lavabit vestimenta sua. *Consultò substitutum est neutrum plurale* ea, *in locum femminini singularis* eam, *quod est in plerisque libris.*

℣. 31. Ut caveant immunditiam. *Interpres dedit singulare* immunditiam, *si optimis libris habetur fides, non plurale* immunditias.

Cap. XVII. ℣. 8. Homo de domo Israël. *Quidam libri pro* domo, *scribunt* filiis; *malè.*

℣. 9. Ut offeratur Domino. *Passivum* offeratur *dedit Interpres, non activum* offerat.

℣. 10. Qui peregrinatur inter eos. *Sic & Hebraïcè legitur pronomen tertiæ personæ* eos, *pro pronomine secundæ personæ* vos, *quod est in plerisque Latinis libris, hîc ut supra*, ℣. 8.

℣. 11. Ut super altare in eo expietis. *Pro duabus vocibus* in eo, *quidam libri habent unicam* meum: *neutrum Hebraïcè legitur, prius autem est congruentius.*

℣. 16. Quòd si non laverit vestimenta sua & corpus. *Non mutes conjunctivam* &, *cum disjunctiva* vel corpus.

Cap. XVIII. ℣. 16. Turpitudinem uxoris fratris tui non revelabis. *His verbis non est præmittendum*, & uxorem fratris sui nullus accipiat, *utpote illorum interlinearis expositio.*

Cap. XIX. ℣. 8. Et peribit anima illa de populo suo. *Non mutes* populo suo, *cum* medio populi sui.

℣. 9. Cùm messueris segetes terræ tuæ. *Interpres non addidit copulativam* cùmque.

℣. 19. Jumentum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus. *Alii scribunt numero plurali*, jumenta tua.

℣. 20. Quæ sit ancilla, etiam nubilis. *Insignis loci restitutio, quâ pro* nobilis, *hoc est, genere clara, quod priùs ferè legebatur, repositum est*, nubilis, *quod est, apta viro, seu potiùs promissa nuptui: nam alii ex Hebræo vertunt* desponsata viro. *LXX.* servata homini.

℣. 26. Non comedetis cum sanguine. *Meritò ablata est vox* carnem, *quæ à quibusdam additur.*

℣. 28. Non incidetis carnem vestram. *Non est commutandus numerus singularis, cum plurali* carnes vestras.

Cap. XX. ℣. 7. Quia ego sum Dominus Deus vester. *Non est addenda vox* sanctus. Quia ego sanctus sum, &c.

℣. 9. Patri matrique maledixit, sanguis ejus sit super eum. *Ita legendum est* maledixit, *non* qui maledixerit.

Cap. XXI. ℣. 2. Super patre & matre, & filio & filia, fratre quoque & sorore virgine. *Sextum casum ubique dedit Interpres, si antiquis libris creditur, non quartum.*

℣℣. 7. 8. Scortum & vile prostibulum non ducent uxorem..... quia consecrati sunt Deo suo, & panes propositionis offerunt. Sint ergo sancti. *Alii libri, numero singulari habent*, ducet, consecratus est, offert, sit ergo sanctus. *Hebraum quædam plurali, quædam singulari numero legit.*

℣. 8. Qui sanctifico eos. *Hæc lectio respondet Græcæ interpretationi LXX. duorum virorum: altera, quæ est plerorumque Latinorum librorum, pro tertiæ personæ pronomine* eos, *scribentium secundæ* vos, *respondet Hebræo.*

℣. 23. Quia maculam habet. *Retinenda est conjunctio* quia, *non vertenda in pronomen* qui.

Cap. XXII. ℣. 6. Sed cùm laverit carnem suam aquâ. *Alii pro* carnem suam, *substituunt* corpus suum, *minùs rectè.*

℣. 23. Voluntariè offerre potes. *Non mutes activum cum passivo, nec secundam personam cum tertia*, offerri potest.

℣. 24. Quod vel contritis vel tusis. *Malè scribunt plerique* tonsis, *quod est à tondeo, secundæ conjugationis: scribendum est enim* tusis, *vel certè* tunsis, *à tundo, tertiæ conjugationis.*

Cap. XXIII. ℣. 11. Ut acceptabile sit. *Neutrum* acceptabile, *cum masculino* acceptabilis, *ne commutetur.*

℣. 14. Usque ad diem qua offeretis ex ea Deo vestro. *Futurum indicativi* offeretis, *non est corrigendum per præsens conjunctivi* offeratis.

Cap. XXIV. ℣. 11. Cùmque blasphemasset nomen. *Cave addas* Domini *aut* Dei, *quod consultò omissum à Mose est.*

℣. 16. Lapidibus obruet eum omnis multitudo. *Non est addenda vox* populi.

Cap. XXV. ℣. 2. Quando ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis, sabbatizes sabbatum Domino. *Pro secunda persona* sabbatizes, *in aliis libris est tertia*, sabbatizet: *cui ut darent suppositum, addiderunt quidam* populus. *Si addidissent* terra, *fuisset verisimilius: id enim addunt similiter Hebræa, Chaldæa, & Græca. Sed videtur Latinus Interpres τὸ* terra *Hebraïcè non legisse, itaque dedisse secundam personam* sabbatizes, *pro quo quidam scripserunt plurali numero* sabbatizate, *ut evitarent duram illam numeri mutationem. Quocunque modo legas, sermo de terra est: nam quomodo implendum sit, quod Latinè jubetur Israël sabbatizare sabbatum, explicant versus proximè sequentes:* Sex annis seres agrum tuum, &c. *Jam tertius casus* Domino, *quem multi vertunt in secundum* Domini, *omnino retinendus est.*

℣. 6. Qui peregrinantur apud te. *Quidam mutarunt pluralem numerum* peregrinantur, *cum singulari* peregrinatur, *persuasi, hoc verbi, non nisi ad proximum* advenam, *referendum esse; malè.*

℣. 11. Non seretis neque metetis. *Miror quo consilio*

Digitized by Google

quidam mutaverint neque, *in* atque.

Cap. XXVI. ℣. 40. Donec confiteantur iniquitates ſuas & majorum ſuorum. *Falſi quidam*, *pro* majorum, *ſeu patrum* ſuorum, *ſcripſerunt* malorum ſuorum recordentur.

℣. 45. Ego Dominus. *Non eſt adjicienda vox* Deus.

℣. 46. Inter ſe & filios Iſraël. *Non repetas præpoſitionem* inter.

Cap. XXVII. ℣. 13. Addet ſupra æſtimationem quintam partem. *Melius eſt* ſupra, *quàm* ſuper: *genitivus autem* æſtimationis, *poſitus à quibuſdam loco accuſativi* æſtimationem, *non eſt ferendus.*

℣. 26. Primogenita quæ ad Dominum pertinent. *Non mutes* Dominum, *cum* Deum.

℣. 27. Redimet qui obtulit juxta æſtimationem tuam. *Cave ne in locum pronominis ſecundæ perſonæ* tuam, *ſubroges pronomen tertiæ* ſuam.

Ibidem. Vendetur alteri quantocunque à te fuerit æſtimatum. *Rectè Correctores Romani, unam voculam* ante, *quæ à pleriſque legebatur, diſtraxerunt in duas* à te: *repetitur enim Hebraïcè* juxta æſtimationem tuam.

℣. 28. Non vendetur nec redimi poterit. *Sic ſcribunt antiqui codices* vendetur, *non* veniet.

℣. 33. Et quod mutatum eſt, & pro quo mutatum eſt, ſanctificabitur Domino. *Antiqui libri omittunt* & pro quo mutatum eſt, *tanquam, inquit Epanorthotes, quod ſatis intelligatur, vel ex addita conjunctione* &; *ſed Correctoribus viſum eſt relinquere illud, majoris claritatis gratiâ, quemadmodum ſupra*, ℣. 10. *utrumque exprimitur.*

Variæ Lectiones Vulgatæ, rurſum ab eodem Francisco Luca obſervatæ.

LEVITICUS.

Cap. XX. ℣. 5. Ut fornicaretur cum Moloch. *Alii boni Libri ſcribunt numerum pluralem* fornicarentur.

Cap. XXV. ℣. 12. Sed ſtatim oblata comedetis. *Alii Libri legunt* ablata, *id eſt, primam vocalem, pro quarta.*

* CAPITULA LIBRI NUMERORUM.

Ex codd. Mſs. S. Pauli Orat. B. VI. & VII. S. Petri, 21. & Vatic. 4220. edita à Joſepho Maria Caro presb. Romæ, 1688. & to. 1. nov. edit. Hieron.

I. [a] *Recognitio duodecim tribuum facta à Moyſe & Aaron, & à* [b] *duodecim principibus, à viginti annis & ſupra, præter Levitas, DC. III. mil. & DL.* c. 1. ℣℣. 1. 46.

II. *Jubet Dominus tribum Levi non numerari, ut ipſi tabernaculo deſerviant, & miniſtrent.* c. 1. ℣. 49.

III. *Jubet Dominus ut ordinatè procedant per domus paternas, & per* [c] *turmas.* c. 2. ℣. 2.

IV. *De progenie* [d] *Moyſi, & Aaron, & filiorum ejus, qui ad ſacerdotium uncti ſunt.* c. 3. ℣. 1.

V. *Levitas dicit Dominus adjungi Aaron, eò quòd ſibi acceperit eos pro omnibus primogenitis Iſraël.* c. 3. ℣. 5.

VI. *Levita dinumerantur à menſe uno & ſupra, viginti duo millia ducenti* [e] *ſeptuaginta quatuor.* c. 3. ℣. 14.

VII. *Omne primogenitum filiorum Iſraël à menſe uno & ſupra, juſſit Dominus dinumerari.* c. 3. ℣. 40.

VIII. *Filios Caath jubet Dominus portare arcam, & menſam, & altare; & ut non tangant* [f] *ſancta, ne moriantur.* c. 4. ℣℣. 1. 15.

IX. *Filios* [g] *Gerſon jubet portare tabernaculum, & lora.* c. 4. ℣. 21.

X. *Filios Merari* [h] *capita tabernaculi, & ſeras, & columnas, & baſes: omnes portantes opus tabernaculi, octo millia quingenti octuaginta.* c. 4. ℣℣. 31. 48.

XI. *Jubet Dominus ejici de caſtris omnem immundum.* c. 5. ℣. 1.

XII. *De muliere quæ latenter fuerit* [i] *adulterata.* c. 5. ℣. 11.

XIII. *De his qui votum voverint caſtitatis.* c. 6. ℣. 1.

XIV. *Quomodo benedicant populum ſacerdotes.* c. 6. ℣. 22.

XV. *Ungit Moyſes tabernaculum, & principes munera offerunt.* c. 7. ℣. 1.

XVI. *Singuli per ſingulos dies duodecim principes munera ſua Moyſi offerunt.* c. 7. ℣. 10.

XVII. *De candelabro, & lucernis.* c. 8. ℣. 1.

XVIII. *De Levitis purificatis ad miniſterium tabernaculi.* c. 8. ℣. 5.

XIX. [k] *A viginti quinque annis Levitas accedere ad miniſtrandum, & à quinquaginta recedere.* c. 8. ℣. 24.

XX. *Anno ſecundo ex Ægypto, in primo menſe, jubet Dominus celebrari paſcha.* c. 9. ℣. 1.

XXI. *Perfectum eſt tabernaculum, & nubes texit illud in die, & ignis in nocte.* c. 9. ℣. 15.

XXII. *Precedente nube, ex præcepto Domini* [l] *promovebant, & conſiſtebant.* c. 9. ℣. 17.

XXIII. *De tubis argenteis ad promovenda caſtra.* c. 10. ℣. 2.

XXIV. *In ſecundo anno, ſecundo menſe, promovent omnes filii Iſraël caſtra.* c. 10. ℣. 11.

XXV. *Hobab* [m] *generum ſuum hortatur Moyſes venire ſecum.* c. 10. ℣. 29.

XXVI. [n] *Promoverunt de monte Domini; & arca*

Notæ.

* Hæc Capitula Latinam ſapiunt Verſionem antiquam, ſaltem in pluribus. Id maximè apparet ex magna ipſis cum Græco vicinitate. Non negaverim tamen eadem in multis cum Vulgata convenire; at ne illis quidem à Græco valde diſcrepare videntur.

[a] In Græco paſſim ἐπίσκεψις.

[b] Al. *duodecim tribuum.*

[c] Edit. nov. Hieron. addit *ſuas.* Gr. loco *turmas* hab. τάγμα, *ordinem*, Vulg. *turmas.*

[d] Ed. Hieron. *Moſis* conſtanter hîc & infra.

[e] Ed. Hieron. addit &.

[f] Optimè è Græco, in quo τῶν ἁγίων, in Vulg. *vaſa ſanctuarii.* c. 4. ℣. 15.

[g] Gr. Γεδσων, al. tamen Γερσών.

[h] Vulg. *tabulas*, Gr. κεφαλίδας *capitella*; at pro *ſeris*, utrobique *vectes.*

[i] Al. *deprehenſa in adulterium.*

[k] Ita Auguſt. infra, c. 8. ℣℣. 24. 25. Græc. Ἀπὸ πέντε καὶ εἰκοσαετοῦς..... εἰσελεύσονται ἐνεργεῖν..... Καὶ ἀπὸ πενηκονταετοῦς ἀποστήσεται ἀπὸ τῆς λειτουργίας, &c. Vulg. *A viginti quinque annis..... ingredientur ut miniſtrent..... Cumque quinquageſimum annum ætatis impleverint, ſervire ceſſabunt.*

[l] Similiter Aug. infra; c. 9. ℣. 17. Gr. paſſim ἀπῆραν, ἐξῆραν, Vulg. *proficiſcebantur, profecti ſunt.*

[m] Ed. Hieron. hab. *cognatum*, Aug. infra, c. 10. ℣. 29. *genero.* Gr. γαμβρῷ.

[n] Gr. Καὶ ἐξῆραν ἐκ τοῦ ὄρους Κυρίου.... καὶ ἡ νεφέλη τῆς διαθήκης..... προεπορεύετο, &c. Vulg. *Profecti ſunt..... de monte Domini..... arcaque fœderis..... præcedebat.*

Digitized by Google

teſtamenti præcedebat eos. c. 10. ℣. 33.

XXVII. *Murmuravit populus, & ignis* [a] *conſumpſit aliquos ex ipſis.* c. 11. ℣. 1.

XXVIII. *Flevit populus, petentes carnes; & dixit Moyſes ad Dominum:* [b] Non potero ſolus ferre populum iſtum. c. 11. ℣℣. 4. 14.

XXIX. Dixit Dominus Moyſi: Convoca ad me ſeptuaginta viros ſeniores, & dabo eos tibi in auxilium. c. 11. ℣. 16.

XXX. *Tulit Dominus ab ſpiritu Moyſi, & poſuit ſuper ſeniores, & prophetaverunt.* c. 11. ℣. 24.

XXXI. *Miſit Dominus gregem coturnicum in caſtra, & percuſſit ex populo* [c] *murmurante viginti tria millia virorum.* c. 11. ℣. 31.

XXXII. *Aaron & Maria malè locuti ſunt de Moyſe; & Maria* [d] *perfuſa eſt leprâ, & fuit extra caſtra ſeptem diebus.* c. 12. ℣℣. 1. 10. 14.

XXXIII. [e] *Mittit Moyſes ſpeculatores duodecim, ſingulos de ſingulis tribubus, qui reverſi miſerunt errorem in populo: Caleb autem exhortabatur populum, ut aſcenderent adversùs eos.* c. 13. ℣. 1.

XXXIV. *Murmuravit populus, dicens:* [f] Demus nobis ducem, & revertamur in Ægyptum. c. 14. ℣℣. 1. 4.

XXXV. *Iratus eſt Dominus, & dixit percutere populum: & deprecatus eſt Moyſes Dominum, & propitius factus eſt eis.* c. 14. ℣. 10.

XXXVI. [g] *Juravit Dominus non introducere eos in terram promiſſionis, pro eo quòd murmuraverunt.* c. 14. ℣. 21.

XXXVII. *De holocauſto & ſacrificio.* c. 15. ℣. 1.

XXXVIII. [h] *Primitias panis terræ, quam ingreſſi fuerint, jubet offerri Dominus.* c. 15. ℣. 19.

XXXIX. *Eum, qui colligit ligna in ſabbato, jubet Dominus lapidari.* c. 15. ℣. 32.

XL. *De fimbriis faciendis.* c. 15. ℣. 38.

XLI. *De Core, Dathan, & Abiron, & ducentis quinquaginta principibus.* c. 16. ℣. 1.

XLII. *Dixit Dominus delere* [i] *omnem ſynagogam; & deprecati ſunt Moyſes & Aaron pro populo: &* [k] *deglutivit terra Dathan, Core, & Abiron; & conſumpſit ignis ducentos quinquaginta* [l] *offerentes incenſum.* c. 16. ℣℣. 20. 32. 35.

XLIII. [m] *Exiit ira à facie Domini; & fragor factus eſt: & mortui ſunt ex populo quatuordecim millia ſeptingenti, pro eo quòd murmuraverunt adversùs Moyſen & Aaron.* c. 16. ℣. 46.

XLIV. *De virga Aaron quæ floruit; & ut* [n] *deſinat populus murmurare, ne moriantur.* c. 17. ℣℣. 2. 10.

XLV. *Tribum Levi jubet ſervire tabernaculo, & cuſtodire; & ad* [o] *vaſa ſancta ne accedant.* c. 18. ℣℣. 1. 3.

XLVI. *Levitas jubet accipere decimas, & ex ipſis decimas offerre.* c. 18. ℣℣. 21. 26.

XLVII. *Vaccam cremari in* [p] *cinerem ad aquam ſparſionis.* c. 19. ℣℣. 2. 9.

XLVIII. *Mortua eſt Maria in deſerto: murmuravit populus pro aqua, & percuſſit Moyſes petram virgâ, dicens:* [q] Nunquid de petra hac producemus vobis aquam? *& exiit aqua multa: Dominus autem dixit ad Moyſen & Aaron:* Non [r] inducetis vos populum iſtum in terram, quam [s] dedi eis. c. 20. ℣℣. 1. 10. 12.

XLIX. [t] *Miſit Moyſes ad regem Edom, ut tranſiret per ipſum; & noluit.* c. 20. ℣. 14.

L. *Jubet Dominus Moyſi, ut veſtiat Eleazarum* [u] *ſtolam Aaron patris ſui in montem, & ut Aaron moriatur ibi.* c. 20. ℣. 26.

LI. *Rex Arad* [x] *belligeravit adversùs Iſraël, Domino prohibente, & ſubditi ſunt ei.* c. 21. ℣. 1.

LII. *Murmuravit populus, & immiſit* [y] *eis Dominus colubros mortiferos.* c. 21. ℣. 6.

LIII. *Profecti ambulant per deſertum: & miſit Moyſes ad Seon ut* [z] *tranſirent per fines ejus; & noluit Seon, ſed venit ad pugnam, & occidit eum in ore gladii.* c. 21. ℣℣. 13. 21.

LIV. [aa] *Exiit Og rex in obviam Iſraël ad pugnam, & fecit ei ſicut fecit Seon regi Amorrhæorum.* c. 21. ℣. 33.

LV. [bb] *Balac rex Moab, miſit ad Balaam, ut veniret, & malediceret Iſraël; & obviavit illi Angelus, evaginato gladio, & volebat eum occidere.* c. 22. ℣. 5.

LVI. *Fornicati ſunt ex populo cum Madianitis; & occidit Phinees* [cc] *Zambri cum Madianite, & mortui ſunt.* c. 25. ℣℣. 1. 9.

LVII. *Dicit Dominus ad Moyſen, ut* [dd] *percutiant Madianitas.* c. 25. ℣. 16.

LVIII. *Præcepit Dominus Moyſi à viceſimo anno & ſupra, conſiderari populum: & numerati ſunt ſexcenta millia & mille ſeptingenti triginta.* c. 26. ℣℣. 1. 51.

LIX. *Filii Levi, ex quibus Amram, & uxor ejus* [ee] *Jachabet, quæ peperit Aaron, & Moyſen, & Mariam, qui conſiderati ſunt ab uno menſe & ſupra, viginti tria millia. Hæc conſideratio in Araboth Moab, in quibus non fuit quiſquam de*

Notæ.

[a] Ed. Hieron. *conſumit.*

[b] Vulg. *Non poſſum ſolus ſuſtinere omnem populum hunc.* Græc. verò, Οὐ δυνήσομαι ἐγὼ μόνος φέρειν τὸν λαὸν τοῦτον, ut ſup. ad verbum: al. tamen legitur *ſuſtinere.*

[c] Ed. Hieron. caret verbo *murmurante.*

[d] Ed. Hieron. *percuſſa.*

[e] Al. *miſit..... exploratores.*

[f] Vulg. *conſtituamus*, pro *demus*; at in Gr. δῶμεν ἀρχηγόν. c. 14. ℣. 4. al. *duces.*

[g] Al. *Jurat..... murmuraverint.*

[h] Al. *De primitiis panes.* Ed. Hieron. addit *ſibi* poſt *jubet.*

[i] Ita Aug. infra, 16. 21. Vulg. pro *ſynagoga*, leg. *congregationem*, Gr. τῆς συναγωγῆς.

[k] Edit. Hieron. *glutivit*, abſque ſeq. *Core.*

[l] Al. *ferentes.*

[m] Gr. Ἐξῆλθε γὰρ ὀργὴ ἀπὸ προσώπου Κυρίου, & infra ℣. 49. Καὶ ἐγένοντο οἱ τεθνηκότες..... τεσσαρεσκαίδεκα χιλιάδες καὶ ἑπτακόσιοι· Vulg. *Jam enim egreſſa eſt ira à Domino..... fuerunt autem qui percuſſi ſunt, quatuordecim millia hominum, & ſeptingenti.*

[n] Ita Cypr. infra, 17. 10. Gr. Παυσάσθω ὁ γογγυσμὸς αὐτῶν ἀπ' ἐμοῦ, καὶ οὐ μὴ ἀποθάνωσι. Vulg. *Et quieſcant querelæ eorum à me, ne moriantur.*

[o] Gr. σκεύη τὰ ἅγια, Vulg. *vaſa ſanctuarii*, 18. 3.

[p] Ed. Hieron. *in cineres.*

[q] Ita Aug. infra. Gr. Μὴ ἐκ τῆς πέτρας ταύτης ἐξάξομεν ὑμῖν ὕδωρ; paulòque poſt, ἐπάταξε τὴν πέτραν τῇ ῥάβδῳ δὶς· καὶ ἐξῆλθεν ὕδωρ πολύ. Vulg. *Num de petra hac vobis aquam poterimus ejicere? ..... percutiens virgâ bis ſilicem, egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ.* 20. 10. 11.

[r] Gr. εἰσάξετε, Vulg. *introducetis.* 20. 12.

[s] Similiter Auguſt. infra, *dedi*, è Gr. δέδωκα, Vulg. verò *dabo*, 20. 12.

[t] Ed. Hieron. *Mittit Moyſes..... ut tranſirent..... & ille noluit.*

[u] Edit. Hieron. *ſtolam patris ſui Aaron in Or monte.* Vulg. hab. *veſtem*, Gr. verò στολήν, ut Cypr. infra.

[x] Gr. ἐπολέμησε, Vulg. *pugnavit.*

[y] Al. *in eis*, & inf. *mortis*, loco *mortiferos*; Gr. ὄφεις τοὺς θανατηφόρους, Vulg. *ignitos ſerpentes.*

[z] Al. *tranſiret*, paulòque poſt, &, pro *ſed.* Edit. no. Hieron. hab. in fine *Iſraël*, pro *in ore gladii*; Gr. Καὶ ἐπάλαξεν αὐτὸν Ἰσραὴλ φόνῳ μαχαίρας, Vulg. *à quo percuſſus eſt in ore gladii.*

[aa] Similiter Græcè: Ἐξῆλθεν Ὢγ βασιλεὺς τῆς Βασὰν εἰς συνάντησιν αὐτοῖς. Vulg. verò, *Et occurrit ei Og rex Baſan.*

[bb] Ed. Hieron. *Balaac.*

[cc] Ed. Hieron. *Zamri*, additque in fine: *Mortui ſunt ex populo viginti quatuor millia:* al. *duodecim millia*, ſed malè.

[dd] Al. *percutiat Madianeos:* item in edit. Hieron. *percutiat.*

[ee] Ed. Hieron. *Jochabed*; abſunt autem ſeqq. *Hæc conſideratio*, &c. ad finem uſque. Iſta verò, *conſiderati ſunt..... conſideratio..... Araboth Moab..... Jeſus Nave*, de Græco tranſlata videntur, ubi ſic: Συνεπεσκέπησαν..... Αὕτη ἡ

Digitized by Google

his qui fuerant in deserto Sina, nisi Caleb, & Jesus Nave. c. 26. ℣℣. 57. 59. 62. 63.

LX. [a] *Accepit Moyses Jesum filium Nave, & imposuit super eum manus coram omni populo, sicut constituit illi Dominus.* c. 27. ℣. 22.

LXI. *Dicit Dominus Moysi, ut præcipiat populo de sacrificiis, & hostiis offerendis.* c. 28. ℣. 1.

LXII. *Quæ in die* [b] *Paschæ offerri debeant, ostendit.* c. 28. ℣. 16.

LXIII. *Quæ in Pentecosten.* c. 28. ℣. 26.

LXIV. *Quæ in mense septimo per dies septem.* c. 29. ℣. 1.

LXV. *Votum quod voverit quis, non prætermittendum.* c. 30. ℣. 3.

LXVI. *Dicit Dominus Moysi, ut faciat vindictam in Madianitas; & commiserunt contra Madian, & occiderunt* [c] *omne masculinum, & quinque reges Madian, & prædaverunt omnia eorum.* c. 31. ℣. 1.

LXVII. *Filii Ruben & Gad petierunt à Moyse terram intra Jordanem, dicentes:* Mulieres nostras, & pecora nostra relinquemus hîc, & nos [d] præcedimus ante populum armati & ordinati. c. 32. ℣℣. 1. 16.

LXVIII. *Diverticula filiorum Israël, ex quo profecti sunt ex Ægypto.* c. 33. ℣. 1.

LXIX. *Dicit Dominus, ut disperdant omnes inhabitantes* [e] *Chanaan; quòd si relicti fuerint, esse sudes in oculis eorum.* c. 33. ℣℣. 53. 55.

LXX. *Novem tribubus, & dimidiæ tribui Manasse, terram Chanaan jubet Dominus dividi in* [f] *sortem.* c. 34. ℣℣. 1. 14.

LXXI. *Nomina hominum, qui dispertiant filiis Israël terram Chanaan.* c. 34. ℣. 16.

LXXII. *Civitates* [g] *significat, quæ dentur Levitis, vel quæ sint in refugium.* c. 35. ℣. 1.

LXXIII. *In civitatibus refugiorum, quibus causis perpetrantes homicidia confugere debeant, ostendit.* c. 35. ℣. 6.

LXXIV. *De filiabus Salphaat, jubetur ut sint in* [h] *tribu plebis patris sui.* c. 36. ℣. 1.

Notæ.

ἐπίσκεψις..... ἐν Ἀραβὼθ Μωὰβ..... καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυή. In Vulg. sic: *Recensiti..... numerati sunt..... Hæc est numerus filiorum Israël, qui descripti sunt..... in campestribus Moab..... & Joseph filius Nun.* c. 26. ℣℣. 62. 63. 65.

[a] Hæc iterum Græcum redolent, ubi sic: Καὶ λαβὼν τὸν Ἰησοῦν, (sup. Ναυὴ) ἔστησεν αὐτὸν ἐναντίον..... καὶ ἐναντίον πάσης συναγωγῆς· καὶ ἐπέθηκε τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐπ' αὐτὸν, καὶ συνέστησεν αὐτὸν, καθάπερ συνέταξε Κύριος τῷ Μωυσῇ. Similiter August. infra, 27. 18. 23. Vulg. *Cùmque tulisset Josue* (sup. *filium Nun*) *statuit eum coram..... & omni frequentia populi; & impositis capiti ejus manibus, cuncta replicavit quæ mandaverat Dominus.*

[b] Similiter in Gr. Πάσχα, in Vulg. *Phase.*

[c] Edit. Hieron. hab. *omnem*, deletque seqq. ab hoc, & *quinque reges.*

[d] Al. *Præcedemus autem populum armati in bellum;* similiter hab. ed. no. Hieron. *præcedemus.* Verba autem hæc paululum differunt à Græco, cui favet Vulg. 32. 16. 17. Græcè tamen legitur: Οἱ δὲ παῖδές σου παρελεύσονται πάντες ἐνωπλισμένοι καὶ ἐκτεταγμένοι, &c.

[e] Ed. Hieron. *in Chanaan*, subinde loco *relicti*, habet *residui*, al. *derelicti.* Græcè, pro *sudes*, &c. σκόλοπες ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑμῶν. i. e. *aculei*, &c. in Vulg. *clavi.* 33. 55.

[f] Al. *sortes.*

[g] Al. *signat*; subinde edit. Hieron. *dantur*, pro *dentur.*

[h] Al. *in tribum*, al. deest *plebis.*

Digitized by Google

LIBER NUMERORUM.

CAPUT PRIMUM.

VERSIO ANTIQUA.

1..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

1. LOCUTUSQUE est Dominus ad Moysen in deserto Sinai in tabernaculo fœderis, prima die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Ægypto, dicens:

2. Tollite summam universæ congregationis filiorum Israël per cognationes & domos suas, & nomina singulorum, quidquid sexûs est masculini *Exod. 30. 12.*

3. à vigesimo anno & supra, omnium virorum fortium ex Israël, & numerabitis eos per turmas suas, tu & Aaron.

4. Eruntque vobiscum principes tribuum ac domorum in cognationibus suis,

Hieron. l. 2. in ep. ad Ephes. t. 4. 355. f.

2. Tollite summam omnis synagogæ Israël juxta cognationes & populos, secundùm domos paternitatum, juxta numerum nominum eorum.....

Auct. l. de xlii. mans. 1. a.

3. à viginti annis & supra, omnis egrediens ad prælìandum in Israël.....

Aug. Locut. 1, t. 3. 357. b.

4. Et vobiscum erunt unusquisque secundùm caput uniuscujusque principum.....

VULGATA NOVA.

5. quorum ista sunt nomina: de Ruben, Elisur filius Sedeur:

6. de Simeon, Salamiel filius Surisaddai:

7. de Juda, Nahasson filius Aminadab:

8. de Issachar, Nathanael filius Suar:

9. de Zabulon, Eliab filius Helon.

10. Filiorum autem Joseph, de Ephraim, Elisama filius Ammiud: de Manasse, Gamaliel filius Phadassur:

11. de Benjamin, Abidan filius Gedeonis:

12. de Dan, Ahiezer filius Amisaddai:

13. de Aser, Phegiel filius Ochran:

14. de Gad, Eliasaph filius Duel:

15. de Nephthali, Ahira filius Enan.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in ep. ad Eph. l. 2. t. 4. 355. f.

16. Hi sunt electi synagogæ, principes tribuum juxta paternitates suas, duces Israël:

VULGATA NOVA.

16. Hi nobilissimi principes multitudinis per tribus & cognationes suas, & capita exercitûs Israël:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Quod hîc legitur Græcè, ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, à Tertulliano l. de corona mil. c. 9. 291. b. dicitur, *Tabernaculum martyrii*, vulgò *testimonii*.

℣. 2. Hæc variant Græcè, nempe pro *tollite summam*, habetur, λάβετε ἀρχὴν, *sumite principium*; subinde deest hoc, & *populos*; loco verò *paternitatum*, est φαλριῶν αὐτῶν, *familiarum eorum*, sicut infra, ἐξ ὀνόματος, *ex nomine*, loco *nominum*; at in edit. Compl. ὀνομάτων. Auct. l. de XLII. mans. apud Ambros. to. 2. 1. a. legit: *Accipe summam universæ congregationis filiorum Israël, à viginti annis & supra, per domos familiarum ipsorum.* Nota in Mss. Alex. Oxon. & Sar. sicut in edit. Ald. & Compl. ad vocem συναγωγῆς, addi υἱῶν Ἰσραὴλ, quod deest in Ms. Vaticano.

℣. 3. Similiter in Græco, præter hoc, ἐν δυνάμει Ἰσραὴλ, *in virtute Israël*, loco *ad prælìandum in Israël.*

℣. 4. Ita in Græco, præter vocem unam, φυλὴν, *tribum*, pro *caput.*

℣. 16. Non malè è Græco, nisi quòd in fine, ad *Israël*, additur εἰσὶ, *sunt*, & pro *electi*, hab. ἐπίκλητοι, vulgò *cognominati*, *asciti*, *nobiles*: item φαλριὰς constanter, loco *paternitates*, & pro *duces*, χιλίαρχοι, ad quod ultimum August. q. 1. in Num. to. 3. 527. c. *Quid est*, inquit, *quòd singulos de singulis tribubus eligi jubet principes, eos-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

17. quos tulerunt Moyſes & Aaron cum omni vulgi multitudine:

18. & congregaverunt primo die menſis ſecundi, recenſentes eos per cognationes, & domos, ac familias, & capita, & nomina ſingulorum, à vigeſimo anno & ſupra,

19. ſicut præceperat Dominus Moyſi. Numeratique ſunt in deſerto Sinai.

VULGATA NOVA.

20. De Ruben primogenito Iſraëlis per generationes & familias ac domos ſuas, & nomina capitum ſingulorum, omne quod ſexûs eſt maſculini à vigeſimo anno & ſupra, procedentium ad bellum,

VERSIO ANTIQUA.

20. Et fuerunt filii Ruben primogeniti Iſraëlis ſecundùm propinquitates eorum, ſecundùm populos eorum, ſecundùm domos familiarum eorum, ſecundùm numerum nominum eorum, ſecundùm caput eorum, omnia maſculina à viginti annis & ſupra, omnis qui procedit in virtute, recognitio eorum, *Aug. Locut. 2. 357. c.* *Aug. quæſt. 2. in Num. t. 3. 528. e.*

VULGATA NOVA.

21. quadraginta ſex millia quingenti.

22. De filiis Simeon per generationes ac familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina & capita ſingulorum, omne quod ſexûs eſt maſculini à vigeſimo anno & ſupra, procedentium ad bellum,

VERSIO ANTIQUA.

22. Filiis Simeon ſecundùm propinquitates eorum, ſecundùm populos eorum, ſecundùm domos familiarum eorum, ſecundùm numerum nominum eorum, ſecundùm caput eorum, omnia maſculina à viginti annis & ſupra, omnis qui procedit in virtute, recognitio eorum, *Aug. Locut. 2. 357. b.*

VULGATA NOVA.

23. quinquaginta novem millia trecenti.

24. De filiis Gad per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à viginti annis & ſupra, omnes qui ad bella procederent,

25. quadragintaquinque millia ſexcenti quinquaginta.

26. De filiis Juda per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum, per nomina ſingulorum à vigeſimo anno & ſupra, omnes qui poterant ad bella procedere,

27. recenſiti ſunt ſeptuaginta quatuor millia ſexcenti.

28. De filiis Iſſachar, per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum, per nomina ſingulorum à vigeſimo anno & ſupra, omnes qui ad bella procederent,

29. recenſiti ſunt quinquaginta quatuor millia quadringenti.

30. De filiis Zabulon per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à vigeſimo anno & ſupra, omnes qui poterant ad bella procedere,

31. quinquaginta ſeptem millia quadringenti.

32. De filiis Joſeph, filiorum Ephraim per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à vigeſimo anno & ſupra, omnes qui poterant ad bella procedere,

33. quadraginta millia quingenti.

34. Porro filiorum Manaſſe per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à viginti annis & ſupra, omnes qui poterant ad bella procedere,

35. triginta duo millia ducenti.

36. De filiis Benjamin per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt nominibus ſingulorum à vigeſimo anno & ſupra, omnes qui poterant ad bella procedere,

37. triginta quinque millia quadringenti.

38. De filiis Dan per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt nominibus ſingulorum à vigeſimo anno & ſupra, omnes qui poterant ad bella procedere,

39. ſexaginta duo millia ſeptingenti.

40. De filiis Aſer per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à vigeſimo anno & ſupra, omnes qui poterant ad bella procedere,

41. quadraginta millia & mille quingenti.

42. De filiis Nephthali per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt nominibus ſingulorum à vigeſimo anno & ſupra, omnes qui poterant ad bella procedere,

43. quinquaginta tria millia quadringenti.

44. Hi ſunt, quos numeraverunt Moyſes & Aaron, & duodecim principes Iſraël, ſingulos per domos cognationum ſuarum.

VULGATA NOVA.

45. Fueruntque omnis numerus filiorum Iſraël per domos & familias ſuas à vigeſimo anno & ſupra, qui poterant ad bella procedere,

VERSIO ANTIQUA.

45..... numeratio filiorum Iſraël cum exercitu eorum à viginti annis & ſupra, omnis egrediens ad præliandum in Iſraël, *Auct. l. de xlii. manſ. ap. Ambr. 1. b.*

VULGATA NOVA.

Exod. 38. 25. 46. ſexcenta tria millia virorum quingenti quinquaginta.

47. Levitæ autem in tribu familiarum ſuarum non ſunt numerati cum eis.

48. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

que appellat χιλιάρχυς, *quos quidam Latini Interpretes tribunos appellaverunt?* χιλίαρχοι *autem videntur à mille cognominati.* Vide Capitul. 1. ſup.

℣. 20. Hæc omnia aptè conveniunt cum Græco. Vid. Auguſt. infra.

℣. 22. Ita de Græco ad verbum. Aug. ibid. *Hæc locutio, quòd non dicit*, filii Simeon, *vel* ex filiis Simeon, *ſed* filiis Simeon *dativo caſu*, & *hoc ſervat deinceps in cæteris tribubus, non eſt translata ab Interpretibus Latinis, quos inſpicere potuimus. In ſola autem tribu Ruben, quæ prima numerata eſt, non eſt iſta locutio; non enim ait*, filiis Ruben..... *ſed ait*: Et fuerunt filii Ruben..... & *deinde ſimiliter ut in cæteris.* Quæſt. autem 2. in Num. poſt hæc, *propinquitates eorum*, &c. addit: Et *hæc quinque ſimiliter omnino repetuntur, donec tribus omnes compleantur..... Illa verò quæ deinceps quatuor connectuntur..... quamvis & ipſa per omnes tribus eodem prorſus modo repetantur, habent neceſſariam differentiam*, &c.

℣. 45. In Græco primùm: Καὶ ἐγένετο πᾶσα, *Et fuit omnis;* deinde loco *numeratio*, conſtanter, ἡ ἐπίσκεψις, *recenſio*, Capitul. 1. ſup. *recognitio*, cum Aug. Demum pro *exercitu*, legitur, δυνάμει, *virtute*, & loco *ad præliandum*, ſic, παρεκτάξασθαι, *ad ſtandum in acie.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. 1. offic. t. 2. 67. b. c.

49..... non accipies eos inter filios Iſraël:

50. ſed conſtitues Levitas ſuper tabernaculum teſtimonii, & ſuper omnia vaſa ejus adſtare, & ſuper quæcunque ſunt in ipſo. Ipſi tollant tabernaculum & omnia vaſa ejus: & ipſi miniſtrent in eo, & in circuitu tabernaculi caſtra ipſi conſtituant.

51. Et promovendo tabernaculum, ipſi deponant Levitæ: & conſtituendo caſtra, rurſum ipſum tabernaculum ipſi ſtatuant: alienigena, quicunque acceſſerit, morte moriatur.

VULGATA NOVA.

49. Tribum Levi noli numerare, neque pones ſummam eorum cum filiis Iſraël:

50. ſed conſtitue eos ſuper tabernaculum teſtimonii & cuncta vaſa ejus, & quidquid ad cæremonias pertinet. Ipſi portabunt tabernaculum & omnia utenſilia ejus: & erunt in miniſterio, ac per gyrum tabernaculi metabuntur.

51. Cùm proficiſcendum fuerit, deponent Levitæ tabernaculum: cùm caſtrametandum, erigent: quiſquis externorum acceſſerit, occidetur.

VULGATA NOVA.

52. Metabuntur autem caſtra filii Iſraël unuſquiſque per turmas & cuneos atque exercitum ſuum.

53. Porro Levitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio ſuper multitudinem filiorum Iſraël, & excubabunt in cuſtodiis tabernaculi teſtimonii.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 3. t. 3. 357. c.

54. Et fecerunt filii Iſraël ſecundùm omnia quæ mandavit Dominus Moyſi & Aaron, ita fecerunt.

VULGATA NOVA.

54. Fecerunt ergo filii Iſraël juxta omnia quæ præceperat Dominus Moyſi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 49. Gr. Ἀριθμὸν αὐτῶν σὺ οὐκ ἐν μέσῳ υἱῶν Ἰσραήλ. *Numerum eorum non ſumes in medio filiorum Iſraël.*

℣. 50. Græcum initio habet: Καὶ σὺ ἐπίσησον, *Et tu conſtitue*, pro *ſed conſtitues*; tum deleto verbo *adſtare*, præponit πᾶσα, voci *quæcunque*; exinde loco *ipſi tollant*, hab. ἀροῦσιν αὐτοὶ, ſicut pro *miniſtrent*, λειτουργήσουσι, *miniſtrabunt*, & pro *caſtra ipſi conſtituant*, σκηνωθήσονται, *caſtrametabuntur*; cætera ut in Lat.

℣. 51. Græc. Καὶ ἐν τῷ ἐξαίρειν τὴν σκηνὴν, καθελοῦσιν αὐτὴν οἱ Λευῖται, καὶ ἐν τῷ παρεμβάλλειν τὴν σκηνὴν, ἀναστήσουσι· καὶ ὁ ἀλλογενὴς ὁ προσπορευόμενος, ἀποθανέτω. i. e. *Et in promovendo tabernaculum, deponent ipſum Levitæ, & in collocando tabernaculum, erigent:* Auguſt. quæſt. 3. in Num. t. 3. col. 529. c. addit: *Et alienigena qui acceſſerit, moriatur.*

℣. 54. Ita in Græco ad verbum.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens:

2. Singuli per turmas, ſigna, atque vexilla, & domos cognationum ſuarum, caſtrametabuntur filii Iſraël, per gyrum tabernaculi fœderis.

3. Ad orientem Judas figet tentoria per turmas exercitus ſui: eritque princeps filiorum ejus Nahaſſon filius Aminadab:

4. & omnis de ſtirpe ejus ſumma pugnantium, ſeptuaginta quatuor millia ſexcenti.

5. Juxta eum caſtrametati ſunt de tribu Iſſachar, quorum princeps fuit Nathanaël filius Suar:

6. & omnis numerus pugnatorum ejus, quinquaginta quatuor millia quadringenti.

7. In tribu Zabulon princeps fuit Eliab filius Helon.

8. Omnis de ſtirpe ejus exercitus pugnatorum, quinquaginta ſeptem millia quadringenti.

9. Univerſi qui in caſtris Judæ annumerati ſunt, fuerunt centum octoginta ſex millia quadringenti: & per turmas ſuas primi egredientur.

10. In caſtris filiorum Ruben ad meridianam plagam erit princeps Eliſur filius Sedeur:

11. & cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati ſunt, quadraginta ſex millia quingenti.

12. Juxta eum caſtrametati ſunt de tribu Simeon: quorum princeps fuit Salamiel filius Suriſaddai:

13. & cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati ſunt, quinquaginta novem millia trecenti.

14. In tribu Gad princeps fuit Eliaſaph filius Duel:

15. & cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati ſunt, quadraginta quinque millia ſexcenti quinquaginta.

16. Omnes qui recenſiti ſunt in caſtris Ruben, centum quinquaginta millia & mille quadringenti quinquaginta per turmas ſuas: in ſecundo loco proficiſcentur.

17. Levabitur autem tabernaculum teſtimonii per officia Levitarum & turmas eorum: quomodo erigetur, ita & deponetur. Singuli per loca & ordines ſuos proficiſcentur.

18. Ad occidentalem plagam erunt caſtra filiorum Ephraim, quorum princeps fuit Eliſama filius Ammiud:

19. cunctus exercitus pugnatorum ejus, qui numerati ſunt, quadraginta millia quingenti.

20. Et cum eis tribus filiorum Manaſſe, quorum princeps fuit Gamaliel filius Phadaſſur:

21. cunctuſque exercitus pugnatorum ejus qui numerati ſunt, triginta duo millia ducenti.

22. In tribu filiorum Benjamin princeps fuit Abidan filius Gedeonis:

23. & cunctus exercitus pugnatorum ejus qui recenſiti ſunt, triginta quinque millia quadringenti.

24. Omnes qui numerati ſunt in caſtris Ephraim, centum octo millia centum per turmas ſuas: tertii proficiſcentur.

25. Ad aquilonis partem caſtrametati ſunt filii Dan: quorum princeps fuit Ahiezer filius Ammiſaddai:

26. cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati ſunt, ſexaginta duo millia ſeptingenti.

27. Juxta eum fixere tentoria de tribu Aſer: quorum princeps fuit Phegiel filius Ochran:

28. cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati ſunt, quadraginta millia & mille quingenti.

29. De tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan:

30. cunctus exercitus pugnatorum ejus, quinquaginta tria millia quadringenti.

31. Omnes qui numerati ſunt in caſtris Dan, fuerunt centum quinquaginta ſeptem millia ſexcenti: & noviſſimi proficiſcentur.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

32. Hic numerus filiorum Iſraël, per domos cognationum ſuarum & turmas diviſi exercitus, ſexcenta tria millia quingenti quinquaginta.

33. Levitæ autem non ſunt numerati inter filios Iſraël: ſic enim præceperat Dominus Moyſi.

34. Feceruntque filii Iſraël juxta omnia quæ mandaverat Dominus. Caſtrametati ſunt per turmas ſuas, & profecti per familias ac domos patrum ſuorum.

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. HÆ ſunt generationes Aaron & Moyſi, in die qua locutus eſt Dominus ad Moyſen in monte Sinai.

2. Et hæc nomina filiorum Aaron: primogenitus ejus Nadab, deinde Abiu, & Eleazar, & Ithamar. *Exod. 6. 23.*

VULGATA NOVA.

3. Hæc nomina filiorum Aaron ſacerdotum qui uncti ſunt, & quorum repletæ & conſecratæ manus ut ſacerdotio fungerentur.

VERSIO ANTIQUA.

3..... ſacerdotes qui uncti ſunt, quorum conſummaverunt manus eorum ſacerdotio fungi. *Aug. Locut. 4. t. 3. 357. c.*

VULGATA NOVA.

Lev. 10. 1. 2. 1. Par. 24. 2. 4. Mortui ſunt enim Nadab & Abiu, cùm offerrent ignem alienum in conſpectu Domini in deſerto Sinai, abſque liberis: functique ſunt ſacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aaron patre ſuo.

VULGATA NOVA.

5. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

6. Applica tribum Levi, & fac ſtare in conſpectu Aaron ſacerdotis ut miniſtrent ei, & excubent,

7. & obſervent quidquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo teſtimonii,

8. & cuſtodiant vaſa tabernaculi, ſervientes in miniſterio ejus.

9. Dabiſque dono Levitas

10. Aaron & filiis ejus, quibus traditi ſunt à filiis Iſraël: Aaron autem & filios ejus conſtitues ſuper cultum ſacerdotii. Externus, qui ad miniſtrandum acceſſerit, morietur.

11. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

12. Ego tuli Levitas à filiis Iſraël pro omni primogenito, qui aperit vulvam in filiis Iſraël, eruntque Levitæ mei.

Exod. 13. 2. Inf. 8. 16. 13. Meum eſt enim omne primogenitum: ex quo percuſſi primogenitos in terra Ægypti: ſanctificavi mihi quidquid primum naſcitur in Iſraël ab homine uſque ad pecus, mei ſunt: ego Dominus.

14. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen in deſerto Sinai, dicens:

15. Numera filios Levi per domos patrum ſuorum & familias, omnem maſculum ab uno menſe & ſupra.

5. Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: *Aug. quæſt. 4. in Num. t. 3. 529. d.*

6. Accipe tribum Levi, & ſtatues eos in conſpectu Aaron ſacerdotis, & miniſtrabunt ei, & cuſtodient cuſtodias ejus,

7. & cuſtodias filiorum Iſraël ante tabernaculum teſtimonii.....

10..... Alienigena, qui tetigerit, morietur. *Ibid. quæſt. 5. 529. f.*

12. Ecce eligo Levitas de medio filiorum Iſraël pro omni primogenito, aperiente vulvam filiis Iſraël: redemptiones eorum erunt iſti, & erunt mihi Levitæ. *Ambr. l. 1. offic. t. 2. 67. a. b.*

13. Mihi enim omne primitivum: in qua die percuſſi omne primogenitum Ægypti, ſanctificavi omne primogenitum Iſraël..... *Ambr. l. 2. de Cain, c. 2. t. 1. 208. b.*

14. Et locutus eſt Dominus ad Moyſen in deſerto Sina, dicens: *Hieron. l. 2. in ep. ad. Eph. t. 4. 355. f.*

15. Numera filios Levi ſecundùm domos paternitatum ſuarum, ſecundùm populos eorum, ſecundùm cognationes eorum, omne maſculinum à menſe uno & ſupra, conſiderate eos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. In Græco, non *quorum*, ſed ὧς, *quos*, al. tamen ὧν, reliqua ut ſupra.

℣℣. 5..... 7. Ita in Græco, verbum pro verbo. Tum Auguſt. ibid. *Quas*, inquit, φυλακὰς, *Græcus dixit, has noſtri Interpretes, alii* cuſtodias, *alii* excubias, *interpretati ſunt: ſed mirum niſi* vigiliæ *melius dicuntur, quæ ſolent in caſtris ternarum horarum obſervationem habere..... Et multis locis Scripturarum, noſtri* vigilias *interpretati ſunt, quas Græci* φυλακὰς *vocant: ubi nulla dubitatio eſt ſpatia nocturni temporis ſignificari, quod puto & hic accipiendum. Quomodo enim Levitæ jubentur obſervare cuſtodias Aaron, & cuſtodias filiorum Iſraël, id eſt,* φυλακάς? *niſi forteſſe dictum eſt, ne putarent ab obſervandis vigiliis, quæ propriè in caſtris obſervari ſolent, propter honorem, quo ſerviebant tabernaculo, immunes ſe eſſe debere, cùm & ipſos oporteret propter opera tabernaculi non minùs viciſſim obſervare vigilias, quæ obſervarentur in aliis circumquaque caſtris filiorum Iſraël.*

℣. 10. Itidem Græcè.

℣. 12. In Græco primùm: Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ εἴληφα τὸς Λευίτας, *Et ecce ego aſſumpſi Levitas;* deinde ut in Lat. ſup. niſi quòd voci *filiis*, præponitur παρὰ, *à*, deleturque *iſti*, poſt *erunt*. Idem Ambroſ. l. de Caïn & Ab. c. 2. to. 1. 208. b. legit: *Ecce tuli Levitas de medio filiorum Iſraël pro omni primogenito qui aperit vulvam à filiis Iſraël, & erunt mihi Levitæ*: omittit verò iſta intermedia: *redemptiones eorum erunt iſti*, quæ etiam in Mſ. Sar. obelo notantur: ſimiliter iterum hab. epiſt. 33. 920. e. *Ecce tuli*, &c. uſque ad hoc, *redemptiones*.

℣. 13. Vix meliùs è Græco, niſi quòd loco *Ægypti*, habetur, ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, *in terra Ægypti*, & poſt *ſanctificavi*, additur ἐμοὶ, *mihi*, ſicut ἐν, *in*, ante *Iſraël*, quod tamen abeſt a Mſ. Sar. Eadem iterum quæ ſupra refert Ambroſ. epiſt. 33. col. 920. e. & iiſdem verbis, ſed abſque hoc, *omne primitivum*: at l. 2. de Caïn, cap. 4. col. 213. c. ſic habet: *In ea die, qua interfeci omne primogenitum Ægypti, ſanctificavi mihi omne primogenitum Iſraël*: & l. 1. offic. to. 2. col. 67. 2. b. *Mihi enim ſanctificavi primogenitum in terra Ægypti.*

℣. 14. Sic etiam in Græco.

℣. 15. Optimè è Græco, niſi quòd pro *numera*, habetur ἐπίσκεψαι, ſicut in fine, ἐπισκέψασθε, pro *conſiderate*, i. e. *recenſe..... deligite*: item loco *paternitatum*, conſ-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

16. Numeravit Moyſes, ut præceperat Dominus,

Exod. 6. 16. 17. & inventi ſunt filii Levi per nomina ſua, Gerſon & Caath & Merari.

18. Filii Gerſon: Lebni & Semei.

19. Filii Caath: Amram & Jeſaar, Hebron & Oziel.

20. Filii Merari: Moholi & Muſi.

21. De Gerſon fuere familiæ duæ, Lebnitica, & Semeitica:

22. quarum numeratus eſt populus ſexus maſculini ab uno menſe & ſupra, ſeptem millia quingenti.

23. Hi poſt tabernaculum metabuntur ad occidentem,

24. ſub principe Eliaſaph filio Lael.

25. Et habebunt excubias in tabernaculo fœderis,

26. ipſum tabernaculum & operimentum ejus, tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis, & cortinas atrii: tentorium quoque quod appenditur in introitu atrii tabernaculi, & quidquid ad ritum altaris pertinet, funes tabernaculi & omnia utenſilia ejus.

27. Cognatio Caath habebit populos Amramitas & Jeſaaritas & Hebronitas & Ozielitas. Hæ ſunt familiæ Caathitarum recenſitæ per nomina ſua:

28. omnes generis maſculini ab uno menſe & ſupra, octo millia ſexcenti habebunt excubias ſanctuarii,

29. & caſtrametabuntur ad meridianam plagam.

30. Princepſque eorum erit Eliſaphan filius Oziel:

31. & cuſtodient arcam, menſamque & candelabrum, altaria & vaſa ſanctuarii, in quibus miniſtratur, & velum, cunctamque hujuſcemodi ſupellectilem.

32. Princeps autem principum Levitarum Eleazar filius Aaron ſacerdotis, erit ſuper excubitores cuſtodiæ ſanctuarii.

33. At verò de Merari erunt populi Moholitæ & Muſitæ recenſiti per nomina ſua:

34. omnes generis maſculini ab uno menſe & ſupra, ſex millia ducenti.

35. Princeps eorum Suriel filius Abihaiel: in plaga ſeptentrionali caſtrametabuntur.

36. Erunt ſub cuſtodia eorum tabulæ tabernaculi & vectes, & columnæ ac baſes earum, & omnia quæ ad cultum hujuſcemodi pertinent:

37. columnæque atrii per circuitum cum baſibus ſuis, & paxilli cum funibus.

38. Caſtrametabuntur ante tabernaculum fœderis, id eſt ad orientalem plagam, Moyſes & Aaron cum filiis ſuis, habentes cuſtodiam ſanctuarii in medio filiorum Iſraël: quiſquis alienus acceſſerit, morietur.

39. Omnes Levitæ, quos numeraverunt Moyſes & Aaron juxta præceptum Domini per familias ſuas in genere maſculino à menſe uno & ſupra, fuerunt viginti duo millia. *39. & ſeqq. Vide Not.*

40. Et ait Dominus ad Moyſen: Numera primogenitos ſexus maſculini de filiis Iſraël ab uno menſe & ſupra, & habebis ſummam eorum.

41. Tolleſque Levitas mihi pro omni primogenito filiorum Iſraël, ego ſum Dominus: & pecora eorum pro univerſis primogenitis pecorum filiorum Iſraël. *41..... 51. Vide Not.*

42. Recenſuit Moyſes, ſicut præceperat Dominus, primogenitos filiorum Iſraël:

43. & fuerunt maſculi per nomina ſua, à menſe uno & ſupra, viginti duo millia ducenti ſeptuaginta tres.

44. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

45. Tolle Levitas pro primogenitis filiorum Iſraël, & pecora Levitarum pro pecoribus eorum, eruntque Levitæ mei: ego ſum Dominus.

46. In pretio autem ducentorum ſeptuaginta trium, qui excedunt numerum Levitarum de primogenitis filiorum Iſraël,

47. accipies quinque ſiclos per ſingula capita ad menſuram ſanctuarii. Siclus habet viginti obolos. *Exod. 30. 13. Lev. 27. 25. Inf. 18. 16. Ezech. 45. 12.*

48. Dabiſque pecuniam Aaron & filiis ejus, pretium eorum qui ſupra ſunt.

49. Tulit igitur Moyſes pecuniam eorum qui fuerant ampliùs, & quos redemerant à Levitis

50. pro primogenitis filiorum Iſraël, mille trecentorum ſexaginta quinque ſiclorum juxta pondus ſanctuarii,

51. & dedit eam Aaron & filiis ejus juxta verbum quod præceperat ſibi Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tanter eſt παΐδιῶν, *familiarum*; hoc autem, *ſecundùm cognationes eorum*, deeſt: in edit. Compl. habetur loco *ſecundùm populos eorum*: in Mſs. verò Alex. Oxon. Sar. ac edit. Ald. rectè ut ſup. κατὰ δήμους αὐτῶν, καὶ κατὰ συγγενείας αὐτῶν· ſed in Mſ. Sar. hæc ultima obelo notantur.

℣. 39. & ſeqq. Obſervandum in Græco & in Vulgata (℣. 39.) omnes Levitas, duo & viginti millia numero inveniri, verſu autem (43.) primogenitos omnes maſculinos, duo & viginti millia ducentos ſeptuaginta tres numerari. Contra Capitulo VI. ſupra, *Levitæ dinumerantur à menſe uno & ſupra, viginti duo millia ducenti ſeptuaginta quatuor.* Capitulo verò ſeq. VII. *Omne primogenitum filiorum Iſraël à menſe uno & ſupra*, dinumeratur. At hîc error duplex in Capitulis, nempe Levitis tributus primogenitorum numerus, & iſte LXXIV. poſitus pro LXXIII.

℣℣. 41..... 51. Eò ſpectant quæ ait Auguſt. quæſt. 6. in Num. to. 3. col. 529. g. *Quid eſt quòd Levitas pro primogenitis filiorum Iſrael ſibi Deus deputat, ita ut numeratis primogenitis populi, qui plures inventi ſunt, quàm erat numerus Levitarum, argento redimerentur, quinque ſiclis pro uno datis? Quod pro pecoribus non eſt factum, cùm & pecora Levitarum pro primogenitis pecorum Iſrael ſibi eſſe voluerit. Quomodo deinceps primogenita eorum, vel pecora eorum pertinebant ad Deum, ubi juſſit immunda primogenita, vel humana mutari ovibus? Quomodo non & pro iſtis deinceps primogenitis computabuntur filii Levitarum?* Hæc autem omnia pluribus explicat ibidem Auguſtinus, quem videſis.

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens:

2. Tolle ſummam filiorum Caath de medio Levitarum per domos & familias ſuas,

3. à trigeſimo anno & ſupra, uſque ad quinquageſimum annum, omnium qui ingrediuntur ut ſtent & miniſtrent in tabernaculo fœderis. *3..... Vide Not.*

4. Hic eſt cultus filiorum Caath: Tabernaculum fœderis, & ſanctum ſanctorum

5. ingredientur Aaron & filii ejus, quando movenda ſunt caſtra, & deponent velum quod pendet an-

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Huc redit quod Hieron. in Ezech. 1. to. 3. col. 699. b. ait: *In Numerorum volumine, juxta Hebræos, non ut in LXX. continetur, à vigeſimo quinto ætatis anno, ſed à triceſimo incipere ſacerdotes in tabernaculo miniſtrare.* Nunc etiam

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

te fores, involventque eo arcam teſtimonii,

6. & operient rurſum velamine ianthinarum pellium, extendentque deſuper pallium totum hyacinthinum, & inducent vectes.

VERSIO ANTIQUA. VULGATA NOVA.

Aug. q. 7. in Num. t. 3. 530. c.

7..... & panes qui ſemper ſuper eam erunt:

7. Menſam quoque propoſitionis involvent hyacinthino pallio, & ponent cum ea thuribula & mortariola, cyathos & crateras ad liba fundenda: panes ſemper in ea erunt:

8. extendentque deſuper pallium coccineum, quod rurſum operient velamento ianthinarum pellium, & inducent vectes.

9. Sument & pallium hyacinthinum quo operient candelabrum cum lucernis & forcipibus ſuis & emunctoriis & cunctis vaſis olei, quæ ad concinnandas lucernas neceſſaria ſunt:

10. & ſuper omnia ponent operimentum ianthinarum pellium, & inducent vectes.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

11. Nec non & altare aureum involvent hyacinthino veſtimento, & extendent deſuper operimentum ianthinarum pellium, inducentque vectes.

11. Et ſuper altare aureum adoperient veſtimentum hyacinthinum, & adoperient illud operimento pelliceo hyacinthino..... *Aug. quæſt. 8. 530. d.*

VULGATA NOVA.

12. Omnia vaſa, quibus miniſtratur in ſanctuario, involvent hyacinthino pallio, & extendent deſuper operimentum ianthinarum pellium, inducentque vectes.

13. Sed & altare mundabunt cinere, & involvent illud purpureo veſtimento,

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

14. ponentque cum eo omnia vaſa, quibus in miniſterio ejus utuntur, id eſt, ignium receptacula, fuſcinulas ac tridentes, uncinos & patilla. Cuncta vaſa altaris operient ſimul velamine ianthinarum pellium, & inducent vectes.

14. & imponent ſuper illud omnia vaſa ejus, quibus miniſtrant in ipſis..... *Aug. Locut. 5. t. 3. 357. d.*

VULGATA NOVA.

15. Cùmque involverint Aaron & filii ejus ſanctuarium & omnia vaſa ejus in commotione caſtrorum, tunc intrabunt filii Caath ut portent involuta: & non tangent vaſa ſanctuarii, ne moriantur. Iſta ſunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis:

16. ſuper quos erit Eleazar filius Aaron ſacerdotis, ad cujus curam pertinet oleum ad concinnandas lucernas, & compoſitionis incenſum, & ſacrificium, quod ſemper offertur, & oleum unctionis, & quidquid ad cultum tabernaculi pertinet, omniumque vaſorum, quæ in ſanctuario ſunt.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

17. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens:

18. Nolite perdere populum Caath de medio Levitarum:

19. ſed hoc facite eis, ut vivant, & non moriantur, ſi tetigerint ſancta ſanctorum. Aaron & filii ejus intrabunt, ipſique diſponent opera ſingulorum, & divident quid portare quis debeat.

20. Alii nulla curioſitate videant quæ ſunt in ſanctuario priuſquam involvantur, alioquin morientur.

17. Et locutus eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens: *Fac. Hermian. l. 12. ap. Sirmond. t. 2. 809. b.*

18. Nolite diſperdere à tribu ſua plebem Caath de medio Levitarum:

19. hoc facite eis, & vivent, & non morientur, accedentibus illis ad ſancta ſanctorum. Aaron & filii ejus ingrediantur, & ordinent eos, unumquemque prout portandi locum habet.

20. Et non intrent de ſubito videre ſanctum.....

VULGATA NOVA.

21. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

22. Tolle ſummam etiam filiorum Gerſon per domos ac familias & cognationes ſuas,

23. à triginta annis & ſupra, uſque ad annos quinquaginta. Numera omnes qui ingrediuntur & miniſtrant in tabernaculo fœderis.

24. Hoc eſt officium familiæ Gerſonitarum,

25. ut portent cortinas tabernaculi & tectum fœderis operimentum aliud, & ſuper omnia velamen ianthinum, tentoriumque quod pendet in introitu tabernaculi fœderis,

26. cortinas atrii, & velum in introitu quod eſt ante tabernaculum. Omnia quæ ad altare pertinent, funiculos, & vaſa miniſterii,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in Græco: ἀπὸ εἴκοσι ἢ πέντε ἐτῶν ἢ ἐπάνω, ἕως πεντήκοντα ἐτῶν, &c. In Vulg. verò, *à trigeſimo anno & ſupra, uſque ad quinquageſimum annum.*

℣. 7. Itidem Græcè.

℣. 11. Similiter in Græco, niſi excipias, 2. *adoperient*, pro quo ſimpliciter, καλύψουσιν, *operient*; in Mſ. tamen Alex. ac editt. Ald. & Compl. utrobique, ἐπικαλύψουσι. Mox Auguſt. ibid. *Poſſet*, inquit, *iſta locutio videri, quam velut abſurdam, & non integram Latini Interpretes transferre noluerunt, id eſt*, Super altare aureum adoperient veſtimentum hyacinthinum, *tanquam debuerit dici*: Et altare aureum adoperient veſtimento hyacinthino; *nam* adoperient veſtimentum hyacinthinum, *hoc videtur ſignificare, quod ipſum veſtimentum aliunde adoperiretur, non, quod ipſo veſtimento adoperiretur altare: ſed mihi videtur non tam genus locutionis eſſe, quàm ſubobſcurus ſenſus*, &c.

℣℣. 17. 18. In Græco: Μὴ ἀλοθρεύσητε τῆς φυλῆς, *Ne exterminaveritis de tribu*, abſque ſeq. *ſua*; cætera ut in Lat. ſup.

℣. 19. Ita in Græco, præter ultima, Προσπορευέσθωσαν, & καθασήσουσιν αὐτὲς ἕκασον καὶα τὴν ἀναφορὰν αὐτῦ. *Accedant, & collocabunt eos unumquemque ſecundùm geſtationem ſuam.* In Mſ. Alex. nec non in Ald. edit. & Compl. εισπορευέσθωσαν.

℣. 20. In Græco, ἵνα μὴ ἐξάπινα τὰ ἅγια, *videre conſeſtim ſancta*; at in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. τὸ ἅγιον, ut ſup.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

27. jubente Aaron & filiis ejus, portabunt filii Gerſon : & ſcient ſinguli cui debeant oneri mancipari.
28. Hic eſt cultus familiæ Gerſonitarum in tabernaculo fœderis, eruntque ſub manu Ithamar filii Aaron ſacerdotis.
29. Filios quoque Merari per familias & domos patrum ſuorum recenſebis,
30. à triginta annis & ſupra, uſque ad annos quinquaginta, omnes qui ingrediuntur ad officium miniſterii ſui & cultum fœderis teſtimonii.
31. Hæc ſunt onera eorum : Portabunt tabulas tabernaculi & vectes ejus, columnas ac baſes earum,
32. columnas quoque atrii per circuitum cum baſibus & paxillis & funibus ſuis. Omnia vaſa & ſupellectilem ad numerum accipient, ſicque portabunt.
33. Hoc eſt officium familiæ Meraritarum & miniſterium in tabernaculo fœderis: eruntque ſub manu Ithamar filii Aaron ſacerdotis.
34. Recenſuerunt igitur Moyſes & Aaron & principes ſynagogæ, filios Caath per cognationes & domos patrum ſuorum,
35. à triginta annis & ſupra, uſque ad annum quinquageſimum, omnes qui ingrediuntur ad miniſterium tabernaculi fœderis :
36. & inventi ſunt duo millia ſeptingenti quinquaginta.
37. Hic eſt numerus populi Caath qui intrant tabernaculum fœderis : hos numeravit Moyſes & Aaron juxta ſermonem Domini per manum Moyſi.
38. Numerati ſunt & filii Gerſon per cognationes & domos patrum ſuorum,
39. à triginta annis & ſupra, uſque ad quinquageſimum annum, omnes qui ingrediuntur ut miniſtrent in tabernaculo fœderis :
40. & inventi ſunt duo millia ſexcenti triginta.
41. Hic eſt populus Gerſonitarum, quos numeraverunt Moyſes & Aaron juxta verbum Domini.
42. Numerati ſunt & filii Merari per cognationes & domos patrum ſuorum,
43. à triginta annis & ſupra, uſque ad annum quinquageſimum, omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis :
44. & inventi ſunt tria millia ducenti :
45. hic eſt numerus filiorum Merari, quos recenſuerunt Moyſes & Aaron juxta imperium Domini per manum Moyſi.
46. Omnes qui recenſiti ſunt de Levitis, & quos recenſeri fecit ad nomen Moyſes, & Aaron, & principes Iſraël, per cognationes & domos patrum ſuorum,
47. à triginta annis & ſupra, uſque ad annum quinquageſimum, ingredientes ad miniſterium tabernaculi, & onera portanda,
48. fuerunt ſimul octo millia quingenti octoginta.
49. Juxta verbum Domini recenſuit eos Moyſes, unumquemque juxta officium & onera ſua, ſicut præceperat ei Dominus.

CAPUT V.

VULGATA NOVA.

1. LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:
2. Præcipe filiis Iſraël, ut ejiciant de caſtris omnem leproſum, & qui ſemine fluit, polluturque eſt ſuper mortuo :
3. tam maſculum quàm feminam ejicite de caſtris, ne contaminent ea cùm habitaverim vobiſcum.
4. Feceruntque ita filii Iſraël, & ejecerunt eos extra caſtra, ſicut locutus erat Dominus Moyſi.
5. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens :

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 9. in Num. t. 3. 530. f. 6.

6..... Vir, aut mulier, quicunque fecerit ab omnibus peccatis humanis, & deſpiciens deſpexerit, & deliquerit anima illa,

7. annuntiabit peccatum quod peccavit, & reſtituet delictum ; caput, & quintas ejus adjiciet ſuper illud, & reddet cui deliquit ei.
8. Si autem non fuerit homini proximus, ita ut reddat illi delictum ad ipſum ; delictum, quod redditur Domino, ſacerdoti erit, excepto ariete propitiationis, per quem exorabit in illo pro eo.

VULGATA NOVA.

6. Loquere ad filios Iſraël : Vir, ſive mulier, cùm fecerint ex omnibus peccatis, quæ ſolent hominibus accidere, & per negligentiam tranſgreſſi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint,
7. confitebuntur peccatum ſuum, & reddent ipſum caput, quintamque partem deſuper, ei in quem peccaverint.
8. Sin autem non fuerit qui recipiat, dabunt Domino, & erit ſacerdotis, excepto ariete, qui offertur pro expiatione, ut ſit placabilis hoſtia.

VULGATA NOVA.

9. Omnes quoque primitiæ, quas offerunt filii Iſraël, ad ſacerdotem pertinent :
10. & quidquid in ſanctuarium offertur à ſingulis, & traditur manibus ſacerdotis, ipſius erit.
11. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Ita in Græco ad verbum : ſic etiam iterum habet Auguſt. Locut. 7. to. 3. 357. d. uſque ad vocem *humanis*, monetque non dictum *quæcunque*, ſed *quicunque*, non tamen uſitata locutione. Hoc autem ult. *anima illa*, Græcè adjungitur antecedentibus ; apud Auguſt. verò ſequentibus : id potiſſimùm apparet infra, quæſt. 10. 531. e. ubi ait : *Cùm enim dixiſſet Scriptura :* Vir aut mulier..... & deliquerit, *id eſt, contemnendo iſta commiſerit, adjunxit,* & *ait* ; anima illa annuntiabit peccatum, &c.

℣. 7. Similiter in Græco, præter unum ἐποίησε, *fecit*, pro *peccavit ;* in Mſ. tamen Alex. ἥμαρτεν, ut ſup. Ad hoc verò : & *reddet cui deliquit ei*, Auguſt. notat., Locut. 6. to. 3. 537. d. Quoſdam *locutionem iſtam transferre nolentes, emendato ordine verba* tranſtuliſſe, *dicentes :* & reddet ei cui deliquit.

℣. 8. Concinunt omnia cum Græco, niſi quòd *loco proximus*, legitur ὁ ἀγχιστεύων, quod idem ſonat ; & pro *exorabit*, quod Auguſtino uſitatum, ἐξιλάσεται, id eſt, *placabit, deprecabitur*. Aug. inf. 531. b. obſervat, *locutionis* eſſe *quod addidit* ad ipſum ; *aut fortè*, inquit, ad ipſum *dixit, quod ad ipſum pertineat, id eſt, ipſe poſſideat : deinde ſequitur :* delictum quod redditur Domino, ſacerdoti erit. *Delictum autem dicit, cùm redditur ea res, quæ per delictum ablata eſt.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
12. Loquere ad filios Iſraël, & dices ad eos : Vir, cujus uxor erraverit, maritumque contemnens	12..... Viri viri, ſi prævaricata fuerit uxor ejus.....	*Aug. Locut.* 8. *t.* 3. 357. *c. f.*
13. dormierit cum altero viro, & hoc maritus deprehendere non quiverit, ſed latet adulterium, & teſtibus argui non poteſt, quia non eſt inventa in ſtupro :		
14. ſi ſpiritus zelotypiæ concitaverit virum contra uxorem ſuam, quæ vel polluta eſt, vel falſa ſuſpicione appetitur,	14. ſi ſuperveniet illi ſpiritus zelandi, illa autem non fuerit inquinata,	*Ibid. Locut.* 9.
15. adducet eam ad ſacerdotem, & offeret oblationem pro illa, decimam partem ſati farinæ hordeaceæ : non fundet ſuper eam oleum, nec imponet thus : quia ſacrificium zelotypiæ eſt, & oblatio inveſtigans adulterium.	15. & adducet homo uxorem ſuam ad ſacerdotem.....	

VULGATA NOVA.	
16. Offeret igitur eam ſacerdos, & ſtatuet coram Domino :	pauxillum terræ de pavimento tabernaculi mittet in eam.
17. aſſumetque aquam ſanctam in vaſe fictili, &	

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
18. Cùmque ſteterit mulier in conſpectu Domini, diſcooperiet caput ejus, & ponet ſuper manus illius ſacrificium recordationis, & oblationem zelotypiæ : ipſe autem tenebit aquas amariſſimas, in quibus cum exſecratione maledicta congeſſit :	18..... erit aqua argutionis, quæ maledicitur, hæc.	*Ibid. Locut.* 10.
19. adjurabitque eam, & dicet : Si non dormivit vir alienus tecum, & ſi non polluta es deſerto mariti thoro, non te nocebunt aquæ iſtæ amariſſimæ, in quas maledicta congeſſi.	19..... innocens eſto ab aqua argutionis, quæ maledicitur hæc.	*Ibid. Locut.* 11.
20. Sin autem declinaſti à viro tuo, atque polluta es, & concubuiſti cum altero viro :		
21. his maledictionibus ſubjacebis : Det te Dominus in maledictionem, exemplumque cunctorum in populo ſuo : putreſcere faciat femur tuum, & tumens uterus tuus diſrumpatur :	21..... Det te Dominus in maledictum, & in exſecramentum.....	*Aug. quæſt.* 11. *in Num. t.* 3. 531. *f.*

VULGATA NOVA.	
22. ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & utero tumeſcente putreſcat femur. Et reſpondebit mulier, Amen, amen.	& incendat ſuper altare : & ſic potum det mulieri aquas amariſſimas.
23. Scribetque ſacerdos in libello iſta maledicta, & delebit ea aquis amariſſimis, in quas maledicta congeſſit,	
24. & dabit ei bibere. Quas cùm exhauſerit,	
25. tollet ſacerdos de manu ejus ſacrificium zelotypiæ, & elevabit illud coram Domino, imponetque illud ſuper altare : ita duntaxat ut priùs,	
26. pugillum ſacrificii tollat de eo quod offertur,	

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
27. Quas cùm biberit, ſi polluta eſt, & contempto viro adulterii rea, pertranſibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computreſcet femur : eritque mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo.	27..... & inflabitur venter ejus.....	*Aug. Locut.* 12. 357. *g.*
28. Quòd ſi polluta non fuerit, erit innoxia, &		

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 12. Ita Græcè : mox Aug. ibid. *Non ſolùm quia geminavit nomen, ut diceret*, viri viri, *ſed etiam quia addidit* ejus, *notanda locutio eſt.*

℣. 14. In Græco ſic : Ἢ ἐπέλθῃ αὐτῷ πνεῦμα ζηλώσεως, *aut ſupervenerit ei ſpiritus zelotypiæ ;* tum ſequitur, καὶ ζηλώσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, *& zelaverit uxorem ejus ;* quod omittit Aug. deinde ut ſup. ἀυτὴ δὲ μὴ ᾖ μεμιασμένη.

℣. 15. Sic etiam in Græco.

℣. 18. *Quæ maledicitur hæc :* Quò referri debeant hæc verba, an ad vocem *argutionis*, an ad præced. *aqua*, ambiguum : in Vulgata ad *aquam* revocatur maledictum ; apud LXX. ad *argutionem ;* ita nempe ferunt : Ἐν δὲ τῇ χειρὶ τοῦ ἱερέως ἔσαι τὸ ὕδωρ τὸ ἔλεγμὸν τὸ ἐπικαταρωμένον τοῦτο· quæ Nobilius ſic vertit : *In manu autem ſacerdotis erit aqua argutionis, quæ maledicitur, hujus.* At Auguſt. ſupra non legit *hujus*, ſed *hæc*, per relat. ad *aquam ;* & paulò poſt, eandem ſcripturam confirmat, dicens : *Hanc locutionem inuſitatam fecit ordo verborum ; poſſet enim uſitatè ita dici :* Erit aqua argutionis hæc quæ maledicitur : aut, *Erit hæc aqua argutionis, quæ maledicitur.* Auguſtino favent Mſs. Alex. & Sar. cum edit. Ald. & Compl. in quibus, τὸ ἐπικαταρώμενον τοῦτο, per relat. ad ὑδωρ· immo in ipſo cod. Vat. & al. infra, ℣. 22. ſcriptum, Καὶ εἰσελεύσεται τὸ ὕδωρ τὸ ἐπικαταρώμενον τοῦτο· & ℣. 24. Εἰσελεύσεται εἰς αὐτὴν τὸ ὕδωρ τὸ ἐπικαταρώμενον τοῦ ἐλεγμοῦ. Contrà ℣. 23. ſic : τὸ ὕδωρ τοῦ ἐλεγμοῦ τοῦ ἐπικαταρωμένου· unde liquet utrumque legendi modum admitti à LXX.

℣. 19. In Græco ut ſupra : tum Auguſt. ibid. *In hac locutione*, inquit, *non ſolus verborum ordo inuſitatè ſonat, ſed etiam caſus mutatus eſt, eſſet enim integrum & uſitatum :* Innocens eſto ab hac aqua argutionis, quæ maledicitur, *aut*, ab aqua argutionis hac, quæ maledicitur. Vide Not. ſup.

℣. 21. Aug. ibid. *Verba quæ Scriptura dicit mulieri à ſacerdote dicenda, quando à ſuſpicione adulterii eam maritus addicit :* Det eam Dominus in maledictum, & in exſecramentum, *Græcus habet ἐνόρκιον, quo verbo videtur ſignificari juramentum per exſecrationem.* In Græco deeſt *in*, ante ἐνόρκιον, ſeu *exſecramentum ;* in edit. Compl. legitur ἐν ὅρκῳ.

℣. 27. In Græco ſic : Καὶ πρησθήσεται τὴν κοιλίαν, quod primùm ita reddit Aug. *Et inflabitur ventrem*, id eſt, inquit, *inflabitur ventre ;* tum addit : *Hæc locutio & apud Latinos auctores frequentatur ; ſed Interpretes noſtri, qui eam transferre noluerunt, dixerunt : Et inflabitur venter ejus ;* quam lectionem retinuimus, ut à primis Latinis translatoribus ortam. In Ald. edit. legitur προσθήσεται, in Compl. πρισθήσεται, à πρίω, ſeu πρίζω, *ſcindo.* Mſ. Sar. ad vocem κοιλίαν, addit αὐτῆς, ſub aſterico.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

faciet liberos.

29. Ista est lex zelotypiæ. Si declinaverit mulier à viro suo, & si polluta fuerit,

30. marituſque zelotypiæ ſpiritu concitatus adduxerit eam in conſpectu Domini, & fecerit ei ſacerdos juxta omnia quæ ſcripta ſunt:

31. maritus abſque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem ſuam.

CAPUT VI.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 13. t. 3. 358. b. 2..... Vir, vel mulier, quicunque magnè voverit votum.....

VULGATA NOVA.

1. LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

2. Loquere ad filios Iſraël, & dices ad eos: Vir, ſive mulier, cùm fecerint votum ut ſanctificentur, & ſe voluerint Domino conſecrare:

VULGATA NOVA.

3. à vino, & omni quod inebriare poteſt, abſtinebunt. Acetum ex vino, & ex qualibet alia potione, & quidquid de uva exprimitur, non bibent: uvas recentes ſiccaſque non comedent

4. cunctis diebus quibus ex voto Domino conſecrantur: quidquid ex vinea eſſe poteſt, ab uva paſſa uſque ad acinum non comedent.

Judic. 13. 5. 5. Omni tempore ſeparationis ſuæ novacula non tranſibit per caput ejus, uſque ad completum diem quò Domino conſecratur. Sanctus erit, creſcente cæſarie capitis ejus.

6. Omni tempore conſecrationis ſuæ ſuper mortuum non ingredietur,

7. nec ſuper patris quidem & matris & fratris ſororiſque funere contaminabitur, quia conſecratio Dei ſui ſuper caput ejus eſt.

8. Omnibus diebus ſeparationis ſuæ ſanctus erit Domino.

VERSIO ANTIQUA.

9..... & radetur caput ſuum..... *Aug. Locut. 14. 358. b.*

VULGATA NOVA.

9. Sin autem mortuus fuerit ſubitò quiſpiam coram eo, polluetur caput conſecrationis ejus: quod radet illico in eadem die purgationis ſuæ, & rurſum ſeptimâ:

10. in octava autem die offeret duos turtures, vel duos pullos columbæ, ſacerdoti in introitu fœderis teſtimonii:

11. facietque ſacerdos unum pro peccato, & alterum in holocauſtum, & deprecabitur pro eo, quia peccavit ſuper mortuo: ſanctificabitque caput ejus in die illo:

12. & conſecrabit Domino dies ſeparationis illius, offerens agnum anniculum pro peccato: ita tamen ut dies priores irriti fiant, quoniam polluta eſt ſanctificatio ejus.

13. Iſta eſt lex conſecrationis. Cùm dies, quos ex voto decreverat, complebuntur: adducet eum ad oſtium tabernaculi fœderis,

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 12. in Num. t. 3. 532. a. b. 14. & offeret munus ſuum Domino, agnum anniculum ſine vitio in holocauſtoma, & agnam anniculam ſine vitio unam in peccatum.....

VULGATA NOVA.

14. & offeret oblationem ejus Domino; agnum anniculum immaculatum in holocauſtum, & ovem anniculam immaculatam pro peccato, & arietem immaculatum, hoſtiam pacificam,

VULGATA NOVA.

15. caniſtrum quoque panum azymorum qui conſperſi ſint oleo, & lagana abſque fermento uncta oleo, ac libamina ſingulorum:

16. quæ offeret ſacerdos coram Domino, & faciet tam pro peccato, quàm in holocauſtum.

17. Arietem verò immolabit hoſtiam pacificam Domino, offerens ſimul caniſtrum azymorum, & libamenta quæ ex more debentur.

Act. 21. 24. 18. Tunc radetur nazaræus ante oſtium tabernaculi fœderis cæſarie conſecrationis ſuæ: tolletque capillos ejus, & ponet ſuper ignem, qui eſt ſuppoſitus ſacrificio pacificorum.

19. Et armum coctum arietis, tortamque abſque fermento unam de caniſtro, & laganum azymum unum, & tradet in manus nazaræi, poſtquam raſum fuerit caput ejus.

20. Suſceptaque rurſum ab eo, elevabit in conſpectu Domini: & ſanctificata ſacerdotis erunt, ſicut pectuſculum, quod ſeparari juſſum eſt, & femur: poſt hæc poteſt bibere nazaræus vinum.

21. Iſta eſt lex nazaræi, cùm voverit oblationem ſuam Domino tempore conſecrationis ſuæ, exceptis his quæ invenerit manus ejus: juxta quod mente devoverat, ita faciet ad perfectionem ſanctificationis ſuæ.

22. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

VERSIO ANTIQUA.

Vict. Vit. l. 3. de perſ. Aſr. 41. c. 23..... Sic benedicet populum meum, & ego benedicam illos.....

VULGATA NOVA.

23. Loquere Aaron & filiis ejus: Sic benedicetis filiis Iſraël, & dicetis eis:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Ita in Gr. Aug. addit: *Non dixit*, quæcunque.

℣℣. 6. 7. Eò reſpiciebat Tertul. l. 4. adversùs Marc. 717. c. cùm dixit: *Et de devotione in Arithmis; nam & illic qui ſe Deo voverit, inter cætera jubet, ne ſuper ullam animam introeat defunctam, ne ſuper patris quidem, aut matris, aut fratris*; quæ omnia reſpondent Græco.

℣. 9. Itidem Græcè.

℣. 14. Græcum addit ἕνα, *unum*, 1. *vitio*, & ponit μίαν, poſt *anniculam*; Mſ. tamen Alex. & Compl. hab. ἀμωμον μίαν, cum Auguſt. Demum poſt *peccatum*, ſequitur: καὶ κριὸν ἕνα ἄμωμον εἰς σωτήριον, *& arietem unum abſque macula in ſalutare*. Aug. addit: *Hoc quidam noſtri Interpretes transferre noluerunt, veluti locutionem inuſitatam vitantes, & dixerunt* pro peccato, *non* in peccatum; *cùm ſit ſenſus in ea locutione, qui non fuerat perturbandus.* In peccatum *quippe dictum eſt, quia hoc ipſum, quod pro peccato offerebatur, peccatum vocabatur..... Sicut ergo agnus in holocauſtoma, ut ipſum pecus eſſet holocauſtum; ſic & agna in peccatum, ut ipſum pecus eſſet peccatum, id eſt, ſacrificium fieret pro peccato; ſicut de ariete quod ſequitur*, in ſalutare *dicit, tanquam ipſum ſit ſalutare, cùm ſit ſacrificium ſalutaris, quod poſtea repetendo manifeſtat. Nam & illud*, pro peccato *dicit, quod priùs dixerat* in peccatum; & *hoc* ſacrificium ſalutaris, *quod priùs dixerat* ſalutare.

℣. 23. Similiter habet Fulgent. reſponſ. contra Arian. p. 57. f. At in Græco ſic: Οὕτως εὐλογήσετε τοὺς υἱοὺς Ἰσ-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Eccli. 36. 19. 24. Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te.
25. Oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui.
26. Convertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem.
27. Invocabuntque nomen meum ſuper filios Iſraël, & ego benedicam eis.

VERSIO ANTIQUA.

24. Benedicat tè Dominus, & cuſtodiat te. *Vict. ubi ſup.*
25. Illuminet Dominus faciem ſuam ſuper te, & miſereatur tui.
26. Attollat Dominus faciem ſuam ſuper te, & det tibi pacem.
27. Vos ponite nomen meum ſuper filios Iſraël, ego Dominus benedicam eos. *Auct. quæſt. Vet, Teſt. ap. Aug. t. 3. p. 46. g.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ουτω, λέγοντες αὐτοῖς· *Sic benedicetis filios Iſraël, dicentes eis:*

℣℣. 24..... 26. Eadem refert Fulgent. reſp. contra Arian. p. 57. f. & frag. 21. contra Fab. p. 605. ad verbum; ſimiliter etiam in Græco.

℣. 27. In Græco ſic: Καὶ ἐπιθήσουσι τὸ ὄνομά μου..... καὶ ἐγὼ Κύριος, &c. *Et imponent nomen meum..... & ego Dominus*, &c. ut ſup.

CAPUT VII.

VULGATA NOVA.

Exod. 40. 16. 1. FActum eſt autem in die qua complevit Moyſes tabernaculum, & erexit illud: unxitque & ſanctificavit cum omnibus vaſis ſuis, altare ſimiliter & omnia vaſa ejus.
2. Obtulerunt principes Iſraël & capita familiarum, qui erant per ſingulas tribus, præfectique eorum qui numerati fuerant,

VULGATA NOVA.

3. munera coram Domino, ſex plauſtra tecta cum duodecim bobus. Unum plauſtrum obtulere duo duces, & unum bovem ſinguli, obtuleruntque ea in conſpectu tabernaculi.

VERSIO ANTIQUA.

3..... ſex vehicula tecta, & duodecim boves: vehiculum à duobus principibus, & vitulum à ſingulis..... *Aug. Locut, 15. t. 3. 358. b.*

VULGATA NOVA.

4. Ait autem Dominus ad Moyſen:
5. Suſcipe ab eis ut ſerviant in miniſterio tabernaculi, & trades ea Levitis juxta ordinem miniſterii ſui.
6. Itaque cùm ſuſcepiſſet Moyſes plauſtra & boves, tradidit eos Levitis.
7. Duo plauſtra & quatuor boves dedit filiis Gerſon, juxta id quod habebant neceſſarium:
8. quatuor alia plauſtra & octo boves dedit filiis Merari, ſecundùm officia & cultum ſuum, ſub manu Ithamar filii Aaron ſacerdotis:
9. filiis autem Caath non dedit plauſtra & boves: quia in ſanctuario ſerviunt, & onera propriis portant humeris.
10. Igitur obtulerunt duces in dedicationem altaris, die qua unctum eſt, oblationem ſuam ante altare.

VULGATA NOVA.

11. Dixitque Dominus ad Moyſen: Singuli duces per ſingulos dies offerant munera in dedicationem altaris.

VERSIO ANTIQUA.

11..... Princeps unus quotidie, princeps quotidie offerent dona ſua..... *Aug. Locut. 16. 358. c.*

VULGATA NOVA.

12. Primo die obtulit oblationem ſuam Nahaſſon filius Aminadab de tribu Juda:
13. fueruntque in ea, acetabulum argenteum pondo centum triginta ſiclorum, phiala argentea habens ſeptuaginta ſiclos, juxta pondus ſanctuarii, utrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:
14. mortariolum ex decem ſiclis aureis plenum incenſo:

VULGATA NOVA.

15. bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:
16. hircumque pro peccato:

VERSIO ANTIQUA.

15. vitulum unum pro bobus..... *Ibid. Locut, 17.*
16. & hircum ex capris unum.....

VULGATA NOVA.

17. & in ſacrificio pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque: hæc eſt oblatio Nahaſſon filii Aminadab.
18. Secundo die obtulit Nathanael filius Suar, dux de tribu Iſſachar,
19. acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, juxta pondus ſanctuarii, utrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:
20. mortariolum aureum habens decem ſiclos, plenum incenſo:
21. bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:
22. hircumque pro peccato:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Ita in Græco, niſi quòd loco *vehicula tecta*, legitur ἁμάξας λαμπηνίκας, & pro *à ſingulis*, παρὰ ἑκάστου, *ab uno quoque*: quid verò intelligendum ſit per λαμπηνίκας, paulò ambiguum; Nobilius tranſtulit, *vehicula lampenica*, non malè tamen *tecta* reddit Auguſtinus; nam apud Rob. Conſtantinum & Schrevelium, λαμπήνη, idem eſt ac *lectica*, ſeu *vehiculi genus regium*; at veretur Conſtant. ne erratum ſit apud Pollucem, quem unum citat, & pro λαμπήνη, quod fortè irrepſit, legendum ſit, ἀπήνη· apud Homerum autem, ἅμαξα & ἀπήνη ſynonima: in Mſ. Oxon. non λαμπηνίκας legitur, ſed καλασκεπασὰς, ſeu cum Aquila, σκεπασάς· quo verbo ſignificantur *lecticæ opertæ pellibus*, ut refert Hieron. in cap. ult. Iſaiæ, ℣. 20. to. 3. 509. d. Schol. al. καλασκευασὰς, *apparatas*. Euſeb. Emiſſ. ἁμάξας λαμπηνίκας, dicit, τὰς διαῤῥόχους, *quæ rotis ad diſcurrendum aguntur*, ἅς τινες, inquit, ζυρώσια καλοῦσι.

℣. 11. Addit Auguſt. *Pro eo ut diceret: Singulis diebus ſinguli principes.* Græcè ut in Lat. ſup.

℣. 15. Gr. ἐκ βοῶν, *ex bobus*, non *pro bobus*.

℣. 16. Græc. addit, περὶ ἁμαρτίας, *pro peccato*; cætera ut in Lat.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

23. & in ſacrificio pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque: hæc fuit oblatio Nathanael filii Suar.

24. Tertio die princeps filiorum Zabulon, Eliab filius Helon,

25. obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus ſanctuarii, utrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:

26. mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo:

27. bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:

28. hircumque pro peccato:

29. & in ſacrificio pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque: hæc eſt oblatio Eliab filii Helon.

30. Die quarto princeps filiorum Ruben, Eliſur filius Sedeur,

31. obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus ſanctuarii, utrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:

32. mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo:

33. bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:

34. hircumque pro peccato:

35. & in hoſtias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque: hæc fuit oblatio Eliſur filii Sedeur.

36. Die quinto princeps filiorum Simeon, Salamiel filius Suriſaddai,

37. obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus ſanctuarii, utrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:

38. mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo:

39. bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:

40. hircumque pro peccato:

41. & in hoſtias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque: hæc fuit oblatio Salamiel filii Suriſaddai.

42. Die ſexto princeps filiorum Gad, Eliaſaph filius Duel,

43. obtulit acetabulum argenteum appendens centum tringinta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus ſanctuarii, utrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:

44. mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo:

45. bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:

46. hircumque pro peccato:

47. & in hoſtias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque: hæc fuit oblatio Eliaſaph filii Duel.

48. Die ſeptimo princeps filiorum Ephraim, Eliſama filius Ammiud,

49. obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos: phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus ſanctuarii, utrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:

50. mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo:

51. bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:

52. hircumque pro peccato:

53. & in hoſtias pacificorum, boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque: hæc fuit oblatio Eliſama filii Ammiud.

54. Die octavo princeps filiorum Manaſſe, Gamaliel filius Phadaſſur,

55. obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus ſanctuarii, utrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:

56. mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo:

57. bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:

58. hircumque pro peccato:

59. & in hoſtias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque: hæc fuit oblatio Gamaliel filii Phadaſſur.

60. Die nono princeps filiorum Benjamin, Abidan filius Gedeonis,

61. obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus ſanctuarii, utrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:

62. & mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo:

63. bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:

64. hircumque pro peccato:

65. & in hoſtias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque: hæc fuit oblatio Abidan filii Gedeonis.

66. Die decimo princeps filiorum Dan, Ahiezer filius Ammiſaddai,

67. obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus ſanctuarii, utrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:

68. mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo:

69. bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:

70. hircumque pro peccato:

71. & in hoſtias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque: hæc fuit oblatio Ahiezer filii Ammiſaddai.

72. Die undecimo princeps filiorum Aſer, Phegiel filius Ochran,

73. obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus ſanctuarii, utrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:

74. mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo:

75. bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:

76. hircumque pro peccato:

77. & in hoſtias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque: hæc fuit oblatio Phegiel filii Ochran.

78. Die duodecimo princeps filiorum Nephthali, Ahira filius Enan,

79. obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pondus ſanctuarii, utrumque plenum ſimila oleo conſperſa in ſacrificium:

80. mortariolum aureum appendens decem ſiclos, plenum incenſo:

81. bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:

82. hircumque pro peccato:

83. & in hoſtias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque: hæc fuit oblatio Ahira filii Enan.

84. Hæc in dedicatione altaris oblata ſunt à prin-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

cipibus Israël, in die qua consecratum est: acetabula argentea duodecim: phialæ argenteæ duodecim: mortariola aurea duodecim:

85. ita ut centum triginta siclos argenti haberet unum acetabulum, & septuaginta siclos haberet una phiala: id est, in commune vasorum omnium ex argento sicli duo millia quadringenti, pondere sanctuarii:

86. mortariola aurea duodecim plena incenso, denos siclos appendentia pondere sanctuarii: id est, simul auri sicli centum viginti:

87. boves de armento in holocaustum duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim, & libamenta eorum: hirci duodecim pro peccato.

88. In hostias pacificorum, boves viginti quatuor, arietes sexaginta, hirci sexaginta, agni anniculi sexaginta. Hæc oblata sunt in dedicatione altaris, quando unctum est.

89. Cùmque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis, ut consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio quod erat super arcam testimonii inter duos Cherubim, unde & loquebatur ei.

CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

1. LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens:
2. Loquere Aaron, & dices ad eum: Cùm posueris septem lucernas, candelabrum in australi parte erigatur. Hoc igitur præcipe ut lucernæ contra boream è regione respiciant ad mensam panum propositionis, contra eam partem, quam candelabrum respicit, lucere debebunt.

3. Fecitque Aaron, & imposuit lucernas super candelabrum, ut præceperat Dominus Moysi.

4. Hæc autem erat factura candelabri, ex auro ductili, tam medius stipes, quàm cuncta quæ ex utroque calamorum latere nascebantur: juxta exemplum quod ostendit Dominus Moysi, ita operatus est candelabrum.

VULGATA NOVA.

5. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens:

6. Tolle Levitas de medio filiorum Israël, & purificabis eos

7. juxta hunc ritum: Aspergantur aquâ lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ. Cùmque laverint vestimenta sua, & mundati fuerint,

VERSIO ANTIQUA.

5. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: *Cypr. ep. 76. 156. b.*

6. Accipe Levitas de medio filiorum Israël, & purificabis eos,

7. & ita facies eis purificationem eorum: Circumsparges eos aquâ purificationis.....

VULGATA NOVA.

8. tollent bovem de armentis, & libamentum ejus similam oleo conspersam: bovem autem alterum de armento tu accipies pro peccato:

9. & applicabis Levitas coram tabernaculo fœderis, convocata omni multitudine filiorum Israël.

10. Cùmque Levitæ fuerint coram Domino, ponent filii Israël manus suas super eos:

11. & offeret Aaron Levitas, munus in conspectu Domini à filiis Israël, ut serviant in ministerio ejus.

12. Levitæ quoque ponent manus suas super capita boum, è quibus unum facies pro peccato, & alterum in holocaustum Domini, ut depreceris pro eis.

13. Statuesque Levitas in conspectu Aaron & filiorum ejus, & consecrabis oblatos Domino,

14. ac separabis de medio filiorum Israël, ut sint mei:

15. & postea ingredientur tabernaculum fœderis, ut serviant mihi. Sicque purificabis & consecrabis eos in oblationem Domini: quoniam dono donati sunt mihi à filiis Israël.

16. Pro primogenitis quæ aperiunt omnem vulvam in Israël, accepi eos. *Exod. 13. 2. Sup. 3. 13. Luc. 2. 23.*

17. Mea sunt enim omnia primogenita filiorum Israël, tam ex hominibus quàm ex jumentis. Ex die quo percussi omne primogenitum in terra Ægypti, sanctificavi eos mihi:

18. & tuli Levitas pro cunctis primogenitis filiorum Israël:

VERSIO ANTIQUA.

19..... & non erit in filiis Israël accedens filiorum Israël ad sancta. *Aug. Locut. 18. t. 3. 358. c.*

20. Et fecit Moyses & Aaron, & omnis synagoga filiorum Israël Levitis secundùm quæ præcepit Dominus Moysi de Levitis, ita fecerunt eis filii Israël: *Ibid. Locut. 19.*

VULGATA NOVA.

19. tradidique eos dono Aaron & filiis ejus de medio populi, ut serviant mihi pro Israël in tabernaculo fœderis, & orent pro eis, ne sit in populo plaga, si ausi fuerint accedere ad sanctuarium.

20. Feceruntque Moyses & Aaron & omnis multitudo filiorum Israël super Levitis quæ præceperat Dominus Moysi:

21. purificatique sunt, & laverunt vestimenta sua. Elevavitque eos Aaron in conspectu Domini, & oravit pro eis:

22. ut purificati ingrederentur ad officia sua in tabernaculum fœderis coram Aaron & filiis ejus. Sicut præceperat Dominus Moysi de Levitis, ita factum est.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 5.....7. Concinunt hæc omnia cum Græco. Auct. quæst. Vet. & N. T. apud Aug. to. 3. quæst. 101. p. 92. f. hæc habet: *Accipe tribum Levi de medio filiorum Israël, & statue illos ante Aaron sacerdotem, & deservient ei;* quæ pertinent ad ℣℣. 6. 13. & 15.

℣. 19. Ita Augustin. ad verbum è Gr. Alex. ubi Προςεγγίζων τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ πρὸς τὰ ἅγια, nam in Vat. & al. deest τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Augustin. etiam ipse notat, *potuisse sufficere:* Et non erit in filiis Israël accedens ad sancta: *aut certè:* Non erit filiorum Israël accedens ad sancta.

℣. 20. Similiter in Gr. verbum pro verbo.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 13. in Num. t. 3. 532. c. 23. Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

Item quæſt. 14. ibid. c. d. 24. Hoc eſt de Levitis: A quinto & viceſimo anno & ſupra, introibunt miniſtrare in miniſterium in operibus in tabernaculo teſtimonii.

25. Et à quinquagenario recedet ab adminiſtratione, & non operabitur ultra:

26. & miniſtrabit frater ejus, in tabernaculo teſtimonii cuſtodire cuſtodias, opera autem non operabitur.....

VULGATA NOVA.

23. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

24. Hæc eſt lex Levitarum: A viginti quinque annis & ſupra, ingredientur ut miniſtrent in tabernaculo fœderis.

25. Cùmque quinquageſimum annum ætatis impleverint, ſervire ceſſabunt:

26. eruntque miniſtri fratrum ſuorum in tabernaculo fœderis, ut cuſtodiant quæ ſibi fuerint commendata, opera autem ipſa non faciant. Sic diſpones Levitis in cuſtodiis ſuis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 23. Gr. Καὶ ἐλάλησε, &c. ut ſup.

℣. 24. In Gr. Τοῦτό ἐϛι τὸ περὶ τῶν Λευιτῶν, *Hoc eſt quod de Levitis.* Aug. ibid. *Hoc alii interpretati ſunt:* Hæc eſt lex de Levitis: *ſed quod ſcriptum eſt*, Hoc eſt de Levitis, *intelligitur dictum: Hoc conſtituo de Levitis:* ſeqq. verò *introibunt*, &c. non concordant, niſi cum Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. in quibus, εἰϛελεύσονται λειτουργεῖν λειτουργίαν ἐν ἔργοις ἐν τῇ, &c. Nam in Vatic. ſimpliciter, εἰϛελεύϛονται ἐνεργεῖν ἐν τῇ, &c. *ingredientur operari in tabernaculo*, &c.

℣℣. 25. 26. Rectè è Græco. Auguſtinus autem notat, *Hunc ſenſum obſcurum* facere ὑπέρϐαϛον, *quod ita conſumeſt*, inquit, *tanquam de ipſo fratre ſit dictum*, cuſtodire cuſtodias, *cùm dictum ſit de illo, qui recedit ab operibus*, & *remanebit illic*, in tabernaculo teſtimonii cuſtodire cuſtodias, opera autem non operabitur; *ſed operabitur frater ejus, id eſt, qui nondum pervenit ad ætatem quinquagenariam, à viginti quinque annis incipiens operari. Ergo ita diſtinguendum eſt:* Et à quinquagenario recedet..... & miniſtrabit frater ejus. *Deinde redit ad illum quinquagenarium, de quo loquebatur,* & *de illo explicat cætera, dicens:* in tabernaculo teſtimonii cuſtodire cuſtodias, &c. *quod enim ait*, cuſtodire, *ſubauditur*, incipiet, *tanquam id uno verbo diceret*, cuſtodiet cuſtodias.

CAPUT IX.

VULGATA NOVA.

1. LOcutus eſt Dominus ad Moyſen in deſerto Sinai, anno ſecundo poſtquam egreſſi ſunt de terra Ægypti, menſe primo, dicens:

Exod. 12. 3. 2. Faciant filii Iſraël phaſe in tempore ſuo,

3. quartadecima die menſis hujus ad veſperam, juxta omnes cæremonias & juſtificationes ejus.

4. Præcepitque Moyſes filiis Iſraël ut facerent phaſe.

5. Qui fecerunt tempore ſuo: quartadecima die menſis ad veſperam, in monte Sinai. Juxta omnia quæ mandaverat Dominus Moyſi, fecerunt filii Iſraël.

6. Ecce autem quidam immundi ſuper anima hominis, qui non poterant facere phaſe in die illo, accedentes ad Moyſen & Aaron,

6..... 11. *Vide Not.*

7. dixerunt eis: Immundi ſumus ſuper anima hominis: quare fraudamur ut non valeamus oblationem offerre Domino in tempore ſuo inter filios Iſraël?

8. Quibus reſpondit Moyſes: State ut conſulam quid præcipiat Dominus de vobis.

9. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

10. Loquere filiis Iſraël: Homo qui fuerit immundus ſuper anima, ſive in via procul in gente veſtra, faciat phaſe Domino

11. in menſe ſecundo, quartadecima die menſis ad veſperam: cum azymis & lactucis agreſtibus comedent illud:

VERSIO ANTIQUA.

Hilar. in Pſ. 52. 91. a. 12..... os ejus non conteretur.....

Aug. Locut. 20. t. 3. 358. d. 13. Et homo homo, quicunque mundus fuerit, & in viam longinquam non eſt, & defuerit facere paſcha, exterminabitur anima illa de populo ſuo.....

VULGATA NOVA.

12. non relinquent ex eo quippiam uſque manè, & os ejus non confringent, omnem ritum phaſe obſervabunt. *Exod. 12. 46.*

13. Si quis autem & mundus eſt, & in itinere non fuit, & tamen non fecit phaſe, exterminabitur anima illa de populis ſuis, quia ſacrificium Domino non obtulit tempore ſuo: peccatum ſuum ipſe portabit. *Joan. 19. 36.*

VULGATA NOVA.

14. Peregrinus quoque & advena ſi fuerint apud vos, facient phaſe Domino juxta cæremonias & juſtificationes ejus. Præceptum idem erit apud vos tam advenæ quàm indigenæ.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 15. in Num. t. 3. 532. g. ſeqq. Iterum 533. c. ad 535. a. 15. Et die qua ſtatutum eſt tabernaculum, texit nubes tabernaculum, domum teſtimonii. Et veſpere erat ſuper tabernaculum velut ſpecies ignis uſque manè:

VULGATA NOVA.

15. Igitur die qua erectum eſt tabernaculum, operuit illud nubes. A veſpere autem ſuper tentorium erat quaſi ſpecies ignis uſque manè: *Exod. 40. 16. Sup. 7. 1.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 6..... 11. Multa de his memorat Auguſt. quæſt. 15. in Num. to. 3. 532. f. dicens: *Cùm paſchæ tempore, quidam qui immundi facti erant ſuper animam hominis, id eſt, ſuper mortuum, quærerent quomodo paſcha facerent, quoniam oportebat eos ab immunditiis ſeptem diebus purificari ſecundùm Legem, conſuluit Dominum Moyſes,* & *reſponſum accepit, Cuicunque tale aliquid accidiſſet, vel tam in longinquo itinere conſtituus eſſet, ut non poſſet occurrere, alio menſe eum facere debere paſcha propter diem menſis quartumdecimum, ubi lunæ numerus obſervabatur.*

℣. 12. Græcè, Ὀϛοῦν οὐ συντρίψουϛιν ἀπ' αὐτοῦ, *Os non confringent de eo.* In Mſ. Alex. οὐ συνθρίψεται.

℣. 13. In Græco ſaltem Vatic. ſemel tantùm habetur, ἄνθρωπος· al. tamen duplicatur, ἄνθρωπος ἄνθρωπος, ut ſup. Unde Auguſt. ibid. ait: *Homo homo, locutio eſt, ac ſi diceret: Quicunque homo, Ille vel ille:* quod autem addit Auguſt. & *in viam longinquam*, &c. ſic eſt in Græco: καὶ ἐν ὁδῷ μακρᾷ, & *in via longè*; in Mſ. tamen Alex. ἐν ὁδῷ μακρᾷ.

℣. 15. Eadem prorſus in Græco.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

16. sic fiebat jugiter: per diem operiebat illud nubes, & per noctem quasi species ignis.

17. Cùmque ablata fuisset nubes, quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiscebantur filii Israël: & in loco ubi stetisset nubes, ibi castrametabantur.

18. Ad imperium Domini proficiscebantur, & ad imperium illius figebant tabernaculum.
1. Cor. 10. 1. Cunctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculum, manebant in eodem loco:

19. & si evenisset ut multo tempore maneret super illud, erant filii Israël in excubiis Domini, & non proficiscebantur

20. quot diebus fuisset nubes super tabernaculum. Ad imperium Domini erigebant tentoria, & ad imperium illius deponebant.

21. Si fuisset nubes à vespere usque manè, & statim diluculo tabernaculum reliquisset, proficiscebantur: &, si post diem & noctem recessisset, dissipabant tentoria.

22. Si verò biduo aut uno mense vel longiori tempore fuisset super tabernaculum, manebant filii Israël in eodem loco, & non proficiscebantur: statim autem ut recessisset, movebant castra.

23. Per verbum Domini figebant tentoria, & per verbum illius proficiscebantur: erantque in excubiis Domini juxta imperium ejus per manum Moysi.

VERSIO ANTIQUA.

16. ita fiebat semper: nubes tegebat illud die, & species ignis nocte. *Aug. ubi sup.*

17. Et cùm ascendisset nubes à tabernaculo, & postea promovebant filii Israël: & in loco ubicunque steterat nubes, ibi castra collocabant filii Israël.

18. Per præceptum Domini castra collocabunt filii Israël, & per præceptum Domini promovebunt. Omnes dies in quibus obumbrat nubes super tabernaculum, in castris erunt filii Israël:

19. & quando protraxerit nubes super tabernaculum dies plures, & custodient filii Israël custodiam Dei, & non promovebunt.

20. Et erit, cùm texerit nubes dies numero super tabernaculum, per vocem Domini in castris erunt, & per præceptum Domini promovebunt.

21. Et erit, cùm fuerit nubes à vespera usque manè, & ascenderit nubes manè, & promovebunt die: vel nocte & si ascenderit nubes, promovebunt:

22. die, vel mense diei, abundante nube obumbrante super illud, in castris erunt filii Israël, & non promovebunt.

23. Quoniam per præceptum Domini promovebunt: custodiam Domini custodierunt per præceptum Domini in manu Moysi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 16. Itidem Græcè.

℣. 17. Eadem iterum legit August. locut. 21. de Num. 358. d. usque ad hoc, & *in loco*. Similia quoque Græcum habet, nisi quòd loco verborum istorum, *ascendisset..... promovebant..... steterat..... collocabant*, fert, ἀνέβη..... ἀπῆρεν..... ἔστη..... παρενέβαλον.

℣. 18. Vix melius de Græco: August. ibid. col. 533. f. *Non ait*..... castra collocabant filii Israël, *sed* collocabunt: *nec ait*..... promovebant, *sed* promovebunt. (Græc. παρεμβαλοῦσι..... ἀπαροῦσι.) *Et hunc modum etiam in consequentibus servat, qui modus in Scripturis est inusitatissimus. Nam verbis præteriti temporis sæpe futura prædicta esse novimus..... ut autem narrator rerum gestarum verbis utatur temporis futuri, sicut hoc loco, difficillimè in Scripturis inveniri potest.*

℣. 19. Editt. August. loco *protraxerit*, ferunt *protexerit*, sed malè; nam in Mss. constanter *protraxerit*, è Gr. ἐφέλκησαι, ab ἐφέλκω, *distendo, diduco*; cætera similiter concinunt.

℣. 20. Gr. σκεπάζῃ, loco *texerit*, mel. in Ms. Alex. σκεπάσῃ, reliqua optimè conveniunt. Vide Aug. ibid. 534. a. b.

℣. 21. Ita Græcè ad verbum, usque ad hoc, *vel nocte* includ. seqq. verò, *& si ascenderit nubes, promovebunt: die vel*, penitus desunt; adduntur tamen in Mss. Alex. & Oxon. ac edit. Ald. hoc modo: καὶ ἀναβῇ (Ald. ἐὰν ἀναβῇ) ἢ νεφέλη, ἀπαρεῖσιν ἡμέρας, ἢ μηνὸς ἡμέρας· interpunctio autem dissimilis videtur apud August. ait nempe sequi, & dici: *Et erit, cùm fuerit nubes..... manè, & promovebunt die;* tum addit: *Hîc illa copulativa conjunctio more Scripturæ posita est: nam eâ detractâ, plenus est sensus hoc modo:* Et erit, cùm fuerit nubes à vespera usque manè, & ascenderit nubes manè, promovebunt die: *deinde quia & nocte si nubes ascenderet, promovebant, atque iter nocturnum, si illud signum acciperent, agebant, adjunxit & ait:* vel nocte & si ascenderit nubes, promovebunt: *sed locutio est inusitatior; non enim tantùm positum est, &, sed eo more positum est, quo non solet: unde mihi videtur præposteratus ordo verborum, sicut sæpe & in Latinis locutionibus fieri solet; quod genus, antistrophe dicitur. Proinde si ita dicatur*, vel & nocte si ascenderit nubes, promovebunt; *aut certè ita*, si & nocte ascenderit nubes, promovebunt, *planissimus sensus est:* & infra: *in consequentibus..... dicit:* die vel mense diei, &c.

℣. 22. Græc. ab hoc incipit in cod. Vat. Μηνὸς ἡμέρας πλειοναζούσης, &c. in aliis, ut sup. notavi: reliqua nil differunt à Gr. August. col. 534. f. sic pergit: *Quia enim dixerat*, vel nocte & si ascenderit nubes, promovebunt: *tanquam restabat ut diceret*, die autem si non ascenderit, non promovebunt, *quando quasi promovere debere videbantur; sed quia hoc etiam diebus pluribus fieri poterat, ut noctibus ambularent, promovente nube; & ea manente, diebus non ambularent, ideo posuit*, die vel mense diei. *Non dixit* mense, *ne ibi & noctes ejusdem mensis acciperentur, sed* mense diei, *id est mense ex ea parte qua dies illi fuit, non ex ea qua nox.* Die *ergo* vel mense diei, abundante nube obumbrante, *id est, abundante in obumbrando, vel abundantiùs obumbrante*, super illud, *illud scilicet tabernaculum.* Nota in Compl. legi νυκτὸς ἢ μηνὸς, absque voce *diei.*

℣. 23. Itidem Græcè. *Quod verò posuit*, ait Aug. ibid. 535. a. *In manu Moysi, usitatissima in Scripturis locutio est, quia per Moysen hæc Deus præcipiebat.*

CAPUT X.

VULGATA NOVA.

1. LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

2. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus convocare possis multitudinem quando movenda sunt castra.

VERSIO ANTIQUA.

1. LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens: *Ambr. l. de fide Resur. t. 2. 1162. e. f. seqq.*

2. Fac tibi duas tubas ductiles: argenteas facies eas; & erunt tibi ad evocandam synagogam, & promovenda castra.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. Καὶ ἐλάλησε, &c. ut sup.

℣. 2. Ita in Græco, nisi quòd loco *ductiles, argenteas*, legitur ἀργυρᾶς, ἐλατὰς, *argenteas, ductiles*: edit. tamen Compl. habet, ἐλατὰς, ἀργυρᾶς, cum Ambros. Auct. verò l. de XLII. mans. apud Ambros. 10. b. *argenteas, ductiles.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ambr. ubi sup. 3. Et tubâ canes in illis, & colligetur omnis turba ad ostium tabernaculi testimonii.	3. Cùmque increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad ostium tabernaculi fœderis.
4. Si autem in una tuba cecineris, ad te venient omnes principes, & duces Israël.	4. Si semel clangueris, venient ad te principes, & capita multitudinis Israël.
5. Et tubâ canetis significationem primam, & promovebunt castra, & constituentur ad orientem.	5. Si autem prolixior atque concisus clangor increpuerit, movebunt castra primi qui sunt ad orientalem plagam.
6. Et tubâ canetis significationem secundam, & promovebunt castra, & constituentur ad libanum. Et tubâ canetis significationem tertiam, & promovebunt castra, quæ constituentur ad boream. Et tubâ canetis significationem quartam, & promovebunt castra, quæ constituentur ad aquilonem: significationem tubâ canent in promotu eorum.	6. In secundo autem sonitu & pari ululatu tubæ, levabunt tentoria qui habitant ad meridiem: & juxta hunc modum reliqui facient, ululantibus tubis in profectionem.
7. Et cùm congregabitis synagogam, tubâ canite, & non significationem.	7. Quando autem congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit, & non concisè ululabunt.
8. Et filii Aaron sacerdotes tubis canent: & erit vobis legitimum æternum in progenies vestras.	8. Filii autem Aaron sacerdotes clangent tubis: eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris.
9. Si autem exieritis in bellum in terram vestram ad adversarios qui resistunt vobis, significabitis tubis, & reminiscemini coram Domino, & liberationem habebitis à mortuis vestris.	9. Si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes qui dimicant adversùm vos, clangetis ululantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro, ut eruamini de manibus inimicorum vestrorum.
10. Et in diebus lætitiæ vestræ, & in diebus festis vestris, & in neomeniis vestris concinite tubis, & in holocaustis, & sacrificiis salutaribus vestris; & erit vobis in commemoratione vestra coram Domino, ait Dominus.....	10. Si quando habebitis epulum, & dies festos, & calendas, canetis tubis super holocaustis, & pacificis victimis, ut sint vobis in recordationem Dei vestri: ego Dominus Deus vester.

VULGATA NOVA.

11. Anno secundo, mense secundo, vigesima die mensis, elevata est nubes de tabernaculo fœderis:
12. profectique sunt filii Israël per turmas suas de deserto Sinai, & recubuit nubes in solitudine Pharan. *Exod.* 13. Moveruntque castra primi juxta imperium Domini in manu Moysi. 19. 1.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Aug. Locut. 22. t. 3. 358. e. 14. Et promovebunt ordo castrorum filiorum Juda primi.....	14. Filii Juda per turmas suas: quorum princeps erat Nahasson filius Aminadab. *Sup. 1. 7.*

VULGATA NOVA.

15. In tribu filiorum Issachar fuit princeps Nathanael filius Suar.
16. In tribu Zabulon erat princeps Eliab filius Helon.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ibid. Locut. 23. 17..... & promovebunt filii Gerson, & filii Merari.....	17. Depositumque est tabernaculum, quod portantes egressi sunt filii Gerson & Merari.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Similiter in Græco, præter hoc, συναχθίζεσαι πᾶσα ἡ συναγωγὴ, pro *colligetur omnis turba.*

℣. 4. Gr. habet pluraliter, ἐὰν δὲ ἐν μιᾷ σαλπίζωσι, *tubâ cecinerint*, non *cecineris*; deinde προσελεύσονται πρός σε, loco *ad te venient*, absque &, ante *duces*; Ald. edit. retinet ἠ, sed pro ἀρχηγοὶ, leg. χιλίαρχοι.

℣. 5. Gr. simpliciter habet, σημαζίαν, *significationem*, absque seq. *primam*; loco vero & *constituentur*, seu *quæ constituentur*, hîc & infra, αἱ παρεμβάλλουσαι, *applicantia.* Auct. l. de XLII. mans. apud Ambros. 10. c. sic legit: *Et cùm concisus clangor increpuerit, movebuntur castra.*

℣. 6. Similia in Græco, præter seqq. παρὰ θάλασσαν, *ad mare*, ut apud Ambros. infra, p. 1165. loco *ad boream*; item αἱ παρεμβάλλουσαι, pro *quæ constituentur*, & σημαζία σαλπιοῦσι, loco *significationem tubâ canent*, ed. tamen Compl. habet σημαζίαν. Nota etiam loco, *ad libanum*, Græcè simpliciter legi λίβα, vel ut in Mss. Oxon. & Compl. κατὰ λίβα, & quidem Ambros. editt. Eras. & Gill. hab. *ad liba*, sed Amerb. cum Mss. constanter, *ad libanum*, ut infra, n. 15. p. 1165. d. & n. 119. p. 1166. d. Notanda etiam quæ addit Ambros. n. 115. *Cùm tuba prima cecinerit, Orientales congregat quasi præcipuos & electos: cùm secunda, suppares meritis, qui secundùm libanum siti, dereliquerint ludibria nationum: cùm tertia, eos qui tanquam in mari exagitati istius freto mundi, sæculi hujus fluctibus vacillaverint: cùm quarta, illos qui duritiam mentium nequaquam satis potuerint eloquii spiritualis mollire præcepto; & ideo secundùm boream vocati sunt, boreas enim secundùm Salomonem, durus est ventus.* Mss. Alex. pro λίβα, leg. νότον *austrum*; sicut infra παρεμβάλλουσαι βορρᾶν, loco παρεμβάλλουσαι πρὸς βορρᾶν, *applicantia ad aquilonem.*

℣. 7. August. quæst. 17. in Num. to. 3. 535. b. *Et cùm congregaveritis synagogam, tubâ canetis, & non in signo*; è Græco: Καὶ ὅταν συναγάγητε τὴν συναγωγὴν, σαλπιεῖτε, καὶ οὐ σημαζία, & *non significatione.*

℣. 8. Ad verbum è Græco.

℣. 9. Nonnulla dissimilia Gr. habet, nempe seqq. ἐν τῇ γῇ ὑμῶν, loco *in terram vestram*, item ἀνθεστηκότας ὑμῖν, καὶ σημανεῖτε, *qui steterunt contra vos*, & *significabitis*, pro *qui resistunt vobis*, *significabitis*; demum διασωθίζεσθε ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν, & *salvabimini de inimicis vestris*, loco *liberationem habebitis à mortuis vestris.* Edit. Rom. Ambr. habet quidem *ab inimicis vestris*, sed sola, & contra fidem Mss.

℣. 10. In Gr. σαλπιεῖτε, *clangetis*, pro *concinite*, absque seq. &; item σωτηρίων ὑμῶν, *salutarium vestrorum*, pro *salutaribus vestris*, & ἀνάμνησις ἔναντι τοῦ Θεοῦ ὑμῶν, *rememoratio coram Deo vestro*, pro *in commemoratione vestra coram Domino*: (Compl. hab. εἰς ἀνάμνησιν) demum sic: ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, *ego Dominus Deus vester*, loco *ait Dominus*; cætera ut in Lat. sup.

℣. 14. In Gr. ἐξῆρεν, *promoverunt*, non *promovebunt*, reliqua ut sup. Vide Not. seq.

℣. 17. Ita in Gr. uno excepto, Γεδσὼν, pro *Gerson*: addit August. ibid. *Futuri temporis verbum posuit, cùm rem gestam præteritam narret, sicut in superioribus cùm de*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

18. Profectique sunt & filii Ruben, per turmas & ordinem suum : quorum princeps erat Helisur filius Sedeur.

19. In tribu autem filiorum Simeon princeps fuit Salamiel filius Surisaddai.

20. Porro in tribu Gad erat princeps Eliasaph filius Duel.

21. Profectique sunt & Caathitæ portantes sanctuarium. Tandiu tabernaculum portabatur, donec venirent ad erectionis locum.

22. Moverunt castra & filii Ephraim per turmas suas, in quorum exercitu princeps erat Elisama filius Ammiud.

23. In tribu autem filiorum Manasse princeps fuit Gamaliel filius Phadassur :

24. & in tribu Benjamin erat dux Abidan filius Gedeonis.

25. Novissimi castrorum omnium profecti sunt filii Dan per turmas suas, in quorum exercitu princeps fuit Ahiezer filius Ammisaddai.

26. In tribu autem filiorum Aser erat princeps Phegiel filius Ochran.

27. Et in tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan.

28. Hæc sunt castra, & profectiones filiorum Israël per turmas suas quando egrediebantur.

VULGATA NOVA.

Exod. 18. 1. 29. Dixitque Moyses Hobab filio Raguel Madianitæ, cognato suo : Proficiscimur ad locum, quem Dominus daturus est nobis : veni nobiscum, ut benefaciamus tibi : quia Dominus bona promisit Israëli.

30. Cui ille respondit : Non vadam tecum, *Exod.* 18. 27. sed revertar in terram meam, in qua natus sum.

VERSIO ANTIQUA.

29. Et dixit Moyses Obeth filio Raguel Madianitæ, genero Moysi..... *Aug. Locut.* 24. 358. c.

30. Et dixit ad eum : Non ibo, sed ad terram meam, & ad progeniem meam. *Ibid. Locut.* 25.

VULGATA NOVA.

31. Et ille : Noli, inquit, nos relinquere : tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster.

32. Cùmque nobiscum veneris, quidquid optimum fuerit ex opibus, quas nobis traditurus est Dominus, dabimus tibi.

33. Profecti sunt ergo de monte Domini viam trium dierum, arcaque fœderis Domini præcedebat eos, per dies tres providens castrorum locum.

34. Nubes quoque Domini super eos erat per diem cùm incederent.

35. Cùmque elevaretur arca, dicebat Moyses : Surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te, à facie tua. *Ps.* 67. 2.

36. Cùm autem deponeretur, aiebat : Revertere Domine ad multitudinem exercitus Israël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

nube loqueretur, ad cujus motum vel stationem castra promovebant, vel consistebant ; atque ita deinceps in plurium promotionibus hoc verbo utitur.

℣. 29. Sic est in Gr. præter unum Ὀβάβ, pro *Obeth* : in editt. Ald. & Compl. Ἰωβάβ.

℣. 30. Ad verbum è Græco.

CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

Num. 33. 16. *Ps.* 77. 19. 1. *Cor.* 10. 10. *Ps.* 77. 21. 1. *Cor.* 10. 3. 1. Interea ortum est murmur populi, quasi dolentium pro labore, contra Dominum. Quod cùm audisset Dominus, iratus est. Et accensus in eos ignis Domini devoravit extremam castrorum partem.

2. Cùmque clamasset populus ad Moysen, oravit Moyses ad Dominum, & absorptus est ignis.

3. Vocavitque nomen loci illius, Incensio : eò quòd incensus fuisset contra eos ignis Domini.

VULGATA NOVA.

4. Vulgus quippe promiscuum, quod ascenderat cum eis, flagravit desiderio, sedens & flens, junctis sibi pariter filiis Israël, & ait : Quis dabit nobis ad vescendum carnes ?

5. Recordamur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis : in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, & cepe, & allia.

6. Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi man.

VERSIO ANTIQUA.

4. Et promiscuus, qui erat in eis, concupiverunt concupiscentiam..... Quis nos vescet carne ? *Aug. Locut.* 26. 358. f. *Tertul. adv. Psych.* 983. c.

5. Venerunt in mentem nobis pisces, quos in Ægypto edebamus gratis, & cucumeres, & pepones, & porri, & cepe, & allia.

6. At nunc anima nostra arida, nihil nisi manna vident oculi nostri.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. August. addit : *Singularem posuit pro plurali, ut* promiscuus *diceret, non* promiscui ; *& tamen pluralem reddidit, cùm ait, concupiverunt :* at Aug. legebat juxta Ms. Alex. in quo, ἐπεθύμησαν, nam in Vatic. & al. ἐπεθύμησεν, absque præced. *erat :* item infra, pro *vescet carne*, legitur ψωμιεῖ κρέα, *pascet carnibus*, à ψωμίω, seu ψωμίζω, quod propriè est, *pascere cibo minutatim concisо.* Ambros. l. 1. de Sp. S. to. 2. 600. b. sic habet : *Quia concupivit populus cupiditatem pessimam, & dixerunt : Quis nos cibabit carne ?* Similiter Auct. l. de promiss. p. 2. col. 132. c. *Quis nos cibabit carne ;* at in Ms. Remig. *carnibus.* Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 208. a. *Quis nos vescet carnibus ?*

℣. 5. Gr. habet verbo uno ἐμνήσθημεν, *recordati sumus*, loco *venerunt in mentem nobis*, quod valet idem ; deinde τὰς ἰχθύας, &c. in accusat. casu : cætera ad verbum quadrant, nisi quòd pro *cepe*, legitur τὰ χρόμμυα in plurali. Hieron. l. 2. contra Jovin. t. 4. p. 2. col. 208. a. similiter legit : *Venerunt in mentem nobis pisces, quos in Ægypto comedebamus gratis, & cucumeres, & pepones, & porri, & cepe, & allia.* Auct. l. de promiss. p. 2. 132. c. sic legit : *Rememorati enim sumus piscium, quos manducabamus in Ægypto gratis, cucumeres, porros, allium, & cepas.*

℣. 6. In Gr. νυνὶ δὲ, *nunc autem*, pro *at nunc*, & pro *nisi*, πλὴν, *præter*, cui additur εἰς, *in ;* sed omittitur *vident.* Hieron. l. 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 208. a. sic : *At nunc anima nostra arida, nihil nisi manna oculi nostri conspiciunt.* Auct. l. de promiss. p. 2. 132. c. legit : *Nunc autem arida facta est anima nostra, nihilque aliud nisi manna in oculis nostris.* August. in Locut. ita è Gr. ad verbum : *Nunc autem anima nostra arida, nihil præter in manna, oculi nostri ;* notatque proximè, deesse verba, *est & sunt ; Plenum quippe esset*, inquit, Anima nostra arida est, nihil præter in manna sunt oculi nostri : *nam quidam Interpretes ita transtulerunt, & addiderunt verba, quæ non sunt in Græco.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 28. 358. g. 8..... & molebant illud in mola.....

VULGATA NOVA.

7. Erat autem man quasi semen coriandri, coloris bdellii. *Exod. 16. 14.*

8. Circuibatque populus, & colligens illud, frangebat molâ, sive terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati. *Ps. 77. 24. Sap. 16. 20. Joan. 6. 31.*

VULGATA NOVA.

9. Cùmque descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter & man.

10. Audivit ergo Moyses flentem populum per familias, singulos per ostia tentorii sui. Iratusque est furor Domini valde: sed & Moysi intoleranda res visa est:

11. & ait ad Dominum: Cur afflixisti servum tuum? quare non invenio gratiam coram te? & cur imposuisti pondus universi populi hujus super me?

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. l. 2. in ep. ad Gal. t. 4. 277. b. 12. Nunquid ego in utero accepi omnem populum istum.....

Capitul. XXXVIII. sup. 14. Non potero solus ferre populum istum.....

Hieron. in Zach. 8. t. 3. 1745. c. 16..... Constitue tecum septuaginta senes, quos ipse nosti, quoniam senes sunt.....

Aug. quæst. 18. in Num. t. 3. 535. c. 17..... & auferam de spiritu qui est in te, & superponam super eos; & sustinebunt tecum impetum populi, & non portabis illos tu solus.

VULGATA NOVA.

12. Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, ut dicas mihi: Porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram, pro qua jurasti patribus eorum?

13. Unde mihi carnes ut dem tantæ multitudini? flent contra me, dicentes: Da nobis carnes ut comedamus.

14. Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia gravis est mihi.

15. Sin aliter tibi videtur, obsecro ut interficias me, & inveniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis.

16. Et dixit Dominus ad Moysen: Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israël, quos tu nosti quòd senes populi sint ac magistri: & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesque ibi stare tecum,

17. ut descendam & loquar tibi: & auferam de spiritu tuo, tradamque eis, ut sustentent tecum onus populi, & non tu solus graveris.

VULGATA NOVA.

18. Populo quoque dices: Sanctificamini: cras comedetis carnes: ego enim audivi vos dicere: Quis dabit nobis escas carnium? bene nobis erat in Ægypto. Ut det vobis Dominus carnes, & comedatis:

19. non uno die, nec duobus, vel quinque aut decem, nec viginti quidem,

20. sed usque ad mensem dierum, donec exeat per nares vestras, & vertatur in nauseam, eò quòd repuleritis Dominum, qui in medio vestri est, & fleveritis coram eo, dicentes: Quare egressi sumus ex Ægypto?

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 19. in Num. 535. g. 21. Et dixit Moyses: Sexcenta millia peditum in quibus sum in ipsis: & tu dixisti: Carnes dabo eis, & edent mense dierum.

22. Nunquid oves & boves occidentur illis, & sufficient illis? aut omnis piscis congregabitur eis, & sufficiet eis?

Ibid. 536. a. Ambr. l. 1. de Cain, c. 8. t. 1. 198. f. 23..... Nunquid manus Domini non sufficiet? Jam videbis si comprehendit te verbum meum, aut non.

VULGATA NOVA.

21. Et ait Moyses: Sexcenta millia peditum hujus populi sunt: & tu dicis: Dabo eis esum carnium mense integro?

22. Nunquid ovium & boum multitudo cædetur, ut possit sufficere ad cibum? vel omnes pisces maris in unum congregabuntur, ut eos satient? *Joan. 6. 10.*

23. Cui respondit Dominus: Nunquid manus Domini invalida est? Jam nunc videbis utrùm meus sermo opere compleatur. *Isai. 59. 1.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. Intermedia hæc similiter habentur Græcè.

℣. 12. Sic est in Gr. ad verbum.

℣. 14. Ita in Græco, addito *ego*, ad *potero*.

℣. 16. Paulò dissimiliùs in Græco: Συνάγαγέ μοι ἑβδομήκοντα ἄνδρας ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων Ἰσραὴλ, ὃς αὐτὸς σὺ οἶδας, ὅτι ἔστοί εἰσι πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ, &c. *Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israël, quos ipse tu nosti, quia hi sunt seniores populi*, &c. Idem Hieron. epist. ad Cypr. to. 2. 694. b. sic legit: *Elige presbyteros, quos tu ipse scis esse presbyteros.* Capitul. XXIX. sup. *Dixit Dominus Moysi: Convoca ad me septuaginta viros seniores, & dabo eos tibi in auxilium.*

℣. 17. August. infra leg. *qui est super te*, Gr. τοῦ ἐπὶ σοί, reliqua concordant. Addit verò Aug. plerosque Latinos *Interpretes, non ut in Græco est*, transtulisse; sed dixisse: *Auferam de spiritu tuo qui est in te, & ponam super eos, aut, ponam in eis; & fecerunt*, inquit, *sensum laboriosum ad intelligendum:* tum utramque scripturam conatur explicare; at in fine priorem præfert, dicens: *Nunc autem cùm ita scriptum sit:* Et auferam de spiritu, &c. *nec dictum sit*, de spiritu tuo, *facilior est absolutio*, &c. sed l. 4. de Trin. to. 8. 841. c. sic legit: *Tollam de spiritu tuo, & dabo eis.* Anon. apud Cypr. de rebapt. 364. c. sic: *Et auferam spiritum, qui super te est, & imponam super eos;* & Auct. l. de XLII. mans. apud Ambros. 10. f. addit è Græco: *Et sustinebunt tecum impetum populi, & non feres illos tu solus.*

℣. 21. Græcè, additur ὁ λαὸς, ad vocem *peditum*, sicut φαγεῖν, post hoc, *dabo eis;* item pro *mense*, leg. μῆνα, *mensem;* Ms. verò Alex. omittit φαγεῖν cum Aug. qui Aug. similiter hab. Locut. 29. to. 3. 358. g. *Sexcenta millia peditum in quibus sum in eis*, absque voce *populus*, ut sup.

℣. 22. Ita Græc. habet, præter duo, nempe ἀρκέσει, in sing. pro *sufficient*, exinde τὸ ὄψος τῆς θαλάσσης, (edd. Compl. & Ald. τὸ ὄψον) *opsonium maris*, loco *pisces*.

℣. 23. Prior pars, quæ ex August. non differt à Græco; posterior de Ambrosio, duobus tantùm, nempe *videbis*, pro quo γνώσῃ, *cognosces*, & *comprehendit*, pro quo ἐπικαλαλήψεταί, *supercomprehendet*, vel *antevertet*, al.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

24. Venit igitur Moyſes, & narravit populo verba Domini, congregans ſeptuaginta viros de ſenibus Iſraël, quos ſtare fecit circa tabernaculum.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Aug. Loc. 30. *t.* 3. 359. *a.* 25..... & abſtulit de ſpiritu qui ſuper ipſum.....	25. Deſcenditque Dominus per nubem, & locutus eſt ad eum, auferens de ſpiritu qui erat in Moyſe, & dans ſeptuaginta viris. Cùmque requieviſſet in eis Spiritus, prophetaverunt, nec ultra ceſſaverunt.

26. Remanſerant autem in caſtris duo viri, quorum unus vocabatur Eldad, & alter Medad, ſuper quos requievit Spiritus: nam & ipſi deſcripti fuerant, & non exierant ad tabernaculum.

27. Cùmque prophetarent in caſtris, cucurrit puer, & nuntiavit Moyſi, dicens: Eldad & Medad prophetant in caſtris.

28. Statim Joſue filius Nun, miniſter Moyſi, & electus è pluribus, ait: Domine mi Moyſes, prohibe eos.

VULGATA NOVA.

29. At ille: Quid, inquit, æmularis pro me? quis tribuat ut omnis populus prophetet, & det eis Dominus Spiritum ſuum?

VERSIO ANTIQUA.

29..... quis det ut omnis populus Domini ſit in prophetas, & det Dominus Spiritum ſuum ſuper eos? *Hieron. in Iſai. 57. t. 3. 424. b.*

VULGATA NOVA.

30. Reverſuſque eſt Moyſes, & majores natu Iſraël in caſtra.

31. Ventus autem egrediens à Domino, arreptans trans mare coturnices detulit, & demiſit in caſtra itinere quantum uno die confici poteſt, ex omni parte caſtrorum per circuitum, volabantque in aëre duobus cubitis altitudine ſuper terram. *Pſ. 77. 26. 27.*

32. Surgens ergo populus toto die illo, & nocte, ac die altero, congregavit coturnicum, qui parum, decem coros: & ſiccaverunt eas per gyrum caſtrorum.

VULGATA NOVA.

33. Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat hujuſcemodi cibus: & ecce furor Domini concitatus in populum, percuſſit eum plagâ magnâ nimis. *Pſ. 77. 30.*

34. Vocatuſque eſt ille locus, Sepulcra concupiſcentiæ: ibi enim ſepelierunt populum qui deſideraverat. Egreſſi autem de Sepulcris concupiſcentiæ, venerunt in Haſeroth, & manſerunt ibi.

VERSIO ANTIQUA.

33. Carnes adhuc erant in dentibus eorum..... & percuſſit Dominus plagam magnam valde. *Auct. l. de xlii. manſ. 10. e. Aug. Locut. 31. t. 3. 359. a.*

34. Et hinc vocatum eſt nomen loci illius, Sepulcra concupiſcentiæ: quia ibi ſepelierunt populum deſideratorem. A Sepulcris concupiſcentiæ profectus eſt populus in Aſeroth..... *Auct. l. de xlii. manſ. 10. e. 11. a.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἐπεὶ καλαλείψεταί σε, *quoniam comprehendet te*, vel *continget tibi*.

℣. 25. Ita Græcè. Aug. addit: *ſubauditur*, *aut* erat, *aut* erit: *ſed hanc locutionem*, inquit, *quæ dicitur ellipſis, Græco eloquio familiariſſimam, & quantum puto, etiam Hebræo, Latinos Interpretes tranſferre piguit, cùm & in Latina lingua frequentetur, quamvis minùs quàm in Græca.*

℣. 29. Ita in Græco, niſi quòd loco, *ut omnis populus Domini ſit in prophetas, & det*, &c. ſimpliciter hab. πάντα τὸν λαὸν Κυρίου προφήτας, ὅταν δῷ, &c. i. e. *omnem populum Domini prophetas, cùm dederit*, &c.

℣. 33. Ita Gr. habet, præter unum τὸν λαόν, additum ad vocem *Dominus*: *Notanda* verò *locutio* iſta, inquit Auguſt. *percuſſit plagam, non, percuſſit plagâ, quod eſt uſitatum.* In Mſ. tamen Sar. legitur πληγῇ μεγάλῃ, ſed in Vat. & al. πληγήν.

℣. 34. Gr. delet *hinc*, & loco *profectus eſt*, hab. ἐξῆρε, *promovit*; reliqua ut in Lat. ſupra.

CAPUT XII.

VULGATA NOVA.

1. LOcutaque eſt Maria & Aaron contra Moyſen propter uxorem ejus Æthiopiſſam,

2. & dixerunt: Num per ſolum Moyſen locutus eſt Dominus? nonne & nobis ſimiliter eſt locutus? Quod cùm audiſſet Dominus,

VULGATA NOVA.

3. (Erat enim Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines qui morabantur in terra)

VERSIO ANTIQUA.

3. (Et homo Moyſes lenis valde plus quàm omnes homines ſuper terram) *Aug. Locut. 32. t. 3. 359. a. Hieron. l. 3. in ep. ad. Gal. t. 4. 305. a.*

VULGATA NOVA.

4. ſtatim locutus eſt ad eum, & ad Aaron & Mariam: Egredimini vos tantùm tres ad tabernaculum fœderis. Cùmque fuiſſent egreſſi,

5. deſcendit Dominus in columna nubis, & ſtetit in introitu tabernaculi vocans Aaron & Mariam. Qui cùm iſſent,

VULGATA NOVA.

6. dixit ad eos: Audite ſermones meos: Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum.

VERSIO ANTIQUA.

6..... Audite verba mea: Si fuerit propheta inter vos Domino, in viſione illi cognoſcar, & in ſomno loquar illi. *Aug. l. 12. de Gen. ad lit. t. 3. p. 1. 317. e.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Similiter Græcè, niſi quòd eſt in fine, παρὰ πάντας τὲς ἀνθρώπους τὲς ὄντας ἐπὶ, &c. Apud Hieron. ſup. priora ſic leguntur: *Moyſes manſuetus erat.* Apud Cypr. epiſt. 52. p. 71. a. *Et fuit Moyſes homo lenis nimis.* Auct. verò l. de promiſſ. p. 2. c. 9. col. 132. e. apud Proſp. legit: *Moyſes mitis præ omnibus hominibus, qui erant ſuper terram.*

℣. 6. Ita in Græco. In Mſ. verò Floriac. ſic: *Si fuerit prophêta in vobis, in viſu innoteſcar, & in ſomno loquar.* Apud Tertul. l. 4. adverſ. Marc. 717. a. *Si fuerit prophetes in vobis, in viſione cognoſcar illi, & in viſione loquar ad eum:* & l. adverſ. Prax. 850. b. *Et ſi fuerit prophetes in vobis, in viſione cognoſcar illi, & in ſomnio loquar illi.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ubi sup. 7. Non ita quomodo famulus meus Moyses, in tota domo mea fidelis est:

8. os ad os loquar ad illum: in specie, & non per ænigmata & claritatem Domini vidit. *Mſ. Floriac.* Et quare non timuistis detrahere de famulo meo Mosi?

Aug. Locut. 33. 359. *b.* 9. Et ira animationis Domini super eos.....

Ibid. Locut. 34. 10..... & ecce Maria leprosa sicut nix.....

Auct. op. imp. in Matth. p. 64. d. 11..... Rogo domine, ne inferas in nos peccatum hoc, quia ignoravimus quod peccavimus in te.

VULGATA NOVA.

7. At non talis servus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est: *Heb.* 3. 2.

8. ore enim ad os loquor ei: & palam, & non per ænigmata & figuras Dominum videt. Quare ergo non timuistis detrahere servo meo Moysi? *Exod.* 33. 11.

9. Iratusque contra eos, abiit:

10. nubes quoque recessit quæ erat super tabernaculum: & ecce Maria apparuit candens leprâ quasi nix. Cùmque respexisset eam Aaron, & vidisset perfusam leprâ, *Deut.* 24. 9.

11. ait ad Moysen: Obsecro domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum quod stultè commisimus,

VULGATA NOVA.

12. ne fiat hæc quasi mortua, & ut abortivum quod projicitur de vulva matris suæ: ecce jam medium carnis ejus devoratum est à lepra.

13. Clamavitque Moyses ad Dominum, dicens: Deus, obsecro, sana eam.

14. Cui respondit Dominus: Si pater ejus spuisset in faciem illius, nonne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi? Separetur septem diebus extra castra, & postea revocabitur.

15. Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus: & populus non est motus de loco illo, donec revocata est Maria.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Græcè deest, *quomodo*, reliqua verò ut in Lat. sup. Tertul. tum l. 4. adverſ. Marc. p. 717. a. tum l. adverſ. Prax. p. 850. b. simpliciter hab. *Non quomodo Moysi*, vel *ad Moysen:* deinde sic: *os ad os*, &c. Auct. l. de fide orthod. ap. Ambros. 355. e. *Nemo erit ex prophetis, ut servus meus Moyses, cui facie ad faciem*, &c. In Mſ. Floriac. ita: *Et non sicut famulo meo Mosi, qui in tota domo mea fidelis est.*

℣. 8. Eadem sunt in Græco, præter vocem δόξαν, *gloriam*, loco *claritatem*. In Mſ. Floriac. *Et os ad os loquar; & in specie, & non per ænigmata, & honorem Domini vidit*, &c. quæ sup. Tertul. l. 4. adverſ. Marc. 717. a. sic legit: *Os ad os loquar ad eum: in specie, non in ænigmate:* & l. adverſ. Prax. 850. b. *loquar illi..... & non in ænigmate.* Auct. l. de fide orthod. apud Ambros. 355. e. *Cui facie ad faciem, ore ad os locutus sum.*

℣. 9. In Gr. θυμοῦ, *furoris*, loco *animationis*, quam dictionem Nobilius ait esse S. Cypriano familiarem. In Mſ. Floriac. sic: *Et indignatio Dei erat super eos.*

℣. 10. Ita in Græco. Vide sis Ambros. epist. 63. to. 2. 1035. d. & August. quæst. 20. in Num. to. 3. 536. g.

℣. 11. Græc. Δέομαι κύριε, μὴ συνεπιθῇς ἡμῖν ἁμαρτίαν, διότι ἠγνοήσαμεν καθ' ὅτι ἡμάρτομεν.

CAPUT XIII.

VERSIO ANTIQUA.

Auct. l. de xlii. mans. ap. Ambr. 11. *c.* 1. ET post hæc profectus est populus de Aseroth, & castrametatus est in deserto Pharan.

VULGATA NOVA.

1. PRofectusque est populus de Haseroth; fixis tentoriis in deserto Pharan:

VULGATA NOVA.

2. ibique locutus est Dominus ad Moysen, dicens:

3. Mitte viros, qui considerent terram Chanaan, quam daturus sum filiis Israël, singulos de singulis tribubus, ex principibus.

4. Fecit Moyses quod Dominus imperaverat, de deserto Pharan mittens principes viros, quorum ista sunt nomina. *Inf.* 27. & 32. 8. *Deut.* 1. 22. & 9. 23.

5. De tribu Ruben, Sammua filium Zechur.

6. De tribu Simeon, Saphat filium Huri.

7. De tribu Juda, Caleb filium Jephone.

8. De tribu Issachar, Igal filium Joseph.

9. De tribu Ephraim, Osee filium Nun.

10. De tribu Benjamin, Phalti filium Raphu.

11. De tribu Zabulon, Geddiel filium Sodi.

12. De tribu Joseph, sceptri Manasse, Gaddi filium Susi.

13. De tribu Dan, Ammiel filium Gemalli.

14. De tribu Aser, Sthur filium Michael.

15. De tribu Nephthali, Nahabi filium Vapsi.

16. De tribu Gad, Guel filium Machi:

17. hæc sunt nomina virorum, quos misit Moyses ad considerandam terram: vocavitque Osee filium Nun, Josue: 17..... *Vide Not.* *Act.* 7. 45. *Heb.* 4. 8.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 21. *in Num. t.* 3. 537. *a.* 18..... & dixit ad eos: Ascendite ista eremo; & ascendetis in montem,

19. & videbitis terram, quæ sit: & populum qui insidet super eam, si fortis est aut infirmus: si pauci sunt aut multi:

VULGATA NOVA.

18. misit ergo eos Moyses ad considerandam terram Chanaan, & dixit ad eos: Ascendite per meridianam plagam. Cùmque veneritis ad montes,

19. considerate terram, qualis sit: & populum qui habitator est ejus, utrùm fortis sit an infirmus: si pauci numero an plures:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcè constanter ἐξῆρε, *promovit*, loco *profectus est*, sicut παρενέβαλον, *castrametati sunt*, in plurali; at Mſ. Alex. leg. παρενέβαλε, cum August. Vide sis Ambros. l. 3. de fide c. 1. to. 2. 497. d.

℣. 17. Eò spectant quæ memorat Tertul. l. adv. Jud. c. 9. 142. c. 143. a. *Dum Moysi*, inquit, *successor destinaretur Auses filius Nave, transfertur certè de pristino nomine, & incipit vocari Jesus.* In Gr. Καὶ ἐπωνόμασε Μωυσῆς τὸν Αὐσὴ υἱὸν Ναυὴ, Ἰησοῦν.

℣. 18. In Gr. similiter. Vid. Aug. ibid.

℣. 19. Vix meliùs è Græco. Exinde August. loco *fortis*, leg. *potens*, at in Gr. ἰσχυρός.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

20. ipsa terra, bona an mala : urbes quales, muratæ an absque muris :

VERSIO ANTIQUA.

20. quæ est terra, in qua isti insidunt super eam, si bona est an nequam : & quæ sunt civitates in quibus ipsi inhabitant in ipsis..... *Aug. l. 2. de doctr. Christ. c. 3. p. 1. 27. a.*

VULGATA NOVA.

21. humus, pinguis an sterilis, nemorosa an absque arboribus. Confortamini, & afferte nobis de fructibus terræ. Erat autem tempus quando jam præcoquæ uvæ vesci possunt.

22. Cùmque ascendissent, exploraverunt terram à deserto Sin, usque Rohob intrantibus Emath.

23. Ascenderuntque ad meridiem, & venerunt in Hebron, ubi erant Achiman & Sisai & Tholmai filii Enac : nam Hebron septem annis ante Tanim urbem Ægypti condita est. *Jos. 15. 14.*

VULGATA NOVA.

Deut. 1. 24. 24. Pergentesque usque ad Torrentem botri, absciderunt palmitem cum uva sua, quem portaverunt in vecte duo viri. De malis quoque granatis & de ficis loci illius tulerunt :

25. qui appellatus est Neheleschol, id est, Torrens botri, eò quòd botrum portassent inde filii Israël.

VERSIO ANTIQUA.

24.... venerunt in vallem botri..... *Aug. Locut. 36. t. 3. 359. b. c.*

25..... locum ipsum quem nominaverunt, Vallem botri.....

VULGATA NOVA.

Deut. 1. 24. 26. Reversique exploratores terræ post quadraginta dies, omni regione circuita,

27. venerunt ad Moysen & Aaron & ad omnem cœtum filiorum Israël in desertum Pharan, quod est in Cades. Locutique eis & omni multitudini ostenderunt fructus terræ :

28. & narraverunt, dicentes : Venimus in terram, ad quam misisti nos, quæ revera fluit lacte & melle, ut ex his fructibus cognosci potest :

28..... *Vide Not.*

29. sed cultores fortissimos habet, & urbes grandes atque muratas. Stirpem Enac vidimus ibi.

30. Amalec habitat in meridie, Hethæus & Jebusæus & Amorrhæus in montanis : Chananæus verò moratur juxta mare & circa fluenta Jordanis.

31. Inter hæc Caleb compescens murmur populi, qui oriebatur contra Moysen, ait : Ascendamus, & possideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam.

VULGATA NOVA.

32. Alii verò, qui fuerant cum eo, dicebant : Nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est.

VERSIO ANTIQUA.

32..... quoniam fortior est nobis magis. *Aug. Locut. 37. ibid.*

33. Detraxeruntque terræ, quam inspexerant, apud filios Israël, dicentes : terra, quam lustravimus, devorat habitatores suos : populus, quem aspeximus, proceræ staturæ est.

34. Ibi vidimus monstra quædam filiorum Enac de genere giganteo : quibus comparati, quasi locustæ videbamur.

33. Et protulerunt pavorem terræ, quam exploraverunt eam..... Terram, quam transivimus eam explorare, terra comedens, qui habitant super eam, est..... *Ibid. Locut. 38.* *Ibid. Locut. 39.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 20. Gr. ipso initio habet Καὶ τὶς ἡ γῆ εἰς ἣν, &c. ut in Lat. nisi excipiatur hoc, ἡ, *utrùm*, pro *si* : in Mss. tamen Alex. Oxon. Sar. ac edit. Compl. legitur, εἰ καλή· subinde sic : Καὶ τίνες αἱ πόλεις ἂς ἤτοι κατοικοῦσιν, &c. Porro vel ex uno versu isto, qualiter affertur ab Augustino, tam ipsum quàm alios similes sumptos ex lib. Locut. & al. veram esse antiquam versionem certò colligi potest, ut reor. Nec inficias ibit quisquis scopum attendet Augustini loco cit. de doctr. Chr. Quærit nempe ibi S. Doctor unde variarum Interpretationum vitia emendari possint ; inter illa verò vitia *solœcismum* numerat, & *barbarismum* ; Etenim, inquit, *non solùm verba singula, sed etiam locutiones sæpe transferuntur, quæ omnino in Latinæ linguæ usum, si quis consuetudinem veterum, qui Latinè locuti sunt, tenere voluerit, transire non possunt.* At nævos hujusmodi contemnendos putat, modò nihil de sensu detrahatur, contenditque *eò magis inde* offendi *homines, quò infirmiores sunt,* & eò esse *infirmiores, quò doctiores videri volunt, non rerum scientiâ qua ædificamur, sed signorum* (seu verborum) *qua non inflari omnino difficile est.* Tum in exemplum adducit præsentem sententiam : *Quid enim obest*, inquit, *intellectori, quod ita scriptum est :* Quæ est terra, &c. *quam locutionem magis alienæ linguæ esse arbitror, quàm sensum aliquem altiorem.* Tum ad aliud pergit, petitum scilicet à ℣. 18. Psal. 131. ubi pro *florebit*, quod dicendum fuisset, populus vitiosè decantabat *floriet*. Unde liquet Augustinum illic & sup. Scripturam illam adhibuisse quâ ipsa publicè utebatur Ecclesia, non verò ipsum eandem transtulisse de Græco : at de his aliàs. Eadem quæ supra iterum refert August. locut. 35. de Num. col. 359. b. paucis immutatis : en verba : *Et quæ terra in qua isti insident super eam ; & quæ civitates, in quibus isti habitant in ipsis ;* sed omittit intermedia, *si bona est an nequam.*

℣. 24. Gr. Καὶ ἦλθοσαν ἕως φάραγγος βότρυος. Ambros. l. 4. de fide c. 12. to. 2. 550. e. constanter leg. *botryonem* : *Quando*, inquit, *ad vallem botryonis exploratores Moyses jussu Domini direxit :* in Mss. etiam Augustin. hîc & infra, non *botri*, sed *botrui.*

℣. 25. Gr. Καὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον ἐπωνόμασαν, Φάραγξ βότρυος, & *locum illum cognominaverunt, Vallis botri.*

℣. 28. Ambros. in Ps. 118. to. 1. 1023. d. hunc versum memorat, dicens : *Vidimus terram profluentem mel & lac ;* Gr. γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι. Vide etiam l. 3. offic. 121. c.

℣. 32. Græcè, ὅτι ἰσχυρότερον ἡμῶν ἐστι μᾶλλον, at in Ms. Alex. ac edit. Compl. ἰσχυρότερόν ἐστιν, &c. Aug. ibid. *Usitata esset locutio, si non haberet* magis.

℣. 33. Loco *pavorem*, Gr. habet ἔκστασιν, *stuporem ;* subinde post *eam*, addit πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, λέγοντες· cætera ut in Lat. supra. Similiter iterum legit August. quæst. 22. to. 3. 537. c. *Et protulerunt pavorem terræ, quam exploraverunt ;* sed addit : *Pavorem terræ dixit, non quo pavebat eadem terra, sed quem ex ea terra conceperant.*

CAPUT XIV.

VULGATA NOVA.

1. IGitur vociferans omnis turba flevit nocte illa,
2. & murmurati sunt contra Moysen & Aaron cuncti filii Israël, dicentes :

3. Utinam mortui essemus in Ægypto : & in hac vasta solitudine utinam pereamus ! & non inducat nos Dominus in terram istam, ne cadamus gladio, &

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

uxores ac liberi noſtri ducantur captivi. Nonne melius eſt reverti in Ægyptum?

VERSIO ANTIQUA.

Capitul. XXXIV. *ſupra.* 4..... Demus nobis ducem, & revertamur in Ægyptum.

VULGATA NOVA.

4. Dixeruntque alter ad alterum: Conſtituamus nobis ducem, & revertamur in Ægyptum.

VULGATA NOVA.

5. Quo audito Moyſes & Aaron ceciderunt proni in terram coram omni multitudine filiorum Iſraël.

6..... *Vide Not.*

6. At verò Joſue filius Nun, & Caleb filius Jephone, qui & ipſi luſtraverant terram, ſciderunt veſtimenta ſua, *Eccli.* 46. 9. 1. *Mach.* 2. 55. 56.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 40. 359. *c.* 7..... Terram, quam exploravimus eam, bona eſt valde valde.

VULGATA NOVA.

7. & ad omnem multitudinem filiorum Iſraël locuti ſunt: Terra, quam circuivimus, valde bona eſt:

8. ſi propitius fuerit Dominus, inducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manantem.

Aug. quæſt. 23. *in Num. t.* 3. 537. *c.* 9..... vos autem ne timueritis populum terræ, quoniam cibus nobis ſunt: abſceſſit enim tempus ab eis: Dominus autem in nobis, ne timueritis eos.

9. Nolite rebelles eſſe contra Dominum: neque timeatis populum terræ hujus, quia ſicut panem ita eos poſſumus devorare: receſſit ab eis omne præſidium: Dominus nobiſcum eſt, nolite metuere.

Aug. Locut. 41. 359. *d.* 10. Et ait omnis ſynagoga lapidare eos in lapidibus.....

10. Cùmque clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere, apparuit gloria Domini ſuper tectum fœderis cunctis filiis Iſraël.

Ibid. Locut. 42. 11..... Et quouſque non credunt mihi in omnibus ſignis, quibus feci in ipſis?

11. Et dixit Dominus ad Moyſen: Uſquequo detrahet mihi populus iſte? Quouſque non credent mihi, in omnibus ſignis quæ feci coram eis?

VULGATA NOVA.

12. Feriam igitur eos peſtilentiâ, atque conſumam: te autem faciam principem ſuper gentem magnam, & fortiorem quàm hæc eſt.

13. Et ait Moyſes ad Dominum: Ut audiant Ægyptii, de quorum medio eduxiſti populum iſtum,

14. & habitatores terræ hujus, qui audierunt quòd tu Domine in populo iſto ſis, & facie videaris ad faciem, & nubes tua protegat illos, & in columna nubis præcedas eos per diem, & in columna ignis per noctem: *Exod.* 13. 21.

VERSIO ANTIQUA.

Auct. l. de prom. ep. Proſp. 134. *b.* 15. Audient Ægyptii cùm contriveris hunc populum, & dicent:

16. Quoniam non potuit illos introducere in terram, quam juravit illis, proſtravit illos in deſerto.

Hieron. l. 1. *contr. Pelag. t.* 4. 506. *d.* 17. Et nunc magnificetur fortitudo Domini, ſicut locutus eſt, dicens:

18. Dominus longanimis & multæ miſericordiæ, auferens iniquitatem & ſcelera, & emundans non mundabit reum.....

VULGATA NOVA.

15. quòd occideris tantam multitudinem quaſi unum hominem, & dicant:

16. Non poterat introducere populum in terram, pro qua juraverat: idcirco occidit eos in ſolitudine. *Exod.* 32. 28.

17. Magnificetur ergo fortitudo Domini ſicut juraſti, dicens:

18. Dominus patiens & multæ miſericordiæ, auferens iniquitatem & ſcelera, nullumque innoxium derelinquens, qui viſitas peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem. *Pſ.* 102. 8. *Exod.* 34. 7. *Exod.* 20. 5.

VULGATA NOVA.

19. Dimitte, obſecro, peccatum populi hujus ſecundùm magnitudinem miſericordiæ tuæ, ſicut propitius fuiſti egredientibus de Ægypto uſque ad locum iſtum.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Iſai. 6. 60. *f.* 20..... Propitius ero illis.

VULGATA NOVA.

20. Dixitque Dominus: Dimiſi juxta verbum tuum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Ita Græcè ad verbum, dempta voce *nobis*.

℣. 6. Huic reſpondent quæ narrat Auguſt. quæſt. 23. in Num. 357. c. *Caleb, & Jeſus Nave loquentes ad populum Iſraël, ne timerent ingredi terram promiſſionis, dixerunt inter cætera, &c.*

℣. 7. Græcè, ἡ γῆ, *terra*, non *terram*; reliqua ſimilia.

℣. 9. Vix uno *ſunt*, differt Auguſt. à Græco, ubi ἐστὶν, *eſt*; eadem quoque repetit infra. Auct. verò l. de promiſſ. p. 2. c. 9. col. 133. d. ſic: *Nolite metuere populum terræ, quoniam devotio nobis ſunt* (Mſ. Rem. *nobis eſt*:) *diſceſſit enim tempus ab illis: Dominus autem in nobis eſt, nolite timere eos.*

℣. 10. Ita in Græco ad verbum. Addit Aug. ibid. *Non dictum eſt*, lapidibus, *cùm ipſum* lapidare, *poſſet uſitata locutione ſufficere.*

℣. 11. Itidem Græcè.

℣. 15. Græc. Καὶ ἐκλείψεις τὸν λαὸν τοῦτον ὡσεὶ ἄνθρωπον ἕνα· καὶ ἐρῶσι τὰ ἔθνη ὅσοι ἀκηκόασι τὸ ὄνομά σου, λέγοντες· i. e. *Et conteres populum hunc tanquam hominem unum: & dicent gentes quæcunque audierunt nomen tuum, dicentes.*

℣. 16. Græc. Παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι Κύριον εἰσαγαγεῖν τὸν λαὸν τοῦτον εἰς τὴν γῆν ἣν ὤμοσεν αὐτοῖς, καθέσρωσεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ. i. e. *Eò quòd non poſſet Dominus introducere populum hunc in terram quam juraverat eis, proſtravit eos in deſerto.*

℣. 17. Gr. Καὶ νῦν ὑψωθήτω ἡ ἰσχύς σου, Κύριε, ὃν τρόπον εἶπας, λέγων· *Et nunc exaltetur fortitudo tua, Domine, quemadmodum dixiſti, dicens:* Auct. l. de promiſſ. apud Proſp. p. 134. b. *Et nunc exaltetur manus tua, Domine, ſicut dixiſti.*

℣. 18. Hieron. addiderat primò, *Et mundans, non faciet innocentem*; ſed notat ibid. legi apud LXX. *Et emundans, non mundabit reum*, quam lectionem retinendam duximus. Auct. l. de promiſſ. col. 134. b. hab. *Ego ſum Deus patiens, & multùm miſericors, & verax.* In Græco ſic: Κύριος μακρόθυμος, καὶ πολυέλεος, καὶ ἀληθινὸς, ἀφαιρῶν ἀνομίας, καὶ ἀδικίας, καὶ ἁμαρτίας, καὶ καθαρισμῷ οὐ καθαριεῖ τὸν ἔνοχον.

℣. 20. Gr. Ἵλεως αὐτοῖς εἰμι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. *Propitius eis ſum juxa verbum tuum.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
21. Vivo ego: & implebitur gloriâ Domini univerſa terra.	21. Veruntamen vivo ego, & vivit nomen meum: quia implebitur gloriâ meâ omnis terra.	*Hieron. ubi ſup.*
22. Attamen omnes homines qui viderunt majeſtatem meam, & ſigna quæ feci in Ægypto & in ſolitudine, & tentaverunt me jam per decem vices, nec obedierunt voci meæ,	23. non videbunt terram pro qua juravi patribus eorum, nec quiſquam ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam.	*Deut.* 1. 35.
VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
Joſ. 14. 6. 24. Servum meum Caleb, qui plenus alio ſpiritu ſecutus eſt me, inducam in terram hanc, quam circuivit: & ſemen ejus poſſidebit eam.	24. Puer autem meus Chaleb, quoniam ſpiritus alius in eo, & aſſecutus eſt me, & inducam eum in terram, in quam intravit illuc.....	*Aug. Locut.* 43. 359. *d.* *Ibid. Locut.* 44.
25. Quoniam Amalecites & Chananæus habitant in vallibus. Cras movete caſtra, & revertimini in ſolitudinem per viam maris rubri.		
26. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens:	26. Et ait Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens:	*Ibid. Locut.* 45.
VULGATA NOVA.		
27. Uſquequo multitudo hæc peſſima murmurat contra me? querelas filiorum Iſraël audivi.	28. Dic ergo eis: Vivo ego, ait Dominus: ſicut locuti eſtis audiente me, ſic faciam vobis.	
VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
Pſ. 105. 26. *Num.* 26. 65. & 32. 10. *Deut.* 1. 35. 29. In ſolitudine hac jacebunt cadavera veſtra. Omnes qui numerati eſtis à viginti annis & ſupra, & murmuraſtis contra me,	29..... quotquot murmuraverunt ſuper me,	*Ibid. Locut.* 46.
30. non intrabitis terram, ſuper quam levavi manum meam ut habitare vos facerem, præter Caleb filium Jephone, & Joſue filium Nun.		
31. Parvulos autem veſtros, de quibus dixiſtis quòd prædæ hoſtibus forent, introducam: ut videant terram, quæ vobis diſplicuit.	31..... & hæreditate poſſidebunt terram, quam vos abſceſſiſtis ab ea.	*Aug. Locut.* 47. *f.* 3. 359. *f.*
VULGATA NOVA.		
32. Veſtra cadavera jacebunt in ſolitudine.		
33. Filii veſtri erunt vagi in deſerto annis quadraginta, & portabunt fornicationem veſtram, donec conſumantur cadavera patrum in deſerto,	34. juxta numerum quadraginta dierum, quibus conſideraſtis terram: annus pro die imputabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates veſtras, & ſcietis ultionem meam:	*Ezech.* 4. 6. *Num.* 32. 13. *Pſ.* 94. 10.
VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
35. quoniam ſicut locutus ſum, ita faciam omni multitudini huic peſſimæ, quæ conſurrexit adversùm me: in ſolitudine hac deficiet, & morietur.	35. Ego Dominus locutus ſum, niſi ita fecero ſynagogæ malignæ iſti.....	*Aug. Locut.* 48. 359. *f.*
VULGATA NOVA.		
1. Cor. 10. 10. *Heb.* 3. 17. *Judæ.* 1. 5. 36. Igitur omnes viri, quos miſerat Moyſes ad contemplandam terram, & qui reverſi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem, detrahentes terræ quòd eſſet mala,	peccavimus.	
37. mortui ſunt atque percuſſi in conſpectu Domini.		
38. Joſue autem filius Nun, & Caleb filius Jephone, vixerunt ex omnibus qui perrexerant ad conſiderandam terram.		
39. Locutuſque eſt Moyſes univerſa verba hæc ad omnes filios Iſraël, & luxit populus nimis.		
40. Et ecce manè primo ſurgentes aſcenderunt verticem montis, atque dixerunt: Parati ſumus aſcendere ad locum, de quo Dominus locutus eſt: quia	41. Quibus Moyſes: Cur, inquit, tranſgredimini verbum Domini, quod vobis non cedet in proſperum?	
	42. Nolite aſcendere: non enim eſt Dominus vobiſcum: ne corruatis coram inimicis veſtris.	*Deut.* 1. 42.
	43. Amalecites & Chananæus ante vos ſunt, quorum gladio corruetis, eò quòd nolueritis acquieſcere Domino, nec erit Dominus vobiſcum.	
	44. At illi contenebrati aſcenderunt in verticem montis. Arca autem teſtamenti Domini & Moyſes non receſſerunt de caſtris.	
	45. Deſcenditque Amalecites & Chananæus, qui habitabat in monte: & percutiens eos atque concidens, perſecutus eſt eos uſque Horma.	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 21. Paulò diſſimiliùs in Græco: Ἀμὰ ζῶ ἐγὼ, καὶ ζῶν τὸ ὄνομά μου ἐμπλήσει ἡ δόξα Κυρίου πᾶσαν τὴν γῆν, *Sed vivo ego, & vivens nomen meum; & implebit gloria Domini omnem terram.* Apud Theodoret. eſt, quæſt. 27. καὶ ζῇ, & *vivit*; ibi etiam notat cæteros Interpretes dixiſſe, ὅτι ἐμπλήσει, *quoniam implebit.*

℣. 24. A Græco abeſt &, ante *inducam*; at in Mſ. Alex. nec non in editt. Ald. & Compl. eſt, καὶ εἰσάξω. Unde Auguſt. ibid. addit: *Uſitatum eſſet, ſi non haberet &*; reliqua concordant, niſi excipias hoc, *aſſecutus eſt me*, pro quo, ἐπικολούθησέ μοι, quod vertit Nobilius, *obſecutus eſt mihi.*

℣. 26. Ita in Græco. Vide ſis Aug. ibid.

℣. 29. Aug. ibid. *Non ait, de me, aut, adversùs me.* Gr. ἐπ' ἐμοί.

℣. 31. Sic eſt in Gr. ad verbum: mox Aug. ibid. *Uſitatum eſſet*, inquit, *à qua vos abſceſſiſtis*: (in Mſ. etiam Oxon. ἀφ' ἧς ὑμεῖς ἀπέστητε) addit Auguſt. *Nunc verò & quam abſceſſiſtis, dictum eſt novo more, & additum eſt* ab ea, *ſicut Scripturæ loqui ſolent; ſicut eſt.....* devenere locos, *non ait*, ad locos; *ita &*, quam abſceſſiſtis, *non ait*, à qua abſceſſiſtis.

℣. 35. Addit Auguſt. *Quærendum eſt ſanè quid ſit quod Græcè poſitum eſt*, ἢ μὴν, *noſtri enim Interpretes hoc pene ubique interpretati ſunt*, niſi: nunc etiam Græcè, ἤ μήν. In Mſ. tamen Alex. eſt, εἰ μὴν, al. εἰ μὴ, al. ἐκεῖ, quod ultimum hab. editt. Auguſt. ſed contra fidem Mſs.

Digitized by Google

CAPUT XV.

VULGATA NOVA.

1. LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens:
2. Loquere ad filios Israël, & dices ad eos: Cùm ingressi fueritis terram habitationis vestræ, quam ego dabo vobis,
3. & feceritis oblationem Domino in holocaustum, aut victimam, vota solventes, vel sponte offerentes munera, aut in solemnitatibus vestris adolentes odorem suavitatis Domino, de bobus sive de ovibus:
4. offeret quicunque immolaverit victimam, sacrificium similæ, decimam partem ephi, conspersæ oleo, quod mensuram habebit quartam partem hin:
5. & vinum ad liba fundenda ejusdem mensuræ dabit in holocaustum sive in victimam. Per agnos singulos
6. & arietes erit sacrificium similæ duarum decimarum, quæ conspersa sit oleo tertiæ partis hin:
7. & vinum ad libamentum tertiæ partis ejusdem mensuræ offeret in odorem suavitatis Domino.
8. Quando verò de bobus feceris holocaustum aut hostiam, ut impleas votum vel pacificas victimas,
9. dabis per singulos boves, similæ tres decimas conspersæ oleo, quod habeat medium mensuræ hin:
10. & vinum ad liba fundenda ejusdem mensuræ in oblationem suavissimi odoris Domino.
11. Sic facies
12. per singulos boves & arietes & agnos & hœdos.
13. Tam indigenæ quàm peregrini
14. eodem ritu offerent sacrificia.
15. Unum præceptum erit atque judicium tam vobis quàm advenis terræ.
16. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens:
17. Loquere filiis Israël, & dices ad eos:

VERSIO ANTIQUA.

Amb. l. 2. de Cain, c. 1. t. 1. 207. b.

18. Cùm intraveritis in terram, in quam induco vos,
19. & cùm manducare cœperitis de panibus terræ illius, offeretis oblationem separatam Domino primitias consperſionis vestræ.
20. Panem sicut oblationem de area,
21. sic offeretis primitias confusionum vestrarum, & dabitis Domino.

VULGATA NOVA.

18. Cùm veneritis in terram, quam dabo vobis,
19. & comederitis de panibus regionis illius, separabitis primitias Domino
20. de cibis vestris. Sicut de areis primitias separatis,
21. ita & de pulmentis dabitis primitiva Domino.

VULGATA NOVA.

22. Quòd si per ignorantiam præterieritis quidquam horum, quæ locutus est Dominus ad Moysen,
23. & mandavit per eum ad vos, à die qua cœpit jubere & ultra,

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. l. 1. contra. Pelag. t. 4. 506. f.

24..... hircum caprarum pro peccato:
25. & placabit sacerdos pro omni synagoga filiorum Israël: & propitiabitur ei Dominus, quia ignorantia est; & ipsi offerent oblationem suam in sacrificium Domino pro peccato suo in conspectu ejus, quoniam nescierunt:

VULGATA NOVA.

24. oblitaque fuerit facere multitudo: offeret vitulum de armento, holocaustum in odorem suavissimum Domino, & sacrificium ejus ac liba, ut cæremoniæ postulant, hircumque pro peccato:
25. & rogabit sacerdos pro omni multitudine filiorum Israël: & dimittetur eis, quoniam non sponte peccaverunt, nihilominus offerentes incensum Domino pro se & pro peccato atque errore suo:
26. & dimittetur universæ plebi filiorum Israël, & advenis qui peregrinantur inter eos: quoniam culpa est omnis populi per ignorantiam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 18. Græcè primùm: Ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι ὑμᾶς; *In ingrediendo vos;* deinde sic: εἰς τὴν γῆν εἰς ἣν ἐγὼ εἰσάγω ὑμᾶς ἐκεῖ, quæ August. locut. 49. de Num. col. 359. f. similiter reddit; *in terram, in quam ego induco vos illuc.*

℣. 19. Paucis discrepat Ambros. à Græco, ubi loco *& cùm manducare cœperitis*, exstat simpliciter, καὶ ἔσται ὅταν ἔσθῃτε, *& erit quando manducaveritis*, nec additur *illius*, ad vocem *terræ*: deinde pro *offeretis oblationem separatam*, sic: ἀφελεῖτε ἀφαίρεμα, ἀφαίρεσμα, &c. *demetis demptionem, segregationem*, &c. Subiit animum hîc apud Ambr. ita primò scribi potuisse, *auferetis ablationem*, mutatoque *a*, in *o*, ab imperito scriba, ex *ausero*, factum fuisse *offero*, sicut ex *ablatione*, *oblationem*; at ex subsequentibus tollitur malè orta suspicio; enimverò Ambros. non solùm infra constanter legit *offerre*, & *oblationem*, sed etiam in exemplum adducit oblationem *patriarchæ Isaac*, *quem*, inquit, *sacrificii modo obtulit pater..... mundam offerens Deo hostiam*, &c. In Mſ. Floriac. sic: *Primitias conspersuræ vestræ, panem oblationis separabitis eum.*

℣℣. 20. 21. Græc. Ἀρξασθε ἀφαίρεμα αὐτὸ· ὡς ἀφαίρεμα ἀπὸ ἅλω, οὕτως ἀφελεῖτε αὐτὸν, ἀπαρχὴν φυράματος ὑμῶν, καὶ δώσετε Κυρίῳ. *Panem segregabitis, demptionem ipsam: sicut demptionem ab area, sic demetis ipsum, primitias consperſionis vestræ, & dabitis Domino.* Erit forsan qui præferet editionem Romanam Ambros. & leget cum ipsa *consperſionum*, non *confusionum*, sicut proximè *consperſio*, pro *confusio*; ego etiam libens ipsi assentirer, siquidem infra non semel utitur Ambros. voce *consperſionis*; at præterquam quòd tutè sperni non potest Mſs. & veterum editt. auctoritas, saltem utrumque hîc admitti potest; ita enim Ambros. pergit: *Confusio nos sumus, diversorum elementorum quadam commixtione compositi; siquidem frigidum calido, & humidum sicco miscetur in nobis.* Deinde sic: *Hæc consperſio multas habet illecebras:* sive ergo *confusio*, sive *consperſio* legatur supra, nihil interest, cùm in sensu, saltem hoc in loco, nulla sit diversitas. In Mſ. Floriac. hæc sequuntur: *Sicut oblationem de area, sic auferetis eum primitias consparsionis vestræ.*

℣. 24. Ita Hieron. ibid. *Cùmque, ait, ignoraverit populus, & fecerit unum ex his quæ facere non debuit, post cæremoniarum longum ordinem infertur, & dicitur: Offerte hircum capravum*, &c. In Græco, καὶ χίμαρον ἐξ αἰγῶν ἕνα περὶ ἁμαρτίας, *& hircum ex capris unum pro peccato.*

℣. 25. Optimè è Græco, usque ad verbum *propitiabitur*; ab hoc autem verbo ad finem usque, paulò dissimiliùs: ita scilicet: Καὶ ἀφεθήσεται αὐτοῖς, ὅτι ἀκούσιόν ἐστι· καὶ αὐτοὶ ἤνεγκαν τὸ δῶρον αὐτῶν κάρπωμα Κυρίῳ περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν ἐναντι Κυρίου, περὶ τῶν ἀκουσίων αὐτῶν. *Et remittetur*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

27. Quòd si anima una nesciens peccaverit, offeret capram anniculam pro peccato suo:

28. & deprecabitur pro ea sacerdos, quòd insciа peccaverit coram Domino: impetrabitque ei veniam, & dimittetur illi.

29. Tam indigenis quàm advenis una lex erit omnium, qui peccaverint ignorantes.

30. Anima verò, quæ per superbiam aliquid commiserit, sive civis sit ille, sive peregrinus, (quoniam adversùs Dominum rebellis fuit) peribit de populo suo:

31. verbum enim Domini contempsit, & præceptum illius fecit irritum: idcirco delebitur, & portabit iniquitatem suam.

VERSIO ANTIQUA.

27. Si autem anima una peccaverit non sponte, offeret capram unam anniculam pro peccato: *Aug. Locut. 50. t. 3. 359. g. 360. a. b.*

28. & exorabit sacerdos pro anima invita, & quæ peccaverit nolenter ante Dominum, exorare pro eo: & remittetur ei.

30. Et anima, quæcunque peccaverit in manu superbiæ ex indigenis, aut ex proselytis, Deum hic exacerbat, & exterminabitur anima illa de populo suo: *Aug. quæst. 25. in Num. t. 3. 538. a. seqq.*

31. quoniam verbum Domini contempsit, & mandata ejus dispersidit: contritione conteretur anima illa, peccatum ejus in illa.

VULGATA NOVA.

32. Factum est autem, cùm essent filii Israël in solitudine, & invenissent hominem colligentem ligna in die sabbati,

33. obtulerunt eum Moysi & Aaron & universæ multitudini.

34. Qui recluserunt eum in carcerem, nescientes quid super eo facere deberent.

VULGATA NOVA.

35. Dixitque Dominus ad Moysen: Morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra.

VERSIO ANTIQUA.

35..... Morte moriatur homo, lapidate eum lapidibus omnis synagoga. *Aug. Locut. 52. t. 3. 360. c.*

VULGATA NOVA.

36. Cùmque eduxissent eum foras, obruerunt lapidibus, & mortuus est sicut præceperat Dominus.

37. Dixit quoque Dominus ad Moysen:

Deut. 22. 12. Mat. 23. 5. 38. Loquere filiis Israël, & dices ad eos ut faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas:

39. quas cùm viderint, recordentur omnium mandatorum Domini, nec sequantur cogitationes suas & oculos per res varias fornicantes,

40. sed magis memores præceptorum Domini faciant ea, sintque sancti Deo suo.

41. Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti, ut essem Deus vester.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

eis, quia involuntarium est; & ipsi obtulerunt munus suum sacrificium Domino pro peccato suo coram Domino pro involuntariis suis; quæ recidunt eòdem.

℣. 27. Item Græcè, nisi excipiatur hoc, ἐάν τε, loco *si autem*, al. mel. ἐὰν δέ. Apud Hieron. l. 1. cont. Pelag. to. 4. p. 2. sic: *Si anima una peccaverit per ignorantiam, offeret capram anniculam pro peccato ignorantiæ coram Domino.*

℣. 28. A Græco abest hoc ult. *& remittetur ei;* at in Mſ. Alex. sicut in editt. Ald. & Compl. est, καὶ ἀφεθήσεται αὐτῷ· priora verò pene similia. Aug. ibid. *Illa locutio*, inquit, *notanda erat, quòd ait*, exorabit sacerdos, *& postea dixit* exorare: *utrumque enim simul ita dici posset*, exorabit exorare, (Græcè nunc, ἐξιλάσεσθαι..... ἐξιλάσασθαι, al. ἐξιλάζεσθαι.) Addit Aug. *Et illa; quòd à feminino genere incipiens, ad masculinum clausit; cùm enim dixisset:* si anima una peccaverit, *conclusit dicens*, exorare pro eo: *ubi intelligitur*, pro eo homine; *nam & quod adjunxit*, & dimittetur ei, *in Latino quidem non apparet, quia hoc pronomen generis omnis est, sed in Græco masculinum elucet, ubi habet* αὐτῷ, *quod hîc positum est*, ei: *quod verò hîc dictum est*, pro anima invita, *intelligitur, quæ invita peccaverit, non quòd nolit pro se offerri. Hoc enim etiam consequenter exposuit, cùm ait*, & quæ peccaverit nolenter: *& ideo* invita *positum est, quia Latinè non potuit exprimi, quod Græcè dictum est*, ἀκουσιαζομένης: *non enim potuit dici* nolentata, *vel quid aliud ab eo quod nolens fecerit.* Hieron. l. 1. cont. Pelag. to. 4. p. 2. 506. f. sic hab. *Et deprecabitur pro ea sacerdos, eò quòd ignoraverit, pro peccato ignorantiæ coram Domino; & rogabit pro ea, & propitiabitur ei.*

℣. 30. Vix melius è Græco, præter hæc duo, *peccaverit* loco ποιήσῃ, *fecerit*, & *exacerbat*, loco παροξύνει, *exacerbabit*; edit. tamen Compl. habet παροξύνει, cum August. additque ὁ, cum edit. Ald. & Mſ. Alex. quod in Vatic. deest: idem Aug. locut. 51. de Num. col. 360. b. bene: *Et anima quæcunque fecerit in manu superbiæ*: tum addit: *subauditur* peccatum: *notandum etiam quod ait*, manu superbiæ, *manum ponens pro opere, sive potestate.*

℣. 31. August. optimè notat infra, 538. e. *In Græco non dictum*, contritione conteretur, *sed extritione exteretur*, (nempe ἐκλείψει ἐκτεθήσεται) *quod ita accipi potest*, inquit, *quasi omnimodò terendo extinguatur, ac non sit.* In Græco etiam pro *contempsit*, leg. ἐφαύλισε, i. e. *floccifecit, parvi fecit*; & pro *dispersidit*, διεσκέδασε, *dissipavit, dispersit.*

℣. 35. Ad verbum è Græco. Auct. l. de XLII. manſ. apud Ambros. 14. f. sic: *Morte moriatur homo, lapidabitis eum lapidibus omnis congregatio extra castra*, nec malè; nam in editt. Ald. & Compl. legitur λιθοβολήσατε, non λιθοβολήσαιτε, quod in aliis. Similiter in Compl. post συναγωγὴ, additur ἔξω τῆς παρεμβολῆς. Hîc locutio multiplex notatur ab Aug. quem vide.

CAPUT XVI.

VULGATA NOVA.

1. ECce autem Core filius Isaar, filii Caath, filii Levi, & Dathan atque Abiron filii Eliab, Hon quoque filius Pheleth de filiis Ruben,

2. surrexerunt contra Moysen, aliique filiorum Israël ducenti quinquaginta viri proceres synagogæ, & qui tempore concilii per nomina vocabantur.

VULGATA NOVA.

Eccli. 45. 22. 1. Cor. 10. 10. Juda 1. 12. 3. Cùmque stetissent adversùm Moysen & Aaron, dixerunt: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum, & in ipsis Dominus: quare

VERSIO ANTIQUA.

3..... Satis sit vobis, quòd tota synagoga omnes sancti, & in ipsis Dominus: Et vos quare *Ambr. ep. 63. t. 2. 1034. f.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Hæc præmittit Ambros. ibid. *Cùm instigassent Core, & Dathan, & Abiron ducentos quinquaginta* (Mſs. quid. *quadraginta*) *viros adversùs Moysen & Aaron, ut separarent se ab iis, insurrexerunt illi, dicentes: Satis sit vobis*, &c. ut in textu. Similiter in Græco, nisi quòd loco istorum de Facundo, *Et vos quare premitis synagogam*, exstat: Καὶ διὰ-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Fac. Herm. l. 12. c. 2. Sirm. 808. d.

premitis ſynagogam Domini?

VULGATA NOVA.

titudo ſanctorum eſt, & in ipſis eſt Dominus: Cur elevamini ſuper populum Domini?

VULGATA NOVA.

4. Quod cùm audiſſet Moyſes, cecidit pronus in faciem:

5. locutuſque ad Core & ad omnem multitudinem: Manè, inquit, notum faciet Dominus qui ad ſe pertineant, & ſanctos applicabit ſibi: & quos elegerit, appropinquabunt ei.

6. Hoc igitur facite: Tollat unuſquiſque thuribula ſua, tu Core, & omne concilium tuum:

7. & hauſto cras igne, ponite deſuper thymiama coram Domino: & quemcunque elegerit, ipſe erit ſanctus: multùm erigimini filii Levi.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. ep. 63. t. 2. 1035. a.

8. Dixit Moyſes ad Core: Audite me filii Levi:

9. Nunquid hoc puſillum eſt vobis, quòd ſeparavit vos Deus à ſynagoga Iſraël, & adduxit vos ad ſe, ut miniſtraretis miniſteria tabernaculi Domini.....

VULGATA NOVA.

8. Dixitque rurſum ad Core: Audite filii Levi:

9. Num parum vobis eſt, quòd ſeparavit vos Deus Iſraël ab omni populo, & junxit ſibi, ut ſerviretis ei in cultu tabernaculi, & ſtaretis coram frequentia populi, & miniſtraretis ei?

VULGATA NOVA.

10. idcirco ad ſe fecit accedere te & omnes fratres tuos filios Levi, ut vobis etiam ſacerdotium vendicetis,

11. & omnis globus tuus ſtet contra Dominum? quid eſt enim Aaron ut murmuretis contra eum?

12. Miſit ergo Moyſes ut vocaret Dathan & Abiron filios Eliab. Qui reſponderunt: Non venimus:

12..... *Vide Not.*

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 26. in Num. t. 3. 538. f. g.

13. nunquid puſillum hoc quoniam eduxiſti nos in terram fluentem lac & mel, interficere nos in eremo, quoniam præes nobis, princeps es?

14. Et tu in terram fluentem lac & mel induxiſti nos, & dediſti nobis ſortem agri & vineas: oculos hominum illorum abſcidiſſes: non aſcendimus.

Iren. l. 4. c. 26. 263. a.

15..... non concupiſcens alicujus illorum quid accepi, neque malefeci alicui eorum.

VULGATA NOVA.

13. nunquid parum eſt tibi quòd eduxiſti nos de terra, quæ lacte & melle manabat, ut occideres in deſerto, niſi & dominatus fueris noſtri?

14. Revera induxiſti nos in terram, quæ fluit rivis lactis & mellis, & dediſti nobis poſſeſſiones agrorum & vinearum: an & oculos noſtros vis eruere? non venimus.

15. Iratuſque Moyſes valde, ait ad Dominum: Ne reſpicias ſacrificia eorum: tu ſcis quòd ne aſellum quidem unquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum.

16. Dixitque ad Core: Tu, & omnis congregatio tua ſtate ſeorſum coram Domino, & Aaron die craſtino ſeparatim.

Aug. Locut. 53. t. 3. 360. c.

17. Et accipite ſinguli thuribulum ſuum.....

17. Tollite ſinguli thuribula veſtra, & ponite ſuper ea incenſum, offerentes Domino ducenta quinquaginta thuribula: Aaron quoque teneat thuribulum ſuum.

VULGATA NOVA.

18. Quod cùm feciſſent, ſtantibus Moyſe & Aaron,

19. & coacervaſſent adversùm eos omnem multitudinem ad oſtium tabernaculi, apparuit cunctis gloria Domini.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 27. in Num. 539. b.

20. Et locutus eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens:

21. Abſcedite vos de medio ſynagogæ iſtius, & conſummabo eos ſimul.

Ambr. l. 3. offic. t. 2. 127. c.

VULGATA NOVA.

20. Locutuſque Dominus ad Moyſen & Aaron, ait:

21. Separamini de medio congregationis hujus, ut eos repente diſperdam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Ἢ κατανίσασθε ἐπὶ τὴν συναγωγήν, &c. *Et quare conſurgitis ſuper ſynagogam?* loco autem priorum, *Satis ſit vobis*, &c. ex Ambr. idem Facundus legit: *Certi eſtote quòd in omni ſynagoga omnes ſancti ſunt, & eſt Dominus in illis*; at Gr. Ambroſio favet.

℣. 8. Sic etiam in Græco, excepto uno εἰσακούσατε, *exaudite*, pro *audite*.

℣. 9. Ita in Græco ad verbum, ſed ordo vocum diſſimilis eſt, ſcilicet: Μὴ μικρόν ἐστι τοῦτο ὑμῖν, ὅτι διέστειλεν ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ ὑμᾶς ἐκ συναγωγῆς Ἰσραήλ; Mſ. Alex. διέστειλεν ὑμᾶς ὁ Θεὸς Ἰσραήλ; Ald. ὑμᾶς ὁ Θεός· demum loco *ut miniſtraretis*, conſtanter λειτουργεῖν, *miniſtrare*.

℣. 12. Huic reſpondent quæ dicit Aug. quæſt. 26. in Num. 538. f. *Quid eſt quòd Dathan & Abiron, cùm in ſeditionem conſurrexiſſent, vocati à Moyſe, ac ſuperbè & injuriosè reſpondentes*, &c.

℣. 13. Ad verbum è Græco.

℣. 14. Ita de Græco ad verbum, præter unum *abſcidiſſes*, pro quo ἂν ἐξέκοψας, vel ut in edit. Ald. ἀπέκοψας, *utique abſcidiſti*; at Aug. infra conſtanter leg. *abſcidiſſes; tanquam dicentes*, inquit, *Si iſta præſtitiſſes, oculos hominum illorum abſcidiſſes*, &c.

℣. 15. In Græco ſic: Οὐκ ἐπιθύμημα ἀνδρὸς αὐτῶν εἴληφα, οὐδὲ ἐκάκωσα ἕνα ἐξ αὐτῶν, i. e. *Non deſiderium ullius eorum ſumpſi, neque afflixi quemquam eorum.*

℣. 17. Similiter in Græco.

℣℣. 20. 21. Ita in Græco, niſi quòd deeſt *vos*, poſt *abſcedite*, & pro *conſummabo eos ſimul*, legitur ἐξαναλώσω αὐτοὺς εἰς ἄπαξ, *conſumam eos confeſtim*. Idem Ambroſ. legit ſupra: *Dividite vos de medio ſynagogæ*. Gr. ἀποχίσθητε Lucifer. verò Calar. l. de non conven. cum Hæret. col. 220. h. *Secedite è medio populi hujus indiſciplinati & contumacis, ut diſperdam eos ego.* Vid. Capitul. XLII. ſup.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

22. Qui ceciderunt proni in faciem, atque dixerunt : Fortiſſime Deus ſpirituum univerſæ carnis, num uno peccante, contra omnes ira tua deſæviet ?
23. Et ait Dominus ad Moyſen:
24. Præcipe univerſo populo ut ſeparetur à tabernaculis Core, & Dathan & Abiron.
25. Surrexitque Moyſes, & abiit ad Dathan & Abiron : & ſequentibus eum ſenioribus Iſraël,

VULGATA NOVA.

26. dixit ad turbam : Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne involvamini in peccatis eorum.

27. Cùmque receſſiſſent à tentoriis eorum per circuitum, Dathan & Abiron egreſſi ſtabant in introitu papilionum ſuorum, cum uxoribus & liberis, omnique frequentia.
28. Et ait Moyſes : In hoc ſcietis, quòd Dominus miſerit me ut facerem univerſa quæ cernitis, & non ex proprio ea corde protulerim :
29. Si conſuetâ hominum morte interierint, & viſitaverit eos plagâ, qua & cæteri viſitari ſolent, non miſit me Dominus :

30. ſin autem novam rem fecerit Dominus, ut aperiens terra os ſuum deglutiat eos & omnia quæ ad illos pertinent, deſcenderintque viventes in infernum, ſcietis quòd blaſphemaverint Dominum.

VERSIO ANTIQUA.

26..... Separamini à tabernaculis hominum iſtorum duriſſimorum, & nolite tangere ab omnibus quæ ſunt eis, ne ſimul pereatis in peccato eorum. *Cypr. ep. 76. 155. a.*

28..... In hoc ſcietis, quoniam Dominus miſit me facere omnia opera iſta, & quoniam non à me facio : *Fac. Herm. l. 12. ap. Sirm. t. 2. 808. b.*
29. Si ſecundùm mortem omnium hominum morientur iſti, & ſi ſecundùm viſitationem omnium hominum viſitatio erit illorum, non Dominus miſit me :
30..... in viſione oſtendet Deus, & aperiens terra os ſuum, abſorbebit eos..... *Aug. quæſt. 28. in Num. t. 3. 539. c.*

VULGATA NOVA.

Deut. 11. 6. Pſ. 105. 17. 18.

31. Confeſtim igitur ut ceſſavit loqui, dirupta eſt terra ſub pedibus eorum :
32. & aperiens os ſuum, devoravit illos cum tabernaculis ſuis & univerſa ſubſtantia eorum :

VULGATA NOVA.

33. deſcenderuntque vivi in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis.
34. At verò omnis Iſraël, qui ſtabat per gyrum, fugit ad clamorem pereuntium, dicens : Ne fortè & nos terra deglutiat.

35. Sed & ignis egreſſus à Domino, interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incenſum.
36. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens :
37. Præcipe Eleazaro filio Aaron ſacerdoti ut tollat thuribula quæ jacent in incendio, & ignem huc illucque diſpergat : quoniam ſanctificata ſunt
38. in mortibus peccatorum : producatque ea

VERSIO ANTIQUA.

33. & deſcenderunt ipſi, & omnia quæcunque ſunt eis, viventes ad inferos..... *Aug. quæſt. 29. 539. g.*
34. Et omnis Iſraël, qui in circuitu eorum, fugerunt à voce eorum..... *Aug. Locut. 55. t. 3. 360. c.*

36. Et dixit Dominus ad Moyſen, *Aug. quæſt. 30. in Num. 540. b. d.*

37. & ad Eleazarum filium Aaron ſacerdotem : Tollite thuribula ærea è medio exuſtorum, & ignem alienum hunc ſemina ibi : quia ſanctificaverunt thuribula
38. peccatorum horum in animabus ſuis : &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 26. Paulò diſſimiliùs idem. Cypr. ſup. ep. 68. p. 118. nempe : *Separamini à tabernaculis horum hominum injuſtorum, duriſſimorum, & nolite tangere ea quæ ad eos pertinent, ne*, &c. ut ſup. Collat. Carthag. p. 490. c. *Diſcedite à tabernaculis hominum iſtorum duriſſimorum, & ne tetigeritis ab omnibus quæ ſunt eis, ne ſimul pereatis & vos in omnibus peccatis eorum.* Hieron. contra. Lucifer. to. 4. 291. f. vel potiùs Luciferiani ipſi : *Separamini à tabernaculis iſtorum hominum duriſſimorum, & nolite tangi ab omnibus quæ ſunt eorum, ne ſimul*, &c. Gr. Ἀποχώρειτε ἀπὸ τῶν σκηνῶν τῶν ἀνθρώπων τῶν ἀκαθάρτων τούτων, καὶ μὴ ἅπτεσθε ἀπὸ πάντων ὧν ἐστιν αὐτοῖς, μὴ συναπόλησθε ἐν πάσῃ τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτῶν.

℣. 28. Ita in Græco, ſi excipias ult. ὅτι οὐκ ἀπ' ἐμαυτοῦ, *quia non à memetipſo*, pro & *quoniam non à me facio.*

℣. 29. Similia prorſus quæ in Græco, ubi εἰ δὲ, pro & *ſi*; at in edit. Compl. ἐὰν δὲ.

℣. 30. Aug. ibid. *Quidam interpretati ſunt*, in hiatu oſtendet Dominus ; *credo, putantes dictum*, χάσμαλι, *quod Græcè poſitum eſt*, φάσμαλι, *quod pro eo dictum eſt, ac ſi diceretur*, in manifeſtatione, *quod apertè oculis apparebit. Non enim ſic dictum eſt*, in viſione, *quemadmodum ſolent dici viſiones, ſive ſomniorum, ſive quarumque in exſtaſi figurarum, ſed ut dixi, in manifeſtatione. Nonnulli autem aliud opinantes*, in phantaſmate *interpretari voluerunt ; quod omnino ſic abhorret à conſuetudine locutionis noſtræ, ut nuſquam fere dicatur* phantaſma, *niſi ubi falſitate viſorum ſenſus noſter illuditur ; quamvis & hoc à videndo ſit dictum.* In Mſ. tamen Oxon. etiamnum legitur, φαντάσμαλι ; in Ald. autem edit. ἐν χάσματι, reliqua ut in Lat. ſupra. Ambroſ. ep. 63. n. 52. his alludens, dicit : *Dathan, & Abiron, & Core, propter diſſenſionem, hiatus terræ abſorbuit.*

℣. 33. Græc. delet *omnia ;* ſed Mſ. Alex. nec non edd. Ald. & Compl. ferunt πάντα ὅσα, ſicut ἐστὶν αὐτοῖς, cum Mſ. Oxon, loco ἐστὶν αὐτῶν, quod legitur in aliis ; demum loco *viventes*, plerique ferunt ζῶντα, *viventia*, ſolus Alex. ζῶντες, omnes autem εἰς ᾅδου, *in infernum ;* at Auguſt. conſtanter, *ad inferos.* Similiter hab. Locut. 54. 360. c. *Et deſcenderunt ipſi*, & *omnia quæ ſunt eis ;* notatque ibid. *præſens* poſitum, *pro præterito*, ſunt, *pro* erant, *vel* fuerunt.

℣. 34. Ita de Græco ad verbum. Addit Auguſt. ibid. *ſubauditur* erat, *id eſt, omnis Iſraël qui erat in circuitu eorum.*

℣℣. 36. 37. Sic eſt in Græco verbum pro verbo. Aug. notat infra, *Novo modo dicta* ſanctificata, *pœnâ eorum, à quibus hoc peccatum fuerat perpetratum, quia per eos exemplum datum eſt cæteris, quo timerent :* & Locut. 56. ad hæc *quoniam ſanctificaverunt thurib.* &c. addit : *Non dixit, quia ſanctificaverunt thuribula peccatores hi..... ſed quaſi quæreretur, quorum thuribula, pro eo ut diceret, ſua, dixit,* peccatorum horum ; *qui autem ſanctificaverint, intelligendum reliquit, id eſt, quia ipſi.*

℣. 38. Cuncta concinunt cum Græco. Aug. paulò infra ſic legit : & *ſanctificata facta ſunt ;* at in Gr. ſimpliciter,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ubi sup. fac ea laminas ductiles circumpositionem altari, quòniam oblata sunt ante Dominum, & sanctificata sunt, & facta sunt in signum filiis Israël.

39. Et accepit Eleazar filius Aaron sacerdotis thuribula ærea, quanta obtulerunt qui exusti sunt, & addidit ea circumpositionem altaris,

40. memoriale filiis Israël, ut non accedat quisquam alienigena, qui non est de semine Aaron, imponere incensum ante Dominum; & non erit sicut Chore, & sicut conspiratio ejus, sicut locutus est Dominus in manu Moysi.

VULGATA NOVA.

in laminas, & affigat altari, eò quòd oblatum sit in eis incensum Domino, & sanctificata sint, ut cernant ea pro signo & monimento filii Israël.

39. Tulit ergo Eleazar sacerdos thuribula ænea, in quibus obtulerant hi quos incendium devoravit, & produxit ea in laminas, affigens altari:

40. ut haberent postea filii Israël, quibus commonerentur, ne quis accedat alienigena, & qui non est de semine Aaron, ad offerendum incensum Domino, ne patiatur sicut passus est Core, & omnis congregatio ejus, loquente Domino ad Moysen.

VULGATA NOVA.

41. Murmuravit autem omnis multitudo filiorum Israël sequenti die contra Moysen & Aaron, dicens: Vos interfecistis populum Domini.

42. Cùmque oriretur seditio, & tumultus increscceret,

43. Moyses & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis. Quod, postquam ingressi sunt, operuit nubes, & apparuit gloria Domini.

44. Dixitque Dominus ad Moysen:

45. Recedite de medio hujus multitudinis, etiam nunc delebo eos. Cùmque jacerent in terra,

46. dixit Moyses ad Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de altari, mitte incensum desuper, pergens citò ad populum ut roges pro eis: jam enim egressa est ira à Domino, & plaga desævit. *Sap.* 18. 21.

47. Quod cùm fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem, quam jam vastabat incendium, obtulit thymiama: 47..... 48. *Vide Not.*

48. & stans inter mortuos ac viventes, pro populo deprecatus est, & plaga cessavit.

49. Fuerunt autem qui percussi sunt, quatuordecim millia hominum & septingenti, absque his qui perierant in seditione Core.

50. Reversusque est Aaron ad Moysen ad ostium tabernaculi fœderis postquam quievit interitus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἠγιάθησαν, ut apud Aug. supra. Optat. l. 6. contra Donat. p. 95. a. alludens, dicit: *Tolle, Aaron, hæc vasa, & fac inde laminas, & pone in angulis arcæ testamenti Domini, quoniam licet illi peccaverint qui ea ferebant, tamen vasa illa sancta sunt, quia nomen meum illic invocatum est, dicit Deus.* Vide Aug. sup. ad ℣. 37.

℣. 39. Similiter in Græco, præter duo, προσέθηκαν, *addiderunt*, pro *addidit*, al. tamen προσέθηκεν; & θυσιαστηρίῳ, *altari*, loco *altaris*, ut sup. ℣. 38.

℣. 40. Hæc omnia aptè respondent Græco, nisi quòd hîc omittitur *sicut*, ante vocem *conspiratio*, additurque αὐτῷ in fine huic, *Moysi*; istud tamen αὐτῷ, deest in Mss. Alex. & Oxon. nec non in edit. Ald. Cum Augustino concinit Cypr. epist. 76. 154. c. ad verbum, nisi quòd legit, *ut non fit*, pro & *non erit*, Gr. καὶ οὐκ ἔσται. Nota apud Cyprianum postrema non legi ab hoc, & *sicut*.

℣℣. 47. 48. Ambros. epist. 63. to. 2. col. 1034. d. eò respiciens, ait: *Cùm dira mors propter contumaces in plebem serperet, medium se inter viventes, morientesque objecit.* In Græco: Καὶ ἤδη ἐνῆρκτο ἡ θραῦσις ἐν τῷ λαῷ..... καὶ ἔστη ἀναμέσον τῶν τεθνηκότων, καὶ τῶν ζώντων, καὶ ἐκόπαζεν ἡ θραῦσις.

CAPUT XVII.

VERSIO ANTIQUA.

Auct. l. de prom. part. 2. ap. Prosp. 134. d. 1. DIxit Dominus Moysi:

VULGATA NOVA.

1. ET locutus est Dominus ad Moysen, dicens:

VERSIO ANTIQUA.

2. Sic dices filiis Israël.....

VULGATA NOVA.

2. Loquere ad filios Israël, & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas, à cunctis principibus tribuum, virgas duodecim, & uniuscujusque nomen superscribes virgæ suæ:

3. nomen autem Aaron erit in tribu Levi, & una virga cunctas seorsum familias continebit:

4. ponesque eas in tabernaculo fœderis coram testimonio, ubi loquar ad te:

5. quem ex his elegero, germinabit virga ejus: & cohibebo à me querimonias filiorum Israël, quibus contra vos murmurant.

VERSIO ANTIQUA.

6..... & virgam Aaron inter virgas illorum.

VULGATA NOVA.

6. Locutusque est Moyses ad filios Israël: & dederunt ei omnes principes virgas per singulas tribus: fueruntque virgæ duodecim absque virga Aaron.

7. Posuit eas coram Domino, intulitque in tabernaculum testimonii:

7. Quas cùm posuisset Moyses coram Domino in tabernaculo testimonii:

8. & factum est in crastinum, introiit Moyses & Aaron in tabernaculum, & ecce germinavit

8. sequenti die regressus invenit germinasse virgam Aaron in domo Levi: & turgentibus gem-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωυσῆν, λέγων·

℣. 2. Idem Auctor addit: *Ut dent omnes principes illorum, singuli in tribubus, virgas suas.* Græc. Λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ λάβε παρ' αὐτῶν ῥάβδον, ῥάβδον κατ' οἴκους πατριῶν παρὰ πάντων τῶν ἀρχόντων αὐτῶν, κατ' οἴκους πατριῶν αὐτῶν, δώδεκα ῥάβδους, &c.

℣. 6. Sic idem Auct. ibid. *Duodecim igitur virgas accipiens Moyses*, & *virgam Aaron*, &c. ut sup. Græc. Καὶ ἔδωκαν αὐτῷ πάντες οἱ ἄρχοντες αὐτῶν ῥάβδον..... καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν, &c. ut in Lat.

℣. 7. Græc. Καὶ ἀπέθηκε Μωυσῆς τὰς ῥάβδους ἐναντι Κυρίου ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου.

℣. 8. Similiter in Græco, præter pauca; nempe post *crastinum*, additur καὶ, uti hoc, τοῦ μαρτυρίου, post *taberna-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

miš eruperant flores, qui, foliis dilatatis, in amygdalas deformati sunt.

9. Protulit ergo Moyses omnes virgas de conspectu Domini ad cunctos filios Israël : viderunt que & receperunt singuli virgas suas.

10. Dixitque Dominus ad Moysen : Refer
Hebr. 9. 4. virgam Aaron in tabernaculum testimonii, ut servetur ibi in signum rebellium filiorum Israël, & quiescant querelæ eorum à me, ne moriantur.

VERSIO ANTIQUA.

virga Aaron ex domo Levi : & produxit germen, florem germinavit & nuces. *Aug. l. de promiss. ubi sup.*

10..... desinat murmuratio eorum à me, & non morientur sic omnes.

VULGATA NOVA.

11. Fecitque Moyses sicut præceperat Dominus.

12. Dixerunt autem filii Israël ad Moysen : Ecce consumpti sumus, omnes perivimus ;

13. quicunque accedit ad tabernaculum Domini, moritur : num usque ad internecionem cuncti delendi sumus ?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

culum ; exinde εἰς οἶκον, pro *ex domo*, paulòque post ita, καὶ ἐξήνεγκε βλαστὸν, καὶ ἐξήνθησεν ἄνθη, καὶ ἐβλάστησε κάρυα. August. locut. 57. de Num. col. 360. d. legit : *Et ecce germinavit virga Aaron in domum Levi ;* tum addit : *Latina consuetudo*, in domo Levi, *exigeret dici.* Item Ambros. l. 1. de virginit. c. 16. ait : *Virga Aaron nucea floruit :* & epist. 42. *Virga nucina Aaron sacerdotis, cùm diu reposita fuisset, effloruit.*

℣. 10. Idem Auct. hæc præmittit : *Quo profectò signo, quietum populum esse jubet, dicens, Desinat*, &c. ut sup. Similiter Cypr. cùm l. 3. Testim. p. 309. b. tum l. de mortal. p. 232. a. *Desinat murmuratio eorum à me, & non morientur.* Sic etiam Hieron. in epist. ad Tit. to. 4. col. 430. b. Item Græcè : Καὶ παυσάσθω ὁ γογγυσμὸς αὐτῶν ἀπ' ἐμοῦ, καὶ οὐ μὴ ἀποθάνωσι.

CAPUT XVIII.

VULGATA NOVA.

1. DIxitque Dominus ad Aaron : Tu, & filii tui, & domus patris tui tecum, portabitis iniquitatem sanctuarii : & tu & filii tui simul sustinebitis peccata sacerdotii vestri :

VERSIO ANTIQUA.

1. ET ait Dominus ad Aaron, dicens : Tu, & filii tui, & domus patris tui tecum, accipietis peccata sanctorum : & tu & filii tui accipietis peccata sacerdotii vestri : *Aug. quæst. 31. in Num. t. 3. 541. b.*

VULGATA NOVA.

2. sed & fratres tuos de tribu Levi, & sceptrum patris tui sume tecum, præstoque sint, & ministrent tibi : tu autem & filii tui ministrabitis in tabernaculo testimonii.

3. Excubabuntque Levitæ ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi : ita duntaxat, ut ad vasa sanctuarii & ad altare non accedant, ne & illi moriantur, & vos pereatis simul :

4. sint autem tecum, & excubent in custodiis tabernaculi, & in omnibus cæremoniis ejus. Alienigena non miscebitur vobis.

5. Excubate in custodia sanctuarii, & in ministerio altaris : ne oriatur indignatio super filios Israël.

VULGATA NOVA.

6. Ego dedi vobis fratres vestros Levitas de medio filiorum Israël, & tradidi donum Domino, ut serviant in ministeriis tabernaculi ejus.

VERSIO ANTIQUA.

6. Et ego accepi fratres vestros Levitas de medio filiorum Israël, dationem datam Domino..... *Aug. Locut. 58. 360. e.*

VULGATA NOVA.

7. Tu autem & filii tui custodite sacerdotium vestrum : & omnia quæ ad cultum altaris pertinent, & intra velum sunt, per sacerdotes administrabuntur : si quis externus accesserit, occidetur.

VULGATA NOVA.

8. Locutusque est Dominus ad Aaron : Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum. Omnia quæ sanctificantur à filiis Israël, tradidi tibi & filiis tuis pro officio sacerdotali legitima sempiterna.

VERSIO ANTIQUA.

8. Et locutus est Dominus ad Aaron, dicens : Ecce ego dedi vobis ad conservandum primitias.... *Rufin. trâlat. hom. XI. Orig. in Num.*

VULGATA NOVA.

9. Hæc ergo accipies de his, quæ sanctificantur & oblata sunt Domino. Omnis oblatio, & sacrificium, & quidquid pro peccato atque delicto redditur mihi, & cedit in sancta sanctorum, tuum erit,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Eadem prorsus leguntur Græcè, excepto uno, *tecum*, quod abest ; at in Mss. Alex. nec non in editt. Ald. & Compl. additur, τῷ πατρός σου μετὰ σοῦ. Mox Aug. ibid. *Hæc sunt peccata*, inquit, *quæ appellantur sacrificia pro peccatis. Proinde* peccata sanctorum *dictum est, non quæ sancti committant, sed ab eo quòd sunt sancta, dictum est* sanctorum, *quia in sanctis offeruntur* : & peccata *dicuntur sacrificia pro peccatis ; ideo appellata sunt* peccata sanctorum. *Et* peccata sacerdotii vestri, *id est, eadem ipsa quæ offeruntur pro peccatis.*

℣. 6. Itidem Græcè. Tum Aug. ibid. *Hæc locutio*, inquit, *in Latinum necessitate ita translata est : nam Græcus habet*, δόμα δεδομένον, *quod si quisquam Latinè velit exprimere, dicturus est*, datum datum, *quia* δόμα, *datum est*..... & δεδομένον, *datum est, non nomen, sed participium : ac per hoc* datum datum *dici posset, tanquam datum quod datur, nisi ambiguitas vitanda esset. Hanc ambiguitatem quidam nostri Interpretes vitare conantes*, donum datum *dixerunt, sed donum Græcè* δῶρον *dicitur, non* δόμα : *unde hoc loco non rectè diceretur, quia non sibi hoc donatum à filiis Israël dicit Deus, sed pro primogenitis sibi debitis redditum : unde* & *quæ redduntur*, & *quæ donantur, data dici possunt ;* & *ideo omne donum etiam datum est, non omne datum etiam donum est, quia non omne quod datur, continuò etiam donatur.*

℣. 8. Ita Rufinus hunc locum vertit, sed addit : *Quem-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& filiorum tuorum.

10. In sanctuario comedes illud : mares tantùm edent ex eo, quia consecratum est tibi.

11. Primitias autem, quas voverint & obtulerint filii Israël, tibi dedi, & filiis tuis, ac filiabus tuis, jure perpetuo : qui mundus est in domo tua, vescetur eis.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 59. 360. g.

12. Omnis primitia olei, & omnis primitia vini, & tritici, primitia eorum quæcunque dederint Domino, tibi dedi ea.

Aug. quæst. 32. in Num. 541. d.

13. Primogenita omnia, quæcunque fuerint in terra eorum, quantacunque attulerint Domino, tibi erunt.....

Hieron. cont. Helvid. t. 4. p. 2. 135. f.

15. Omne quod aperit vulvam ab omni carne, quæ offertur Domino, ab homine usque ad pecus, tibi erunt : tantummodo pretiis redimant primogenita hominum, & primogenita pecorum immundorum :

Ibid. 136. a.

16. redemptio ejus erit ab uno mense, æstimatio quinque siclorum. Siclus, secundùm siclum sanctuarii, viginti oboli sunt.

17. Tantummodo primogenita vitulorum, & primogenita ovium, & primogenita caprarum non redimes, quia sancta sunt.....

VULGATA NOVA.

12. Omnem medullam olei, & vini, ac frumenti, quidquid offerunt primitiarum Domino, tibi dedi.

13. Universa frugum initia, quas gignit humus, & Domino deportantur, cedent in usus tuos : qui mundus est in domo tua, vescetur eis.

14. Omne quod ex voto reddiderint filii Israël, tuum erit.

15. Quidquid primum erumpit è vulva cunctæ carnis, quam offerunt Domino, sive ex hominibus, sive de pecoribus fuerit, tui juris erit : ita duntaxat, ut pro hominis primogenito pretium accipias, & omne animal quod immundum est, redimi facias,

16. cujus redemptio erit post unum mensem, siclis argenti quinque, pondere sanctuarii. Siclus viginti obolos habet. *Exod. 30. 13.*

17. Primogenitum autem bovis & ovis & capræ non facies redimi, quia sanctificata sunt Domino : sanguinem tantùm eorum fundes super altare, & adipes adolebis in suavissimum odorem Domino. *Levit. 27. 25. Sup. 3. 47. Ezech. 45. 12.*

VULGATA NOVA.

18. Carnes verò in usum tuum cedent, sicut pectusculum consecratum, & armus dexter, tua erunt.

19. Omnes primitias sanctuarii, quas offerunt filii Israël Domino, tibi dedi, & filiis ac filiabus tuis, jure perpetuo. Pactum salis est sempiternum coram Domino, tibi ac filiis tuis.

20. Dixitque Dominus ad Aaron : In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos : ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israël. *Vide Not.*

21. Filiis autem Levi dedi omnes decimas Israëlis in possessionem, pro ministerio quo serviunt mihi in tabernaculo fœderis :

22. ut non accedant ultra filii Israël ad tabernaculum, nec committant peccatum mortiferum,

23. solis filiis Levi mihi in tabernaculo servientibus, & portantibus peccata populi : legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Nihil aliud possidebunt, *Deut. 18. 1.*

24. decimarum oblatione contenti, quas in usus eorum & necessaria separavi.

25. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

26. Præcipe Levitis, atque denuntia : Cùm acceperitis à filiis Israël decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerte Domino, id est, decimam partem decimæ,

27. ut reputetur vobis in oblationem primitivorum, tam de areis quàm de torcularibus :

28. & universis quorum accipitis primitias, offerte Domino, & date Aaron sacerdoti.

29. Omnia quæ offeretis ex decimis, & in donaria Domini separabitis, optima & electa erunt.

30. Dicesque ad eos : Si præclara & meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quasi de area & torculari dederitis primitias :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

vis in nonnullis exemplaribus Latinorum, ad observandum, scriptum sit, verius tamen est, ad conservandum. In Græco. Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ δέδωκα ὑμῖν τὴν διαλήψιν τῶν ἀπαρχῶν, *i. e. conservationem primitiarum.*

℣. 12. Eadem prorsus in Græco, præter unum, &, ante *tritici*, quod abest : in Ms. tamen Alex. exstat hoc modo : οἴτε ᾗ οἶνε ἀπαρχή· in Oxon. verò & in editt. Ald. & Compl. οἴνε ᾗ οἴτε ἀπαρχή. Mox Aug. ibid. *Non dixit :* Omnem primitivum tibi dedi eum, *sed cùm dixisset*, Omnis primitia, & *enumeraret de quibus rebus esset, intulit :* tibi dedi ea ; *nec saltem* tibi dedi eam, *aut* tibi dedi eas, *id est*, primitias, *sed neutrum genus intulit, quod quidem fieri absoluta locutione etiam in Latina lingua solet. Neque hoc quod dictum est*, primitia, *Latinum videtur* ; primitiæ *quippe numeri tantùm pluralis dici solent. Sed si potuerunt Interpretes nostri transferre quod in Græco invenerunt*, Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus ; & *alio loco*, Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus ; *cùm sanguis in lingua Latina numeri sit tantùm singularis, cur etiam hic pigeret singularem numerum* primitia, *sicut habet Græcus, exprimere ? Aliqui tamen Interpretes* primitias *transtulerunt*, & *per accusativum casum, ut dicerent*, omnes primitias tibi dabo. *Ita utramque locutionem nobis insuetam, quomodo in Græco inventa est, transferre noluerunt.*

℣. 13. Ita Græcè, deleto uno *fuerint*, post *quæcunque*. Augustin. addit : *Hic* primogenita, *non fetus primitivos peccatum dicit ; nam ipsa Græcè* πρωτότοκα *nominantur, hæc autem* πρωτογενήματα : (ita Ms. Alex. Vatic. verò πρωτογενήματα) *sed Latinè duabus his rebus, duo nomina reperta non sunt. Et ideo ista* πρωτογενήματα *quidam* primitias *interpretati sunt ; sed* primitiæ, ἀπαρχαὶ *dicuntur*, & *aliud sunt. Hæc igitur tria ita discernuntur, quia* πρωτότοκα, *sunt primitivi animalium fetus, etiam hominum :* πρωτογενήματα *verò, primi fructus de terra sumpti, vel de arbore, vel de vite : primitiæ autem, de fructibus quidem, sed jam redactis ab agro ; sicut de massa, de lacu, de dolio, de cupa, quæ primitus sumebantur.*

℣. 15. Græc. Καὶ πᾶν διανοῖγον, *Et omne adaperiens ;* exinde pro *quæ offertur*, sic ὅσα προσφέρωσι, *quæcunque offerunt :* (in Ms. tamen Oxon. non ὅσα, sed ἃ) tum post pauca, pro his : *tantummodo pretiis redimant*, hab. ἀλλ' ἢ λύτροις λυτρωθήσεται, *sed redemptionibus redimentur :* item in fine additur, λυτρώσῃ, *redimes*, quod Hieron. omisit.

℣. 16. Græc. initio habet Καὶ, sed absque vocibus sequentibus *erit*, & *siclus ;* loco verò *sanctuarii*, ponit τοῦ ἁγίου, *sanctum ;* cætera similia.

℣. 17. Rectè è Græco, detracta una voce *quia*.

℣. 20. Eò spectant quæ hab. Iren. l. 4. c. 8. 237. a. *Hæreditas autem non erit eis ; Dominus enim ipse hæreditas ipsorum.* Item ista ex Hilario, in Ps. 118. p. 287. c. *Ego Dominus pars eorum* : item de Ambrosio in eundem Ps. 1057. b. *Ego Dominus portio eorum.* Græcè : Ἐν τῇ γῇ αὐτῶν οὐ κληρονομήσεις, οὐδὲ μερὶς οὐκ ἔσται σοι ἐν αὐτοῖς, ὅτι ἐγὼ μερὶς σου, &c. *In terra eorum non hæreditabis, & pars non erit tibi in eis, quoniam ego pars tua*, &c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

31. & comedêtis eas in omnibus locis veſtris, tam vos quàm familiæ veſtræ : quia pretium eſt pro miniſterio, quo ſervitis in tabernaculo teſtimonii.

32. Et non peccabitis ſuper hoc, egregia vobis & pinguia reſervantes, ne polluatis oblationes filiorum Iſraël, & moriamini.

CAPUT XIX.

VULGATA NOVA.

1. LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens :

2. Iſta eſt religio victimæ quam conſtituit Dominus. Præcipe filiis Iſraël, ut adducant ad te vaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla ſit macula, nec portaverit jugum :

Heb. 13. 21. 3. tradetiſque eam Eleazaro ſacerdoti, qui eductam extra caſtra, immolabit in conſpectu omnium :

4. & tingens digitum in ſanguine ejus, aſperget contra fores tabernaculi ſeptem vicibus,

5. comburetque eam cunctis videntibus, tam pelle & carnibus ejus quàm ſanguine & fimo flammæ traditis.

6. Lignum quoque cedrinum, & hyſſopum, coccumque bis tinctum ſacerdos mittet in flammam, quæ vaccam vorat.

7. Et tunc demum, lotis veſtibus & corpore ſuo, ingredietur in caſtra, commaculatuſque erit uſque ad veſperum.

8. Sed & ille qui combuſſerit eam, lavabit veſtimenta ſua & corpus, & immundus erit uſque ad veſperum.

9. Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, & effundet eos extra caſtra in loco puriſſimo, ut ſint multitudini filiorum Iſraël in cuſtodiam, & in aquam aſperſionis : quia pro peccato vacca combuſta eſt.

10. Cùmque laverit, qui vaccæ portaverat cineres, veſtimenta ſua, immundus erit uſque ad veſperum. Habebunt hoc filii Iſraël, & advenæ qui habitant inter eos, ſanctum jure perpetuo.

11. Qui tetigerit cadaver hominis, & propter hoc ſeptem diebus fuerit immundus :

12. aſpergetur ex hac aqua die tertio & ſeptimo, & ſic mundabitur. Si die tertio aſperſus non fuerit, ſeptimo non poterit emundari.

13. Omnis qui tetigerit humanæ animæ mor-

VERSIO ANTIQUA.

1. ET locutus eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens : *Aug. quæſt.* 33. *in Num. t.* 3. 541. *e.* 542. *b. ſeqq.*

2. Iſta diſtinctio legis, quæcunque conſtituit Dominus, dicens : Loquere filiis Iſraël, & accipiant ad te juvencam rufam ſine vitio, quæ non habet in ſe vitium, & non eſt ſuperpoſitum ſuper eam jugum :

3. & dabis eam ad Eleazarum ſacerdotem : & ejicient eam extra caſtra in locum mundum, & occident eam in conſpectu ejus :

4. & accipiet Eleazar ſanguinem ejus, & aſperget contra faciem tabernaculi teſtimonii à ſanguine ejus ſepties, *Ibid.* 543. *a. b. ſeqq.*

5. & cremabunt eam in conſpectu ejus, & pellis ejus, & carnes, & ſanguis ejus cum ſtercore ejus comburetur.

6. Et accipiet ſacerdos lignum cedrinum, & hyſſopum, & coccinum, & immittet in medium combuſtionis juvencæ.

7. Et lavabit veſtimenta ſua ſacerdos, & lavabit corpus ſuum aquâ, & poſtea introibit in caſtra, & immundus erit ſacerdos uſque ad veſperam.

8. Et qui comburet eam, lavabit veſtimenta ſua, & lavabit corpus ſuum aquâ, & immundus erit uſque ad veſperam.

9. Et congregabit homo mundus cinerem juvencæ, & ponet extra caſtra in locum mundum, & erit ſynagogæ filiorum Iſraël in conſervationem : aqua aſperſionis purificatio eſt.

10. Et qui congregat cinerem juvencæ, lavabit veſtimenta ſua, & immundus erit uſque ad veſperam. Et erit filiis Iſraël, & proſelytis qui apponuntur, legitimum æternum. *Ibid.* 544. *a. ſeqq.*

11. Qui tetigerit mortuum, omnis anima hominis immunda erit ſeptem diebus :

12. hic purificabitur die tertio & die ſeptimo, & mundus erit. Si autem non purificatus fuerit die tertio, & die ſeptimo non erit mundus.

13. Omnis qui tetigerit mortuum ab omni

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Vix meliùs è Græco, niſi quòd ante *non eſt ſuperpoſitum*, ponitur ᾗ, *cui*, quod tamen ᾗ abeſt à Mſ. Oxon. ac edit. Compl. ad hoc verò, *conſtituit Dominus*, Aug. ibid. col. 541. g. addit, *præcipiendo*, *non creando*; *nam etiam nonnulli Interpretes*, quæcunque præcepit Dominus, *tranſtulerunt* : in Græco, συνέταξε. Demum pro *accipiant ad te*, idem Aug. Locut. 60. 361. c. legit, *accipiant à te* : at fortè erratum eſt ſcribæ : præterquam quòd enim Aug. ſup. in Quæſtionibus conſtanter ſcribit *ad te*, juxta Mſs. codd. & LXX. hîc inſuper ad locutionem prædictam hoc addit : *Pro eo ac ſi diceret*, adducant ad te : *aut certè utrumque uſitatè diceretur*, accipiant & adducant ad te juvencam rufam : Quæ ultima priorem lectionem ſatis confirmant.

℣. 3. Ita in Græco ad verbum. Vide ſis Aug. ibid.

℣. 4. Græcè, loco *ſanguinem*, legitur ἀπὸ τῦ αἵματος, *à ſanguine* ; reliqua ut in Lat. ſupra. Vide Aug. ibid.

℣. 5. Itidem Græcè, niſi quòd vox *ejus*, addita huic, *pellis*, tranſfertur poſt *carnes* ; at in Mſ. Alex. nec non in edit. Ald. & Compl. legitur, δέρμα αὐτῆς, ut in Lat. ſup.

℣. 6. Ita in Græco, præter unum ἐμβαλῶσιν, *immittent*, pro *immittet*.

℣. 7. Ad verbum è Græco. Vide etiam Locut. 61. p. 361. c.

℣. 8. Græcè, ὁ καύσας αὐτὸν, *comburens*, loco *qui comburet*, abſque *aquâ*, poſt *corpus ſuum* ; at in Mſ. Alex. & Oxon. nec non editt. Ald. & Compl. eſt ὕδατι, ut ſup. ℣. 7.

℣. 9. Aug. infra leg. *reponet extra caſtra*, nec malè ; nam in Gr. ἀποθήσει : at Locut. 62. to. 3. 361. c. conſtanter habet, *ponet extrà caſtra in locum mundum* ; additque : *Non in loco mundo*, *dixit*, *quod Latinæ locutionis eſt* ; reliqua Græco congruunt.

℣. 10. Apprime de Græco. Vide ſis Aug. ibid.

℣. 11. Paulùm differt Aug. à Græco, ubi ſic : Ὁ ἁπτόμενος τῦ τεθνηκότος πάσης ψυχῆς ἀνθρώπυ, ἀκάθαρτος ἔσαι ἑπτὰ ἡμέρας. *Qui tetigerit mortuum de omni anima hominis*, *immundus erit ſeptem diebus*. Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1242. c. *Omnis qui tetigerit mortuum*, *immundus erit* ; item l. de bono mort. c. 12. 413. b. *Si quis mortuum tetigerit*, &c.

℣. 12. Ita de Græco, verbum è verbo : eadem quoque refert Cypr. ep. 76. 156. b. ad verbum.

℣. 13. Cuncta conveniunt cum Gr. præſertim Alex. nam in Vat. & al. deeſt *omni*, ante *anima* ; ubique autem legitur, ἐὰν ἀποθάνῃ, *ſi mortuus fuerit*, loco *& mortuus fuerit*. Eadem repetit Aug. ad verbum, l. 2. contra ad-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

anima hominis, & mortuus fuerit, & non fuerit purificatus, tabernaculum Domini polluit,
Idem. Aug. 545. a. exteretur anima illa ex Iſraël: quoniam aqua aſperſionis non eſt circumaſperſa ſuper eum, immundus eſt, adhuc immunditia ejus in ipſo eſt.

Aug. Locut. 63. t. 3. 361. c. 15. Omne vas apertum, quæcunque non habent alligaturam alligatam ſuper ea.....

Aug. quæſt. 34. in Num. 545. f. 16. Omnis qui tetigerit ſuper faciem campi vulneratum, aut mortuum, aut os hominis, aut monumentum.....

Idem. quæſt. 33. 545. c. 17. Et accipient illi immundo à cinere illius exuſtæ purificationis, & effundent ſuper illum aquam vivam in vaſe:

18. & accipiens hyſſopum, intinguens in aqua vir mundus, & circumaſpergens ſuper domum, & ſuper vaſa, & ſuper animas, quotquot fuerint illic, & ſuper eum qui tetigerit os humanum, aut vulneratum, aut mortuum, aut monumentum:

19. & aſperget mundus ſuper immundum in die tertio, & in die ſeptimo: & purificabitur die ſeptimo; & lavabit veſtimenta ſua, & lavabitur aquâ, & immundus erit uſque ad veſperam.

Aug. quæſt. 33. in Num. 545. c. 21..... Et qui circumaſperget aquam aſperſionis, lavabit veſtimenta ſua: & qui tetigerit aquam aſperſionis, immundus erit uſque ad veſperam.

22. Et omne quodcunque tetigerit illud immundus, immundum erit: & anima, quæ tetigerit, immunda erit uſque ad veſperam.

VULGATA NOVA.

ticinum, & aſperſus hac commiſtione non fuerit, polluet tabernaculum Domini, & peribit ex Iſraël: quia aquâ expiationis non eſt aſperſus, immundus erit, & manebit ſpurcitia ejus ſuper eum.

14. Iſta eſt lex hominis qui moritur in tabernaculo: Omnes qui ingrediuntur tentorium illius, & univerſa vaſa quæ ibi ſunt, polluta erunt ſeptem diebus.

15. Vas, quod non habuerit operculum, nec ligaturam deſuper, immundum erit.

16. Si quis in agro tetigerit cadaver occiſi hominis, aut per ſe mortui, ſive os illius, vel ſepulcrum, immundus erit ſeptem diebus.

17. Tollentque de cineribus combuſtionis atque peccati, & mittent aquas vivas ſuper eos in vas:

18. in quibus cùm homo mundus tinxerit hyſſopum, aſperget ex eo omne tentorium, & cunctam ſupellectilem, & homines hujuſcemodi contagione pollutos:

19. atque hoc modo mundus luſtrabit immundum tertio & ſeptimo die: expiatuſque die ſeptimo, lavabit & ſe & veſtimenta ſua, & immundus erit uſque ad veſperum.

20. Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio eccleſiæ: quia ſanctuarium Domini polluit, & non eſt aquâ luſtrationis aſperſus:

21. erit hoc præceptum legitimum ſempiternum. Ipſe quoque qui aſpergit aquas, lavabit veſtimenta ſua: Omnis qui tetigerit aquas expiationis, immundus erit uſque ad veſperum.

22. Quidquid tetigerit immundus, immundum faciet: & anima, quæ horum quippiam tetigerit, immunda erit uſque ad veſperum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

verſar. Leg. to. 8. 593. c. ni fortè excipias iſtud, *circumſperſa*, pro *circumaſperſa*; item in editt. erat *exſecretur*, at in Mſs. conſtanter *exteretur*, ut ſup. uno tamen excepto Sorbon. in quo, *exterminabitur*. Græcè, ἐκτριβήσεται, al. ᾗ ἐκτριβήσεται. Similiter habet Cypr. ep. 76. 156. b. *Et exterminabitur anima illa de Iſraël, quoniam aqua aſperſionis non eſt ſuper eum ſparſa.*

℣. 15. Gr. Καὶ πᾶν ὀκεῦος ἀνεῳγμένον ὅσα οὐχὶ δεσμὸν καλαδέδεται ἐπ' αὐτῷ, ἀκάθαρτά ἐστι. In Mſ. Alex. ὅσα οὐκ ἔχει δεσμόν καλαδέδεται. In editt. Ald. & Compl. δεσμῷ, non δεσμόν.

℣. 16. Græc. loco *ſuper faciem campi*, rectè habet: ἐπὶ προσώπου τοῦ πεδίου· Mſs. verò Alex. & Oxon. ἐπὶ προσώπου τοῦ παιδίου, *ſuper faciem pueri*: hoc etiam ult. παιδίου, legitur in edit. Aldina: exinde loco *os hominis*, legitur ὀστέου ἀνθρωπίνου, at in Mſ. Alex. ἀνθρώπου: extremò additur, ἕπτα ἡμέρας ἀκάθαρτος ἔσται, ut in Vulg.

℣. 17. In Gr. deſunt voces *illi*, & *illius*; legitur verò in fine, εἰς ὀκεῦος, *in vas*, pro *in vaſe*. Nota ad hoc, *ſuper illum*, addi ab Aug. *id eſt, ſuper eundem cinerem*, in Gr. etiam ἐπ' αὐτὴν, per relat. ad ποσδιᾶς. Vide Nobil. in hunc locum.

℣. 18. Eadem ſunt in Gr. præter ſeqq. λήψεται..... καὶ βάψει εἰς τὸ ὕδωρ.... καὶ περιῤῥανεῖ, i. e. *ſumet..... & intinguet in aquam..... & circumaſperget*, loco, *accipiens..... intinguens in aqua..... & circumaſpergens.*

℣. 19. Uno tantùm & altero hîc differt Auguſt. à Gr. nempe pro *aſperget*, legitur περιῤῥανεῖ, *circumaſperget*, ut ſup. & pro *lavabitur*, λύσεται, *lavabit*. Aug. tamen infra iterum leg. *lavabitur*.

℣. 21. Rectè è Græco, uno excepto *circumaſperget*, pro quo ὁ περιῤῥαίνων, *qui circumaſpergit*.

℣. 22. Ita legitur in Græco. Apud Cypr. ep. 70. 125. ſic: *Et omnia quæcunque tetigerit immundus, immunda erunt:* at in Gr. conſtanter: Καὶ παντὸς οὗ ἐὰν ἅψηται αὐτῆ ὁ ἀκάθαρτος, ἀκάθαρτον ἔσται.

CAPUT XX.

VULGATA NOVA.

1. VEneruntque filii Iſraël, & omnis multitudo in deſertum Sin, menſe primo: & manſit populus in Cades. Mortuaque eſt ibi Maria, & ſepulta in eodem loco.

2. Cùmque indigeret aquâ populus, convenerunt adversùm Moyſen & Aaron:

3. & verſi in ſeditionem, dixerunt: Utinam periiſſemus inter fratres noſtros coram Domino!

Exod. 17. 3. 4. Cur eduxiſtis eccleſiam Domini in ſolitudinem, ut & nos & noſtra jumenta moriamur?

5. Quare nos feciſtis aſcendere de Ægypto, & adduxiſtis in locum iſtum peſſimum, qui ſeri non poteſt, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec malogranata, inſuper & aquam non habet ad bibendum?

6. Ingreſſuſque Moyſes & Aaron, dimiſſa multitudine, tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram, clamaveruntque ad Dominum, atque dixerunt: Domine Deus audi clamorem hujus populi, & aperi eis theſaurum tuum fontem aquæ vivæ, ut ſatiati, ceſſet murmuratio eorum. Et apparuit gloria Domini ſuper eos.

7. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

8. Tolle virgam, & congrega populum, tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Cùmque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo & jumenta ejus.

VULGATA NOVA.

VERSIO ANTIQUA.

Exod. 17. 5. 6. 9. Tulit igitur Moyſes virgam, quæ erat in conſpectu Domini, ſicut præceperat ei,

9. Et accepit Moyſes virgam, quæ ante Dominum..... *Aug. Locut.* 64. 361. *d.*

Sap. 11. 4. *Pſ.* 77. 15. 20. 10. congregata multitudine ante petram, dixitque eis: Audite rebelles & increduli: Num de petra hac vobis aquam poterimus ejicere?

10..... Audite me increduli: Nunquid de petra iſta educemus vobis aquam? *Aug. quæſt.* 19. *in Num.* 536. *c. d. e.*

1. Cor. 10. 4. 11. Cùmque elevaſſet Moyſes manum, percutiens virgâ bis ſilicem, egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ; ita ut populus biberet & jumenta.

11. Et elevata Moyſes manu ſua, percuſſit petram virgâ bis, & exiit aqua multa, & bibit ſynagoga, & pecora eorum.

Deut. 1. 37. 12. Dixitque Dominus ad Moyſen & Aaron: Quia non credidiſtis mihi, ut ſanctificaretis me coram filiis Iſraël, non introducetis hos in terram, quam dabo eis.

12. Et dixit Dominus ad Moyſen & Aaron: Quoniam non credidiſtis ſanctificare me in conſpectu filiorum Iſraël, propter hoc non inducetis vos ſynagogam hanc in terram, quam dedi eis.

13. Hæc eſt aqua contradictionis, ubi jurgati ſunt filii Iſraël contra Dominum, & ſanctificatus eſt in eis.

13. Hæc aqua contradictionis, quia maledixerunt filii Iſraël ante Dominum, & ſanctificatus eſt in ipſis. *Aug. quæſt.* 36. 546. *a.*

14. Miſit interea nuncios Moyſes de Cades ad regem Edom, qui dicerent: Hæc mandat frater tuus Iſraël: Noſti omnem laborem qui apprehendit nos,

15. quomodo deſcenderint patres noſtri in Ægyptum, & habitaverimus ibi multo tempore, afflixerintque nos Ægyptii, & patres noſtros:

15..... & incolæ fuimus in Ægypto dies plures.... *Aug. Locut.* 66. 361. *d.*

16. & quomodo clamaverimus ad Dominum, & exaudierit nos, miſeritque angelum, qui eduxerit nos de Ægypto. Ecce in urbe Cades, quæ eſt in extremis finibus tuis, poſiti,

16..... Et nunc ſumus in Cades civitate, ex parte finium tuorum, *Auct. l. de xlii. manſ. ap. Ambr.* 16. *e.*

17. obſecramus ut nobis tranſire liceat per terram tuam. Non ibimus per agros, nec per vineas, non bibemus aquas de puteis tuis, ſed gradiemur viâ publicâ, nec ad dexteram nec ad ſiniſtram declinantes, donec tranſeamus terminos tuos.

17..... neque bibemus aquam de lacu tuo, via regali ibimus, non divertemus dexterâ, neque ſiniſtrâ, quoaduſque tranſeamus terminos tuos. *Aug. q.* 37. 546. *b. Ambr. in Pſ.* 118. *t.* 1. 1023. *c.*

18. Cui reſpondit Edom: Non tranſibis per me, alioquin armatus occurram tibi.

18. Et dixit ad eum Edom: Non tranſibis per me, alioquin bello in occurſum tibi exibo. *Aug. Locut.* 67. 361. *d. Auct. l. de xlii. manſ.* 16. *f.*

19. Dixeruntque filii Iſraël: Per tritam gradiemur viam: & ſi biberimus aquas tuas nos & pecora noſtra, dabimus quod juſtum eſt: nulla erit in pretio difficultas, tantùm velociter tranſeamus.

19. Et dicunt ei filii Iſraël: Juxta montem tranſibimus: ſi autem de aqua tua biberimus ego & & pecora mea, dabo pretium tibi..... *Aug. Locut.* 67. 361. *e.*

VULGATA NOVA.

20. At ille reſpondit: Non tranſibis. Statimque egreſſus eſt obvius, cum infinita multitudine, & manu forti,

21. nec voluit acquieſcere deprecanti, ut concederet tranſitum per fines ſuos: quamobrem divertit ab eo Iſraël.

22. Cùmque caſtra moviſſent de Cades, venerunt in montem Hor, qui eſt in finibus terræ Edom:

23. ubi locutus eſt Dominus ad Moyſen:

VULGATA NOVA.

VERSIO ANTIQUA.

24. Pergat, inquit, Aaron ad populos ſuos: non enim intrabit terram, quam dedi filiis Iſraël, eò quòd incredulus fuerit ori meo, ad aquas contradictionis.

24..... non introibitis in terram, quam dedi filiis Iſraël in poſſeſſionem, quoniam exacerbaſtis me ſuper aquam maledictionis. *Aug. quæſt.* 39. *in Num. t.* 3. 546. *d.*

Inf. 33. 38. *Deut.* 32. 50. 25. Tolle Aaron & filium ejus cum eo, & duces eos in montem Hor.

25. Apprehende Aaron fratrem tuum, & Eleazarum filium ejus, & impones eos in montem coram omni ſynagoga. *Cypr. ep.* 68. *p.* 118.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Ad verbum è Græco.

℣. 10. In Gr. ſimiliter: Auguſt. habet infra, *Nunquid ex hac petra.*

℣℣. 11. 12. Hæc omnia aptè reſpondent Græco. Similiter habet Auguſt. Loc. 65. to. 3. 361. d. *Quia non credidiſtis..... Iſraël.*

℣. 13. Ita de Græco, niſi excipias verbum *maledixerunt*, pro quo ἐλοιδόρησαν, à λοιδορέω, *convitior, convitium dico.*

℣℣. 15. 16. Similiter in Græco.

℣. 17. Apprime è Gr. uno excepto *tranſeamus*, pro quo παρέλθωμεν, *præterierimus.* Aug. quæſt. 38. in Num. to. 3. 546. c. legit: *Non declinabimus in dextera, neque in ſiniſtra.* Hieron. in Iſai. to. 3. 258. e. *Nec ad dextram, nec ad ſiniſtram declinabimus, viâ regiâ gradiemur.* S. Paulin. ep. 12. p. 61. b. *Non declinabimus dextrâ, neque ſiniſtrâ, ſed regali via ibimus.* Gr. οὐκ ἐκκλινοῦμεν, &c.

℣. 18. In Græco ſic..... Οὐ διελεύσῃ δι' ἐμοῦ· εἰ δὲ μή, ἐν πολέμῳ ἐξελεύζομαι εἰς συνάντησίν σοι.

℣. 19. Ita in Græco ad verbum. Eadem rurſus habet Aug. quæſt. 37. in Num. to. 3. 546. c. ab hoc, *ſi autem*, ſed leg. *bibemus*, non *biberimus*, Gr. πιωμεν.

℣. 24. In Græco habetur ſimpliciter δέδωκα, *dedi*, abſque ſeq. *in poſſeſſionem*, Mſ. Alex. addit, ἐν κατασχέσει; reliqua concinunt ad verbum: mox Aug. addit: *Quam dixit ſuperiùs* aquam contradictionis, *ipſam dicit hic* maledictionis, *non enim ait* ἀντιλογίας, *ſed* λοιδορίας; in edd. tamen Ald. & Compl. hîc legitur ἀντιλογίας.

℣. 25. Græc. delet *fratrem tuum*, ſed addit Mſ. Alex. cùm edit. Ald. τὸν ἀδελφόν σου exinde conſtanter, ἀναβίβα-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Cypr. ubi sup. 26. Et exue Aaron stolam ejus, & indue Eleazarum filium ejus: & Aaron appositus, moriatur illic.

VULGATA NOVA.

26. Cùmque nudaveris patrem veste sua, indues eâ Eleazarum filium ejus: Aaron colligetur, & morietur ibi.

VULGATA NOVA.

27. Fecit Moyses ut præceperat Dominus: & ascenderunt in montem Hor coram omni multitudine.

28. Cùmque Aaron spoliasset vestibus suis, induit eis Eleazarum filium ejus.

29. Illo mortuo in montis supercilio, descendit cum Eleazaro.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 68. & 69. *t.* 3. 361. *f.* 30. Et vidit omnis synagoga quia dimissus est Aaron, & fleverunt Aaron triginta dies omnis domus Israël.

VULGATA NOVA.

30. Omnis autem multitudo videns occubuisse Aaron, flevit super eo triginta diebus per cunctas familias suas.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Ζον ἀυτὲς εἰς Ὄρ τὸ ὄρος, *fac eos ascendere in Or montem*, loco *impones eos in montem.*

℣. 26. Ita è Græco verbum è verbo: favet etiam Capitul. 1. sup.

℣. 30. Optimè de Græco: observat autem Aug. ibid. *Non facilè hoc verbum* reperiri *in Scripturis*, dimissus, *pro eo quod est*, mortuus: *hoc & in Evangelio est*, inquit, *ubi ait Simeon:* Nunc dimittis servum; *verumtamen*, ἀπολύεις, *habet in Græco, quod magis à resolutione quàm à dimissione dictum sonat: non enim dixit*, ἄφεις, *quod sine dubio est*, dimittis.

CAPUT XXI.

VULGATA NOVA.

1. QUod cùm audisset Chananæus rex Arad, qui habitabat ad meridiem, venisse scilicet Israël per exploratorum viam, pugnavit contra illum, & victor existens, duxit ex eo prædam.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 40. *in Num. t.* 3. 546. *d. e.* 2. Et vovit Israël votum Domino, & dixit: Si mihi tradideris populum istum subjectum, anathemabo illum, & civitates ejus.

Idem. q. 41. *ibid.* 3..... & anathemavit eum, & civitatem ejus: & vocatum est nomen loci illius, Anathema.

Hieron. ep. ad Fab. t. 2. 601. *c.* 4. Egressi sunt de monte Or, per viam maris rubri, & circumierunt terram Edom.....

Aug. Locut. 71. 361. *g.* 5. & detrahebat populus ad Deum, & adversùs Moysen.....

Aug. Enchirid. t. 6. 213. *d.* 7..... ora ergo ad Dominum ut auferat à nobis serpentem.....

Auct. l. de xlii. mans. ap. Ambr. 17. *b.* 8..... Fac tibi serpentem æneum, & pone illum pro signo: & omnis morsus videns illum, vivet.

Aug. Locut. 73. 362. *a.* 9..... & factum est quando momordit serpens hominem, & aspexit in æneum serpentem, & vivebat.

VULGATA NOVA.

2. At Israël voto se Domino obligans, ait: *Num.* Si tradideris populum istum in manu mea, de- 33. 40. lebo urbes ejus.

3. Exaudivitque Dominus preces Israël, & tradidit Chananæum, quem ille interfecit subversis urbibus ejus: & vocavit nomen loci illius Horma, id est, anathema.

4. Profecti sunt autem & de monte Hor, per viam quæ ducit ad mare rubrum, ut circumirent terram Edom. Et tædere cœpit populum itineris ac laboris:

5. locutusque contra Deum & Moysen, ait: Cur eduxisti nos de Ægypto, ut moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ: anima nostra jam nauseat super cibo isto levissimo.

6. Quamobrem misit Dominus in populum *Judith* ignitos serpentes, ad quorum plagas & mortes 8. 25. plurimorum, *Sap.* 16. 5.

7. venerunt ad Moysen, atque dixerunt: *1. Cor.* Peccavimus, quia locuti sumus contra Domi- 10. 9. num & te: ora ut tollat à nobis serpentes. Oravitque Moyses pro populo,

8. & locutus est Dominus ad eum: Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum, vivet.

9. Fecit ergo Moyses SERPENTEM ÆNEUM, *Joan.* 3. & posuit eum pro signo: quem cùm percussi 14. aspicerent, sanabantur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Ad verbum è Græco. Vide sis Augustum. ibid. Item Not. ad ℣. seq.

℣. 3. Græc. habet in plurali τὰς πόλεις, *civitates*, non *civitatem*, & pro *vocatum est*, ἐπεκάλεσαν, *appellaverunt*, Mss. verò Alex. ἐπεκάλεσεν, edit. Compl. ἐπεκαλέσαντο, Mss. Oxon. ἐκάλεσαν. Quid sit verò *anathemare*, explicat Aug. ibid. *Hoc erat anathemare*, inquit, *quod vulgò dicitur, devotare: origo autem hujus verbi est in Græca lingua ab his rebus, quæ votæ & persolutæ, hoc est promissæ & redditæ, sursum ponebantur in templis*, ἀπὸ τῦ ἄνω τιθέναι, *hoc est, sursum ponere, vel figendo, vel suspendendo.*

℣. 4. In Gr. sic: Καὶ ἀπάραντες ἐξ Ὄρ τῦ ὄρους ὁδὸν ἐπὶ θάλασσαν ἐρυθρὰν, περιεκύκλωσαν τὴν γῆν Ἐδώμ. *Et promoventes ex Or monte viam ad mare rubrum, circumierunt terram Edom.* Vide infra, 33. 41.

℣. 5. Ita Græcè. Mox Aug. ibid. *Non dixit*, de Deo, *sed* ad Deum; *quamvis hanc locutionem quidam transferre nolentes*, detrahebant de Deo, *transtulerunt.*

℣. 7. Similiter in Gr. uno excepto ἵνα, & pro *ut*; at Aug. constanter leg. *ut*, Locut. 72. p. 361. g. sed loco *Dominum*, hab. *Deum*, Gr. Κύριον: ad *serpentem* verò addit: *sicut in Exodo dictum est*, ranam, *singulare pro plurali.*

℣. 8. Gr. delet *æneum*, al. tamen add. χαλκῦν: item legitur ἐπὶ σημείῳ, *super signum*, non *pro signo*, (Mss. Oxon. ὕψος σημείῳ) deinde sequitur: καὶ ἔσαι, ἐὰν δάκῃ ὄφις ἄνθρωπον, & *erit, si momorderit serpens hominem*, quæ omisit Anon. eadem quoque absunt ab edit. Compl. reliqua ut in Lat. supra, detracto & ante *omnis*. Aug. ser. 6. to. 5. 36. e. hæc habet: *Ait Moysi: Suspende serpentem æneum in media eremo in ligno, & dic populo: Quicunque fuerit percussus, serpentem istum intueatur.*

℣. 9. Tertul. adversus Jud. c. 10. 144. b. memorat *æneum serpentem ligno impositum*, additque: *Nam qui in illam* (crucem) *respiciebat, à morsu serpentium liberabatur.* Item l. de Idol. c. 5. 240. a. *Moses*, inquit, *in eremo simulacrum serpentis ex ære fecit.* Item l. de præscr. c. 47. 341.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

18. Profectique filii Israël castrametati sunt in Oboth.

11. Unde egressi fixere tentoria in Jeabarim, in solitudine, quæ respicit Moab contra orientalem plagam.

12. Et inde moventes, venerunt ad torrentem Zared.

Deut. 2. 9. 13. Quem relinquentes castrametati sunt contra Arnon, quæ est in deserto, & prominet in finibus Amorrhæi: siquidem Arnon terminus est Moab, dividens Moabitas & Amorrhæos.

Judic. 11. 18. Deut. 2. 24. 14. Unde dicitur in libro bellorum Domini: Sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon.

15. Scopuli torrentium inclinati sunt, ut requiescerent in Ar, & recumberent in finibus Moabitarum.

16. Ex eo loco apparuit puteus, super quo locutus est Dominus ad Moysen: Congrega populum, & dabo ei aquam.

17. Tunc cecinit Israël carmen istud: Ascendat puteus. Concinebant:

18. Puteus, quem foderunt principes, & paraverunt duces multitudinis in datore legis, & in baculis suis. De solitudine, Matthana.

19. De Matthana in Nahaliel: de Nahaliel in Bamoth.

20. De Bamoth, vallis est in regione Moab, in vertice Phasga, quod respicit contra desertum.

Deut. 2. 26. Judic. 11. 19. 21. Misit autem Israël nuncios ad Sehon regem Amorrhæorum, dicens:

22. Obsecro ut transire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas ex puteis, viâ regiâ gradiemur, donec transeamus terminos tuos.

23. Qui concedere noluit ut transiret Israël per fines suos: quin potiùs exercitu congregato, egressus est obviam in desertum, & venit in Jasa, pugnavitque contra eum.

Ps. 134. 11. Amos 2. 9. 24. A quo percussus est in ore gladii, & possessa est terra ejus ab Arnon usque Jeboc,

VERSIO ANTIQUA.

10. Et profecti filii Israël castrametati sunt in Oboth. *Aug. l. de xlii. mans. p. 17. f.*

11. Et discedentes ex Oboth, castrametati sunt in Jeabarim, in deserto, quod est in conspectu Moab ad orientem solis. *Idem. p. 18. b. c.*

12. Inde discesserunt, & castrametati sunt in valle Zared.

13. Et inde castra collocaverunt trans Arnon in eremo, quod exstat à limitibus Amorrhæorum: est enim Arnon limes Moab, inter Moab & inter Amorrhæum. *Aug. quæst. 42. in Num. t. 3. 546. f.*

14. Propterea dicitur in libro: Bellum Domini Zoob inflammavit, & torrentes Arnon.

15. Et torrentes constituit inhabitare Er.....

16. Hic est puteus, quem dixit Dominus ad Moysen: Congrega populum, & dabo eis aquam bibere. *Idem. quæst. 43. 547. c. d.*

17..... Ascende putee, *Hieron. ep. ad Fab. t. 2. 602. c.*

18. quem foderunt principes, & aperuerunt duces populorum in datore legum, & in baculo ejus. Et de solitudine in Matthana.

19. Et de Matthana ad torrentes Dei: & de torrentibus Dei ad excelsa.

20. Et de excelsis ad vallem quæ est in regione Moab, in vertice Phasga, qui prospicit contra desertum.

22. Transibimus per terram tuam: non declinabimus neque ad agrum neque ad vineam, neque bibemus aquam de puteo, viâ regiâ transibimus..... *Aust. l. de xlii. mans. ap. Ambr. 19. d.*

24. Et percussit eum Israël nece gladii, & dominati sunt terræ ejus ab Arnon usque Jaboc, *Aug. quæst. 44. in Num. t. 3. 547. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

a. *Moyses æreum posuit serpentem, & quicunque ipsum aspexerunt, sanitatem consecuti sunt.* Græcè anteceduntur ista: Καὶ ἐποίησε Μωυσῆς ὄφιν χαλκοῦν, καὶ ἔστησεν αὐτὸν ἐπὶ σημείου, καὶ ἐγένετο, &c. ut in Lat. August. etiam ser. 6. to. 5. 36. e. ait: *Et percussi homines intuebantur serpentem, & sanabantur.*

℣. 10. In Gr. Καὶ ἀπῆραν οἱ..... καὶ, *Et promoverunt.....* & &c. ut supra.

℣. 11. Eadem refert infra idem Auctor: at in Græco nonnulla dissimilia, nempe: Καὶ ἐξάραντες ἐξ Ὠβὼθ, καὶ παρενέβαλον ἐν Ἀχελγαὶ, ἐν τῷ πέραν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἥ ἐστι κατὰ πρόσωπον Μωάβ, κατ' ἀνατολὰς ἡλίου. Quæ August. Locut. 74. to. 3. 362. a. partim reddit: *Et elevantes ex Oboth, castra collocaverunt in Achalgai, trans in eremo, hoc est, inquit, in ulteriore eremo.* Nota apud August. non præponi &, verbo παρενέβαλον, uti nec in Mss. Alex. & Oxon. nec in edit. Ald. & Compl. Ms. Alex. legit, Ἀχελγαὶ, non Ἀχαλγαὶ, Oxon. Ἀχαλσοεὶν ἐν γεὶν, sed Compl. Ἀιεβαρὶμ, absque hoc, ἐν τῷ πέραν, pro quo in Ms. Alex. & Ald. edit. est simpliciter, τῷ πέρᾳ.

℣. 12. Græc. initio habet: Καὶ ἐκεῖθεν ἀπῆραν, *Et inde promoverunt:* sed à Ms. Oxon. ac edit. Compl. abest, καὶ. Hieron. ep. ad Fabiol. to. 2. 602. c. *Inde profecti sunt, & diverterunt ad torrentem Zared.* Græc. εἰς φάραγγα Ζαρέδ.

℣. 13. Ita August. ibid. *In itinere filiorum Israël, quo castra promovebant, atque ponebant, inter cætera scriptum est: Et inde castra collocaverunt,* &c. In Gr. Καὶ ἐκεῖθεν ἀπάραντες παρενέβαλον εἰς τὸ πέραν Ἀρνὼν, &c. ut in Lat. supra. Ms. Oxon. ac edit. Compl. delent καὶ, sicut Auct. l. de XLII. mans. p. 19. b. ubi sic: *Inde descendentes, castrametati sunt trans Arnon in deserto, quod eminet à finibus Amorrhæorum.* Apud Hieron. epist. ad Fabiol. de iisdem mans. to. 2. col. 602. c. ita: *Et de hoc loco profiscentes, castrametati sunt trans Arnon, quæ est in solitudine finium Amorrhæi.* Nota in Mss. omnibus Aug. legi sup. *Hernon*, pro *eremo*; at corrupte, ut ex superioribus liquet.

℣℣. 14. 15. Similia prorsus in Græco: de hoc autem *libro* disputat Aug. ibid. quem vide.

℣. 16. Ita quoque in Græco. Aug. addit, *Hoc esse commemoratum, quasi alicubi superiùs hoc ad Moysen dixisse Dominus legatur: sed quia*, inquit, *nusquam reperitur, hic intelligendum est, & illic bibisse populum, qui de siccitate conquerebatur.*

℣℣. 17. 18. Hæc Hieron. non referre videtur ex Græco, unde piget ipsa, & seqq. de epist. ad Fabiol. Vulgatæ nostræ veteri adnectere. In Græco sic: Ἐξάρχοντα αὐτῷ φρέαρ· ὤρυξαν αὐτὸ ἄρχοντες, ἐξελαλόμησαν αὐτὸ βασιλεῖς ἐθνῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτῶν, ἐν τῷ κυριεῦσαι αὐτῶν· καὶ ἀπὸ φρέατος εἰς Ματθαναείν. *Præcinite illi puteum: foderunt illum principes, exoiderunt illum reges gentium in regno ipsorum, dum dominarentur eis:* & *à puteo in Manthanain.*

℣℣. 19. 20. Græc. Καὶ ἀπὸ Ματθαναεὶν εἰς Νααλιὴλ, καὶ ἀπὸ Νααλιὴλ εἰς Βαμὼθ, καὶ ἀπὸ Βαμὼθ εἰς Ἰαννὶν (al. Νάπιν) ἥ ἐστιν ἐν τῷ πεδίῳ Μωάβ, ἀπὸ κορυφῆς τοῦ λελαξευμένου, τὸ βλέπον κατὰ πρόσωπον τῆς ἐρήμου. *Et à Maithanain in Naaliel, & à Naaliel in Bamoth, & à Bamoth in Janen, quæ est in campo Moab, à vertice excisi, quod spectat ad faciem deserti.*

℣. 22. Græcè, post *terram tuam*, additur, τῇ ὁδῷ πορευσόμεθα, *viâ incedemus*, al. deest hoc membrum. Item pro *neque bibemus*, habetur, & πιόμεθα, sed al. ἤλε. demum pro *transibimus*, constanter πορευσόμεθα, *incedemus*; reliqua ut in Lat. sup.

℣. 24. In Græco deest &, post *Jaboc*; cætera concordant ad verbum.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ubi sup. & usque ad filios Ammon : quoniam Jazer termini filiorum Ammon sunt.

25. Et accepit Israël omnes civitates istas, & habitavit Israël in omnibus civitatibus Amorrhæorum, in Esebon.....

Idem quæst. 45. 547. f.

27. Propterea dicent Ænigmatistæ : Venite in Esebon.....

VULGATA NOVA.

& filios Ammon : quia forti præsidio tenebantur termini Ammonitarum.

25. Tulit ergo Israël omnes civitates ejus, & habitavit in urbibus Amorrhæi, in Hesebon scilicet, & viculis ejus.

26. Urbs Hesebon fuit Sehon regis Amorrhæi, qui pugnavit contra regem Moab : & tulit omnem terram, quæ ditionis illius fuerat, usque Arnon.

27. Idcirco dicitur in proverbio : Venite in Hesebon, ædificetur, & constituatur civitas Sehon :

VULGATA NOVA.

28. Ignis egressus est de Hesebon, flamma de oppido Sehon, & devoravit Ar Moabitarum, & habitatores excelsorum Arnon.

Judic. 11. 14. 3. Reg. 11. 7.

29. Væ tibi Moab, periisti popule Chamos. Dedit filios ejus in fugam, & filias in captivitatem, regi Amorrhæorum Sehon.

30. Jugum ipsorum disperiit ab Hesebon usque Dibon, lassi pervenerunt in Nophe, & usque Medaba

31. Habitavit itaque Israël in terra Amorrhæi.

32. Misitque Moyses qui explorarent Jazer : cujus ceperunt viculos, & possederunt habitatores.

33. Verteruntque se, & ascenderunt per viam Basan, & occurrit eis Og rex Basan cum omni populo suo, pugnaturus in Edrai. *Deut. 3. 3. & 29. 7.*

34. Dixitque Dominus ad Moysen : Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, & omnem populum, ac terram ejus : facieque illi sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum habitatori Hesebon.

35. Percusserunt igitur & hunc cum filiis suis, universumque populum ejus usque ad internecionem, & possederunt terram illius.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 25. Ita quoque in Græco.

℣. 27. Gr. Αἰνιγματίσαι. August. ibid. *Qui sint Ænigmatistæ, ideo non apparet, quia non sunt in consuetudine litteraturæ nostræ, neque in ipsis divinis Scripturis ferè alio loco reperitur hoc nomen : sed quia videntur quasi canticum dicere, quo cecinerunt bellum inter Amorrhæos & Moabitas gestum, in quo Seon rex Amorrhæorum Moabitas superavit, non incredibiliter putantur isti Ænigmatistæ sic tunc appellati, quos pœtas nos appellamus, eò quòd pœtarum sit consuetudo atque licentia miscere carminibus suis ænigmata fabularum, quibus aliquid significare intelligantur.*

CAPUT XXII.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. l. de xlii. mans. ap. Ambr. 19. f.

1. ET discedentes filii Israël, castrametati sunt ad occidentem Moab, apud Jordanem, juxta Hiericho.

VULGATA NOVA.

1. PRofectique castrametati sunt in campestribus Moab, ubi trans Jordanem Jericho sita est.

VULGATA NOVA.

2. Videns autem Balac filius Sephor omnia quæ fecerat Israël Amorrhæo,

3. & quòd pertimuissent eum Moabitæ, & impetum ejus ferre non possent,

VERSIO ANTIQUA.

Idem ibid.

4..... Nunc linget congregatio hæc omnes, qui in circuitu nostro sunt, sicut lingit vitulus virentia ex campo.....

VULGATA NOVA.

4. dixit ad majores natu Madian : Ita delebit hic populus omnes, qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas usque ad radices carpere. Ipse erat eo tempore rex in Moab.

VULGATA NOVA.

Deut. 23. 5. Jos. 24. 9.

5. Misit ergo nuncios ad Balaam filium Beor ariolum, qui habitabat super flumen terræ filiorum Ammon, ut vocarent eum, & dicerent : Ecce egressus est populus ex Ægypto, qui operuit superficiem terræ, sedens contra me.

6. Veni igitur, & maledic populo huic, quia fortior me est : si quo modo possim percutere & ejicere eum de terra mea : novi enim quòd benedictus sit cui benedixeris, & maledictus in quem maledicta congesseris.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 47. in Num. t. 3. 548. c. d.

7..... & divinationes in manibus eorum.....

8..... venit Deus ad Balaam, & dixit ei :

VULGATA NOVA.

7. Perrexeruntque seniores Moab, & majores natu Madian, habentes divinationis pretium in manibus. Cùmque venissent ad Balaam, & narrassent ei omnia verba Balac :

8. ille respondit : Manete hîc nocte, & respondebo quidquid mihi dixerit Dominus. Ma-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcè constanter, ἀπάραντες, *promoventes*; uti παρὰ τὸν, loco *apud*; & κατὰ, vulgò *contra*, *versùs*, pro *juxta*.

℣. 4. August. q. 46. in Num. to. 3. 548. b. *Nunc ablinguet synagoga hæc omnes, qui in circuitu nostro sunt.* Gr. Νῦν ἐκλείξει, &c. absque seq. *sunt*; deinde ὡσεὶ ἐκλείξαι ὁ μόσχος, &c. *sicut ablingeret vitulus*, &c. ut sup.

℣℣. 7.....9. Eadem sunt in Græco. Huc etiam revocanda quæ ait Aug. quæst. 46. in Num. to. 3. 548. a. b. *Quod dicit Scriptura, posteaquam Israël vicit Amorrhæos, & possedit omnes civitates eorum, misisse legatos Balac regem Moabitarum ad conducendum Balaam, à quo malediceretur Israël, satis ostenditur non omnes Moabitas venisse in conditionem Seon regis Amorrhæorum, quando eos bello superavit.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

nentibus illis apud Balaam, venit Deus, & ait ad eum :

9. Quid sibi volunt homines isti apud te?

VERSIO ANTIQUA.

9. Quid homines hi penes te? *Aug. ubi sup.*

VULGATA NOVA.

10. Respondit : Balac filius Sephor rex Moabitarum misit ad me,

11. dicens : Ecce populus qui egressus est de Ægypto, operuit superficiem terræ : veni, & maledic ei, si quo modo possim pugnans abigere eum.

VULGATA NOVA.

12. Dixitque Deus ad Balaam : Noli ire cum eis, neque maledicas populo : quia benedictus est.

VERSIO ANTIQUA.

12..... Non ibis cum eis, neque maledices populum : est enim benedictus. *Idem quæst. 48. 548. f.*

13. Qui manè consurgens dixit ad principes : Ite in terram vestram, quia prohibuit me Dominus venire vobiscum.

13. Et exsurgens Balaam manè..... *Ibid. quæst. 47. 548. d.*

VULGATA NOVA.

14. Reversi principes dixerunt ad Balac : Noluit Balaam venire nobiscum.

15. Rursum ille multò plures & nobiliores quàm ante miserat, misit.

15..... *Vide Not.*

16. Qui cùm venissent ad Balaam, dixerunt : Sic dicit Balac filius Sephor : Ne cunctéris venire ad me :

17. paratus sum honorare te, & quidquid volueris dabo tibi : veni, & maledic populo isti.

VULGATA NOVA.

Inf. 24. 13. 18. Respondit Balaam : Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, ut vel plus, vel minus loquar.

19. Obsecro ut hic maneatis etiam hac nocte, & scire queam quid mihi rursum respondeat Dominus.

20. Venit ergo Deus ad Balaam nocte, & ait ei : Si vocare te venerunt homines isti, surge, & vade cum eis : ita duntaxat, ut quod tibi præcepero, facias.

21. Surrexit Balaam manè, & stratâ asinâ suâ profectus est cum eis.

2. Pet. 2. 15. 22. Et iratus est Deus. Stetitque angelus Domini in via contra Balaam, qui insidebat asinæ, & duos pueros habebat secum.

23. Cernens asina angelum stantem in via, evaginato gladio, avertit se de itinere, & ibat per agrum. Quam cùm verberaret Balaam, & vellet ad semitam reducere,

24. stetit angelus in angustiis duarum maceriarum, quibus vineæ cingebantur.

25. Quem videns asina, junxit se parieti, & attrivit sedentis pedem. At ille iterum verberabat eam :

26. & nihilominus angelus ad locum an-

VERSIO ANTIQUA.

18..... Si dederit mihi Balac plenam domum suam argento & auro, non potero prævaricare verbum Domini, facere illud pusillum, vel magnum in mente mea. *Aug. quæst. 48. 548. e. seq.*

19. Et nunc sustinete ibi & vos nocte hac, & sciam quid adjiciet Dominus loqui ad me.

20. Venit enim Deus ad Balaam nocte, & ait illi : Si vocare te venerunt homines, exsurgens sequere eos : sed verbum quodcunque locutus fuero ad te, hoc facies. *Item 549. a. seq.*

21. Et exsurgens Balaam manè, stravit asinam suam, & abiit cum principibus Moab.

22. Et iratus est animatione Deus, quia ibat ipse. Et insurrexit angelus Dei differre eum in via..... *Idem quæst. 49. 549. c. seq.*

23. Et cùm vidisset asina angelum Dei resistentem in via, & evaginatum gladium in manu ejus, & declinavit asina de via, & ibat in campum. Et percussit asinam in virga, ut corrigeret eam in via, *Idem quæst. 50. 549. g.*

24. & stetit angelus Dei in sulcis vinearum, maceria hinc, & maceria hinc. *Ibid. 550. a. seq.*

25. Et cùm vidisset asina angelum Dei, compressit se ad parietem, & compressit pedem Balaam ad parietem. Et adjecit adhuc cædere eam :

26. & apposuit angelus Dei, & adjiciens sub-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

vit ; siquidem remansit gens Moabitarum usque ad illud tempus, ubi regnaret Balac rex Moab.

℣℣. 12. 13. Ita de Græco ad verbum : vide sis Augustin. ibid. & Ambros. epist. 50. ad Chromat. to. 2. p. 994. c. d.

℣. 15. Gr. Καὶ προσέθετο ἔτι Βαλὰκ ἀποστεῖλαι ἄρχοντας πλείους, καὶ ἐντιμοτέρους τούτων, ita exprimit Ambros. epist. 50. ad Chromat. to. 2. 994. c. *Cùm primò consuluisset (Balaam) utrùm ad illum vanitatis populum deberet pergere, & prohibitus esset, excusavit : postea missis legatis honorationibus, promissis uberioribus, muneribus cumulationibus illectus, qui renuntiare debuerat, iterum consulendum putavit.* Item Aug. ubi sup. *Ait Balaam, iterum ad se missis honorationibus nunciis : Si dederit mihi Balac*, &c. ut infra ℣. 18.

℣. 18. Ita in Græco, excepto uno, τοῦ Θεοῦ, addito ad vocem *Domini* ; item loco *prævaricare*, legitur παραβῆναι, ad verbum, *transgredi*.

℣. 19. Ita Græc. habet, nisi excipias verbum γνώσομαι, *cognoscam*, pro *sciam*, quod idem sonat.

℣. 20. Græcè, Καὶ ἦλθεν, *Et venit* ; pro *Venit enim* : item pro *venerunt*, πάρεισι, Compl. sola παρῆσαν, additurque ἄνδρες, ad *homines* ; cætera quadrant bene.

℣. 21. Ita Græcè ad verbum.

℣. 22. In Gr. pro *ibat*, legitur ἐπορεύθη, *ivit* ; in Mss. tamen Alex. & Oxon. ἐπορεύετο, ut sup. Item pro *differre*, exstat διαβαλεῖν, vel ut in Ms. Alex. ἐνδιαβάλλειν, absque seq. *in via*. In Ms. Oxon. sic : ἐν τῇ ὁδῷ ἐνδιαβάλλειν αὐτόν, in Ald. edit. ἐνδιαβάλλειν αὐτὸν ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, in Compl. ἐπὶ τῆς ὁδοῦ ἐνδιαβάλλειν αὐτόν. Idem Augustin. paulò sup. dixerat : *Et insurrexit angelus Dei, ut non permitteret eum in via* ; at infra constanter legit : *differre eum in via*. Mox ita : *Quod Græcè positum est* διαβαλεῖν, *hoc & in consequentibus (℣. 32.) dicit ipse angelus :* Et ecce ego exii in dilationem tuam, *ubi Græcus habet* διαβολήν. *Ubi fortassis accusatio congruentiùs intelligitur, ut hic quod dictum est*, differre eum in via, *accusare accipiatur. Unde creditur etiam diabolus appellatus, tanquam accusator Latinè dicendus sit.* Gr. addit : Καὶ αὐτὸς ἐπεβεβήκει ἐπὶ τῆς ὄνου αὐτοῦ, καὶ οἱ δύο παῖδες αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ. *Et ipse ascenderat super asinam suam, & duo pueri ejus cum eo.*

℣. 23. Græc. addit αὐτοῦ, ad vocem *virgâ*, & pro *corrigeret*, hab. τοῦ εὐθῦναι αὐτήν, i. e. *ad dirigendam eam* ; cætera ad verbum quadrant. Rursum Augustin. Locut. 75. col. 362. a. legit : *Et percussit asinam in virga* ; additque : *Non dixit* virgâ, *sed* in virga.

℣℣. 24. 25. Vix melius de Græco. Vide sis Augustin. ibid.

℣. 26. Ita in Græco, præter seqq. ἀπελθὼν, *abiens*, loco *adjiciens*, & εἰς ὃν οὐκ ἦν, *in quem non erat*, pro *in*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ubi sup. ſtitit in loco anguſto, in quo non fuit declinare dextram neque ſiniſtram.

27. Et cùm vidiſſet aſina angelum Dei, conſedit ſub Balaam : & iratus eſt Balaam, & percutiebat aſinam virgâ.

28. Et aperuit Deus os aſinæ, & ait ad Balaam : Quid feci tibi, quia percuſſiſti me tertiò hoc?

29. Et ait Balaam aſinæ : Quia illuſiſti mihi : & ſi haberem gladium in manu mea, jam transfixiſſem te.

VULGATA NOVA.

guſtum tranſiens, ubi nec ad dexteram nec ad ſiniſtram poterat deviare, obvius ſtetit.

27. Cùmque vidiſſet aſina ſtantem angelum, concidit ſub pedibus ſedentis : qui iratus, vehementiùs cædebat fuſte latera ejus.

28. Aperuitque Dominus os aſinæ, & locuta eſt : Quid feci tibi? cur percutis me? ecce jam tertiò?

29. Reſpondit Balaam : Quia commeruiſti, & illuſiſti mihi : utinam haberem gladium, ut te percuterem!

VULGATA NOVA.

30. Dixit aſina : Nonne animal tuum ſum, cui ſemper ſedere conſueviſti uſque in præſentem diem? dic quid ſimile unquam fecerim tibi. At ille ait; Nunquam.

31. Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit angelum ſtantem in via evaginato gladio, adoravitque eum pronus in terram.

VERSIO ANTIQUA.

Ibid. 549. e. 32.... Et ecce ego exii in dilationem tuam.....

VULGATA NOVA.

32. Cui angelus : Cur, inquit, tertiò verberas aſinam tuam? Ego veni ut adverſarer tibi, quia perverſa eſt via tua, mihique contraria :

VULGATA NOVA.

33. & niſi aſina declinaſſet de via, dans locum reſiſtenti, te occidiſſem, & illa viveret.

34. Dixit Balaam : Peccavi, neſciens quòd tu ſtares contra me : & nunc ſi diſplicet tibi ut vadam, revertar.

35. Ait angelus : Vade cum iſtis, & cave ne aliud quàm præcepero tibi, loquaris. Ivit igitur cum principibus.

36. Quod cùm audiſſet Balac, egreſſus eſt in occurſum ejus, in oppido Moabitarum, quod ſitum eſt in extremis finibus Arnon.

37. Dixitque ad Balaam : Miſi nuncios ut vocarem te, cur non ſtatim veniſti ad me? an quia mercedem adventui tuo reddere nequeo?

38. Cui ille reſpondit : Ecce adſum : nunquid loqui potero aliud, niſi quod Deus poſuerit in ore meo?

39. Perrexerunt ergo ſimul, & venerunt in urbem, quæ in extremis regni ejus finibus erat.

40. Cùmque occidiſſet Balac boves & oves, miſit ad Balaam, & principes qui cum eo erant, munera.

41. Manè autem facto duxit eum ad excelſa Baal, & intuitus eſt extremam partem populi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

quo non fuit. Ambroſ. epiſt. 50. col. 994. d. ſic narrat : *Cœpit ire* (Balaam), *occurrit ei angelus in anguſto, demonſtravit ſe aſinæ, non demonſtravit auguri; illi ſe revelavit, iſtum obtrivit; tamen ut aliquando & ipſe cognoſceret, aperuit oculos ejus; vidit, & adhuc tamen non credidit evidenti oraculo:* & ſup. col. 993. f. *Quomodo*, inquit, *Balaam prohibitum ſe oraculo Dei dicit, ut vadat ad maledicendum populo Iſraël; & ivit, & occurrit ei angelus Domini, qui eum prohibuerat pergere, ita ut obſiſteret aſinæ ejus, quæ vehebat eum; & nihilominus & ipſe dixit ei ut iret; ſed hoc diceret, quod ſibi infunderetur..... & qui vel oculis credere debuiſſet, involuta & ambigua reſpondit. Tunc indignatus Dominus, per angelum dixit: Vade, ſed quæcunque tibi inſpiravero, hæc dices:* &c.

℣℣. 27. 28. Hæc omnia reſpondent Græco.

℣. 29. Similiter in Græco, deleta voce *mea*, poſt *manu*; at in Mſs. Alex. & Oxon. nec non in editt. Ald. & Compl. eſt ἐν τῇ χειρί μου.

℣. 32. Gr. Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἐξῆλθον εἰς διαβολήν σου. Vid. ſup. Not. ad ℣. 22.

CAPUT XXIII.

VULGATA NOVA.

1. DIxitque Balaam ad Balac : Ædifica mihi hic ſeptem aras, & para totidem vitulos, ejuſdemque numeri arietes.

2. Cùmque feciſſet juxta ſermonem Balaam, impoſuerunt ſimul vitulum & arietem ſuper aram.

3. Dixitque Balaam ad Balac : Sta pauliſper juxta holocauſtum tuum, donec vadam, ſi fortè occurrat mihi Dominus, & quodcunque imperaverit, loquar tibi.

4. Cùmque abiiſſet velociter, occurit illi Deus. Locutuſque ad eum Balaam : Septem, inquit, aras erexi, & impoſui vitulum & arietem deſuper.

5. Dominus autem poſuit verbum in ore ejus, & ait : Revertere ad Balac, & hæc loquêris.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 51. in Num. t. 3. 550. d. 6..... & factus eſt Spiritus Dei ſuper illum.

VULGATA NOVA.

6. Reverſus invenit ſtantem Balac juxta holocauſtum ſuum, & omnes principes Moabitarum :

VULGATA NOVA.

7. aſſumptâque parabolâ ſuâ, dixit : De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum, de montibus Orientis : Veni, inquit, & maledic Jacob : propera, & deteſtare Iſraël.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. ep. 50. t. 2. 994. f. 995. a. 8. Quid maledicam, cui non maledicit Do-

VULGATA NOVA.

8. Quomodo maledicam, cui non maledi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Gr. Καὶ ἐγενήθη..... ἐπ' αὐτῷ.

℣. 8. Gr. Τί ἀράζωμαι ὃν μὴ ἀρᾶται Κύριος; Mſ. Alex.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

xit Deus ? Qua ratione deteſter, quem Dominus non deteſtatur ?

9. De ſummis ſilicibus videbo eum, & de collibus conſiderabo illum. Populus ſolus habitabit, & inter gentes non reputabitur.

10. Quis dinumerare poſſit pulverem Jacob, & noſſe numerum ſtirpis Iſraël ? Moriatur anima mea morte juſtorum, & fiant noviſſima mea horum ſimilia.

11. Dixitque Balac ad Balaam : Quid eſt hoc quod agis ? Ut malediceres inimicis meis vocavi te : & tu è contrario benedicis eis.

12. Cui ille reſpondit : Num aliud poſſum loqui, niſi quod juſſerit Dominus ?

13. Dixit ergo Balac : Veni mecum in alterum locum unde partem Iſraël videas, & totum videre non poſſis, indè maledicito ei.

VERSIO ANTIQUA.

minus ?..... *Ambr. ubi ſup.*

9. A ſummis montibus conſpiciam eum.....

10..... Moriatur anima mea in animis juſtorum, & fiat ſemen meum ſicut ſemen iſtorum. *Ambr. de fide reſ. t. 2. 1145. c.*

11..... In maledictionem inimicorum meorum vocavi te : & ecce benedixiſti benedictionem. *Aug. Locut. 76. t. 3. 362. b.*

12.... Quæcunque miſerit Deus in os meum, hoc obſervabo loqui. *Ibid. Locut. 77.*

13..... Veni mecum adhuc in locum alium, de quo non videbis eum inde. *Ibid. Locut. 78.*

VULGATA NOVA.

14. Cùmque duxiſſet eum in locum ſublimem, ſuper verticem montis Phaſga, ædificavit Balaam ſeptem aras, & impoſitis ſupra vitulo atque ariete,

15. dixit ad Balac : Sta hìc juxta holocauſtum tuum, donec ego obvius pergam.

16. Cui cùm Dominus occurriſſet, poſuiſſetque verbum in ore ejus, ait : Revertere ad Balac, & hæc loquêris ei.

17. Reverſus invenit eum ſtantem juxta holocauſtum ſuum, & principes Moabitarum cum eo. Ad quem Balac : Quid, inquit, locutus eſt Dominus ?

18. At ille aſſumptâ parabolâ ſuâ, ait : Sta Balac & auſculta, audi fili Sephor :

VULGATA NOVA.

19. Non eſt Deus quaſi homo, ut mentiatur : nec ut filius hominis, ut mutetur. Dixit ergo, & non faciet ? locutus eſt, & non implebit ?

20. Ad benedicendum adductus ſum, benedictionem prohibere non valeo.

21. Non eſt idolum in Jacob, nec videtur ſimulacrum in Iſraël. Dominus Deus ejus cum eo eſt, & clangor victoriæ regis in illo.

Inf. 24. 8. 22. Deus eduxit illum de Ægypto, cujus fortitudo ſimilis eſt rhinocerotis.

23. Non eſt augurium in Jacob, nec divinatio in Iſraël. Temporibus ſuis dicetur Jacob & Iſraëli quid operatus ſit Deus.

24. Ecce populus ut leæna conſurget, & quaſi leo erigetur : non accubabit donec devoret prædam, & occiſorum ſanguinem bibat.

VERSIO ANTIQUA.

19. Non quaſi homo, Deus ſuſpenditur : neque quaſi filius hominis, minas patitur..... *Cypr. l. 2. Teſtim. 294. b.*

21. Non erit labor in Jacob, neque videbitur labor in Iſraël : quoniam Dominus Deus ejus cum eo, & ipſe præclarus princeps cum ipſo. *Vigil. Tapſ. cont. Varim. 746. c.*

22. Deus ex Ægypto vocavit eum, gloria ejus ſicut unicornis. *Hieron. in Mat. 2. t. 4. 9. c.*

23. Non eſt augurium in Jacob, neque divinatio in Iſraël..... *Idem in Exech. 13. t. 3. 775. f.*

24. Ecce populus ut catulus leonis conſurget, & ut leo exſultans..... *Idem in Eccleſ. t. 2. 774. b.*

VULGATA NOVA.

25. Dixitque Balac ad Balaam : Nec maledicas ei, nec benedicas.

26. Et ille ait : Nonne dixi tibi, quòd quidquid mihi Deus imperaret, hoc facerem ?

27. Et ait Balac ad eum : Veni, & ducam te ad alium locum : ſi fortè placeat Deo ut inde maledicas eis.

28. Cùmque duxiſſet eum ſuper verticem montis Phogor, qui reſpicit ſolitudinem,

29. dixit ei Balaam : Ædifica mihi hìc ſeptem aras, & para totidem vitulos, ejuſdemque numeri arietes.

30. Fecit Balac ut Balaam dixerat : impoſuitque vitulos & arietes per ſingulas aras.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cum editt. Ald. & Compl. *τί ἀράσομαι.* Auct. quæſt. V. & N. T. quæſt. 127. col. 138. g. *Quid maledicam, quem benedicit Deus ?*

℣. 9. Græcè : Ὅτι ἀπὸ κορυφῆς ὀρέων ὄψομαι αὐτόν, i. e. *à vertice montium*, &c.

℣. 10. *Sicut ſemen iſtorum.* Ita fert edit. Rom. Ambroſ. cum Mſs. pluribus ; vet. autem edit. cum Mſs. aliis, *ſicut ſemen juſtorum ;* ſed in Luc. 9. col. 1420. legit Ambroſ. ut ſup. *Moriatur anima mea in animis juſtorum*, & *fiat..... ut ſemen eorum :* item l. de bon. mort. c. 4. col. 396. e. & l. de exhort. virg. col. 279. d. *Moriatur anima mea in animis juſtorum ;* at in Pſ. 1. col. 760. d. *Moriatur anima mea, ut anima juſtorum*, ſeu cum quibuſd ; Mſs. & vet. edit. *in anima juſtorum ;* epiſt. verò 50. col. 995. b. *Moriatur anima mea in animis eorum.* Hieron. in Ezech. 18. to. 3. 819. *Moriatur anima mea in animabus juſtorum.* Gr. Ἀποθάνοι ἡ ψυχή μου ἐν ψυχαῖς δικαίων, καὶ γένοιτο τὸ σπέρμα μου ὡς τὸ σπέρμα τούτων· edit. Ald. αὐτῶν, Compl. τοῦτο. Interpres Origenis ſæpe repetit *juſtorum*, ſi Nobilio fides.

℣℣. 11. 12. 13. Totidem verba leguntur Græcè.

℣. 19. Similiter habet Lactant. l. 4. Inſtitut. c. 18. p. 581. præter unum *Dominus*, loco *Deus :* nec diſſimilia in Græco, ubi pro *ſuſpenditur*, & *minas patitur*, eſt διαρπαγῆναι..... ἀπειλεῖσθαι· Schol. διαρπαγῆναι, *hoc eſt, commoveri & fluctuare ; nam quæ ſuſpenduntur, commoventur & fluctuant.* Apud Ambroſ. l. 1. de fide, to. 2. 459. b. *Quia non ſicut homo, ita & Deus.* Vide Nobil. in hunc loc. & Judith 8. ℣. 15.

℣. 21. Ita de Græco, præter vocem *quoniam*, quæ deeſt, & hæc ult. & *ipſe præclarus princeps cum ipſo ;* pro quibus τὰ ἔνδοξα ἀρχόντων ἐν αὐτῷ, *præclara principum in eo.* Ambr. epiſt. 85. 1106. c. ſic habet : *Non eſt labor Jacob, nec dolor videbitur in Iſraël ;* & ep. 50. 995. d. *Non eſt labor in Jacob, neque dolor.* Gr. μόχθος..... ὀδὲ..... πόνος.

℣. 22. Græcè, Θεὸς ὁ ἐξαγαγὼν αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου, ὡς δόξα μονοκέρωτος αὐτῷ. *Deus qui eduxit eum ex Ægypto, ſicut gloria unicornis ei.*

℣. 23. Gr. Οὐ γάρ ἐστιν οἰωνισμὸς ἐν, &c. ut in Lat.

℣. 24. Optimè è Græco, excepto ultimo, *exſultans*, pro quo γαυρωθήσεται, *gloriabitur.* Cypr. l. 1. Teſtim. 281. c. ſic hab. *Ecce populus quaſi populus leoninus exſurget.*

Digitized by Google

CAPUT XXIV.

VULGATA NOVA.

1. CUmque vidiſſet Balaam quòd placeret Domino ut benediceret Iſraëli, nequaquam abiit ut ante perrexerat, ut augurium quæreret: ſed dirigens contra deſertum vultum ſuum,

2. & elevans oculos, vidit Iſraël in tentoriis commorantem per tribus ſuas: & irruente in ſe Spiritu Dei,

3. aſſumptâ parabolâ ait: Dixit Balaam filius Beor: dixit homo, cujus obturatus eſt oculus:

4. dixit auditor ſermonum Dei, qui viſionem Omnipotentis intuitus eſt, qui cadit, & ſic aperiuntur oculi ejus:

VERSIO ANTIQUA.

Auct. l. de xlii. manſ. ap. Ambr. 20. a.

5. Quàm pulchræ tuæ domus Jacob, tabernacula tua Iſraël!

Ambr. ep. 50. 995. e.

6. tanquam valles obumbrantes, tanquam horti ſuper fluvium, & velut tabernacula quæ fixit Dominus, & ſicut cedrus ſuper aquas.

Cypr. Teſtim. l. 2. 288. c.

7. Procedet homo de ſemine ejus, & dominabitur multarum gentium. Et exaltabitur tanquam Gog regnum ipſius, & augebitur regnum ejus.

8. Et Deus eduxit eum ex Ægypto, quaſi claritas unicornis ei. Et edet gentes inimicorum ſuorum, & craſſitudines illorum emedullabit, & baliſtis ſuis configet inimicum.

9. Recubans requievit quaſi leo, & quaſi catulus leonis: quis ſuſcitabit eum? Qui benedicunt te, benedicti ſunt: & qui maledicunt te, maledicti ſunt.

VULGATA NOVA.

5. Quàm pulchra tabernacula tua Jacob, & tentoria tua Iſraël!

6. ut valles nemoroſæ, ut horti juxta fluvios irrigui, ut tabernacula quæ fixit Dominus, quaſi cedri prope aquas.

7. Fluet aqua de ſitula ejus, & ſemen illius erit in aquas multas. Tolletur propter Agag, rex ejus, & auferetur regnum illius.

8. Deus eduxit illum de Ægypto, cujus fortitudo ſimilis eſt rhinocerotis. Devorabunt gentes hoſtes illius, oſſaque eorum confringent, & perforabunt ſagittis. *Sup. 23. 22.*

9. Accubans dormivit ut leo, & quaſi leæna, quam ſuſcitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit & ipſe benedictus: qui maledixerit, in maledictione reputabitur.

VULGATA NOVA.

10. Iratuſque Balac contra Balaam, complosis manibus ait: Ad maledicendum inimicis meis vocavi te, quibus è contrario tertiò benedixiſti:

11. revertere ad locum tuum. Decreveram quidem magnificè honorare te, ſed Dominus privavit te honore diſpoſito.

12. Reſpondit Balaam ad Balac: Nonne nunciis tuis, quos miſiſti ad me, dixi:

Sup. 22. 18.

13. Si dederit mihi Balac plenam domum ſuam argenti & auri, non potero præterire ſermonem Domini Dei mei, ut vel boni quid, vel mali proferam ex corde meo: ſed quidquid Dominus dixerit, hoc loquar?

14. Veruntamen pergens ad populum meum, dabo conſilium, quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore.

15. Sumptâ igitur parabolâ, rurſum ait: Dixit Balaam filius Beor: dixit homo, cujus obturatus eſt oculus:

16. dixit auditor ſermonum Dei, qui novit doctrinam Altiſſimi, & viſiones Omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos.

VERSIO ANTIQUA.

Auct. antiquus, cujus nomen excid.

17..... ORIETUR STELLA ex Jacob, & exſurget homo de Iſraël: & confringet duces Moab, & prædabitur omnes filios Seth.

Hieron. ep. ad Fab. t. 2. 604. b.

18. Et erit Edom hæreditas ejus.

VULGATA NOVA.

17. Videbo eum, ſed non modò: intuebor illum, ſed non prope. ORIETUR STELLA ex Jacob, & conſurget virga de Iſraël: & percutiet duces Moab, vaſtabitque omnes filios Seth. *Matt. 2. 2.*

18. Et erit Idumæa poſſeſſio ejus: hæreditas Seir cedet inimicis ſuis: Iſraël verò fortiter aget.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Gr. Ὡς καλοὶ οἱ οἶκοι, &c. ut in Lat. Apud Ambroſ. ep. 50. to. 2. 995. d. e. ſic: *Quàm ſpecioſa habitacula tua (ὁ Hebræorum militia) tabernacula tua ſicut*, &c.

℣. 6. Græcè, loco *valles*, legitur νάπαι, mel. *ſaltus*; item poſt *obumbrantes*, additur καὶ, cætera concordant. Ambroſ. epiſt. 50. to. 2. 995. d. e. legit: *Sicut nemora obumbrantia, ſicut paradiſus ſuper fluvium, & ſicut cedrus ſuper aquas.* Gr. καὶ ὡσεὶ κέδροι παρ' ὕδατα, *& ſicut cedri juxta aquas.*

℣. 7. Nonnulla variant Græcè, nempe ſeqq. ἐξελεύσεται, *egredietur*, loco *procedet*; item loco *tanquam Gog regnum ipſius*, ſimpliciter ἡ Γὼγ βασιλεία: at Mſ. Alex. cum Ald. edit. & Compl. addit αὐτοῦ. Hieron. in Ezech. 38. to. 3. 968. f. bene ex LXX. *Egredietur homo de ſemine ejus, & dominabitur gentium plurimarum; & elevabitur Gog regnum ejus, & creſcet regnum illius*: tum addit: *Cæterùm juxta Hebr. ita ſcriptum reperi: Tolletur propterea Agag rex ejus, & auferetur regnum illius.* In Mſ. Oxon. deeſt, καὶ αὐξηθήσεται βασιλεία, ſicut in edit. Ald. βασιλεία αὐτοῦ.

℣. 8. Leviter tantùm differunt hæc à Græco, nempe primo loco deeſt δὲ, deinde pro *eduxit*, legitur ὡδήγησε, *deduxit*, & δόξα, *gloria*, loco *claritas*, abſque δὲ, poſt *ei*; demum pro *baliſtis*..... *configet*, ſic βολίσι..... καταξουσι, *jaculis*..... *ſagittabit.*

℣. 9. Vix meliùs de Græco. Ambr. epiſt. 50. 995. e. *Qui benedicent eum, benedicentur: & qui maledixerint ei, maledicti erunt.* Auct. verò l. de XLII. manſ. col. 20. a. *Benedicentes te, benedicti ſint; & maledicentes te, maledicti ſint.* Gr. Οἱ εὐλογοῦντές σε, εὐλογημένοι καὶ οἱ καταρώμενοί σε, κεκατηραμένοι.

℣. 17. Vet. Iren. Interpr. l. 3. c. 9. p. 184. b. *Orietur ſtella ex Jacob, & ſurget dux in Iſraël.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 288. c. & Ambroſ. in Luc. 2. col. 1297. a. c. d. *Orietur ſtella ex Jacob, & exſurget homo ex Iſraël.* Concinunt Lactant. l. 4. Inſtitut. c. 13. p. 576. Auct. l. de XLII. manſ. col. 20. a. & Maxim. Taurin. col. 10. d. Item Auct. op. imp. in Matth. 28. d. & Leo M. ſer. 33. col. 92. a. qui addunt: *Et dominabitur gentium*, vel *omnium gentium.* Hieron. epiſt. ad Fabiol. to. 2. col. 604. b. *Orietur ſtella ex Jacob, & conſurget homo de Iſraël: & percutiet principes Moab, & vaſtabit cunctos filios Seth.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 745. b. *Orietur ſtella ex Jacob, & aſcendet virga ex Iſraël: & percutiet omnia regna terræ.* Auct. l. de promiſſ. part. 2. c. 12. col. 136. d. 173. c. *Orietur ſtella ex Jacob, & exſurget homo ex Iſraël: & conſringet omnia regna terræ.* Gr. Ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακὼβ, ἀναστήσεται (Mſs. Alex. & Oxon. cum editt. Ald. & Compl. καὶ ἀναστήσεται) ἄνθρωπος ἐξ Ἰσραήλ· καὶ θραύσει τοὺς ἀρχηγοὺς Μωὰβ, καὶ σφετιεῖ πάντας υἱοὺς Σήθ.

℣. 18. In Græco deeſt *ejus.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

19. De Jacob erit qui dominetur, & perdat reliquias civitatis.

20. Cùmque vidiſſet Amalec, aſſumens parabolam, ait: Principium gentium Amalec, cujus extrema perdentur.

VERSIO ANTIQUA.

20..... Initium nationum Amalec, & ſemen ejus peribit. *Ambr. Hex. l. 8. c.*

VULGATA NOVA.

21. Vidit quoque Cinæum: & aſſumptâ parabolâ, ait: Robuſtum quidem eſt habitaculum tuum: ſed ſi in petra poſueris nidum tuum,

22. & fueris electus de ſtirpe Cin, quandiu poteris permanere? Aſſur enim capiet te.

23. Aſſumptâque parabolâ iterum locutus eſt: Heu, quis victurus eſt, quando iſta faciet Deus?

24. Venient in trieribus de Italia, ſuperabunt Aſſyrios, vaſtabuntque Hebræos, & ad extremum etiam ipſi peribunt. *Dan. 11. 30.*

VULGATA NOVA.

25. Surrexitque Balaam, & reverſus eſt in locum ſuum: Balac quoque viâ, qua venerat, rediit.

VERSIO ANTIQUA.

25. Et ſurgens Balaam, abiit reverſus in locum ſuum: & Balac abiit ad ſemetipſum. *Aug. quæſt. 61. in Num. t. 3. 554. e.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 20. Ita in Græco, excepto uno *αὐτῶν*, *eorum*, loco *ejus*; at in Mſ. Oxon. ac edit. Compl. *τὸ σπέρμα αὐτῦ*.

℣. 25. Sic eſt in Græco ad verbum.

CAPUT XXV.

VULGATA NOVA.

1. Morabatur autem eo tempore Iſraël in Settim, & fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, *Joſ. 3. 1.*

2. quæ vocaverunt eos ad ſacrificia ſua. At illi comederunt & adoraverunt deos earum.

3. Initiatuſque eſt Iſraël Beelphegor: & iratus Dominus, *Joſ. 22. 17. Pſ. 105. 28. Apoc. 2. 14.*

VULGATA NOVA.

4. ait ad Moyſen: Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis: ut avertatur furor meus ab Iſraël. *Deut. 4. 3.*

VERSIO ANTIQUA.

4. & dixit Dominus ad Moyſen: Accipe duces populi, & oſtenta eos Domino contra ſolem: & auferetur ira animationis Domini ab Iſraël. *Aug. quæſt. 52. in Num. t. 3. 550. f. g.*

VULGATA NOVA.

5. Dixitque Moyſes ad judices Iſraël: Occidat unuſquiſque proximos ſuos, qui initiati ſunt Beelphegor. *Exod. 32. 27.*

6. Et ecce unus de filiis Iſraël intravit coram fratribus ſuis ad ſcortum Madianitidem, vidente Moyſe, & omni turba filiorum Iſraël, qui flebant ante fores tabernaculi.

7. Quod cùm vidiſſet Phinees filius Eleazari filii Aaron ſacerdotis, ſurrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione, *Pſ. 105. 30. 1. Mac. 2. 26. 1. Cor. 10. 8.*

VULGATA NOVA.

8. ingreſſus eſt poſt virum Iſraëlitem in lupanar, & perfodit ambos ſimul, virum ſcilicet & mulierem, in locis genitalibus. Ceſſavitque plaga à filiis Iſraël:

9. & occiſi ſunt viginti quatuor millia hominum.

VERSIO ANTIQUA.

8..... Et ceſſavit plaga à filiis Iſraël: *Auct. l. de xlii. manſ. ap. Ambr. 20. b.*

10. Dixitque Dominus ad Moyſen:

10. Et locutus eſt Dominus ad Moſen, dicens: *Lucif. Cal. de non parc. in De. del. 227. b.*

11. Phinees filius Eleazari filii Aaron ſacerdotis avertit iram meam à filiis Iſraël: quia zelo meo commotus eſt contra eos, ut non ipſe delerem filios Iſraël in zelo meo:

11. Phinees filius Eleazar filii Aaron ſacerdotis ſedavit furorem meum à filiis Iſraël: in eo quòd æmulatus eſt zelum meum in illis, & non conſummavi filios Iſraël in zelo meo: *Ambr. in Pſ. 118. t. 1. 1197. e.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Similiter in Græco, niſi quòd loco *duces*, habetur *πάντας τὺς ἀρχηγύς*, *omnes duces*, vel *principes*; in Mſ. tamen Alex. ac edit. Ald. deeſt *πάντας*: exinde loco *auferetur ira animationis*, ſic, *ἀποσεφίζεσθαι ὀργὴ θυμῦ*, & apud Auguſt. infra, col. 551. b. *Avertetur ira animationis*, &c. Ita quoque habet locut. 79. de Num. col. 362. b. ſicut alia quæ ſupra ad verbum. Ad hæc autem, *Oſtenta eos Domino contra ſolem*, addit ſup. in Quæſt. *Id eſt, palam, in conſpicuo lucis hujus*; *nam Græcus ait*, *παραδειγμάτισον*, *quod dici poſſet* exempla; *quia παράδειγμα*, *exemplum dicitur*; *nam præter LXX. Interpretes*, *Aquila perhibetur dixiſſe* confige, *vel potiùs* ſurſum confige, *quod eſt ἀνάπηξον*; *Symmachus autem verbo evidentiore* ſuſpende. At ipſe l. 1. cont. adverſ. Leg. to. 8. 562. d. legit: *Accipe omnes duces populi*, & *victima illos Domino contra ſolem*, hoc eſt, *in manifeſto*, *per diem*.

℣. 8. Ita in Græco. Eadem quoque memorat Auguſt. quæſt. 52. in Num. to. 3. 551. a. dicens: *Ex eo quòd Phinees filius Eleazar transfixit adulteros*, *placatum fuiſſe Dominum*, *Scriptura teſtatur*, *plagamque ceſſaſſe*.

℣. 10. Itidem Græcè.

℣. 11. Vix meliùs de Græco, niſi quòd pro *conſummavi*, eſt *ἐξαπέλωσα*, ab *ἐξαναλίσκω*, *conſumo*; loco verò *in eo quòd æmulatus eſt zelum meum in illis*, ſic, *ἐν τῷ ζηλῶσαί με τὸν ζῆλον ἐν αὐτοῖς*, quæ Nobilius ſic reddit: *dum ego zelarem zelum in eos*; ſed malè, ni fallor: Lucif. enim Cal. l. de non parc. in De. delinq. col. 227. h. ſic habet: *Phinees filius Eleazar, filii Aaron ſacerdotis, compeſcuit iram meam à filiis Iſraël: in eo quòd zelatus eſt zelo in eis, ut non occiderem filios Iſraël in zelo meo.* Hilar. in Pſ. 118. 349. d. *Phinees..... ſedavit furorem meum à filiis Iſraël: in eo quòd requievit ab animatione anima mea, quia zelavit zelum meum:* ſed hæc aliter ap. Bad. Er. Lipſ. & in Mſs. Vat. Reg. Albin. puta, *Phinees filius Eleazar, filii Aaron, requieſcere fecit animationem animæ meæ: quia zelavit zelum meum.* Hieron. in Malach. 2. to. 3. 1817. b. *Phinees filius Eleazar, filii Aaron ſacerdotis, requieſcere fecit furorem meum à filiis Iſraël: quoniam æmulatus eſt ze-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. ubi sup. 12. sicut dixi: Ecce ego do ei testamentum pacis,

13. & erit illi & semini ejus post eum testamentum sacerdotii æternum, propter quod æmulatus est Deum suum, & non exoravit pro filiis Israël.

Aug. Locut. 80. *t.* 3. 362. *c.* 15..... domûs familiæ est Madian.

VULGATA NOVA.

12. idcirco loquere ad eum: Ecce do ei pacem fœderis mei, *Eccli.* 45. 30.

13. & erit tam ipsi quàm semini ejus pactum sacerdotii sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo, & expiavit scelus filiorum Israël. 1. *Mac.* 2. 54.

14. Erat autem nomen viri Israëlitæ, qui occisus est cum Madianitide, Zambri filius Salu, dux de cognatione & tribu Simeonis.

15. Porro mulier Madianitis, quæ pariter interfecta est, vocabatur Cozbi, filia Sur principis nobilissimi Madianitarum.

VULGATA NOVA.

16. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

Inf. 31. 2. 17. Hostes vos sentiant Madianitæ, & percutite eos:

18. quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos, & decepêre insidiis per idolum Phogor, & Cozbi filiam ducis Madian sororem suam, quæ percussa est in die plagæ pro sacrilegio Phogor.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

lum meum contra eos, & non perdidi filios Israël in zelo meo. Optat. l. 3. cont. Donat. 59. c. *Phinees mitigavit iram meam.* Græcè, κατέπαυσε τὸν θυμόν μου.

℣. 12. Sic est in Græco, ubi ὕτως εἶπον, pro *sicut dixi*, Nobil. vertit, *sic dicito.* Lucif. Calar. l. de non parc. in De. del. 227. h. addit: *Et ecce dabo ei testamentum meum, testamentum pacis.* Hieron. in Malach. 2. to. 3. 1817. b. *Sic dicens: Ecce ego dabo ei testamentum pacis.* Vigil. Tapsi. cont. Varimad. 747. d. *Hæc dicit Dominus qui fecit Israël: Ecce ego do illis testamentum pacis.* In Hex. Orig. ex cod. Colb. 3084. hæc verba διαθήκην εἰρήνης μου, notantur asteriscо.

℣. 13. Eadem leguntur Græcè, nisi excipias ultima, *propter quod æmulatus est Deum suum, & non exoravit*, pro quibus sic: ἀνθ' ὧν ἐζήλωσε τῷ Θεῷ αὐτῦ, καὶ ἐξιλάσατο, i. e. *pro eo quòd zelavit Deo suo, & depropitiavit*, seu *exoravit*: nullibi autem habetur negatio ante *exoravit*: » Et » verò Romana Ambrosii editio illam delet; in quo ei textus Hebr. Syr. & omnes versiones Scripturæ patrocinantur. » Cùm tamen in Mss. & antiquis editionibus legatur, *& non* » *exoravit*, vel ut in quibusdam Mss. *& non deprecatus est*; satis probabile sit pro καὶ ἐξιλάσατο, scriptum in cod. Ambros. fuisse, καὶ οὐκ ἱλάσατο. Ita observant BB. nostri not. « b. in hunc loc. Ambrosio etiam hîc obsistit Lucif. Cal. l. de non parc. in De. delinq. 227. h. ubi sic: *Et & semini ejus cum ipso in testamentum sacerdotii æternum, quoniam zelatus est Deo suo, & exoravit pro filiis Israël.* Item Hieron. in Malach. 2. to. 3. 1817. b. *Et erit ipsi & semini ejus post eum testamentum sacerdotii sempiterni, pro eo quòd zelatus est Deo suo, & exoravit pro filiis Israël.* Rectè *sempiterni*, è Mss. Oxon. nec non editt. Ald. & Compl. in quibus αἰωνίας, per relat. ad ἱερατείας, secus in Vatic. ubi διαθήκη..... αἰωνία. Vigil. Tapsi. cont. Varimad. 747. d. *Et erit cum eo, & cum semine ejus post ipsum*, non *cum ipso*, ut apud Lucif. sup. nam in Græco constanter, μετ' αὐτοῦ, non μετ' αὐτῦ.

℣. 15. Gr. τῶν Μαδιάμ, edit. Ald. τῶ. Observat Augusti. ibid. *De muliere hoc* dictum esse, *quæ cum adultero Israëlita percussa est: quibus verbis, quantùm puto*, inquit, *intelligi voluit nobilem fuisse, ut diceret eam* domûs familiæ, &c. Gr. οἴκου πατριᾶς.

CAPUT XXVI.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 81. *t.* 3. 362. *d.* 1..... & locutus est Dominus ad Moysen, & ad Eleazar sacerdotem, dicens:

2. Accipe principium totius synagogæ filiorum Israël à viginti annis & supra.....

VULGATA NOVA.

1. POstquam noxiorum sanguis effusus est; dixit Dominus ad Moysen & Eleazarum filium Aaron sacerdotem:

2. Numerate omnem summam filiorum Israël à viginti annis & supra, per domos & cognationes suas, cunctos qui possunt ad bella procedere. *Sup.* 1. 2. 3.

VULGATA NOVA.

3. Locuti sunt itaque Moyses & Eleazar sacerdos in campestribus Moab super Jordanem contra Jericho, ad eos qui erant

4. à viginti annis & supra, sicut Dominus imperaverat, quorum iste est numerus:

Gen. 46. 9. *Exod.* 6. 14. 1. *Par.* 5. 3. 5. Ruben primogenitus Israël: hujus filius, Henoch, à quo familia Henochitarum: & Phallu, à quo familia Phalluitarum:

6. & Hesron, à quo familia Hesronitarum: & Charmi, à quo familia Charmitarum:

7. hæ sunt familiæ de stirpe Ruben: quarum numerus inventus est, quadraginta tria millia & septingenti triginta.

8. Filius Phallu, Eliab:

Sup. 16. 1. 2. 9. hujus filii, Namuel & Dathan & Abiron: isti sunt Dathan & Abiron principes populi, qui surrexerunt contra Moysen & Aaron in seditione Core, quando adversùs Dominum rebellaverunt:

10. & aperiens terra os suum devoravit Core, morientibus plurimis, quando combussit ignis ducentos quinquaginta viros. Et factum est grande miraculum,

11. ut, Core pereunte, filii illius non perirent.

12. Filii Simeon per cognationes suas: Namuel, ab hoc familia Namuelitarum: Jamin, ab hoc familia Jaminitarum: Jachin, ab hoc familia Jachinitarum:

13. Zare, ab hoc familia Zareitarum: Saul, ab hoc familia Saulitarum:

14. hæ sunt familiæ de stirpe Simeon, quarum omnis numerus fuit, viginti duo millia ducenti.

15. Filii Gad per cognationes suas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarum: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarum:

16. Ozni, ab hoc familia Oznitarum: Her, ab hoc familia Heritarum:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. Vat. non repetit *ad*, ante *Eleazar*; habent autem Alex. & Oxon. cum edit. Compl. cætera similia.

℣. 2. Similiter in Gr. Observat Aug. hîc appellari *principium, robur scilicet ætatis in populo.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

17. Arod, ab hoc familia Aroditarum: Ariel, ab hoc familia Arielitarum:

18. istæ sunt familiæ Gad, quarum omnis numerus fuit, quadraginta millia quingenti.

Gen. 38. 3. 4. 19. Filii Juda, Her & Onan, qui ambo mortui sunt in terra Chanaan.

20. Fueruntque filii Juda per cognationes suas: Sela, à quo familia Selaitarum: Phares, à quo familia Pharesitarum: Zare, à quo familia Zareitarum.

21. Porro filii Phares: Hesron, à quo familia Hesronitarum: & Hamul, à quo familia Hamulitarum.

22. Istæ sunt familiæ Juda, quarum omnis numerus fuit, septuaginta sex millia quingenti.

23. Filii Issachar per cognationes suas: Thola, à quo familia Tholaitarum: Phua, à quo familia Phuaitarum:

24. Jasub, à quo familia Jasubitarum: Semran, à quo familia Semranitarum:

25. hæ sunt cognationes Issachar, quarum numerus fuit, sexaginta quatuor millia trecenti.

26. Filii Zabulon per cognationes suas: Sared, à quo familia Sareditarum: Elon, à quo familia Elonitarum: Jalel, à quo familia Jalelitarum:

27. hæ sunt cognationes Zabulon, quarum numerus fuit, sexaginta millia quingenti.

28. Filii Joseph per cognationes suas, Manasse & Ephraim.

29. De Manasse ortus est Machir, à quo familia *Jos.* 17. 1. Machiritarum. Machir genuit Galaad, à quo familia Galaaditarum.

30. Galaad habuit filios: Jezer, à quo familia Jezeritarum: & Helec, à quo familia Helecitarum:

31. & Asriel, à quo familia Asrielitarum: & Sechem, à quo familia Sechemitarum:

32. & Semida, à quo familia Semidaitarum: & *Inf.* 27. 1. Hepher, à quo familia Hepheritarum.

33. Fuit autem Hepher pater Salphaad, qui filios non habebat, sed tantùm filias, quarum ista sunt no- *Inf.* 27. 1. mina: Maala, & Noa, & Hegla, & Melcha, & Thersa:

34. hæ sunt familiæ Manasse, & numerus earum, quinquaginta duo millia septingenti.

35. Filii autem Ephraim per cognationes suas, fuerunt hi: Suthala, à quo familia Suthalaitarum: Becher, à quo familia Becheritarum: Thehen, à quo familia Thehenitarum:

36. porro filius Suthala fuit Heran, à quo familia Heranitarum:

37. hæ sunt cognationes filiorum Ephraim, quarum numerus fuit, triginta duo millia quingenti.

38. Isti sunt filii Joseph per familias suas. Filii Benjamin in cognationibus suis: Bela, à quo familia Belaitarum: Asbel, à quo familia Asbelitarum: Ahiram, à quo familia Ahiramitarum:

39. Supham, à quo familia Suphamitarum: Hupham, à quo familia Huphamitarum.

40. Filii Bela: Hered, & Noeman. De Hered, familia Hereditarum: de Noeman, familia Noemanitarum:

41. hi sunt filii Benjamin per cognationes suas, quorum numerus fuit, quadraginta quinque millia sexcenti.

42. Filii Dan per cognationes suas: Suham, à quo familia Suhamitarum: hæ sunt cognationes Dan per familias suas:

43. omnes fuere Suamitæ, quorum numerus erat, sexaginta quatuor millia quadringenti.

44. Filii Aser per cognationes suas: Jemna, à quo familia Jemnaitarum: Jessui, à quo familia Jessuitarum: Brie, à quo familia Brieitarum.

45. Filii Brie: Heber, à quo familia Heberitarum: & Melchiel, à quo familia Melchielitarum.

46. Nomen autem filiæ Aser, fuit Sara:

47. hæ cognationes filiorum Aser, & numerus eorum, quinquaginta tria millia quadringenti.

48. Filii Nephthali per cognationes suas: Jesiel, à quo familia Jesielitarum: Guni, à quo familia Gunitarum:

49. Jeser, à quo familia Jeseritarum: Sellem, à quo familia Sellemitarum:

50. hæ sunt cognationes filiorum Nephthali per familias suas: quorum numerus, quadraginta quinque millia quadringenti.

51. Ista est summa filiorum Israël, qui recensiti sunt, sexcenta millia, & mille septingenti triginta.

52. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

53. Istis dividetur terra juxta numerum vocabulorum in possessiones suas.

54. Pluribus majorem partem dabis, & paucioribus minorem: singulis, sicut nunc recensiti sunt, tradetur possessio:

55. ita duntaxat ut sors terram tribubus dividat & familiis.

56. Quidquid sorte contigerit, hoc vel plures accipiant, vel pauciores.

57. Hic quoque est numerus filiorum Levi per familias suas: Gerson, à quo familia Gersonitarum: Caath, à quo familia Caathitarum: Merari, à quo familia Meraritarum: *Exod.* 6. 16.

58. hæ sunt familiæ Levi: familia Lobni, familia Hebroni, familia Moholi, familia Musi, familia Core. At verò Caath genuit Amram:

59. qui habuit uxorem Jochabed filiam Levi, quæ nata est ei in Ægypto: hæc genuit Amram viro suo filios, Aaron & Moysen, & Mariam sororem eorum.

60. De Aaron orti sunt Nadab & Abiu, & Eleazar & Ithamar:

61. quorum Nadab & Abiu mortui sunt, cùm obtulissent ignem alienum coram Domino. *Lev.* 10. 1. *Sup.* 3. 4. 1. *Par.* 24. 2.

62. Fueruntque omnes qui numerati sunt, viginti tria millia generis masculini, ab uno mense & supra: quia non sunt recensiti inter filios Israël, nec eis cum cæteris data possessio est.

63. Hic est numerus filiorum Israël, qui descripti sunt à Moyse & Eleazaro sacerdote, in campestribus Moab supra Jordanem contra Jericho:

64. inter quos, nullus fuit eorum qui ante numerati sunt à Moyse & Aaron in deserto Sinai. 1. *Cor.* 10. 5.

65. Prædixerat enim Dominus, quòd omnes morerentur in solitudine. Nullusque remanlit ex eis, nisi Caleb filius Jephone, & Josue filius Nun. *Sup.* 14. 23. 24.

CAPUT XXVII.

VULGATA NOVA.

Sup. 26. 32. 33. *Inf.* 36. 1. *Jos.* 17. 1.

1. ACcesserunt autem filiæ Salphaad, filii Hepher, filii Galaad, filii Machir, filii Manasse, qui fuit filius Joseph: quarum sunt nomina, Maala, & Noa, & Hegla, & Melcha, & Thersa.

1..... 6. *Vide Not.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1..... 6. Hæc memorat Ambros. epist. 76. ad Iren. to. 2. 1086. e. dicens: *Hanc sortem filiæ Salphæ petebant hæreditatis paternæ, & earum petitio divino judicio probata est.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

2. Steteruntque coram Moyſe & Eleazaro ſacerdote, & cunctis principibus populi, ad oſtium tabernaculi fœderis, atque dixerunt:

3. Pater noſter mortuus eſt in deſerto, nec fuit in *Sup. 16. 1.* ſeditione, quæ concitata eſt contra Dominum ſub Core, ſed in peccato ſuo mortuus eſt: hic non habuit mares filios. Cur tollitur nomen illius de familia ſua, quia non habuit filium? Date nobis poſſeſſionem inter cognatos patris noſtri.

4. Retulitque Moyſes cauſam earum ad judicium Domini.

5. Qui dixit ad eum:

6. Juſtam rem poſtulant filiæ Salphaad: da eis poſſeſſionem inter cognatos patris ſui, & ei in hæreditatem ſuccedant.

7. Ad filios autem Iſraël loquêris hæc:

8. Homo cùm mortuus fuerit abſque filio, ad filiam ejus tranſibit hæreditas:

9. ſi filiam non habuerit, habebit ſucceſſores fratres ſuos:

10. quòd ſi & fratres non fuerint, dabitis hæreditatem fratribus patris ejus:

11. ſin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his qui ei proximi ſunt: eritque hoc filiis Iſraël ſanctum lege perpetua, ſicut præcepit Dominus Moyſi.

12. Dixit quoque Dominus ad Moyſen: Aſcende *Deut.* in montem iſtum Abarim, & contemplare inde ter- *32. 49.* ram, quam daturus ſum filiis Iſraël:

13. cùmque videris 13..... 14. *Vide Not.* eam, ibis & tu ad populum tuum, ſicut ivit frater tuus Aaron:

14. quia offendiſtis me in deſerto Sin in contra- *Sup. 20.* dictione multitudinis, nec ſanctificare me voluiſtis *12.* coram ea ſuper aquas: hæ ſunt aquæ contradictionis *Deut.* in Cades deſerti Sin. *32. 51.*

15. Cui reſpondit Moyſes:

16. Provideat Dominus Deus ſpirituum omnis carnis, hominem, qui ſit ſuper multitudinem hanc:

17. & poſſit exire & intrare ante eos, & educere eos vel introducere: ne ſit populus Domini ſicut oves abſque paſtore.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 54. & 55. in Num. t. 3. 551. g. 552. a. 18. Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Accipe ad teipſum Jeſum filium Nave, hominem qui habet ſpiritum in ſe ipſo, & impones manus tuas ſuper eum.

19. Et ſtatues eum in conſpectu Eleazari ſacerdotis, & mandabis ei in conſpectu omnis ſynagogæ:

Idem Locut. 82. t. 3. 362. d. 20..... & dabis de gloria tua ſuper eum, ut exaudiant eum filii Iſraël.

21..... In ore ejus exibunt... in ore ejus introibunt.....

Ibid. Locut. 83. 22. Et fecit Moyſes ſecundùm quæ præcepit illi Dominus. Et aſſumens Jeſum, ſtatuit eum ante Eleazarum ſacerdotem.....

Ibid. Locut. 84. 23..... & commendavit eum ſecundùm quæ præcepit Dominus Moyſi.

VULGATA NOVA.

18. Dixitque Dominus ad eum: Tolle Joſue *Deut. 34.* filium Nun, virum in quo eſt ſpiritus, & pone *21.* manum tuam ſuper eum.

19. Qui ſtabit coram Eleazaro ſacerdote & omni multitudine:

20. & dabis ei præcepta cunctis videntibus; & partem gloriæ tuæ, ut audiat eum omnis ſynagoga filiorum Iſraël.

21. Pro hoc, ſi quid agendum erit, Eleazar ſacerdos conſulet Dominum. Ad verbum ejus egredietur & ingredietur ipſe, & omnes filii Iſraël cum eo, & cætera multitudo.

22. Fecit Moyſes ut præceperat Dominus. Cùmque tuliſſet Joſue, ſtatuit eum coram Eleazaro ſacerdote & omni frequentia populi.

23. Et impoſitis capiti ejus manibus, cuncta replicavit quæ mandaverat Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 13. 14. His alludit Aug. quæſt. 53. in Num. to. 3. 551. d. dicens: *Eam cauſam mortis Moyſi dicit Dominus, quam etiam fratris ejus: ambobus enim etiam hoc ante prædixerat, quòd ideo non intrarent cum populo Dei in terram promiſſionis, quia non eum ſanctificaverunt coram populo ad aquam contradictionis.*

℣℣. 18. 19. Eadem exſtant Græcè, verbum pro verbo.

℣. 20. Itidem Græcè. Aug. quæſt. 55. in Num. col. 552. a. *Quid eſt quod cùm Deus præciperet Moyſi de Jeſu Nave, ait inter cætera:* Et dabis de gloria tua ſuper eum: *nam Græca locutione,* τῆς δόξης *habet, quod tantumdem valet ac ſi diceret,* de gloria, *id eſt,* ἀπὸ τῆς δόξης. *Latinè autem nonnulli interpretati ſunt,* dabis gloriam tuam, *non* de gloria tua: *ſed ſive illud eſſet, ut* gloriam tuam *diceret, non ideo eam non habiturus erat Moyſes; nec quia dixit,* de gloria, *ideo minutum eſt quod habebat.*

℣. 21. Itidem in Græco. *In ore ejus,* &c. *id eſt, cùm juſſerit,* inquit Aug. ibid.

℣. 22. Ita in Græco, niſi quòd legitur κατὰ ἐνετείλατο, *ſicut mandavit,* loco *ſecundùm quæ præcepit.*

℣. 23. Gr. συνέστησεν αὐτὸν καθάπερ, &c. *conſtituit eum ſicut,* &c. loco, *commendavit eum ſecundùm quæ,* &c.

CAPUT XXVIII.

VULGATA NOVA.

1. DIxit quoque Dominus ad Moyſen:

2. Præcipe filiis Iſraël, & dices ad eos: Oblationem meam & panes, & incenſum odoris ſuaviſſimi offerte per tempora ſua.

Exod. 29. 38. 3. Hæc ſunt ſacrificia quæ offerre debetis: Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocauſtum ſempiternum:

4. unum offeretis manè, & alterum ad veſperum:

5. decimam partem ephi ſimilæ, quæ conſperſa ſit oleo puriſſimo, & habeat quartam partem hin:

6. holocauſtum juge eſt quod obtuliſtis in monte Sinai in odorem ſuaviſſimum incenſi Domini:

7. & libabitis vini quartam partem hin per agnos ſingulos in ſanctuario Domini.

8. Alterumque agnum ſimiliter offeretis ad veſperam, juxta omnem ritum ſacrificii matutini, & libamentorum ejus, oblationem ſuaviſſimi odoris Domino.

9. Die autem ſabbati offeretis duos agnos anni- *Matth.* culos immaculatos, & duas decimas ſimilæ oleo conſ- *12. 5.* perſæ in ſacrificio, & liba

10. quæ rite funduntur per ſingula ſabbata in holocauſtum ſempiternum.

11. In calendis autem offeretis holocauſtum Domino, vitulos de armento duos, arietem unum, agnos anniculos ſeptem immaculatos,

12. & tres decimas ſimilæ oleo conſperſæ in ſa-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

crificio per ſingulos vitulos : & duas decimas ſimilæ oleo conſperſæ per ſingulos arietes :

VULGATA NOVA.

13. & decimam decimæ ſimilæ ex oleo in ſacrificio per agnos ſingulos : holocauſtum ſuaviſſimi odoris atque incenſi eſt Domino.

VERSIO ANTIQUA.

13. decimam decimam ſimilaginis conſparſam in oleo agno uni..... *Aug. Locut. 85. 362. c.*

VULGATA NOVA.

14. Libamenta autem vini, quæ per ſingulas fundenda ſunt victimas, iſta erunt : media pars hin per ſingulos vitulos, tertia per arietem, quarta per agnum : hoc erit holocauſtum per omnes menſes, qui ſibi anno vertente ſuccedunt.

15. Hircus quoque offeretur Domino pro peccatis in holocauſtum ſempiternum cum libamentis ſuis.

VULGATA NOVA.

Exod. 12. 18. 16. Menſe autem primo, quartadecima die menſis, phaſe Domini erit,

Levit. 23. 5. 17. & quintadecima die ſolemnitas : ſeptem diebus veſcentur azymis.

VERSIO ANTIQUA.

16. Et in menſe primo, quartadecima menſis hujus, dies feſtus..... *Ibid. Locut. 86.*

17..... ſeptem dies azyma edetis.

VULGATA NOVA.

18. Quarum dies prima venerabilis & ſancta erit : omne opus ſervile non facietis in ea.

19. Offeretiſque incenſum holocauſtum Domino, vitulos de armento duos, arietem unum, agnos anniculos immaculatos ſeptem :

20. & ſacrificia ſingulorum ex ſimila quæ conſperſa ſit oleo, tres decimas per ſingulos vitulos, & duas decimas per arietem,

21. & decimam decimæ per agnos ſingulos, id eſt, per ſeptem agnos.

22. Et hircum pro peccato unum, ut expietur pro vobis,

23. præter holocauſtum matutinum quod ſemper offeretis.

24. Ita facietis per ſingulos dies ſeptem dierum in fomitem ignis, & in odorem ſuaviſſimum Domino, qui ſurget de holocauſto, & de libationibus ſingulorum.

25. Dies quoque ſeptimus celeberrimus & ſanctus erit vobis : omne opus ſervile non facietis in eo.

26. Dies etiam primitivorum, quando offeretis novas fruges Domino, expletis hebdomadibus, venerabilis & ſancta erit : omne opus ſervile non facietis in ea.

27. Offeretiſque holocauſtum in odorem ſuaviſſimum Domino, vitulos de armento duos, arietem unum, & agnos anniculos immaculatos ſeptem :

28. atque in ſacrificiis eorum, ſimilæ oleo conſperſæ tres decimas per ſingulos vitulos, per arietes duas,

29. per agnos decimam decimæ, qui ſimul ſunt agni ſeptem : hircum quoque

30. qui mactatur pro expiatione : præter holocauſtum ſempiternum & liba ejus.

31. Immaculata offeretis omnia cum libationibus ſuis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 13. Ita in Græco, præter verbum, ἀναπεποιημένης, *conſparſæ*, loco *conſparſam*, ab ἀναποιέω, *efficio, reformo*. Addit Auguſt. ibid. *Quod autem ait*, decimam decimam, *ſignificavit quòd repetendæ ſint decimæ per ſingulos agnos.*

℣. 16. Græcè, pro his, *quartadecima menſis hujus, dies feſtus*, exſtat : τεσσαρεσκαιδεκάτη ἡμέρα τοῦ μηνὸς, Πάσχα Κυρίῳ· i. e. *quarta & decima die menſis, Paſcha Domino ;* at in Mſ. Alex. legitur : τοῦ μηνὸς τούτου ποιηθήσεται ἑορτή, ut in Lat. ſup. *Notandum* etiam, inquit Aug. ibid. *diem feſtum per plures dies celebrari, & tamen diem feſtum dici non dies feſtos, ipſius feſtivitatis celebrationem, quotquot dies tenuerit.*

℣. 17. Similiter habetur in Græco.

CAPUT XXIX.

VULGATA NOVA.

1. MEnſis etiam ſeptimi prima dies venerabilis & ſancta erit vobis : omne opus ſervile non facietis in ea, quia dies clangoris eſt & tubarum.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET menſe ſeptimo unâ menſis..... *Aug. Locut. 87. 362. f.*

2. Offeretiſque holocauſtum in odorem ſuaviſſimum Domino, vitulum de armento unum, arietem unum, & agnos anniculos immaculatos ſeptem :

2..... vitulum unum ex bobus, arietem unum, agnos anniculos ſine vitio ſeptem : *Ibid. Locut. 88. Ibid. Locut. 89.*

3. & in ſacrificiis eorum, ſimilæ oleo conſperſæ tres decimas per ſingulos vitulos, duas decimas per arietem,

4. unam decimam per agnum, qui ſimul ſunt agni ſeptem :

4. decima decima agno uni, ſeptem agnis : *Ibid. Locut. 90.*

VULGATA NOVA.

5. & hircum pro peccato, qui offertur in expiationem populi,

6. præter holocauſtum calendarum cum ſacrificiis ſuis, & holocauſtum ſempiternum cum libationibus ſolitis : eiſdem cæremoniis offeretis in odorem ſuaviſſimum incenſum Domino.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Obſervat Auguſt. ibid. *Secundùm hanc locutionem dictum in Geneſi :* Et facta eſt veſpera, & factum eſt manè dies unus : *nam & ibi, ſicut hic, Græcus habet ἡμέρα μία ; unde quidam hic interpretantes*, prima die menſis, *neceſſariam locutionem prætermiſerunt, quamvis à ſententia verborum non receſſerint.*

℣. 2. Gr. ἑπτὰ ἀμώμους, *ſeptem ſine macula*, reliqua ut ſupra.

℣. 4. Rectè è Græco : addit Aug. *id eſt, ſingula ſingulis.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 57. & 59. in Num. 552. f. 553. g.

7..... affligetis animas veſtras.....

VULGATA NOVA.

7. Decima quoque dies menſis hujus ſeptimi erit vobis ſancta atque venerabilis, & affligetis animas veſtras: omne opus ſervile non facietis in ea. *Levit.* 16. 29. & 23. 7.

VULGATA NOVA.

8. Offeretiſque holocauſtum Domino in odorem ſuaviſſimum, vitulum de armento unum, arietem unum, agnos anniculos immaculatos ſeptem:

9. & in ſacrificiis eorum, ſimilæ oleo conſperſæ tres decimas per ſingulos vitulos, duas decimas per arietem,

10. decimam decimæ per agnos ſingulos, qui ſunt ſimul agni ſeptem:

11. & hircum pro peccato, abſque his quæ offerri pro delicto ſolent in expiationem, & holocauſtum ſempiternum, cum ſacrificio & libaminibus eorum.

12. Quintadecima verò die menſis ſeptimi, quæ vobis ſancta erit atque venerabilis, omne opus ſervile non facietis in ea, ſed celebrabitis ſolemnitatem Domino ſeptem diebus:

13. offeretiſque holocauſtum in odorem ſuaviſſimum Domino, vitulos de armento tredecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

14. & in libamentis eorum, ſimilæ oleo conſperſæ tres decimas per vitulos ſingulos, qui ſunt ſimul vituli tredecim: & duas decimas arieti uno, id eſt, ſimul arietibus duobus,

15. & decimam decimæ agnis ſingulis, qui ſunt ſimul agni quatuordecim:

16. & hircum pro peccato, abſque holocauſto ſempiterno, & ſacrificio, & libamine ejus.

17. In die altero offeretis vitulos de armento duodecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

18. ſacrificiaque & libamina ſingulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis:

19. & hircum pro peccato, abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificioque & libamine ejus.

20. Die tertio offeretis vitulos undecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

21. ſacrificiaque & libamina ſingulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis:

22. & hircum pro peccato, abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificioque & libamine ejus.

23. Die quarto offeretis vitulos decem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

24. ſacrificiaque & libamina ſingulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis:

25. & hircum pro peccato, abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificioque ejus & libamine.

26. Die quinto offeretis vitulos novem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

27. ſacrificiaque & libamina ſingulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis:

28. & hircum pro peccato, abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificioque ejus & libamine.

29. Die ſexto offeretis vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

30. ſacrificiaque & libamina ſingulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis:

31. & hircum pro peccato, abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificioque ejus & libamine.

32. Die ſeptimo offeretis vitulos ſeptem, & arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

33. ſacrificiaque & libamina ſingulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis:

34. & hircum pro peccato, abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificioque ejus & libamine.

35. Die octavo, qui eſt celeberrimus, omne opus ſervile non facietis,

36. offerentes holocauſtum in odorem ſuaviſſimum Domino, vitulum unum, arietem unum, agnos anniculos immaculatos ſeptem:

37. ſacrificiaque & libamina ſingulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis:

38. & hircum pro peccato, abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificioque ejus & libamine.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 91. t. 3. 363. a.

39..... exceptis votis veſtris, & voluntaria veſtra, & holocauſtomata veſtra, ſacrificia veſtra, & libamina veſtra, & ſalutaria veſtra.

VULGATA NOVA.

39. Hæc offeretis Domino in ſolemnitatibus veſtris: præter vota & oblationes ſpontaneas in holocauſto, in ſacrificio, in libamine, & in hoſtiis pacificis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Gr. Καὶ κακώσετε, &c. ut ſup.

℣. 39. Græcè, Πλὴν τῶν εὐχῶν ὑμῶν, deinde, καὶ τὰ ἑκούσια ὑμῶν, &c. ut in Lat. ſup. Aug. ibid. *Hanc locutionem*, inquit, *ſi vel Græca eſſet, non notarem: non enim ait:* Exceptis votis veſtris, & voluntariis veſtris, & *cætera ut cœperat, ſed neque* excepta vota veſtra, *ut ab ipſo velut ſolœciſmo inciperet; ſed cùm priùs rectè uſitata locutione dixiſſet*, exceptis votis veſtris; *ea deinde adjunxit per alium caſum, ubi ſubaudiri non poſſit*, exceptis, *ſed* excepta, *quod non admittit nec Græca nec Latina locutio.*

CAPUT XXX.

VULGATA NOVA.

1. NArravitque Moyſes filiis Iſraël omnia quæ ei Dominus imperarat:

1..... 2. *Vide Not.*

2. & locutus eſt ad principes tribuum filiorum Iſraël: Iſte eſt ſermo quem præcepit Dominus:

VERSIO ANTIQUA.

Aug. q. 56.... 59. in Num. t. 3. 552. c. d. f. g.

3. Homo, homo quicunque voverit votum Domino, aut juraverit juramentum, aut defi-

VULGATA NOVA.

3. Si quis virorum votum Domino voverit, aut ſe conſtrinxerit juramento: non faciet irri-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Prætermiſſos hîc verſiculos duos ita ſupplemus de Græco: Καὶ ἐλάλησε Μωυσῆς τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ κατὰ πάντα ὅσα ἐνετείλατο Κύριος τῷ Μωυσῇ· καὶ ἐλάλησε Μωυσῆς πρὸς τοὺς ἄρχοντας τῶν φυλῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, λέγων· Τοῦτο τὸ ῥῆμα ὃ συνέταξε Κύριος. *Et locutus eſt Moyſes filiis Iſraël ſecundùm omnia quæcunque mandavit Dominus Moyſi: & locutus eſt Moyſes ad principes tribuum filiorum Iſraël, dicens: Hoc verbum quod præcepit Dominus.*

℣. 3. Ita Græcè verbum pro verbo, uno excepto ὁρισμῷ, *definitione*, loco *definitionem*. Priora ſimiliter habet

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tum verbum ſuum, ſed omne quod promiſit, implebit.

4. Mulier ſi quippiam voverit, & ſe conſtrinxerit juramento, quæ eſt in domo patris ſui, & in ætate adhuc puellari: ſi cognoverit pater votum quod pollicita eſt, & juramentum quo obligavit animam ſuam, & tacuerit, voti rea erit:

5. quidquid pollicita eſt & juravit, opere complebit:

6. ſin autem, ſtatim ut audierit, contradixerit pater: & vota & juramenta ejus irrita erunt, nec obnoxia tenebitur ſponſioni, eò quòd contradixerit pater.

7. Si maritum habuerit, & voverit aliquid, & ſemel de ore ejus verbum egrediens animam ejus obligaverit juramento:

8. quo die audierit vir, & non contradixerit, voti rea erit, reddetque quodcunque promiſerat:

9. ſin autem audiens ſtatim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes ejus, verbaque quibus obſtrinxerat animam ſuam: propitius erit ei Dominus.

10. Vidua & repudiata quidquid voverint, reddent.

11. Uxor in domo viri cùm ſe voto conſtrinxerit & juramento,

12. ſi audierit vir, & tacuerit, nec contradixerit ſponſioni, reddet quodcunque promiſerat.

13. ſin autem extemplo contradixerit, non tenebitur promiſſionis rea: quia maritus contradixit, & Dominus ei propitius erit.

14. Si voverit, & juramento ſe conſtrinxerit, ut per jejunium, vel cæterarum rerum abſtinentiam, affligat animam ſuam, in arbitrio viri erit ut faciat, ſive non faciat:

15. quòd ſi audiens vir tacuerit, & in alteram diem diſtulerit ſententiam: quidquid voverat atque promiſerat, reddet: quia ſtatim ut audivit, tacuit:

16. ſin autem contradixerit poſtquam reſcivit, portabit ipſe iniquitatem ejus.

VERSIO ANTIQUA.

nierit definitionem de anima ſua: non profanabit verbum ſuum, omnia quæcunque exierint ex ore ejus faciet. *Aug. ubi ſup.*

4. Si autem mulier voverit votum Domino, aut definierit definitionem in domo patris ſui, in juventute ſua: & audierit pater ejus vota ejus, & definitiones ejus, quas definivit adversùs animam ſuam, & tacuerit pater ejus, & ſtabunt omnia vota ejus:

5. & omnes definitiones ejus, quas definivit adversùs animam ſuam, manebunt ei:

6. ſi autem abnuens abnuerit pater ejus, quacunque die audierit omnia vota ejus, & definitiones ejus quas definivit adversùs animam ſuam, non ſtabunt: & Dominus emundabit eam, quia abnuit pater ejus.

7. Si autem facta fuerit viro, & vota ejus ſuper eam, ſecundùm diſtinctionem labiorum ejus, quanta definivit adversùs animam ſuam:

8. & audierit vir ejus, & tacuerit ei quacunque die audierit, & ita ſtabunt omnia vota ejus; & definitiones ejus, quas definivit adversùs animam ſuam, ſtabunt:

9. ſi autem abnuens abnuerit vir ejus in quacunque die audierit, omnia vota ejus, & definitiones ejus, quas definivit adversùs animam ſuam, non manebunt, quoniam vir abnuit ab ea: & Dominus mundabit eam.

10. Et votum viduæ & expulſæ, quæcunque voverit adversùs animam ſuam, manebunt ei. *Ibid. 553. b. ſqq.*

11. Si autem in domo viri ejus votum ejus, aut definitio quæ adversùs animam ejus cum jurejurando,

12. & audierit vir ejus, & tacuerit ei, & non abnuerit ei, & ſtabunt omnia vota ejus, & omnes definitiones, quas definivit adversùs animam ſuam, ſtabunt adversùs eam.

13. Si autem circumauferens circumauferat vir ejus, quacunque die audierit, omnia quæcunque exierint ex labiis ejus, ſecundùm vota ejus, & ſecundùm definitiones, quæ adversùs animam ejus, non manent ei: vir ejus circumabſtulit, & Dominus mundabit eam.

14. Omne votum, & omne jusjurandum vinculi affligere animam, vir ejus ſtatuet ei, & vir ejus circumauferet:

15. ſi autem tacens tacuerit ei diem ex die, & ſtatuet ei omnia vota ejus, & definitiones, quæ ſuper ipſam, ſtatuet ei: quoniam tacuit ei, die quo audivit:

16. ſi autem circumauferens circumauferat vir ejus poſt diem quem audivit, & accipiet peccatum ſuum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Aug. Locut. 92. to. 3. 363. b.

℣. 4. Similia prorſus in Græco. Eadem iterum refert Auguſt. Locut. 92..... 96. to. 3. 363. b. exceptis duobus, *cùm autem*, pro *ſi autem*, & *definitione*, loco *definitionem*; at in Græco ἐὰν δὲ, & infra ὁρισμὸν, non ὁρισμῶ.

℣. 5. Ita Gr. ex edit. Compl. nam in cod. Vatic. & al. omittitur *ejus*, poſt *definitiones*.

℣. 6. Iterum hîc Gr. Vat. delet *ejus*, poſt *definitiones*, quod retinent Mſ. Alex. & Compl. reliqua ad verbum quadrant. *Quod autem ait*, inquit Aug. ibid. *adversùs animam ſuam*, id eſt, *adversùs animalem delectationem*, vel ut in Locut. 363. c. *adversùs delectationes animæ ſuæ*. Item inf. in Quæſt. *Emundabit, dixit*; id eſt, *à voti non impleti crimine abſolvet*: & col. 553. b. *mundabit eam*, id eſt, *mundam judicabit*.

℣. 7. Græcè, pro *facta fuerit*, eſt γενομένη γένηται, Auguſtinus Locut. 97. p. 363. c. *intelligitur, nupſerit*. Item loco *ſuper eam*, legitur ἐπ' αὐτῇ, at in edit. Compl. ἐπ' αὐτήν; Aug. Locut. 98. *Subauditur* ſunt, *quod nonnulli Interpretes etiam addiderunt*; demum pro *quanta*, ὅς, in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. ὅσα; ſi autem retineatur ὅς, ſubintelligendum videtur οἱ ὁρισμοὶ, ex Nobil.

℣℣. 8. 9. 10. Totidem verba leguntur Græcè.

℣. 11. In Græco omittitur *quæ*, cujus loco Mſ. Oxon. habet αὐτῆς, reliqua concordant.

℣. 12. Græc. addit αὐτῆς, poſt *definitiones*, quod Mſ. Alex. delet cum Ald. edit. cætera quadrant.

℣. 13. Ad verbum è Græco, præter unum *manent*, pro quo μενεῖ, *manebit*, vel *manebunt*; nam hoc ultimum dici poteſt ob neutrum antecedens πάντα ὅσα. Eadem rurſus habet Aug. Locut. 99. to. 3. 363. d. ab his, *omnia quæcunque*, ad hoc, *vir ejus*; ſed legit, *manet ei*, non *manent*; additque: *Cùm exſpectaretur numerus pluralis, ut diceret*, non manent ei; *nam ita nonnulli interpretati ſunt vitantes iſtum, quaſi ſolæciſmum:* ac ſi ipſe non adverterit S. Doctor hoc uſu vigere apud Græcos, ut plurale neutrum jungatur cum verbo ſingulari; nil etiam uſitatius apud LXX. ut vel ex eo loco liquet.

℣. 14. Ita Græc. habet, niſi excipias verbum *affligere*, pro quo κακῶσαι, poterat enim verti, *de affligenda anima*, ex Nobilio.

℣℣. 15. 16. Nil melius è Græco. Vid. Aug. infra.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

17. Istæ sunt leges, quas constituit Dominus Moysi, inter virum & uxorem, inter patrem & filiam, quæ in puellari adhuc ætate est, vel quæ manet in parentis domo.

17..... *Vide Not.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 17. Ultima quæ desunt sic habentur Græcè: Ταῦτα τὰ δικαιώματα, ὅσα ἐνετείλατο Κύριος τῷ Μωυσῆ, ἀναμέσον ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ ἀναμέσον πατρὸς καὶ θυγατρὸς, ἐν νεότητι, ἐν οἴκῳ πατρός· *Hæ justificationes, quascunque mandavit Dominus Moysi, inter virum & uxorem ejus, & inter patrem & filiam, in juventute, in domo patris.*

CAPUT XXXI.

VULGATA NOVA.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Ulciscere priùs filios Israël de Madianitis, & sic colligêris ad populum tuum.

3. Statimque Moyses, Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui possint ultionem Domini exSup. 25. 17. petere de Madianitis:

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 100. *t.* 3. 363. *d.* 4. mille ex tribu, & mille ex tribu ex omnibus tribubus Israël.....

Aug. quæst. 60. *in Num. t.* 3. 554. *d.* 6. & misit eos Moyses mille ex tribu, & mille ex tribu cum virtute eorum.....

Aug. Locut. 101. 363. *c.* 8..... interfecerunt in gladio.....

Aug. quæst. 62. *in Num.* 555. *a.* 9. Et prædam egerunt mulieres Madian, & supellectilem eorum, & pecora eorum, & omnia quæ possederant: & virtutem eorum depræ-dati sunt:

Aug. Locut. 102. & 103. 363. *c.* 10. & omnes civitates eorum quæ in habitationibus eorum, & villas eorum succenderunt in igni.

VULGATA NOVA.

4. mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israël, qui mittantur ad bellum.

5. Dederuntque millenos de singulis tribubus, id est, duodecim millia expeditorum ad pugnam:

6. quos misit Moyses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis, vasa quoque sancta, & tubas ad clangendum tradidit ei.

7. Cùmque pugnassent contra Madianitas atque vicissent, omnes mares occiderunt,

8. & reges eorum, Evi, & Recem, & Sur, *Jos.* 13. & Hur, & Rebe, quinque principes gentis: 21. Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio.

9. Ceperuntque mulieres eorum, & parvulos, omniaque pecora, & cunctam supellectilem: quidquid habere potuerant, depopulati sunt:

10. tam urbes quàm viculos & castella flamma consumpsit.

VULGATA NOVA.

11. Et tulerunt prædam, & universa quæ ceperant tam ex hominibus quàm ex jumentis,

12. & adduxerunt ad Moysen, & Eleazarum sacerdotem, & ad omnem multitudinem filiorum Israël: reliqua autem utensilia portaverunt ad castra in campestribus Moab juxta Jordanem contra Jericho.

13. Egressi sunt autem Moyses & Eleazar sacerdos, & omnes principes synagogæ, in occursum eorum extra castra.

14. Iratusque Moyses principibus exercitus, tribunis, & centurionibus qui venerant de bello,

VERSIO ANTIQUA.

Idem quæst. 63. *in Num.* 555. *b.* 15..... Ut quid vivificastis omne femininum?

16. Hæc enim fuerunt filiis Israël secundùm verbum Balaam, ut recedere facerent & despicere verbum Domini propter Phogor.....

VULGATA NOVA.

15. ait: Cur feminas reservastis?

16. Nonne istæ sunt, quæ deceperunt filios Sup. 25. Israël ad suggestionem Balaam, & prævaricari 18. vos fecerunt in Domino super peccato Phogor, unde & percussus est populus?

17. Ergo cunctos interficite quidquid est ge- *Jud.* 21. neris masculini, etiam in parvulis: & mulieres, 11. quæ noverunt viros in coitu, jugulate:

Aug. Locut. 104. *p.* 363. *e.* 18. & omnem multitudinem mulierum, quæ non novit concubitum masculi, vivificate:

18. puellas autem & omnes feminas virgines reservate vobis:

VULGATA NOVA.

19. & manete extra castra septem diebus. Qui occiderit hominem, vel occisum tetigerit, lustrabitur die tertio & septimo.

20. Et de omni præda, sive vestimentum fuerit, sive vas, & aliquid in utensilia præparatum, de caprarum pellibus, & pilis, & ligno, expiabitur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. In Græco deest καὶ, post *tribu*; additur verò υἱῶν, *filiorum*, alteri *tribubus*; sola edit. Compl. tollit υἱῶν.

℣. 6. Hîc etiam Græcè deest καὶ, post *tribu*; sed hoc admittunt Mss. Alex. ac editt. Ald. & Compl. cum August. cætera quadrant.

℣. 8. Quærit hîc Aug. quæst. 61. to. 3. 554. e. *Quomodo, quando Israëlitæ Madianitas debellaverunt, interfectum dicat Scriptura Balaam*, cùm dicatur sup. c. 24. ℣. 25. Balaam reversum esse in locum suum. Vide seqq. ibid.

℣. 9. Aptè ad Græcum

℣. 10. Ad verbum è Græco: addit Aug. ibid. *Usitatè diceretur*, succenderunt igni, ut sup. ℣. 8. *interfecerunt gladio.*

℣. 15. Ita in Græco.

℣. 16. In editt. August. corruptè legitur: *Hoc enim fecerunt filii Israël*; nam in Mss. constanter: *Hæc enim fuerunt filiis Israël*, &c. è Græco, αὗται γὰρ ἦσαν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. Item inf. τῷ ἀποστῆσαι, seu cum edit. Ald. ἀποστατῆσαι, loco *ut recedere facerent.*

℣. 18. Ita de Græco, nisi excipias vocem *multitudinem*, pro qua, ἀπαρθίαν, quæ propriè significat *supellectili-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

21. Eleazar quoque ſacerdos, ad viros exercitus qui pugnaverant, ſic locutus eſt : Hoc eſt præceptum legis, quod mandavit Dominus Moyſi :
Lev. 6. 28. & 11. 33. & 15. 11.
22. Aurum, & argentum, & æs, & ferrum, & plumbum, & ſtannum,
23. & omne quod poteſt tranſire per flammas, igne purgabitur : quidquid autem ignem non poteſt ſuſtinere, aquâ expiationis ſanctificabitur :
24. & lavabitis veſtimenta veſtra die ſeptimo, & purificati poſtea caſtra intrabitis.
25. Dixit quoque Dominus ad Moyſen :
26. Tollite ſummam eorum quæ capta ſunt, ab homine uſque ad pecus, tu & Eleazar ſacerdos & principes vulgi :
27. divideſque ex æquo prædam, inter eos qui pugnaverunt egreſſique ſunt ad bellum, & inter omnem reliquam multitudinem :

VULGATA NOVA.

28. & ſeparabis partem Domino ab his qui pugnaverunt & fuerunt in bello, unam animam de quingentis, tam ex hominibus quàm ex bobus & aſinis & ovibus,
29. & dabis eam Eleazaro ſacerdoti, quia primitiæ Domini ſunt.

VERSIO ANTIQUA.

28..... & à dimidia parte eorum accipietis, *Aug. ubi ſup.*
29. & dabis ea Eleazar ſacerdoti primitias Domini. *Idem Locut. 105. 363. c.*

VULGATA NOVA.

30. Ex media quoque parte filiorum Iſraël accipies quinquageſimum caput hominum, & boum, & aſinorum, & ovium, cunctorum animantium, & dabis ea Levitis, qui excubant in cuſtodiis tabernaculi Domini.
31. Feceruntque Moyſes & Eleazar, ſicut præceperat Dominus.
32. Fuit autem præda, quam exercitus ceperat, ovium ſexcenta ſeptuaginta quinque millia,
33. boum ſeptuaginta duo millia,
34. aſinorum ſexaginta millia & mille :

VULGATA NOVA.

35. animæ hominum ſexus feminei, quæ non cognoverant viros, triginta duo millia.

VERSIO ANTIQUA.

35. & animæ hominum à mulieribus, quæ non cognoverunt concubitum viri, omnis anima duo & triginta millia. *Ibid. Locut. 106.*

VULGATA NOVA.

36. Dataque eſt media pars his qui in prælio fuerant, ovium trecenta triginta ſeptem millia quingentæ :
37. è quibus in partem Domini ſupputatæ ſunt oves ſexcentæ ſeptuaginta quinque.
38. Et de bobus triginta ſex millibus, boves ſeptuaginta & duo :
39. de aſinis triginta millibus quingentis, aſini ſexaginta unus :
40. de animabus hominum ſedecim millibus, ceſſerunt in partem Domini triginta duæ animæ.
41. Tradiditque Moyſes numerum primitiarum Domini Eleazaro ſacerdoti, ſicut fuerat ei imperatum,
42. ex media parte filiorum Iſraël, quam ſeparaverat his qui in prælio fuerant.
43. De media verò parte quæ contigerat reliquæ multitudini, id eſt, de ovibus trecentis triginta ſeptem millibus quingentis,
44. & de bobus triginta ſex millibus,
45. & de aſinis triginta millibus quingentis,
46. & de hominibus ſedecim millibus,
47. tulit Moyſes quinquageſimum caput, & dedit Levitis, qui excubabant in tabernaculo Domini, ſicut præceperat Dominus.
48. Cùmque acceſſiſſent principes exercitus ad Moyſen, & tribuni, centurioneſque, dixerunt :
49. Nos ſervi tui recenſuimus numerum pugnatorum, quos habuimus ſub manu noſtra : & ne unus quidem defuit.
50. Ob hanc cauſam offerimus in donariis Domini ſinguli quod in præda auri potuimus invenire, periſcelides & armillas, annulos & dextralia, ac murænulas, ut depreceris pro nobis Dominum.
51. Suſceperuntque Moyſes, & Eleazar ſacerdos, omne aurum in diverſis ſpeciebus,
52. pondo ſedecim millia, ſeptingentos quinquaginta ſiclos, à tribunis & centurionibus.
53. Unuſquiſque enim quod in præda rapuerat, ſuum erat.

VULGATA NOVA.

54. Et ſuſceptum intulerunt in tabernaculum teſtimonii, in monimentum filiorum Iſraël coram Domino.

VERSIO ANTIQUA.

54. Et accepit Moyſes & Eleazar ſacerdos aurum à chiliarchis, & à centurionibus, & intulit ea in tabernaculum teſtimonii..... *Aug. Locut. 107. 363. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

lem & ſarcinam. Græc. etiam addit ἀνιτάς, ad verbum *vivificate.* Obſervat Aug. ibid. *Nuſquam certiùs* apparere, *Hebræa locutione mulieres etiam dici virgines ſolere.*

℣℣. 28. 29. Gr. ἀπὸ τὸ ἡμίους, *à dimidio*, nec addit *ea*, poſt *dabis*; reliqua ut in Lat. ſup.

℣. 35. Ita in Græco; excepto plurali πᾶσαι ψυχαὶ, *omnes animæ*, loco *omnis anima*; in Mſ. tamen Alex. & ed. Ald. legitur πᾶσα ψυχή. Idem notat hîc Aug. quod ſup. ad ℣. 18.

℣. 54. Ad verbum è Græco. Addit Auguſt. ibid. *Videtur dicere debuiſſe :* & intulit illud in tabernaculum teſtimonii : *quoniam aurum acceptum eſſe prædixerat, & plerique Latini codices ſic habent : ſed ideo pluraliter videtur illatum ut diceret*, intulit ea, *quia multa vaſa fuerant ſuperiùs commemorata, in quibus erat hoc aurum.*

Digitized by Google

CAPUT XXXII.

Versio antiqua.

Aug. Locut. 108. 1. ET pecora, multitudo erat filiis Ruben & filiis Gad, multitudo copiosa valde. Et vi-
v. 3. 363. *g.* derunt regionem Jazer, & regionem Galaad:
Idem. Locut. 109. & erat locus, locus pecoribus:
364. *a.*
Ibid. Locut. 110. 2. & accedentes filii Ruben & filii Gad, dixerunt ad Moysen, & Eleazar sacerdotem, & ad principes synagogæ, dicentes:

Vulgata nova.

1. FIlii autem Ruben & Gad habebant pecora multa, & erat illis in jumentis in- *Deut.* 3.
finita substantia. Cùmque vidissent Jazer & Ga- 12.
laad aptas animalibus alendis terras,

2. venerunt ad Moysen, & ad Eleazarum sacerdotem, & principes multitudinis, atque dixerunt:

Vulgata nova.

3. Ataroth, & Dibon, & Jazer, & Nemra, liorum Israël, regio uberrima est ad pastum anima-
Hesebon, & Eleale, & Saban, & Nebo, & Beon, lium: & nos servi tui habemus jumenta plurima:
4. terra, quam percussit Dominus in conspectu fi-

Versio antiqua.

Ibid. Locut. 111. 5..... detur terra ista famulis tuis in possessionem.....

Vulgata nova.

5. precamurque si invenimus gratiam coram te, ut des nobis famulis tuis eam in possessionem, nec facias nos transire Jordanem.

Vulgata nova.

6. Quibus respondit Moyses: Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hic sedebitis?

7. Cur subvertitis mentes filiorum Israël, ne transire audeant in locum, quem eis daturus est Dominus?

8. nonne ita egerunt patres vestri, quando missi de Cadesbarne ad explorandam terram?

9. Cùmque venissent usque ad vallem botri, lus- *Sup.* 13.
trata omni regione, subverterunt cor filiorum Israël, 24.
ut non intrarent fines, quos eis Dominus dedit.

10. Qui iratus juravit, dicens: *Sup.* 14. 29.

Versio antiqua.

Ibid. Locut. 112. 11..... non enim secuti sunt post me,

12. præter Chaleb filius Jephone.....

Aug. Locut. 113. 13..... donec consumeretur omnis generatio,
v. 3. 364. *b.* facientes maligna in conspectu Domini.

Vulgata nova.

11. Si videbunt homines isti, qui ascenderunt ex Ægypto, à viginti annis & supra, terram, quam sub juramento pollicitus sum Abraham, Isaac, & Jacob: & noluerunt sequi me,

12. præter Caleb filium Jephone Cenezæum, & Josue filium Nun: isti impleverunt voluntatem meam.

13. Iratusque Dominus adversùm Israël, circumduxit eum per desertum quadraginta annis, *Deut.* 2.
donec consumeretur universa generatio, quæ fe- 14.
cerat malum in conspectu ejus.

Vulgata nova.

14. Et ecce, inquit, vos surrexistis pro patribus vestris, incrementa, & alumni hominum peccatorum, ut augeretis furorem Domini contra Israël.

15. Quòd si nolueritis sequi eum, in solitudine populum derelinquet, & vos causa eritis necis omnium.

Versio antiqua.

Ibid. Locut. 114. 16. Et accesserunt ei, & dixerunt.....

Vulgata nova.

16. At illi prope accedentes, dixerunt: Caulas ovium fabricabimus, & stabula jumentorum, parvulis quoque nostris urbes munitas:

Vulgata nova.

17. nos autem ipsi armati & accincti pergemus ad prælium ante filios Israël, donec introducamus eos ad loca sua. Parvuli nostri, & quidquid habere possumus, erunt in urbibus muratis, propter habitatorum insidias.

18. Non revertemur in domos nostras, usque dum possideant filii Israël hæreditatem suam:

19. nec quidquam quæremus trans Jordanem, quia jam habemus nostram possessionem in orientali ejus plaga.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Rectè è Græco, saltem Alex. & Oxon. nec non Ald. & Compl. ubi legitur πολλῆς πολὺ φόβος, nam in Mss. Vatic. deest πολύ. Observat Aug. ibid. non dictum, *Et pecorum multitudo erat.* Fac. Herm. l. 7. ap. Sirm. to. 2. 627. a. eadem sic narrat: *Cùm pergeret populus Israël ad capiendam omnem terram, quam Dñus Abrahæ promiserat, filii Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse, antequam fuissent Jordanem ingressi, regionem Jazer, & regionem Galaaditim habitare delegerant, eò quòd esset locus aptus jumentis, quorum eis multa erat copia: nec voluerunt ultra Jordanem possessionem capere cum tribubus Israël, qui tamen perrexerunt cum fratribus suis in terram Chanaan ad debellandas gentes, quas expulit Dominus ante faciem eorum.*

℣. 2. Simliter in Græco, modò reponatur *ad*, ante *Eleazar*; legitur enim ἢ πρὸς Ἐλεάζαρ· mox August. ibid. *Non est ista, vel Græca, vel Latina locutio*, dixerunt dicentes, *sed Hebræa videtur.*

℣. 5. Ita rursum in Græco.

℣℣. 11. 12. In Græco, ἐὰν γὰρ συνεπικολουθήσωσιν ὀπίσω μου, &c. ut in Lat. Addit Aug. ibid. *Videtur dicere debuisse*, præter Chaleb filium Jephone; *sed nominativè intulit, quia præcessit*, secuti sunt. *Est autem ista locutio etiam Latina, sed rara.* Nota *Jephone*, Græcè scribi Ἰεφοννί, al. Ἰεφοννεί, al. Ἰεφθοννί.

℣. 13. Similiter in Græco, excepto verbo, ἐξανηλώθη, *consumpta est*, pro *consumeretur.*

℣. 16. August. ibid. *Non ait*, inquit, *quod usitatum est*, accesserunt ad eum. Gr. αὐτῷ. Capitul. LXVII. sup. hæc dicta addit à Ruben & Gad: *Mulieres nostras, & pecora nostra relinquemus hic: & nos præcedemus ante populum armati, & ordinati.* Pro quibus in Græco: Ἐταύλεις περιβάτων οἰκοδομήσομεν ὧδε τοῖς κτήνεσιν ἡμῶν, καὶ πόλεις ταῖς ἀποσκευαῖς ἡμῶν· ἡμεῖς δὲ ἐξοπλισάμενοι προπορευσόμεθα πρὸ προσώπου τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, &c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Joſ. 1. 14. 20. Quibus Moyſes ait : Si facitis quod promittitis, expediti pergite coram Domino ad pugnam :
21. & omnis vir bellator armatus Jordanem tranſeat, donec ſubvertat Dominus inimicos ſuos,
22. & ſubjiciatur ei omnis terra : tunc eritis inculpabiles apud Dominum & apud Iſraël, & obtinebitis regiones, quas vultis, coram Domino.
23. Sin autem quod dicitis, non feceritis, nulli dubium eſt quin peccetis in Deum : & ſcitote quoniam peccatum veſtrum apprehendet vos.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

24. Ædificate ergo urbes parvulis veſtris, & caulas & ſtabula ovibus ac jumentis : & quod polliciti eſtis implete.
24. Et ædificabitis vobis ipſis civitates impedimentis veſtris..... *Aug. Locut.* 115. 364. c.

Joſ. 4. 12. 25. Dixeruntque filii Gad & Ruben ad Moyſen : Servi tui ſumus, faciemus quod jubet dominus noſter.

26. Parvulos noſtros, & mulieres, & pecora ac jumenta relinquemus in urbibus Galaad :
26. Impedimenta noſtra, & uxores noſtræ, & omnia pecora noſtra erunt in civitatibus Galaad : *Ibid. Locut.* 116.

27. nos autem famuli tui omnes expediti pergemus ad bellum, ſicut tu domine loqueris.
27. pueri autem tui tranſibunt omnes armati.....

28. Præcepit ergo Moyſes Eleazaro ſacerdoti, & Joſue filio Nun, & principibus familiarum per tribus Iſraël, & dixit ad eos :
28. Et commendavit eis Moyſes Eleazar ſacerdotem, & Jeſum filium Nave, & principes familiarum tribuum Iſraël..... *Ibid. Locut.* 117.

Deut. 3. 12. *Joſ.* 13. 8. & 22. 4. 29. Si tranſierint filii Gad & filii Ruben vobiſcum Jordanem, omnes armati ad bellum coram Domino, & vobis fuerit terra ſubjecta : date eis Galaad in poſſeſſionem.

30. Sin autem noluerint tranſire armati vobiſcum in terram Chanaan, inter vos habitandi accipiant loca.
30. Si autem non tranſierint armati vobiſcum in bellum in conſpectu Domini, & transferte impedimenta eorum..... *Idem Locut.* 118. 364. e.

VULGATA NOVA.

31. Reſponderuntque filii Gad, & filii Ruben : Sicut locutus eſt dominus ſervis ſuis, ita faciemus :
32. ipſi armati pergemus coram Domino in terram Chanaan, & poſſeſſionem jam ſuſcepiſſe nos confitemur trans Jordanem.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

Joſ. 22. 4. 33. Dedit itaque Moyſes filiis Gad & Ruben, & dimidiæ tribui Manaſſe filii Joſeph, regnum Sehon regis Amorrhæi, & regnum Og regis Baſan, & terram eorum cum urbibus ſuis per circuitum.
33. Et dedit eis Moyſes filiis Gad & filiis Ruben..... *Ibid. Locut.* 119.

VULGATA NOVA.

34. Igitur extruxerunt filii Gad, Dibon, & Ataroth, & Aroer,
35. & Etroth, & Sophan, & Jazer, & Jegbaa,
36. & Bethnemra, & Betharan, urbes munitas, & caulas pecoribus ſuis.
37. Filii vero Ruben ædificaverunt Heſebon, & Eleale, & Cariathaim,
38. & Nabo, & Baalmeon, verſis nominibus, & abama quoque : imponentes vocabula urbibus, quas extruxerant.
39. Porro filii Machir, filii Manaſſe, perrexerunt in Galaad, & vaſtaverunt eam interfecto Amorrhæo habitatore ejus.
40. Dedit ergo Moyſes terram Galaad Machir filio Manaſſe, qui habitavit in ea.
41. Jair autem filius Manaſſe abiit & occupavit vicos ejus, quos appellavit Havoth Jair, id eſt, Villas Jair.
42. Nobe quoque perrexit, & apprehendit Chanath cum viculis ſuis : vocavitque eam ex nomine ſuo Nobe.

Gen. 50. 22.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 24. In Græco legitur, τῇ ἀποσκευῇ ὑμῶν, pro *impedimentis veſtris*, nec malè, nam ἀποσκευὴ, propriè, *apparatus*, *ſupellex*, *ſarcina*. Addit Aug. ibid. *Ac ſi diceret : Ædificabitis vobis ipſis civitates propter impedimenta veſtra.*

℣. 26. Græcè conſtanter, ἡ ἀποσκευὴ ἡμῶν, loco *impedimenta noſtra* ; reliqua ut in Lat. ſup.

℣. 27. Capitul. LXVII. ſup. addit, & *ordinati* ; ſimiliter in Græco : πάντες ἐνωπλισμένοι, καὶ ἐκτεταγμένοι.

℣. 28. Ita in Græco, niſi excipias primum καὶ συνέστησεν, & *conſtituit*, pro & *commendavit*. Auguſt. ibid. *Non ait*, inquit, Commendavit eos Moyſes Eleazar ſacerdoti, *quod utique ordo locutionis uſitata exigebat : per hos enim introducti ſunt in terram quam petebant ; unde magis illi iſtis, à quibus introducebantur, quàm iſti illis, quos introducebant, commendati videntur.*

℣. 30. Ita de Græco, niſi excipias ultima, & *transferte impedimenta eorum*, pro quibus ſic : καὶ διαβιβάζεσθε τὴν ἀποσκευὴν αὐτῶν, & *traducetis impedimenta eorum.*

℣. 33. Itidem Græcè. Notat verò Auguſt. *plus haberi*, eis. In Mſ. etiam Oxon. deeſt αὐτοῖς.

CAPUT XXXIII.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

1. HÆ ſunt manſiones filiorum Iſraël, qui egreſſi ſunt de Ægypto per turmas ſuas in manu Moyſi & Aaron,
1. HÆc ſunt caſtra filiorum Iſraël, qui egreſſi ſunt de terra Ægypti per turmas ſuas in manu Moyſi & Aaron, *Hieron. ep. ad Fab. t. 2. 587. b.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. ipſo initio hab. Καὶ οὗτοι οἱ σταθμοὶ, ſubinde ὡς ἐξῆλθον, *ex quo*, vel *poſtquam exierunt*, pro *qui*, &c. demum σὺν δυνάμει αὐτῶν, *cum virtute eorum*, loco *per turmas ſuas*. Hieron. addit : *Quas Græci*, ἀπάρσεις *vocant*.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

2..... *Vide Not. ad ℣. 1.*

Hieron. ubi sup. 588. a.

3. Moverunt autem castra de Rameſſe menſe primo, quintadecima die menſis primi, altera die poſt paſcha, egreſſi ſunt filii Iſraël in manu excelſa, in conſpectu omnium Ægyptiorum:

4. & Ægyptii ſepeliebant quos percuſſerat Dominus ex eis omne primogenitum in terra Ægypti, & in diis eorum fecit Dominus judicia.

Aud. l. de xlii. manſ. ap. Ambr. t. 2. 4. e.

5. Profecti autem filii Iſraël ex Rameſſe, caſtrametati ſunt in Socoth.

Ibid. 5. e. f.

6. Et profecti è Socoth, caſtrametati ſunt in Ethan, & eſt pars deſerti.

7. Et profecti ex Ethan, caſtrametati ſunt ad os Eroth, quæ eſt contra Beelſephon, & contra Magdalon.

Ibid. 6. c. ſeq.

8. Et profecti contra os Eroth, tranſierunt per medium maris in deſertum: & ambulaverunt viam trium dierum per deſertum ipſi, & caſtrametati ſunt in Marah.

9. Et profecti ex Marah venerunt in Elim: in Elim verò erant duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta arbores palmarum: & caſtrametati ſunt illic apud aquas.

Ibid. 7. c. e. f.

10. Et profecti ex Elim caſtrametati ſunt ſuper mare rubrum. Et profecti à mari rubro,

11. caſtrametati ſunt in deſertum Sin.

12. Et profecti de deſerto Sin, caſtrametati ſunt in Dephcha.

Ibid. 8. b. f.

13. Et profecti de Dephcha, caſtrametati ſunt in Halus.

14. Et profecti ex Halus, caſtrametati ſunt in Raphidim, & non erat illic aqua ad bibendum.

15. Et profecti ex Raphidim, caſtrametati ſunt

Ibid. 9. e.

in deſerto Sinai.

VULGATA NOVA.

2. quas deſcripſit Moyſes juxta caſtrorum loca, quæ Domini juſſione mutabant.

3. Profecti igitur de Rameſſe menſe primo, quintadecima die menſis primi, altera die phaſe, filii Iſraël in manu excelſa, videntibus cunctis Ægyptiis,

4. & ſepelientibus primogenitos, quos percuſſerat Dominus, (nam & in diis eorum exercuerat ultionem)

5. caſtrametati ſunt in Soccoth.

6. Et de Soccoth venerunt in Etham, quæ eſt in extremis finibus ſolitudinis.

7. Inde egreſſi venerunt contra Phihahiroth, quæ reſpicit Beelſephon, & caſtrametati ſunt ante Magdalum. *Exod. 14. 2.*

8. Profectique de Phihahiroth, tranſierunt per medium mare in ſolitudinem: & ambulantes tribus diebus per deſertum Etham, caſtrametati ſunt in Mara. *Exod. 15. 22.*

9. Profectique de Mara venerunt in Elim, ubi erant duodecim fontes aquarum, & palmæ ſeptuaginta: ibique caſtrametati ſunt. *Exod. 15. 27.*

10. Sed & inde egreſſi, fixerunt tentoria ſuper mare rubrum. Profectique de mari rubro,

11. caſtrametati ſunt in deſerto Sin.

12. Unde egreſſi, venerunt in Daphca.

13. Profectique de Daphca, caſtrametati ſunt in Alus.

14. Egreſſique de Alus, in Raphidim fixere tentoria, ubi populo defuit aqua ad bibendum.

15. Profectique de Raphidim, caſtrametati ſunt in deſerto Sinai. *Exod. 17. 1.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

nos propter linguæ proprietatem ſignificantiùs manſiones; *ſive quia de exercitu dicitur*, caſtra *tranſtulimus*: at hîc in Gr. non legitur ἀπάρζεις, quod propriè ſignificat *promotiones*, ſed ϛαθμοὶ, *ſtationes*. Verſu autem ſeq. utrumque exſtat hoc modo: Καὶ ἔγραψε Μωυσῆς τὰς ἀπάρσεις αὐτῶν, καὶ τὺς ϛαθμὺς αὐτῶν, διὰ ῥήματος Κυρίου· καὶ ἦσαν οἱ ϛαθμοὶ τῆς πορείας αὐτῶν. *Et ſcripſit Moyſes promotiones eorum, & ſtationes eorum per verbum Domini: & hæ ſtationes itineris eorum.*

℣. 3. In Græco ſimpliciter, Ἀπῆραν, vel ut in Mſ. Alex. Καὶ ἀπῆραν, *Promoverunt*, loco *Moverunt autem caſtra*; reliqua ad verbum ut ſup.

℣. 4. Gr. poſt *ſepeliebant*, addit: ἐξ αὐλῶν τὺς τεθνηκότας πάντας, *ex eis mortuos omnes*, deinde ſic: ὃς ἐπάταξε Κύριος, *quos percuſſit Dominus*, abſque ſeq. *ex eis*; item infra, loco *Dominus judicia*, habet τὴν ἐκδίκησιν Κύριος, *vindictam Dominus*; cætera ut in Lat. ſup. Notat Hieron. ibid. loco *judicia*, LXX. tranſtuliſſe *ultiones*.

℣. 5. In Græco, Καὶ ἀπάραντες, vel ut in Mſ. Alex. ac edit. Ald. & Compl. Ἀπάραντες δέ, *Promoventes autem*, loco *Profecti*; reliqua ut in Lat. ſupra. Hieron. epiſt. ad Fabiol. to. 2. 588. f. *Et proficiſcentes filii Iſraël ex Rameſſe, caſtrametati ſunt in Soccoth.* Gr. Σοκχώθ.

℣. 6. In Gr. conſtanter, Ἀπάραντες ἐκ Σοκχώθ, & pro *Ethan*, Βηθάν, ſequentia ſic: ὃ ἐστι μέρος τι τῆς ἐρήμου, i. e. *quæ eſt pars quædam deſerti*; at Mſ. Oxon. cum edit. Compl. delet τί. Hieron. ep. ad Fabiol. to. 2. 589. b. ſic: *Et profecti de Soccoth..... in Ethan, quæ eſt in extremo ſolitudinis.*

℣. 7. Græc. ut ſup. Καὶ ἀπῆραν ἐκ Βουθὼν, tum repetit ἦσαν, & pro *Eroth*, hab. Εἰρὼθ, al. Ἡρὼθ· item Βεελσεπτών, Mſ. Alex. Βεελσεφών· extremò ſic, ἦσαν παρεμβαλὼν ἀπέναντι Μαγδώλου, cætera ſimilia. Hieron. epiſt. ad Fabiol. to. 2. 589. c. *Profectique de Etham, reverſi ſunt ad Phihiroth, quod eſt contra Beelſephon, & caſtrametati ſunt è regione Magdol.*

℣. 8. Gr. Καὶ ἀπῆραν ἀπέναντι Εἰρὼθ, καὶ διέβησαν μέσον τῆς, &c. ut in Lat. ſup. niſi quòd pro *Marah*, hab. πικριῶν, *amaritudinibus*. Hieron. ep. ad Fabiol. to. 2. 589. f. ſic: *Et profecti de Phihiroth, tranſierunt per medium mare in deſerto: & ambulaverunt viam trium dierum in ſolitudine Etham, & caſtrametati ſunt in Mara;* quæ Mara, c

infit, *interpretatur* amaritudo. Nota hîc in Gr. loco *profecti*, ſcriptum eſſe conſtanter ἀπῆραν, *promoverunt*, paulòque poſt præponi ἦσαν, verbo *caſtrametati ſunt*, idque perpetuò ad finem uſque capitis; quod ſemel ultimùmque moneo.

℣. 9. Hîc iterum Græcè πικριῶν, *amaritudinibus*, pro *Marah*, & pro *Elim*, Αἰλὶμ, cui ſubjicitur ἦσαν, demtis ſeqq. *verò & erant*. Mſ. Alex. ſcribit Αἰλείμ, al. Ἐλείμ, al. Ἀλείμ; at ubique loco *arbores*, legitur ϛελέχη, i. e. *trunci*; & in fine, ὕδωρ, *aquam*, non *aquas*. Hieron. ep. ad Fabiol. 590. c. *Et profecti de Mara, venerunt in Elim, ubi erant duodecim fontes aquarum, & LXX. palmæ, ibique caſtrametati ſunt.*

℣. 10. Gr. conſtanter Αἰλίμ. Hieron. epiſt. ad Fabiol. 590. f. *Profectique de Elim, caſtrametati ſunt ad mare rubrum. Et profecti de mari rubro*, &c. Idem obſervat hanc manſionem in Exodo non haberi. Vide Exod. 16. 1.

℣. 11. Ita Gr. Hieron. epiſt. ad Fabiol. 590. b. *caſtrametati ſunt in ſolitudine Sin:* in Mſ. etiam Alex. ἐν τῇ ἐρήμῳ, in Vat. εἰς τὴν ἔρημον.

℣. 12. Ita Hieron. epiſt. ad Fabiol. 591. b. at in Gr. pro *Dephcha*, legitur Ῥαφαχὰ; in Mſ. Alex. Ῥαφαχάν. Monet hîc Hieron. *vertere ſe nomina juxta Hebraïcam veritatem; alioquin*, inquit, *in Græcis & Latinis codicibus præter pauca, omnia corrupta reperimus: & miror quoſdam eruditos, & eccleſiaſticos viros ea voluiſſe transferre quæ in Hebraico non habentur, & de malè interpretatis, fictas explanationes quærere, ut in præſenti pro* Dephca *legant Rephca, litteram ponentes pro littera, eò quòd Res, & Daleth, parvo apice diſtinguantur.*

℣. 13. Iterum hîc Ῥαφαχὰ, pro *Dephcha*, & pro *Halus* Αἰλές. Mſ. Oxon. hab. Σελὶς, ut & ℣. ſeq. Hieron. ep. ad Fabiol. leg. *Dephca*, & *Alus*; notatque hanc decimam manſionem in Exodo non haberi: *Creditur*, inquit, *in Sin eremo contineri.... ex quo perſpicuum eſt plures manſiones unius regionis vocabulo demonſtrari.* Vide Exod. 17. 1.

℣. 14. In Gr. conſtanter Αἰλὲς, item Ῥαφιδὶν, & pro *ad bibendum* ſic: τῷ λαῷ πιεῖν; at in edit. Compl. deeſt τῷ λαῷ. Hieron. epiſt. ad Fabiol. 592. c. *Profecti de Alus.... in Raphidim, & non erat ibi aqua populo.* Auguſt. Locut. 120. to. 3. 364. e. *Et non ibi erat aqua populo bibere.*

℣. 15. Similiter habet Hieron. op. ad Fabiol. 593. a.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
Exod. 19. 2.	16. Sed & de ſolitudine Sinai egreſſi, venerunt ad ſepulcra concupiſcentiæ.	16. Et profecti de deſerto Sinai, caſtrametati ſunt in ſepulcris concupiſcentiæ.	*Auct. l. de xlii. manſ.* 10. *d.*
Sup. 11. 34.	17. Profectique de ſepulcris concupiſcentiæ, caſtrametati ſunt in Haſeroth.	17. Et profecti ex ſepulcris concupiſcentiæ, caſtrametati ſunt in Aſeroth.	*Ibid.* 11. *a. b.*
Sup. 13. 1.	18. Et de Haſeroth venerunt in Rethma.	18. Et profecti ex Aſeroth, caſtrametati ſunt in Rethma.	
	19. Profectique de Rethma, caſtrametati ſunt in Remmomphares.	19. Et profecti ex Rethma, caſtrametati ſunt in Remon Phares.	
	20. Unde egreſſi, venerunt in Lebna.	20. Et profecti ex Remon Phares, caſtrametati ſunt in Lebna.	*Ibid.* 12. *b. c. d. f.*
	21. De Lebna, caſtrametati ſunt in Reſſa.	21. Et profecti ex Lebna, caſtrametati ſunt in Reſſa.	
	22. Egreſſique de Reſſa venerunt in Ceelatha.	22. Et profecti de Reſſa, caſtrametati ſunt in Çalatha.	
	23. Unde profecti, caſtrametati ſunt in monte Sepher.	23. Et profecti de Calatha, caſtrametati ſunt in Arſaphar.	
	24. Egreſſi de monte Sepher, venerunt in Arada.	24. Et profecti ex Arſaphar, caſtrametati ſunt in Arada.	*Ibid.* 13. *a. b. d. e. f.*
	25. Inde proficiſcentes, caſtrametati ſunt in Maceloth.	25. Et profecti de Arada, caſtrametati ſunt in Maceloth.	
	26. Profectique de Maceloth, venerunt in Thahath.	26. Et profecti de Maceloth, caſtrametati ſunt in Thaath.	
	27. De Thahath, caſtrametati ſunt in Thare.	27. Et profecti de Thaath, caſtrametati ſunt in Thare.	
	28. Unde egreſſi, fixere tentoria in Methca.	28. Et profecti de Thare, caſtrametati ſunt in Metcha.	
	29. Et de Methca, caſtrametati ſunt in Heſmona.	29. Et profecti ex Metcha, caſtrametati ſunt in Eſmona.	*Ibid.* 14. *c. e.*
	30. Profectique de Heſmona, venerunt in Moſeroth.	30. Et profecti ex Eſmona, caſtrametati ſunt in Moſeroth.	
	31. Et de Moſeroth, caſtrametati ſunt in Benejaacan.	31. Et profecti de Moſeroth, caſtrametati ſunt in Banejacham.	*Ibid.* 15. *a. c. e. f.*
Deut. 10. 7.	32. Profectique de Benejaacan, venerunt in montem Gadgad.	32. Et profecti de Banejacham, caſtrametati ſunt in monte Gadgad.	
	33. Unde profecti, caſtrametati ſunt in Jetebatha.	33. Et profecti de monte Gadgad, caſtrametati ſunt in Jethebatha.	
	34. Et de Jetebatha, venerunt in Hebrona.	34. Et profecti de Jethebatha, caſtrametati ſunt in Ebrona.	
	35. Egreſſique de Hebrona, caſtrametati ſunt in Aſiongaber.	35. Et profecti de Ebrona, caſtrametati ſunt in Aſiongaber.	*Ibid.* 16. *b. d. f.*
Sup. 20. 1.	36. Inde profecti, venerunt in deſertum Sin, hæc eſt Cades.	36. Et profecti de Aſiongaber, caſtrametati ſunt in deſerto Sin.	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

exceptis his, *de*, pro *ex*, & *ſolitudine*, pro *deſerto*. In Gr. ſcriptum, Σινᾶ, ut & ℣. ſeq.

℣. 16. Ita Græcè, ut & apud Hieron. epiſt. ad Fabiol. 593. f. qui iterum leg. *ſolitudine*, pro *deſerto*. Item infra 594. b. appellatum dicit locum, *ſepulcra concupiſcentiæ; ſive*, inquit, *ut in LXX. legimus*, memoria deſiderii. Gr. ἐν μνήμασι τῆς ἐπιθυμίας.

℣. 17. Ita Hieron. epiſt. ad Fabiol. 594. c. cum Gr.

℣. 18. Gr. ſcribit Ῥαθαμᾶ; Hieron. epiſt. ad Fabiol. 594. d. concinit cum Anonymo ſup.

℣. 19. Hîc denuo, Ῥαθαμᾶ, & in fine Ῥεμμὼν Φαρές, Ald. edit. Ῥεμβών, al. Ῥεμών, ut in Lat. ſup. Hieron. ep. ad Fabiol. 595. d. leg. *Remmon-Phares*.

℣. 20. In Græco conſtanter Ῥεμμών, & pro *Lebna*, Λεβωνᾶ, in edit. Ald. Λεμβωνᾶ. Hieron. ep. ad Fabiol. 595. f. *Remmon*, & *Lobna*; *quam*, inquit, *in* laterem *poſſumus vertere*, *licet quidam* Lebbona *transferentes malè* candorem *interpretati ſunt*.

℣. 21. Similiter hîc Λεβωνᾶ Græcè, & in fine Ῥεσσών, at in Mſ. Alex. ac edit. Compl. legitur Ῥεσσά, in Mſ. Oxon. Δεσσά, ſicut ℣. ſeq. Hieron. ep. ad Fabiol. 596. a. leg. *Reſſa*, & *Lebna*, non *Lobna*, ut ℣. 20.

℣. 22. Gr. ut ſup. Ῥεσσάν, ſed pro *Calatha*, hab. Μακελαθ, Mſ. Alex. Μακελάθ, ut & ℣. ſeq. Hieron. ep. ad Fabiol. 596. b. legit *Reſſa*, & *Caaltha*.

℣. 23. In Græco conſtanter Μακελαθ, & pro *in Arſaphar*, ſimpliciter εἰς Σαφάρ, at in Mſ. Alex. & Compl. ἐν Ἀρζαφάρ, in Ald. ἐν Ἀρσαφάθ: Hieron. ep. ad Fabiol. 596. c. *de Caaltha.... in monte Sapher*.

℣. 24. Gr. ἐκ Σαφὰρ.... εἰς Χαραδάθ, Mſ. Alex. ἐκ Σαρζαφάρ, Ald. edit. ἐξ ὄρους Ἀρζαφάθ. Hieron. ep. ad Fabiol. 596. f. *de monte Sapher..... in Arada*.

℣. 25. Hîc etiam Græcè ſcriptum, Χαραδάθ, in edit. Compl. Χαρδαί. Hieron. ep. ad Fabiol. 597. a. Anonymo favet.

℣. 26. Ita Hieron. epiſt. ad Fabiol. 597. b. Gr. extremò, Κεελαθ.

℣. 27. Succinit Hieron. epiſt. ad Fabiol. 597. c. Gr. ἐκ Καταλθ..... εἰς Ταραθ. Mſ. Alex. Θαραθ.

℣. 28. Hieron. epiſt. ad Fabiol. 597. f. ſcribit *Methca*: in Græco ſic: ἐκ Ταραθ..... εἰς Μαθεκά, Mſ. Oxon. Ματθεκάν.

℣. 29. Græc. ἐκ Μαθεκὰ.... εἰς Σεμωνᾶ. In Mſ. Alex. & Compl. Ἀζεμωνᾶ, al. Ἀσμωνά: Hieron. ep. ad Fab. 598. a. *de Methca.... in Aſmona*.

℣. 30. Gr. ἐκ Σεμωνᾶ.... εἰς Μαζερώθ. Hieron. ep. ad Fabiol. 598. b. *de Aſmona....in Moſeroth*. Notat Martianæus noſter invet. Mſ. Corb. ſcriptum *Muſeroth*.

℣. 31. Hieron. ep. ad Fabiol. 598. c. hîc & inf. ſcribit *Banejacan*; in Græco ſic: ἐκ Μασηρὼθ..... εἰς Βαναία, Mſ. Alex. Βανικάν, Ald. edit. Βαναχκάν, Compl. Μανιακάν.

℣. 32. Ita Hieron. epiſt. ad Fabiol. 599. a. Gr. conſtanter, ἐκ Βαναία, & pro *in monte*, εἰς τὸ ὄρος, *in montem*.

℣. 33. Sic eſt in Græco, excepto ultimo, Ἐβελαθά, in Mſ. Alex. Ἰεταβαθά, ut & ℣. ſeq. in Compl. Ἐτεμαθά. Hieron. ep. ad Fab. 599. b. *Jethbatha*, hîc & infra.

℣. 34. Hieron. epiſt. ad Fabiol. 599. c. ſcribit *Hebrona*. Gr. Ἑβρωνά.

℣. 35. Gr. εἰς Γεζιὼν Γάβερ. Hieron. ep. ad Fabiol. 599. d. textui Latino favet, legitque *Aſiongaber*; tum notat hoc nomen ſcribi *per* ain *litteram*, *non ut Græci & Latini errant*, *per* gimel.

℣. 36. Hieron. ep. ad Fabiol. 600. a. eadem refert; at ſubjungit proximè, *hæc eſt Cades*, omiſſis intermediis quæ in Græco leguntur, nempe poſt Σὶν, ſequuntur iſta: Καὶ ἀπῆραν ἐκ τῆς ἐρήμου Σὶν, καὶ παρενέβαλον εἰς τὴν ἔρημον Φαρὰν, αὕτη ἐστὶ Κάδης, i. e. *Et promoverunt de deſerto Sin, & caſtrametati ſunt in deſertum Pharan; hæc eſt Cades*. At

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Auct. l. de xlii. manſ. ubi ſup.

37. Et profecti de deſerto Sin, hæc eſt Cades, caſtrametati ſunt in Hor monte, prope terram Edom.

Hieron. ep. ad Fab. t. 2. 600. c.

38. Aſcenditque Aaron ſacerdos in montem Or, juxta præceptum Domini: & mortuus eſt ibi anno quadrageſimo egreſſionis filiorum Iſraël de terra Ægypti, menſe quinto, prima die menſis,

39. eratque Aaron centum viginti trium annorum, quando mortuus eſt in monte Or.

40. Et audivit Chananæus rex Arad, qui habitabat ad auſtrum, in terra Chanaan, quòd veniſſent filii Iſraël.

Auct. l. de xlii. manſ. 17. a. c. f.

41. Et profecti ex Hor monte, caſtrametati ſunt in Salmona.

42. Et profecti de Salmona, caſtrametati ſunt in Phinon.

43. Et profecti de Phinon, caſtrametati ſunt in Oboth.

Ibid. 18. b. d. f.

44. Et profecti ex Oboth, caſtrametati ſunt in Jeabarim, in eo quod ultra, in finibus Moab.

45. Et profecti ex Jeabarim, caſtrametati ſunt in Dibongad.

46. Et profecti ex Dibongad, caſtrametati ſunt in Elmon Deblathaim.

Ibid. 19. b. e.

47. Et profecti ex Elmon Deblathaim, caſtrametati ſunt ſuper montes Abarim contra Nebo.

48. Et profecti de finibus Abarim, venerunt ad occidentem Moab, ſupra Jordanem juxta Hiericho.

49. Ibique caſtrametati ſunt apud Jordanem inter Bethſimon uſque Belſachin in occidente Moab,

Aug. Locut. 121. 122. t. 3. 364. f.

51. Loquere filiis Iſraël, & dices ad eos.....

52..... & omnia idola, fuſilia eorum perdetis ea.....

VULGATA NOVA.

37. Egreſſique de Cades, caſtrametati ſunt in monte Hor, in extremis finibus terræ Edom.

38. Aſcenditque Aaron ſacerdos in montem Hor, jubente Domino: & ibi mortuus eſt anno quadrageſimo egreſſionis filiorum Iſraël ex Ægypto, menſe quinto, prima die menſis, *Sup. 20. 25. Deut. 32. 50.*

39. cùm eſſet annorum centum viginti trium.

40. Audivitque Chananæus rex Arad, qui habitabat ad meridiem, in terram Chanaan veniſſe filios Iſraël.

41. Et profecti de monte Hor, caſtrametati ſunt in Salmona.

42. Unde egreſſi, venerunt in Phunon.

43. Profectique de Phunon, caſtrametati ſunt in Oboth.

44. Et de Oboth, venerunt in Jieabarim, quæ eſt in finibus Moabitarum.

45. Profectique de Jieabarim, fixere tentoria in Dibongad.

46. Unde egreſſi, caſtrametati ſunt in Helmondeblathaim.

47. Egreſſique de Helmondeblathaim, venerunt ad montes Abarim contra Nabo.

48. Profectique de montibus Abarim, tranſierunt ad campeſtria Moab, ſupra Jordanem contra Jericho.

49. Ibique caſtrametati ſunt de Bethſimoth uſque ad Abelſatim in planioribus locis Moabitarum,

50. ubi locutus eſt Dominus ad Moyſen:

51. Præcipe filiis Iſraël, & dic ad eos: Quando tranſieritis Jordanem, intrantes terram Chanaan,

52. diſperdite cunctos habitatores terræ illius: confringite titulos, & ſtatuas comminuite, atque omnia excelſa vaſtate, *Deut. 7. 5. Jud. 2. 2.*

VULGATA NOVA.

53. mundantes terram, & habitantes in ea: ego enim dedi vobis illam in poſſeſſionem,

54. quam dividetis vobis ſorte. Pluribus dabitis latiorem, & paucis anguſtiorem. Singulis ut ſors ceciderit, ita tribuetur hæreditas. Per tribus & familias poſſeſſio dividetur.

55. Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ: qui remanſerint, erunt vobis quaſi clavi in oculis, & lanceæ in lateribus, & adverſabuntur vobis in terra habitationis veſtræ:

56. & quidquid illis cogitaveram facere, vobis faciam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in edit. Compl. deſunt, ἢ παρενέβαλον εἰς τὴν ἔρημον Φαράν.

℣. 37. Ita pergit Gr. Καὶ ἀπῆραν ἐκ Κάδης, ἢ παρενέβαλον εἰς Ὢρ τὸ ὄρος, πλησίον γῆς Ἐδώμ· pro quibus Hieron. ep. ad Fabiol. 600. d. legit: *Et profecti de Cades, caſtrametati ſunt in Or monte, in extremo terræ Edom.*

℣. 38. In Græco ſic: Καὶ ἀνέβη Ἀαρὼν ὁ ἱερεὺς διὰ προστάγματος, *Et aſcendit Aaron ſacerdos per præceptum*, abſque ſeq. *in montem Or*, quod tamen addit Mſ. Alex. hoc modo: πλησίον τοῦ ὄρους· exinde præponitur ἐν, voci *anno*, & pro *prima die menſis*, legitur ſimpliciter, μιᾷ τοῦ μηνός, *unâ menſis*; cætera ut in Lat. ſup.

℣. 39. Sic habet Gr. ſed vocibus ita inverſis: Καὶ Ἀαρὼν ἦν τριῶν ἢ εἴκοσι ἢ ἑκατὸν ἐτῶν..... ἐν Ὢρ τῷ ὄρει.

℣. 40. Paulò diſſimiliùs in Græco, nempe: Καὶ ἀκούσας ὁ Χαναὶς (in Mſ. Oxon. Χαναναῖος)..... ἢ ἔτος κατῴκει ἐν γῇ Χαναὰν ὅτε εἰσεπορεύοντο οἱ, &c. *Et audiens..... & iſte habitabat in terra Chanaan, quando ingrediebantur*, &c.

℣. 41. Gr. Σελμωνά, al. Σαλμωνά. Hieron. epiſt. ad Fabiol. 601. b. legit: *Et profecti de monte Or..... in Selmona.* Obſervat etiam hanc & ſeq. manſionem in ordine hiſtoriæ non inveniri, nempe ſup. c. 21. ℣. 4. *Unde*, inquit, *oſtenditur in finibus, atque circumitu terra Edom, eas poſitas.* Vide ſup.

℣. 42. Hieron. ep. ad Fabiol. 601. b. *Profectique de Selmona, venerunt in Phinon:* Gr. ἐκ Σελμωνα..... εἰς Φινώ, edit. Ald. ἐν Φινών, Compl. ἐν Φινώ, Mſ. Oxon. εἰς Φινών.

℣. 43. Similiter habet Hieron. ep. ad Fabiol. 601. f, cum Græco.

℣. 44. Similiter apud Hieron. epiſt. ad Fabiol. 602. b. præter hoc, *in eo quod ultra*, quod deeſt: Græc. pro *Jeabarim*, hab. Γαί, deinde ſic: ἐν τῷ πέραν, ἐπὶ τῶν ὁρίων Μωάβ, *in ulteriore, ſuper fines Moab.*

℣. 45. Ita Hieron. epiſt. ad Fabiol. 602. c. Gr. conſtanter, ἐκ Γαί..... εἰς Δαιβών Γάδ.

℣. 46. Græc. hîc & infra, ἐν Γελμών, pro *in Elmon*; Hieron. epiſt. ad Fabiol. 603. d. *in Almon*, ſicut ℣. ſeq.

℣. 47. Sic apud Hieron. epiſt. ad Fabiol. 603. f. præter hæc, *in montibus Abarim contra faciem Nabo.* Græc. ἐπὶ τὰ ὄρη τὰ Ἀβαρὶμ ἀπέναντι Ναβαύ.

℣. 48. Græcè, ἀπὸ ὀρέων, *à montibus*, loco *de finibus*; at in Compl. ὁρίων, al. ὀρείων: item pro *venerunt ad occidentem*, ſic, ἢ παρενέβαλον ἐπὶ δυσμῶν· & *caſtrametati ſunt ad occaſum*, &c. ut ſup. Hieron. epiſt. ad Fabiol. 604. a. *Et profecti de montibus Abarim, caſtrametati ſunt in campeſtribus Moab, ſuper Jordanem juxta Jericho.*

℣. 49. Gr. pro *Bethſimon*, hab. Αἰσιμώθ, & pro *Belſachin*, Βελσᾶ, Mſ. Alex. Βελζατὶμ κατὰ, Ald. edit. Βελζατεὶμ κατὰ, cod. Vat. τὸ κατὰ δυσμὰς Μωάβ. Hieron. epiſt. ad Fabiol. 604. a. *Ibique fixerunt tentoria, ab deſmo ſolitudinis, uſque Abel-Sittim in planitie Moab.*

℣℣. 51. 52. Ita in Gr. ad verbum.

Digitized by Google

CAPUT XXXIV.

VULGATA NOVA.

1. LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens:
2. Præcipe filiis Israël, & dices ad eos: Cùm ingressi fueritis terram Chanaan, & in possessionem vobis sorte ceciderit, his finibus terminabitur.
Jos. 15. 3. Pars meridiana incipiet à solitudine Sin, quæ est juxta Edom: & habebit terminos contra orientem mare salsissimum:
4. qui circuibunt australem plagam per ascensum Scorpionis, ita ut transeant in Senna, & perveniant à meridie usque ad Cadesbarne, unde egredientur confinia ad villam nomine Adar, & tendent usque ad Asemona:
5. ibitque per gyrum terminus ab Asemona usque ad torrentem Ægypti, & maris magni littore finietur.

VULGATA NOVA.

6. Plaga autem occidentalis à mari magno incipiet, & ipso fine claudetur.
7. Porro ad septentrionalem plagam à mari magno termini incipient, pervenientes usque ad montem altissimum,

VERSIO ANTIQUA.

6..... hoc erit vobis fines maris. *Aug. Locut. 123. 124. t. 3. 364. f.*

7. Et hoc erit vobis fines ad aquilonem.....

VULGATA NOVA.

8. à quo venient in Emath usque ad terminos Sedada:
9. ibuntque confinia usque ad Zephrona, & villam Enan: hi erunt termini in parte aquilonis.
10. Inde metabuntur fines contra orientalem plagam de villa Enan usque Sephama,
11. & de Sephama descendent termini in Rebla contra fontem Daphnim: inde pervenient contra orientem ad mare Cenereth,
12. & tendent usque ad Jordanem, & ad ultimum saltissimo claudentur mari. Hanc habebitis terram per fines suos in circuitu.
13. Præcepitque Moyses filiis Israël, dicens: Hæc erit terra, quam possidebitis sorte, & quam jussit Dominus dari novem tribubus, & dimidiæ tribui.
14. Tribus enim filiorum Ruben per familias suas, & tribus filiorum Gad juxta cognationum numerum, media quoque tribus Manasse,
15. id est, duæ semis tribus, acceperunt partem suam trans Jordanem contra Jericho ad orientalem plagam.
16. Et ait Dominus ad Moysen:
17. Hæc sunt nomina virorum qui terram vobis dividant; Eleazar sacerdos, & Josue filius Nun, *Jos. 14. 1. 2.*
18. & singuli principes de tribubus singulis,
19. quorum ista sunt vocabula: De tribu Juda, Caleb filius Jephone.
20. De tribu Simeon, Samuel filius Ammiud.
21. De tribu Benjamin, Elidad filius Chaselon.
22. De tribu filiorum Dan, Bocci filius Jogli.
23. Filiorum Joseph de tribu Manasse, Hanniel filius Ephod.
24. De tribu Ephraim, Camuel filius Sephthan.
25. De tribu Zabulon, Elisaphan filius Pharnach.
26. De tribu Issachar, dux Phaltiel filius Ozan.
27. De tribu Aser, Ahiud filius Salomi.
28. De tribu Nephthali, Phedael filius Ammiud.
29. Hi sunt, quibus præcepit Dominus ut dividerent filiis Israël terram Chanaan.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 6. 7. Ita de Græco verbum è verbo. Aug. ibid. *Non dixit:* hi erunt vobis.

CAPUT XXXV.

VULGATA NOVA.

1. HÆc quoque locutus est Dominus ad Moysen in campestribus Moab supra Jordanem, contra Jericho:
2. Præcipe filiis Israël ut dent Levitis de possessionibus suis *Jos. 21. 2.*

VULGATA NOVA.

3. urbes ad habitandum, & suburbana earum per circuitum: ut ipsi in oppidis maneant, & suburbana sint pecoribus ac jumentis:

VERSIO ANTIQUA.

3..... & erunt civitates eis habitare..... *Aug. Locut. 125. 364. f.*

VULGATA NOVA.

4. quæ à muris civitatum forinsecus, per circuitum, mille passuum spatio tendentur:
5. contra orientem duo millia erunt cubiti, & contra meridiem similiter erunt duo millia: ad mare quoque, quod respicit ad occidentem, eadem mensura erit, & septentrionalis plaga æquali termino finietur: eruntque urbes in medio, & foris suburbana.
Deut. 4. 41. & 19. 2. Jos. 20. 2. 6. De ipsis autem oppidis, quæ Levitis dabitis, sex erunt in fugitivorum auxilia separata, ut fugiat ad ea qui fuderit sanguinem: & exceptis his, alia quadraginta duo oppida,
7. id est, simul quadraginta octo cum suburbanis suis.
8. Ipsæque urbes, quæ dabuntur de possessionibus filiorum Israël, ab his qui plus habent, plures auferentur: & qui minus, pauciores: singuli juxta mensuram hæreditatis suæ dabunt oppida Levitis.
9. Ait Dominus ad Moysen:
10. Loquere filiis Israël, & dices ad eos: Quando transgressi fueritis Jordanem in terram Chanaan, *Deut. 19. 2. Jos. 20. 2.*

VULGATA NOVA.

11. decernite quæ urbes esse debeant in præ-

VERSIO ANTIQUA.

11. disponetis vobis civitates ad refugium: & *Ambr. de fug. sæc. c. 2. 419. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Ita Aug. juxta Mf. Alex. & Compl. in Vatic. ἐγ ἔσονται αὐτοῖς αἱ, &c. ut sup.

℣. 11. In Græco sic: Διαχειτε ὑμῖν αὐτοῖς πόλεις φυγαδευτήρια ἔσαι ὑμῖν φυγεῖν ἐκεῖ τὸν φονευτὴ, πᾶς ὁ πα-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. ubi sup. erunt vobis refugia, quò refugiat homicida omnis, qui percusserit animam invitus :

Aug. quæst. 64. in Num. t. 3. 556. a. 12. & erunt civitates vobis refugia à vindicante sanguinem, & non morietur is qui occidit, quoadusque stet in conspectu synagogæ in judicium.

Ambr. de fug. sæc. c. 2. 419. b. 13..... sex civitates ad refugia erunt vobis,

14. tres civitates dabitis trans Jordanem, & tres civitates dabitis in terra Chanaan,

Aug. Locut. 127. 364. g. 15..... & incolæ qui in vobis, istæ civitates in refugium.....

VULGATA NOVA.

fidia fugitivorum, qui nolentes sanguinem fuderint :

12. in quibus cùm fuerit profugus, cognatus occisi non poterit eum occidere, donec stet in conspectu multitudinis, & causa illius judicetur.

13. De ipsis autem urbibus, quæ ad fugitivorum subsidia separantur, *Deut. 4. 41.*

14. tres erunt trans Jordanem, & tres in terra Chanaan, *Jos. 20. 7. 8.*

15. tam filiis Israël quàm advenis atque peregrinis, ut confugiat ad eas qui nolens sanguinem fuderit.

VULGATA NOVA.

16. Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit qui percussus est : reus erit homicidii, & ipse morietur.

17. Si lapidem jecerit, & ictus occubuerit : similiter punietur.

18. Si ligno percussus interierit : percussoris sanguine vindicabitur.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 65. in Num. t. 3. 556. b. 19. Qui vindicat sanguinem, ipse interficiet homicidam : cùm occurrerit ei iste, interficiet eum.

VULGATA NOVA.

19. Propinquus occisi, homicidam interficiet : statim ut apprehenderit eum, interficiet.

VULGATA NOVA.

Deut. 19. 11. 20. Si per odium quis hominem impulerit, vel jecerit quippiam in eum per insidias :

21. aut cùm esset inimicus, manu percusserit, & ille mortuus fuerit : percussor, homicidii reus erit : cognatus occisi statim ut invenerit eum, jugulabit.

22. Quòd si fortuitu, & absque odio

23. & inimicitiis, quidquam horum fecerit,

24. & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atque inter percussorem & propinquum sanguinis quæstio ventilata :

25. liberabitur innocens de ultoris manu, & reducetur per sententiam in urbem, ad quam confugerat, manebitque ibi, donec Sacerdos magnus, qui oleo sancto unctus est, moriatur.

26. Si interfector extra fines urbium, quæ exulibus deputatæ sunt,

27. fuerit inventus, & percussus ab eo qui ultor est sanguinis : absque noxa erit qui eum occiderit :

28. debuerat enim profugus usque ad mortem Pontificis in urbe residere : postquam autem ille obierit, homicida revertetur in terram suam.

29. Hæc sempiterna erunt, & legitima in cunctis habitationibus vestris.

30. Homicida sub testibus punietur : ad unius testimonium nullus condemnabitur.

31. Non accipietis pretium ab eo qui reus est sanguinis, statim & ipse morietur.

32. Exules & profugi ante mortem Pontificis nullo modo in urbes suas reverti poterunt :

33. ne polluatis terram habitationis vestræ, quæ insontium cruore maculatur : nec aliter expiari potest, nisi per ejus sanguinem, qui alterius sanguinem fuderit.

34. Atque ita emundabitur vestra possessio, me commorante vobiscum : ego enim sum Dominus qui habito inter filios Israël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

τάξας ψυχὴν ἀκουσίως. *Distinguetis vobis ipsis civitates : refugia erunt vobis, fugere illò homicidam, omnis qui percussit animam non sponte.* August. similiter Locut. 126. to. 3. 364. g. *refugia erunt vobis, fugere illò homicidam.*

℣. 12. Hoc, *à vindicante sanguinem*, sic habetur Græcè : ἀπὸ τοῦ ἀγχιστεύοντος τὸ αἷμα, id est, *ab eo qui propinquus est sanguine*, vel, *ab ea qui jure propinquitatis repetit sanguinem*, vel, *à redimente sanguinem* ; reliqua similia.

℣. 13. Græc. Καὶ αἱ πόλεις ἃς λώζεσθε τὰς ἐξ πόλεως, φυγαδευτήρια ἔσονται ὑμῖν.

℣. 14. Ita in Græco, verbum pro verbo.

℣. 15. Græc. Καὶ τῷ προσήλυτῳ τῷ ἐν ὑμῖν, ἔσονται αἱ πόλεις αὗται, &c. *Et incolæ qui in vobis, erunt civitates istæ*, &c. ut supra.

℣. 19. Rectè è Græco, nisi excipias verbum *vindicat*, pro quo constanter, ὁ ἀγχιστεύων, ut sup. propriè, *qui propinquus est*. Vide seqq. ap. Aug.

CAPUT XXXVI.

VULGATA NOVA.

Sup. 27. 1. 1. Accesserunt autem & principes familiarum Galaad filii Machir, filii Manasse de stirpe filiorum Joseph : locutique sunt Moysi coram principibus Israël, atque dixerunt :

2. Tibi domino nostro, præcepit Dominus ut terram sorte divideres filiis Israël, & ut filiabus Salphaad fratris nostri dares possessionem debitam patri :

3. quas si alterius tribus homines uxores acceperint, sequetur possessio sua, & translata ad aliam tribum, de nostra hæreditate minuetur :

4. atque ita fiet, ut cùm jubilæus, id est, quinquagesimus annus remissionis advenerit, confundatur sortium distributio, & aliorum possessio ad alios transeat.

5. Respondit Moyses filiis Israël, & Domino præcipiente ait : Rectè tribus filiorum Joseph locuta est :

6. & hæc lex super filiabus Salphaad à Domino promulgata est : Nubant quibus volunt, tantùm ut *Tob. 7. 14.* suæ tribus hominibus :

7. ne commisceatur possessio filiorum Israël de tribu in tribum. Omnes enim viri ducent uxores de tribu & cognatione sua :

8. & cunctæ feminæ de eadem tribu maritos accipient : ut hæreditas permaneat in familiis,

9. nec sibi misceantur tribus, sed ita maneant

10. ut à Domino separatæ sunt. Feceruntque filiæ Salphaad, ut fuerat imperatum :

11. & nupserunt Maala, & Thersa, & Hegla, & Melcha, & Noa filiis patrui sui

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

11. de familia Manasse, qui fuit filius Joseph: & possessio, quæ illis fuerat attributa, mansit in tribu & familia patris earum.

13. Hæc sunt mandata atque judicia, quæ mandavit Dominus per manum Moysi ad filios Israël, in campestribus Moab supra Jordanem contra Jericho.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugensi.

NUMERI.

CAP. I. ℣. 51. Cùm castrametandum. *Alii* cùm castra metanda, *duobus versibus numeroque plurali; minùs rectè.*

CAP. II. ℣. 2. Castrametabuntur filii Israël. *Alii scribunt genitivo casu* filiorum: *minùs aptè.*

℣. 4. Septuaginta quatuor millia sexcenti. *Non scribas secundo casu* sexcentorum.

℣. 24. Centum octo millia centum. *Non est omittendum posterius* centum.

CAP. III. ℣. 22. Septem millia quingenti. *Non scribas* quingentorum *gignendi casu.*

℣. 49. Et quos redemerant à Levitis. *Cave ne pluralem numerum* redemerant, *corrigas per singularem* redemerat.

CAP. IV. ℣. 6. Et operient rursum velamine ianthinarum pellium. *Sextum casum* velamine, *quidam commutant cum quarto* velamen, *malè. Porro pro* ianthinarum, *quidam dant* hyacinthinarum, *tum hoc versu, tum pluribus sequentibus, eo judicio quo supra, Exod. 25. ℣. 5.*

℣. 19. Ipsique disponent opera singulorum. *Quia de portando hic agitur, putarunt quidam* onera *potiùs legendum esse, quàm* opera, *falsi.*

℣. 46. Et quos recenseri fecit ad nomen Moses. *Non est omittenda vox* recenseri.

CAP. V. ℣. 3. Cùm habitaverim vobiscum. *Cave ne primam personam singularem* habitaverim, *commutes cum tertia plurali* habitaverint.

℣. 29. Si declinaverit mulier à viro suo. *Quidam libri confodiunt vocem* mulier, *sed immeritò.*

CAP. VI. ℣. 5. Novacula non transibit per caput ejus. *Alii scribunt* non ascendet super caput ejus, *minùs rectè.*

℣. 14. Et ovem anniculam immaculatam pro peccato. *Nequaquam omittendum est* pro peccato.

CAP. VII. ℣. 2. Præfectique eorum qui numerati fuerant. *Non omittatur enclitica particula* que.

℣. 84. Hæc in dedicatione altaris oblata sunt. *Non est subrogandus quartus casus* dedicationem, *in locum sexti. Idem cavendum infra*, 88.

CAP. IX. ℣. 14. Juxta cæremonias & justificationes ejus. *Omnino retinendum est* ejus, *non mutandum cum reciproco* suas.

℣. 20. Quot diebus. *Alii habent* quotquot diebus.

CAP. X. ℣. 8. Filii autem Aaron sacerdotes clangent tubis. *Nominativus pluralis* sacerdotes, *non cedat genitivo singulari* sacerdotis.

℣. 13. Juxta imperium Domini in manu Moysi. *Quidam scribunt* in manum, *quidam* per manum: *sed primum* in manu, *Hebræo consonat.*

CAP. XI. ℣. 3. Eò quòd incensus fuisset. *Non mutes* incensus *cum* succensus.

℣. 4. Flagravit desiderio. *Non addas* carnium *aut* carnis.

℣. 17. De spiritu tuo. *Nec hic addas* sancto.

℣. 21. Et ait Moyses. *Denique nec hic addas* ad Dominum.

℣. 31. Arreptans trans mare cornices. *In locum participii passivi* arreptas, *quod est in aliis libris, substitutum est activum* arreptans.

Ibidem. Et demisit in castra. *Non mutes* demisit, *quod est dejecit, cum* dimisit.

℣. 32. Congregavit coturnicum, qui parum, decem coros. *Meritò hic omissa est vox* multitudinem, *quam quidam adjecerant, non animadvertentes genitivum* coturnicum *regi à* coros.

℣. 34. Populum qui desideraverat. *Non addas* carnes, *multòque minùs scribas*, Populum quem percussit Dominus, quia desideraverat carnes.

CAP. XII. ℣. 2. Quod cùm audisset Dominus. *Sequitur in plerisque libris* iratus est, *quod redundare meritò censuerunt Correctores, perficiendamque sententiam esse illis verbis quarti versus* statim locutus est ad eum, *inclusis parenthesi verbis intermediis*, erat enim Moyses, &c. *Certe etiam libri nostri antiqui omittunt* Dominus, *quod alii addunt verbo* locutus est.

CAP. XIV. ℣. 2. Et in hac vasta solitudine utinam pereamus. *Locus insigniter restitutus, ablata negatione quæ est in plerisque codicibus* (& non in hac vasta solitudine) *& verbis subsequentibus* utinam pereamus, *junctis iis quæ præcedunt, non ut multi faciunt, iis quæ consequuntur.*

℣. 10. Cunctis filiis Israël. *Superfluit participium* videntibus, *quod addunt alii.*

℣. 19. Dimitte, obsecro, peccatum populi hujus. *Meritò expunctum est pronomen* tui, *quod multi legunt*, populi tui hujus.

CAP. XV. ℣. 3. In holocaustum, aut victimam, vota solventes. *Nomini substantivo* victimam, *non est addendum adjectivum* pacificam, *quod faciunt libri plerique.*

℣. 4. Consperse oleo. *Alii habent quartum casum* consperso, *relatum ad illud quod præcedit* decimam partem. *Correctores elegerunt secundum casum* consperse, *relatum ad nomen* similæ.

℣. 20. Sicut de areis primitias separatis. *Præsens* separatis *non est commutandum cum futuro* separabitis.

℣. 26. Qui peregrinantur inter eos. *Non mutes tertiæ personæ pronomen* eos, *cum secundæ* vos.

CAP. XVI. ℣. 11. Quid est enim Aaron. *Retinendum est neutrum* quid, *non substituendum masculinum* quis.

℣. 34. Fugit ad clamorem pereuntium. *Legendum est* ad clamorem, *non* à clamore, *multòque minùs* à timore.

℣. 40. Et omnis congregatio ejus. *Malè quidam scribunt* cognatio *pro* congregatio, *sive cœtus.*

℣. 43. Operuit nubes. *Non addas* tabernaculum, *sed subaudias.*

CAP. XVII. ℣. 3. Et una virga cunctas seorsum familias continebit. *Sic legunt antiqui codices, adverbium* seorsum *loco pronominis* eorum.

℣. 12. Ecce consumpti sumus, omnes perivimus. *Præteritum* perivimus, *non est commutandum cum futuro* peribimus.

CAP. XVIII. ℣. 9. Et cedit in sancta sanctorum. *Nec hîc præsens* cedit, *mutandum est in futurum* cedet.

℣. 10. Quia consecratum est tibi. *Retinendum est pronomen* tibi, *non substituenda vox* Domino.

℣. 13. Universa frugum initia quas gignit humus. *Antiqui libri habent femininum* quas, *repudiato neutro* quæ.

℣. 15. Quidquid primum erumpit. *Non scribas futurum* erumpet, *pro præsenti.*

℣. 19. Pactum salis est. *Cave scribas* pacis *pro* salis. *Sal servit durationi.*

CAP. XIX. ℣. 3. Tradetisque eam Eleazaro. *Quidam pro plurali* tradetisque, *scribunt singulare* tradesque, *minùs rectè.*

CAP. XX. ℣. 20. Non transibis. *Servandus est numerus singularis* transibis.

CAP. XXI. ℣. 15. Ut requiescerent in Ar. *Non est scribendum* Arnon *dissyllabum, pro monosyllabo* Ar, *ut certè locorum prorsus diversorum sunt nomina.*

℣. 18. Et in baculis suis. De solitudine, Mathana. *Non addas* profectique sunt *ante* de solitudine, *nec* in *ante* Mathana: *subaudienda enim hæc sunt, non exprimenda.*

℣. 20. De Bamoth vallis est. *Non est omittenda præpositio* de, *quod & aliàs docuimus in Notationibus nostris.*

CAP. XXII. ℣. 20. Si vocare te venerunt homines isti. *Præteritum indicativi* venerunt, *præstat conjunctivo* venerint.

℣. 37. Misi nuncios ut vocarem te. *In aliis libris, pro prima persona singulari, est tertia pluralis* vocarent.

CAP. XXIII. ℣. 14. Impositis supra vitulo atque ariete. *Alii legunt numero plurali* vitulis atque arietibus, *eodem sensu.*

CAP. XXIV. ℣. 7. Et semen illius erit in aquas multas. *Quidam pro* aquas, *scripserunt* gentes, *commentarium vertentes in textum.*

℣. 22. Et fueris electus de stirpe Cin. *Cave ne pro* Cin, *scribas* Cham *nomen filii Noë, quod quidam.*

CAP. XXV. ℣. 13. Quia zelatus est pro Deo suo. *Non addas* zelo.

CAP. XXVI. ℣. 12. Jamin, ab hoc familia. *Non præponas & conjunctionem ante* Jamin.

℣. 14. Viginti duo millia ducenti. *Non mutes nomina-*

Digitized by Google

tivum ducenti, *in genitivum* ducentorum.

℣. 18. Quadraginta millia quingenti. *Nec hic nominativus cum genitivo* quingentorum *commutandus : similisque ratio observanda est infra*, ℣℣. 22. 25. 27. 34. 37. 41. 43. 47. 50.

℣. 38. Ahiram, à quo familia Ahiramitarum. *Quidam addito* c, *scribunt* Achiram, Achiramitarum : *utroque modo exprimitur littera Hebraïca* heth *seu* cheth.

℣. 62. Quia non sunt recensiti. *Præferenda est conjunctio* quia, *pronomini* qui.

Cap. XXVII. ℣. 14. In Cades deserti Sin. *Rectiùs legitur secundo casu* deserti, *quàm sexto* deserto, *aut* in deserto.

℣. 18. Virum in quo est spiritus. *Non addas vocem* Dei.

Cap. XXVIII. ℣. 11. In calendis autem offeretis. *Multa exemplaria post* autem, *addunt* id est, in mensium exordiis : *id quod, tanquam commentarium textui mistum, omiserunt Romani Patres.*

℣. 13. Similæ ex oleo. *Non addas participium* conspersæ, *quod satis intelligendum dat præpositio* ex.

Cap. XXIX. ℣. 11. Cum sacrificio & libaminibus eorum. *Non mutes præpositionem* cum, *in præpositionem* in, *aut conjunctionem* &.

Cap. XXX. ℣. 14. In arbitrio viri erit ut faciat. *Scribendum est ex antiquis codicibus*, ut, *non* sive, *tametsi sequatur*, sive non faciat.

Cap. XXXI. ℣. 30. Cunctorum animantium. *Alii claritatis causâ addunt conjunctionem encliticam* cunctorumque.

℣. 52. Pondo sedecim millia. *Non est subrogandum* pondere sanctuarii *in locum vocis* pondo.

Cap. XXXII. ℣. 4. Regio uberrima est. *Alii minùs rectè, mutatis naminativis in genitivos, scribunt* regionis uberrimæ est.

℣. 17. Erunt in urbibus muratis. *Ita vertit Interpres*, muratis, *quod est, muro cinctis, pro quo alii* munitis.

℣. 28. Et principibus familiarum per tribus Israël. *Non omittas præpositionem* per.

℣. 35. Et Etroth & Sophan. *Malè quidam scribunt monosyllabum* Roth *pro dissyllabo* Etroth.

Cap. XXXIII. ℣. 3. Quintadecima die mensis primi, altera die Phase. *Superfluit obestque sensui verbum* fecerunt, *quod multi addunt :* Fecerunt altera die Phase. *Præpositio autem* post, *quam alii præponunt voci* Phase, *intelligenda est, non legenda. Consulat qui volet Notationes nostras in hunc locum.*

℣. 38. Ascenditque Aaron sacerdos in montem Hor. *Non est omittenda vox* sacerdos.

℣℣. 44. 45. Et de Oboth, venerunt in Iieabarim..... Profectique de Iieabarim. *Alii pro* Iieabarim, *omissa priore* i *vocali, scribunt* Ieabarim : *minùs rectè.*

℣. 54. Et paucis angustiorem. *Antiqui libri habent positivum* paucis, *pro eo, qui in aliis codicibus est, comparativo*, paucioribus.

Cap. XXXIV. ℣. 4. A meridie usque ad Cadesbarne. *Pro* à meridie, *alii libri scribunt* in meridiem, *alii* ad meridiem, *malè.*

℣. 8. A quo venient in Emath. *Non est mutandus numerus pluralis in singularem* veniet.

℣. 11. Descendent termini in Rebla. *Pro* Rebla, *codices minùs accurati scribunt, additâ tertiâ syllabâ*, Reblatha, *quod non est hujus loci.*

℣. 29. Hi sunt quibus præcepit Dominus. *Non mutes præteritum perfectum* præcepit, *in plusquam perfectum* præceperat.

Cap. XXXV. ℣. 19. Statim ut apprehenderit eum, interficiet. *Pro* interficiet, *invenio in libris antiquis* percutiet, *quod idem unum est : sed passivum* interficietur, *quod est in aliis exemplaribus, spurium est.*

Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

NUMERI.

Cap. VIII. ℣. 2. Cùm posueris septem lucernas, candelabrum in australi parte erigatur. Hoc igitur præcipe, ut lucernæ contra boream è regione respiciant ad mensam panum propositionis : contra eam partem quam candelabrum respicit, lucere debebunt. *Magna pars horum verborum, hæc, inquam*, candelabrum in australi parte erigatur. Hoc igitur præcipe, ut lucernæ contra boream è regione respiciant ad mensam panum propositionis, *omittitur ab Hebræis & Græcis codicibus, quinetiam à quibusdam Latinis Mss. Videri possit addita fuisse explicationis causâ ex Exod.* 40. ℣. 22.

Cap. XVIII. ℣. 28. Et universis quorum accipitis, primitias offerte Domino. *Sic monent quidam interpungendum, ut* primitias *referatur ad* offerte, & quorum *subaudias* decimas.

Cap. XX. ℣. 6. Clamaveruntque ad Dominum atque dixerunt : Domine Deus, audi clamorem hujus populi, & aperi eis thesaurum tuum, fontem aquæ vivæ, ut satiati, cesset murmuratio eorum. *Versiculum hunc, cum Hebraïcis, Græcis, & Chaldaïcis libris, omittunt textus Latinus Regii operis, & textus Rabani commentario adjunctus. Quidam putant acceptum fuisse ex Epistola feriæ sextæ post Dominicam tertiam Quadragesimæ : ut collector Epistolarum aliquando omittit, aliquando addit aliunde quædam.*

Cap. XXV. ℣. 12. Idcirco loquere ad eum. *Alii libri supplent plurale* ad eos, *loco singularis : neutrum enim Hebraïcè legitur.*

---

*CAPITULA[a] LIBRI DEUTERONOMII,

Ex codd. Mss. S. Pauli, Orat. B. VI. & B. VII. S. Petri, 21. Vatic. 4220. edita à Josepho Maria Caro presb. Romæ, 1688. & to. 1. nov. edit. Hieron.

I. *Verba quæ locutus est Moyses [b] omni Israël, quadragesimo anno in eremo post occisionem Seon & Og regum, per omnia, quæ præcepit [c] illi Deus in [d] Choreb.* c. 1. ℣. 1.

II. *Dixit Moyses ad populum in tempore illo : [e] Non potero solus sufferre vos ; & ordinavi vobis viros sapientes, qui præessent vobis.* c. 1. ℣℣. 10. 15.

III. [f] *Extollentes se de Choreb, ambulaverunt per omnem eremum.* c. 1. ℣. 19.

IV. *Accessistis ad me, & dixistis : Mittamus viros ante nos ; [g] & feci secundùm hoc verbum.* c. 1. ℣. 22.

V. *Et noluistis ascendere, neque credidistis verbo Domini.* c. 1. ℣. 26.

VI. *Et dixi vobis : Dominus Deus [h] præcedit vos, & non credidistis.* c. 1. ℣℣. 30. 32.

VII. *Murmurastis ; & exacerbatus est Dominus, & juravit non intraturos vos in terram illam bonam, nisi Caleb, & filios ejus.* c. 1. ℣℣. 34. 36.

VIII. [i] *Et mihi iratus est Dominus causâ vestri, di-*

Notæ.

* Hæc Capitula optimè conveniunt cum Græco, ut videtur infra in notis ; non tamen longè absunt à Vulgata.

[a] Al. *de libro.*

[b] Al. *ad omnem.*

[c] Al. *illis.*

[d] Edit. no. Hieron. *Horeb.*

[e] In Græco : Οὐ δυνήσομαι μόνος φέρειν ὑμᾶς. In Vulg. *Non possum solus sustinere vos.* 1. 10.

[f] Edit. Hieron. *Tollentes..... Horeb :* al. *Extollentes vos de Choreb, ambulastis.* Gr. Καὶ ἀπάραντες ἐκ Χωρήβ. Vulg. *Profecti autem de Horeb.* 1. 19.

[g] Al. *& fecistis hoc verbum.*

[h] Edit. Hieron. *præcedet.*

[i] Concordant ista cum Græco, in quo Ἰησοῦς υἱὸς Naυὴ

Digitized by Google

cens : Nec tu intrabis ibi ; sed Jesus filius Nave intrabit ibi, & filii eorum, quos dixerunt captivos futuros. c. 1. ✝✝. 37. 38.

IX. *Et contra mandatum ascendistis in montem ; & exivit Amorrhæus, & persecutus est vos.* c. 1. ✝. 43.

X. *Similiter decurrit per singula, & dinumerat universa magnalia Dei & virtutes, quibus præibat eos Deus : & quomodo aluit eos in deserto per quadraginta annos ; & quæ fecit Deus duobus regibus Seon & Og.* c. 2. ✝. 1.

XI. *Et precatus sum Dominum in tempore illo, & despexit me vestri causâ.* c. 3. ✝✝. 23. 26.

XII. *Hîc iterum astringit ne discedant à mandatis.* c. 4. ✝. 6.

XIII. *Videte ne faciatis vobis sculptile, similitudinem omnis hominis, aut pecoris, aut alicujus rei, quæ sunt super terram, aut in cœlo, aut in mari.* c. 4. ✝✝. 16. 17. seqq.

XIV. *Dominus iratus est mihi propter vos, & non intrabo vobiscum ; sed* [a] *morior in hac terra : Attendite ne obliviscamini* [b] *testamentum Domini Dei vestri ;* [c] *quoniam si exacerbaveritis Deum, testor vobis hodie cœlum & terram,* [d] *quia peritis de terra illa.* c. 4. ✝✝. 22. 23. 26.

XV. *Interrogate si à quo creavit Deus hominem, auditum est hoc ; Si est gens sub cœlo, cui locutus sit Dominus de medio* [e] *ignis.* c. 4. ✝✝. 32. 33.

XVI. *Tunc disposuit Moyses civitates ad refugium* [f] *homicidarum.* c. 4. ✝. 41.

XVII. *Hæc est lex quam locutus est Moyses, convocans ad se omnem Israël.* c. 4. ✝. 44.

XVIII. *Hæc verba locutus est Dominus ad omnem* [g] *synagogam Israël : & dixistis mihi ut audirem à Deo, & locutus essem vobis : & nunc facite quæcunque præcepit vobis* [h] *Dominus, non declinantes in dexteram neque in sinistram.* c. 5. ✝✝. 22. 29. 32.

XIX. *Audi Israël : Dominus Deus noster, Dominus unus est : & diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota virtute tua.* c. 6. ✝✝. 4. 5.

XX. *Dominum Deum tuum timebis, & illi soli servies.* c. 6. ✝. 13.

XXI. *Non ibitis post deos alienos, ne eradicemini.* c. 6. ✝✝. 14. 15.

XXII. *Non tentabis Dominum Deum tuum, sed facies quæ præcepit tibi : & filio tuo dices quemadmodum* [i] *eduxit te Dominus de Ægypto.* c. 6. ✝✝. 16. 17. 21.

XXIII. *Quòd si introduxerit te Dominus in terram, quam possessurus es, disperdes omnes gentes ipsas, & aras* [k] *eorum, &* [l] *vitulos, & sculptilia combures igni.* c. 7. ✝✝. 1. 2. 5.

XXIV. *Si observaveritis præcepta & justitias istas, servabit & vobis Dominus testamentum, quod juravit patribus vestris ; & benedicet vos, & expellet omnem languorem à vobis.* c. 7. ✝✝. 12. 15.

XXV. *Non parces gentibus, quas Dominus subjiciet tibi, nec* [m] *dices : Magna gens hæc ; & quomodo potero adversùs eam ? Et non concupisces aurum vel argentum de sculptilibus eorum, sed anathematisabis ea.* c. 7. ✝✝. 16. 17. 25.

XXVI. [n] *Omnia mandata quæ trado vobis hodie, observabitis, ut vivatis : & in mente habete omnia quæ experti estis in desertis ; & esuristis, & dedit vobis Dominus manna, ut sciretis, quia non in pane tantùm vivit homo, sed in omni verbo Dei.* c. 8. ✝✝. 1. 2. 3.

XXVII. [o] *Attende tibi ne oblivisearis beneficia Domini Dei tui.* c. 8. ✝. 11.

XXVIII. *Non dicas in corde tuo : Virtus mea fecit hæc omnia.* c. 8. ✝. 17.

XXIX. [p] *Audi Israël : Tu transies hodie Jordanem, & possidebis gentes magnas, & civitates munitas ; & scies quia Dominus Deus tuus præcedet te.* c. 9. ✝✝. 1. 3.

XXX. *Non dicas in corde tuo : Propter justitias meas introduxit me Dominus in terram istam.* c. 9. ✝. 4.

XXXI. *In mente habete, quoties exacerbaveritis Dominum in desertis* [q] *diffidentes.* c. 9. ✝. 7.

XXXII. [r] *Et in Choreb exacerbastis Dominum, quando fecistis conflatile.* c. 9. ✝. 8.

XXXIII. *Et dixit Dominus ad me : Sine me, & deleam illos.* c. 9. ✝. 13.

XXXIV. *Et descendi de monte, & vidi quia peccastis ; & projeci tabulas de manibus meis, & confregi illas.* c. 9. ✝. 15.

XXXV. [s] *Et deprecatus sum Dominum iterum, sicut priùs, quadraginta diebus & quadraginta noctibus panem non edi, & aquam non bibi.* c. 9. ✝. 18.

XXXVI. *Et in Aaron iratus est valde Dominus, pro eo quòd feciſtis vitulum.* c. 9. ✝. 20.

XXXVII. *Et sumpsi, & combussi illum.* c. 9. ✝. 21.

XXXVIII. *Et in tentatione exacerbastis Dominum.* c. 9. ✝. 22.

XXXIX. *Et quando* [t] *dimisit vos Dominus à Cades Barnæ.* c. 9. ✝. 23.

XL. [u] *Et precatus sum ante Dominum quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* c. 9. ✝. 25.

XLI. *In illo tempore dixit mihi Dominus : Præcide tibi duas tabulas lapideas sicut priores, & ascende ad me in montem.* c. 10. ✝. 1.

XLII. *Et feci arcam, & ascendi in montem.* c. 10. ✝. 3.

XLIII. *Et descendi, & misi tabulas in arcam.* c. 10. ✝. 5.

XLIV. *In illo tempore separavit Dominus tribum Levi, ut portarent arcam.* c. 10. ✝. 8.

XLV. *Et nunc Israël, quid Dominus postulat à te aliud, quàm ut timeas Dominum Deum tuum, & diligas eum, & servias ei ?* c. 10. ✝. 12.

XLVI. *Dominum Deum tuum timebis, & illi soli servies.* c. 10. ✝. 20.

XLVII. *Cum septuaginta* [x] *quinque animabus descen-*

Notæ.

in Vulg. *Josue filius Nun.* 1. 38.

[a] Al. *moriar.* Vid. Aug. inf.

[b] Al. *mandatum.*

[c] Al. *quòd.*

[d] Al. *quòd peribitis.*

[e] Al. *igni?* Vid. Aug. inf. 4. 32.

[f] Al. *homicidiorum.*

[g] Ita Græc. cum Vet. Interp. Iren. Vulg. *ad omnem multitudinem.* 5. 22.

[h] Al. *Deus.*

[i] Ed. Hieron. *eduxerit.*

[k] Edit. Hieron. *earum.*

[l] Edit. Hieron. *titulos.*

[m] Al. *dicas.*

[n] Gr. Πάσας τὰς ἐντολὰς ἃς ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν σήμερον, φυλάξεσθε ποιεῖν, ἵνα ζῆτε. Vulg. *Omne mandatum quod ego præcipio tibi hodie, cave diligenter ut facias, ut possitis vivere.* 8. 1.

[o] Similiter inf. Ambros. ad verbum : Vulg. *Observa & cave, ne quando obliviscaris Domini Dei tui.* 8. 11.

[p] Favet Gr. nec longè distat Vulg. 9. 1. 3.

[q] Edit. Hieron. delet *diffidentes.*

[r] Ita Aug. infra cum Gr. In Vulg. *Et in Horeb provocastis eum.* Ed. Hieron. *Horeb.*

[s] Ita Gr. ad verbum. Vulg. *Et procidi ante Dominum, sicut priùs..... panem non comedens..... non bibens.* 9. 18.

[t] Edit. Hieron. *misit.*

[u] Sic in Gr. Vulg. *Et jacui coram Domino.* 9. 25.

[x] Edit. Hieron. delet *quinque*, extremò verò hab. *multitudinem.* Similiter in Græco & Vulg. deest *quinque*, Vide

Digitized by Google

cenderunt patres tui in Ægyptum ; & fecit te Deus ſicut ſtellas cœli in multitudine. c. 10. ℣. 22.

XLVIII. *Et amabis Dominum ; & ſcies quomodo te eduxit Dominus de Ægypto, & quæ fecerit Dathan & Abiron, filiis Eliab.* c. 11. ℣℣. 1. 2. 6.

XLIX. *Quòd ſi audieritis præcepta illius, dabit pluviam terræ veſtræ, & ſatietatem in agris veſtris.* c. 11. ℣℣. 13. 14.

L. *Et ſi obaudieritis omne præceptum iſtud, ejiciet Dominus omnes gentes à facie veſtra.* c. 11. ℣. 23.

LI. *Ecce do vobis hodie* [a] *benedictiones & maledictiones.* c. 11. ℣. 26.

LII. [b] *Iſta ſunt præcepta & judicia, quæ obſervabitis.* c. 12. ℣. 1.

LIII. *Non facietis voluntatem veſtram.* c. 12. ℣. 8.

LIV. *In loco quem elegerit Dominus, offeretis omnia quæ ego mando vobis.* c. 12. ℣℣. 11. 12. 13. 14.

LV. *Omnes primitias tuas in conſpectu Domini Dei tui manducabis.* c. 12. ℣. 18.

LVI. *Attendite ne manducetis ſanguinem.* c. 12. ℣. 15.

LVII. *Cuſtodi, & fac omnia verba quæ ego mando tibi.* c. 12. ℣. 28.

LVIII. *Omne verbum quod ego mando tibi, cuſtodi & fac : & prophetam qui dixerit tibi : Eamus, & ſerviamus diis, non audies.* c. 12. ℣. 32. c. 13. ℣. 2.

LIX. *Poſt Dominum Deum veſtrum ibitis, & ipſum timebitis.* c. 13. ℣. 4.

LX. *Si autem frater tuus, aut filius, aut conjux, aut amicus dixerit tibi : Eamus, & ſerviamus diis ; non parces ei, ſed* [c] *deferes eum, & lapidabitur.* c. 13. ℣℣. 8. 10.

LXI. *Si autem audieris in una ex civitatibus tuis eſſe homines peccatores, qui recedere fecerunt* [d] *à Deo omnes inhabitantes in ea ; & ſi verè factum eſt, interficies omnes.* c. 13. ℣. 15.

LXII. *Non facietis decalvationem ſuper mortuum.* c. 14. ℣. 1.

LXIII. *Hæc pecora, quæ manducabitis.* c. 14. ℣. 4.

LXIV. *Hæc manducabitis ab his, quæ ſunt in aquis.* c. 14. ℣. 9.

LXV. *Omnem avem mundam manducabitis.* c. 14. ℣. 11.

LXVI. *Decimas agri tui offeres in loco, quem elegerit Dominus.* c. 14. ℣. 22.

LXVII. *Cùm autem longè fuerit à te, vendes ea, & illic redimes.* c. 14. ℣℣. 24. 25.

LXVIII. *Poſt ſeptem annos facies remiſſionem.* c. 15. ℣. 1.

LXIX. *Si audieris vocem Domini Dei tui, princeps eris gentium multarum.* c. 15. ℣℣. 5. 6.

LXX. *Si factus fuerit in te egens de fratribus tuis.* c. 15. ℣. 7.

LXXI. *Si emeris puerum Hebræum, ſex annos ſerviet tibi.* c. 15. ℣. 12.

LXXII. *Omne primitivum ſanctificabis Domino.* c. 15. ℣. 19.

LXXIII. *Cuſtodi menſem novorum : & facies paſcha Domino Deo tuo.* c. 16. ℣. 1.

LXXIV. *Judices & ſcribas conſtitues, ut judicent juſtè.* c. 16. ℣. 18.

LXXV. *Non plantabis tibi lucum.* c. 16. ℣. 21.

LXXVI. *Si inventus fuerit in te ſerviens diis, in duobus vel tribus teſtibus* [e] *moriatur.* c. 17. ℣℣. 2. 6.

LXXVII. *Si latuerit te verbum, vade ad ſacerdotem.* c. 17. ℣. 9.

LXXVIII. *Qui non audierit ſacerdotem, moriatur.* c. 17. ℣. 12.

LXXIX. *Alienigenam non facies principem ſuper te.* c. 17. ℣. 15.

LXXX. *Hoc judicium ſacerdotum.* c. 18. ℣. 3.

LXXXI. *Non invenietur in te luſtrans filium ſuum aut filiam.* c. 18. ℣. 10.

LXXXII. *Prophetam ſuſcitabo eis ex fratribus eorum.* c. 18. ℣. 18.

LXXXIII. *Propheta ſi locutus fuerit verbum, & non contigerit.* [f] c. 18. ℣. 22.

LXXXIV. *Hoc præceptum homicidæ.* c. 19. ℣. 4.

LXXXV. *Non transferes terminos, quos* [g] *poſuerunt patres tui.* c. 19. ℣. 14.

LXXXVI. *Non accipies teſtimonium unius adversùs hominem.* c. 19. ℣. 15.

LXXXVII. *Animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente.* c. 19. ℣. 21.

LXXXVIII. *Si exieris ad bellum, noli timere.* c. 20. ℣. 1.

LXXXIX. *Si* [h] *acceſſeris expugnare civitatem.* c. 20. ℣. 10.

XC. *Si obſederis civitatem.* c. 20. ℣. 18.

XCI. *Si inventus fuerit vulneratus in terra.* c. 21. ℣. 1.

XCII. *Si tradiderit tibi Deus inimicos tuos.* c. 21. ℣. 10.

XCIII. [i] *Si fuerint homini duæ uxores, dilecta, & odibilis.* c. 21. ℣. 15.

XCIV. *Si fuerit alicui filius inobediens.* c. 21. ℣. 18.

XCV. *Si fuerit in aliquo peccatum ad mortem.* c. 21. ℣. 22.

XCVI. *Si videris animal fratris tui errans, vel cadens.* c. 22. ℣. 1.

XCVII. *Non induet mulier veſtem virilem.* c. 22. ℣. 5.

XCVIII. *Si inveneris nidum avium.* c. 22. ℣. 6.

XCIX. *Si domum novam ædificaveris.* c. 22. ℣. 8.

C. *Non arabis in vitulo & aſino.* c. 22. ℣. 10.

CI. *Si quis acceperit uxorem, & oderit eam.* c. 22. ℣. 13.

CII. *Si inventus fuerit adulter cum adultera.* c. 22. ℣. 22.

CIII. *Si dormierit aliquis cum puella deſponſata.* c. 22. ℣. 23.

CIV. *Si in campo invenerit quis puellam deſponſatam, & vim fecerit ei.* c. 22. ℣. 25.

CV. *Si invenerit quis puellam virginem, & dormierit cum ea.* c. 22. ℣. 28.

CVI. *Non accipiet homo uxorem* [k] *patris ſui.* c. 22. ℣. 30.

CVII. *Non intrabit* [l] *abſciſſus in eccleſiam Domini.* c. 23. ℣. 1.

Notæ.

inf. 10. 22.

[a] Edit. Hieron. *benedictionem & maledictionem.* Græc. Ἰδὺ ἐγὼ δίδωμι ἐνώπιον ὑμῶν τὴν, &c. Vulg. *Ecce propono in conſpectu veſtro*, &c. 11. 26.

[b] Ira Gr. ad verbum, nec longè abeſt Vulg. 12. 1.

[c] Similiter hab. S. Pacian. inf. c. 13. ℣. 9. *deferes eum.*

[d] In edit. Hieron. deeſt *à Deo.*

[e] Edit. Hieron. *morietur.* Similiter in Gr. Ἐπὶ δυσὶ μάρτυσιν, ἢ ἐπὶ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθανεῖται. Vulg. *In ore duorum, aut trium teſtium peribit.* 17. 6.

[f] Edit. Hieron. addit *interficiatur.*

[g] Al. *poſuerant.*

[h] Al. *proceſſeris.*

[i] Sic Ambroſ. inf. cum Gr. Vulg. *Si habuerit homo uxores duas, unam dilectam, & alteram odioſam.*

[k] Al. *fratris.*

[l] In Gr. θλασίας, ἢ τὸ ἀποκεκομμένος. Vulg. *eunuchus attritis vel amputatis teſticulis.* 23. 1.

Digitized by Google

CVIII. *Non intrabit fornicaria, nec* [a] *Ammonites, & Moabites in ecclesiam Domini.* c. 23. ℣℣. 2. 3.
CIX. *Non abominabis Idumæum, neque Ægyptium.* c. 23. ℣. 7.
CX. *Si fuerit homo immundus, exibit extra castra.* c. 23. ℣. 10.
CXI. *Non trades servum domino suo.* c. 23. ℣. 15.
CXII. *Non erit Israëlites fornicaria.* c. 23. ℣. 17.
CXIII. *Non inferes mercedem fornicariæ.* c. 23. ℣. 18.
CXIV. *Non exiges à fratre tuo usuram.* c. 23. ℣. 19.
CXV. *Si voveris votum Domino, non tardes reddere illud.* c. 23. ℣. 21.
CXVI. *Si intraveris in vineam proximi tui.* c. 23. ℣. 24.
CXVII. *Si intraveris in segetem proximi tui.* c. 23. ℣. 25.
CXVIII. *Si quis acceperit uxorem, & invenerit in ea rem turpem.* c. 24. ℣. 1.
CXIX. *Si quis acceperit uxorem in recenti, non exiet ad bellum.* c. 24. ℣. 5.
CXX. *Non pignorabis molam.* c. 24. ℣. 6.
CXXI. *Si captus fuerit fur.* c. 24. ℣. 7.
CXXII. *In mente habe quæ fecerit Dominus Mariæ.* c. 24. ℣. 9.
CXXIII. *Debitorem non pignorabis per vim.* c. 24. ℣. 10.
CXXIV. *In pignore pauperis non dormies, & mercedem laboranti ne tardè reddideris.* c. 24. ℣℣. 12. 15.
CXXV. *Non morientur patres pro filiis.* c. 24. ℣. 16.
CXXVI. *Non declinabis judicium advenæ, & orphani, & viduæ.* c. 24. ℣. 17.
CXXVII. *Non pignorabis viduam.* c. 24. ℣. 17.
CXXVIII. *Si secaveris segetem.* c. 24. ℣. 19.
CXXIX. *Si* [b] *leges olivam.* c. 24. ℣. 20.
CXXX. *Si vindemiabis vineam.* c. 24. ℣. 22.
CXXXI. *Si judicaveris impium, dabis ei quadraginta flagellos.* c. 25. ℣. 3.
CXXXII. *Non infrenabis bovem triturantem.* c. 25. ℣. 4.
CXXXIII. *Si mortuus fuerit quis habens uxorem sine filiis, accipiet eam frater ejus.* c. 25. ℣. 5.
CXXXIV. *Si noluerit homo accipere uxorem fratris sui.* c. 25. ℣. 7.
CXXXV. *Si rixaverint duo homines in se.* c. 25. ℣. 11.
CXXXVI. *Non erit tibi pondus iniquum, & mensuræ duplices.* c. 25. ℣. 13.
CXXXVII. *In mente habe quanta tibi fecerit Amalec.* c. 25. ℣. 17.
CXXXVIII. *Cùm* [c] *introieritis in terram quam Dominus Deus dabit vobis.* c. 26. ℣. 1.
CXXXIX. *Et dixit Moyses ad populum: Tacete, & audite.* c. 27. ℣. 9.
CXL. *Hi stabunt benedicere plebem, & hi maledicere.* c. 27. ℣. 12.
CXLI. *Maledictus omnis qui fecerit hæc.* c. 27. ℣. 14.
CXLII. *Si custodieritis præcepta Domini, venient super vos benedictiones* [d] *omnes.* c. 28. ℣. 1.
CXLIII. *Si non audieritis, venient in vos maledictiones istæ.* c. 28. ℣. 15.
CXLIV. *Vocavit Moyses omnes filios Israël, & dixit ad eos: Scitis quanta fecerit Dominus Pharaoni propter vos.* c. 29. ℣. 2.
CXLV. [e] *Quæ sunt absconsa, Deo; quæ autem palam, nobis.* c. 29. ℣. 29.
CXLVI. *Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo.* c. 30. ℣. 14.
CXLVII. *Ecce dedi ante oculos tuos vitam & mortem.* c. 30. ℣. 15.
CXLVIII. *Et consummavit Moyses omnia verba ista.* c. 31. ℣. 1.
CXLIX. *Et vocavit Moyses Jesum, & dixit ei: Viriliter age, & convalesce.* c. 31. ℣. 7.
CL. *Dixit Dominus ad Moysen: Tu dormies cum patribus tuis, & fornicabitur plebs hæc post deos alienos.* c. 31. ℣. 16.
CLI. *Scripsit Moyses canticum hoc.* c. 31. ℣. 22.
CLII. *Dixit Dominus ad Moysen: Ascende in montem Abarim, & morere ibi.* c. 32. ℣. 48.
CLIII. *Benedixit Moyses homo Dei filios Israël.* c. 33. ℣. 1.
CLIV. *Mortuus est Moyses in terra Moab.* c. 34. ℣. 5.
CLV. *Et non fuit propheta in Israël, sicut fuit Moyses.* c. 34. ℣. 10.

NOTÆ.

[a] Edit. Hieron. *Ammanites.*
[b] Edit. Hieron. *collegeris.*
[c] Al. *intraveris.*
[d] Ed. Hieron. *istæ.*
[e] Ita Aug. infra. Item Græcè: Τὰ κρυπτὰ, Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν· τὰ δὲ φανερὰ, ἡμῖν· nec differt Vulg.

Digitized by Google

LIBER DEUTERONOMII.

CAPUT PRIMUM.

VERSIO ANTIQUA.

1. HÆc verba, quæ locutus eſt Moyſes omni Iſraël trans Jordanem in deſerto, ad occidentem.....

Auct. l. de xlii. manſ. 19. d.

VULGATA NOVA.

1. HÆc ſunt verba, quæ locutus eſt Moyſes ad omnem Iſraël trans Jordanem in ſolitudine campeſtri, contra mare rubrum, inter Pharan & Thophel & Laban & Haſeroth, ubi auri eſt plurimum:

VULGATA NOVA.

2. undecim diebus de Horeb per viam montis Seir uſque ad Cadesbarne.'

3. Quadrageſimo anno, undecimo menſe, prima die menſis, locutus eſt Moyſes ad filios Iſraël omnia quæ præceperat illi Dominus, ut diceret eis:

Num. 21. 24. 4. poſtquam percuſſit Sehon regem Amorrhæorum, qui habitabat in Heſebon: & Og regem Baſan, qui manſit in Aſtaroth, & in Edrai,

5. trans Jordanem in terra Moab. Cœpitque Moyſes explanare legem, & dicere:

6. Dominus Deus noſter locutus eſt ad nos in Horeb, dicens: Sufficit vobis quòd in hoc monte manſiſtis:

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. l. 1. 3. 365. a. 7..... uſque ad flumen magnum, flumen Euphratem.

VULGATA NOVA.

7. revertimini, & venite ad montem Amorrhæorum, & ad cætera quæ ei proxima ſunt campeſtria atque montana & humiliora loca contra meridiem, & juxta littus maris, terram Chananæorum, & Libani uſque ad flumen magnum Euphraten.

VULGATA NOVA.

8. En, inquit, tradidi vobis: ingredimini & poſſidete eam, ſuper qua juravit Dominus patribus veſtris, Abraham, Iſaac, & Jacob, ut daret illam eis, & ſemini eorum poſt eos.

VERSIO ANTIQUA.

9..... *Vide Not.*

Capitul. ſup. 11. 10. Non potero ſolus ſufferre vos.....

VULGATA NOVA.

9. Dixique vobis illo in tempore:

10. Non poſſum ſolus ſuſtinere vos: quia Dominus Deus veſter multiplicavit vos, & eſtis hodie ſicut ſtellæ cœli, plurimi. *Exod. 18. 18.*

VULGATA NOVA.

11. (Dominus Deus patrum veſtrorum addat ad hunc numerum multa millia, & benedicat vobis ſicut locutus eſt.)

12. Non valeo ſolus negotia veſtra ſuſtinere, &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ad verbum è Græco.

℣. 7. Similiter in Gr. Notat Aug. non dici, *uſque ad flumen magnum Euphratem.*

℣℣. 9. 10. Antecedunt iſta ibid. *Dixit Moyſes ad po-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

pondus ac jurgia.

13. Date ex vobis viros sapientes & gnaros, & quorum conversatio sit probata in tribubus vestris, ut ponam eos vobis principes.

14. Tunc respondistis mihi: Bona res est, quam vis facere.

VULGATA NOVA.

15. Tulique de tribubus vestris viros sapientes & nobiles, & constitui eos principes, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios ac decanos, qui docerent vos singula.

VERSIO ANTIQUA.

15. Et ordinavi vobis viros sapientes..... qui præessent vobis. *Capitul. sup.* 11.

16. Præcepique eis, dicens: Audite illos, & quod justum est judicate: sive civis sit ille, sive peregrinus. *Joan.* 7. 24.

16..... Audite inter fratres vestros, & judicate justè inter medium viri, & inter medium fratris, & in medio proselyti ejus. *Lucif. Cal. I. pro S. Athan.* 183. g.

17. Nulla erit distantia personarum, ita parvum audietis ut magnum: nec accipietis cujusquam personam, quia Dei judicium est. Quòd si difficile vobis visum aliquid fuerit, referte ad me, & ego audiam. *Lev.* 19. 15. *Inf.* 16. 19. *Prov.* 24. 23. *Eccli.* 42. 1.

17. Non accipietis personam in judicio, adversùs minorem aut adversùs majorem judicabitis: non personam hominis, quoniam judicium est Dei. Et judicium quod durum fuerit à vobis, afferetis illud ad me..... *Aug. Locut.* 2. t. 3. 365. a.

VULGATA NOVA.

18. Præcepique omnia quæ facere deberetis.

19. Profecti autem de Horeb, transivimus per eremum terribilem & maximam, quam vidistis, per viam montis Amorrhæi, sicut præceperat Dominus Deus noster nobis. Cùmque venissemus in Cadesbarne, *Jacobi* 2. 1. *Num.* 13. 1.

20. dixi vobis: Venistis ad montem Amorrhæi, quem Dominus Deus noster daturus est nobis.

VULGATA NOVA.

21. Vide terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi: ascende & posside eam, sicut locutus est Dominus Deus noster patribus tuis: noli timere, nec quidquam paveas.

VERSIO ANTIQUA.

21. Videte, tradidit vobis Dominus Deus vester, ante faciem vestram, terram: ascendentes possidete, quemadmodum dixit Dominus patrum nostrorum nobis: nolite timere, neque formidetis. *Lucif. Cal. pro S. Athan.* 183. b.

22. Et accessistis ad me omnes, atque dixistis: Mittamus viros qui considerent terram: & renuntient per quod iter debeamus ascendere, & ad quas pergere civitates. *Num.* 13. 3. & 32. 8.

22.... accessistis ad me, & dixistis: Mittamus viros ante nos..... *Capitul. sup.* IV.

VULGATA NOVA.

23. Cùmque mihi sermo placuisset, misi ex vobis duodecim viros, singulos de tribubus suis.

24. Qui cùm perrexissent, & ascendissent in montana, venerunt usque ad vallem botri: & consideratâ terrâ,

25. sumentes de fructibus ejus, ut ostenderent ubertatem, attulerunt ad nos, atque dixerunt: Bona est terra, quam Dominus Deus noster daturus est nobis.

VULGATA NOVA.

26. Et noluistis ascendere, sed increduli ad sermonem Dei nostri,

27. murmurastis in tabernaculis vestris, atque dixistis: Odit nos Dominus, & idcirco eduxit nos de terra Ægypti, ut traderet nos in manu Amorrhæi, atque deleret.

28. Quò ascendemus? nuncii terruerunt cor nostrum, dicentes: Maxima multitudo est, & nobis staturâ procerior: urbes magnæ, & ad cœlum usque munitæ, filios Enacim vidimus ibi.

29. Et dixi vobis: Nolite metuere, nec timeatis eos:

VERSIO ANTIQUA.

26. Et noluistis ascendere, neque credidistis verbo Domini..... *Capitul. sup.* V.

27..... Propter quod odiit nos Dominus, eduxit nos de terra Ægypti, tradere nos in manus Amorrhæorum, & disperdere nos. *Lucif. Cal. pro S. Athan.* 183. b. 184. a.

28..... fratres vestri averterunt cor vestrum, dicentes: Gens magna est, & dura multa, & potentior vobis: & civitates magnæ, & muratæ usque ad cœlum, sed & filios gigantum vidimus illic.

29..... Ne loquamini, neque formidetis ab eis:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

pulum in tempore illo: pro quibus Græcè, Καὶ εἶπα πρὸς ὑμᾶς ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, λέγων, deinde ut in Lat. suprà, nisi quòd simpliciter habetur, φέρειν, loco *sufferre*.

℣. 15. In Gr. ἔλαβον ἐξ ὑμῶν, *assumpsi ex vobis*, pro *ordinavi vobis*; exinde καὶ κατέστησα αὐτὺς ἡγεῖσθαι ἐφ' ὑμῶν, & *constitui eos præesse super vos*.

℣. 16. In Gr. Διακούετε, pro *audite*, & ἀναμέσον constanter, pro *inter*, & pro *in medio*; reliqua ad verbum ut sup.

℣. 17. Priora de Lucifero, paulùm dissimilia in Græco, ubi sic: Οὐκ ἐπιγνώσῃ (Mſ. Alex. & Compl. ἐπιγνώζεσθε) πρόζωπον ἐν κρίσει, καὶ τὸν μικρὸν ὡς κατὰ τὸν μέγαν κρινεῖς, ὃ μὴ ὑποστείλῃ πρόζωπον ἀνθρώπῳ, ὅτι ἡ κρίσις τοῦ Θεοῦ ἐστι. Posteriora ex Aug. quadrant, præter unum *judicium*, pro quo ῥῆμα. Observat Aug. ibid. non dictum, *vobis*, *sed* à vobis, *id est*, *ita durum*, *ut à vobis judicari non possit*. Hieron. in Zach. 7. to. 3. 1742. c. hæc hab. *Sic magnum judicabis ut parvum: personam non accipies*, & *pauperis non misereberis in judicio*, *quoniam Dei judicium est*. Media hæc, & *pauperis non misereberis in judicio*, sumpta videntur ex c. 23. ℣. 3. ejusdem libri.

℣. 21. Similiter in Gr. paucis exceptis, nempe ἡμῖν, *nobis*, pro *vobis*, κληρονομῆσαι, *hæreditate*, pro *possidete*; item Κύριος ὁ Θεὸς, post *dixit*, sicut ὑμῶν ὑμῖν, *vestrorum vobis*, loco *nostrorum nobis*; in Mſ. tamen Oxon. ἡμῶν, sed absque ὑμῖν; demum μὴ φοβεῖσθε, μηδὲ δειλιάσητε, *ne terreamini*, *neque formidaveritis*, pro *nolite timere*, &c.

℣. 22. Græc. addit πάντες, *omnes*, ad *me*; & pro *ante nos*, hab. πρεσβύτερυς ἡμῶν, *priores nobis*.

℣. 26. Ita Græc. uno excepto, ἀλλὰ, pro *neque*, al. καὶ, & benè; sequitur enim ἠπειθήσατε, *increduli fuistis*.

℣. 27. Similia in Græco, excepto uno aut altero, nempe διὰ τὸ μισεῖν, *propter quod odit*, pro *odiit*, & παραδῶναι..... ἐξολοθρεῦσαι, *ad tradendum.... ad exterminandum*, loco *tradere*..... & *disperdere*. Mſ. Oxon. solus habet, καὶ ἐξολοθρεῦσαι.

℣. 28. Ita de Græco, præter seqq. *magna est*, & *dura multa*, & *potentior vobis*; pro quibus, μέγα, καὶ πολὺ, καὶ δυνατώτερον ἡμῶν, *magna*, & *multa*, & *potentior nobis*.

℣. 29. Aug. q. 1. in Deut. to. 3. 555. d. *Ne paveatis*,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi sup. 30. Dominus Deus noster, qui antecedit ante faciem vestram, ipse simul expugnabit eos vobiscum, secundùm omnia quæcunque fecit vobis in terra Ægypti.

31. Et in deserto hoc, quod videtis, quomodo fovit te Dominus Deus tuus, sicut quis foveat homo filium suum, in omnem viam quam ambulastis, quoadusque veniſtis ad hunc locum.

Capitul. sup. VI. 32. Et non credidistis.....

Lucif. Cal. 184. *b.* 33..... deducens vos in igni nocte ostendens vobis iter, ut ambularetis in eo, & in nube diei.

Capitul. sup. VII. 34.... & exacerbatus est Dominus, & juravit.....

Aug. Locut. 3. *t.* 3. 365. *a.* 35. Si videbit aliquis virorum istorum terram optimam hanc, quam juravi patribus eorum:

36. præter Chaleb filius Jephone: hic videbit eam.....

Capitul. sup. VIII. 37. Et mihi iratus est Dominus causâ vestri, dicens: Nec tu intrabis ibi:

38. sed Jesus filius Nave intrabit ibi.....

VULGATA NOVA.

30. Dominus Deus, qui ductor est vester, pro vobis ipse pugnabit, sicut fecit in Ægypto cunctis videntibus.

31. Et in solitudine (ipse vidisti) portavit te Dominus Deus tuus, ut solet homo gestare parvulum filium suum, in omni via per quam ambulastis, donec veniretis ad locum istum.

32. Et nec sic quidem credidistis Domino Deo vestro,

33. qui præcessit vos in via, & metatus est locum, in quo tentoria figere deberetis, nocte ostendens vobis iter per ignem, & die per columnam nubis. *Exod.* 13. 21. *Num.* 14. 14.

34. Cùmque audisset Dominus vocem sermonum vestrorum, iratus juravit, & ait:

35. Non videbit quispiam de hominibus generationis hujus pessimæ terram bonam, quam sub juramento pollicitus sum patribus vestris: *Num.* 14. 23. *Ps.* 94. 11.

36. præter Caleb filium Jephone: ipse enim videbit eam, & ipsi dabo terram, quam calcavit, & filiis ejus, quia secutus est Dominum.

37. Nec miranda indignatio in populum, cùm mihi quoque iratus Dominus propter vos dixerit: Nec tu ingredieris illuc:

38. sed Josue filius Nun minister tuus, ipse intrabit pro te: hunc exhortare & robora, & ipse sorte terram dividet Israëli.

VULGATA NOVA.

39. Parvuli vestri, de quibus dixistis quòd captivi ducerentur, & filii qui hodie boni ac mali ignorant distantiam, ipsi ingredientur: & ipsis dabo terram, & possidebunt eam.

40. Vos autem revertimini & abite in solitudinem per viam maris rubri.

Num. 14. 40. 41. Et respondistis mihi: Peccavimus Domino: ascendemus & pugnabimus, sicut præcepit Dominus Deus noster. Cùmque instructi armis pergeretis in montem,

Num. 14. 42. 42. ait mihi Dominus: Dic ad eos: Nolite ascendere, neque pugnetis, non enim sum vobiscum: ne cadatis coram inimicis vestris.

43. Locutus sum, & non audistis: sed adversantes imperio Domini, & tumentes superbiâ, ascendistis in montem.

44. Itaque egressus Amorrhæus, qui habitabat in montibus, & obviam veniens, persecutus est vos, sicut solent apes persequi: & cecidit de Seir usque Horma.

45. Cùmque reversi ploraretis coram Domino, non audivit vos, nec voci vestræ voluit acquiescere.

46. Sedistis ergo in Cadesbarne multo tempore.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

neque timeatis ab eis. Græc. Μὴ φοβήσῃσε, μηδὲ φοβηθῆτε ἀπ' αὐτῶν.

℣. 30. Ita Græc. habet verbum pro verbo, excepto uno, ὁ Θεὸς ὑμῶν, *Deus vester*, pro *noster*; sed in Mſ. Oxon. ac editt. Ald. & Compl. legitur ἡμῶν. Similiter Aug. quæst. 1. in Deut. to. 3. 555. d. *Dominus Deus noster, qui præcedit ante faciem vestram, ipse simul debellabit eos vobiscum.* Græc. Συνεκπολεμήσει αὐτοὺς μεθ' ὑμῶν, &c. Vid. Capitul. VI. sup.

℣. 31. Græc. Vat. post *videtis*, addit ὁδὸν ὄρους τοῦ Ἀμορραίου, *viam montis Amorrhæi*, quod abest à Mſs. Alex. & Oxon. nec non editt. Ald. & Compl. Item pro *fovit*, ferunt ἐτροφοφόρησε; Mſ. verò Vatic. τροφοφορήσει, uti paulò post, ὡς εἴτις τροφοφορήσαι, cùm in Mſ. Alex. sit ὡσεὶ τροποφορήσαι, in Oxon. ὡς εἴτις τροποφορήσαι: subinde constanter, κατὰ πᾶσαν τὴν ὁδὸν εἰς ἣν, &c. iidem qui sup. delent εἰς. Porro τροποφόρειν, propriè est, *mores tolerare*; τροφοφόρειν verò, *educare*, ex τροφὴ, & φέρειν.

℣. 32. Græc. Καὶ ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ οὐκ ἐπιστεύσατε.

℣. 33. Eadem sunt in Græco, exceptis his: ὑμῖν τὴν ὁδὸν καθ' ἣν πορεύεσθε ἐπ' αὐτῆς, *vobis viam, per quam ambulatis super eam.* Mſs. Alex. & Oxon. ἐν αὐτῇ, *in ea.*

℣. 34. Gr. simpliciter, ᾧ παρεξυνθεὶς ὤμοσε, λέγων, &c.

℣℣. 35. 36. Itidem Græcè, præter vocem ἀγαθὴν, *bonam*, loco *optimam*. Nota in Græco scribi Ἰεφοννὴ, al. Ἰεφθοννί.

℣. 37. Similiter in Gr. excepto δι' ὑμᾶς, *propter vos*, pro *causâ vestri*, quæ idem sonant.

℣. 38. Abest *sed* à Gr. sed post *Nave*, additur, ὁ παρεστηκώς σοι, ἕτος, *assistens tibi, ipse*, &c. ut sup.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. PRofectique inde venimus in solitudinem, quæ ducit ad mare rubrum, sicut mihi dixerat Dominus: & circuivimus montem Seir longo tempore.

2. Dixitque Dominus ad me:

3. Sufficit vobis circuire montem istum: ite contra aquilonem:

4. & populo præcipe, dicens: Transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau, qui habitant in Seir, & timebunt vos.

VERSIO ANTIQUA.

5. Videte ergo diligenter ne moveamini contra eos: neque enim dabo vobis de terra eorum quantum potest unius pedis calcare vestigium, quia in possessionem Esau dedi montem Seir. 5. Ne moveatis contra ipsos bellum..... *Aug. l. de xlii. mans.* 17. *a.*

6. Cibos emetis ab eis pecuniâ, & comedetis: aquam emptam haurietis, & bibetis.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Gr. Μὴ συνάψῃσε πρὸς αὐτοὺς πόλεμον.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

7. Dominus Deus tuus benedixit tibi in omni opere manuum tuarum : novit iter tuum, quomodo transieris solitudinem hanc magnam, per quadraginta annos habitans tecum Dominus Deus tuus, & nihil tibi defuit.

VERSIO ANTIQUA.

7. Dominus enim Deus vester benedixit te in omni opere manuum tuarum..... *Aug. Locut. 4. t. 3. 365. b.*

VULGATA NOVA.

8. Cùmque transissemus fratres nostros filios Esau, qui habitabant in Seir, per viam campestrem de Elath, & de Asiongaber, venimus ad iter, quod ducit in desertum Moab.

9. Dixitque Dominus ad me : Non pugnes contra *Num.* Moabitas, nec ineas adversùs eos prælium : non *21. 13.* enim dabo tibi quidquam de terra eorum, quia filiis Loth tradidi Ar in possessionem.

10. Emim primi fuerunt habitatores ejus, populus magnus, & validus, & tam excelsus, ut de Enacim stirpe,

11. quasi gigantes crederentur, & essent similes filiorum Enacim. Denique Moabitæ appellant eos Emim.

12. In Seir autem priùs habitaverunt Horrhæi : quibus expulsis atque deletis, habitaverunt filii Esau, sicut fecit Israël in terra possessionis suæ, quam dedit illi Dominus.

13. Surgentes ergo ut transiremus torrentem Zared, venimus ad eum.

14. Tempus autem, quo ambulavimus de Cadesbarne usque ad transitum torrentis Zared, triginta & octo annorum fuit : donec consumeretur omnis generatio hominum bellatorum de castris, sicut juraverat Dominus :

15. cujus manus fuit adversùm eos, ut interirent de castrorum medio.

16. Postquam autem universi ceciderunt pugnatores,

17. locutus est Dominus ad me, dicens :

18. Tu transibis hodie terminos Moab, urbem nomine Ar :

19. & accedens in vicina filiorum Ammon, cave ne pugnes contra eos, nec movearis ad prælium : non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filiis Loth dedi eam in possessionem.

20. Terra gigantum reputata est : & in ipsa olim habitaverunt gigantes, quos Ammonitæ vocant Zomzommim,

21. populus magnus, & multus, & proceræ longitudinis, sicut Enacim, quos delevit Dominus à facie eorum : & fecit illos habitare pro eis,

22. sicut fecerat filiis Esau, qui habitant in Seir, delens Horrhæos, & terram eorum illis tradens, quam possident usque in præsens.

23. Hevæos quoque, qui habitabant in Haserim usque Gazam, Cappadoces expulerunt : qui egressi de Cappadocia deleverunt eos, & habitaverunt pro illis.

VULGATA NOVA.

24. Surgite, & transite torrentem Arnon : ecce tradidi in manu tua Sehon regem Hesebon Amorrhæum, & terram ejus incipe possidere, & committe adversùs eum prælium.

VERSIO ANTIQUA.

24. Nunc ergo surgite, & promovete, & pertransite vos vallem Arnon : ecce tradidi in manus tuas Seon regem Esebon..... *Aug. Locut. 5. 365. b.*

VULGATA NOVA.

25. Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos, qui habitant sub omni cœlo : ut audito nomine tuo paveant, & in morem parturientium contremiscant, & dolore teneantur.

26. Misi ergo nuncios de solitudine Cademoth ad *Num.* Sehon regem Hesebon verbis pacificis, dicens : *21. 21.*

27. Transibimus per terram tuam, publicâ gradiemur viâ : non declinabimus neque ad dexteram, neque ad sinistram.

28. Alimenta pretio vende nobis, ut vescamur : aquam pecuniâ tribue, & sic bibemus. Tantùm est ut nobis concedas transitum,

29. sicut fecerunt filii Esau, qui habitant in Seir, & Moabitæ, qui morantur in Ar : donec veniamus ad Jordanem, & transeamus ad terram, quam Dominus Deus noster daturus est nobis.

VULGATA NOVA.

30. Noluitque Sehon rex Hesebon dare nobis transitum : quia induraverat Dominus Deus tuus spiritum ejus, & obfirmaverat cor illius, ut traderetur in manus tuas, sicut nunc vides.

VERSIO ANTIQUA.

30. Et noluit Seon rex Esebon transire nos per ipsum : quoniam induraverat Dominus Deus noster spiritum ejus, & confortavit cor ejus, ut traderetur in manus tuas, sicut in hac die. *Aug. quæst. 2. in Deut. t. 3. 555. d.*

VULGATA NOVA.

Amos 2. 31. Dixitque Dominus ad me : Ecce cœpi tibi *9.* tradere Sehon, & terram ejus, incipe possidere eam.

32. Egressusque est Sehon obviam nobis cum omni populo suo ad prælium in Jasa.

33. Et tradidit eum Dominus Deus noster nobis : percussimusque eum cum filiis suis & omni populo suo.

34. Cunctasque urbes in tempore illo cepimus, interfectis habitatoribus earum, viris ac mulieribus & parvulis : non reliquimus in eis quidquam.

35. Absque jumentis, quæ in partem venêre prædantium : & spoliis urbium, quas cepimus

36. ab Aroer, quæ est super ripam torrentis Arnon, oppido quod in valle situm est, usque Galaad. Non fuit vicus & civitas, quæ nostras effugeret manus : omnes tradidit Dominus Deus noster nobis.

37. Absque terra filiorum Ammon, ad quam non accessimus : & cunctis quæ adjacent torrenti Jeboc, & urbibus montanis, universisque locis, à quibus nos prohibuit Dominus Deus noster.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Ita Græcè, uno excepto, ὑμῶν, pro *vester* ; at in Ms. Oxon. ὑμῶν, in Compl. σῶ. Unde Aug. ibid. *Non ait : Benedixit vos in omni opere manuum vestrarum, cùm prædixisset* vester, *non* tuus.

℣. 24. Sic est in Græco ad verbum. August. ibid. *Non dixit, in manus vestras, sed à plurali ad singularem transiit.*

℣. 30. Similia prorsus in Græco, nisi excipias verbum, ἐσκλήρυνε, *induravit*, pro *induraverat.*

Digitized by Google

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. ITaque converſi aſcendimus per iter Baſan : egreſſuſque eſt Og rex Baſan in occurſum nobis cum populo ſuo ad bellandum in Edrai. *Num.* 21. 33. *Inf.* 29. 7.

2. Dixitque Dominus ad me : Ne timeas eum : quia in manu tua traditus eſt cum omni populo ac terra ſua : facieſque ei ſicut feciſti Sehon regi Amorrhæorum, qui habitavit in Heſebon. *Num.* 21. 34.

3. Tradidit ergo Dominus Deus noſter in manibus noſtris etiam Og regem Baſan, & univerſum populum ejus : percuſſimuſque eos uſque ad internecionem, *Ibid.* 21. 35.

4. vaſtantes cunctas civitates illius uno tempore : non fuit oppidum, quod nos effugeret : ſexaginta urbes, omnem regionem Argob regni Og in Baſan.

5. Cunctæ urbes erant munitæ muris altiſſimis, portiſque & vectibus, abſque oppidis innumeris, quæ non habebant muros.

6. Et delevimus eos, ſicut feceramus Sehon regi Heſebon, diſperdentes omnem civitatem, viroſque ac mulieres & parvulos :

7. jumenta autem & ſpolia urbium diripuimus.

8. Tulimuſque illo in tempore terram de manu duorum regum Amorrhæorum, qui erant trans Jordanem : à torrente Arnon uſque ad montem Hermon,

9. quem Sidonii Sarion vocant, & Amorrhæi Sanir : *Inf.* 4. 48.

10. omnes civitates, quæ ſitæ ſunt in planitie, & univerſam terram Galaad & Baſan uſque ad Selcha, & Edrai civitates regni Og in Baſan.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 3. *in Deut. t.* 3. 555. *f.*

11. Veruntamen Og rex Baſan reliquus factus eſt à Raphain.....

VULGATA NOVA.

11. Solus quippe Og rex Baſan reſtiterat de ſtirpe gigantum. Monſtratur lectus ejus ferreus, qui eſt in Rabbath filiorum Ammon, novem cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis ad menſuram cubiti virilis manus.

VULGATA NOVA.

12. Terramque poſſedimus tempore illo ab Aroer, quæ eſt ſuper ripam torrentis Arnon, uſque ad mediam partem montis Galaad : & civitates illius dedi Ruben & Gad. *Num.* 32. 29.

13. Reliquam autem partem Galaad, & omnem Baſan regni Og, tradidi mediæ tribui Manaſſe, omnem regionem Argob : cunctaque Baſan vocatur terra gigantum.

14. Jair filius Manaſſe poſſedit omnem regionem Argob uſque ad terminos Geſſuri, & Machati. Voeavitque ex nomine ſuo Baſan, Havoth Jair, id eſt, Villas Jair, uſque in præſentem diem. *Num.* 21. 34.

15. Machir quoque dedi Galaad.

16. Et tribubus Ruben & Gad dedi de terra Galaad uſque ad torrentem Arnon medium torrentis, & confinium uſque ad torrentem Jeboc, qui eſt terminus filiorum Ammon :

17. & planitiem ſolitudinis, atque Jordanem, & terminos Cenereth uſque ad mare deſerti, quod eſt ſalſiſſimum, ad radices montis Phaſga contra orientem.

18. Præcepique vobis in tempore illo, dicens : Dominus Deus veſter dat vobis terram hanc in hæreditatem, expediti præcedite fratres veſtros filios Iſraël omnes viri robuſti :

19. abſque uxoribus, & parvulis, atque jumentis. Novi enim quòd plura habeatis pecora, & in urbibus remanere debebunt, quas tradidi vobis,

20. donec requiem tribuat Dominus fratribus veſtris, ſicut vobis tribuit : & poſſideant ipſi etiam terram, quam daturus eſt eis trans Jordanem : tunc revertetur unuſquiſque in poſſeſſionem ſuam, quam dedi vobis.

21. Joſue quoque in tempore illo præcepi, dicens : Oculi tui viderunt quæ fecit Dominus Deus veſter duobus his regibus : ſic faciet omnibus regnis, ad quæ tranſiturus es. *Num.* 27. 18.

22. Ne timeas eos : Dominus enim Deus veſter pugnabit pro vobis.

VERSIO ANTIQUA.

Capitul. ſup. XI.

23. Et precatus ſum Dominum in tempore illo.....

VULGATA NOVA.

23. Precatuſque ſum Dominum in tempore illo, dicens :

VULGATA NOVA.

24. Domine Deus, tu cœpiſti oſtendere ſervo tuo magnitudinem tuam, manumque fortiſſimam : neque enim eſt alius Deus, vel in cœlo, vel in terra, qui poſſit facere opera tua, & comparari fortitudini tuæ.

25. Tranſibo igitur, & videbo terram hanc optimam trans Jordanem, & montem iſtum egregium, & Libanum.

VERSIO ANTIQUA.

Capitul. ſup.

26. Et deſpexit me veſtri causâ.....

VULGATA NOVA.

26. Iratuſque eſt Dominus mihi propter vos; nec exaudivit me, ſed dixit mihi : Sufficit tibi : nequaquam ultra loquaris de hac re ad me.

VULGATA NOVA.

27. Aſcende cacumen Phaſgæ, & oculos tuos circumfer ad occidentem, & ad aquilonem, auſtrumque & orientem, & aſpice : nec enim tranſibis Jordanem iſtum. *Inf.* 31. 2. & 34. 4.

28. Præcipe Joſue, & corrobora eum atque conforta : quia ipſe præcedet populum iſtum, & dividet eis terram quam viſurus es.

29. Manſimuſque in valle contra fanum Phogor.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. Ita in Græco : addit Auguſt. ibid. *Hoc nomine, quod eſt Raphain, gigantes ſignificari in Hebræa lingua dicunt, qui eam noverunt. Unde quod habent plerique codices*, derelictus eſt à Raphain, *planiès utique dicitur*, reliquus factus eſt, *ut ipſe ex illis remanſiſſe intelligatur; cujus etiam conſequenter longitudo & latitudo ferrei lecti commemoratur, ad ejus magnitudinem commendandam.*

℣. 23. Ad verbum è Gr.

℣. 26. Græcè : Καὶ ὑπερεῖδέ Κύριος ἐμὲ ἕνεκεν ὑμῶν.

Digitized by Google

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. ET nunc Israël audi præcepta & judicia, quæ ego doceo te : ut faciens ea, vivas, & ingrediens possideas terram, quam Dominus Deus patrum vestrorum daturus est vobis.

2. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo : custodite mandata Domini Dei vestri quæ ego præcipio vobis.

Num. 25. 4. 3. Oculi vestri viderunt omnia quæ fecit Dominus contra Beelphegor, quomodo contriverit omnes cultores ejus de medio vestri.

4. Vos autem qui adhæretis Domino Deo vestro, vivitis universi usque in præsentem diem.

5. Scitis quòd docuerim vos præcepta atque justitias, sicut mandavit mihi Dominus Deus meus : sic facietis ea in terra, quam possessuri estis :

VULGATA NOVA.

6. & observabitis & implebitis opere. Hæc est enim vestra sapientia & intellectus coram populis, ut audientes universa præcepta hæc, dicant : En populus sapiens & intelligens, gens magna.

7. Nec est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris.

8. Quæ est enim alia gens sic inclyta, ut habeat cæremonias, justaque judicia, & universam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros ?

9. Custodi igitur temetipsum, & animam tuam sollicitè. Ne obliviscaris verborum, quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ. Docebis ea filios ac nepotes tuos,

10. à die in quo stetisti coram Domino Deo tuo in Horeb, quando Dominus locutus est mihi, dicens : Congrega ad me populum, ut audiant sermones meos, & discant timere me omni tempore quo vivunt in terra, doceantque filios suos.

11. Et accessistis ad radices montis, qui ardebat usque ad cœlum : erantque in eo tenebræ, & nubes, & caligo.

12. Locutusque est Dominus ad vos de medio ignis. Vocem verborum ejus audistis, & formam penitus non vidistis.

13. Et ostendit vobis pactum suum, quod *Exod.* 20. 21. præcepit ut faceretis, & decem verba, quæ scripsit in duabus tabulis lapideis.

22. & 23. *Capit.* 14. Mihique mandavit in illo tempore ut docerem vos cæremonias & judicia, quæ facere deberetis in terra, quam possessuri estis.

15. Custodite igitur sollicitè animas vestras. Non vidistis aliquam similitudinem, in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis :

16. ne fortè decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem masculi vel feminæ,

17. similitudinem omnium jumentorum quæ sunt super terram, vel avium sub cœlo volantium,

18. atque reptilium quæ moventur in terra, sive piscium qui sub terra morantur in aquis :

19. ne fortè elevatis oculis ad cœlum, vi-

VERSIO ANTIQUA.

6..... Ecce populus sapiens & disciplinæ tenax, gens magna. *Ambr. in Ps. 1. t. 1. 761. e.*

7. Quoniam quæ est gens magna, cui est ei Deus appropians illis..... *Aug. Locut. 6. t. 3. 365. c.*

9. Attende tibi soli..... *Ambr. l. 6. Hex. t. 1. 128. f.*

10..... Convoca ad me populum, & audiant verba mea, ut discant timere me omnibus diebus quos ipsi vivent super terram..... *Cypr. l. 3. Testim. 311. c.*

12..... & similitudinem non vidistis, sed vocem. *Aug. Locut. 7. t. 3. 365. c.*

14. Et mihi præcepit Dominus in tempore illo dicere vobis justificationes & judicia..... in quam vos ingredimini illò, hæreditare eam. *Iren. l. 4. c. 16. 247. b.* *Aug. Locut. 8. t. 3. 365. c.*

16. ne feceritis iniquitatem, & faciatis vobis ipsis sculptilem similitudinem, omnem imaginem..... *Aug. quæst. 4. in Deut. t. 3. 556. d.*

17. similitudinem omnis pecoris, aut alicujus rei, quæ sunt super terram..... *Capitul. XIII. sup.*

18..... similitudinem omnis piscis, quæcunque sunt in aquis sub terra : *Aug. quæst. 5. in Deut. t. 3. 557. c.*

19. & ne suspiciens in cœlum, & videns so- *Ibid. quæst. 6. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. In Gr. ἐπισήμων, *gnarus*, *sciens*, loco *disciplinæ tenax* ; & in fine additur τοῦτο. Vide sup. Capitul. XII.

℣. 7. Deest in Græco, *est*, post *quæ* ; reliqua quadrant. Addit August. ibid. *Duo sunt hîc notanda, vel quod ait*, cui est ei, *vel quòd non ait*, appropians illi, *sed* illis.

℣. 9. In Græco simpliciter, Πρόσεχε σεαυτῷ, & apud eundem Ambros. in Ps. 118. to. 1. 1089. e. *Attende tibi* ; item l. 6. Hex. col. 127. b. *Attende tibi, ô homo, attende tibi, ait Lex.*

℣. 10. Ad verbum è Græco, præter unum, *vivent*, pro quo ζῶσι, *vivunt*, vel *vixerint.*

℣. 12. Ita in Græco : addit August. ibid. *Cùm vox non possit videri ; sed generaliter hoc verbum posuit, tanquam ad omnem corporis sensum videre pertineat.*

℣. 14. In Græco, διδάξαι ὑμᾶς, *docere vos*, pro *dicere vobis* ; exinde sic post *judicia*, ποιεῖν ὑμᾶς αὐτὰ ἐπὶ τῆς γῆς, reliqua ut in Lat. sup.

℣. 16. Optimè è Græco, cui favet Capitul. XIII. sup.

℣. 17. Sic etiam in Græco, nisi quòd loco, *aut alicujus rei*, exstat simpliciter, τῶν.

℣. 18. Ad verbum è Græco.

℣. 19. Mirè concinunt hæc omnia cum Græco, ni excipias futura ista, προσκυνήσῃς, & λατρεύσῃς, loco *adores*,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

lem & lunam, & ſtellas, & omnem ornatum cœli, errans adores ea & ſervias illis quæ diſtribuit Dominus Deus tuus ex omnibus gentibus, quæ ſunt ſub cœlo.

Aug. Locut. 9. 365. d. 20..... & eduxit vos de fornace ferrea ex Ægypto.....

Capitul. XIV. ſup. 21. Dominus iratus eſt mihi propter vos..... & non intrabo.....

22. Sed morior in hac terra, & non tranſeo *Aug. Locut. 10. 365. d.* Jordanem hunc.....

Aug. quæſt. 7. in Deut. t. 3. 557. f. 23..... ne obliviſcamini teſtamentum Domini Dei veſtri, quod diſpoſuit ad vos: & faciatis vobismetipſis ſculptilem ſimilitudinem omnium, quæcunque conſtituit tibi Dominus Deus tuus:

Vigil. Tapſ. cont. Varim. 746. b. Cyp. ep. 73. 132. 24. quoniam Dominus tuus ignis conſumens eſt, Dominus zelans eſt.

Aug. Locut. 11. 365. d. Capitul. XIV. ſup. 25. Si autem genueris filios & filios filiorum tuorum..... Si exacerbaveritis Deum:

26. teſtor vobis hodie cœlum & terram, quia perietis de terra illa.....

VULGATA NOVA.

deas ſolem & lunam, & omnia aſtra cœli, & errore deceptus adores ea & colas quæ creavit Dominus Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus, quæ ſub cœlo ſunt.

20. Vos autem tulit Dominus, & eduxit de fornace ferrea Ægypti, ut haberet populum hæreditarium, ſicut eſt in præſenti die.

21. Iratuſque eſt Dominus contra me propter ſermones veſtros, & juravit ut non tranſirem *Sup. 1. 37.* Jordanem, nec ingrederer terram optimam, quam daturus eſt vobis.

22. Ecce morior in hac humo, non tranſibo Jordanem: vos tranſibitis, & poſſidebitis terram egregiam.

23. Cave ne quando obliviſcaris pacti Domini Dei tui, quod pepigit tecum: & facias tibi ſculptam ſimilitudinem eorum, quæ fieri Dominus prohibuit:

24. quia Dominus Deus tuus ignis conſumens *Heb. 12. 29.* eſt, Deus æmulator.

25. Si genueritis filios ac nepotes, & morati fueritis in terra, deceptique feceritis vobis aliquam ſimilitudinem, patrantes malum coram Domino Deo veſtro, ut eum ad iracundiam provocetis:

26. teſtes invoco hodie cœlum & terram, citò perituros vos eſſe de terra, quam tranſito Jordane poſſeſſuri eſtis: non habitabitis in ea longo tempore, ſed delebit vos Dominus,

VULGATA NOVA.

27. atque diſperget in omnes gentes, & remanebitis pauci in nationibus, ad quas vos ducturus eſt Dominus.

28. Ibique ſervietis diis, qui hominum manu fabricati ſunt, ligno & lapidi qui non vident, nec audiunt, nec comedunt, nec odorantur.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 12. 365. e. 29. Et quæretis ibi Dominum Deum veſtrum, & invenietis eum: quando exquiretis eum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, in tribulatione tua.

VULGATA NOVA.

29. Cùmque quæſieris ibi Dominum Deum tuum, invenies eum: ſi tamen toto corde quæſieris, & tota tribulatione animæ tuæ.

VULGATA NOVA.

30. Poſtquam te invenerint omnia quæ prædicta ſunt, noviſſimo tempore revertêris ad Dominum Deum tuum, & audies vocem ejus.

31. Quia Deus miſericors, Dominus Deus tuus eſt: non dimittet te, nec omnino delebit, neque obliviſcetur pacti, in quo juravit patribus tuis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& ſervias; in Mſ. Alex. προσκυνήσεις. Vet. Iren. Interp. l. 3. c. 6. 181. e. ſimiliter habet: *Nequando reſpiciens in cœlum, & videns ſolem & lunam, & ſtellas, & omne ornamentum cœli, errans adores ea, & ſervias eis.* Græcè, Καὶ μὴ ἀναβλέψας εἰς, &c. edit. Ald. Μήποτε ἀναβλέψας, Compl. Καὶ μήποτε, &c. Hieron. in Iſai. 24. to. 3. 212. c. *Cave ne ſuſpiciens cœlum, & videns ſolem & lunam, ſtellas & omnem ornatum cœli, decipiaris, & adores ea.* Gr. πλανηθεὶς προσκυνήσῃς αὐτοῖς.

℣. 20. Itidem Græcè, hoc ſuperaddito, ἐκ γῆς Αἰγύπτου, *de terra Ægypti*, poſt *eduxit vos*.

℣. 21. Græc. Καὶ Κύριος ὁ Θεὸς ἐθυμώθη μοι περὶ τῶν λεγομένων ὑφ' ὑμῶν, ᾠ ὤμοσεν..... ἵνα μὴ εἰσέλθω, &c. *Et Dominus Deus indignatus eſt mihi pro iis quæ dicebantur à vobis, & juravit..... quòd non ingrediar*, &c.

℣. 22. Græcè: Ἐγὼ γὰρ ἀποθνήσκω ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, &c.

℣. 23. Græc. habet primò, Προσέχετε ὑμῖν, vel cum Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. Προσέχετε ὑμεῖς. Rectè Capitul. XIV. ſup. *Attendite*, ſtatimque cum Auguſt. *ne obliviſcamini teſtam. Domini Dei veſtri*; pro quibus Græcè: μὴ ἐπιλαθώμεθε τὴν διαθήκην Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν, at in Mſ. Alex. ὑμῶν, ut in Lat. ſup. Deinde ita Græcè: ἣν διέθετο πρὸς ὑμᾶς, ᾠ ἀνομήσητε, ᾠ ποιήσητε ὑμῖν ἑαυτοῖς, &c. ut in Lat. niſi excipias vocem ἄν, loco *quæcunque*. In Mſs. Alex. & Oxon. ac editt. Ald. & Compl. deeſt, ᾠ ἀνομήσῃτε, *& faciatis iniquitatem*, quod etiam non legit Aug. ſup. a. Idem verò Auguſt. l. contra Adimant. to. 8. col. 126. c. d. ſic habet: *Videte ne obliviſcamini teſtamentum Dei veſtri, quod conſcripſit, & faciatis vobis effigies & imagines.* At hæc verba non citata videntur ab Auguſt. niſi eo modò quo prolata ſunt ab ipſo Adimanto: addit enim proximè S. Doctor: *Hæc verba de Scripturis hoc modo ille Adimantus propoſuit.* Et verò quomodo illa Auguſt. ita retuliſſet, qui quæſt. 7. in Deut. relatis iis quæ ſupra, proximè ſubjungit: *Hic certè generaliter loquens, ſimilitudinem poſuit, imaginem tacuit, quoniam ſi nulla ſit ſimilitudo, profectò nec imago.* Porro Adimantus loco cit. non tacuit *imagines*, cùm dicat, *& faciatis vobis effigies & imagines.* Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. ſic legit: *Obſervate ne faciatis vobis ipſis vel ſimulacrum omnium de quibus præcepit tibi Deus.*

℣. 24. Prior verſiculi pars de Vigilio, nil differt à Gr. poſterior ex Cypr. ita Græcè: Θεὸς ζηλωτής. Cypr. legebat: *Dominus Deus tuus, Dominus zelans eſt.* Hilar. in Pſ. 118. col. 290. a. ſic: *Deus noſter ignis conſumens eſt.* Similiter Ambroſ. l. de Spir. ſ. to. 2. col. 629. f. at l. 4. Hex. to. 1. col. 66. d. & l. 3. offic. to. 2. col. 134. b. *Ego ſum ignis conſumens:* ſicut etiam habet Auguſt. l. de morib. Eccl. to. 1. col. 709. d. Adimantus verò apud ipſum to. 8. col. 126. c. d. *Deus veſter ignis eſt edax, & Deus zelans:* & infra, col. 127. d. *Ego ſum ignis edax.*

℣. 25. Ita primùm Auguſt. è Græco; extrema de Capitulo XIV. ſic habentur Græcè, ᾠ ποιήσητε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν παροργίσαι αὐτόν. i. e. *& feceritis malignum coram Domino Deo veſtro ad exacerbandum eum.*

℣. 26. Græcè, διαμαρτύρομαι, *conteſtor*; reliqua ut in Lat. ſup. exceptis his, ἀπωλείᾳ ἀπολεῖσθε, *perditione perdemini*, loco *perietis*, detracta voce *illa*.

℣. 29. Ita de Græco, verbum è verbo: in Vatic. tamen cod. legitur ἐκζητήσητε, *exquiſieritis*, pro *exquiretis*, at in Oxon. ζητήσητε, al. ἐκζητήσετε. Obſervat Aug. non dici, *in toto corde veſtro, & in tota anima veſtra, in tribulatione veſtra.* In Mſ. tamen Alex. legitur ὑμῶν, loco οὗ, poſt *corde*.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

32. Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te ex die quo creavit Deus hominem ſuper terram, à ſummo cœlo uſque ad ſummum ejus, ſi facta eſt aliquando hujuſcemodi res, aut unquam cognitum eſt,

33. ut audiret populus vocem Dei loquentis de medio ignis, ſicut tu audiſti & vixiſti:

34. ſi fecit Deus ut ingrederetur, & tolleret ſibi gentem de medio nationum, per tentationes, ſigna, atque portenta, per pugnam, & robuſtam manum, extentumque brachium, & horribiles viſiones, juxta omnia quæ fecit pro vobis Dominus Deus veſter in Ægypto, videntibus oculis tuis:

VERSIO ANTIQUA.

32. Interrogate dies priores, qui fuerunt priores te ex die qua creavit Deus hominem ſuper terram, & à ſummo cœli uſque ad ſummum cœli, ſi factum eſt ſecundùm verbum magnum hoc, ſi auditum eſt tale quid, *Aug. quæſt. 8. in Deut. 557. f.*

33. ſi audivit gens vocem Dei viventis loquentis è medio ignis, quemadmodum audiſti tu & vixiſti: *Ibid. 558. a.*

34. ſi & tentavit Deus ingreſſus accipere ſibi gentem de media gente..... ſecundùm omnia quæ fecit Dominus Deus veſter in Ægypto, coram te vidente: *Aug. Locut. 14. & 15. 365. f.*

VULGATA NOVA.

35. ut ſcires quoniam Dominus ipſe eſt Deus, & non eſt alius præter eum.

36. De cœlo te fecit audire vocem ſuam, ut doceret te, & in terra oſtendit tibi ignem ſuum maximum, & audiſti verba illius de medio ignis,

37. quia dilexit patres tuos, & elegit ſemen eorum poſt eos. Eduxitque te præcedens in virtute ſua magna ex Ægypto, *Exod. 13. 21.*

38. ut deleret nationes maximas & fortiores te in introitu tuo: & introduceret te, daretque tibi terram earum in poſſeſſionem, ſicut cernis in præſenti die.

VULGATA NOVA.

39. Scito ergo hodie, & cogitato in corde tuo, quòd Dominus ipſe ſit Deus in cœlo ſurſum, & in terra deorſum, & non ſit alius.

VERSIO ANTIQUA.

39..... Deus in cœlo ſurſum, & ſuper terram deorſum, & non eſt alius præter eum Deus. *Hieron. in Iſai. 65. t. 3. 496. c.*

VULGATA NOVA.

40. Cuſtodi præcepta ejus atque mandata, quæ ego præcipio tibi: ut bene ſit tibi, & filiis tuis poſt te, & permaneas multo tempore ſuper terram, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi.

Num. 35. 6. 14. 41. Tunc ſeparavit Moyſes tres civitates trans Jordanem ad orientalem plagam,

42. ut confugiat ad eas qui occiderit nolens proximum ſuum, nec ſibi fuerit inimicus ante unum & alterum diem, & ad harum aliquam urbium poſſit evadere:

Joſ. 20. 8. 43. Boſor in ſolitudine, quæ ſita eſt in terra campeſtri de tribu Ruben: & Ramoth in Galaad, quæ eſt in tribu Gad: & Golan in Baſan, quæ eſt in tribu Manaſſe.

44. Iſta eſt lex, quam propoſuit Moyſes coram filiis Iſraël,

45. & hæc teſtimonia & cæremoniæ atque judicia, quæ locutus eſt ad filios Iſraël, quando egreſſi ſunt de Ægypto,

46. trans Jordanem in valle contra fanum Phogor in terra Sehon regis Amorrhæi, qui habitavit in Heſebon, quem percuſſit Moyſes. Filii quoque Iſraël egreſſi ex Ægypto

47. poſſederunt terram ejus, & terram Og regis Baſan, duorum regum Amorrhæorum, qui erant trans Jordanem ad ſolis ortum:

48. Ab Aroër, quæ ſita eſt ſuper ripam torrentis Arnon, uſque ad montem Sion, qui eſt & Hermon,

49. omnem planitiem trans Jordanem ad orientalem plagam, uſque ad mare ſolitudinis, & uſque ad radices montis Phaſga.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 32. Ita in Græco ad verbum, his exceptis, ἀπὸ, pro *ex*, & ἐπὶ τὸ ἄκρον, *ad ſummum*, pro *à ſummo*: at Auguſt. infra conſtanter legit, *à ſummo*, ſicut locut. 13. de Deut. col. 365. e. priora iſta: *Interrogate dies priores, qui fuerunt priores te*: ibi etiam notat, *non dies, ſed homines* intelligendos eſſe. Favet Capitul. XV. ſup. quod vide.

℣. 33. Similiter in Gr. nec repugnat Capitul. XV. ſup.

℣. 34. Græc. omittit ὅ, poſt *ſi*: item hab. ὅσα, *quæcunque*, non *quæ* ſimpliciter; ſicut ἡμῶν, pro *veſter*: cætera quadrant ad verbum.

℣. 39. Optimè de Græco, præter hoc ult. *alius præter eum Deus*, pro quo ſimpliciter, ἔτι πλὴν αὐτοῦ, *amplius præter eum*. Novat. l. de Trin. p. 1032. b. hæc habet: *Deus in cœlo ſurſum, & in terra deorſum*; Gr. ἐπὶ τῆς γῆς.

CAPUT V.

VULGATA NOVA.

1. VOcavitque Moyſes omnem Iſraëlem, & dixit ad eum: Audi Iſraël cæremonias atque judicia, quæ ego loquor in auribus veſtris hodie: diſcite ea, & opere complete.

VULGATA NOVA.

2. Dominus Deus noſter pepigit nobiſcum fœdus in Horeb.

3. Non cum patribus noſtris iniit pactum, ſed nobiſcum qui impræſentiarum ſumus, & vivimus.

4. Facie ad faciem locutus eſt nobis in monte

VERSIO ANTIQUA.

2. Dominus Deus veſter diſpoſuit ad vos teſtamentum in Choreb. *Aug. quæſt. 9. in Deut. t. 3. 558. b.*

3. Non patribus veſtris diſpoſuit Dominus teſtamentum hoc, ſed ad vos, vos hîc omnes viventes hodie.

4. Facie ad faciem locutus eſt Dominus ad vos

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Similiter in Græco. Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 16. 246. c. paulò diſſimiliùs: *Dominus Deus tuus teſtamentum diſpoſuit in Horeb.*

℣. 3. Concordant iſta cum Græco: nec diſſentit Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 16. 246. c. niſi quòd habet initio: *Et non patribus veſtris*; & quidem in Ald. edit. ſic: Καὶ οὐχὶ τοῖς, &c. ultima tamen *vos hîc omnes*, &c. non leguntur apud Irenæum.

℣. 4. Gr. Πρόσωπον κατὰ πρόσωπον, Mſs. etiam plures Aug. hab. infra, *faciem ad faciem*; reliqua quadrant.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
in monte è medio ignis.	de medio ignis.
Aug. quæſt. 10. 559. *a. d.* 5. Et ego ſtabam inter Dominum & vos in tempore illo, annuntiare vobis verba Domini: quoniam timuiſtis à facie ignis, & non aſcendiſtis in montem, dicens:	5. Ego ſequeſter & medius fui inter Dominum & vos in tempore illo, ut annuntiarem vobis verba ejus: timuiſtis enim ignem, & non aſcendiſtis in montem, & ait:
6. Ego ſum Dominus Deus tuus.....	6. Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſervitutis. *Exod.* 20. 2.
Lucif. Cal. pro S. Athan. 184. *c.* 7. Non erunt tibi dii alii præter me.	7. Non habebis deos alienos in conſpectu meo. *Lev.* 26. 1. *Pſ.* 80. 11.
8. Non facies tibi ſculptile, neque omnium ſimilitudinem eorum, quæcunque ſunt in cœlo ſurſum, & eorum quæ ſunt in terra deorſum, & quæcunque ſunt in aquis ſubtus terram.	8. Non facies tibi ſculptile, nec ſimilitudinem omnium, quæ in cœlo ſunt deſuper, & quæ in terra deorſum, & quæ verſantur in aquis ſub terra. *Exod.* 20. 3. *Pſ.* 80. 10.
9. Non adorabis illa, neque ſervies eis. Quoniam ego ſum Dominus Deus tuus: Deus zelans, reddens peccata patrum in filiis in tertiam & quartam progeniem eis qui oderunt me,	9. Non adorabis ea, & non coles. Ego enim ſum Dominus Deus tuus: Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum ſuper filios in tertiam & quartam generationem his qui oderunt me, *Exod.* 20. 4. *Lev.* 26. 1.
10. & faciens miſericordiam in millibus his qui diligunt me, & his qui cuſtodiunt præcepta mea.	10. & faciens miſericordiam in multa millia diligentibus me, & cuſtodientibus præcepta mea. *Pſ.* 96. 7. *Exod.* 34. 14.
	11. Non uſurpabis nomen Domini Dei tui fruſtra: quia non erit impunitus qui ſuper re vana nomen ejus aſſumpſerit. *Exod.* 20. 7. *Lev.* 19. 12.
Aug. l. cont. Adim. c. 8. 134. *a.* 12. Obſerva & ſanctifica diem, quem præcepit tibi Dominus.	12. Obſerva diem ſabbati, ut ſanctifices eum, ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus. *Mat.* 5. 33.
13. Sex diebus laborabis, & facies omne opus tuum.	13. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua.
14. Septima verò die ſabbati epulare Domino Deo tuo: nullum faciens opus ipſe tu, aut filius tuus, aut filia tua, aut puer tuus, aut puella tua, bos tuus, & aſinus tuus, omnia jumenta tua, & colonus tuus: ſic autem quieſcet ſervus tuus, & ancilla tua, quemadmodum & tu.	14. Septimus dies ſabbati eſt, id eſt, requies Domini Dei tui. Non facies in eo quidquam operis tu, & filius tuus, & filia, ſervus & ancilla, & bos, & aſinus, & omne jumentum tuum, & peregrinus qui eſt intra portas tuas: ut requieſcat ſervus tuus, & ancilla tua, ſicut & tu. *Gen.* 2. 2. *Exod.* 20. 10. *Heb.* 4. 4.
15. Memento quoniam ſervus fuiſti in Ægypto, & eruit te Dominus Deus tuus in manu potenti, & brachio excelſo. Propter hoc conſtituit tibi Dominus Deus tuus ut obſerves diem ſabbati, & ſanctificare eum. *Aug. Locut.* 18. *de Deut.* 366. *a.*	15. Memento quòd & ipſe ſervieris in Ægypto, & eduxerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti, & brachio extento. Idcirco præcepit tibi ut obſervares diem ſabbati.
Ambr. in Luc. 18. 6. 1. *p.* 1489. *f.* 16. Honora patrem tuum & matrem.....	16. Honora patrem tuum & matrem, ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, ut longo vi- *Exod.* 20. 12. *Eccli.* 3. 9. *Mat.* 15. 4. *Marc.* 7. 10. *Eph.* 6. 2.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Ad verbum è Græco, præter unum *ſtabam*, pro quo εἱςήκειν, *ſteteram*. Eadem rurſus habet Auguſt. Locut. 16. 365. g. 366. a. notatque, *dicens* poſitum eſſe, pro *cùm diceret*, idem obſervat in Quæſt. vide ſis.

℣. 6. Subjungit Auguſt. proximè: *Et cætera, quæ jam verba Dei ſunt, quæ Decalogus continet.*

℣. 7. Ita Græcè ſec. Mſs. Alex. & Oxon. nec non ed. Compl. ubi ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ, nam in Vatic. ἕτεροι πρὸ προσώπου μου, *alii ante faciem meam.*

℣. 8. Nonnulla diſſimilia Græcè, nempe ſeqq. ϛαυτῷ, pro *tibi*, dein εἴδωλον, pro *ſculptile*; in Mſs. tamen Alex. & Oxon. ſicut in editt. Ald. & Complut. loco εἴδωλον, legitur γλυπτόν; exinde conſtanter, παντὸς, *cujuſquam*, loco *omnium*, omiſſis ambobus *eorum*, & tribus *ſunt*; demum loco *quæ*, conſtanter ὅσα, *quæcunque*. Vet. Iren. Interp. l. 3. c. 6. 181. d. ſic habet: *Non facies tibi omnem ſimilitudinem in Deum, quæcunque in cœlo ſurſum, & quæcunque in terra deorſum, & quæcunque in aquis ſub terra.* Cypr. l. 3. teſtim. p. 321. b. *Non facies tibi idolum, nec cujuſquam ſimilitudinem.* Auguſt. l. 1. de conſ. Evang. to. 3. p. 2. col. 18. b. *Non facies tibi idolum, neque cujuſquam ſimilitudinem, neque in cœlo ſurſum, neque in terra deorſum.*

℣. 9. Ad verbum è Græco, præter hoc, ἐπὶ τέκνα, *in filios*, pro *in filiis.*

℣. 10. Similiter in Græco, uno excepto, εἰς χιλιάδας, *in millia*, pro *in millibus.*

℣. 12. Non mirum ſi hæc & ſeqq. apud Auguſt. non ita conveniant cum Græco, ut verbum è verbo, pro more reddita videantur: non enim illa profert S. Doctor de ſuo codice, ſed quomodo citabantur ab ipſo Adimanto: id apertè declarat Auguſt. aliquantò poſt hoc modo: *Hæc omnia verba Veteris Teſtamenti, ut eis de Novo adverſetur, proponit Adimantus:* idque clariùs adhuc dixerat ſup. col. 126. c. d. ut obſervavi ad cap. IV. ℣. 23. Veruntamen quia in ipſis nihil falſi reprehendit Auguſt. ea ipſa cæteris annectere non piguit, maximè cùm alia vix ſuperſint ex aliis Patribus Lat. Sic autem verſiculus iſte legitur Græcè: Φύλαξαι τὴν ἡμέραν τῶν ϛαββάτων ἁγιάζειν αὐτὴν, ὃν τρόπον ἐνετείλατό σοι Κύριος ὁ Θεός σου. *Obſerva diem ſabbatorum ſanctificare eam, quemadmodum mandavit tibi Dominus Deus tuus.*

℣. 13. Græcè: Ἓξ ἡμέρας ἐργᾷ, καὶ ποιήσεις πάντα τὰ ἔργα σου.

℣. 14. Nonnulla diſſimilia hîc habentur Græcè, en illa: Τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ϛάββατα Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου· οὐ ποιήσεις ἐν αὐτῇ πᾶν ἔργον σὺ, καὶ..... καὶ..... σου, ὁ παῖς σου, καὶ ἡ παιδίσκη σου, ὁ βοῦς σου, καὶ τὸ ὑποζύγιόν σου, καὶ πᾶν κτῆνός σου, καὶ προσήλυτος ὁ παροικῶν ἐν σοὶ, ἵνα ἀναπαύσηται ὁ..... καὶ ἡ παιδίσκη σου, καὶ τὸ ὑποζύγιόν σου, ὡσπερ καὶ σύ. *Die autem ſeptima ſabbata Domino Deo tuo: non facies in ea omne opus tu, &..... & ..... tua, puer tuus, &..... bos tuus, & ſubjugale tuum, & omne pecus tuum, & advena qui incolit in te; ut requieſcat.... ancilla tua, & ſubjugale tuum, ſicut & tu.* Mſ. Alex. & Compl. delent hîc καὶ τὸ ὑποζύγιόν σου. Aug. Locut. 17. to. 3. 366. a. ſimiliter habet, *& advena qui incolit in te.*

℣. 15. Gr. Καὶ μνησθήσῃ ὅτι οἰκέτης ἦσθα ἐν γῇ Αἰγύπτῳ; καὶ ἐξήγαγέ σε Κύριος ὁ Θεός σου ἐκεῖθεν ἐν... καὶ ἐν, &c. ut in Lat. Ad hoc autem, *ut obſerves diem ſabbati, & ſanctificare eum*, pro quo Græcè, ὥστε φυλάσσεσθαι τὴν..... ϛαββάτων, καὶ ἁγιάζειν αὐτήν, notat Aug. ſup. *Si*, &c., *non haberet, non videretur inuſitata locutio..... aut certè ſi ita eſſet, Ut obſerves diem ſabbati, & ſanctifices eum.* Adimantus apud Auguſt. ſup. legit: *Idcirco præcepit tibi Dominus cuſtodire diem ſeptimum.* Novat. de Trin. p. 1034. a. anterioribus verbis alludens, dicit: *Populus filiorum Iſraël de terra Ægypti manu valida, & brachio excelſo liberatur.* Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 749. f. ſimiliter: *Scitote, & intelligite quoniam in manu forti, & brachio excelſo eduxit vos Deus veſter de medio Ægyptiorum.*

℣. 16. Sic eſt in Græco.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

vas tempore, & bene sit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi.

17. Non occides.
18. Neque mœchaberis.

VERSIO ANTIQUA.

17. Non occides. *S. Paulin. ep. 24. p. 164. c.*
18. Non adulterabis. *Ambr. in Ps. 1. t. 1. p. 745. b.*

VULGATA NOVA.

19. Furtumque non facies.
20. Nec loquêris contra proximum tuum falsum testimonium.

21. Non concupisces uxorem proximi tui: non domum, non agrum, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, & universa quæ illius sunt. *Mat. 5. 28. Rom. 7. 7.*

VULGATA NOVA.

22. Hæc vérba locutus est Dominus ad omnem multitudinem vestram in monte de medio ignis & nubis, & caliginis, voce magna, nihil addens ampliùs: & scripsit ea in duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi.

23. Vos autem postquam audistis vocem de medio tenebrarum, & montem ardere vidistis, accessistis ad me omnes principes tribuum, & majores natu, atque dixistis:

24. Ecce ostendit nobis Dominus Deus noster majestatem & magnitudinem suam: vocem ejus audivimus de medio ignis, & probavimus hodie quòd loquente Deo cum homine, vixerit homo.

VERSIO ANTIQUA.

22. Hi sermones omnes, quos locutus est Dominus ad omnem synagogam filiorum Israël in monte, & nihil adjecit: & scripsit ea in duabus tabulis lapideis, & dedit mihi. *Iren. l. 4. c. 15. 244. e.*

24. Ecce ostendit Dominus Deus noster nobis gloriam suam: & vocem ejus audivimus è medio ignis: in die ista videbimus, quoniam loquetur Deus ad hominem, & vivet. *Aug. quæst. 16. in Deut. t. 3. 559. g. Iren. l. 4. c. 20. 254. d.*

VULGATA NOVA.

25. Cur ergo moriemur, & devorabit nos ignis hic maximus? Si enim audierimus ultra vocem Domini Dei nostri, moriemur.

26. Quid est omnis caro, ut audiat vocem Dei viventis, qui de medio ignis loquitur sicut nos audivimus, & possit vivere?

27. Tu magis accede, & audi cuncta quæ dixerit Dominus Deus noster tibi: loquêrisque ad nos, & nos audientes faciemus ea.

28. Quod cùm audisset Dominus, ait ad me: Audivi vocem verborum populi hujus quæ locuti sunt tibi: bene omnia sunt locuti.

VULGATA NOVA.

29. Quis det talem eos habere mentem, ut timeant me, & custodiant universa mandata mea in omni tempore, ut bene sit eis & filiis eorum in sempiternum?

VERSIO ANTIQUA.

29. Quis dabit esse sic cor eorum in eis, ut timeant me, & custodiant mandata mea..... *Aug. quæst. 11. in Deut. t. 3. 560. b.*

30. Vade & dic eis: Revertimini in tentoria vestra.

31. Tu verò hìc sta mecum, & loquar tibi omnia mandata mea, & cæremonias atque judicia: quæ docebis eos, ut faciant ea in terra, quam dabo illis in possessionem.

31. Tu autem hîc sta mecum..... *Ambr. in Ps. 118. t. 1. 1159. d.*

VULGATA NOVA.

32. Custodite igitur & facite quæ præcepit Dominus Deus vobis: non declinabitis neque ad dexteram, neque ad sinistram:

32..... 33. *Vide Not.*

33. sed per viam, quam præcepit Dominus Deus vester, ambulabitis, ut vivatis, & bene sit vobis, & protelentur dies in terra possessionis vestræ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 17. 18. Ita Græcè, Οὐ φονεύσεις. Οὐ μοιχεύσεις. Ap. Ambr. verò in Ps. 1. pag. 745. b. sic, inverso ordine: *Non adulterabis. Non homicidium facies.* Item in Ms. Oxon. Οὐ μοιχεύσεις. Οὐ φονεύσεις.

℣. 22. Paulò dissimiliùs in Gr. Ταῦτα τὰ ῥήματα ἐλάλησε Κύριος (Ms. Ox. ἃ ἐλάλησε) πρὸς πᾶσαν συναγωγὴν ὑμῶν ἐν τῷ ὄρει ἐκ μέσου τοῦ πυρός· σκότος, γνόφος, θύελλα, φωνὴ μεγάλη, ᾗ οὐ προσέθηκε· καὶ ἔγραψεν αὐτὰ ἐπὶ δύο πλάκας λιθίνας, &c. i. e. *Hæc verba locutus est Dominus ad omnem synag. vestram in monte de medio ignis: tenebræ, caligo, procella, vox magna, & non adjecit: & scripsit ea super duas tabulas lapideas*, &c. ut sup. At Iren. iterum infra c. 16. 247. c. sic habet: *Hos sermones locutus est Dominus ad omnem synag. fil. Israël in monte, & nihil adjecit.* Capitul. XVIII. sup. *Hæc verba locutus est Dominus ad omnem synagogam Israel*, &c.

℣. 24. Priora verba quæ ex August. rectè conveniunt cum Græco, nisi quòd vox ἡμῖν, *nobis*, ponitur post *ostendit*, non verò post *noster*. Ms. tamen Oxon. favet Augustino; reliqua petita ex Irenæo similiter concordant, excepto uno *videbimus*, pro quo εἴδομεν, *vidimus*.

℣. 29. Sic est in Græco ad verbum. Vide sup. Capitul. XVIII.

℣. 31. Sic iterum Ambros. l. 4. de interp. David, c. 9. to. 1. 670. f. & in Ps. 61. 962. c. al. verò delet *hìc*; Hilar. similiter in Ps. 124. 404. b. *Tu autem mecum sta.* Hieron. ep. ad Damas. to. 4. 154. b. *Tu verò hìc sta mecum.* Gr. Σὺ δὲ αὐτοῦ στῆθι μετ' ἐμοῦ.

℣℣. 32. 33. Totum pene ℣. 32. exhibet Capit. XVIII. sup. his verbis: *Et nunc facite quæcunque præcepit vobis Dominus, non declinantes in dexteram, neque in sinistram:* pro quibus Græcè, Καὶ φυλάξεσθε ποιεῖν ὃν τρόπον ἐνετείλατό σοι Κύριος ὁ Θεός σου· οὐκ ἐκκλινεῖτε εἰς δεξιὰ, οὐδὲ εἰς ἀριστερά. Hieron. in Isai. 57. to. 3. 420. a. *Viâ regiâ ambulabis, & non declinabis ad dexteram, neque ad sinistram:* & in Ezech. 38. col. 969. f. *Neque ad dexteram, neque ad sinistram declinabis, sed viâ regiâ ingredieris.* Græcum addit: κατὰ πᾶσαν τὴν ὁδὸν, ἣν ἐνετείλατό σοι Κύριος..... πορεύεσθαι ἐν αὐτῇ, &c. Eadem vidimus supra, c. 2. ℣. 27.

Digitized by Google

CAPUT VI.

VULGATA NOVA.

1. HÆc ſunt præcepta, & cæremoniæ, atque judicia, quæ mandavit Dominus Deus veſter ut docerem vos, & faciatis ea in terra, ad quam tranſgredimini poſſidendam:

2. ut timeas Dominum Deum tuum, & cuſtodias omnia mandata & præcepta ejus, quæ ego præcipio tibi, & filiis, ac nepotibus tuis, cunctis diebus vitæ tuæ, ut prolongentur dies tui.

3. Audi Iſraël, & obſerva ut facias quæ præcepit tibi Dominus, & bene ſit tibi, & multipliceris ampliùs, ſicut pollicitus eſt Dominus Deus patrum tuorum tibi terram lacte & melle manantem.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. in Pſ. 1. t. 1. 751. f. 752. a.

4. Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, Deus unus eſt.

5. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua.

6. Et erunt verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & in anima tua:

7. & demonſtrabis ea filiis tuis, & loquêris eis ſedens in domo, & ambulans in itinere, & in quiete, & in vigilia.

8. Et alligabis ea in ſignum in manu tua, & erunt monilia ante oculos tuos,

9. & ſcribes ea ſuper limina in domiciliis tuis & in januis tuis.

Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. 735. a.

10. Cùm autem induxerit te Dominus Deus tuus in terram fluentem lacte & melle.....

12. cave tibi, cùm manducaveris, & ſaturatus fueris,

Tertul. l. adv. Gnoſt. 825. b.

13. ne obliviſcaris Domini Dei tui, qui te eduxit de terra Ægypti, & domo ſervitutis. Dominum

VULGATA NOVA.

4. Audi Iſraël, Dominus Deus noſter, Dominus unus eſt.

5. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. *Inf. 11. 13. Mat. 22. 37. Marc. 12. 30. Luc. 10. 27.*

6. Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo:

7. & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis in eis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque conſurgens.

8. Et ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, eruntque & movebuntur inter oculos tuos,

9. ſcribeſque ea in limine & oſtiis domus tuæ.

10. Cùmque introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, pro qua juravit patribus tuis, Abraham, Iſaac, & Jacob: & dederit tibi civitates magnas & optimas, quas non ædificaſti,

11. domos plenas cunctarum opum, quas non extruxiſti, ciſternas, quas non fodiſti, vineta & oliveta, quæ non plantaſti,

12. & comederis, & ſaturatus fueris:

13. cave diligenter, ne obliviſcaris Domini, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo ſervi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Sic iterum Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1238. a. & l. de parad. to. 2. 155. d. & ep. 7. 782. e. & l. 1. de fide, 445. b. At in Luc. 18. & 20. to. 1. 1487. e. & 1505. a. habet: *Dominus unus eſt.* Gr. Ἄκουε Ἰσραὴλ, Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, Κύριος εἷς ἐστι, quod ita reddit ad verbum Capitul. XIX. ſup. In Mſ. Oxon. non repetitur Κύριος: Tertul. etiam adverſ. Gnoſt. 825. b. legit: *Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, unus eſt.* Succinit Iren. l. 4. c. 2. p. 229. c. at l. 5. c. 22. 319. d. legit ut ſup. *Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, Deus unus eſt.* Similiter Cypr. de orat. Domin. 213. a. cum Auct. quæſt. N. Teſtam. q. 97. apud Aug. to. 3. p. 87. e. Hilar. verò l. 4. de Trin. col. 830. c. 836. a. d. 846. d. non repetit *Deus*; addit verò Aug. l. 1. de conſ. Evang. to. 3. p. 2. 18. b. & l. de mor. Eccl. to. 1. 698. e. item ep. 238. ad Paſcent. to. 2. 859. a. niſi quòd pro *Deus*, hab. *Dominus*. Similiter hab. Gaud. Brix. ſ. 16. 968. c. & ſer. 9. 958. f. ſic: *Non enim*, inquit, *ſimpliciter dixit:* Audi Iſraël, Deus tuus, unus eſt; *ſed quid?* Audi Iſraël, Deus tuus, Dominus unus eſt. Capitul. Baluz. to. 1. p. 233. *Audi Iſraël, quia Dominus Deus tuus, Deus unus eſt.* Ferrand. Diac. ep. ad Severum, & ad Regin. p. 134. & 168. *Audi Iſraël, Dom. Deus tuus, Deus unus eſt.* Concinit Auct. op. imp. in Matth. p. 139. d. cum Fulg. l. pro fid. cath. p. 536. & Phœb. Agin. l. cont. Arian. p. 303. d.

℣. 5. Eadem rurſus hab. Ambr. l. de fug. ſæc. c. 2. 422. a. Nec differt Gr. niſi hac voce, διανοίας, *mente*, pro *corde*; at in Mſ. Alex. ſicut in edd. Ald. & Compl. non, διανοίας, legitur, ſed καρδίας. Item ubique conſtanter habetur Καὶ, ante *diliges*. Tertul. l. adv. Gnoſt. 825. b. ſic hab. *Et diliges Dom. Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis:* ſimiliter l. 5. adv. Marc. 786. a. omiſſis tantùm vocibus *Dominum*, & *tuum*, quas tamen retinet l. adv. Jud. c. 2. 136. a. Vet. Iren. Interp. l. 5. c. 22. 319. d. ſic: *Diliges Dominum Deum tuum ex tota anima tua.* Cypr. l. 3. Teſtim. 311. b. *Diliges Dom. Deum tuum de toto corde tuo, & de tota anima tua, & de tota virtute tua.* Aug. l. de mor. Eccl. to. 1. col. 692. e. *Diliges Dom. Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua.* Capitul. ſup. XIX. *Et diliges..... ex toto corde tuo, & ex tota virtute tua.*

℣. 6. Ita de Græco, niſi hoc excipias, *quæ ego præcipio*, pro quo, ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαι, *quæcunque ego mando.*

℣. 7. In Gr. ſic: Καὶ προβιβάσεις αὐτὰ τοὺς υἱούς σου, ad verbum, *Et informabis*, ſeu, *priùs edocebis ea filios tuos;* (in Mſ. Oxon. ac ed. Ald. τοῖς υἱοῖς) deinde pro *loquêris eis*, ita, λαλήσεις ἐν αὐτοῖς, vel ut in edit. Compl. ἐπ' αὐτοῖς, *in eis*; demum pro *in quiete*, & *in vigilia*, ſic, κοιλαζόμενος καὶ διανιστάμενος, *dormiens & exſurgens*, quæ idem valent. Ambr. in Pſ. 36. 807. f. rectè: *Loquêris in illis ſedens in domo, ambulans in via, dormitans, reſurgens:* Hormiſdas PP. ep. 25. Conc. to. 4. p. 1468. d. alludens dicit: *Narremus ea filiis noſtris, ut ea meditentur in cordibus ſuis, ſedentes in domo, ambulantes in itinere, dormientes atque ſurgentes.*

℣. 8. Obſervant hîc editores noviſſimi in Mſs. pluribus ac in edit. Vet. Ambroſ. legi: *Et alligabis ea in ſinu tuo:* in Rom. verò edit. & aliquot Mſs. aliis: *Et alligabis ea in ſignum:* item ubi Rom. ed. habet, & *erunt immobilia ante oculos tuos;* in vet. ed. ac omnibus omnino Mſs. eſſe, & *erunt monilia:* at in Græco conſtanter, Καὶ ἀράξεις αὐτὰ εἰς σημεῖον ἐπὶ τῆς χειρός σου, καὶ ἔσαι ἀσάλευτον πρὸ ὀφθαλμῶν σου. In edit. Ald. καὶ ἔσαι ἀσάλευτα, &c. Unde Hieron. in Matth. 23. to. 4. 108. f. *Ligabis ea in manu tua, & erunt immota ante oculos tuos.*

℣. 9. Gr. Καὶ γράψεις αὐτὰ ἐπὶ τὰς φλιὰς τῶν οἰκιῶν ὑμῶν καὶ τῶν πυλῶν ὑμῶν. *Et ſcribetis ea ſuper limina domorum veſtrarum & portarum veſtrarum.* Mſ. tamen Alex. cum ed. Compl. hab. γράψεις *ſcribes*, edit. Compl. ἐν ταῖς φλιαῖς τῶν οἰκιῶν σου, καὶ τῶν πυλῶν σου.

℣. 10. Gr. hab. Καὶ ἔσαι ὅταν, *Et erit quando*, pro *Cùm autem*, delet verò *fluentem lacte & melle*, cujus loco ſubjicit iſta: ἣν ὤμοσε τοῖς πατράσι σου... δοῦναί σοι πόλεις μεγάλας καὶ καλάς, &c. *quam juravit patribus tuis..... dare tibi civitates magnas & bonas*, &c.

℣. 12. Gr. ipſo initio hab. καὶ φαγὼν, καὶ ἐμπλησθεὶς, abſque præced. *cave tibi.* Vigil. Tapſ. ubi ſup. addit *ne*, poſt *tibi*, quod delevi, quia reponitur à Tertul. ℣. ſeq. ante *obliviſcaris*, juxta Græc. Auguſt. locut. 19. de Deut. col. 366. b. ſic hab. *Attende tibi, ne dilatetur cor tuum.* Vide Not. ſeq.

℣. 13. Primùm exſtat Græcè: πρόσεχε ἑαυτῷ, *attende tibi ipſi*, deinde, μὴ ἐπιλάθῃ, *ne obliviſcaris*, &c. ut

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tutis. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli servies, ac per nomen illius jurabis.
Inf. 10. 20.

14. Non ibitis post deos alienos cunctarum gentium, quæ in circuitu vestro sunt:
Mat. 4. 10. *Luc.* 4. 8.

15. quoniam Deus æmulator, Dominus Deus tuus in medio tui: nequando iratscatur furor Domini Dei tui contra te, & auferat te de superficie terræ.

16. Non tentabis Dominum Deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis.
Mat. 4. 7. *Luc.* 4. 12.

17. Custodi præcepta Domini Dei tui, ac testimonia & cæremonias, quas præcepit tibi:

18. & fac quod placitum est & bonum in conspectu Domini, ut bene sit tibi: & ingressus possideas terram optimam, de qua juravit Dominus patribus tuis,

19. ut deleret omnes inimicos tuos coram te, sicut locutus est.

20. Cùmque interrogaverit te filius tuus cras, dicens: Quid sibi volunt testimonia hæc, & cæremoniæ, atque judicia, quæ præcepit Dominus Deus noster nobis?

VERSIO ANTIQUA.

Deum tuum timebis, & illi famulaberis soli, & illi adglutinaberis, & in nomine ejus dejerabis. *Tertul. ubi sup.*

14. Non ibitis post deos aliorum, & deos nationum, quæ circum vos:

15. quia Deus æmulator, Dominus Deus tuus in te: & ne iratus indignetur, & exterminet te à facie terræ.

16. Non tentabis Dominum Deum tuum.... *Ambr. in Luc.* 18. 1438. *e.*

17 Custodite mandata Domini Dei tui, & testimonia & justificationes, quascunque mandavit tibi: *Lucif. Cal. pro S. Athan.* 184. *d.*

18. & facies quod placitum est & quod bonum ante Dominum Deum tuum, ut bene fiat tibi: & intrabis, & hæreditate possidebis terram bonam, quam juravit Dominus patribus vestris,

20. Et erit cùm interrogaverit te filius tuus cras, dicens..... *Aug. Locut.* 20. *t.* 3. 366. *c.*

VULGATA NOVA.

21. dices ei: Servi eramus Pharaonis in Ægypto, & eduxit nos Dominus de Ægypto in manu forti:

22. fecitque signa atque prodigia magna & pessima in Ægypto contra Pharaonem, & omnem domum illius, in conspectu nostro,

23. & eduxit nos inde, ut introductis daret terram, super qua juravit patribus nostris.

24. Præcepitque nobis Dominus, ut faciamus omnia legitima hæc, & timeamus Dominum Deum nostrum, ut bene sit nobis cunctis diebus vitæ nostræ, sicut est hodie.

25. Eritque nostri misericors, si custodierimus & fecerimus omnia præcepta ejus coram Domino Deo nostro, sicut mandavit nobis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in Lat. sup. nisi quòd hab. ἐξοίκια, *ex domo*, pro & *domo*, & ὀμῇ, *jurabis*, pro *dejerabis*. August. Locut. 19. to. 3. 366. b. præmissis his: *Attende tibi, ne dilatetur cor tuum*, continuò addit: & *obliviscaris Domini Dei tui:* & verò in Mss. Alex. & Ald. edit. sic: Πρόσεχε ζεαυτῷ, μὴ πλατύνῃ (al. ϖλατυνέσθω) ἡ καρδία σου, ἢ ἐπιλάθῃ, &c. ita etiam fert Ms. Oxon. nisi quòd pro ἢ, hab. μή. Vigil. Tapsi. l. cont. Varimad. p. 735. a. sic: *Ne cùm manducaveris..... obliviscaris nominis Domini Dei tui.* Vet. Iren. Interp. l. 5. c. 22. 319. d. hæc hab. *Hunc adorabis*, & *huic soli servies.* Auct. quæst. N. T. q. 91. apud Aug. to. 3. p. 82. c. *Dom. Deum tuum adorabis*, & *ipsi soli servies.* Sic etiam Ambros. l. de parad. to. 1. p. 178. c. & l. de fug. sæc. c. 2. col. 422. b. & l. 2. de Jac. c. 6. 467. e. & alibi passim: l. verò 2. de fide, to. 2. 487. b. pro *ipsi*, leg. *illi.* Concinit Cypr. tum l. de lapsi. p. 183. b. tum l. de exhort. mart. p. 264. a. & l. 3. Testim. 307. a. Similiter Aug. l. de quant. anim. to. 1. col. 438. c. & Fulg. l. pro fide cath. p. 536. cum Ms. Alex. ubi legitur, ϖροσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, nam in Vatic. & al. exstat φοβηθήσῃ, loco ϖροσκυνήσεις. Sic etiam Tertul. hab. supra, & Capitul. xx. quod vide. Extremò Aug. quæst. 17. in Deut. to. 3. 560. d. hoc addit: & *in nomine ejus jurabis.*

℣. 14. Græc. Οὐ ϖορεύεσθε (Mss. Alex. & Oxon. Οὐ μὴ ϖορεύσεσθε) ὀπίσω θεῶν ἑτέρων ἀϖὸ τῶν θεῶν τῶν ἐθνῶν, τῶν, &c. ut in Lat. Capitul. sup. xxi. *Non ibitis post deos alienos.*

℣. 15. Ita de Græco Variç. exceptis his, & *ne iratus indignetur*, & *exterminet*, pro quibus, μὴ ὀργισθεὶς θυμῷ Κύριος ὁ Θεός σου σοὶ, ἐξολεθρεύσῃ σε, *ne iratus furore Dominus Deus tibi, exterminet te.* At in Mss. Alex. & Oxon. ac edit. Compl. μὴ ὀργισθεὶς θυμωθῇ Κύριος, in Ald. ὀργισθῇ θυμῷ Κύριος.

℣. 16. Sic etiam Capitul. xxii. sup. cum Gr.

℣. 17. Optimè è Græco, præter unum, *custodite*, pro quo φυλάσσων φυλάξῃ, *custodiens custodies:* Gr. Vat. tollit &, post *tui*; sed Alex. habet cum editt. Ald. & Compl.

℣. 18. Ad verbum è Græco, nisi excipias ista, *intrabis*, & *hæreditate possidebis*; pro quibus, εἰσέλθῃς, καὶ κληρονομήσῃς, *intres*, & *hæredites.*

℣. 20. Similiter in Græco. Vide Capitul. xxii. sup. Observat Aug. *cras* positum esse *pro futuro quocunque tempore.* Vide Hieron. in Zach. 14. to. 3. 1801. d. vel sup. Not. in Levit. 23. 41.

CAPUT VII.

VULGATA NOVA.

1. CUm introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, quam possessurus ingrederis, & deleverit gentes multas coram te, Hethæum, & Gergezæum, & Amorrhæum, Chananæum, & Pherezæum, & Hevæum, & Jebusæum, septem gentes multò majoris numeri quàm tu es, & robustiores te:
Exod. 23. 23. & 33. 2.

2. tradideritque eas Dominus Deus tuus tibi,

VERSIO ANTIQUA.

1. ET erit cùm induxerit te Dominus Deus tuus in terram, in quam intras ibi hæreditare eam, & abstulerit gentes magnas & multas à conspectu tuo, Cetthæum, & Gergesæum, & Amorrhæum, & Pheresæum, & Chananæum, & Evæum, & Jebusæum, septem gentes magnas & multas, & fortiores vobis: *Aug. quæst.* 21. *in Jos. t.* 3. 589. *c.*

2. & tradet eos Dominus Deus tuus in manus

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Nonnulla variant Græcè, nempe seqq. Ἐὰν δὲ εἰσάγῃ, *Si autem induxerit*, pro *Et erit cùm induxerit*; sed Mss. Alex. ac edit. Ald. ferunt, Καὶ ἔσται ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν. Ms. Oxon. Καὶ ἔσται ἐὰν εἰσαγάγῃ, exinde Gr. delet vocem *multas*, sicut inf. istam, *magnas*; at Ms. Alex. cum editt. Ald. & Compl. utrobique hab. μεγάλα καὶ πολλά, sic etiam Ms. Oxon. sed loco primo tantùm. Aug. verò locut. 21. de Deut. col. 366. c. constanter etiam secundo, *septem gentes magnas & multas*; tum addit: *Quomodo ergo* multas, *si* septem? *sed* multas *dixit, multitudinem habentes.*

℣. 2. Ita de Græco ad verbum, excepto ultimo, *mi-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

tuas, & percuties eos, exterminio exterminabis eos. Non dispones ad eos testamentum, neque miserearis eorum,

3. neque matrimoniis jungamini cum eis. Filiam tuam non dabis filio ejus, & filiam ejus non sumes filio tuo:

4. discedere enim faciet filium tuum à me, & serviet diis aliis: & irascetur indignatione Dominus in vos, & exterminabit te citò.

5..... Aras eorum subvertetis..... & lucos eorum succidetis, & sculptilia eorum igni concremabitis.

Aug. ubi sup.

Aug. Locut. 23. 366. d.

Lucif. Cal. l. de non conv. cum hær. 221. a.

Ault. l. de promiss. ap. Prosp. p. 185. b.

VULGATA NOVA.

percuties eas usque ad internecionem. Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum, *Exod. 23. 32. & 34. 15. 16.*

3. neque sociabis cum eis conjugia. Filiam tuam non dabis filio ejus, nec filiam illius accipies filio tuo:

4. quia seducet filium tuum, ne sequatur me, & ut magis serviat diis alienis: irascetur furor Domini, & delebit te citò.

5. Quin potiùs hæc facietis eis: Aras eorum subvertite, & confringite statuas, lucosque succidite, & sculptilia comburite. *Exod. 23. 24. Inf. 12. 3. & 16. 21.*

VULGATA NOVA.

6. Quia populus sanctus es Domino Deo tuo. Te elegit Dominus Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram.

Inf. 14. 2.
Inf. 26. 18.

7. Non quia cunctas gentes numero vincebatis, vobis junctus est Dominus, & elegit vos, cùm omnibus sitis populis pauciores:

8. sed quia dilexit vos Dominus, & custodivit juramentum, quod juravit patribus vestris: eduxitque vos in manu forti, & redemit de domo servitutis, de manu Pharaonis regis Ægypti.

9. Et scies, quia Dominus Deus tuus, ipse est Deus fortis & fidelis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus se, & his qui custodiunt præcepta ejus, in mille generationes:

10. & reddens odientibus se statim, ita ut disperdat eos, & ultra non differat, protinus eis restituens quod merentur.

11. Custodi ergo præcepta & cæremonias atque judicia, quæ ego mando tibi hodie ut facias.

12. Si postquam audieris hæc judicia, custodieris ea & feceris, custodiet & Dominus Deus tuus pactum tibi, & misericordiam quam juravit patribus tuis:

13. & diliget te ac multiplicabit, benedicetque fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo, atque vindemiæ, oleo, & armentis, gregibus ovium tuarum super terram, pro qua juravit patribus tuis ut daret eam tibi.

14. Benedictus eris inter omnes populos. Non erit apud te sterilis utriusque sexus, tam in hominibus quàm in gregibus tuis. *Exod. 23. 26.*

15. Auferet Dominus à te omnem languorem: & infirmitates Ægypti pessimas, quas novisti, non inferet tibi, sed cunctis hostibus tuis. 15... 16... 17. *Vide Not.*

16. Devorabis omnes populos, quos Dominus Deus tuus daturus est tibi. Non parcet eis oculus tuus, nec servies diis eorum, ne sint in ruinam tui.

17. Si dixeris in corde tuo: Plures sunt gentes istæ quàm ego, quomodo potero delere eas?

18. noli metuere, sed recordare quæ fecerit Dominus Deus tuus Pharaoni, & cunctis Ægyptiis,

19. plagas maximas, quas viderunt oculi tui, & signa atque portenta, manumque robustam, & extentum brachium, ut educeret te Dominus Deus tuus: sic faciet cunctis populis, quos metuis.

20. Insuper & crabrones mittet Dominus Deus tuus in eos, donec deleat omnes atque disperdat qui te fugerint, & latere potuerint. *Exod. 23. 28. Jos. 24. 12.*

21. Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui est, Deus magnus & terribilis:

VERSIO ANTIQUA.

22..... ne fiat terra deserta, & multiplicentur in te bestiæ feræ.

Aug. quæst. 17. in Judic. 2. 601. c.

VULGATA NOVA.

22. ipse consumet nationes has in conspectu tuo paulatim atque per partes. Non poteris eas delere pariter: ne fortè multiplicentur contra te bestiæ terræ.

VULGATA NOVA.

23. Dabitque eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo: & interficiet illos donec penitus deleantur.

24. Tradetque reges eorum in manus tuas, & disperdes nomina eorum sub cœlo: nullus poterit resistere tibi, donec conteras eos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ferearis, pro quo ἐλεήσῃς, *miserti fueritis*; at in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. ἐλεήσῃς. Lucif. Calar. l. de non conv. cum hæret. col. 221. a. sic leg. *Non ponetis ad eos testamentum, neque misereamini eorum.* Aug. Locut. 22. 366. c. constanter, *non dispones*, &c. additque, *Cùm de gentibus diceret, testamentum ergo pro pacto posuit.* Vide Capitul. XXIII. sup.

℣. 3. In Græco primùm, Οὐδὲ μὴ γαμβρεύσῃς πρὸς αὐτούς. Nobil. vertit, *Neque contrahetis affinitatem cum eis*; reliqua ad verbum ut supra. Lucif. Calar. loco sup. cit. col. 221. a. addit: *Neque tradetis filias vestras nuptum, neque dabis filio tuo filiam illius*; deinde sic: *seducet enim*, &c. omisso priori membro. Aug. Loc. 23. col. 366. c. constanter è Græco, & *filiam ejus non sumes filio tuo*; item l. 1. de conjug. adult. to. 6. col. 399. f. alludens, dicit: *Non accipies uxorem filio tuo à filiabus alienigenarum.*

℣. 4. Ita de Græco verbum è verbo. similiter habet Lucif. Calar. ubi supra, col. 221. a. *Seducet enim filium tuum à me, & serviet diis alienis: & irascetur irâ Dominus in vos, & exterminabit te citò.* In Gr. ἀποσήσει, pro *seducet*, & θυμῷ, pro *irâ*; θυμὸς autem propriè est animi motus, seu perturbatio illa, quando sanguis circa cor incipit ebullire. Augustin. l. 1. de conjug. adult. to. 6. 399. f. alludens, addit: *Ne traducat eum post deos suos, & pereat anima ejus.*

℣. 5. Græc. Τὰς βωμοὺς αὐτῶν καθελεῖτε, καὶ τὰς στήλας αὐτῶν συντρίψετε, καὶ τὰ ἄλση αὐτῶν ἐκκόψετε, καὶ τὰ γλυπτὰ τῶν θεῶν αὐτῶν κατακαύσετε πυρί. i. e. *Aras eorum destruetis, & statuas eorum conteretis, & lucos..... & sculptilia deorum eorum*, &c. ut sup. Vid. Capitul. XXIII. sup.

℣. 12. Hic ℣. non malè redditur Capitulo XXIV. sup. *Si observaveritis præcepta, & justitias istas; servabit & vobis Dominus testamentum, quod juravit patribus vestris, & benedicet vos.* In Græco: Καὶ ἔσται ἡνίκα ἂν ἀκούσητε τὰ δικαιώματα ταῦτα, καὶ φυλάξητε καὶ ποιήσητε αὐτὰ, καὶ διαφυλάξει Κύριος ὁ Θεός σου σοὶ τὴν διαθήκην, καὶ τὸ ἔλεος, ὃ ὤμοσε τοῖς πατράσιν ὑμῶν..... καὶ εὐλογήσει σε, &c.

℣. 15. Capitul. XXIV. sup. *Et expellet omnem languorem à vobis.* Græc. Καὶ περιελεῖ Κύριος ὁ.... ἀπὸ σοῦ πᾶσαν μαλακίαν.

℣. 16. Capitul. XXV. sup. *Non parces gentibus, quas Dominus subjiciet tibi.* Gr. Καὶ φαγῇ πάντα τὰ σκῦλα τῶν ἐθνῶν, ἃ Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι· ὁ φείσεται ὁ ὀφθαλμός σου ἐπ' αὐτοῖς.

℣. 17. Capitul. XXV. sup. *Nec dices* (al. *dicas*:) *Magna gens hæc; & quomodo potero adversùs eam?* Græc. Ἐὰν δὲ λέγῃς.... Ὅτι πολὺ τὸ ἔθνος τοῦτο ἢ ἐγὼ, πῶς δυνήσομαι ἐξολοθρεῦσαι αὐτούς;

℣. 22. Similiter in Græco, Ἵνα μὴ γένηται ἡ γῆ ἔρημος, καὶ πληθυνθῇ ἐπὶ σὲ τὰ θηρία τὰ ἄγρια. Vide Exod. 23. 29.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

2. Mac. 12. 40. 25. Sculptilia eorum igne combures : non concupiſces argentum & aurum, de quibus facta ſunt, neque aſſumes ex eis tibi quidquam, ne offendas, propterea quia abominatio eſt Domini Dei tui.

26. Nec inferes quippiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, ſicut & illud eſt. Quaſi ſpurcitiam deteſtaberis, & velut inquinamentum ac ſordes abominationi habebis, quia anathema eſt.

VERSIO ANTIQUA.

25..... non concupiſces argentum vel aurum illorum, nec accipies inde tibi, ne excedas, propter illud quoniam abominatio eſt Domino Deo tuo. *Aug. ep. 47. ad Public. t. 2. 111. c.*

26. Et non conferes exſecramentum in domum tuam, & eris anathema, ſicut & illud eſt. Et offenſione offendes, & coinquinatione inquinaberis abominatione illa, quia anathema eſt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 25. Græcè : Οὐκ ἐπιθυμήσεις ἀργύριον, οὐδὲ χρυσίον ἀπ' αὐτῶν ὑ λήψῃ ζεαυτῷ, (Mſ. Oxon. ὴ ὑ λήψῃ σεαυτῷ, Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. λαβεῖν σεαυτῷ) μὴ πλαίσης δι' αὐτὸ, &c. ut in Lat. ſup. Capitul. XXV. ſup. *Et non concupiſces aurum vel argentum de ſculptilibus eorum, ſed anathematiſabis ea.*

℣. 26. Græc. Καὶ ὐκ εἰσοίσεις βδέλυγμα εἰς τὸν..... ὴ ἀνάθεμα ἔσῃ ὥσπερ τοῦτο. Προσχθίσμαι προσχθιεῖς, ὴ βδελύγματι βδελυξῃ, ὅτι, &c. In Mſ. Oxon. καὶ ἔσῃ ἀνάθεμα, & in Ald. edit. καὶ τοῦτο, deinde, Προσχθίσμαι, &c. ut ſup.

CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

1. OMne mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, cave diligenter ut facias : ut poſſitis vivere, & multiplicemini, ingreſſique poſſideatis terram, pro qua juravit Dominus patribus veſtris.

2. Et recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per deſertum, ut affligeret te, atque tentaret, & nota fierent quæ in tuo animo verſabantur, utrùm cuſtodires mandata illius, an non.

3. Afflixit te penuriâ, & dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu & patres tui : ut oſtenderet tibi quòd non in ſolo pane vivat homo, *Mat. 4. 4. Luc. 4. 4.* ſed in omni verbo quod egreditur de ore Dei.

4. Veſtimentum tuum, quo operiebaris, nequaquam vetuſtate defecit, & pes tuus non eſt ſubtritus, en quadrageſimus annus eſt.

5. Ut recogites in corde tuo, quia ſicut erudit filium ſuum homo, ſic Dominus Deus tuus erudivit te,

6. ut cuſtodias mandata Domini Dei tui, & ambules in viis ejus, & timeas eum.

7. Dominus enim Deus tuus introducet te in terram bonam, terram rivorum aquarumque & fontium : in cujus campis & montibus erumpunt fluviorum

VERSIO ANTIQUA.

1. OMnia mandata, quæ trado vobis hodie, obſervabitis : ut vivatis..... *Capit. ſup. XXVI.*

2. Et recordaberis omnem viam, quam duxit te Dominus Deus tuus in deſerto, ut affligeret te, & tentaret te, & cognita faceret quæ in corde tuo ſunt, ſi obſervabis mandata ejus, an non. *Aug. quæſt. 13. in Deut. t. 3. 560. f.*

3..... & cibavit te manna, quod non ſciebant patres tui : uti cognoſcas quoniam non in pane ſolo vivit homo, ſed in omni verbo Dei, quod procedit de ore ejus, vivit homo. *Iren. l. 4. c. 16. 247. a.*

VULGATA NOVA.

abyſſi :

8. terram frumenti, hordei, ac vinearum, in qua ficus, & malogranata, & oliveta naſcuntur : terram olei ac mellis.

9. Ubi abſque ulla penuria comedes panem tuum, & rerum omnium abundantia perfruêris : cujus lapides ferrum ſunt, & de montibus ejus æris metalla fodiuntur :

10. ut cùm comederis, & ſatiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro terra optima, quam dedit tibi.

VULGATA NOVA.

11. Obſerva, & cave nequando obliviſcaris Domini Dei tui, & negligas mandata ejus atque judicia & cæremonias, quas ego præcipio tibi hodie :

12. ne poſtquam comederis & ſatiatus fueris,

VERSIO ANTIQUA.

11. Attende tibi, ne obliviſcaris beneficia Domini Dei tui, & non cuſtodias mandata & judicia & juſtitias illius, quæ ego præcipio tibi hodie : *Ambr. l. 1. de Cain & Ab. c. 7. 196. b. c.*

12. ne cùm manducaveris & repletus fueris,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita in Græco, exceptis his, ἐγὼ ἐντέλλομαι, *ego mando*, pro *trado* ; & φυλάξεσθε ποιεῖν, *cuſtodietis facere*, pro *obſervabitis*.

℣. 2. Eadem leguntur Græcè, niſi excipiatur unum, διαγνωσθῇ, *cognita fierent*, pro *cognita faceret*. Cypr. l. de mortal. p. 232. a. his & ſeqq. alludere videtur, dicens : *Dominus Deus tuus vexabit te, & famem injiciet tibi : & cognoſcetur in corde tuo, ſi bene cuſtodieris præcepta ejus, ſive non.* Capitul. XXVI. ſup. *Et in mente habete omnia quæ experti eſtis in deſertis.*

℣. 3. Antecedunt iſta in Græco. Καὶ ἐκάκωσέ σε, ὴ ἐλιμαγχόνησέ σε, *Et afflixit te, & eſurire te fecit* ; deinde ut in Lat. ſupra, exceptis paucis, nempe, ἠδέεσαν, *noverant*, pro *ſciebant* ; ἵνα ἀναγγέλῃ σοι, *ut annuntiaret tibi*, pro *uti cognoſcas* ; ζήσεται, *vivet*, hîc & infra, pro *vivit* ; denique διὰ ῥήματος Θεοῦ, *per os Dei*, loco *de ore ejus*, delera præced. voce *Dei*. Iren. l. 5. c. 21. 318. b. rurſus hab. *Non in pane tantùm vivit homo.* Similiter Novat. ep. de cib. Jud. 1065. f. additque, *ſed in omni verbo quod proficiſcitur ex ore Dei.* Ambroſ. l. 2. & 3. offic. to. 2. 92. c. 120. b. *Non in pane ſolo vivit homo, ſed in omni verbo Dei.* Capitul. ſup. XXVI. *Et dedit vobis Dominus manna : ut ſciretis, quia non in pane tantùm vivit homo, ſed in omni verbo Dei.*

℣. 11. Diſſimilia nonnulla in Græco, ſcilicet, poſt verbum *obliviſcaris*, deeſt vox *beneficia*, ſubinde ſic, τοῦ μὴ φυλάξαι, *ut non*, loco & *non cuſtodias*, addito αὐτοῦ, poſt *mandata* ; demum loco *juſtitias..... quæ*, legitur conſtanter δικαιώματα.... ὅσα, *juſtificationes..... quaſcunque.* Capitul. XXVII. ſup. Ambroſio favet his : *Attende tibi, ne obliviſcaris beneficia Domini Dei tui :* at ipſe l. 6. Hex. to. 1. 133. d. e. alludens forſan dicit : *Attende tibi, ne obliviſcaris Deum qui fecit te.*

℣. 12. Similiter in Græco, niſi quòd ibi non repetitur *cùm*, ante *domos*, & pro *habitare cæperis*, legitur ſimpliciter, καλοικήσας, *habitaveris.* Eadem rurſus habet Ambroſ. l. 6. Hex. to. 1. 133. d. e. *Attende tibi, Lex dicit, ne cùm manducaveris & ſatiatus fueris, & domos ædificave-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. ubi sup. & cùm domos bonas ædificaveris, & habitare cœperis in eis,

13. & oves tuæ, & boves tui cùm repleti fuerint, & cùm ære, argento, & auro completus fueris, & omnia possidere cœperis, & plena fuerint horrea tua,

14. exaltes cor tuum, & obliviscaris Dominum Deum tuum.....

VULGATA NOVA.

domos pulchras ædificaveris, & habitaveris in eis,

13. habueriſque armenta boum, & ovium greges, argenti & auri cunctarumque rerum copiam,

14. elevetur cor tuum, & non reminiſcaris Domini Dei tui, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo ſervitutis:

VULGATA NOVA.

15. & ductor tuus fuit in ſolitudine magna atque terribili, in qua erat ſerpens flatu adurens, & ſcorpio ac dipſas, & nullæ omnino aquæ: qui eduxit rivos de petra duriſſima,

Num. 20. 9. & 21. 6. *Exod.* 17. 6.

16. & cibavit te manna in ſolitudine, quod neſcierunt patres tui. Et poſtquam afflixit ac probavit, ad extremum miſertus eſt tui,

Exod. 16. 14.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. ibid. 196. *d.*

17. ne dicas in corde tuo: Virtus mea, & potentia mea fecit mihi virtutem hanc magnam.

18. Sed in mente tua habebis Dominum Deum tuum, quoniam ipſe dat vires, ut facias virtutes.....

VULGATA NOVA.

17. ne diceres in corde tuo: Fortitudo mea, & robur manus meæ, hæc mihi omnia præſtiterunt.

18. Sed recorderis Domini Dei tui, quòd ipſe vires tibi præbuerit, ut impleret pactum ſuum, ſuper quo juravit patribus tuis, ſicut præſens indicat dies.

VULGATA NOVA.

19. Sin autem oblitus Domini Dei tui, ſecutus fueris deos alienos, coluerisque illos & adoraveris: ecce nunc prædico tibi quòd omnino diſpereas.

20. Sicut gentes, quas delevit Dominus in introitu tuo, ita & vos peribitis, ſi inobedientes fueritis voci Domini Dei veſtri.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

eis, & habitare cœperis. Tertul. l. 4. adv. Marc. 709. a. *Ne cùm manducaveris & repletus fueris, & domos magnas ædificaveris*, deinde *pecoribus*, &c. omiſſo hoc, *& habitare cœperis in eis*: ſimiliter l. cont. Pſych. 984. a. *Ne cùm manducaveris & biberis, & domos optimas ædificaveris, ovibus*, &c. Hieron. verò in Ezech. 16. to. 3. 806. e. *Ne comedens, & bibens, & ſaturatus, ædificatis domibus optimis, habenſque oves*, &c. Gr. Μὴ φαγὼν καὶ ἐμπλησθεὶς, καὶ οἰκίας καλὰς οἰκοδομήσας, καὶ καθοικήσας ἐν αὐταῖς.

℣. 13. In Gr. Καὶ τῶν βοῶν σου, καὶ τῶν προβάτων σου πληθυνθέντων σοι, ἀργυρίου καὶ χρυσίου πληθυνθέντος σοι, καὶ πάντων ὅσων σοι ἔσται πληθυνθέντων σοι, id eſt, *& bobus tuis, & ovibus tuis multiplicatis tibi, argento & auro multiplicato tibi, & omnibus quacunque tibi erunt multiplicatis tibi.* Idem Ambroſ. l. 6. Hex. to. 1. 133. e. alio modo: *Et pecoribus tuis repletus fueris, & auro, & argento abundaveris, & omnibus quacunque tibi fuerint in multitudine, exaltes*, &c. Tertul. verò l. 4. adverſ. Marc. p. 709. a. ſic: *Pecoribus, & bubus tuis multiplicatis, & pecuniâ, & auro, exaltetur*, &c. ſimiliter adverſ. Pſych. 984. a. *Ovibus, & bobus tuis multiplicatis, & argento, & auro, extollatur*, &c. Hieron. denique in Ezech. 16. to. 3. 806. e. ſic: *Habenſque oves, & boves, argentum, & aurum, obliviſcaris*, &c.

℣. 14. Idem Ambr. l. 6. Hex. 133. e. *Exaltes te corde, & obliviſcaris*, &c. ut ſup. Tertul. l. 4. adv. Marc. 709. a. *Exaltetur cor tuum, & obliviſcaris Domini Dei tui: ſimiliter* l. adv. Pſych. 984. a. uno excepto *extollatur*, pro *exaltetur*. Hieron. in Ezech. 16. to. 3. 806. e. poſt *aurum*, ita pergit, *obliviſcaris Domini Dei tui*, omiſſis præced. In Gr. ſic: ὑψωθῇς τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐπιλάθῃ Κυρίου, &c.

℣. 17. Eò etiam ſpectant quæ idem Ambroſ. habet ep. 41. to. 2. col. 962. e. *Cùm te induxerit Dominus Deus tuus in terram alienam, & manducaveris fructus alienos, non dicas: Virtus mea, & juſtitia mea hoc mihi dedit; ſed Dominus donavit Deus.* Item l. 6. Hex. col. 134. f. *Ne dicas: Virtus mea, & manus mea hanc mihi poſſeſſionem paravit:* & in Pſ. 1. col. 753. a. *Virtus mea, & fortitudo mea hæc tribuit mihi.* In Gr. μὴ εἴπῃς ἐν..... Ἡ ἰσχύς μου, καὶ τὸ κράτος τῆς χειρός μου ἐποίησε, &c. ut ſup. Rectè Auguſt. l. de Gra. & lib. arb. to. 10. col. 726. d. *Ne dicas in corde tuo: Fortitudo mea, & potentia manus mea fecit mihi virtutem magnam hanc.* Ferrand. Diac. ep. ad Reginum, p. 157. *Ne dicas in corde tuo: Virtus mea, & potentia mea fecit mihi virtutem hanc magnam.* Vide Capitul. XXVIII. ſup.

℣. 18. Græcè: Καὶ μνησθήσῃ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, ὅτι αὐτός σοι δίδωσιν ἰσχὺν τοῦ ποιῆσαι δύναμιν, &c. Aug. l. de Gra. & lib. arb. to. 10. col. 726. d. *Sed memoraberis Domini Dei tui, quia ipſe tibi dat fortitudinem facere virtutem.* Ferrand. Diac. epiſt. ad Regin. p. 157. *Sed memoreris Domini Dei tui, quia ille tibi dat potentiam ad faciendam virtutem.*

CAPUT IX.

VERSIO ANTIQUA.

Capitul. XXIX *ſup.* *Aug. Locut.* 24. *t.* 3. 366. *d.*

1. AUdi Iſraël: Tu tranſies hodie Jordanem, & poſſidebis gentes magnas..... civitates magnas & muratas uſque in cœlum,

Capitul. XXIX. *ſup.*

3. Et ſcies quia Dominus Deus tuus præcedet te.....

VULGATA NOVA.

1. AUdi Iſraël: Tu tranſgredieris hodie Jordanem, ut poſſideas nationes maximas & fortiores te, civitates ingentes & ad cœlum uſque muratas,

2. populum magnum atque ſublimem, filios Enacim, quos ipſe vidiſti, & audiſti, quibus nullus poteſt ex adverſo reſiſtere.

3. Scies ergo hodie quòd Dominus Deus tuus ipſe tranſibit ante te, ignis devorans atque conſumens, qui conterat eos & deleat atque diſper-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcè, διαβαίνεις, *tranſis*, pro *tranſies*, paulòque poſt, εἰσελθεῖν κληρονομῆσαι, vel ut in Mſs. Alex. & Ox. καὶ κληρονομῆσαι, loco *& poſſidebis*; exinde poſt *magnas*, ſequitur, καὶ ἰσχυρότερα μᾶλλον ἢ ὑμεῖς, *& fortiores magis quàm vos*; reliqua ad verbum: in Capitulo ſup. loco *muratas*, exſtat *munitas*. Gr. τειχήρεις.

℣. 3. Gr. Καὶ γνώσῃ σήμερον ὅτι..... ὅτος προπορεύεται πρὸ προσώπου σου. *Et cognoſces hodie quia Dominus Deus tuus hic præcedet ante faciem tuam.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

dat ante faciem tuam velociter, ſicut locutus eſt tibi.

4. Ne dicas in corde tuo, cùm deleverit eos Dominus Deus tuus in conſpectu tuo : Propter juſtitiam meam introduxit me Dominus ut terram hanc poſſiderem, cùm propter impietates ſuas iſtæ deletæ ſint nationes.

5. Neque enim propter juſtitias tuas, & æquitatem cordis tui, ingredieris ut poſſideas terras earum : ſed quia illæ egerunt impiè, introeunte te deletæ ſunt : & ut compleret verbum ſuum Dominus, quod ſub juramento pollicitus eſt patribus tuis, Abraham, Iſaac, & Jacob.

6. Scito ergo quòd non propter juſtitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in poſſeſſionem, cùm duriſſimæ cervicis ſis populus.

7. Memento, & ne obliviſcaris, quomodo ad iracundiam provocaveris Dominum Deum tuum in ſolitudine. Ex eo die, quo egreſſus es ex Ægypto uſque ad locum iſtum, ſemper adversùm Dominum contendiſti.

Exod. 17. 6. & 19. 3. 8. Nam & in Horeb provocaſti eum, & iratus delere te voluit,

VERSIO ANTIQUA.

4. Ne dicas in corde tuo, cùm conſumere cœperit Dominus Deus tuus gentes illas à conſpectu tuo, dicens : Propter juſtitiam meam induxit me Dominus poſſidere terram iſtam, ſed propter iniquitates gentium iſtarum extirpavit illos Dominus à facie tua. *Ambr. l. 1. de Cain & Ab. c. 7. t. 1. 196. f.*

5. Non in juſtitia tua, & directione cordis tui, intrabis ut poſſideas terram eorum : ſed in impietate eorum Dominus Deus tuus conſumet eos à facie tua : ut ſuſcitet verbum, quod locutus eſt patribus tuis, Abraham, Iſaac, & Jacob. *Hieron. l. 1. cont. Pelag. t. 4. 507. e.*

6. Et ſcias hodie quia non propter juſtitias tuas Dominus Deus tuus dat tibi terram bonam iſtam hæreditare, quoniam populus dura cervice es. *Aug. quæſt. 14. in Deut. t. 3. 560. g.*

7. Memor eſto, ne obliviſcaris, quanta exacerbaſti Dominum Deum tuum in deſerto. Ex qua die exiſtis de terra Ægypti, donec veniſtis in locum hunc, increduli perſeveraſtis quæ ad Dominum. *Ibid. 561. a. e.*

8. Et in Choreb exacerbaſtis Dominum.....

VULGATA NOVA.

Exod. 24. 18. 9. quando aſcendi in montem, ut acciperem tabulas lapideas, tabulas pacti quod pepigit vobiſcum Dominus : & perſeveravi in monte quadraginta diebus ac noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens.

Exod. 31. 15. & 32. 15. 10. Deditque mihi Dominus duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei, & continentes omnia verba quæ vobis locutus eſt in monte de medio ignis, quando concio populi congregata eſt.

11. Cùmque tranſiſſent quadraginta dies, & totidem noctes, dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas, tabulas fœderis,

12. dixitque mihi : Surge, & deſcende hinc citò : quia populus tuus, quem eduxiſti de Ægypto, deſeruerunt velociter viam quam demonſtraſti eis, feceruntque ſibi conflatile. *Exod. 32. 7.*

VULGATA NOVA.

13. Rurſumque ait Dominus ad me : Cerno quòd populus iſte duræ cervicis ſit :

14. dimitte me ut conteram eum, & deleam nomen ejus de ſub cœlo, & conſtituam te ſuper gentem, quæ hac major & fortior ſit.

15. Cùmque de monte ardente deſcenderem, & duas tabulas fœderis utraque tenerem manu,

16. vidiſſemque vos peccaſſe Domino Deo veſtro, & feciſſe vobis vitulum conflatilem, ac deſeruiſſe velociter viam ejus, quam vobis oſtenderat :

17. projeci tabulas de manibus meis, con-

VERSIO ANTIQUA.

13. Et dixit Dominus ad me..... *Capit. XXXIII. ſup.*

14..... ſine me, & deleam illos.....

15..... deſcendi de monte..... *Capitul. XXXIV.*

16. & vidi quia peccaſtis.....

17..... & projeci tabulas de manibus meis, &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. A Græco Vatic. abſunt ultima verba, *ſed propter iniquitates*, &c. priora verò concordant, niſi excipias iſta, ἐν τῷ ἐξαναλῶσαι, loco *cùm conſumere cœperit ;* item πρὸ προσώπου σου, pro *à conſpectu tuo*, & κληρονομῆσαι τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν ταύτην, loco *poſſidere terram iſtam.* Aug. Loc. 25. to. 3. 366. d. pene ad verbum : *Ne dicas in corde tuo, cùm conſumpſerit Dominus Deus tuus gentes iſtas ante faciem tuam, dicens : Propter juſtitias meas induxit me Dominus hæreditare terram bonam iſtam.* Capitul. XXX. ſup. *Non dicas in corde tuo : Propter juſtitias meas introduxit me Dominus in terram iſtam.* In Mſs. etiam Alex. & Ox. nec non in editt. Ald. & Compl. legitur, διὰ τὰς δικαιοσύνας μου, non τὴν δικαιοσύνην, ut in Vat. Similiter ultima prætermiſſa in cod. Vatic. prædicti Mſs. ac editt. ſubjiciunt cum Ambroſ. ἀλλὰ διὰ τὴν ἀσέβειαν τῶν ἐθνῶν τούτων Κύριος ἐξολοθρεύσει αὐτὺς πρὸ (Oxon. & Ald. ἀπὸ) προσώπου σου. Apud Hieron. l. 1. contra Pelag. to. 4. 507. c. ſic : *Ne dicas in corde tuo, cùm ſubverterit eos Dominus Deus tuus à facie tua : In juſtitia mea introduxit me Dominus, ut poſſideam terram hanc, quia in impietate gentium iſtarum Dominus conſumet eos à facie tua.*

℣. 5. Gr. Οὐχὶ διὰ τὴν δικαιοσύνην σου, ὅτι (Alex. ἢ) διὰ τὴν ὁσιότητα τῆς καρδίας σου, σὺ εἰσπορεύῃ κληρονομῆσαι τὴν γῆν αὐτῶν· ἀλλὰ διὰ τὴν ἀσέβειαν τῶν ἐθνῶν τούτων, Κύριος ἐξολοθρεύσει αὐτὺς ἀπὸ προσώπου σου· καὶ ἵνα στήσῃ τὸν διαθήκην ἣν ὤμοσε Κύριος τοῖς πατράσιν ὑμῶν, (Alex. & Compl. ὑμῶν) τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ Ἰσαὰκ, καὶ τῷ Ἰακώβ. *Non propter juſtitiam tuam, neque propter ſanctitatem cordis tui, tu introibis ad hæreditandam terram eorum : ſed propter impietatem gentium iſtarum, Dominus exterminabit eos à facie tua : & ut firmet teſtamentum, quod juravit Dominus patribus noſtris, Abraham, & Iſaac, & Jacob.*

℣. 6. Aptè ad Græc. niſi excipias verbum *ſcias*, pro quo γνώσῃ. Hieron. l. 1. cont. Pelag. to. 4. 507. c. ſic habet : *Et ſcies quòd non in juſtitia tua Dominus Deus tuus dabit tibi terram optimam, ut poſſideas eam, quia populus duræ cervicis es tu.*

℣. 7. Ita in Græco, præter hoc, ἐξ Αἰγύπτου καὶ, *ex Ægypto &*, loco *de terra Ægypti donec.* In Mſ. tamen Ox. ac editt. Ald. & Compl. ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἕως ἦλθετε, &c. Capitul. ſup. XXXI. *In mente habete, quoties exacerbaveritis Dominum in deſertis diffidentes.*

℣. 8. Similiter habet Capitul. XXXII. ſup. cum Græco : addit Capitul. *quando feciſtis conflatile*, Gr. infra, ℣. 16. χωνευτόν.

℣. 13. Ita Græcè.

℣. 14. Gr. Καὶ νῦν ἔασόν με ἐξολοθρεῦσαι αὐτὺς, ad verbum, *Et nunc dimitte me exterminare eos.*

℣. 15. Sic etiam in Græco.

℣. 16. In Græco, καὶ ἰδὼν, & *videns.* Vide ſupra Not. ad ℣. 8.

℣. 17. Græcè : Καὶ ἐπιλαβόμενος τῶν δύο πλακῶν, ἔρρι-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
confregi illas.	fregique eas in conſpectu veſtro.
Capitul. xxxv. 18. Et deprecatus ſum Dominum iterum ſicut priùs, quadraginta diebus & quadraginta noctibus panem non edi, & aquam non bibi.....	18. Et procidi ante Dominum ſicut priùs; quadraginta diebus & noctibus panem non comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata veſtra quæ geſſiſtis contra Dominum, & eum ad iracundiam provocaſtis:
Hieron. in Iſai. 54. t. 3. 399. a. 19. tremens ſum, & meticuloſus.....	19. timui enim indignationem & iram illius, qua adversùm vos concitatus, delere vos voluit. Et exaudivit me Dominus etiam hac vice.
Capitul. xxxvi. ſup. 20. Et in Aaron iratus eſt valde.....	20. Adversùm Aaron quoque vehementer iratus, voluit eum conterere, & pro illo ſimiliter deprecatus ſum.
Capitul. xxxvii. 21..... & ſumpſi, & combuſſi illum.....	21. Peccatum autem veſtrum quod feceratis, id eſt vitulum, arripiens, igne combuſſi, & in fruſta comminuens, omninoque in pulverem redigens, projeci in torrentem, qui de monte deſcendit.
Capit. xxxviii. 22..... & in tentatione..... exacerbaſtis Dominum:	22. In incendio quoque & in tentatione, & in ſepulcris concupiſcentiæ provocaſtis Dominum: *Num.* 11. 1. & 16. 2. & 21. 5.
Capitul. xxxix. 23. & quando dimiſit vos Dominus à Cades Barnæ.....	23. & quando miſit vos de Cadesbarne, dicens: Aſcendite, & poſſidete terram, quam dedi vobis, & contempſiſtis imperium Domini Dei veſtri, & non credidiſtis ei, neque vocem ejus audire voluiſtis:
	24. ſed ſemper fuiſtis rebelles à die qua noſſe vos cœpi.
Capitul. xl. 25. Et precatus ſum ante Dominum quadraginta diebus & quadraginta noctibus.....	25. Et jacui coram Domino quadraginta diebus ac noctibus, quibus eum ſuppliciter deprecabar, ne deleret vos ut fuerat comminatus:
Ex Breviar. Mozar. fer. 5. poſt oct. Epiph. 26..... Domine, Domine rex deorum cœlorum, ne extermines populum tuum, & hæreditatem tuam, quam liberaſti de terra Ægypti in virtute tua magna, & brachio tuo excelſo.	26. & orans dixi: Domine Deus, ne diſperdas populum tuum, & hæreditatem tuam, quam redemiſti in magnitudine tua, quos eduxiſti de Ægypto in manu forti.
27. Commemorare Abraham, Iſaac, & Jacob famulorum tuorum, quibus juraſti per temetipſum: ne reſpicias duritiam populi hujus, & impietates & peccata eorum:	27. Recordare ſervorum tuorum, Abraham, Iſaac, & Jacob: ne aſpicias duritiam populi hujus, & impietatem atque peccatum:
28. ne dicant in cordibus ſuis inhabitantes terram, unde nos eduxiſti, dicentes: Eò quòd non potuit introducere illos Deus in terram, quam dixerat eis, & cùm odiſſet, necare ejecit eos in eremo:	28. ne fortè dicant habitatores terræ, de qua eduxiſti nos: Non poterat Dominus introducere eos in terram, quam pollicitus eſt eis, & oderat illos: idcirco eduxit, ut interficeret eos in ſolitudine:
29. & hic populus tuus & operatio tua, quos eduxiſti de terra Ægypti in virtute tua magna, & brachio tuo extento.	29. qui ſunt populus tuus & hæreditas tua, quos eduxiſti in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ψα αὐτὰς ἀπὸ τῶν δύο χειρῶν μου, καὶ συνέτριψα ἐναντίον ὑμῶν. i. e. *Et ſumens ambas tabulas, projeci eas ex ambabus manibus, & contrivi coram vobis.* In Mſ. Alex. ac edit. Ald. τῶν χειρῶν, abſque δύο.

℣. 18. Itidem Græcè, præter unum ἐναντίον Κυρίου, *ante Dominum*, loco *Dominum* ſimpliciter.

℣. 19. In Græco ſimpliciter, καὶ ἔκφοβός εἰμι, Compl. ἔμφοβος.

℣. 20. Gr. Καὶ ἐπὶ Ἀαρὼν ἐθυμώθη, abſque *valde*; at in Mſ. Alex. additur σφόδρα. Addit etiam Capitul. ſup. *pro eo quòd feciſtis vitulum.*

℣. 21. Gr. addit αὐτὸν, ad ἔλαβον; al. deeſt.

℣. 22. Græcè, παροξύνοντες ἦτε, *exacerbantes fuiſtis.*

℣℣. 23. 25. Similiter Græcè.

℣. 26. Gr. Κύριε βασιλεῦ (Mſ. Oxon. cum editt. Ald. & Compl. Κύριε, Κύριε βασιλεῦ) τῶν θεῶν, μὴ ἐξολοθρεύσῃς τὸν λαόν σου, καὶ τὴν μερίδα σου (Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. τὴν κληρονομίαν σου) ἣν ἐλυτρώσω, ὃς ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου ἐν τῇ ἰσχύϊ σου τῇ μεγάλῃ, καὶ ἐν τῇ χειρί σου τῇ κραταιᾷ, καὶ ἐν τῷ βραχίονί σου τῷ ὑψηλῷ.

℣. 27. Ad verbum è Græco, addito δέ, poſt *Abraham*, uti *ſuper*, ἐπὶ, poſt *reſpicias*, & ante *peccata.*

℣. 28. Auguſt. locut. 26. de Deut. col. 366. e. ſic hab. *nequando dicant inhabitantes terram, unde eduxiſti nos inde.* Ita quoque in Græco, niſi excipias partic. μὴ, *ne*, pro *nequando*: tum ſequuntur: λέγοντες· Παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι Κύριον εἰσαγαγεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν, ἣν εἶπεν αὐτοῖς, καὶ παρὰ τὸ μισῆσαι αὐτούς, ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ ἀποκτεῖναι αὐτούς. In Mſs. Alex. & Oxon. ac editt. Ald. & Compl. ἀποκτεῖναι ἐν τῇ ἐρήμῳ.

℣. 29. Græc. Καὶ οὗτοι (edit. Ald. οὗτος) λαός σου, καὶ κλῆρός σου, οὓς ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου ἐν τῇ ἰσχύϊ σου τῇ μεγάλῃ, καὶ ἐν τῇ χειρί σου τῇ κραταιᾷ, καὶ ἐν τῷ βραχίονί σου τῷ ὑψηλῷ. In Mſs. Alex. & Ox. ac editt. Ald. & Compl. deſunt iſta, καὶ ἐν τῇ χειρί σου τῇ κραταιᾷ.

Digitized by Google

CAPUT X.

VULGATA NOVA.

Exod. 34. 1. 1. IN tempore illo dixit Dominus ad me: Dola tibi duas tabulas lapideas, ſicut priores fuerunt, & aſcende ad me in montem: facieſque arcam ligneam,

2. & ſcribam in tabulis verba quæ fuerunt in his quas ante confregiſti, poneſque eas in arca.

3. Feci igitur arcam de lignis ſetim. Cùmque dolaſſem duas tabulas lapideas inſtar priorum, aſcendi in montem, habens eas in manibus.

4. Scripſitque in tabulis, juxta id quod priùs ſcripſerat, verba decem, quæ locutus eſt Dominus ad vos in monte de medio ignis, quando populus congregatus eſt: & dedit eas mihi.

5. Reverſuſque de monte, deſcendi, & poſui tabulas in arcam, quam feceram, quæ hucuſque ibi ſunt, ſicut mihi præcepit Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

1. IN illo tempore dixit Dominus ad me: Excîde tibi duas tabulas lapideas, quemadmodum priores, & aſcende ad me in montem: & facies tibi arcam ligneam, *Aug. quæſt. 15. in Deut. t. 3. 561. c. d. 562. a.*

2. & ſcribam in tabulis verba quæ erant in tabulis prioribus quas contriviſti, & immittes eas in arcam.

3. Et feci arcam ex lignis imputribilibus. Et excîdi duas tabulas lapideas ſicut priores, & aſcendi in montem, & duæ tabulæ in duabus manibus meis.

4. Et ſcripſit in tabulis, ſecundùm ſcripturam priorem, decem verba, quæ locutus eſt Dominus ad vos in monte è medio ignis: & dedit eas Dominus mihi.

5..... & deſcendi..... & miſi tabulas in arcam..... *Capit. ſup. XLIII.*

VULGATA NOVA.

Num. 33. 31. Num. 20. 28. 29. 6. Filii autem Iſraël moverunt caſtra ex Beroth filiorum Jacan in Moſera, ubi Aaron mortuus ac ſepultus eſt, pro quo ſacerdotio functus eſt Eleazar filius ejus.

7. Inde venerunt in Gadgad: de quo loco profecti, caſtrametati ſunt in Jetebatha, in terra aquarum atque torrentium. *Num. 32. 32.*

VULGATA NOVA.

8. Eo tempore ſeparavit tribum Levi, ut portaret arcam fœderis Domini, & ſtaret coram eo in miniſterio, ac benediceret in nomine illius uſque in præſentem diem.

9. Quam ob rem non habuit Levi partem, neque poſſeſſionem cum fratribus ſuis: quia ipſe Dominus poſſeſſio ejus eſt, ſicut promiſit ei Dominus Deus tuus.

VERSIO ANTIQUA.

8. In illo tempore diſtinxit Dominus tribum Levi, portare arcam teſtamenti Domini, aſſiſtere coram Domino, miniſtrare, & orare in nomine ejus uſque in hunc diem. *Aug. quæſt. 16. in Deut. t. 3. 563. d. e.*

9. Propter hoc non eſt Levitis pars, & ſors cum fratribus ſuis: Dominus ipſe pars ejus eſt, ſicut dixit ei.

VULGATA NOVA.

10. Ego autem ſteti in monte, ſicut priùs, quadraginta diebus ac noctibus: exaudivitque me Dominus etiam hac vice, & te perdere noluit.

11. Dixitque mihi: Vade, & præcede populum, ut ingrediatur, & poſſideat terram, quam juravi patribus eorum ut traderem eis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Græcè, ſicut & Capit. XLI. ſup. quod vide.

℣. 2. In Græco ſic: Καὶ γραψεις ἐπὶ τας πλακας, *Et ſcribes ſuper tabulas*; reliqua ut in Lat. ſup. In Mſs. verò Alex. & Oxon. ſicut in editt. Ald. & Compl. legitur, Καὶ γράψω, *Et ſcribam*, quam lectionem pluribus confirmare tentat Auguſt. in conſeq. dicens: *Non immeritò quæritur, quomodo hæc in Deut. dicantur, Moyſe recolente ac repetente quæ geſta ſunt, cùm in Exodo (34. 27. 28.) ubi primùm hæc dicta & facta narrantur, ita ſcriptum ſit:* Et dixit Dominus ad Moyſen: Scribe..... & ſcripſit in tabulis verba teſtamenti, decem verba. *Cùm ergo in Exodo ipſe Moyſes..... ſcripſiſſe narretur, quomodo hic in Deuteronomio Deus in tabulis eadem verba ſcripſiſſe recolitur?* Nodum ſolvit Auguſt. inf. n. 3. hoc modo: *Nunc ergo cùm legitur in Deut. de ſecundis tabulis ita dictum:* Et excîdi duas tabulas..... & ſcripſit in tabulis, &c. *non enim ait, & ſcripſi, ſed ſcripſit, hoc eſt Deus, ſicut paulò ante dixerat verba Dei ſibi dicta:* Excîde tibi duas tabulas..... & ſcribam..... in tabulis prioribus: *diſcutienda naſcitur quæſtio, quòd utraſque tabulas, id eſt, & priores & ſecundas, Deus hîc legitur ſcripſiſſe, non homo. Sed ſi in ipſo quoque Exodo verba Dei legantur, ubi jubet eaſdem tabulas ſecundas excîdi à Moyſe, nihil aliud invenitur, quàm ipſum Deum ſe eaſdem promiſiſſe ſcripturum. Nam ita ſcriptum eſt (34. 1.)* Excîde tibi duas tabulas..... & ſcribam, &c. *Excepto itaque libro Deuteronomii, quæſtionem iſtam etiam ſolus liber Exodi continet, quemodo dixerit Deus:* Et ſcribam in tabulis verba, quæ erant in tabulis prioribus; *cùm paulò poſt legatur* (℣. 27.) Scribe tibi verba hæc..... Et erat ibi Moyſes in conſpectu Domini..... & ſcripſit in tabulis, &c. *Si enim ſuperiùs quod dictum eſt:* Scribe tibi verba hæc, &c. *ad ſuperiora pertinet, quæ Deus ita præcipiebat, ut non in duabus lapideis tabulis ſcriberentur, ſed in illo libro Legis, ubi multa conſcripta ſunt: certè illud quod ſequitur,* Et erat ibi Moyſes..... & ſcripſit in tabulis, &c. *ſatis manifeſtat eundem Moyſen in tabulis hæc decem verba ſcripſiſſe, non Deum. Niſi fortè violenter quidem, ſed certa neceſſitate compellimur, ubi dictum eſt,* Et ſcripſit in tabulis verba teſtam. decem verba, *non Moyſen ſubaudire, ſed Dominum: ſupra enim poſitum eſt:* Et erat ibi Moyſes in conſpectu Domini: *ut à Domino, in cujus conſpectu erat Moyſes..... ſcripta intelligantur hæc..... ſicut ante promiſerat. Quòd ſi ita eſt, non quidem illa differentia duorum Teſtamentorum, quæ nobis viſa eſt, in his verbis commendari poteſt, quando & priores & ſecundas tabulas ſcripſit, non homo, ſed Deus: veruntamen illa certè diſtantia non habet dubitationem, quòd priores tabulas & Deus fecit, & Deus ſcripſit.*

℣. 3. Ita in Græco, præter voces, *duas*, & *duabus*, quæ deſunt. Mſ. tamen Alex. cum editt. Ald. & Compl. hab. δυὸ πλάκας, ut infra Ald. & Compl. δυσὶ χερσί. Vide Capitul. XLII. ſup. & Not. ad ℣. 2.

℣. 4. Similiter in Græco.

℣. 5. Græc. ἐνέβαλον, pro *miſi*; reliqua ut in Lat.

℣. 8. Ad verbum è Græco, niſi excipias unum, *portare*, pro quo αἴρειν, *tollere*, quod idem valet. Similiter habet Capitul. XLIV. ſup. *In illo tempore ſeparavit Dominus tribum Levi, ut portarent arcam.*

℣. 9. Sic eſt in Græco, præter hæc, ἐν τοῖς ἀδελφοῖς, *in fratribus*, pro *cum fratribus*; & κλῆρος αὐτῦ, *ſors ejus*, loco *pars ejus eſt*. In edit. Compl. ſup. παρὰ τοῖς ἀδελφοῖς. Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 1057. b. & Hilar. in eund. Pſ. col. 287. c. legunt: *Filiis Levi non erit portio, neque ſors in medio fratrum ſuorum, quia Dominus Deus pars eorum eſt.* Nota in Mſ. Alex. ac edit. Compl. initio ſcribi ἔσαι, non ἔσι, ſicut in Ald. ὑδὲ, pro ἢ, ante *ſors*, paulòque poſt ſic: Κύριος ὁ Θεὸς αὐτός, deinde in Oxon. & Compl. κλῆρος αὐτῶν, non αὐτῦ.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hilar. in Pſ. 118. 266. *a.* & 268. *b.*

12. Et nunc Iſraël, quid Dominus Deus tuus poſcit à te, niſi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in omnibus viis ejus, & diligas eum, & ſervias Domino Deo tuo ex toto corde tuo, & ex tota anima tua:

13. & cuſtodias præcepta Domini Dei tui, & juſtificationes ejus, quæ ego præcipio tibi hodie, ut bene ſit tibi?

VULGATA NOVA.

12. Et nunc Iſraël, quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus, & diligas eum, ac ſervias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua:

13. cuſtodiaſque mandata Domini, & cæremonias ejus, quas ego hodie præcipio tibi, ut bene ſit tibi?

VULGATA NOVA.

14. En Domini Dei tui cœlum eſt, & cœlum cœli, terra, & omnia quæ in ea ſunt:

15. & tamen patribus tuis conglutinatus eſt Dominus, & amavit eos, elegitque ſemen eorum poſt eos, id eſt vos, de cunctis gentibus, ſicut hodie comprobatur.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. 2. de Abr. c. 11. *t.* 1. 347. *f.*

16. Circumcidite duritiam cordis veſtri.....

Auct. l. de Vit. chr. ap. Aug. t. 6. 187. *d.*

17..... Deus magnus..... qui non accipit perſonam, ſed nec accipit munera,

18. faciens judicium proſelyto, orphano & viduæ. Dare panem & veſtimentum dilige:

19..... quia & ipſe fuiſti in terra Ægypti.

Capit. XLVI. *ſup.*

20. Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſervies.....

Hieron. in Ezech. 30. *t.* 3. 914. *f.*

22. In ſeptuaginta animabus deſcenderunt patres veſtri in Ægyptum: nunc autem facti eſtis ut ſtellæ cœli in multitudine.

VULGATA NOVA.

16. Circumcidite igitur præputium cordis veſtri, & cervicem veſtram ne induretis ampliùs:

17. quia Dominus Deus veſter, ipſe eſt Deus deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus & potens, & terribilis, qui perſonam non accipit, nec munera. *2. Par.* 19. 7.

18. Facit judicium pupillo & viduæ, amat peregrinum, & dat ei victum atque veſtitum: *Job.* 34. 19. *Sap.* 6. 8. *Eccli.* 35. 15.

19. & vos ergo amate peregrinos, quia & ipſi fuiſtis advenæ in terra Ægypti.

20. Dominum Deum tuum timebis, & ei ſoli ſervies: ipſi adhærebis, jurabiſque in nomine illius. *Act.* 10. 34. *Rom.* 2. 11. *Gal.* 2. 6. *Sup.* 6. 13. *Mat.* 4. 10. *Luc.* 4. 8.

21. Ipſe eſt laus tua, & Deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia & terribilia, quæ viderunt oculi tui.

22. In ſeptuaginta animabus deſcenderunt patres tui in Ægyptum: & ecce nunc multiplicavit te Dominus Deus tuus ſicut aſtra cœli. *Gen.* 46. 27. *Exod.* 1. 5.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 12. Hilar. 1. loco 266. a. habet, *Sed nunc*, altero verò col. 268. b. & aliis infra, *Et nunc*, è Gr. Καὶ νῦν. Eadem rurſus legit in Pſ. 2. col. 34. b. addito tamen hoc in fine, & *ex tota virtute tua*, quod abeſt à Græco. Item in Pſ. 127. col. 424. d. legit: *Et nunc Iſraël, quid Dominus Deus tuus poſtulat à te, niſi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in omnibus viis ejus, & diligas eum; & cuſtodias præcepta ejus ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, ut bene*, &c. prætermiſſis intermediis. Demum in Pſ. 52. col. 85. c. alludens, dicit: *O Iſraël, quid Deus exquirit à te, niſi facere judicium, & intelligere juſtitiam?* Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 16. p. 247. c. ſic habet: *Et nunc Iſraël, quid Dominus Deus poſtulat à te, niſi timere Dominum Deum tuum, ambulare in omnibus viis ejus, & diligere eum, & ſervire Domino Deo tuo ex toto corde tuo, & ex tota anima tua?* Similiter in Græco: Καὶ νῦν Ἰσραὴλ, τί Κύριος ὁ Θεός σου αἰτεῖται παρὰ σοῦ, ἀλλ' ἢ φοβεῖσθαι..... καὶ πορεύεσθαι, &c. ad verbum. In Mſs. Alex. & Oxon. ac editt. Ald. & Compl. deeſt καί. Ambroſ. verò in Pſ. 118. to. 1. col. 1012. c. cum Hilar. legit: *Et nunc Iſraël, quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus, & diligas eum, & ſervias Domino Deo tuo ex toto corde tuo, & ex tota anima tua?* Item in Pſ. 1. col. 752. a. *Et nunc Iſraël, quid abs te poſtulat Dominus Deus tuus, niſi ut diligas Dominum Deum tuum, & ambules in omnibus viis ejus?* Vide etiam l. de fug. ſæc. c. 6. col. 431. b. Similiter Hieron. in Mich. 6. to. 3. col. 1542. b. *Et nunc Iſraël, quid Dominus Deus tuus quærit à te, niſi ut timeas Dom. Deum tuum, & ambules in omnibus viis ejus, & diligas eum, & ſervias Domino Deo tuo de toto corde tuo, & de tota anima tua?* Lib. verò 3. in ep. ad Gal. to. 4. col. 290. f. *Quid petit à te?* Anaſtaſ. II. PP. epiſt. 1. Conc. to. 4. col. 1280. c. *Et nunc Iſraël, quid Dominus Deus tuus poſtulat à te aliud, quàm ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules*, &c. ut ſup. apud Hieron. Caſſiodorus denique in Pſ. 27. col. 443. b. *Et nunc Iſraël, quid Dominus Deus tuus poſtulat à te, niſi ut timeas Dom. Deum tuum ex toto corde tuo, & ambules in omnibus..... & diligas eum, & cuſtodias præcepta ejus ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, ut bene*, &c. Vide etiam Capitul. XLV. ſup.

℣. 13. Ita rurſum Hilar. in Pſ. 2. col. 34. b. præter unum *hodie*, quod delet. In Græco ſic: Φυλάσσεσθαι τὰς ἐντολὰς Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, καὶ τὰ δικαιώματα αὐτοῦ, ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαί σοι σήμερον, ἵνα εὖ σοι ᾖ; Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1012. c. *Cuſtodias mandata ejus, & juſtitias ejus.* Hieron. verò in Mich. 6. to. 3. col. 1542. b. *Et cuſtodias mandata Domini Dei tui, & juſtificationes ejus, quæcunque ego mando tibi hodie, ut bene ſit tibi.* Anaſtaſ. II. PP. epiſt. 1. Conc. to. 4. col. 1280. c. *Cuſtodire præcepta Domini Dei tui, & juſtitias ejus, quas ego mando tibi.*

℣. 16. Sic habet Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 16. p. 246. c. In Græco: Καὶ περιλεμεῖσθε, *Et circumcidetis*, &c. ut ſup. Similiter Ambroſiaſt. col. 41. f. *Circumcidetis*, &c. Fulgent. ſ. de Circumciſ. p. 666. *Circumcidite præputium cordis veſtri*; Gr. σκληροκαρδίαν ὑμῶν.

℣. 17. Gr. ὁ Θεὸς ὁ μέγας.... ὃς οὐ θαυμάζει πρόσωπον, οὐδὲ οὐ μὴ λάβῃ δῶρον. *qui non admiratur faciem*, vel *perſonam*, *neque accipiet munus.*

℣. 18. Gr. Ποιῶν κρίσιν προσηλύτῳ, καὶ ὀρφανῷ, καὶ χήρᾳ, καὶ ἀγαπᾷ τὸν προσήλυτον, δοῦναι αὐτῷ ἄρτον καὶ ἱμάτιον. i. e. *Faciens judicium*..... & *diligit proſelytum*, *dando ei panem & veſtimentum.*

℣. 19. Gr. Προσήλυτοι γὰρ ἦτε ἐν γῇ Αἰγύπτῳ. Ald. & Compl. Αἰγύπτου.

℣. 20. Itidem Græcè, detracto uno *ſoli*; ſed in Mſ. Alex. ac edit. Compl. eſt μόνῳ. Ambroſ. in Luc. 2. col. 1312. d. legit: *Diliges Dominum Deum tuum, & ipſi ſoli ſervies.* Mſ. Alex. pro φοβηθήσῃ, *timebis*, hab. προσκυνήσεις, *adorabis.* Idem Ambroſ. infra, col. 1337. f. addit: *& ipſi ſoli adhærebis:* & verò in Græco poſt λατρεύσεις, ſequitur, καὶ πρὸς αὐτὸν κολληθήσῃ.

℣. 22. Gr. Ἐν ἑβδομήκοντα ψυχαῖς κατέβησαν οἱ πατέρες σου εἰς Αἴγυπτον· νυνὶ δὲ ἐπτίνοέ σε Κύριος ὁ Θεός σου ὡσεὶ τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει. Capitul. XLVII. ſup. non malè: *Cum ſeptuaginta quinque* (al. *ſeptuaginta*) *animabus deſcenderunt patres tui in Ægyptum: & fecit te Deus ſicut ſtellas cœli in multitudine*, al. *in multitudinem.* In Mſs. etiam Alex. & Ox. ac in ed. Ald. non ἑβδομήκοντα ſimpliciter, ſed ἑβδομήκοντα καὶ πέντε, ut legitur ſupra in Geneſi, & in Actis Apoſtol. 7. 14. De hoc numero pluribus diſputat Auguſt. in Quæſtionibus, ſicut Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 543. b. ſeqq. quæ legenda accuratè, eaque imprimis, quæ notavimus ſup. ad Geneſ. c. 46. ℣℣. 26. 27. ex Hieronymo, qui totus illic eſt ut probet ſeptuaginta tantùm animas, non ſeptuaginta quinque, deſcendiſſe in Ægyptum: *Hanc rem*, inquit, *ne videamur adverſùm Scripturæ auctoritatem loqui, etiam LXX. Interpretes in Deuteronomio tranſtulerunt, quòd in ſeptuaginta animabus ingreſſus ſit Jacob in Ægyptum. Si quis igitur noſtræ ſenten-*

Digitized by Google

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tia refragabar, Scripturam inter se contrariam faciet: ipsi enim LXX. Interpretes qui hic (Gen. 46. 26.) LXXV. *animas per ἀπόλυψιν, cum Joseph & posteris suis Ægyptum ingressas esse dixerunt, in Deuteronomio* LXX. *tantùm intrasse memorantur.* Idem asserit infra, col. 544. b. f. ad Gen. 48. 1. & 5. Auct. etiam op. imp. in Matth. hom. 49. col. 207. a. dicit, *septuaginta animas intrasse in Ægyptum.* Vide plura ad Genes. 46. & Act. 7. 14.

CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

1. AMa itaque Dominum Deum tuum, & observa præcepta ejus & cæremonias, judicia atque mandata, omni tempore.

2. Cognoscite hodie quæ ignorant filii vestri, qui non viderunt disciplinam Domini Dei vestri, magnalia ejus, & robustam manum, extentumque brachium,

3. signa & opera quæ fecit in medio Ægypti Pharaoni regi, & universæ terræ ejus,

VULGATA NOVA.

4. omnique exercitui Ægyptiorum, & equis ac curribus: quomodo operuerint eos aquæ maris rubri, cùm vos persequerentur, & deleverit eos Dominus usque in præsentem diem:

5. vobisque quæ fecerit in solitudine, donec veniretis ad hunc locum:

Num. 16. 1. Num. 16. 32. 6. & Dathan atque Abiron filiis Eliab, qui fuit filius Ruben: quos aperto ore suo terra absorbuit cum domibus & tabernaculis, & universa substantia eorum, quam habebant in medio Israël.

7. Oculi vestri viderunt omnia opera Domini magna quæ fecit,

8. ut custodiatis universa mandata illius, quæ ego hodie præcipio vobis, & possitis introire, & possidere terram, ad quam ingredimini,

9. multoque in ea vivatis tempore: quam sub juramento pollicitus est Dominus patribus vestris, & semini eorum, lacte & melle manantem.

VERSIO ANTIQUA.

4..... quæ fecit virtutem Ægyptiorum..... *Aug. Locut. 27. t. 3. 366. e.*

6. & quæ fecerit Dathan & Abiron filiis Eliab..... quos aperiens terra os suum deglutivit eos, & domos eorum, & tabernacula eorum..... *Capitul.* XLVIII. *Aug. Locut. 28. 366. f.*

7. Quoniam oculi vestri viderunt omnia opera Domini magna quæ fecit in vobis hodie, *Idem Locut. 29. 367. a.*

9..... terram, quam juravit Dominus patribus vestris dare eis, semineque eorum post eos..... *Idem Locut. 30. 367. b.*

VULGATA NOVA.

10. Terra enim, ad quam ingrederis possidendam, non est sicut terra Ægypti, de qua existi, ubi jacto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ:

11. sed montuosa est & campestris, de cœlo expectans pluvias:

12. quam Dominus Deus tuus semper invisit, & oculi illius in ea sunt à principio anni usque ad finem ejus.

VULGATA NOVA.

Sup. 10. 12. 13. Si ergo obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio vobis, ut diligatis Dominum Deum vestrum, & serviatis ei in toto corde vestro, & in tota anima vestra:

14. dabit pluviam terræ vestræ temporaneam & serotinam, ut colligatis frumentum, & vinum, & oleum,

15. fœnumque ex agris ad pascenda jumenta, & ut ipsi comedatis ac saturemini.

16. Cavete ne fortè decipiatur cor vestrum, & recedatis à Domino, serviatisque diis alienis, & adoretis eos:

VERSIO ANTIQUA.

13. Si autem auditu audieritis omnia mandata ejus, quæ ego mando tibi hodie..... *Ibid. Locut. 31.*

14. & dabit pluviam terræ tuæ in tempore suo, matutinum & serotinum..... *Ibid. Locut. 32.*

15..... & cùm comederis & satiatus fueris, *Aug. Locut. 33. t. 3. 367. c.*

16. attende tibi ipsi, ne dilatetur cor tuum, & prævaricemini, & serviatis diis aliis.....

VULGATA NOVA.

17. iratusque Dominus claudat cœlum, & pluviæ non descendant, nec terra det germen suum,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Græcè: Καὶ ὅσα ἐποίησε τὴν δύναμιν τῶν, &c. Mox Aug. ibid. *Hoc Interpretes quidam Latini minùs intelligentes, noluerunt dicere* virtutem, *sed* virtuti, *vel* exercitui, *quoniam id quod ait Græcus,* δύναμιν, *nonnulli* exercitum *intellexerunt. Sed elegans locutio est,* Quæ fecit virtutem eorum; *intelligendum est quid eam fecit: quoniam ad nihil eam redegit: sed quia pluraliter dictum est, ideo subobscurum est.*

℣. 6. Græc. initio hab. Καὶ ὅσα ἐποίησε, & *quæcunque fecit*, loco & *quæ fecerit*; exinde ad *Eliab*, addit υἱῶ Ῥουβήν, *filii Ruben*; reliqua ut in Lat. sup. Augustinus hîc duas locutiones notandas esse dicit: 1. *quòd additum sit* eos, *cùm sufficere posset, quod ait superiùs*, quos: 2. domos eorum *cùm dixisset, addidit*, & tabernacula eorum, *quasi alias in eremo haberent domos, nisi tabernacula.*

℣. 7. Ad verbum è Græco, præter relativum *quæ*, pro quo ὅσα, *quæcunque.*

℣. 9. Ita in Græco.

℣. 13. Ad verbum è Græco, detracta voce *ejus*; al. tamen additur αὐτῦ, si Nobilio fides.

℣. 14. Mss. Oxon. hab. κατὰκαιρόν, pro *in tempore suo*; Vat. verò & al. καθ' ὥραν, omnes πρώϊμον & ὄψιμον, per relat. ad ὑετόν, *pluviam.* Mss. quinque August. hab. similiter *matutinam* & *serotinam*, sed malè; nam Aug. proximè addit: *Cùm matutinum tempus dies dicatur, nunquid hinc intelligi voluit tempus anni primum?* serotinum *verò minùs Latinum est; sed non potuit magis propriè de Græco exprimi, quod illi dicunt* ὄψιμον: *tamen etiam in Latina lingua vulgò usitatum est, ut dicatur* serotinum, *sed quod tardiùs quàm oporteat factum est; hic verò tempus anni potiùs intelligi voluit.* Hieron. verò in Eccles. to. 2. col. 780. a. & in Ose. 6. to. 3. 1275. legit: *Dabo vobis pluviam temporaneam* & *serotinam.*

℣. 15. Gr. Καὶ φαγῶν, & ἐμπλησθείς.

℣. 16. Ad verbum è Græco.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

pereatisque velociter de terra optima, quam Dominus daturus est vobis.

Sup. 6. 6. 18. Ponite hæc verba mea in cordibus & in animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus, & inter oculos vestros collocate.

19. Docete filios vestros ut illa meditentur, quando sederis in domo tua, & ambulaveris in via, & accubueris atque surrexeris.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 17. in Deut. t. 3. 563. f. 20. Scribetis ea super limina domorum vestrarum & januarum vestrarum :

Capitul. L. sup. 22. Et si obaudieritis omne præceptum istud.....

23. ejiciet Dominus omnes gentes à facie vestra.....

Aug. Locut. 34. 367. d. 24..... & flumen magnum, flumen Euphratem.....

Ibid. Locut. 35. 25..... timorem vestrum & tremorem vestrum imponet Dominus Deus vester super faciem universæ terræ.....

Lucif. Cal. pro S. Athan. 184. d. 26. Ecce ego dedi ante conspectum vestrum hodie benedictionem & maledictionem :

27. benedictionem, si audieritis mandata Domini Dei vestri, quæcunque ego mando vobis hodie :

Tertul. adv. Gnost. 825. b. 28..... maledictionem..... si erraveritis de via, quam mandavi vobis, ut abeuntes serviatis deis aliis, quos non scitis.

VULGATA NOVA.

20. Scribes ea super postes & januas domus tuæ :

21. ut multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum, in terra quam juravit Dominus patribus tuis, ut daret eis quandiu cœlum imminet terræ.

22. Si enim custodieritis mandata quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, ut diligatis Dominum Deum vestrum, & ambuletis in omnibus viis ejus, adhærentes ei,

23. disperdet Dominus omnes gentes istas ante faciem vestram, & possidebitis eas, quæ majores & fortiores vobis sunt.

24. Omnis locus, quem calcaverit pes vester, vester erit. A deserto, & à Libano, à flumine magno Euphrate usque ad mare occidentale erunt termini vestri. *Jos. 1. 3.*

25. Nullus stabit contra vos : terrorem vestrum & formidinem dabit Dominus Deus vester super omnem terram quam calcaturi estis, sicut locutus est vobis.

26. En propono in conspectu vestro hodie benedictionem & maledictionem :

27. benedictionem, si obedieritis mandatis Domini Dei vestri, quæ ego hodie præcipio vobis :

28. maledictionem, si non obedieritis mandatis Domini Dei vestri, sed recesseritis de via, quam ego nunc ostendo vobis, & ambulaveritis post deos alienos, quos ignoratis.

VULGATA NOVA.

29. Cùm verò introduxerit te Dominus Deus tuus in terram ad quam pergis habitandam, pones benedictionem super montem Garizim, maledictionem super montem Hebal :

30. qui sunt trans Jordanem, post viam quæ vergit ad solis occubitum, in terra Chananæi, qui habitat in campestribus contra Galgalam, quæ est juxta vallem tendentem & intrantem procul.

31. Vos enim transibitis Jordanem, ut possideatis terram, quam Dominus Deus vester daturus est vobis, ut habeatis & possideatis illam.

32. Videte ergo ut impleatis cæremonias atque judicia, quæ ego hodie ponam in conspectu vestro.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 20. Ita quoque in Græco.

℣. 22. In Græco sic, Καὶ ἔσαι, ἐὰν ἀκοῇ ἀκούσῃτε πάσας τὰς ἐντολὰς ταύτας, &c.

℣. 23. Gr. ipso initio hab. Καὶ ἐκβαλεῖ, additque ταῦτα, ad ἔθνη, *gentes*; cætera ut in Lat. sup.

℣. 24. Gr. Καὶ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ μεγάλου ποταμοῦ Εὐφράτου. August. ad hoc, *flumen..... flumen : Repetitiones istæ*, inquit, *usitatæ sunt in Scripturis, & rem decenter commendant.*

℣. 25. Ità de Græco, verbum è verbo : addit August. *Non timorem & tremorem, quo ipsi timent & tremunt, sed quo timentur, & alios tremere faciunt.* Posset verti, *timorem vestri.*

℣. 26. In Græco, δίδωμι, *do*, non *dedi*; reliqua concordant ad verbum. Capitul. LI. sup. fert : *Ecce do vobis hodie benedictiones & maledictiones*, nec malè; nam Mſ. Alex. & Ald. ed. hab. pluraliter, εὐλογίας καὶ κατάρας· κατάρα propriè, *exsecratio est*, seu *imprecatio.*

℣. 27. Ad verbum è Græco. Similiter habet Tertul. l. contra Gnost. p. 825. b. præter seqq. *præcepta..... præcipio*, loco *mandata..... mando.* Græc. ἐντολὰς..... ἐντέλλομαι.

℣. 28. Ita legit Tertul. absque interruptione; at in Gr. post hoc, Καὶ τὴν κατάραν, interponuntur ista : ἐὰν μὴ ἀκούσητε τὰς ἐντολὰς Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν, ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν σήμερον, reliqua ut in Lat. sup. exceptis his, πορευθέντες λατρεύειν, *euntes servire*, loco *ut abeuntes serviatis*; & οὐδατε, *novistis*, pro *scitis.*

CAPUT XII.

VERSIO ANTIQUA.

Capitul. LII. sup. 1. ISta sunt præcepta & judicia, quæ observabitis.....

Tertul. adv. Gnost. 825. b. 2. Perditione perdetis omnia loca, in quibus servierunt nationes deis, quas vos possidebitis

VULGATA NOVA.

1. HÆc sunt præcepta atque judicia, quæ facere debetis in terra, quam Dominus Deus patrum tuorum daturus est tibi, ut possideas eam cunctis diebus quibus super humum gradieris.

2. Subvertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes, quas possessuri estis, deos suos su-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. In Græco similiter, nisi quòd deest *sunt*, post *ista*; & pro *observabitis*, legitur φυλάξεσθε τοῦ ποιεῖν.

℣. 2. Ita Græcè usque ad vocem *nationes*, cujus loco est, ἐκεῖ; at in Mſ. Oxon. sic : ἐκεῖ τὰ ἔθνη : tum sequitur,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

per montes excelsos, & colles, & subter omne lignum frondosum.

Sup. 7. 25. 2. Mac. 12. 40. 3. Dissipate aras eorum, & confringite statuas, lucos igne comburite, & idola comminuite: disperdite nomina eorum de locis illis.

VERSIO ANTIQUA.

hæreditate, super montes, & colles, & arbores densas quasque. *Tertul. ubi sup.*

3. Effodietis aras earum, evertetis & comminuetis staticula earum, & excidetis lucos earum, & sculptilia deorum ipsarum concremabitis igni: & disperdetis nomen eorum de loco illo.

VULGATA NOVA.

4. Non facietis ita Domino Deo vestro:

5. sed ad locum, quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, ut ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, venietis:

5..... 6. *Vide Not.*

6. & offeretis in loco illo holocausta & victimas vestras, decimas & primitias manuum vestrarum, & vota atque donaria, primogenita boum & ovium.

7. Et comedetis ibi in conspectu Domini Dei vestri: ac lætabimini in cunctis, ad quæ miseritis manum vos & domus vestræ, in quibus benedixerit vobis Dominus Deus vester.

8. Non facietis ibi quæ nos hic facimus hodie, singuli quod sibi rectum videtur.

9. Neque enim usque in præsens tempus venistis ad requiem & possessionem, quam Dominus Deus vester daturus est vobis.

10. Transibitis Jordanem, & habitabitis in terra, quam Dominus Deus vester daturus est vobis, ut requiescatis à cunctis hostibus per circuitum: & absque ullo timore habitetis

VULGATA NOVA.

11. in loco quem elegerit Dominus Deus vester, ut sit nomen ejus in eo: illuc omnia, quæ præcipio, conferetis: holocausta, & hostias, ac decimas, & primitias manuum vestrarum: & quidquid præcipuum est in muneribus, quæ vovebitis Domino.

VERSIO ANTIQUA.

11. & erit locus quem elegerit Dominus Deus vester, invocari nomen suum ibi: afferetis omnia, quæ præcipio vobis hodie: holocausta vestra, & sacrificia, & decimas vestras, & primitias, & dona vestra: & omnia quæ elegit de manibus vestris, quæcunque voveritis Domino Deo vestro. *Mſ. Floriac. n. 10.*

VULGATA NOVA.

12. Ibi epulabimini coram Domino Deo vestro, vos, & filii ac filiæ vestræ, famuli & famulæ, atque Levites qui in urbibus vestris commoratur: neque enim habet aliam partem & possessionem inter vos.

13. Cave ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris:

14. sed in eo, quem elegerit Dominus, in una tribuum tuarum offeres hostias, & facies quæcunque præcipio tibi.

VULGATA NOVA.

15. Sin autem comedere volueris, & te esus carnium delectaverit, occide, & comede juxta benedictionem Domini Dei tui, quam dedit tibi in urbibus tuis: sive immundum fuerit, hoc est, maculatum & debile: sive mundum, hoc est, integrum & sine macula, quod offerri licet, sicut capream & cervum, comedes,

16. absque esu duntaxat sanguinis, quem super terram quasi aquam effundes.

17. Non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti, & vini, & olei tui, primogenita armentorum & pecorum, & omnia quæ voveris, & sponte offerre volueris, & primitias manuum tuarum:

VERSIO ANTIQUA.

15..... secundùm desiderium animæ tuæ occide, & manduca omnem carnem, juxta voluptatem, quam dedit tibi Dominus..... *Adim. ap. Aug. t. 8. 128. c.*

16. cave autem ne sanguinem manduces, sed effunde tanquam aquam super terram.

17. Non poteris manducare in civitatibus tuis decimationem frumenti tui..... *Aug. Locut. 36. t. 3. 367. d.*

VULGATA NOVA.

18. sed coram Domino Deo tuo comedes ea, in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, tu & filius tuus & filia tua, & servus & famula, atque Levites qui manet in urbibus tuis: & lætaberis & reficieris coram Domino Deo tuo, in cunctis ad quæ extenderis manum tuam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

τοῖς θεοῖς αὐτῶν, ὃς ὑμεῖς κληρονομεῖτε αὐτὸς ἐπὶ τῶν ὀρέων τῶν ὑψηλῶν, καὶ ἐπὶ τῶν βουνῶν, καὶ ὑποκάτω δένδρου δασέος. In Mſ. Oxon. φάλος δένδρου.

℣. 3. Græc. Καὶ κατασκάψετε τὰς βωμὸς αὐτῶν, καὶ συντρίψετε τὰς στήλας αὐτῶν, &c. ut in Lat. excepto verbo, ἀπολεῖται, pro *disperdetis.*

℣℣. 5. 6. Huc redeunt quæ Tertullianus ait l. contra Jud. c. 5. 138. c. *Invenimus præscriptum populo Israeli, ut sacrificia nullo in loco offerrentur Deo, quam in terra repromissionis, quam Dominus Deus daturus esset populo Israeli, & patribus eorum; & introducto Israel, celebrarentur sacrificia & holocausta, tam pro peccatis quàm pro animabus.* Eadem etiam referri possunt ad ℣. 13. & 14. inf.

℣. 11. Græc. Καὶ ἔσαι ὁ τόπος ὃν ἂν ἐκλέξηται Κύριος ὁ Θεός σου, ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτῷ ἐκεῖ· ἐκεῖ οἴσετε πάντα ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν σήμερον, τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν, καὶ τὰ θυσιάσματα ὑμῶν, καὶ τὰ ἐπιδέκατα ὑμῶν, καὶ τὰς ἀπαρχὰς τῶν χειρῶν ὑμῶν· καὶ πᾶν ἐκλεκτὸν τῶν δώρων ὑμῶν, ὅσα ἂν εὔξησθε Κυρίῳ τῷ Θεῷ ὑμῶν.

℣. 15. Addit Aug. ibid. *Ipse* (Adimantus) *in his verbis, quæ posuit de Veteri Testamento, animadvertere potuit, non ad immoderatam veracitatem pertinere quod dictum est: Secundùm desiderium*, &c. hæc autem sic habentur Græcè: Ἀλλ' ἢ ἐν πάσῃ ἐπιθυμίᾳ σου θύσεις, καὶ φαγῇ κρέα, κατὰ τὴν εὐλογίαν Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, ἣν ἔδωκέ σοι, &c. *Sed in omni cupiditate tua mactabis, & comedes carnes, secundùm benedictionem Domini Dei tui, quam dedit tibi.* In consequentibus tamen Augustinus constanter legit ut sup.

℣. 16. Idem valet quod in Græco est: Πλὴν τὸ αἷμα οὐ φάγεσθε, ἐπὶ τὴν γῆν ἐκχεεῖτε αὐτὸ ὡς ὕδωρ. *Tantummodo sanguinem non comedetis; in terram effundetis illum sicut aquam.* Capitul. LVI. sup. *Attendite ne manducetis sanguinem.*

℣. 17. Ita Græcè. Aug. notat dici, *non poteris*, pro eo quod est, *non debebis.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. in Pſ. 118. r. 1. 1181. *d.*

19. Attende tibi ne derelinquas Levitem per omne tempus quo vixeris ſuper terram.

VULGATA NOVA.

19. Cave ne derelinquas Levitem in omni tempore quo verſaris in terra.

VULGATA NOVA.

Gen. 28. 14. *Exod.* 34. 24. *Inf.* 19. 8.

20. Quando dilataverit Dominus Deus tuus terminos tuos, ſicut locutus eſt tibi, & volueris veſci carnibus, quas deſiderat anima tua:

21. locus autem, quem elegerit Dominus Deus tuus ut ſit nomen ejus ibi, ſi procul fuerit, occides de armentis & pecoribus, quæ habueris, ſicut præcepi tibi, & comedes in oppidis tuis, ut tibi placet.

22. Sicut comeditur caprea & cervus, ita veſcêris eis: & mundus & immundus in commune veſcentur.

23. Hoc ſolum cave, ne ſanguinem comedas: ſanguis enim eorum pro anima eſt: & idcirco non debes animam comedere cum carnibus:

24. ſed ſuper terram fundes quaſi aquam,

25. ut bene ſit tibi & filiis tuis poſt te, cùm feceris quod placet in conſpectu Domini.

26. Quæ autem ſanctificaveris, & voveris Domino, tolles, & venies ad locum, quem elegerit Dominus:

27. & offeres oblationes tuas carnem & ſanguinem ſuper altare Domini Dei tui: ſanguinem hoſtiarum fundes in altari: carnibus autem ipſe veſcêris.

VERSIO ANTIQUA.

Capit. LVII. *ſup.*

28. Cuſtodi & fac omnia verba quæ ego mando tibi.....

VULGATA NOVA.

28. Obſerva & audi omnia quæ ego præcipio tibi, ut bene ſit tibi & filiis tuis poſt te in ſempiternum, cùm feceris quod bonum eſt & placitum in conſpectu Domini Dei tui.

Aug. quæſt. 49. *in Jud.* r. 3. 611. *c. d.*

29. Si autem exterminaverit Dominus Deus tuus gentes, in quas tu intras hæreditare terram eorum, à conſpectu tuo, & hæreditabis eos, & habitabis in terra eorum:

30. attende tibi ipſi, ne exquiras ſequi eos, poſtquam exterminati fuerint à facie tua, ne exquiras deos eorum, dicens: Quemadmodum faciunt gentes diis ſuis, faciam & ego.

31. Non facies ita Domino Deo tuo. Abominamenta enim, quæ Dominus odit, fecerunt diis ſuis, quoniam & filios ſuos & filias ſuas comburunt igni diis ſuis.

Capit. LVIII. *ſup.*

32. Omne verbum quod ego mando tibi, cuſtodi, & fac.....

29. Quando diſperdiderit Dominus Deus tuus ante faciem tuam gentes, ad quas ingredieris poſſidendas, & poſſederis eas, atque habitaveris in terra earum: *Inf.* 19. 1.

30. cave ne imiteris eas, poſtquam te fuerint introeunte ſubverſæ, & requiras cæremonias earum, dicens: Sicut coluerunt gentes iſtæ deos ſuos, ita & ego colam.

31. Non facies ſimiliter Domino Deo tuo. Omnes enim abominationes, quas averſatur Dominus, fecerunt diis ſuis, offerentes filios & filias, & comburentes igni.

32. Quod præcipio tibi, hoc tantùm facito Domino: nec addas quidquam, nec minuas.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 19. Vix meliùs è Græco.

℣. 28. Græcè: Φυλάσσε, ἐὰν ἀκούσῃ, ἐὰν ποιήσεις, *Obſerva, ſi audi, ſi facies*, &c. ut ſupra.

℣. 29. Græcè, deeſt σύ, ante *intras*, quod tamen eſt in Mſ. Alex. ſubinde poſt *intras*, additur ἐκεῖ, *illuc*; paulòque poſt, habetur ἀπὸ προσώπου σου, *à facie tua*, pro *à conſpectu tuo*: mox ita: ἐὰν κατακληρονομήσῃς αὐτὴν, ἐὰν κατοικήσῃς, &c. *hæreditaveris eam, ſi habitaveris*; ſed in Mſ. Alex. legitur: κατακληρονομήσεις αὐτὰς, ἐὰν κατοικήσεις, ut in Lat. ſupra; in editt. Ald. & Compl. καταπληρονομήσῃς αὐτούς.

℣. 30. Ita Græc. ſec. Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. niſi quòd addunt ταῦτα, ad vocem, ἔθνη, *gentes*: à Mſ. autem Vatic. abſunt hæc, *ne exquiras deos eorum*, ſed legitur in aliis, ἵνα μὴ ἐκζητήσεις τὰς θεὰς αὐτῶν. Tertul. l. adverſ. Gnoſt. 825. b. ſimiliter habet: *Cave tibi, ne ſequaris eas poſteaquam exterminatæ fuerint à facie tua; ne requiſieris deos illarum, dicens: Quemadmodum faciunt nationes deis ſuis, & ego ita faciam.*

℣. 31. Ita Mſs. Gr. Alex. & Oxon. cum editt. Ald. & Compl. niſi quòd pro *odit*, hab. ἐμίσησε, ſeu ἐμίσησε, *odio habuit*: Mſs. tamen præd. delent ἐν, ante *filios*, & ponunt ἐν, ante *igni*, cum edit. Aldina. Plus variat Gr. Vatic. à quo abeſt vox *Domino*; exinde poſt *enim*, ſic eſt, Κυρίῳ ἃ ἐμίσησε, *Domini quæ odio habuit*; tum additur ἐν, poſt *fecerunt*, ut & poſt *comburunt*; deleturque & ante *filios*.

℣. 32. Ad verbum è Græco, præter hæc, *tibi*, *cuſtodi*, & *fac*, pro quibus, ὑμῖν σήμερον, τοῦτο φυλάξῃ ποιεῖν, *vobis hodie, hoc cuſtodies*, vel *obſervabis facere*; in Mſ. tamen Oxon. ac edd. Ald. & Compl. habetur σοί, pro ὑμῖν.

CAPUT XIII.

VERSIO ANTIQUA.

Tertul. adv. Gnoſt. 825. *b. c.*

1. SI ipſe prophetes exſurrexerit in te, aut ſomnium ſomnians, & dederit tibi ſignum vel oſtentum,

2. & evenerit, & dixerit: Eamus, & ſerviamus diis aliis quos non ſcitis:

3. ne audiatis ſermonem prophetæ aut ſomniatoris illius: quia tentat vos Dominus Deus

VULGATA NOVA.

1. SI ſurrexerit in medio tui prophetes, aut qui ſomnium vidiſſe ſe dicat, & prædixerit ſignum atque portentum,

2. & evenerit quod locutus eſt, & dixerit tibi: Eamus, & ſequamur deos alienos quos ignoras, & ſerviamus eis:

3. non audies verba prophetæ illius aut ſomniatoris: quia tentat vos Dominus Deus veſter,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita in Græco, niſi quòd primarum vocum ordo ſic invertitur: Ἐὰν δὲ ἀναστῇ ἐν σοὶ προφήτης, ἢ ἐνυπνιαζόμενος τὸ ἐνύπνιον, &c. Lucif. Calar. l. de non parc. in De. del. 228. b. ſic habet: *Si autem reſurrexerit in te propheta, aut ſomnium ſomnians, & dederit ſignum aut prodigium.* Similiter Auguſt. quæſt. 19. in Deut. to. 3. 563. g. *Si autem ſurrexerit in te propheta, ſeu ſomniator ſomnians, & dederit tibi ſignum vel prodigium.*

℣. 2. Gr. Καὶ ἔλθῃ τὸ σημεῖον ἢ τὸ τέρας, ὃ ἐλάλησε πρός σε λέγων· Πορευθῶμεν, &c. ut in Lat. ſup. In Mſ. tamen Oxon. deſunt iſta: καὶ ἔλθῃ τὸ σημεῖον ἢ τὸ τέρας, ſequuntur verò: καὶ λέγων εἴπῃ· Πορευθῶμεν, &c. Lucif. Calar. l. de non parc. in De. del. p. 228. b. ſic hab. *Et venerit ſigna faciens aut prodigia, & dixerit ad te, dicens: Eamus, & ſerviamus diis alienis, quos neſcitis.* Aug. verò quæſt. 19. in Deut. to. 3. 563. g. ita Græcum reddit ad verbum: *Et venerit ſignum ſive prodigium, quod locutus eſt ad te, dicens: Eamus, & ſerviamus diis aliis quos neſcitis.* Vide Capitul. LVIII. ſup.

℣. 3. Diſſimilia nonnulla in Græco, ubi ſic: Οὐκ ἀκούσῃ

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ut palam fiat utrùm diligatis eum an non, in toto corde, & in tota anima veſtra.

4. Dominum Deum veſtrum ſequimini, & ipſum timete, & mandata illius cuſtodite, & audite vocem ejus: ipſi ſervietis, & ipſi adhærebitis.

5. Propheta autem ille aut fictor ſomniorum interficietur: quia locutus eſt ut vos averteret à Domino Deo veſtro, qui eduxit vos de terra Ægypti, & redemit vos de domo ſervitutis: ut errare te faceret de via, quam tibi præcepit Dominus Deus tuus: & auferes malum de medio tui.

6. Si tibi voluerit perſuadere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus vel filia, ſive uxor quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus, quem diligis ut animam tuam, clam dicens: Eamus, & ſerviamus diis alienis, quos ignoras tu, & patres tui,

7. cunctarum in circuitu gentium, quæ juxta vel procul ſunt, ab initio uſque ad finem terræ,

8. non acquieſcas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus ut miſereris & occultes eum,

Inſ. 17. 7. 9. ſed ſtatim interficies: ſit primùm manus tua ſuper eum, & poſtea omnis populus mittat manum.

VERSIO ANTIQUA.

veſter, ut ſciat ſi ex toto corde veſtro, & ex tota anima veſtra timeatis Deum. *Tertul. ubi ſup.*

4. Poſt Deum veſtrum abibitis, & hunc timebitis, & præcepta ejus cuſtodietis, & vocem ejus audietis: & illi ſervietis, & illi adjiciemini.

5. Prophetes autem & ſomniator ille morietur: locutus eſt enim ad ſeducendum te à Domino Deo tuo.....

6. Si autem rogaverit te frater tuus ex patre vel matre, aut filius tuus aut filia tua, aut mulier quæ in gremio tuo eſt, aut amicus, qui animæ tuæ par eſt, clam dicens: Eamus, & ſerviamus deis aliis, quos non ſcis, nec patres tui,

7. ex deis nationum, quæ circum te proximè ſunt aut longè,

8. ne velis ire cum illo, & ne audieris eum: non parcet oculus tuus ſuper eum, nec miſeraberis, nec celabis eum:

9. annuntians annuntiabis de eo: manus tuæ erunt in eum in primis ad occidendum, & manus omnis populi in noviſſimis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Ζεῦδε τῶν λόγων τῦ προφήτυ ἐκείνυ ἢ τῦ ἐνυπνιαζομένυ τὸ ἐνύπνιον ἐκεῖνο· ὅτι πειράζει Κύριος ὁ Θεός ζε ὑμᾶς, εἰδέναι (Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. Θεὸς ὑμῶν ὑμᾶς τῦ εἰδέναι) εἰ ἀγαπᾶτε τὸν Θεὸν (Mſs. Alex. & Oxon. cum editt. præd. Κύριον τὸν Θεὸν) ὑμῶν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ὑμῶν, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς ὑμῶν. Quæ omnia optimè reddit Aug. quæſt. 19. in Deut. to. 3. 563. g. his: *Non audietis verba prophetæ illius, vel ſomniantis ſomnium illud: quoniam tentat Dominus Deus veſter vos, ſcire an diligatis Dominum Deum veſtrum ex toto corde veſtro, & ex tota anima veſtra.* Lucif. Calar. l. de non parc. in De. del. col. 228. b. ſic hab. *Non audietis verbum prophetæ illius aut ſomniantis: quoniam tentat Dominus Deus vos, videre ſi diligatis Dominum Deum veſtrum*, &c. Item Cypr. l. de mortal. 232. b. *Tentat vos Dominus Deus veſter, ut ſciat ſi diligitis Dominum Deum veſtrum ex toto corde veſtro, & ex tota anima veſtra*: ſimiliter ep. ad Fortunatum p. 267. b. niſi quòd addit in fine, *& ex tota virtute veſtra*, quod apud alios non legitur, nec etiam apud ipſum l. 3. Teſtim. p. 309. b. ubi eadem rurſus exſtant, ſi excipias iſtud, *tentat Dominus Deus veſter vos.* Auguſt. quoque l. de Gen. 1. to. 1. col. 659. b. & quæſt. 57. in Gen. to. 3. 392. e. & l. de ſer. Do. to. 3. p. 2. 212. c. & in Pſ. 5. & 36. to. 4. col. 17. e. 257. g. legit: *Tentat vos Dominus Deus veſter, ut ſciat ſi diligitis eum:* epiſt. verò 130. to. 2. col. 393. c. *ſi diligatis.*

℣. 4. Tertul. bene, ſec. Mſs. Alex. & Oxon. ac editt. Ald. & Compl. in quibus ſimiliter leguntur hæc: Καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτῦ φυλάξεσθε..... καὶ αὐτῷ προσκολληθήσεσθε, quæ abſunt à Græco Vatic. ut & à Mſ. Oxon. iſtud, αὐτῷ προσκολλᾶσθε: omnes autem habent, *Dominum Deum*, ſicut edit. Ald. πρὸς αὐτόν, in fine, non αὐτῷ, ante προσκολληθήσεσθε. Lucif. Calar. ubi ſup. 228. b. ſic legit: *Poſt Dominum Deum veſtrum abibitis, & ipſum timebitis, & mandata ejus cuſtodietis, & vocem ejus audietis, & illi apponemini.* Hilar. in Pſ. 118. col. 274. b. ita: *Retro poſt Dominum Deum tuum ambula, & ad eum adhæreto.* (Gr. ὀπίσω Κυρίυ τῦ, &c.) at ſup. col. 265. e. *Poſt Dominum Deum tuum ambulabis, & adhærebis ipſi.* Similiter Ambroſ. in Pſ. eund. to. 1. col. 1010. c. 1025. d. & alibi: poſteriori tamen loco, 1025. d. addit, *quia ipſe te deducet*, ſicut Hilar. ſup. col. 274. b. quæ alibi non leguntur. Capitul. LIX. ſup. ſimiliter hab. *Poſt Dominum Deum veſtrum ibitis, & ipſum timebitis.*

℣. 5. Græc. Καὶ ὁ προφήτης ἐκεῖνος, ἢ ὁ τὸ ἐνύπνιον ἐνυπνιαζόμενος, ἐκεῖνος ἀποθανεῖται· ἐλάλησε γὰρ πλανῆσαί σε ἀπὸ, &c. Quæ ita reddit Lucif. Calar. ubi ſup. 228. b. *Et propheta ille, aut ſomnium ſomnians, illi moriantur: locuti ſunt enim ſeducere vos à Domino Deo veſtro.* Similiter Cypr. ep. 40. 54. a. *Et prophetæ ille, aut ſomnium ſomnians ille, & qui locutus eſt, ut errare te faceret à Domino Deo tuo, interficietur.*

℣. 6. Ita Græcè, paucis tantùm exceptis: nempe his vocibus, *patre*, & *matre*, additur ζῦ, præponiturque ἐκ, iſti *matre*; à Mſ. tamen Oxon. abeſt ζῦ, poſt *patre*, ut à Vatic. & al. *tua*, poſt *filia*; Alex. verò hîc retinet *tua*, cum edit. Ald. omneſque ſimiliter *tua*, poſt vocem *mulier*, ſed abſque *eſt*, poſt *gremio tuo*. Exinde loco *qui par eſt*, habetur ſimpliciter, ἴσος, *æqualis*, & pro *non ſcis*, *nec*, ita, οὐκ ἤδεις σὺ, καὶ, *non noveras tu*, &. Edit. Compl. non hab. ἤδεις, ſed εἴδης, al. εἴδες. Lucif. l. de non parc. in De. del. col. 228. d. legit ut ſupra: *Si autem rogaverit te frater tuus ex patre vel matre, aut filius tuus, aut filia tua, aut mulier quæ in gremio tuo eſt, aut amicus, quæ animæ tuæ par eſt, clam dicens: Eamus, & ſerviamus deis alienis, quos neſcis tu, & patres tui.* Cypr. ep. ad Fortunatum p. 265. a. hæc habet: *Quòd ſi rogaverit te frater tuus, aut filius tuus, aut filia tua, aut uxor tua quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus tuus, qui æqualis eſt animæ tuæ, latenter dicens: Eamus, & ſerviamus diis alienis, diis gentium*, &c. Jul. Firm. l. de errore prof. relig. p. 179. a. *Quòd ſi rogaverit te frater tuus, aut filius tuus, aut filia tua, aut uxor tua quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus tuus, qui eſt æqualis animæ tuæ, latenter dicens: Eamus, & ſerviamus diis alienis, diis gentium.* S. Pacian. ep. 3. col. 313. a. *Si autem procatus fuerit te frater tuus, aut filia tua, aut uxor tua quæ eſt in ſinu tuo, aut æqualis animæ tuæ, dicens: Eamus, & ſerviamus diis quos non noveras.* Nota in Græco λάθρα, *clam*, conjungi cum præced. apud Scriptores verò Lat. cum ſeqq. Vide etiam Capitul. LX. ſup.

℣. 7. Græcè legitur ὑμῶν, pro *te*, deinde loco *proximè ſunt aut longè*, ſic, τῶν ἐγγιζόντων ζοι, ἢ τῶν μακρὰν ἀπὸ ζῦ, tum ſequitur, ἀπ' ἄκρυ τῆς γῆς ἕως ἄκρυ τῆς γῆς, *ab extremo terræ uſque ad extremum terræ*; ſed hæc abſunt à Mſ. Oxon. Similiter habet Lucif. Calar. ubi ſup. 228. d. *Ex diis nationum, quæ circa te, aut proximè, aut longè.* Cypr. ep. ad Fortun. p. 265. a. poſt *diis alienis*, ſimpliciter addit, *diis gentium*, deinde ſic: *non conſenties ei*, &c. de ℣. 8. prætermiſſis mediis. Similiter Julius Firmic. ubi ſup. ℣. 6.

℣. 8. Eadem prorſus hab. Lucif. Calar. l. de non parc. in De. del. p. 228. d. præter unum, *ſalutabis eum*, pro *miſeraberis*. At Cypr. ep. ad Fortun. p. 265. a. ſic legit: *Non conſenties ei, & non exaudies eum, & non parcet oculus tuus ſuper eum, & non celabis eum.* Ita quoque Julius Firm. l. de errore prof. rel. p. 179. a. niſi quòd legit *parcat*, omittitque *eum*, poſt *celabis*. Gr. Οὐ ζυνθελήσεις αὐτῷ, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ αὐτῦ, καὶ οὐ φείσεταί..... οὐκ ἐπιποθήσεις ἐπ' αὐτῷ, οὐδ' οὐ μὴ σκεπάσῃς αὐτόν. *Non deſiderabis ſuper eum, neque teges eum.* Ed. tamen Compl. pro ἐπιποθήσεις, hab. ἐλεήσεις, *miſereberis*, cum Tertul. ut & σκεπάσεις, loco σκεπάσῃς.

℣. 9. Iidem Græcè, niſi quòd præponitur καὶ, voci *manus*, additurque αὐτὸν, ad *occidendum*, & in fine pro *noviſſimis*, legitur ἐσχάτῳ. Similiter hab. Lucif. Calar. ubi ſup. p. 228. d. *Annuntians annuntiabis de eo: manus tuæ erunt in eum in primis ad occidendum eum, & manus populi tui in noviſſimo.* Gr. αἱ χεῖρες παντὸς τῦ λαῦ ἐπ' &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Tertul. ubi sup. 10. Et lapidabitis illum, & morietur : quoniam quæsivit avertere te à Domino Deo tuo.	10. Lapidibus obrutus necabitur : quia voluit te abstrahere à Domino Deo tuo, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo servitutis :
	11. ut omnis Israël audiens timeat, & nequaquam ultra faciat quippiam hujus rei simile.
Cypr. ep. ad Fort. 265. b. 12. Aut si audieris in una ex civitatibus, quas Dominus Deus tuus dabit tibi inhabitare te illic, dicentes :	12. Si audieris in una urbium tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos :
13..... Eamus, & serviamus diis aliis quos non nosti :	13. Egressi sunt filii Belial de medio tui, & averterunt habitatores urbis suæ, atque dixerunt : Eamus, & serviamus diis alienis quos ignoratis :
	14. quære sollicitè & diligenter, rei veritate perspecta, si inveneris certum esse quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam,
15. interficiens necabis omnes qui sunt in civitate cæde gladii :	15. statim percuties habitatores urbis illius in ore gladii, & delebis eam, ac omnia quæ in illa sunt, usque ad pecora :
16. & incendes civitatem igni, & erit sine habitaculo in æternum : non reædificabitur etiam nunc,	16. quidquid etiam supellectilis fuerit, congregabis in medio platearum ejus, & cum ipsa civitate succendes, ita ut universa consumas Domino Deo tuo, & sit tumulus sempiternus : non ædificabitur ampliùs,
Tertul. adv. Gnost. 825. c. 17. nec adhærebit quidquam manibus tuis ex devotamento ejus : ut avertatur Dominus ab indignatione iræ suæ, & dabit tibi misericordiam, & miserebitur tui, & multiplicabit te, *Cypr. ep. ad Fort. 265. b.*	17. & non adhærebit de illo anathemate quidquam in manu tua : ut avertatur Dominus ab ira furoris sui, & misereatur tui, multiplicetque te sicut juravit patribus tuis,
18. si exaudieris vocem Domini Dei tui, & observaveris præcepta ejus.....	18. quando audieris vocem Domini Dei tui, custodiens omnia præcepta ejus, quæ ego præcipio tibi hodie, ut facias quod placitum est in conspectu Domini Dei tui.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Cyprianus verò ep. ad Fortun. p. 265. a. legit : *Annuntians annuntiabis de illo : manus tua erit super eum in primis interficere eum*, & *manus omnis populi postremò*. Itidem Jul. Firm. l. de errore prof. rel. p. 179. a. excepto ult. *deinceps*, pro *postremò*. In Mſ. etiam Alex. ac editt. Ald. & Compl. est, ἡ ἡ χεὶρ ζυ ἔσαι· item infra in Oxon. & Compl. ἡ χεὶρ. S. Pacian. ep. 3. p. 313. a. loco *annuntians annuntiabis*, &c. hab. *deferes eum*. Similiter Capitul. LX. sup. *Non parces ei, sed deferes eum*. Addit Pacian. *Et manus tua erit super ipsum ad occidendum eum.*

℣. 10. Eadem refert Lucif. Calar. ubi sup. p. 228. d. uno excepto *abstitere*, pro *avertere te* ; in Gr. ἀποστῆσαί σε. Cypr. ep. ad Fortun. p. 265. a. sic : *Et lapidabunt eum, & morietur ; quoniam quæsivit avertere te à Domino Deo tuo.* Cypriano suffragatur constanter Jul. Firmicus l. de errore prof. rel. p. 179. a. nisi quòd delet &, in principio, sicut *Deo*, in fine ; at non addit seqq. de Vulg. uti nec Cypr. quæ tamen in Græco exstant. Apud utrumque etiam deest ℣. 11. quamvis legatur in Gr. Idem quoque hîc hab. Καὶ λιθοβολήσουσιν αὐτὸν ἐν λίθοις, *Et lapidabunt eum in lapidibus*, &c. ut sup. Capitul. LX. sup. *Et lapidabitur.*

℣. 12. Ita legit Jul. Firm. l. de errore prof. relig. nisi quòd habet, *dat tibi*, absque seq. *te*. Gr. habet πόλεών σου, pro *ex civitatibus ;* sed in ed. Ald. deest ζῶ ; exinde δίδωσί ζοι κατοικεῖν σε, *dat tibi habitare te*. Capitul. LXI. sup. hæc præfert : *Si autem audieris in una ex civitatibus tuis esse homines peccatores, qui recedere fecerunt à Deo omnes inhabitantes in ea.* Item Tertul. adversˌ Gnost. p. 825. b. c. ait : *Subjicit etiam de civitatibus, si quam ex his constitisset, suasu iniquorum hominum transisse ad deos alios.*

℣. 13. Antecedunt ista in Græco : Ἐξῆλθοσαν ἄνδρες παράνομοι ἐξ ὑμῶν, καὶ ἀπέστησαν πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν αὐτῶν, λέγοντες· *Exierunt viri iniqui ex vobis, & averterunt omnes habitantes terram eorum, dicentes :* reliqua ut in contextu sup. excepto verbo ult. ἤδειτε, vel ut in edit. Compl. εἴδητε, pro *nosti*. Nota, omnia quæ hîc proferuntur ex Cypr. à ℣. 12. ad 17. uno tenore legi apud ipsum, licet nonnulla prætermissa videantur, ut liquet ex Græco, & ex Tertulliano ipso. Julius tamen Firm. loco cit. concinit omnino cum Cypr. nisi quòd hab. *nostis*, non *nosti* ; omissaque cuncta ab eodem Cypr. pariter silet ipse, ne exceptis quidem ℣. 14. & aliis de ℣℣. 15. & 16.

℣. 15. Sic habet Jul. Firmicus ad verbum, nec plura. Ita quoque in Græco, præter hæc, τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῇ γῇ ἐκείνῃ ἐν, loco *qui sunt in civitate ;* at in Mſs. Alex. & Oxon. nec non editt. Ald. & Compl. τῇ πόλει ἐκείνῃ· extremò Græc. addit : ἀναθέματι ἀναθεματίσετε αὐτὴν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῇ· quibus Tertul. l. adv. Gnost. p. 825. c. sic alludit, dicens : *Ut interficerentur omnes incolentes eam, & devotamenta fierent universa ejus.*

℣. 16. In Græco sic : Καὶ πάντα τὰ σκῦλα αὐτῆς συνάξεις εἰς τὰς πλατείας αὐτῆς, καὶ ἐμπρήσεις τὴν πόλιν ἐν πυρὶ, καὶ πάντα τὰ σκῦλα αὐτῆς πανδημεὶ ἀναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου· καὶ ἔσαι οἰκισμὸς εἰς τὸν αἰῶνα, οὐκ ἀνοικοδομηθήσεται ἔτι. Tertul. adv. Gnost. p. 825. c. sic enarrare pergit : *Et colligerentur omnia spolia ejus in omnes exitus ejus, & igni cremarentur cum omnibus vasis suis, & cum omni populo, in conspectu Domini Dei : & non erit habitabilis in æternum, non reædificabitur amplius.* Jul. verò Firm. l. de err. prof. relig. col. 179. f. constanter habet cum Cypr. nec plura, *Et incendes civitatem igni : & erit sine habitatore, non ædificabitur in æternum.* Aug. locut. 37. de Deut. to. 3. 367. e. *Et incendes civitatem in igni.*

℣. 17. Græcè legitur : ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος ἐν τῇ χειρί ζου, pro *manibus tuis ex devotamento ejus ;* exinde δώσῃ, pro *dabit ;* at in Mſ. Alex. δώσει, paulòque post, πληθυνεῖ σε, καὶ ἐλεήσει ζε, pro quo in Vatic. ἐλεήσῃ σε, καὶ πληθύνῃ σε· extremò sic, ὃν τρόπον ὤμοσε τοῖς πατράσου, *quemadmodum juravit patribus tuis*, quæ omittit Cypr. Apud Jul. Firm. l. de errore falsˌ relig. p. 179. f. post hoc, *in æternum*, proximè sequitur : *Et avertetur Dominus ab indignatione iræ suæ, & dabit tibi misericordiam, & miserebitur tui, & multiplicabit te, si exaudieris*, &c.

℣. 18. Sic habet Jul. Firm. ubi sup. verbum pro verbo, nec plura. Græcè, ἐὰν ἀκούσῃς, *si audieris*, al. εἰσακούσῃς ; item φυλάσσειν, loco & *observaveris ;* reliqua ut in Vulg.

Digitized by Google

CAPUT XIV.

VULGATA NOVA.

1. Filii estote Domini Dei vestri: non vos incidetis, nec facietis calvitium super mortuo.

2. Quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo: & te elegit ut sis ei in populum peculiarem, de cunctis gentibus quæ sunt super terram. *Sup. 7.*

3. Ne comedatis quæ immunda sunt. *Lev. 11. 4.*

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

4. Hoc est animal quod comedere debetis: Bovem, & ovem, & capram, 4. Hæc pecora quæ manducabitis.... *Capit. sup. LXIII.* *6. Inf. 26. 18.*

VULGATA NOVA.

5. cervum & capream, bubalum, tragelaphum, pygargum, orygem, camelopardalum.

6. Omne animal, quod in duas partes findit ungulam, & ruminat, comedetis.

7. De his autem quæ ruminant, & ungulam non findunt, comedere non debetis, ut camelum, leporem, chœrogryllum: hæc quia ruminant, & non dividunt ungulam, immunda erunt vobis.

8. Sus quoque quoniam dividit ungulam, & non ruminat, immunda erit: carnibus eorum non vescemini, & cadavera non tangetis.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

9. Hæc comedetis ex omnibus quæ morantur in aquis: Quæ habent pinnulas & squamas, comedite: 9. Hæc manducabitis ab his quæ sunt in aquis..... *Capitul. LXIV.*

10. quæ absque pinnulis & squamis sunt, ne comedatis, quia immunda sunt.

11. Omnes aves mundas comedite. 11. Omnem avem mundam manducabitis. *Capitul. LXV.*

VULGATA NOVA.

12. Immundas ne comedatis: aquilam scilicet, & gryphem, & haliætum, *12. & seqq. Vide Not. ad ✠. 11.*

13. ixion, & vulturem ac milvum juxta genus suum:

14. & omne corvini generis,

15. & struthionem, ac noctuam, & larum, atque accipitrem juxta genus suum:

16. herodium ac cygnum, & ibin,

17. ac mergulum, porphyrionem, & nycticoracem,

18. onocrotalum, & charadrium, singula in genere suo: upupam quoque & vespertilionem.

19. Et omne quod reptat & pennulas habet, immundum erit, & non comedetur.

20. Omne quod mundum est, comedite.

21. Quidquid autem morticinum est, ne vescamini ex eo. Peregrino, qui intra portas tuas est, da ut comedat, aut vende ei: quia tu populus sanctus Domini Dei tui es. Non coques hœdum in lacte matris suæ. *Exod. 23. 19. & 34. 26.*

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

22. Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis qui nascuntur in terra per annos singulos, 22. Decimas decimabis omnis seminis tui, id quod natum est in agro tuo ab anno in annum, *Mſ. Floriac. n. 10.*

23. & comedes in conspectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit, ut in eo nomen illius invocetur, decimam frumenti tui, & vini, & olei, & primogenita de armentis & ovibus tuis: ut discas timere Dominum Deum tuum omni tempore. 23..... offeres decimas tritici tui, & vini tui, & olei tui, & primitiva boum tuorum & ovium tuarum: ut discas timere Dominum Deum tuum omnibus diebus vitæ tuæ.

24. Cùm autem longior fuerit via, & locus quem elegerit Dominus Deus tuus, tibique benedixerit, nec potueris ad eum hæc cuncta portare, 24. Si autem longè fuerit via à te.... *Aug. Locut. 38. t. 3. 367. e.*

25. vendes omnia, & in pretium rediges, 25. vendes ea..... *Capitul. LXVII.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

✠. 4. Ita Græcè. His etiam & seqq. respondent quæ narrat Novatianus ep. de cib. Jud. 1064. b. *Lex..... quædam ad usum quasi munda..... concessit animalia; quædam interdixit, quasi non munda, & ipsos edentes inquinatura: & mundorum quidem hanc formam dedit, ut quæ ruminatione ruminent, & ungulas findant, munda; immunda, quæ neutrum horum vel alterum faciant.* Item infra: *Munda, & ruminant & ungulam findunt; immunda, neutrum faciunt, aut ex duobus unum aliquid.* Item p. 1065. b. *Quid vult sibi lex cùm dicit: Camelum non manducabitis..... aut cùm suem cibo prohibet assumi..... aut cùm leporem*, &c.

✠. 9. Gr. Καὶ ταῦτα φάγεσθε ἀπὸ πάντων τῶν ἐν τῷ ὕδατι, deinde sic: Πάντα ὅσα ἐστὶν ἐν αὐτοῖς πτερύγια καὶ λεπίδες, φάγεσθε. *Omnia quibus sunt in eis pennulæ & squamæ, comedetis*, &c. Ad hæc etiam respiciunt quæ ait Novat. ep. de cib. Jud. p. 1064. b. 1065. b. *Sic in piscibus quoque eadem munda esse, quæ operta squamis, & armata remigiis; at quæ contra, hæc esse non munda.*

✠. 11. Sic est in Gr. Eadem quoque & seqq. sic enarrare pergit Novat. epist. de cib. Jud. p. 1064. b. *Alitum quoque discrimen induxit, quidque aut reprobum judicaretur, aut mundum:* & infra, p. 1065. b. postquam dixit, *Quis autem mustelæ corpus cibum faciat? ..... quis lacertam? ..... quis stellionem?* addit: *aut quis corvum,..... passerem..... noctuam..... cygnum..... charadrium..... vespertilionem?* Gr. hab. inf. ἀετὸν, *aquilam*; γύπα, *gryphum*; αλιάετον, *aquilam marinam*; γύπα, *vulturem*; ἰκτῖνον, *milvum*; στρουθὸν, *passerem*; γλαῦκα, *noctuam*; λάρον, *larum*, marinam avem; ἐρωδιὸν, Theod. *ardeolam*, Aug. *folicam*, *ciconiam* putat esse Suidas, aut *ciconiæ* similem; κύκνον, *cygnum*; ἶβιν, *ibin*, avem quæ serpentibus vescitur; καταρράκτην, genus avis maritimæ, ex aquilarum genere juxta Eustath. ἱέρακα, *accipitrem*; ἔποπα, *upupam*; νυκτικόρακα, *cervum nocturnum*; πελεκᾶνα, *pelecanem*; χαραδριὸν, *rupicem*, seu *hiaticolam*, *charadrium*; πορφυρίωνα, *porphyrionem*; νυκτερίδα, *vespertilionem*.

✠. 22. Græc. Δεκάτην ἀποδεκατώσεις πάντος γεννήματος τοῦ σπέρματός σου, τὸ γέννημα τοῦ ἀγροῦ σου ἐνιαυτὸν κατ' ἐνιαυτόν.

✠. 23. Græc. Οἴσεις τὰ ἐπιδέκατα τοῦ οἴτου σου, καὶ τοῦ οἴνου σου, καὶ τοῦ ἐλαίου σου, τὰ πρωτότοκα τῶν βοῶν σου, καὶ τῶν προβάτων σου· ἵνα μάθῃς φοβεῖσθαι Κύριον τὸν Θεόν σου πάσας τὰς ἡμέρας.

✠. 24. Ita Græcè: addit Aug. *Ac si diceret: Longa via erit; adverbium posuit pro nomine.* Similiter habet Capitul. sup. LXVII. *Cùm autem longè fuerit à te.*

✠. 25. Gr. Καὶ ἀποδώσῃ αὐτὰ ἀργυρίου· addit Capitul. sup. *& illic redimes.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

portabisque manu tua, & proficiscêris ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus:

26. & emes ex eadem pecunia quidquid tibi placuerit, sive ex armentis, sive ex ovibus, vinum quoque & siceram, & omne quod desiderat anima tua: & comedes coram Domino Deo tuo, & epulaberis tu & domus tua:

27. & Levites qui intra portas tuas est, cave ne derelinquas eum, quia non habet aliam partem in possessione tua.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 20. in Deut. t. 3. 564. b.

28. Post tres annos produces omnem decimam fructuum tuorum: in illo anno pones illud in civitatibus tuis.

29. Et veniet Levita, quia non est ei pars neque sors tecum, & advena & pupillus & vidua quæ in civitatibus tuis, & manducabunt & saturabuntur: ut benedicat te Dominus Deus tuus in omnibus operibus tuis quæcunque feceris.

VULGATA NOVA.

28. Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus quæ nascuntur tibi eo tempore: & repones intra januas tuas.

29. Venietque Levites qui aliam non habet partem nec possessionem tecum, & peregrinus ac pupillus & vidua, qui intra portas tuas sunt, & comedent & saturabuntur: ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum quæ feceris.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 28. Similia Græcum habet: addit Augustinus ibid. *Ex ista decima non dixit ut ipse manducet cum suis; ac per hoc Levitis, & advenis, & pupillis, & viduis eam jussit impendi: sed obscurè positum est, quia non est distincta ista decima ab illa, quam voluit cum Levitis in eo loco manducari, quem Dominus elegisset templo suo.* Deinde sic pergit: *Sed in ea interpretatione quæ est ex Hebræo, apertius hoc distinctum reperimus. Ait enim:* Anno tertio separabis aliam decimam, &c. usque ad finem capitis, qualia nimirum exstant in Vulgata nostra, quæ etiam comparat cum edit. LXX. dicens: *Primò hoc ipsum planius est quod ait, anno tertio; intelligitur enim, uno anno interposito: in LXX. autem, quoniam,* post tres annos *dixit, incertum est utrùm eos medios esse voluerit, ut quinto quoque anno fieret;* & sic de cæteris, quæ vide.

℣. 29. Eadem prorsus in Græco, excepta voce *tuis*, quæ deest post *operibus*; illam tamen retinent Mss. Alex. & Oxon. cum edit. Ald. In Ms. Floriac. sic: *Et Levitis, quia non est illis portio, neque sors tecum; & advena, & orphanus qui est in civitatibus tuis, & manducabunt, & satiabuntur: & benedicet te Dominus Deus tuus in omnibus operibus tuis, quæcunque facies.*

CAPUT XV.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 20. in Deut. 564. f. Tertul. l. 4. adv. Marc. 711. b.

1. POst septem annos facies remissionem, 2..... Dimittes omne debitum quod tibi proximus debet, & fratrem tuum non reposcs, quoniam remissio Domini Dei tui invocata est.

Ibid. 710. b.

4. Non erit in te indigens: uti benedicens benedicat te Dominus Deus tuus.....

Capit. sup. LXIX.

5. Si audieris vocem Domini Dei tui.....

Ambr. l. 2. de Jac. t. 3. 463. c. d.

6. Fœnerabis gentibus multis, tu autem mutuum non accipies. Princeps eris gentium multarum, tibi autem principes ex ipsis non erunt.

Aug. Locut. 41. & 42. t. 3. 367. f.

7. Si autem fuerit in te egenus in fratribus tuis, in una civitatum tuarum, in terra quam Dominus Deus tuus dat tibi: non avertes cor tuum, neque constringes manum tuam à fratre tuo egente,

VULGATA NOVA.

1. SEptimo anno facies remissionem, 2. quæ hoc ordine celebrabitur: Cui debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre suo, repetere non poterit, quia annus remissionis est Domini.

3. A peregrino & advena exiges: civem & propinquum repetendi non habebis potestatem.

4. Et omnino indigens & mendicus non erit inter vos: ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in terra, quam traditurus est tibi in possessionem.

5. Si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris universa quæ jussit, & quæ ego hodie præcipio tibi, benedicet tibi, ut pollicitus est.

6. Fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo accipies mutuum. Dominaberis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur.

7. Si unus de fratribus tuis, qui morantur intra portas civitatis tuæ, in terra quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, ad paupertatem venerit: non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Capitul. LXVIII. sup. In Græco sic: Δι' ἑπτὰ ἐτῶν, &c. *Per septem annos.* Apud Aug. constanter, *Post septem annos:* addit enim ibid. *Hîc certè manifestatur quomodo & superiùs dixerit: Post tres annos:* at Græcè illic, non διὰ, sed μετὰ τρία ἔτη.

℣. 2. Græcè, Ἀφήσεις πᾶν χρέος ἴδιον ὃ ὀφείλει σοι ὁ πλησίον· οὐ τὸν ἀδελφόν σου οὐκ ἀπαιτήσεις, ἐπικέκληται γὰρ ἄφεσις Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου. In Ms. Alex. ὅτι ἐπικέκληται ἄφεσις, cum asterisco, ita quoque in Ms. Oxon. ac edit. Compl. sed sine asterisco; in Ald. autem, ὅτι ἐπικέκληται ἄφεσιν, & in Ms. Oxon. Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου, ut in Lat. sup.

℣. 4. In Græco, ὅτι..... εὐλογήσει, *quia..... benedicet*, loco *uti..... benedicat*, cætera similia.

℣. 5. Græcè, Ἐὰν δὲ ἀκοῇ εἰσακούσῃ τῆς..... τοῦ Θεοῦ ὑμῶν. *Si autem auditu exaudieritis vocem.... Dei vestri.* Ambros. de Tob. c. 19. 613. b. *Si audieris legem, & custodieris.*

℣. 6. Idem Ambros. ep. 37. col. 933. f. sic legit: *Fœnerabis gentibus, tu autem non mutuaberis.* Græcè: Καὶ δανιεῖς ἔθνεσι πολλοῖς, σὺ δὲ οὐ δανιεῖ. Similiter habet Ambros. ep. 4. 764. d. & l. de Tob. c. 19. 613. b. *Fœnerabis gentibus:* item in Ps. 36. col. 805. f. sed addit: *Cujus Dominus usuras exigit, tu autem non mutuaberis.* August. Loc. 39. to. 3. 367. e. f. *Et fœnerabis gentes multas;* at infra: *Fœnerabis ei:* tum addit: *Fœnerationem Scriptura dicit, mutuò datam pecuniam, etiamsi usuræ non accipiantur..... Hoc enim maluerunt interpretari nostri, qui sententiam, potiùs quàm verba sequenda putaverunt; nam in Græco habet* δανείζει, *quod est fœneratur.* Demum seqq. de Græco, Καὶ ἀρξεις ἐθνῶν πολλῶν, σοῦ δὲ οὐκ ἀρξουσι, sic reddit Aug. locut. 40. de Deut. col. 367. f. *Et principaberis gentium multarum, tui autem non principabuntur*, additque: *Tanquam diceret: tibi non dominabuntur, hoc est, gentes.* Capitul. LXIX. sup. *Princeps eris gentium multarum.*

℣. 7. Itidem Græcè, exceptis duobus, scilicet, σὺ, pro *in*, ante *fratribus*, & ἀποστρέξεις, pro *avertes*; at in Ms. Alex. nec non editt. Ald. & Compl. legitur, ἀποστρέψεις: ἀποστρέξεις autem vertitur à Nobilio, *indurabis. Hoc verbum*, inquit, *magnam vim habet, significat enim quasi ex animo ejicere humanitatem, & amorem naturalem.* Capitul.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Mat. 5. 42. Luc. 6. 34.

8. sed aperies eam pauperi, & dabis mutuum, quo eum indigere perspexeris.

9. Cave ne fortè subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo : Appropinquat septimus annus remissionis : & avertas oculos tuos à pau-
Exod. 33. 10. Lev. 25. 2. pere fratre tuo, nolens ei quod postulat mutuum commodare : ne clamet contra te ad Dominum, & fiat tibi in peccatum.

VERSIO ANTIQUA.

8. aperiens aperies manus tuas ei, fœnus fœnerabis ei, quantumcunque postulat, & quantum eget. *Aug. ubi sup.*

9. Attende tibi ipsi ne fiat verbum occultum in corde tuo iniquitas, dicens : Appropiat annus septimus, annus remissionis : & malignetur oculus tuus in fratrem tuum egenum, & non tribuas ei : & exclamabit adversùm te ad Dominum, & erit in te peccatum magnum. *Aug. quæst. 21. in Deut. t. 3. 564. g.*

VULGATA NOVA.

10. Sed dabis ei : nec ages quippiam callidè in ejus necessitatibus sublevandis : ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore, & in cunctis ad quæ manum miseris.

11. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ : idcirço ego præcipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum versatur in terra. *Mat. 26. 11.*

VULGATA NOVA.

Exod. 21. 2. Jer. 34. 14.

12. Cùm tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa, & sex annis servierit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum :

VERSIO ANTIQUA.

12. Si autem venundatus fuerit tibi frater tuus Hebræus, aut Hebræa, serviet tibi sex annis, & septimo dimittes eum liberum à te : *Aug. quæst. 22. in Deut. t. 3. 565. a.*

VULGATA NOVA.

13. & quem libertate donaveris, nequaquam vacuum abire patieris :

14. sed dabis viaticum de gregibus, & de area, & torculari tuo, quibus Dominus Deus tuus benedixerit tibi.

15. Memento quòd & ipse servieris in terra Ægypti, & liberaverit te Dominus Deus tuus, & idcirco ego nunc præcipio tibi.

16. Sin autem dixerit : Nolo egredi : eò quòd diligat te, & domum tuam, & bene sibi apud te esse sentiat :

VULGATA NOVA.

17. assumes subulam, & perforabis aurem ejus in janua domus tuæ, & serviet tibi usque in æternum : ancillæ quoque similiter facies.

18. Non avertas ab eis oculos tuos, quando dimiseris eos liberos : quoniam juxta mercedem mercenarii per sex annos servivit tibi : ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus quæ agis.

VERSIO ANTIQUA.

17..... & ancillam tuam facies similiter. *Aug. Locut. 43. t. 3. 368. a.*

19. De primogenitis, quæ nascuntur in armentis, & in ovibus tuis, quidquid est sexus masculini, sanctificabis Domino Deo tuo. Non operaberis in primogenito bovis, & non tondebis primogenita ovium.

20. In conspectu Domini Dei tui comedes ea per annos singulos, in loco quem elegerit Dominus, tu & domus tua.

19. Omne primogenitum, quod natum fuerit in bobus tuis, & in ovibus tuis, masculina, sanctificabis Domino Deo tuo..... *Aug. quæst. 23. in Deut. 565. b.*

Lev. 22. 20. 21. Eccli. 35. 14.

21. Sin autem habuerit maculam, vel claudum fuerit, vel cæcum, aut in aliqua parte deforme vel debile, non immolabitur Domino Deo tuo :

21. Si autem fuerit in eo vitium, claudum, aut cæcum, vel omne vitium malum..... *Aug. Locut. 44. t. 3. 368. b.*

VULGATA NOVA.

22. sed intra portas urbis tuæ comedes illud : tam mundus quàm immundus similiter vescentur eis, quasi capreâ & cervo.

23. Hoc solum observabis, ut sanguinem eorum non comedas, sed effundes in terram quasi aquam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

LXIX. sup. habet : *Si factus fuerit in te egens de fratribus tuis.*

℣. 8. Ita in Græco, nisi excipias postrema, ὅσον ἐπιδέεται, καθότι ἐνδεεῖται, *quantum poscit, secundùm quod egebit.*

℣. 9. Vix meliùs de Gr. nisi quòd loco *malignetur.....* *in*, est πονηρεύσηται..... τῷ, ut & δῴσεις, *dabis*, pro *tribuas ;* at in editt. Ald. & Compl. δῶς. Ambros. in Ps. 118. to. 1. 986. b. sic legit : *Attende tibi, ne fiat verbum absconditum in corde tuo :* at in Ps. 45. col. 927. e. *Attende tibi, ne fiat tibi verbum malum in corde tuo ;* & l. de bono mort. c. 6. 400. a. *Attende tibi, ne fiat verbum absconditum in corde tuo iniquum :* denique in Ps. 118. col. 1048. b. sic : *Non fiat verbum injustitia occulta in corde tuo.*

℣. 12. Ita Græcè ad verbum : Hieron. l. contra Helvid. to. 4. p. 2. col. 138. f. sic habet : *Si autem emeris fratrem tuum, qui est Hebræus, vel quæ est Hebræa, serviet tibi sex annis, & septimo anno dimittes eum liberum abs te :* in Ms. Alex. ἢ ἡ Ἑβραία. Capitul. LXXI. *Si emeris puerum Hebræum, sex annos serviet tibi.* Ambros. in Ps. 118. col. 1021. b. *Sex annis serviet Hebræus, & septimo anno liberabitur.* In Concilio Toletano X. to. 2. p. 581. c. *Si fratrem tuum Hebræum redemeris, serviet tibi septem annis, & liberum abire permittes.*

℣. 17. Aug. ibid. *Cùm de aure pertundenda servi præcepisset,* & ancillam, *inquit,* &c. *accusativum pro dativo ponens, non ait,* ancillæ tuæ facies, *quod locutionis nostræ consuetudo poscebat.*

℣. 19. Ad verbum è Græco. Capitul. LXXII. sup. *Omne primitivum sanctificabis Domino.* Quærit hîc Aug. *Utrùm quæ Græcè dicuntur,* πρωτότοκα, *nec Latinè dici, nisi* primogenita *potuerunt, in his tantùm intelligenda sint, quæ nascuntur ex matribus, ipsa enim propriè pariuntur potiùs quàm gignuntur. Parere quippe est,* τίκτειν, *quod est ex femina, unde* πρωτότοκον *dicitur ; gignere autem est,* γεννᾶν, *unde propriè Latinè* primogenitus *dicitur. Ex feminis autem dabantur primitiva, id est, quæ prima pariebantur, non quæ prima gignebantur à viris, si fortè ex viduis, quæ jam pepererant, gignerentur.*

℣. 21. Ita Gr. nisi quòd in fine hab. simpliciter, μῶμον πονηρὸν, *vitium malum,* absque hoc, *vel omne ;* at in Ms. Alex. ac edit. Compl. ἢ ἐν πᾶς μῶμος πονηρός· sic etiam

Digitized by Google

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in edit. Ald. sed sine καί. Addit Aug. ibid. *Non ait* claudicatio, *aut* cæcitas, *ipsa enim sunt vitia; sed* claudum, & cæcum, *quod sunt non vitia, sed animalia quæ habent vitia. Hoc quoque notandum est quod ait*, vitium malum; *quasi posset esse* vitium bonum.

CAPUT XVI.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. in Ps. 118. t. 1. 1181. d. 1. CUstodi mensem novorum, & facies pascha Domino Deo tuo.....

Aug. quæst. 24. in Deut. t. 3. 565. c. 2. Et immolabis pascha Domino Deo tuo oves, & boves.....

Aug. Locut. 45. 368. b. 4..... & non dormiet de carnibus, de quibus immolaveritis vespere die primo usque in manè.

Iren. l. 4. c. 10. 239. d. e. 5. Non poteris immolare pascha in ulla alia civitatum tuarum, quas Dominus Deus dat tibi,

6. nisi in eo loco, quem delegerit Dominus Deus tuus, invocari nomen suum ibi: immolabis pascha vespere ad occasum solis, in tempore quo existi de Ægypto.

Ambr. in Ps. 118. t. 1. 1181. e.

VULGATA NOVA.

1. OBserva mensem novarum frugum, & verni primum temporis, ut facias phase Domino Deo tuo: quoniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto nocte.

2. Immolabisque phase Domino Deo tuo de ovibus, & de bobus, in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi.

3. Non comedes in eo panem fermentatum: Septem diebus comedes absque fermento, afflictionis panem, quoniam in pavore egressus es de Ægypto: ut memineris diei egressionis tuæ de Ægypto, omnibus diebus vitæ tuæ.

4. Non apparebit fermentum in omnibus terminis tuis septem diebus, & non remanebit de carnibus ejus quod immolatum est vespere in die primo usque manè.

5. Non poteris immolare phase in qualibet urbium tuarum, quas Dominus Deus tuus daturus est tibi;

6. sed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi: immolabis phase vespere ad solis occasum, quando egressus es de Ægypto.

VULGATA NOVA.

7. Et coques, & comedes in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, manèque consurgens vades in tabernacula tua.

8. Sex diebus comedes azyma: & in die septima, quia collecta est Domini Dei tui, non facies opus.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 25. in Deut. 566. a. 9. Septem septimanas integras dinumerabis tibi ipsi, inchoare te falcem injicere in messem: incipies numerare septem septimanas:

10. & facies diem festum septimanarum Domino Deo tuo, prout valet manus tua, quæcunque Dominus tibi dederit, secundùm quod benedicet te Dominus Deus tuus:

11. & epulaberis ante Dominum Deum tuum.....

VULGATA NOVA.

9. Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in segetem miseris:

10. & celebrabis diem festum hebdomadarum Domino Deo tuo, oblationem spontaneam manus tuæ, quam offeres juxta benedictionem Domini Dei tui:

11. & epulaberis coram Domino Deo tuo; tu, filius tuus, & filia tua, servus tuus, & ancilla tua, & Levites qui est intra portas tuas, advena ac pupillus & vidua, qui morantur vobiscum: in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi:

VULGATA NOVA.

12. & recordaberis quoniam servus fueris in Ægypto: custodiesque ac facies quæ præcepta sunt.

13. Solemnitatem quoque tabernaculorum celebrabis per septem dies, quando collegeris de area & torculari fruges tuas:

14. & epulaberis in festivitate tua, tu, filius tuus, & filia, servus tuus, & ancilla, Levites quoque & advena, pupillus ac vidua qui intra portas tuas sunt.

15. Septem diebus Domino Deo tuo festa celebrabis, in loco quem elegerit Dominus: benedicetque tibi Dominus Deus tuus in cunctis frugibus tuis, & in omni opere manuum tuarum, erisque in lætitia.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Capitul. LXXIII. ad verbum unà cum Græco. Idem Ambros. ep. 23. to. 2. 884. d. sic hab. *Custodi primum mensem novorum.*

℣. 2. Ita Græcè. Vide Aug. ibid. de *bobus*, hîc additis ad *oves*.

℣. 4. Similiter in Græco, præter hoc, ὧν ἐὰν θύσῃς, *de quibus immolaveris*; at in Ms. Alex. ὧν ἂν θύσητε, ut sup. in edit. etiam Ald. θύσητε. Addit Aug. ibid. *pro eo quod est*, *Non remanebit ea nocte*, non dormiet, *dictum est*.

℣. 5. In Græco simpliciter, οὐδεμιᾷ, absque *alia*, additurque σοῦ, ad *Deus*; reliqua ad verbum ut supra.

℣. 6. Sic habetur Græcè, ni excipias seqq. ἀλλ' ἢ εἰς τὸν, pro *nisi in eo*, & ἐπικληθῆναι, *ut invocetur*, pro *invocari*. Concinit Ambros. in Ps. 118. to. 1. 1181. e. iisdem pene verbis: *In loco quem elegerit Dominus Deus tuus, invocari nomen suum ibi: occides pascha*, &c. ut supra: in Ms. Oxon. & Ald. edit. duplicatur, ἐκεῖ, ἐκεῖ θύσεις.

℣. 9. Græc. Vat. demit vocem *integras*, sed Mss. Alex. & Oxon. cum editt. Ald. & Compl. addunt, ὁλοκλήρους, in singulis verò deest *injicere*, & pro *inchoare te*, habetur ἀρξαμένου σου, *inchoante te*, quod meliùs sonat.

℣. 10. In Gr. Vatic. transfertur *valet*, post *tua*, & pro *Dominus tibi dederit*, est, ἂν δῷ Κύριος ὁ Θεός σου, prætermissis seqq. In Mss. verò Alex. & Oxon. & edit. Ald. sic: ἰσχύει ἡ χείρ σου, deinde tam in ipsis quàm in Compl. ὅσα ἂν δῷ σοι, καθότι εὐλόγησέ σε Κύριος ὁ Θεός σου· nota hîc *benedixit*, pro *benedicet*.

℣. 11. Gr. καὶ εὐφρανθήσῃ, ad verbum, & *lætaberis*.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

16. Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit: in solemnitate azymorum, in solemnitate hebdomadarum, & in so-
Exod. 23. 15. & 34. 20. lemnitate tabernaculorum. Non apparebit ante Dominum vacuus:

VERSIO ANTIQUA.

16..... Non apparebis vacuus ante conspectum Domini Dei tui. *Iren. l. 4. c. 18. 250. b.*

VULGATA NOVA.

Eccli. 35. 6. 17. sed offeret unusquisque secundùm quod habuerit juxta benedictionem Domini Dei sui, quam dederit ei.

18. Judices & magistros constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas: ut judicent populum justo judicio,

VULGATA NOVA.

VERSIO ANTIQUA.

Exod. 23. 8. *Lev.* 19. 15. *Sup.* 1. 17. *Eccli.* 20. 31. 19. nec in alteram partem declinent. Non accipies personam, nec munera: quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba justorum.

19..... excæcant munera etiam sapientium oculos..... *Hieron. in Eccles. t. 2. 750. b.*

20. Justè quod justum est persequêris: ut vivas & possideas terram quam Dominus Deus tuus dederit tibi.

20. Justè quod justum est persequêris..... *Ambr. in Luc. 1. t. 1. 1272. c.*

21. Non plantabis lucum, & omnem arborem juxta altare Domini Dei tui.

21. Non plantabis tibi lucum..... *Capit. sup. LXXV.*

22. Nec facies tibi, neque constitues statuam: quæ odit Dominus Deus tuus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 16. In Gr. κενὸς, transfertur post *tui*. Rectè August. quæst. 161. in Exod. col. 470. f. *Non apparebis in conspectu Domini Dei tui inanis*. Auct. op. imp. in Matth. col. 31. d. *Ne intres in conspectu Domini Dei tui vacuus*: & inf. hom. 5. col. 79. c. *Non intres ante conspectum Dei tui vacuus*. Vid. sup. Exod. 23. 15.

℣. 19. Gr. Τὰ γὰρ δῶρα ἀπελυφλοῖ ὀφθαλμὺς σοφῶν, in Mss. Alex. & Oxon. ac editt. Ald. & Compl. ἐκλυφλοῖ.

℣. 20. Ad verbum è Græco. Hieron. l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 512. a. legit: *Justè quod justum est sectaberis*. Gr. διώξῃ. Ennod. Ticin. Conc. to. 4. p. 1342. d. *Quod justum est justè exequêris*.

℣. 21. Gr. ξεαυτῷ ἄλσος, *tibi ipsi lucum*.

CAPUT XVII.

VULGATA NOVA.

1. NOn immolabis Domino Deo tuo ovem & bovem, in quo est macula, aut quippiam vitii: quia abominatio est Domino Deo tuo.

VERSIO ANTIQUA.

1. NOn offeres Domino Deo tuo vitulum, vel ovem, in quo est in ipso vitium..... *Aug. Locut. 46. t. 3. 368. c.*

2. Cùm reperti fuerint apud te, intra unam portarum tuarum quas Dominus Deus tuus dabit tibi, vir aut mulier qui faciant malum in conspectu Domini Dei tui, & transgrediantur pactum illius,

2. Si autem inveniatur in te, in una civitatum tuarum quas Dominus Deus tuus dabit tibi, vir aut mulier qui fecerit malignum ante Dominum Deum tuum, transire in testamentum ejus, *Lucif. Cal. pro S. Athan. 184. c.*

3. ut vadant & serviant diis alienis, & adorent eos, solem & lunam, & omnem militiam cœli, quæ non præcepi:

3. & venientes servierint diis alienis, & adoraverint eos, aut soli aut lunæ, aut omni qui sunt in mundo de cœlo.....

4. & hoc tibi fuerit nunciatum, audiensque inquisieris diligenter, & verum esse repereris, & abominatio facta est in Israël:

5. educes virum ac mulierem, qui rem sceleratissimam perpetrarunt, ad portas civitatis tuæ, & lapidibus obruentur.

5. produces virum illum aut mulierem illam, & lapidabitis eos in lapidibus, & morientur.

Inf. 19. 15. *Mat.* 18. 16. *2. Cor.* 13. 1. 6. In ore duorum aut trium testium peribit qui interficietur. Nemo occidatur, uno contra se dicente testimonium.

6. In duobus testibus aut in tribus morietur. Moriens non morietur in uno teste.

7. Manus testium prima interficiet eum, & manus reliqui populi extrema mittetur: ut auferas malum de medio tui.

Sup. 13. 9. 7. Et manus testium erit super eum in primis ad occidendum illum, & manus totius plebis postremò: & tolles malignum ex vobis ipsis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem Græcè, uno excepto, θύσεις, *immolabis*, pro *offeres*.

℣. 2. Eadem sunt in Græco, exceptis his: εὑρεθῇ, *inventus fuerit*, pro *inveniatur*, absque seq. *in te*, quod tamen servant Mss. Alex. & Ox. cum editt. Ald. & Compl. exinde δίδωσι, *dat*, pro *dabit*, & ποιήσει, *faciet*, pro *fecerit*, al. tamen ποιήσοι, demum παρελθεῖν τὴν, *transgrediendo*, pro *transire in*.

℣. 3. Græcè deest *aut*, ante *soli*, at in Ms. Ox. est ἢ τῷ ἡλίῳ, pro his verò ult. *qui sunt in mundo de cœlo*, ita Græcè, τῶν ἐκ τῦ κόσμυ τῦ ὐρανῦ, *eorum quæ sunt ex ornatu cœli*; in Ms. Alex. simpliciter, τῷ κόσμῳ τῷ ἐκ τῦ ὐρανῦ· κόσμος etiam utrumque significat, *mundum*, & *ornatum*.

℣. 5. Aptè ad Græcum, nisi hoc excipias, *produces virum*, pro quo, ἢ ἐξάξεις τὸν ἄνθρωπον, & *educes hominem*. Aug. Locut. 47. to. 3. 368. c. legit, & *lapidabis eos in lapidibus*, &c. at in Gr. λιθοβολήσεῖς, *lapidabitis*, ut sup.

℣. 6. Gr. iterat μάρτυσι, post *tribus*, quod delet Ald. edit. reliqua concordant. Capitul. LXXVI. sup. sic: *In duobus vel tribus testibus moriatur*.

℣. 7. A Græco abest vox, *totius*, ante *plebis*, & pro *postremò*, legitur ἐπ' ἐσχάτων, *in novissimis*; at in Ms. Alex. nec non edd. Ald. & Compl. est, παντὸς τῦ λαῦ ἐπ' ἐσχάτω, ut supra; cætera concordant ad verbum. Nota loco *malignum*, legi in cod. Vat. τὸν πονηρὸν, sicut in Alex. & Ald. edit. at in Compl. τὸ πονηρόν. Vid. inf. Not. ad

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. pro S. Athan. 184. c.

8..... exſurgens aſcendes in locum, quòcunque elegerit Dominus Deus tuus invocari nomen ejus ibi.

9. Et loquere ad ſacerdotes Levitas, aut ad judicem quicunque factus fuerit in diebus illis: & requirentes nunciabunt tibi judicium.

10. Et facies ſecundùm omne præceptum, quodcunque nunciaverint tibi qui ſunt in loco illo, in quo elegit Dominus Deus tuus invocari nomen illius ibi, & obſerva te nimis: facies ſecundùm omnia quæcunque conſtituerint tibi.

11. Secundùm legem, & ſecundùm judicium quodcunque dixerint, facies: non declinabis à verbo quodcunque nunciaverint tibi, facies quodcunque indicaverint tibi: non declinabis dextrâ aut ſiniſtrâ.

12. Et homo quicunque fecerit in ſuperbia, ne audiat ſacerdotes adſtantes officia exhibere in nomine Domini Dei, aut judicem quicunque fuerit in diebus illis, morietur homo ille, & tolles malum de Iſraël:

13. & omnis populus audiens timebit, & impiè non aget ultra.

Aug. quæſt. 26. in Deut. t. 3. 566. b.

14. Si autem intraveris in terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi in ſorte, & hæreditaveris eam, & habitaveris in ea, & dices: Conſtituam ſuper me principes, ſicut & cæteræ gentes quæ circa me ſunt:

15. conſtituendo conſtitues ſuper te principem, quem elegerit Dominus Deus tuus ipſum: ex fratribus tuis conſtitues ſuper te principem. Non poteris conſtituere ſuper te hominem alienum, quia non eſt frater tuus.

Aug. Locut. 48. 368. c.

16..... non multiplicabit ſibi equum.....

VULGATA NOVA.

8. Si difficile & ambiguum apud te judicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram: & judicum intra portas tuas videris verba variari: ſurge, & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus.

9. Venieſque ad ſacerdotes Levitici generis, & ad judicem qui fuerit illo tempore: quæreſque ab eis, qui indicabunt tibi judicii veritatem. *2. Par. 19. 8.*

10. Et facies quodcunque dixerint qui præſunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te

11. juxta legem ejus; ſequêriſque ſententiam eorum: nec declinabis ad dexteram neque ad ſiniſtram.

12. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, & decreto judicis, morietur homo ille, & auferes malum de Iſraël:

13. cunctuſque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumeſcat ſuperbiâ.

14. Cùm ingreſſus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & poſſederis eam, habitaveriſque in illa, & dixeris: Conſtituam ſuper me regem, ſicut habent omnes per circuitum nationes:

15. eum conſtitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non ſit frater tuus.

16. Cùmque fuerit conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos, nec reducet populum in Ægyptum, equitatus numero ſublevatus, præſertim cùm Dominus præceperit vobis, ut nequaquam ampliùs per eandem viam revertamini.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

caput 24. ℣. 7.

℣. 8. Similiter in Græco, ſaltem Alex. & Oxon. nec non Ald. & Compl. ubi poſt hoc, *Deus tuus*, additur ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτῷ ἐκεῖ, quod abeſt à cod. Var.

℣. 9. Ita in Græco, præter hæc duo, ἐλεύσῃ, *venies*, pro *loquere*, & ᾗ, pro *aut*; in Mſ. tamen Oxon. habetur ἢ πρὸς τὸν κριτήν.

℣. 10. Hîc variant Mſs. Gr. nempe Vatic. habet: Καὶ ποιήσεις κατὰ τὸ ῥᾶγμα (Alex. cum editt. Ald. & Compl. κατὰ τὸ ῥῆμα, Oxon. κατὰ τὸ πᾶν ῥᾶγμα) ὃ ἂν ἀναγγείλωσί σοι ἐκ τοῦ (Ald. σοι οἱ ἐκ τοῦ) τόπου ᾧ ἐὰν ἐκλέξηται Κύριος ὁ Θεός σου, (Alex. & Oxon. add. ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτῷ ἐκεῖ) ᾗ φυλάξῃ (Ox. & Compl. φυλάξεις) ποιῆσαι πάντα (Alex. κατὰ πάντα, Ox. Ald. & Compl. σφόδρα ποιῆσαι κατὰ πάντα) ὅσα ἂν νομοθετήσῃ σοι· ex quibus liquet Luciferum ſup. magis accedere ad Gr. Alex. Oxon. &c. quàm ad Vatic.

℣. 11. Ita Græcè, niſi quòd additur σοὶ, poſt *dixerint*, deleturque 2. *facies*, cum ſeqq. *quodcunque indicaverint tibi, non declinabis*; loco verò *aut ſiniſtrâ*, hab. ἢ δὲ ἀριστερά, at in Mſ. Oxon. ἢ ἀριστερά.

℣. 12. Ita in Græco, exceptis his, ὥστε μὴ (Alex. τοῦ μὴ) ὑπακοῦσαι τοῦ ἱερέως τοῦ παρεστηκότος λειτουργεῖν, *ut non obediat ſacerdoti aſſiſtenti miniſtrare*; exinde additur οὕτως, ad vocem *Dei*, præponiturque ᾗ, verbo *morietur*. Cypr. ep. 55. p. 81. b. ſic habet: *Et homo quicunque fecerit in ſuperbia, ut non exaudiat ſacerdotem aut judicem quicunque fuerit in diebus illis, morietur homo ille:* deinde ſic: *& omnis populus*, demtis primùm illis, *miniſtrare in nomine Domini Dei*, & hoc in fine, *& tolles malum de Iſraël*; nec eò tantùm loci ita leg. Cypr. ſed & aliis conſtanter, videlicet ep. 40. 54. c. & ep. 62. 103. c. & ep. 64. 112. c. & ep. 69. 122. Nota in Græco legi τὸν φονηρόν, non τὸ. Vide ſup. Not. ad ℣. 7. Capitul. LXXVIII. *Qui non audierit ſacerdotem, moriatur.*

℣. 13. Ad verbum de Græco. Cypr. verò ep. 55. 81. b. ſic: *Et omnis populus cùm audierit, timebit, & non agent impiè etiam nunc*; nec malè: optimè ſibi conſtat Cypr. tum ep. 62. 103. c. tum ep. 64. 112. c. & ep. 69. 122.

℣. 14. A Græco abeſt *in ſorte*, poſt *dat tibi*, addunt tamen Mſs. Alex. & Oxon. cum editt. Ald. & Compl. ἐν κλήρῳ; exinde omnes hab. ἐπ' αὐτὴν, *ſuper eam*, pro *in ea*, ſicut pro *dices*, εἴπῃς, *dixeris*; & loco *principes*, ἄρχοντα, Mſ. verò Alex. ἀρχοντας. Lucif. Calar. l. pro S. Athan. col. 184. h. ſimiliter hab. *Si enim dixeris: Statuam ſupra me principem, quomodo & reliquæ gentes, quæ in circuitu meo.*

℣. 15. Ita Græcè verbum pro verbo, niſi quòd in Vat. cod. deeſt *tuus*, poſt *Deus*, quod tamen additur in Alex. & Oxon. ut & in editt. Ald. & Compl. Nota etiam conſtanter legi ζεαυτὸν, *teipſum*, pro *te*. Lucifer. Calar. ubi ſup. 184. h. hab. *Conſtituens conſtitues ſuper teipſum principem, quemcunque elegerit Dominus Deus: ipſum de fratribus veſtris conſtitues. Non poteris conſtituere ſuper te hominem alienigenam, quoniam non eſt frater veſter.* Hieron. cont. Helvid. to. 4. p. 2. 138. f. ſic: *Conſtituendo conſtitues ſuper te principem, quem elegerit Dominus Deus tuus, eum, qui ex fratribus tuis ſit. Non enim poteris conſtituere ſuper te hominem alienigenam, quia non eſt frater tuus.* Similiter Auguſt. Locut. 49. to. 3. 368. c. *Non poteris conſtituere ſuper te hominem alienum, quia non eſt frater tuus.* Capitul. LXXIX. ſup. *Alienigenam non facies principem ſuper te.*

℣. 16. Ipſo initio Gr. habet διότι, *quare*, Mſ. Alex. cum Ald. edit. & Compl. πλὴν ὅτι, reliqua ut ſup. Addit Aug. ibid. *Pro equis, vel pro equitatu*, equum *poſuit; unde nonnulli* equitatum *interpretati ſunt*; in Gr. ἵππον.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

17. Non habebit uxores plurimas, quæ allíciant animum ejus, neque argenti & auri immensa pondera.

18. Postquam autem sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis hujus in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leviticæ tribus,

19. & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba & cæremonias ejus, quæ in lege præcepta sunt.

20. Nec elevetur cor ejus in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexteram vel sinistram, ut longo tempore regnet ipse, & filii ejus, super Israël.

VERSIO ANTIQUA.

17. Non multiplicabit sibi uxores, ut non discedat cor ejus, & argentum & aurum non multiplicabit sibi valde. *Aug. quæst. 27. in Deut. t. 3. 566. d.*

18. Et erit cùm sederit in principatu suo, scribet hoc in libro ante sacerdotes & Levitas, *Lucif. Cal. pro S. Athan. 184. b.*

19. & erit cum ipso, & leget eum omnibus diebus vitæ suæ, ut discat timere Dominum Deum suum, custodire omnia mandata hæc, & justificationes has facere:

20. ut non extollatur cor ejus à fratribus suis, & non transgrediatur à mandatis dextrâ aut sinistrâ, ut longiturni temporis sit in principatu suo ipse, & filii ejus cum ipso, in filiis Israël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 17. Ad verbum è Græco.

℣. 18. In cod. Vatic. Καὶ ὅταν, pro *& erit cùm*; at in Mss. Alex. Καὶ ἔσαι ὅταν, in Ald. Καὶ ἔσαι ὅτ' ἂν, exinde constanter: ἐν γράψει αὐτῷ (Alex. ἑαυτῷ) τὸ Δευτερονόμιον τοῦτο εἰς βιβλίον, παρὰ τῶν ἱερέων τῶν Λευιτῶν, *& scribet ei* (vel *sibi*) *Deuteronomion hoc in libro, à sacerdotibus Levitis.*

℣. 19. Vix melius è Græco, nisi quòd pro *leget eum*, hab. ἀναγνώσεται ἐν αὐτῷ, *leget in eo*; & infra, ἐν φυλάσσεσθαι, *& custodire*. Ambros. in Ps. 43. to. 1. 889. a. hab. *Leget illud omnibus diebus vitæ suæ.*

℣. 20. Concinunt ista cum Gr. paucis exceptis, nempe, *& non*, ante *transgrediatur*, pro quo ἵνα μὴ, exinde post *filii ejus*, deest *cum ipso*; sed hab. in Mss. Alex. ac edit. Ald. αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ; loco autem hujus, *longiturni temporis sit*, legitur μακροχρονίσῃ, in Mss. Alex. μακροχρονιόσῃ, in Oxon. ac editt. Ald. & Compl. μακρόχρονος ᾖ, *longævus sit*, quæ idem sonant.

CAPUT XVIII.

VULGATA NOVA.

1. NOn habebunt sacerdotes & Levitæ, & omnes qui de eadem tribu sunt, partem & hæreditatem cum reliquo Israël, quia sacrificia Domini, & oblationes ejus comedent, *Num. 18. 20. 23. Sup. 10. 9. 1. Cor. 9. 13.*

2. & nihil aliud accipient de possessione fratrum suorum: Dominus enim ipse est hæreditas eorum, sicut locutus est illis.

3. Hoc erit judicium sacerdotum à populo, & ab his qui offerunt victimas: sive bovem, sive ovem immolaverint, dabunt sacerdoti armum ac ventriculum:

VERSIO ANTIQUA.

1. NOn erit sacerdotibus Levitis, in tota tribu Levi, pars neque substantia cum Israël: fructificationes Domini, substantiæ eorum, manducabunt eas, *Iren. l. 4. c. 8. 237. a.*

3. Hoc judicium sacerdotum..... *Capit. LXXX. sup.*

VULGATA NOVA.

4. primitias frumenti, vini, & olei, & lanarum partem ex ovium tonsione. *Num. 18. 21.*

5. Ipsum enim elegit Dominus Deus tuus de cunctis tribubus tuis, ut stet, & ministret nomini Domini ipse, & filii ejus in sempiternum.

VULGATA NOVA.

6. Si exierit Levites ex una urbium tuarum ex omni Israël in qua habitat, & voluerit venire, desiderans locum quem elegerit Dominus,

7. ministrabit in nomine Domini Dei sui, sicut omnes fratres ejus Levitæ, qui stabunt eo tempore coram Domino.

8. Partem ciborum eandem accipiet, quam & cæteri: excepto eo, quod in urbe sua ex paterna ei successione debetur.

9. Quando ingressus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, cave ne imitari velis abominationes illarum gentium:

10. nec inveniatur in te qui lustret filium suum, aut filiam, ducens per ignem: aut qui *Lev. 20. 27.*

VERSIO ANTIQUA.

6. Si autem supervenerit Levites ex una civitatum tuarum ex omnibus filiis Israël ubi ipse incolit, secundùm quod cupit anima ejus, in locum quem elegerit Dominus, *Aug. quæst. 28. in Deut. t. 3. 566. f.*

7. & ministrabit nomini Domini Dei sui, sicut omnes fratres ejus Levitæ, qui adstant ibi coram Domino.

8. Partem partitam edet: præter venditionem, quæ est secundùm familiam.

9. Cùm ingressus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, non disces facere abominationes gentium illarum: *Hieron. l. 1. cont. Pelag. t. 4. 507. d.*

10. nec invenietur in te qui traducat filium, vel filiam suam per ignem: divinationibus vel

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Aptè ad Græcum, præter seqq. *in tota tribu*, pro quo, ὅλῃ φυλῇ, *toti tribui*; & *substantia*, nec non *substantiæ*, pro quibus constanter, κλῆρος, *sors*; al. utrobique *substantia*, apud Iren.

℣. 3. Græcè, Καὶ αὕτη ἡ κρίσις, &c.

℣. 6. Ad verbum è Græco, præter voces *tuarum*, & *Dominus*, quæ desunt: at in Mss. Alex. & Oxon. nec non in editt. Ald. & Compl. sunt, πόλεων ὑμῶν, al. Θεοῦ, & in fine, ἐκλέξηται Κύριος; à Ms. tamen Oxon. abest, Κύριος.

℣. 7. Gr. ipso initio tollit &, sed in fine addit, τοῦ Θεοῦ, ad vocem *Domino*; contrà Ms. Alex. cum edit. Compl. habet ὁ, in fronte, delet verò τοῦ Θεοῦ σου in fine, cum Ms. Oxon. & Ald. edit.

℣. 8. Itidem Græcè. Vide sis Aug. ibid.

℣. 9. In Græco similiter, præter seqq. Ἐὰν δὲ εἰσέλθῃς εἰς τὴν, &c. *Si autem ingressus fueris in*, &c. exinde δίδωσι, *dat*, pro *dabit*, & ποιεῖν κατὰ τὰ βδελύγματα, *facere secundùm abominationes.*

℣. 10. Prima similiter habentur Græcè, si excipias ista, οὐχ, pro *nec*; paulòque post, περιεκαθαίρων, loco *qui traducat*, propriè *circumquaque purgans*; tum post *filium*, ad-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. omnibus auguriis, & maleficis artibus, & incantationibus non servies,

11. ut interroges magos, & hariolos, & mortuos :

12. abominatio enim Domini est omnis qui facit hæc, & propter has abominationes Dominus Deus tuus consumet eas à facie tua :

13. perfectus eris cum Domino Deo tuo.

14. Quia gentes istæ, quas tu possidebis, hariolos & divinos audiunt : tibi autem non sic dedit Dominus Deus tuus.

15. PROPHETAM unum ex te de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus : ipsum audies,

Aug. Locut. 50. *t.* 3. 368. *d.* 16. secundùm omnia quæ petiisti à Domino Deo tuo in Choreb, in die convocationis, dicentes.....

Cypr. l. 1. *Testim.* 280. *b.* 17. Et dixit Dominus ad me.....

18. Prophetam excitabo eis de fratribus eorum sicut te : & dabo verbum meum in ore ejus, & loquetur ad eos ea quæ præcepero ei :

19. & quisquis non audierit quæcunque locutus fuerit propheta ille in nomine meo, ego vindicabo.

VULGATA NOVA.

ariolos sciscitetur, & observet somnia atque auguria, nec sit maleficus,

11. nec incantator, nec qui pythones consulat, nec divinos, aut quærat à mortuis veritatem : *1. Reg.* 28. 7.

12. omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo :

13. perfectus eris, & absque macula cum Domino Deo tuo.

14. Gentes istæ, quarum possidebis terram, augures & divinos audiunt : tu autem à Domino Deo tuo aliter institutus es.

15. PROPHETAM de gente tua & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus : ipsum audies, *Jo.* 1. 45. *Act.* 3. 22.

16. ut petisti à Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata est, atque dixisti : Ultra non audiam vocem Domini Dei mei, & ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar. *Exod.* 20. 21.

17. Et ait Dominus mihi : Bene omnia sunt locuti.

18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui : & ponam verba mea in ore ejus, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi : *Joan.* 1. 45. *Act.* 3. 22.

19. qui autem verba ejus, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam.

VULGATA NOVA.

20. Propheta autem qui arrogantiâ depravatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi ut diceret, aut ex nomine alienorum deorum, interficietur.

21. Quòd si tacita cogitatione responderis : Quomodo possum intelligere verbum, quod Dominus non est locutus ?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ditur ἀυτῷ, & pro *vel*, hab. ϗ ; in Mſ. tamen Alex. ac edd. Ald. & Compl. legitur ἡ, sicut ἐν πυρὶ, loco *per ignem*. Capitul. sup. LXXXI. hab. *Non invenietur in te lustrans filium suum, aut filiam.* Sequentia de Hieronymo plus differunt à Græco, ubi sic : μαντευόμενος μαντείαν, κληδονιζόμενος, ϗ οἰωνιζόμενος, φαρμακὸς ἐπαείδων ἐπαοιδὴν, ἐγγαστρίμυθος, ad verbum, *vaticinans vaticinium, divinationes observans, & augurans, veneficus incantans incantationem, ventriloquus.* Cypr. l. 3. Testim. 325. c. sic habet : *Non ominemini, neque auguremini.* Maxim. Taurin. to. 6. Bibl. PP. 8. e. *Ne auspicemini, ne auguriis intendatis.* Capitul. Reg. Baluz. to. 1. p. 235. b. *Nemo sit qui ariolos sciscitetur, vel somnia observet, vel ad auguria intendat.* Item : *Nemo sit maleficus, nec incantator, nec pythonis consultor.*

℣. 11. Græcè : καὶ τερατοσκόπος, ἐπερωτῶν τὺς νεκρύς, & *prodigiorum inspector, interrogans mortuos.* Unde Aug. quæst. 29. in Deut. to. 3. 567. a. ait : *Quoniam portentorum inspectores prohibet esse in populo Dei, quærendum est quomodo ista portenta, quæ inspici prohibentur, discernantur ab eis, quæ divinitus dantur :* & infra : *Sicut autem discernuntur divinationes, quas consequenter prohibet, à prædictionibus prophetarum..... sic illæ inspectiones prodigiorum à significationibus divinorum miraculorum discernendæ sunt.*

℣. 12. Vix dissimile quidpiam in Græco, præter verborum ordinem mutatum, ita nempe : Ἐστι γὰρ βδέλυγμα Κυρίῳ τῷ Θεῷ ϗ πᾶς ποιῶν ταῦτα· ἕνεκεν γὰρ τῶν βδελυγμάτων τύτων Κύριος ἐξολοθρεύσει αὐτύς, &c. in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. Κύριος ὁ Θεός ϗ ἐξολοθρεύσει, &c.

℣. 13. Ita Græcè, præter vocem ἐναντίον, *coram*, pro *cum*. Cælestius Pelag. apud Mar. Merc. Garn. *Tu autem perfectus eris coram Domino Deo tuo.*

℣. 14. Græcè tollitur *quia*, additurque γὰρ, ad *gentes*, & pro *possidebis*, sic, καταϰληρονομεῖς αὐτύς, *hæreditabis eos ;* item loco *hariolos..... audiunt*, ἕτοι ϰληδόνων ϗ μαντείων ἀϰούονται, *ipsi divinationes & vaticinia audient :* demum pro *tibi autem*, καί σοι, sed in Mſ. Vat. solo ; nam in Alex. & Oxon. nec non in editt. Ald. & Compl. est σοί δε, ut supra. Idem Hieron. in Ezech. 19. to. 3. 831. a. sic legit : *Gentes, quas perditurus est Dominus in conspectu tuo, audiunt somnia & divinationes audient : tibi autem non sic dedit*, &c.

℣. 15. Ita Græcè, nisi quòd deest *unum ex te*, & pro *audies*, hab. pluraliter ἀϰούσεσθε, *audietis.* Rursus Hieron. in Isai. 8. to. 3. 81. e. sic legit : *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester de fratribus vestris : sicut me illum audietis.* Tertul. l. 4. adv. Marc. 716. c. *Prophetam suscitabit vobis Deus ex filiis vestris : tanquam me audieritis illum.* Novat. l. de Trin. p. 1035. c. *Propheten vobis suscitabit Deus ex fratribus vestris : eum quasi me audite.* Ambros. verò in Ps. 118. to. 1. 1075. f. *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester de fratribus vestris tanquam me : ipsum audietis per omnia quæcunque loquetur vobis :* deinde sic : *Erit autem omnis*, &c. ut inf. ℣. 19. omissis aliis mediis. Idem in Luc. 7. to. 1. 1382. a. *Prophetam..... vobis suscitabit Dominus noster ;* & ep. 67. to. 2. 1057. d. *sicut me, ipsum audietis.* Auct. quæst. N. T. part. 2. q. 51. ap. Aug. to. 3. p. 154. d. *Quia prophetam suscitabit Dominus Deus vester de fratribus vestris.* Ambrosiast. col. 222. b. *Prophetam vobis excitabit Deus de fratribus vestris :* & infra, col. 266. c. *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester ex fratribus vestris tanquam me : ipsum audietis, erit enim*, &c. ut sup. apud Ambr. demtis intermediis. Gaud. Brix. ser. 9. 958. g. *Prophetam suscitabit Dominus Deus noster de fratribus vestris sicut me : illum audite per omnia quæcunque locutus fuerit ad vos ;* mox ita : *Erit autem*, &c. Item l. de Hæres. 716. h. *Prophetam vobis suscitabit..... vester de fratribus nostris : sicut me audietis eum : erit autem*, &c. At in Græco plura alia interponuntur post hoc, *audietis eum*, nempe ℣℣. 16. 17. 18. ut videbitur infra.

℣. 16. Aptè ad Græcum, præter unum *quæ*, pro quo ὅσα, *quæcunque.*

℣. 17. Similiter habet Lactant. l. 4. Institut. c. 17. p. 580. unà cum Græco.

℣. 18. Eadem refert Lactant. ubi sup. præter unum *os*, pro *ore*. August. l. 16. contra Faust. to. 8. col. 291. d. hæc hab. *Suscitabo illis prophetam de fratribus ipsorum similem tibi.* Capitul. LXXXII. sup. *Prophetam suscitabo eis ex fratribus eorum.* Ita quoque in Græco, additis his : ὥσπερ σέ· ϗ δώσω τὰ ῥήματα (Mſs. Alex. & Oxon. cum edd. Ald. & Compl. τὸ ῥῆμά μυ, al. τὰ ῥήματά μυ) ἐν τῷ στόματι αὐτῦ, ϗ λαλήσει αὐτοῖς καθ' ὅτι ἂν (Mſ. Oxon. καθ' ὃ) ἀντείλωμαι αὐτῷ.

℣. 19. Sic habetur Græcè, exceptis his, ὃ ἂν ἄνθρωπος ἐὰν, loco *quisquis ;* & in fine, ἐϰδιϰήσω ἐξ αὐτῦ, *vindicabo ex eo.* Lactant. l. 4. Instit. c. 17. 580. legit : *Et quisquis non audierit ea quæ loquetur ille in nomine meo, ego vindicabo in eum.* Tert. verò l. 4. adv. Marc. 716. c. *Om-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

22. hoc habebis signum : Quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, & non evenerit : hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta confinxit : & idcirco non timebis eum.

VERSIO ANTIQUA.

22. Propheta si locutus fuerit verbum, & non contigerit..... *Capitul.* LXXXIII. *sup.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

nis autem qui illum non audierit, exterminabitur anima ejus de populo suo. Similiter Ambros. in Ps. 118. to. 1. 1075. f. *Erit autem omnis anima quæ non audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe.* Sic etiam in Luc. 7. 1382. a. uno excepto, *exterminata*, pro *exterminabitur*. Ambrosiast. col. 87. e. & 266. c. *Erit enim quicunque non audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe.* Gaud. Brix. ser. 9. 958. g. *Erit autem omnis anima quæcunque non audierit prophetam illum, disperiet de plebe;* & l. de Hæres. 716. h. *Erit autem ut si quis eum non audierit, radicitus eradicabitur.*

℣. 22. Græcè, Ὅσα ἐὰν λαλήσῃ ὁ προφήτης ἐκεῖνος..... ἐὰν μὴ γένηται, &c.

CAPUT XIX.

VULGATA NOVA.

1. CUm disperdiderit Dominus Deus tuus gentes, quarum tibi traditurus est terram, & possederis eam, habitaverisque in urbibus ejus & in ædibus :

2. tres civitates separabis tibi in medio terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in possessionem, *Num.* 35. 11. *Jos.* 20. 2. 8.

3. sternens diligenter viam : & in tres æqualiter partes totam terræ tuæ provinciam divides : ut habeat è vicino qui propter homicidium profugus est, quò possit evadere.

VERSIO ANTIQUA.

4. Hoc præceptum homicidæ..... *Capitul.* LXXXIV. *sup.*

VULGATA NOVA.

4. Hæc erit lex homicidæ fugientis, cujus vita servanda est : Qui percusserit proximum suum nescius, & qui heri & nudiustertius nullum contra eum odium habuisse comprobatur :

5. sed abiisse cum eo simpliciter in silvam ad ligna cædenda, & in succisione lignorum securis fugerit manu, ferrumque lapsum de manubrio amicum ejus percusserit, & occiderit : hic ad unam suprædictarum urbium confugiet, & vivet :

6. ne forsitan proximus ejus, cujus effusus est sanguis, dolore stimulatus, persequatur, & apprehendat eum si longior via fuerit, & percutiat animam ejus, qui non est reus mortis : quia nullum contra eum, qui occisus est, odium priùs habuisse monstratur.

7. Idcirco præcipio tibi, ut tres civitates æqualis inter se spatii dividas.

8. Cùm autem dilataverit Dominus Deus tuus terminos tuos, sicut juravit patribus tuis, & dederit tibi cunctam terram, quam eis pollicitus est, *Gen.* 28. 14. *Exod.* 34. 24. *Sup.* 12. 20.

9. (si tamen custodieris mandata ejus, & feceris quæ hodie præcipio tibi, ut diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus omni tempore) addes tibi tres alias civitates, & supradictarum trium urbium numerum duplicabis :

10. ut non effundatur sanguis innoxius in medio terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi possidendam, ne sis sanguinis reus.

VULGATA NOVA.

11. Si quis autem odio habens proximum suum, insidiatus fuerit vitæ ejus, surgensque percusserit illum, & mortuus fuerit, fugeritque ad unam de supradictis urbibus, *Num.* 35. 20.

12. mittent seniores civitatis illius, & arripient eum de loco effugii, tradentque in manu proximi, cujus sanguis effusus est, & morietur.

13. Non misereberis ejus, & auferes innoxium sanguinem de Israël, ut bene sit tibi.

14. Non assumes, & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in terra, quam acceperis possidendam.

15. Non stabit testis unus contra aliquem, quidquid illud peccati & facinoris fuerit : sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. *Sup.* 17. 6. *Mat.* 18. 16. 2. *Cor.* 13. 1.

VERSIO ANTIQUA.

11. Si fuerit homo odiens proximum, & insidiatur eum, & surrexerit in eum, & percusserit eum animo, & mortuus fuerit, & fugerit in unam civitatem harum, *Lucif. Cal. l. pro S. Athan.* 185. a.

12. mittent seniores civitatis illius, & accipient eum inde, & tradent eum in manus exquirentium sanguinem, & morietur.

13. Non parces oculo tuo super eum, & mundabis sanguinem innocentis ex illis, & bene tibi erit.

14. Non transferes terminos, quos posuerunt patres tui..... *Capitul.* LXXXVI. *sup.*

15. Non manebit unus in testificationem adversùs hominem, secundùm omnem iniquitatem, & secundùm omne peccatum quodcunque peccatur : in ore duorum testium aut trium stabit omnis sermo. *Lucif. Cal. pro S. Athan.* 185. b.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Græcè, Τοῦτο δὲ ἔσται τὸ πρόσταγμα τοῦ φονευτοῦ, &c.

℣. 11. Græc. Ἐὰν δὲ γένηται ἐν ζοὶ (in Mss. Alex. & Oxon. & in Compl. deest ἐν ζοὶ) ἄνθρωπος μισῶν τὸν πλησίον, καὶ ἐνεδρεύσῃ (Compl. ἐνεδρεύων) αὐτὸν, καὶ ἐπαναστῇ ἐπ' αὐτὸν, καὶ παίσῃ αὐτοῦ ψυχὴν (Ms. Oxon. παταξῃ αὐτὸν) καὶ ἀποθάνῃ, καὶ φύγῃ εἰς μίαν τῶν πόλεων τούτων.

℣. 12. Similiter in Græco, nisi quòd ipso initio habetur, Καὶ ἀποστελοῦσιν οἱ γερουσία, & loco *exquirentium*, sic, ἀγχισ-ζευόντων, Nobil. *vindicantium;* ἀγχισεὺς propriè *cognatus, affinis, gentilis*, cui, ubi aliquis ex genere mortuus fuerit, permittit Lex ut ejusmodi jura sibi vindicet.

℣. 13. Græcè : Οὐ φείσεται ὁ ὀφθαλμός σου, *Non parcet oculus tuus;* paulòque post, τὸ ἀναίτιον ἐξ Ἰσραὴλ, *innoxium ex Israël*, loco *innocentis ex illis;* reliqua ut supra. Ambros. in Ps. 118. to. 1. 1065. a. *Non misereberis illius.*

℣. 14. Græc. Οὐ μεταχινήσεις ὅρια τοῦ πλησίον, ἃ ἔστησαν οἱ πατέρες ζου. *Non dimovebis fines proximi, quos statuerunt patres tui.*

℣. 15. Dissimilia nonnulla in Græco, nempe seqq. Οὐκ ἐμμενεῖ μάρτυς εἰς μαρτυρῆσαι, *Non permanebit testis unus ad testificandum*, pro *non manebit unus in testific.* exinde post *iniquitatem*, additur, καὶ κατὰ πᾶν ἁμάρτημα, *& secundùm omne delictum*, quod abest à Ms. Oxon. item post ἁμαρτίαν, seu *peccatum*, sequitur, ὃν ἐὰν ἁμάρτῃ, *quod peccaverit*, loco *quodcunque peccatur;* demum loco *aut trium*, rursus καὶ ἐπὶ στόματος τελῶν μαρτύρων, Ms. Oxon. ἢ τριῶν. Capitul. LXXXVI. sup. *Non accipies testimonium unius adversùs hominem.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi sup. 16. Si autem steterit testis injustus adversùs hominem, detrahens ei iniquitatem,

17. stabunt duo homines, quibus est ipsis contradictio, ante Dominum, & ante sacerdotem, & in conspectu judicis quicunque fuerit in diebus illis.

18. Et interrogabunt diligenter judices, & ecce testis injustus testificatus est iniqua, resistens adversùs fratrem suum:

19. & facite ei quemadmodum nequiter egit facere adversùs fratrem suum, & auferetis iniquum ex vobis ipsis:

20. & cæteri audientes timebunt, & non apponent ampliùs facere verbum malignum hoc in vobis.

21. Non parces oculis tuis super eum, animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede.

VULGATA NOVA.

16. Si steterit testis mendax contra hominem, accusans eum prævaricationis,

17. stabunt ambo, quorum causa est, ante Dominum in conspectu sacerdotum & judicum qui fuerint in diebus illis.

18. Cùmque diligentissimè perscrutantes, invenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium: *Dan.* 13. 62.

19. reddent ei sicut fratri suo facere cogitavit, & auferes malum de medio tui:

20. ut audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere.

21. Non misereberis ejus, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges. *Exod.* 21. 23. *Levit.* 24. 20. *Mat.* 5. 38.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 16. In Græco, καλαςῇ, vel ut in Ms. Oxon. ἐπιςῇ, *insistiterit*, pro *steterit*; & loco *detrahens ei iniq.* καλαλέγων αὐτῷ ἀσέβειαν, *allegans ejus impietatem.*

℣. 17. Optimè è Græco, nisi quòd ante *stabunt*, ponitur ἐν, habeturque in plurali, ἐναντι τῶν ἱερέων, ἐν ἐναντι τῶν κειτῶν, οἱ ἐν ὡσιν, &c. *ante sacerdotes, & ante judices, quicunque fuerint*, &c.

℣. 18. Ita Græcè, præter unum aut alterum, nempe, ἐξεταζωσιν, *exquirent*, pro *interrogabunt*; & ἀντέςη, *insistit*, loco *resistens.*

℣. 19. Similiter in Græco, exceptis his, ποιήσεις, *facietis*, pro *facite*, & ἐξαρεῖς τὸ πονηρόν, *auferes malignum*, loco *auferetis iniquum*: at in Ms. Alex. ἐξαρεῖτε τὸν πονηρόν in editt. Ald. & Compl. ἐξαρεῖτε τὸ πονηρόν. Vid. inf. Aug. ad c. 24. ℣. 7.

℣. 20. Aptè ad Græcum, præter unum, *verbum*, pro quo, κατὰ τὸ ῥῆμα, *juxta verbum*: at in Ms. Oxon. deest κατά.

℣. 21. Ad verbum è Græco, præter hoc, *non parces oculis tuis*, pro quo, οὐ φείσεται ὁ ὀφθαλμός σου, *non parcet oculus tuus.* Capitul. LXXXVII. similiter habet sup. *Animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente.*

CAPUT XX.

VERSIO ANTIQUA.

Capit. LXXXVIII. *sup.* 1. SI exieris ad bellum..... noli timere.....

VULGATA NOVA.

1. SI exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus & currus, & majorem quàm tu habeas adversarii exercitus multitudinem, non timebis eos: quia Dominus Deus tuus tecum est, qui eduxit te de terra Ægypti.

VULGATA NOVA.

2. Appropinquante autem jam prælio, stabit sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populum:

3. Audi Israël, vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis, non pertimescat cor vestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos:

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 30. & 31. *in Deut. t.* 3. 367. 6. 4. quoniam Dominus Deus vester, qui præcedit vobiscum, simul debellabit vobiscum inimicos vestros, & salvos faciet vos.

5. Et loquentur scribæ ad populum, dicentes: Quis est homo qui ædificavit domum novam, & non dedicavit eam? vadat, & revertatur in domum suam, ne moriatur in bello, & homo alius dedicet ea.

6. Et quis est homo qui pastinavit vineam, & non est epulatus ex ea? vadat, & revertatur in domum suam, ne moriatur in bello, & homo alius epuletur ex ea.

7. Et quis est homo qui sponsavit uxorem, & non accepit eam? vadat, & redeat in domum suam, ne moriatur in bello, & homo alius accipiat eam.

VULGATA NOVA.

4. quia Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra adversarios dimicabit, ut eruat vos de periculo.

5. Duces quoque per singulas turmas audiente exercitu proclamabunt: Quis est homo qui ædificavit domum novam, & non dedicavit eam? vadat, & revertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius dedicet eam. *1. Mach.* 3. 56.

6. Quis est homo qui plantavit vineam, & necdum fecit eam esse communem, de qua vesci omnibus liceat? vadat, & revertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo ejus fungatur officio.

7. Quis est homo qui despondit uxorem, & non accepit eam? vadat, & revertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo accipiat eam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. Ἐὰν δὲ ἐξέλθῃς εἰς πόλεμον..... ᾗ φοβηθήσῃ, &c.

℣. 4. Similiter habet Aug. Locut. 51. to. 3. 368. d. usque ad *simul.* Græc. Ὅτι Κύριος ὁ..... παραπορευόμενος μεθ' ὑμῶν, συνεκπολεμῆσαι ὑμῖν τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, διασῶσαι ὑμᾶς, *procedens vobiscum ad debellandos vobiscum inim. vestros, ad salvandos vos:* in editt. tamen Ald. & Compl. legitur, συνεκπολεμήσει, sicut in Ms. Oxon. ac edit. Ald. ᾗ διασώσει, in Ms. Alex. ᾗ διασῶσαι.

℣. 5. Vix melius de Græco, præter hoc ultimum, *dedicet ea*, pro quo, ἐγκαινιεῖ αὐτήν, *dedicabit eam.*

℣. 6. Similiter in Græco, exceptis duobus his, ἐφύτευσε, *plantavit*, pro *pastinavit*, & εὐφρανθήσεται, *exhilarabitur*, pro *epuletur*; item sup. εὐφράνθη, *exhilaratus est*, loco *est epulatus.*

℣. 7. Ad verbum è Græco, præter ult. *accipiat*, pro quo, λήψεται, *accipiet*; item supra, μεμνήσευται, pro *sponsavit.* Hieron. l. contra Helvid. to. 4. p. 2. col. 132. a. *Et quis ille homo, cui desponsata est uxor, & non accepit eam? vadat, & revertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, &*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

8. His dictis addent reliqua, & loquentur ad populum: Quis est homo formidolosus, & corde pavido? vadat, & revertatur in domum suam, ne pavere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perterritus est. *Judic. 7. 3.*

9. Cùmque siluerint duces exercitus, & finem loquendi fecerint, unusquisque suos ad bellandum cuneos præparabit.

VULGATA NOVA.

10. Si quando accesseris ad expugnandam civitatem, offeres ei primùm pacem.

11. Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea est, salvabitur, & serviet tibi sub tributo.

12. Sin autem fœdus inire noluerit, & cœperit contra te bellum, oppugnabis eam.

13. Cùmque tradiderit Dominus Deus tuus illam in manu tua, percuties omne quod in ea generis masculini est, in ore gladii,

14. absque mulieribus & infantibus, jumentis, & cæteris quæ in civitate sunt. Omnem prædam exercitui divides, & comedes de spoliis hostium tuorum, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi.

15. Sic facies cunctis civitatibus, quæ à te procul valde sunt, & non sunt de his urbibus, quas in possessionem accepturus es.

16. De his autem civitatibus, quæ dabuntur tibi, nullum omnino permittes vivere:

17. sed interficies in ore gladii, Hethæum videlicet, & Amorrhæum, & Chananæum, Pherezæum, & Hevæum, & Jebusæum, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus:

VERSIO ANTIQUA.

10. Si autem accesseris ad civitatem expugnare eam, & evocaveris eos cum pace: *Aug. quæst. 21. in Jos. l. 3. 588. g. 589. a. b.*

11. siquidem pacifica responderint tibi, & aperuerint tibi, omnes populi, qui inventi fuerint in civitate, erunt tibi tributarii, & obedientes.

12. Si autem non obedierint tibi, & fecerint ad te bellum, & circumsedebis eam.

13. Et tradet eam Dominus Deus tuus in manus tuas, & interficies omne masculinum ejus, in nece gladii,

14. præter mulieres, & supellectilem, & omnia pecora, & omnia quæcunque fuerint in civitate. Et omnia utensilia prædaberis tibi, & edes omnem prædationem inimicorum tuorum, quos Dominus Deus tuus dabit tibi.

15. Sic facies omnibus civitatibus, quæ longè sunt à te valde, quæ non sunt à civitatibus gentium istarum.

16. Ecce autem ex civitatibus istis, quas Dominus Deus tuus dat tibi hæreditare terram eorum, non vivificabis omnem vivum:

17. sed anathemabis eos, Cetthæum, & Amorrhæum, & Chananæum, & Pherestæum, & Evæum, & Jebusæum, & Gergesæum, quemadmodum mandavit tibi Dominus Deus tuus.

VULGATA NOVA.

18. ne fortè doceant vos facere cunctas abominationes, quas ipsi operati sunt diis suis, & peccetis in Dominum Deum vestrum.

VERSIO ANTIQUA.

19. Si obsederis civitatem..... *Capitul. xc. sup.*

VULGATA NOVA.

19. Quando obsederis civitatem multo tempore, & munitionibus circumderis ut expugnes eam, non succides arbores de quibus vesci potest, nec securibus per circuitum debes vastare regionem: quoniam lignum est, & non homo, nec potest bellantium contra te augere numerum.

20. Si qua autem ligna non sunt pomifera, sed agrestia, & in cæteros apta usus, succide, & instrue machinas, donec capias civitatem, quæ contra te dimicat.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

homo alius accipiat eam.

℣. 10. Ita Græcè, nisi excipias ista, ἐκπολεμῆσαι αὐτὲς, καὶ ἐκκαλέσαι, sed in Mss. Alex. & Oxon. ac editt. Ald. & Compl. ἐκπολεμῆσαι αὐτὴν καὶ, &c. mox in Alex. ἐκκαλέσῃ, in Ald. ἐκκαλέσης, in Compl. καλέσῃ. Augustino favet Capitul. sup. LXXXIX. ubi sic: *Si accesseris expugnare civitatem.*

℣. 11. In Græco, ἔσαι, πᾶς ὁ λαὸς, οἱ, loco *omnes populi:* item ἐν αὐτῇ, pro *in civitate:* in Mss. tamen Alex. & Oxon. ac edit. Ald. ἐν τῇ πόλει; demum verbo *obedientes*, additur σοὶ, in Ms. Alex. σοί, in Oxon. deest; cætera ut in Lat. supra.

℣. 12. Vix meliùs è Græco: sola tamen edit. Compl. addit καὶ, post *bellum*, quod abest ab aliis.

℣. 13. In Græco sic: Ἕως ἂν παραδῷ σοι αὐτὴν, *donec tradiderit tibi eam;* at in Alex. & Oxon. nec non in editt. Ald. & Compl. Καὶ παραδώσει αὐτὴν, ut in Lat. sup. edd. Ald. & Compl. addunt σοὶ, *tibi;* exinde constanter πατάξεις, *percuties*, loco *interficies;* cætera quadrant ad verbum.

℣. 14. Cuncta concinunt cum Græco, uno excepto, *dabit*, pro quo δίδωσι, *dat:* loco verò *utensilia*, habetur τὴν ἀπαρτίαν, uti sup. ἀποσκευὴς, loco *supellectilem.* Nobil. primum vertit *apparatum*, alterum *impedimenta*, quæ eòdem recidunt.

℣. 15. Græc. pro *omnibus civitatibus*, hab. πάσας τὰς πόλεις, *omnes civitates*, & pro *à te*, simpliciter σοῦ, at in Ms. Alex. & Oxon. ἀπό σου, sicut in edd. Ald. & Compl. Subinde loco *quæ non sunt à*, Græcè, ἐχὶ ἐκ τῶν, Mss. Alex. & Oxon. ac edit. Ald. αἳ οὐχὶ ἀπὸ τῶν, cum August. cætera ut supra.

℣. 16. Græc. Vatic. prima verba delet, *Ecce autem ex civitatibus istis;* sed Ms. Alex. hab. cum Aug. Ἰδοὺ δὲ ἀπὸ τῶν πόλεων τύτων, ὧν Κύριος, &c. Ald. ed. Οὐδὲ ἀπὸ τῶν πόλεων, Compl. Ἰδοὺ δὲ ἀπὸ τῶν πόλεων τῶν ἐθνῶν τύτων, ὧν, &c. reliqua quadrant, præter ultima, οὐ ζωγρήσετε πᾶν ἔμπνεον, ad verbum, *non vivum servabitis omne spirans.*

℣. 17. Pro *anathemabis*, habetur Græcè, ἀναθεματίζων ἀναθεματιεῖτε, in Ms. verò Ox. ἀναθεματίεις, reliqua ad verbum, ut supra.

℣. 19. Græc. Ἐὰν δὲ προσκαθίσῃς περὶ πόλιν, &c.

CAPUT XXI.

VULGATA NOVA.

1. QUando inventum fuerit in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, hominis cadaver occisi, & ignorabitur cædis reus,

VERSIO ANTIQUA.

1. SI inventus fuerit vulneratus in terra..... *Capitul. XCI. sup.*

VULGATA NOVA.

2. egredientur majores natu, & judices tui, & metientur à loco cadaveris singularum per circuitum

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Ἐὰν δὲ εὑρεθῇ τραυματίας ἐν τῇ γῇ, &c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ſpatia civitatum :

3. & quam viciniorem cæteris eſſe perſpexerint, ſeniores civitatis illius tollent vitulam de armento, quæ non traxit jugum, nec terram ſcidit vomere,

4. & ducent eam ad vallem aſperam atque ſaxoſam, quæ nunquam arata eſt, nec ſementem recepit: & cædent in ea cervices vitulæ :

5. accedentque ſacerdotes filii Levi, quos elegerit Dominus Deus tuus ut miniſtrent ei, & benedicant in nomine ejus, & ad verbum eorum, omne negotium, & quidquid mundum, vel immundum eſt, judicetur.

6. Et venient majores natu civitatis illius ad interfectum, lavabuntque manus ſuas ſuper vitulam, quæ in valle percuſſa eſt,

7. & dicent: Manus noſtræ non effuderunt ſanguinem hunc, nec oculi viderunt:

8. propitius eſto populo tuo Iſraël, quem redemiſti Domine, & ne reputes ſanguinem innocentem in medio populi tui Iſraël. Et auferetur ab eis reatus ſanguinis:

9. tu autem alienus eris ab innocentis cruore, qui fuſus eſt, cùm feceris quod præcepit Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. in Pſ. 43. t. 1. 918. c.

10. Si exieris in pugnam adversùs inimicos tuos, & tradiderit tibi eos Dominus Deus tuus in manus tuas, & deprædatus fueris ſpolia eorum,

11. & videris in ea deprædatione mulierem bonam ſpecie, & cohabitaveris cum ea.....

Ambr. ep. 31. t. 2. 916. f. 917. a.

12. induces eam in domum tuam, rades ejus caput.....

13..... & ſedebit triginta diebus in domo tua: poſtea intrabis ad eam.....

Idem in Pſ. 43. t. 1. 918. c.

14. Si nolueris eam poſtea, dimittes eam liberam, non venundabitur pecuniâ..... quia humiliaſti eam.

Idem ep. 37. t. 2. 934. c.

Idem in Pſ. 43. 918. c.

15. Si fuerint uni homini duæ uxores, una earum dilecta, & altera odibilis, & pepererint ei ambæ filios, dilecta & odibilis, & primitivus fuerit filius mulieris odibilis,

Idem l. 1. de Cain & Ab. c. 4. t. 1. 188. f. 189. a.

16. qua die hæredes reliquerit filios in ſubſtantia ſua, non poterit primatum dare filio mulieris dilectæ, omittens filium odibilis,

17. ſed primitivum filium odibilis cognoſcet, dare illi dotem ex omnibus quæ inveniuntur ei: quia ipſe initium filiorum ejus eſt, & ipſi debentur primitiæ.

Capit. ſup. XCIV.

18. Si fuerit alicui filius inobediens....

VULGATA NOVA.

10. Si egreſſus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captivoſque duxeris,

11. & videris in numero captivorum mulierem pulchram, & adamaveris eam, voluerisque habere uxorem,

12. introduces eam in domum tuam: quæ radet cæſariem, & circumcidet ungues,

13. & deponet veſtem, in qua capta eſt: ſedenſque in domo tua, flebit patrem & matrem ſuam uno menſe: & poſtea intrabis ad eam, dormieſque cum illa, & erit uxor tua.

14. Si autem poſtea non ſederit animo tuo, dimittes eam liberam, nec vendere poteris pecuniâ, nec opprimere per potentiam: quia humiliaſti eam.

15. Si habuerit homo uxores duas, unam dilectam, & alteram odioſam, genuerintque ex eo liberos, & fuerit filius odioſæ primogenitus,

16. volueritque ſubſtantiam inter filios ſuos dividere: non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odioſæ,

17. ſed filium odioſæ agnoſcet primogenitum, dabitque ei de his quæ habuerit cuncta duplicia: iſte eſt enim principium liberorum ejus, & huic debentur primogenita. *1. Par. 5. 1.*

18. Si genuerit homo filium contumacem & protervum, qui non audiat patris aut matris imperium, & coercitus obedire contempſerit:

VULGATA NOVA.

19. apprehendent eum, & ducent ad ſeniores civitatis illius, & ad portam judicii,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Græc. Ἐὰν δὲ ἐξελθὼν εἰς πόλεμον ἐπὶ τὺς..... καὶ παραδῷ σοι Κύριος ὁ (Mſs. Alex. & Oxon. cum editt. Ald. & Compl. Ἐὰν δὲ ἐξέλθῃς εἰς πόλεμον..... καὶ παραδῷ αὐτὺς Κύριος ὁ) ..... καὶ περιομεύσῃς τὴν περιομὴν αὐτῶν. Similiter Capitul. XCII. ſup. *Si tradiderit tibi Deus inimicos tuos.*

℣. 11. Aptè ad Græcum, excepto uno, *cohabitaveris cum*, pro quo, ἐνθυμηθῇς αὐτῆς, *concupiveris eam*: dein Gr. addit: καὶ λάβῃς αὐτὴν ξεαυτῷ γυναῖκα, &c. Unde Ambroſ. ep. 37. to. 2. col. 16. 934. b. dicit: *Liber eſt ille qui progrediens in bellum, ſi viderit mulierem bonam aſpectu, & depradatus opes inimicorum ſuorum, repertam illic concupierit eam, demtis ſuperfluis, & indumento captivitatis detracto, in uxorem ſibi copulaverit, jam non ſervam, ſed liberam.*

℣. 12. Gr. καὶ εἰσάξῃς αὐτὴν ἔνδον εἰς τὴν..... καὶ ξυρήσεις, &c. & *induxeris eam intus in domum tuam, & rades*, &c. exinde ſic: καὶ περιονυχιεῖς αὐτὴν, καὶ περιελεῖς τὰ ἱμάτια τῆς αἰχμαλωσίας ἀπ' αὐτῆς, & *circumcides ungues ejus, & circumauferes veſtimenta captivitatis ab ea.* Iiſdem alludit Hieron. ep. ad Damaſ. to. 4. p. 1. 153. c. dicens: *De* (muliere captiva) *divina vox præcipit, ut ſi Iſraëlites eam habere voluerit uxorem, calvitium ei faciat, ungues præſecet, & pilos auferat; & cùm munda fuerit effecta, tunc tranſeat in victoris amplexus*, &c. Vide etiam Ambroſ. ſup.

℣. 13. Græc. καὶ καθιεῖται ἐν τῇ οἰκίᾳ ξυ, καὶ κλαύσεται τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα μηνὸς ἡμέρας, καὶ μετὰ ταῦτα εἰσελεύσῃ πρὸς αὐτήν.

℣. 14. Græcè hoc antecedit: Καὶ ἔσαι, & *erit*, tolliturque *poſtea*; poſt *liberam* verò ſubjicitur, καὶ πράσει ὐ πεξοθήσεται, & *venditione non vendetur*, &c. & poſt ἀργυρίῳ, iſtud, ὐκ ἀθετήσεις αὐτήν, *non ſpernes eam*, &c. ut ſup. Idem Ambroſ. ep. 31. to. 2. 917. b. ſic hab. *Et ſi poſtea diſplicuerit tibi*; at in Græco conſtanter, Ἐὰν μὴ θέλῃς αὐτὴν, ut ſup.

℣. 15. Similiter habet Capitul. XCIII. ſup. *Si fuerint homini duæ uxores, dilecta, & odibilis.* Græc. Ἐὰν δὲ γένωνται ἀνθρώπῳ δύο γυναῖκες, μία αὐτῶν ἠγαπημένη, καὶ μία αὐτῶν μεμισημένη, καὶ τέκωσιν αὐτῷ ἡ ἠγαπημένη καὶ ἡ μεμισημένη, καὶ γένηται υἱὸς πρωτόλοκος τῆς μεμισημένης.

℣. 16. Ambroſ. epiſt. 33. to. 2. col. 921. b. *Non poterit filium amabilis primitivum* (al. *primitivo*) *præponere, cùm ſciat filium odibilis primitivum eſſe.* Græc. Καὶ ἔσαι, ᾗ ἂν ἡμέρᾳ καταλκηρονομῇ (Mſs. Alex. & Oxon. cum editt. Ald. & Compl. καταλκηρονομῇ) τοῖς υἱοῖς αὐτῦ τὰ ὑπάρχοντα αὐτῦ, ὐ δυνήσεται πρωτοτοκεῦσαι τῷ υἱῷ τῆς ἠγαπημένης, ὑπεραὸν τὸν υἱὸν τῆς μεμισημένης τὸν πρωλότοκον. *Et erit, quacunque die ſorte diſtribuerit filiis ſuis ſubſtantiam ſuam, non poterit primatum dare filio dilectæ, deſpiciens filium odioſæ primogenitum.*

℣. 17. *Cognoſcet, dare illi dotem*] Vet. edit. *cognoſcens, det illi dotem*, &c. exinde Ambroſ. epiſt. 33. to. 2. col. 921. d. legit: *Hic eſt initium filiorum ejus, & huic debentur primogenitalia.* In Græco ſic: Ἀλλὰ τὸν πρωλότοκον υἱὸν τῆς μεμισημένης ἐπιγνώσεται, δῦναι αὐτῷ διπλᾶ ἀπὸ πάντων ὧν ἂν εὑρεθῇ αὐτῷ· ὅτι ὗτός ἐσιν ἀρχὴ τέκνων αὐτῦ, καὶ τύτῳ καθήκει τὰ πρωλοτοκεῖα, al. πρωλοτόκια.

℣. 18. Græcè: Ἐὰν δέ τινι ᾖ υἱὸς ἀπειθὴς..... ὐχ ὑπακύων, &c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

20. dicentque ad eos: Filius noster iste protervus & contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat, & luxuriæ atque conviviis:

VULGATA NOVA.

21. lapidibus eum obruet populus civitatis: & morietur, ut auferatis malum de medio vestri, & universus Israël audiens pertimescat.

22. Quando peccaverit homo quod morte plectendum est, & adjudicatus morti appensus fuerit in patibulo:

23. non permanebit cadaver ejus in ligno, Gal. 3. sed in eadem die sepelietur: quia maledictus à 13. Deo est qui pendet in ligno: & nequaquam contaminabis terram tuam, quam Dominus Deus tuus dederit tibi in possessionem.

VERSIO ANTIQUA.

21..... auferte malum de vobis..... *Tertul. l. 5. adv. Marc. 797. a.*

22. Si autem fuerit in aliquo delicto (l. delictum) ita ut judicium mortis sit, & morietur, & suspendetis eum in ligno: *Idem l. adv. Jud. c. 10. 143. c.*

23. sed & sepulturâ sepelietis eum ipsa die: quoniam maledictus à Deo est omnis qui suspensus fuerit in ligno: & non inquinabitis terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in sorte.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 21. Græc. Καὶ ἐξαρεῖς τὸν πονηρὸν, edit. Compl. τὸ πονηρόν. Vide Aug. infra, c. 24. ℣. 7.

℣. 22. Hieron l. 2. in epist. ad Gal. to. 4. col. 259. b. ita legit ex LXX. *Si autem fuerit in aliquo peccatum, ad judicium mortis, & mortuus fuerit, & suspenderitis eum in ligno*: sic etiam habetur Græcè ad verbum, nisi quòd deest *ad*, ante *judicium*. Apud Marten. Anecdot. to. 5. col. 11. b. sic: *Si quis peccaverit, in judicium mortis, puniatur exemplo, suspendetis eum in ligno*. Capitul. XCV. sup. *Si fuerit in aliquo peccatum ad mortem.*

℣. 23. Hoc antecedit Græcè: Οὐ κοιμηθήσεται τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ξύλου, quod omittit Tertul. tum sequitur: ἀλλὰ ταφῇ θάψεις αὐτὸ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· ὅτι κεκαταραμένος ὑπὸ Θεοῦ πᾶς κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου, &c. ut in Lat. sup. excepto verbo δώσει, *dat*, pro *dabit*. Hieron. l. 2. in ep. ad Gal. to. 4. col. 259. b. sic habet ex LXX. *Non dormiet corpus illius super lignum, sed sepelientes sepelietis eum in die illa; quia maledictus à Deo omnis qui pendet in ligno: & non contaminabis terram tuam, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in hæreditatem.* Tertul. ubi sup. rursus legit: *Maledictus omnis qui pependit in ligno:* & l. 3. advers. Marc. p. 676. c. *qui pependerit:* at infra, l. 5. p. 784. c. *Maledictus omnis in ligno suspensus.* Ambros. l. 2. de fide, to. 2. col. 488. f. & l. de Incarn. col. 717. c. *Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Aug. in Rom. 6. to. 3. part. 2. col. 907. g. *Maledictus omnis qui in ligno pependerit:* similiter l. cont. Adim. to. 8. col. 144. a. b. & l. 14. cont. Faust. col. 265. b. 266. f. Auct. op. imp. in Matth. hom. 43. col. 223. a. *Maledictus omnis qui pendet à ligno.* Anecdot. thes. Marten. to. 5. col. 11. b. *Et omnis qui pendet in ligno, maledictus erit.*

CAPUT XXII.

VULGATA NOVA.

1. NOn videbis bovem fratris tui, aut ovem *Exod.* errantem, & præteribis: sed reduces 23. 4. fratri tuo,

2. etiamsi non est propinquus frater tuus, nec nosti eum: duces in domum tuam, & erunt apud te quandiu quærat ea frater tuus, & recipiat.

VERSIO ANTIQUA.

1. NE, viso vitulo fratris tui, vel ove ejus, errantibus per viam, negligas ea: reversione reduces ea fratri tuo: *Hieron. cont. Helvid. t. 4. p. 2. 138. f.*

2. quòd si non appropinquat tibi frater tuus, neque noveris eum, colliges ea intra domum tuam, & erunt tecum donec quærat ea frater tuus, & reddes ei.

VULGATA NOVA.

3. Similiter facies de asino, & de vestimento, & de omni re fratris tui, quæ perierit: si inveneris eam, ne negligas quasi alienam.

4. Si videris asinum fratris tui aut bovem cecidisse in via, non despicies, sed sublevabis cum eo.

VULGATA NOVA.

5. Non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste feminea: abominabilis enim apud Deum est qui facit hæc.

6. Si ambulans per viam, in arbore vel in terra nidum avis inveneris, & matrem pullis vel ovis desuper incubantem: non tenebis eam cum filiis:

7. sed abire patieris, captos tenens filios: ut bene sit tibi, & longo vivas tempore.

8. Cùm ædificaveris domum novam, facies murum tecti per circuitum: ne effundatur san-

VERSIO ANTIQUA.

5. Non erit res viri super mulierem, neque induetur vir stolam muliebrem: quia immundus est Domino omnis qui fecerit hæc. *Ambr. ep. 69. t. 2. 1061. b.*

6. Si occurreris nido avis ante faciem tuam in via..... *Aug. Locut. 52. t. 3. 368. d. e.*

8. Si autem ædificaveris domum novam, facies coronam solario tuo: & non facies homi- *Ibid. Locut. 53.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter in Græco, exceptis his: ἐν τῇ ὁδῷ, *in via*, loco *per viam*; deinde ὑπερίδῃς, *despexeris*, pro *negligas*; extremò, καὶ ἀποδώσεις αὐτῷ, & *reddes ei*, quod omittit Hieron. nec addunt Mss. Oxon. & Ald. ed. Capitul. XCVI. sup. *Si videris animal fratris tui errans, vel cadens.*

℣. 2. Gr. Ἐὰν δὲ μὴ ἐγγίζῃ ὁ ἀδελφός σου πρός σε, μηδὲ ἐπίσῃ αὐτὸν, συνάξεις αὐτὸν ἔνδον εἰς τὴν οἰκίαν σου, &c. ut in Lat. præter unum, ἂν ζητήσῃ, *quæsierit*, pro *quærat*. In Mss. Alex. & Oxon. ac editt. Ald. & Compl. legitur συνάξεις αὐτά, non αὐτόν.

℣. 5. In Græco, σκεύη, f. *ornatus*, seu *apparatus*, pro *res*; reliqua ut supra: excipienda tamen ultima seqq. ὅτι βδέλυγμα Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου ἐστὶ πᾶς ποιῶν ταῦτα, *quia abominatio Domino Deo tuo est omnis faciens hæc.* August. q. 32. in Deut. to. 3. 567. f. sic leg. *Non erunt vasa viri super mulierem;* sed addit: *Vasa bellica vult intelligi, id est, arma; nam quidam etiam hoc interpretati sunt.* Nonne melius redderetur *vestitus*, vel *ornatus?* σκεύη, propriè, *armamenta navis, apparatus, ornatus.* Favet his Capitul. XCVII. sup. quod ita se habet: *Non induet mulier vestem virilem.* Tertul. l. de spectac. c. 23. 218. c. ait, *Maledictum esse qui muliebribus vestietur:* item l. de Idol. c. 16. 244. c. *Maledictus omnis qui muliebribus induitur.*

℣. 6. Ita Græcè, si excipiatur vox ὀρνέων, *avium*, pro *avis*; in Ms. tamen Oxon. ὀρνέου, Capitul. XCVIII. sup. hab. *Si inveneris nidum avium.*

℣. 8. Græc. Vat. delet *autem*, post *si*, quod retinent Alex. & Oxon. cum Ald. edit. Contrà Ms. Alex. cum ed.

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Aug. ubi sup. cidium in domo tua, si cadat qui cecidit ab eo.	guis in domo tua, & sis reus labente alio, & in præceps ruente.
	9. Non seres vineam tuam altero semine: ne & sementis quam seviſti, & quæ naſcuntur ex vinea, pariter ſanctificentur.
Hieron. in Isai. 1. 2. 3. 9. f. 10. Non arabis in vitulo ſimul & aſino.	10. Non arabis in bove ſimul & aſino.

Vulgata nova.	
11. Non induêris veſtimento, quod ex lana linoque contextum eſt.	12. Funiculos in fimbriis facies per quatuor angulos pallii tui, quo operieris. *Num.* 15. 38.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Aug. quæſt. 33. in Deut. t. 3. 567. f. & 568. a. 13. Si autem quis acceperit uxorem, & habitaverit cum ea, & oderit eam,	13. Si duxerit vir uxorem, & poſtea odio habuerit eam,
14. & imponat ei occaſionis verba, & detulerit ei nomen malignum, & dixerit: Mulierem hanc accepi, & accedens ad eam non inveni ejus virginalia:	14. quæſieritque occaſiones quibus dimittat eam, objiciens ei nomen peſſimum, & dixerit: Uxorem hanc accepi, & ingreſſus ad eam non inveni virginem:
15. & accipiens pater puellæ, & mater, producent virginalia puellæ ad ſeniores ad portam:	15. tollent eam pater & mater ejus, & ferent ſecum ſigna virginitatis ejus ad ſeniores urbis qui in porta ſunt:
16. & dicet pater puellæ ſenioribus: Filiam meam hanc dedi homini huic uxorem: & odio habens eam,	16. & dicet pater: Filiam meam dedi huic uxorem: quam quia odit,
17. ipſe nunc imponit ei occaſionis verba, dicens: Non inveni filiæ tuæ virginalia: & ecce virginalia filiæ meæ: & replicabunt pallium coram ſenibus civitatis illius:	17. imponit ei nomen peſſimum, ut dicat: Non inveni filiam tuam virginem: & ecce hæc ſunt ſigna virginitatis filiæ meæ: expandent veſtimentum coram ſenioribus civitatis:
18. & accipient ſenes civitatis hominem illum, & caſtigabunt eum,	18. apprehendentque ſenes urbis illius virum, & verberabunt illum,
19. & damnificabunt eum centum ſiclis, & dabunt patri adoleſcentulæ: quia protulit nomen malum ſuper virginem Iſraëlitem: & ipſius erit uxor, non poterit dimittere eam perpetuo tempore.	19. condemnantes inſuper centum ſiclis argenti, quos dabit patri puellæ: quoniam diffamavit nomen peſſimum ſuper virginem Iſraël: habebitque eam uxorem, & non poterit dimittere eam omnibus diebus vitæ ſuæ.
20. Si autem verum factum ſit hoc verbum, & non inveniantur virginalia puellæ:	20. Quòd ſi verum eſt quod objicit, & non eſt in puella inventa virginitas:
21. & producent adoleſcentulam ad januam domus patris ipſius, & lapidabunt eam viri civitatis ejus in lapidibus, & morietur: quoniam fecit impudentiam in filiis Iſraël, proſtituere domum patris ſui: & auferes malignum ex vobis ipſis.	21. ejicient eam extra fores domus patris ſui, & lapidibus obruent viri civitatis illius, & morietur: quoniam fecit nefas in Iſraël, ut fornicaretur in domo patris ſui: & auferes malum de medio tui.
Optat. l. 3. cont. Donat. 59. b. 22. Si inventus fuerit homo dormiens cum muliere habente maritum, occidetis utroſque.....	22. Si dormierit vir cum uxore alterius, uterque morietur, id eſt, adulter & adultera: & auferes malum de Iſraël. *Levit.* 20. 10.
Ambr. in Pſ. 43. 8. 1. 918. d. 23. Si virgo deſponſata fuerit viro, & inveniens eam homo in civitate, dormierit cum ea,	23. Si puellam virginem deſponderit vir, & invenerit eam aliquis in civitate, & concubuerit cum ea,
24. educentur ambo ad portam civitatis ſuæ, & lapidabuntur: & morietur juvencula, quia	24. educes utrumque ad portam civitatis illius, & lapidibus obruentur: puella, quia non

Notæ ad Versionem antiquam.

Ald. delet ἐγ, poſt *novam*, quod addunt Vatic. & al. at omnes habent πέσῃ, *ceciderit*, pro *cadat*; cætera ut in Lat. Capitul. XCIX. ſup. habet. *Si domum novam ædificaveris.* Hieron. l. 1. cont. Pelag. to. 4. col. 507. f. ſic: *Quando ædificaveris domum novam, facies loriculam tecto tuo in circuitu, ne ſanguinis reus ſis, cùm aliquis ceciderit ex ea.*

℣. 10. Similiter Capitul. c. ſup. demto uno *ſimul*; delet pariter Gr. ſed addit in fine, ἐπὶ τὸ αὐτό, *in idipſum.*

℣. 13. Sic in Græco ad verbum. Capitul. CI. ſup. *Si quis acceperit uxorem, & oderit eam.*

℣. 14. Similia Græcum habet, niſi excipias verbum, ἐπιθῇ, *impoſuerit*, pro *imponat*: & αὐτῆς ὄνομα, *ejus nomen*, pro *ei nomen.*

℣℣. 15. 16. Similiter in Græco, præter vocem γερουσίᾳ, poſita hîc & infra pro *ſenioribus*, ad verbum, *ſenatus.*

℣. 17. Ad verbum è Græco, in quo tamen νῦν ἔτος, pro *ipſe nunc*, & ταῦτα, pro *ecce*, abſque voce *illius* in fine; ſed Mſ. Alex. addit cum Ald. edit. ἐκείνης.

℣. 18. Ita in Græco, niſi quòd habetur conſtanter, ἡ γερουσία, *ſenatus*, loco *ſenes*, additurque vox ἐκείνης, *illius*, ad *civitatis.*

℣. 19. Vix meliùs è Græco, ni excipias unum *perpetuo*, pro quo, ἅπαντα, *omni.*

℣. 20. Gr. Ἐὰν δὲ ἐπ' ἀληθείας γέγονται ὁ λόγος οὗτος, ἐὰν μὴ εὑρεθῇ, &c. *Si autem in veritate factum ſit verbum hoc, & non inventa ſint*, &c. ut ſup.

℣. 21. A Græco abſunt, *viri civitatis ejus*, hab. tamen in Mſ. Alex. ac edit. Compl. οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως αὐτῆς, ſicut etiam in Mſ. Oxon. ſed poſt *lapidibus*, & abſque αὐτῆς, reliqua quadrant ad verbum, niſi hoc excipias, ἀφροσύνην, loco *impudentiam*, meliùs *imprudentiam*; & ita fortè legendum apud Aug. Vide inf. ad cap. 24. ℣. 7.

℣. 22. In Græco additur δὲ, poſt *ſi*, & pro *habente maritum*, habetur ζυνωχισμένης ἀνδρὶ, propriè *nuptâ viro*, ſeu *habitante cum viro.* Capitul. CII. ſup. *Si inventus fuerit adulter cum adultera.*

℣. 23. Ita in Græco, præter priora iſta: Ἐὰν δὲ γένηται παῖς παρθένος μεμνησευμένη ἀνδρὶ, in Mſ. Ox. deeſt παῖς. Apud Hieron. l. contra Helvid. to. 4. p. 2. 132. a. ſic: *Si autem fuerit adoleſcentula deſponſata viro, & invenerit homo eam in civitate, & dormierit cum ea.* Capitul. CIII. ſup. *Si dormierit aliquis cum puella deſponſata.*

℣. 24. Nonnulla diſſimilia in Græco, ubi ſic: Ἐξάξεις ἀμφοτέρους ἐπὶ τὴν πύλην τῆς πόλεως αὐτῶν, καὶ λιθοβολήσουσιν αὐτοὺς λίθοις, καὶ ἀποθανοῦνται· τὴν νεᾶνιν, (Mſ. Ox. ἡ νεᾶνις) ὅτι οὐκ ἐβόησεν ἐν τῇ πόλει· καὶ τὸν ἄνθρωπον, ὅτι ἐταπεί-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

clamavit, cùm esset in civitate : vir, quia humiliavit uxorem proximi sui : & auferes malum de medio tui.

25. Sin autem in agro repererit vir puellam, quæ desponsata est, & apprehendens concubuerit cum ea, ipse morietur solus :

26. puella nihil patietur, nec est rea mortis : quoniam sicut latro consurgit contra fratrem suum, & occidit animam ejus, ita & puella perpessa est :

27. sola erat in agro : clamavit, & nullus affuit qui liberaret eam.

28. Si invenerit vir puellam virginem, quæ non habet sponsum, & apprehendens concubuerit cum illa, & res ad judicium venerit :

Exod. 22. 16. 29. dabit qui dormivit cum ea, patri puellæ quinquaginta siclos argenti, & habebit eam uxorem, quia humiliavit illam : non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ suæ.

30. Non accipiet homo uxorem patris sui, nec revelabit operimentum ejus.

VERSIO ANTIQUA.

non exclamavit in civitate, nec invocavit hominem qui subveniret : & vir, quia humiliavit mulierem proximi sui : & tolletis iniquum à vobismetipsis. *Ambr. ubi sup.* *Lucif. Cal. pro S. Athan. 221. b.*

25. Si invenerit homo in campo puellam desponsatam, & vi opprimens dormierit cum ea, interficietis virum solum qui concubuit cum ea : *Hieron. in Isai. 7. t. 3. 71. d.*

26. & puellæ nihil facietis, non est adolescentulæ peccatum mortis : quia quomodo si quis in insidiis insurgat contra proximum suum, & interficiat animam ejus, sic hoc negotium accidit :

27. in agro invenit eam : clamavit puella desponsata, & non est inventus qui auxiliaretur ei.

28. Si autem invenerit aliquis puellam virginem, quæ sponsata non est, & vim faciens ei dormierit cum ea, & inventus fuerit : *Aug. quæst. 34. in Deut. t. 3. 568. b.*

29. dabit homo qui dormivit cum ea, patri puellæ quinquaginta didrachma argenti, & ipsius erit uxor, quia humiliavit eam : non poterit dimittere eam per omne tempus.

30. Non accipiet homo uxorem patris sui..... *Capitul. sup. CVI.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

νωσε τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον (Mss. Alex. πλησίον αὐτοῦ) καὶ ἐξαρεῖς τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. Hieron. l. contra Helvid. to. 4. part. 2. col. 132. a. sic legit : *Educetis utrumque ad portas civitatis illius, & lapidabuntur lapidibus, & morientur : adolescentula quidem, quia non proclamavit, cùm esset in civitate : vir autem, quia humiliavit uxorem proximi sui : & eradicabitis malum ex vobismetipsis.*

℣. 25. Ita primùm in Græco : Ἐὰν δὲ ἐν πεδίῳ εὕρῃ ἄνθρωπος τὴν, &c. & infra simpliciter, ἀποκτενεῖτε τὸν κοιμώμενον μετ' αὐτῆς μόνον. Idem Hieron. l. cont. Helvid. to. 4. p. 2. 132. a. sic habet : *Si quis invenerit virginem desponsatam viro in campo, & vim faciens dormierit cum ea, morte moriatur, quia humiliavit uxorem proximi sui :* quæ ultima non leguntur hîc in Græco. Capitul. CIV. supra : *Si in campo invenerit quis puellam desponsatam, & vim fecerit ei.*

℣. 26. Gr. Vatic. Καὶ τῇ νεάνιδι οὐκ ἔστιν ἁμάρτημα θανάτου· ὡς εἴ τις ἐπαναστῇ ἄνθρωπος ἐπὶ τὸν πλησίον, καὶ φονεύσῃ αὐτοῦ ψυχήν, οὕτω τὸ πρᾶγμα τοῦτο. i. e. *Et adolescentulæ non erit peccatum mortis : sicut si quis insurrexerit homo in proximum, & occiderit ejus animam, sic res hæc.* At in Mss. Alex. & Oxon. nec non in editt. Ald. & Compl. sic habetur : Τῇ δὲ νεάνιδι οὐ ποιήσεις (al. ποιήσετε) οὐδέν, οὐκ ἔστι τῇ νεάνιδι ἁμάρτημα θανάτου· ὅτι ὡς, &c. (in edit. Compl. deest ὅτι) exinde in Mss. Alex. ac editt. Ald. & Compl. additur αὐτοῦ, ad πλησίον, quæ omnia favent textui Lat. supra.

℣. 27. Similiter in Græco, nisi quòd huic, *in agro*, præponitur ὅτι, *quia* ; & pro *non est inventus*, est simpliciter οὐκ ἦν, *non fuit.*

℣. 28. Ita legitur Græcè, præter unum *ei*, quod deest, post *faciens* ; sed in Mss. Alex. ac editt. Ald. & Compl. subjicitur. Ambros. in Ps. 43. col. 918. e. similiter habet : *Si quis invenerit virginem, quæ non sit desponsata, & vim faciens ei, dormierit cum ea, & inventus fuerit.* Item Capitul. CV. sup. *Si invenerit quis puellam virginem, & dormierit cum ea.*

℣. 29. Ita Græcè, verbum è verbo. Similiter Ambros. in Ps. 43. to. 1. 918. e. *Dabit qui dormierit cum ea, patri juvenculæ quinquaginta denarios, & erit uxor ejus, quia humiliavit eam ; nec poterit dimittere eam per omne tempus, propter quòd humiliavit eam.* Item l. de Apolog. Dav. to. 1. 689. a. alludens, dicit : *Puellæ pater illius, quæ per vim concubitus, nulli desponsata, pertulerit, quinquaginta didrachmata argentea accipiet ; ipsa autem in conjugio permanebit.*

℣. 30. Ad verbum è Græco.

CAPUT XXIII.

VULGATA NOVA.

1. NOn intrabit eunuchus, attritis vel amputatis testiculis, & abscisso veretro, ecclesiam Domini.

2. Non ingredietur mamzer, hoc est, de scorto natus, in ecclesiam Domini, usque ad decimam generationem.

Neh. 13. 1. 3. Ammonites & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt ecclesiam Domini, in æternum :

4. quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via, quando egressi estis de Ægypto :

VERSIO ANTIQUA.

1. NOn intrabit..... abscissus in ecclesiam Domini. *Capitul. CVII.*

2. Non intrabit fornicaria in ecclesiam Domini. *Capitul. CVIII.*

3. Non intrabit Ammanites & Moabites in ecclesiam Domini, & usque ad decimam generationem non intrabit in ecclesiam Domini, & usque in æternum : *Aug. quæst. 35. in Deut. t. 3. 568. d.*

4. eò quòd non obviaverint vobis cum panibus & aqua in via, cùm exiretis de Ægypto : & *Ibid. 569. a.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Græcè, nisi quòd post *intrabit*, additur, θλασίας, id est, *eunuchus*, seu *cui contriti testiculi.*

℣. 2. In Græco similiter, excepto uno ἐκ πόρνης, *de scorto*, pro *fornicaria.*

℣. 3. Eadem prorsus in Græco. Non nihil ab his abludit Ambros. in Luc. 3. to. 1. 1325. a. dicens : *Moabitæ non introibunt in ecclesiam Domini usque ad tertiam & quartam generationem, & usque in sæculum :* similiter in Ps. 48. 954. d. *Moabitæ*, inquit, *usque in tertium & quartam generationem prohibiti sunt introire in ecclesiam Domini.* At August. infra, constanter hab. *decimam :* nempe quærens, *quomodo intraverit Ruth quæ Moabitis fuit*, addit : *Computantur generationes ex Abraham, quando fuit & Lot, qui genuit Moabitas & Ammanitas ex filiabus : & inveniuntur cum ipso Abraham compleri decem generationes usque ad Salmon, qui genuit Booz, qui maritus secundus fuit Ruth*, &c. *ac per hoc*, inquit, *videtur post decimam generationem genus fecisse in ecclesia Domini pariendo filios ipsi Booz*, &c. Capitul. CVIII. sup. *Non intrabit fornicaria, nec Ammonites & Moabites in ecclesiam Domini.*

℣. 4. Concinunt ista omnia cum Græco.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ubi sup. quia conduxerunt adversùm te Balaam filium Beor de Mesopotamia, ut malediceret te:

VULGATA NOVA.

& quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Mesopotamia Syriæ, ut malediceret tibi: *Num. 22. 5. Jos. 24. 9.*

5. & noluit Dominus Deus tuus audire Balaam, vertitque maledictionem ejus in benedictionem tuam, eò quòd diligeret te.

Lucif. Cal. pro S. Athan. 221. a. 6. Non salutabis eos pacificè omnibus diebus vitæ tuæ usque in æternum.

6. Non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in sempiternum.

. Capit. CIX. sup. 7. Non abominabis Idumæum..... neque Ægyptium.....

7. Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est: nec Ægyptium, quia advena fuisti in terra ejus.

VULGATA NOVA.

8. Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt in ecclesiam Domini.

9. Quando egressus fueris adversùs hostes tuos in pugnam, custodies te ab omni re mala.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. l. 1. cont. Pelag. t. 4. 507. f. 10. Si fuerit in te vir, qui non sit mundus à nocturno fluxu, egredietur extra castra,

11. & non ingredietur medium castrorum; cùmque advenerit vespera, lavabit se aquâ: & post occubitum solis ingredietur medium eorum.

VULGATA NOVA.

10. Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra,

11. & non revertetur, priusquam ad vesperam lavetur aquâ: & post solis occasum regredietur in castra.

VULGATA NOVA.

12. Habebis locum extra castra, ad quem egrediaris ad requisita naturæ,

13. gerens paxillum in balteo: cùmque sederis, fodies per circuitum, & egesta humo operies

14. quo relevatus es (Dominus enim Deus tuus ambulat in medio castrorum, ut eruat te, & tradat tibi inimicos tuos) & sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquat te.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 36. in Deut. t. 3. 569. b. c. 15. Non trades puerum domino suo, qui appositus est tibi à domino suo:

16..... in vobis habitabit in omni loco, ubi placuerit ei.....

VULGATA NOVA.

15. Non trades servum domino suo, qui ad te confugerit:

16. habitabit tecum in loco, qui ei placuerit, & in una urbium tuarum requiescet: ne contristes eum.

Ibid. quæst. 37. Tertul. de pudic. 1004. a. 17. Non erit meretrix à filiabus Israël, & non erit fornicans à filiis Israël.

* Non erit vectigal pendens ex filiis Israël.....

17. Non erit meretrix de filiabus Israël, nec scortator de filiis Israël.

Aug. quæst. 38. in Deut. t. 3. 569. d. 18. Non offeres mercedem meretricis, neque commutationem canis, in domum Domini Dei tui, ad omne votum: quoniam abominatio Domino Deo tuo est & utrumque.

18. Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis, in domo Domini Dei tui, quidquid illud est quod voveris: quia abominatio est utrumque apud Dominum Deum tuum.

Ambr. l. de Tob. c. 14. t. 1. 607. d. e. 19. Non exiges à fratre tuo usuram pecuniæ, & usuram escarum, & usuram omnium rerum quascunque fœneraveris fratri tuo.

19. Non fœnerabis fratri tuo ad usuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem:

20. Si alienigenæ credideris, usuram exiges ab eo; à fratre autem tuo non exiges.....

20. sed alieno. Fratri autem tuo absque usura, id quo indiget, commodabis: ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tuo in terra, ad quam ingredieris possidendam.

S. Fulg. ep. 1. c. 5. 147. b. 21. Si autem voveris votum Domino Deo tuo, non tardabis reddere illud: quia exquirens

21. Cùm votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Domi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Gr. Οὐ προσαγορεύσεις εἰρηνικὰ αὐτοῖς, ϗ Συμφέροντα αὐτοῖς, πάσας τὰς ἡμέρας Ϛ εἰς τὸν αἰῶνα. *Non alloquêris pacifica eis, & utilia eis, omnes dies tuos in sæculum.*

℣. 7. Lege *abominaberis*, è Græco, βδελύξῃ.

℣. 10. Gr. Ἐὰν ᾖ ἐν σοὶ ἄνθρωπος, ὃς οὐκ ἔσαι καθαρὸς ἐκ ῥύσεως ἀυτῦ νυκτὸς, ϗ ἐξελεύσεται, &c. ut sup. In editt. Ald. & Compl. legitur ἔσι, non ἔσαι. Capitul. CX. supra: *Si fuerit homo immundus, exibit extra castra.*

℣. 11. Græc. Καὶ οὐκ εἰσελεύσεται εἰς τὴν παρεμβολήν· ϗ ἔσαι τὸ πρὸς ἑσπέραν νίψεται τὸ σῶμα ἀυτῦ ὕδατι, ϗ δειλυκότος ἡλίυ εἰσελεύσεται εἰς τὴν παρεμβολήν.

℣. 15. Ita Græcè ad verbum. Capitul. CXI. sup. *Non trades servum domino suo.* Vide sis Aug. sup.

℣. 16. Gr. Vatic. Μετὰ σῦ καθοικήσει, ἐν ὑμῖν καθοικήσει, ἧ ἂν ἀρέσῃ ἀυτῷ, &c. in Mss. verò Alex. & Ox. ac in edd. Ald. & Compl. ἐν παντὶ τῷ τόπῳ, ἧ ἂν ἀρέσῃ, &c. ut sup.

℣. 17. Ad verbum è Græco. Capitul. CXII. sup. *Non erit Israelites fornicaria.* Lucif. Calar. pro S. Athan. 221. b. *Non erit adultera ex filiabus Israël.*

* Sic etiam habet Hieronymus epist. ad Damasum, to. 4. part. 1. col. 150. f. excepta voce *filiis*, quam delet. In Græco verò sic: Οὐκ ἔσαι τελεσφόρος ἀπὸ θυγατέρων Ἰσραήλ· porro τελεσφόρος propriè, *ferens tributum.* Nobil. reddit, *teletas ferens.* Vide Not. ejusd. sicut Aug. l. 10. de civit. Dei, c. 9. & Hieron. in Ose. 4. ad hoc, *Et cum initiatis immolabant.* Hæc autem absunt ab edit. Compl. nec referuntur ab August. in Quæst.

℣. 18. Itidem Græcè, verbum è verbo. Nobilius non *commutationem* reddit, sed *communicationem*; at in Gr. ἀμαγμα. Apud Hieron. in Isai. 66. to. 3. 498. a. sic: *Non offeres mercedem meretricis, neque pretium canis in domo Dei tui.* Capitul. CXIII. sup. *Non inferes mercedem fornicariæ.*

℣. 19. Aptè ad Græcum, nisi quòd loco *omnium rerum*, &c. habetur, παντὸς πράγματος, ἧ ἐὰν ἐκδανείσῃς, absque seq. *fratri tuo*; in Ms. tamen Ox. subjicitur τῷ ἀδελφῷ Ϛ. Cypr. l. 3. Testim. 318. c. sic hab. *Non fœnerabis fratri tuo usura pecuniæ, & usura ciborum.* Similiter Ambros. in Ps. 36. to. 1. 805. e. *Non fœnerabis.* Gr. Οὐκ ἐκτοκιεῖς τῷ, &c. Capitul. CXIV. *Non exiges à fratre tuo usuram*, ut sup.

℣. 20. Rursus Ambros. ibid. c. 15. 608. d. *Fratri tuo non fœnerabis ad usuram, sed alienigenam exiges.* In Græco, Τῷ ἀλλοτρίῳ ἐκτοκιεῖς, τῷ δὲ ἀδελφῷ Ϛ οὐκ ἐκτοκιεῖς. Idem Ambros. paulò sup. ait scriptum esse: *Alienigenæ non fœnerabis.* Vide ibid.

℣. 21. Ad verbum è Græco, addita voce *tuus*, ad hanc, *Deus.* Similiter habet Cypr. l. 3. Testim. 315. b. præterseqq. *inquirens quæret illud Dominus Deus tuus à te*,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

nus Deus tuus: & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum.

22. Si nolueris polliceri, absque peccato eris.

23. Quod autem semel egressum est de labiis tuis, observabis, & facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus es.

24. Ingressus vineam proximi tui, comede uvas quantum tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum.

25. Si intraveris in segetem amici tui, franges spicas, & manu conteres: falce autem non metes.

VERSIO ANTIQUA.

exquiret Dominus Deus à te, & erit in te peccatum. *S. Fulg. ubi sup.*

22. Si autem nolueris vovere, non erit in te peccatum.

23. Quæ exeunt per labia tua, custodies, & facies quemadmodum voveris Deo tuo votum, quod locutus es ore tuo.

24. Si intraveris in vineam proximi tui..... *Capit. CXVI. sup.*

25. Si transieris per messem amici tui, colligens spicas, manu confricabis ad manducandum: falcem autem non mittas, (*vel*) falce non metas. *Capitul. Reg. Baluz. t. 2. p. 218. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& erit in peccatum. S. Valerian. hom. 4. Sirm. to. 1. 629. b. eadem refert quasi ex Salomone (Eccles. 5. 3.) *Si voveris votum Domino tuo, ne moram feceris reddere illud; quærens enim quæret illud Dominus tuus à te, & erunt in peccatum quæ egrediuntur per labia tua, nisi reddideris illud.* Denique Anon. ap. S. Paulin. ep. ad Celanc. to. 2. 20. a. *Quòd si voveris votum Domino Deo, non moreris reddere illud: quia quærens quærit illud Dominus Deus abs te, & erit tibi in peccatum.* Capitul. CXV. sup. *Si voveris votum Domino, non tardes reddere illud.*

℣. 22. In Græco similiter, uno excepto, ἔσιν, *est*, pro *erit*. Totus autem hic versus deest in Ms. Oxon. nec legitur apud Cypr. l. 3. Testim. 315. b.

℣. 23. Vix uno aut altero hîc differt Fulg. à Græco, ubi sic: ἤυξω Κυρίῳ τῷ Θεῷ δόμα, *vovisti Domino Deo donum*, loco *voveris Deo tuo votum*. In Ms. Ox. deest vox, Κυρίῳ· Cyprian. l. 3. Testim. p. 315. b. sic habet: *Ea quæ egredientur per labia tua, observabis, & facies donum, quod locutus es ore tuo.*

℣. 24. Itidem Græcè.

℣. 25. Capitul. CXVII. sup. *Si intraveris in segetem proximi tui.* Similiter habet Græc. & addit: Καὶ ζυλίξῃς ἐν ταῖς χερσί σου σάχυς, καὶ δρέπανον σὺ μὴ ἐπιβαλῇς ἐπ' ἀμητὸν τοῦ πλησίον σου. Nobilius vertit, *Et colliges in manibus tuis spicas, & falcem non immittes in segetem proximi tui.*

CAPUT XXIV.

VULGATA NOVA.

Mat. 5. 32. & 19. 7. Marc. 10. 4.

1. SI acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & non invenerit gratiam ante oculos ejus propter aliquam fœditatem: scribet libellum repudii, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua.

2. Cùmque egressa alterum maritum duxerit,

3. & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudii, & dimiserit de domo sua, vel certè mortuus fuerit:

4. non poterit prior maritus recipere eam in uxorem: quia polluta est, & abominabilis facta est coram Domino: ne peccare facias terram tuam, quam Dominus Deus tuus tradiderit tibi possidendam.

5. Cùm acceperit homo nuper uxorem, non procedet ad bellum, nec ei quippiam necessitatis injungetur publicæ, sed vacabit absque culpa domi suæ, ut uno anno lætetur cum uxore sua.

6. Non accipies loco pignoris inferiorem, & superiorem molam: quia animam suam opposuit tibi.

7. Si deprehensus fuerit homo sollicitans fratrem suum de filiis Israël, & vendito eo acceperit pretium, interficietur, & auferes malum de medio tui.

8. Observa diligenter ne incurras plagam le-

VERSIO ANTIQUA.

1. SI sumpserit quis uxorem, & habitaverit cum ea, & evenerit non invenire eam apud eum gratiam, eò quòd inventum sit in illa impudicum negotium: scribet libellum repudii, & dabit in manu ejus, & dimittet illam de domo sua: *Tertul. l. 4. adv. Marc. 726. c.*

2. & abiens fuerit viro alteri,

3. & oderit eam vir novissimus..... *Aug. Locut. 54. t. 3. 368. e.*

5. Si quis acceperit uxorem in recenti, non exiet ad bellum..... *Capit. CXIX. sup.*

6. Non pignerabis molam, neque superiorem lapidem molæ: quia animam ille pignerat. *Aug. Locut. 55. t. 3. 368. f.*

7. Si autem deprehendatur homo furans animam ex fratribus suis filiis Israël, & opprimens eum vendiderit, morietur fur ille, & auferetis malignum ex vobis ipsis. *Ibid. Locut. 56. Aug. quæst. 39. in Deut. t. 3. 569. f.*

8..... secundùm legem omnem quam jurave- *Ibid. quæst. 40. 570. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcè, Ἐὰν δέ τις λάβῃ γυναῖκα, καὶ ζυνοικήσῃ αὐτῇ, καὶ ἔσαι ἐὰν μὴ εὕρῃ χάριν ἐναντίον αὐτοῦ, ὅτι εὗρεν ἐν αὐτῇ ἄσχημον πρᾶγμα· καὶ γράψει αὐτῇ βιβλίον ἀποσασίου, καὶ δώσει εἰς τὰς χεῖρας αὐτῆς, καὶ ἐξαποσελεῖ, &c. ut sup. Capitul. CXVIII. sup. non male: *Si quis acceperit uxorem, & invenerit in ea rem turpem.* Gr. ἄσχημον πρᾶγμα.

℣℣. 2. 3. Eadem leguntur Græcè.

℣. 5. Ad verbum de Græco, nisi excipias hoc, *in recenti*, pro quo, προσφάτως, *nuper, recens.*

℣. 6. Similiter in Græco, in quo ἐπιμύλιον habetur, loco *superiorem lapidem molæ.* Item apud Ambr. l. de Tob. t. 17. 611. a. *Non pignerabis molam, neque lapidem sup. molæ: quoniam hic pignerat.* Capitul. CXX. sup. *Non pignerabis molam.*

℣. 7. Ita Græcè, uno excepto, ἐξαρεῖς, *auferes*, pro *auferetis*; Ms. tamen Alex. habet, ἐξαρεῖτε, cum Ald. ed. Addit Aug. ibid. *Assiduè hoc dicit Scriptura, cùm jubet occidi malos; qua locutione usus est etiam Apostolus, cùm diceret* (1. Cor. 5. 13.) Auferte malum ex vobis ipsis: *nam Græcus habet*, τὸν πονηρὸν, *quod etiam hic scriptum est: hoc autem potiùs* malignum *solet interpretari, quàm* malum. *Nec ait* τὸ πονηρὸν, *id est*, hoc malignum, *sed* τὸν πονηρὸν, *quod est*, hunc malignum. Variant tamen hîc Mss. sicut & supra; quidam enim ferunt τὸν, uti nunc habent Vatic. & Alex. editt. verò Ald. & Compl. τό.

℣. 8. In Græco primùm: Φυλάξῃ σφόδρα ποιεῖν, deinde

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
rint vobis sacerdotes Levitæ.....	præ, sed facies quæcunque docuerint te sacerdotes Levitici generis, juxta id quod præcepi eis, & imple sollicitè.
Capitul. CXXII. 9. In mente habe quæ fecerit Dominus Mariæ.....	9. Mementote quæ fecerit Dominus Deus vester Mariæ in via, cùm egrederemini de Ægypto. *Num.* 12. 10.
Aug. quæst. 41. *in Deut. t.* 3. 570. *b.* 6. 10. Si debitum fuerit in proximo tuo, debitum quodcunque, non intrabis in domum ejus pignerare pignus:	10. Cùm repetes à proximo tuo rem aliquam quam debet tibi, non ingredieris domum ejus, ut pignus auferas:
11. foris stabis, & homo apud quem debitum tuum est, proferet tibi pignus foras:	11. sed stabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit: *Exod.* 22. 26.
12. si autem homo eget, non dormies in pignore ejus,	12. sin autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus,
13. redditione reddes ei vestimentum suum circa occasum solis: & dormiet in vestimento suo, & benedicet te, & tibi erit misericordia coram Domino Deo tuo.	13. sed statim reddes ei ante solis occasum: ut dormiens in vestimento suo, benedicat tibi, & habeas justitiam coram Domino Deo tuo.
Julian. Pelag. ap. Aug. l. 3. *op. imp. t.* 10. 1056. *f.* 1057. 6. 14. Non fraudabis mercedem pauperis, & egentis ex fratribus tuis, aut ex proselytis, qui sunt in civitatibus tuis:	14. Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, sive advenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est: *Lev.* 19. 13. *Tob.* 4. 15.
15. quotidianam reddes mercedem illius; non occidat sol super eam, quia pauper est, & in ea habet spem: & non proclamabit contra te ad Dominum, & erit in te peccatum.	15. sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam: ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum.
16. Non morientur patres pro filiis, & filii non morientur pro patribus, unusquisque in peccato suo morietur.	16. Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus, sed unusquisque pro peccato suo morietur. *4. Reg.* 14. 6. *2. Par.* 25. 4. *Ezec.* 18. 20.
17. Non declinabis judicium proselyti, & orphani, & viduæ, non accipies pignus vestimentum viduæ.	17. Non pervertes judicium advenæ & pupilli, nec auferes pignoris loco viduæ vestimentum.
18..... quia famulus eras in terra Ægypti, & liberavit te Dominus Deus tuus inde. Propter hoc ego tibi præcipio facere verbum hoc.	18. Memento quòd servieris in Ægypto, & eruerit te Dominus Deus tuus inde. Idcirco præcipio tibi ut facias hanc rem.
Aust. l. de vit. chr. append. t. 6. *Aug.* 187. *d.* 19. Si autem messus fueris messem in agro tuo, & obliviscerisque manuam, non revertêris accipere illam: proselyto, & orphano, & viduæ erit, ut benedicat te Deus in operibus manuum tuarum.	19. Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non revertêris ut tollas illum: sed advenam, & pupillum, & viduam auferre patieris, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum.
Capitul. CXXIX. 20. Si leges olivam.....	20. Si fruges collegeris olivarum, quidquid remanserit in arboribus, non revertêris ut colligas: sed relinques advenæ, pupillo, ac viduæ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ut in Lat. sup. præter verbum, ἀναγγείλωσιν, *annuntiaverint*, pro *juraverint*.

℣. 9. Gr. Μνήσθητι ὅσα ἐποίησε Κύριος ὁ Θεός σου τῇ Μαριάμ, &c.

℣. 10. Similiter habet iterum August. Locut. 57. 368. g. unà cum Græco. Cod. Vat. addit αὐτοῦ, ad *pignus*; delent verò Alex. & Oxon. cum editt. Ald. & Compl. Ambros. l. de Tob. c. 17. & 20. to. 1. 610. f. 615. b. legit: *Si fuerit tibi debitum à proximo tuo quodcunque, non introibis in domum ipsius pignerare pignus*; in Mss. Oxon. non geminatur pariter ὀφείλημα. Capitul. CXXIII. supra: *Debitorem non pignorabis per vim.*

℣. 11. Aptè ad Græcum, nisi quòd pro eo quod est, *apud quem debitum tuum est*, legitur, ᾧ τὸ δάνειόν σου ἐστὶν ἐν αὐτῷ, *cujus fœnus tuum est in ipso*. Ambros. l. de Tob. c. 17. to. 1. 610. f. ut supra: *sed foris stabis, & homo apud quem est debitum tuum, proferet tibi foris pignus.* Ita rursum c. 20. col. 615. b. ab hoc, & *homo.*

℣. 12. Ambros. l. de Tob. c. 17. & 20. to. 1. 610. f. & 615. b. *Si autem homo ille pauper fuerit, non dormies in pignore ipsius.* Gr. πένηται, *egeat*, reliqua ut in Lat. Capitul CXXIV. supra: *In pignore pauperis non dormies.* Tertul. l. 4. adversus Marc. 711. b. *Non dormies super pignus ejus.*

℣. 13. Ita in Græco, præter istud, τὸ ἐνέχυρον αὐτοῦ πρὸς, *pignus ejus ad*, loco *ei vestimentum suum circa*: at in Mss. Alex. & al. legitur, τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ περὶ δυσμάς. Similiter habet Tertul. l. 4. adv. Marc. 711. b. *Redditione reddes illi pallium circa solis occasum: & dormiet in pallio suo.* Item Hieron. leg. *vestimentum.* Verùm Ambros. l. de Tob. c. 17. & 20. 610. f. 615. b. cum Ms. Vatic. *Sed redditione reddes ei pignus ipsius ad occasum solis: & dormiet in vestimento suo, & benedicet te, & erit in te misericordia coram Domino Deo tuo.* Ita etiam lib. vet. hab. cum Jo. Damas. ἐνέχυρον, non ἱμάτιον: Ms. autem Oxon. cum editt. Ald. & Compl. περὶ δυσμάς, non πρός.

℣. 14. Vix melius de Græco: pro ἀποστερήσεις tamen, quod habet cod. Vat. in Alex. ac editt. Ald. & Compl. legitur ἀποστερήσεις. Apud Ambr. ep. 19. 843. b. sic: *Non fraudabis mercenarium mercede sua.*

℣. 15. Ita Græcè, præter unum aut alterum, scilicet, loco *quotidianam*, habetur αὐτημερόν, *ipsa die*, vel *diurnam*; item ἐπιδύσεται, *occidet*, pro *occidat*, tolliturque *non* ante *proclamabit*; in Mss. tamen Alex. & Oxon. nec non in editt. Ald. & Compl. legitur ut sup. ᾧ ἐὰν καταβοήσεται. Capitul. CXXIV. sup. *Mercedem laboranti ne tardè reddideris.*

℣. 16. Ita legit Aug. ipse, q. 42. in Deut. 670. e. verbum è verbo: sic etiam habetur Græcè. Hieron. in Isai. 65. to. 3. 484. a. sic leg. *Non morientur filii propter peccata patrum, sed unusquisque in suo peccato morietur.* Gr. ἐν τῇ ἑαυτοῦ ἁμαρτίᾳ. Capitul. CXXV. sup. *Non morientur patres pro filiis.*

℣. 17. Sic etiam habet August. quæst. 43. in Deut. col. 571. b. præter duo, *advenæ*, loco *proselyti*, & *pignerabis*, pro *accipies pignus.* Gr. ἀφαιρήσῃ..... ἐνεχυράσεις. Ambr. de Tob. c. 17. 611. a. *Non accipies pignus vestimenti viduæ.* Capitul. CXXVI. sup. *Non declinabis judicium advenæ, & orphani, & viduæ*; item CXXVII. *Non pignorabis viduam.*

℣. 18. Gr. ipso initio habet, Καὶ μνησθήσῃ, *Et recordaberis*, paulòque post ita, ἐλυτρώσατό σε, *redemit te*, pro *liberavit te*; reliqua ad verbum, ni excipias vocem Αἰγύπτῳ, loco *Ægypti*; at in edit. Compl. hîc & inf. ℣. 21. & 22. Αἰγύπτου.

℣. 19. Gr. Ἐὰν δὲ ἀμήσῃς..... ᾧ ἐπιλάθῃ δράγμα ἐν τῷ ἀγρῷ σου, οὐκ, &c. ut in Lat. nisi quòd pro *Deus*, habetur Κύριος ὁ Θεός σου, deinde ἐν πᾶσι τοῖς, &c. Capit. CXXVIII. sup. *Si fecaveris segetem.* Aug. q. 44. in Deut. col. 571. f. *Admonet*, inquit, *ut in messe oblitum manipulum nemo colligat; & olivam, vel uvam relictam nemo repetat diligentiùs neglecta colligere; & dicit egentibus dimittenda.*

℣. 20. Gr. Ἐὰν δὲ ἐλαιολογῇς, οὐκ ἐπαναστρέψεις καλαμήσαι τὰ ὀπίσω σου, &c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

21. Si vindemiaveris vineam tuam, non colliges remanentes racemos, sed cedent in usus advenæ, pupilli, ac viduæ.

22. Memento quòd & tu servieris in Ægypto, & idcirco præcipio tibi ut facias hanc rem.

VERSIO ANTIQUA.

21. Si vindemiabis vineam..... *Capitul. CXXX.*

22. Et memor eris quia famulus eras in terra Ægypti, ego ideo præcipio tibi verbum hoc. *Auct. l. de vit. chr. ap. Aug. t. 6. 187. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 21. Gr. Ἐὰν δὲ τρυγήσῃς τὸν ἀμπελῶνά σου, οὐκ ἐπαπορυγήσεις αὐτὸν τὰ ὀπίσω σου, &c. διὰ τοῦτο ἐγώ σοι ἐντέλλομαι ποιεῖν τὸ, &c. ut supra. In Mſ. Alex. deeſt ποιεῖν.

℣. 22. Gr. Καὶ μνησθήσῃ ὅτι οἰκέτης ἦσθα ἐν γῇ Αἰγύπτῳ,

CAPUT XXV.

VULGATA NOVA.

1. SI fuerit causa inter aliquos, & interpellaverint judices: quem justum esse perspexerint, illi justitiæ palmam dabunt: quem impium, condemnabunt impietatis.

2. Sin autem eum qui peccavit, dignum viderint plagis: prosternent, & coram se facient verberari. Pro mensura peccati erit & plagarum modus:

2. Cor. 11. 24. 3. ita duntaxat, ut quadragenarium numerum non excedant: ne fœdè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus.

1. Cor. 9. 9. 1. Tim. 5. 18.

4. Non ligabis os bovis terentis in area fruges tuas.

Mat. 22. 24. Marc. 12. 19. Luc. 20. 28.

5. Quando habitaverint fratres simul, & unus ex eis absque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri: sed accipiet eam frater ejus, & suscitabit semen fratris sui:

6. & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, ut non deleatur nomen ejus ex Israël.

7. Sin autem noluerit accipere uxorem fratris sui, quæ ei lege debetur, perget mulier ad portam civitatis, & interpellabit majores natu, dicetque: Non vult frater viri mei suscitare nomen fratris sui in Israël: nec me in conjugem sumere. *Ruth, 4. 5.*

VERSIO ANTIQUA.

1. SI autem fuerit altercatio inter homines, & accesserint ad judicium, & judicaverint, & justificaverint justum, & reprehenderint impium: *Aug. quæst. 45. in Deut. t. 3. 572. a. b.*

2. & erit, si dignus fuerit plagis, qui impiè agit: constitues eum in conspectu judicum, & flagellabunt eum ante se secundùm impietatem ejus:

3. numero quadraginta flagellabunt eum; non apponent: si autem apposuerint flagellare eum super has plagas, plures, deturpabitur frater tuus coram te.

4. Non infrenabis bovem triturantem. *Capitul. CXXXII. sup.*

5. Si autem habitaverint fratres in unum, & mortuus fuerit unus ex eis, semen autem non fuerit ei, non erit uxor defuncti foris non appropianti: frater viri ejus intrabit ad eam, & accipiet eam sibi uxorem, & cohabitabit ei: *Aug. quæst. 46. in Deut. t. 3. 572. d.*

6. & erit, infans quicunque natus fuerit, constituetur ex defuncti nomine, & non delebitur nomen ejus ex Israël.

7. Si autem noluerit homo accipere uxorem fratris sui, & ascendet mulier in porta ad senatum, & dicet: Non vult frater viri mei suscitare nomen fratris sui in Israël: noluit frater viri mei. *Aug. Locut. 58. t. 3. 368. g.*

VULGATA NOVA.

8. Statimque accersiri eum facient, & interrogabunt. Si responderit: Nolo eam uxorem accipere:

9. accedet mulier ad eum coram senioribus, & tollet calceamentum de pede ejus, spuetque in faciem illius, & dicet: Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui.

10. Et vocabitur nomen illius in Israël, Domus discalceati.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Eadem prorsus in Græco, ni excipias verbum, καταγνῶσι, pro *reprehenderint*, mel. *damnaverint*.

℣. 2. Similiter in Græco. Ad hæc Aug. ibid. *Est*, inquit, *levis impietas, quæ verbere digna est; & est gravior, quæ morte digna est..... ita enim locutos esse LXX. Interpretes constat, ut etiam illius, qui plagis dignus est, impietatem vocaverint.*

℣. 3. Gr. ipso initio habet Καὶ, exinde προσθῇς, *apposueris*, loco *apposuerint*, absque *eum*, post *flagellare*; cætera ut in Lat. Imo in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. legitur προσθῶσι, in Mſ. Oxon. προσθήσουσι. Item constanter ἀϊχμενήσει, pro *deturpabitur*, ad verbum, *indecorè aget*. Capitul. CXXXI. sup. *Si judicaveris impium, dabis ei quadraginta flagellos.*

℣. 4. Tertul. l. 5. adverſ. Marc. 789. b. *Bovi terenti os non obligabis*; item l. 4. 718. b. *Bovi terenti os non colligabis*. Ambroſ. ep. 74. to. 2. col. 1083. b. *Bovi trituranti os non alligabis*. Hieron. in ep. ad Gal. l. 2. to. 4. 285. f. *Non infrenabis os bovi trituranti*. Similiter Aug. in Pſ. 8. & 103. to. 4. 44. c. 1156. c. inverſo ordine: *Bovi trituranti os non infrenabis*. Gr. Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα. Vid. 1. Cor. 9. 9.

℣. 5. Totidem verba in Græco, excepto uno ἀνδρὶ, *viro*, addito poſt *foris*. Iiſdem reſpondent quæ Hilar. dicit in Matth. col. 610. c. 611. a. *Hæc in Lege ratio ſervata eſt, ut ſi mortuus ſine filiis familiæ princeps fuiſſet, defuncti uxorem poſteriùs frater ejuſdem cognationis acciperet, ſuſceptoſque filios in familiam ejus qui mortuus eſſet, referret, maneretque ita in primogenitis ſucceſſionis ordo, cùm patres eorum qui poſt nati eſſent, aut nomine haberentur aut genere.* Similiter Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. 913. b. *Sanè*, inquit, *tenebatur ex Lege, ut fratri proprii conjugis copularetur, ſi ſemen nullum maritus ei reliquiſſet: quod vinculum magis nectebat interpretatio litteræ quam gratia ſpiritualis.* Rurſus Aug. in Pſ. 44. col. 393. g. *Si mortuus fuerit frater, accipiat uxorem ejus frater ejus, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo.* Capitul. CXXXIII. ſup. *Si mortuus fuerit quis habens uxorem ſine filiis, accipiet eam frater ejus.*

℣. 6. Optimè è Græco: mox Aug. ibid. *Ex hoc videtur dictum, ut ille qui naſcitur, hoc nomine appelletur, quo appellabatur defunctus, cui quodam modo propagatur.* Vide plura ſis.

℣. 7. Cuncta iſta concordant cum Græco. Eò etiam ſpectant quæ Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. 913. b. dicit: *Habebat in voluntate frater defuncti, ut ſi nollet, non acciperet fratris uxorem ad ſemen defuncti reſuſcitandum; unde calciamentum ſuum ſolvere jubebatur, ut eſſet à nexu copulæ ejus exutus.* Gr. inf. ℣. 9. Καὶ ὑπολύσει τὸ ὑπόδημα αὐτοῦ τοὺς ἐν ἀπὸ τοῦ ποδὸς αὐτοῦ. Capitul. CXXXIV. *Si noluerit homo accipere uxorem fratris ſui.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Capitul. cxxxv. sup. 11. Si rixaverint duo homines in se.....

VULGATA NOVA.

11. Si habuerint inter se jurgium viri duo, & unus contra alterum rixari cœperit, volensque uxor alterius eruere virum suum de manu fortioris, miseritque manum, & apprehenderit verenda ejus:

12. abscides manum illius, nec flectêris super eam ullâ misericordiâ.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 185. c. 13. Non erit in sacco tuo pondus & pondus, majus aut minus:

14. non erit in domo tua mensura & mensura, major & minor:

15. pondus verum & justum erit tibi, & mensura vera & justa erit tibi: ut multorum dierum sis, & bene tibi sit super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in sortem:

16. quoniam abominabilis est Domino Deo tuo omnis qui facit hæc, omnis qui facit iniqua.

Capitul. cxxxvii. 17. In mente habe quanta tibi fecerit Amalec.....

VULGATA NOVA.

13. Non habebis in sacculo diversa pondera, majus & minus:

14. nec erit in domo tua modius major & minor:

15. pondus habebis justum & verum, & modius æqualis & verus erit tibi: ut multo vivas tempore super terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi:

16. abominatur enim Dominus Deus tuus eum qui facit hæc, & aversatur omnem injustitiam.

17. Memento quæ fecerit tibi Amalec in via, quando egrediebaris ex Ægypto: *Exod.* 17. 8.

VULGATA NOVA.

18. quomodo occurrerit tibi: & extremos agminis tui, qui lassi residebant, ceciderit, quando tu eras fame & labore confectus, & non timuerit Deum.

19. Cùm ergo Dominus Deus tuus dederit tibi requiem, & subjecerit cunctas per circuitum nationes, in terra quam tibi pollicitus est: delebis nomen ejus sub cœlo. Cave ne obliviscaris.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. Gr. Ἐὰν δὲ μάχωνται ἄνθρωποι ἐπὶ τὸ αὐτὸ, &c. Mss. Alex. ἄνθρωποι δύο, Ald. & Compl. δύο ἄνθρωποι.

℣. 13. Similiter in Græco, exceptis his, μαρσίππῳ, *marsupio*, pro *sacco*; & in fine, μέγα ἢ μικρόν, *magnum aut parvum*. Ms. Flor. n. 10. hab. *Non erit in domo tua pondus grande aut pusillum*. Capitul. CXXXVI. sup. *Non erit tibi pondus iniquum, & mensuræ duplices.*

℣. 14. Ms. Floriac. *Et non erit in domo tua mensura grandis aut pusilla.* Gr. Οὐκ ἔσται ἐν τῇ οἰκίᾳ σου μέτρον ᾧ μέτρον, μέγα ἢ μικρόν.

℣. 15. Ad verbum è Græco, præter hoc, & *bene tibi sit*, quod abest. In Ms. tamen Oxon. additur, καὶ εὖ σοι ἔσται ἐπὶ τῆς γῆς, &c. ut sup. Item constanter δίδωσι..... ἐν κλήρῳ, *dat in sorte*, pro *dabit*, &c. In Ms. Floriac. ita: *Pondus verum & justum erit tibi, ut multorum dierum sis super terram, quam Dominus Deus dabit tibi in sortem.*

℣. 16. In Græco, Ὅτι βδέλυγμα Κυρίῳ..... σου, πᾶς ποιῶν ταῦτα, πᾶς ποιῶν ἄδικον. *Quia abominatio Domino..... tuo omnis faciens hæc, omnis faciens injustum.* Ms. Floriac. *Quia abominatus est Domino omnis qui facit ista.*

℣. 17. Gr. Μνήσθητι ὅσα ἐποίησέ σοι Ἀμαλήκ, &c.

CAPUT XXVI.

VERSIO ANTIQUA.

Capit. cxxxviii. 1..... cùm introieritis in terram, quam Dominus Deus dabit vobis.....

VULGATA NOVA.

1. CUmque intraveris terram, quam Dominus Deus tuus tibi daturus est possidendam, & obtinueris eam, atque habitaveris in ea:

VULGATA NOVA.

2. tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo, pergesque ad locum, quem Dominus Deus tuus elegerit, ut ibi invocetur nomen ejus:

3. accedesque ad sacerdotem, qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum: Profiteor hodie coram Domino Deo tuo, quòd ingressus sum in terram, pro qua juravit patribus nostris, ut daret eam nobis.

4. Suscipiensque sacerdos cartallum de manu tua, ponet ante altare Domini Dei tui:

5. & loquêris in conspectu Domini Dei tui: Syrus persequebatur patrem meum, qui descendit in Ægyptum, & ibi peregrinatus est in pauciissimo numero: crevitque in gentem magnam ac robustam & infinitæ multitudinis.

6. Afflixeruntque nos Ægyptii, & persecuti sunt imponentes onera gravissima:

7. & clamavimus ad Dominum Deum patrum nostrorum: qui exaudivit nos, & respexit humilitatem nostram, & laborem, atque angustiam:

8. & eduxit nos de Ægypto in manu forti, & brachio extento, in ingenti pavore, in signis atque portentis:

9. & introduxit ad locum istum, & tradidit nobis terram lacte & melle manantem.

10. Et idcirco nunc offero primitias frugum terræ, quam Dominus dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu Domini Dei tui, & adorato Domino Deo tuo.

11. Et epulaberis in omnibus bonis, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi, & domui tuæ, tu & Levites, & advena qui tecum est.

12. Quando compleveris decimam cunctarum frugum tuarum, anno decimarum tertio, dabis Levitæ, & advenæ, & pupillo, & viduæ, ut comedant intra portas tuas, & saturentur:

13. loquêrisque in conspectu Domini Dei tui: Abstuli quod sanctificatum est de domo mea, & dedi illud Levitæ & advenæ, & pupillo ac viduæ, sicut jussisti mihi: non præterivi mandata tua, nec sum oblitus imperii tui. *Sup.* 14. 29.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

14. Non comedi ex eis in luctu meo, nec separavi ea in qualibet immunditia, nec expendi ex his quidquam in re funebri. Obedivi voci Domini Dei mei, & feci omnia sicut præcepisti mihi. 14..... non dedi ex eis mortuo..... *Aug. qu.* 47. *in Deut. t.* 3. 574. *a.*

15. Respice de sanctuario tuo, & de excelso cœ- *Isa.* 63. 15. *Baruc.* 2. 16.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. Καὶ ἔσται, ἐὰν εἰσέλθῃς..... Θεὸς σου δίδωσί σοι, *Et erit, si introieris..... Deus tuus dat tibi.*

℣. 14. Gr. ἀπ' αὐτῶν, *ab eis*, &c. ut sup.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

lorum habitaculo, & benedic populo tuo Iſraël, & terræ quam dediſti nobis, ſicut juraſti patribus noſtris, terræ lacte & melle mananti.

16. Hodie Dominus Deus tuus præcepit tibi ut facias mandata hæc atque judicia: & cuſtodias & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua.

17. Dominum elegiſti hodie, ut ſit tibi Deus, & ambules in viis ejus, & cuſtodias cæremonias illius, & mandata atque judicia, & obedias ejus imperio:

18. & Dominus elegit te hodie, ut ſis ei populus peculiaris, ſicut locutus eſt tibi, & cuſtodias omnia præcepta illius: *Sup. 7. 6.*

19. & faciat te excelſiorem cunctis gentibus quas creavit, in laudem, & nomen, & gloriam ſuam: ut ſis populus ſanctus Domini Dei tui, ſicut locutus eſt.

CAPUT XXVII.

VULGATA NOVA.

1. PRæcepit autem Moyſes & ſeniores Iſraël populo, dicentes: Cuſtodite omne mandatum quod præcipio vobis hodie.

2. Cùmque tranſieritis Jordanem in terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, eriges ingentes lapides, & calce lævigabis eos,

3. ut poſſis in eis ſcribere omnia verba legis hujus, Jordane tranſmiſſo: ut introeas terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, terram lacte & melle manantem, ſicut juravit patribus tuis.

VERSIO ANTIQUA.

2. Et erit quacunque die tranſgreſſi fueritis Jordanis terram, quam Dominus Deus tuus dabit, ſtatues lapides grandes, & linies eos pulvere, *Heſyc. l. 4. in Lev. 112. d.*

3. & ſcribes ſuper lapidem omnes ſermones legis hujus.....

VULGATA NOVA.

4. Quando ergo tranſieritis Jordanem, erigite lapides, quos ego hodie præcipio vobis, in monte Hebal, & lævigabis eos calce:

Exod. 20. 25. Joſ. 8. 31. 5. & ædificabis ibi altare Domino Deo tuo, de lapidibus quos ferrum non tetigit,

6. & de ſaxis informibus & impolitis: & offeres ſuper eo holocauſta Domino Deo tuo,

7. & immolabis hoſtias pacificas, comedeſque ibi, & epulaberis coram Domino Deo tuo.

VULGATA NOVA.

8. Et ſcribes ſuper lapides omnia verba legis hujus planè & lucidè.

VERSIO ANTIQUA.

8. Et ſcribes ſuper lapidem omnem legem hanc manifeſtè nimis. *Cypr. l. 2. Teſtim. p. 291. c.*

VULGATA NOVA.

9. Dixeruntque Moyſes & ſacerdotes Levitici generis ad omnem Iſraëlem: Attende, & audi Iſraël: hodie factus es populus Domini Dei tui:

10. audies vocem ejus, & facies mandata atque juſtitias, quas ego præcipio tibi.

11. Præcepitque Moyſes populo in die illo, dicens:

VULGATA NOVA.

12. Hi ſtabunt ad benedicendum populo ſuper montem Garizim, Jordane tranſmiſſo: Simeon, Levi, Judas, Iſſachar, Joſeph, & Benjamin.

VERSIO ANTIQUA.

12. Hi ſtabunt benedicere plebem..... *Capitul. cxli*

VULGATA NOVA.

13. Et è regione iſti ſtabunt ad maledicendum in monte Hebal: Ruben, Gad, & Aſer, & Zabulon, Dan, & Nephthali.

14. Et pronuntiabunt Levitæ, dicentque ad omnes viros Iſraël excelſa voce: *Dan. 9. 11.*

VULGATA NOVA.

15. Maledictus homo qui facit ſculptile & conflatile, abominationem Domini, opus manuum artificum, ponetque illud in abſcondito: & reſpondebit omnis populus, & dicet: Amen.

16. Maledictus qui non honorat patrem ſuum & matrem: & dicet omnis populus: Amen.

17. Maledictus qui transfert terminos proximi ſui: & dicet omnis populus: Amen.

18. Maledictus qui errare facit cæcum in itinere: & dicet omnis populus: Amen.

VERSIO ANTIQUA.

15. Maledictus homo qui fecerit ſculptile aut fuſile, aſpernamentum Domino, opus manuum artificis, & collocaverit illud in abſcondito..... *Tertul. adv. Gnoſt. 825. c.*

16. Maledictus qui non honorat patrem..... *Ambr. in Luc. 12. t. 1. 1443. b.*

17. Maledictus qui transfert terminos proximi..... *Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 185. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Gr. Καὶ ἔσαι ἧ ἂν ἡμέρᾳ διαβῆτε τὸν Ἰορδάνην εἰς τὴν γῆν, ἣν Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι, ᾗ σήσεις ξεαυτῷ λίθες μεγάλας, ᾗ κονιάσεις αὐτὰς κονίᾳ.

℣. 3. Ita in Græco, præter hoc, ἐπὶ τῶν λίθων τούτων, *ſuper lapides iſtos*, loco *ſuper lapidem*.

℣. 8. Ita Græcè, excepta voce λίθων, *lapides*, loco *lapidem*. Heſych. l. 4. in Levit. col. 112. d. legit: *Et ſcribes ſuper lapides omnem legem hanc aptè nimis*. Jul. Firm. l. de error. falſ. Relig. col. 172. g. *Et ſcribes ſuper lapidem omnem legem hanc.*

℣. 12. Itidem Græcè. Capitul. addit, & *hi maledicere:* quod reſpondet verſui 13.

℣. 15. Similia Græcum habet, exceptis his: ὅστις ποιήσει *quiſquis faciet*, pro *qui fecerit*; ſubinde ᾗ, pro *aut*, & βδέλυγμα, *abominationem*, loco *aſpernamentum*: demum, τεχνίτων, *artificum*; at in Mſs. Alex. & Oxon. ac in edd. Ald. & Compl. τεχνίτε, ut ſupra. Hieron. in Abac. 2. to. 3. col. 1615. c. legit: *Maledictus omnis qui fecerit ſculptile & conflatile, opus manuum artificis, & poſuerit illud in abſcondito.*

℣℣. 16. 17. Eadem ſunt in Græco.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi sup. 19. Maledictus quicunque declinaverit judicium advenæ, orphani, & viduæ.....

Aug. Locut. 59. t. 3. 369. a. 21. Maledictus omnis qui dormierit cum omni pecore.....

Siric. epist. 10. t. 1. p. 694. b. 23. Maledictus qui cum uxoris suæ sorore dormierit.....

VULGATA NOVA.

19. Maledictus qui pervertit judicium advenæ, pupilli, & viduæ: & dicet omnis populus; Amen.

20. Maledictus qui dormit cum uxore patris sui, & revelat operimentum lectuli ejus: & dicet omnis populus: Amen.

21. Maledictus qui dormit cum omni jumento: & dicet omnis populus: Amen.

22. Maledictus qui dormit cum sorore sua, filia patris sui, vel matris suæ: & dicet omnis populus: Amen.

23. Maledictus qui dormit cum socru sua: & dicet omnis populus: Amen.

VULGATA NOVA.

24. Maledictus qui clam percusserit proximum suum: & dicet omnis populus: Amen.

25. Maledictus qui accipit munera, ut percutiat animam sanguinis innocentis: & dicet omnis populus; Amen.

VERSIO ANTIQUA.

Hier. l. 2. in ep. ad Gal. t. 4. p. 2. 255. f. 26. Maledictus omnis homo qui non permanserit in omnibus sermonibus legis hujus, ut faciat illos: & dicet omnis populus: Fiat.

VULGATA NOVA.

26. Maledictus qui non permanet in sermonibus legis hujus, nec eos opere perficit: & dicet omnis populus: Amen.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 19. Græcè additur καί, post vocem *advenæ*; cætera quadrant.

℣. 21. Deest *omnis*, in Græco, & pro *dormierit*, legitur ὁ κοιμώμενος.

℣. 23. Sic est in Græco, mutato tantùm vocum ordine: Ἐπικατάρατος ὁ κοιμώμενος μετὰ τῆς ἀδελφῆς τῆς γυναικὸς αὐτοῦ. Conc. Aurelian. III. Concil. to. 5. p. 298. *Maledictus qui dormit cum uxore patris sui, cum privigna vel uxoris suæ sorore.*

℣. 26. Hieronymus ibid. *Inveni*, inquit, *in Deuteronomio hoc ipsum apud LXX. Interpretes ita positum.* Ita quoque apud ipsos nunc legimus, nisi excipias verbum ἐμμένει, loco *permanserit*; exinde Hieron. comparatis lectionibus Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis cum versione LXX. sic pergit: *Incertum habemus utrùm LXX. Interpretes addiderint*, omnis homo, & in omnibus, *an in veteri Hebraïco ita fuerit, & postea à Judæis deletum sit. In hanc me autem suspicionem illa res stimulat, quòd verbum* omnis, & in omnibus, *quasi sensui suo necessarium, ad probandum illud, quòd* quicunque ex operibus legis sunt, sub maledicto sint, *Apostolus* (Gal. 3. 10.) *vir Hebræa peritiæ, & in lege doctissimus, nunquam protulisset, nisi in Hebræis voluminibus haberetur. Quam ob causam Samaritanorum Hebræa volumina relegens, inveni* Chol, *quod interpretatur* omnis, *sive* omnibus, *scriptum esse, & cum LXX. Interpretibus concordare. Frustra igitur illud tulerunt Judæi, ne viderentur esse sub maledicto, si non possent omnia complere, quæ scripta sunt; cùm antiquiores alterius quoque gentis litteræ id positum fuisse testentur.* Ambrosiast. etiam in Rom. 11. 7. legit: *Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat eam* (Mſ. Corb. *ea.*) Itidem apud Auct. quæst. ex utroque T. p. 2. q. 5. p. 157. f. cum ultima voce, *ea.* Philastr. Brix. l. de hæres. p. 726. e. *Maledictus omnis qui in legitimis non permanserit libri hujus.* Vigil. Tapsi. l. 6. de Trin. *Maledictus omnis qui non obaudierit verba libri hujus, ut faciat ea in corde suo.* In Græco pro *dicet*, legitur ἐρεῖ, *dicent.*

CAPUT XXVIII.

VULGATA NOVA.

1. SI autem audieris vocem Domini Dei tui, ut facias atque custodias omnia mandata ejus, quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus, quæ versantur in terra.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. cont. Adim. seu. Adim. ipse, t. 8. 140. e. 2..... si autè audieris vocem Domini Dei tui.

3. Benedictus es in agro tuo, benedictus es in prato tuo.

4. Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, & generationes jumentorum tuorum, & armentum boum tuorum, & grex ovium tuarum.

Hier. in Ezech. 28. t. 3. 898. d. Adim. sup. 5. Benedictæ apothecæ tuæ, & reliquiæ tuæ.

6. Benedictus es in introitu tuo & egressu.

VULGATA NOVA.

2. Venientque super te universæ benedictiones istæ, & apprehendent te: si tamen præcepta ejus audieris.

3. Benedictus tu in civitate, & benedictus in agro.

4. Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, fructusque jumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, & caulæ ovium tuarum.

5. Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ.

6. Benedictus eris tu ingrediens & egrediens.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Capitul. CXLII. sup. *Si custodieritis præcepta Domini, venient super vos benedictiones omnes.* Gr. Καὶ ἥξουσιν ἐπί σε πᾶσαι αἱ εὐλογίαι αὗται, καὶ εὑρήσουσί σε· ἐὰν ἀκοῇ ἀκούσῃς, &c. ut in textu.

℣. 3. Hieron. in Ezech. 45. to. 3. col. 1041. a. *Benedictus tu in civitate, & benedictus tu in agro.* Ita quoque in Græco.

℣. 4. Græcè: Εὐλογημένα τὰ ἔκγονα τῆς κοιλίας σου, καὶ τὰ γεννήματα τῆς γῆς σου, καὶ τὰ βουκόλια τῶν βοῶν σου, καὶ τὰ ποίμνια τῶν προβάτων σου. Absunt autem hæc: & *generationes jumentorum tuorum.* Hieron. in Ezech. 45. to. 3. col. 1041. a. sic legit: *Benedicti filii uteri tui, & genimina terræ tuæ, & fructus jumentorum tuorum.*

℣. 5. Similiter in Græco. Ea verò prætermittit Adimantus supra.

℣. 6. In Græco sic: Εὐλογημένος σὺ ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαί σε, καὶ εὐλογημένος σὺ ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαί σε.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

7. Dabit Dominus inimicos tuos, qui consurgunt adversùm te, corruentes in conspectu tuo: per unam viam venient contra te, & per septem fugient à facie tua.

8. Emittet Dominus benedictionem super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum: benedicetque tibi in terra quam acceperis.

9. Suscitabit te Dominus sibi in populum sanctum, sicut juravit tibi: si custodieris mandata Domini Dei tui, & ambulaveris in viis ejus.

10. Videbuntque omnes terrarum populi, quòd nomen Domini invocatum sit super te, & timebunt te.

VULGATA NOVA.

11. Abundare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu uteri tui, & fructu jumentorum tuorum, fructu terræ tuæ, quam juravit Dominus patribus tuis ut daret tibi.

12. Aperiet Dominus thesaurum suum optimum, cœlum, ut tribuat pluviam terræ tuæ in tempore suo: benedicetque cunctis operibus manuum tuarum. Et fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo fœnus accipies.

13. Constituet te Dominus in caput, & non in caudam: & eris semper supra, & non subter: si tamen audieris mandata Domini Dei tui, quæ ego præcipio tibi hodie, & custodieris & feceris,

14. ac non declinaveris ab eis, nec ad dexteram, nec ad sinistram, nec secutus fueris deos alienos, neque colueris eos.

Lev. 26. 14. Thren. 2. 17. Baruc. 1. 20. 15. Quòd si audire nolueris vocem Domini Dei tui, ut custodias, & facias omnia mandata ejus, & cæremonias, quas ego præcipio tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te.

Malac. 2. 2. 16. Maledictus eris in civitate, maledictus in agro.

17. Maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ.

18. Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ovium tuarum.

19. Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens.

20. Mittet Dominus super te famem & esuriem, & increpationem in omnia opera tua, quæ tu facies: donec conterat te, & perdat velociter, propter adinventiones tuas pessimas in quibus reliquisti me.

VERSIO ANTIQUA.

11..... juravit Dominus patribus tuis dare tibi. *Ambr. ep. 29. 905: d.*

12. Aperiet tibi Deus thesaurum cœlestem optimum, ut tribuat pluviam terræ tuæ in tempore: benedicet opus manuum tuarum omne. Fœnerabis gentes multas, tu autem non fœneraberis; & præliabis gentes multas, te autem non expugnabunt. *Lucif. Cal. l. dd non conv. cum hær. 221. b.*

13. Constituet te Dominus Deus tuus in caput, & non in cauda: & eris supra, & non subtus, si audieris mandatum Domini Dei tui, quodcunque ego mandabo tibi hodie custodire & facere:

14. non præteribis ab omnibus verbis, quæ ego mando tibi hodie, dextrâ, aut sinistrâ, ire post deos alienos, servire illis. *Aug. quæst. 48. in Deut. t. 3. 574. a. d. e.*

15. Et erit, si non audieris vocem Domini Dei tui, ut custodias, & facias omnia mandata ejus, quæcunque ego mandabo tibi hodie, & venient super te omnes maledictiones hæ, & invenient te. *Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 185. d.*

16. Maledictus tu in civitate, maledictus tu in agro.

17. Maledictæ apothecæ tuæ, & quæ sunt reliqua tua.

18 Et maledicti filii tui ventris, & nascentia terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ovium tuarum.

19. Maledictus tu in gressu tuo.

20. Mittet tibi Dominus tædium & thlipsen, & anxietatem in omnia quòcunque immiseris manum tuam, quæcunque facies: quoadusque disperdat te in brevi propter nequitiam studiorum tuorum.....

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. Ambros. conjungit ista cum aliis hoc modo: *Quia juravit Dominus patribus tuis dare tibi, & aperire thesaurum suum bonum.* In Græco sic: ..... ἐπὶ τῆς γῆς σε, ἧς ὤμοσε Κύριος τοῖς πατράσι σε δοῦναί σοι· deinde ἀνοίξαι σοι, &c. ut infra, ℣. 12.

℣. 12. Paulùm dissimilia habet Græcum, nempe: Ἀνοίξαι σοι Κύριος τὸν θησαυρὸν αὐτοῦ τὸν ἀγαθὸν, τὸν οὐρανὸν, δοῦναι τὸν ὑετὸν τῇ γῇ σου ἐπὶ καιρῷ· εὐλογῆσαι πάντα τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου. Καὶ δανιεεῖς ἔθνεσι πολλοῖς, σὺ δὲ οὐ δανειῇ· καὶ ἄρξεις σὺ ἐθνῶν πολλῶν, σοῦ δὲ οὐκ ἄρξουσι. *Aperiat tibi Dominus thesaurum suum bonum, cœlum, ad dandam pluviam terræ tuæ in tempore: benedicat omnia opera manuum tuarum. Et mutuum dabis gentibus multis, tu autem non accipies; & imperabis tu gentibus multis, tibi autem non imperabunt.* Hieron. in Isai. 64. to. 3. 473. a. *Aperiat tibi Dominus thesaurum suum bonum, cœlum, ut det tibi benedictionem.* Ambros. l. de Tob. c. 18. to. 1. 611. c. addit: *Fœnerabis gentibus multis, tu autem non mutuaberis:* & inf. col. 612. d. *Si custodieris mandata Dei, benedictus eris; & fœnerabis gentibus verbum;* paulòque post: *Princeps eris gentibus multis, tibi autem nemo dominabitur.*

℣. 13. Nonnulla variant Græcè, scilicet καθαγήσαι, *constituat*, pro *constituet*, paulòque post, εἰς ὀρὰν, *in caudam*, dein ᾖς ἔση τότε ἐπάνω, καὶ οὐκ ἔση, &c. (in Mss. Oxon. non duplicatur ἔση) exinde loco *mandatum*, Gr. habet τῆς φωνῆς, *vocem*, Mss. verò Alex. & Oxon. τῶν ἐντολῶν, cum editt. Ald. & Compl. demum pro *quodcunque..... mandabo*, sic: ὅσα..... ἐντέλλομαι, *quæcunque..... mando*, absque seq. *facere*. Mss. tamen Alex. cum editt. Ald. & Compl. addit καὶ ποιεῖν. in Mss. Oxon. φυλάσσεσθαι ποιεῖν. Apud Ambros. l. de Tob. c. 18. to. 1. 612. d. sic: *Constituet te Dominus Deus tuus caput, & non in caudam: & eris tunc supra, & non subter, si exaudieris vocem Domini Dei tui.* In Ald. edit. & Compl. ἐὰν εἰσακούσῃς, al. ἀκούσῃς.

℣. 14. Itidem Græcè, præter duo, ἐντολῶν, *mandatis*, pro *verbis*, & οὐδὲ, *neque*, pro *aut*: at in Mss. Alex. & Oxon. ac editt. Ald. & Compl. legitur τῶν λογῶν, paulòque post, ἢ ἀριστερά. Lucif. Calar. pro S. Athan. col. 221. b. sic habet: *Et non discedere ab omni sermone, quem ego mando tibi hodie, dextrâ aut sinistrâ.* Vide Aug. loco cit.

℣. 15. Græcè, loco *ut custodias & facias*, simpliciter habetur φυλάσσεσθαι, *custodiendo*, absque seq. & *facias*; at in Mss. Alex. & Oxon. nec non in editt. Ald. & Compl. sic: φυλάσσειν καὶ ποιεῖν· item pro *mandabo*, est ἐντέλλομαι, *mando*, & pro *invenient*, καταλήψονται, *apprehendent*; sed in Ms. Oxon. εὑρήσουσι, cætera similia. Capitul. CXLIII. *Si non audieritis, venient in vos maledictiones istæ.*

℣. 16. Ita Græcè, addito uno καὶ, post *civitate*. Eodem modo legit Ambros. l. de Tob. c. 18. 612. e.

℣. 17. In Græco simpliciter ἐγκαταλείμματά σε, *reliquiæ tuæ*, loco *quæ sunt reliqua tua.*

℣. 18. Deest & in Græco ante *maledicti*, & loco *filii*, habetur ἔκγονα, *fœtus*; reliqua ut in Lat. sup. Ambros. l. de Tob. c. 18. 612. e. legit, *progenies ventris tui.*

℣. 19. Gr. Ἐπικατάρατος οὐ ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαί σε, καὶ ἐπικατάρατος σὺ ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαί σε. *Maledictus tu cùm ingrederis, & maledictus tu cùm egrederis.*

℣. 20. In Græco Vat. pro *mittet tibi Dominus*, legitur ἀποστείλαι Κύριος ἐπὶ σέ, *mittat Dominus in te:* at in Alex. & Oxon. sicut in editt. Ald. & Compl. sic: ἐξαποστείλαι Κύριος σοί· tum in Vat. & al. loco *tædium*, & *thlipsen*, & *anxietatem*, ita: τὴν ἔνδειαν, καὶ τὴν ἐκλιμίαν, καὶ τὴν ἀπάλωσιν,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

21. Adjungat tibi Dominus peſtilentiam, donec conſumat te de terra, ad quam ingredieris poſſidendam.

22. Percutiat te Dominus egeſtate, febri & frigore, ardore & æſtu, & aëre corrupto ac rubigine, & perſequatur donec pereas.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Iſai. 5. t. 3. 48. a.

23. Erit cœlum ſuper caput tuum æneum: & terra ſubter te ferrea.

24. Dabit Dominus pluviam terræ tuæ, cinis de cœlo deſcendet ſuper te, donec eradicet te, & deleat.

Hieron. in Iſai. 30. t. 3. 256. f.

25. Dabit te Dominus ut corruas in conſpectu inimicorum tuorum: viâ unâ egredieris ad eos, & per ſeptem vias fugies à facie eorum; & eris in diſperſione in cunctis regnis terræ.

VULGATA NOVA.

23. Sit cœlum, quod ſupra te eſt, æneum: & terra, quam calcas, ferrea.

24. Det Dominus imbrem terræ tuæ pulverem, & de cœlo deſcendat ſuper te cinis, donec conteraris.

25. Tradat te Dominus corruentem ante hoſtes tuos: per unam viam egrediaris contra eos, & per ſeptem fugias, & diſpergaris per omnia regna terræ:

VULGATA NOVA.

26. ſitque cadaver tuum in eſcam cunctis volatilibus cœli, & beſtiis terræ: & non ſit qui abigat.

27. Percutiat te Dominus ulcere Ægypti, & partem corporis, per quam ſtercora egeruntur, ſcabie quoque & prurigine: ita ut curari nequeas.

28. Percutiat te Dominus amentia & cæcitate ac furore mentis,

29. & palpes in meridie ſicut palpare ſolet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. Omnique tempore calumniam ſuſtineas, & opprimaris violentiâ, nec habeas qui liberet te.

30. Uxorem accipias, & alius dormiat cum ea. Domum ædifices, & non habites in ea. Plantes vineam, & non vindemies eam.

31. Bos tuus immoletur coram te, & non comedas ex eo. Aſinus tuus rapiatur in conſpectu tuo, & non reddatur tibi. Oves tuæ dentur inimicis tuis, & non ſit qui te adjuvet.

32. Filii tui & filiæ tuæ tradantur alteri populo, videntibus oculis tuis, & deficientibus ad conſpectum eorum tota die, & non ſit fortitudo in manu tua.

33. Fructus terræ tuæ, & omnes labores tuos comedat populus quem ignoras: & ſis ſemper calumniam ſuſtinens, & oppreſſus cunctis diebus;

34. & ſtupens ad terrorem eorum quæ videbunt oculi tui.

35. Percutiat te Dominus ulcere peſſimo in genibus & in ſuris, ſanarique non poſſis à planta pedis uſque ad verticem tuum.

36. Ducet te Dominus, & regem tuum, quem conſtitueris ſuper te, in gentem, quam ignoras tu & patres tui: & ſervies ibi diis alienis, ligno, & lapidi.

37. Et eris perditus in proverbium ac fabulam omnibus populis, ad quos te introduxerit Dominus.

38. Sementem multam jacies in terram, & modicum congregabis: quia locuſtæ devorabunt omnia. *Mich. 6. 15.*

39. Vineam plantabis, & fodies: & vinum non bibes, nec colliges ex ea quippiam: quoniam vaſtabitur vermibus. *Agg. 1. 6.*

40. Olivas habebis in omnibus terminis tuis, & non ungêris oleo: quia defluent, & peribunt.

41. Filios generabis & filias, & non fruêris eis: quoniam ducentur in captivitatem.

42. Omnes arbores tuas & fruges terræ tuæ rubigo conſumet.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. de Tob. c. 19. t. 1. 614. b. c.

43. Advena, qui eſt in te, aſcendet ſuper te: tu autem deſcendes in imum.

44. Hic tibi fœnerabit, tu autem non fœnerabis ei. Hic tibi erit caput, tu autem eris cauda.

VULGATA NOVA.

43. Advena, qui tecum verſatur in terra, aſcendet ſuper te, eritque ſublimior: tu autem deſcendes, & eris inferior.

44. Ipſe fœnerabit tibi, & tu non fœnerabis ei. Ipſe erit in caput, & tu eris in caudam.

VULGATA NOVA.

45. Et venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ, & perſequentes apprehendent te, donec intereas: quia non audiſti vocem Domini Dei tui, nec ſervaſti mandata ejus & cæremonias, quas præcepit tibi.

46. Et erunt in te ſigna atque prodigia, & in ſemine tuo uſque in ſempiternum:

47. eò quòd non ſervieris Domino Deo tuo in gaudio, cordiſque lætitia, propter rerum omnium abundantiam:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

egeſtatem, & *famem*, & *conſumptionem*; exinde Gr. Vat. delet *quæcunque facies*, quod retinent Alex. & Ox. cum editt. Ald. & Compl. nempe, ὅσα ἂν (Alex. ἐὰν) ποιήσῃς (Compl. ποιῇς) demum loco *diſperdat te in brevi*, &c. ſic in Vatic. & al. ἐξολοθρεύσῃ σε, ἕως ἂν ἀπολέσῃ σε ἐν τάχει διὰ τὰ πονηρὰ ἐπιήδευματά σου, διότι ἐγκατέλιπές με. *exterminaverit te*, & *quoadusque diſperdiderit te velociter, propter malignas adinventiones tuas, eò quòd dereliquiſti me.*

℣. 23. Aptè ad Græcum, niſi quòd ipſo initio habetur Καὶ, ut & σοὶ, poſt *erit*; item ὁ, *quod*, ante *ſuper*, & ἥν, *quæ*, poſt *terra*. Mſ. Alex. cum edit. Ald. delet σοὶ, ante *cœlum*, cum Hieron. qui rurſus in Iſai. 50. 360. e. legit: *Ponam cœlum aneum*, & *terram ferream*. Similiter Ambroſ. ad verbum ep. 68. to. 2. 1060. c.

℣. 24. In Græco legitur primò: Δώῃ Κύριος ὁ Θεός σου, *Det Dominus Deus tuus*; abeſt tamen à Mſs. Alex. & Ox. & ab editt. Ald. & Compl. ὁ Θεός σου· ſubinde poſt *tuæ*, addunt omnes κονιορτὸν καὶ, *pulverem* &, paulòque poſt, Mſ. Vatic. delet *ſuper te*, quod retinent Alex. & Ox. cum editt. Ald. & Compl. denique loco, *donec eradicet te*, &c. conſtanter habetur: ἕως ἂν ἐκλείψῃ σε, καὶ ἕως ἂν ἀπολέσῃ σε, *quoadusque attriverit te*, & *quoadusque diſperdiderit te*; unus Vat. addit ἐν τάχει, *velociter*, quod delent alii.

℣. 25. Rurſus habetur Græcè δώῃ, *det*, pro *dabit*, ſicut ἐπὶ κοπὴν, *in ſtragem*, loco *ut corruas*, abſque ſeq. *tuorum*; in Mſs. tamen Alex. & Oxon. ac editt. Ald. & Compl. additur σοῦ; item in omnibus, ἐν, ante *via*, ut paulò poſt, ἐν ἑπτὰ ὁδοῖς, loco *per ſeptem vias*. Demum pro *in diſperſione*, habetur διασπορὰ; in Mſs. verò Alex. & Oxon. ac editt. Ald. & Compl. ἐν διασπορᾷ, ut ſupra.

℣. 43. Græc. Vatic. delet *ſuper te*, quod retinent Mſs. Alex. & Oxon. cum editt. Ald. & Compl. at omnes ſubdunt ἄνω ἄνω, *ſurſum ſurſum*, ut infra, κάτω κάτω, *deorſum deorſum*, loco *in imum*.

℣. 44. Ita Græcè, niſi quòd transfertur σοὶ, *tibi*, poſt *fœnerabit*, & τοῦτο *huic*, poſt *tu autem*, omiſſo ſeq. *ei*, ut & *tibi*, ante *erit*. Cypr. l. 1. Teſtim. pag. 281. c. legit: *Eritis gentes in caput, incredulus autem populus in cauda*: ſic etiam apud Marten. to. 5. Anecdot. pag. 10. b. præter hoc, *in caudam*, pro *in cauda*. In Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. εἰς κεφαλὴν..... εἰς οὐράν, in Vat. verò & al. κεφαλή, ſimpliciter, & οὐρά.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

48. servies inimico tuo, quem immittet tibi Dominus, in fame, & siti, & nuditate, & omni penuria: & ponet jugum ferreum super cervicem tuam, donec te conterat.

49. Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus, in similitudinem aquilæ volantis cum impetu, cujus linguam intelligere non possis;

VERSIO ANTIQUA.

48. & servies inimicis tuis, quos immittet Dominus Deus tuus super te..... *Aug. Locut. 60. & 61. t. 3. 369. b.*

49..... gentem, cujus non audies vocem ejus.

VULGATA NOVA.

50. gentem procacissimam, quæ non deferat senì, nec misereatur parvuli,

51. & devoret fructum jumentorum tuorum, ac früges terræ tuæ: donec intereas, & non relinquat tibi triticum, vinum, & oleum, armenta boum, & greges ovium: donec te disperdat,

52. & conterat in cunctis urbibus tuis, & destruantur muri tui firmi atque sublimes, in quibus habebas fiduciam in omni terra tua. Obsideberis intra portas tuas in omni terra tua, quam dabit tibi Dominus Deus tuus:

53. & comedes fructum uteri tui, & carnes filiorum tuorum & filiarum tuarum, quas dederit tibi Dominus Deus tuus, in angustia & vastitate qua opprimet te hostis tuus. *Thren. 4. 10. Baruc. 2. 2. 3.*

VULGATA NOVA.

54. Homo delicatus in te, & luxuriosus valde, invidebit fratri suo, & uxori, quæ cubat in sinu suo,

55. ne det eis de carnibus filiorum suorum, quas comedet: eò quòd nihil aliud habeat in obsidione & penuria, qua vastaverint te inimici tui intra omnes portas tuas.

56. Tenera mulier & delicata, quæ super terram ingredi non valebat, nec pedis vestigium figere, propter mollitiem & teneritudinem nimiam, invidebit viro suo, qui cubat in sinu ejus, super filii & filiæ carnibus,

57. & illuvie secundarum, quæ egrediuntur de medio feminum ejus, & super liberis qui eâdem horâ nati sunt: comedent enim eos clam propter rerum omnium penuriam in obsidione & vastitate, qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas.

VERSIO ANTIQUA.

54. Mollis in te, & tenera valdè, fascinabit oculo suo fratrem suum, & uxorem, quæ est in sinu ejus, & qui reliqui sunt filii, quicunque relicti fuerint illi, *Aug. Locut. 62. 369. b. c.*

55. ita ut det uni ex eis à carnibus filiorum suorum, de quibuscunque edet: eò quòd non derelictum sit ei quidquam in angustia & tribulatione, qua tribulabunt te inimici tui in omnibus civitatibus tuis.

56. Quæ mollis in vobis & tenera nimis fuerit, cujus experimentum non accepit pes ejus ambulare super terram, præ teneritudine & mollitie, & zelabit oculo suo virum suum, & filium suum, & filiam suam, *Aug. l. 1. cont. adversar. Leg. t. 8. 577. e.*

57. & secundas suas, & quod exierit per femora ejus..... comedet.....

VULGATA NOVA.

58. Nisi custodieris & feceris omnia verba legis hujus, quæ scripta sunt in hoc volumine, & timueris nomen ejus glorioſum & terribile, hoc est, Dominum Deum tuum:

59. augebit Dominus plagas tuas, & plagas seminis tui, plagas magnas & perseverantes, infirmitates pessimas & perpetuas:

60. & convertet in te omnes afflictiones Ægypti, quas timuisti, & adhærebunt tibi:

61. insuper & universos languores, & plagas, quæ non sunt scriptæ in volumine legis hujus, inducet Dominus super te, donec te conterat:

62. & remanebitis pauci numero, qui priùs eratis sicut astra cœli præ multitudine, quoniam non audisti vocem Domini Dei tui.

VULGATA NOVA.

63. Et sicut ante lætatus est Dominus super

VERSIO ANTIQUA.

63. Et erit, sicut lætatus est Dominus in vo- *Aug. Locut. 63. 369. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 48. A Græco abest *Deus tuus.* Observat etiam Aug. ibid. Græc. habere λαῖρσύσεις, *ubi Latinus interpretatus est* servies.

℣. 49. In Gr. ὅ, pro *cujus*, præterquam in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. in quibus ἔθνος ὅ.

℣. 54. Aptè ad Græcum, præter relativum *qui*, ὅ, additum post vocem *mollis*, quod tamen delet Mſ. Alex. item istud, *tenera*, pro quo ὁ τρυφερός, *tener*, vel *delicatus*; & *filii*, pro quo τέκνα, *filios*, in accusandi casu. Addit Aug. ibid. *Notandum est quemadmodum hîc dictum sit*, fascinabit, *pro* invidebit, & *tanquam ad hoc derelicto, ut necesse sit ei dare de carnibus filiorum, quas cogit necessitas in cibum sumi à parentibus: nam & in Proverbiis* (23. 6.) *quod Latini codices habent*: Non cœnabis cum viro invido; *Græcus habet*, αὐδρὶ βασκάνῳ, βάσκανος *autem* fascinus *dicitur.*

℣. 55. Concordant ista cum Græco, nisi quòd pro *uni ex eis*, habetur simpliciter, ἑνὶ αὐτῶν, *uni eorum*: item vocibus *angustia*, & *tribulatione*, subditur σοῦ, *tua*: in Mſ. tamen Alex. ac editt. Ald. & Compl. deest σοῦ, post στενοχωρίᾳ, & in Compl. etiam post θλίψει, deinde sequitur: ἣ ἂν θλίψωσί σε οἱ, &c. *quacunque tribulaverint te*; at in Mſ. Alex. ἣ ἂν θλίψῃ σε ὁ, &c. *tribulabit te inimicus*, &c.

℣. 56. In Græco simpliciter: Καὶ ἡ ἁπαλὴ ἐν ὑμῖν καὶ ἡ τρυφερὰ, ἧς οὐχὶ, &c. *Et mollis in vobis & delicata, cujus non*, &c. In Mſ. tamen Alex. ac editt. Ald. & Compl. ad vocem τρυφερὰ, additur σφόδρα: subinde loco *præ teneritudine*, &c. sic: διὰ τὴν τρυφερότητα, καὶ διὰ τὴν ἁπαλότητα, βασκανεῖ, &c. *propter teneritudinem, & propter mollitiem, fascinabit*, &c. demum post *virum suum*, additur τὸν ἐν κόλπῳ αὐτῆς, *qui in sinu ejus*, tolliturque *suum*, post *filium*: cætera conveniunt.

℣. 57. Pro eo quod hîc legitur: & *secundas suas*, & *quod exierit*; ita Græcè: καὶ τὸ χόριον αὐτῆς, τὸ ἐξελθόν, & *puellulam suam, quæ exiit*; at in Mſ. Oxon. & ed. Compl. mel. χόειον, id est, *secundarium involucrum*, seu *membrana illa qua involvitur partus.* Nobilius vertit, *chorium*, additque, *Retinuimus dictionem Græcam* τὸ χόριον, *quæ solet significare secundas*, & *nunc significat parvulum, qui illis involutus adhuc nascitur, ut distinguatur ab illo, qui jam natus est.*

℣. 63. Prima pars versiculi de August. nil differt à Græco, nisi excipias vocem *vobis*, pro qua ὑμᾶς, *vos*: id ipsum notat August. ibid. dicens: *Græcus habet* benefacere vos, *nec videtur esse saltem Græca locutio; accusativus tamen pro dativo positus intelligitur, unde maluerunt Latini*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Tertul. cont. Jud. c. 11. 145. c.

bis, benefacere vobis..... ejiciemini de terra, in quam introibitis.....

Tertul. ibid.

65. Et in nationibus illis non eritis in requiem, & non erit ſtabilitas veſtigio pedis tui. Et dabit tibi Deus cor tædians, & tabeſcentem animam, & oculos deficientes, ut non videant:

66. & erit vita tua pendens in ligno ante oculos tuos..... & non credes vitæ tuæ.

VULGATA NOVA.

vos, bene vobis faciens, voſque multiplicans: ſic lætabitur diſperdens vos atque ſubvertens, ut auferamini de terra, ad quam ingredieris poſſidendam.

64. Diſperget te Dominus in omnes populos, à ſummitate terræ uſque ad terminos ejus: & ſervies ibi diis alienis, quos & tu ignoras & patres tui, lignis & lapidibus.

65. In gentibus quoque illis non quieſces, neque erit requies veſtigio pedis tui. Dabit enim tibi Dominus ibi cor pavidum, & deficientes oculos, & animam conſumptam mœrore;

66. & erit vita tua quaſi pendens ante te. Timebis nocte & die, & non credes vitæ tuæ.

VULGATA NOVA.

67. Manè dices: Quis mihi det veſperum? & veſpere: Quis mihi det manè? propter cordis tui formidinem, qua terreberis, & propter ea, quæ tuis videbis oculis.

68. Reducet te Dominus claſſibus in Ægyptum, per viam de qua dixit tibi ut eam ampliùs non videres. Ibi vendêris inimicis tuis in ſervos & ancillas, & non erit qui emat.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Interpretes dicere vobis, *quàm* vos. Quæ ſequuntur ex Tertul. ita Græcè: Καὶ ἐξαρθήσεσθε ἐν τάχει ἀπὸ..... εἰς ἣν εἰσπορεύη, *Et auferemini velociter de..... in quam ingrederis*, vel *ingreſſus fueris*. Mſs. Alex. & Oxon. delent ἐν τάχει, cum editt. Ald. & Compl.

℣. 65. Græcè, primo loco habetur: Ἀναὶ δὲ ἐν, *Sed & in*, &c. & pro *non eritis in requiem*, ſic, οὐκ ἀναπαύσῃ σε, *non requieſcere te ſinet*; exinde loco *Deus cor tædians*, &c. ita: Κύριος ἐκεῖ καρδίαν ἑτέραν ἀπειθοῦσαν, καὶ ἐκλείποντας ὀφθαλμοὺς, καὶ τηκομένην ψυχήν. *Dominus ibi cor aliud incredulum, & deficientes oculos, & tabeſcentem animam*, abſque ſeq. *ut non videant*. Mſs. Alex. & Oxon. loco ἀπειθοῦσαν, hab. ἀθυμοῦσαν, *languens*, abſque voce ἑτέραν, quam etiam delent editt. Ald. & Compl.

℣. 66. A Græco abeſt *in ligno*, ſed poſt *oculos tuos*, additur, καὶ φοβηθήσῃ ἡμέρας καὶ νυκτὸς, *& timebis die ac nocte*; cætera quadrant. Cum Tertulliano concinit Irenæus ad verbum, tum l. 4. c. 10. 239. c. tum l. 5. c. 18. 316. a. uno excepto, *in ligno*, quod delet. Novatian. l. de Trin. 1035. c. ſic: *Videbitis vitam veſtram pendentem nocte ac die, & non credetis ei.* Item Ambroſiaſt. p. 160. f. *Tunc videbitis vitam veſtram pendentem ante oculos veſtros.* Aug. etiam l. 16. cont. Fauſt. to. 8. col. 296. a. *Videbis vitam tuam pendentem, & non credes vitæ tuæ.* Cypr. verò l. 2. Teſtim. 293. c. juxta Græc. *Et erit pendens vita tua ante oculos tuos; & timebis die & nocte, & non credes vitæ tuæ.* Accinunt Lactant. l. 4. Inſtitut. c. 18. 581. & S. Leo, ſer. 56. 129. e. ad verbum. Rufin. etiam in Symb. 182. b. legit: *Et erit vita ſuſpenſa ante oculos tuos; & timebis per diem & noctem, & non credes vitæ tuæ.*

CAPUT XXIX.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 49. in Deut. t. 3. 575. b.

1. HÆc verba teſtamenti, quod mandavit Dominus Moyſi ſtatuere filiis Iſraël in terra Moab: præter teſtamentum, quod teſtatus eſt eis in Choreb.

Capitul. CXLIV.

2. Vocavit Moyſes omnes filios Iſraël, & dixit ad eos: Et vos vidiſtis omnia, quæcunque fecit Dominus Deus veſter in terra Ægypti coram vobis Pharaoni, & omnibus ſervis ejus, & omni terræ illius,

Aug. quæſt. 50. 51. t. 3. 575. d.

3. tentationes magnas, quas viderunt oculi tui, ſigna, & prodigia illa magna, & manum validam,

4. & non dedit Dominus Deus vobis cor ſcire, & oculos videre, & aures audire, uſque in diem iſtam.

5. Et adduxit vos quadraginta annis in deſerto: non inveteraverunt veſtimenta veſtra, & calceamenta veſtra non ſunt attrita à pedibus veſtris.

6. Panem non manducaſtis, vinum & ſiceram

VULGATA NOVA.

1. HÆc ſunt verba fœderis, quod præcepit Dominus Moyſi ut feriret cum filiis Iſraël in terra Moab: præter illud fœdus, quod cum eis pepigit in Horeb.

2. Vocavitque Moyſes omnem Iſraël, & dixit ad eos: Vos vidiſtis univerſa, quæ fecit Dominus coram vobis in terra Ægypti Pharaoni, & omnibus ſervis ejus, univerſæque terræ illius, *Exod. 19. 4.*

3. tentationes magnas, quas viderunt oculi tui, ſigna illa, portentaque ingentia,

4. & non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ poſſunt audire, uſque in præſentem diem.

5. Adduxit vos quadraginta annis per deſertum: non ſunt attrita veſtimenta veſtra, nec calceamenta pedum veſtrorum vetuſtate conſumpta ſunt. *Sup. 8. 2.*

6. Panem non comediſtis, vinum & ſiceram

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita de Græco ad verbum, præter unum *quod*, pro quo ἃς, per relat. ad λόγοι, at in Mſ. Alex. legitur ἧς, relat. ad διαθήκης.

℣. 2. Capitul. CXLIV. ſupra, poſt hoc, & *dixit ad eos*, addit: *Scitis quanta fecerit Dominus Pharaoni propter vos.* Aug. locut. 64. de Deut. col. 369. e. rurſus habet: *Vos vidiſtis omnia quæ fecit Dominus Deus veſter in terra Ægypto coram vobis Pharaoni, & ſervis ejus omnibus, & omni terræ illius.* Græc. textui Lat. conſonat, niſi quòd delet &, ante *vos vidiſtis*, ſicut infra, *Deus veſter*, nec non *omnibus*, ante *ſervis ejus*: ſed in Mſ. Oxon. ac editt. Ald. & Compl. legitur, Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, non Αἰγύπτου, ut in cod. Vat. Item Alex. cum prædict. edd. habet, καὶ πᾶσι τοῖς θεράπουσιν αὐτοῦ.

℣. 3. Optimè è Græco, niſi quòd in cod. Vat. poſt μεγάλα ἐκεῖνα, deeſt hoc, & *manum validam*, quod tamen addit Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. nempe, τὴν χεῖρα κραταιὰν, & inſuper καὶ τὸν βραχίονα τὸν ὑψηλὸν, & *brachium excelſum.* Ald. & Compl. delent χεῖρα. Auguſt. Locut. 64. to. 3. 369. e. ait: *Notandum illas plagas etiam tentationes vocari.*

℣℣. 4. 5. Similiter in Græco, verbum pro verbo. Succinit Tertul. l. de reſurr. carn. 591. b. dicens: *Veſtimenta, & calceamenta filiorum Iſraëlis quadraginta illis annis indetrita & inobſoleta manſerunt.*

℣. 6. Ita Græcè ad verbum, uno excepto, ἐγώ, addito poſt *veſter*, loco præced. *iſte*. At in Mſs. Alex. & Oxon. ac editt. Ald. & Compl. habetur, ὅτι ὅτις (Ox.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

non bibistis : ut sciretis quia ego sum Dominus Deus vester.

VERSIO ANTIQUA.

non bibistis : ut sciretis quia iste Dominus Deus vester. *Aug. ubi sup.*

VULGATA NOVA.

Sup. 3. 1. 7. Et venistis ad hunc locum : egressusque est Sehon rex Hesebon, & Og rex Basan, occurrentes nobis ad pugnam. Et percussimus eos,

Num. 32. 29. *Sup.* 3. 15. 8. Et tulimus terram eorum, ac tradidimus possidendam Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manasse.

Jos. 13. & 22. 4. 9. Custodite ergo verba pacti hujus, & implete ea ; ut intelligatis universa quæ facitis.

10. Vos statis hodie cuncti coram Domino Deo vestro, principes vestri, & tribus, ac majores natu, atque doctores, omnis populus Israël,

11. liberi & uxores vestræ, & advena qui tecum moratur in castris, exceptis lignorum cæsoribus, & his qui comportant aquas :

12. ut transeas in fœdere Domini Dei tui, & in jurejurando quod hodie Dominus Deus tuus percutit tecum ;

13. ut suscitet te sibi in populum, & ipse sit Deus tuus, sicut locutus est tibi, & sicut juravit patribus tuis, Abraham, Isaac, & Jacob.

14. Nec vobis solis ego hoc fœdus ferio, & hæc juramenta confirmo,

15. sed cunctis præsentibus & absentibus.

16. Vos enim nostis quo modo habitaverimus in terra Ægypti, & quo modo transierimus per medium nationum, quas transeuntes,

17. vidistis abominationes & sordes, id est, idola eorum, lignum & lapidem, argentum & aurum, quæ colebant.

VULGATA NOVA.

18. Ne fortè sit inter vos vir aut mulier, familia aut tribus, cujus cor aversum est hodie à Domino Deo nostro : ut vadat & serviat diis illarum gentium : & sit inter vos radix germinans fel & amaritudinem.

19. Cùmque audierit verba juramenti hujus, benedicat sibi in corde suo, dicens : Pax erit mihi, & ambulabo in pravitate cordis mei : & absumat ebria sitientem,

20. & Dominus non ignoscat ei : sed tunc quàm maximè furor ejus fumet, & zelus contra hominem illum, & sedeant super eum omnia maledicta, quæ scripta sunt in hoc volumine : & deleat Dominus nomen ejus sub cœlo,

21. & consumat eum in perditionem ex omnibus tribubus Israël, juxta maledictiones, quæ in libro legis hujus ac fœderis continentur.

22. Dicetque sequens generatio, & filii qui nascentur deinceps, & peregrini, qui de longè venerint, videntes plagas terræ illius, & infirmitates, quibus eam afflixerit Dominus,

23. sulphure & salis ardore comburens, ita ut ultra non seratur, nec virens quippiam germinet, in exemplum subversionis Sodomæ & Gomorrhæ, Adamæ & Seboim, quas subvertit Dominus in ira & furore suo.

Gen. 19. 24.

3. Reg. 9. 8. *Jer.* 22. 8.

24. Et dicent omnes gentes : Quare sic fecit Do-

VERSIO ANTIQUA.

18. Nunquid est aliquis inter vos, vir aut mulier, aut familia vel tribus, cujus mens declinavit à Domino Deo vestro, ire servire diis gentium illarum ? num qua est in vobis radix sursum germinans in felle & amaritudine ?

Aug. quæst. 52. in Deut. t. 3. 576. a. b.

19. Et erit cùm audierit verba maledictionis hujus, & opinabitur in corde suo, dicens : Sancta mihi fiant, quoniam in errore cordis mei incedo : ut non simul perdat peccator eum, qui sine peccato est,

20. nolet Deus propitiare ei : sed tunc incendetur ira Domini, & zelus ejus in homine illo, & adhærebunt in eo omnia maledicta testamenti hujus, quæ scripta sunt in libro legis hujus.....

VULGATA NOVA.

29. Abscondita, Domino Deo nostro : quæ manifesta sunt, nobis & filiis nostris usque in sempiternum, ut faciamus universa verba legis hujus.

VERSIO ANTIQUA.

29. Quæ occulta sunt, Deo : quæ autem palam sunt, vobis & filiis vestris erunt..... *Aug. in Rom. 14. t. 3. p. 2. 922. f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἔστος ἐστὶ) Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, absque ἐγώ, ut sup.

℣. 18. Cuncta concordant cum Græco, nisi hoc excipias : *Nunquid est aliquis inter vos*, pro quo, Μή τις ἐστὶν ἐν ὑμῖν ; Aug. paulò infra ait : *Ita dictum est* : Nunquid est in vobis : *ut tanquam requirentem intelligamus, ne fortè sit* : exinde habetur Græcè, πορευτέντες, pro *ire* ; at in Mss. Alex. ac editt. Ald. & Compl. πορεύεσθαι. Observant nostri BB. in editt. Aug. & Mss. pluribus, pro *familia*, scribi *famulus*, & infra, *nequam est in eo radix*, sed contra fidem codicum mel. nor. & LXX.

℣. 19. Et ista pariter concinunt cum Græco, si excipias unum aut alterum, nempe *opinabitur*, pro quo, ἐπιφημίζηται, Nobil. *benedixerit*, & pro *incedo*, πορεύσομαι, *incedam* : at pro *fiant*, quod hîc hab. Aug. paulò infra ipse legit, *sint*, Gr. γένοιτο : subinde Aug. addit : *Quod autem ait* : ut non simul perdat peccator eum, qui sine peccato est, *quod Græcus habet*, ἀναμάρτητον, *non sic accipiendum est, tanquam ab omni prorsus peccato mundum & immunem hoc dixerit*, ἀναμάρτητον, *id est, sine peccato, sed eum qui sine peccato isto esset, de quo loquebatur.*

℣. 20. Similia Græcum habet, præter hoc, εὐιλατεῖσαι, loco *propitiare*, mel. cod. Alex. εὐειλατεύειν, vel cum edd. Ald. & Compl. εὐλατεύειν : exinde in Græco Vatic. loco *legis hujus*, simpliciter τούτου, in Mss. verò Alex. & Ox. ac in editt. Ald. & Compl. τῦ νόμυ τύτυ, ut supra.

℣. 29. Græcè : Τὰ κρυπτὰ, Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν· (Mss. Oxon. cum edit. Ald. ὑμῶν) τὰ δὲ φανερὰ, ἡμῖν (Oxon. ὑμῖν) καὶ τοῖς τέκνοις ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα. In collat. Carthag. ex parte Donat. p. 489. a. *Quæ occulta sunt, mihi ; quæ manifesta, vobis & filiis vestris.* Capitul. CXLV sup. *Quæ sunt absconsa, Deo ; quæ autem palam, vobis.*

Digitized by Google

CAPUT XXX.

VULGATA NOVA.

1. CUm ergo venerint super te omnes sermones isti, benedictio, sive maledictio, quam proposui in conspectu tuo: & ductus pœnitudine cordis tui in universis gentibus, in quas dispersérit te Dominus Deus tuus,

2. & reversus fueris ad eum, & obedieris ejus imperiis, sicut ego hodie præcipio tibi, cum filiis tuis, in toto corde tuo, & in tota anima tua:

3. reducet Dominus Deus tuus captivitatem tuam, ac miserebitur tui, & rursum congregabit te de cunctis populis, in quos te ante dispersit.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 65. t. 3. 369. e.

4. Si fuerit dispersio tua à summo cœli usque ad summum cœli, inde congregabit te Dominus Deus tuus.....

VULGATA NOVA.

4. Si ad cardines cœli fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus,

5. & assumet, atque introducet in terram, quam possederunt patres tui, & obtinebis eam: & benedicens tibi, majoris numeri te esse faciet quàm fuerunt patres tui. *2. Mac. 1. 29.*

Aug. quæst. 53. in Deut. t. 3. 576. g.

6. Et circumpurgabit Dominus cor tuum, & cor seminis tui: diligere Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, ut vivas tu.

6. Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui: ut diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, ut possis vivere.

VULGATA NOVA.

7. Omnes autem maledictiones has convertet super inimicos tuos, & eos qui oderunt te & persequuntur.

8. Tu autem revertêris, & audies vocem Domini Dei tui: facieséque universa mandata quæ ego præcipio tibi hodie:

9. & abundare te faciet Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum, in sobole uteri tui, & in fructu jumentorum tuorum, in ubertate terræ tuæ, & in rerum omnium largitate. Revertetur enim Dominus, ut gaudeat super te *in* omnibus bonis, sicut gavisus est in patribus tuis:

10. si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris præcepta ejus & cæremonias, quæ in hac lege conscripta sunt: & revertaris ad Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 54. §76. g. 577. a.

11. Quia mandatum hoc, quod ego mando tibi hodie, non est supra modum, neque longè abs te est,

12. non in cœlo est, dicens: Quis ascendet nobis in cœlum, & accipiet nobis illud, & audientes illud faciemus?

13. Neque trans mare est, dicens: Quis transfretabit nobis trans mare, & accipiet nobis illud, & audientes illud faciemus?

14. Prope est verbum hoc valde, in ore tuo, & in corde tuo, & in manibus tuis, facere illud.

VULGATA NOVA.

11. Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum,

12. nec in cœlo situm, ut possis dicere: Quis nostrûm valet ad cœlum ascendere, ut deferat illud ad nos, & audiamus atque opere compleamus? *Rom. 10. 6.*

13. Neque trans mare positum, ut causeris, & dicas: Quis ex nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos usque deferre: ut possimus audire & facere quod præceptum est?

14. Sed juxta te est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Ita Græcè ad verbum. Ambros. in Ps. 43. to. 1. 903. c. sic habet: *Si fuerit dispersio tua à summo cœlo usque ad summum cœli, inde congregabo te, dicit Dominus.* Similiter Hieron. in Ezech. 38. 966. f. *Si fuerit dispersio tua à summitate cœli usque ad summitatem ejus, inde congregabo te.* At in Græco constanter, Συνάξει Σε Κύριος, &c.

℣. 6. Similiter in Græco, verbum pro verbo. Cyprian. verò l. 1. Testimon. c. 8. p. 278. b. legit: *In novissimis diebus circumcidet Deus cor tuum, & cor seminis tui, ad Dominum Deum amandum.* Lactant. l. 4. Institut. c. 17. p. 580. *In novissimis diebus circumcidet Dominus cor tuum, ad Dominum Deum tuum amandum.* Sedul. Scot. in ep. ad Rom. col. 502. d. *In novissimis diebus circumcidet Deus cor tuum, & seminis tui, ad Dominum Deum tuum amandum.* Apud Marten. Anecdot. to. 5. col. 10. c. *In novissimis diebus circumcidet Dominus cor tuum, & cor seminis, ad Dominum*, &c.

℣. 11. Aptè ad Græcum, ubi loco *supra modum*, est, ὑπέρογκος, i. e. *excedens, nimium.* Tertul. l. 4. adversus Marc. 729. a. legit: *Præceptum excelsum non est, nec longè à te.* Sedul. Scot. in ep. ad Rom. col. 525. e. *Mandatum hoc, quod ego mando tibi hodie, non est superexaltatum à te, nec longè à te.*

℣. 12. Ad verbum è Græco, præter unum *sursum*, ἄνω, additum *cælo*; in Mss. tamen Ox. ac editt. Ald. & Compl. deest. Eadem iterum legit Aug. Locut. 66. to. 3. 370. a. deleto *nobis*, post *ascendet*. Apud Sedul. Scot. in ep. ad Rom. 525. e. sic: *Non est in cœlo, ut dicas: Quis ascendet à nobis in cœlum, & accipiet illud nobis, ut audientes faciamus illud?* Vid. Rom. 10. 6. & Hilar. de Trin. 10. 1079. e.

℣. 13. Ita rursus habet Aug. Locut. 66. to. 3. 370. a. In Græco, pro *accipiet*, legitur λάβῃ, & pro *audientes illud faciemus*, sic: καὶ ἀκουσὸν ἡμῖν ποιήσῃ αὐτὸν, καὶ ποιήσομεν, & *auditum nobis faciet illud*, & *faciemus*; sed in Mss. Alex. ac editt. Ald. & Compl. καὶ λαβεῖν ἡμῖν αὐτὸν, καὶ ἀκούσαντες αὐτὸν, ποιήσομεν, ut sup. Apud Sedul. Scot. in ep. ad Rom. 525. e. sic: *Neque trans mare, ut dicas: Quis transibit nobis mare, & accipiet illud, ut audientes faciamus illud?* Similiter Aug. paulò infra in Quæst. legit, *ut dicas*; & sup. post *dicens*, addit: *id est, ut dicas*, sicut & in Locut. tum quærit q. 54. cur Apostolus hæc citans (Rom. 10. 6.) *dixerit:* Aut quis descendet in abyssum? *atque id exponens adjunxerit:* hoc est Christum à mortuis reducere; *nisi quia*, inquit, *mare appellavit totam in hoc sæculo vitam, quæ morte transitur*, &c.

℣. 14. In Græco additur σὸν, ad *prope*, deletur verò *hoc*, post *verbum*; reliqua ut in Lat. sup. Sedul. Scot. in ep. ad Rom. col. 525. e. sic habet: *Verbum juxta valde in ore tuo, & in manibus tuis, ut facias illud.* Ambros. ep. 7. to. 2. col. 782. b. *Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo*; & ep. 77. 1090. e. *Prope est enim*, &c. Suffragatur Capitul. CXLVI. sup. ut & Apost. Paulus Rom.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

15. Consídera quòd hodie propósuerim in conspectu tuo vitam & bonum, & è contrário mortem & malum:

VERSIO ANTIQUA.

15. Ecce dedi ante faciem tuam vitam & mortem, bonum & malum. *Ambr. de bon. mor. c. 1. t. 1. 389. c.*

VULGATA NOVA.

16. ut diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus, & custodias mandata illius ac cæremonias atque judicia: & vivas, atque multiplicet te, benedicatque tibi in terra, ad quam ingredieris possidendam.

17. Si autem averfum fuerit cor tuum, & audire nolueris, atque errore deceptus adoraveris deos alienos, & servieris eis:

18. prædico tibi hodie quòd pereas, & parvo tempore morêris in terra, ad quam, Jordane transmisso, ingredieris possidendam.

VULGATA NOVA.

19. Testes invoco hodie cœlum & terram, quòd propósuerim vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam, ut & tu vivas, & semen tuum:

20. & diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci ejus, & illi adhæreas (ipse est enim vita tua, & longitudo dierum tuorum) ut habites in terra, pro qua juravit Dominus patribus tuis, Abraham, Isaac, & Jacob, ut daret eam illis.

VERSIO ANTIQUA.

19..... ecce posui ante vos benedictionem & maledictionem. Elige vitam, ut vivas tu, & semen tuum: *Tertul. l. 4. adv. Marc. 708. c. S. Iren. l. 4. c. 16. 247. a.*

20. diligere Dominum Deum tuum, exaudire vocem ejus, & apprehendere eum, quoniam hæc est vita tua, & longitudo dierum tuorum.....

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

10. 8. Ad hæc autem August. ubi sup. ait: *Quod hîc additum est*, & in manibus tuis, *non ait Apostolus, nisi* in ore tuo, & in corde tuo..... *Meritò quod ex Hebræo translatum est, quantùm à nobis inspici potuit, non habet* in manibus tuis. *Nec frustra tamen hoc à LXX. Interpretibus additum existimo; nisi quia intelligi voluerunt etiam ipsas manus, quibus significantur opera, in corde accipi debere.*

℣. 15. Sic legit Cypr. ad verbum l. 3. Testim. 319. b. ita etiam Græcè, præter unum σήμερον, *hodie*, additum post *faciem tuam*. Rursus Ambros. l. de fug. sæc. c. 6. 432. f. legit: *Posui ante te bonum & malum, vitam & mortem;* similiter in Ps. 40. 876. b. usque ad *malum*. Cælestius Pelag. apud Mar. Merc. Garn. p. 387. *Vitam & mortem dedit ante faciem tuam, bonum & malum.* Capitul. CXLVII. sup. *Ecce dedi ante oculos tuos vitam & mortem.*

℣. 19. Cypr. l. 3. Testim. 319. b. post hæc: *Ecce dedi ante..... bonum & malum*, ut sup. ℣. 15. proximè addit: *Elige vitam tibi, ut vivas*, prætermissis aliis mediis. Similiter apud Cælestium Pelag. ubi sup. In Græco sic: τὴν ζωὴν ἐν τὸν θάνατον δέδωκα πρὸ προσώπου ὑμῶν τὴν εὐλογίαν, &c. ut in textu, excepto uno σύ, addito post *vitam*, in cod. Vat. sed quod deest in Mss. Alex. & Oxon. ac edd. Ald. & Compl.

℣. 20. Ita in Græco est, ni excipias unum vel alterum, nempe, ἔχεσθαι, loco *apprehendere*, mel. *adhærere*; item τοῦτο, *hoc*, pro *hæc*, absque seq. *est*.

CAPUT XXXI.

VULGATA NOVA.

1. ABiit itaque Moyses, & locutus est omnia verba hæc ad universum Israël,

VERSIO ANTIQUA.

1. ET consummavit Moyses omnia verba ista..... *Capitul. CXLVIII.*

VULGATA NOVA.

2. & dixit ad eos: Centum viginti annorum sum hodie, non possum ultra egredi, & ingredi, præsertim cùm & Dominus dixerit mihi: Non transibis Jordanem istum. *Num. 27. 13.*

3. Dominus ergo Deus tuus transibit ante te: ipse delebit omnes gentes has in conspectu tuo, & possidebis eas: & Josue iste transibit ante te, sicut locutus est Dominus. *Sup. 3. 27.*

4. Facietque Dominus eis sicut feciț Sehon & Og regibus Amorrhæorum, & terræ eorum, delebitque eos. *Num. 21. 24.*

5. Cùm ergo & hos tradiderit vobis, similiter facietis eis sicut præcepi vobis. *Sup. 7. 2.*

6. Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nec paveatis ad conspectum eorum: quia Dominus Deus tuus ipse est ductor tuus, & non dimittet, nec derelinquet te.

VULGATA NOVA.

7. Vocavitque Moyses Josue, & dixit ei coram omni Israël: Confortare, & esto robustus: tu enim introduces populum istum in terram, quam daturum se patribus eorum juravit Dominus, & tu eam sorte divides. *Jos. 1. 6. 3. Reg. 2. 2.*

VERSIO ANTIQUA.

7. Et vocavit Moyses Hiesum, & dixit ei: Viriliter age, & convalesce..... *Capitul. CXLIX.*

8. Et Dominus qui ductor est vester, ipse erit tecum: non dimittet, nec derelinquet te: noli timere, nec paveas.

8. Et Dominus qui comitatur tibi tecum..... *Aug. Locut. 67. 9. 3. 370. b.*

9. Scripsit itaque Moyses legem hanc, & tradidit eam sacerdotibus filiis Levi, qui portabant arcam fœderis Domini, & cunctis senioribus Israël.

9. Et scripsit Moyses verba legis hujus in libro, & dedit eum sacerdotibus & Levitis, qui tollunt arcam testamenti Domini, & presbyteris Israël. *Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 185. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Græcè, addito uno, λαλῶν, *loquens*, nomini *Moyses*.

℣. 7. Græc. addit, ἔναντι παντὸς Ἰσραὴλ, *coram omni Israël*, post *dixit ei*; cætera quadrant.

℣. 8. In Græco, ὁ συμπορευόμενος, *qui simul procedit*, loco *qui comitatur tibi*; in Ms. Alex. ὁ συμπορευόμενός σοι.

℣. 9. Optimè è Græco, nisi quòd pro *in libro*, legitur, εἰς βιβλίον, absque *eum*, post *dedit*; subinde pro *Levitis*, sic, τοῖς υἱοῖς Λευὶ, *filiis Levi*, ut & pro *Israël*, τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, *filiorum Israël*.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi sup. 10. Et mandavit eis Moyses in illa die, dicens: Post septem annos, in tempore anni remissionis, in die festo scenopegiæ,

11. in coeundo omnem Israël, apparere in conspectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit, legetis hanc legem in conspectu Israël, in auribus eorum,

12. convocatis in ecclesiam viris, & mulieribus, & natis, & proselytis, qui fuerint in civitatibus vestris: ut audiant, & discant timere Dominum Deum vestrum, & audiant facere omnia verba legis hujus:

13. & filii eorum qui nesciunt, audientes discent * Dominum Deum vestrum omnibus diebus, quibus ipsi vivunt super terram.....

* *Suppl.* timere.

VULGATA NOVA.

10. Præcepitque eis, dicens: Post septem annos, anno remissionis, in solemnitate tabernaculorum,

11. convenientibus cunctis ex Israël, ut appareant in conspectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit Dominus, leges verba legis hujus coram omni Israël, audientibus eis,

12. & in unum omni populo congregato; tam viris quàm mulieribus, parvulis, & advenis, qui sunt intra portas tuas: ut audientes discant, & timeant Dominum Deum vestrum, & custodiant, impleantque omnes sermones legis hujus:

13. filii quoque eorum qui nunc ignorant; ut audire possint, & timeant Dominum Deum suum cunctis diebus quibus versantur in terra, ad quam vos, Jordane transmisso, pergitis obtinendam.

VULGATA NOVA.

14. Et ait Dominus ad Moysen: Ecce prope sunt dies mortis tuæ: voca Josue, & state in tabernaculo testimonii, ut præcipiam ei. Abierunt ergo Moyses & Josue, & steterunt in tabernaculo testimonii:

15. apparuitque Dominus ibi in columna nubis, quæ stetit in introitu tabernaculi.

VERSIO ANTIQUA.

Capitul. CL. sup. 16. Et dixit Dominus ad Moysen: Tu dormies cum patribus tuis, & fornicabitur plebs hæc post deos alienos.....

VULGATA NOVA.

16. Dixitque Dominus ad Moysen: Ecce tu dormies cum patribus tuis, & populus iste consurgens fornicabitur post deos alienos in terra, ad quam ingreditur ut habitet in ea: ibi derelinquet me, & irritum faciet fœdus, quod pepigi cum eo.

VULGATA NOVA.

17. Et irascetur furor meus contra eum in die illo: & derelinquam eum, & abscondam faciem meam ab eo, & erit in devorationem: invenient eum omnia mala & afflictiones, ita ut dicat in illo die: Verè quia non est Deus mecum, invenerunt me hæc mala.

18. Ego autem abscondam, & celabo faciem meam in die illo, propter omnia mala quæ fecit, quia secutus est deos alienos.

19. Nunc itaque scribite vobis canticum istud, & docete filios Israël: ut memoriter teneant, & ore decantent, & sit mihi carmen istud pro testimonio inter filios Israël.

20. Introducam enim eum in terram, pro qua juravi patribus ejus, lacte & melle manantem. Cùmque comederint, & saturati crassique fuerint, avertentur ad deos alienos, & servient eis: detrahentque mihi, & irritum facient pactum meum.

21. Postquam invenerint eum mala multa & afflictiones, respondebit ei canticum istud pro testimonio, quod nulla delebit oblivio ex ore seminis sui. Scio enim cogitationes ejus, quæ facturus sit hodie, antequam introducam eum in terram, quam ei pollicitus sum.

VERSIO ANTIQUA.

Capitul. CLI. sup. 22..... scripsit Moyses canticum hoc.....

VULGATA NOVA.

22. Scripsit ergo Moyses canticum, & docuit filios Israël.

VULGATA NOVA.

23. Præcepitque Dominus Josue filio Nun, & ait: Confortare, & esto robustus: tu enim introduces filios Israël in terram, quam pollicitus sum, & ego ero tecum.

24. Postquam ergo scripsit Moyses verba legis hujus in volumine, atque complevit:

25. præcepit Levitis, qui portabant arcam fœderis Domini, dicens:

26. Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri: ut sit ibi contra te in testimonium.

27. Ego enim scio contentionem tuam, & cervicem tuam durissimam. Adhuc vivente me & ingrediente vobiscum, semper contentiosè egistis contra Dominum: quantò magis cùm mortuus fuero?

28. Congregate ad me omnes majores natu per tribus vestras, atque doctores, & loquar audientibus eis sermones istos, & invocabo contra eos cœlum & terram.

VERSIO ANTIQUA.

27..... amaricantes eratis quæ ad Deum.... *Aug. Loci. 69. t. 3. 370. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Ad verbum è Græco.

℣. 11. Vix meliùs è Græco, exceptis his, *Dei tui*, *in loco quem elegerit*, pro quibus, τῦ Θεῦ ὑμῶν, ἐν τῷ τόπῳ ᾧ ἂν ἐκλέξηται Κύριος, at in Mss. Alex. & Oxon. nec non in editt. Ald. & Compl. legitur, Θεῦ ζῶς; item in Mſ. Alex. ἐν τῷ τόπῳ, οὗ, &c. subinde constanter, ἐναντίον παντὸς Ἰσραὴλ, εἰς τὰ ὦτα αὐτῶν, *coram omni Israël*, *in aures eorum.*

℣. 12. Græcè, Ἐκκλησίασας (edit. Compl. ἐκκλησιάσαι) τὸν λαὸν, τὺς ἄνδρας, καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τὰ ἔκγονα, καὶ τὸν προσήλυτον, τὸν ἐν ταῖς..... ἵνα ἀκύσωσι, καὶ ἵνα μάθωσι, &c. ut in Lat. præter unum ἀκύσονται, *audient*, pro *audiant*.

℣. 13. Græc. Καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῶν οἳ οὐκ οἴδασιν ἀκύσονται, καὶ μαθήσονται φοβεῖσθαι Κύριον τὸν Θεόν σε πάσας τὰς ἡμέρας ὅσας αὐτοὶ ζῶσιν, &c. ut sup. in Mſ. Oxon. ac editt. Ald. & Compl. τὸν Θεὸν ὑμῶν, subinde in Compl. τὰς ἡμέρας ἃς αὐτοὶ, &c.

℣. 16. Similiter August. locut. 68. de Deut. col. 370. b. *Et dixit Dominus ad Moysen: Ecce tu dormies cum patribus tuis.* Ita quoque in Græco; tum sequitur: Καὶ ἀναστὰς ὗτος ὁ λαὸς ἐκπορνεύσῃ ὀπίσω, &c. *Et exsurgens hic populus exfornicabitur post*, &c. ut sup.

℣. 22. Græc. Καὶ ἔγραψε, &c. ut sup.

℣. 27. Ita Græcè: addit August. *Id est*, *amaricabitis ea*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

29. Novi enim quòd poſt mortem meam iniquè agetis, & declinabitis citò de via, quam præcepi vobis: & occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conſpectu Domini, ut irritetis eum per opera manuum veſtrarum.

30. Locutus eſt ergo Moyſes, audiente univerſo cœtu Iſraël, verba carminis hujus, & ad finem uſque complevit.

VERSIO ANTIQUA.

29. Scio enim quia in fine tranſitus mei iniquitatem agetis, & declinabitis à via, quam mandavi vobis: quia occurrent vobis mala in fine dierum..... *Junil. Afr. de part. divin. leg. c. 21. p. 348. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

quæ Dei ſunt.

℣. 29. Græcè: Οἶδα γὰρ ὅτι ἔ℣αλον (edit. Ald. ἐπ' ἐ℣άλῳ) τῆς τελευτῆς μου ἀνομίαν ἀνομήσετε· quæ Auguſt. locut. 70. de Deut. col. 370. b. ita reddit: *Scio enim quia poſt obitum meum iniquitate iniquitatem facietis:* tum addit: *Uno verbo autem Græcè dicitur*, iniquitatem facietis, *quod eſt*, ἀνομήσετε. Sequitur in Græco: καὶ ἐκκλινεῖτε ἐκ τῆς ὁδοῦ, ἧς ἐνετειλάμην ὑμῖν· deinde ſic: καὶ ϛυναντήσεταί ὑμῖν τὰ κακὰ ἐπ' ἐ℣άλου τῶν ἡμερῶν· quæ poſtrema ſimiliter reddit Auguſt. Locut. 71. ubi ſup. *& occurrent vobis mala noviſſimum dierum: ſic enim habet Græcus*, inquit, *pro in noviſſimis diebus, aut in noviſſimo dierum.* In Mſ. etiam Oxon. ac edd. Ald. & Compl. legitur, ἐπ' ἐ℣άλων τῶν ἡμερῶν.

* CAPUT XXXII.

VULGATA NOVA.

1. AUdite cœli quæ loquor, audiat terra verba oris mei.

2. Concreſcat ut pluvia doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum, quaſi imber ſuper herbam, & quaſi ſtillæ ſuper gramina.

3. Quia nomen Domini invocabo: date magnificentiam Deo noſtro.

4. Dei perfecta ſunt opera, & omnes viæ ejus judicia: Deus fidelis, & abſque ulla iniquitate, juſtus & rectus.

5. Peccaverunt ei, & non filii ejus in ſordibus: generatio prava atque perverſa.

VERSIO ANTIQUA.

1. ATtende cœlum, & loquar; & audiat terra verba ex ore meo. *Ex Mſ. cod. S. Michaëlis, vulgò S. Mihel.*

2. Exſpectetur ſicut pluvia adpronunciatio mea, & deſcendant ſicut ros verba mea, ſicut imber ſuper gramen, & ſicut nix ſuper fœnum.

3. Quia nomen Domini invocavi: date magnificentiam Deo noſtro.

4. Deus, vera opera ejus, & omnes viæ ejus judicia: Deus fidelis, & non eſt in eo iniquitas, juſtus & rectus Dominus.

5. Peccaverunt non ei filii maculati: generatio prava & perverſa.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Hoc Canticum ſimiliter habetur in Pſalt. Corb. n. 756. annor. circiter 1000. & in Pſalt. Laudunenſi, vulgò S. Salabergæ, inſignis notæ. Item in Mſ. cod. Reginæ Suec. nunc Vatic. n. 11. annor. 1000. nec non in altero B. Mariæ Remenſis, n. 2. annor. circiter 700. & in Pſalt. Sorbon. n. 459. annor. 400. In hoc autem ult. Pſalterio duplex legitur interpretatio Latina ejuſdem Cantici paulùm inter ſe diverſa. Idem denique exſtat in Breviario Mozarabico ad Domin. 1. Adventûs, & ad Feriam VI. poſt octav. Epiphaniæ; nec non in Pſalterio Rom. edito anno 1593. & 1663. ſtudio & opera Emin. Cardinalis Thomaſii: in his autem omnibus diſſimilitudines & varietates ſunt plurimæ, quas, ſaltem præcipuas, ſummâ curâ annotamus infra de more.

℣. 1. Similiter legitur in Miſſali Rom. ad Tractum Sabbati S. Ita quoque in Græco ad verbum. Accinunt magno conſenſu Iren. l. 4. c. 2. p. 229. a. Hilar. in Pſ. 134. col. 475. a. & Petrus Chryſol. ſer. 60. col. 891. e. In Pſalt. Rom. Thomaſ. deeſt &, poſt *loquar*. Apud Ambroſ. in Pſ. 1. to. 1. col. 739. b. legitur: *Audi cœlum, & loquar*; mox ita: *exſpectetur*, &c. prætermiſſis aliis. Apud Hieron. in Iſai. 1. & ſeqq. to. 3. col. 8. b. 406. a. & in Jer. 2. col. 535. b. ſic: *Attende cœlum, & loquar; audiat terra verba oris mei;* at in Iſai. 26. col. 226. a. *ſermones oris mei.*

℣. 2. Ita Græcè ad verbum: concinunt etiam Miſſale Rom. Breviar. Mozar. Pſalt. 1. Sorbon. S. Salab. Rem. & Rom. Thomaſ. niſi quòd omnes, loco *adpronunciatio mea*, ferunt *eloquium meum*, Corb. *eloquium tuum*; paulòque poſt, *ſicut imbres*, non *imber*. Sorbon. 2. *pronunciatio mea, & deſcendat ſicut ros verbum meum, ſicut imber*, &c. Gr. loco *pronunciatio mea*, hab. ἀπόφθεγμά μου, i. e. *ſententia mea*. Ambroſ. in Pſ. 1. col. 739. b. & in Luc. 9. to. 1. col. 1415. a. & epiſt. 29. to. 2. col. 905. c. *Exſpectetur ſicut pluvia eloquium meum, & deſcendant ſicut ros verba mea, ſicut imber*, &c. ut ſup. Sic etiam Hieron. in Iſai. 55. to. 3. col. 406. a. & in Zach. 8. col. 1749. e. uſque ad *verba mea:* cui accedit Petr. Chryſ. ſer. 60. col. 891. e. Hieron. verò in Eccleſ. to. 2. col. 778. c. legit: *Exſpectatur ſicut pluvia ſermo meus, & effundent ſuper terram imbrem:* at in Oſe. to. 3. col. 1276. & 1334. conſtanter, *deſcendant ſicut* (al. *ut*) *ros verba mea*. Hilar. in Pſ. 142. col. 548. f. ſic: *Exſpectetur ſicut pluvia dictum meum, & deſcendant ſicut ros verba mea, ut pluvia ſuper gramen, & ut nives ſuper fœnum.* Ita rurſum in Pſ. 46. col. 579. e. & in Pſ. 134. col. 475. a. ſed legit, *eloquium meum*, non *dictum meum*, ut ſup. exinde col. 475. a. & *ſicut pluvia*. Auctor verò l. de promiſſ. part. 2. c. 18. col. 141. d. ſic habet: *Excipiatur ſicut pluvia pronunciatio mea, & deſcendant velut ros verba mea.*

℣. 3. Itidem Petr. Chryſol. ſer. 60. col. 891. f. Breviar. verò Moz. ſic, cum Mſ. Reg. Suec. *Quia nomen Dominî invocavi: date magnitudinem Domino Deo noſtro.* Similiter in Pſalt. Corb. præter vocem *Domino*, quam delet. Sic etiam in Miſſali Rom. ubi ſup. ſed pro *invocavi*, hab. *invocabo*. Concinunt Pſalt. S. Salab. Rem. Sorb. 1. & Rom. Thomaſ. ad verbum. Item Sorb. 2. niſi quòd hab. *Domino Deo veſtro*. In Græco, Ὅτι τὸ ὄνομα Κυρίου ἐκάλεσα· δότε μεγαλωσύνην τῷ Θεῷ ἡμῶν.

℣. 4. Similiter habent Pſalt. S. Salab. Rem. & Rom. Thomaſ. præter unum *ſanctus*, pro *rectus*. Breviar. Moz. cum Miſſali Rom. ad Tract. Sabb. S. *Deus, vera opera ejus..... Deus fidelis, in quo non eſt iniquitas, juſtus & ſanctus Dominus.* Pſalt. Sorb. 1. *Deus verax, opera ejus, & omnes viæ ejus judicia: Deus fidelis, & non eſt iniquitas in eo, juſtus & ſanctus Dominus.* Sorb. 2. *Deus, vera ſunt opera ejus, omnes viæ..... juſtus & ſanctus Domin.* Corb. *Deus, cujus vera opera ſunt, & omnes viæ ejus judicia: Deus fidelis, & non eſt injuſtitia in eo, juſtus & ſanctus Dom.* Vet. Iren. Interp. l. 3. c. 18. col. 211. d. *Deus, vera opera ejus.* Græc. Θεὸς, ἀληθινὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, καὶ πᾶσαι..... Θεὸς πιστὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία, δίκαιος καὶ ὅσιος Κύριος.

℣. 5. Concinit Pſalt. Rom. Thomaſ. niſi quòd ibi habetur *natio*, non *generatio*, Græcè γενεά. Pſalt. Rem. & S. Salab. nec non Sorbon. 1. ſic: *Peccaverunt non ei filii immaculati: natio*, &c. ut ſup. Mſ. Reg. Suec. *Peccaverunt non ei filii immaculati: progenies*, &c. Sorbon. 2. *Peccaverunt ei, & non ei filii immaculati*, &c. Corb. *Peccaverunt non & filii immaculati: natio*, &c. Brev. Moz. *Peccaverunt ei non filii immaculati: natio*, &c. Lucif. Calar. l. de non parc. in De. del. col. 236. vel 238. h. *Peccaverunt ei, & non filii ejus in ſordibus: generatio prava & perverſa.* Auguſt. quæſt. 55. in Deut. to. 3. col. 577. d. e. *Peccaverunt non ei filii vituperabiles;* tum addit: *Quod in Græco eſt, τέκνα μωμητά, quidam interpretati ſunt, ſicut hîc, id eſt*, filii vituperabiles; *quidam*, filii immaculati; *quidam*, filii vitioſi; *unde non magna quæſtio, imo nulla eſt:* & infra: *Generaliter dictum eſt:* Peccaverunt non ei: *quoniam qui peccat, non ei peccat, id eſt, non Deo nocet, ſed ſibi.* Similiter in Græco, ubi etiam pro *prava*, legitur,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Mſ. S. Michaël. 6. Hæc Domino retribuiſtis ſic populus ſtultus & non ſapiens? nonne hic ipſe tuus pater poſſedit te, & fecit te, & creavit te?	6. Hæccine reddis Domino populе ſtulte & inſipiens? nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creavit te?
7. Memoramini dies ſæculi, intelligite annos ſæculi ſæculorum: interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi; ſeniores tuos, & dicent tibi.	7. Memento dierum antiquorum, cogita generationes ſingulas: interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi; majores tuos, & dicent tibi. *Job. 8. 8.*
8. Cùm divideret Excelſus gentes: quomodo diſperſit filios Adam, ſtatuit fines gentium ſecundùm * numerum angelorum Dei.	8. Quando dividebat Altiſſimus gentes: quando ſeparabat filios Adam; conſtituit terminos populorum juxta numerum filiorum Iſraël.
* *In Mſ. cod. deeſt* numerum; *additur ex aliis Mſs.* 9. Et facta eſt pars Domini, populus ejus Jacob: funiculus hæreditatis ejus Iſraël.	9. Pars autem Domini, populus ejus: Jacob funiculus hæreditatis ejus.
10. Sufficientem eum ſibi fecit in terra deſerta, in ſiti æſtûs, ubi non erat aqua: circuivit eum, & erudivit eum: cuſtodivit illum ſicut pupillam oculi.	10. Invenit eum in terra deſerta, in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis: circumduxit eum, & docuit: & cuſtodivit quaſi pupillam oculi ſui.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ὀχολιά, ad verbum, *obliqua*, *tortuoſa*.

℣. 6. Similiter habet Pſalt. Corb. *Hæc Domino retribuiſtis*; deinde, *plebs fatua & non ſapiens*, &c. ut ſupra. Pſalt. Rem. & S. Salab. & Rom. Thomaſ. *Hæc Domino retribuiſti ſic plebs fatua & non ſapiens? nonne hic ipſe tuus pater poſſedit te, fecit te, & creavit te?* Sic etiam Sorbon. 1. deleto *te*, poſt *fecit*. Sorbon. verò 2. ita: *Hæc Domino retribuiſti, hic populus ſtultus & non ſapiens? nonne hic ipſe tuus pater, qui poſſedit te, & fecit, & creavit te?* Breviar. Moz. *Hæc Domino retribuiſti, hæc plebs fatua & non ſapiens? nonne hic eſt ipſe pater tuus, qui poſſedit te, & fecit*, &c. Mſ. Reg. Suec. *Sit populus ſtultus..... non hic ipſe eſt tuus pater, qui poſſedit te, & fecit te, & creavit te?* Græc. Ταῦτα Κυρίῳ ἀνταποδίδοτε; οὕτω λαὸς μωρὸς καὶ οὐχὶ ϛοφός; οὐκ αὐτὸς οὗτός σου πατήρ, &c. Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 10. col. 239. b. *Sic populus fatuus & non ſapiens, hæc Domino retribuiſtis?* & infra 239. c. ſicut cap. 31. col. 269. a. addit cum Auguſt. Locut. 72. col. 370. c. *Nonne hic ipſe* (al. *hic idem*) *pater tuus poſſedit te, & fecit te, & creavit te?* Lucif. Calar. l. de non parc. in De. del. col. 236. h. *Hæccine Domino reddis plebs fatua & non ſapiens?* Rufin. in Symb. col. 183. b. *Populus ſtultus & non ſapiens, hæc Domino retribuiſti?* Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. col. 746. b. *Nonne hic pater tuus poſſedit te, & fecit, & conſtituit te?* Græc. ἐποίησέ ϛε, καὶ ἐπλάσέ σε; Mſ. Alex. καὶ ἔκτισέ σε.

℣. 7. Pſalt. Corb. Rem. Rom. Thomaſ. & S. Salab. ſic: *In mente habete dies ſæculi, intelligite annos nationis nationum: interroga*, &c. ut ſup. Similiter habet Breviar. Moz. præter hæc ult. *patrem tuum, & dicet tibi; ſeniores tuos, & annuntiabunt tibi.* Itidem Auct. op. imp. in Matth. hom. 17. col. 89. b. ab hoc, *interroga patrem.* Pſalt. Sorb. 1. *In mente habeto dies ſæculi, intelligite annos nationis nationum*, &c. ut in textu. Sorbon. verò 2. *Et rememoramini dies ſæculi, intelligite annos generationis generationum: interroga patrem tuum, & indicabit tibi; ſeniores tuos, & dicent tibi.* Mſ. Regin. Suec. *Memoramini dies antiquos ſæculi*, &c. ut in Pſalt. Rom. Thomaſ. præter ult. *& diſcant tibi*, pro *& dicent*, &c. Græc. Μνήσθητε ἡμέρας αἰῶνος, ϛύνετε ἔτη γενεῶν γενεαῖς (Mſs. Alex. & Ox. cum editt. Ald. & Compl. γενεᾶς γενεῶν) ἐπερώτησον τὸν..... καὶ ἀναγγελεῖ ϛοι· τοὺς..... καὶ ἐροῦσί σω. Hieron. in Ezech. 45. to. 3. col. 1043. f. *Memento dierum antiquitatis, intellige annos generationis generationum:* & in Amos 2. col. 1383. c. *Interroga patres tuos, & annuntiabunt tibi; ſeniores tuos, & dicent tibi.* Similiter habet Gelaſ. 1. epiſt. 5. Conc. to. 4. col. 1172. e. Ambr. verò in Pſ. 118. to. 1. col. 1134. b. *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi; ſeniores, & dicent tibi.* Vide etiam in Pſ. 43. col. 887. c. Ferrand. Diac. ep. ad Reginon. p. 175. *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi; presbyteros tuos, & dicent tibi omnia:* & epiſt. ad Pelag. p. 258. *ſeniores tuos, & dicent tibi omnia.* Scavila epiſt. ad S. Fulg. apud ipſum 10. p. 212. *Inquire patrem tuum, & annuntiabit tibi; ſeniores tuos, & docebunt te.*

℣. 8. Pſalt. Rem. Sorbon. 1. S. Salab. & Rom. *Cùm divideret* (Rem. *dividerit*) *Excelſus gentes: quemadmodum diſperſit filios Adæ*, (Sorb. 1. *Adam*) *ſtatuit terminos gentium ſecundùm numerum angelorum Dei.* Similiter habet Breviar. Moz. excepto verbo, *diſpartiret*, pro *divideret*. Pſalt. Corb. *Cùm diſpartiebat Excelſus gentes: quemadmodum diſperſerit filios Adæ, ſtatuit fines gentium*, &c. ut ſup. Sorbon. 2. *Cùm partiretur Altiſſimus gentes: ut diſſeminaret filios Adam, conſtituit ſenes gentium*, &c. Mſ. Reg. Suec. *fines gentium ſecundùm numerum angelorum Domini.* Gr. Ὅτε διεμέριζεν ὁ Ὕψιϛος ἔθνη· ὡς διέσπειρεν υἱὸς Ἀδὰμ, ἔϛησεν ὅρια ἐθνῶν, &c. ut in Lat. Vet. Iren. Interp. l. 3. c. 12. p. 197. a. *Quando diviſit Altiſſimus gentes: quemadmodum diſperſit filios Adam, ſtatuit terminos gentium*, &c. ut ſup. Novatian. de Trin. p. 1047. b. *Cùm diſſeminaret filios Adam, ſtatuit fines gentium juxta numerum angelorum Dei.* Hilar. in Pſ. 143. col. 554. d. *Cùm diviſiſſet Excelſus gentes: ſtatuit fines gentium ſecundùm numerum angelorum ſuorum:* & in Pſ. 126. col. 420. d. *Cùm diviſiſſet Excelſus gentes ſecundùm numerum angelorum Dei.* Vide etiam in Pſ. 11. col. 43. b. & in Pſ. 130. col. 439. e. Hieron. in Dan. 10. vel 11. to. 3. col. 1119. e. *Quando dividebat Altiſſimus gentes, & diſſeminabat filios Adam: ſtatuit terminos gentium juxta numerum angelorum Dei.* Similiter in Ezech. 28. col. 894. f. præter hoc, *conſtituit terminos nationum;* poſt hoc autem, *angelorum Dei*, addit: *Sive ut melius habetur in Hebraïco; Juxta numerum filiorum Iſraël:* & infra, in c. 43. col. 1016. a. *Statuit terminos gentium ſecundùm numerum filiorum Iſraël, ſive angelorum Dei:* & in Dan. 7. col. 1098. f. *Quando dividebat*, &c. ut in Vulg. præter ult. *juxta numerum angelorum Dei:* & l. 1. in ep. ad Eph. to. 4. col. 331. a. *Quando dividebat Altiſſimus gentes: cùm diſſeminaret filios Adam:* at in Mich. 6. to. 3. col. 1538. d. *Cùm divideret Excelſus gentes: cùm diſſeminaret filios Adam, conſtituit terminos terræ ſecundùm numerum angelorum Dei.* Rufin. in Symb. p. 178. a. *Cùm divideret Excelſus gentes, ſtatuit terminos gentium ſecundùm numerum angelorum Dei.* Ambroſiaſt. col. 129. c. *Cùm divideret Altiſſimus gentem: quemadmodum diſperſit filios Adæ, ſtatuit fines gentium ſecundùm num. angel. Dei.* Similiter habet Auct. quæſt. ex utroque Teſt. q. 109. apud Auguſt. col. 109. a. præter hæc, *gentes: quemadmodum ſeparavit filios.* Sedul. Scot. in ep. ad Rom. col. 521. a. *Cùm divideret Excelſus gentes, & diſpergeret filios Adam ſecundùm numer. angelorum.* Auct. l. de vocat. Gent. l. 1. c. 5. p. 2. f. *Cùm diſpertiret Excelſus gentes: quemadmodum diſperſit filios Adam, ſtatuit terminos gentium ſecundùm*, &c. ut in textu. Auct. l. de promiſſ. part. 1. c. 9. p. 98. e. *Cùm diſpartiretur Altiſſimus nationes, ſtatuit terminos gentium*, &c. ut ſup. Vide etiam Gregor. M. hom. 34. in Job.

℣. 9. Concinunt Pſalt. Rem. & Rom. Thomaſ. unà cum Græco: ſic etiam habet Hieron. in Iſai. 57. to. 3. col. 418. b. cum Auct. quæſt. ex utroque Teſt. q. 109. col. 109. a. Similiter Pſalt. S. Salab. præter unum, *funiculum*, loco *funiculus*, Gr. Χοίνισμα. Pſalt. Corb. *Et facta eſt plebs Domini, pars ipſius Jacob: funiculus hæreditatis ejus Iſraël.* Sorb. 1. *Et facta eſt pars Domini, populus ejus Jacob: funiculus hæreditatis Iſraël.* Sorb. 2. *Et facta eſt portio Domini, populus Jacob: funiculus hæreditatis Iſraël.* Similiter Mſ. Reg. Suec. *Et facta eſt portio Domini*, &c. ut in textu. Breviar. Moz. *Facta eſt pars Domini, plebs Jacob: funiculum hæreditatis ejus Iſraël.* Vetus Iren. Interp. l. 3. c. 12. p. 197. a. *Facta eſt enim portio Domini, populus ejus Jacob: funiculum hæreditatis ejus Iſraël.* Hilar. in Pſ. 126. col. 420. d. *Et facta eſt portio Domini, Jacob: funiculus hæred. Iſraël:* ſimiliter in Pſ. 143. col. 554. d. addito uno *ejus*, ad vocem *hæreditatis*. Auct. op. imp. in Matth. col. 201. b. cum Auct. l. de voc. Gent. l. 1. c. 5. p. 2. f. *Et facta eſt portio Domini, populus ejus Jacob: funiculus hæreditatis ejus Iſraël.* Auct. l. de promiſſ. p. 1. c. 9. col. 98. e. *Et facta eſt portio ejus, Jacob: ſeries hæreditatis ejus Iſraël.* Sedul. Scot. in ep. ad Rom. col. 521. a. *Et facta eſt portio Domini, Jacob: funiculus hæred. ejus Iſraël.*

℣. 10. Pſalt. S. Salab. Sorbon. 1. & Rom. *Sufficientem eum ſibi fecit in eremo, in ſiti caloris, ubi non erat aqua: circumduxit eum, & erudivit eum: & cuſtodivit eum ſicut pupillam oculi.* Similiter habet Pſalt. Rem. præter voces,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

11. Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portavit in humeris suis.

12. Dominus solus dux ejus fuit: & non erat cum eo deus alienus.

13. Constituit eum super excelsam terram: ut comederet fructus agrorum, ut sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo.

14. Butyrum de armento, & lac de ovibus cum adipe agnorum, & arietum filiorum Basan: & hircos cum medulla tritici, & sanguinem uvæ biberet meracissimum.

15. Incrassatus est dilectus, & recalcitravit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.

16. Provocaverunt eum in diis alienis, &

VERSIO ANTIQUA.

11. Sicut aquila tegit nidum suum, & super pullos suos confidit, extendit alas suas, & suscepit illos super scapulas suas. *Ex Mſ. S. Michaël.*

12. Dominus solus ducebat eos: & non erat cum eis deus alienus.

13. Superduxit eos in virtute terræ: cibavit eos nascentia agrorum, suxerunt mel de petra, & oleum de firma petra.

14. Butyrum boum, & lac ovium, cum adipe agnorum & arietum, filiorum taurorum & hircorum, cum adipe renium, triticum, ex sanguine uvæ bibit vinum.

15. Et manducavit Jacob, & impletus est, & recalcitravit dilectus: impinguatus est, & incrassavit, & * dilatus est, & dereliquit Deum qui fecit eum, & recessit à Deo salutari suo. * *Al.* delatus est

16. Exacerbaverunt me in alienis, in abomi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

sibi, ante *fecit*, & *eum*, post *erudivit*, quas delet. Corb. sic habet: *Sufficientem eum sibi fecit in terra deserta, in sitim caloribus, ubi non erat aqua: circumiit eum, & erudiit eum: & custodiit eum ut pup. oculi.* Sorbon. 2. *Sufficientem fecit eum in terra deserta, in siti caloris, ubi non erat aqua: circumduxit eum, & erudivit eum: & custodivit eum,* &c. ut sup. Breviar. Moz. *Sufficientem eum sibi fecit in terra deserta, in siti caloris, ubi..... circumivit eum, & erudivit eum sicut pup. oculi.* Græc. Αὐτάρκησεν αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ, i. e. *suffecit*, seu *necessaria tribuit ei in deserto*; deinde sic: ἐν δίψῃ καύματος, ἐν γῇ ἀνύδρῳ (in Mſs. Alex. & Oxon. ac editt. Ald. & Compl. deest γῇ) ἐκύκλωσεν αὐτὸν, καὶ ἐπαίδευσεν..... καὶ διεφύλαξεν, &c. ut sup.

℣. 11. Psalt. Rem. *Sicut aquila tegit nidum suum, & super pullos suos consedit, expandit alas suas, & accepit eos, & suscepit eos super scapulas suas.* Similiter Sorb. 1. Rom. & S. Salab. nisi quòd duo priora hab. *confidet*, pro *consedit*, & ult. *confidit*. Mſ. Reg. Suec. *Quemadmodum aquila tegit..... & super pullos suos quos diligit, confidet..... & recepit eos, & suscepit eos super humeros suos*; cætera ut in Rom. sup. Sorb. 2. *Sicut aquila tegit nidum suum, & super pullos suos circumblanditur, expandit pennas suas, & accepit eos, & elevavit eos sup. scapulas suas.* Corb. *Quemadmodum aquila protegit nidum suum, & super pullos suos confidet, extendens alas suas, adsumpsit eos, & suscepit eos super*, &c. Breviar. Moz. *Quemadmodum aquila proteget nidum suum, desuper pullos suos sedens, extendit alas suas, & assumpsit eos, & suscepit eos super*, &c. al. *& accepit eos, & suscepit.* Græc. Ὡς ἀετὸς ὀκεπάσαι νοσσιὰν αὐτῦ, καὶ ἐπὶ τοῖς νοσσοῖς αὐτῦ ἐπεπόθησε, διεὶς τὰς πτέρυγας αὐτῦ ἐδέξατο αὐτὰς, καὶ ἀνέλαβεν αὐτὰς ἐπὶ τῶν μελαφρένων αὐτῦ. Ambros. l. 5. Hexa. to. 1. col. 104. b. legit: *Sicut aquila protegit nidum suum, & super pullos suos confidit*, (cod. Vat. *confidit*, edit. Rom. *concupivit*) *& expandit alas suas, & adsumpsit eos, & suscepit super scapulas suas.* At l. 2. de interp. Dav. c. 5. to. 1. col. 645. f. *Extendens alas suas, adsumpsit eos, & suscepit eos super*, &c. ut sup. Hieron. in Isai. 66. to. 3. col. 503. e. *Sicut aquila protegit nidum suum, & pullos sues desideravit, expandens alas suscepit eos, & portavit in humeris suis:* & in Matth. 24. to. 4. col. 113. d. *Sicut aquila protegit..... & super pullos suos desideravit, expandens alas suas suscepit, & tulit super pennas suas.* S. Petr. Chrysol. ser. 170. col. 974. b. *Sicut aquila protegit nidum suum, & super pullos suos confidit, sic extendens alas suas, accepit eos, & suscepit eos super scapulas suas.*

℣. 12. Ita ferunt Psalt. Corb. Sorbon. & Rom. ad verbum; Rem. verò, *Deus solus docebat eos*, &c. ut supra. Psalt. S. Salab. *Dominus solus docebat eos*, &c. Breviar. Moz. *Dominus solus deducebat, & non erat cum illo deus alienus.* Græc. Κύριος μόνος ἦγεν αὐτὸς, καὶ οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν, &c. ut sup. Mſs. Alex. & Oxon. καὶ οὐκ ἦν, &c. Ambr. l. 5. Hex. to. 1. col. 104. b. *Dominus solus ducebat eos.* Fulgent. l. pro fide Cath. p. 536. *Dominus solus deducebat eos, & non fuit cum illis deus alienus.*

℣. 13. Psalt. Rem. & Sorbon. 1. *Adduxit eos in fortitudine terræ: cibavit eos nascentiis agrorum, suxerunt*, &c. ut in textu. Similiter habet Rom. Thomas. præter hoc, *in fortitudinem terræ*: sic etiam Psalt. Corb. & S. Salab. sed hoc addit, *cibavit eos nascentias*, &c. Corb. *nascentia.* Sorbon. 2. *Perduxit eos in virtute terræ: satiavit eos fructibus agrorum, suxerunt mel de petra, & oleum de solida petra.* Mſ. Reg. Suec. *Perduxit eos in virtute terræ: cibavit eos ex nascentia agrorum*, &c. ut in Rom. sup. Breviar. Moz. *Impositi in fortitudines terræ nascentias agrorum: suggerunt mel de petra, & oleum de firmissima petra.* Gr. Ἀνεβίβασεν αὐτὸς ἐπὶ τὸν ἰσχὺν τῆς γῆς· ἐψωμισεν αὐτὸς γεννήματα ἀγρῶν, ἐθήλασεν μέλι ἐκ πέτρας, καὶ ἔλαιον ἐκ σερεᾶς πέτρας. Arnob. de Deo trino, col. 213. *Fluxit eis mel de petra, & oleum de solida petra.*

℣. 14. Similiter habent Psalt. Rem. & Rom. exceptis his, *cum adipe renium* (Rom. *renum*) *tritici, & sanguine.* Psalt. S. Salab. & Sorb. utrumque: *Butyrum bonum, & lac ovium..... cum adipe renium tritici, & sanguinem uvæ*, &c. ut sup. Sorbon. *& sanguine.* Breviar. Moz. *Butyrum bovum, & lac ovium..... cum adipe renum, frumentum, & sanguinem uvæ*, &c. Psalt. Corb. *Butyrum boum, & lac ovium, adipem agnorum & arietum, taurorum, cum adipe renium, tritico, & sanguinem uvæ*, &c. ut sup. Gr. Βύτυρον βοῶν, καὶ γάλα προβάτων, μετὰ σέαλος ἀρνῶν καὶ κριῶν, υἱῶν ταύρων καὶ τράγων, μετὰ σέατος νεφρῶν σιτοῦ, (Mſ. Oxon. καὶ σιτοῦ) καὶ αἷμα σταφυλῆς, &c. August. loc. 73. de Deut. to. 3. col. 370. c. *cum adipe renum tritici*, tum addit: *Renes tritici..... velut interiora tritici, unde farina ejicitur.* Lucif. Calar. l. de non parc. in De. del. col. 236. vel 238. h. *bibit vinum.* Psalt. Sorb. *ebibit vinum.*

℣. 15. Psalt. Rem. Sorbon. 1. & Rom. *Et manducavit Jacob, & satiatus est, & recalcitravit dilectus: pinguis factus est, & incrassavit, & dilatatus est, & dereliquit Deum*, &c. ut sup. Similiter habet Psalt. S. Salab. excepto verbo, *saturatus est*, pro *satiatus est*; delet quoque &, post *incrassavit*; paulòque post legit *Dominum*, non *Deum.* Psalt. Corb. & Sorbon. 2. *Et manducavit Jacob, & satiatus est, & recalcitravit dilectus: impinguatus est, & incrassatus est, & dilatatus est, & derelinquit Deum*, &c. ut sup. Mſ. Reg. Suec. similiter habet, *satiatus est*, paulò verò post, *impinguavit..... & reliquit Dominum*; cætera ut in Psalt. Rom. Breviar. Moz. *Et manducavit Jacob, & saturatus est, & recalcitravit dilectus: pinguis factus est, & dilatatus est, & derelinquit Deum*, &c. ut sup. Ita quoque in Græco, nisi quòd loco, *pinguis factus est, & dilatatus est*, &c. legitur, ἐλιπάνθη, ἐπαχύνθη, ἐπλατύνθη, καὶ ἐγκατέλιπε, &c. extremò Σωτῆρος αὐτῦ, *salvatore suo.* Tertul. adv. Psych. p. 984. a. sic hab. *Incrassatus est dilectus, & pinguefactus, & dilatatus est, & dereliquit Deum qui fecit eum, & abscessit à Domino salutificatore suo.* Lucif. Calar. l. de non parc. in De. del. col. 236. vel. 238. h. *Et manducavit Jacob, & satiatus est, & calcitravit dilectus: pinguis factus est, & incrassatus est, dilatatus est, & dereliquit Deum qui fecit eum, & recessit à Deo salvatore suo.* Hilar. in Ps. 140. col. 540. a. *Manducavit & bibit Jacob; & repletus est, & incrassatus est, & calcitravit dilectus:* & in Ps. 5. col. 119. d. *incrassavit, & calcitravit.* Ambros. l. de Jos. c. 7. to. 1. col. 497. f. *Impinguatus, & obesus factus, & dilatatus est, & dereliquit eum qui fecit eum.* Hier. in Ezech. 16. to. 3. col. 789. d. *Et manducavit & bibit Jacob, & saturatus est, & incrassatus, & calcitravit dilectus: & dereliquit Deum factorem suum;* & infra, col. 806. e. *Manducavit & bibit: & saturatus est, & impinguatus, & calcitravit dilectus.* Similiter in Isai. 28. col. 234. f. præter hæc, *& bibit Jacob*, ac *recalcitravit;* & epist. ad Fabiol. to. 2. col. 605. b. *Impinguatus est, & incrassatus, ac dilatatus, & recalcitravit dilectus: & oblitus est Dei salvatoris sui;* & l. 2. cont. Jovin. to. 4. part. 2. col. 208. b. *Incrassatus est & pinguefactus, & dilatatus, & recalcitravit dilectus: & dereliquit Dominum qui fecerat eum, & abscessit à Deo salutari suo.*

℣. 16. Sic habet Psalt. Sorbon. 2. demto uno &, post

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. S. Michaël. nationibus ſuis * & exaſperaverunt me.

* Al. deeſt &

17. Sacrificaverunt dæmoniis & non Deo, diis

† Al. deeſt que quos non noverant: novi recentes † que venerunt, quos neſciebant patres eorum.

18. Deum qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es Deum alentem te.

19. Et vidit Deus, & zelavit: & exacerbatus eſt per iram filiorum ſuorum & filiarum ſuarum.

20. Et dixit: Avertam faciem meam ab eis, & oſtendam quid erit eis in noviſſimo: quia generatio perverſa eſt, filii in quibus non eſt fides in ipſis.

21. Ipſi præzelaverunt me in non Deo, in ira concitaverunt me in ſimulacris ſuis: & ego zelabo eos in non gente, in gente inſenſata irritabo eos.

VULGATA NOVA.

in abominationibus ad iracundiam concitaverunt.

17. Immolaverunt dæmoniis & non Deo, diis quos ignorabant: novi recenteſque venerunt, quos non coluerunt patres eorum.

18. Deum qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es Domini creatoris tui.

19. Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt: quia provocaverunt eum filii ſui & filiæ.

20. Et ait: Abſcondam faciem meam ab eis, & conſiderabo noviſſima eorum: generatio enim perverſa eſt, & infideles filii.

21. Ipſi me provocaverunt in eo qui non erat Deus, & irritaverunt in vanitatibus ſuis: & ego provocabo eos in eo qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo illos. Jer. 15. 14. Rom. 10. 19.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſuis. Rem. verò & S. Salab. & Rom. Thomaſ. *Exacerbaverunt me in alienis, in abominat. ſuis concitaverunt me.* Similiter Sorbon. 1. addito &, poſt *alienis.* Mſ. Regin. Suec. *Exaſperaverunt me*, &c. ut in Rom. ſupra. Corb. *Exacerbaverunt me in alienis, in abominat. meis amaricaverunt me.* Breviar. Moz. *Et exacerbaverunt me in diis alienis, in abominat. ſuis in iram concitaverunt me.* Gr. Παρώξυνάν με ἐπ' ἀλλοτρίοις, ἐν βδελύγμασιν αὐτῶν παρεπίκραναν με. Lucif. Calar. l. de non parc. in De. del. col. 236. vel 238. h. *Exacerbaverunt me in diis alienis, in abominat. ſuis concitaverunt me.* Hieron. in Iſai. 57. to. 3. col. 418. a. *Irritaverunt me in diis alienis, & in abomination. ſuis ad iracundiam provocaverunt.* Similiter in Iſai. 65. col. 481. a. præter hoc, *ad amaritudinem provocaverunt.*

℣. 17. Concinit Mſ. Sorbon. 1. niſi quòd habet *dii*, pro *diis.* Concinunt etiam Rem. & S. Salab. & Rom. ſed legunt *diis*, Rem. *deos*; deinde hi tres *quos non noverunt.* Similiter Corb. *deos quos non noverunt*; ſed addit: *nobis ſubitanei venerunt, quos neſcierunt patres eorum.* Sorb. 2. *Sacrificaverunt..... diis quos non noverant: novi ad præſens, quos neſciebant patres eorum.* Breviar. Moz. *Et ſacrificaverunt..... deos quos non noverunt: novi recenteſque venerunt, quos neſcierunt reges eorum.* Pſalt. S. Salab. delet *que*, poſt *recentes.* Similiter hab. Mſ. Reg. Suec. *recentes venerunt*, abſque medio *que.* Græc. priori textui favet ad verbum, & pro *recenteſque*, habet καὶ προσφάτοι. Cyprian. cùm l. 1. Teſtim. cap. 1. p. 276. b. tum epiſt. ad Fortunat. p. 264. b. legit ut ſup. *Sacrificaverunt dæmoniis & non Deo.* Hieron. in Iſai. 57. to. 3. col. 418. a. & in Iſai. 65. col. 481. a. *Immolaverunt dæmoniis*, &c. Lucif. Calar. l. de non parc. in De. del. col. 236. vel 238. h. *Et ſacrificaverunt dæmoniis & non Deo, diis quos non noverant: novi recenteſque venerunt, quos non coluerunt patres ipſorum.*

℣. 18. Accedunt magno conſenſu Mſs. Rem. Corb. S. Salab. Sorb. 1. & Pſalt. Rom. Sorbon. verò 2. habet, & *oblitus es Deum qui nutrivit te.* Breviar. Moz. & *oblitus es qui enutrivit te.* Græc. καὶ ἐπελάθου Θεοῦ τοῦ τρέφοντός σε. Mſ. Reg. Suec. hab. *Dominum qui te genuit derelinquiſti*, & *oblitus es Dominum alentem ſe.* Lucif. Calar. l. de non parc. in De. del. col. 236. vel 238. h. *Deum qui te.....* & *oblitus es Domini creatoris tui.* Hieron. in Iſai. 10. to. 3. col. 90. f. *Dei nutritoris tui.*

℣. 19. Mſs. Rem. Sorbon. 1. S. Salab. & Rom. *Vidit Dominus*, & *zelatus eſt*: & *exacerbatus eſt propter iram filiorum ſuorum & filiarum.* Similiter Corb. niſi quòd habet, & *vidit.* Item Sorb. 2. *Et vidit Dom.* & *zelatus eſt*, &c. ſed infra, *præ ira filiorum ſuorum & filiarum.* Breviar. Moz. *Vidit Deus*, & *zelatus eſt*: & *exacerbatus eſt per iram filiorum ſuorum & filiarum.* Mſ. Reg. Suec. *Hoc vidit Dominus..... ſuper iram*, &c. Græc. Καὶ εἶδε Κύριος, καὶ ἐζήλωσε· καὶ παρωξύνθη διὰ ὀργὴν υἱῶν αὐτοῦ καὶ θυγατέρων. Auct. l. de voc. Gent. l. 2. c. 18. col. 27. d. *Et vidit Dominus*, & *zelavit*: & *iratus eſt propter iram filiorum ſuorum & filiarum.*

℣. 20. Similiter habet Breviar. Moz. ſi excipiatur *natio*, loco *generatio.* Pſalt. Rem. *Et dixit: Avertam faciem meam ab eis*, & *oſtendam quid erit in noviſſimo: quia generatio prava & perverſa eſt, filii*, &c. ut ſup. Similiter in Pſalt. S. Salab. præter hoc, *oſtendam eis quid erit in.* Pſ. Roman. *Et dixit: Avertam.....* & *oſtendam quid erit eis in noviſſimo: quia generatio prava & perverſa, filii*, &c. Corb. *Et dixit: Avertam.....* & *oſtendam quid erit illis in noviſſimis diebus: quia natio prava & perverſa eſt, filii quibus*, &c. ut ſup. Similiter in Sorbon. 1. exceptis his: *in noviſſimis: quoniam generatio prava & perverſa eſt, filii in quibus*, &c. Sorbon. 2. hab. *in noviſſimis: quoniam generatio perverſa eſt, filii in quibus non eſt in eis fides in ipſis.* Mſ. Reg. Suec. *quid erit illis in noviſſimis diebus: quia natio prava & perverſa eſt, filii in quibus non eſt fides in eis.* Græcè, Καὶ εἶπεν· Ἀποστρέψω..... ἢ δείξω τί ἔσται αὐτοῖς ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν· (in Mſs. Alex. & Oxon. ac editt. Ald. & Compl. deeſt ἡμερῶν) ὅτι γενεὰ ἐξεστραμμένη ἐστὶν, υἱοὶ οἷς οὐκ ἐστὶ πίστις ἐν αὐτοῖς. Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 725. c. legit: *Avertam faciem meam ab eis, & monſtrabo quidquid illis in noviſſimis: quoniam genitura perverſa eſt, filii in quibus fides non eſt.* Hieron. epiſt. ad Fabiol. to. 2. col. 605. a. *generatio peſſima, filii inruditi.* Aug. locut. 74. de Deut. to. 3. col. 370. d. *filii in quibus non eſt fides in eis.* Sic etiam habet Auct. op. imp. in Matth. hom. 30. col. 126. b.

℣. 21. Pſalt. Rem. Sorbon. 1. & S. Salab. *Ipſi in zelo compulerunt me*, & *non in Deo, in ira concitaverunt me in idolis ſuis*: & *ego in zelo* (Sorbon. 1. & *ego zelo*) *expellam eos* & *non in gentem, in gentem inſipientem irritabo eos.* Similiter habet Pſalt. Rom. Thomaſ. exceptis his, *in iram concitaverunt.....* & *non in gente, in gente inſipiente.* Breviar. Moz. *Ipſi in zelum concitaverunt me*, & *non in Deum, in ira concitaverunt me in idolis ſuis*: & *ego in ira concitabo eos* & *non in gentem, in gentem inſenſatam irritabo eos.* Mſ. Reg. Suec. *Immolaverunt me in idolis ſuis*, & *non Domino, in iram concitav. me in idolis ſuis*: & *ego zelabo eos in non gentem, in gente inſenſata*, &c. Mſ. Corb. *Æmulati ſunt me in idolum*, & *non in Deum, in iram concitaverunt me in idolis ſuis*: & *ego æmulabor eos non in gentem, in gentem ſtultam irritabo eos.* Sorbon. 2. *Ipſi zelaverunt me*, & *non Deum, exacerbaverunt me in idolis ſuis*: & *ego ad zelum irritabo eos* & *non in gentem, in gentem inſipientem irritabo eos.* Græc. Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ Θεῷ, (Mſ. Oxon. θεοῖς) παρώξυνάν με (Mſs. Alex. & Oxon. ac editt. Ald. & Compl. παρώργισάν με) ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν· κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει, ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς. Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 725. c. ſic legit: *Illi obæmulati ſunt me in non Deo*, & *provocaverunt me in iram in idolis ſuis*: & *ego obæmulabor eos in natione inſipienti, provocabo eos in iram.* Ambr. in Pſ. 36. to. 1. col. 779. e. *Ipſi excitaverunt me in æmulationem in non Deo, irritaverunt me in ſimulacris ſuis: ego autem excitabo eos in æmulationem in non gente, in natione inſipiente irritabo eos:* item infra, col. 780. a. & *ego in æmulationem eos excitabo in non gente.* Hieron. epiſt. ad Fabiol. to. 2. col. 605. a. *Ipſi ad æmulationem me provocaverunt in eo qui non erat Deus, irritaverunt me in ſculptilibus ſuis*: & *ego zelare hos faciam nationes*, & *contra gentem ſtultam irritabo eos*: & in Iſai. 43. to. 3. col. 320. c. *Ipſi me zelare fecerunt in eo qui non erat Deus*, & *irritaverunt me in idolis ſuis*: & *ego zelare eos faciam in gente quæ non eſt*, & *in gente ſtultiſſima irritabo illos*: & in Ezech. 8. col. 747. d. *Ipſi me provocaverunt ad zelum in eo qui non erat Deus*: & *ego provocabo eos ad zelum in gente quæ non eſt*: & in Jonæ 4. col. 1490. b. *Ipſi me irritaverunt in his qui non ſunt dii*: & *ego eos irritabo ſuper gente quæ non eſt, ſuper natione ſtulta eos ad iracundiam concitabo.* Auct. verò op. imp. in Matth. hom. 30. 126. b. *Ipſi in zelum compulerunt me in non Deum*: & *ego in zelum expellam eos in non gentem.* Item Auct. l. de voc. Gent. l. 2. c. 18. p. 27. d. *Ipſi in zelum compulerunt me in hoc quod non eſt Deus, irritaverunt me in idolis ſuis*: & *ego in zelum incitabo eos in eis qui non erant gens, ſu-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

22. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni novissima: devorabitque terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet.

23. Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis.

24. Consumentur fame, & devorabunt eos aves morsu amarissimo: dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram, atque serpentium.

25. Foris vastabit eos gladius, & intus pavor, juvenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene.

26. Dixi: Ubinam sunt? cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.

27. Sed propter iram inimicorum distuli: ne fortè superbirent hostes eorum, & dicerent: Manus nostra excelsa, & non Dominus, fecit hæc omnia.

28. Gens absque consilio est, & sine prudentia.

Jer. 9. 12. 29. Utinam saperent, & intelligerent, ac novissima providerent?

30. Quo modo persequatur unus mille, &

VERSIO ANTIQUA.

22. Quia ignis accensus est ab ira mea, * & ardebit usque ad inferos deorsum: comedet terram & nascentia ejus, * uret fundamenta montium. *Ex Mſ. S. Michaël.* * *Al.* exardebit * *In Mſ.* super, *al.* uret

23. Congregabo in eis mala, & sagittas * consummabo in eos. * *Al. add.* meas

24. * Tabescent fame, escâ avium, extensione nervorum insanabili: dentes bestiarum mittam in eos, cum furore trahentium super terram. * *Al.* tabescere.... & tensione

25. Aforis sine filiis faciet eos gladius, & in promptuariis timor, juvenis cum virgine, lactans cum stabilito sene.

26. Dixi: Dispergam illos: privabo autem ex hominibus memoriam eorum.

27. Nisi propter iram inimicorum, ne multo tempore supersint: ut non consentiant adversarii, nec dicant: Manus nostra excelsa, & non Dominus, fecit omnia hæc.

28. Quia gens perdito consilio est, & non est in eis disciplina.

29. Non sapuerunt intelligere; hæc percipient in futuro tempore.

30. Quomodo * persequitur unus mille, & * *Al.* persequetur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

per gente insipiente irritaba eos.

℣. 22. Psalt. Rem. & S. Salab. *Quia ignis exarsit ab ira mea, & ardebit usque ad inferos deorsum: comedit terra nascentias agrorum,* (S. Salab. *nascentias eorum*) *concremavit fundamenta montium.* Similiter habet Sorbon. 1. præter hæc, *comedet..... agrorum*, & *concremabit.* Sorbon. 2. *Quia ignis exarsit ab ira mea*, & *exardescet usque ad..... comedit terra nascentia ejus, concremavit*, &c. ut supra. Corb. *Quia ignis exarsit ab ira mea*, & *ardebit usque ad.... & consumet terram & nascentia ejus, concremavit*, &c. ut sup. Sic etiam in Rom. Thomas. exceptis his: *comedet terram & nascentias agrorum*, & *concremabit*, &c. Mſ. Reg. Suec. *manducabit terram & na centia ejus, consummabit fundam.* &c. Breviar. Moz. *Quia ignis exarsit in ira mea*, & *exardescit usque ad inferos deorsum: comedet terra nascentias agrorum*, & *inflammant fundamenta montium.* Græc. Ὅτι πῦρ ἐκκέκαυται ἐκ τῦ θυμῦ μυ, καυσόεται ἕως ἅδυ κάτω· καὶ καταφάγεται γῆν ἡ τὰ γεννήματα αὐτῆς, φλέξῃ θεμέλια ὀρέων. Hieron. in Isai. 65. to. 3. col. 483. c. *Ignis accensus est de furore meo*, & *ardebit usque ad infernum deorsum: devorabit terram & genimina ejus, comburet fundamenta montium:* at in Isai. 14. col. 159. e. *Ignis succensus est in furore meo, ardebit usque ad infernum novissimum: devorabit terram & fundamenta ejus:* & in Mich. 6. col. 1539. a. *Ignis accensus est ex furore meo, ardebit usque ad inferos deorsum: devorabit terram & fundamenta ejus.*

℣. 23. Psalt. Rem. Rom. & S. Salab. *Congeram in ipsis mala, & sagittas meas consummabo in eis.* Similiter hab. Corb. Sorbon. 1. Reg. Suec. & Breviar. Moz. præter hoc, *in illis mala.* Regin. Suec. *in eis mala.* Sorbon. 2. addit: & *sagittæ meæ consument eos.* Ita quoque legit Hieron. in Isai. 65. to. 3. col. 483. c. Græc. Συνάξω εἰς αὐτὺς κακὰ, ἡ τὰ βέλη μυ ζυμπολεμήσω εἰς αὐτύς. At in Mſs. Alex. & Ox. ac editt. Ald. & Compl. Συντελέσω εἰς αὐτύς.

℣. 24. Psalt. Rem. & Roman. *Tabescentes fame, & escæ erunt avium, & extensio dorsi insanabilis: dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram.* Similiter habet Psalt. S. Salab. nisi quòd tollit &, post *avium*, & habet *in eis*, post *immittam*, non *in eos*; sic etiam Sorb. 1. sed addit &, post *avium*, delet verò post *fame*. Corb. *Tabescentes fame*, & *escâ avium*, & *retro tensio nervorum insanabilis: dentes bestiarum immittam in eis*, &c. ut sup. Sorb. 2. *Tabescent fame*, & *escâ avium*, *extensio cervicis insanabilis: dentes bestiarum inmittam in eis, cum furore trahentes à terra.* Breviar. Moz. *Tabescent fame*, & *esca avium erunt*, & *tensio dorsûs insanabilis eis: dentes bestiarum inmittam in eis, cum furore trahentium super terram.* Mſ. Reg. Suec. *Tabescunt fame*, & *esca avium erunt, extensio nervorum insanabilis: dentes bestiarum immittam in eis, cum furore trahentium super terra.* Græc. Τηκόμενοι λιμῶ, ἡ βρώσει ὀρνέων, ἡ ὀπισθότονος ἀνίαλος· ὀδόντας θηρίων ἐπαποστελῶ εἰς αὐτὺς, μετὰ θυμῦ συρόντων ἐπὶ γῆν.

℣. 25. Ita ferunt Psalt. Rem. Corb. Sorb. 1. & Rom. præter unum *privabit*, pro *faciet*: sic etiam Psalt. S. Salab. nisi quòd hab. *privavit*, paulòque post, & *in promptuariis eorum timor*; deinde *juvenes cum virginis*, &c. vitiosè, pro *virgine*, vel *virginibus*. Mſ. Reg. Suec. *Aforis sine filiis privabit eos gladius*, & *in promptuariis eorum erit timor, juvenis cum virgine*, &c. ut sup. Sorbon. 2. *Aforis interficiam eos gladio*, & *in promptuariis timor, juvenem cum virgine, lactantem cum stabilito seniore.* Breviar. Moz. *Aforis interficiet natos eorum gladius*, &c. ut in cod. S. Mich. Græcè: Ἐξωθεν ἀπεκτώσει αὐτὺς μάχαιρα, ἡ ἐκ τῶν ταμιείων φόβος, νεανίσκος σὺν παρθένῳ, θηλάζων μετὰ καθεσυχότος πρεσβύτε.

℣. 26. Ita Psalt. Rem. Corb. Sorbon. 1. & Roman. sic etiam Psalt. S. Salab. nisi quòd ita scribit, *Dixit Dnus pergam eos*; sed aperto mendo, pro *dispergam*, nisi legas, *Dixit Dominus: Perdam eos.* Mſ. Reg. Suec. *Dixi: Perdam eos*, &c. Sorbon. 2. *Dixi: Disperdam illos*, &c. ut sup. Similiter habet Breviar. Moz. præter hoc, *ex omnibus*, pro *ex hominibus*. Græc. Εἶπα· Διασπερῶ αὐτὺς παύσω δὲ ἐξ ἀνθρώπων τὸ μνημόσυνον αὐτῶν.

℣. 27. Psalt. S. Salab. Rem. Corb. & Sorbon. 1. sic habent: *Nisi propter iram inimicorum, ne longo* (Corb. *longe*) *tempore sint super terram: ne consentiant* (Rem. *nec sentiant*) *adversarii*, & *dicant: Manus nostra excelsa*, & *non Dominus*, (Sorbon. 1. *Dens*) *fecit hæc omnia.* Similiter Psalt. Rom. *Ne longo tempore sint super terram: ne consentiant adversarii ejus*, & *dicant.....* & *non Deus*, &c. ut sup. Mſ. Reg. Suec. *Ne longo tempore sint super terra: ne extollant se adversarii eorum*, & *dicant.....* & *non Dominus*, &c. Sorbon. 2. *Ne longo tempore sint: & ut consentiant adversarii*, & *non dicant*, &c. Breviar. Moz. *Nisi propter iram inimicorum tuorum, ut non sint longo tempore super terram: ut non consentiant adversarii*, & *dicant: Manus nostra excelsa est*, & *non Deus*, &c. ut sup. Gr. Εἰ μὴ διὰ ὀργὴν ἐχθρῶν, ἵνα μὴ μακροχρονίσωσι· ἵνα μὴ ζυνεπιθῶνται οἱ ὑπεναντίοι, μὴ εἴπωσιν· Ἡ χεὶρ..... ἡ οὐχὶ Κύριος, &c. ut sup.

℣. 28. Ita Psalt. Rem. Corb. & Sorb. 1. cum Mſ. Reg. Suec. at Sorbon. 2. S. Salab. & Roman. legunt: *Quia gens perdita consilio est*, &c. ut sup. Breviar. Moz. *Quia natio perditi consilii est*, & *non est in eis* (Mſ. Corb. *in ipsis*) *disciplina.* Græc. Ἔθνος (Mſs. Alex. & Oxon. cum edd. Ald. & Compl. Ὅτι ἔθνος) ἀπολωλεκὸς βυλὴν ἐστι, ἡ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἐπιστήμη.

℣. 29. Sic Psalt. Rem. S. Salab. & Roman. Sic etiam Sorbon. 1. nisi quòd habet *preciperent*, loco *percipient*, sed vitiosè. Mſ. Reg. Suec. *Percipient hæc in futuro tempore.* Sorbon. 2. *Non sapuerunt intelligere*; & *persequuntur hæc in futuro tempore.* Corb. *Non cogitaverunt intelligere hæc; suscipiant in furore* (l. *futuro*) *tempore.* Brev. Moz. *Et non cogitaverunt intelligere; hæc percipient in futuro tempore.* Græc. Οὐκ ἐφρόνησαν ζυνέσει· ταῦτα καλὰ ἐξάδωσαν εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον.

℣. 30. Psalt. Rem. Sorbon. 1. S. Salab. & Rom. *Quomodo persequetur* (Salab. *persequitur*, Rem. *persequebatur*) *unus mille*, & *duo transmovebunt dena millia; nisi quia Dominus subdidit eos*, & *Deus tradidit illos?* Sorbon. 2.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.	
Ex Mſ. S. Michaël. duo movebunt dena millia; ſi non Deus * pepu-	duo fugent decem millia? nonne ideo, quia Deus	
* *Al.* repuliſſet liſſet eos, & Dominus tradidiſſet eos?	ſuus vendidit eos, & Dominus concluſit illos?	
31. Quoniam non ſicut dii eorum Deus noſter	31. Non enim eſt Deus noſter ut dii eorum:	
eſt: inimici autem noſtri inſenſati.	& inimici noſtri ſunt judices.	
32. Ex vinea enim Sodomorum, vitis eorum,	32. De vinea Sodomorum, vinea eorum, &	
& propago eorum ex Gomorra: uva eorum uva	de ſuburbanis Gomorrhæ: uva eorum uva fellis,	
fellis, botrus amaritudinis ipſis.	& botri amariſſimi.	
33. Furor draconum vinum eorum, & furor	33. Fel draconum vinum eorum, & vene-	
aſpidum inſanabilis.	num aſpidum inſanabile.	
34. Nonne hæc apud me congregata ſunt, &	34. Nonne hæc condita ſunt apud me, &	
ſignata ſunt in theſauris meis?	ſignata in theſauris meis?	
35. In die ultionis reddam illis in tempore,	35. Mea eſt ultio, & ego retribuam in tem-	*Eccli.* 28. 1.
cùm lapſus fuerit pes eorum: quia prope eſt dies	pore, ut labatur pes eorum: juxta eſt dies per-	*Rom.* 12. 19.
perditionis eorum, & præſtò eſt parata vobis.	ditionis, & adeſſe feſtinant tempora.	*Hebr.* 10. 30.
36. Quia judicabit Dominus populum ſuum,	36. Judicabit Dominus populum ſuum, & in	2. *Mach.* 7. 6.
* *Al.* deſolutos & in ſervis ſuis conſolabitur: vidit enim * deſolatos eos, & defectos in abductione, derelictos.	ſervis ſuis miſerebitur: videbit quòd infirmata ſit manus, & clauſi quoque defecerunt, reſiduique conſumpti ſunt.	
37. Et dixit: Ubi ſunt dii eorum, in quibus	37. Et dicet: Ubi ſunt dii eorum, in qui-	*Jer.* 2. 28.
confidebant in ipſis?	bus habebant fiduciam?	
38. Quorum adipem ſacrificiorum illorum ede-	38. De quorum victimis comedebant adipes,	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Quomodo perſequitur..... & duo movebunt..... niſi quia Dominus ſubdidit eos, & Dominus tradidit illos? Corb. *Quomodo perſequetur..... & duo commoverunt multa millia; niſi quòd Dominus ſubdidit eos, & Dominus tradidit illos?* Similiter Mſ. Reg. Suec. exceptis his duobus, *perſequitur*, & *commovebunt.* Breviar. Moz. *Quemadmodum perſequitur unus mille, & duo commovebunt dena millia; niſi quia Dominus ſubdidit eos, & tradidit eos?* Græc. Πῶς διώξεται εἷς χιλίους, καὶ δύο μυριάδας, εἰ μὴ ὁ Θεὸς ἀπέδοτο αὐτούς, καὶ Κύριος παρέδωκεν αὐτούς;

℣. 31. Pſalt. Rem. S. Salab. Sorbon. ambo, Mozarab. & Roman. *Quia non eſt Deus noſter ſicut dii illorum: inimici autem*, &c. ut ſup. Corb. *Quia non ſicut Dominus Deus noſter dii illorum*, &c. ut ſup. Mſ. Reg. Suec. *Quoniam non Deus noſter ſicut..... inimici autem Domini inſenſati.* Græc. Ὅτι οὐκ εἰσὶν (Mſ. Alex. ἔστιν) ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν οἱ θεοὶ αὐτῶν, &c. ut in Lat. In edit. Ald. Ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς ὑμῶν ὡς οἱ θεοὶ, &c. In Compl. Οὐ γὰρ εἰσὶν οἱ θεοὶ αὐτῶν ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν, &c. Hieron. in Zach. 5. to. 3. col. 1730. e. ultima ſic habet: *Inimici noſtri inſipientes.* Vigil. Tapſ. l. 5. de Trin. p. 245. b. *Inimici autem noſtri inſenſati*, Gr. ἀνόητοι.

℣. 32. Ita ferunt Pſalt. Rem. Sorbon. 1. Moz. Reg. Suec. & Roman. niſi quòd habent & *botrus*, præter Moz. in quo deeſt &, legitur verò *felix*, loco *fellis*, ſed aperto mendo. In Sorb. 1. deeſt *enim*, ante *Sodomorum*. In Corb. ſic: *Ex vinea enim Sodomorum, vitis eorum eſt*, & *propago*, &c. ut in textu, præter ult. *ipſius*, pro *ipſis*. Mſ. Reg. Suec. *in idipſis*. Ita quoque in Pſalt. S. Salab. ſed abſque *eſt*, poſt *vitis eorum*. In Sorbon. 2. *De vite enim Sodomorum, vitis eorum*, & *ſarmenta eorum ex Gomorrha: uva eorum uva fellis*, & *botrus amaritudinis in eis.* Gr. Ἐκ γὰρ ἀμπέλου Σοδόμων, ἡ ἄμπελος αὐτῶν, καὶ ἡ κλήματις αὐτῶν ἐκ Γομόρρας· σταφυλὴ αὐτῶν σταφυλὴ χολῆς, βότρυς πικρίας αὐτοῖς. Ambroſ. l. de Elia & jejun. c. 14. to. 1. col. 551. e. legit: *De vinea Sodoma, vinum eorum*, & *vitis eorum, vitis Gomorrhæ: uva eorum uva fellis, botrus amaritudinis in ipſis.* Hieron. in Iſai. 16. to. 3. col. 172. c. *De vinea enim Sodomorum, vinea eorum*, & *propago eorum de Gomorra:* ſimiliter in Sophon. 1. col. 1654. c. Item in Zach. 5. col. 1730. e. excepto uno, *de Gomorris*; tum addit: *Uva eorum uva fellis*, & *botrus amaritudinis eis.* Rufin. in Symb. col. 183. b. *Ex vineis* (ed. Compl. ἀμπέλων) *Sodomorum, vitis eorum*, & *palmes eorum de Gomorris: uva eorum uva fellis, botrus amaritudinis ipſis.* Vigil. Tapſ. l. 5. de Trin. p. 245. b. *De vinea enim Sodomorum, vitis eorum*, & *propago eorum de Gomorrha: uva eorum uva fellis*, & *botrus eorum botrus amaritudinis.* Cæſar. Arelat. homil. 31. *Ex vinea Sodomorum, vinum eorum*, & *vites eorum ex Gomorra: uva eorum uva fellis*, & *botrus amaritud. in ipſis.* Anecdot. Marten. to. 5. col. 16. c. *De vinea Sodomorum, vinea eorum*, & *propago eorum ex Gomorra: uva eorum uva fellis*, & *botrus amaritudinis.*

℣. 33. Similiter habent Pſalt. Rem. Corb. S. Salab. & Roman. ſic etiam Mozarab. & Reg. Suec. cum Vigil. Tapſ. l. 5. de Trin. p. 245. b. præter hoc, *ira draconum.* Sorbon. ambo, *Fel draconum vinum eorum*, & *furor aſpidum* (Sorb. 2. *aſpidis*) *inſanabilis.* Græc. Θυμὸς δρακόντων ὁ οἶνος αὐτῶν, καὶ θυμὸς ἀσπίδων ἀνίατος. Ambroſ. l. de Elia & jejun. cap. 14. col. 551. d. legit: *Furor draconum vinum eorum*, & *ira aſpidum inſanabilis.* Similiter Hieron. in Iſai. 24. to. 3. col. 209. b. & in Oſe. 7. col. 1281. b. & in Sophon. 1. col. 1654. c. & in ep. ad Epheſ. l. 3. to. 4. col. 386. f. 387. a. præter hoc, & *furor aſpidum*, ut ſup. in textu: at in Zach. 5. col. 1730. c. legit, *uſpidis.* S. Paulin. epiſt. 43. p. 261. b. *Uva eorum amaritudinis*, & *ira draconum inſanabilis vinum eorum.* Anecdot. Marten. to. 5. col. 16. c. *Ira draconum vinum eorum, ira aſpidum inſanabilis.*

℣. 34. Pſalt. Rem. Sorbon. 1. & S. Salab. *Nonne hæc congregata ſunt apud me*, & *ſignata in theſauris meis?* Similiter in Corb. exceptis his, & *ſignata ſunt apud me in.* In Sorbon. 2. *Nonne hæc omnia congregata ſunt apud me*, & *ſignata ſunt in*, &c. ut ſup. ſic etiam in Romano Thomaſ. deleto ultimo *ſunt.* In Græco: Οὐκ ἰδοὺ ταῦτα ξυνῆκταί μοι, καὶ ἐσφράγισαι ἐν τοῖς, &c.

℣. 35. Pſalt. Rem. S. Salab. & Roman. *In die ultionis reddam illis in tempore, quo lapſus fuerit pes eorum: quia prope eſt dies perditionis eorum*, & *hæc ſunt parata vobis.* Similiter in Sorbon. 1. excepto uno *erit*, pro *hæc ſunt.* In Sorbon. 2. *In die ultionis retribuam illis in tempore, cùm lapſus fuerit pes eorum: quoniam prope eſt dies perditionis eorum*, & *erunt parata vobis.* In Mſ. Reg. Suec. *In die judicii retribuam illis in tempore, cùm lapſus fuerit pes eorum: quoniam prope eſt dies perditionis eorum*, & *adveniet parata illis.* In Breviar. Moz. *In diem judicii reddam in tempore, cùm titubaverit pes eorum: quia prope eſt dies perditionis eorum*, & *advenient parata illis.* Itidem in Corb. præter hæc, *lapſus fuerit*, pro *titubaverit*, & *vobis*, pro *illis.* In Græco: Ἐν ἡμέρᾳ ἐκδικήσεως ἀνταποδώσω (Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. addit ἐν καιρῷ) ὅταν σφαλῇ ὁ πὺς αὐτῶν· ὅτι ἐγγὺς ἡμέρα ἀπωλείας αὐτοῖς, (Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. αὐτῶν) καὶ παρέστιν ἕτοιμα ὑμῖν.

℣. 36. Sic habet Pſalt. Rem. exceptis his: *Vidit enim eos fatigatos*, & *defectos*, *in abductione diſſolutos.* Similiter Sorbon. 1. Roman. & S. Salab. præter hoc, & *diſſolutos.* Corb. *Vidit enim fatigatos eos*, & *defectos in abductione.* Mozarab. *Vidit enim eos fatigatos*, & *defectos in obductione*, & *diſſolutos.* Sorbon. 2. *Vidit enim eos diſſolutos*, & *fatigatos*, & *defectos in abductionem*, & *diſſolutos.* Gr. Εἶδε γὰρ παραλελυμένους αὐτούς, καὶ ἐκλελοιπότας ἐν ἐπαγωγῇ, καὶ παρειμένους· priora verò ut in Lat. ſupra; quibus favent Mſs. codd. prædicti, neç non Hilar. in Pſ. 68. col. 224. d. ac in Pſ. 134. 479. b. & Aug. locut. 75. de Deut. col. 370. d.

℣. 37. Similiter habet Pſalt. Corb. ſicut etiam Rom. addito *nunc*, poſt *dixit.* In Rem. verò ſic: *Et dixi: Ubi ſunt nunc dii illorum, in quibus confidebatis in ipſis?* Similiter in Sorb. 1. præter hoc, & *dixit.* Item in Pſalt. S. Salab. ſed abſque ſeq. *nunc.* In Sorbon. 2. *Et dixit Dominus: Ubi ſunt dii eorum, in quibus confidebatis in eis?* In Mſ. Reg. Suec. *Et dixi: Nunc ubi ſunt dii veſtri, in quibus confidebatis in ipſis?* In Breviar. Mozar. *Et dixit: Ubi ſunt dii tui Iſrael, in quibus confidebas in ipſis?* In Græco: Καὶ εἶπε Κύριος· Πῦ εἰσιν οἱ θεοὶ αὐτῶν, ἐφ' οἷς ἐπεποίθειταν ἐπ' αὐτοῖς; Apud Aug. locut. 76. de Deut. col. 370. e. *Ubi ſunt dii eorum, in quibus fidebant in ipſis?*

℣. 38. Ita ferunt Pſalt. Rem. S. Salab. & Roman. niſi

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& bibebant vinum libaminum : ſurgant, & opitulentur vobis, & in neceſſitate vos protegant.

39. Videte quòd ego ſim ſolus, & non ſit
1. Reg. alius Deus præter me : ego occidam, & ego vi-
2. 6. vere faciam : percutiam, & ego ſanabo, & non
Tob. 13. 2. eſt qui de manu mea poſſit eruere.
Sap. 16. 13. 40. Levabo ad cœlum manum meam, &
Job. 10. 7. dicam : Vivo ego in æternum.

Sap. 16. 15. 41. Si acuero ut fulgur gladium meum, & arripuerit judicium manus mea : reddam ultionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me retribuam.

42. Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus devorabit carnes, de cruore occiſorum, & de captivitate, nudati inimicorum capitis.

2. Mac. 7. 6. 43. Laudate gentes populum ejus, quia ſanguinem ſervorum ſuorum ulciſcetur : & vindictam retribuet in hoſtes eorum, & propitius erit terræ populi ſui.

VERSIO ANTIQUA.

batis, & bibebatis vinum * libationis eorum : ſurgant, & adjuvent vos, & fiant vobis protectores. *Ex Mſ. S. Michael.* * *Al.* libationum

39. Videte, videte quoniam ego ſum, & non eſt Deus præter me : ego occidam, & vivere faciam : percutiam, & ego ſanabo, & non eſt qui eripiat de manibus meis.

40. Quia tollam in cœlum manum meam, & jurabo per dexteram meam, & dicam : Vivo ego in æternum.

41. Quia exacuam ſicut fulgur gladium meum, & continebit judicium manus mea : & retribuam judicium inimicis, & his qui oderunt reddam.

42. Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus manducabit carnes, à ſanguine vulneratorum, & captivitatis, à capite principum inimicorum.

43. Lætamini cœli cum eo, & adoremini eum omnes angeli Dei : lætamini gentes cum populo ejus, & confirment eum omnes angeli, Dei filii : quoniam ſanguis filiorum ejus defendetur : & defendet, & retribuet judicium inimicis, & his qui oderunt reddet ; & emundabit Dominus terram populi ſui.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

quòd tollunt *illorum*, poſt *ſacrificiorum* ; paulòque poſt habent, *exſurgant nunc*, pro *ſurgant*. Item Sorb. 1. delet *illorum*, ſed habet, *libationum eorum : exſurgant & nunc*, &c. Sorbon. 2. *Quorum adipem ſacrificiorum eorum edebatis, & bibebatis vinum libationum eorum : ſurgant nunc*, &c. Corb. *Quorum adipem ſacrificiorum manducabatis, & bibebatis vinum libationum eorum : ſurgant &*, &c. Mſ. Reg. Suec. *Quorum adipe boſtiarum edebatis, & bibebatis vinum libationis eorum : ſurgant nunc*, &c. Mozarab. *De quorum adipe ſacrificiorum edebatis, & bibebatis vinum libationum eorum : exſurgant nunc &*, &c. Græc. Ὧν τὸ σέαρ τῶν θυσιῶν αὐτῶν ἠσθίετε, καὶ ἐπίνετε τὸν οἶνον τῶν σπονδῶν αὐτῶν· ἀναστήτωσαν, καὶ, &c. ut ſup.

℣. 39. Sic habent Mſs. Sorbon. ambo, præter hoc, *& non eſt alius Deus præter me.* Rem. S. Salab. & Rom. *Videte, videte quoniam ego ſum Deus, & non eſt alius præter me*, &c. ut ſup. Similiter Corb. & Mozarab. excepta voce *Dominus*, loco *Deus*. Mſ. Reg. Suec. *Videte, videte quoniam ego ſum Deus, & non eſt alius Deus præter me : ego*..... *& ego*, &c. Græc. Ἴδετε, ἴδετε ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν ἐμοῦ· ἐγὼ ἀποκτείνω, (Mſ. Alex. ἀποκτενῶ) &c. ut in Lat. Cypr. l. de exhortat. mart. p. 264. a. & Jul. Firm. l. de errore falſar. relig. col. 176. *Videte, videte quoniam ego ſum, & non eſt Deus præter me : ego interimam, & vivere faciam : percutiam, & ego ſanabo*, &c. ut ſup. Hilar. in Pſ. 68. col. 226. d. *Videte, videte quoniam ego ſum, & non eſt Deus præter me : ego interimam, & ego vivificabo : percutiam, & ego ſanabo :* & l. 4. & 5. de Trin. col. 846. e. 850. f. 875. c. 876. c. *Videte, videte quoniam ego ſum Dominus*, (al. *Deus*) *& non eſt Deus præter me ;* & in Pſ. 59. col. 137. b. *Ego occidam, & ego ſanabo.* Fulgent. ep. 12. p. 219. *Videte quoniam ego ſum Deus, & non eſt alius præter me.* Itidem l. de Incarn. p. 416. & l. pro fide cath. p. 536. geminato verbo, *videte.* Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 697. c. *Ego percutiam, & ego ſanabo : ego occidam, & ego vivificabo ;* vide etiam l. 2. p. 649. b. & l. de reſur. carn. p. 570. a. Lib. verò de fug. in perſecut. p. 970. a. legit : *Ego percutiam, & ſanabo : ego vivificabo, & mortificabo :* & l. 5. contra Marc. p. 793. b. *Ego occidam, & ego vivificabo : percutiam, & ſanabo.* Similiter Ambroſ. in Pſ. 38. 40. 43. & 118. to. 1. col. 855. e. 879. d. 895. a. 1086. f. &c. *Percutiam, & ſanabo :* ultimo tantùm loco addit *ego.* Hieron. denique in Iſai. 6. to. 3. col. 66. a. *Ego occidam, & ego vivificabo : & percutiam, & ego ſanabo.* Item in Iſai. 50. col. 360. f. ſed abſque *&*, ante *percutiam :* at in ep. ad Epheſ. l. 2. to. 4. col. 371. a. *Ego enim occido, & ego vivifico.*

℣. 40. Concinunt Mſs. codd. præd. ad verbum, præter unum Corb. qui habet, *qui tollat*, pro *quia tollam.* Mſ. Reg. Suec. *quia extollam*, &c. ut ſupra. Græc. Ὅτι αἴρω εἰς τὸν οὐρανὸν τὴν χεῖρά μου, καὶ ὀμοῦμαι τὴν ἀλήθειάν μου, (Mſ. Ox. cum editt. Ald. & Compl. τῇ δεξιᾷ μου,) καὶ ἐρῶ· Ζῶ ἐγὼ εἰς τὸν αἰῶνα. Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 732. b. ſic legit : *Vivo ego, dicit Dominus, quia extollam in cœlum manum meam, & jurabo per dexteram meam, & dicam : Vivo ego in æternum.* Aug. locut. 77. de Deut. col. 370. e. *Et jurabo dexteram meam, id eſt*, inquit, *per dexteram meam.*

℣. 41. Pſalt. Rem. & Rom. *Quia exacuam velut fulgur gladium meum, & aget judicium manus mea : & retribuam judicium inimicis*, (Roman. *de inimicis*) *& his qui oderunt me reddam.* Itidem Sorbon. 1. præter unum *exacuerunt*, pro *exacuam.* Mſ. Reg. Suec. *Quia exacuam ut fulgur..... & continebit judicium manus mea.* Pſalt. S. Salab. *Quia exacuam velut fulgor gladium meum, & ut judicium manus mea : & retribuam judicium inimicis, & his qui oderunt me reddam.* Corb. *Quia exacuam ſicut fulgur gladium meum, & ſuſcipiet judicium manus mea : & reddam judicium inimicis, in his qui oderunt me reddam.* Similiter in Sorbon. 2. exceptis his, *& retribuam judicium inimicis, & odientibus reddam.* Breviar. Mozarab. ſic : *Quia exacuam ſicut fulgur gladium meum, & ſagittas meas conſummabo in eis : & ſuſcipiet manus mea judicium, & reddam judicium inimicis, & odientibus me retribuam.* Græc. Ὅτι παροξυνῶ ὡς ἀστραπὴν τὸν..... καὶ ἀνθέξεται κρίμαλος ἡ χεὶρ μου· καὶ ἀποδώσω δίκην τοῖς ἐχθροῖς, καὶ τοῖς μισοῦσί με ἀνταποδώσω. Auguſt. l. 1. cont. Adverſar. Leg. to. 8. col. 565. a. *Exacuam ſicut fulgur gladium meum.* Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 732. b. *Quia exacuo velut fulgur gladium meum, & detinebit judicium manus mea : & eis qui oderunt me reddam.*

℣. 42. Sic habent Pſalt. Mozar. Rem. S. Salab. Corb. Sorbon. 1. & Roman. præter ſeqq. nempe, *meas in ſanguine*, loco *meas ſanguine*, (Moz. tamen delet *in*, cum Sorbon. 1.) item infra, *captivitate à capite*, loco *captivitatis à capite ;* Moz. habet, *captivitates à capite*, S. Salab. *à captivitate capita*, Corb. *captivitatis à capite*, ut ſup. Sorbon. 2. *Inebriabo ſagittas meas à ſanguine..... & captivitatis, capita*, &c. Græc. Μεθύσω τὰ βέλη μου ἀφ' αἵματος..... ἀφ' αἵματος τραυματιῶν, καὶ αἰχμαλωσίας ἀπὸ κεφαλῆς, &c. ut ſup. Hieron. in Iſai. 65. to. 3. col. 487. a. ſimiliter : *Inebriabo ſagittas meas in ſanguine, & gladius meus comedet carnes vulneratorum.* Auguſt. l. 1. cont. Adverſar. Leg. to. 8. col. 565. a. *Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus manducabit carnes, de ſanguine vulneratorum.*

℣. 43. Pſalt. præd. ſimiliter habent, exceptis nonnullis levibus ; nempe Rem. & Rom. ferunt : *Lætamini cœli ſimul cum eo, & adorent eum..... lætamini gentes ſimul cum populo ejus, & confirment eum omnes filii Dei : quia..... & retribuet judicium inimicis*, (Rom. *de inimicis*) *& his qui oderunt eum*, (Rom. delet *eum*) &c. his duobus accinit Pſalt. S. Salab. niſi quòd in fine habet : *Quia ſanguis filiorum ejus defenditur, & defendit : & retribuam judicium inimicis, & his qui oderunt me reddam, & mundabit Dominus*, &c. Breviar. Moz. ſic : *Lætamini cœli ſimul cum eo, & adorent eum omnes angeli ejus : lætamini gentes ſimul cum..... & confirment eum omnes filii Dei : quia ſanguis filiorum ejus defendetur : & defendet, & red-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

44. Venit ergo Moyſes, & locutus eſt omnia verba cantici hujus in auribus populi, ipſe & Joſue filius Nun.

45. Complevitque omnes ſermones iſtos, loquens ad univerſum Iſraël:

46. & dixit ad eos: Ponite corda veſtra in omnia verba, quæ ego teſtificor vobis hodie: ut mandetis ea filiis veſtris cuſtodire & facere, & implere univerſa quæ ſcripta ſunt legis hujus:

47. quia non incaſſum præcepta ſunt vobis, ſed ut ſinguli in eis viverent: quæ facientes longo perſeveretis tempore in terra, ad quam, Jordane tranſmiſſo, ingredimini poſſidendam.

VERSIO ANTIQUA.

Capitul. CLII. *ſup.* 48... dixit Dominus ad Moyſen.....

49. Aſcende in montem Abarim..... & morere ibi.

VULGATA NOVA.

48. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen in eadem die, dicens:

49. Aſcende in montem iſtum Abarim, id eſt, tranſituum, in montem Nebo, qui eſt in terra Moab contra Jericho: & vide terram Chanaam, quam ego tradam filiis Iſraël obtinendam, & morere in monte.

VULGATA NOVA.

Num. 20. 26. & 27. 13. 50. Quem conſcendens jungêris populis tuis, ſicut mortuus eſt Aaron frater tuus in monte Hor, & appoſitus populis ſuis:

Num. 20. 12. & 27. 14. 51. quia prævaricati eſtis contra me, in medio filiorum Iſraël, ad aquas contradictionis in Cades deſerti Sin: & non ſanctificaſtis me inter filios Iſraël.

51..... *Vide Not.*

52. E contra videbis terram, & non ingredieris in eam, quam ego dabo filiis Iſraël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

det judicium inimicis, & odientibus ſe retribuet, & mundabit Dominus, &c. ut ſup. Corb. *Lætamini cœli ſimul cum eo, & adorent eum omnes filii Dei: lætamini gentes cum populo ejus, & confirment eum omnes angeli Dei: quia ſanguis filiorum ejus defendetur: & defendet, & reddet judicium inimicis, & odientibus eum reddet, & mundabit Dominus terram plebis ſuæ.* Mſ. Reg. Suec. *Lætamini gentes cum plebe ejus, & confirment eum omnes filii Dei: quoniam ſanguis filior. ejus defenditur..... & retribuet judicium inimicis, & his qui oderunt eum reddet.* Similiter in Sorb. 1. præter iſta: *Lætamini gentes ſimul cum populo ejus... quia ſanguis..... & his qui oderunt me reddet.* Sorbon. 2. *Lætamini gentes cum populo ejus, & confirment eum omnes angeli Dei: quia filiorum ejus ſanguis defenditur: & defendet, & retribuam judicium inimicis, & odientibus me reddam, & emundabit Dominus*, &c. ut ſup. Græc. Εὐφράνθητε ὐρανοὶ ἅμα αὐτῷ, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι (Mſ. Alex. υἱοὶ) Θεοῦ· εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ Θεοῦ· (Mſs. Alex. & Oxon. ἐνισχυσάτωσαν αὐτὸς πάντες ἄγγελοι Θεοῦ) ὅτι τὸ αἷμα τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἐκδικᾶται, (Mſ. Alex. ἐκδικεῖται) καὶ ἐκδικήσει, καὶ ἀνταποδώσει δίκην τοῖς ἐχθροῖς, καὶ τοῖς μισοῦσιν ἀνταποδώσει, καὶ ἐκκαθαριεῖ Κύριος, &c. ut ſup. Hilar. l. 4. de Trin. col. 846. e. legit: *Lætamini cœli ſimul cum eo, & adorent eum omnes filii Dei: lætamini gentes cum populo ejus, & honorificent eum omnes angeli Dei.* Item l. 5. col. 875. d. *Lætamini gentes ſimul cum eo: lætamini gentes cum plebe ejus:* at in Pſ. 67. col. 192. c. *Jucundamini cœli ſimul cum eo, & adorent eum omnes angeli Dei: jucundamini gentes cum populo ejus, & confortent eos omnes filii Dei.* Hieron. in Iſai. 51. to. 3. col. 366. c. & in Oſe. 2. col. 1252. c. *Lætamini gentes cum populo ejus:* item in Iſai. 26. col. 225. e. addit: *Sanguis filiorum ejus vindicabitur: & ulciſcetur, & retribuet vindictam inimicis.* Auguſt. locut. 78. de Deut. to. 3. col. 370. e. *Lætamini ſimul cum eo, & adorent eum omnes angeli Dei:* tum ſic pergit: *Alii codices habent:* Et adorent eum omnes filii Dei: *filios autem Dei dictos, qui angeli ſunt in cœlis, non facilè in Scripturis ſanctis invenitur.* Vid. inf. Hebr. 1. 6.

℣. 48. Gr. Καὶ ἐλάλησε, &c. ut in Lat.

℣. 49. Ἀνάβηθι εἰς τὸ ὄρος τὸ Ἀβαρὶμ..... καὶ τελεύτα ἐν τῷ ὄρει. Hilar. in Pſ. 52. col. 87. c. *Aſcende in montem, & morere.*

℣. 51. Huic reſpondet quod Hilar. ait in Pſ. 52. col. 87. c. Moyſi dictum: *Quia non glorificaſti me in aquis contradictionis, aſcende in montem, & morere.* Græc. Ὅτι ἠπειθήσατε τῷ ῥήματί μου ἐν τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ἐπὶ τοῦ ὕδατος ἀντιλογίας..... διότι οὐχ ἡγιάσατέ με ἐν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ.

CAPUT XXXIII.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 56. *in Deut. t.* 3. 578. *e.* 1. ET hæc benedictio, quam benedixit Moyſes, homo Dei, filios Iſraël, priuſquam defungeretur.

2. Et dixit: Dominus ex Sina venit, & alluxit ex Seir nobis: feſtinavit ex monte Pharan cum multis millibus Cades. Ad dexteram ejus angeli cum eo.

3. Et pepercit populo ſuo: & omnes ſanctificati ſub manus tuas, & hi ſub te ſunt.

4. Et accepit de verbis ipſius legem, quam mandavit nobis Moyſes, hæreditatem congregationibus Jacob.

5. Et erit in dilecto princeps, congregatis principibus populorum, ſimul tribubus Iſraël.

Ambr. de bened. Patr. c. 3. *t.* 1. 517. *f.* 6. Vivat Ruben, & non moriatur, & ſit multus in numero.

VULGATA NOVA.

1. HÆc eſt benedictio, qua benedixit Moyſes, homo Dei, filiis Iſraël ante mortem ſuam.

2. Et ait: Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus eſt nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo ſanctorum millia. In dextera ejus ignea lex.

3. Dilexit populos, omnes ſancti in manu illius ſunt: & qui appropinquant pedibus ejus, accipient de doctrina illius. *Sap.* 3. 1.

4. Legem præcepit nobis Moyſes, hæreditatem multitudinis Jacob.

5. Erit apud rectiſſimum rex, congregatis principibus populi cum tribubus Iſraël.

6. Vivat Ruben, & non moriatur, & ſit parvus in numero.

7. Hæc eſt Judæ benedictio: Audi Domine

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter in Græco, niſi excipias extremum, πρὸ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ, *ante finem*, ſeu *mortem ejus*, loco *priuſquam defungeretur*, quod idem valet.

℣. 2. Eadem ſunt in Græco, præter ſeqq. καὶ κατέσπευσεν, & *feſtinavit*, paulòque poſt, σὺν μυριάσι, *cum decem millibus*, pro *multis millibus*, & ἐκ δεξιῶν, *à dextris*, loco *ad dexteram*.

℣℣. 3. 4. 5. Similia prorſus leguntur Græcè.

℣. 6. Ita Græcè ad verbum. Similiter apud Hilar. in Pſ. 51. col. 77. c. *Vivat Ruben, & non moriatur.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

vocem Judæ, & ad populum ſuum introduc eum; manus ejus pugnabunt pro eo, & adjutor illius contra adverſarios ejus erit.

8. Levi quoque ait: Perfectio tua, & doctrina tua viro ſancto tuo, quem probaſti in tentatione, & judicaſti ad aquas contradictionis.

Exod. 32. 27. *Lev.* 10. 11. 9. Qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ: Neſcio vos; & fratribus ſuis: Ignoro vos: & neſcierunt filios ſuos. Hi cuſtodierunt eloquium tuum, & pactum tuum ſervaverunt,

10. judicia tua ô Jacob, & legem tuam ô Iſraël: ponent thymiama in furore tuo, & holocauſtum ſuper altare tuum.

11. Benedic Domine fortitudini ejus, & opera manuum illius ſuſcipe. Percute dorſa inimicorum ejus: & qui oderunt eum, non conſurgant.

12. Et Benjamin ait: Amantiſſimus Domini habitabit confidenter in eo: quaſi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requieſcet.

13. Joſeph quoque ait: De benedictione Domini terra ejus, de pomis cœli, & rore, atque abyſſo ſubjacente.

14. De pomis fructuum ſolis ac lunæ:

15. de vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum:

Exod. 3. 2. 16. & de frugibus terræ, & de plenitudine ejus. Benedictio illius qui apparuit in rubo, veniat ſuper caput Joſeph, & ſuper verticem nazaræi inter fratres ſuos.

VERSIO ANTIQUA.

8..... Date Levi viros ejus, date Levi manifeſtos ejus, date Levi ſortem ſuffragii ſui, & veritatem ejus viro ſancto, quem tentaverunt in tentationibus, maledixerunt ſuper aquam contradictionis. *Ambr. l. 1. offic. c. 2. 69. b. 70. a. b.*

9. Qui dicit patri ſuo, & matri: Non novi te: & fratres ſuos non cognovit, & filios ſuos abdicavit. Hic cuſtodit verba tua, & teſtamentum tuum obſervavit.

11. Benedic Domine virtutem ipſius, opera manuum ejus ſuſcipe.....

12. Benjamin dixit: Dilectus à Domino habitabit fidens: & Deus obumbrabit ſuper eum omnibus diebus, & inter humeros requieſcet dilectus à Domino. *Ambr. de ben. Patr. c. 12. t. 1. 530. e.*

13..... Joſeph..... A benedictione Domini terra ejus, à finibus cœli, & à rore, & ab abyſſis fontium deorſum: *Ibid. c. 11. 528. e.*

14. & ſecundùm horam factum ſolis curſum, & à convenientibus menſibus:

15. & à vertice montium ab initio, & à vertice collium æternorum:

16. & ad horam terræ plenitudinis. Et ab eo qui viſus eſt in rubo, veniat ſuper caput Joſeph benedictio, & ſuper verticem ipſius, honorificus ſit inter fratres.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. In Græco ſimpliciter: Καὶ τῷ Λευὶ εἶπε· Δότε Λευὶ δήλως αὐτῷ, *Et Levi dixit: Date Levi manifeſtos ejus;* deinde ſic: καὶ ἀλήθειαν αὐτῦ τῷ ἀνδρὶ τῷ ὁσίῳ, ὃν ἐπείρασας αὐτὸν ἐν πειρασμῷ, ἐλοιδόρησας αὐτὸν, &c. ut ſup. *& veritatem ejus viro ſancto, quem tentaverunt eum in tentatione, conviciati ſunt ei ſuper*, &c. vel *jurgati ſunt in eum ſuper*, &c. omiſſis his, *Date Levi viros ejus, & date Levi ſortem ſuffragii ſui.* Ambroſ. tamen in Pſ. 118. to. 1. col. 1045. a. rurſus habet: *Date Levi viros ejus, date Levi manifeſtos ejus;* at lib. de exhort. virg. to. 2. col. 286. e. legiſſe videtur, *veros ejus*, non *viros*, renitentibus tamen Mſs. codd. qui omnes conſtantet ferunt, *viros*, non *veros;* ſed hanc lectionem, *veros ejus*, admittendam eſſe ſaltem eò loci, ſatis indicant verba proximè addita ab Ambroſio: *Quid tam verum*, paulòque poſt, *illud enim verum.* Non idem tamen affirmandum crediderim de loco altero lib. offic. col. 70. b. ubi editt. omnes corrigunt *veros*, ſpreta auctoritate Manuſcriptorum codd. qui habent *viros;* illic enim legendum eſſe *viros*, non *veros*, probant iſta, quæ ſubjungit Ambroſ. ibid. *Illi ergo viri ejus, & manifeſti ejus, qui nihil in corde doli habeant*, &c. Porro utraque lectio, ſive *veros*, ſive *viros*, admitti facilè potuit ab Ambroſio diverſis in locis pro varietate codicum ſui temporis: atque etiam l. de exhortat. virg. col. 286. a. nunc legitur: *Date Levi veros ejus, date Levi ſortes ejus.* Conſulendæ ſunt notæ novæ edit. ad utrumque locum citat. ſupra. Rurſum Ambroſ. epiſt. 15. col. 821. e. legit: *Date Levi manifeſtos ejus, & veritatem ſuam viro ſancto:* & ep. 81. col. 1099. f. *Date Levi cleros ejus:* & l. de bened. Patr. c. 3. col. 517. f. *Date Levi ſortem ſuffragii ſui, & veritatem ejus viro ſancto.* Hieron. in Malach. 2. to. 3. col. 1818. b. *Date Levi doctrinam ejus, & veritatem viro juſto.*

℣. 9. Idem Ambroſ. epiſt. 15. to. 2. col. 822. a. legit: *Dixit patri ſuo, & matri ſuæ: Non vidi te.* Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 8. p. 237. b. ſic: *Qui dicit patri ſuo, & matri ſuæ: Non novi te: & fratres ſuos non agnovit, & filios ſuos abdicavit. Cuſtodivit præcepta tua, & teſtamentum tuum ſervavit.* Cypr. de orat. Dom. p. 206. b. & epiſt. ad Fortunat. p. 265. c. *Qui dicunt patri, & matri: Non novi te: & filios ſuos non agnoverunt. Hi cuſtodierunt præcepta tua, & teſtamentum tuum ſervaverunt:* ſimiliter l. de opere & eleem. p. 242. b. excepto uno, *aut matri.* Auguſt. l. cont. Adim. to. 8. col. 117. c. *Qui dicit patri, aut matri: Non novi vos: & qui filios ſuos non agnoſcit. Ipſe autem cognovit teſtamentum tuum.* Auct. l. de promiſſ. part. 2. c. 4. col. 128. e. *Qui dicit patri ſuo, & matri ſuæ: Neſcio vos; & fratribus ſuis: Ignoro illos: & filios tuos oderunt. Ii teſtamentum tuum ſervabunt.* Philaſtr. Brix. p. 723. e. *Qui dixerunt patri, & matri: Non novimus vos: iſti cuſtodierunt mandatum meum?* Græc. Ὁ λέγων τῷ πατρὶ, καὶ τῇ μητρὶ· (Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. τῷ πατρὶ αὐτῦ, καὶ τῇ μητρὶ αὐτῦ) Οὐκ ἑώρακά σε· καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῦ οὐκ ἐπέγνω, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῦ ἀπέγνω. (edit. Compl. οὐκ ἔγνω.) Ἐφύλαξε τὰ λόγιά σου, καὶ τὴν διαθήκην σου διετήρησε.

℣. 11. Ad verbum è Græco, niſi excipias, *virtutem ipſius*, pro quo, τὴν ἰσχὺν αὐτῦ, *fortitudinem ejus;* deinde ſequitur, καὶ τὰ ἔργα, &c.

℣. 12. Græcè: Καὶ τῷ Βενιαμὶν εἶπεν· Ἠγαπημένος ὑπὸ Κυρίου κατασκηνώσει πεποιθώς· καὶ ὁ Θεὸς σκιάζει ἐπ' αὐτῷ πασας τὰς ἡμέρας, καὶ ἀναμέσον τῶν ὤμων αὐτῦ κατέπαυσε· non ſequitur autem, *dilectus à Domino*, quod fortè non repetivit Ambroſ. niſi explicationis gratiâ.

℣. 13. Græc. initio habet: Καὶ τῷ Ἰωσὴφ εἶπεν· deinde ut in Lat. ſup. hoc excepto, ἀπὸ ὡρῶν ὑραν῀ καὶ δρόσου, quod Nobilius vertit, *à fructibus cæli & rore:* ἀπὸ ὡρῶν, inquit, *dictio Hebræa, quæ ſignificat delicias, & delicatos fructus;* ὡρος, propriè *annus, tempus*, & ἀπὸ ὡρῶν, velut *ab annuis fructibus:* Ambroſ. verò legiſſe videtur ἀπὸ ὀρῶν, ut nunc etiam exſtat in edit. Ald. in Mſ. quoque Alex. ἀπὸ ὀρέων. Addit Ambroſ. ibid. *Benedictionis hujus prærogativa defertur à ſummitate cæli uſque ad extremum terræ.*

℣. 14. In Græco ſic: Καὶ καθ' ὥραν γενημάτων ἡλίᾳ τροπῶν, Nobil. *Et à fructibus ſecundùm horam ſolis converſionum;* καθ' ὥραν autem, hìc ſumi poteſt pro *tempeſtivis:* Græc. addit: καὶ ἀπὸ ζυγόδων μηνῶν, velut *à coitionibus lunarum*, aut *menſium.*

℣. 15. Græc. Ἀπὸ κορυφῆς ὀρέων ἀρχῆς, καὶ ἀπὸ κορυφῆς, &c. ut in Lat. *A vertice montium principii, & à vertice*, &c. Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. initio habet, Καὶ ἀπὸ. Ambroſ. etiam legiſſe videtur infra, ἀπ' ἀρχῆς, non ſimpliciter ἀρχῆς.

℣. 16. Græc. Καὶ καθ' ὥραν γῆς πληρώσεως. Καὶ τὰ δεκτὰ τῷ ὀφθέντι ἐν τῇ βάτῳ, ἐλθοισαν ἐπὶ κεφαλὴν Ἰωσὴφ, καὶ ἐπὶ κορυφῆς δοξασθείς ἐπ' ἀδελφοῖς. *Et ad horam terræ plenitudinis* (Nobil. *plenitudine*, per relat. ad ἀπὸ.) *Et*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ambr. in Pſ. 43. p. 893. c. 894. b. 895. c. 17. Primogenitus tauri * decus ejus, cornua unicornui cornua ipſius : in ipſis gentes ventilabit ſimul uſque ad extremum terræ : hæc decem millia Ephræm : & hæc millia Manaſſe.	17. Quaſi primogeniti tauri pulchritudo ejus, cornua rhinocerotis cornua illius : in ipſis ventilabit gentes uſque ad terminos terræ : hæ ſunt multitudines Ephraim : & hæc millia Manaſſe.
* *Supra*, decus ſpecies ipſius	
	18. Et Zabulon ait : Lætare Zabulon in exitu tuo, & Iſſachar in tabernaculis tuis.
Idem l. de bened. Patr. c. 6. 522. c. 19..... merces circa mare inhabitantium.	19. Populos vocabunt ad montem : ibi immolabunt victimas juſtitiæ. Qui inundationem maris quaſi lac ſugent, & theſauros abſconditos arenarum.
Idem c. 8. 524. d. 20..... Benedictus qui ampliavit Gad : ſicut leo requievit, confringens brachia & principes.	20. Et Gad ait : Benedictus in latitudine Gad ; quaſi leo requievit, cepitque brachium & verticem.
21. Et vidit ab initio ſuo, quia ibi diviſa eſt terra principum collectorum ſimul cum principibus populorum : juſtitiam fecit Dominus, judicium cum Iſraël.	21. Et vidit principatum ſuum, quòd in parte ſua doctor eſſet repoſitus : qui fuit cum principibus populi, & fecit juſtitias Domini, & judicium ſuum cum Iſraël.
Idem c. 7. 523. f. 22..... Dan catulus leonis, & effugiet ex Baſan.	22. Dan quoque ait : Dan catulus leonis, fluet largiter de Baſan.
Idem c. 10. 525. f. 23..... Nephtalim ſatietas accipientium, replebitur benedictione à Domino : mare & Africum poſſidebit.	23. Et Nephthali dixit : Nephthali abundantiâ perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini : mare & meridiem poſſidebit.
Idem c. 9. 525. b. c. 24..... Benedictus à filiis Aſer, & erit acceptus à fratribus ſuis, & intinget in oleo pedem ſuum.	24. Aſer quoque ait : Benedictus in filiis Aſer, ſit placens fratribus ſuis, & tingat in oleo pedem ſuum.
25. Et ferrum & æramentum eſt calceamentum ejus. Et ſicut dies tui ſunt, ſic erunt virtutes tuæ.	25. Ferrum & æs calceamentum ejus. Sicut dies juventutis tuæ, ita & ſenectus tua.
26. Non eſt quiſquam ſicut eſt Deus tuus in cœlo : adjutor tuus, & magnus Dominus firmamenti,	26. Non eſt Deus alius ut Deus rectiſſimi : aſcenſor cœli auxiliator tuus. Magnificentiâ ejus diſcurrunt nubes,
27. & protegens te Deus initii, & per vires brachiorum potentium, ejecit à facie tua inimicum tuum, dicens : Pereat.	27. habitaculum ejus ſurſum, & ſubter brachia ſempiterna : ejiciet à facie tua inimicum, dicetque : Conterere.
28. Et inhabitabit Iſraël fidens ſolus ſuper terram. Jacob in frumento & vino, & cœlum tibi cum nebula roris erit.	28. Habitabit Iſraël confidenter, & ſolus. Oculus Jacob in terra frumenti & vini, cœlique caligabunt rore.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

accepta ei qui viſus eſt in rubo, veniant ſuper caput Joſeph, & ſuper verticem glorificatus in fratribus. Ambroſ. iterum l. 2. offic. to. 2. col. 90. f. ſic habet : *Qui viſus es in rubo, ut venias ſuper caput Joſeph, & ſuper verticem ipſius, honorificus inter fratres.* (antiq. editt. *in rubo veniat.*) At in Pſ. 43. col. 893. e. ſic : *Qui viſus eſt in rubo, veniat ſuper caput Joſeph, & ſuper verticem ejus, glorificatus inter fratres ſuos primogenitus :* ſimiliter infra, col. 894. b. vox *primogenitus*, adjungitur antecedentibus. Hilar. bene l. 4. de Trin. col. 847. b. Et *quæ accepta ſunt ei qui apparuit in rubo, veniant ſuper caput Joſeph, & verticem.*

℣. 17. Idem Ambr. l. de bened. Patr. p. 528. e. legit : *Primogenitus tauri decus ejus, cornua unicornui : in ipſis gentes ventilabit ſimul uſque ad extremum terræ : ipſe myriades Ephræm, & ipſe chiliades Manaſſes.* Ad hæc autem, *ipſe myriades Ephræm*, &c. notant editores noſtri BB. in editt. Am. Era. & cod. Theod. legi : *terræ, ipſe myſteria de ſe fremet, & ipſe*, &c. in aliis editt. *ipſæ myriades Ephrem*, vel *Ephraïm*, & *ipſæ chiliades Manaſſes ;* à quibus, inquiunt, non longè abſunt Mſs. niſi in hoc, quod omnes exhibent, *ipſe..... ipſe*, excepto Mſ. Albino, in quo eſt, *ipſi..... ipſi*, fortè non malè. Mſs. etiam Colb. & Germ. hab. *myriadis..... chiliadis*, quæ lectio non eſt aſpernanda. Ambroſ. ubi ſup. col. 529. a. rurſus habet : *Primogenitus tauri decus ejus, habens cornua unicornui, in quibus gentes ventilabit :* & poſt pauca addit : *decem millia Ephræm, & millia Manaſſes.* Item in Pſ. 118. col. 1045. b. *Primogenitus tauri decus ejus, cornua unicornui cornua ejus : in ipſis gentes ventilabit ſimul uſque ad ſummitatem terræ :* & l. 2. offic. to. 2. col. 90. f. ſic : *Primitivus tauri decus ejus, cornua unicornui cornua ipſius : in ipſius cornu gentes ventilabit ſimul uſque ad extremum terræ : ipſi decem millia Ephræm, & ipſi millia Manaſſes.* Vide etiam in Pſ. 43. col. 895. c. Tertul. l. adv. Jud. c. 10. p. 144. a. & l. 3. cont. Marc. p. 677. a. ſimiliter habet : *Tauri decor ejus, cornua unicornis cornua ejus : in eis nationes ventilabit pariter ad ſummum uſque terræ.* Auguſt. quæſt. 57. in Deut. to. 3. col. 580. c. *Primogenitus tauri pulchritudo ejus.* Græc. Πρωτότοκος ταύρου τὸ κάλλος αὐτοῦ, κέρατα μονοκέρωτος τὰ κέρατα αὐτοῦ· ὡς αὐτοῖς ἔθνη κερατιεῖ ἅμα ἕως ἀπ' ἄκρου γῆς· αὗταί μυριάδες Ἐφραΐμ· καὶ αὗται χιλιάδες Μανασσῆ.

℣. 19. Græc. Καὶ ἐμπόρια παράλιον καλοικύλων.

℣. 20. Græcè : Καὶ τῷ Γὰδ εἶπεν· Εὐλογημένος ἐμπλατύνων Γάδ· exinde ſic : Συνλρίψας βραχίονα καὶ ἀρχοῦλα, ſingulariter.

℣. 21. Græc. Καὶ εἶδεν ἀπαρχὴν αὐτῷ, *Et vidit primitiam ſuam*, vel *principium*, aut *principatum ſuum*, pro *ab initio ſuo ;* reliqua ut in Lat. ſup. niſi quòd pro *principibus*, hab. ἀρχηγοῖς, *ducibus*, & loco *judicium*, ſic, καὶ κρίσιν αὐτοῦ, & *judicium ejus.*

℣. 22. Græc. Καὶ τῷ Δὰν εἶπε· Δὰν, &c. ut in Lat. excepto verbo, ἐκπηδήσεται, *exiliet*, vel *proſiliet*, pro *effugiet.*

℣. 23. Rurſus Ambroſ. epiſt. 38. to. 2. col. 943. d. e. legit : *Nephtalim ſatietas accipientium*, & *replebitur benedictione.* Græc. Νεφθαλὶ (al. Νεφθαλεὶμ) πλησμονὴ δεκτῶν, καὶ ἐμπλησθήτω εὐλογίας παρὰ Κυρίου· θάλασσαν καὶ λίβα κληρονόμησαι.

℣. 24. Idem Ambroſ. epiſt. 41. col. 961. b. *Benedictus filius Aſer*, & *erit acceptus fratribus ſuis*, &c. ut ſup. Græc. Εὐλογημένος ἀπὸ τέκνων Ἀσὴρ, καὶ ἔσαι δεκτὸς τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, βάψῃ ἐν ἐλαίῳ, &c. ut ſup.

℣. 25. Græc. Σίδηρος καὶ χαλκὸς τὸ ὑπόδημα αὐτοῦ ἔσαι. Ὡς αἱ (Mſ. Alex. cum edit. Ald. Καὶ ὡς αἱ, Oxon. Ὡς καὶ αἱ) ἡμέραι ζωῆς σου, ἡ ἰσχύς σου. Gaud. Brix. ſerm. 5. col. 950. g. *Ferrum & æs calciamentum tuum.*

℣. 26. Gr. Οὐκ ἔσιν ὥσπερ ὁ Θεὸς τοῦ ἠγαπημένου, ὁ ἐπιβαίνων ἐπὶ τὸν οὐρανὸν βοηθός σου, καὶ ὁ μεγαλοπρεπὴς τοῦ στερεώματος. *Non eſt ſicut Deus dilecti, qui aſcendit ſuper cœlum, adjutor tuus, & magnificus firmamenti.*

℣. 27. Græc. Καὶ σκεπάσῃ σε Θεοῦ ἀρχὴ, (Ald. ἀρχῆς) καὶ ὑπὸ ἰσχὺν βραχιόνων αἰεναων· καὶ ἐκβαλεῖ ἀπὸ προσώπου σου ἐχθρὸν, λέγων· Ἀπόλοιο. *Et teget te Dei principatus, & ſub fortitudine brachiorum æternorum :* & *ejiciet à facie tua inimicum, dicens : Pereas.*

℣. 28. Optimè è Græco, præter hoc ult. *cum nebula roris erit*, pro quo ſimpliciter, ζοφερᾷ δρόσῳ, *obſcurum*, ſeu *nubilum rore.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

29. Beatus es tu Iſraël : quis ſimilis tui popule, qui ſalvaris in Domino ? ſcutum auxilii tui, & gladius gloriæ tuæ : negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.

CAPUT XXXIV.

VULGATA NOVA.

Sup. 3. 27. & 32. 49. *2. Macb.* 2. 4.

1. Ascendit ergo Moyſes de campeſtribus Moab ſuper montem Nebo, in verticem Phaſga contra Jericho : oſtenditque ei Dominus omnem terram Galaad uſque Dan,

2. & univerſum Nephthali, terramque Ephraim & Manaſſe, & omnem terram Juda uſque ad mare noviſſimum,

3. & auſtralem partem, & latitudinem campi Jericho civitatis palmarum uſque Segor.

VULGATA NOVA.

VERSIO ANTIQUA.

Gen. 12. 7. & 15. 18.

4. Dixitque Dominus ad eum : Hæc eſt terra, pro qua juravi Abraham, Iſaac, & Jacob, dicens : Semini tuo dabo eam. Vidiſti eam oculis tuis, & non tranſibis ad illam.

4..... Oſtendi terram hanc oculis tuis, ſed illius non ingredieris. *Auct. l. de xlii. manſ. ap. Ambr. t. 2. 20. e.*

5. Mortuuſque eſt ibi Moyſes ſervus Domini, in terra Moab, jubente Domino :

5. Et defunctus eſt Moyſes ſervus Domini in terra Moab, per verbum Domini : *Hieron. cont. Helv. t. 4. p. 2. 134. a.*

6. & ſepelivit eum in valle terræ Moab contra Phogor : & non cognovit homo ſepulcrum ejus uſque in præſentem diem.

6. & ſepelierunt eum in Geth prope domum Phegor : & nemo ſcit ſepulcrum ejus uſque in diem iſtum.

7. Moyſes centum & viginti annorum erat quando mortuus eſt : non caligavit oculus ejus, nec dentes illius moti ſunt.

8. Fleveruntque eum filii Iſraël in campeſtribus Moab triginta diebus : & completi ſunt dies planctus lugentium Moyſen.

8. Planxerunt filii Iſraël Moyſen diebus triginta : & conſummati ſunt dies luctus..... *Ambr. de ob. Theod. t. 2. 1198. b.*

9. Joſue verò filius Nun repletus eſt ſpiritu ſapientiæ, quia Moyſes poſuit ſuper eum manus ſuas. Et obedierunt ei filii Iſraël, feceruntque ſicut præcepit Dominus Moyſi.

9. Et Jeſus filius Nave impletus eſt ſpiritu intelligentiæ, impoſuerat enim Moyſes manum ſuper eum. Et audierunt eum filii Iſraël, & fecerunt ſecundùm quod mandavit Dominus Moyſi. *Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 185. g.*

10. Et non ſurrexit ultra propheta in Iſraël ſicut Moyſes, quem noſſet Dominus facie ad faciem,

10. Non ſurrexit amplius propheta in Iſraël ſicut Moyſes, qui ſcivit Dominum facie ad faciem, *Ambr. ep. 65. t. 2. 1057. b.*

11. in omnibus ſignis atque portentis, quæ miſit per eum, ut faceret in terra Ægypti Pharaoni, & omnibus ſervis ejus, univerſæque terræ illius,

11. in omnibus ſignis & prodigiis, quæ fecit in terra Ægypti.....

12. & cunctam manum robuſtam, magnaque mirabilia, quæ fecit Moyſes coram univerſo Iſraël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Græc. delet hîc, *terram hanc*, expreſſam ſupra ; loco verò, *ſed illius*, hab. ἀλλ' ἐκεῖ, & *illuc*.

℣. 5. Ita Græcè ad verbum. Rurſus Hieron. l. 3. in epiſt. ad Epheſ. to. 4. 409. a. legit : *Mortuus eſt Moyſes famulus Domini*, &c. ut ſup. Item l. 1. cont. Jovin. to. 4. col. 164. c. *Et mortuus eſt in terra Moab, & ſepelivit*, &c. Similiter Ambroſ. l. 1. de Caïn & Ab. c. 2. to. 1. 186. d. *Per verbum Dei mortuus eſt.* Favet Capitul. CLIV. ſupra.

℣. 6. Ita in Græco, exceptis his, Γαΐ..... Φογώρ, loco *Geth*..... *Phegor*, deinde ſic : καὶ οὐκ ἔγνω οὐδεὶς, & *non novit nullus*. Idem Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 164. c. *Et ſepelivit eum Dominus in valle terræ Moab contra domum Phogor : & non cognovit vir ſepulcrum ejus uſque in diem hunc.* Ambroſ. l. 1. de Caïn & Ab. c. 2. to. 1. 186. d. *Quia nemo ſcit ſepulturam ejus uſque in hodiernum diem.*

℣. 8. Aptè ad Græcum, niſi quòd poſt *Moyſen*, ſubjungitur : ἐν Ἀραβὼθ Μωὰβ ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου κατὰ Ἰερειχώ· *in Araboth Moab ſuper Jordanem contra Jericho.*

℣. 9. Ad verbum è Græco, exceptis his, ἐπέθηκε..... τὰς χεῖρας αὐτοῦ, *impoſuit..... manus ſuas*, paulòque poſt, καὶ εἰσήκουσαν, & *exaudierunt*, pro *audierunt.*

℣. 10. Eadem leguntur Græcè, præter ſeqq. ὃν ἔγνω Κύριος αὐτόν, *quem novit Dominus eum*, loco *qui ſcivit Dominum.* Apud Ambroſ. etiam l. 1. Hexa. col. 4. a. ſimiliter eſt : *Nemo ſurrexit ampliùs propheta..... quem ſcivit Dominus facie ad faciem :* ſed notant editor. noſtri BB. in Mſs. octo antiq. & mel. notæ, ut & in editt. veteribus legi, *qui ſcivit Dominum* ; in Reg. & Rem. *qui ſcivit Deum* ; in Dion. *qui ſcivit Deum faciem ad faciem* ; in Germ. denique, *qui vidit Dominum.* Capitul. CLV. ſup. *Et non fuit propheta in Iſraël ſicut fuit Moyſes.*

℣. 11. Græc. voci *prodigiis*, addit : ὃν ἀπέστειλεν αὐτὸν Κύριος ποιῆσαι αὐτὰ ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, &c. *quem miſit eum Dominus facere ea in terra Ægypto*, &c.

Digitized by Google

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugenſi.

DEUTERONOMIUM.

CAP. I. ℣. 4. Qui habitabat in Heſebon. *Quidam codices omittunt pericopen hanc, ſed immeritò.*

℣. 19. Per eremum terribilem & maximam. *Sequitur* ſolitudinem *in aliis libris, ſed quod meritò judicatum eſt ſuperfluere.*

℣. 20. Quem Dominus Deus noſter daturus eſt nobis. *Primæ perſonæ pronomina non ſunt mutanda cum ſecundæ.*

℣. 26. Ad ſermonem Domini Dei noſtri. *Idem hîc eſto judicium.*

℣. 28. Et ad cœlum uſque munitæ. *Hæc videtur Latini Interpretis eſſe ſcriptura*, munitæ, *pro qua alii*, muratæ.

℣. 31. Et in ſolitudine (ipſe vidiſti) portavit te Dominus. *Hæc eſt genuina loci interpunctio, qua periodus hæc incipit ab his verbis*, Et in ſolitudine, *relatis ad ſequentia, parentheſi incluſis his*, ipſe vidiſti: *quæ qui pluraliter legunt*, ipſi vidiſtis; *minùs ſinceram ſequuntur lectionem.*

CAP. II. ℣. 12. In Seir autem prius habitaverunt Horræi. *Alii libri ſervant terminationem Hebraam, ſcribentes* Horrim.

℣. 19. Et accedens in vicina filiorum Ammon. *Non mutes* accedens *in* aſcendens.

℣. 20. Gigantes, quos Ammonitæ vocant Zomzommim. *Triſſyllabum eſt* Zomzommim: *repetendum eſt enim* zom, *contra quoſdam qui legunt* Zommim.

℣. 21. Populus magnus & multus & proceræ longitudinis. *Nullo modo omittendum eſt medium illud &* multus.

℣℣. 27. 28. 29. Tranſibimus per terram tuam, publicâ gradiemur viâ, &c. *Non ſunt nomina verbaque pluralis numeri, quæ his tribus verſibus continentur, mutanda in ſingularia, ad hoc ut Hebræo reſpondeant, quod quidam faciunt.*

CAP. III. ℣. 13. Vocatur terra gigantum. *Alii pro præſenti ſcribunt præteritum imperfectum* vocabatur.

CAP. IV. ℣. 6. Ut audientes univerſa præcepta hæc. *Alii pro neutro* univerſa, *legunt maſculinum* univerſi, *minùs ſincerè.*

℣. 10. A die in quo ſteriſti coram Domino. *Pro duabus voculis* à die, *plerique unam legunt*, diem. *Præpoſitio Hebraïcè, etſi non exprimatur, ſubaudienda eſt tamen.*

℣. 22. Ecce morior in hac humo. *Nequaquam mutandum eſt præſens* morior *in futurum* moriar.

℣. 30. Noviſſimo tempore revertêris ad Dominum. *Non eſt addenda conjunctio* autem.

℣. 33. Sicut tu audiſti & vixiſti. *Spurium eſt quod quidam ſubſtituunt* vidiſti, *quod eſt, aſpexiſti, pro* vixiſti, *quod eſt, in mortem non incurriſti.*

℣. 34. Quæ fecit pro vobis Dominus Deus veſter. *Non ſunt commutanda pronomina ſecundæ perſonæ cum primæ*, nobis, noſter.

℣. 35. Et non alius præter eum. *Non eſt ſubrogandum nomen* unum, *in locum pronominis* eum, *quod multi faciunt.*

CAP. V. ℣. 24. Vocem ejus audivimus. *Sic omittunt antiqui libri conjunctionem* enim, *quam alii addunt.*

℣. 33. Et protelentur dies. *Non addas pronomen* veſtri.

CAP. VI. ℣. 4. Dominus Deus noſter Dominus unus eſt. *Poſterius* Dominus *quidam mutant in* Deus, *immeritò.*

℣. 7. Et meditaberis in eis ſedens in domo tua. *Non ſunt omittendæ mediæ illæ voculæ* in eis.

℣. 13. Et illi ſoli ſervies. *Interpres hîc expreſſit vocem* ſoli, *quæ Hebraïcè relinquitur ſubaudienda.*

CAP. VIII. ℣. 13. Armenta boum & ovium greges. *Non facilè omittenda eſt vox* boum.

CAP. IX. ℣. 5. Ingredieris ut poſſideas. *In aliis, pro futuro* ingredieris, *eſt præſens* ingrederis.

℣. 9. Ut acciperem tabulas lapideas, tabulas pacti quod pepigit vobiſcum Dominus. *Ita repetenda eſt vox* tabulas, (*quam multi codices poſteriori loco omittunt*) *& ſcribendum* Dominus, *pro* Deus, *tam juxta Latinos codices antiquos, quàm juxta Hebræa.*

CAP. X. ℣. 3. De lignis ſettim. *Sic ſcribunt Hebræi*, Settim *duplici* t, *alii ſimplici* Setim.

CAP. XI. ℣. 10. Ad quam ingrederis poſſidendam. *Non mutes præſens* ingrederis, *cum futuro* ingredieris.

CAP. XII. ℣. 3. Diſſipate aras eorum. *Interpres vertit maſculinum* eorum, *non femininum* earum. *Similiter ubi ſequitur:* Diſperdite nomina eorum de locis illis. *Hebræa ambigua permittunt utrumque, ut vel ad* gentes *referas, vel ad* Deos.

℣. 11. Quæ vovebitis Domino. *Non eſt mutandum futurum* vovebitis *in præteritum* voviſtis.

℣. 12. Qui in urbibus veſtris commoratur. *Nequaquam ſcribendum eſt plurale* commorantur, *pro ſingulari* commoratur.

℣. 15. Hoc eſt, maculatum & debile. *Non eſt hoc omittendum quod Interpres explicationis causâ addidit.*

℣. 29. Ad quas ingredieris poſſidendas. *Correctores hîc futurum prætulerunt præſenti* ingrederis.

CAP. XIII. ℣. 9. Et poſtea omnis populus mittat manum. *Unicam voculam* poſtea, *ne diſtrahas in duas* poſte, *ut quidam faciunt.*

CAP. XIV. ℣. 7. Comedere non debetis, ut camelum. *Correctores, ut omiſerunt pronomen* hæc, *quod alii libri præponunt verbo* comedere, *ita addiderunt adverbium* ut *ante vocem* camelum, *ſenſui clariſſimo. Porro* hæc *pronomen præpoſuerunt ei quod mox ſequitur.* Hæc quia ruminant.

℣. 12. Et haliæetum. *Non eſt omittenda vocalis ſecunda* e, *ſequens diphtongum* æ: *ſicut non omittitur Levit.* 11. ℣. 13.

℣. 13. Ixion & vulturem. *Alii codices legunt diſſyllabum* Ixon.

℣. 22. De cunctis fructibus tuis qui naſcuntur in terra. *Alii minùs rectè legunt genere feminino*, frugibus tuis quæ.

℣. 23. De armentis & ovibus tuis. *Neutiquam addendum eſt verbum* offeres.

CAP. XV. ℣. 7. Ad paupertatem venerit. *Pro ſimplici* venerit, *non ſubſtituas compoſitum* devenerit.

℣. 10. In omni tempore. *Quidam ex Hebræo correxerunt* opere, *pro* tempore.

℣. 21. Vel claudum fuerit. *Alii præponunt conjunctionem &*: Et vel claudum fuerit.

CAP. XVI. ℣. 4. Non apparebit fermentum. *Retinendum eſt ſubſtantivum, pro adjectivo* fermentatum.

℣. 22. Quæ odit Dominus Deus tuus. *Non commutes neutrum quæ, cum femininо* quam, *tametſi Hebræa ambigua ſint.*

CAP. XVII. ℣. 8. Judicium eſſe perſpexeris. *Non ſcribas* proſpexeris, *quod eſt, prævideris, pro* perſpexeris, *quod eſt, videris.*

Ibidem. Lepram & lepram. *Nequaquam addenda eſt negatio poſteriori voci:* & non lepram.

Ibidem. Intra portas tuas. *Non ſcribas* inter, *pro* intra, *quod eſt* in.

℣. 12. Et decreto judicis. *Legenda eſt conjunctio &, non præpoſitio* ex.

℣. 20. Ipſe & filii ejus. *Retinendum eſt plurale* filii, *non ſubſtituendum ſingulare* filius.

CAP. XVIII. ℣. 1. Cum reliquo Iſraël. *Non omittas* reliquo, *quod Interpres ſignanter addidit.*

CAP. XIX. ℣. 13. Et auferes innoxium ſanguinem. *Quidam non intelligentes*, innoxium ſanguinem *poſitum eſſe pro effuſore innoxii ſanguinis, loco vocis* innoxium, *ſcripſerunt contrarium* noxium.

CAP. XXI. ℣. 5. Et ad verbum eorum omne negotium. *Nequaquam addas verbum* pendet, *quod quidam libri ſubjiciunt.*

℣. 6. Et venient majores natu. *Non oportet omittere futurum* venient, *nec commutare cum imperativo* veniant; *denique non neceſſe eſt addere* omnes.

℣. 15. Genuerintque ex eo liberos. *Alii ſcribunt* Genueritque ex eis. *Sententia eadem una eſt, ſed prior lectio præfertur.*

℣. 18. Qui non audiat patris aut matris imperium. *Non mutes* audiat *cum* audierit, *nec conjunctionem disjunctivam* aut *cum copulativa* ac.

CAP. XXII. ℣. 12. Quo operieris. *In aliis eſt præſens* operiris: *futurum reſpondet Hebræo.*

CAP. XXIII. ℣. 18. Quidquid illud eſt quod voveris. *Servanda eſt ſecunda perſona ſingularis* voveris, *rejicienda tertia pluralis* voverint.

CAP. XXIV. ℣. 5. Sed vacabit abſque culpa domi ſuæ. *Cave ne ſcribas, ut quidam, tertium caſum* domui, *pro ſecundo* domi.

℣. 6. Quia animam ſuam oppoſuit tibi. *Non eſt legendum relativum* qui, *loco conjunctionis* quia. *Porro* oppoſuit, *quod eſt obligavit ſeu oppignoravit, eleganter emendatum eſt ex* appoſuit, *quod eſt in aliis exemplaribus, id eſt, vocalis quarta ex prima.*

CAP. XXV. ℣. 7. Non vult frater viri mei ſuſcitare nomen fratris ſui in Iſraël. *Alii pro* nomen, *quod eſt ὄνομα, ſcribunt* ſemen, *quod eſt τὸ σπέρμα: malè.*

Digitized by Google

Sequitur : Nec me in conjugem ſumere. *Non commutes vocem* conjugem, *cum voce* conjugium.

℣. 11. Miſeritque manum. *Quidam antiqui libri tollunt encliticam conjunctionem* que.

℣. 12. Abſcides manum illius. *Ita legunt antiqui libri* abſcides, *ex* abs & cædo, *pro* abſcindes, *ex* ab & ſcindo. *Simile Matth.* 5. ℣. 30. & *alibi.*

Cap. XXVI ℣. 4. Suſcipienſque ſacerdos cartallum de manu tua: *Non mutes pronomen ſecundæ perſonæ* tua, *in tertiæ* ejus.

℣. 11. Et epulaberis in omnibus bonis. *Non eſt omittenda ea quæ præmittitur conjunctio* &.

℣. 13. Abſtuli quod ſanctificatum eſt de domo mea, *Adulterinum eſt quod alii legunt* attuli, *quaſi dicat ſe hoc è domo ſua adferre; cùm è contrario negans ſe domi ſuæ retinuiſſe, profiteatur ſe diſtribuiſſe egenis. Genuina igitur lectio eſt* abſtuli, *quæ & Hebræo, Chaldæo, Græcoque conſentanea eſt.*

℣. 16. Et cuſtodias & impleas. *Prius & non eſt mutandum in* ut.

℣. 17. Et cuſtodias cæremonias illius. *Nec iſtud & vertendum in* ut *eſt.*

℣. 18. Et Dominus elegit te hodie. *Iſtum conjunctionem* &, *quidam vertunt in adverbium demonſtrandi* en, *ſed peſſimè.*

Cap. XXVII. ℣. 12. Hi ſtabunt ad benedicendum populo. *Cavendus eſt vetus error eorum qui legunt* Domino, *id eſt,* τῷ Κυρίῳ, *pro* populo, *quod eſt,* τῷ λαῷ, *ſive plebi.*

Verſui 25. *præponunt quidam codices hanc maledictionem :* Maledictus qui dormit cum uxore proximi ſui : & dicet omnis populus, Amèn : *verùm illa adjectitia & ſuperflua eſt.*

Cap. XXVIII. ℣. 20. Et perdat velociter. *Non addas* de ſub cœlo.

℣. 36. Et regem tuum quem conſtitueris ſuper te. *Alii minùs aptè legunt,* Et regem quem conſtitues ſuper te, *omiſſo pronomine* tuum, & *conjunctivo verſo in indicativum.*

℣. 40. Quia deſſluent & peribunt. *Sic legunt etiam antiqui codices, ſimplex verbum* peribunt, *pro compoſito* deperibunt.

℣. 48. Quem immittet tibi Dominus. *Non mutes* immittet *cum* emittet, *vocalem tertiam cum ſecunda.*

℣. 57. Et illuvie ſecundarum. *Pro* ſecundarum, *multi ſcribunt* ſecundinarum, *quæ non eſt vox Latina, quod ſciam.*

Cap. XXIX. ℣. 6. Quia ego ſum Dominus Deus veſter. *Non ſubſtituas perſonam tertiam* ipſe eſt, *pro prima* ego ſum.

℣. 11. Et advena qui tecum moratur. *Retinendus eſt numerus ſingularis, quamvis poſitus pro eo quem alii legunt plurali,* & advenæ qui tecum morantur.

℣. 19. Et abſumat ebria ſitientem. *Pro* abſumat, *ſive conſumat, multi libri legunt* aſſumat, *quod eſt, addat ſeu adjungat ſibi. Utrumque ex Hebræo verti poteſt, prius prætulerunt Romani Patres.*

℣. 23. Sulphure & ſalis ardore comburens. *Vocum affinitate decepti quidam, ſuppoſuerunt nomen* ſolis *planetæ, in locum nominis* ſalis, *qui ex igne & aqua concretus, habet & ipſe ardorem ſuum; mutarunt inquam vocalem primam* a *in quartam* o.

℣. 29. Ut faciamus univerſa verba legis hujus. *Non omittas* τὰ verba.

Cap. XXX. ℣. 3. Reducet Dominus Deus tuus captivitatem tuam. *Alii ſcribunt :* Reducet te Dominus Deus tuus de captivitate tua : *qui ſenſus eſt prioris lectionis.*

℣. 12. Et audiamus. *Non mutes* & *in* ut.

℣. 19. Quòd propoſuerim vobis vitam & mortem. *Pro voce* mortem, *quidam ſubſtituerunt vocem* bonum, *malè imitati locum ſupra* ℣. 15.

Cap. XXXI. ℣. 4. Delebitque eos. *Alii ſcribunt præteritum* Delevitque, *quod Hebræo conforme eſt.*

℣. 21. Ex ore ſeminis ſui. *Non mutes tertiæ perſonæ pronomen* ſui, *cum ſecunda* tui.

℣. 23. Præcepitque Dominus Joſue filio Nun. *Non judicarunt Romani Patres omittendam vocem* Dominus, *tametſi à multis libris Hebræo conſentaneis omittatur.*

Cap. XXXII. ℣. 2. Concreſcat ut pluvia doctrina mea. *Ita ſcribendum eſt* ut pluvia, *non* in pluvia, *aut* pluviam.

℣. 26. Dixi : Ubinam ſunt. *Non præponas & conjunctionem :* Et dixi.

℣. 30. Quomodo perſequatur unus mille, & duo fugent decem millia ? *Non ſunt modi potentiales* perſequatur, & fugent, *commutandi cum indicativi præterito imperfecto* perſequebatur, & *præſenti optativi* fugarent.

℣. 35. Mea eſt ultio, & ego retribuam in tempore. *Non addas pronomen :* Retribuam eis in tempore.

℣. 37. Et dicet : Ubi ſunt. *Præferendum eſt ſingulare* dicet *plurali* dicent.

℣. 46. Et implere univerſa quæ ſcripta ſunt legis hujus. *Non addas* in volumine, *ante* legis hujus.

Cap. XXXIII. ℣. 9. Et fratribus ſuis : Ignoro vos. *Non mutes ſecundæ perſonæ pronomen* vos, *cum tertiæ* illos.

℣. 26. Non eſt Deus alius ut Deus rectiſſimi. *Quidam tollunt prius* Deus, *alii vertunt ſecundum caſum* rectiſſimi, *in primum* rectiſſimus : *utrumque primæ lectioni non abſque cauſa poſtpoſuerunt Correctores Romani.*

℣. 27. Dicerque : Conterere. *Nec hîc ſine cauſa prætulere paſſivum activo* Contere.

Cap. XXXIV. ℣. 2. Et omnem terram Juda. *Nequaquam omittenda eſt vox* Juda, *quod quidam faciunt.*

Variæ Lectiones Vulgatæ, rurſum ab eodem Francisco Luca obſervatæ.

DEUTERONOMIUM.

Cap. XII. ℣. 21. Locus autem..... ſi procul fuerit. *Clarior eſſet oratio, omiſſa conjunctione* ſi.

Cap. XXV. ℣. 3. Ne fœdè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. *Unum Mſ. pro* abeat, *legit* habeatur, *alterum monſtrat ſignum varietatis : veriſimilis eſt conjectura legendum* jaceat.

Cap. XXVI. ℣. 10. Et adorato Domino tuo. *Boni libri omittunt copulativum & hoc loco, ut initio proximi verſûs addunt :* Et epulaberis, &c.

Cap. XXVIII. ℣. 27. Et partem corporis per quam ſtercora egeruntur. *Pro quarto caſu* partem, *quædam ex noſtris inſignibus Mſs. habent ſextum caſum* parte : & parte, *ſupple* percutiat te : *Et percutiat te ea parte corporis, per quam ſtercora egeruntur, mariſcis ſcilicet, hæmorrhoidibus, ficis.*

℣. 48. Et omni penuria. *Veriſimiliter conjiciunt quidam pro ablativo ſingulari* omni, *legendum eſſe genitivum pluralem* omnium : *quò facit quòd in inſigni Mſ. Clarimariſci ſit,* & omnium rerum penuriâ, *in alio quodam,* omnium penuriarum.

Digitized by Google

SUMMA CAPITA LIBRI JOSUE,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Verſioni antiquæ ſatis reſpondeant.

CAP. I. *Confortatus Joſue à Domino, monet populum ut ſe ad Jordanis tranſitum præparent; tribus autem Ruben, Gad, & dimidiam Manaſſe, ut fratres ad promiſſam terram deducant.*

CAP. II. *Miſſi exploratores in urbem Jericho, à Rahab meretrice, promiſſâ illi miſericordiâ, à morte liberantur.*

CAP. III. *Siccatum Dei miraculo Jordanem populus tranſit.*

CAP. IV. *Duodecim lapides de Jordane ſiccato ad poſterorum memoriam colliguntur, aliique duodecim in ipſo Jordanis alveo ſtatuuntur.*

CAP. V. *Terrentur Chananæi; circumciſio fit in Galgalis, & Phaſe celebratur; deficit manna, ubi de fructibus terræ edunt, & angelus Domini Joſue apparet.*

CAP. VI. *Poſt varios ſeptem dierum circuitus, Jericho capta funditus deletur, ſervatâ Rahab cum ſuis; readificatori urbis maledicitur.*

CAP. VII. *Exploratâ Hai, cedit populus Iſraël hoſtibus propter furtum de anathemate Jericho; quapropter poſt Joſue lamentationem, miſſa ſorte Achan lapidatur juſſu Domini.*

CAP. VIII. *Expugnatâ Hai, rex ejus ſuſpenditur, erecto altari lapideo: Deuteronomium ſuper lapides ſcribitur, & populo benedicitur.*

CAP. IX. *Gabaonitæ ſimulatione longi itineris imponentes Joſue & principibus Iſraëlitarum, medio juramento ſalvantur; inſecuto tamen murmure, perpetuo famulitio aſtringuntur.*

CAP. X. *Quinque reges oppugnantes Gabaon, immoto ſole unius diei ſpatio, vincuntur; & ex ſpelunca extracti ſuſpenduntur, pluresque aliæ civitates capiuntur.*

CAP. XI. *Expugnat Joſue Jabin cum aliis plurimis regibus ac populis, omnia ſervans quæ Dominus Moyſi præceperat.*

CAP. XII. *Numerantur reges* XXXI. *citra & ultra Jordanem, quos percuſſerant Moyſes & Joſue.*

CAP. XIII. *Jubet Dominus Joſue ut terram dividat, aſſignatis partibus Ruben, Gad, & dimidiæ tribui Manaſſe trans Jordanem.*

CAP. XIV. *Caleb accipit Hebron in hæreditatem ſibi promiſſam, eò quòd aliis exploratoribus detrahentibus terræ promiſſæ, ipſe ſecutus ſit Dominum.*

CAP. XV. *Sors tribus Judæ, civitates & villæ earum. Othoniel accipit Axam filiam Caleb, eò quòd obtinuerit Cariath Sepher, additurque ei terra irrigua.*

CAP. XVI. *Sors Ephraim, urbes & viculi earum; manſitque inter hos Chananæus tributarius.*

CAP. XVII. *Mediæ tribui Manaſſe & filiabus Salphaad ſortes aſſignantur, & augetur ſors filiorum Joſeph.*

CAP. XVIII. *Mittuntur qui deſcribant terram reliquarum ſeptem tribuum, & aſſignatur ſors Benjamin.*

CAP. XIX. *Aſſignantur ſortes ſex tribubus, Simeon, Zabulon, Iſſachar, Aſer, Nephthalim, Dan & Joſue.*

CAP. XX. *Sex refugii civitates, & qui ad eas poſſint confugere; & quandiu ibi remanere debeant.*

CAP. XXI. *Levitis aſſignantur civitates quadraginta octo cum ſuburbanis: & completa Dei promiſſione, pax & requies datur filiis Iſraël.*

CAP. XXII. *Remiſſa ad ſuam poſſeſſionem trans Jordanem tribus Ruben & Gad & dimidia Manaſſe, ſuſpicionem movent cæteris tribubus propter extructum altare; ſed miſſi legati ſuſcipiunt juſtam eorum excuſationem.*

CAP. XXIII. *Joſue ſenex, jamque moribundus, exhortatur filios Iſraël ad ſervanda Dei præcepta, & cavendam ſocietatem cum Gentibus.*

CAP. XXIV. *Commemorantur beneficia Iſraëlitis à Deo exhibita, fœdus populi cum Domino, mors Joſue, ſepultura oſſium Joſeph, & mors Eleazari ſacerdotis.*

Digitized by Google

LIBER
* JOSUE.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.

1. ET factum est post mortem Moysi servi Domini, ut loqueretur Dominus ad Josue filium Nun, ministrum Moysi, & diceret ei:

2. Moyses servus meus mortuus est : surge, & transi Jordanem istum tu, & omnis populus tecum, in terram, quam ego dabo filiis Israël.

Deut. 11. 24. 3. Omnem locum, quem calcaverit vestigium pedis vestri, vobis tradam, sicut locutus sum Moysi.

4. A deserto & Libano usque ad fluvium magnum Euphraten, omnis terra Hethæorum usque ad mare magnum contra solis occasum erit terminus vester.

Inf. 3. 7. *Heb.* 13. 5. 5. Nullus poterit vobis resistere cunctis diebus vitæ tuæ : sicut fui cum Moyse, ita ero tecum : non dimittam, nec derelinquam te.

Deut. 31. 7. 23. 6. Confortare, & esto robustus : tu enim sorte divides populo huic terram, pro qua juravi patribus suis, ut traderem eam illis.

3. *Reg.* 2. 2. 7. Confortare igitur, & esto robustus valde : ut custodias, & facias omnem legem, quam præ-

VERSIO ANTIQUA.

2. Moyses servus meus defunctus est : nunc itaque surgens, transi Jordanem tu, & omnis populus iste, in terra, quam ego dabo illis. *Lucif. Cal. l. ad pro S. Athan. 185. B.*

3. Omnem locum, quemcunque ingressi fueritis vestigio pedum vestrorum, vobis dabo illum, sicut dixeram Mosi.

4. Desertum & Antelibanum usque ad flumen Euphratem, & usque ad mare magnum usque ad solis occasum erunt fines termini vestri.

5. Non resistet homo in conspectu tuo per omnes dies vitæ tuæ : & sicut eram cum Moyse, sic ero tecum : & non derelinquam te, neque despiciam te.

7. Invalesce, & viriliter age : custodi, & fac, sicut præcepit tibi Moyses puer meus : & non

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Al. *Jesus Nave*, ut in Græco, cui suffragatur Tertul. l. 3. adversus Marc. p. 676. a. dicens : *Cùm successor Moysi destinaretur Auses, filius Nave, transfertur certè de pristino nomine, & incipit vocari Jesus.* Item infra, p. 887. c. *Jesus, Nave filius, Auses ante vocatus.* Similiter apud Cypr. l. 1. Testim. p. 278. b. Hilar. in Ps. 14. col. 62. b. August. in Exod. & Lact. l. 4. Instit. c. 17. p. 580. Ambrosiaster etiam p. 83. a. ait : *Jesus Nave, qui priùs Auxes dicebatur.* Apud Lucif. Calar. promiscuè *Jesus*, & *Josue.*

℣. 2. Vix meliùs è Græco, nisi quòd hab. τὴν γῆν, *terram*, pro *terra*, & δίδωμι, *do*, pro *dabo.* Aug. quæst. 1. in Jos. to. 3. col. 579. d. ait : *Probatur Moyses ita defunctus, ut Dei famulus & Deo placens.*

℣. 3. Ita de Græco, præter seqq. *Omnem locum..... fueritis*, pro quibus, Πᾶς ὁ τόπος, ἐφ' ὃν ἂν ἐπιβῆτε, *Omnis locus, super quem ascenderitis :* item pro *dixeram*, εἶρηκα, *dixi*, & Μωυσῆ, pro *Mosi.*

℣. 4. Nonnulla discrepant à Græco, nempe ad *flumen*, ibi additur τῦ μεγάλυ, *magnum*, dein repetitur ποταμῦ, præterquam in Ms. Oxon. exinde post *mare*, loco *magnum*, legitur τῆς ἐσχάτης, *novissimum* ; at in Compl. μεγάλης ; demum loco *usque ad solis occasum*, sic : ἀφ' ἡλίυ δυσμῶν, *à solis occasu*, prætermisso seq. *fines*, vel *termini* ; nam in Græco simpliciter ἔσαι τὰ ὅρια ὑμῶν.

℣. 5. Eadem rursus habet Lucifer infra, ab hoc, *sicut eram*, nec ipsa differunt à Græco, nisi quòd pro *in conspectu tuo*, est καταντικρὺ ὑμῶν, *ante faciem vestram*, addito καὶ, post ἔσομαι. August. bene q. 1. in Jos. to. 3. 579. d. *Et sicut eram cum Moyse, ita ero & tecum.*

℣. 7. Vix pauca Græco dissimilia, scilicet post ἴσχυε, *invalesce*, additur οὖν, *igitur*, præterquam in Ms. Oxon. item pro *custodi & fac*, sic : φυλάσσεσθαι τοῦ ποιεῖν, *ad custodiendum & faciendum*, & pro *ex illa*, ἀπ' αὐτῶν, *ab eis* ; tum sic : εἰς δεξιὰ οὐδὲ εἰς, &c. in Ms. tamen Alex. prie

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi sup. declinabis ex illa dextrâ aut siniſtrâ, ut intelligas in omnibus quæcunque agis.

8. Et non recedet liber legis hujus ex ore tuo: & meditaberis in eo die ac nocte, ut cuſtodias facere univerſa quæ ſcripta ſunt: tunc dirigam vias tuas, & tunc intelliges.

9. Ecce præcepi tibi, invaleſce, & viriliter age. Non eſt quòd expaveſcas, neque timeas: quoniam tecum eſt Dominus Deus tuus in omni loco.

VULGATA NOVA.

cepit tibi Moyſes ſervus meus: ne declines ab ea ad dexteram vel ad ſiniſtram, ut intelligas cuncta quæ agis.

8. Non recedat volumen legis hujus ab ore tuo: ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus, ut cuſtodias & facias omnia quæ ſcripta ſunt in eo: tunc diriges viam tuam, & intelliges eam.

9. Ecce præcipio tibi, confortare, & eſto robuſtus. Noli metuere, & noli timere: quoniam tecum eſt Dominus Deus tuus in omnibus ad quæcunque perrexeris.

VULGATA NOVA.

10. Præcepitque Joſue principibus populi, dicens: Tranſite per medium caſtrorum, & imperate populo, ac dicite:

10..... 11. *Vide Not.*

11. Præparate vobis cibaria: quoniam poſt diem tertium tranſibitis Jordanem, & intrabitis ad poſſidendam terram, quam Dominus Deus veſter daturus eſt vobis.

12. Rubenitis quoque & Gaditis, & dimidiæ tribui Manaſſe ait:

13. Mementote ſermonis, quem præcepit vobis Moyſes famulus Domini, dicens: Dominus Deus veſter dedit vobis requiem, & omnem terram.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 1. de Joſ. t. 3. 369. g. 14..... vos autem tranſibitis expeditiores fratribus veſtris, omnis fortis.....

VULGATA NOVA.

14. Uxores veſtræ, & filii, ac jumenta manebunt in terra, quam tradidit vobis Moyſes trans Jordanem: vos autem tranſite armati ante fratres veſtros, omnes fortes manu, & pugnate pro eis, *Num. 32. 26.*

VULGATA NOVA.

15. donec det Dominus requiem fratribus veſtris ſicut & vobis dedit, & poſſideant ipſi quoque terram, quam Dominus Deus veſter daturus eſt eis: & ſic revertemini in terram poſſeſſionis veſtræ, & habitabitis in ea, quam vobis dedit Moyſes famulus Domini trans Jordanem contra ſolis ortum.

16. Reſponderuntque ad Joſue, atque dixerunt: Omnia, quæ præcepiſti nobis, faciemus: & quòcunque miſeris, ibimus.

17. Sicut obedivimus in cunctis Moyſi, ita obediemus & tibi: tantùm ſit Dominus Deus tuus tecum, ſicut fuit cum Moyſe.

18. Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis ſermonibus quos præceperis ei, moriatur: tu tantùm confortare, & viriliter age.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

mum deletur εἰς, & pro ὑδὲ, ponitur ἢ, ſicut in editt. Ald. & Compl. quæ retinent utrumque εἰς, deeſt tamen utrumque in Mſ. Oxon. reliqua ad verbum, ni excipias ultimum πράσσῃς, *feceris*, pro *agis*; in Compl. πράξῃς. Apud Caſſiod. in Pſ. 105. 363. b. ut in Vulg. *Confortare..... valde, ut cuſtodias, & facias omnem legem, quam præcepit*, &c. Mſ. etiam Oxon. & Ald. edit. addunt σφόδρα, poſt ἀνδρίζου, & poſt ποιεῖν, ſolus Oxon. πάντα τὸν νόμον καθότι ἐνετείλατο, &c.

℣. 8. Hæc ſolùm diſſimilia habentur Græcè, ſcilicet, ἐν αὐτῇ, per relat. ad *legem*, pro *in eo*; ſed in Mſs. Alex. & Oxon. ἐν αὐτῷ, ſicut in editt. Ald. & Compl. item pro *cuſtodias*, legitur εἰδῇς, *noveris*, vel *ſcias*, in Alex. Ald. & Compl. ἵνα ζυνῇς, in Oxon. φυλάσσῃς: demum loco *dirigam*, εὐοδωθήσῃ, ἢ εὐοδώσεις, id eſt, *proſperaberis*, & *proſperabis*; at in Mſ. Oxon. ac ed. Compl. deeſt εὐοδωθήσῃ ἢ, & in Oxon. habetur, εὐοδώσω, ut in Lat. ſup. pro εὐοδώσεις. Cypr. ep. 74. 138. b. *Non recedet liber legis hujus ex ore tuo: ſed meditaberis in eo die ac nocte, ut obſerves facere omnia quæ ſcripta ſunt in eo:* & verò Mſ. Oxon. cum edit. Compl. addit, ἐν αὐτῷ, ad γεγραμμένα, quod abeſt ab aliis. Caſſiod. in Pſ. 6. 29. b. *ſic: Liber hic legis non recedat de manu tua: & meditaberis in eo diebus ac noctibus, ut ſcias ingredi viam tuam.*

℣. 9. In Græco ſimpliciter, Μὴ δειλιάσῃς, μηδὲ φοβηθῇς, pro *Non eſt quòd expaveſcas*, &c. ſubinde deletur *eſt*, & pro *in omni loco*, habetur εἰς πάντα ὃ ἐὰν πορευθῇ, *ad omnia quòcunque iveris*. In Mſ. Oxon. ac ed. Compl. πάντα τόπον ὃ ἐὰν πορευθῇ.

℣℣. 10. 11. His reſpondent quæ hab. Auguſt. quæſt. 2. in Joſ. to. 3. 579. c. *Quæſtio eſt*, inquit, *quomodo poſteaquam locutus eſt Dominus ad Jeſum Nave, exhortans & confirmans eum, ſeque promittens cum illo futurum, mandaverit idem Jeſus populo per ſcribas, ut præpararent cibaria, quòd poſt tres dies Jordanem fuerant tranſituri, cùm inveniantur poſt multò plures dies tranſiſſe Jordanem*, &c. In Græco ſic: Καὶ ἐνετείλατο Ἰησοῦς τοῖς γραμματεῦσι τοῦ λαοῦ, λέγων· Εἰσέλθατε κατὰ μέσον τῆς παρεμβολῆς τοῦ λαοῦ, καὶ ἐντείλασθε τῷ λαῷ, λέγοντες· Ἑτοιμάζεσθε ἐπισιτισμόν, ὅτι ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ ὑμεῖς διαβαίνετε τὸν Ἰορδάνην τοῦτον, &c.

℣. 14. Græcè, loco *expeditiores*, exſtat εὔζωνοι πρότεροι, *expediti priores*, vel ut in Mſ. Alex. πρότερον, *priùs*: ad hoc autem, *omnis fortis*, addit Auguſt. *Id eſt, omnis quicunque in vobis fortis eſt.*

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. Miſit igitur Joſue filius Nun de Setim duos viros exploratores in abſcondito: & dixit eis: Ite, & conſiderate terram, urbemque Jericho. Qui pergentes ingreſſi ſunt domum mulieris meretricis, nomine Rahab, & quieverunt apud eam.

1..... 11. *Vide Not.*

Heb. 11. 31. Jac. 2. 25.

2. Nunciatumque eſt regi Jericho, & dictum: Ecce viri ingreſſi ſunt huc per noctem de filiis Iſraël, ut explorarent terram.

3. Miſitque rex Jericho ad Rahab, dicens: Educ

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1..... 11. Horum meminit Aug. q. 2. in Joſ. to. 3. 579. c. dicens: *Miſit* (Jeſus Nave) *exploratores in Jericho, quoniam Jordane trajecto, ipſa proxima civitas occurrebat: illi autem diverterunt ad Raab mulierem fornicariam, & ab illa occultati, atque à rege quæſiti, & minimè inventi, eadem dimittente illos per feneſtram, & monente ut triduo laterent in montanis, quatuor dies videntur eſſe conſumpti.* Pergit Ambroſiaſt. alludens ſimiliter: *Raab meretrix dixit exploratoribus miſſis à Jeſu Nave, qui priùs Auxes dicebatur: Auditæ ſunt hic virtutes & plagæ quæ factæ ſunt in Ægypto à Deo veſtro, & conterriti ſunt nimis; timent enim à facie veſtra.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

viros, qui venerunt ad te, & ingreſſi ſunt domum tuam : exploratores quippe ſunt, & omnem terram conſiderare venerunt.

Inf. 6. 17. 4. Tollenſque mulier viros, abſcondit, & ait : Fateor, venerunt ad me, ſed neſciebam unde eſſent :

5. cùmque porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt, neſcio quò abierunt : perſequimini citò, & comprehendetis eos.

6. Ipſa autem fecit aſcendere viros in ſolarium domus ſuæ, operuitque eos ſtipulâ lini, quæ ibi erat.

7. Hi autem qui miſſi fuerant, ſecuti ſunt eos per viam quæ ducit ad vadum Jordanis : illiſque egreſſis ſtatim porta clauſa eſt.

8. Necdum obdormierant qui latebant, & ecce mulier aſcendit ad eos, & ait :

9. Novi quòd Dominus tradiderit vobis terram : etenim irruit in nos terror veſter, & elanguerunt omnes habitatores terræ.

Exod. 14. 21. Num. 21. 24. 10. Audivimus quòd ſiccaverit Dominus aquas maris rubri ad veſtrum introitum, quando egreſſi eſtis ex Ægypto : & quæ feceritis duobus Amorrhæorum regibus, qui erant trans Jordanem, Sehon & Og, quos interfeciſtis.

11. Et hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor noſtrum, nec remanſit in nobis ſpiritus ad introitum veſtrum : Dominus enim Deus veſter, ipſe eſt Deus in cœlo ſurſum, & in terra deorſum.

12. Nunc ergo jurate mihi per Dominum, ut quomodo ego miſericordiam feci vobiſcum, ita & vos faciatis cum domo patris mei : detiſque mihi verum ſignum, *Inf. 6. 22.*

13. ut ſalvetis patrem meum & matrem, fratres ac ſorores meas, & omnia quæ illorum ſunt, & eruatis animas noſtras à morte.

14. Qui reſponderunt ei : Anima noſtra ſit pro vobis in mortem, ſi tamen non prodideris nos : cùmque tradiderit nobis Dominus terram, faciemus in te miſericordiam & veritatem.

15. Demiſit ergo eos per funem de feneſtra : domus enim ejus hærebat muro.

16. Dixitque ad eos : Ad montana conſcendite, ne fortè occurrant vobis revertentes : ibique latitate tribus diebus, donec redeant, & ſic ibitis per viam veſtram.

17. Qui dixerunt ad eam : Innoxii erimus à juramento hoc, quo adjuraſti nos :

VULGATA NOVA.

18. ſi ingredientibus nobis terram, ſignum fuerit funiculus iſte coccineus, & ligaveris eum in feneſtra, per quam demiſiſti nos : & patrem tuum ac matrem, fratreſque & omnem cognationem tuam, congregaveris in domum tuam.

19. Qui oſtium domus tuæ egreſſus fuerit, ſanguis ipſius erit in caput ejus, & nos erimus alieni. Cunctorum autem ſanguis, qui tecum in domo fuerint, redundabit in caput noſtrum, ſi eos aliquis tetigerit.

VERSIO ANTIQUA.

18..... patrem tuum & matrem tuam, & fratres tuos & totam domum patris tui, colliges ad te ipſam in domum tuam. *Cypr. de unit. Eccl. p. 196. c.*

19. Et omnis qui exierit oſtium domus tuæ foras, reus ſibi erit.....

VULGATA NOVA.

20. Quòd ſi nos prodere volueris, & ſermonem iſtum proferre in medium, erimus mundi ab hoc juramento, quo adjuraſti nos.

21. Et illa reſpondit : Sicut locuti eſtis, ita fiat : dimittenſque eos ut pergerent, appendit funiculum coccineum in feneſtra.

22. Illi verò ambulantes pervenerunt ad montana, & manſerunt ibi tres dies, donec reverterentur qui fuerant perſecuti : quærentes enim per omnem viam, non reperierunt eos.

23. Quibus urbem ingreſſis, reverſi ſunt, & deſcenderunt exploratores de monte : & , tranſmiſſo Jordane, venerunt ad Joſue filium Nun, narraverunteque ei omnia quæ acciderant ſibi,

24. atque dixerunt : Tradidit Dominus omnem terram hanc in manus noſtras, & timore proſtrati ſunt cuncti habitatores ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 18. 19. Eadem rurſum legit Cypr. ep. 76. 153. a. nec à Græco differunt, niſi quòd pro *Et omnis qui*, &c. ibidem exſtat : Καὶ ἔσαι, πᾶς ὃς ἂν, &c. *Et erit, omnis quicunque.*

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. IGitur Joſue de nocte conſurgens movit caſtra : egredienteſque de Setim, venerunt ad Jordanem ipſe & omnes filii Iſraël, & morati ſunt ibi tres dies. 1..... 2. *Vide Not.*

2. Quibus evolutis, tranſierunt præcones per caſtrorum medium,

VULGATA NOVA.

3. & clamare cœperunt : Quando videritis arcam fœderis Domini Dei veſtri, & ſacerdotes ſtirpis Leviticæ portantes eam, vos quoque conſurgite, & ſequimini præcedentes :

VERSIO ANTIQUA.

3..... Cùm videritis arcam teſtimonii Domini Dei noſtri, & ſacerdotes noſtros, & Levitas tollentes eam, proficiſcemini de locis veſtris, & ite poſt eam : *Aug. quæſt. 3. Joſ. t. 3. 580. f. 581. a.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Eadem memorat Auguſt. quæſt. 2. in Joſ. to. 3. col. 579. f. dicens : *Inde poſteaquam nunciaverunt quæ circa illos geſta fuerint, promovit Jeſus cum populo univerſo de loco ubi erat diluculo : qui cùm veniſſet ad Jordanem, divertit, & manſit : tunc rurſus populus admonetur, ut poſt triduum ſe præparet tranſire Jordanem, arca Domini præcedente*, &c.

℣. 3. Græcè antecedunt iſta : Καὶ ἐνετείλαντο (γεγραμμένοις) τῷ λαῷ, λέγοντες, quorum loco Auguſt. habet : *Scriba populo dicunt ;* reliqua concordant ad verbum, uno excepto, πορεύεσθε, *ibitis*, pro *ite*, in Mſ. Alex. πορεύεσθαι : in editt. Auguſt. legitur, *veſtri..... veſtros*, ut in edita Ald. ſed repugnant Mſs. omnes.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ubi sup. 4. sed longum intervallum sit inter vos & illam, quantùm duo millia cubitorum stabitis: ne propinquetis ei, ut sciatis viam quam ibitis in eam: non enim abiistis viam ab hesterna & nudiustertiana die.

VULGATA NOVA.

4. sitque inter vos & arcam spatium cubitorum duûm millium: ut procul videre possitis, & nosse per quam viam ingrediamini: quia priùs non ambulastis per eam: & cavete ne appropinquetis ad arcam.

VULGATA NOVA.

5. Dixitque Josue ad populum: Sanctificamini: cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia.

6. Et ait ad sacerdotes: Tollite arcam fœderis, & præcedite populum. Qui jussa complentes, tulerunt, & ambulaverunt ante eos.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 2. in Jos. t. 3. 580. e. 7. Et dixit Dominus ad Jesum: In die isto incipiam exaltare te coram omnibus filiis Israël: ut sciant quoniam sicut eram cum Moyse, sic ero & tecum.

VULGATA NOVA.

7. Dixitque Dominus ad Josue: Hodie incipiam exaltare te coram omni Israël: ut sciant quòd sicut cum Moyse fui, ita & tecum sim. *Sup. 1. 5.*

VULGATA NOVA.

8. Tu autem præcipe sacerdotibus, qui portant arcam fœderis, & dic eis: Cùm ingressi fueritis partem aquæ Jordanis, state in ea.

9. Dixitque Josue ad filios Israël: Accedite huc, & audite verbum Domini Dei vestri.

10. Et rursum: In hoc, inquit, scietis quòd Dominus Deus vivens in medio vestri est, & disperdet in conspectu vestro Chananæum & Hethæum, Hevæum & Pherezæum, Gergesæum quoque & Jebusæum, & Amorrhæum.

Ad. 7. 45. 11. Ecce, arca fœderis Domini omnis terræ antecedet vos per Jordanem.

12. Parate duodecim viros de tribubus Israël, singulos per singulas tribus.

13. Et cùm posuerint vestigia pedum suorum sacerdotes qui portant arcam Domini Dei universæ terræ, in aquis Jordanis, aquæ quæ inferiores sunt, decurrent atque deficient: quæ autem desuper veniunt, in una mole consistent.

14. Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, ut transiret Jordanem: & sacerdotes, qui portabant arcam fœderis, pergebant ante eum.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 3. in Jos. t. 3. 581. b. 15..... Jordanis autem plenus erat per totam crepidinem suam, sicut in diebus messis tritici.

VULGATA NOVA.

15. Ingressisque eis Jordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinctis (Jordanis autem ripas alvei sui tempore messis impleverat) *Eccli. 24. 36.*

VULGATA NOVA.

16. steterunt aquæ descendentes in loco uno, & ad instar montis intumescentes apparebant procul, ab urbe quæ vocatur Adom usque ad locum Sarthan: quæ autem inferiores erant, in mare solitudinis (quod nunc vocatur mortuum) descenderunt, usquequo omnino deficerent.

17. Populus autem incedebat contra Jericho: & sacerdotes, qui portabant arcam fœderis Domini, stabant super siccam humum in medio Jordanis accincti, omnisque populus per arentem alveum transibat.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. In Græco simpliciter, μακράν, *longè*, loco *longum intervallum*; exinde sic: μὴ προσεγγίσητε, *ne appropinquaveritis*, absque *in*, post *ibitis*, & pro *abiistis*, πορεύσθε, *ivistis*; cætera quadrant. Idem August. Locut. 2. to. 3. 369. g. leg. *Ut sciatis viam quam ibitis eam.* Compl. ἐν αὐτῇ. Mox August. ait: *Longè jussum est arcam præcedere, ut posset à populo videri.*

℣. 7. Nil meliùs de Græco, præter duo, *incipiam*, pro quo ἄρχομαι, *incipio*, & γνῶσι, *cognoscant*, loco *sciant*: item pro *coram*, κατενώπιον, *in conspectu*; in Mſ. Oxon. κατέναντι, quod idem sonat.

℣. 15. Aptè ad Græcum, præter hoc, *in diebus*, pro quo ἡμέραι, *dies*; item πυρῶν pluraliter, loco *tritici*.

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. QUibus transgressis, dixit Dominus ad Josue:

2. Elige duodecim viros singulos per singulas tribus:

3. & præcipe eis, ut tollant de medio Jordanis alveo, ubi steterunt pedes sacerdotum, duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum, ubi fixeritis hac nocte tentoria.

4. Vocavitque Josue duodecim viros, quos elegerat de filiis Israël, singulos de singulis tribubus,

VERSIO ANTIQUA.

Hilar. in Ps. 118. 446. e. 5..... duodecim lapides efferte.....

6. ut sint hi in testimonium filiis vestris.....

VULGATA NOVA.

5. & ait ad eos: Ite ante arcam Domini Dei vestri ad Jordanis medium, & portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris, juxta numerum filiorum Israël,

6. ut sit signum inter vos: & quando interrogaverint vos filii vestri cras, dicentes: Quid sibi volunt isti lapides?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 5. 6. Hilarius videtur hîc sensum reddere potiùs quàm verba; ita nempe in Græco: Προσαγάγετε ἐμπροσθέν μου πρὸ προσώπου Κυρίου εἰς μέσον τοῦ Ἰορδάνου· καὶ ἀνελόμενος ἐκεῖθεν ἕκαστος λίθον, ἀράτω ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτοῦ κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν δώδεκα φυλῶν τοῦ Ἰσραὴλ, ἵνα ὑπάρχωσιν ὑμῖν ὅτοι εἰς σημεῖον κείμενον διαπαντός. *Accedite coram me ante faciem Domini in medium Jordanis; & auferens inde unusquisque lapidem, tollat super humeros suos, secundùm numerum duodecim tribuum Israël, ut sint vobis hi in signum positum semper.* Cassiod. verò in Ps. 118. 399. b.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

7. respondebitis eis : Defecerunt aquæ Jordanis ante arcam fœderis Domini, cùm transiret eum : idcirco positi sunt lapides isti in monumentum filiorum Israël usque in æternum.

VERSIO ANTIQUA.

7..... & erunt vobis lapides isti memoriale filiis Israël usque in æternum. *Aug. quæst. 4. in Jos. 581. c.*

VULGATA NOVA.

8. Fecerunt ergo filii Israël sicut præcepit eis Josue, portantes de medio Jordanis alveo duodecim lapides, ut Dominus eis imperarat, juxta numerum filiorum Israël, usque ad locum in quo castrametati sunt, ibique posuerunt eos.

9. Alios quoque duodecim lapides posuit Josue in medio Jordanis alveo, ubi steterunt sacerdotes, qui portabant arcam fœderis : & sunt ibi usque in præsentem diem.

9..... *Vide Not.*

10. Sacerdotes autem, qui portabant arcam, stabant in Jordanis medio, donec omnia complerentur, quæ Josue, ut loqueretur ad populum, præceperat Dominus, & dixerat ei Moyses. Festinavitque populus, & transiit.

11. Cùmque transissent omnes, transivit & arca Domini, sacerdotesque pergebant ante populum.

12. Filii quoque Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse, armati præcedebant filios Israël, sicut eis præceperat Moyses : *Num. 32. 28.*

13. & quadraginta pugnatorum millia per turmas, & cuneos, incedebant per plana atque campestria urbis Jericho.

14. In die illo magnificavit Dominus Josue coram omni Israël, ut timerent eum, sicut timuerant Moysen, dum adviveret.

VULGATA NOVA.

15. Dixitque ad eum :

16. Præcipe sacerdotibus, qui portant arcam fœderis, ut ascendant de Jordane.

VERSIO ANTIQUA.

15. Et dixit Dominus ad Jesum, dicens : *Aug. quæst. 5.*

16. Manda sacerdotibus portantibus arcam testamenti testimonii..... *581. d.*

VULGATA NOVA.

17. Qui præcepit eis, dicens : Ascendite de Jordane.

18. Cùmque ascendissent portantes arcam fœderis Domini, & siccam humum calcare cœpissent, reversæ sunt aquæ in alveum suum, & fluebant sicut ante consueverant.

19. Populus autem ascendit de Jordane, decimo die mensis primi, & castrametati sunt in Galgalis contra orientalem plagam urbis Jericho.

20. Duodecim quoque lapides, quos de Jordanis alveo sumpserant, posuit Josue in Galgalis,

21. & dixit ad filios Israël : Quando interrogaverint filii vestri cras patres suos, & dixerint eis : Quid sibi volunt lapides isti ?

22. docebitis eos, atque dicetis : Per arentem alveum transivit Israël Jordanem istum,

23. siccante Domino Deo vestro aquas ejus, in conspectu vestro, donec transiretis :

24. sicut fecerat priùs in mari rubro, quod siccavit donec transiremus : *Exod. 14. 21.*

25. ut discant omnes terrarum populi fortissimam Domini manum, ut & vos timeatis Dominum Deum vestrum omni tempore.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Hilario favet, legendo : *Duodecim lapides afferte de medio Jordanis, ut sint hi in testimonium filiis vestris.*

℣. 7. Rectè è Græco, translato *vobis*, post *isti* ; in Mss. tamen Alex. & Oxon. est, ὑμῖν οἱ λίθοι, sicut in edit. Ald. Mox August. ibid. *Quomodo* in æternum, *cùm cælum & terra transeant ? an quoniam æternum aliquid significant hi lapides, cùm ipsi æterni esse non possint ? quamvis possit quod in Græco est, ἕως τοῦ αἰῶνος, dici Latinè*, & usque in sæculum, *quod non est consequens ut intelligatur* æternum. His etiam alludens Tertul. l. 5. adversus Marc. p. 707. a. dixit : *Duodecim lapides ab Jesu de Jordane electos, & in arcam testamenti conditos.*

℣. 9. Hunc versum memorat Aug. Locut. 6. col. 371. b. his verbis : *De lapidibus illis duodecim, qui positi sunt, ubi Jordanis ex ima parte defluxerat, & ex parte superiore constiterat, arca transeunte, vel populo, ita dictum est, quòd essent ibi usque in hodiernum diem ;* quibus respondet Gr. Vide etiam Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 714. a. & l. cont. Jud. p. 143. a.

℣. 15. Græc. τῷ Ἰησοῖ, Mss. Oxon. πρὸς Ἰησοῦν, ut supra.

℣. 16. Ita Græcè ad verbum. Addit August. ibid. *Solet dici arca testamenti, vel arca testimonii ; nunc dicta est arca testamenti testimonii, ut non solùm arca, sed etiam ipsum testamentum appellaretur testamentum testimonii.*

CAPUT V.

VULGATA NOVA.

1. POstquam ergo audierunt omnes reges Amorrhæorum, qui habitabant trans Jordanem ad occidentalem plagam, & cuncti reges Chanaan, qui propinqua possidebant magni maris loca, quòd siccasset Dominus fluenta Jordanis coram filiis Israël donec transirent, dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus, timentium introitum filiorum Israël.

VULGATA NOVA.

2. Eo tempore ait Dominus ad Josue : Fac tibi cultros lapideos, & circumcide secundò filios Israël.

VERSIO ANTIQUA.

2..... dixit Dominus ad Jesum : Fac tibi ipsi cultros de petra acutos, & sedens circumcide filios Israël iterum. *Aug. quæst. 6. in Jos. t. 3. 581. e. f.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. In Græco sic : Εἶπε Κύριος τῷ Ἰησοῦ· Ποίησον σεαυτῷ μαχαίρας πετρίνας ἐκ πέτρας ἀκρωτόμου, &c. ut in Lat. sup. at in Ms. Alex. deest vox πετρίνας ; ad hanc autem *acutos*, addit August. ibid. *vel sicut habet Græcus, de petra acuta ;* unde colligitur sanctum Augustinum hîc & sup. etsi Gr. LXX. ob oculos semper habuerit, tamen non aliam versionem adhibuisse in citandis Scripturis, præter communem Latinam. Cypr. l. 1. Testim. p. 278. b. eadem sic refert : *Et dixit Dominus ad Jesum : Fac tibi cultellos petrinos nimis acutos, & assidens circumcide secundò filios Israël.* Similiter habet Lactantius l. 4. Instit. c. 17. 580. uno excepto, *sede* &, pro *assidens ;* at etiam in hac voce non consentiunt Mss. Cyprianici : alii enim ferunt *abscide*, vel *adscide*, alii *assside*, alii *abscide & circumscide*. Apud Marten. Anecdot. to. 5. 10. c. sic : *Fac tibi gladios petrinos nimis acutos, & circumcide secundò filios Israël.* Nota in quibusdam Mss. Græcis deesse ἐκ πέτρας ἀκρωτόμου. Hujus autem vocis *secundò*, ambiguitatem tollit August. ubi sup. dicens : *In hoc præcepto quæritur cur dixerit* iterum ; *non enim unus homo bis circumcidendus erat : sed quia unus populus erat in quibusdam circumcisus, in quibusdam non circumcisus, ideo dictum est* iterum, *ut*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ubi sup.

3. Et fecit Jesus cultros petrinos sibi ipsi acutos, & circumcidit filios Israël in loco qui vocatur, Collis præputiorum.

4. Hoc autem modo circumpurgavit Jesus filios Israël: Qui aliquando fuerant in via, & qui aliquando incircumcisi erant eorum, qui exierant ex Ægypto,

5. omnes istos circumcidit Jesus:

6. quadraginta enim & duobus annis conversatus est Israël in deserto Mabdaritide: & ideo incircumcisi erant illorum plurimi pugnatorum, qui exierunt de terra Ægypti, qui inobedientes fuerant mandatis Dei, in quibus & definierat Dominus eis, ne viderent illi terram quam juraverat Dominus patribus eorum, dare illis terram fluentem lac & mel.

7. Pro his autem substituit filios eorum, quos circumcidit Jesus: eò quòd fuissent in itinere incircumcisi.

VULGATA NOVA.

3. Fecit quod jusserat Dominus, & circumcidit filios Israël in colle præputiorum.

4. Hæc autem causa est secundæ circumcisionis: Omnis populus, qui egressus est de Ægypto generis masculini, universi bellatores viri, mortui sunt in deserto per longissimos viæ circuitus,

5. qui omnes circumcisi erant. Populus autem qui natus est in deserto,

6. per quadraginta annos itineris latissimæ solitudinis, incircumcisus fuit: donec consumerentur qui non audierant vocem Domini, & quibus ante juraverat ut non ostenderet eis terram lacte & melle manantem.

7. Horum filii in locum successerunt patrum, & circumcisi sunt à Josue: quia sicut nati fuerant, in præputio erant, nec eos in via aliquis circumciderat.

VULGATA NOVA.

8. Postquam autem omnes circumcisi sunt, manserunt in eodem castrorum loco, donec sanarentur.

9. Dixitque Dominus ad Josue: Hodie abstuli opprobrium Ægypti à vobis. Vocatumque est nomen loci illius Galgala, usque in præsentem diem.

10. Manseruntque filii Israël in Galgalis, & fecerunt phase, quartadecima die mensis ad vesperum, in campestribus Jericho:

11. & comederunt de frugibus terræ die altero, azymos panes, & polentam ejusdem anni.

12. Defecitque manna postquam comederunt de frugibus terræ, nec usi sunt ultra cibo illo filii Israël, sed comederunt de frugibus præsentis anni terræ Chanaan.

VERSIO ANTIQUA.

Cypr. l. 2. Testim. 293. b.

13. Et factum est cùm esset Jesus in Jericho, circumspexit oculis, & vidit hominem stantem ante faciem suam, & frameam tenentem in manu ejus, & dixit: Noster es, an adversariorum?

14. Ille autem dixit: Ego sum dux virtutis Domini, nunc adveni.

15. Et Jesus cecidit in faciem ad terram. Et ait illi: Domine, quid imperas famulo tuo?

16. Et ait dux virtutis Domini: Solve calciamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, terra sancta est.

VULGATA NOVA.

13. Cùm autem esset Josue in agro urbis Jericho, levavit oculos, & vidit virum stantem contra se, evaginatum tenentem gladium, perrexitque ad eum, & ait: Noster es, an adversariorum?

14. Qui respondit: Nequaquam: sed sum princeps exercitus Domini, & nunc venio.

15. Cecidit Josue pronus in terram. Et adorans ait: Quid Dominus meus loquitur ad servum suum?

16. Solve, inquit, calceamentum tuum de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, sanctus est. Fecitque Josue ut sibi fuerat imperatum. *Exod. 3. 5. Act. 7. 33.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

circumcisus iterum circumcideretur, non homo, sed populus.

℣. 3. Græcè deest *sibi ipsi*, post *petrinos*, præterquam in Mss. Alex. in editt. autem Ald. & Compl. ponitur post *fecit*; reliqua concordant.

℣. 4. Ad verbum è Græco, exceptis his: *qui aliquando fuerant..... & qui*, pro quibus, ὅσοι ποτὲ ἐγένοντο..... καὶ ὅσοι, *quicunque aliquando nati sunt*, vel *fuerunt..... & quicunque.*

℣. 5. Ita Græcè.

℣. 6. In Græco deest &, ante *ideo*, sicut *in*, post *Dei*; item *illorum* reponitur post *plurimi*, & pro *definierat*, &c. est διώρισε μὴ ἰδεῖν, absque seq. *Dominus eis*; in Mss. tamen Alex. & Oxon. ac edit. Compl. sic: διώρισε Κύριος αὐτοῖς μὴ, &c. Item in Vatic. ὤμοσε, pro *juraverat*, absque seq. *illis*, cujus loco est ἡμῖν in Ms. Alex. ut & in editt. Ald. & Compl. in Ox. verò αὐτοῖς: cætera similia. Eò pariter spectat quod Tertul. ait l. 3. contra Marc. p. 676. a. *Populum introducturus erat in terram promissionis melle & lacte manantem..... idque non per Moysem..... sed per Jesum..... circumcisis nobis petrina acie*, &c.

℣. 7. Vix meliùs è Græco, nisi excipias verbum *fuissent*, pro quo αὐτοὺς γεγενῆσθαι, *nati fuissent.*

℣. 13. Nonnulla dissimilia in Græco, nempe pro *circumspexit.....* &, legitur καὶ ἀναβλέψας, & *respiciens*; exinde ἐναντίον αὐτοῦ, *contra se*, pro *ante faciem suam*, & loco *frameam tenentem*, sic, ἡ ῥομφαία ἐσπασμένη, *gladius evaginatus*; demum καὶ προσελθὼν Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτῷ, & *accedens Jesus, dixit ei*, pro & *dixit*. August. Locut. 3. to. 3. 369. g. similiter hab. *Et factum est cùm esset Jesus in Jericho:* & quæst. 7. in Jos. to. 3. 582. c. addit: *Non utique in ipsa civitate, cujus muri nondum ciciderant, quod mox futurum erat, ut in eam possent intrare, sed in agro ad eam pertinente; nam interpretatio quæ est ex Hebræo sic habet.* (i. e. Vulgata nostra.) Idem observat in Locut. Demum in Quæst. 582. b. hab. *Jesus vidit virum contra se stantem, evaginato gladio.* Item Ambros. l. de Spir. S. to. 2. 601. f. *Jesus Nave cùm vidisset ducem militiæ cælestis, interrogavit: Noster es, an adversariorum?* Similiter Arnob. de Deo trino, col. 215. d. *Noster es, an adversariorum?*

℣. 14. Græc. addit αὐτῷ, verbo *dixit*, tollitque seq. *sum*. August. quæst. 7. in Jos. to. 3. 582. b. *Dicit quòd esset princeps militiæ virtutis Domini.* Ambr. ubi sup. *Dux militiæ cælestis.* Arnob. l. de Deo trino, p. 215. d. *Qui respondens ait: Ego sum dux fortitudinis Dei:* Gr. ἀρχιστράτηγος δυνάμεως Κυρίου.

℣. 15. Ita Græcè, nisi excipias præp. ἐπὶ, *super*, pro *ad*. August. quæst. 7. in Jos. to. 3. 582. b. *Et prostratus in terram dixit: Quid præcipis tuo famulo?*

℣. 16. In Græco simpliciter, ἀρχιστράτηγος, loco *dux virtutis*; sed post vocem *Domini*, additur, πρὸς Ἰησοῦν, *ad Jesum*, & pro *in quo stas, terra sancta est*, sic: ἐφ' ᾧ τὸν ἕστηκας ἐπ' αὐτῷ, ἅγιός ἐστι. Ms. tamen Oxon. delet ἐπ' αὐτῷ, & legit, γῆ ἁγία ἐστί, sicut & Justinus, cum Origenis Interp. si Nobilio fides. Similiter hab. Gaud. Brix. ser. 5. 950. d. *Solve calciamenta de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, terra sancta est.*

Digitized by Google

CAPUT VI.

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
1. JEricho autem clauſa erat atque munita, timore filiorum Iſraël, & nullus egredi audebat aut ingredi.	1..... nec quiſquam ex illa prodibat, neque introibat.	*Aug. Locut. 4. t. 3. 370. g.*
2. Dixitque Dominus ad Joſue: Ecce dedi in manu tua Jericho, & regem ejus, omneſque fortes viros.	2.... Dominus dicit ad Jeſum: Ecce ego trado tibi ſubjugatam Jericho, & regem ejus qui eſt in ea, potentes fortitudine.	*Ibid. Locut. 5.*

VULGATA NOVA.		
3. Circuite urbem cuncti bellatores ſemel per diem: ſic facietis ſex diebus.	3..... *ſeqq. Vide Not.*	
4. Septimo autem die ſacerdotes tollant ſeptem buccinas, quarum uſus eſt in jubilæo, & præcedant arcam fœderis: ſeptieſque circuibitis civitatem, & ſacerdotes clangent buccinis.		
5. Cùmque inſonuerit vox tubæ longior atque conciſior, & in auribus veſtris increpuerit, conclamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent civitatis, ingredienturque ſinguli per locum contra quem ſteterint.		
6. Vocavit ergo Joſue filius Nun ſacerdotes, & dixit ad eos: Tollite arcam fœderis: & ſeptem alii ſacerdotes tollant ſeptem jubilæorum buccinas, & incedant ante arcam Domini.		
7. Ad populum quoque ait: Ite, & circuite civitatem, armati, præcedentes arcam Domini.		
8. Cùmque Joſue verba finiſſet, & ſeptem ſacerdotes ſeptem buccinis clangerent ante arcam fœderis Domini,		
9. omniſque præcederet armatus exercitus, reliquum vulgus arcam ſequebatur, ac buccinis omnia concrepabant.		
10. Præceperat autem Joſue populo, dicens: Non clamabitis, nec audietur vox veſtra, neque ullus ſermo ex ore veſtro egredietur: donec veniat dies in	quo dicam vobis: Clamate, & vociferamini.	
	11. Circuivit ergo arca Domini civitatem ſemel per diem, & reverſa in caſtra, manſit ibi.	
	12. Igitur Joſue de nocte conſurgente, tulerunt ſacerdotes arcam Domini,	
	13. & ſeptem ex eis ſeptem buccinas, quarum in jubilæo uſus eſt: præcedebantque arcam Domini ambulantes atque clangentes: & armatus populus ibat ante eos, vulgus autem reliquum ſequebatur arcam, & buccinis perſonabat.	
	14. Circuieruntque civitatem ſecundo die ſemel, & reverſi ſunt in caſtra. Sic fecerunt ſex diebus.	
	15. Die autem ſeptimo, diluculo conſurgentes, circuierunt urbem, ſicut diſpoſitum erat, ſepties.	
	16. Cùmque ſeptimo circuitu clangerent buccinis ſacerdotes, dixit Joſue ad omnem Iſraël: Vociferamini: tradidit enim vobis Dominus civitatem:	
	17. ſitque civitas hæc anathema: & omnia quæ in ea ſunt, Domino: ſola Rahab meretrix vivat, cum univerſis qui cum ea in domo ſunt: abſcondit enim nuncios quos direximus.	*Sup. 2. 4. Heb. 11. 31.*
	18. Vos autem cavete, ne de his, quæ præcepta ſunt, quippiam contingatis, & ſitis prævaricationis rei, & omnia caſtra Iſraël ſub peccato ſint atque turbentur.	
	19. Quidquid autem auri & argenti fuerit, & vaſorum æneorum ac ferri, Domino conſecretur, re-	
	poſitum in theſauris ejus.	

VULGATA NOVA.		
Heb. 11. 30. 20. Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, poſtquam in aures multitudinis vox ſonituſque increpuit, muri illico corruerunt: & aſcendit unuſquiſque per locum, qui contra	20..... at ubi audivit populus vocem tubarum, jubilavit univerſus populus jubilo magno, & ceciderunt univerſi muri civitatis in circuitu: & aſcendit univerſus populus in civitatem, unuſquiſque coram adverſariis ſuis: & invaſerunt civitatem,	*Lucif. Cal. l. de non conv. cum har. 221. c. d.*
2. Mac. 12. 15. ſe erat: ceperuntque civitatem,		
	21. & anathematizaverunt eam & quæcunque erant in civitate, à viro uſque ad mulierem, à juvene uſque ad ſenem. Et uſque ad vitulum, & uſque ad ſubjunctorium occiderunt in ore gladii.	
	22. Et duobus juvenibus, qui exploraverant, dixit Jeſus: Introite in domum mulieris, & producite eam, & quæcunque ſunt ejus.	
21. & interfecerunt omnia quæ erant in ea, à viro uſque ad mulierem, ab infante uſque ad ſenem. Boves quoque & oves & aſinos in ore gladii percuſſerunt.		
Sup. 2. 1. 14. 22. Duobus autem viris, qui exploratores miſſi fuerant, dixit Joſue: Ingredimini domum mulieris meretricis, & producite eam, & omnia quæ illius ſunt, ſicut illi juramento firmaſtis.		

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Antecedunt hæc in Græco. Καὶ Ἰεριχὼ ϛυγκεκλεισμένη ἦ ὠχυρωμένη. Unde Aug. ibid. *De Jericho dictum eſt: Cùm clauſa eſſet;* ſequitur in Græco: καὶ οὐδεὶς ἐξεπορεύετο ἐξ αὐτῆς, &c. ut ſup. ad quod Auguſt. *Utique, in illam, ſubauditur, non ex illa; hoc appellatur Græcè,* ζεῦγμα κατ' ἔλλειψιν.

℣. 2. In Græco, Καὶ εἶπε Κύριος, &c. deinde transfertur *tibi*, poſt *ſubjugatam*, in ſola Compl. παραδέδωμί ϛοι: demum in Vat. cod. & al. ſic: δυνατὸς ὄντας ἐν ἰσχύι, unus Alex. cum edit. Ald. delet ὄντας: Auguſt. ibid. *Mirandum*, inquit, *quòd non hic poſuit conjunctionem copulativam, ut diceret*, & potentes fortitudine..... *An & Jericho, & rex ejus dicti ſunt, potentes fortitudine?* attamen in Mſ. Oxon. nunc, ἦ τὸς δυνατούς.

℣. 3. Huc ſpectant quæ narrat Tert. l. adv. Jud. c. 4. 138. a. *Jeſus Nave ſuo tempore*, inquit, *quo Hierico civitatem debellabat, præceptum ſibi à Deo dixit, uti populo mandaret, ut ſacerdotes arcam teſtamenti Dei ſeptem diebus circumferrent in circuitu civitatis; atque ita ſeptimi diei circuitu peracto, ſponte ruerent muri civitatis: quod ita factum eſt: & finito ſpatio diei ſeptimi, ſicut prædictum erat, ruerunt muri civitatis..... & in ore gladii prædi.i facta eſt civitas ab omni populo Iſraël.*

℣. 20. Græc. Vat. delet *vocem*, ante *tubarum*, habent verò Mſs. Alex. & Oxon. cum edit. Ald. Item in Vat. ponitur ἅμα, *ſimul*, ante *jubilo*, deeſt verò in Oxon. ac edit. Ald. deinde omnes poſt *magno*, addunt καὶ ἰσχυρῷ, & *forti*, ut & iſta ſingulariter, καὶ ἔπεσεν ἅπαν τὸ τεῖχος κύκλῳ, & *cecidit omnis murus in circuitu*. Denique in Vat. & al. deſunt ſeqq. *unuſquiſque coram*, &c. ſolus Oxon. addit cum edit. Ald. ἕκαστος ἐξεναντίας αὐτοῦ, καὶ κατελάβοντο τὴν πόλιν, ut ſup. Ald. ἕκαστος ἔξω, &c.

℣. 21. In Græco ſic: Καὶ ἀνεθεμάτισεν αὐτὴν Ἰησοῦς, at in Mſs. Alex. & Oxon. ἀνεθεμάτισαν αὐτὴν, καὶ ὅσα, ut ſup. deinde ponitur καὶ, poſt *viro*, ut & poſt *juvene*, ſed non repetitur hoc, *uſque ad*, ante *ſubjunctorium*, pro quo, ὑποζυγίου, *ſubjuge*, deeſt etiam conſtanter verbum *occiderunt*; cætera quadrant.

℣. 22. Ita in Græco, his exceptis, ἐξαγάγετε αὐτὴν ἐκεῖθεν; *educite eam inde*, loco *producite eam*, & αὐτῇ; εἰ,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi sup. 23. Et introierunt duo juvenes, qui exploraverant civitatem, in domum mulieris; & eduxerunt Raab meretricem, & patrem ejus, & matrem, & fratres ejus, & quæcunque erant illius, & omnem cognationem ejus, & deduxerunt eam foras extra castra Israël.

24. Et civitas incensa est igni, cum omnibus quæ erant in ea.....

Aug. Locut. 6. t. 3. 371. a. 25. Et Raab meretricem, & domum paternam ejus, vivificavit Jesus, & commorata est in
Aug. quæst. 19. in Jos. t. 3. 588. b. Israël usque in hodiernum diem..... Et adjuravit Jesus in illa die.....

26. Maledictus homo, qui resuscitabit & ædificabit civitatem illam. In primogenito suo fundabit eam, & in novissimo suo imponet portas ejus. Et ita fecit Hoza qui ex Bethel; in Abiron primogenito fundavit eam, & in resalvato novissimo imposuit portas ejus.

Lucif. Cal. de non parc. in Deo. del. 228. e. f. g. b. 27. Et erat Dominus cum Josue, & erat nomen ejus super universam terram.

VULGATA NOVA.

23. Ingressique juvenes, eduxerunt Rahab, *Heb.* 11. & parentes ejus, fratres quoque, & cunctam 31. supellectilem ac cognationem illius, & extra castra Israël manere fecerunt.

24. Urbem autem, & omnia quæ erant in *Inf.* 8. 27. ea, succenderunt; absque auro & argento, & vasis æneis, ac ferro, quæ in ærarium Domini consecrarunt.

25. Rahab verò meretricem, & domum pa- *Mat.* 1. tris ejus, & omnia quæ habebat, fecit Josue 5. vivere, & habitaverunt in medio Israël usque in præsentem diem: eò quòd absconderit nuncios, quos miserat ut explorarent Jericho. In tempore illo, imprecatus est Josue, dicens:

26. Maledictus vir coram Domino, qui sus- 3. *Reg.* citaverit & ædificaverit civitatem Jericho. In 16. 34. primogenito suo fundamenta illius jaciat, & in novissimo liberorum ponat portas ejus.

27. Fuit ergo Dominus cum Josue, & nomen ejus vulgatum est in omni terra.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

loco *ejus*, in fine.

℣. 23. Græc. addit αὐτῆς, ad *matrem*, & post *fratres ejus*, ponit καὶ συγγένειαν αὐτῆς, & *cognationem ejus*, absque voce *omnem*; tum addit, καὶ πάντα ὅσα, & *omnia quæcunque*, cum αὐτῇ, *ei*, loco *illius*: in Mſ. Ox. deest πάντα, sed in Alex. habetur cum reliquis, ordine quo sup. scilicet: καὶ πάντα ὅσα ἦν αὐτῇ, καὶ πᾶσαν τὴν συγγένειαν αὐτῆς· denique in omnibus legitur, κατέῤῥησαν, *constituerunt*, pro *deduxerunt*, absque seq. *foras*.

℣. 24. Ita Græcè, hoc excepto, ἐν πυρισμῷ, *in incendio*, pro *igni*, detracto seq. *erant*.

℣. 25. Similiter habet Lucif. Calar. l. de non conv. cum hær. 221. d. usque ad *diem*, his tamen exceptis, & *omnem domum patris ejus*, loco *domum paternam ejus*: Gr. καὶ πάντα τὸν οἶκον αὐτῆς τὸν πατρικόν exinde pro *adjuravit*, ὥρκισεν, *juravit*; in Mſ. Oxon. καταράσατο, *imprecatus est*: cætera similia.

℣. 26. In Græco Vat. & al. deest verbum *resuscitabit*, quod retinet Ald. ed. cum Syr. & Th. nempe, ἀνασύσῃ item in Vat. & al. pro *novissimo*, legitur ἐλαχίστῳ, *minimo*, at in Oxon. ἐσχάτῳ; exinde pro *Hoza*, Ὀζάν, & pro *in resalvato novissimo*, sic, ἐν τῷ ἐλαχίστῳ διασωθέντι, in Oxon. διασωθέντι ἐλαχίστῳ, ut sup. Observandum tamen hæc verba, *Et ita fecit*, &c. usque ad finem ℣. quæ leguntur in Mſs. Oxon. Vatic. & Ald. edit. abesse ab aliis, & ab Hebræo, ut August. ipse notat quæst. 19. in Jos. to. 3. 588. a. b. *Inspeximus*, inquit, *interpretationem quæ est ex Hebræo*, & *hoc ibi non invenimus quod dictum est de Jericho, quòd Hoza qui eam reparasset, incurrerit maledictum quod dixerat Jesus: sic enim scriptum est:* Et adjuravit Jesus in illa die: Maledictus homo..... & in novissimo suo imponet portas ejus: *huc usque invenitur in interpretatione ex Hebræo: illud autem quod sequitur:* Et ita fecit Hoza, &c. *hoc illic non legitur; unde apparet à LXX. interpositum, qui factum esse noverant.* Ad hoc autem, *in resalvato*, notant editores nostri BB. non convenire Mſs. Aug. cum editt. in duobus nempe codd. Vatic. totidemque Sangerman. legitur & *in resalvato*; at in Rat. & Lov. & *in se salvato*, imo in Cisterc. codice vet. & *in Sesalvato*, quæ lectio, inquiunt, collata ad 1. Reg. 16. 34. ubi in Vulg. legitur, & *in Segub novissimo suo*, in Arab. & *in Sagub natu minimo*, inducit ut suspicemur Græcum διασωθέντι, profectum esse ex mendoso Latino; adeoque additamentum illud non à LXX. Interpretibus, ut credit Aug. sed à Latinis postmodum fuisse interpositum.

℣. 27. Ita Græcè, exceptis duobus, Ἰησοῦ, pro *Josue*, hîc & infra constanter, & καλά, pro *super*.

CAPUT VII.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi sup. 1. ET neglexerunt filii Israël negligentiâ, & fraudaverunt fraude de anathemate: & indignatus est irâ Dominus filiis Israël.

2. Et misit Josue viros in Ge, quæ est conjuncta Bethel, dicens: Considerate Ge. Et ascenderunt viri, & consideraverunt Ge.

VULGATA NOVA.

1. FIlii autem Israël prævaricati sunt man- *Inf.* 22. datum, & usurpaverunt de anathemate. 16. 20. Nam Achan filius Charmi, filii Zabdi, filii 1. *Par.* Zare de tribu Juda, tulit aliquid de anathema- 2. 7. te: iratusque est Dominus contra filios Israël.

2. Cùmque mitteret Josue de Jericho viros contra Hai, quæ est juxta Bethaven, ad orientalem plagam oppidi Bethel, dixit eis: Ascendite, & explorate terram. Qui præcepta complentes exploraverunt Hai.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Multò plura leguntur Græcè, scilicet: Καὶ ἐπλημμέλησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ πλημμέλειαν μεγάλην, καὶ ἐνοσφίσαντο ἀπὸ τῶ ἀναθέματος· καὶ ἔλαβεν Ἀχαρ υἱὸς Χαρμὶ, υἱῶ Ζαμβρὶ, υἱῶ Ζαρὰ ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα, ἀπὸ τῶ ἀναθέματος· καὶ ἐθυμώθη Κύριος ὀργῇ, &c. Mſs. Alex. & Oxon. cum ed. Compl. ὀργῇ Κύριος, ut sup. Et *deliquerunt filii Israël delictum magnum*, & *surripuerunt de anathemate*: & *sumpsit Achar filius Charmi, filii Zambri, filii Zara de tribu Juda, de anathemate*: & *indignatus est Dominus irâ*, &c. Eorumdem etiam & seqq. meminit August. quæst. 8. in Jos. to. 3. 582. d. dicens: *Factum est ut Achar de tribu Juda furaretur de anathemate civitatis Jericho contra præceptum Domini*: & *propter ejus peccatum tria millia, quæ missa fuerant in Gai, dederunt terga hostibus*; & *occisi sunt ex eis triginta sex viri*: & *populo graviter territo, Jesus cum senioribus se prostravit ad Dominum, eique responsum est, ideo factum esse, quòd peccaverit populus. Minatus est etiam Deus non se cum eis futurum, nisi abstulerint anathema de se ipsis*; & *quòd ostensus est qui fecerat, nec solus occisus, sed cum omnibus suis.*

℣. 2. Ita Græcè, nisi quòd constanter scribitur Ἰησοῦς, pro *Josue*, & Γαὶ, pro *Ge*; item pro *conjuncta*, sic, κατὰ, *contra*.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

3. Et reverſi dixerunt ei : Non aſcendat omnis populus, ſed duo vel tria millia virorum pergant, & deleant civitatem : quare omnis populus fruſtra vexabitur contra hoſtes pauciſſimos ?

4. Aſcenderunt ergo tria millia pugnatorum. Qui ſtatim terga vertentes,

5. percuſſi ſunt à viris urbis Hai, & corruerunt ex eis triginta ſex homines : perſecutique ſunt eos adverſarii de porta uſque ad Sabarim, & ceciderunt per prona fugientes : pertimuitque cor populi, & inſtar aquæ liquefactum eſt.

6. Joſue verò ſcidit veſtimenta ſua, & pronus cecidit in terram coram arca Domini uſque ad veſperam, tam ipſe quàm omnes ſenes Iſraël : miſeruntque pulverem ſuper capita ſua,

7. & dixit Joſue : Heu Domine Deus, quid voluiſti traducere populum iſtum Jordanem fluvium, ut traderes nos in manus Amorrhæi, & perderes ? utinam ut cœpimus, manſiſſemus trans Jordanem.

8. Mi Domine Deus, quid dicam, videns Iſraëlem hoſtibus ſuis terga vertentem ?

9. Audient Chananæi, & omnes habitatores terræ, & pariter conglobati circumdabunt nos, atque delebunt nomen noſtrum de terra : & quid facies magno nomini tuo ?

10. Dixitque Dominus ad Joſue : Surge, cur jaces pronus in terra ?

11. Peccavit Iſraël, & prævaricatus eſt pactum meum : tuleruntque de anathemate, & furati ſunt atque mentiti, & abſconderunt inter vaſa ſua.

12. Nec poterit Iſraël ſtare ante hoſtes ſuos, eoſque fugiet : quia pollutus eſt anathemate : non ero ultra vobiſcum, donec conteratis eum qui hujus ſceleris reus eſt.

13. Surge, ſanctifica populum, & dic eis : *Levit.* Sanctificamini in craſtinum : hæc enim dicit Do- 20. 7. *Num.* minus Deus Iſraël : Anathema in medio tui eſt 11. 18. Iſraël : non poteris ſtare coram hoſtibus tuis, *Sup.* 3. donec deleatur ex te qui hoc contaminatus eſt 5. ſcelere. 1. *Reg.* 16. 5.

VERSIO ANTIQUA.

3. Et reverſi ſunt ad Joſue, & dixerunt ad eum : Non aſcendat omnis populus, ſed duo vel tria millia virorum aſcendant, & devaſtent civitatem : ne inducas illuc univerſum populum, pauci enim ſunt. *Lucif. Cal. ubi ſup.*

4. Et aſcenderunt cum illo fere tria millia virorum, & fugerunt à facie virorum qui erant in Ge :

5. & occiderunt ex ipſis viri Ge triginta ſex viros, & perſecuti ſunt illos à porta, & contribulaverunt illos in proclivo : & expavit cor populi, & factum eſt ut aqua.

6. Et conſcidit Joſue veſtimenta ſua, & procidit in faciem ante Deum uſque ad veſperum, ipſe & ſeniores Iſraël : & miſerunt pulverem ſuper capita ſua,

7. & dixit Joſue : Heu Domine Deus, quid voluiſti traducere populum iſtum Jordanem fluvium, ut traderes nos in manus Amorrhæi, & perderes ? utinam ut cœpimus, manſiſſemus trans Jordanem.

8. Et quid dicam, quòd convertit Iſraël dorſum contra inimicum ſuum ?

9. Et audiet Chananæus, & omnes qui commorantur in terra, & circumibunt nos, & delebunt nomen noſtrum de terra : & quid facies nomini tuo magno ?

10. Et dixit Dominus ad Joſue : Surge, utquid tu procidiſti in faciem tuam ?

11. Peccavit populus, & tranſgreſſus eſt teſtamentum meum, quod diſpoſui ad eos : & furati ſunt de anathemate, & abſconderunt inter vaſa ſua.

12. Non poterunt filii Iſraël reſiſtere contra faciem inimicorum ſuorum, dorſa convertent in conſpectu inimicorum : quia facti ſunt anathema : non ero ultra vobiſcum, niſi abſtuleritis anathema ex vobis ipſis.

13. Surge, ſanctifica populum, & dic eis : Sanctificamini in craſtinum : hæc enim dicit Dominus Deus Iſraël : Anathema eſt inter vos : non poteritis reſiſtere contra inimicos veſtros, uſquedum auferatis anathema ex vobis ipſis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Eadem ſunt in Græco, præter nomen Ἰησοῦν, pro *Joſue*, & ὡσεί, *quaſi*, ante *duo* ; item pro *devaſtent*, ἐκπολιορκησάτωσαν, *oppugnent*, & pro *inducas*, ἀναγάγῃς, *adduxeris*.

℣. 4. A Græco abeſt *cum illo*, ut infra, *qui erant in* ; reliqua concordant, niſi excipias vocem ὡσεί, pro *fere*, & Γαὶ conſtanter, pro *Ge*.

℣. 5. Vix diſſimilia Græcum habet, præter iſta, ἀπ' αὐτῶν, *de eis*, pro *ex ipſis*, & εἰς, *ad*, poſitum ante *triginta* ; in Mſ. Alex. ſic, τειάκοντα ᾗ ἓξ, in Oxon. τειακονταἓξ ; item pro *contribulaverunt*, συνέτριψαν, *contriverunt*, & ἀπὸ τῆ καταφερῆς, *à declivi*, pro *in proclivo*.

℣. 6. Eadem leguntur Græcè, præter hoc, ἔπεσε, loco *procidit*, cui adjungitur, Ἰησοῦς ἐπὶ τὴν γῆν, *Jeſus ſuper terram*, (al. deeſt Ἰησοῦς) ſubinde loco *ante Deum*, ſic : ἐναντίον Κυρίυ, & pro *miſerunt*, ἐπεβάλοντο, *injecerunt*.

℣. 7. Nonnulla diſſimilia in Græco : nempe pro *Heu Domine Deus*, ſic : Δέομαι Κύριε, (Mſ. Alex. Δαίομε Κύριε, Κύριε) mox ita : ἱνατί διεβίβασεν ὁ παῖς ϛὺ τὸν λαὸν τοῦτον τὸν Ἰορδάνην παραβῆναι αὐτὸν τῷ Ἀμορραίῳ, ἀπωλέσαι ἡμᾶς ; ᾗ εἰ καλεμείναμεν, ᾗ καλωκίθημεν παρὰ τὸν Ἰορδάνην, al. πέραν τῆ Ἰορδάνυ. *Precor Domine, utquid traduxit puer tuus populum hunc Jordanem, ad tradendum eum Amorrhæo, ad perdendos nos ? & utinam manſerimus, & habitaverimus apud Jordanem.*

℣. 8. Similiter in Græco, præter unum αὐχένα, *cervicem*, loco *dorſum*.

℣. 9. Vix diſſimile Græcum eſt, en verba : Καὶ ἀκούσας ὁ Χαναναῖος, ᾗ πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν, συνεκυκλώσουσιν ἡμᾶς, ᾗ ἐξολοθρεύσουσιν ἡμᾶς ἀπὸ τῆς γῆς· ᾗ τί ποιήσεις τὸ ὄνομά ϛὺ τὸ μέγα ; *Et audiens Chananæus, & omnes inhabitantes terram, circumdabunt nos, & exterent nos de terra : & quid facies nomen tuum magnum ?*

℣. 10. Ita in Græco, præter hoc, ἱνατί τοῦτο σύ, *utquid hoc tu*, pro *utquid tu* ; at in Mſ. Oxon. deeſt τοῦτο.

℣. 11. Ita legit Auguſt. Locut. 7. to. 3. 371. d. uſque ad *eos* incl. Ita quoque in Gr. excepta voce *meum*, quæ deeſt, præterquam in Mſ. Oxon. ac editt. Ald. & Compl. loco etiam & *furati ſunt*..... & *abſconderunt inter*, &c. habetur : κλέψαντες..... ἐνέβαλον εἰς τὰ, &c. *furati*..... *injecerunt in* ; in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. ᾗ κλέψαντες, ut paulò poſt in Mſ. Oxon. ᾗ ἐνέβαλον. Tichon. bene, reg. 4. col. 57. g. *Peccavit populus*, & *tranſgreſſus eſt teſtamentum*, *quod diſpoſui ad illos : furati ſunt de anathemate*, *miſerunt in vaſa ſua.*

℣. 12. Græc. ipſo initio habet Καὶ, quod tamen deeſt in Mſ. Oxon. exinde pro *reſiſtere*, ὑποσῆναι, *ſubſiſtere*, & pro *dorſa*, αὐχένα, *collum* ; deinde ſic : ὑποστρέψουσιν ἐναντι τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν, in Mſ. Alex. ἐπιστρέψουσι κατὰ πρόσωπον τῶν ἐχθρῶν, in Oxon. ἐπιστρέψουσιν ἐναντίον τῶν ἐχθρῶν, in Ald. & Compl. ἐπιστρέψουσιν ἐνώπιον τῶν ἐχθρῶν· demum pro *non ero ultra*, ὐ προσθήσω ἔτι εἶναι, *non adjiciam ultra eſſe*, reliqua ſimilia. Hieron. l. 1. contra Pelag. to. 4. 507. f. ſic hab. *Non poterunt ſtare filii Iſraël in conſpectu inimicorum ſuorum, ſed dorſa vertent adverſariis ſuis : quia factum eſt anathema in eis : & non addam ut ſim vobiſcum, niſi contritum fuerit anathema de medio veſtrûm.* Aug. l. de Gra. & lib. arb. to. 10. 739. f. *Non poterunt filii Iſraël ſubſiſtere ante faciem inimicorum ſuorum.*

℣. 13. Hæc diſſimilia in Græco, nempe, ἀνασὰς, *ſurgens*, pro *ſurge*, abſque ſeq. *eis*, & pro *ſanctificamini*,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi sup. 14. Et convenite manè omnes per tribus vestras: & erit tribus quæ ostensa fuerit manè per Deum, adducite per plebes; plebem quam ostenderit Dominus, offerte per virum.

15. Et quisquis ostensus fuerit per Dominum, cremabitur igni, & omnia quæ sunt ejus: quia transgressus est testamentum Domini, & fecit iniquitatem in Israël.

16. Et vigilavit Josue manè, & obtulit populum per tribus, & ostensa est tribus Juda.

17. Et oblati sunt per plebes, & ostensa est plebs Zara. Et obtulit plebem Zaræ per domus, & ostensa est domus Jambri:

18. & oblata est domus per viros, & ostensus est Achan filius Charmi, filii Jambri.

19. Et dixit Josue ad Achan: Da honorem hodie Domino Deo Israël, & da confessionem, & indica mihi quid feceris, & ne celaveris me.

20. Et respondit Achan ad Josue, & dixit: Verè peccavi ante conspectum Domini Dei Israël, taliter & taliter feci:

21. vidi in præda vestem variam optimam, & ducentos siclos argenti, didrachmam & ligulam unam auream quinquaginta didrachmarum: & concupivi eam, & sustuli, & ecce hæc absconditа sunt in tabernaculo meo, & argentum absconsum est sub ipsis.

22. Et misit Josue nuncios: & cucurrerunt in tabernaculum, & hæc erant absconditа in tabernaculo, & argentum sub ipsis.

23. Et tulerunt ea de tabernaculo, & attulerunt ad Josue, & ad seniores Israël, & posuerunt ea ante Deum.

24. Apprehenderunt Achan filium Charmi, & perduxerunt in vallem Achor, & filios ejus & filias, & vitulos ejus & subjunctoria ejus, & oves ejus, & tabernaculum ejus, & omnia quæ erant

VULGATA NOVA.

14. Accedetisque manè singuli per tribus vestras: & quamcunque tribum sors invenerit, accedet per cognationes suas, & cognatio per domos, domusque per viros.

15. Et quicunque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni cum omni substantia sua: quoniam prævaricatus est pactum Domini, & fecit nefas in Israël.

16. Surgens itaque Josue manè, applicuit Israël per tribus suas, & inventa est tribus Juda.

17. Quæ cùm juxta familias suas esset oblata, inventa est familia Zare. Illam quoque per domos offerens, reperit Zabdi:

18. cujus domum in singulos dividens viros, invenit Achan filium Charmi, filii Zabdi, filii Zare de tribu Juda.

19. Et ait Josue ad Achan: Fili mi, da gloriam Domino Deo Israël, & confitere atque indica mihi quid feceris, ne absondas.

20. Respondit que Achan Josue, & dixit ei: Verè ego peccavi Domino Deo Israël, & sic & sic feci:

21. vidi enim inter spolia pallium coccineum valde bonum, & ducentos siclos argenti, regulamque auream quinquaginta siclorum: & concupiscens abstuli, & absondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentumque fossâ humo operui.

22. Misit ergo Josue ministros: qui currentes ad tabernaculum illius, repererunt cuncta absconditа in eodem loco, & argentum simul.

23. Auferentesque de tentorio tulerunt ea ad Josue, & ad omnes filios Israël, projeceruntque ante Dominum.

24. Tollens itaque Josue Achan filium Zare, argentumque & pallium, & auream regulam, filios quoque & filias ejus, boves & asinos, & oves, ipsumque tabernaculum, & cunctam su-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἁγιασθῆναι, *sanctificatos esse*; subinde τάδε, pro *hæc enim*, & pro *inter vos*, ἐν ὑμῖν, *in vobis*, sicut pro *auferatis*, ἔξαρητε, *abstuleritis*, deleta voce *ipsis*, in fine; in Mſ. tamen Ox. ὑμῶν αὐτῶν.

℣. 14. Græcè, Συναχθήσεσθε, *congregabimini*, pro *convenite*, absque *vestras*, post *tribus*; Mſ. tamen Ox. cum edit. Compl. addit ὑμῶν: exinde loco, *quæ ostensa fuerit manè per Deum*, *adducite*, sic: ἣν ἂν λείξῃ Κύριος, προσάξετε, in Mſ. Ox. ἣ ἐὰν λειχθῇ ὑπὸ Κυρίου; demum in Vat. & al. ante *plebem*, ponitur ἐν, & post *Dominus*, sequuntur ista: προσάξετε κατ' οἶκον, ἐν τὸν οἶκον ὃν ἂν λείξῃ Κύριος, προσάξετε κατ' ἄνδρα· *adducetis per domum*, & *domum quam ostenderit Dominus*, *adducetis per virum*. Nobil. *applicabitis*.

℣. 15. Ita Græcè, nisi quòd deest *per Dominum*, & ἐν præponitur *igni*; in edit. tamen Ald. deest: demum loco *quæ sunt ejus*, sic: ὅσα ἐστὶν αὐτῷ. Augustſ. bene q. 9. in Josſ. to. 3. 584. b. *Igni cremabitur*, & *omnia quæcunque sunt ei*. Item sup. col. 583. d. ait: *Meritò quæritur*, *cùm Dominus propter illum*, *qui de anathemate furtum fecerat*, *præceperit eum qui fuisset ostensus*, *igni cremari*, *cur eum ostensum Jesus lapidari potiùs à populo fecerit*, &c. Vid. inf. ℣. 25.

℣. 16. Græcè: Καὶ ὤρθρισεν Ἰησοῦς, *Et diluculo venit Jesus*, pro *Et vigilavit Josue manè*, in Mſ. Oxon. & ed. Compl. Ἰησοῦς τὸ πρωΐ: deinde pro *obtulit*, προσήγαγε, *adduxit*; reliqua quadrant.

℣. 17. In Græco constanter, προσήχθη, pro *oblati sunt*, & Ζαραΐ, pro *Zara*; reliqua verò desunt usque ad finem versûs: in Manuscripto tamen Alex. post Ζαρεί, sequitur: Καὶ προσήχθη δῆμος ὁ Ζαρεὶ κατ' ἄνδρας, &c. In Oxon. Ζαραΐ, & προσήγαγον τὸν δῆμον τὸν Ζαρὰ κατ' ἄνδρα, &c. In ed. Ald. & al. ὁ Ζαρχεί, (al. Ζαραΐ) & προσήχθη δῆμος ὁ Ζαρχεὶ κατ' οἴκους, &c.

℣. 18. Græcè: Καὶ προσήχθη κατ' ἄνδρα, & ἐνεδείχθη Ἀχαρ (Mſ. Alex. hîc & infra Ἀχαν) υἱὸς Ζαμβρὶ, υἱῦ Ζαρά· in Mſ. autem Oxon. Ἀχαρ υἱὸς Χαρμὶ, υἱῦ Ζαρὰ, υἱῦ Ζαμβρὶ κατ' οἴκους τῆς φυλῆς Ἰούδα.

℣. 19. Græc. habet: τῷ Ἀχαρ, pro *ad Achan*, & loco *honorem*, δόξαν, *gloriam*; demum pro *indica mihi*, &c. ἀνάγγειλόν μοι τί ἐποίησας, & μὴ κρύψῃς ἀπ' ἐμοῦ, Mſ. Ox. μέ.

℣. 20. In Græco constanter, Ἀχαρ τῷ Ἰησοῦ, & pro *ante conspectum*, simpliciter, ἐναντίον, ut & οὕτως & οὕτως, pro *taliter* & *taliter*.

℣. 21. Pro *præda*, habetur Græcè, προνομῇ, id est, *pabulatione*, seu *direptione*; item loco *vestem*, ψιλήν, Mſ. Oxon. hab. σολήν; loco verò *optimam*, quæ vox abest à cod. Vat. Mſs. Alex. & Oxon. ferunt καλήν, cum edit. Ald. & Compl. tum constanter, δίδραχμα, pro *siclos*, absque seq. *didrachmam*, & loco *ligulam*, γλῶσσαν, *linguam*; demum pro *concupivi eam*, & *sustuli*, sic, ἐνθυμηθεὶς αὐτῶν ἔλαβον, *animo commotus illa cepi*; at in Compl. ἐπεθύμησα αὐτῶν, & ἔλαβον· paulòque post in Vat. & al. αὐτὰ, pro *hæc*, in Oxon. ac edit. Compl. ταῦτα. Eadem memorat Ambrosſ. l. 2. offic. c. 26. to. 2. 101. b. dicens: *Cùm Hiericho magna civitas tubarum sacerdotalium sono corruisset*, & *Jesus Nave potiretur victoriâ*, *cognovit infirmatam esse virtutem populi per avaritiam atque auri cupiditatem; nam cùm de spoliis urbis incensæ sustulisset Achar vestem auream*, & *ducenta argenti didrachmata*, & *linguam auream*, *oblatus Domino negare non potuit*, *sed prodidit furtum*.

℣. 22. Post *tabernaculum*, Græc. addit, εἰς τὴν παρεμβολήν, *in castra*, sicut αὐτῦ, voci *tabernaculo*, pro qua, εἰς τὴν σκηνήν, mel. ed. Ald. ἐν τῇ σκηνῇ.

℣. 23. Vix meliùs è Græco, nisi excipias verbum *tulerunt*, pro quo ἐξήνεγκαν, uti Κυρίῳ, loco *Deum*.

℣. 24. Priora sic habentur Græcè: Καὶ ἔλαβεν Ἰησοῦς τὸν Ἀχαρ υἱὸν Ζαρὰ, & ἀνήγαγεν αὐτὸν εἰς, &c. *Et sumpsit Jesus Achar filium Zara*, & *adduxit eum in*, &c. Mſ. tamen Oxon. cum edit. Compl. pro Ζαρὰ, habet, Χαρμί; reliqua concordant, nisi quòd ponitur αὐτῦ, post *filias*, sicut πάντα, ante *oves*, quod ultimum πάντα abest à Mſ. Oxon. ac edit. Compl. in Vatic. etiam pro *Israël*, λαός, absque *erat*; sed in Alex. & Oxon. Ἰσραήλ, ut in editt. Ald. & Compl. demum pro *perduxerunt*, legitur constanter ἀνήγαγεν, *adduxit*, & pro *Mecachor*, sic, Ἐμεκαχώρ,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

pellectilem : (& omnis Iſraël cum eo) duxerunt eos ad vallem Achor :

25. ubi dixit Joſue : Quia turbaſti nos, exturbet te Dominus in die hac. Lapidavitque eum omnis Iſraël : & cuncta quæ illius erant, igne conſumpta ſunt.

2. Reg. 18. 17. 26. Congregaveruntque ſuper eum acervum magnum lapidum, qui permanet uſque in præſentem diem. Et averſus eſt furor Domini ab eis. Vocatumque eſt nomen loci illius, Vallis Achor, uſque hodie.

VERSIO ANTIQUA.

ejus : & omnis Iſraël cum eo erat, & perduxerunt eos in Mecachor : *Lucif. Cal. ubi ſup.*

25. & dixit Joſue ad Achan : Quid exterminaſti nos ? diſperdat te Dominus ſicut hodierna die. Et lapidavit eum omnis Iſraël lapidibus,

26. & impoſuerunt ſuper illum acervum lapidum magnum. Et ceſſavit Dominus ab indignatione iræ ſuæ.....

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Nota etiam loco *ſubjunctoria*, legi ὑποζύγια, ad verbum, *ſubjugalia*. Vide Not. ſeq.

℣. 25. In Græco conſtanter, τῷ Ἀχάρ, & in fine, ἐλιθοβόλησαν αὐτὸν λίθοις πᾶς Ἰσραήλ· in Mſ. Alex. πᾶς Ἰσραὴλ ἐν λίθοις· quibus addit Oxon. καὶ κατέκαυσαν αὐτόν. edit. verò Compl. Καὶ κατέκαυσαν αὐτὰ ἐν πυρὶ, καὶ ἐλιθοβόλησαν αὐτὸς ἐν λίθοις· at his repugnare videtur Auguſt. quæſt. 9. in Joſ. t. 3. 583. c. cùm ait : *Meritò quæritur, cùm Dominus propter illum qui de anathemate furtum fecerat, præceperit eum, qui fuiſſet oſtenſus, igni cremari ; cur eum oſtenſum Jeſus lapidari potiùs à populo fecerit. An ita eum mori oportuit, quemadmodum Jeſus, qui propiùs Dominum ſequebatur, Domini verba jubentis intelligere potuit ? ſic enim alius quiſquam non facilè potuit. Unde magis quærendum eſt, cur lapidationem ignem appellaverit Dominus, quàm credendum Jeſum aliud feciſſe quàm juſſerat Dominus.* Tichon. reg. 4. 57. g. hæc hab. *Exterminet te Deus ſicut & hodie.* Item Auguſt. quæſt. 9. in Joſ. to. 3. 584. b. alludens : *Filios ergo ejus & filias, cum pecoribus & omnibus quæ habebat, populus quidem, cùm eum puniret, ſimul lapidibus obruit.*

℣. 26. Ita Græcè, deleta voce ultima *ſuæ* ; in Mſ. tamen Oxon. ac edit. Compl. habetur, τῆς ὀργῆς αὐτοῦ.

CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

1. DIxit autem Dominus ad Joſue : Ne timeas, neque formides : tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & conſurgens aſcende in oppidum Hai : ecce tradidi in manu tua regem ejus, & populum, urbemque & terram.

Sup. 6. 24. 2. Facieſque urbi Hai, & regi ejus, ſicut feciſti Jericho, & regi illius : prædam verò, & omnia animantia diripietis vobis : pone inſidias urbi poſt eam.

3. Surrexitque Joſue, & omnis exercitus bellatorum cum eo, ut aſcenderent in Hai : & electa triginta millia virorum fortium miſit nocte,

4. præcepitque eis, dicens : Ponite inſidias poſt civitatem : nec longiùs recedatis : & eritis omnes parati :

5. ego autem, & reliqua multitudo quæ mecum eſt, accedemus ex adverſo contra urbem. Sup. 7. 4. Cùmque exierint contra nos, ſicut ante fecimus, fugiemus, & terga vertemus :

6. donec perſequentes ab urbe longiùs protrahantur : putabunt enim nos fugere ſicut priùs.

7. Nobis ergo fugientibus, & illis perſequentibus, conſurgetis de inſidiis, & vaſtabitis civitatem : tradetque eam Dominus Deus veſter in manus veſtras.

8. Cùmque ceperitis, ſuccendite eam, & ſic omnia facietis, ut juſſi.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET dixit Dominus ad Jeſum..... ecce dedi in manus tuas regem Gai, & terram ipſius. *Aug. Locut. 8. t. 3. 371. d.*

2. Et facies Gai, ſicut feciſti Jericho, & regi ejus : & prædam pecorum prædaberis tibi.....

3..... *Vide Not.*

4..... Vos inſidiabimini poſt civitatem : & non longè eritis à civitate : & eritis omnes parati : *Aug. quæſt. 11. in Joſ. t. 3. 584. g.*

5. & ego, & omnis populus qui mecum eſt, accedemus ad civitatem. Et erit, cùm exierint qui commorantur in Gai in obviam nobis, ſicut antea, & fugiemus à facie illorum :

6. & cùm exierint poſt nos, adducemus illos de civitate, & dicent : Fugiunt iſti à facie noſtra ſicut antea.

7. Vos autem exſurgetis ex inſidiis, & ibitis in civitatem.

8. Secundùm verbum iſtud facietis, ecce præcipio vobis.

VULGATA NOVA.

9. Dimiſitque eos, & perrexerunt ad locum inſidiarum, ſederuntque inter Bethel & Hai, ad occidentalem plagam urbis Hai : Joſue autem nocte illa in medio manſit populi,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ad verbum è Græco, niſi excipias vocem ultimam *ipſius*, pro qua αὐτῆ, vulgò *ejus*.

℣. 2. Ita Græcè, præter vocem βασιλέα, *regem*, pro *regi*, ſicut ſupra, τὴν Γαὶ, & τὴν Ἰεριχώ ; habetur etiam in fine, ἑαυτῷ, *tibi ipſi*, deinde, καταστήσον δὲ ἑαυτῷ ἔνεδρα τῇ πόλει εἰς τὰ ὀπίσω· quæ ita exprimit Auguſt. q. 10. in Joſ. to. 3. 584. e. *Deus jubet loquens ad Jeſum, ut conſtituat ſibi retrorsùs inſidias.*

℣. 3. Eò ſpectant quæ ait Auguſt. quæſt. 11. in Joſ. to. 3. 584. g. *Jeſus mittens ad Gai debellandum triginta millia bellatorum, ait illis*, &c.

℣. 4. Græc. Ὑμεῖς ἔνεδρευσατε ὀπίσω τῆς, &c. at in Mſ. Alex. ἐνεδρεύσεσε, al. ἐνεδρεύσε, ut ſup. exinde pro & *non longè eritis*, ſic, μὴ μακρὰν γίνεσθε.

℣. 5. Ita in Græco, præter ſeq. πάντες οἱ, loco *omnis populus* ; ſed in Mſ. Alex. ac edit. Ald. πᾶς ὁ λαὸς ὁ, abſque ſeq. *eſt* : in Mſ. Oxon. ſimpliciter πᾶς ὁ λαός, ut in omnibus, οἱ καταικοῦντες Γαὶ, loco *qui commorantur in Gai*, addito ὃν, poſt *ſicut*.

℣. 6. Ita Græcè, præter unum ἀποσπάσομεν, *educemus*, pro *adducemus* ; item pro *ſicut*, ὃν τρόπον ὃν, *quemadmodum &*.

℣℣. 7. 8. Ad verbum è Græco, niſi quòd pro *præcipio*, legitur ἐντέταλμαι, *præcepi* ; at in Mſ. Oxon. ac edit. Ald.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

10. surgensque diluculo recensuit socios, & ascendit cum senioribus in fronte exercitûs, vallatus auxilio pugnatorum.

11. Cùmque veniſſent & aſcendiſſent ex adverſo civitatis, ſteterunt ad ſeptentrionalem urbis plagam, inter quam & eos erat vallis media.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 9. t. 3. 371. f.

12. Et inſidiæ erant civitati à mari:

VULGATA NOVA.

12. Quinque autem millia viros elegerat, & poſuerat in inſidiis inter Bethel & Hai, ex occidentali parte ejuſdem civitatis:

VULGATA NOVA.

13. omnis verò reliquus exercitus ad aquilonem aciem dirigebat, ita ut noviſſimi illius multitudinis occidentalem plagam urbis attingerent. Abiit ergo Joſue nocte illa, & ſtetit in vallis medio.

14. Quod cùm vidiſſet rex Hai, feſtinavit manè, & egreſſus eſt cum omni exercitu civitatis, direxitque aciem contra deſertum, ignorans quòd poſt tergum laterent inſidiæ.

15. Joſue verò & omnis Iſraël ceſſerunt loco, ſimulantes metum, & fugientes per ſolitudinis viam.

16. At illi vociferantes pariter, & ſe mutuò cohortantes, perſecuti ſunt eos. Cùmque receſſiſſent à civitate,

17. & ne unus quidem in urbe Hai & Bethel remanſiſſet qui non perſequeretur Iſraël, (ſicut eruperant aperta oppida relinquentes)

VERSIO ANTIQUA.

Ibid. Locut. 10.

18..... Extende manum tuam in Gæſo, quod eſt in manu tua, contra civitatem.....

VULGATA NOVA.

18. dixit Dominus ad Joſue: Leva clypeum, qui in manu tua eſt, contra urbem Hai, quoniam tibi tradam eam.

VULGATA NOVA.

19. Cùmque elevaſſet clypeum ex adverſo civitatis, inſidiæ quæ latebant, ſurrexerunt confeſtim: & pergentes ad civitatem, ceperunt, & ſuccenderunt eam.

20. Viri autem civitatis, qui perſequebantur Joſue, reſpicientes & videntes fumum urbis ad cœlum uſque conſcendere, non potuerunt ultra huc illucque diffugere: præſertim cùm hi qui ſimulaverant fugam, & tendebant ad ſolitudinem, contra perſequentes fortiſſimè reſtitiſſent.

21. Videnſque Joſue & omnis Iſraël quòd capta eſſet civitas, & fumus urbis aſcenderet, reverſus percuſſit viros Hai.

VERSIO ANTIQUA.

Ibid. Locut. 11.

22..... & facti ſunt inter medium caſtrorum, hi hinc, & hi hinc.....

VULGATA NOVA.

22. Siquidem & illi qui ceperant & ſuccenderant civitatem, egreſſi ex urbe contra ſuos, medios hoſtium ferire cœperunt. Cùm ergo ex utraque parte adverſarii cæderentur, ita ut nullus de tanta multitudine ſalvaretur,

VULGATA NOVA.

23. regem quoque urbis Hai apprehenderunt viventem, & obtulerunt Joſue.

24. Igitur omnibus interfectis, qui Iſraëlem ad deſerta tendentem fuerant perſecuti, & in eodem loco gladio corruentibus, reverſi filii Iſraël percuſſerunt civitatem.

25. Erant autem qui in eodem die conciderant à viro uſque ad mulierem, duodecim millia hominum, omnes urbis Hai.

26. Joſue verò non contraxit manum, quam in ſublime porrexerat, tenens clypeum donec interficerentur omnes habitatores Hai.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 12. 372. b.

27. Exceptis pecoribus & ſpoliis, quæ erant in civitate, prædati ſunt filii Iſraël ſecundùm præceptum Domini, quemadmodum conſtituit Dominus Jeſu.

VULGATA NOVA.

27. Jumenta autem & prædam civitatis diviſerunt ſibi filii Iſraël, ſicut præceperat Dominus Joſue.

VULGATA NOVA.

28. Qui ſuccendit urbem, & fecit eam tumulum ſempiternum:

29. regem quoque ejus ſuſpendit in patibulo uſque ad veſperam & ſolis occaſum. Præcepitque Jo-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἐντέλλομαι, ut ſupra.

℣. 12. Græc. delet *erant*, habetque τῆς πόλεως, *civitatis*; mox Auguſt. ibid. *Qui neſcit*, inquit, *putat iſtam civitatem maritimam. Conſuetudinis eſt autem Scripturarum ut occidentalem partem*, à mari *appellet*, *vel* ad mare: *quia ex ipſa parte terra ubi hæc agebantur, propiùs habet mare, quàm à cæteris partibus.*

℣. 18. Sic eſt in Græco ad verbum. Aug. ibid. *Quid dicat* Gæſon, *non facilè intelligitur: hoc Interpres Symmachus*, ſcutum, *appellaſſe perhibetur; Septuaginta autem Interpretes, ſecundùm quos iſta tractamus, qui poſuerunt* Gæſon, *miror ſi & in Græca lingua haſtam, vel lanceam Gallicanam intelligi voluerunt: ea quippe dicuntur Gæſa, quorum & Virgilius meminit, ubi ait de Gallis in ſcuto Æneæ pictis:*

——— Duo quiſque Alpina coruſcant
Gæſa manu. (Æneid. 8.)

℣. 22. Ita Græcè. Ad quod Aug. ibid. *Duo notanda ſunt*, inquit, *in hac locutione: unum, quòd cùm hoſtes qui vincebantur, in medio eſſent, tanquam de his dictum eſt, quòd hi eſſent hinc, & hi hinc; cùm potiùs ita Iſraëlitæ fuerint, qui eos in medio poſuerant percutiendos: alterum, quòd inter medium caſtrorum eos factos eſſe dicit Scriptura, caſtra appellans etiam productas acies in prælio conſtitutas, cùm caſtra non ſoleant appellari, niſi ubi exercitus ad manendum conſiſtit; niſi fortè ideo caſtra appellata ſunt, quia cum omnibus ſuis ibant.*

℣. 27. In Græco ſic: Πλὴν τῶν σκύλων, τῶν ἐν τῇ πόλει πάντα, ἃ ἐπεσκόμευσαν ἑαυτοῖς οἱ, &c. ut ſup. i. e. *Præter ſpolia, quæ in civitate omnia, quæ prædati ſunt ſibi*, &c. ſed Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. habet: Πλὴν τῶν κτηνῶν, καὶ τῶν σκύλων, Oxon. delet τῶν σκύλων, uti paulò poſt Alex. πάντα ἃ, cum ἑαυτοῖς; Oxon. loco πάντα ἃ. legit, ἐκείνη ἅν, abſque ἑαυτοῖς: edit. Ald. ſic: πόλει ἐκείνη πάντα ἐπεσκόμευσαν ἑαυτοῖς οἱ, &c. Compl. πόλει ἐκείνη α, &c. Auguſt. ibid. Ita *dictum eſt*: Exceptis pecoribus & ſpoliis..... prædati ſunt, *quaſi ipſa non fuerint prædati, cùm potiùs ipſa prædati ſint, & excepta ideo dicta ſint, quia hæc illo prælio ſola conſumpta non ſunt.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

fue, & depoſuerunt cadaver ejus de cruce: projeceruntque in ipſo introitu civitatis, congeſto ſuper eum magno acervo lapidum, qui permanet uſque in præſentem diem.

30. Tunc ædificavit Joſue altare Domino Deo Iſraël in monte Hebal:

Exod. 20. 25. Deut. 27. 5. 31. ſicut præceperat Moyſes famulus Domini filiis Iſraël, & ſcriptum eſt in volumine legis Moyſi: altare verò de lapidibus impolitis, quos ferrum non tetigit: & obtulit ſuper eo holocauſta Domino, immolavitque pacificas victimas.

32. Et ſcripſit ſuper lapides Deuteronomium legis Moyſi, quod ille digeſſerat coram filiis Iſraël.

33. Omnis autem populus, & majores natu, duceſque ac judices ſtabant ex utraque parte arcæ, in conſpectu ſacerdotum qui portabant arcam fœderis Domini, ut advena ita & indigena. Media pars eorum juxta montem Garizim, & media juxta montem Hebal, ſicut præceperat Moyſes famulus Domini. Et primùm quidem benedixit populo Iſraël.

34. Poſt hæc legit omnia verba benedictionis & maledictionis, & cuncta quæ ſcripta erant in legis volumine.

35. Nihil ex his quæ Moyſes juſſerat, reliquit intactum, ſed univerſa replicavit coram omni multitudine Iſraël, mulieribus ac parvulis & advenis, qui inter eos morabantur.

CAPUT IX.

VULGATA NOVA.

1. QUibus auditis, cuncti reges trans Jordanem, qui verſabantur in montanis & campeſtribus, in maritimis ac littore magni maris, hi quoque qui habitabant juxta Libanum, Hethæus & Amorrhæus, Chananæus, Pherezæus, & Hevæus, & Jebuſæus,

2. congregati ſunt pariter, ut pugnarent contra Joſué & Iſraël uno animo, eademque ſententia.

3. At hi qui habitabant in Gabaon, audientes cuncta quæ fecerat Joſue Jericho & Hai:

VULGATA NOVA.

4. & callidè cogitantes, tulerunt ſibi cibaria, ſaccos veteres aſinis imponentes, & utres vinarios ſciſſos atque conſutos,

VERSIO ANTIQUA.

4..... & accipientes ſaccos veteres ſuper aſinos ſuos..... *Aug. quæſt. 12. in Joſ. t. 3. 585. b. c.*

VULGATA NOVA.

5. calceamentaque perantiqua quæ ad indicium vetuſtatis pittaciis conſuta erant, induti veteribus veſtimentis: panes quoque, quos portabant ob viaticum, duri erant, & in fruſta comminuti:

6. perrexeruntque ad Joſue, qui tunc morabatur in caſtris Galgalæ, & dixerunt ei, atque ſimul omni Iſraëli: De terra longinqua venimus, pacem vobiſcum facere cupientes. Reſponderuntque viri Iſraël ad eos, atque dixerunt:

VULGATA NOVA.

7. Ne fortè in terra, quæ nobis ſorte debetur, habitetis, & non poſſimus fœdus inire vobiſcum.

VERSIO ANTIQUA.

7. Vide ne in me habites. Et quomodo diſponam tibi teſtamentum? *Aug. Locut. 13. t. 3. 372. b.*

VULGATA NOVA.

8. At illi ad Joſue, Servi, inquiunt, tui ſumus. Quibus Joſue ait: Quinam eſtis vos? & unde veniſtis?

9. Reſponderunt: De terra longinqua valde venerunt ſervi tui in nomine Domini Dei tui. Audivimus enim famam potentiæ ejus, cuncta quæ fecit in Ægypto,

Num. 21. 13. 10. & duobus regibus Amorrhæorum qui fuerunt trans Jordanem, Sehon regi Heſebon, & Og regi Baſan qui erat in Aſtaroth:

11. dixeruntque nobis ſeniores, & omnes habitatores terræ noſtræ: Tollite in manibus cibaria ob longiſſimam viam, & occurrite eis, & dicite: Servi veſtri ſumus, fœdus inite nobiſcum.

12. En, panes quando egreſſi ſumus de domibus noſtris, ut veniremus ad vos, calidos ſumpſimus, nunc ſicci facti ſunt, & vetuſtate nimia comminuti:

13. utres vini novos implevimus, nunc rùpti ſunt & ſoluti: veſtes & calceamenta quibus induimur, & quæ habemus in pedibus, ob longitudinem longioris viæ trita ſunt, & pene conſumpta.

14. Suſceperunt igitur de cibariis eorum, & os Domini non interrogaverunt.

15. Fecitque Joſue cum eis pacem, & inito fœdere pollicitus eſt quòd non occiderentur: principes quoque multitudinis juraverunt eis. *2. Reg. 21. 2.*

16. Poſt dies autem tres initi fœderis, audierunt quòd in vicino habitarent, & inter eos futuri eſſent.

17. Moveruntque caſtra filii Iſraël, & venerunt in civitates eorum die tertio, quarum hæc vocabula ſunt, Gabaon, & Caphira, & Beroth, & Cariathiarim.

18. Et non percuſſerunt eos, eò quòd juraſſent eis principes multitudinis in nomine Domini Dei Iſraël. Murmuravit itaque omne vulgus contra principes.

19. Qui reſponderunt eis: Juravimus illis in no- 19... *& ſeqq. Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Auguſt. ibid. *Quòd Gabaonitæ venerunt ad Jeſum cum vetuſtis panibus & ſaccis, ut putarentur, ſicut finxerant, de terra veniſſe longinqua, quò eis parceretur: (conſtitutum enim erat à Domino, ne alicui terras illas inhabitanti parcerent, quò ingrediebantur) nonnulli codices & Græci & Latini habent:* Et accipientes ſaccos veteres ſuper humeros ſuos: *alii verò qui veraciores videntur, non habent,* ſuper humeros, *ſed,* ſuper aſinos ſuos: *ſimilitudo enim verbi in Græca lingua mendoſitatem facilem fecit; & ideo Latina quoque exemplaria varia ſunt:* ὤμων *quippe,* & ὄνων *non multùm ab invicem diſſonant; quorum prius,* humerorum *nomen eſt, poſterius* aſinorum. *Ideo eſt autem de* aſinis *credibilius, quoniam ſe à ſua gente longinqua miſſos eſſe dixerunt: unde apparet eos fuiſſe legatos, & ideo magis in aſinis quàm in humeris neceſſaria portare potuiſſe: quia nec multi eſſe poterant, & non ſolùm ſaccos, ſed etiam utres eos portaſſe Scriptura commemorat.* In Græco nunc, ἐπὶ τῶν ὤμων, in Mſ. tamen Alex. ac edit. Ald. ἐπὶ τῶν ὄνων.

℣. 7. Aptè ad Græcum, niſi excipias verbum *habites*, pro quo κατοικεῖς, at in editt. Ald. & Compl. καθοικῇς. Addit Auguſt. ibid. *Vide ne in me habites*, &c. *quod eſt, apud me:* & infra: *Notandum etiam quòd pactum pacis, teſtamentum vocat Scriptura more ſuo.*

℣. 19. &c. Eorumdem meminit Aug. quæſt. 13. in Joſ.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

mine Domini Dei Iſraël, & idcirco non poſſumus eos contingere.

20. Sed hoc faciemus eis: Reſerventur quidem ut vivant, ne contra nos ira Domini concitetur, ſi pejeraverimus:

21. ſed ſic vivant, ut in uſus univerſæ multitudinis ligna cædant, aquaſque comportent. Quibus hæc loquentibus:

22. vocavit Gabaonitas Joſue, & dixit eis: Cur nos decipere fraude voluiſtis, ut diceretis: Procul valde habitamus à vobis, cùm in medio noſtri ſitis?

23. Itaque ſub maledictione eritis, & non deficiet de ſtirpe veſtra ligna cædens, aquaſque comportans in domum Dei mei.

24. Qui reſponderunt: Nunciatum eſt nobis ſervis tuis, quòd promiſiſſet Dominus Deus tuus Moyſi ſervo ſuo, ut traderet vobis omnem terram, & diſperderet cunctos habitatores ejus. Timuimus igitur valde, & providimus animabus noſtris, veſtro terrore compulſi, & hoc conſilium inivimus.

25. Nunc autem in manu tua ſumus: quod tibi bonum & rectum videtur, fac nobis.

26. Fecit ergo Joſue ut dixerat, & liberavit eos de manu filiorum Iſraël, ut non occiderentur.

27. Decrevitque in illo die eos eſſe in miniſterio cuncti populi, & altaris Domini, cædentes ligna, & aquas comportantes, uſque in præſens tempus, in loco quem Dominus elegiſſet.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

to. 3. 585. d. dicens: *Quæri poteſt, quomodo juramentum ſervandam eſſe crediderint Hebræi Gabaonitis, quibus ita juraverant, tanquam de longinqua terra venientibus, ſicut illi mentiti fuerant: ſciebant enim ſe debellandos, ſi cognitum eſſet Hebræis in ea terra eos habitare, quam promiſſam fuerant, interfectis habitantibus; retenturi. Mentientibus ergo quòd de longinqua terra ad eos veniſſent, juraverunt eis Iſraëlita. Poſteaquam verò cognoverunt ibi eos habitare, ubi omnes quos invenerant ſecundùm Dei præceptum debellare oportebat, noluerunt tamen frangere jurationem: & licet eos mentitos eſſe didiciſſent, parcere maluerunt juramenti cauſâ; cùm poſſent utique dicere ſe tantùm illis juraſſe, quos eos eſſe crediderant, id eſt, de longinquo venientes: cùm verò aliud cognoverunt, præceptum circa eos Domini implendum erat, ut ſicut cæteri expugnarentur. Deus autem hoc approbavit, nec parcentibus ſuccenſuit, quamvis eum non interrogaſſent quinam illi eſſent, & ideo eos illi fallere valuiſſent. Unde non importunè utique credendi ſunt, etſi fallere homines pro ſua ſalute voluerunt, non tamen fallaciter Deum timuiſſe in populo ejus.*

CAPUT X.

VULGATA NOVA.

1. QUæ cùm audiſſet Adoniſedec rex Jeruſalem, quòd ſcilicet cepiſſet Joſue Hai, & ſubverſiſſet eam, (ſicut enim fecerat Jericho & regi ejus, ſic fecit Hai & regi illius,) & quòd transfugiſſent Gabaonitæ ad Iſraël, & eſſent fœderati eorum,

2. timuit valde. Urbs enim magna erat Gabaon, & una civitatum regalium, & major oppido Hai, omneſque bellatores ejus fortiſſimi.

3. Miſit ergo Adoniſedec rex Jeruſalem ad Oham regem Hebron, & ad Pharam regem Jerimoth, ad Japhia quoque regem Lachis, & ad Dabir regem Eglon, dicens:

4. Ad me aſcendite, & ferte præſidium, ut expugnemus Gabaon, quare transfugerit ad Joſue, & ad filios Iſraël.

5. Congregati igitur aſcenderunt quinque reges Amorrhæorum, rex Jeruſalem, rex Hebron, rex Jerimoth, rex Lachis, rex Eglon, ſimul cum exercitibus ſuis, & caſtrametati ſunt circa Gabaon, oppugnantes eam. 5..... 6. *Vide Not.*

6. Habitatores autem Gabaon urbis obſeſſæ miſerunt ad Joſue, qui tunc morabatur in caſtris apud Galgalam, & dixerunt ei: Ne retrahas manus tuas ab auxilio ſervorum tuorum: aſcende citò, & libera nos, ferque præſidium: convenerunt enim adverſùm nos omnes reges Amorrhæorum, qui habitant in montanis.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 14. in Joſ. t. 3. 586. b.

7. Et aſcendit Jeſus à Galgala, ipſe, & omnis populus bellatorum cum illo, omnis potens in fortitudine.

8. Et dixit Dominus ad Jeſum: Noli timere illos: in manus enim tuas tradidi eos: non ſubſiſtet ex illis quiſquam coram vobis.

VULGATA NOVA.

7. Aſcenditque Joſue de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cum eo, viri fortiſſimi.

8. Dixitque Dominus ad Joſue: Ne timeas eos: in manus enim tuas tradidi illos: nullus ex eis tibi reſiſtere poterit.

VULGATA NOVA.

9. Irruit itaque Joſue ſuper eos repente, tota nocte aſcendens de Galgalis.

1. Reg. 7. 10.

10. Et conturbavit eos Dominus à facie Iſraël: contrivitque plagâ magnâ in Gabaon, ac perſecutus eſt eos per viam aſcenſus Beth horon, & percuſſit uſque Azeca & Maceda.

11. Cùmque fugerent filios Iſraël, & eſſent in deſcenſu Beth horon, Dominus miſit ſuper eos lapides magnos de cœlo uſque ad Azeca: & mortui ſunt multò plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percuſſerant filii Iſraël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 5. 6. Græc. Καὶ ἀνέβησαν οἱ πέντε βασιλεῖς τῶν Ἀμορραίων..... ᾗ προσεκάθισαν τὴν Γαβαών..... Καὶ ἀπέστειλαν οἱ κατοικοῦντες Γαβαὼν πρὸς Ἰησοῦν..... λέγοντες· Μὴ ἐκλύσῃς τὰς χεῖράς Σου ἀπὸ τῶν παίδων Σου..... ὅτι συνηγμένοι εἰσὶν ἐφ' ἡμᾶς πάντες οἱ βασιλεῖς τῶν Ἀμορραίων, &c. Unde Aug. quæſt. 10. in Joſ. to. 3. 586. c. *Quæritur*, inquit, *quemadmodum rex civitatis Jeruſalem Adonibezech & cæteri quatuor, cum quibus obſedit Gabaonitas, ſecundùm LXX. Interpretes, primò reges Jebuſæorum citra ad eos obſidendos convenerunt, poſtea verò reges Amorrhæorum dicantur ab ipſis Gabaonitis, quando nuncios miſerunt ad Jeſum, ut eos de obſidione liberaret. Sicut autem inſpicere potuimus in ea interpretatione quæ ex Hebræo eſt, utrobique Amorrhæorum dicuntur, cùm conſtet Jebuſæorum fuiſſe regem civitatis Jeruſalem, quia ipſa eſt dicta Jebus, tanquam illius gentis metropolis, & ſeptem gentes ſæpiſſime Scriptura commemoret, quas promiſit Deus exterminaturum ſe eſſe à facie populi ſui, ex quibus una perhibetur Amorrhæorum. Niſi forte hoc nomen univerſale fuerat omnium, aut potiùs majoris partis, ut non una, ſed plures in his ſeptem hoc nomine tenerentur: quamvis eſſet etiam una de ſeptem, quæ Amorrhæorum propriè vocaretur: ſicut eſt pars quædam quæ propriè dicitur Libya, quamvis hoc nomen univerſæ Africæ competat.*

℣. 7. Ita in Græco, præter duo, ἐκ Γαλγάλων, *de Galgalis*, pro *à Galgala*, & ὁ πολεμιστής, *bellator*, loco *bellatorum*.

℣. 8. In Græco, ὑπολειφθήσεται, *relinquetur*, pro *ſubſiſtet*, ſed in Mſs. Alex. & Ox. ac edd. Ald. & Compl. ὑποστήσεται; reliqua quadrant.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

12. Tunc locutus est Josue Domino, in die qua tradidit Amorrhæum in conspectu filiorum Israël, dixitque coram eis: Sol contra Gabaon ne movearis, & luna contra vallem Ajalon.

13. Steteruntque sol & luna, donec ulciscerétur se gens de inimicis suis. Nonne scriptum est hoc in libro justorum? Stetit itaque sol in medio cœli, & non festinavit occumbere spatio unius diei.

Eccli. 46. 5. *Isai.* 28. 21.

14. Non fuit antea nec postea tam longa dies, obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Israël.

VERSIO ANTIQUA.

12..... Stet sol in Gabaon, & luna contra vallem Ajalon. *Hieron. in Isai. 28. t. 3. 241. a.*

13. Stetit sol & luna in statione, donec ultus est populus de inimicis suis. Et stetit sol in medio cœlo, & non accedebat in occasum, & in finem diei unius. *Tertul. l. adv. Psych. p. 986. b.*

14. Non fuit dies talis neque priùs neque postea, ut sic exaudirèt Dominus hominem, quia Dominus pugnavit pro Israël. *Hilar. in Ps. 135. 485. c.*

VULGATA NOVA.

15. Reversusque est Josue cum omni Israël in castra Galgalæ.

16. Fugerant enim quinque reges, & se absconderant in spelunca urbis Maceda.

VULGATA NOVA.

17. Nunciatumque est Josue, quòd inventi essent quinque reges latentes in spelunca urbis Maceda.

VERSIO ANTIQUA.

17. Et nunciatum est Jesu, dicentes: Inventi sunt quinque reges absconditi in spelunca..... *Aug. Locut. 14. t. 3. 372. d.*

VULGATA NOVA.

18. Qui præcepit sociis, & ait: Volvite saxa ingentia ad os speluncæ, & ponite viros industrios, qui clausos custodiant:

19. vos autem nolite stare, sed persequimini hostes, & extremos quosque fugientium cædite: nec dimittatis eos urbium suarum intrare præsidia, quos tradidit Dominus Deus in manus vestras.

20. Cæsis ergo adversariis plagâ magnâ, & usque ad internecionem pene consumptis, hi qui Israël effugere potuerunt, ingressi sunt civitates munitas.

21. Reversusque est omnis exercitus ad Josue in Maceda, ubi tunc erant castra, sani & integro numero: nullusque contra filios Israël mutire ausus est.

22. Præcepitque Josue, dicens: Aperite os speluncæ, & producite ad me quinque reges, qui in ea latitant.

23. Feceruntque ministri ut sibi fuerat imperatum: & eduxerunt ad eum quinque reges de spelunca, regem Jerusalem, regem Hebron, regem Jerimoth, regem Lachis, regem Eglon.

24. Cùmque educti essent ad eum, vocavit omnes viros Israël, & ait ad principes exercitus qui secum erant: Ite, & ponite pedes super colla regum istorum. Qui cùm perrexissent, & subjectorum colla pedibus calcarent,

VULGATA NOVA.

25. rursum ait ad eos: Nolite timere, nec paveatis, confortamini & estote robusti: sic enim faciet Dominus cunctis hostibus vestris, adversùm quos dimicatis.

VERSIO ANTIQUA.

25..... ita faciet Dominus omnibus inimicis vestris, quos vos debellabitis eos. *Aug. Locut. 15. 372. d.*

VULGATA NOVA.

26. Percussitque Josue, & interfecit eos, atque suspendit super quinque stipites: fueruntque suspensi usque ad vesperum.

27. Cùmque occumberet sol, præcepit sociis ut deponerent eos de patibulis. Qui depositos projecerunt in speluncam, in qua latuerant, & posuerunt super os ejus saxa ingentia, quæ permanent usque in præsens.

Deut. 21. 23.

28. Eodem quoque die Macedam cepit Josue, & percussit eam in ore gladii, regemque illius interfecit, & omnes habitatores ejus: non dimisit in ea saltem parvas reliquias. Fecitque regi Maceda, sicut fecerat regi Jericho.

29. Transivit autem cum omni Israël de Maceda in Lebna, & pugnabat contra eam:

30. quam tradidit Dominus cum rege suo in manus Israël: percusseruntque urbem in ore gladii, & omnes habitatores ejus: non dimiserunt in ea ullas reliquias. Feceruntque regi Lebna, sicut fecerant regi Jericho.

Sup. 6. 2.

31. De Lebna transivit in Lachis cum omni Israël: & exercitu per gyrum dispositio oppugnabat eam.

32. Tradiditque Dominus Lachis in manus Israël, & cepit eam die altero, atque percussit in ore gladii, omnemque animam quæ fuerat in ea, sicut fecerat Lebna.

33. Eo tempore ascendit Horam rex Gazer, ut auxiliaretur Lachis: quem percussit Josue cum omni populo ejus usque ad internecionem.

34. Transivitque de Lachis in Eglon, & circumdedit,

35. atque expugnavit eam eadem die: percussitque in ore gladii omnes animas quæ erant in ea, juxta omnia quæ fecerat Lachis.

36. Ascendit quoque cum omni Israël de Eglon in Hebron, & pugnavit contra eam:

37. cepit eam, & percussit in ore gladii, regem quoque ejus, & omnia oppida regionis illius, uni-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 12. In Græco bis, κατὰ, loco *in* & *contra*, & pro *Ajalon*, Αἰλών, al. tamen Αἰαλών, vel Ἐαλών. Tertul. l. cont. Psych. 986. b. ait: *Stetit sol in Gabaon, & luna in Ajalon.* Hilar. in Ps. 135. 485. d. *Dicente Jesu Nave, Sol stetit contra Gabaon, & luna contra vallem Haylon:* Notant hîc editores nostri BB. in edit. postr. Paris. legi *Ajalon*, in Ms. Mic. *Helloim*, in Reg. & Tur. sicut apud Origen. *Elom.* Apud Ambros. in Ps. 43. 392. a. sic: *Stet sol contra Gabaon*, & l. de Apol. David, c. 4. to. 1. 714. d. *Per unum Jesum Nave*, inquit, *stetit sol contra Gabaon.*

℣. 13. In Græco, καὶ ἔστη, & *stetit*, & loco *populus de inimicis suis*, sic: ὁ Θεὸς τὺς ἐχθρὺς αὐτῶν, sed in Ms. Oxon. τὸ ἔθνος τῶν ἐχθρῶν: subinde κατὰ μέσον τῦ οὐρανῦ, *ad medium cæli*, pro *in medio cœlo*, & pro *accedebat*, ἐπεπορεύετο, *procedebat*, absque præced. & , & subseq.

℣. 14. Ita Græcè, nisi quòd legitur τὸ ἔσχατον, *postremò*, loco *postea*, deinde sic: ὥστε ἐπακῦσαι Θεὸν ἀνθρώπυ, ὅτι Κύριος συνεξεπολέμησε τῷ Ἰσραήλ. Nobil. *ut obediret Deus homini, quoniam Dominus simul expugnavit cum Israël.* Tertul. adversus Psych. 986. b. *Non fuit dies talis retro & in novissimo, ut exaudiret Deus hominem.*

℣℣. 17..... 25. Ita de Græco, verbum è verbo.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

versasque animas quæ in ea fuerant commoratæ : non reliquit in ea ullas reliquias : sicut fecerat Eglon, sic fecit & Hebron, cuncta quæ in ea reperit consumens gladio.

38. Inde reversus in Dabir,

39. cepit eam atque vastavit : regem quoque ejus atque omnia per circuitum oppida percussit in ore gladii : non dimisit in ea ullas reliquias : sicut fecerat Hebron & Lebna & regibus earum, sic fecit Dabir & regi illius.

40. Percussit itaque Josue omnem terram montanam & meridianam atque campestrem, & Asedoth, cum regibus suis : non dimisit in ea ullas reliquias, sed omne quod spirare poterat interfecit, sicut præceperat ei Dominus Deus Israël,

41. à Cadesbarne usque Gazam. Omnem terram Gosen usque Gabaon,

42. universosque reges, & regiones eorum, uno impetu cepit atque vastavit : Dominus enim Deus Israël pugnavit pro eo :

43. reversusque est cum omni Israël ad locum castrorum in Galgala.

CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

1. QUæ cùm audissent Jabin rex Asor, misit ad Jobab regem Madon, & ad regem Semeron, atque ad regem Achsaph :

2. ad reges quoque aquilonis, qui habitabant in montanis & in planitie contra meridiem Ceneroth, in campestribus quoque & in regionibus Dor juxta mare :

3. Chananæum quoque ab oriente & occidente, & Amorrhæum atque Hethæum ac Pherezæum & Jebusæum in montanis : Hevæum quoque qui habitabat ad radices Hermon in terra Maspha.

4. Egressique sunt omnes cum turmis suis, populus multus nimis sicut arena quæ est in littore maris, equi quoque & currus immensæ multitudinis :

5. conveneruntque omnes reges isti in unum ad aquas Merom, ut pugnarent contra Israël.

6. Dixitque Dominus ad Josue : Ne timeas eos : cras enim hac eadem hora ego tradam omnes istos vulnerandos in conspectu Israël : equos eorum subnervabis, & currus igne combures.

7. Venitque Josue, & omnis exercitus cum eo, adversùs illos ad aquas Merom subitò, & irruerunt super eos,

8. tradiditque illos Dominus in manus Israël. Qui percusserunt eos, & persecuti sunt usque ad Sidonem magnam, & aquas Maserephoth, campumque Maspha, qui est ad orientalem illius partem. Ita percussit omnes, ut nullas dimitteret ex eis reliquias :

9. fecitque sicut præceperat ei Dominus, equos eorum subnervavit, currusque combussit igni.

10. Reversusque statim cepit Asor, & regem ejus percussit gladio : Asor enim antiquitus inter omnia regna hæc principatum tenebat.

11. Percussitque omnes animas, quæ ibidem morabantur : non dimisit in ea ullas reliquias, sed usque ad internecionem universa vastavit, ipsamque urbem peremit incendio.

12. Et omnes per circuitum civitates, regesque earum cepit, percussit atque delevit, sicut præceperat ei Moyses famulus Domini. *Deut. 7. 1.*

13. Absque urbibus, quæ erant in collibus & in tumulis sitæ, cæteras succendit Israël : unam tantùm Asor munitissimam flammâ consumpsit.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 16. in Jos. t. 3. 586. f.

14..... non dimisit in ea Jesus quidquam spirans.

15. Sicut præcepit Dominus Moysi puero suo, & Moyses similiter præcepit Jesu, & sic fecit Jesus : non est transgressus quidquam ab omnibus quibus constituit Dominus Moysi.

VULGATA NOVA.

14. Omnemque prædam istarum urbium ac jumenta diviserunt sibi filii Israël, cunctis hominibus interfectis.

15. Sicut præceperat Dominus Moysi servo suo, ita præcepit Moyses Josue, & ille universa complevit : non prætermisit de universis mandatis, nec unum quidem verbum quod jusserat Dominus Moysi. *Exod. 34. 11. Deut. 7. 1.*

VULGATA NOVA.

16. Cepit itaque Josue omnem terram montanam & meridianam, terramque Gosen, & planitiem, & occidentalem plagam, montemque Israël, & campestria ejus :

17. & partem montis quæ ascendit Seir usque Baalgad per planitiem Libani subter montem Hermon : omnes reges eorum cepit, percussit, & occidit.

18. Multo tempore pugnavit Josue contra reges istos.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 17. in Jos. t. 3. 587. a.

19. Et non erat civitas quæ non erat tradita filiis Israël : & omnes cepit in bello.

VULGATA NOVA.

19. Non fuit civitas quæ se traderet filiis Israël, præter Hevæum, qui habitabat in Gabaon : omnes enim bellando cepit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 14. Græcè : *ὑ κατέλιπον ἐξ αὐτῶν ὑδὲν ἐμπνέον, non reliquerunt ex eis quidquam spirans :* in Mſ. Oxon. *κατέλειπε.*

℣. 15. Vix meliùs è Græco, nisi quòd pro *sicut*, script. *ὃν τρόπον, quemadmodum*, & pro *Dominus Moysi*, sic, *αὐτῷ Μωυσῆς*, sed in Mſ. Alex. ac edit. Ald. *Κύριος τῷ Μωυσῇ*, ut in Lat. sup.

℣. 19. Græcè, loco seqq. *quæ non erat tradita*, &c. habetur : *ἣν γὰρ ἔλαβεν Ἰσραὴλ πάντα ἐλάβοσαν ἐν πολέμῳ, quam non cepit Israël : omnia ceperunt in bello ;* at in Mſ. Alex. nec non in edd. Ald. & Compl. sic : *ἥτις* (Compl. *ἣν*) *ὑ παρέδωκε τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ·* Compl. addit : *πλὴν ὁ Εὐαῖος ὁ κατοικῶν ἐν Γαβαὼν, ἣ γὰρ ἦν πόλις ἥτις ὑ παρεδόθη τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ·* deinde in Mſ. Alex. Ald. & Compl. *πάντας ἔλαβε*, in Mſ. Oxon. *ἔλαβον*. Apud Hieron. l. 1. contra Pelag. to. 4. 508. a. sic : *Non erat civitas quam non tradidit Dominus filiis Israël, absque Hevæo, qui habitabat in Gabaon : omnes pugnando ceperunt.* Apud Aug. verò Locut. 16. to. 3. 372. d. constanter : & *omnes cepit in bello :* & sup. in Quæst. *Quæritur*, inquit, *quomodo hoc verum sit, cùm nec temporibus postea Judicum, nec temporibus Regum omnes omnino illarum septem gentium civitates capere potuerint Hebræi.* At, inquit, *aut sic intelligendum est, quòd ad nullam civitatem bellando accesserit Jesus quam non ceperit, aut certè nulla non capta est, sed earum quæ in regionibus supra commemoratis fuerunt.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

20. Domini enim ſententia fuerat, ut indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Iſraël & caderent, & non mererentur ullam clementiam, ac perirent, ſicut præceperat Dominus Moyſi.

VERSIO ANTIQUA.

20. Quia per Dominum factum eſt confortari cor eorum, ut obviam irent ad bellum ad Iſraël ut exterminarentur, ita ut non daretur eis miſericordia, ſed ut exterminarentur, ſicut dixit Dominus ad Moyſen. *Aug. quæſt. 18. 587. a.*

VULGATA NOVA.

21. In illo tempore venit Joſue, & interfecit Enacim de montanis, Hebron, & Dabir, & Anab, & de omni monte Juda & Iſraël, urbeſque eorum delevit.

22. Non reliquit ullum de ſtirpe Enacim, in terra filiorum Iſraël: abſque civitatibus Gaza, & Geth, & Azoto, in quibus ſolis relicti ſunt.

23. Cepit ergo Joſue omnem terram, ſicut locutus eſt Dominus ad Moyſen, & tradidit eam in poſſeſſionem filiis Iſraël ſecundùm partes & tribus ſuas: quievitque terra à præliis. *Inf. 14. 15.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 20. Ita rurſus habet Auguſt. cùm Locut. 16. to. 3. 372. d. tum l. de Gra. & lib. arb. to. 10. 740. a. uſque ad hoc, *ita ut*: nec diſſimile Græcum eſt tum in his, tum in conſequentibus. Hieron. l. 1. contra Pelag. to. 4. 508. a. ſic legit: *Quia à Domino factum erat, ut induraret cor eorum, & pugnarent contra Iſraël, ut interficerentur, & non fieret in eis miſericordia, & perirent, ſicut præcepit Dominus Moſi.* Et verò Aug. in Quæſt. obſervat, *ita dictum hoc*, per Dominum factum confortari cor eorum, *hoc eſt, obdurari cor eorum, ſicut de Pharaone*; & in Locut. ait: *Confortari cor, non ſemper in bono accipiendum.* Quæſt. autem 20. hæc hab. *Propter hoc dictum eſt, à Domino factum ut confortaretur cor illorum, qui ſimul conſpiraverunt ire in bellum contra Jeſum, ne iſta illis miſericordia præberetur, etiam contra Dei præceptum.*

CAPUT XII.

VULGATA NOVA.

1. HI ſunt reges, quos percuſſerunt filii Iſraël, & poſſederunt terram eorum trans Jordanem ad ſolis ortum, à torrente Arnon uſque ad montem Hermon, & omnem orientalem plagam quæ reſpicit ſolitudinem.

2. Sehon rex Amorrhæorum, qui habitavit in Heſebon, dominatus eſt ab Aroer, quæ ſita eſt ſuper ripam torrentis Arnon, & mediæ partis in valle, dimidiæque Galaad, uſque ad torrentem Jaboc, qui eſt terminus filiorum Ammon:

3. & à ſolitudine uſque ad mare Ceneroth contra orientem, & uſque ad mare deſerti, quod eſt mare ſalſiſſimum, ad orientalem plagam per viam quæ ducit Bethſimoth: & ab auſtrali parte, quæ ſubjacet Aſedoth, Phaſga.

4. Terminus Og regis Baſan, de reliquiis Raphaim, qui habitavit in Aſtaroth, & in Edrai, & dominatus eſt in monte Hermon, & in Salecha, atque in univerſa Baſan, uſque ad terminos

5. Geſſuri, & Machati, & dimidiæ partis Galaad: terminos Sehon regis Heſebon.

6. Moyſes famulus Domini, & filii Iſraël percuſſerunt eos, tradiditque terram eorum Moyſes in poſſeſſionem Rubenitis, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manaſſe.

7. Hi ſunt reges terræ, quos percuſſit Joſue, & filii Iſraël, trans Jordanem ad occidentalem plagam, à Baalgad in campo Libani, uſque ad montem cujus pars aſcendit in Seir: tradiditque eam Joſue in poſſeſſionem tribubus Iſraël, ſingulis partes ſuas,

8. tam in montanis quàm in planis atque campeſtribus. In Aſedoth, & in ſolitudine, ac in meridie Hethæus fuit & Amorrhæus, Chananæus & Pherezæus, Hevæus & Jebuſæus.

9. Rex Jericho unus: rex Hai, quæ eſt ex latere Bethel, unus:

10. rex Jeruſalem unus, rex Hebron unus,

11. rex Jerimoth unus, rex Lachis unus,

12. rex Eglon unus, rex Gazer unus,

13. rex Dabir unus, rex Gader unus,

14. rex Herma unus, rex Hered unus,

15. rex Lebna unus, rex Odullam unus,

16. rex Maceda unus, rex Bethel unus,

17. rex Taphua unus, rex Opher unus,

18. rex Aphec unus, rex Saron unus,

19. rex Madon unus, rex Aſor unus,

20. rex Semeron unus, rex Achſaph unus,

21. rex Thenac unus, rex Mageddo unus,

22. rex Cades unus, rex Jachanan Carmeli unus,

23. rex Dor, & provinciæ Dor unus, rex Gentium Galgal unus,

24. rex Therſa unus: omnes reges triginta unus.

CAPUT XIII.

VULGATA NOVA.

1. JOſue ſenex, provectæque ætatis erat, & dixit Dominus ad eum: Senuiſti, & longævus es, terraque latiſſima derelicta eſt, quæ necdum ſorte diviſa eſt:

2. omnis videlicet Galilæa, Philiſthiim, & univerſa Geſſuri.

3. A fluvio turbido, qui irrigat Ægyptum, uſque ad terminos Accaron contra aquilonem: terra Chanaan, quæ in quinque regulos Philiſthiim dividitur, Gazæos, & Azotios, Aſcalonitas, Gethæos, & Accaronitas.

4. Ad meridiem verò ſunt Hevæi, omnis terra Chanaan, & Maara Sidoniorum, uſque Apheca & terminos Amorrhæi,

5. ejuſque confinia: Libani quoque regio contra orientem, à Baalgad ſub monte Hermon, donec ingrediaris Emath.

6. Omnium qui habitant in monte, à Libano uſque ad aquas Maſerephoth, univerſique Sidonii. Ego ſum qui delebo eos à facie filiorum Iſraël. Veniat ergo in partem hæreditatis Iſraël, ſicut præcepi tibi.

7. Et nunc divide terram in poſſeſſionem novem tribubus, & dimidiæ tribui Manaſſe,

8. cum qua Ruben & Gad poſſederunt terram, quam tradidit eis Moyſes famulus Domini, trans fluenta Jordanis ad orientalem plagam. *Num. 32. 33.*

9. Ab Aroer, quæ ſita eſt in ripa torrentis Arnon, & in vallis medio, univerſaque campeſtria Medaba, uſque Dibon:

10. & cunctas civitates Sehon, regis Amorrhæi,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

qui regnavit in Heſebon, uſque ad terminos filiorum Ammon:

11. & Galaad, ac terminum Geſſuri & Machati, & omnem montem Hermon, & univerſam Baſan, uſque ad Salecha,

12. omne regnum Og in Baſan, qui regnavit in Aſtaroth & Edrai, ipſe fuit de reliquiis Raphaim: percuſſitque eos Moyſes, atque delevit.

13. Nolueruntque diſperdere filii Iſraël Geſſuri & Machati: & habitaverunt in medio Iſraël uſque in præſentem diem.

Num. 18. 20. 14. Tribui autem Levi non dedit poſſeſſionem: ſed ſacrificia & victimæ Domini Dei Iſraël, ipſa eſt ejus hæreditas, ſicut locutus eſt illi.

15. Dedit ergo Moyſes poſſeſſionem tribui filiorum Ruben juxta cognationes ſuas.

16. Fuitque terminus eorum ab Aroer, quæ ſita eſt in ripa torrentis Arnon, & in valle ejuſdem torrentis media: univerſam planitiem, quæ ducit Medaba,

17. & Heſebon, cunctoſque viculos earum, qui ſunt in campeſtribus: Dibon quoque, & Bamothbaal, & oppidum Baalmaon,

18. & Jaſſa, & Cedimoth, & Mephaath,

19. & Cariathaim, & Sabama, & Sarathaſar in monte convallis.

20. Bethphogor & Aſedoth, Phaſga & Bethieſimoth,

21. & omnes urbes campeſtres, univerſaque regna Sehon regis Amorrhæi, qui regnavit in Heſe-
Num. 31. 8. bon, quem percuſſit Moyſes cum principibus Madian: Hevæum, & Recem, & Sur, & Hur, & Rebe duces Sehon habitatores terræ.

22. Et Balaam filium Beor ariolum occiderunt filii Iſraël gladio cum cæteris interfectis.

23. Factuſque eſt terminus filiorum Ruben Jordanis fluvius. Hæc eſt poſſeſſio Rubenitarum per cognationes ſuas urbium & viculorum.

24. Deditque Moyſes tribui Gad & filiis ejus per cognationes ſuas poſſeſſionem, cujus hæc divisio eſt.

25. Terminus Jaſer, & omnes civitates Galaad, & dimidiam partem terræ filiorum Ammon, uſque ad Aroer, quæ eſt contra Rabba:

26. & ab Heſebon uſque Ramoth, Maſphe & Betonim: & à Manaim uſque ad terminos Dabir:

27. in valle quoque Betharan, & Bethnemra, & Socoth, & Saphon reliquam partem regni Sehon regis Heſebon: hujus quoque finis, Jordanis eſt, uſque ad extremam partem maris Cenereth trans Jordanem ad orientalem plagam:

28. hæc eſt poſſeſſio filiorum Gad per familias ſuas, civitates & villæ earum.

29. Dedit & dimidiæ tribui Manaſſe, filiiſque ejus juxta cognationes ſuas poſſeſſionem,

30. cujus hoc principium eſt: à Manaim univerſam Baſan, & cuncta regna Og regis Baſan, omneſque vicos Jair, qui ſunt in Baſan, ſexaginta oppida:

31. & dimidiam partem Galaad, & Aſtaroth, & Edrai, urbes regni Og in Baſan: filiis Machir, filii Manaſſe, dimidiæ parti filiorum Machir juxta cognationes ſuas.

32. Hanc poſſeſſionem diviſit Moyſes in campeſtribus Moab trans Jordanem contra Jericho ad orientalem plagam.

33. Tribui autem Levi non dedit poſſeſſionem: quoniam Dominus Deus Iſraël ipſe poſſeſſio ejus, ut locutus eſt illi. *Num.* 18. 20.

CAPUT XIV.

VULGATA NOVA.

1. HOc eſt quod poſſederunt filii Iſraël in terra Chanaan, quam dederunt eis Eleazar ſacerdos, & Joſue filius Nun, & principes familiarum per tribus Iſraël:

Num. 34. 13. 2. ſorte omnia dividentes, ſicut præceperat Dominus in manu Moyſi, novem tribubus, & dimidiæ tribui.

3. Duabus enim tribubus, & dimidiæ dederat Moyſes trans Jordanem poſſeſſionem: abſque Levitis, qui nihil terræ acceperunt inter fratres ſuos:

4. ſed in eorum ſucceſſerunt locum filii Joſeph in duas diviſi tribus, Manaſſe & Ephraim: nec acceperunt Levitæ aliam in terra partem, niſi urbes ad habitandum, & ſuburbana earum ad alenda jumenta & pecora ſua.

5. Sicut præceperat Dominus Moyſi, ita fecerunt filii Iſraël, & diviſerunt terram.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 17. t. 3. 372. e. 6..... Tu ſcis verbum quod locutus eſt Dominus ad Moyſen hominem Dei de me & te.....

VULGATA NOVA.

6. Acceſſerunt itaque filii Juda ad Joſue in Galgala, locutuſque eſt ad eum Caleb filius Jephone Cenezæus: Noſti quid locutus ſit Dominus ad Moyſen hominem Dei de me & te in Cadesbarne. *Num.* 14. 24.

VULGATA NOVA.

7. Quadraginta annorum eram quando miſit me Moyſes famulus Domini de Cadesbarne, ut conſiderarem terram, nunciavique ei quod mihi verum videbatur.

8. Fratres autem mei, qui aſcenderant mecum, diſſolverunt cor populi: & nihilominus ego ſecutus ſum Dominum Deum meum.

9. Juravitque Moyſes in die illo, dicens: Terra, quam calcavit pes tuus, erit poſſeſſio tua, & filiorum tuorum in æternum: quia ſecutus es Dominum Deum meum.

10. Conceſſit ergo Dominus vitam mihi, ſicut pollicitus eſt uſque in præſentem diem. Quadraginta & quinque anni ſunt, ex quo locutus eſt Dominus verbum iſtud ad Moyſen, quando ambulabat Iſraël per ſolitudinem: hodie octoginta quinque annorum ſum,

11. ſic valens, ut eo valebam tempore quando ad explorandum miſſus ſum: illius in me temporis fortitudo uſque hodie perſeverat, tam ad bellandum quàm ad gradiendum. *Eccli.* 46. 11.

12. Da ergo mihi montem iſtum, quem pollicitus eſt Dominus, te quoque audiente, in quo Enacim ſunt, & urbes magnæ atque munitæ: ſi fortè ſit Dominus mecum, & potuero delere eos, ſicut promiſit mihi.

13. Benedixitque ei Joſue: & tradidit ei Hebron in poſſeſſionem: *Inf.* 21. 12. 1. *Par.* 6. 56.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Ita Græcè, ubi Σὺ ἐπίσῃ, *tu noſti*, pro *tu ſcis*.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

14. atque ex eo fuit Hebron Caleb filio Jephone Cenezæo usque in præsentem diem: quia secutus est Dominum Deum Israël.

15. Nomen Hebron ante vocabatur Cariath Arbe: Adam maximus ibi inter Enacim situs est: & terra cessavit à præliis. *Sup. 11. 23.*

CAPUT XV.

VULGATA NOVA.

1. IGitur sors filiorum Judæ per cognationes suas ista fuit: A termino Edom, desertum Sin contra meridiem, & usque ad extremam partem australis plagæ: *Num. 34. 3.*

2. initium ejus à summitate maris salsissimi, & à lingua ejus, quæ respicit meridiem.

3. Egreditur que contra ascensum scorpionis, & pertranlit in Sina: ascenditque in Cadesbarne, & pervenit in Esron, ascendens ad Addar, & circuiens Carcaa,

4. atque inde pertransiens in Asemona, & perveniens ad torrentem Ægypti: eruntque termini ejus mare magnum: hic erit finis meridianæ plagæ.

5. Ab oriente verò erit initium, mare salsissimum usque ad extrema Jordanis: & ea quæ respiciunt ad aquilonem, à lingua maris usque ad eundem Jordanis fluvium:

6. ascenditque terminus in Beth Hagla, & transit ab aquilone in Beth Araba: ascendens ad lapidem Boen filii Ruben:

7. & tendens usque ad terminos Debera de valle Achor, contra aquilonem respiciens Galgala, quæ est ex adverso ascensionis Adommim, ab australi parte torrentis: transitque aquas, quæ vocantur Fons solis: & erunt exitus ejus ad fontem Rogel:

8. ascenditque per convallem filii Ennom ex latere Jebusæi ad meridiem, hæc est Jerusalem: & inde se erigens ad verticem montis, qui est contra Geennom ad occidentem in summitate vallis Raphaim contra aquilonem:

9. pertransitque à vertice montis usque ad fontem aquæ Nephtoa, & pervenit usque ad vicos montis Ephron: inclinaturque in Baala, quæ est Cariathiarim, id est, urbs silvarum:

10. & circuit de Baala contra occidentem, usque ad montem Seir, transitque juxta latus montis Jarim ad aquilonem in Cheslon: & descendit in Bethsames, transitque in Thamna:

11. & pervenit contra aquilonem partis Accaron ex latere: inclinaturque Sechrona, & transit montem Baala: pervenitque in Jebneel, & magni maris contra occidentem fine concluditur:

12. hi sunt termini filiorum Juda per circuitum in cognationibus suis.

13. Caleb verò filio Jephone dedit partem in medio filiorum Juda, sicut præceperat ei Dominus: Cariath Arbe patris Enac, ipsa est Hebron.

14. Delevitque ex ea Caleb tres filios Enac, Sesai, & Ahiman, & Tholmai de stirpe Enac. 14..... *Vide Not.* *Num. 13. 23. Judic. 1. 20.*

15. Atque inde conscendens venit ad habitatores Dabir, quæ priùs vocabatur Cariath Sepher, id est, civitas litterarum.

VULGATA NOVA.

16. Dixitque Caleb: Qui percusserit Cariath Sepher, & ceperit eam, dabo ei Axam filiam meam uxorem.

17. Cepitque eam Othoniel filius Cenez frater Caleb junior: deditque ei Axam filiam suam uxorem.

18. Quæ, cùm pergerent simul, suasa est à viro suo ut peteret à patre suo agrum, suspiravitque ut sedebat in asino. Cui Caleb: Quid habes, inquit?

VERSIO ANTIQUA.

16. Et dixit Caleb: Quicunque percusserit civitatem litterarum, & ceperit eam, dabo ei filiam meam Axam uxorem. *Aug. quæst. 3. in Judic. t. 3. 595. c.*

18. Et factum est, cùm ingrederetur ipsa, & consilium habuit cum eo, dicens: Petam patrem meum agrum, & exclamavit de asino..... *Idem quæst. 4. in Judic. 596. c.*

VULGATA NOVA.

19. At illa respondit: Da mihi benedictionem: terram australem & arentem dedisti mihi, junge & irriguam. Dedit itaque ei Caleb irriguum superius & inferius.

20. Hæc est possessio tribus filiorum Juda per cognationes suas.

21. Erantque civitates ab extremis partibus filiorum Juda juxta terminos Edom à meridie: Cabseel, & Eder, & Jagur,

22. & Cina, & Dimona, & Adada,

23. & Cades, & Asor, & Jethnam,

24. Ziph, & Telem, & Baloth,

25. Asor nova, & Carioth, Hesron, hæc est Asor.

26. Amam, Sama, & Molada,

27. & Asergadda, & Hassemon, & Bethphelet,

28. & Hasersual, & Bersabee, & Baziothia,

29. & Baala, & Jim, & Esem,

30. & Eltholad, & Cesil, & Harma,

31. & Siceleg, & Medemena, & Sensenna,

32. Lebaoth, & Selim, & Aen, & Remon: omnes civitates viginti novem, & villæ earum.

33. In campestribus verò: Estaol, & Sarea, & Asena,

34. & Zanoe, & Ængannim, & Taphua, & Enaim,

35. & Jerimoth, & Adullam, Socho, & Azeca,

36. & Saraim, & Adithaim, & Gedera, & Gederothaim: urbes quatuordecim, & villæ earum.

37. Sanan, & Hadassa, & Magdalgad,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 14. Vide inf. Judic. 1. 20.

℣. 16. Huc redeunt quæ infra habet August. quæst. 3. in Jud. 1. 12. ubi postquam illa retulit, *Et dixit Caleb*, &c. proximè addit: *Jam hoc & in libro Jesu Nave commemoratum est.* Et verò hîc apud LXX. iisdem pene verbis legitur: Καί εἶπε Χάλεβ· Ὃς ἂν λάβῃ, καὶ ἐκκόψῃ τὴν πόλιν τῶν γραμμάτων, καὶ κυριεύσῃ αὐτῆς, δώσω αὐτῷ τὴν Ἀχὰν θυγατέρα μου εἰς γυναῖκα. In Mſ. Oxon. παταξῃ, pro λάβῃ, absque seq. καὶ ἐκκόψῃ, quod etiam delet Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. Item in Mſ. Oxon. προκαταλάβηται, *præoccupaverit*, loco κυριεύσῃ. Vide infra Judic. 1. 12.

℣. 18. Ad verbum è Græco, nisi quòd legitur, ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαι αὐτήν, *cùm egrederetur ipsa*, pro *ingrederetur*: at in Mſ. Alex. ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι. Vid. Judic. 1. 14.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

38. Delean, & Maſepha, & Jechel,
39. Lachis, & Baſcath, & Eglon,
40. Chebbon, & Leheman, & Cethlis,
41. & Gideroth, & Bethdagon, & Naama, & Maceda: civitates ſedecim, & villæ earum.
42. Labana, & Ether, & Aſan,
43. Jephtha, & Eſna, & Neſib,
44. & Ceila, & Achzib, & Mareſa: civitates novem, & villæ earum.
45. Accaron cum vicis & villulis ſuis.
46. Ab Accaron uſque ad mare: omnia quæ vergunt ad Azotum & viculos ejus.
47. Azotus cum vicis & villulis ſuis. Gaza cum vicis & villulis ſuis, uſque ad torrentem Ægypti, & mare magnum terminus ejus.
48. Et in monte: Samir, & Jether, & Socoth,
49. & Danna, & Cariathſenna, hæc eſt Dabir;
50. Anab, & Iſtemo, & Anim,
51. Goſen, & Olon, & Gilo: civitates undecim, & villæ earum.
52. Arab, & Ruma, & Eſaan,
53. & Janum, & Beththaphua, & Apheca,
54. Athmatha, & Cariatharbe, hæc eſt Hebron, & Sior: civitates novem, & villæ earum.
55. Maon, & Carmel, & Ziph, & Jota,
56. Jezrael, & Jucadam, & Zanoe,
57. Accain, Gabaa, & Thamna: civitates decem, & villæ earum.
58. Halhul, & Beſſur, & Gedor,
59. Mareth, & Bethanoth, & Eltecon: civitates ſex, & villæ earum.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Mich. 5. t. 3. 1532. a.

60. Thæco, & Ephratha, hæc eſt Bethleem, & Phagor, & Ætham, & Culon, & Tami, & Soris, & Caræm, & Gallim, & Bæther, & Manocho: civitates undecim, & viculi earum.....

VULGATA NOVA.

60. Cariathbaal, hæc eſt Cariathiarim urbs ſilvarum, & Arebba: civitates duæ, & villæ earum.

VULGATA NOVA.

61. In deſerto Betharaba, Meddin, & Sachacha,
62. & Nebſan, & civitas ſalis, & Engaddi: civitates ſex, & villæ earum.
63. Jebuſæum autem habitatorem Jeruſalem non potuerunt filii Juda delere: habitavitque Jebuſæus cum filiis Juda in Jeruſalem uſque in præſentem diem.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 60. Hieron. ibid. *Legimus*, inquit, *juxta LXX. duntaxat Interpretes, in Jeſu Nave, ubi tribus Judæ urbes & oppida deſcribuntur, inter cætera etiam hoc ſcriptum:* Thæco, & Ephratha, &c. ut ſup. *quod nec in Hebraïco, nec apud alium invenitur Interpretem: & ſive de veteribus libris eraſum ſit malitiâ Judæorum, ne Chriſtus de tribu Juda ortus videretur, ſive à LXX. additum, nequaquam liquidò cognoſcentes, certum quid novimus.* Et verò hæc abſunt à Vulg. in Græco autem pro *Ætham*, nunc legitur, Αἰτὰν, ſeu ut in Mſ. Alex. ac edit. Ald. Αἰτάμ: ſubinde pro *Tami*, Ταταὶμ, in Mſ. Alex. Ταταμί: item pro *Soris*, Θωξὶς, in Mſ. Alex. ac edit. Ald. Ζωρίς; dein pro *Gallim*, Γαλέμ, & pro *Bæther*, Θεθὴρ, in Mſ. Alex. Γαλλὶμ ἢ Βαιθὴρ, in edit. Ald. Γαλὲμ ἢ Βηθὴρ; extremò pro *viculi*, κῶμαι, *vici.*

CAPUT XVI.

VULGATA NOVA.

1. CEcidit quoque ſors filiorum Joſeph, ab Jordane contra Jericho & aquas ejus ab oriente: ſolitudo quæ aſcendit de Jericho ad montem Bethel:
2. & egreditur de Bethel Luza: tranſitque terminum Archi, Atharoth:
3. & deſcendit ad occidentem juxta terminum Jephleti, uſque ad terminos Beth horon inferioris, & Gazer: finiunturque regiones ejus mari magno:
4. poſſederuntque filii Joſeph Manaſſes & Ephraïm.
5. Et factus eſt terminus filiorum Ephraim per cognationes ſuas: & poſſeſſio eorum contra orientem Ataroth Addar uſque Beth horon ſuperiorem.
6. Egrediunturque confinia in mare: Machmethath verò aquilonem reſpicit, & circuit terminos contra orientem in Thanathſelo, & pertranſit ab oriente Janoe:
7. deſcenditque de Janoe in Ataroth & Naaratha: & pervenit in Jericho, egrediturque ad Jordanem.
8. De Taphua pertranſit contra mare in vallem arundineti, ſuntque egreſſus ejus in mare ſalſiſſimum: hæc eſt poſſeſſio tribus filiorum Ephraim per familias ſuas.
9. Urbeſque ſeparatæ ſunt filiis Ephraim in medio poſſeſſionis filiorum Manaſſe, & villæ earum.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 19. in Joſ. t. 3. 587. f.

10. Et non perdidit Ephræm Chananæum, qui habitabat in Gazer: & habitabat Chananæus in Ephræm uſque in diem iſtum, donec aſcendit Pharao rex Ægypti, & cepit civitatem, & incendit eam in igni; & Chananæos, & Pherezæos, & qui habitabant in Gazer tranſpunxit: & dedit eam Pharao in dotem filiæ ſuæ.

VULGATA NOVA.

10. Et non interfecerunt filii Ephraim Chananæum, qui habitabat in Gazer: habitavitque Chananæus in medio Ephraim uſque in diem hanc tributarius.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Cuncta conveniunt cum Græco, præter hoc, *& cepit civitatem*, pro quo ἢ ἑλαβεν αὐτὴν, *& cepit eam:* Mſs. tamen Alex. & Oxon. ac edit. Ald. ferunt τὴν πόλιν, ut & Orig. Interp. Item infra, Græc. Vat. habet ἐξεκέντησαν, *tranſpunxerunt;* Alex. verò & Ox. ἐξεκέντησε, *tranſfixit*, cum ed. Ald. Interp. Orig. *trucidavit.* Non prætermittenda etiam quæ addit Auguſt. *Quod de Pharaone rege dictum eſt, miror ſi prophetice dictum intelligere debemus, cùm hæc hiſtoria illis temporibus conſcripta credatur, quibus erant geſta illa recentia. Quid autem magnum eligi potuit quod propheticè diceretur, cùm præterita narrentur, taceanturque futura majora, & maximè neceſſaria? Proinde potiùs exiſtimandum eſt LXX. Interpretes, qui auctoritate prophetica ex ipſa mirabili conſenſione interpretati eſſe perhibentur, hæc addidiſſe, non tanquam futura prænuntiantes; ſed quia illo tempore ipſi erant, quo facta eſſe meminerant, & in libris Regnorum legerant: etenim Regum temporibus factum eſt. Quod ideo credibilius nobis viſum eſt, quoniam inſpeximus interpretationem quæ eſt ex Hebræo, & hoc ibi non invenimus, ſicut nec illud quod dictum eſt de Jericho.* Vide ſup. c. 6. ℣. 26.

Digitized by Google

CAPUT XVII.

VULGATA NOVA.

1. CEcidit autem ſors tribui Manaſſe : (ipſe enim eſt primogenitus Joſeph) Machir primogenito Manaſſe patri Galaad, qui fuit vir pugnator, habuitque poſſeſſionem Galaad & Baſan:

Num. 26. 30. 2. & reliquis filiorum Manaſſe juxta familias ſuas, filiis Abiezer, & filiis Helec, & filiis Eſriel, & filiis Sechem, & filiis Hepher, & filiis Semida: iſti ſunt filii Manaſſe filii Joſeph, mares, per cognationes ſuas.

Num. 27. 1. & 36. 11. 3. Salphaad verò filio Hepher filii Galaad filii Machir filii Manaſſe, non erant filii, ſed ſolæ filiæ: quarum iſta ſunt nomina, Maala & Noa & Hegla & Melcha & Therſa.

4. Veneruntque in conſpectu Eleazari ſacerdotis, & Joſue filii Nun, & principum, dicentes: Dominus præcepit per manum Moyſi, ut daretur nobis poſſeſſio in medio fratrum noſtrorum. Deditque eis juxta imperium Domini poſſeſſionem in medio fratrum patris earum.

5. Et ceciderunt funiculi Manaſſe, decem, abſque terra Galaad & Baſan trans Jordanem.

6. Filiæ enim Manaſſe poſſederunt hæreditatem in medio filiorum ejus. Terra autem Galaad cecidit in ſortem filiorum Manaſſe qui reliqui erant.

7. Fuitque terminus Manaſſe ab Aſer, Machmethath quæ reſpicit Sichem: & egreditur ad dextram juxta habitatores fontis Taphuæ.

8. Etenim in ſorte Manaſſe ceciderat terra Taphuæ, quæ eſt juxta terminos Manaſſe filiorum Ephraim.

9. Deſcenditque terminus vallis arundineti in meridiem torrentis civitatum Ephraim, quæ in medio ſunt urbium Manaſſe: terminus Manaſſe ab aquilone torrentis, & exitus ejus pergit ad mare:

10. ita ut poſſeſſio Ephraim ſit ab auſtro, & ab aquilone Manaſſe, & utramque claudat mare, & conjungantur ſibi in tribu Aſer ab aquilone, & in tribu Iſſachar ab oriente.

11. Fuitque hæreditas Manaſſe in Iſſachar & in Aſer, Bethſan & viculi ejus, & Jeblaam cum viculis ſuis, & habitatores Dor cum oppidis ſuis, habitatores quoque Endor cum viculis ſuis: ſimiliterque habitatores Thenac cum viculis ſuis, & habitatores Mageddo cum viculis ſuis, & tertia pars urbis Nopheth.

12. Nec potuerunt filii Manaſſe has civitates ſubvertere, ſed cœpit Chananæus habitare in terra ſua.

VULGATA NOVA.

13. Poſtquam autem convaluerunt filii Iſraël, ſubjecerunt Chananæos, & fecerunt ſibi tributarios, nec interfecerunt eos.

VERSIO ANTIQUA.

13. Et factum eſt poſtquam invaluerunt filii Iſraël, & fecerunt Chananæos obaudientes, exterminio autem eos non exterminaverunt. *Aug. quæſt. 30. in Joſ. t. 3. 594. d.*

VULGATA NOVA.

14. Locutique ſunt filii Joſeph ad Joſue, & dixerunt: Quare dediſti mihi poſſeſſionem ſortis & funiculi unius, cùm ſim tantæ multitudinis, & benedixerit mihi Dominus?

15. Ad quos Joſue ait: Si populus multus es, aſcende in ſilvam, & ſuccide tibi ſpatia in terra Pherezæi & Raphaim: quia anguſta eſt tibi poſſeſſio montis Ephraim.

VULGATA NOVA.

16. Cui reſponderunt filii Joſeph: Non poterimus ad montana conſcendere, cùm ferreis curribus utantur Chananæi, qui habitant in terra campeſtri, in qua ſitæ ſunt Bethſan cum viculis ſuis, & Jezrael mediam poſſidens vallem.

VERSIO ANTIQUA.

16. Et dixerunt filii Joſeph: Non ſufficit nobis mons, & equus electus, & ferrum Chananæo, qui habitat in Bæthſan..... *Aug. Locut. 18. t. 3. 372. e.*

VULGATA NOVA.

17. Dixitque Joſue ad domum Joſeph, Ephraim & Manaſſe: Populus multus es, & magnæ fortitudinis, non habebis ſortem unam,

18. ſed tranſibis ad montem, & ſuccides tibi, atque purgabis ad habitandum ſpatia: & poteris ultra procedere cùm ſubverteris Chananæum, quem dicis ferreos habere currus, & eſſe fortiſſimum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 13. Ita in Græco, niſi quòd additur ἐᾷ, poſt *factum eſt*, & pro *exterminio*, habetur ἐξολοθρεῦσαι, *exterminandu*; at in Mſ. Alex. ὀλεθρεύσῃ, in edit. Ald. ὀλοθρεύσῃ, in Compl. ἐξολεθρεύσῃ: Interp. Orig. *exterminatione autem non exterminaverunt eos.* Vide Auguſt. ibid. & infra, Judic. 1. 28.

℣. 16. A Gr. Vat. abeſt hoc, *filii Joſeph*; loco verò *ſufficit*, habetur ἀρέσκει, *placet*, ſed ad marg. cod. legitur ἀρκέσῃ, *ſufficiet*, Mſ. Oxon. & Syr. cum Interp. Origen. hab. ἀρκεῖ, *ſufficit*, al. quidam ἀρκέσῃ; exinde conſtanter, τῷ κατοικοῦντι ἐν αὐτῷ ἐν Βαιθσάν, pro *qui habitat in*, &c. in Mſ. Alex. deeſt ἐν αὐτῷ. Mox Aug. ibid. *Equum electum dixit, pro equis electis, quod uſitatum in noſtro ſermone non eſt: unde nonnulli Latini Interpretes noluerunt equum interpretari, ſed equitatum: ſic autem dictum eſt, equus electus, pro equis, ſicut in noſtra conſuetudine dicitur, miles, pro militibus.*

CAPUT XVIII.

VULGATA NOVA.

1. COngregatique ſunt omnes filii Iſraël in Silo, ibique fixerunt tabernaculum teſtimonii, & fuit eis terra ſubjecta.

2. Remanſerant autem filiorum Iſraël ſeptem tribus, quæ necdum acceperant poſſeſſiones ſuas.

3. Ad quos Joſue ait: Uſquequo marcetis ignaviâ, & non intratis ad poſſidendam terram, quam Dominus Deus patrum veſtrorum dedit vobis?

4. Eligite de ſingulis tribubus ternos viros, ut mittam eos, & pergant atque circumeant terram, & deſcribant eam juxta numerum uniuſcujuſque multitudinis: referantque ad me quod deſcripſerint.

5. Dividite vobis terram in ſeptem partes: Judas ſit in terminis ſuis ab auſtrali plaga, & domus Joſeph ab aquilone:

6. mediam inter hos terram in ſeptem partes deſcribite: & huc venietis ad me, ut coram Domino Deo veſtro mittam vobis hîc ſortem:

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

7. quia non eſt inter vos pars Levitarum, ſed ſacerdotium Domini eſt eorum hæreditas. Gad autem & Ruben, & dimidia tribus Manaſſe, jam acceperant poſſeſſiones ſuas trans Jordanem ad orientalem plagam: quas dedit eis Moyſes famulus Domini.

8. Cùmque ſurrexiſſent viri, ut pergerent ad deſcribendam terram, præcepit eis Joſue, dicens: Circuite terram, & deſcribite eam, ac revertimini ad me: ut hîc coram Domino, in Silo, mittam vobis ſortem.

9. Itaque perrexerunt: & luſtrantes eam, in ſeptem partes diviſerunt, ſcribentes in volumine. Reverſique ſunt ad Joſue in caſtra Silo.

10. Qui miſit ſortes coram Domino in Silo, diviſitque terram filiis Iſraël in ſeptem partes.

11. Et aſcendit ſors prima filiorum Benjamin per familias ſuas, ut poſſiderent terram inter filios Juda & filios Joſeph.

12. Fuitque terminus eorum contra aquilonem à Jordane: pergens juxta latus Jericho ſeptentrionalis plagæ, & inde contra occidentem ad montana conſcendens, & perveniens ad ſolitudinem Bethaven,

Gen. 28. 19. 13. atque pertranſiens juxta Luzam ad meridiem, ipſa eſt Bethel: deſcenditque in Ataroth addar, in montem qui eſt ad meridiem Beth horon inferioris:

14. & inclinatur circuiens contra mare ad meridiem montis qui reſpicit Beth horon contra africum: ſuntque exitus ejus in Cariath baal, quæ vocatur & Cariathiarim, urbem filiorum Juda: hæc eſt plaga contra mare, ad occidentem.

15. A meridie autem ex parte Cariathiarim egreditur terminus contra mare, & pervenit uſque ad fontem aquarum Nephtoa.

16. Deſcenditque in partem montis, qui reſpicit vallem filiorum Ennom: & eſt contra ſeptentrionalem plagam in extrema parte vallis Raphaim. Deſcenditque in Geennom (id eſt, vallem Ennom) juxta latus Jebuſæi ad auſtrum: & pervenit ad fontem Rogel,

17. tranſiens ad aquilonem, & egrediens ad Enſemes, id eſt, fontem ſolis:

18. & pertranſit uſque ad tumulos, qui ſunt è regione aſcenſus Adommim: deſcenditque ad Abenboen, id eſt, lapidem Boen filii Ruben: & pertranſit ex latere aquilonis ad campeſtria: deſcenditque in planitiem,

19. & prætergreditur contra aquilonem Beth hagla: ſuntque exitus ejus contra linguam maris ſalſiſſimi ab aquilone in fine Jordanis ad auſtralem plagam:

20. qui eſt terminus illius ab oriente: hæc eſt poſſeſſio filiorum Benjamin per terminos ſuos in circuitu, & familias ſuas.

21. Fueruntque civitates ejus, Jericho, & Beth hagla, & vallis Caſis,

22. Beth Araba, & Samaraim, & Bethel,

23. & Avim, & Aphara, & Ophera,

24. villa Emona, & Ophni, & Gabee: civitates duodecim, & villæ earum.

25. Gabaon, & Rama, & Beroth,

26. & Meſphe, & Caphara, & Amoſa,

27. & Recem, Jarephel, & Tharela,

28. & Sela, Eleph, & Jebus, quæ eſt Jeruſalem, Gabaath & Cariath: civitates quatuordecim, & villæ earum. Hæc eſt poſſeſſio filiorum Benjamin juxta familias ſuas.

CAPUT XIX.

VULGATA NOVA.

1. ET egreſſa eſt ſors ſecunda filiorum Simeon per cognationes ſuas: fuitque hæreditas

2. eorum in medio poſſeſſionis filiorum Juda: Berſabee, & Sabee, & Molada,

3. & Haſerſual, Bala, & Aſem,

4. & Eltholad, Bethul, & Harma,

5. & Siceleg, & Bethmarchaboth, & Haſerſuſa,

6. & Bethlebaoth, & Sarohen: civitates tredecim, & villæ earum.

7. Ain, & Remmon, & Athar, & Aſan: civitates quatuor, & villæ earum:

8. omnes viculi per circuitum urbium iſtarum uſque ad Baalath Beer Ramath contra auſtralem plagam. Hæc eſt hæreditas filiorum Simeon juxta cognationes ſuas,

9. in poſſeſſione & funiculo filiorum Juda: quia major erat: & idcirco filii Simeon poſſederunt in medio hæreditatis eorum.

10 Ceciditque ſors tertia filiorum Zabulon per cognationes ſuas: & factus eſt terminus poſſeſſionis eorum uſque Sarid.

11. Aſcenditque de mari & Merala, & pervenit in Debbaſeth, uſque ad torrentem qui eſt contra Jeconam.

12. Et revertitur de Sared contra orientem in fines Ceſeleththabor: & egreditur ad Dabereth, aſcenditque contra Japhie.

13. Et inde pertranſit uſque ad orientalem plagam Gethhepher & Thacaſin: & egreditur in Remmon, Amthar, & Noa.

14. Et circuit ad aquilonem Hanathon: ſuntque egreſſus ejus, vallis Jephtahel,

15. & Cateth, & Naalol, & Semeron, & Jedala, & Bethlehem: civitates duodecim, & villæ earum.

16. Hæc eſt hæreditas tribus filiorum Zabulon per cognationes ſuas, urbes & viculi earum.

17. Iſſachar egreſſa eſt ſors quarta per cognationes ſuas:

18. fuitque ejus hæreditas, Jezrael, & Caſaloth, & Sunem,

19. & Hapharaim, & Seon, & Anaharath,

20. & Rabboth, & Ceſion, Abes,

21. & Rameth, & Engannim, & Enhadda, & Bethpheſes.

22. Et pervenit terminus ejus uſque Thabor, & Seheſima, & Bethſames: eruntque exitus ejus Jordanis: civitates ſedecim, & villæ earum.

23. Hæc eſt poſſeſſio filiorum Iſſachar per cognationes ſuas, urbes & viculi earum.

24. Ceciditque ſors quinta tribui filiorum Aſer per cognationes ſuas:

25. fuitque terminus eorum Halcath, & Chali, & Beten, & Axaph,

26. & Elmelech, & Amaad, & Meſſal: & pervenit uſque ad Carmelum maris, & Sihor, & Labanath.

27. Ac revertitur contra orientem Bethdagon: & pertranſit uſque Zabulon, & vallem Jephthael contra aquilonem, in Bethemec, & Nehiel. Egreditur-que ad lævam Cabul,

28. & Abran, & Rohob, & Hamon, & Cana, uſque ad Sidonem magnam:

29. revertiturque in Horma uſque ad civitatem munitiſſimam Tyrum, & uſque Hoſa: eruntque exitus ejus in mare de funiculo Achziba:

30. & Amma, & Aphec, & Rohob: civitates vigintiduæ, & villæ earum.

31. Hæc eſt poſſeſſio filiorum Aſer per cognationes ſuas, urbeſque & viculi earum.

32. Filiorum Nephthali ſexta ſors cecidit per familias ſuas:

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

33. & cœpit terminus de Heleph, & Elon, in Saananim, & Adami, quæ eſt Neceb, & Jebnael, uſque Lecum : & egreſſus eorum uſque ad Jordanem :

34. revertiturque terminus contra occidentem in Azanotthabor, atque inde egreditur in Hucuca, & pertranſit in Zabulon contra meridiem, & in Aſer contra occidentem, & in Juda ad Jordanem contra ortum ſolis :

VERSIO ANTIQUA.

33..... & facti ſunt exitus illorum Jordanis : *Aug. Locut. 19. t. 3. 372. f.*

34. & revertentur fines ad mare.....

VULGATA NOVA.

35. civitates munitiſſimæ, Aſſedim, Ser, & Emath, & Reccath, & Cenereth,

36. & Edema, & Arama, Aſor,

37. & Cedes, & Edrai, Enhaſor,

38. & Jeron, & Magdalel, Horem, & Bethanath, & Bethſames : civitates decem & novem, & villæ earum.

39. Hæc eſt poſſeſſio tribus filiorum Nephthali per cognationes ſuas, urbes & viculi earum.

40. Tribui filiorum Dan per familias ſuas egreſſa eſt ſors ſeptima :

41. & fuit terminus poſſeſſionis ejus Sara, & Eſthaol, & Hirſemes, id eſt, civitas ſolis.

42. Selebin, & Ajalon, & Jethela,

43. Elon, & Themna, & Acron,

44. Elthece, Gebbethon, & Balaath,

45. & Jud, & Bane, & Barach, & Gethremmon :

46. & Mejarcon, & Arecon, cum termino qui reſpicit Joppen,

VULGATA NOVA.

47. & ipſo fine concluditur. Aſcenderuntque filii Dan, & pugnaverunt contra Leſem, ceperuntque eam : & percuſſerunt eam in ore gladii, & poſſederunt, & habitaverunt in ea, vocantes nomen ejus Leſem Dan, ex nomine Dan patris ſui.

VERSIO ANTIQUA.

47..... & Amorrhæus permanſit ut habitaret in Elom, & in Salamin : & gravata eſt manus Ephræm ſuper eos, & facti ſunt illis tributarii. *Aug. quæſt. 20. in Joſ. t. 3. 588. c.*

VULGATA NOVA.

48. Hæc eſt poſſeſſio tribus filiorum Dan, per cognationes ſuas, urbes & viculi earum.

48..... *Vide Not.*

49. Cùmque compleſſet ſorte dividere terram ſingulis per tribus ſuas, dederunt filii Iſraël poſſeſſionem Joſue filio Nun in medio ſui,

50. juxta præceptum Domini, urbem quam poſtulavit, Thamnath Saraa in monte Ephraim : & ædificavit civitatem, habitavitque in ea.

51. Hæ ſunt poſſeſſiones, quas ſorte diviſerunt Eleazar ſacerdos, & Joſue filius Nun, & principes familiarum ac tribuum filiorum Iſraël, in Silo, coram Domino ad oſtium tabernaculi teſtimonii, partitique ſunt terram.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 33. 34. Auguſt. ibid. *Non dixit*, reverſi ſunt, *aut ſaltem* revertuntur, *ſicut ſolet de finibus dici*, *ſed* revertentur, *tanquam adhuc futurum ſit*, *cùm præteritorum ſit iſta narratio.* In Græco, ἐπισρέψᾳ τὰ ὅρια, & ſup. ſic, αὐτῦ Ἰορδάνης, in Mſ. verò Alex. ac in editt. Ald. & Compl. αὐτῶν.

℣. 47. Ita de Græco ad verbum : abſunt autem hæc à Vulgata.

℣. 48. Huic reſpondent quæ dicit Auguſt. Quæſt. 22. to. 3. 591. b. ſcilicet : *De tribu Dan ſcriptum ſuperiùs, quòd eos hoſtes eorum non permiſerint deſcendere in vallem, & prævaluerint eis in montibus.* Græcè : Καὶ ὐκ ἐξέθλιψαν οἱ υἱοὶ Δὰν τὸν Ἀμορῥαῖον τὸν Θλίβοντα αὐτὸς ἐν τῷ ὄρει· ὴ ὐκ εἴων αὐτὸς οἱ Ἀμορῥαῖοι καταβῆναι εἰς τὴν κοιλάδα· hæc leguntur in Græco ante verſum 47. deſunt verò in edit. Compl. Vide inf. Judic. 1. 34.

CAPUT XX.

VULGATA NOVA.

1. ET locutus eſt Dominus ad Joſue, dicens : Loquere filiis Iſraël, & dic eis :

Num. 35. 10. Deut. 19. 2.

2. Separate urbes fugitivorum, de quibus locutus ſum ad vos per manum Moyſi ;

3. ut confugiat ad eas quicunque animam percuſſerit neſcius : & poſſit evadere iram proximi, qui ultor eſt ſanguinis :

4. cùm ad unam harum confugerit civitatum, ſtabit ante portam civitatis, & loquetur ſenioribus urbis illius ea quæ ſe comprobent innocentem : ſicque ſuſcipient eum, & dabunt ei locum ad habitandum.

5. Cùmque ultor ſanguinis eum fuerit perſecutus, non tradent in manus ejus : quia ignorans percuſſit proximum ejus, nec ante biduum, triduumve, ejus probatur inimicus.

VULGATA NOVA.

6. Et habitabit in civitate illa, donec ſtet ante judicium cauſam reddens facti ſui, & moriatur ſacerdos magnus, qui fuerit in illo tempore : tunc revertetur homicida, & ingredietur civitatem & domum ſuam de qua fugerat.

VERSIO ANTIQUA.

6..... quia uſque ad illud tempus erit in civitate refugii homicida ille, donec moriatur ſacerdos magnus..... *Ambr. de fug. ſæc. c. 2. t. 1. 422. e.*

VULGATA NOVA.

7. Decreveruntque Cedes in Galilæa montis Nephthali, & Sichem in monte Ephraim, & Cariatharbe, ipſa eſt Hebron, in monte Juda.

8. Et trans Jordanem contra orientalem plagam

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. In Græco ſic : Καὶ ἔσονται ὑμῖν αἱ πόλεις φυγαδευτήριον, ὴ ὐκ ἀποθανεῖται ὁ φονευτὴς ὑπὸ τῦ ἀγχισεύοντος τὸ αἷμα, ἕως ἂν καταςῇ ἐναντίον τῆς Συναγωγῆς εἰς κρίσιν. *Et erunt vobis civitates refugium, & non morietur homicida à perſequente ſanguinem, uſquedum conſtiterit coram ſynagoga in judicium.* At plura hìc adduntur in Mſ. Alex. inter quæ hæc leguntur : Καὶ κατοικήσῃ ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ, ἕως τῆς κατὰ πρόσωπον τῆς Συναγωγῆς εἰς κρίσιν, ἕως ἀποθάνῃ ὁ ἱε-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Jericho, ſtatuerunt Boſor, quæ ſita eſt in campeſtri ſolitudine, de tribu Ruben, & Ramoth in Galaad de tribu Gad, & Gaulon in Baſan de tribu Manaſſe.

Deut. 4. 43.

VERSIO ANTIQUA.

9..... refugere illuc qui percuſſerit animam nolens.....

Aug. Locut. 20. t. 3. 372. g.

VULGATA NOVA.

9. Hæ civitates conſtitutæ ſunt cunctis filiis Iſraël, & advenis qui habitabant inter eos: ut fugeret ad eas qui animam neſcius percuſſiſſet, & non moreretur in manu proximi, effuſum ſanguinem vindicare cupientis, donec ſtaret ante populum expoſiturus cauſam ſuam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ρεὺς ὁ μέγας, &c. Eadem pariter admittit Mſ. Oxon. cum Ald. edit. & Compl. paucis mutatis, vel omiſſis. Vide Lamb. Boz.

℣. 9. In Græco, Καταφυγεῖν ἐκεῖ παντὶ παίοντι ψυχὴν ἀκουσίως, at in Mſ. Oxon. πάντα παίοντα, *omnem percutientem animam non ſponte.*

CAPUT XXI.

VULGATA NOVA.

1. ACceſſeruntque principes familiarum Levi ad Eleazarum ſacerdotem, & Joſue filium Nun, & ad duces cognationum per ſingulas tribus filiorum Iſraël:

VERSIO ANTIQUA.

2..... Mandavit Dominus in manu Moyſi.....

Aug. Locut. 21. t. 3. 372. g.

VULGATA NOVA.

2. locutique ſunt ad eos in Silo terræ Chanaan, atque dixerunt: Dominus præcepit per manum Moyſi, ut darentur nobis urbes ad habitandum, & ſuburbana earum ad alenda jumenta. *Num. 35. 2.*

VULGATA NOVA.

3. Dederuntque filii Iſraël de poſſeſſionibus ſuis juxta imperium Domini, civitates & ſuburbana earum.

4. Egreſſaque eſt ſors in familiam Caath filiorum Aaron ſacerdotis, de tribubus Juda, & Simeon, & Benjamin, civitates tredecim:

5. & reliquis filiorum Caath, id eſt, Levitis qui ſuperfuerant, de tribubus Ephraim, & Dan, & dimidia tribu Manaſſe, civitates decem.

6. Porro filiis Gerſon egreſſa eſt ſors, ut acciperent de tribubus Iſſachar, & Aſer, & Nephthali, dimidiaque tribu Manaſſe in Baſan, civitates numero tredecim.

7. Et filiis Merari per cognationes ſuas, de tribubus Ruben, & Gad, & Zabulon, urbes duodecim.

8. Dederuntque filii Iſraël Levitis civitates & ſuburbana earum, ſicut præcepit Dominus per manum Moyſi, ſingulis ſorte tribuentes.

9. De tribubus filiorum Juda, & Simeon, dedit Joſue civitates: quarum iſta ſunt nomina, *1. Par. 6. 2.*

10. filiis Aaron per familias Caath Levitici generis (prima enim ſors illis egreſſa eſt)

11. Cariatharbe patris Enac, quæ vocatur Hebron, in monte Juda, & ſuburbana ejus per circuitum.

12. Agros verò & villas ejus, dederat Caleb filio Jephone ad poſſidendum. *Sup. 14. 14.*

13. Dedit ergo filiis Aaron ſacerdotis Hebron confugii civitatem, ac ſuburbana ejus: & Lobnam cum ſuburbanis ſuis:

14. & Jether, & Eſtemo,

15. & Holon, & Dabir,

16. & Ain, & Jeta, & Bethſames, cum ſuburbanis ſuis: civitates novem, de tribubus, ut dictum eſt, duabus.

17. De tribu autem filiorum Benjamin, Gabaon, & Gabae,

18. & Anathoth, & Almon, cum ſuburbanis ſuis: civitates quatuor.

19. Omnes ſimul civitates filiorum Aaron ſacerdotis, tredecim, cum ſuburbanis ſuis.

20. Reliquis verò per familias filiorum Caath Levitici generis, hæc eſt data poſſeſſio.

21. De tribu Ephraim urbes confugii, Sichem cum ſuburbanis ſuis in monte Ephraim, & Gazer,

22. & Cibſaim, & Beth horon, cum ſuburbanis ſuis, civitates quatuor.

23. De tribu quoque Dan, Eltheco, & Gabathon,

24. & Ajalon, & Gethremmon, cum ſuburbanis ſuis, civitates quatuor.

25. Porro de dimidia tribu Manaſſe, Thanach, & Gethremmon, cum ſuburbanis ſuis, civitates duæ.

26. Omnes civitates decem, & ſuburbana earum, datæ ſunt filiis Caath inferioris gradus.

27. Filiis quoque Gerſon Levitici generis dedit de dimidia tribu Manaſſe confugii civitates, Gaulon in Baſan, & Boſram, cum ſuburbanis ſuis, civitates duas.

28. Porro de tribu Iſſachar, Ceſion, & Dabereth,

29. & Jaramoth, & Engannim, cum ſuburbanis ſuis, civitates quatuor.

30. De tribu autem Aſer, Maſal, & Abdon,

31. & Helcath, & Rohob, cum ſuburbanis ſuis, civitates quatuor.

32. De tribu quoque Nephthali civitates confugii, Cedes in Galilæa, & Hammoth Dor, & Carthan, cum ſuburbanis ſuis, civitates tres.

33. Omnes urbes familiarum Gerſon, tredecim, cum ſuburbanis ſuis.

34. Filiis autem Merari Levitis inferioris gradus per familias ſuas data eſt de tribu Zabulon, Jecnam, & Cartha,

35. & Damna, & Naalol, civitates quatuor cum ſuburbanis ſuis.

36. De tribu Ruben ultra Jordanem contra Jericho civitates refugii, Boſor in ſolitudine, Miſor, & Jaſer, & Jethſon, & Mephaath, civitates quatuor cum ſuburbanis ſuis.

37. De tribu Gad civitates confugii, Ramoth in Galaad, & Manaim, & Heſebon, & Jaſer, civitates quatuor cum ſuburbanis ſuis.

38. Omnes urbes filiorum Merari per familias & cognationes ſuas, duodecim.

39. Itaque civitates univerſæ Levitarum in medio poſſeſſionis filiorum Iſraël fuerunt quadraginta octo

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Ita Græcè: *Locutio familiariſſima Scripturis*, inquit Aug. ibid.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

40. cum ſuburbanis ſuis, ſingulæ per familias diſtributæ.

41. Deditque Dominus Deus Iſraëli omnem terram, quam traditurum ſe patribus eorum juraverat: & poſſederunt illam, atque habitaverunt in ea.

Sup. 11. 23. & 14. 15. 42. Dataque eſt ab eo pax in omnes per circuitum nationes: nulluſque eis hoſtium reſiſtere auſus eſt, ſed cuncti in eorum ditionem redacti ſunt.

43. Ne unum quidem verbum, quod illis præſtiturum ſe eſſe promiſerat, irritum fuit, ſed rebus expleta ſunt omnia.

VERSIO ANTIQUA.

40..... & accepit Jeſus cultros petrinos, in quibus circumciderat filios Iſraël..... *Aug. Locut.* 22. 373. *a.*

41. Et dedit Dominus Iſraëli omnem terram, quam juraverat dare patribus eorum: & hæreditaverunt eam, & habitaverunt in ea. *Idem quæſt.* 21. *in Joſ.* 588. *d. e.* 590. *e. f.* 591. *b. d.*

42. Et requiem dedit illis Dominus in circuitu, ſicut juraverat patribus eorum: non reſtitit quiſquam ante faciem illorum ab omnibus inimicis eorum; omnes inimicos eorum tradidit Dominus eis in manus eorum.

43. Non decidit ex omnibus verbis bonis, quæ locutus eſt Dominus filiis Iſraël, omnia advenerunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 40. Ad verbum è Græco: addit Auguſt. *non dixit, quibus circumciderat, ſed, in quibus:* Gr. ἐν αἷς περιέτεμε· hæc autem abſunt ab edit. Compl. ſicut à Vulg.

℣. 41. Ita Gr. verbum pro verbo, ni excipias unum, ὤμοσε, *juravit*, hîc & infra, pro *juraverat*: de his plura apud Auguſt. quem vide col. 590. d. ſicut & quæſt. 5. in Judic. col. 597. a.

℣. 42. Vix meliùs è Græco, niſi quòd in fine deeſt *eis*, ante *in manus*; ſed Mſs. Alex. & Oxon. addunt αὐτοῖς, cum Aug. Vide plura apud ipſum ibid. col. 591. b. c.

℣. 43. Ad verbum è Græco. Vid. Aug. ibid. 590. f.

CAPUT XXII.

VULGATA NOVA.

1. EOdem tempore vocavit Joſue Rubenitas, & Gaditas, & dimidiam tribum Manaſſe,

2. dixitque ad eos: Feciſtis omnia quæ præcepit vobis Moyſes famulus Domini: mihi quoque in omnibus obediſtis,

3. nec reliquiſtis fratres veſtros longo tempore, uſque in præſentem diem, cuſtodientes imperium Domini Dei veſtri.

4. Quia igitur dedit Dominus Deus veſter fratribus veſtris quietem & pacem, ſicut pollicitus eſt: revertimini, & ite in tabernacula veſtra, & in terram poſſeſſionis, quam tradidit vobis Moyſes famulus Domini trans Jordanem: *Num.* 32. 33. *Sup.* 1. 13. & 13.

5. ita duntaxat, ut cuſtodiatis attentè, & opere compleatis mandatum & legem quam præcepit vobis Moyſes famulus Domini, ut diligatis Dominum Deum veſtrum, & ambuletis in omnibus viis ejus, & obſervetis mandata illius, adhæreatiſque ei, ac ſerviatis in omni corde, & in omni anima veſtra. 8.

6. Benedixitque eis Joſue, & dimiſit eos. Qui reverſi ſunt in tabernacula ſua.

VULGATA NOVA.

7. Dimidiæ autem tribui Manaſſe poſſeſſionem Moyſes dederat in Baſan: & idcirco mediæ quæ ſuperfuit, dedit Joſue ſortem inter cæteros fratres ſuos trans Jordanem ad occidentalem plagam. Cùmque dimitteret eos in tabernacula ſua, & benedixiſſet eis,

8. dixit ad eos: In multa ſubſtantia atque divitiis revertimini ad ſedes veſtras, cum argento & auro, ære ac ferro, & veſte multiplici: dividite prædam hoſtium cum fratribus veſtris.

VERSIO ANTIQUA.

7..... Et ubi dimiſit eos Jeſus in domos ſuas, & benedixit eos, dicens: *Aug. Locut.* 23. 3. 373. *a.*

8. In divitiis multis abierunt in domos ſuas, & pecora multa valde, & argentum & aurum, & veſtem multam valde: diviſerunt prædam inimicorum ſuorum cum fratribus ſuis. *Ibid. Locut.* 24.

VULGATA NOVA.

9. Reverſique ſunt, & abierunt filii Ruben, & filii Gad, & dimidia tribus Manaſſe, à filiis Iſraël de Silo, quæ ſita eſt in Chanaan, ut intrarent Galaad terram poſſeſſionis ſuæ, quam obtinuerant juxta imperium Domini in manu Moyſi. 9..... *& ſeqq. Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Ita de Græco ad verbum, ultimo excepto *dicens*, quod deeſt, Mſs. tamen Alex. & Oxon. addunt λέγων, cum Ald. ed. Auguſt. conſtanter illud retinet paulò poſt, ut infra, cùm ait hanc eſſe notandam locutionem, *quòd cùm dixiſſet Scriptura*, Et benedixit eos Jeſus, dicens, *atque his verbis intentos feciſſet audire quid benedicendo dixit Jeſus, hoc ſolum ſubjecit:* In divitiis, &c.

℣. 8. Græc. ipſo initio ponit ἐγὼ, quod tamen abeſt à Mſ. Alex. & Ald. edit. Item poſt *aurum*, addit σίδηρον, *ferrum*, quod in Mſ. Alex. deeſt; paulò verò poſt delet vocem *valde*, quæ habetur in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. Demum ſola edit. Ald. habet ἐγὼ, ante *diviſerunt*, uti ſolus cod. Alex. *ſuorum*, poſt *inimicorum*.

℣. 9. Hæc & ſeqq. ita narrat Fac. Herm. l. 7. Sirm. to. 2. 627. b. » Cùm dediſſet Dominus Iſraël univerſam » terram, quam juraverat dare patribus eorum, & hære» ditate recepiſſent eam; revertentes iidem filii Ruben & » Gad, & dimidia tribus Manaſſe, in terram Galaad, id » eſt, in terram poſſeſſionis ſuæ, quam acceperant in hæ» reditatem, venerunt, ſicut ſcriptum eſt, in Galioth Jor» danis, quæ eſt in Chanaan, & ædificaverunt ibi aram ſupra Jordanem. In terra Chanaan poſſeſſionem aliæ tri- « bus acceperant, in qua fuit tabernaculum, & altare Dei. « Ipſi verò citra Jordanem, ne poſteri eorum alieni fierent « à Dei cultura, quaſi ab ejus populo Jordanis limite ſe- « parati, religioſa utique intentione & zelo Dei ferventes, « illam erexerant aram, ut teſtimonio eſſet ac monumento « poſteris eorum, quòd ipſi quoque ad Dei culturam, & « ejus populum pertinerent. Cùm verò alias tribus, quæ in « terra Chanaan ultra Jordanem hæreditatem fuerant con- « ſecutæ, iſta eorum lateret intentio, & putarent eoſdem « filios Ruben & Gad, & dimidiam tribum Manaſſe, prop- « terea illam ædificaſſe aram, ut ſemetipſos ſegregantes à « ſynagoga totius Iſraël, contra obſervantiam divinæ cul- « turæ offerrent ſuper eam ſacrificium Domino, quod fieri « non licebat, præter unum altare, quod erat ante taberna- « culum ejus, eodem quo & illi zelo Dei ferventes, & pro « eadem cultura Dei certantes, convenerunt omnes in Si- « lo, ut aſcenderent expugnare eos; quibus cùm filii Ruben « & Gad, & dimidia tribus Manaſſe, facti rationem redde- « rent, quo propoſito atque intentione aram erexerint, illi « dixerunt, &c. *Vid. inf.* ℣. 31.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Fac. Herm. l. 7. Sirm. t. 2. 627. b. Aug. Locut. 25. t. 3. 373. c. 10. Venerunt in Galioth Jordanis, quæ est in Chanaan... ædificaverunt ibi aram super Jordanem, aram magnam videre.

Ibid. Locut. 26. 11. Et audierunt filii Israël dicentium.....

VULGATA NOVA.

10. Cùmque venissent ad tumulos Jordanis in terram Chanaan, ædificaverunt juxta Jordanem altare infinitæ magnitudinis.

11. Quod cùm audissent filii Israël, & ad eos certi nuncii detulissent, ædificasse filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse, altare in terra Chanaan, super Jordanis tumulos, contra filios Israël:

VULGATA NOVA.

12. convenerunt omnes in Silo, ut ascenderent & dimicarent contra eos.

13. Et interim miserunt ad illos in terram Galaad Phinees filium Eleazari sacerdotis,

14. & decem principes cum eo, singulos de singulis tribubus.

15. Qui venerunt ad filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse, in terram Galaad, dixeruntque ad eos:

16. Hæc mandat omnis populus Domini: Quæ est ista transgressio? Cur reliquistis Dominum Deum Israël, ædificantes altare sacrilegum, & à cultu illius recedentes?

Num. 25. 3. Deut. 4. 3. 17. An parum vobis est quòd peccastis in Beelphegor, & usque in præsentem diem macula hujus sceleris in nobis permanet? multique de populo corruerunt.

18. Et vos hodie reliquistis Dominum, & cras in universum Israël ira ejus desæviet.

19. Quòd si putatis immundam esse terram possessionis vestræ, transite ad terram, in qua tabernaculum Domini est, & habitate inter nos: tantùm ut à Domino, & à nostro consortio non recedatis, ædificato altari præter altare Domini Dei nostri.

20. Nonne Achan filius Zare præteriit mandatum Domini, & super omnem populum Israël ira ejus incubuit? Et ille erat unus homo, atque utinam solus periisset in scelere suo. *Sup. 7.* 1.

21. Responderuntque filii Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse, principibus legationis Israël:

22. Fortissimus Deus Dominus, Fortissimus Deus Dominus, ipse novit, & Israël simul intelliget: si prævaricationis animo hoc altare construximus, non custodiat nos, sed puniat nos in præsenti:

23. & si ea mente fecimus, ut holocausta, & sacrificium, & pacificas victimas super eo imponeremus, ipse quærat & judicet:

24. & non ea magis cogitatione atque tractatu, ut diceremus: Cras dicent filii vestri filiis nostris: Quid vobis & Domino Deo Israel?

25. terminum posuit Dominus inter nos & vos, ô filii Ruben, & filii Gad, Jordanem fluvium: & idcirco partem non habetis in Domino. Et per hanc occasionem avertent filii vestri filios nostros à timore Domini. Putavimus itaque melius,

26. & diximus: Extruamus nobis altare, non in holocausta, neque ad victimas offerendas,

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 27. 374. a. Idem quæst. 23. in Jos. t. 3. 591. d. 27..... servire servitutem Domini..... & in sacrificiis salutarium nostrorum.....

VULGATA NOVA.

27. sed in testimonium inter nos & vos, & sobolem nostram vestramque progeniem, ut serviamus Domino, & juris nostri sit offerre, & holocausta, & victimas, & pacificas hostias: & nequaquam dicant cras filii vestri filiis nostris: Non est vobis pars in Domino.

VULGATA NOVA.

28. Quòd si voluerint dicere, respondebunt eis: Ecce altare Domini, quod fecerunt patres nostri, non in holocausta, neque in sacrificium, sed in testimonium nostrum ac vestrum.

29. Absit à nobis hoc scelus, ut recedamus à Domino, & ejus vestigia relinquamus, extructo altari ad holocausta, & sacrificia, & victimas offerendas, præter altare Domini Dei nostri, quod extructum est ante tabernaculum ejus.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 28. t. 3. 374. a. 30. Et audientes, Phinees sacerdos, & omnes principes synagogæ, qui erant cum illo, verba quæ locuti sunt filii Ruben, & filii Gad, & dimidium tribus Manasses, & placuerunt illis.

Fac. Herm. l. 7. Sirm. t. 2. 628. a. 31..... Hodie cognovimus quia nobiscum est Dominus, quia non deliquistis in conspectu Domini delictum, & quia liberastis filios Israël de manu Domini.

VULGATA NOVA.

30. Quibus auditis, Phinees sacerdos, & principes legationis Israël, qui erant cum eo, placati sunt: & verba filiorum Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse, libentissimè susceperunt.

31. Dixitque Phinees filius Eleazari sacerdos ad eos: Nunc scimus quòd nobiscum sit Dominus, quoniam alieni estis à prævaricatione hac, & liberastis filios Israël de manu Domini.

VULGATA NOVA.

32. Reversusque est cum principibus à filiis Ruben & Gad, de terra Galaad, finium Chanaan, ad filios Israël, & retulit eis.

33. Placuitque sermo cunctis audientibus. Et laudaverunt Deum filii Israël, & nequaquam ultra dixerunt, ut ascenderent contra eos, atque pugnarent, & delerent terram possessionis eorum.

34. Vocaveruntque filii Ruben, & filii Gad, altare quod extruxerant, Testimonium nostrum, quòd Dominus ipse sit Deus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Græc. Vat. habet Γαλααδ, pro *Galioth*; Mss. verò Alex. cum edit. Ald. & Compl. Γαλιλώθ; at omnes ante *Chanaan*, ponunt γῆ, *terra*, uti ἐν, ante *ædificaverunt*, & addunt, οἱ υἱοὶ Ῥεβὶν, καὶ οἱ υἱοὶ Γαδ, καὶ τὸ ἥμισυ φυλῆς Μανασσῆ, deinde ἐκεῖ βωμὸν, &c. ut in Lat.

℣. 11. Itidem Græcè. August. addit: *Non ait*, dicentem, *vel* dicentes.

℣. 27. Ita in Græco. Vid. Aug. ibid.

℣. 30. Ad verbum è Græco, præter duo, ἀκούσας, *audiens*, loco *audientes*, & Ἰεφθάε, additum voci *synagogæ*. In Mss. tamen Alex. legitur ἀκούσαντες, absque seq. Ἰεφθάε; deest pariter Ἰεφθάε in edit. Ald. at in Compl. sic: ἤκουσε..... καὶ οἱ χιλίαρχοι Ἰεφθάε, &c. In omnibus denique habetur ἤρεσε, *placuit*, non *placuerunt*.

℣. 31. In Græco deest *est*, ante Κύριος, *Dominus*; item pro *in conspectu*, legitur ἐναντίον, *ante*, & pro *liberastis*, ἐῤῥύσασθε, *eruistis*; cætera similia.

Digitized by Google

CAPUT XXIII.

VULGATA NOVA.

1. EVoluto autem multò tempore, postquam pacem dederat Dominus Israëli, subjectis in gyro nationibus universis, & Josue jam longævo, & persenilis ætatis:

VERSIO ANTIQUA.

1..... & Jesus senior provectus diebus — *Aug. Locut. 29. t. 3. 374. b.*

VULGATA NOVA.

2. vocavit Josue omnem Israëlem, majoresque natu, & principes ac duces, & magistros, dixitque ad eos: Ego senui, & progressioris ætatis sum:

3. vosque cernitis omnia, quæ fecerit Dominus Deus vester cunctis per circuitum nationibus, quomodo pro vobis ipse pugnaverit:

4. & nunc quia vobis sorte divisit omnem terram, ab orientali parte Jordanis usque ad mare magnum, multæque adhuc supersunt nationes:

5. Dominus Deus vester disperdet eas & auferet à facie vestra, & possidebitis terram, sicut vobis pollicitus est:

6. tantùm confortamini, & estote solliciti, ut custodiatis cuncta quæ scripta sunt in volumine legis Moysi: & non declinetis ab eis neque ad dexteram neque ad sinistram:

7. ne postquam intraveritis ad gentes, quæ inter vos futuræ sunt, juretis in nomine deorum earum, & serviatis eis, & adoretis illos:

8. sed adhæreatis Domino Deo vestro: quod feciſtis usque in diem hanc.

9. Et tunc auferet Dominus Deus in conspectu vestro gentes magnas & robustissimas, & nullus vobis resistere poterit.

10. Unus è vobis persequetur hostium mille viros: quia Dominus Deus vester pro vobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est.

11. Hoc tantùm diligentissimè præcavete, ut diligatis Dominum Deum vestrum.

12. Quòd si volueritis gentium harum, quæ inter vos habitant, erroribus adhærere, & cum eis miscere connubia, atque amicitias copulare:

13. jam nunc scitote quòd Dominus Deus vester non eas deleat ante faciem vestram, sed sint vobis in foveam ac laqueum, & offendiculum ex latere vestro, & sudes in oculis vestris, donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima, quam tradidit vobis.

VULGATA NOVA.

3. Reg. 2. 2. 14. En ego hodie ingredior viam universæ terræ, & toto animo cognoscetis, quòd de omnibus verbis, quæ se Dominus præstiturum vobis esse pollicitus est, unum non præterierit incassum.

VERSIO ANTIQUA.

14. Ego autem recurro viam, sicut & omnes qui super terram..... — *Aug. quæst. 25. in Jos. t. 3. 591. f. 592. a.*

VULGATA NOVA.

15. Sicut ergo implevit opere quod promisit, & prospera cuncta venerunt: sic adducet super vos quidquid malorum comminatus est, donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima, quam tradidit vobis,

16. eò quòd præterieritis pactum Domini Dei vestri, quod pepigit vobiscum, & servieritis diis alienis, & adoraveritis eos: citò atque velociter consurget in vos furor Domini, & auferemini ab hác terra optima, quam tradidit vobis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita in Græco. Observat August. ibid. *Seniorem in Scripturis, non solùm illum appellari, qui est infra ætatem senis, sed etiam valde senem; unde non omnis senior senex, omnis autem senex senior dici potest.*

℣. 14. Ad verbum è Græco. Addit August. ibid. *Quod dicit Jesus de sua propinquante morte,* Ego autem recurro, &c. *in ea interpretatione, quæ est ex Hebræo, invenimus,* ingredior viam. *Ita ergo accipiendum est quod Septuaginta dixerunt,* recurro, *sicut dictum est homini,* donec revertaris in terram, unde sumptus es. (Gen. 3. 19.) Et post pauca: *Iste autem vir sanctus, Jesus Nave, si non addidisset,* sicut & omnes qui super terram, *nulla esset quæstio; neque enim aliud de illo crederemus, quam quo eum dignum esse legimus: cùm verò additum est,* sicut & omnes qui super terram, *mirum si hoc, quod Latinus Interpres* recurro *posuit, non magis* percurro, *vel* excurro *dicendum est, si hoc potest dici quod Græcus habet,* ἀποτρέχω. *Omnes enim percurrunt, vel excurrunt hujus vitæ viam, cùm ad ejus finem pervenerint. Sed quia hoc verbum positum est, ubi parentes Rebeccæ dicunt ad servum Abrahæ:* (Gen. 24. 51.) Ecce Rebecca, accipiens recurre, & sit uxor domini tui; *ideo & hic ita hoc verbum interpretatum est.*

CAPUT XXIV.

VULGATA NOVA.

1. COngregavitque Josue omnes tribus Israël in Sichem, & vocavit majores natu, ac principes, & judices, & magistros: steteruntque in conspectu Domini:

2. & ad populum sic locutus est: Hæc dicit Dominus Deus Israël: Trans fluvium habitaverunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham, & Nachor: servieruntque diis alienis. — *Gen. 11. 26.*

VULGATA NOVA.

Gen. 11. 31. 3. Tuli ergo patrem vestrum Abraham de Mesopotamiæ finibus: & adduxi eum in terram Chanaan: multiplicavique semen ejus,

VERSIO ANTIQUA.

3. Et assumpsi patrem vestrum Abraham de trans flumen: & deduxi eum in omnem terram..... — *Aug. quæst. 25. in Jos. 592. b.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Similiter in Græco, nisi quòd legitur ἐκ τοῦ πέραν τοῦ ποταμοῦ, *de trans flumine;* paulòque post, ἐν πάσῃ τῇ γῇ, *in omni terra.* Observat August. ibid. *Interpretationem, quæ est ex Hebræo, habere,* & induxi eum in terram Chanaan. *Mirum est ergo,* inquit, *si Septuaginta pro terra Chanaan,* omnem terram *ponere voluerunt.* In editt. tamen Ald. & Compl. nunc legitur γῆν Χαναάν.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Gen. 21. 2. *Gen.* 25. 26. *Gen.* 36. 8. *Gen.* 46. 6. 4. & dedi ei Isaac : illique rursum dedi Jacob & Esau. E quibus, Esau dedi montem Seir ad possidendum : Jacob verò, & filii ejus descenderunt in Ægyptum.

Exod. 3. 10. 5. Misique Moysen & Aaron, & percussi Ægyptum multis signis atque portentis.

6. Eduxique vos & patres vestros de Ægypto, & venistis ad mare : persecutique sunt Ægyptii patres vestros cum curribus & equitatu, usque ad mare rubrum. *Exod.* 12. 37. *Exod.* 14. 9.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 30. *t.* 3. 374. *b.* 7..... & induxit super illos mare, & operuit super illos.....

VULGATA NOVA.

7. Clamaverunt autem ad Dominum filii Israël : qui posuit tenebras inter vos & Ægyptios, & adduxit super eos mare, & operuit eos. Viderunt oculi vestri cuncta quæ in Ægypto fecerim, & habitastis in solitudine multo tempore :

VULGATA NOVA.

Num. 21. 24. 8. & introduxi vos in terram Amorrhæi, qui habitabat trans Jordanem. Cùmque pugnarent contra vos, tradidi eos in manus vestras, & possedistis terram eorum, atque interfeciſtis eos.

9. Surrexit autem Balac filius Sephor rex Moab, & pugnavit contra Israëlem. Misitque & vocavit Balaam filium Beor, ut malediceret vobis : *Num.* 22. 5.

10. & ego nolui audire eum, sed è contrario per illum benedixi vobis, & liberavi vos de manu ejus.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 26. *in Jos. t.* 3. 592. *c.* 11..... Et bellaverunt adversùs vos qui habitabant Jericho.....

VULGATA NOVA.

11. Transistisque Jordanem, & venistis ad Jericho. Pugnaveruntque contra vos viri civitatis ejus, Amorrhæus, & Pherezæus, & Chananæus, & Hethæus, & Gergesæus, & Hevæus, & Jebusæus : & tradidi illos in manus vestras. *Sup.* 3. 14. & 6. 1. & 11. 3.

Ibid. quæst. 27. 12. Misit ante vos vespas : & ejecit illos à facie vestra.....

12. Misique ante vos crabrones : & ejeci eos de locis suis, duos reges Amorrhæorum, non in gladio nec in arcu tuo. *Exod.* 23. 28. *Deut.* 7. 20. *Sup.* 11. 20.

VULGATA NOVA.

13. Dedique vobis terram, in qua non laborastis, & urbes quas non ædificastis, ut habitaretis in eis : vineas & oliveta, quæ non plantastis.

15. Sin autem malum vobis videtur ut Domino serviatis, optio vobis datur : eligite hodie quod placet, cui servire potissimùm debeatis, utrùm diis, quibus servierunt patres vestri in Mesopotamia, an diis Amorrhæorum, in quorum terra habitatis : ego autem & domus mea serviemus Domino.

1. Reg. 7. 3. *Tob.* 14. 10. 14. Nunc ergo timete Dominum, & servite ei perfecto corde atque verissimo : & auferte deos, quibus servierunt patres vestri in Mesopotamia & in Ægypto, ac servite Domino. 14..... 15. *Vide Not.*

16. Responditque populus, & ait : Absit à nobis ut relinquamus Dominum, & serviamus diis alienis.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 31. *t.* 3. 374. *c.* 17..... in omnibus gentibus, quas transivimus per ipsas.

VULGATA NOVA.

17. Dominus Deus noster ipse eduxit nos, & patres nostros, de terra Ægypti, de domo servitutis : fecitque videntibus nobis signa ingentia, & custodivit nos in omni via, per quam ambulavimus, & in cunctis populis, per quos transivimus.

18. Et ejecit universas gentes, Amorrhæum habitatorem terræ, quam nos intravimus. Serviemus igitur Domino, quia ipse est Deus noster.

Aug. quæst. 28. *in Jos. t.* 3. 592. *c.* 19. Dixit Jesus ad populum : Non poteritis servire Domino : quia Deus sanctus est.....

19. Dixitque Josue ad populum : Non poteritis servire Domino : Deus enim sanctus, & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris atque peccatis.

VULGATA NOVA.

20. Si dimiseritis Dominum, & servieritis diis alienis, convertet se, & affliget vos, atque subvertet postquam vobis præstiterit bona.

21. Dixitque populus ad Josue : Nequaquam ita

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Græc. Alex. habet in fine, ἐπ' αὐτούς, cum Aug. Vatic. verò & al. simpliciter ἐκάλυψεν αὐτούς. Aug. suam lectionem præferre videtur, cùm addit : *Non ait*, operuit illos, *quamvis nonnulli Interpretes hoc maluerunt dicere.*

℣. 11. In Græco Vatic. legitur, πρὸς ὑμᾶς, in Alex. verò ac editt. Ald. & Compl. πρὸς ἡμᾶς. Ad hoc autem, *bellaverunt*, Gr. ἐπολέμησαν, quærit Aug. *Quomodo id verum sit, cùm clausis portis se muro rum ambitu tantummodo tuerentur. Sed recte dictum est*, inquit, *quia & claudere adversùs hostem portas, ad bellum pertinet. Non enim miserunt legatos qui poscerent pacem : unde si dictum esset : Pugnaverunt adversùm vos : falsum esset ; neque enim bellum, continuas pugnas habet.*

℣. 12. Græc. Vat. & al. pro *misit*, hab. ἐξαπέστειλε, *emisit*, solus Mss. Oxon. ἀπέστειλε. Rursus Vatic. leg. ἐξαπέστειλε, pro *ejecit* ; Alex. verò & Oxon. nec non editt. Ald. & Compl. ἐξέβαλε, cum August. pro *vespas* autem, omnes constanter hab. σφηκίαν, quod propriè *examen vesparum*, *vespeta*, seu *cellulas vesparum* significat, à σφὴξ, *vespa*. Vide sis Aug. ibid.

℣℣. 14. 15. Huc redit quod Aug. refert q. 29. in Gen. to. 3. 386. e. *Quid vultis servire diis patrum vestrorum, qui sunt trans flumen?* In Græco sic : Λατρεύσατε Κυρίῳ· εἰ δὲ μὴ ἀρέσκει ὑμῖν λατρεύειν Κυρίῳ, ἐκλέξασθε ὑμῖν αὐτοῖς σήμερον, τίνι λατρεύσητε, εἴτε τοῖς θεοῖς τῶν πατέρων ὑμῶν, τοῖς ἐν τῷ πέραν τοῦ ποταμοῦ, εἴτε τοῖς θεοῖς τῶν Ἀμορραίων, &c. *Servite Domino : si autem non placet vobis servire Domino, eligite vobis ipsis hodie, cuinam servieritis, sive diis patrum vestrorum, iis qui in transfluviali, sive diis Amorrhæorum*, &c.

℣. 17. Ita Græcè verbum pro verbo, ni excipias ult. δι' αὐτῶν, *per eas.*

℣. 19. Similiter in Græco. Vid. Aug. ibid.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ut loqueris, erit, sed Domino serviemus.

22. Et Josue ad populum, Testes, inquit, vos estis, quia ipsi elegeritis vobis Dominum ut serviatis ei. Responderuntque: Testes.

VULGATA NOVA.

23. Nunc ergo, ait, auferte deos alienos de medio vestri, & inclinate corda vestra ad Dominum Deum Israël.

24. Dixitque populus ad Josue: Domino Deo nostro serviemus, & obedientes erimus præceptis ejus.

25. Percussit ergo Josue in die illo fœdus, & proposuit populo præcepta atque judicia in Sichem.

26. Scripsit quoque omnia verba hæc in volumine legis Domini: & tulit lapidem pergrandem, posuitque eum subter quercum, quæ erat in sanctuario Domini:

27. & dixit ad omnem populum: En lapis iste erit vobis in testimonium, quòd audierit omnia verba Domini quæ locutus est vobis: ne fortè postea negare velitis, & mentiri Domino Deo vestro.

VERSIO ANTIQUA.

23. Et nunc circumauferte deos alienos, qui sunt in vobis, & dirigite corda vestra ad Dominum Deum Israël. *Aug. quæst. 29. in Jos. t. 3. 592. g.*

25. Et disposuit Jesus testamentum ad populum in illo die, & dedit illi legem & judicium in Silo, coram tabernaculo Domini Dei Israël. *Idem quæst. 30. 593. c.*

26. Et scripsit verba hæc in libro legis Dei: & accepit lapidem magnum, & statuit illum Jesus sub terebintho, ante Dominum:

27. & dixit Jesus ad populum: Ecce lapis iste erit vobis in testimonium, quia hic audivit omnia quæ dicta sunt à Domino, quæcunque locutus est ad vos hodie: & hic erit vobis in testimonium in novissimis diebus, cùm mentiti fueritis Domino Deo vestro.

VULGATA NOVA.

28. Dimisitque populum, singulos in possessionem suam.

29. Et post hæc mortuus est Josue filius Nun servus Domini, centum & decem annorum:

30. sepelieruntque eum 30..... *Vide Not.*
in finibus possessionis suæ
in Thamnathsare, quæ est sita in monte Ephraim, à septentrionali parte montis Gaás.

31. Servivitque Israël Domino cunctis diebus Josue, & seniorum qui longo vixerunt tempore post Josue, & qui noverunt omnia opera Domini quæ fecerat in Israël.

32. Ossa quoque Joseph, quæ tuleraut filii Israël de Ægypto, sepelierunt in Sichem, in parte agri, quem emerat Jacob à filiis Hemor patris Sichem, centum novellis ovibus, & fuit in possessionem filiorum Joseph. *Gen. 50. 24. Exod. 13. 19. Gen. 33. 19.*

33. Eleazar quoque filius Aaron mortuus est: & sepelierunt eum in Gabaath Phinees filii ejus, quæ data est ei in monte Ephraim. * *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 23. Itidem Græcè, nisi quòd deest *sunt*, ante *in vobis*, & pro *corda vestra*, hab. τὴν καρδίαν ὑμῶν. Videsis Aug. ibid.

℣. 25. Ad verbum è Græco, præter unum, *Domini*, quod solus Mſ. Oxon. addit. In Vat. & al. Σηλώ, pro Silo, in editt. Ald. & Compl. Συχέμ.

℣. 26. Græc. habet, εἰς βιβλίον νόμων, *in libro legum*, solus Mſ. Alex. νόμυ, sicut τερέβινθον, loco τέρμινθον, quod est in Vatic. & al. cætera concordant. Augusſt. infra constanter legit *terebinthum; quæ arbor*, inquit, *à LXX. Interpretibus hoc loco posita est, quamvis secundùm alios Interpretes* quercus *legatur*; scilicet Aquil. & Symm. apud quos, τῆς δρυός. Cypr. l. 2. Testim. p. 291. c. hæc tantùm refert: *Et accepit lapidem magnum, & statuit eum illic contra Dominum.* Eadem pariter habet Jul. Firmic. l. de errore prof. relig. c. 21. p. 172. g. uno excepto *illic*, quod delet. Mſ. Oxon. loco Ἰησοῦς, ponit ἐκεῖ; similiter ed. Compl. habet ἐκεῖ, ut omnes, ἀπέναντι, pro *ante*, quod etiam significat *contra*.

℣. 27. Eadem sunt in Græco, præter levia seqq. scilicet ὦν, quod præponitur voci duplici *vobis*; abest tamen 1. loco à Mſ. Alex. necnon ab editt. Ald. & Compl. item in Vatic. & al. post *dicta sunt*, additur αὐτῷ, *ei*, quod similiter abest à Mſs. Alex. & Oxon. & ab edit. Compl. subinde pro ὅσα, *quæcunque*, quod habetur in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. in Vatic. & al. est ὅτι *quia*, (f. ὅ τι, *quodcunque*.) Demum Mſ. Alex. cum ed. Ald. habet ὑμῶν in fine, pro *vestro*: Vatic. autem & al. μῦ, *meo*; sola edit. Compl. ὑμῶν. S. Cypr. l. 2. Testim. p. 291. c. sic legit: *Et ait Jesus ad populum: Ecce lapis iste erit vobis in testimonium, quia iste audivit omnia quæ dicta sunt à Domino, quanta locutus est ad vos hodie: & erit ipse vobis in testimonium in novissimo dierum, quando recesseritis à Deo vestro.* Eadem refert Jul. Firm. l. de errore prof. relig. c. 21. p. 172. g. præter seqq. *lapis iste erit mihi in*; exinde *quando*, pro *quanta*, absque seq. *hodie*; dein & *erit iste nobis..... à Domino vestro.* Mſ. Oxon. hab. ἐπ' ἐσχάτυ τῶν ἡμερῶν, loco ἐπ' ἐσχάτων τῶν, &c. quod est in Vat. & al. & pro ψεύσησθε, sic, ἀποστῆτε.

℣. 30. Huc recurrunt quæ addit Augusſt. q. 30. in Jos. to. 3. 593. g. *Unde*, inquit, & *cultellis petrinis populum circumcidit iste ductor egregius: qui cultri petrini cum illo etiam sepulti sunt, ut profundum mysterium demonstrarent posteris profuturum.* In Græco sic: Ἐκεῖ ἔθηκαν μετ' αὐτῦ εἰς τὸ μνῆμα εἰς ὃ ἔθαψαν αὐτὸν ἐκεῖ τὰς μαχαίρας τὰς πετρίνας, ἐν αἷς περιέτεμε τὺς υἱὺς Ἰσραὴλ, &c. quæ desunt in ed. Compl. & Vulg.

* Græcè hîc sequuntur multa quæ absunt à Compl. ut à Vulg. His alludit Aug. quæst. 1. in Jud. 595. a. dicens: *In fine libri Jesus Nave breviter narrator porrexit historiam, quò usque filii Israël ad colendos deos alienos declinaverunt: in lib. autem Jud. ad ordinem reditur* gestorum post mortem Josue.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugensi.

JOSUE.

CAP. I. ℣. 6. Pro qua juravi patribus suis. *Servandum est tertiæ personæ pronomen* suis, *non mutandum in secundæ* tuis.

℣. 15. Et sic revertemini. *Futurum* revertemini *multis nominibus præferendum est præsenti* revertimini.

CAP. II. ℣. 18. Signum fuerit funiculus iste coccineus. *Nequaquam addenda negatio est*, Signum non fuerit.

℣. 19. Sanguis ipsius erit in caput ejus. *Addunt quidam*, Reus sibi erit, *quæ LXXII. sensum interpretatio est, nostræ conjuncta.*

Sequitur: Et nos erimus alieni. *Alii pro* alieni *scribunt* innoxii, *explicandi causâ.*

CAP. III. ℣. 12. Parate duodecim viros de tribubus Israël. *Non est repetenda vox* duodecim.

℣. 13. Qui portant arcam Domini Dei. *Non addas* fœderis.

℣. 16. Ab urbe quæ vocatur Adom. *Ita scribendum est juxta antiquos libros, vocalibus prima & quarta*, Adom,

Digitized by Google

non Adam, *aut* Edom.

℣. 17. Populus autem incedebat contra Jericho. *Non eſt mutandum nomen urbis* Jericho, *in nomen fluvii* Jordanem.

Cap. IV. ℣. 9. Arcam fœderis. *Non adjicias* Domini.

℣. 11. Sacerdoteſque pergebant. *Antiqui libri habent* ſacerdoteſque, *non* ſacerdotes quoque.

℣. 12. Armati præcedebant filios Iſraël. *Non eſt hujus loci, quod alii adjiciunt*, fratres ſuos.

℣. 14. Dum adviveret. *Ita legunt Sixtina Biblia ex antiquis codicibus, unam vocem* adviveret, *pro duabus* adhuc viveret.

℣. 23. Siccante Domino Deo veſtro aquas ejus in conſpectu veſtro, donec tranſiretis. *Secundæ perſonæ non ſunt mutandæ in primas*, noſtro, noſtro, tranſiremus.

Cap. V. ℣. 3. Fecit quod juſſerat Dominus. *Non addas conjunctionem*, fecitque, *aut* fecit quoque.

℣. 6. Ut non oſtenderet eis terram. *Non eſt omittenda negatio.*

Cap. VI. ℣. 2. Ecce dedi in manu tua Jericho. *Antiqui libri legunt ſextum caſum, non quartum* manus tuas.

℣. 24. Et omnia quæ erant in ea. *Pro* erant, *alii habent* fuerunt, *alii* inventa ſunt: *nam hujuſmodi aliquid Hebraïcè ſubaudiendum relinquitur.*

Cap. VIII. ℣. 5. Accedemus ex adverſo. *Non eſt mutandum* accedemus, *compoſitum à* cedo, *in* aſcendemus, *compoſitum à* ſcando.

℣. 12. Inter Bethel & Hai. *Scribendum eſt* Bethel, *quod ſignificat domum Dei; non* Bethaven, *quod domum idoli ſeu iniquitatis.*

Cap. IX. ℣. 8. Et unde veniſtis? *Non eſt mutanda copulativa in disjunctivam* aut.

℣. 10. Qui erat in Aſtaroth. *Nec hîc numerus ſingularis* erat *in pluralem* erant.

Cap. X. ℣. 14. Non fuit antea nec poſtea tam longa dies. *Retinendum eſt* nec, *pro eo quod plerique habent* &.

℣. 23. Et eduxerunt ad eum quinque reges. *Legendum eſt* eduxerunt, *non* adduxerunt; *quemadmodum & proximo verſu*, educti, *non* adducti; *vocalis inquam ſecunda, non prima.*

℣. 41. Omnem terram Goſen uſque Gabaon. *Cave legas* Geſſen, *quæ eſt terra Ægypti*, *pro* Goſen, *quæ eſt urbs Chananæa. Idem uſu venit infr.* 11. ℣. 16.

Cap. XI. ℣. 8. Ita percuſſit omnes. Ita *non* itaque *legunt codices antiqui.*

℣. 9. Non fuit civitas quæ ſe traderet filiis Iſraël. *Alii repetunt negationem*, quæ non ſe traderet, *minùs integrè.*

Cap. XII. ℣. 2. Uſque ad torrentem Jaboc. *Non mutes* Jaboc, *cum* Jeboc, *vocalem primam cum ſecunda. Simile Judicum* 11. ℣. 13. 22.

℣. 3. Ad orientalem plagam. *Nequaquam ſcribendum eſt* occidentalem, *pro* orientalem, *id eſt, deorſum pro ſurſum.*

℣. 7. Uſque ad montem cujus pars aſcendit in Seir. *Non addas vel* Libani, *vel* Hermon, *quod multi codices* (uſque ad montem Libani) *corruptè.*

℣. 8. In Aſedoth, & in ſolitudine. *Cave ne* Aſedoth *mutes in* Aſeroth, *id eſt*, d *in* r, *mutam in liquidam.*

℣. 15. Rex Odullam unus. *Scribendum eſt vocali quarta* Odullam *vel* Odollam, *juxta antiquos codices, non* Adullam *prima vocali; quamvis Hebræa & iſtud patiantur.*

℣. 22. Rex Cades unus. *Alii legunt* Cedes: *utrumque permittunt Hebræa.*

Cap. XIV. ℣. 2. Et dimidiæ tribui. *Non addas* Manaſſe.

℣. 9. Quia ſecutus es Dominum Deum meum. *Non mutes pronomen primæ perſonæ* meum *cum ſecundæ* tuum.

Cap. XV. ℣. 1. A termino Edom, deſertum Sin. *Sic omittere oportet* uſque ad, *quod alii addunt*, uſque ad deſertum Sin.

℣. 18. Quæ, cùm pergerent ſimul, ſuaſa eſt à viro ſuo. *Legendum eſt femininum* quæ, *juxta veteres codices, non maſculinum* qui.

℣. 23. Et Cades & Aſor. *Alii &* Cedes, *ut ſupra* 12. ℣. 22.

℣. 62. Civitates ſex & villæ earum. *Quod ſequitur in quibuſdam libris*, fiunt ſimul centum quindecim, *ſuperfluum eſt.*

Cap. XVI. ℣. 2. Et egreditur de Bethel Luza. *Vocem* Luza *ſervant vetera manuſcripta*, ἄκκλον: *alii declinantes ſcribunt* Luzam.

Cap. XVII. ℣. 4. Deditque eis juxta. *Non eſt omittendum pronomen* eis.

℣. 12. Sed cœpit Chananæus habitare in terra ſua. *Pro* ſua *reciproco, quod eſt in vetuſtis libris, in aliis eſt* ipſa, *in aliis* iſta.

℣. 14. Quare dediſti mihi poſſeſſionem. *Non eſt addendum* terram in, *hoc modo*, mihi terram in poſſeſſionem.

℣. 17. Ad domum Joſeph, Ephraim & Manaſſe. *Non præponas & ante* Ephraim.

Cap. XVIII. ℣. 2. Remanſerant autem. *Non mutes præteritum pluſquam perfectum in perfectum* remanſerunt.

℣. 4. Juxta numerum uniuſcujuſque multitudinis. *Alii pro* numerum, *ſcribunt* terminum, *minùs rectè.*

℣. 14. Contra mare ad occidentem. *Non eſt omittendum* ad, *ſeu &* occidentem, *quod Interpres explicationis gratiâ addidit.*

℣. 28. Civitates quatuordecim & villæ earum. *Sequitur in quibuſdam libris*, fueruntque omnes civitates viginti ſex, *ſed jugulandum.*

Cap. XIX. ℣. 8. Contra auſtralem plagam. *Quod ſequitur in quibuſdam exemplaribus*, fueruntque omnes civitates decem & ſeptem, *ſuperfluit.*

℣. 11. Aſcenditque de mari & Merala. *Cave ne vitioſè ſcribas* Medalaa *pro* Merala.

℣. 12. In fines Ceſeleththabor. *Vetera manuſcripta habent plurale* fines, *pro ſingulari* finem.

℣. 15. Et Jedala & Bethlehem. *Scribendum eſt* Jedala *per* d *mutam in ſecunda ſyllaba*, & l *liquidam in tertia: non* Jerala *per* r *liquidam in ſecunda, aut* Jedaba *per* b *mutam in tertia. Scriptum enim eſt* Jerala *per* r *liquidam, pro* Jedala *per* d *mutam, quod eſt in aliis libris*, & *conſentit Hebræo; nam* Jedaba *nullius eſt auctoritatis.*

℣. 19. Et Seon & Anaharath. *Pro* Seon *quadrilittero, non ſcribas* Senon, *neque* Seron, *quinque litterarum.*

℣. 46. Et Mejarcon & Arecon. *In quibuſdam veteribus manuſcriptis, pro* Mejarcon *legitur* Aquæ Hiercon, *qua interpretatio eſt primæ ſyllabæ* Me.

Cap. XX. ℣. 4. Stabit ante portam. *Non eſt addenda conjunctio*, ſtabitque, *tametſi Hebraïcè legatur.*

Cap. XXI. ℣. 4. De tribubus Juda & Simeon. *Legendum eſt plurale* tribubus, *non ſingulare* tribu.

Cap. XXII. ℣. 7. Ad occidentalem plagam. *Non eſt addendum pronomen* ejus.

℣. 13. Phinees filium Eleazari ſacerdotis. *Secundum caſum* ſacerdotis, *non vertas in quartum* ſacerdotem.

℣. 17. Macula hujus ſceleris in nobis permanet. *Nequaquam commutandum eſt pronomen primæ perſonæ* nobis, *cum ſecundæ* vobis.

℣. 22. Fortiſſimus Deus Dominus, fortiſſimus Deus Dominus. *Hoc ita geminandum eſt, minimèque alterum omittendum.*

Cap. XXIV. ℣. 27. Quod audierit omnia verba Domini. *Retinendum eſt ſingulare tertiæ perſonæ* audierit, *non mutandum in plurale ſecundæ perſonæ* audieritis.

Variæ Lectiones Vulgatæ, rurſum ab eodem Francisco Luca obſervatæ.

JOSUE.

Cap. V. ℣. 1. Qui propinqua poſſidebant magni maris loca. *Si non eſt legendus dandi caſus* magno mari, *at eſt intelligendus.*

Cap. VII. ℣. 17. Illam quoque per domos offerens. *Multa bona Mſs. pro* domos, *ſcribunt* viros, *conſentaneè Hebræo.*

Cap. X. ℣. 17. In ſpelunca urbis Maceda. *Multi boni Latini libri cum Hebraïcis omittunt voculam* urbis, *quam tamen ſuperiore verſu* 16. *Interpres expreſſerat.*

Cap. XV. ℣. 18. Suaſa eſt à viro ſuo. *Quidam boni libri ſcribunt*, ſuaſit viro ſuo; *alii* ſuaſit ei vir ſuus, *aut* ejus. *Vide Jud.* 1. ℣. 14.

Cap. XXI. ℣. 21. Urbes confugii, Sichem. *Aliàs annotavimus in pluribus Mſs. invenire numerum ſingularem* urbs, *pro plurali* urbes; *ſimiliter quoque infra* ℣℣. 27. 31. 36. & 37. *pro plurali* civitates *legi ſingulare* civitatem, *aut* civitas, *quemadmodum ſupra* ℣. 13. *ab omnibus conſtanter legitur.*

℣. 36. De tribu Ruben ultra Jordanem, contra Jericho, civitates refugii, Boſor in ſolitudine, Miſor, & Jaſer, & Jethſon, & Mephaath, civitates quatuor cum ſuburbanis ſuis. *De vario hujus verſus ſitu, lectione, interpunctione, omiſſione denique, latè egimus olim in Notationibus noſtris. Romani Patres ſecuti ſunt quod maximè vulgatum eſt, niſi quòd præpoſuerint tribum Ruben tribui Gadis.*

Cap. XXII. ℣. 10. In terram Chanaan. *Quædam Mſs. rectiùs legere videntur ſexto caſu* in terra.

Digitized by Google

SUMMA CAPITA LIBRI JUDICUM,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Verſioni antiquæ ſatis reſpondeant.

CAP. I. *JUda duce unà cum fratre ipſius Simeone plurimæ gentium civitates expugnantur: Othoniel obtentâ Cariath Sepher ducit Axam filiam Caleb, additâ terrâ irriguâ: Chananæi tributarii ſervantur.*

CAP. II. *Angelus Dei beneficia refert; quo audito, flet populus: poſt mortem tamen Joſue & coævorum, Iſraël frequenter liberatus, ſemper in pejora recidit.*

CAP. III. *Iſraël ſociatur gentibus, à Domino derelictis, ad ipſius exercitationem: ideo ſæpius per extraneos reges affligitur; ſed reſipiſcens, per Othoniel, Aod, & Samgar liberatur.*

CAP. IV. *Debbora prophetiſſa & Barac adversùs Siſaram principem regis Jabin dimicant, quem profugum occidit Jahel uxor Haber Cinæi.*

CAP. V. *Canticum gratiarum actionis Debboræ & Barac poſt victoriam.*

CAP. VI. *Iſraëlitis à Madian oppreſſis Gedeon multis ſignis auxilio deſignatur; qui poſt ſacrificium & altare Deo erectum, deſtruxit aram Baal; eique rurſum datur ſignum in vellere.*

CAP. VII. *Probatis ad aquas his qui ad bellum eſſent progreſſuri, Gedeon audito unius è caſtris Madianitarum ſomnio, in eos irruit, tubis, lagenis ac lucernis armatus; quos cum Oreb & Zeb principibus eorum devicit.*

CAP. VIII. *Ephraim inſurgit adversùs Gedeon; qui devictis Zebee & Salmana, viros Soccoth & Phanuel perdidit, & ex inauribus aliiſque populi donis fecit Ephod, quod domui ſuæ & Iſraëli fuit in ruinam: poſtquam autem quadraginta annis præfuit, generatis 70. filiis ex uxoribus, & uno ex concubina, mortuus eſt, rediitque Iſraël ad idololatriam.*

CAP. IX. *Abimelech occiſis 70. fratribus ſuis, imperium ſibi tyrannicè uſurpat; qui poſt parabolam Joatham fratris ejus qui ſervatus erat, exercitum Gaal devicit, turrimque Sichem exuſſit, & à muliere tandem fragmine molæ oppreſſus eſt.*

CAP. X. *Thola vitâ functo, Jair dux ſuccedit: Iſraëlitæ verò in idololatriam lapſi traduntur Philiſthæis & Ammonitis; quibus pœnitentibus, Dominus ingratitudinem improperat, tandemque eorum miſeretur.*

CAP. XI. *Jephte judex factus, Dei ſpiritu accenſus, primùm ratione agit cum rege Ammonitarum; deinde ubi eos viciſſet, ob votum temerè factum, filiam ſuam ſacrificavit.*

CAP. XII. *Ephrathæi adversùs Jephte inſurgentes ad vada Jordanis occiduntur, cùm vocem Scibboleth proferre non poſſent; quo vitâ functo, ſuccedunt duces Abeſan, Ahialon, & Abdon.*

CAP. XIII. *Iſraëlitæ rurſum in idololatriam lapſi, Philiſthæis traduntur: Samſon naſciturus ab Angelo prædicitur matri, & deinde patri, natuſque à Domino benedicitur.*

CAP. XIV. *Samſon uxorem ducit Philiſthæam; quam cùm viſeret, leonem laceravit, in cujus ore poſtmodum reperto melle, ſumpſit ab eo parabolam: qua ſodalibus propoſita, illi interpretationem per Samſonis uxorem intellexerunt.*

CAP. XV. *Per vulpium multitudinem Samſon Philiſthæorum ſegetes incendit; & fractis funibus quibus ligatus erat, mille Philiſthæos aſini maxillâ proſtravit; è cujus dente molari aqua ſitienti fluxerunt.*

CAP. XVI. *Samſon obſervantibus eum cuſtodibus, portas Gazæ urbis in montem detulit: à Dalila autem, cui ſæpius illuſerat, cognitâ causâ fortitudinis, detonſus, excæcatur ab hoſtibus; quos tandem unà ſecum interemit.*

CAP. XVII. *Mater Michæ conflavit ipſi de ſervato argento idolum; cui ille primò filium ſuum, deinde Leviten Bethlehemiten præfecit ſacerdotem.*

CAP. XVIII. *Miſſis primùm exploratoribus, ſecuti poſtea ſunt ſexcenti viri de tribu Dan, quærentes ſibi poſſeſſionem; & ablato Michæ idolo cum ſacerdote, urbem Lais vi capientes inhabitaverunt.*

CAP. XIX. *Cùm Levita ſuam uxorem à parentum domo reduceret, ipsâ à Gabaonitis, qui tribûs erant Benjamin, prodigioſa libidine extinctâ, & à marito, in duodecim partes corpore ſecto, ad ſingulas tribus ſingulæ portiones miſſæ ſunt.*

CAP. XX. *Ob hoc ſcelus pugnantes reliquæ tribus adversùs Benjamin, ſemel atque iterum bello inferiores, tertiòque committentes juſſu Domini prælium, tribum illam, præter ſexcentos qui in ſolitudinem fugerant, penitus deleverunt.*

CAP. XXI. *Inſtauratur tribus Benjamin ex 400. virginibus in cæde habitatorum Jabes Galaad reſervatis, & ex raptis ducentium choros in Silo virginibus.*

Digitized by Google

LIBER JUDICUM.

CAPUT PRIMUM.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 2. in I. *Judic. t. 3. 595. b.*

ET factum eſt poſtquam defunctus eſt Jeſus, interrogabant filii Iſraël in Domino, dicentes: Quis aſcendet nobiſcum ad Chananæum dux ad debellandum eum?

2. Et dixit Dominus: Judas aſcendet: ecce dedi terram in manu ipſius.

3. Et dixit Judas ad Simeon fratrem ſuum: Aſcende mecum in ſortem meam, & bellemus in Chananæo, & ibo etiam ego tecum in ſortem tuam.....

VULGATA NOVA.

1. POST mortem Joſue conſuluerunt filii Iſraël Dominum, dicentes: Quis aſcendet ante nos contra Chananæum, & erit dux belli?

2. Dixitque Dominus: Judas aſcendet: ecce tradidi terram in manus ejus.

3. Et ait Judas Simeoni fratri ſuo: Aſcende mecum in ſortem meam, & pugna contra Chananæum, ut & ego pergam tecum in ſortem tuam. Et abiit cum eo Simeon.

VULGATA NOVA.

4. Aſcenditque Judas, & tradidit Dominus Chananæum ac Pherezæum in manus eorum: & percuſſerunt in Bezec decem millia virorum.

5. Inveneruntque Adonibezec in Bezec, & pugnaverunt contra eum, ac percuſſerunt Chananæum & Pherezæum.

6. Fugit autem Adonibezec: quem perſecuti comprehenderunt, cæſis ſummitatibus manuum ejus ac pedum.

7. Dixitque Adonibezec: Septuaginta reges, amputatis manuum ac pedum ſummitatibus, colligebant ſub menſa mea ciborum reliquias: ſicut feci, ita reddidit mihi Deus. Adduxeruntque eum in Jeruſalem, & ibi mortuus eſt.

8. Oppugnantes ergo filii Juda Jeruſalem, ceperunt eam, & percuſſerunt in ore gladii, tradentes cunctam incendio civitatem.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 3. §95. f. 596. a.

9. Et poſtea deſcenderunt filii Juda pugnare

VULGATA NOVA.

9. Et poſtea deſcendentes pugnaverunt con-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcè præponitur ἠ, verbo *interrogabant*, & pro *in Domino*, legitur, διὰ τῦ Κυρίυ, *per Dominum*; Mſ. tamen Alex. cum editt. Ald. & Compl. hab. ἐν Κυρίῳ, ſicut τὸν Χαναναῖον, loco τὺς Χαναναίυς, quod eſt in Vatic. & al. abſque præced. *cum*; extremò Græc. Vat. habet, πρὸς αὐτὺς, loco *eum*, Alex. & Oxon. cum edit. Compl. ἐν αὐτῷ, Ald. ἐν αὐτοῖς. Monent BB. in editt. Aug. legi *Iſraël Dominum*, obſiſtentibus Mſs. qui habent *in Domino*: Auguſt. etiam Locut. 1. to. 3. 373. d. priora repetit eum hoc, *in Domino*, additque: *Non ait* Dominum, *quod ſermonis noſtri conſuetudo poſcebat*. In pleriſque etiam Mſs. Auguſt. ſicut in editt. Am. & Er. exſtat *ad bellandum eum*; Gr. τῦ πολεμῆσαι πρὸς αὐτύς· & verò inf. ait, *Deum noluiſſe ab univerſo populo bellari adversùs Chananæos*.

℣. 2. Ad verbum è Græco: omnes tamen Mſs. Auguſt. excepto uno Sorbon. leg. *in manus*, non *in manu*. Græc. conſtanter, ἐν χειρὶ αὐτῦ. Vid. Aug. ibid.

℣. 3. Sic eſt in Græco Vatic. præter ſeqq. τῷ Συμεὼν ἀδελφῷ, ſed in Mſs. Alex. & Oxon. ac editt. Ald. & Compl. ut ſup. πρὸς Συμεὼν τὸν ἀδελφόν· ſubinde apud omnes hîc & infra, ἐν τῷ κλήρῳ, *in ſorte*, non *in ſortem*; item loco *bellemus in Chananæo*, in Vatic. ſic: παραταξώμεθα πρὸς τὺς Χαναναίυς, *inſtruamus aciem contra Chananæos*; in Alex. verò & Oxon. necnon in editt. ſuprad. πολεμήσωμεν (Compl. πολεμήσομεν, Mſ. Alex. πολεμήσω) ἐν τῷ Χαναναίῳ. Notant BB. editt. Auguſt. habere, *in Chananæos*, ſed contra fidem Mſs. Auguſt. etiam ipſe Locut. 7. col. 373. d. conſtanter leg. & *bellemus in Chananæo*, additque: *Non dixit: Adversùs Chananæum, aut contra Chananæum, aut ſaltem in Chananæum.*

℣. 9. In Græco, πολεμῆσαι πρὸς τὸν Χαναναῖον τὸν κατοικῦντα τὴν ὀρεινὴν, &c. id eſt, *bellare contra..... inhabi-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tra Chananæum, qui habitabat in montanis, & ad meridiem, & in campestribus.

Jos. 15. 14. 10. Pergensque Judas contra Chananæum, qui habitabat in Hebron, (cujus nomen fuit antiquitus Cariath Arbe) percussit Sesai, & Ahiman, & Tholmai:

11. atque inde profectus abiit ad habitatores Dabir, cujus nomen vetus erat Cariath Sepher, id est, civitas litterarum.

12. Dixitque Caleb: Qui percusserit Cariath Sepher, & vastaverit eam, dabo ei Axam filiam meam uxorem.

13. Cùmque cepisset eam Othoniel filius Cenez frater Caleb minor, dedit ei Axam filiam suam conjugem.

14. Quam pergentem in itinere monuit vir suus ut peteret à patre suo agrum. Quæ cùm suspiràsset sedens in asino, dixit ei Caleb: Quid habes?

15. At illa respondit: Da mihi benedictionem, quia terram arentem dedisti mihi: da & irriguam aquis. Dedit ergo ei Caleb irriguum superius, & irriguum inferius.

VERSIO ANTIQUA.

ad Chananæum, qui habitabat in montana, & austrum, & campestrem. Aug. ubi sup.

10. Et abiit Judas ad Chananæum inhabitantem in Chebron, & exiit Chebron ex adverso; (nomen autem erat Chebron, Cariatharbocsepher) & percussit Sesi, & Achiman, & Cholmi, filios Enach:

11. & ascenderunt inde ad inhabitantes Dabir, nomen autem Dabir, quod erat ante civitas litterarum.

12. Et dixit Caleb: Quicunque percusserit civitatem litterarum, & acceperit eam, dabo ei filiam meam in uxorem.

14. Et factum est cùm ingrederetur ipse, monuit eam Gothoniel ut peteret à patre suo agrum..... Idem quæst. 4. 596. c. e. f.

15..... redemptionem aquæ. Et dedit ei Caleb secundùm cor ejus redemptionem excelsorum, & redemptionem humilium.

VULGATA NOVA.

16. Filii autem Cinæi cognati Moysi, ascenderunt de civitate palmarum, cum filiis Juda, in desertum sortis ejus, quod est ad meridiem Arad, & habitaverunt cum eo.

17. Abiit autem Judas cum Simeone fratre suo, & percusserunt simul Chananæum qui habitabat in Sephaath, & interfecerunt eum. Vocatumque est nomen urbis, Horma, id est, anathema.

VULGATA NOVA.

18. Cepitque Judas Gazam cum finibus suis, & Ascalonem, atque Accaron cum terminis suis.

19. Fuitque Dominus cum Juda, & montana possedit: nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant.

VERSIO ANTIQUA.

18. Et non hæreditavit Judas Gazam & finem ejus, & Ascalonem & finem ejus, & Accaron & finem ejus, & Azotum & adjacentia ejus. Aug. quæst. 5. in Judic. t. 3. 596. f.

19. Et erat Dominus cum Juda, & hæreditavit montem: quoniam non potuit hæreditare inhabitantes in valle, quoniam Rechab obstitit eis, & currus erant eis ferrei.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tantem montanam, &c. ut sup.

℣. 10. Leviter tantùm hîc differt August. à Græco, ubi scilicet ἐπορεύθη, *ivit*, pro *abiit*; & infra ἡ τὸ ὄνομα, & *nomen*, loco *nomen autem*, addito τὸ πρότερον, *antea*, post *Chebron*; at in Mss. Alex. τὸ δὲ ὄνομα, sicut in edit. Ald. & Compl. & loco τὸ πρότερον, sic, ἔμπροσθεν, *coram*, *ante*: exinde in Vatic. & al. loco *percussit Sesi*, ἐπάταξαν τὸν Σεσεί, *percusserunt Sesi*, & pro *Cholmi*, *filios Enach*, Θολμὶ, γεννήματα τοῦ Ἐνάκ, *Tholmi*, *genimina ipsius Enach*; in Mss. Alex. ἐπάταξε τὸν Γεθθὶ, καὶ τὸν Ἀχιμαὰμ, καὶ τὸν Θαμεὶ..... Ἐνάμ. Ad hoc autem *Cariatharbocsepher*, monent BB. in edit. Aug. Am. Er. & Lov. legi, *Cariatharbe vel Sepher*; in Mss. verò & Rat. *Cariatharvoxsepher*. In Gr. Vat. Καριαθαρβοκσεφέρ, in Ms. Alex. Καριαρβοκσεφέρ, in ed. Ald. Καριαθαρβοσεφέρ, in Compl. Καριαθαρβώθ.

℣. 11. Græs. delet *quod*, post *Dabir*, & post *ante*, subdit, Καριαθσεφέρ· at in Mss. Alex. & Oxon. sicut in Ald. & Compl. deest; cætera similia.

℣. 12. Ita Græcè, uno excepto, προκαταλάβηται, *præoccupaverit*, pro *acceperit*; August. paulò sup. habet, *ceperit*, & post *meam*, addit *Axam uxorem*, renitentibus tamen Mss. omnibus qui ferunt, *filiam meam in uxorem*, ut infra, omisso nomine *Axam*: Græc. tamen hab. Ἀχά, ante *filiam*, vel cum Ms. Alex. Ἀχάν, edit. Compl. Ἀχσάν. Observat ibid. August. *Jam hoc & in libro Jesu Nave* (15. 16.) *commemoratum esse. Sed utrùm*, inquit, *Jesu vivente factum sit, & nunc per recapitulationem repetitum; an post ejus mortem, posteaquam dictum est*, Judas ascendet..... *meritò quæritur: sed credibilius est post mortem Jesu factum, tunc autem per prolepsim, id est, per præoccupationem commemoratum, quemadmodum & alia.*

℣. 14. S. Aug. comparat hunc locum cum simili Jos. 15. 18. monetque illic dictum, *cùm ingrederetur ipsa*, hîc verò, *cùm ingrederetur ipse*: attamen in Græco utrobique legitur *ipsam*, nempe Jos. 15. sic, ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαι αὐτὴν, hîc verò, ἐν τῇ εἰσόδῳ αὐτῆς, vel ut in Mss. Alex. Ald. & Compl. ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι αὐτήν. Addit autem Aug. inde *nihil contrarium sequi; simul enim*, inquit, *ingrediebantur viam.* Posteriora verba cum Græco conveniunt, uno excepto *monuit*, pro quo ἐπέσεισεν, vel ut in Compl. ἔσεισεν, ab ἐπισείω, *concutio*, *injicio*, *obvibro*; Nobil. *incitavit*, immo apud August. ipsum, si Thuan. codici fides, hîc & infra, *movit*; at præterquam quòd huic legendi modo non suffragantur cæteri Mss. eidem etiam repugnare videtur August. in decursu explicationis, cùm dicat: *Ibi monita est ut peteret..... Hîc verò cùm agrum petere monita fuerit à viro suo, non agrum petiisse dicitur, clamans de subjugali, quòd ibi* (Jos. 15. 18.) *dictum est de asino, sed redemptionem aquæ, eò quòd in terram australi fuisset tradita.*

℣. 15. Ita Græcè ad verbum. Addit Aug. ibid. *Quid sibi velit, obscurum est; nisi fortè ager ipse ideo petebatur, ut haberet de fructibus ejus unde aquam redimeret, cujus inopia in illis regionibus erat, quò nupta docebatur; sed dedit ei Caleb redemptionem excelsorum, &c. Non video quid subaudiamus, nisi fluentorum, excelsorum videlicet in montanis, humilium in campestribus, sive in vallibus.*

℣. 18. In Græco Vatic. post *Gazam*, sic: οὐδὲ τὰ ὅρια αὐτῆς, οὐδὲ τὴν Ἀσκάλωνα οὐδὲ τὰ ὅρια αὐτῆς, καὶ τὴν Ἀκκαρὼν οὐδὲ τὰ ὅρια αὐτῆς, τὴν Ἄζωτον οὐδὲ τὰ περίσπορια αὐτῆς· *neque fines ejus, neque Ascalonem neque fines ejus, & Accaron neque fines ejus, Azotum neque adjacentia ejus.* In Mss. tamen Alex. & Ox. ac in edit. Ald. & Compl. καὶ τὸ ὅριον, post *Gazam*; item in Ms. Alex. ac edit. Ald. καὶ τὴν Ἀσκάλωνα καὶ τὸ ὅριον αὐτῆς, similiter καὶ τὸ ὅριον, post *Accaron*; in Mss. etiam Alex. & Oxon. ac edit. Ald. & Compl. ante *Azotum*, ponitur καὶ τὴν, sicut post *Azotum*, καὶ τά. Nobil. monet, initio pro καὶ οὐκ ἐκληρονόμησε, alios legere καὶ οὐκληρονόμησε; at Aug. constanter, & *non hæreditavit.* Vid. inf. 597. a.

℣. 19. August. infra legit: *Quoniam non potuerunt hæreditare*, &c. in Gr. sic: Ὅτι οὐκ ἠδυνάθησαν ἐξολοθρεῦσαι τὰς καλοικοῦντας τὴν κοιλάδα, &c. *Quoniam non potuerunt exterminare inhabitantes vallem*: in Ms. tamen Alex. ac edit. Compl. οὐκ ἠδύνατο, *non potuit*, ut sup. sicut & κληρονομῆσαι τὰς καλοικοῦντας τὴν κοιλάδα· similiter in edit. Ald.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 6. in Judic. 597. d. 20. Et dederunt Caleb Chebron, ſicut locutus eſt Moyſes, & hæreditavit inde tres civitates filiorum Enach, & abſtulit inde tres filios Enach.

Ibid. quæſt. 7. 21. Et Jebuſæum habitantem in Jeruſalem non hæreditaverunt filii Benjamin : & habitavit Jebuſæus cum filiis Benjamin in Jeruſalem, uſque in hodiernum diem.

VULGATA NOVA.

20. Dederuntque Caleb Hebron, ſicut dixerat Moyſes, qui delevit ex ea tres filios Enac. *Num. 14. 24. Joſ. 15. 14.*

21. Jebuſæum autem habitatorem Jeruſalem non deleverunt filii Benjamin : habitavitque Jebuſæus cum filiis Benjamin in Jeruſalem, uſque in præſentem diem.

VULGATA NOVA.

22. Domus quoque Joſeph aſcendit in Bethel, fuitque Dominus cum eis.

23. Nam cùm obſiderent urbem, quæ priùs Luza vocabatur,

24. viderunt hominem egredientem de civitate, dixeruntque ad eum : Oſtende nobis introitum civitatis, & faciemus tecum miſericordiam.

25. Qui cùm oſtendiſſet eis, percuſſerunt urbem in ore gladii : hominem autem illum, & omnem cognationem ejus, dimiſerunt.

26. Qui dimiſſus, abiit in terram Hetthim, & ædificavit ibi civitatem, vocavitque eam Luzam : quæ ita appellatur uſque in præſentem diem.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 8. & 9. 598. b. 27. Et non hæreditavit Manaſſes Bethſan, quæ eſt Scytharum civitas, neque filias ejus.....

Ibid. quæſt. 10. 28. Et factum eſt quando prævaluit Iſraël, & poſuit Chananæum in tributum, & auferens non abſtulit eum.

VULGATA NOVA.

27. Manaſſes quoque non delevit Bethſan, & Thanac cum viculis ſuis, & habitatores Dor, & Jeblaam, & Mageddo cum viculis ſuis, cœpitque Chananæus habitare cum eis.

28. Poſtquam autem confortatus eſt Iſraël, fecit eos tributarios, & delere noluit.

VULGATA NOVA.

29. Ephraim etiam non interfecit Chananæum, qui habitabat in Gazer, ſed habitavit cum eo.

30. Zabulon non delevit habitatores Cetron, & Naalol : ſed habitavit Chananæus in medio ejus, factuſque eſt ei tributarius.

31. Aſer quoque non delevit habitatores Accho, & Sidonis, Ahalab, & Achazib, & Helba, & Aphec, & Rohob :

32. habitavitque in medio Chananæi habitatoris illius terræ, nec interfecit eum.

33. Nephthali quoque non delevit habitatores Bethſames, & Bethanath : & habitavit inter Chananæum habitatorem terræ, fueruntque ei Bethſamitæ & Bethanitæ tributarii.

VERSIO ANTIQUA.

Ibid. quæſt. 11. 34. Et contribulavit Amorrhæus filios Dan in monte, quoniam non permiſit eos deſcendere in vallem :

VULGATA NOVA.

34. Arctavitque Amorrhæus filios Dan in monte, nec dedit eis locum ut ad planiora deſcenderent :

VULGATA NOVA.

35. habitavitque in monte Hares, quod interpretatur teſtaceo, in Ajalon & Salebim. Et aggravata eſt manus domûs Joſeph, factuſque eſt ei tributarius.

36. Fuit autem terminus Amorrhæi ab aſcenſu ſcorpionis, petra, & ſuperiora loca.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

κληρονομῆσαι : denique Græc. Vat. loco *obſtitit*, hab. διεστείλατο, *mandavit*, *edixit*, omiſſis ſeqq. & *currus erant eis ferrei ;* Mſ. tamen Oxon. cum editt. Ald. & Compl. addit, καὶ ἅρματα σιδηρᾶ αὐτοῖς.

℣. 20. Ad verbum è Græco, præter poſtrema, & *abſtulit*, &c. quæ abſunt à cod. Vatic. In Mſ. Alex. poſt *hæreditavit*, ſequitur : ἐκεῖθεν τὰς τρεῖς πόλεις, καὶ ἔξῆρεν ἐκεῖθεν τὰς τρεῖς υἱὰς Ἐνάκ, abſque hoc, *filiorum Enach :* contra in edit. Compl. ſimpliciter, καὶ ἔξῆρεν ἐκεῖ τὰς τρεῖς υἱὰς Ἐνάκ, omiſſis his, & *hæreditavit inde tres civitates filiorum Enach.* Obſervat autem Auguſt. ibid. *Jam hoc dictum* eſſe *in libro Jeſu Nave, quoniam illo vivo factum eſt ; ſed hîc*, inquit, *recapitulando commemoratum eſt, cùm de tribu Juda, unde fuit Caleb, Scriptura loqueretur.* Et verò ſup. Joſ. 15. 14. legitur : Καὶ ἐξωλόθρευσεν ἐκεῖθεν Χάλεβ υἱὸς Ἰεφοννὴ, τὰς τρεῖς υἱὰς Ἐνὰκ, τὸν Σησὶ, καὶ Θολαμὶ, καὶ τὸν Ἀχιμᾶ. *Et exterminavit inde Chaleb filius Jephone, tres filios Enac, Souſi, & Tholami, & Achima ;* at ne verbum quidem de his, & *hæreditavit*, &c.

℣. 21. Ita de Græco, verbum è verbo, ni excipias hoc ult. *uſque in hodiernum diem*, pro quo ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. hab. ἔξῆραν, loco ἐκληρονόμησαν, Mſ. Ox. ἐξωλόθρευσαν.

℣. 27. Sic eſt in Græco, præter unum ἔξῆρε, *abſtulit*, loco *hæreditavit ;* at in Mſ. Alex. ac edit. Ald. ἐκληρονόμησε. Auguſt. addit : *Filias ejus dicit civitates, quas ipſa quaſi metropolis inſtituerat.*

℣. 28. Ad verbum è Græco, excepto uno *poſuit*, pro quo in cod. Vat. ἐποίησε, *fecit ;* at in Alex. ſicut in editt. Ald. & Compl. ἔθετο, in Mſ. Oxon. ἐθέτο. Auguſt. addit : *Jam tale aliquid dictum eſt in libro Jeſu Nave* (17. 13.) *pene ipſis verbis. Proinde aut hîc per anacephalæoſim dicitur, aut illic per prolepſim dictum eſt, id eſt, aut hîc recapitulando, aut illic præoccupando.*

℣. 34. Græc. habet, εἰς τὸ ὄρος, *in montem*, non *in monte*, & pro *non permiſit eos*, ſic, οὐκ ἀφῆκαν αὐτόν, *non permiſerunt eum :* in Mſ. tamen Alex. ac edit. Compl. ἀφῆκεν αὐτὸν, in edit. Ald. ἀφῆκεν αὐτούς ; reliqua ad verbum quadrant. Addit Auguſt. ibid. *Et hoc ſimiliter aut in libro Jeſu Nave præoccupando commemoratum eſt, aut hîc recapitulando :* ſic enim apud LXX. Joſ. 19. 48. Καὶ οὐκ ἐξέθλιψαν οἱ υἱοὶ Δὰν τὸν Ἀμορῥαῖον τὸν θλίβοντα αὐτὸς ἐν τῷ ὄρει· καὶ οὐκ εἴων αὐτὸς οἱ Ἀμορῥαῖοι καταβῆναι εἰς τὴν κοιλάδα. *Et non extriverunt filii Dan Amorrhæum vexantem eos in monte : & non ſinebant eos Amorrhæi deſcendere in vallem.*

Digitized by Google

CAPUT II.

VERSIO ANTIQUA.

Augst. q. 12. in Jud. t. 3. 598. c.

1. ET ascendit angelus Domini super Clauthmona montem.....

VULGATA NOVA.

1. Ascenditque angelus Domini de Galgalis ad locum flentium, & ait: Eduxi vos de Ægypto, & introduxi in terram, pro qua juravi patribus vestris: & pollicitus sum, ut non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum:

2. ita duntaxat ut non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ hujus, sed aras eorum subverteretis: & noluistis audire vocem meam: cur hoc fecistis?

VULGATA NOVA.

3. Quam ob rem nolui delere eos à facie vestra: ut habeatis hostes, & dii eorum sint vobis in ruinam.

VERSIO ANTIQUA.

3..... Non adjiciam transmigrare populum, quem dixi ejicere; non auferam eos à facie vestra: & erunt vobis in angustias, & dii eorum erunt vobis in scandalum. *Aug. quæst. 13. 598. g. 599. a.*

VULGATA NOVA.

4. Cùmque loqueretur angelus Domini hæc verba ad omnes filios Israël: elevaverunt ipsi vocem suam; & fleverunt.

5. Et vocatum est nomen loci illius: Locus flentium, sive lacrymarum: immolaveruntque ibi hostias Domino.

VULGATA NOVA.

Jos. 24. 28. 6. Dimisit ergo Josue populum, & abierunt filii Israël unusquisque in possessionem suam, ut obtinerent eam:

7. servieruntque Domino cunctis diebus ejus, & seniorum qui longo post eum vixerunt tempore, & noverant omnia opera Domini quæ fecerat cum Israël.

8. Mortuus est autem Josue filius Nun, famulus Domini, centum & decem annorum,

9. & sepelierunt eum in finibus possessionis suæ in Thamnathsare in monte Ephraim, à septentrionali plaga montis Gaas.

10. Omnisque illa generatio congregata est ad patres suos: & surrexerunt alii, qui non noverant Dominum, & opera quæ fecerat cum Israël.

11. Feceruntque filii Israël malum in conspectu Domini, & servierunt Baalim.

12. Ac dimiserunt Dominum Deum patrum suorum, qui eduxerat eos de terra Ægypti: & secuti sunt deos alienos, deosque populorum,

VERSIO ANTIQUA.

6. Et dimisit Jesus populum, & abierunt filii Israël unusquisque in domum suam, & unusquisque in hæreditatem suam, hæreditare terram: *Aug. quæst. 14. in Judic. t. 3. 599. b.*

8. Et mortuus est Jesus filius Nave, servus Domini, filius centum decem annorum, *Aug. Locut. 3. t. 3. 373. d.*

10. Et omnis generatio appositi sunt ad patres suos: & surrexit generatio altera post eos, qui non scierunt Dominum, & opera ejus quæ fecit Israël. *Idem Locut. 4. 373. e. & quæst. 15. in Judic. 599. c.*

11. Et fecerunt filii Israël quod malignum erat coram Domino Deo patrum suorum, *Cypr. l. 1. Testim. 276. b.*

12. qui ejecit eos de terra Ægypti: & secuti sunt deos gentium, quæ circa illos sunt, & offenderunt Dominum:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. post *Domini*, addit hoc, ἀπὸ Γαλγάλ, tollit verò ult. *montem*; tum sequitur, καὶ ἐπορεύθη εἰς Βαιθὴλ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραήλ, quod deest in edit. Compl. nec refertur ab August. Notanda verò quæ addit infra, ad vocem *Clauthmona*. *A ploratione*, inquit, *nomen accepit, eò quòd Græcè*, κλαυθμός, *ploratio dicitur: ibi enim populus flevit, cùm audisset ab hoc angelo verba Domini vindicantis in eos, quòd inobedientes fuissent; quia non exterminaverunt populos, secundùm præceptum ejus, quibus prævaluerunt; eligentes eos facere tributarios, quàm interimere & perdere, quemadmodum jusserat Dominus: quod sive contempto Dei mandato, sive timore fecerint..... sine dubio peccaverunt..... quod ideo per Jesum noluit eis dicere, (si tamen adhuc eo vivente jam cœperat fieri, & non potiùs præoccupando commemoratum fuerat quod illo mortuo fieri cœpit)..... Nondum autem omnes id fecerant, vivente Jesu, etsi aliqui fortè jam cœperant. Credibilius est tamen nihil tale fieri cœptum, vivente Jesu Nave..... Quod verò commemoratum est in libro Jesu Nave*, (13. 13.) *magis existimo præoccupando commemoratum, quod post ejus mortem, vel futurum esse jam ipse noverat prophetico spiritu, si ab illo liber conscriptus est, qui appellatur Jesu Nave; vel si ab alio scriptus est, jam factum esse sciebat post mortem Jesu, quod in illo libro præoccupando commemoravit.*

℣. 3. Sic est in Græco, exceptis his: *Non adjiciam..... quem dixi ejicere*, quæ absunt à cod. Vat. in Alex. autem sic hab. Οὐ προσθήσω τοῦ μετοικίσαι τὸν λαὸν ὃν εἶπα τοῦ ἐξολεθρεῦσαι αὐτοὺς ἐκ, absque hoc, *non auferam eos:* in Ald. edit. Οὐ προσθήσω μεθοικῆσαι τὸν λαὸν ὃν εἶπα τοῦ ἐξῶσαι, εὐ μὴ ἐξάρω αὐτοὺς ἐκ, in Compl. Οὐ προσθήσω τοῦ μεθοικῆσαι τὸν λαὸν ὃν εἶπα τοῦ ἐξῶσαι ἐκ, similiter in Mſ. Ox. præter hoc, ὃν εἶπα, quod deest.

℣. 6. Græcè, post *populum*, habetur simpliciter: Καὶ ἦλθεν ἀνὴρ εἰς τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, καὶ κληρονομῆσαι τὴν γῆν. *Et venit vir in hæreditatem suam, hæreditare terram.* At in Mſs. Alex. & Oxon. ut in editt. Ald. & Compl. sic: Καὶ ἀπῆλθον (Alex. ἀπῆλθαν) οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, ἕκαστος εἰς τὸν οἶκον (Ald. τόπον) αὐτοῦ, καὶ εἰς (Ald. ἕκαστος εἰς) τὴν κληρονομίαν (Mſ. Alex. τοῦ κατακληρονομῆσαι τὴν γῆν) Mſ. Oxon. add. αὐτοῦ. Observat August. ibid. eadem ferme dicta esse supra, Jos. 24. 28. *Hoc*, inquit, *per recapitulationem iterari nulla dubitatio est. Nam & mors ipsius Jesu Nave etiam in hoc libro commemoratur, ut tanquam ab exordio cuncta breviter insinuarentur.*

℣. 8. Ita Græcè verbum è verbo. Addit August. ibid. *Ista repetitio, quòd cùm dixisset*, filius Nave, *repetivit* filius, & *deinde addidit*, centum decem annorum, *inusitata est, ut potiùs filius centum decem annorum diceret, quàm homo centum decem annorum; sed tamen & alibi reperitur.*

℣. 10. Similiter in Græco, nisi quòd voci *generatio*, additur ἐκείνη, *illa*, & in fine hab. καί γε τὸ ἔργον ὃ ἐποίησεν ἐν τῷ Ἰσραήλ, & *opus quod fecit in Israël:* præpos. autem ἐν, deest in Mſs. Alex. & Oxon. nec non in editt. Ald. & Compl. *Notanda* etiam *locutio* ista, inquit August. ibid. *quòd non ait*, apposita est, *quia plures erant.*

℣. 11. A Græco abest *quod*, ante *malignum*, ut & seq. *erat:* similiter à quibusd. Mſs. Cyprian. Post vocem autem *Domino*, sequitur Græcè: καὶ ἐλάτρευσαν τοῖς Βααλίμ, & *servierunt Baalim*, in edit. Compl. τῇ Βαάλ, in Mſ. Oxon. Βαὰλ καὶ τῇ Ἀσάρῃ· deinde ℣. 12. in omnibus sic: καὶ ἐγκατέλιπον τὸν Κύριον τὸν Θεὸν τῶν, &c. quæ verba, & *dereliquerunt*, &c. omittuntur à S. Cypr.

℣. 12. Græc. habet, τὸν ἐξαγαγόντα, *qui eduxit*, pro *ejecit*, & loco *secuti sunt deos gentium*, sic: ἐπορεύθησαν ὀπίσω θεῶν ἑτέρων ἀπὸ τῶν θεῶν τῶν ἐθνῶν, *ambulaverunt post deos alios de diis gentium*, absque seq. *sunt*, post *illos*, cui addit, καὶ προσεκύνησαν αὐτοῖς, & *adoraverunt eos*;

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 15. in Judic. t. 3. 599. c.

13. & reliquerunt Deum, & ſervierunt Baal & Aſtartibus.

Tertul. adv. Gneſt. 826. b.

14. Et iratus Dominus, tradidit eos in manibus diripientium: & diripiebantur ab illis, & venundabantur inimicis: nec poterant omnino ſubſiſtere à facie inimicorum ſuorum:

15. quòcunque proceſſerant, manus erat ſuper illos in mala..... & compreſſari ſunt valde.

VULGATA NOVA.

qui habitabant in circuitu eorum, & adoraverunt eos: & ad iracundiam concitaverunt Dominum,

13. dimittentes eum, & ſervientes Baal & Aſtaroth.

14. Iratuſque Dominus contra Iſraël, tradidit eos in manus diripientium: qui ceperunt eos, & vendiderunt hoſtibus, qui habitabant per gyrum: nec potuerunt reſiſtere adverſariis ſuis:

15. ſed quòcunque pergere voluiſſent, manus Domini ſuper eos erat, ſicut locutus eſt, & juravit eis: & vehementer afflicti ſunt.

VULGATA NOVA.

16. Suſcitavitque Dominus judices, qui liberarent eos de vaſtantium manibus: ſed nec eos audire voluerunt,

17. fornicantes cum diis alienis, & adorantes eos. Citò deſeruerunt viam, per quam ingreſſi fuerant patres eorum: & audientes mandata Domini, omnia fecere contraria.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 6. & 7. t. 3. 373. e. f.

18. Et cùm ſuſcitavit Dominus eis judices, & erat Dominus cum judice....

19. Et factum eſt cùm moreretur judex, & revertebantur, & iterum corrumpebant ſuper patres ſuos.....

Aug. quæſt. 17. in Judic. t. 3. 600. b. c. 601. c.

20..... Propter quod tanta dereliquit gens hæc teſtamentum meum, quod mandavi patribus eorum, & non obedierunt voci meæ:

21. & ego non apponam auferre virum à facie ipſorum de gentibus, quas reliquit Jeſus filius Nave:

22. & dimiſit ad tentandum in eis Iſraël, ſi obſervabunt viam Domini abire in ea, quemadmodum cuſtodierunt patres eorum, an non.

23. Et dimiſit Dominus gentes has, ut non

VULGATA NOVA.

18. Cùmque Dominus judices ſuſcitaret, in diebus eorum flectebatur miſericordiâ, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vaſtantium.

19. Poſtquam autem mortuus eſſet judex, revertebantur, & multò faciebant pejora quàm fecerant patres eorum, ſequentes deos alienos, ſervientes eis, & adorantes illos. Non dimiſerunt adinventiones ſuas, & viam duriſſimam, per quam ambulare conſueverunt.

20. Iratúſque eſt furor Domini in Iſraël, & ait: Quia irritum fecit gens iſta pactum meum, quod pepigeram cum patribus eorum, & vocem meam audire contempſit:

21. & ego non delebo gentes, quas dimiſit Joſue, & mortuus eſt:

22. ut in ipſis experiar Iſraël, utrùm cuſtodiant viam Domini, & ambulent in ea, ſicut cuſtodierunt patres eorum, an non.

23. Dimiſit ergo Dominus omnes nationes

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

item pro *offenderunt*, παρώργισαν, *ad iram provocaverunt.*

℣. 13. Similiter in Græco, præter unum αὐτόν, *eum*, loco *Deum*; Mſ. Alex. ac edit. Compl. hab. τὸν Κύριον, *Dominum.* Obſervat Auguſt. infra, dici *quòd Baal ſervierunt*, & *Aſtartibus*, *quia Jovi & Junonibus..... Hoc autem, id eſt, nomine plurali* Junones, *in Græcis ſecundùm LXX. reperimus, in Latinis autem ſingulariter erat. Quorum in illo, qui non habebat LXX. interpretationem, ſed ex Hebræo erat*, Aſtaroth *legimus; nec* Baal, *ſed* Baalim. Cypr. l. 1. Teſtim. ſup. & *ſervierunt Baal.* Tertul. l. cont. Gnoſt. 826. b. hab. *Defuncto Jeſu Nave, derelinquunt Deum patrum ſuorum, & ſerviunt idolis Baalim, & Aſtartis.*

℣. 14. Græc. initio habet, ὠργίσθη θυμῷ, *iratus eſt furore*, & poſt *Dominus*, addit, ἐν τῷ Ἰσραὴλ, ἢ: in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. deeſt ἐν, in Mſ. Oxon. ſic, ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, ἢ: exinde in Vatic. pro *in manibus diripientium*, ita, εἰς χεῖρας ᾠχρομεύοντων, in Alex. autem & Oxon. ac in editt. Ald. & Compl. ἐν χειρί. Auguſt. Locut. 5. to. 3. 373. e. legit: *Tradidit eos in manu prædantium*, additque, *non dixit, in manum:* tum in Græco pro *diripiebantur ab illis*, ſic, καὶ ἐπρονόμευσαν αὐτούς, *deprædati ſunt eos*, quod abeſt à Mſ. Oxon. & loco *venundabantur inimicis*, in Vatic. ἀπέδοτο αὐτοὺς ἐν χερσὶ (in Alex. & Oxon. ac editt. Ald. & Compl. ἐν χειρὶ) τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν κυκλόθεν. Auguſt. quæſt. 17. in Judic. to. 3. 599. f. habet: *Et vendidit eos in manu inimicorum ſuorum in circuitu:* ſequitur in Græco: καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν ἔτι ἀντιστῆναι κατὰ πρόσωπον τῶν, &c. & *non potuerunt ultra reſiſtere ad faciem*, &c.

℣. 15. Ita refert Tertul. fortè ex memoria, ut & ℣. præced. In Græco ſic eſt: Ἐν πᾶσιν οἷς ἐπορεύοντο, ἢ χεὶρ Κυρίου ἦν ἐπ' αὐτοὺς εἰς κακὰ, καθὼς ἐλάλησε Κύριος, ἢ καθὼς ὤμοσε Κύριος αὐτοῖς· ἢ ἐξέθλιψεν αὐτοὺς σφόδρα. *In omnibus in quibus ibant*, & *manus Domini erat ſuper eos in mala, ſicut locutus eſt Dominus*, & *ſicut juravit Dominus ipſis:* & *contribulavit eos valde.*

℣. 18. Græc. Καὶ ὅτι ἤγειρε Κύριος, &c. ut in Lat. in Mſ. Oxon. ac edit. Compl. ὅτε, *quando*, pro ὅτι. Obſervat Auguſt. hîc abundare & ſ, poſt *judices*; *Notandum eſt etiam hoc*, inquit, *quòd à plurali ad ſingularem tranſiens, non ait, cum judicibus, ſed* cum judice, *id eſt, cum unoquoque judice.*

℣. 19. Ita quoque in Græco, exceptis his, ὡς ἀπέθνησκεν..... ἀπέστρεψαν..... διέφθειρον, *poſtquam mortuus eſt..... reverterunt..... corruperunt;* ſed al. cum Theodor. ἢ ἀπέστρεφον, ἢ πάλιν διέφθειρον, teſte Nobil. Tertul. adversùs Gnoſt. 826. a. b. *Sed nec iſtis*, inquit, *obaudire perſeverarunt: ut quis Critarum obierat, illi ad delinquendum ſupra quàm patres eorum, abeundo poſt deos aliorum*, & *ſerviendo*, & *adorando eos.*

℣. 20. Græc. habet: Ἀνθ' ὧν ὅσα ἐγκατέλιπον τὸ ἔθνος, *Pro iis quanta dereliquerunt*, loco *Propter quod tanta dereliquit*; reliqua ut in Lat. ſupra. Eodem modo iterum legit Auguſt. Locut. 8. & 9. to. 3. 734. d. niſi quòd pro *obedierunt voci*, hab. *obaudierunt vocis*, è Gr. εἰσήκουσαν τῆς φωνῆς: in Mſs. tamen Alex. & Oxon. ut in edit. Ald. ὑπήκουσαν, in Compl. ἐπήκουσαν. Tertul. l. adv. Gnoſt. 826. b. ſic leg. *Quoniam tranſgreſſa eſt gens iſta pactum meum, quod diſpoſui patribus eorum*, & *non obaudierunt voci meæ.*

℣. 21. Ad verbum è Græco, niſi quòd in fine, poſt *Nave*, additur ἐν τῇ γῇ, *in terra.* Tertul. adverſ. Gnoſt. 826. b. ſic hab. *Et ego non advertam ad auferendum virum à facie eorum ex nationibus, quas reliquit decedens Jeſus.*

℣. 22. Ita Græcè verbum pro verbo: eadem rurſus habet infra Aug. niſi quòd delet *in eis*, & leg. *obſervent*, pro *obſervabunt*, Gr. φυλάσσονται.

℣. 23. Ita in Græco, præter duo, ἀφῆκε, *dimittet*, pro *dimiſit*, & τὸ τάχος, pro *tunc*, Auguſt. infra bene *celeriter.* Mſ. Alex. non ἀφῆκε habet, ſed ἀφῆκε, cum edd. Ald. & Compl.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

has, & citò ſubvertere noluit, nec tradidit in manus Joſue.

VERSIO ANTIQUA.

auferret illas tunc, & non tradidit illas in manu Jeſu. *Aug. ubi ſup.*

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. HÆ ſunt gentes, quas Dominus dereliquit, ut erudiret in eis Iſraëlem, & omnes qui non noverant bella Chananæorum:

2. ut poſtea diſcerent filii eorum certare cum hoſtibus, & habere conſuetudinem præliandi:

3. quinque ſatrapas Philiſthinorum, omnemque Chananæum, & Sidonium, atque Hevæum, qui habitabat in monte Libano, de monte Baal Hermon uſque ad introitum Emath.

4. Dimiſitque eos, ut in ipſis experiretur Iſraëlem, utrùm audiret mandata Domini, quæ præceperat patribus eorum per manum Moyſi, an non.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET hæ gentes, quas reliquit Jeſus, ut tentaret in eis Iſraël, omnes qui neſcierunt omnia bella Chanaan: *Aug. quæſt. 17. in Judic. t. 3. 600. f. g. 601. a. b.*

2. verùm propter generationes filiorum Iſraël docere illos bellum, verùm qui ante illos neſcierunt illas:

3. quinque ſatrapias alienigenarum, & omnem Chananæum, & Sidonium, & Evæum inhabitantem Libanum, ante montem Hermon uſque ad Caboemath.

4. Et factum eſt ut tentaretur in ipſis Iſraël, ſcire ſi audient mandata Domini, quæ mandavit patribus eorum in manu Moyſi.

VULGATA NOVA.

5. Itaque filii Iſraël habitaverunt in medio Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Hevæi, & Jebuſæi:

6. & duxerunt uxores filias eorum, ipſique filias ſuas filiis eorum tradiderunt, & ſervierunt diis eorum.

7. Feceruntque malum in conſpectu Domini, & obliti ſunt Dei ſui, ſervientes Baalim, & Aſtaroth.

8. Iratuſque contra Iſraël Dominus, tradidit eos in manus Chuſan Raſathaim regis Meſopotamiæ, ſervieruntque ei octo annis.

VULGATA NOVA.

9. Et clamaverunt ad Dominum: qui ſuſcitavit eis ſalvatorem, & liberavit eos, Othoniel videlicet filium Cenez, fratrem Caleb minorem: *Sup. 1. 13.*

10. fuitque in eo Spiritus Domini, & judicavit Iſraël. Egreſſuſque eſt ad pugnam, & tradidit Dominus in manus ejus Chuſan Raſathaim regem Syriæ, & oppreſſit eum.

VERSIO ANTIQUA.

9. Et clamaverunt filii Iſraël ad Dominum: & excitavit Dominus ſalvatorem Iſraël, & ſalvavit eos, Gothoniel filium Cenez, fratrem Caleb juniorem ipſius, & exaudivit eos: *Aug. quæſt. 18. 601. e. f.*

10. & factus eſt ſuper eum Spiritus Domini..... *Idem Locut. 10. t. 3. 374. d.*

VULGATA NOVA.

11. Quievitque terra quadraginta annis, & mortuus eſt Othoniel filius Cenez. *Joſ. 14. 10.*

12. Addiderunt autem filii Iſraël facere malum in conſpectu Domini: qui confortavit adversùm eos Eglon regem Moab: quia fecerunt malum in conſpectu ejus.

13. Et copulavit ei filios Ammon, & Amalec: abiitque & percuſſit Iſraël, atque poſſedit urbem palmarum.

11..... *Vide Not.*

14. Servieruntque filii Iſraël Eglon regi Moab decem & octo annis:

15. & poſtea clamaverunt ad Dominum: qui ſuſcitavit eis ſalvatorem vocabulo Aod, filium Gera, filii Jemini, qui utraque manu pro dextera utebatur. Miſeruntque filii Iſraël per illum munera Eglon regi Moab.

16. Qui fecit ſibi gladium ancipitem, habentem in medio capulum longitudinis palmæ manus, & accinctus eſt eo ſubter ſagum in dextro femore.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Vatic. loco *Jeſus*, hab. Κύριος αὐτὰ, *Dominus eas*, & ſub finem delet vocem *omnia*, quam tamen addunt editt. Ald. & Compl. at in Mſ. Alex. exſtat Ἰησοῦς, ſicut in edit. Compl. ſed abſque αὐτά; eadem vox αὐτὰ, abeſt etiam à Mſ. Oxon. ac edit. Ald. ſed legitur ibi Κύριος, non Ἰησοῦς. Monent BB. in editt. Aug. ſcribi *Dominus*, ſed contra fidem Mſs. plerorumque, & melioris notæ.

℣. 2. Ad verbum è Græco, excepta voce ult. *illas*, cujus loco eſt αὐτὰ, *ea*: item pro *docere*, ſic, τῦ διδάξαι, *ad docendum*, vel *ut doceret*, & pro *verùm*, initio & inf. πλὴν, *tantùm*.

℣. 3. Aptè ad Græcum, præter ſeqq. *ante montem*, pro quo ἀπὸ τῦ ὄρυς, *à monte*; item Ἀερμών, pro *Hermon*, & Λαβωεμάθ, pro *Caboemath*; in Mſ. Alex. Λοβωημάθ, al. Λαβὼ Ἐμάθ.

℣. 4. Ita Græcè ad verbum, uno excepto, ὥσε πειρᾶσαι, *ut tentaret*, loco *tentaretur*; exinde γνῶναι, pro *ſcire*, mel. *ad ſciendum*.

℣. 9. Similiter in Græco, præter pauca, nempe *fratrem*, pro quo ἀδελφῦ, *fratris*, & *juniorem ipſius*, pro quo τὸν νεώτερον ὑπὲρ αὐτόν, *juniorem ſuper ipſum*: deeſt etiam ſeq. & *exaudivit eos*; ſed Mſ. Alex. hab. τὸν νεώτερον αὐτῶν, deinde ἢ εἰσήκουσαν αὐτῶν, Oxon. τὸν νεώτερον, ἢ εἰσήκουσαν αὐτῦ, edit. Ald. ſimpliciter, τὸν νεώτερον αὐτῦ; abſque ſeq. ut & Compl. in qua ſola, ὁ νεώτερος αὐτῦ, ſed malè; nam Græc. conſtanter habet τὸν Γοθονιήλ, ut ipſe notat Aug. *Velut quæreretur, quem ſalvatorem; Gothoniel, inquit, filium Cenez: accuſativum enim caſum hîc debemus accipere, tanquam diceret Gothonielem:* & poſt pauca: *Inter illa autem quæ appellantur ὑπερβατὰ, hoc genus rarum eſt, quoniam habet & illud quod Græci vocant ὑστερολογίαν. Quod enim ait poſtea*, & exaudivit eos, *ſi priùs ponatur, fit ſermo lucidior. Nam ordo eſt:* Et clamaverunt filii Iſraël ad Dominum, & exaudivit eos, & excitavit Dominus ſalvatorem Iſraël: *deinde quod hîc interpoſitum eſt*, & ſalvavit eos, & *poſtea dictum eſt*, Gothoniel, *aut* Gothonielem filium Cenez, *ſi ita diceretur, planius fieret:* Et excitavit Dominus ſalvatorem Iſraël, Gothoniel filium Cenez, & ſalvavit eos.

℣. 10. Ita Græcè. Vide Aug. ibid.

℣. 11. Hunc verſiculum exhibet Auguſt. quæſt. 19. in Judic. to. 3. 601. g. dicens: *Quadraginta annos quieviſſe terram promiſſionis à bellis ſub Gothoniele judice, Scriptura teſtatur.* Græc. Καὶ ἡσύχασεν ἡ γῆ ἔτη τεσσαράκοντα· καὶ ἀπέθανε Γοθονιήλ, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Aug. Locut. 12. 374. *c.* 17..... Erat autem Eglom vir exilis valdè.	17. Obtulitque munera Eglon regi Moab. Erat autem Eglon crassus nimis.
	18. Cùmque obtulisset ei munera, profectus est socios, qui cum eo venerant.
Aug. quæst. 20. *in Judic. t.* 3. 602. *a.* 19..... Verbum occultum mihi est ad te, Rex.....	19. Et reversus de Galgalis, ubi erant idola, dixit ad regem: Verbum secretum habeo ad te, ô Rex. Et ille imperavit silentium: egressisque omnibus qui circa eum erant,
20..... Verbum Dei mihi ad te, Rex.....	20. ingressus est Aod ad eum: sedebat autem in æstivo cœnaculo solus, dixitque: Verbum Dei habeo ad te. Qui statim surrexit de throno.
Aug. Locut. 11. 374. *c.* 21..... & sumpsit Aioth gladium desuper femore suo dextro.....	21. Extenditque Aod sinistram manum, & tulit sicam de dextero femore suo, infixitque eam in ventre ejus
22..... *Vide Not.*	22. tam validè, ut capulus sequeretur ferrum in vulnere, ac pinguissimo adipe stringeretur. Nec eduxit gladium, sed ita ut percusserat, reliquit in corpore: statimque per secreta naturæ alvi stercora proruperunt.
Aug. quæst. 22. *in Judic.* 602. *c.* 23. Et exiit Aod foras, & transiit observantes, & clausit januas domus superioris super eum, & coarctavit.	23. Aod autem clausis diligentissimè ostiis cœnaculi, & obfirmatis serâ,

VULGATA NOVA.	
24. per posticum egressus est. Servique regis ingressi viderunt clausas fores cœnaculi, atque dixerunt: Forsitan purgat alvum in æstivo cubiculo.	gradiente.
25. Expectantesque diu donec erubescerent, & videntes quòd nullus aperiret, tulerunt clavem: & aperientes invenerunt dominum suum in terra jacentem mortuum.	25..... *Vide Not.*
26. Aod autem, dum illi turbarentur, effugit, & pertransiit locum idolorum, unde reversus fuerat. Venitque in Seirath:	
27. & statim insonuit buccinâ in monte Ephraim: descenderuntque cum eo filii Israël, ipso in fronte	28. Qui dixit ad eos: Sequimini me: tradidit enim Dominus inimicos nostros Moabitas in manus nostras. Descenderuntque post eum, & occupaverunt vada Jordanis quæ transmittunt in Moab: & non dimiserunt transire quemquam:
	29. sed percusserunt Moabitas in tempore illo, circiter decem millia, omnes robustos & fortes viros: nullus eorum evadere potuit.
	30. Humiliatusque est Moab in die illo sub manu Israël: & quievit terra octoginta annis.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Aug. quæst. 25. *in Judic. t.* 3. 602. *c.* 31. Et post eum surrexit Samegar filius Aneath, & percussit alienigenas in sexcentos viros, præter vitulos boum: & salvavit Israël.	31. Post hunc fuit Samgar filius Anath, qui percussit de Philisthiim sexcentos viros vomere: & ipse quoque defendit Israël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 17. In Græco simpliciter, ὁ Ἐγλὼμ, absque hoc, *erat autem*; & pro *exilis*, ἀστεῖος, *urbanus, elegans.* Addit August. ibid. *Hoc* κατ' ἀντίφρασιν *dictum, id est, locutione contraria, sequentia indicant*: & q. 21. in Judic. 602. b. Quærens *quomodo fuerit exilis valde rex Eglom, & concluserint adipes vulnus, quando percussus est*, ait, *intelligendum* esse *ea locutione dictum, quæ solet à contrario intelligi..... Nam*, inquit, *in ea interpretatione, quæ non secundum LXX. sed ex Hebræo est, ita invenimus*: Erat autem Eglom crassus nimis.

℣. 19. Græcè ponitur *mihi*, post *verbum*, deletutque *est*. Addit August. hoc dixisse Aod judicem, *ut ille à se omnes qui cum* Eglom *fuerant, removeret.*

℣. 20. Similiter in Græco. Vid. sis Aug. ibid.

℣. 21. Ita Græcè, nisi quòd deest *Aioth*; legitur autem sup. Ἀώδ. Addit Aug. ibid. *Sic interpretari potuit* desuper, *quod Græcus habet* ἀπὸ ἄνωθεν, *nam locutio minùs latina est.* In Græco nunc ἐπάνωθεν.

℣. 22. Huic respondent quæ ait Aug. locut. 12. de Jud. to. 3. 374. c. *Quando percussus est* (Eglom) *dictum est, quòd concluserunt adipes vulnus, quia non eductus est gladius de ventre ejus*: & quæst. 17. in Jud. 602. b. *Meritò quæritur quomodo fuerit exilis valdè rex Eglom, & concluserint adipes vulnus, quando percussus est.* Græcè: Καὶ ἀπέκλεισε τὸ σέαρ κατὰ τῆς φλογὸς, ὅτι οὐκ ἐξέσπασε τὴν μάχαιραν ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ. Vide sup. Not. ad ℣. 17.

℣. 23. Græc. habet τὴν πρόσταδα, *porticum*, loco *foras*; in Mss. nonnullis Aug. ac editt. legitur *ad fores.* Item pro *observantes*, Græcè διαλελαγμένης, quasi *collocatos ad observandum*, à διατάσσω, *colloco, mando*; reliqua quadrant. Monet Aug. ibid. *Hoc recapitulando dictum* esse, *quod fuerat prætermissum. Nam prius hoc fecisse intelligendum est, & sic de superiùs descendisse, & transisse observantes.*

℣. 25. Quærit hîc Aug. quæst. 23. in Jud. to. 3. 602. d. *Quomodo pueri regis Eglom clavi aperuerint quod Aod clavi non clauserat.... aut si ille clavi clauserat, quomodo secum eam non auferret, ut isti nec clavi aperire possent.* In Græco sic: Καὶ ἔλαβον τὴν κλεῖδα, καὶ ἤνοιξαν, καὶ ἰδοὺ ὁ κύριος αὐτῶν πεπλωκὼς ἐπὶ τὴν γῆν τεθνηκώς.

℣. 30. Eò spectat quod ait August. quæst. 24. in Jud. to. 3. 602. e. *Sub judice Aod octoginta annos pacem habuisse Israël in terra promissionis.* Gr. Καὶ ἡσύχασεν ἡ γῆ ὀγδοήκοντα ἔτη· καὶ ἐκρινεν αὐτὸς Ἀὼδ ἕως ἀπέθανε.

℣. 31. Sic est in Græco Vatic. præter seqq. Δινὰχ, pro *Aneath*, (in Mss. Alex. & Oxon. nec non editt. Ald. & Compl. Ἀνάθ) exinde loco *præter vitulos boum*, sic, ἐν τῷ ἀρότρῳ τῶν βοῶν, *in vomere boum*, in Alex. ἀροτρόποδι ἐκτὸς μόχων, in edit. Compl. ἀροτρόποδι τῶν βοῶν, in Mss. Oxon. ἐκτὸς μόχων, al. ἐν τῷ ἀρότρῳ τῶν βοῶν ἐκτὸς μόχων. Demum post *salvavit*, Vatic. addit καὶ γε αὐτὸς, & *quidem ipse*, Alex. cum ed. Compl. delet καὶ γε, Oxon. cum Ald. simpliciter γέ. Quærit ibidem Aug. quid intelligendum per hoc, *præter vitulos boum? An fortè*, inquit, & *boum stragem pugnando fecit, & ita dictum est eum occidisse sexcentos viros, præter illud quod fecit de bobus occisis? Sed quare vitulos? an Græcæ locutionis consuetudo est, etiam vitulos eos appellare, qui grandes sunt?.... non autem habet interpretatio ex Hebræo*, præter vitulos boum, *sicut ista quæ secundùm Septuginta est: sicut habet illa ex Hebræo*, vomere occisos sexcentos viros, *quod ista non habet*: & locut. 30. de Jud. col. 375. f. *Dictum est*, inquit, *de Samegar* (Mss. *Sagemar*) *quòd occiderit sexcentos viros præter vitulos boum, hoc est, præter boves*: & sup. Locut. 13. col. 374. f. ad hæc: *Et percussit alienigenas in sexcentos viros*: *Non ait*, inquit, *alienigenarum sexcentos viros, aut certè alienigenas in sexcentis viris.*

Digitized by Google

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. ADdiderunteque filii Iſrael facere malum in conſpectu Domini poſt mortem Aod,

1. Reg. 12. 9. 2. & tradidit illos Dominus in manus Jabin regis Chanaan, qui regnavit in Aſor: habuitque ducem exercitus ſui nomine Siſaram, ipſe autem habitabat in Haroſeth gentium.

3. Clamaveruntque filii Iſrael ad Dominum: nongentos enim habebat falcatos currus, & per viginti annos vehementer oppreſſerat eos.

4. Erat autem Debbora prophetis uxor Lapidoth, quæ judicabat populum in illo tempore.

5. Et ſedebat ſub palma, quæ nomine illius vocabatur, inter Rama & Bethel in monte Ephraim: aſcendebantque ad eam filii Iſrael in omne judicium.

VULGATA NOVA.

6. Quæ miſit & vocavit Barac filium Abinoem de Cedes Nephthali: dixitque ad eum: Præcepit tibi Dominus Deus Iſrael, vade, & & duc exercitum in montem Thabor, tolleſque tecum decem millia pugnatorum de filiis Nephthali, & de filiis Zabulon:

7. ego autem adducam ad te in loco torrentis Ciſon, Siſaram principem exercitus Jabin, & currus ejus, atque omnem multitudinem, & tradam eos in manu tua.

8. Dixitque ad eam Barac: Si venis mecum, vadam: ſi nolueris venire mecum, non pergam.

VERSIO ANTIQUA.

6..... Nonne præcepit Dominus Deus Iſraël tibi? & perges in montem Thabor, & accipies tecum decem millia virorum..... *Aug. Locut. 14. t. 3. 374. f.*

8..... Si ibis, ibo: & ſi non ieris mecum, non ibo: quoniam neſcio diem in qua proſperat angelum Dominus mecum. *Aug. quæſt. 26. in Judic. t. 3. 603. a.*

VULGATA NOVA.

9. Quæ dixit ad eum: Ibo quidem tecum, ſed in hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Siſara. Surrexit itaque Debbora, & perrexit cum Barac in Cedes.

10. Qui, accitis Zabulon & Nephthali, aſcendit cum decem millibus pugnatorum, habens Debboram in comitatu ſuo.

11. Haber autem Cinæus receſſerat quondam à cæteris Cinæis fratribus ſuis filiis Hobab, cognati Moyſi: & tetenderat tabernacula uſque ad vallem, quæ vocatur Sennim, & erat juxta Cedes.

12. Nunciatumque eſt Siſaræ, quòd aſcendiſſet Barac filius Abinoem in montem Thabor:

VULGATA NOVA.

13. & congregavit nongentos falcatos currus, & omnem exercitum de Haroſeth gentium ad torrentem Ciſon.

14. Dixitque Debbora ad Barac: Surge, hæc eſt enim dies, in qua tradidit Dominus Siſaram in manus tuas: en ipſe ductor eſt tuus. Deſcendit itaque Barac de monte Thabor, & decem millia pugnatorum cum eo.

VERSIO ANTIQUA.

13..... omnes currus ſuos, nongentos currus ferreos..... *Aug. Locut. 16. t. 3. 375. a.*

Pſ. 82. 20. 15. Perterruitque Dominus Siſaram, & omnes currus ejus, univerſamque multitudinem, in ore gladii, ad conſpectum Barac: in tantum, ut Siſara de curru deſiliens, pedibus fugeret,

15. Et pavefecit Dominus Siſaram, & omnes currus ejus, & omnia caſtra ejus, in ore gladii, in conſpectu Barach: & deſcendit Siſara deſuper curru ſuo..... *Idem Locut. 17. & 18. 375. b.*

VULGATA NOVA.

16. & Barac perſequeretur fugientes currus, & exercitum, uſque ad Haroſeth gentium, & omnis hoſtium multitudo uſque ad internecionem caderet.

17. Siſara autem fugiens pervenit ad tentorium Jahel uxoris Haber Cinæi. Erat enim pax inter Jabin regem Azor, & domum Haber Cinæi.

VERSIO ANTIQUA.

18. Egreſſa igitur Jahel in occurſum Siſaræ, dixit ad eum: Intra ad me, domine mi: intra, ne timeas. Qui ingreſſus tabernaculum ejus, & opertus ab ea pallio,

18..... & cooperuit eum in pelle ſua, *Ibid. Locut. 19.*

19. dixit ad eam: Da mihi, obſecro, paululum

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Sic etiam in Græco. Apud Auguſt. quoque q. 34. in Jud. col. 604. d. legitur iterum: *Debbora ait ad Barac: Nonne mandavit Dominus Deus Iſraël tibi?* Item loco cit. Locut. ad hoc, *& perges*, &c. addit: *Non ait, ut pergas, quod videtur eſſe conſequens; ſed inuſitata locutione*, Nonne præcepit tibi? & perges, *ut ſubaudiamus verbum quod ſupra poſitum eſt*, & *ſit*, Nonne perges? *aut ſolita locutione plus habet*, &c; *nam iſtâ conjunctione detracta, ſenſus currit*: Nonne mandavit Dominus Deus Iſraël tibi? perges in, &c. ut ſup.

℣. 8. Antecedunt Græcè: Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὴν Βαράκ, pro quibus Auguſt. hab. *Reſpondens Barac Debboræ, ait*: deinde loco, *Si ibis*, ſic: Ἐὰν πορευθῇς μετ' ἐμοῦ, *Si iveris mecum*, nec iteratur *mecum* poſt 2. *ieris*, præterquam in Mſ. Alex. ac ed. Ald. Demum in Vat. & al. poſt *proſperat*, transfertur *Dominus*: ſolus Mſ. Oxon. addit αὐτῷ, ad *angelum*; cui ſuffragatur Ambr. l. de Vid. to. 2. 198. c. cùm legat: *Niſi tu veneris mecum, non ibo: quia non novi diem in qua dirigit Dominus angelum ſuum mecum.* Auguſt. locut. 15. de Judic. col. 374. g. conſtanter: *Quoniam neſcio diem in quo Dominus proſperat angelum mecum.* Gr. ὑκ οἶδα τὴν..... ἐν ᾗ εὐοδοῖ· addit Aug. *Utrùm proſperat actus angeli ejus qui mecum eſt, an proſpera mihi facit per angelum.*

℣. 13. Ad verbum è Græco. Addit Aug. ibid. *Ubilibet diſtinguatur, elegans repetitio: utrùm* omnes currus ſuos, *& deinde ſequatur*, nongentos currus ferreos; *an* omnes currus ſuos nongentos, *& deinde inferatur*, currus ferreos.

℣. 15. Ita de Græco, verbum è verbo. Similiter iterum Aug. quæſt. 27. in Judic. 603. b. *Et pavefecit*, &c, at paulò poſt addit: *ſive obſtupefecit Siſaram*; lib. verò Locut. *pavefecit, id eſt, interfecit.* Gr. ἐξέστησε.

℣. 18. Auguſt. ibid. *Non dixit* pelle, *aut* de pelle: *ſic*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 20. 375. b. 20..... & erit, ſi quis venerit ad te, & dixerit: Eſt hîc vir? Et dices: Non eſt.

VULGATA NOVA.

aquæ, quia ſitio valde. Quæ aperuit utrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illum.

20. Dixitque Siſara ad eam: Sta ante oſtium tabernaculi: & cùm venerit aliquis interrogans te, & dicens: Nunquid hîc eſt aliquis? Reſpondebis: Nullus eſt.

VULGATA NOVA.

21. Tulit itaque Jahel uxor Haber clavum tabernaculi, aſſumens pariter & malleum: & ingreſſa abſconditè & cum ſilentio, poſuit ſupra tempus capitis ejus clavum, percuſſumque malleo defixit in cerebrum uſque ad terram: qui ſoporem morti conſocians defecit, & mortuus eſt.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 28. in Judic. t. 3. 603. c. 22..... intravit ad eam.....

VULGATA NOVA.

22. Et ecce Barac ſequens Siſaram veniebat: egreſſaque Jahel in occurſum ejus, dixit ei: Veni, & oſtendam tibi virum quem quæris. Qui cùm intraſſet ad eam, vidit Siſaram jacentem mortuum, & clavum infixum in tempore ejus.

23. Humiliavit ergo Deus in die illo Jabin regem Chanaan coram filiis Iſraël:

Aug. Locut. 21. & 22. t. 3. 375. c. 24. & pergebat manus filiorum Iſraël pergens, & indurabatur in Jabin regem Chanaan.....

24. qui creſcebant quotidie, & forti manu opprimebant Jabin regem Chanaan, donec delerent eum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

enim habet Græcus, ἐν τῇ δεήρᾳ αὐτῆς. Nunc in Vat. καὶ περιέβαλεν αὐτὸν ἐπιβολαίῳ, & *circumvolvit eum indumento*: at in Alex. & Oxon. nec non in edd. Ald. & Compl. καὶ ζυνεκάλυψεν αὐτὸν ἐν τῇ δεήρᾳ αὐτῆς, ut in Lat. ſup.

℣. 20. In Græc. Vat. ἐὰν ἀνὴρ, *ſi vir*, pro *ſi quis*; at in Alex. & Oxon. nec non in editt. Ald. & Compl. ἐὰν τίς· item in Vat. & al. ϗ ἐρωτήσῃ σε, ϗ εἴπῃ, εἰ, & *interrogaverit te*, & *dixerit*, *ſi*; cætera ad verbum ut ſup.

℣. 22. Aug. ibid. *id eſt*, *in domum ejus intravit*. Gr. καὶ εἰσῆλθε πρὸς αὐτήν.

℣. 24. Ita Græcè, uno excepto, σκληρυνομένη, *indurata*, pro *indurabatur*. Notat Aug. ibid. *Novo modo poſitum* eſſe *hoc verbum* indurabatur, *pro eo quod eſt*, *fortis efficiebatur & prævalidus*: in Mſ. Oxon. κραταιυμένη ἐπὶ, &c.

CAPUT V.

VULGATA NOVA.

1. CEcineruntque Debbora & Barac filius Abinoem in illo die, dicentes:

2. Qui ſponte obtuliſtis de Iſraël animas veſtras ad periculum, benedicite Domino.

3. Audite reges, auribus percipite principes: Ego ſum, ego ſum quæ Domino canam, pſallam Domino Deo Iſraël.

4. Domine, cùm exires de Seir, & tranſires per regiones Edom, terra mota eſt, cœlique ac nubes diſtillaverunt aquis.

5. Montes fluxerunt à facie Domini, & Sinai à facie Domini Dei Iſraël.

6. In diebus Samgar filii Anath, in diebus Jahel, quieverunt ſemitæ: & qui ingrediebantur per eas, ambulaverunt per calles devios.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 29. in Judic. t. 3. 603. d. 7. Defecerunt habitantes in Iſraël, defecerunt: donec ſurrexit Debbora, donec ſurrexit mater in Iſraël.

VULGATA NOVA.

7. Ceſſaverunt fortes in Iſraël, & quieverunt: donec ſurgeret Debbora, ſurgeret mater in Iſraël.

8. Elegerunt, ut panem hordeaceum, deos novos: tunc expugnaverunt civitates principum.....

8. Nova bella elegit Dominus, & portas hoſtium ipſe ſubvertit: clypeus & haſta ſi apparuerint in quadraginta millibus Iſraël.

VULGATA NOVA.

9. Cor meum diligit principes Iſraël: qui propria voluntate obtuliſtis vos diſcrimini, benedicite Domino.

10. Qui aſcenditis ſuper nitentes aſinos, & ſedetis in judicio, & ambulatis in via, loquimini.

11. Ubi colliſi ſunt currus, & hoſtium ſuffocatus eſt exercitus, ibi narrentur juſtitiæ Domini & clementia in fortes Iſraël: tunc deſcendit populus Domini ad portas, & obtinuit principatum.

12. Surge, ſurge Debbora, ſurge, ſurge, & loquere canticum: ſurge Barac, & apprehende captivos tuos, fili Abinoem.

13. Salvatæ ſunt reliquiæ populi, Dominus in fortibus dimicavit.

14. Ex Ephraim delevit eos in Amalec, & poſt eum ex Benjamin in populos tuos, ô Amalec: de Machir principes deſcenderunt, & de Zabulon qui exercitum ducerent ad bellandum.

15. Duces Iſſachar fuere cum Debbora, & Barac veſtigia ſunt ſecuti, qui quaſi in præceps ac barathrum ſe diſcrimini dedit: diviſo contra ſe Ruben, magnanimorum reperta eſt contentio.

16. Quare habitas inter duos terminos, ut audias ſibilos gregum? diviſo contra ſe Ruben, magnanimorum reperta eſt contentio.

17. Galaad trans Jordanem quieſcebat, & Dan vacabat navibus: Aſer habitabat in littore maris, & in portubus morabatur.

18. Zabulon verò & Nephthali obtulerunt animas ſuas morti in regione Merome.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Ita de Græco, præter unum, *habitantes*, pro quo δυνατοὶ, *potentes*; at in editt. Ald. & Compl. κατοικοῦντες, ut ſup. in Mſ. Oxon. κραταιοῦντες· item in Vatic. & al. ἕως οὗ, *quoad uſque*, pro *donec*.

℣. 8. Græc. Vatic. habet: Ἐξελέξαντο θεὸς καινὰς, omiſſis his, *ut panem hordeaceum*; at in Mſs. Alex. & Oxon. exſtat, Ἡρέτισαν θεὸς κενὸς, ὡς ἄρτον κριθινον· in ed. Ald. Ἡρέτισαν ὡς ἄρτον κριθινον θεὸς κενὸς· reliqua ut in Lat. ſup.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

19. Venerunt reges & pugnaverunt, pugnaverunt reges Chanaan in Thanach juxta aquas Mageddo, & tamen nihil tulere prædantes.

20. De cœlo dimicatum eſt contra eos: ſtellæ manentes in ordine & curſu ſuo, adversùs Siſaram pugnaverunt.

21. Torrens Ciſon traxit cadavera eorum, torrens Cadumim, torrens Ciſon: conculca anima mea robuſtos.

22. Ungulæ equorum ceciderunt, fugientibus impetu, & per præceps ruentibus fortiſſimis hoſtium.

23. Maledicite terræ Meroz, dixit angelus Domini: maledicite habitatoribus ejus, quia non venerunt ad auxilium Domini, in adjutorium fortiſſimorum ejus.

24. Benedicta inter mulieres Jahel uxor Haber Cinæi, & benedicatur in tabernaculo ſuo.

25. Aquam petenti lac dedit, & in phiala principum obtulit butyrum.

VULGATA NOVA.

26. Siniſtram manum miſit ad clavum, & dexteram ad fabrorum malleos, percuſſitque Siſaram quærens in capite vulneri locum, & tempus validè perforans.

VERSIO ANTIQUA.

26..... perforavit caput ejus, & percuſſit..... *Aug. Locut. 23. t. 3. 375. c.*

VULGATA NOVA.

27. Inter pedes ejus ruit: defecit, & mortuus eſt: volvebatur ante pedes ejus, & jacebat exanimis & miſerabilis.

28. Per feneſtram reſpiciens, ululabat mater ejus: & de cœnaculo loquebatur: Cur moratur regredi currus ejus? quare tardaverunt pedes quadrigarum illius?

29. Una ſapientior cæteris uxoribus ejus, hæc ſocrui verba reſpondit:

30. Forſitan nunc dividit ſpolia, & pulcherrima feminarum eligitur ei: veſtes diverſorum colorum Siſaræ traduntur in prædam, & ſupellex varia ad ornanda colla congeritur.

VULGATA NOVA.

31. Sic pereant omnes inimici tui Domine: qui autem diligunt te, ſicut ſol in ortu ſuo ſplendet, ita rutilent.

32. Quievitque terra per quadraginta annos.

VERSIO ANTIQUA.

31. Sic pereant omnes inimici tui Domine: & diligentes eum, ſicut ortus ſolis in potentia ejus. *Aug. Locut. 24. 375. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 26. In Græco, Δυήλωσε κεφαλὴν αὐτῆ, ἢ, &c. ut ſup.

℣. 31. Sic in Græco Vatic. præter unum, ἔξοδος, *exitus*, loco *ortus*; at in Alex. & Oxon. nec non in editt. Ald. & Compl. ἀναλολή; item pro *potentia*, conſtanter, δυνάμει, *virtute*.

CAPUT VI.

VULGATA NOVA.

1. FEcerunt autem filii Iſraël malum in conſpectu Domini: qui tradidit illos in manu Madian ſeptem annis,

2. & oppreſſi ſunt valde ab eis. Feceruntque ſibi antra & ſpeluncas in montibus, & munitiſſima ad repugnandum loca.

3. Cùmque ſeviſſet Iſraël, aſcendebat Madian, & Amalec, cæterique orientalium nationum:

4. & apud eos figentes tentoria, ſicut erant in herbis cuncta vaſtabant uſque ad introitum Gazæ: nihilque omnino ad vitam pertinens relinquebant in Iſraël, non oves, non boves, non aſinos.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET fecerunt filii Iſraël malignum ante Dominum Deum: & tradidit in manus Madiæ annis ſeptem, *Lucif. Cal. l. de reg. apoſt. 214. c. d.*

2. & prævaluit manus Madiæ valde ſuper Iſraël. Et fecerunt ſibi Iſraël ante faciem Madiæ cryptas in montibus & ſpeluncas, & monumenta.

3. Et factum eſt, quando ſeminabat Iſraël, aſcendebant Madiam & Amalech, & filii orientis, & aſcendebant ſuper eum:

4. & committebant cum eis, & corrumpebant fines terræ, uſque dum venirent Gazam: & non relinquebant ad vitam Iſraël, ovem, nec vitulum, nec aſinum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Vatic. hab. ἐνώπιον Κυρίου, *in conſpectu Domini*, abſque *Dei*, loco *ante Dominum Deum*; Alex. verò cum editt. Ald. & Compl. ἔναντι: deinde in Vatic. pro *tradidit*, &c. ſic: ἔδωκεν αὐτὺς Κύριος ἐν χειρὶ Μαδιὰμ ἑπτὰ ἔτη· in Alex. verò & Oxon. παρέδωκε, ſicut in edd. Ald. & Compl. item in Alex. ἔτη ἑπτά.

℣. 2. Quædam diſſimilia in Græco, nempe ἴσχυσε, *potuit*, vel *invaluit*, pro *prævaluit*; ſed Mſs. Alex. & Oxon. cum editt. Ald. & Compl. hab. κατίσχυσε: dein poſt Μαδιὰμ, omittitur *valde*, præponiturque οἱ υἱοὶ, voci *Iſraël*; exinde pro *ante faciem Madiæ*, ſic, ἀπὸ προσώπου Μαδιάμ, *à facie Madiam*, & loco *cryptas*, τὰς τρυμαλιάς, *foramina*, *antra*; in Mſ. Oxon. ac editt. Ald. & Compl. μάνδρας, in Alex. ἄνδρας, *caulas*; demum loco *monumenta*, κρεμαςά, *penſilia*.

℣. 3. Græc. Vat. ἐὰν ἐσπειρεν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, ἢ, &c. *ſi ſeminaverunt filii Iſraël*, &, &c. pro *quando ſeminabat Iſraël*; in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. ὅτε, (Alex. ὅταν) ἔσπειρεν ἀνὴρ Ἰσραὴλ, paulòque poſt Ox. cum iiſdem edd. ἀνέβαινε: demum in fine, cod. Vatic. hab. Συνανέβαινον αὐτοῖς, *ſimul aſcendebant cum eis*, pro & *aſcendebant ſuper eum*; Alex. verò & Oxon. cum editt. Ald. & Compl. ἢ ἀνέβαινον, ſolus Alex. add. ἐπ' αὐτόν, cui ſuffragatur Aug. Locut. 25. & 26. to. 3. 375. d. legendo: *Et factum eſt, quando ſeminavit vir Iſraël, aſcendebat Madian & Amalech, & filii orientis, & aſcendebat ſuper eum.* Ad hoc autem *vir Iſraël*, notat Auguſt. *non unum hominem* ſignificari, *ſed, ipſam gentem.*

℣. 4. Græcè, παρενέβαλον εἰς αὐτύς, *caſtrametabantur in eos*, pro *committebant cum eis*; ſubinde loco *fines terræ*, τὺς καρπὺς αὐτῶν, *fructus eorum*; in Mſs. Alex. & Oxon. ac edd. Ald. & Compl. τὰ ἐφόρια (Alex. & Ald. ἐκφόρια) τῆς γῆς, *proventus terræ*, præpoſito εἰς, nomini *Gazam*, ut & in Vatic. exinde loco *ad vitam Iſraël*, ſic, ὑπόςασιν ζωῆς ἐν τῇ γῇ Ἰσραὴλ, *ſubſtantiam vitæ in terra Iſraël*. Mſs. Alex. & Oxon. delent τῇ γῇ, cum edd. Ald. & Compl. Demum ita in Vatic. οὐδὲ ἐν τοῖς προμνίοις ταῦρον, ἢ ὄνον, *neque in gregibus taurum*, & *aſinum*, loco *ovem*, *nec vitulum*, *nec aſinum*. In Mſs. Alex. & Oxon. ut in editt. præd. ἢ προμνίον, ἢ μόσχον, ἢ ὄνον, ſed Ox. pro 1. ἢ, hab. ἠτὲ, & pro ὄνον, ſic, ὑποζύγιον.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Lucif. Cal. ubi sup. 5. Quoniam ipsi & jumenta eorum ascendebant, & tabernacula sua afferebant, & camelos suos ducebant, & adveniebant sicut locustæ in multitudine, quoniam non erat numerus; & adveniebant super terram, corrumpere eam.	5. Ipsi enim & universi greges eorum veniebant cum tabernaculis suis, & instar locustarum universa complebant, innumera multitudo hominum, & camelorum, quidquid tetigerant devastantes.
6. Et pauper factus est Israël à facie Madiæ.	6. Humiliatusque est Israël valde in conspectu Madian.
7. Et clamaverunt filii Israël ad Dominum propter Madian.	7. Et clamavit ad Dominum postulans auxilium contra Madianitas.
8. Misit Dominus virum prophetam ad filios Israël, & dixit illis: Hæc dicit Dominus Deus Israël: Ego sum qui adduxi vos ex Ægypto, & eduxi vos de domo servitutis,	8. Qui misit ad eos virum prophetam, & locutus est: Hæc dicit Dominus Deus Israël: Ego vos feci conscendere de Ægypto, & eduxi vos de domo servitutis,
9. & abstuli vos de manu regis Ægypti, & de manu omnium persequentium vos: & ejeci illos à facie vestra, & dedi vobis terram eorum.	9. & liberavi de manu Ægyptiorum, & omnium inimicorum, qui affligebant vos: ejecique eos ad introitum vestrum, & tradidi vobis terram eorum.
10. Et dixi vobis: Ego sum Dominus Deus vester, non timebis deos Amorrhæorum, in quibus vos inhabitatis in terra ipsorum. Et non exaudistis vocem meam.	10. Et dixi: Ego Dominus Deus vester, ne timeatis deos Amorrhæorum, in quorum terra habitatis. Et noluistis audire vocem meam.
Aug. quæst. 31. in Judic. t. 3. 604. a. 11. Et venit angelus Domini, & sedit sub quercu, quæ erat in Ephra.....	11. Venit autem angelus Domini, & sedit sub quercu, quæ erat in Ephra, & pertinebat ad Joas patrem familiæ Ezri. Cùmque Gedeon filius ejus excuteret atque purgaret frumenta in torculari, ut fugeret Madian,
Idem quæst. 32. 604. c. 12..... Dominus tecum, potens in fortitudine.	12. apparuit ei angelus Domini, & ait: Dominus tecum, virorum fortissime.
Aug. Locut. 28. & 29. 375. e. Lucif. Cal. de reg. apost. 214. c. 13. Et dixit ad eum Gedeon: In me, domine mi, & si est Dominus nobiscum, & ut quid invenerunt nos omnia mala ista? & ubi sunt mirabilia ejus, quæ retulerunt nobis patres nostri, dicentes: Nunc ex Ægypto adduxit nos Deus? Et nunc sprevit nos, & tradidit nos in manu Madiæ Dominus.	13. Dixitque ei Gedeon: Obsecro, mi domine, si Dominus nobiscum est, cur apprehenderunt nos hæc omnia? ubi sunt mirabilia ejus, quæ narraverunt patres nostri, atque dixerunt: De Ægypto eduxit nos Dominus? Nunc autem dereliquit nos Dominus, & tradidit in manu Madian.
Ibid. 214. a. 14..... Vade in fortitudine tua, & salvum fa-	14. Respexitque ad eum Dominus, & ait:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Non omnino simile Græcum est; nempe loco *jumenta*, in cod. Vatic. & al. est κτήσεις, *possessiones*; sed in Alex. τὰ κτήνη, in edit. Ald. ἢ τὰ κτήνη· subinde pro *tabernacula sua afferebant*, in Vat. sic, αἱ σκηναὶ αὐτῶν παρεγίνοντο, *tabernacula eorum adveniebant*; at in Alex. sicut in editt. Ald. & Compl. τὰς σκηνὰς αὐτῶν παρέφερον, ἢ παρεγίνοντο, vel ut in Alex. παρεγείνοντο, demptis his, & *camelos suos ducebant*, & *adveniebant*: Mſ. tamen Oxon. verbo παρέφερον, addit, ἢ τὰς καμήλες αὐτῶν ἦγον, ἢ παρεγένοντο· tum sequuntur in Vatic. καθὼς ἀκρὶς, (in Alex. & Oxon. ὡς ἀκρὶς, in edit. Ald. ὡς ἀκρίδες) εἰς πλῆθος, ἢ αὐτοῖς ἢ ταῖς καμήλοις αὐτῶν οὐκ ἦν ἀριθμός· ἢ ἤρχοντο εἰς τὴν γῆν Ἰσραὴλ, (Alex. cum editt. Ald. & Compl. παρεγίνοντο, seu παρεγείνοντο ἐν τῇ γῇ, Oxon. ἢ παρεγένοντο οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ) ἢ διέφθειρον αὐτήν, in editt. Ald. & Compl. τῶ διαφθεῖραι, in Mſ. Alex. διαφθίρειν αὐτήν.

℣. 6. Græc. Καὶ ἐπτώχευσεν Ἰσραὴλ σφόδρα, &c. ut sup.

℣. 7. Ad verbum è Græco, præter ult. *propter Madian*, cujus loco est in cod. Vat. ἀπὸ προσώπου Μαδιάμ, *à facie Madiam*; at in Oxon. διὰ Μαδιάμ; in Alex. verò sic: Καὶ ἐγένετο, ἐπὶ ἐκέκραξαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ πρὸς Κύριον περὶ Μαδιάμ· similiter in editt. Ald. & Compl. exceptis his, ὅτε, vel ut in Compl. ἐκεῖ, pro ἐπὶ, & διὰ, pro περὶ: quæ ita reddit Augustinus quæst. 31. in Jud. to. 3. 604. a. *Et factum est, quando clamaverunt filii Israël ad Dominum propter Madian.*

℣. 8. Aptè ad Græcum, nisi quòd ibi initio est ἢ, & pro *ex Ægypto*, ἐκ γῆς Αἰγύπτου, addito ὑμῶν, ad vocem *servitutis*; in Mſs. tamen Alex. & Oxon. ac in edd. Ald. & Compl. deest γῆς, ut & ὑμῶν in Oxon. Ald. & Compl. Augustinus quæst. 31. in Jud. to. 3. 604. a. legit similiter: *Et misit Dominus virum prophetam ad filios Israël, & dixit eis.* Mſ. Oxon. delet ἢ, ante *misit*, cum Lucif.

℣. 9. Vix melius è Græco, præter unum aut alterum, nempe *abstuli*, pro quo ἐῤῥυσάμην, *eripui*, in Mſ. Oxon. & Ald. edit. ἐξειλόμην, *exemi*, in Compl. ἐξειλάμην; exinde constanter legitur, θλιβόντων, *tribulantium*, loco *persequentium*, absque præced. voce *regis*. Augustinus Locut. 27. to. 3. 375. e. sic habet: *Liberavi vos de manu Ægypti*; additque: *Per manum, potestatem significat; per Ægyptum, Ægyptios*: & sanè in Mſ. Oxon. legitur Αἰγυπτίων, non Αἰγύπτου.

℣. 10. Similia Græc. hab. præter seqq. nempe, *sum*, quod abest post *ego*; in editt. tamen Ald. & Compl. legitur, Ἐγώ εἰμι Κύριος, &c. deinde pro *timebis*, constanter φοβηθήσεσθε, *timebitis*, & loco *Amorrhæorum*, τῶν Ἀμορραίων; at in Mſ. Oxon. τῶν Ἀμορραίων, sicut in Vatic. καθησθε, *sedetis*, pro *inhabitatis*; in Alex. verò ἐνοικεῖτε, in Ox. ac edd. Ald. & Compl. καθοικεῖτε.

℣. 11. Græc. Vatic. pro *sub quercu quæ erat in Ephra*, habet, ὑπὸ τὴν τερέμινθον, τὴν ἐν Ἐφραθά; Oxon. verò cum editt. Ald. & Compl. τὴν δρῦν, τὴν ὄσαν ἐν Ἐφρά, cum Augustin. Alex. & Ox. Ἐφραθά. Eò spectant Ambrosii ista, l. 1. de Spir. S. to. 2. 599. b. *Hierobaal, cùm sub arbore, ut legimus, quercu, tritici messem virgâ caderet, accepit oraculum, ut à potestate alienigenarum in libertatem Dei populum vindicaret.* Vide inf. Not. 21.

℣. 12. Ita Gr. Ox. cum editt. Ald. & Compl. in quibus, δυνατὸς τῇ ἰσχύϊ; at in Vatic. ἰσχυρὸς τῶν δυνάμεων, *fortis virtutum.* Lucif. Calar. l. de reg. apost. 214. c. *Dominus tecum, potens virtute.* Addit Aug. ibid. *Nominativus casus est, non vocativus: hoc est, Dominus potens tecum est, non, tu potens.* Auct. l. de promiss. ap. Prosp. p. 141. b. *Dominus tecum, potens in virtute.*

℣. 13. Priora verba de Augustin. rectè conveniunt cum Græco, si excipias istud, & *ut quid*, pro quo habetur εἰς τί, absque seq. *omnia*; sed in Mſ. Oxon. ac editt. Ald. & Compl. est ἢ ἱνατί..... πάντα τὰ, &c. Apud Lucifer. Calar. ubi sup. sic: *Et si est Dominus nobiscum, & quid apprehenderunt nos omnia mala hæc?* Apud Auct. l. de promiss. p. 141. b. *Si Dominus nobiscum est, quare nos invenerunt mala hæc?* Reliqua subjuncta ex Lucifero, non differunt à Græco, nisi leviter: scilicet ante *mirabilia*, habetur πάντα, deinde pro *retulerunt*, sic, διηγήσαντο, *narraverunt*, uti pro *nunc*, μὴ οὐχί, *nonne*; item Κύριος, pro *Deus*, & ἐξέῤῥιψεν, *ejecit*, pro *sprevit*, (in Mſ. Ox. ac editt. Ald. & Compl. ἀπώσατο, *repulit*) demum ἔδωκε, pro *tradidit*, absque ult. *Dominus*; in edit. Ald. παρέδωκε, in Compl. ac Oxon. Κύριος ἢ παρέδωκε.

℣. 14. Græc. addit ταύτη, *istâ*, ad *tuâ*, delet verò Mſ. Alex. similiter deest *nonne* in Græco, & pro *mitto*, sic, ἐξαπέστειλα, in Mſ. verò Oxon. ἐξαποστέλω, ut sup. Augustin. quæst. 33. in Judic. col. 604. c. legit: *Nonne*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
1. *Reg.* 12. 11. Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Iſraël de manu Madian : ſcito quòd miſerim te.	cies Iſraël de manu Madiæ : nonne ecce mitto te ?	*Lucif. Cal. ubi ſup.*
15. Qui reſpondens ait : Obſecro, mi domine, in quo liberabo Iſraël ? ecce familia mea infima eſt in Manaſſe, & ego minimus in domo patris mei.	15..... In me, domine, in quo ſalvabo Iſraël ? ecce mille mei humiliores in Manaſſe.....	*Aug. quæſt. 34. in Judic. t. 3. 604. d.*
16. Dixitque ei Dominus : Ego ero tecum : & percuties Madian quaſi unum virum.	16. Et dixit angelus Domini ad Gedeon : Quoniam Dominus erit tecum : & percuties Madian tanquam virum unum.	*Hypogneſt. l. 3. app. t. 10. Aug. 23. e.*
17. Et ille : Si inveni, inquit, gratiam coram te, da mihi ſignum quòd tu ſis qui loqueris ad me.	17. Et dixit ad eum Gedeon : Si inveni gratiam ante oculos tuos, & facies ſecundùm ea quæ loqueris mihi.	
18. Nec recedas hinc, donec revertar ad te, portans ſacrificium, & offerens tibi. Qui reſpondit : Ego præſtolabor adventum tuum.	18..... offeram ſacrificium meum, & ponam in conſpectu tuo.....	*Aug. quæſt. 35. in Judic. t. 3. 604. d.*
19. Ingreſſus eſt itaque Gedeon & coxit hœdum, & de farinæ modio azymos panes : carneſque ponens in caniſtro, & jus carnium mittens in ollam, tulit omnia ſub quercu, & obtulit ei.	19..... *Vide Not.*	
20. Cui dixit angelus Domini : Tolle carnes & azymos panes, & pone ſupra petram illam, & jus deſuper funde. Cùmque feciſſet ita,	20..... Accipe carnes & azymos, & pone ad petram illam, & jus effunde. Et cùm hoc feciſſet Gedeon,	*Ibid. 604. e. f.*
21. extendit angelus Domini ſummitatem virgæ, quam tenebat in manu, & tetigit carnes & panes azymos : aſcenditque ignis de petra, & carnes, azymoſque panes conſumpſit : angelus autem Domini evanuit ex oculis ejus.	21. extendit angelus Domini ſummum virgæ, quæ erat in manu ejus, & tetigit carnes & azymos : & accenſus eſt ignis de petra, & comedit carnes & azymos.....	
22. Videnſque Gedeon quòd eſſet angelus Domini, ait : Heu mi Domine Deus : quia vidi angelum Domini facie ad faciem.	22. Et vidit Gedeon quoniam angelus Domini eſt.....	
23. Dixitque ei Dominus : Pax tecum : ne timeas, non morieris.		
24. Ædificavit ergo ibi Gedeon altare Domino, vocavitque illud, Domini pax, uſque in præſentem diem. Cùmque adhuc eſſet in Ephra, quæ eſt familiæ Ezri,	24..... Cùm adhuc eſſet Gedeon in Copher patris filii Heſdri,	*Vigil. Tapſ. contra Varim. 737. b.*
25. nocte illa dixit Dominus ad eum : Tolle taurum patris tui, & alterum taurum annorum ſeptem, deſtrueſque aram Baal, quæ eſt patris tui : & nemus, quod circa aram eſt, ſuccide :	25. locutus eſt nocte illa Dominus, dicens : Vade, & everte aram Baal, quam ædificavit pater tuus : & lucum, qui eſt ſuper illam, excide :	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ecce miſi te? Auct. l. de promiſſ. apud Proſp. p. 141. b. *Vade, in manu enim tua liberabitur Iſrael de manu Madian.*

℣. 15. Græc. Vat: addit μῦ, voci *Domine*, delent verò Alex. & Oxon. cum edit. Ald. exinde loco *mille mei humiliores*, ſic in Vatic. & al. ἡ χιλιάς μου ἠσθένησεν, ad verbum, *chilias mea infirmata eſt.* Ambroſ. l. 1. de Spir. S. to. 2. 599. e. ait : *Quo motus oraculo Gedeon, cùm audiſſet quòd, deficientibus licet populorum millibus, in uno viro Dominus plebem ſuam ab hoſtibus liberaret, obtulit hœdum*, &c.

℣. 16. Græc. poſt *dixit*, reponit πρὸς αὐτόν, deletque *ad Gedeon*, cum ſeq. *quoniam;* reliqua concordant. Lucif. Calar. l. de reg. apoſt. 214. a. ſic hab. *Ego ero tecum*, & *percuties Madiam quomodo unum hominem.* In edd. Ald. & Compl. exſtat, Κύριος, ὅτι ἔσομαι ἔσαι, &c. abſque hoc, ὁ ἄγγελος Κυρίυ; in Mſ. Oxon. ὅτι Κύριος.

℣. 17. Loco hujus vocis *gratiam*, Græc. Vat. habet ἔλεος, *miſericordiam;* Mſs. verò Alex. & Oxon. cum edd. Ald. & Compl. χάριν : item in Oxon. ἐνώπιόν Cυ, loco *ante oculos tuos*, in al. ἐν ὀφθαλμοῖς Cυ; reliqua ſic hab. in Vat. Καὶ ποιήσεις μοι Cήμερον πᾶν ὅ τι ἐλάλησας μετ' ἐμοῦ, *Et facies mihi hodie omne quidquid locutus es mecum*, quæ abſunt ab edit. Ald. in Mſ. Alex. & Compl. ſic : Καὶ ποιήσεις (Compl. ποιήσῃς) μοι Cημεῖον, ὅτι Cὺ λαλεῖς μετ' ἐμοῦ, *Et facies mihi ſignum, quia tu loqueris mecum.*

℣. 18. Græcè, ἐξοίσω τὴν ὑσίαν, καὶ θύσω ἐνώπιόν Cυ *offeram ſacrificium*, & *ſacrificabo in conſpectu tuo :* ſed in Mſs. Alex. & Oxon. ac edit. Ald. οἴσω θυσίαν μυ, καὶ θύσω, &c. ſimiliter in Compl. excepto ὑσω, pro θύσω.

℣. 19. Huc redeunt quæ narrat Ambroſ. l. 1. de Spir. S. to. 2. 599. e. 600. a. *Gedeon, cùm audiſſet quòd, deficientibus licet populorum millibus, in uno viro Dominus plebem ſuam ab hoſtibus liberaret, obtulit hœdum caprarum, cujus carnem ſecundùm præceptum angeli*, & *azyma ſupra petram poſuit*, & *ea jure perfudit : qua ſimul ut virga cacumine, quam gerebat angelus Dei contigit, de petra ignis erupit, atque ita ſacrificium quod offerebatur, abſumptum eſt.*

℣. 20. Antecedunt iſta in Græco : Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ ἄγγελος τῦ Θεῦ, pro quibus Auguſt. *Et ipſe angelus..... ait illi :* reliqua concordant, niſi quòd Græc. Vatic. habet τὰ ἄζυμα, Alex. verò & Oxon. τὺς ἄρτυς τὺς ἀζύμυς, cum edit. Ald. in Compl. τὺς ἀζύμυς, ut ſup. exinde poſt *jus*, addit cod. Vat. ἐχόμενα ἔχεε, *juxta effunde*, Oxon. cum editt. Ald. & Compl. ἔχεον, Alex. ἐχαιον : demum loco & *cùm hoc feciſſet Gedeon*, in Vatic. & al. ſimpliciter, καὶ ἐποίησεν ὕτως, in ed. Compl. Γεδεὼν ὕτως. Vid. Ambroſ. ſup. Not. 19.

℣. 21. Cuncta conveniunt cum Græco, uno excepto; *accenſus eſt*, pro quo in Mſ. Vatic. ἀνέβη, *aſcendit*; ſed in Alex. ac editt. Ald. & Compl. ἀνήφθη. Ambroſ. l. de myſt. to. 2. c. 5. 332. a. *Scriptura teſtatur*, inquit, *quòd ad Hierobaal preces, ignis deſcenderit de cœlo.* Vide ſupra Not. 11. imo & Not. b. noviſſimæ edit. Ambroſ. cum admonit. prævia. Gedeon infra ℣. 32. appellatur *Jerobaal.*

℣. 22. In Græco Vat. additur ἕτος, ad vocem *Domini*, abeſt verò à Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl.

℣. 24. Non *Copher* Græcè, ſed Ἐφεαθά, deeſtque vox *filii.*

℣. 25. Hæc à Vigilio ſummatim tantùm relata videntur ; nam in Græco ſic : Καὶ ἐγένετο ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ, καὶ εἶπεν αὐτῷ Κύριος· Λάβε τὸν μόχον τὸν ταῦρον ὃς ἐϛὶ τῷ πατρί Cυ, καὶ μόχον δεύτερον ἑπταετῆ, καὶ καθελεῖς τὸ θυϛιαϛήριον τῦ Βάαλ, ὃ ἐϛὶ τῷ πατρί Cυ, καὶ τὸ ἄλσος, τὸ ἐπ' αὐτό, ὀλεθρεύσεις. *Et factum eſt in nocte illa*, & *dixit ei Dominus : Sume vitulum taurum qui eſt patri tuo*, & *vitulum ſecundum ſeptem annorum*, & *deſtrues altare Baal, quod eſt patri tuo*, & *lucum, qui ſuper illud, exterminabis.* Vide Aug. Locut. 30. to. 3. 375. f. ad hoc, & *vitulum annorum ſeptem.* His alludit Ambroſ. l. 1. de Spir. S. to.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Vigil. Tapſ. ubi ſup. 26. & ædificabis altare Deo tuo, qui viſus eſt tibi in vertice montis Macoth in ordinatione.....

VULGATA NOVA.

26. & ædificabis altare Domino Deo tuo in ſummitate petræ hujus, ſuper quam ante ſacrificium poſuiſti: tolleſque taurum ſecundum, & offeres holocauſtum ſuper ſtruem lignorum, quæ de nemore ſuccideris.

VULGATA NOVA.

27. Aſſumptis ergo Gedeon decem viris de ſervis ſuis, fecit ſicut præceperat ei Dominus. Timens autem domum patris ſui, & homines illius civitatis, per diem noluit id facere, ſed omnia nocte complevit.

28. Cùmque ſurrexiſſent viri oppidi ejus manè, viderunt deſtructam aram Baal, lucumque ſucciſum, & taurum alterum impoſitum ſuper altare, quod tunc ædificatum erat.

29. Dixeruntque ad invicem: Quis hoc fecit? Cùmque perquirerent auctorem facti, dictum eſt: Gedeon filius Joas fecit hæc omnia.

30. Et dixerunt ad Joas: Produc filium tuum huc, ut moriatur: quia deſtruxit aram Baal, & ſuccidit nemus.

VERSIO ANTIQUA.

Auct. l. de promiſſ. apud Proſp. p. 141. b. 31..... Nunquid vos judicatis Baal, aut ſalvum facitis eum? qui in eum injurias ingeſſit, morietur in manè: ſi Deus eſt, ipſe ſe vindicabit.....

VULGATA NOVA.

31. Quibus ille reſpondit: Nunquid ultores eſtis Baal, ut pugnetis pro eo? qui adverſarius eſt ejus, moriatur antequam lux craſtina veniat: ſi Deus eſt, vindicet ſe de eo, qui ſuffodit aram ejus.

32. Ex illo die vocatus eſt Gedeon, Jerobaal, eò quòd dixiſſet Joas: Ulciſcatur ſe de eo Baal, qui ſuffodit aram ejus.

Vigil. Tapſ. contra Varim. 744. c. 33..... & venerunt, & caſtra poſuerunt in valle Jezrael.

33. Igitur omnis Madian, & Amalec, & orientales populi congregati ſunt ſimul: & tranſeuntes Jordanem, caſtrametati ſunt in valle Jezrael.

Aug. Locut. 31. 375. g. & q. 49. in Jud. 613. f. 34. Et Spiritus Domini confortavit Gedeon, & cecinit in cornea.....

34. Spiritus autem Domini induit Gedeon, qui clangens buccinâ convocavit domum Abiezer, ut ſequeretur ſe.

35. Miſitque nuncios in univerſum Manaſſen, qui & ipſe ſecutus eſt eum: & alios nuncios in Aſer, & Zabulon, & Nephthali, qui occurrerunt ei.

Aug. l. de unit. Eccl. t. 9. 344. b. c. 36. Et dixit Gedeon ad Dominum: Quoniam tu ſalvum facies Iſraël in manu mea, quemadmodum locutus es,

36. Dixitque Gedeon ad Deum: Si ſalvum facis per manum meam Iſraël, ſicut locutus es,

37. ecce ego pono vellus lanæ in area: & ſi factus fuerit ros in vellere, in omnem verò terram ſiccitas, ſciam quoniam ſalvum facis in manu mea Iſraël, ſicut locutus es.

37. ponam hoc vellus lanæ in area: ſi ros in ſolo vellere fuerit, & in omni terra ſiccitas, ſciam quòd per manum meam, ſicut locutus es, liberabis Iſraël.

38. Et factum eſt ſic. Et diluculo vigilavit Gedeon in craſtinum, & expreſſit vellus, & decucurrit ros de vellere, plena pelvis aquæ.

38. Factumque eſt ita. Et de nocte conſurgens, expreſſo vellere, concham rore implevit.

39. Et dixit Gedeon ad Dominum: Non iraſcatur furor tuus in me Domine, & loquar adhuc

39. Dixitque rurſus ad Deum: Ne iraſcatur furor tuus contra me ſi adhuc ſemel tentavero,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

2. 600. c. dicens: *Occidit* (Gedeon) *vitulum à patre ſuo idolis deputatum, & ipſe ſeptennem alium vitulum immolavit Deo.* Similiter Philaſtr. Brix. de hæreſ. 723. b. *Et Gedeon*, inquit, *nocte incendens idola, & frangens, à Deo tantum virtutis meruit impetrare, ut cum paucis infinitos vinceret inimicos.*

℣. 26. Græc. præponit τῷ Κυρίῳ, huic, *Deo tuo*; deinde cod. Vatic. loco *qui viſus eſt tibi*, &c. hab. ſimpliciter, ἐπὶ κορυφὴν Μαωζὶ τύτυ ἐν τῇ παρατάξι, *ſuper verticem Maoſi hujus in ordine*: Mſs. verò Alex. & Oxon. cum editt. Ald. & Compl. ſic: ὀρθέντι ζοι ἐπὶ τῆς κορυφῆς τῦ Μαωζ τῦ ὄρυς (Compl. ὄρυς Μαὼζ, Mſ. Alex. ὄρυς Μαὼχ) τύτυ, ſed Ox. non habet Μαωζ τῦ, uti nec τύτυ, quod etiam in ed. Ald. deeſt.

℣. 31. Græc. Μὴ ὑμεῖς νῦν δικάζεσθε ὑπὲρ τῦ Βάαλ; ἢ ὑμεῖς ζώσεις αὐτόν; ὃς ἐὰν δικάσηται αὐτῷ, θανατωθήτω ἕως πρωΐ· εἰ Θεός ἐστι, δικαζέσθω αὐτῷ, &c. i. e. *Nunquid vos nunc judicium facitis pro Baal? aut vos ſalvatis eum? quicunque judicium fecerit ei, morti detur uſque manè: ſi Deus eſt, judicium faciat ſibi*, &c.

℣. 33. Ita Græcè, præter unum *venerunt*, quod deeſt; in edit. tamen Ald. ſic, καὶ παρῆλθον, καὶ παρεπέβαλον, in Compl. & Mſ. Alex. καὶ διέβησαν, καὶ παρεπέβαλον.

℣. 34. Ad verbum è Græco, excepto uno *confortavit*, pro quo in Mſs. Vatic. & Oxon. ἐνέδυσε, *induit*; in Alex. verò ac editt. Ald. & Compl. Θεῷ ἐνεδυνάμωσε. Vigil. Tapſ. cont. Varimad. p. 744. c. *Spiritus Domini induit Gedeon.* Ad vocem autem *cornea*, monet Aug. ubi ſup. ſubaudiri *tuba*; *Græcus enim*, inquit, *non habet* tuba, *ſed tantùm* cornea, ἐν κερατίνῃ.

℣. 36. Ita Græcè, niſi quòd loco *ad Dominum: Quoniam tu*, &c. legitur, πρὸς τὸν Θεόν· Εἰ ζῷ ζώζεις ἐν χειρί μυ τὸν Ἰσραὴλ, καθὼς, &c. quæ ita reddit Ambroſ. l. 1. de Spir. S. to. 2. 601. b. *Si ſalvas in manu mea Iſraël, quemadmodum locutus es, Domine.* In Mſs. Alex. & Ox. ac edd. Ald. & Compl. deeſt ζῷ: in Alex. & Compl. eſt ὃν τρόπον, pro καθώς.

℣. 37. Similiter in Græco ſaltem Vatic. præter hæc levia: Ἐὰν δρόσος γένηται ἐπὶ τὸν πόκον μόνον, *Si ros factus fuerit ſuper vellus ſolum*; deinde ſic, καὶ ἐπὶ; in ſolo Ox. ἐπὶ δέ, ſicut initio καὶ ἐὰν, quæ conjunct. καὶ, initio ſimiliter exſtat in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. demum pro *ſalvum facis*, ζώσεις, *ſalvabis*, in uno tamen Alex. ζώζεις. Ambroſ. l. 1. de Spir. S. to. 2. 601. b. ſic legit: *Ecce ego pono lanæ vellus in area: & ſi ros factus fuerit ſuper vellus, & ſuper omnem terram ſiccitas, cognoſcam quia in manu mea, ſecundùm promiſſa tua, populum liberabis.* Auctor l. de promiſſ. apud Proſp. p. 141. c. *Volo, Domine, ut vellus quod eſt in area, impleatur aquâ, & area ſicca ſit.*

℣. 38. In Græco Vatic. ſimpliciter, ὤρθρισε τῇ ἐπαύριον, pro *diluculo vigilavit Gedeon in craſtinum*: Mſs. Alex. & Ox. addunt Γεδεών, cum editt. Ald. & Compl. item pro *decucurrit..... de*, in Vatic. ἔσαξε..... ἀπὸ, in Alex. & Oxon. ἀπερρύη..... ἐκ τῦ, in edit. Ald. ſimiliter ἀπερρύη, in Compl. ἀπέσαξε; reliqua ad verbum. Apud Ambroſ. l. 1. de Spir. S. to. 2. 601. b. hoc tantùm habetur, *Et ita factum eſt.*

℣. 39. Similiter habet Auguſt. quæſt. 49. in Jud. to. 3. 614. c. 615. a. uſque ad *fiat*, uno tamen excepto, aut

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

signum quærens in vellere. Oro ut solum vellus siccum sit, & omnis terra rore madens.

40. Fecitque Deus nocte illa ut postulaverat: & fuit siccitas in solo vellere, & ros in omni terra.

VERSIO ANTIQUA.

semel, & tentabo adhuc semel in vellere. Fiat siccitas in vellere tantùm, in omnem autem terram fiat ros. *Aug. ubi sup.*

40. Et fecit Deus sic in nocte illa: & facta est siccitas in vellere tantùm, super omnem autem terram ros.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

altero, nempe *indignatio tua*, loco *furor tuus*, absque seq. *Domine*. Græc. loco *ad Dominum*, hab. πρὸς τὸν Θεόν, deinde sic, μὴ δή; Mss. Alex. & Oxon. cum editt. Ald. & Compl. delent δή, ut & *Domine*, cum Ms. Vatic. à quo similiter abest δ', ante *tentabo*; sed ejus loco sic, πειράσω δὴ καί γε ἔτι; in Mss. verò Alex. & Oxon. ac editt. prædict. δ' πειράσω ἔτι: demum in omnibus ante *fiat*, reponitur δ', & pro *in vellere tantùm*, sic, ἐπὶ τὸν πόκον μόνον, *super vellus solum*, dein, δ' ἐπὶ πᾶσαν; præterquam in Ms. Oxon. ac editt. Ald. & Compl. ubi, ἐπὶ δὲ πᾶσαν. Ambros. l. 1. de Spir. S. to. 2. 601. b. eadem memorat dicens: *Adjecit postea, ut rursum ros profluueret super totam terram, & siccitas esset in vellere.* Auct. l. de promiss. apud Prosp. p. 141. d. *Volo, Domine, ut vellus siccum sit, & area omnis compluatur.*

℣. 40. Græcè constanter, ἐπὶ τὸν πόκον μόνον, *super vellus solum*, pro *in vellere tantùm*; in uno Ox. deest μόνον: deinde in Vat. δ' ἐπὶ πᾶσαν..... ἐγενήθη δρόσος; sed in Mss. Alex. & Oxon. ut in editt. Ald. & Compl. ἐπὶ δὲ πᾶσαν; abest ἐγενήθη ab Oxon. in Alex. verò & Compl. est ἐγένετο.

CAPUT VII.

VULGATA NOVA.

1. IGitur Jerobaal qui & Gedeon, de nocte consurgens, & omnis populus cum eo, venit ad fontem qui vocatur Harad: erant autem castra Madian in valle ad septentrionalem plagam collis excelsi.

2. Dixitque Dominus ad Gedeon: Multus tecum est populus, nec tradetur Madian in manus ejus: ne glorietur contra me Israël, & dicat: Meis viribus liberatus sum.

3. Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica: Qui formidolosus & timidus est, revertatur. Recesseruntque de monte Galaad, & reversi sunt de populo viginti duo millia virorum, & tantùm decem millia remanserunt.

4. Dixitque Dominus ad Gedeon: Adhuc populus multus est, duc eos ad aquas, & ibi probabo illos: & de quo dixero tibi ut tecum vadat, ipse pergat: quem ire prohibuero, revertatur.

5. Cùmque descendisset populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeon: Qui linguâ lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum: qui autem curvatis genibus biberint, in altera parte erunt.

2..... 5. *Vide Not.*

Deut. 20. 8. 1. Mach. 3. 56.

VULGATA NOVA.

6. Fuit itaque numerus eorum qui manu ad os projiciente lambuerant aquas, trecenti viri: omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat.

VERSIO ANTIQUA.

6. Et factus est numerus eorum qui lambuerunt manu sua, linguâ suâ, trecenti viri..... *Aug. quæst. 37. in Judic. t. 3. 605. e. f.*

VULGATA NOVA.

7. Et ait Dominus ad Gedeon: In trecentis viris qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian: omnis autem reliqua multitudo revertatur in locum suum.

8. Sumptis itaque pro numero cibariis & tubis, omnem reliquam multitudinem abire præcepit ad tabernacula sua: & ipse cum trecentis viris se certamini dedit. Castra autem Madian erant subter in valle.

9. Eadem nocte dixit Dominus ad eum: Surge, & descende in castra: quia tradidi eos in manu tua:

10. sin autem solus ire formidas, descendat tecum Phara puer tuus.

VULGATA NOVA.

11. Et cùm audieris quid loquantur, tunc confortabuntur manus tuæ, & securior ad hostium castra descendes. Descendit ergo ipse & Phara puer ejus in partem castrorum, ubi erant armatorum vigiliæ.

12. Madian autem & Amalec, & omnes orientales populi, fusi jacebant in valle, ut locustarum multitudo: cameli quoque innumerabiles erant, sicut arena quæ jacet in littore maris.

VERSIO ANTIQUA.

11..... Gedeon descendit ipse & Phara puer ejus in partem quinquaginta, qui erant in castris. *Aug. quæst. 38. in Judic. t. 3. 606. d.*

12.....: camelis eorum non erat numerus, & erant sicut arena quæ est ad labium maris..... *Aug. Locut. 32. t. 3. 375. g. 376. a.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 2..... 5. His respondent quæ Auct. l. de promiss. hab. p. 2. c. 18. col. 142. a. b. *Dixit Dominus ad Gedeon: Deduc populum ad aquam, adhuc enim multi sunt tecum, eritque, qui lambens linguâ, ut canis biberit, statues eos seorsum, cæteros dimittes è castris: repertique sunt trecenti viri. Hos, inquit Dominus, adduces tecum, ne dicat Israël, quoniam manus meæ salvum me fecerunt.*

℣. 6. In Græco simpliciter, τῶν λαψάντων, loco *eorum qui lambuerunt*; mox ita in Vatic. ἐν χειρὶ αὐτῶν πρὸς τὸ στόμα αὐτῶν, *in manu sua ad os suum*: edit. verò Ald. hab. ἐν τῇ χειρὶ αὐτῶν ἐν τῇ γλώσσῃ αὐτῶν, cum Aug. similiter in Compl. & Mss. Alex. & Oxon. ἐν τῇ γλώσσῃ αὐτῶν, sed absque ἐν τῇ χειρὶ αὐτῶν, quam varietatem notat Aug. ibid. dicens: *Plerique Latini codices non habent* manu sua, *sed tantummodo* linguâ suâ, *quoniam sic intellexerunt quod supra dictum est*, sicut canes: *Græcus autem habet utrumque*, manu sua, linguâ suâ, *ut intelligatur quòd manu aquam raptam in os projiciebant..... Interpretatio ex Hebræo planiùs id habet his verbis:* Fuit itaque numerus eorum qui manu in os projiciente, aquam lambuerant, trecenti viri.

℣. 11. Abest à Græco nomen *Gedeon*; loco verò *in partem*, sic in Vatic. πρὸς ἀρχὴν τῶν, *ad principium ipsorum*; at in Alex. ac editt. Ald. & Compl. εἰς μέρος τῶν. Observat Aug. ibid. Latinos quosdam codices habere, *In eam partem, in qua erant quinquageni custodes in castris*; alios verò, *In partem quinquagesimam in castra*; tum addit: *Obscurum quippe dictum plures sententias Interpretum fecit.* Et infra ad ℣. 16. Loc. 33. 376. a. ait, *pro partibus principia* esse posita, ubi in Gr. ἀρχάς; similiter ad c. 9. ℣℣. 34. & 43.

℣. 12. Ita in Græco, excepto uno ἀλλὰ, pro δ', ante

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

13. Cùmque venisset Gedeon, narrabat aliquis somnium proximo suo: & in hunc modum referebat quod viderat: Vidi somnium, & videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volvi, & in castra Madian descendere: cùmque perveniisset ad tabernaculum, percussit illud, atque subvertit, & terræ funditus coæquavit.

13.... *Vide Not.*

14. Respondit is, cui loquebatur: Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis filii Joas viri Israëlitæ: tradidit enim Dominus in manus ejus Madian, & omnia castra ejus.

15. Cùmque audisset Gedeon somnium, & interpretationem ejus, adoravit: & reversus est ad castra Israël, & ait: Surgite, tradidit enim Dominus in manus nostras castra Madian.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 33. 376. *a.*

16. Et divisit trecentos viros per tria principia.....

17..... 19. *Vide Not. ad* ℣. 16.

VULGATA NOVA.

16. Divisitque trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenasque vacuas ac lampades in medio lagenarum.

17. Et dixit ad eos: Quod me facere videritis, hoc facite: ingrediar partem castrorum, & quod fecero sectamini.

VULGATA NOVA.

18. Quando personuerit tuba in manu mea, vos quoque per castrorum circuitum clangite & conclamate, Domino & Gedeoni.

19. Ingressusque est Gedeon, & trecenti viri qui erant cum eo, in partem castrorum, incipientibus vigiliis noctis mediæ, & custodibus suscitatis, cœperunt buccinis clangere, & complodere inter se lagenas.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 40. *in Judic.* 606. *e.*

20..... Gladius Domino & Gedeon:

VULGATA NOVA.

20. Cùmque per gyrum castrorum in tribus personarent locis, & hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus lampades, & dextris sonantes tubas, clamaveruntque: Gladius Domini & Gedeonis:

21. stantes singuli in loco suo per circuitum castrorum hostilium. Omnia itaque castra turbata sunt, & vociferantes, ululantesque fugerunt:

22. & nihilominus insistebant trecenti viri buccinis personantes. Immisitque Dominus gladium in omnibus castris, & mutua se cæde truncabant, *Ps.* 82. 10.

23. fugientes usque ad Bethsetta, & crepidinem Abelmehula in Tebbath. Conclamantes autem viri Israël de Nephthali, & Aser, & omni Manasse, persequebantur Madian.

24. Misitque Gedeon nuncios in omnem montem Ephraim, dicens: Descendite in occursum Madian, & occupate aquas usque Bethbera atque Jordanem. Clamavitque omnis Ephraim, & præoccupavit aquas atque Jordanem usque Bethbera.

25. Apprehensosque duos viros Madian, Oreb & Zeb, interfecit Oreb in petra Oreb, Zeb verò in torculari Zeb. Et persecuti sunt Madian, capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Jordanis. *Ps.* 82. 12. *Isa.* 10. 26.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

erant; subinde sic, ἡ ἐπὶ χείλες, vel ut in Mss. Alex. & Oxon. ac edit. Compl. τὸ χεῖλος, absque seq. *est*; & in fine additur εἰς πλῆθος, quod tamen deest in edit. Ald. Hoc ultimum legisse videtur August. cùm addat: *In multitudine, constat ὑπερβολικῶς dictum. Hæc autem translatio, ubi* labium maris, *posuit pro* littore, *assidua est in Scripturis, sed rara est in Latinis codicibus; quia plerique* litus *interpretati sunt, magis quid significarent labium volentes ponere, quàm ipsum labium. Nam litus si vellent LXX. Interpretes dicere, non deesset linguæ Græcæ quod dicerent.*

℣. 13. Huic respondent quæ habet August. quæst. 39. in Jud. to. 3. 606. d. *Quod ille*, inquit, *qui proximo suo somnium narravit, quod audivit Gedeon, ut de victoria futura confirmaretur, dixit se vidisse mensam panis hordeacei volventem in castris, & percutientem tabernaculum Madian, & subvertentem, hoc intelligendum arbitror quod de canibus; quia per contemptibilia mundi..... Salvator superbos fuerat confusurus.* In Græco sic: Καὶ ἦλθε Γεδεὼν, καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ἐξηγούμενος τῷ πλησίον αὐτοῦ ἐνύπνιον, καὶ εἶπεν· Ἰδοὺ ἐνυπνιασάμην ἐνύπνιον, καὶ ἰδοὺ μαγὶς ἄρτου κεφθίτου στρεφομένη ἐν τῇ παρεμβολῇ Μαδιὰμ, καὶ ἦλθεν ἕως τῆς σκηνῆς, καὶ ἐπάταξεν αὐτὴν, καὶ ἔπεσε, &c. *Et venit Gedeon, & ecce vir narrans proximo suo somnium, & dixit: Ecce somniavi somnium, & ecce mensa* (vel *torta*) *panis hordeacei, volvens se in castris Madiam; & venit usque ad tabernaculum, & percussit illud, & cecidit*, &c.

℣. 16. Gr. hab. εἰς, *in*, loco *per*. Monet Aug. ibid. *pro partibus, principia* esse posita: & sanè sup. ℣. 11. idem Aug. legit *partem*, ubi cod. Vatic. habet ἀρχήν, *principium*, mel. in Alex. ac editt. Ald. & Compl. μέρος. Eadem & seqq. memorat Ambros. l. 1. de Spir. S. c. 14. to. 2. 630. b. dicens: *Gedeon superaturus Madian, trecentos viros jussit hydrias sumere, & in hydriis faces accensas habere, & in dextris tenere tubas.* Similiter August. q. 49. in Jud. to. 3. 615. b. *Trecenti viri ad signum crucis ipso numero pertinentes, hydrias fictiles acceperunt, eisque ardentes faculas incluserunt, quibus hydriis fractis, repente lumina numerosè micantia tantam hostium multitudinem terruerunt.* Auct. l. de promiss. p. 2. c. 18. apud Prosp. pag. 142. c. *Præliantur autem milites Domini hoc modo: Succincti lumbis, hydriasque portantes in manibus, faces quoque succensas, igniti mente & corpore, in hoc victoria signo: Gladius Domini & Gedeon. Explorans igitur Gedeon per noctem castra partis adversæ, sentiensque quibus somniis Dominus eorum terruerit adversarios, dilucido suos ad milites redit, eosque ut certa victoria potitos alloquitur, jubetque Dei milites hydrias è suis manibus in terram projicere, ac protinus in adversarios omni cum fiducia prosilire.*

℣. 20. Addit August. *Quod exclamari jussit Gedeon à trecentis suis:* Gladius Domino & Gedeon, *id est, huic Gedeon, hoc significat, quòd gladius id erat operaturus, quod Domino placeret & Gedeon.* In Græco: Ῥομφαία τῷ Κυρίῳ καὶ τῷ Γεδεών. Vid. Not. ad ℣. 16. sup.

CAPUT VIII.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 34. & 35. 376. *a.*

1. ET dixerunt ad Gedeon viri Ephræm: Quid verbum hoc fecisti nobis, ut non vocares nos, cùm exires pugnare in Madian?.....

VULGATA NOVA.

1. DIxeruntque ad eum viri Ephraim: Quid est hoc quod facere voluisti, ut nos non vocares, cùm ad pugnam pergeres contra Madian? jurgantes fortiter, & prope vim inferentes.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. In Græco, ἀνήρ, *vir*, non *viri*; deinde Ἐφραΐμ, pro *Ephræm*; & inf. loco *cùm exires*, sic, ὅτε ἐπορεύθης, *quando iviſti*; item Μαδιάμ, pro *Madian*.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

2. Quibus ille respondit: Quid enim tale facere potui, quale vos feciſtis? nonne melior eſt racemus Ephraim, vindemiis Abiezer?

3. In manus veſtras Dominus tradidit principes Madian, Oreb & Zeb: quid tale facere potui, quale vos feciſtis? Quod cùm locutus eſſet, requievit ſpiritus eorum, quo tumebant contra eum.

4. Cùmque veniſſet Gedeon ad Jordanem, tranſivit eum cum trecentis viris qui ſecum erant: & præ laſſitudine, fugientes perſequi non poterant.

5. Dixitque ad viros Soccoth: Date, obſecro, panes populo qui mecum eſt, quia valde defecerunt: ut poſſimus perſequi Zebee & Salmana reges Madian.

6. Reſponderunt principes Soccoth: Forſitan palmæ manuum Zebee & Salmana in manu tua ſunt, & idcirco poſtulas ut demus exercitui tuo panes.

7. Quibus ille ait: Cùm ergo tradiderit Dominus Zebee & Salmana in manus meas, conteram carnes veſtras cum ſpinis tribuliſque deſerti.

8. Et inde conſcendens, venit in Phanuel: locutuſque eſt ad viros loci illius ſimilia. Cui & illi reſponderunt, ſicut reſponderant viri Soccoth.

9. Dixit itaque & eis: Cùm reverſus fuero victor in pace, deſtruam turrim hanc.

10. Zebee autem & Salmana requieſcebant cum omni exercitu ſuo. Quindecim enim millia viri remanſerant ex omnibus turmis orientalium populorum, cæſis centum viginti millibus bellatorum educentium gladium.

Oſe. 10. 14. 11. Aſcendensque Gedeon per viam eorum qui in tabernaculis morabantur, ad orientalem partem Nobe, & Jegbaa, percuſſit caſtra hoſtium, qui ſecuri erant, & nihil adverſi ſuſpicabantur.

12. Fugeruntque Zebee & Salmana, quos perſequens Gedeon comprehendit, turbato omni exercitu eorum.

13. Revertenſque de bello ante ſolis ortum,

14. apprehendit puerum de viris Soccoth: interrogavitque eum nomina principum & ſeniorum Soccoth, & deſcripſit ſeptuaginta ſeptem viros.

15. Venitque ad Soccoth, & dixit eis: En Zebee & Salmana, ſuper quibus exprobraſtis mihi, dicentes: Forſitan manus Zebee & Salmana in manibus tuis ſunt, & idcirco poſtulas ut demus viris, qui laſſi ſunt & defecerunt, panes.

16. Tulit ergo ſeniores civitatis & ſpinas deſerti ac tribulos, & contrivit cum eis, atque comminuit viros Soccoth.

17. Turrim quoque Phanuel ſubvertit, occiſis habitatoribus civitatis.

18. Dixitque ad Zebee & Salmana: Quales fuerunt viri, quos occidiſtis in Thabor? Qui reſponderunt: Similes tui, & unus ex eis quaſi filius regis.

19. Quibus ille reſpondit: Fratres mei fuerunt, filii matris meæ: Vivit Dominus, quia ſi ſervaſſetis eos, non vos occiderem.

20. Dixitque Jether primogenito ſuo: Surge, & interfice eos. Qui non eduxit gladium: timebat enim, quia adhuc puer erat.

21. Dixeruntque Zebee & Salmana: Tu ſurge, & irrue in nos: quia juxta ætatem robur eſt hominis. Surrexit Gedeon, & interfecit Zebee & Salmana: & tulit ornamenta ac bullas, quibus colla regalium camelorum decorari ſolent. *Pſ. 82. 12.*

22. Dixeruntque omnes viri Iſraël ad Gedeon: Dominare noſtri tu, & filius tuus, & filius filii tui: quia liberaſti nos de manu Madian.

VULGATA NOVA.

23. Quibus ille ait: Non dominabor veſtri, nec dominabitur in vos filius meus, ſed dominabitur vobis Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

23..... Non principabor ego veſtri, neque filius meus, ſed Deus princeps eſt in vobis. *Vigil. Tapſ. contra Varim. 746. c.*

24. Dixitque ad eos: Unam petitionem poſtulo à vobis: Date mihi inaures ex præda veſtra. Inaures enim aureas Iſmaelitæ habere conſueverant.

24..... Date mihi unuſquiſque inaurem de præda ſua..... *Lucif. Cal. de reg. apoſt. 214. b.*

25. Qui reſponderunt: Libentiſſimè dabimus. Expandenteſque ſuper terram pallium, projecerunt in eo inaures de præda:

26. & fuit pondus poſtulatarum inaurium, mille ſeptingenti auri ſicli, abſque ornamentis, & monilibus, & veſte purpurea, quibus reges Madian uti ſoliti erant, & præter torques aureas camelorum.

26. & factum eſt pondus inaurium aurearum, quas petierat, ſicli mille ſeptingenti auri, præter brachialia, & torques, & operimenta purpurea, & quæ erant ſuper reges Madian, præter torques, quæ erant in cervicibus camelorum ipſorum. *Aug. quæſt. 41. in Judic. t. 3. 606. f.*

27. Fecitque ex eo Gedeon Ephod, & poſuit illud in civitate ſua Ephra. Fornicatuſque eſt omnis Iſraël in eo, & factum eſt Gedeoni & omni domui ejus in ruinam.

27. Et fecit illud Gedeon in Ephud, & ſtatuit illud in civitate ſua in Ephra. Et fornicatus eſt omnis Iſraël poſt illud ibi, & factum eſt Gedeon & domui ejus in ſcandalum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 23. Græc. Vatic. delet *veſtri*; ſed Alex. & Oxon. addunt cum editt. Ald. & Compl. ſolus Ox. omiſſo ἐγὼ, ſubdit οὐδὲ ὁ υἱός, al. οὐκ ἄρξει ὁ υἱός μου ἐν ὑμῖν, Alex. cum edit. Ald. habet ὑμῶν, pro ἐν ὑμῖν; ſed omnes Κύριος ἄρξει ὑμῶν, *Dominus principabitur veſtri*, loco *ſed Deus princeps eſt in vobis*. Iiſdem alludit Auguſt. quæſt. 49. in Jud. to. 3. 618. g. dicens: *Gedeon noluit* (eſſe *eis in principem*) *cùm id Iſraëlitæ voluiſſent; reſpondit quippe illis: Princeps veſter Dominus erit.*

℣. 24. Gr. καὶ δότε μοι ἀνὴρ ἐνώτιον ἐκ σκύλων αὐτοῦ, & *date mihi vir inaurem de ſpoliis ſuis*. Similiter Auguſt. quæſt. 41. in Jud. to. 3. 607. e. *de ſpoliis*.

℣. 26. In Græco nonnullæ diſſimilitudines, ſed levis momenti, nempe ᾔτησε, ſeu ᾔτησαλο, *petiit*, pro *petierat*; deinde χίλιοι καὶ ἑπτακόσιοι χρυσοῖ, *mille & ſeptingenti aurei*, pro *ſicli mille ſept. auri*; in Mſ. tamen Alex. ac edd. Ald. & Compl. σίκλοι χίλιοι ἑπτακόσιοι, in Alex. χρυσοῦ, in Ald. χρυσίου, in Compl. χρυσοῖ, in Oxon. σίκλοι χρυσίου: ſubinde loco *brachialia*, & *torques*, in Vatic. ſic, τῶν μηνίσκων, καὶ τῶν σφαγιαλίδων, *lunulas*, & *monilia*, ſicut τῶν ἱματίων καὶ πορφυρίδων τῶν ἐπὶ, *veſtimenta & purpurea quæ ſuper*, loco *operimenta purpurea quæ erant*; in Alex. Ald. & Compl. πλὴν τῶν σιρώνων (Alex. ζιώνων) τῶν (Alex. Ald. καὶ τῶν) ὁρμίσκων (Alex. ὁρμίσκων ἐνρῶθ, Ald. ὁρμίσκων ἐν φωῦ) καὶ τῶν σεληνολαίων τῶν πορφυρῶν τῶν ἐπὶ (Ald. καὶ τῶν ἐπὶ) Oxon. πλὴν τῶν μηνίσκων, καὶ τῶν ὁρμίσκων, καὶ τῦ ἱματίυ τῦ πορφυρῦ τῦ ὄντος ἐπὶ. Demum loco *præter torques*, in Vatic. ſic: καὶ ἐκτὸς τῶν σεριθεμάτων ἃ ἦν; at in Alex. Ald. & Compl. καὶ (in Ald. deeſt καὶ) πλὴν τῶν κλοιῶν (Alex. τῶν χρυσῶν τῶν) in Oxon. καὶ ἐκτὸς τῶν κλοιῶν τῶν χρυσῶν: quæ Lucif. Cal. l. de reg. 214. b. apoſt. ita reddit: *Qui cùm accepiſſet pondus inaureum aureorum ad mille ſeptingentos ſiclos, præter brachialia, & torques, & operimenta, & purpuram, quæ ſuper reges Madian erant, & præter torques aureas, quæ in collo camelorum adverſariorum.*

℣. 27. Ita in Græco, præter duo, Ἐφὼδ, pro *Ephud*, & Ἐφραθὰ, pro *Ephra*; at in Mſs. Alex. & Oxon. Ἐφὼδ,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 42. in Judic. 608. a.

28..... quievit terra quadraginta annos, in diebus Gedeon.

VULGATA NOVA.

28. Humiliatus eſt autem Madian coram filiis Iſraël, nec potuerunt ultra cervices elevare: ſed quievit terra per quadraginta annos, quibus Gedeon præfuit.

29. Abiit itaque Jerobaal filius Joas, & habitavit in domo ſua:

Hieron. epiſt. ad Princip. t. 2. 686. a.

30..... Gedeoni erant filii ſeptuaginta, qui egreſſi ſunt de femoribus ejus.....

30. habuitque ſeptuaginta filios, qui egreſſi ſunt de femore ejus: eò quòd plures haberet uxores.

VULGATA NOVA.

31. Concubina autem illius, quam habebat in Sichem, genuit ei filium nomine Abimelech.

32. Mortuuſque eſt Gedeon filius Joas in ſenectute bona, & ſepultus eſt in ſepulcro Joas patris ſui in Ephra de familia Ezri.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 43. in Judic. 608. d.

33. Et factum eſt cùm eſſet mortuus Gedeon, & averſi ſunt filii Iſraël, & fornicati ſunt poſt Baalim. Et poſuerunt ipſi ſibi Baalberith teſtamentum, ut eſſet eis ipſe in deum.

VULGATA NOVA.

33. Poſtquam autem mortuus eſt Gedeon, averſi ſunt filii Iſraël, & fornicati ſunt cum Baalim. Percuſſeruntque cum Baal fœdus, ut eſſet eis in deum:

VULGATA NOVA.

34. nec recordati ſunt Domini Dei ſui, qui eruit eos de manibus inimicorum ſuorum omnium per circuitum:

35. nec fecerunt miſericordiam cum domo Jerobaal Gedeon, juxta omnia bona quæ fecerat Iſraëli.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ut in edit. Compl. Ἐφρά. Obſervat Auguſt. ibid. col. 607. f. *Quod apud Septuaginta ſcriptum eſt* Ephud, *hoc in Hebræo dici* Ephod. Vide plura ſis apud ipſum de illo *Ephud*, vel *Ephod*. Item infra col. 613. f. dicit: *Quod de illo auro prædæ operatus eſt Ephud, & fornicatus eſt poſt illud omnis Iſraël, & factum eſt domui Gedeon in ſcandalum..... laudare non poſſumus.* Lucif. Cal. de reg. apoſt. 214. b. hæc habet: *Gedeon, qui & Jerobabel, fecit Ephod, & ſtatuit illud in civitate ſua Ephrath. Et fornicati ſunt filii Iſraël ibi, & factum eſt Gedeoni & domui ejus in ſcandalum;* Græc. Vatic. εἰς σκῶλον, Alex. σκάνδαλον, cum edd. Ald. & Compl.

℣. 28. Sic eſt in Græco. Vid. Aug. ibid.

℣. 30. Ita in Græco, uno excepto, ἐκπορευόμενοι; *exeuntes;* at in Mſ. Oxon. ἐξελιλυθότες, *qui egreſſi ſunt*, &c. ut ſup.

℣. 33. Græcè, ὡς ἀπέθανε..... καὶ ἐπέστρεψαν, *poſtquam mortuus eſt..... & reverterunt*, loco *cùm eſſet mortuus..... & averſi ſunt;* in Mſs. tamen Alex. & Oxon. ſicut in edd. Ald. & Compl. καὶ ἀπεστράφησαν: exinde omiſſa voce *ipſi*, legitur ſimpliciter, τῷ Βάαλ, pro *Baalberith;* in ſolo Mſ. Alex. τὸν Βααλβερίθ, ſed infra c. 9. ℣. 4. in Vatic. & al. Βααλβερίθ, ut ſup.

CAPUT IX.

VULGATA NOVA.

1. ABiit autem Abimelech filius Jerobaal in Sichem ad fratres matris ſuæ, & locutus eſt ad eos, & ad omnem cognationem domus patris matris ſuæ, dicens:

2. Loquimini ad omnes viros Sichem: Quid vobis eſt melius, ut dominentur veſtri ſeptuaginta viri omnes filii Jerobaal, an ut dominetur unus vir? ſimulque conſiderate, quòd os veſtrum & caro veſtra ſum.

3. Locutique ſunt fratres matris ejus de eo ad omnes viros Sichem univerſos ſermones iſtos, & inclinaverunt cor eorum poſt Abimelech, dicentes: Frater noſter eſt.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 37. & 38. t. 3. 376. b.

4. Et dederunt ſeptuaginta argenti..... Et conduxit in ipſis Abimelech viros inanes & perturbatos.....

5. Et intravit in domum patris ſui in Ephratha, & interfecit fratres ſuos filios Jerobaal ſeptuaginta viros, ſuper lapidem unum: & remanſit Joatham filius Jerobaal junior, quoniam abſcondit ſe.

VULGATA NOVA.

4. Dederuntque illi ſeptuaginta pondo argenti de fano Baalberit. Qui conduxit ſibi ex eo viros inopes & vagos, ſecutique ſunt eum.

5. Et venit in domum patris ſui in Ephra, & occîdit fratres ſuos filios Jerobaal ſeptuaginta viros, ſuper lapidem unum: remanſitque Joatham filius Jerobaal minimus, & abſconditus eſt.

VULGATA NOVA.

6. Congregati ſunt autem omnes viri Sichem, & univerſæ familiæ urbis Mello: abieruntque & conſtituerunt regem Abimelech, juxta quercum quæ ſtabat in Sichem.

7. Quod cùm nunciatum eſſet Joatham, ivit, & ſtetit in vertice montis Garizim: elevataque voce clamavit, & dixit: Audite me viri Sichem, ita audiat vos Deus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Græc. addit αὐτῷ, *ei*, verbo *dederunt*, & pro *in ipſis*, hab. ἑαυτῷ, *ſibi*: Mſs. verò Alex. & Oxon. ἐν αὐτοῖς, cum editt. Ald. & Compl. ſimiliter in Gr. Vat. δειλούς, *timidos*, loco *perturbatos;* in Alex. autem ac edd. præd. θαμβεμένους, *obſtupefactos*, in Oxon. ἐπαισαμένους: ad vocem autem *argenti*, obſervat Aug. ſubaudiri *pondo, vel tale quid: Interpretatio ex Hebræo*, ſeptuaginta pondo *habet:* mox addit: *In ipſis dixit, pro ex ipſis, id eſt, ex argenti pondo* LXX. *conducit viros.* Demum ſic: *Inanes, poſuit pro levibus, quibus ſunt contrarii graves.*

℣. 5. Ita Græcè, verbum è verbo, niſi excipias hæc, κατελείφθη, *relictus eſt*, pro *remanſit*, & ἐκρύβη, *abſconditus eſt*, pro *abſcondit ſe.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

8. Ierunt ligna, ut ungerent ſuper ſe regem: dixeruntque olivæ: Impera nobis.

VERSIO ANTIQUA.

8. Ambulantia ambulaverunt ligna, ungere ſuper ſe regem..... *Junil. Afric. de partib. div. Leg. c. 3. p. 340. b.*

VULGATA NOVA.

9. Quæ reſpondit: Nunquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & dii utuntur & homines, & venire ut inter ligna promovear?

10. Dixeruntque ligna ad arborem ficum: Veni, & ſuper nos regnum accipe.

11. Quæ reſpondit eis: Nunquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fructuſque ſuaviſſimos, & ire ut inter cætera ligna promovear?

12. Locutaque ſunt ligna ad vitem: Veni, & impera nobis.

13. Quæ reſpondit eis: Nunquid poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat Deum & homines, & inter ligna cætera promoveri?

14. Dixeruntque omnia ligna ad rhamnum: Veni, & impera ſuper nos.

14..... *Vid. Not.*

VULGATA NOVA.

15. Quæ reſpondit eis: Si verè me regem vobis conſtituitis, venite, & ſub umbra mea requieſcite: ſi autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno, & devoret cedros Libani.

VERSIO ANTIQUA.

15..... Si in veritate unguitis me vos, regnare ſuper vos, venite, confidite in protectione mea: & ſi non, exeat ignis de rhamno, & comedat cedros Libani. *Aug. quæſt. 44. in Judic. 608. f.*

VULGATA NOVA.

16. Nunc igitur, ſi rectè & abſque peccato conſtituiſtis ſuper vos regem Abimelech, & bene egiſtis cum Jerobaal, & cum domo ejus, & reddidiſtis vicem beneficiis ejus, qui pugnavit pro vobis,

17. & animam ſuam dedit periculis, ut erueret vos de manu Madian,

18. qui nunc ſurrexiſtis contra domum patris mei, & interfeciſtis filios ejus ſeptuaginta viros ſuper unum lapidem, & conſtituiſtis regem Abimelech filium ancillæ ejus ſuper habitatores Sichem, eò quòd frater veſter ſit:

19. ſi ergo rectè & abſque vitio egiſtis cum Jerobaal, & domo ejus, hodie lætamini in Abimelech, & ille lætetur in vobis.

20. Sin autem perversè: egrediatur ignis ex eo, & conſumat habitatores Sichem, & oppidum Mello: egrediaturque ignis de viris Sichem, & de oppido Mello, & devoret Abimelech.

21. Quæ cùm dixiſſet, fugit, & abiit in Bera: habitavitque ibi ob metum Abimelech fratris ſui.

22. Regnavit itaque Abimelech ſuper Iſraël tribus annis.

VULGATA NOVA.

23. Miſitque Dominus ſpiritum peſſimum inter Abimelech & habitatores Sichem: qui cœperunt eum deteſtari,

VERSIO ANTIQUA.

23. Et emiſit Deus ſpiritum malignum inter Abimelech & inter viros Sichimorum: & ſpreverunt viri Sichimorum in domo Abimelech. *Aug. quæſt. 45. in Judic. 609. a. b. Idem Locut. 40. 376. d.*

VULGATA NOVA.

24. & ſcelus interfectionis ſeptuaginta filiorum Jerobaal, & effuſionem ſanguinis eorum conferre in Abimelech fratrem ſuum, & in cæteros Sichimorum principes, qui eum adjuverant.

25. Poſueruntque inſidias adversùs eum in ſummitate montium: & dum illius præſtolabantur adventum, exercebant latrocinia, agentes prædas de prætereuntibus: nunciatumque eſt Abimelech.

26. Venit autem Gaal filius Obed cum fratribus ſuis, & tranſivit in Sichimam. Ad cujus adventum erecti habitatores Sichem,

27. egreſſi ſunt in agros, vaſtantes vineas, uvaſque calcantes: & factis cantantium choris, ingreſſi ſunt fanum dei ſui, & inter epulas & pocula maledicebant Abimelech,

28. clamante Gaal filio Obed: Quis eſt Abimelech, & quæ eſt Sichem, ut ſerviamus ei? nunquid non eſt filius Jerobaal, & conſtituit principem Zebul ſervum ſuum ſuper viros Emor patris Sichem? Cur ergo ſerviemus ei?

29. utinam daret aliquis populum iſtum ſub manu mea, ut auferrem de medio Abimelech. Dictumque eſt Abimelech: Congrega exercitùs multitudinem, & veni:

30. Zebul enim princeps civitatis, auditis ſermonibus Gaal filii Obed, iratus eſt valde,

31. & miſit clam ad Abimelech nuncios, dicens: Ecce, Gaal filius Obed venit in Sichimam cum fratribus ſuis, & oppugnat adversùm te civitatem.

VULGATA NOVA.

32. Surge itaque nocte cum populo qui tecum eſt, & latita in agro:

33. & primo manè oriente ſole, irrue ſuper civitatem: illo autem egrediente adversùm te cum populo ſuo, fac ei quod potueris.

VERSIO ANTIQUA.

32. Et nunc ſurge noctu tu, & populus tuus tecum, & inſidiare in agro: *Aug. quæſt. 46. in Judic. 609. c. d.*

33. & erit manè ſimul ut oritur ſol, maturabis, & tendes ſuper civitatem.....

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. In Græco ſic: Πορευόμενα ἐπορεύθη τὰ ξύλα, τῦ χρίσαι, &c. ut ſup.

℣. 14. Aug. q. 44. 608. f. narrando, dicit: *Inducitur rhamnus, id eſt, quoddam ſpinarum genus, in ſimilitudinem dicere omnibus lignis convenientibus eam, ut regnaret ſuper ea*, &c. In Gr. Καὶ εἶπαν πάντα τὰ ξύλα τῇ ῥάμνῳ· Δεῦρο σὺ, βασίλευσον ἐφ' ἡμῶν.

℣. 15. Hæc tantùm variant Græcè: ſcilicet, ὑπόστηθι ἐν τῇ σκιᾷ, *ſubſiſtite in umbra*, pro *confidite in protectione*, & ἀπ' ἐμοῦ, *à me*, loco *de rhamno*; at in Mſs. Alex. & Oxon. ſicut in editt. Ald. & Compl. legitur, ἐκ τῆς ῥάμνου. Item Aug. ſup. *Non ita legendum eſt*, inquit, & ſi non exeat ignis, *ſed ſubdiſtinguendum*, & ſi non, *ac deinde inferendum*, exeat ignis.

℣. 23. Eadem prorſus in Græco. Addit Auguſt. ibid. *Quod hîc poſitum eſt* emiſit, *Græcus habet* ἐξαπέστειλε, *quod etiam eſt in Pſalmis, ubi legitur*, Emitte lucem tuam: *quanquam in quibuſdam locis Interpretes noſtri*, & *ubi eſt in Græco* ἐξαπέστειλε, miſit *interpretati ſunt*, *non* emiſit..... *Quidam id quod eſt* ἐξαπέστειλε, *etiam* immiſit *interpretati ſunt.*

℣. 32. A Græco abeſt *tu*, & pro *tuus*, legitur ὁ, *qui*; in Mſs. tamen Alex. & Oxon. ſic, σὺ καὶ ὁ λαός, ut in ed. Compl.

℣. 33. Ad verbum è Græco, ni excipias unum, *maturabis*, pro quo ὀρθρισεῖς, in Mſ. Oxon. ἀναστήσῃ. Unde Aug. ibid. *Quod Latini quidam habent* maturabis, *quidam verò* manicabis, *Græcus habet quod dici poſſet non uno verbo*, diluculo ſurges: & *fortaſſe hinc ſit dictum* maturabis, *à matutino tempore*..... manicabis *autem*, *Latinum*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 41. 376. *d.* 34..... & insidiati sunt super Sichimam quatuor principia.

VULGATA NOVA.

34. Surrexit itaque Abimelech cum omni exercitu suo nocte, & tetendit insidias juxta Sichimam in quatuor locis.

VULGATA NOVA.

35. Egressusque est Gaal filius Obed, & stetit in introitu portæ civitatis. Surrexit autem Abimelech, & omnis exercitus cum eo de insidiarum loco.

36. Cùmque vidisset populum Gaal, dixit ad Zebul: Ecce de montibus multitudo descendit. Cui ille respondit: Umbras montium vides quasi capita hominum, & hoc errore deciperis.

37. Rursumque Gaal ait: Ecce populus de umbilico terræ descendit, & unus cuneus venit per viam quæ respicit quercum.

38. Cui dixit Zebul: Ubi est nunc os tuum, quo loquebaris: Quis est Abimelech ut serviamus ei? Nonne hic populus est, quem despiciebas? Egredere, & pugna contra eum.

39. Abiit ergo Gaal, spectante Sichimorum populo, & pugnavit contra Abimelech,

40. qui persecutus est eum fugientem, & in urbem compulit: cecideruntque ex parte ejus plurimi, usque ad portam civitatis:

41. & Abimelech sedit in Ruma: Zebul autem, Gaal & socios ejus expulit de urbe, nec in ea passus est commorari.

42. Sequenti ergo die egressus est populus in campum. Quod cùm nunciatum esset Abimelech,

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 42. *t.* 3. 376. *d.* 43. & accepit populum, & divisit eum in tria principia.....

VULGATA NOVA.

43. tulit exercitum suum, & divisit in tres turmas, tendens insidias in agris. Videnque quòd egrederetur populus de civitate, surrexit, & irruit in eos

VULGATA NOVA.

44. cum cuneo suo, oppugnans, & obsidens civitatem: duæ autem turmæ palantes per campum adversarios persequebantur.

45. Porro Abimelech omni die illo oppugnabat urbem: quam cepit, interfectis habitatoribus ejus, ipsaque destructa, ita ut sal in ea dispergeret.

46. Quod cùm audissent qui habitabant in turre Sichimorum, ingressi sunt fanum dei sui Berith, ubi fœdus cum eo pepigerant, & ex eo locus nomen acceperat, qui erat munitus valde.

47. Abimelech quoque audiens viros turris Sichimorum pariter conglobatos,

48. ascendit in montem Selmon cum omni populo suo: & arrepta securi, præcidit arboris ramum, impositumque ferens humero, dixit ad socios: Quod me videtis facere, citò facite.

49. Igitur certatim ramos de arboribus præcidentes, sequebantur ducem. Qui circumdantes præsidium, succenderunt: atque ita factum est, ut fumo & igne mille homines necarentur, viri pariter & mulieres, habitatorum turris Sichem.

50. Abimelech autem inde proficiscens, venit ad oppidum Thebes, quod circumdans obsidebat exercitu.

51. Erat autem turris excelsa in media civitate, ad quam confugerant simul viri ac mulieres, & omnes principes civitatis, clausâ firmissimè januâ, & super turris tectum stantes per propugnacula.

52. Accedensque Abimelech juxta turrim, pugnabat fortiter: & appropinquans ostio, ignem supponere nitebatur:

53. & ecce una mulier fragmen molæ desuper jaciens, illisit capiti Abimelech, & confregit cerebrum ejus. 2. *Reg.* 11. 21.

54. Qui vocavit citò armigerum suum, & ait ad eum: Evagina gladium tuum, & percute me: ne fortè dicatur quòd à femina interfectus sim. Qui jussa perficiens, interfecit eum. 1. *Reg.* 31. 4. 1. *Par.* 10. 4.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 43. 376. *d.* 55..... & abierunt viri in locum suum:

VULGATA NOVA.

55. Illoque mortuo, omnes qui cum eo erant de Israël, reversi sunt in sedes suas:

VULGATA NOVA.

56. & reddidit Deus malum, quod fecerat Abimelech contra patrem suum, interfectis septuaginta fratribus suis.

57. Sichimitis quoque, quod operati erant, retributum est, & venit super eos maledictio Joatham filii Jerobaal.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

verbum esse mihi non occurrit; sed illud movet, quòd cùm dixisset, simul ut oritur sol, *addidit*, diluculo surges; *cùm ipsum diluculum quod Græcè dicitur* ὄρθρος, *tempus ante solem significet, quod jam usitatissimè dicitur, cùm albescere cœperit: sic itaque intelligendum est, ut quod positum est* manè, *ipsum diluculum intelligatur: additum est autem*, simul ut oritur sol, *ut exprimeretur, non jam orto sole faciendum, sed ubi fulgor apparuerit solis orientis.* Nota etiam pro *tendes*, Græcè legi ἐκτενεῖς, *extendes.*

℣. 34. Græcè Συχὲμ, loco *Sichimam*, & pro *quatuor principia*, τέτταρων ἀρχαῖς: in Mſ. Alex. Σίχιμα, τέσσαρες ἀρχάς, in Oxon. εἰς δ'. ἀρχάς, in edd. Ald. & Compl. τέσσαρες ἀρχαί, id est, *quatuor partes*, ut notat Aug. ibid.

℣. 43. In Græco, καὶ διεῖλεν αὐτὸς, & *divisit eos*, solus Mſ. Alex. αὐτόν. Rursum monet Aug. *hic tria principia, pro tribus partibus* esse posita.

℣. 55. Græc. Καὶ ἐπορεύθησαν ἀνὴρ, &c. Et *iverunt vir*, non *viri*; *id est*, inquit Augustinus, *unusquisque*; & quidem Mſ. Ox. hab. ἕκαστος.

CAPUT X.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 47. *in Judic. t.* 3. 609. *f.* 1. ET surrexit post Abimelech, qui salvum faceret Israël, Thola filius Phua, filius patris fratris ejus, vir Issachar.....

VULGATA NOVA.

1. POst Abimelech surrexit dux in Israël Thola filius Phua patrui Abimelech, vir de Issachar, qui habitavit in Samir montis Ephraim:

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Rectè è Græco, ubi ἀδελφοῦ πατρὸς, loco *patris fratris ejus*, *cùm ordinatiùs & usitatiùs atque apertiùs diceretur, filium fratris patris ejus: filius enim erat*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

2. & judicavit Iſraëlem viginti & tribus annis, mortuuſque eſt, ac ſepultus in Samir.

3. Huic ſucceſſit Jair Galaadites, qui judicavit Iſraëlem per viginti & duos annos,

4. habens triginta filios ſedentes ſuper triginta pullos aſinarum, & principes triginta civitatum, quæ ex nomine ejus ſunt appellatæ Havoth Jair, id eſt, oppida Jair, uſque in præſentem diem, in terra Galaad.

5. Mortuuſque eſt Jair, ac ſepultus in loco cui eſt vocabulum Camon.

6. Filii autem Iſraël peccatis veteribus jungentes nova, fecerunt malum in conſpectu Domini, & ſervierunt idolis, Baalim & Aſtaroth, & diis Syriæ ac Sidonis & Moab & filiorum Ammon & Philiſthiim: dimiſeruntque Dominum, & non coluerunt eum.

7. Contra quos Dominus iratus, tradidit eos in manus Philiſthiim & filiorum Ammon.

8. Afflictique ſunt, & vehementer oppreſſi per annos decem & octo, omnes qui habitabant trans Jordanem in terra Amorrhæi, qui eſt in Galaad:

9. in tantum, ut filii Ammon, Jordane tranſmiſſo, vaſtarent Judam & Benjamin & Ephraim: afflictuſque eſt Iſraël nimis.

10. Et clamantes ad Dominum, dixerunt: Peccavimus tibi, quia dereliquimus Dominum Deum noſtrum, & ſervivimus Baalim.

11. Quibus locutus eſt Dominus: Nunquid non Ægyptii & Amorrhæi, filiique Ammon & Philiſthiim,

12. Sidonii quoque & Amalec & Chanaan, oppreſſerunt vos, & clamaſtis ad me, & erui vos de manu eorum?

13. Et tamen reliquiſtis me, & coluiſtis deos alienos: idcirco non addam ut ultra vos liberem:

14. ite, & invocate deos quos elegiſtis: ipſi vos liberent in tempore anguſtiæ.

15. Dixeruntque filii Iſraël ad Dominum: Peccavimus, redde tu nobis quidquid tibi placet: tantùm nunc libera nos.

16. Quæ dicentes, omnia de finibus ſuis alienorum deorum idola projecerunt, & ſervierunt Domino Deo: qui doluit ſuper miſeriis eorum.

17. Itaque filii Ammon conclamantes in Galaad fixere tentoria: contra quos congregati filii Iſraël, in Maſpha caſtrametati ſunt.

18. Dixeruntque principes Galaad ſinguli ad proximos ſuos: Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare, erit dux populi Galaad.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

patrui ejus, ſicut evidentiùs in ea interpretatione, quæ ex Hebræo eſt, invenitur. Non ergo quod dictum eſt, patris fratris, ab eo declinatum eſt quod eſt in nominativo pater fratris, ſed ab eo quod eſt patris frater, hoc eſt enim patruus; nam ſive ponatur in nominativo hic pater fratris, ſive ponatur hic patris frater, genitivum facit hujus patris fratris. Et paulò poſt quærit, *Quomodo fuerit patruus Abimelech vir Iſſachar, id eſt, de tribu Iſſachar, cùm Abimelech patrem habuerit Gedeon, qui Gedeon de tribu fuit Manaſſe.* Vide ſis ibid. 610. a. ſeq.

CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

1. FUit illo tempore Jephte Galaadites vir fortiſſimus atque pugnator, filius mulieris meretricis, qui natus eſt de Galaad.

VULGATA NOVA.

2. Habuit autem Galaad uxorem, de qua ſuſcepit filios: qui poſtquam creverant, ejecerunt Jephte, dicentes: Hæres in domo patris noſtri eſſe non poteris, quia de altera matre natus es.

3. Quos ille fugiens atque devitans, habitavit in terra Tob: congregatique ſunt ad eum viri inopes, & latrocinantes, & quaſi principem ſequebantur.

VERSIO ANTIQUA.

2..... & creverunt filii uxoris, & ejecerunt Jephte, & dixerunt ei: Non hæreditabis in domo patris noſtri, quoniam filius mulieris fornicariæ tu. *Aug. quæſt. 49. in Judic. t. 3. 617. c. d. e. f.*

3. Et fugit Jephte à facie fratrum ſuorum, & habitavit in terra Tob: & colligebantur ad Jephte viri latrones, & obambulabant cum ipſo.

VULGATA NOVA.

4. In illis diebus pugnabant filii Ammon contra Iſraël.

4..... 6. *Vide Not.*

5. Quibus acriter inſtantibus, perrexerunt majores natu de Galaad, ut tollerent in auxilium ſui Jephte de terra Tob:

6. dixeruntque ad eum: Veni, & eſto princeps noſter, & pugna contra filios Ammon.

VULGATA NOVA.

Gen. 26. 27. 7. Quibus ille reſpondit: Nonne vos eſtis, qui odiſtis me, & ejeciſtis de domo patris mei,

VERSIO ANTIQUA.

7. Jephte réſpondit ſenioribus Galaad: Nonne vos odio habuiſtis me, & ejeciſtis me de do- *Aug. ſup. 618. e. g.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Ita de Græco, verbum è verbo: repoſuimus autem, & *dixerunt ei*, ex eodem Gr. καὶ εἶπαν αὐτῷ, cujus loco Aug. habet, *dixerunt ergo ad Jephte.* Nota etiam loco *fornicariæ*, ſcriptum eſſe ἑταίρας; non malè etiam legeretur ἑτέρας, *alterius*, ut in Mſ. Alex. & Vulg.

℣. 3. Ad verbum è Gr. uſque ad vocem *Tob* incl. Monet Auguſt. per *Tob*, intelligi *bonum*, vel potiùs *optimum. Quod enim*, inquit, *Græcè* ἀγαθὸν, *hoc Latinè* opimum *dicitur; id autem interpretatur Tob*: & inf. *Dicitur de Jephte, quia poſteaquam fugiens à facie fratrum ſuorum, habitavit in terra Tob, colligebantur ad eum viri latrones, & obambulabant cum ipſo.* In Græco Vatic. ſic: Καὶ συνεσράφησαν πρὸς Ἰεφθάε ἄνδρες κενοὶ, καὶ ἐξῆλθον μετ' αὐτοῦ. *Et conglobati ſunt ad Jephtæ viri inanes, & egreſſi ſunt cum eo.* At in Mſs. Alex. & Oxon. ut in editt. Ald. & Compl. Συνελέγοντο πρὸς τὸν Ἰεφθάε ἄνδρες λῃσταὶ, καὶ συνεξεπορεύοντο μετ' αὐτοῦ, quæ magis ad Auguſt. accedunt; excipienda tamen vox λῃσταὶ, quæ non niſi *leves*, ac *tenues* ſonat: Auguſtin. conſtanter habet *latrones*, vel ut ipſe explicat infra, *iniquos, peccatores, ſceleratos.*

℣℣. 4..... 6. His accedunt quæ ait Auguſt. q. 49. in Judic. to. 3. 618. a. *Qui abjecerant Jephte, (erat enim Galaadites) converſi ſunt ad eum, & quæſiverunt eum, per quem liberarentur ab inimicis ſuis*: & infra: *Seniores Galaad venerunt ad Jephte*: paulòque poſt: *Contra filios Ammon dux quærebatur Jephte, quibus victis liberarentur, qui eo duce adversùs illos bellare cupiebant.*

℣. 7. Græc. initio hab. Καὶ εἶπεν Ἰεφθάε, *Et dixit Jephtæ*, pro *Jephte reſpondit*, quod Aug. narrando dixit; cætera quadrant, exceptis ult. his, *Et quid eſt quod*, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Aug. ubi sup. mo patris mei, & emisistis me à vobis? & quid est quòd venistis, quando tribulati estis?	& nunc venistis ad me necessitate compulsi?
8. Et dixerunt seniores Galaad ad Jephte : *Aug. Locut. 44. t. 3. 376. e.* Non sic modò venimus ad te..... & eris nobis in caput omnibus habitantibus Galaad.	8. Dixeruntque principes Galaad ad Jephte: Ob hanc igitur causam nunc ad te venimus, ut proficiscaris nobiscum, & pugnes contra filios Ammon, sisque dux omnium qui habitant in Galaad.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Aug. quæst. 49. in Judic. 619. b. 9..... ero vobis in principem.	9. Jephte quoque dixit eis : Si verè venistis ad me, ut pugnem pro vobis contra filios Ammon, tradideritque eos Dominus in manus meas, ego ero vester princeps?
	10. Qui responderunt ei : Dominus, qui hæc audit, ipse mediator ac testis est, quòd nostra promissa faciemus.
	11. Abiit itaque Jephte cum principibus Galaad, fecitque eum omnis populus principem sui. Locutusque est Jephte omnes sermones suos coram Domino in Maspha.
	12. Et misit nuncios ad regem filiorum Ammon, qui ex persona sua dicerent : Quid mihi & tibi est, quia venisti contra me, ut vastares terram meam?
Num. 21. 13. 24.	13. Quibus ille respondit : Quia tulit Israël terram meam, quando ascendit de Ægypto, à finibus Arnon usque Jaboc atque Jordanem : nunc ergo cum pace redde mihi eam.
	14. Per quos rursum mandavit Jephte, & imperavit eis ut dicerent regi Ammon :
	15. Hæc dicit Jephte : Non tulit Israël terram Moab, nec terram filiorum Ammon :
	16. sed quando de Ægypto conscenderunt, ambulavit per solitudinem usque ad mare rubrum, & venit in Cades.
	17. Misitque nuncios ad regem Edom, dicens : Dimitte me ut transeam per terram tuam. Qui noluit acquiescere precibus ejus. Misit quoque ad regem Moab, qui & ipse transitum præbere contempsit. Mansit itaque in Cades, *Num. 20. 14.*
	18. & circuivit ex latere terram Edom, & terram Moab : venitque contra orientalem plagam terræ Moab, & castrametatus est trans Arnon : nec voluit intrare terminos Moab : Arnon quippe confinium est terræ Moab. *Num. 21. 13. 24.*
	19. Misit itaque Israël nuncios ad Sehon regem Amorrhæorum, qui habitabat in Hesebon, & dixerunt ei : Dimitte ut transeam per terram tuam usque ad fluvium.
	20. Qui & ipse Israël verba despiciens, non dimisit eum transire per terminos suos : sed infinita multitudine congregata, egressus est contra eum in Jasa, & fortiter resistebat.
	21. Tradiditque eum Dominus in manus Israël cum omni exercitu suo, qui percussit eum, & possedit omnem terram Amorrhæi habitatoris regionis illius,
	22. & universos fines ejus, de Arnon usque Jaboc, & de solitudine usque ad Jordanem.
	23. Dominus ergo Deus Israël subvertit Amorrhæum, pugnante contra illum populo suo Israël, & tu nunc vis possidere terram ejus?

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Aug. quæst. 48. in Judic. 610. c. d. 24. Nonne quæcunque hæreditavit tibi Chamos deus tuus, hæc hæreditabis? Et omnia quæcunque hæreditavit Dominus Deus noster à facie vestra, hæc hæreditabimus :	24. Nonne ea quæ possidet Chamos deus tuus, tibi jure debentur? Quæ autem Dominus Deus noster victor obtinuit, in nostram cedent possessionem :
Num. 22. 2. 25. nisi fortè melior es Balac filio Sephor rege Moab : aut docere potes, quòd jurgatus sit contra Israël, & pugnaverit contra eum,	27. Igitur non ego pecco in te, sed tu contra me malè agis, indicens mihi bella non justa. Judicet Dominus arbiter hujus diei, inter Israël & inter filios Ammon.
26. quando habitavit in Hesebon, & viculis ejus, & in Aroer, & villis illius, vel in cunctis civitatibus juxta Jordanem, per trecentos annos. Quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentastis?	28. Noluitque acquiescere rex filiorum Ammon verbis Jephte, quæ per nuncios mandaverat.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Aug. quæst. 49. 613. d. 619. e. 29. Et factus est super Jephte Spiritus Domi-	29. Factus est ergo super Jephte Spiritus Do-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

pro quibus ira Græcè : Καὶ διατί ἦλθατε πρός με νῦν, ἡνίκα χρήζετε ; *Et propter quid venistis ad me nunc, cùm egetis?* sed in Mss. Alex. & Oxon. sic : Τί ὅτι ἦλθατε πρός με, ἡνίκα, deinde in Alex. ἐθλίβητε, in Oxon. ἂν ἐθλίβητε, in Ald. & Compl. ἐθλίβητε : eædem etiam editt. hab. ut sup. τί ὅτι, sed cum νῦν, ante ἡνίκα.

℣. 8. Ad verbum è Græco, si tamen hoc excipias, *Non sic modò venimus*, pro quo in cod. Vatic. est, διὰ τοῦτο νῦν ἐπεστρέψαμεν, *propter hoc nunc revertimus ;* at in Alex. οὐχ οὕτως νῦν ἤλθομεν, in Oxon. οὐχ οὕτως ζυνήλθομεν, in editt. Ald. & Compl. διὰ τοῦτο νῦν ζυνήλθομεν (Ald. ἤλθομεν.) Item in cod. Vatic. non *caput* legitur, sed ἄρχοντα, *principem ;* in Alex. verò & Oxon. nec non in editt. præd. κεφαλήν, ut & apud Aug. constanter in Quæst. col. 618. g. 619. b.

℣. 9. Aug. ubi sup. 618. g. ait : *Respondet ille, si eorum vicerit inimicos, quòd erit eis in principem.....* & paulò post : *Dictum est*, inquit, *Ero vobis in principem ; illi autem dixerant : Eris nobis in caput.* In cod. Vatic. Ἐγὼ ὑμῖν ἔσομαι εἰς ἄρχοντα, in Alex. εἰς κεφαλήν.

℣℣. 11. 12. Huc redeunt quæ narrat Aug. q. 49. in Jud. 10. 3. 619. c. *Postcaquam eis idem Jephte dux constitutus est, misit nuncios ad hostes priùs pacis verba portantes.*

℣. 24. Hæc solùm discrepant à Græco : *hæreditavit tibi..... & omnia quæcunque hæreditavit..... hæc...* pro quibus in cod. Vatic. κληρονομήσει σε..... ὃ τὰς πάντας ὃς ἐξῆρε..... αὐτούς... *hæreditabit te..... & omnes quos abstulit..... hos*, &c. at in Mss. Alex. & Oxon. ut in editt. Ald. & Compl. καὶ κληρονόμησέ (Alex. κατεκληρονόμησέ) σοι, &c. in Oxon. Ald. & Compl. ὃ πάντα ὅσα κατεκληρονόμησεν ἡμῖν ἔθνη Κύριος..... αὐτά : in Ms. tamen Alex. ac edit. Ald. deest ἔθνη, sicut in Compl. ἡμῖν ἔθνη, Ox. habet αὐτούς. Addit Aug. ibid. *Quidam Latini sic interpretandum putaverunt, ut dicerent :* Nonne quæcunque dedit tibi in hæreditatem Chamos deus tuus, hæc possidebis?..... *Quidam verò sic habent :* Nonne quæcunque possedit Chamos deus tuus, hæc possidebis?..... *Magis autem..... sensus elucet in iis verbis quæ Græcus habet :* Nonne quæcunque hæreditavit tibi Chamos deus tuus, hæc hæreditabis? Et post pauca : *In eo quod sequitur :* Et omnia quæcunque hæreditavit Dominus : *non dixit, hæreditavit nobis, tanquam diceret, sicut nobis videtur ; sed verè hæreditavit*, à facie vestra, *quoniam abstulit ipsis, & his dedit :* hæc, *inquit*, hæreditabimus.

℣. 29. Ita Græcè, præter seqq. παρῆλθε, *præterit*, loco *perrexit*, Aug. infra col. 619. e. *pertransiit*, in Mss.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

mini, & circuiens Galaad, & Manaſſe, Maſpha quoque Galaad, & inde tranſiens ad filios Ammon,

30. votum vovit Domino, dicens: Si tradideris filios Ammon in manus meas,

31. quicunque primus fuerit egreſſus de foribus domus meæ, mihique occurrerit revertenti cum pace à filiis Ammon, eum holocauſtum offeram Domino.

VERSIO ANTIQUA.

ni, & perrexit Galaad, & Manaſſe, & tranſiit ſpeculam Galaad, & de ſpecula Galaad ad trans filios Ammon; *Aug. ubi ſup.*

30. & vovit Jephte votum Domino, & dixit: Si traditione tradideris mihi filios Ammon in manu mea, *Aug. quæſt. 49. in Judic. t. 3. 612. c. d. 619. g.*

31. & erit, quicunque exierit de januis domus meæ in obviam mihi, in revertendo me in pace à filiis Ammon, & erit Domino, offeram eum holocauſtoma.

VULGATA NOVA.

32. Tranſivitque Jephte ad filios Ammon, ut pugnaret contra eos: quos tradidit Dominus in manus ejus.

33. Percuſſitque ab Aroer uſque dum venias in Mennith, viginti civitates, & uſque ad Abel, quæ eſt vineis conſita, plagâ magnâ nimis: humiliatique ſunt filii Ammon à filiis Iſraël.

VULGATA NOVA.

34. Revertente autem Jephte in Maſpha domum ſuam, occurrit ei unigenita filia ſua cum tympanis & choris: non enim habebat alios liberos.

35. Qua viſa, ſcidit veſtimenta ſua, & ait: Heu me, filia mea, decepiſti me, & ipſa decepta es: aperui enim os meum ad Dominum, & aliud facere non potero.

36. Cui illa reſpondit: Pater mi, ſi aperuiſti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcunque pollicitus es, conceſſa tibi ultione atque victoria de hoſtibus tuis.

VERSIO ANTIQUA.

34..... & hæc unica ei, & non eſt ei præter ipſam filius aut filia. *Aug. Locut. 45. t. 3. 376. e. f.*

35..... conſcidit veſtimenta ſua, & dixit: Heu me, filia, impediſti me, in ſtimulum doloris facta es mihi: ego enim aperui os meum de te ad Dominum, & non potero avertere. *Ambr. l. 3. offic. t. 2. 127. c. & l. de ob. Val. 1187. d.*

36. Illa dixit ad eum: Pater, ſi in me aperuiſti os tuum, fac mihi ut exiit de ore tuo.....

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Alex. & Oxon. ac editt. Ald. & Compl. διέβη, ut paulò poſt iterum, pro *tranſiit*, quod tamen deeſt in Mſ. Oxon. in Vatic. rurſus παρῆλθε; exinde ab eodem Vat. abſunt ſeqq. & *de ſpecula Galaad*, quæ retinet Alex. cum editt. Ald. & Compl. ubi ſic: ἡ ἀπὸ σκοπιᾶς Γαλαὰδ εἰς τὸ πέραν, &c. Similiter Aug. denuo col. 619. e. g. & *ab ſpecula Galaad*, &c.

℣. 30. Aug. ibid. col. 613. d. legit: *Et votum vovit Jephte Domino*; at Græcè ut ſupra, ſicut & ſeqq. hoc tantùm excepto, ἐὰν διδοὺς δῷς, *ſi dans dederis*, loco *ſi traditione tradideris*; ſed in Mſs. Alex. & Oxon. ut & in editt. Ald. & Compl. ſic, ἐὰν παραδόσει παραδῷς μοι. Vid. inf. Ambr. not. ad ℣. 35. Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 165. b. *Si tradens tradideris filios Ammon in manibus meis.*

℣. 31. Similia prorſus in Græco, præter unum aut alterum, nempe ante *quicunque*, ponitur ὁ ἐκπορευόμενος, *exiens*, præterquam in Mſ. Oxon. à quo abeſt; deinde pro *januis*, leg. τῆς θύρας, *janua*; in Mſ. tamen Alex. ſicut in editt. Ald. & Compl. ſic, ἐκ τῶν θυρῶν. Apud Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 165. b. *Quicunque exierit de domo mea in occurſum mihi, cùm reverti cœpero in pace à filiis Ammon, erit Domino, & offeram illum holocauſtum.* Aug. etiam ipſe inf. col. 619. g. 620. a. eadem repetit, legitque & *offeram*, quæ conjunctio &, abeſt quidem à Gr. Vatic. ſed in Alex. exſtat, & Oxon. ac in edit. Ald. ubi, ἢ ἀνοίσω. Auct. verò q. Vet. Teſt. q. 43. p. 56. b. habet: *Quidquid mihi redeunti à cæde occurrerit ante oſtia domus meæ, hoc offeram Deo.* Huic etiam ℣. ut & al. nonnullis hujus cap. reſpondent quæ ſequuntur: Ambroſ. l. de ob. Valent. col. 1187. d. ait: *Jephte filia fletus ſui tempora poſtulavit, cognito quòd pater ejus proſecturus ad prælium voverat, quia id rerum potitus offerret Domino, quod ſibi primùm occurreret. Poſt victoriam revertenti occurrit filia*, &c. Et lib. 3. offic. to. 2. 127. c. dicit: *Incautè principem promiſiſſe Jephte, ut immolaret Deo quidquid ſibi revertenti intra limen domus ſuæ occurreret, cum & ipſum voti pœnituerit ſui, poſtquam filia occurrit ſibi.* Denique l. de virgin. to. 2. c. 2. 215. c. ſic habet: *Jephte dux Judæorum eventu belli conflictatus ambiguo, præliorumque veritus incerta, votum vovit hujuſmodi, ſi adverſarios depuliſſet, ut quidquid ei primùm intra domus ſuæ limen occurriſſet, hoſtiam immolaret Deo..... Itaque bello potitus, fuſiſque hoſtibus domum rediit, cui in ipſo veſtibulo filia..... occurrit: ſed recordatus illicò pater, & propriæ ſponſionis admonitus, ingemuit*, &c. Vide etiam l. 1. offic. c. 50. 68. e. Similiter Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 20. apud Proſp. p. 143. b. hæc habet: *Jephte quoque Dei populum per annos ſex judicavit. Hic dum bellum gerit adversùs filios Ammon, viditque ſibi adverſarios prævalere, temeraria præſumptione votum vovit, quòd ſi inimicos vincere contigiſſet, quidquid ei primitus ex domo ſua obviam fieret, offerret in ſacrificium; cujus audacia hoc modo correpta eſt, ut non animal cujuſque pecoris exiſtimatum, ſed unica filia virgo, triumphantis more occurrens, affligeret graviter de promiſſione victorem.*

℣. 34. In Græco Vat. additur ἦν, *erat*, poſt *hæc*; ſed ἦν, deeſt in Alex. & Oxon. ut in editt. Ald. & Compl. deinde in Vat. & al. μονογενής, *unigenita*, pro *unica*. Ap. Aug. quæſt. 49. 613. a. conſtanter *unica*, paulòque poſt, *unica cariſſima*, juxta Mſs. Alex. & Oxon. qui addunt αὐτῷ ἀγαπητή, cum Ald. ed. Sequitur in cod. Vat. ὃς οὐκ ἦν αὐτῷ ἕτερος, *non erat ei alius*, loco *non eſt ei præter ipſam*: verùm Alex. ac editt. Ald. & Compl. ferunt, ὃς οὐκ ἔστιν αὐτῷ πλὴν αὐτῆς cum Aug. in Oxon. ὃς οὐκ ὑπῆρχεν αὐτῷ πλὴν αὐτῆς. Addit Aug. *Non eſt ei*, pro *non erat ei*, *dictum eſt; præterita quippe narrantur.*

℣. 35. Ambroſ. loco cit. l. 3. offic. ſic legit: *Conſcidit veſtimenta ſua, & dixit: Heu me, filia mea, impediſti mihi, ſtimulus doloris facta es mihi.* At in vet. edit. *Impediſti mihi, impediſti mihi, in ſtimulum dolorum facta es mihi.* Mſs. Ambroſ. inter ſe conſentiunt, niſi quòd aliqui habent: *Impediſti mihi, in ſtimulum*, &c. reliqui verò, *Impediſti me, ſtimulus*, &c. Lib. autem de virgin. c. 2. to. 2. 115. c. ſic legitur: *Heu me, filia, perdidiſti me: ego enim aperui os meum de te ad Dominum.* In Gr. Καὶ ἐγένετο, ὡς εἶδεν αὐτὴν αὐτὸς, διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ εἶπεν· Ἆ ἆ, (Alex. Οἴμμοι, Oxon. cum editt. Ald. & Compl. Οἰμοί) θυγάτηρ μου, ταραχὴ ἐτάραξάς με, (Mſ. Oxon. θύγαλερ, ἐμπεποδοσάτηκάς με, Ald. θύγατέρ μου, ἐμπεποδ. με, Compl. θυγάτηρ μου, &c. Alex. θύγαλέρ μου, ἐμπεποδεσατῇ) καὶ σὺ ἦς ἐν τῷ παράχῳ μου (Mſ. Oxon. cum editt. Ald. & Compl. εἰς σκῶλον ἐγένου ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, Alex. καὶ..... εἰς σκῶλον ἐγένου ἐν ὀφθαλμοῖς μου) καὶ ἐγώ εἰμι ἤνοιξα (Alex. ἐγὼ δὲ ἤνοιξα, Oxon. Ald. & Compl. καὶ ἐγὼ ἤνοιξα) κατὰ σοῦ τὸ στόμα μου (Oxon. Ald. Compl. μου περὶ σοῦ) πρὸς Κύριον, καὶ οὐ δυνήσομαι ἀποστρέψαι. Aug. q. 49. in Jud. to. 3. 613. a. 616. b. 620. a. juxta Oxon. & al. *Heu me, filia mea, impediſti me, in offendiculum facta es in oculis meis*: tum addit p. 616. b. *diſciſſis etiam veſtimentis ſuis*: & ſup. 613. a. *Ut eam vidit, ſcidit veſt. ſua.* Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 2. c. 20. 143. c. *Heu mihi, filia, offenſio facta es in oculis meis: vovi enim ſuper te votum Deo, & non poterit averti.*

℣. 36. In Græco Vat. Ἡ δὲ εἶπε, *Illa autem dixit*; at in Alex. & Oxon. nec non in editt. Ald. & Compl. Καὶ εἶπε: tum poſt *pater*, ſic in Vat. ἤνοιξας τὸ στόμα σου πρὸς Κύριον; in Oxon. verò ac editt. præd. εἰ ἐν ἐμοὶ ἤνοιξας, abſque *pater*; in Alex. πάτερ μου, εἰ ἐν ἐμοὶ ἤνοιξας, & inf. cum al. ὃν τρόπον, *quemadmodum*, pro *ut*.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. ubi sup. 37..... Sine me mensibus duobus, & vadens flebo in montibus super virginitatem meam, ego, & compares amicæ meæ.

VULGATA NOVA.

37. Dixitque ad patrem: Hoc solum mihi præsta quod deprecor: Dimitte me ut duobus mensibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam cum sodalibus meis.

VULGATA NOVA.

38. Cui ille respondit: Vade. Et dimisit eam duobus mensibus. Cùmque abiisset cum sociis ac sodalibus suis, flebat virginitatem suam in montibus.

VERSIO ANTIQUA.

Aust. l. de promiss. p. 143. c. Aug. quæst. 49. in Judic. t. 3. 620. g. 39..... & hæc non noverat virum..... factum est in præceptum in Israël:

40. ex diebus in dies conveniebant, lamentari filiam Jephte Galaaditem quatuor dies in anno.

VULGATA NOVA.

39. Expletisque duobus mensibus, reversa est ad patrem suum, & fecit ei sicut voverat, quæ ignorabat virum. Exinde mos increbruit in Israël, & consuetudo servata est:

40. ut post anni circulum conveniant in unum filiæ Israël, & plangant filiam Jephte Galaaditæ diebus quatuor.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Idem Ambros. l. de virginit. c. 2. to. 2. 215. c. sic legit: *Tum illa: O pater, si in me aperuisti os tuum ad Dominum, fac mihi ita ut exivit de ore tuo:* lib. autem 3. offic. c. 12. to. 3. 128. b. *fac mihi ut exivit*, &c. Auctor l. de promiss. ap. Prosp. p. 2. c. 20. 143. c. *Dixitque ei filia: Si in me aperuisti os tuum, pater, ad Dominum, fac ita ut promisisti, propter quod fecit Dominus vindictam de inimicis suis:* Græc. ἐν τῷ ποιῆσαί σοι Κύριον ἐκδίκησιν τῶν ἐχθρῶν σου ἀπὸ τῶν υἱῶν Ἀμμών.

℣. 37. Græc. Ἐασόν με δύο μῆνας, καὶ πορεύσομαι, καὶ καταβήσομαι ἐπὶ τὰ ὄρη, καὶ κλαύσομαι ἐπὶ τὰ παρθένιά μου, ἐγώ εἰμι, καὶ αἱ συνεταιρίδες μου. *Sine me duos menses, & ibo, & descendam super montes, & flebo super virginalibus meis, ego ipsa, & sodales meæ.* Ms. Oxon. hab. παρθενίαν, edd. Ald. & Compl. παρθενεῖα.

℣. 39. Similiter in Græco. Ambros. de ob. Val. to. 2. 1187. e. hæc habet: *Itaque duobus exactis regressa mensibus, sacrificii munus implevit:* & l. 3. offic. c. 12. 127. d. *Factum est præceptum & decretum in Israël.*

℣. 40. Hæc dissimilia in Græco Vatic. nempe, Ἀπὸ ἡμερῶν..... ἐπορεύοντο θυγατέρες Ἰσραὴλ θρηνεῖν..... τῇ Γαλααδίτιδι ἐπὶ τέσσαρας, &c. Mss. verò Alex. & Oxon. cum editt. Ald. & Compl. hab. ἐξ ἡμερῶν..... συνεπορεύοντο αἱ θυγατέρες, &c. Ambros. l. 3. offic. c. 12. 127. d. *Ex diebus in dies ambulabant filiæ populi Israël, lugentes filiam Jephte Galaaditidis quatuor diebus in anno.*

CAPUT XII.

VULGATA NOVA.

1. ECce autem in Ephraim orta est seditio: nam transeuntes contra aquilonem, dixerunt ad Jephte: Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon, vocare nos noluisti, ut pergeremus tecum? Igitur incendemus domum tuam.

2. Quibus ille respondit: Disceptatio erat mihi & populo meo contra filios Ammon vehemens: vocavique vos, ut præberetis mihi auxilium, & facere noluistis.

3. Quod cernens posui animam meam in manibus meis, transivique ad filios Ammon, & tradidit eos Dominus in manus meas. Quid commerui, ut adversùm me consurgatis in prælium?

4..... 6. *Vide Not.* 4. Vocatis itaque ad se cunctis viris Galaad, pugnabat contra Ephraim: percusseruntque viri Galaad Ephraim, quia dixerat: Fugitivus est Galaad de Ephraim, & habitat in medio Ephraim & Manasse.

5. Occupaveruntque Galaaditæ vada Jordanis, per quæ Ephraim reversurus erat. Cùmque venisset ad ea de Ephraim numero, fugiens, atque dixisset: Obsecro ut me transire permittatis: dicebant ei Galaaditæ: Nunquid Ephrathæus es? quo dicente: Non sum:

6. interrogabant eum: Dic ergo Scibboleth, quod interpretatur Spica. Qui respondebat, Sibboleth: eâdem litterâ spicam exprimere non valens. Statimque apprehensum jugulabant in ipso Jordanis transitu. Et ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadraginta duo millia.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæst. 49. in Judic. t. 3. 619. c. 7. Et judicavit Jephte Israël sex annis: & mortuus est Jephte Galaadites, & sepultus est in civitate sua Galaad.

VULGATA NOVA.

7. Judicavit itaque Jephte Galaadites Israël sex annis: & mortuus est, ac sepultus in civitate sua Galaad.

VULGATA NOVA.

8. Post hunc judicavit Israël Abesan de Bethlehem:

9. qui habuit triginta filios, & totidem filias, quas emittens foras, maritis dedit, & ejusdem numeri filiis suis accepit uxores, introducens in domum suam. Qui septem annis judicavit Israël:

10. mortuusque est, ac sepultus in Bethlehem.

11. Cui successit Ahialon Zabulonites: & judicavit Israël decem annis:

12. mortuusque est, ac sepultus in Zabulon.

13. Post hunc judicavit Israël Abdon, filius Illel Pharathonites:

14. qui habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes, ascendentes super septuaginta pullos asinarum, & judicavit Israël octo annis:

15. mortuusque est, ac sepultus in Pharathon terræ Ephraim, in monte Amalec.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 4..... 6. His respondent quæ ait Aug. q. 50. in Jud. t. 3. 621. a. b. *Si autem & illud, quòd populus Ephræm postea ab eodem Jephte debellatus est, ad judicium Dei, quod erit in fine, referendum est..... nec ibi quadraginta duo millia quæ ceciderunt, vacanti numero commemorata sunt.*

℣. 7. Ita Græcè ad verbum.

Digitized by Google

CAPUT XIII.

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
Sup. 10. 6. 1. RUrſumque filii Iſraël fecerunt malum in conſpectu Domini : qui tradidit eos in manus Philiſthinorum quadraginta annis.	1..... *Vide Not.*
2. Erat autem quidam vir de Saraa, & de ſtirpe Dan, nomine Manue, habens uxorem ſterilem.	2..... & uxor ejus ſterilis, & non pariebat. *Aug. Locut. 47. t. 3. 376. f.*
3. Cui apparuit angelus Domini, & dixit ad *Gen.* 16. 11. eam : Sterilis es & abſque liberis : ſed concipies & paries filium :	3..... *Vide Not.*
1. Reg. 1. 20. *Luc.* 1. 31. 4. cave ergo ne bibas vinum ac ſiceram, nec immundum quidquam comedas :	4. & nunc obſerva, & non bibas vinum & ſiceram, non manduces omne immundum : *Aug. quæſt. 50. in Judic. 621. c.*
Num. 6. 3. 4. 5. quia concipies & paries filium, cujus non tanget caput novacula : erit enim nazaræus Dei ab infantia ſua, & ex matris utero, & ipſe incipiet liberare Iſraël de manu Philiſthinorum.	5..... ferrum non aſcendet ſuper caput ejus, & vinum & ſiceram non bibet : quoniam nazaræus erit puer à die nativitatis : ipſe incipiet ſalvum facere Iſraël de manu Philiſtiim. *Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 21. 144. d.* *Aug. quæſt. 52. t. 3. p. 621. f.*
6. Quæ cùm veniſſet ad maritum ſuum, dixit ei : Vir Dei venit ad me, habens vultum angelicum, terribilis nimis. Quem cùm interrogaſſem, quis eſſet, & unde veniſſet, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere :	6..... Et interrogabam eum unde eſſet, & nomen ſuum non annuntiavit mihi : *Idem quæſt. 51. 621. d. e.*
7. ſed hoc reſpondit : Ecce concipies & paries filium : cave ne vinum bibas, nec ſiceram, & ne aliquo veſcaris immundo : erit enim puer nazaræus Dei ab infantia ſua, ex utero matris ſuæ uſque ad diem mortis ſuæ.	7..... nazaræus Dei erit puer à ventre uſque ad diem mortis ſuæ. *Idem quæſt. 52. 621. f.*
8. Oravit itaque Manue Dominum, & ait : Obſecro Domine, ut vir Dei, quem miſiſti, veniat iterum, & doceat nos quid debeamus facere de puero, qui naſciturus eſt.	8. Et precatus eſt Manue Dominum, & dixit : In me Domine, homo Dei, quem miſiſti, veniat nunc iterum ad nos..... *Aug. Locut. 48. t. 3. 376. f.*

VULGATA NOVA.	
9. Exaudivitque Dominus deprecantem Manue, & apparuit rurſum angelus Dei uxori ejus ſedenti in agro : Manue autem maritus ejus non erat cum ea.	Quæ cùm vidiſſet angelum,
	10. feſtinavit, & cucurrit ad virum ſuum : nunciavitque ei, dicens : Ecce apparuit mihi vir, quem

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Huc primùm referre juvat quæ Ambroſ. habet ep. 19. ad Vigil. to. 2. 844. c. &c. de Samſone, *cujus generationis*, inquit, & *vitæ totius ſeriem, hiſtorico digeſtam ſtylo, enarrabimus, ſecundùm ſacri libri continentiam, quæ in hunc eſt modum, non verborum ſerie, ſed ſenſu :* tum addit : » Multos per annos Hebræorum populum ſubditum Palæſtini ac ſubjectum habebant..... Namque cùm » diuturnâ injuriâ longæ ſubjectionis ita eſſent depreſſa Hebræorum pectora, ut nullus virili ingenio ad libertatem » animos tollere auderet, ortus eſt illis Samſon, divino » oraculo prædeſtinatus, magnus vir..... & quod ſine ulla » controverſia ſit, viribus corporis omnium facilè primus.... » Pater illi erat de tribu Dan, timens Deum, haud ignobili genitus loco, præſtans cæteris : mater verò ſterilis, » ſed animi virtutibus haud infœcunda ; quæ propriæ hoſpitio mentis recipere meruit viſionem angeli, mandatum tenuit, oraculum implevit..... inſinuavit marito viſum ſibi hominem Dei, præclara ſpecie, futuræ ſobolis ferentem oracula..... quod ubi comperit, piè Deum precatus oravit, ut ſibi quoque viſionis ejus gratia tribueretur, dicens : Ad me, Domine, angelus veniat tuus. *Reliqua in conſeq.* Obſervandum tamen illos, quos hîc Ambroſ. conſtanter *Palæſtinos* vocat, in Græco ſaltem Vat. *Philiſtiim nominari*, ubi ſcilicet, παρέδωκεν αὐτὺς Κύριος ἐν χειρὶ Φυλιστίμ ; in Alex. verò & Oxon. ἀλλοφύλων, ſicut in edd. Ald. & Compl.

℣. 2. Ita nunc in Græco.

℣. 3. Quærit hîc Aug. q. 50. in Jud. to. 3. 621. c. *Quomodo dixerit angelus ad matrem Sampſon, cùm annunciaret ei filium futurum, quia ſterilis erat :* Et nunc obſerva, &c. de ℣. ſeq. Vid. ſeqq. apud ipſum.

℣. 4. Ad verbum è Græco, niſi excipias vocem *ſiceram*, pro qua μέθυσμα, cui additur καί, Nobil. vertit *inebriamentum ;* Mſs. Alex. & Ox. cum edd. Ald. & Compl. hab. σίκερα, quod idem valet ; σίκερα enim teſte Schrevel. ſumitur pro quolibet potu inebriante, præter vinum, ut eſt cereviſia, &c.

℣. 5. Vix meliùs è Græco, niſi quòd deeſt ibi, & *vinum* & *ſiceram non bibet*, loco verò *à die nativitatis*, habetur ſimpliciter ἀπὸ τῆς κοιλίας, *à ventre ;* item pro *nazaræus*, ναζὶρ Θεῦ, *nazir Dei*, al. verò ναζηραῖον, aut ναζιραῖον. Anon. ſup. poſt vocem *nativitatis*, addit *uſque ad finem mortis*, quod pertinet ad ℣. 7. infra, quem vide.

℣. 6. Aug. præponit iſta : *Mater Sampſon viro ſuo indicans quemadmodum illi angelus annuntiaverit filium futurum, dixit ;* reliqua ut ſup. quæ conveniunt cum Græco, niſi quòd loco *Et interrogabam eum unde eſſet*, legitur, Καὶ οὐκ ἠρώτησα αὐτὸν πόθεν ἐστί, *Et non interrogavi eum unde eſt ;* ſed in Mſ. Alex. ac edit. Compl. ἠ ἠρώτων αὐτὸν πόθεν, ſimiliter in Oxon. & Ald. ſed abſque αὐτόν. Quærit Aug. ibid. *Utrùm verum dixerit ; quoniam hoc non legitur, cùm ei angelus loqueretur. Sed intelligendum eſt*, inquit, *hoc ibi Scripturam tacuiſſe, hîc autem commemoraſſe quod ibi tacuerat.* Tum addit : *Illud etiam quod non ait :* Interrogavi eum quid vocaretur, & nomen ſuum non annuntiavit mihi ; *ſed ait :* Interrogavi unde eſſet ; *videtur inconſequens quod addidit :* Et nomen ſuum non annuntiavit mihi..... *ſed ſi ita diſtinguatur :* Et interrogabam eum unde eſſet, & nomen ſuum, *ut ſubaudiatur*, interrogabam eum, & *poſtea inferatur*, non annuntiavit mihi, *non habet quæſtionem ; ad utrumque enim referri poteſt quod ait*, non annuntiavit mihi, *id eſt, nec unde eſſet, nec nomen ſuum.*

℣. 7. Sic eſt in Græco, præter unum Θεῦ ἅγιον, *Dei ſanctum*, loco *nazaræus Dei ;* ſed in Mſ. Alex. legitur ναζιραῖον Θεῦ ἐστι, in Oxon. Θεῦ ναζηραῖον ἔσται, ſicut in editt. Ald. & Compl. Addit Aug. ibid. *Quod ait eadem mulier, dictum ſibi eſſe ab angelo :* Quoniam nazaræus..... mortis ſuæ, *non legitur ab angelo dictum. Et quod legitur dictum :* Ipſe incipiet ſalvum facere Iſraël de manu Philiſtiim, *non eſt à muliere commemoratum. Itaque, & aliquid non dixit quod audivit ; & tamen nihil credenda eſt dixiſſe quod non audivit ; ſed Scripturam potiùs non omnia verba angeli poſuiſſe, cùm ipſum mulieri loquentem inſereret narrationi.* Auctor l. de promiſſ. p. 2. c. 21. col. 144. d. legit : *Quoniam nazaræus erit puer à die nativitatis uſque ad finem mortis.*

℣. 8. Ita Græcè ſec. codic. Vatic. exceptis his : Καὶ προσηύξατο Μανωὲ πρὸς Κύριον, *Et deprecatus eſt Manoe ad Dominum* ; ſed in Ox. ſic, ἐδεήθη..... τῦ Θεῦ, in Alex. ac editt. Ald. & Compl. ἐδεήθη..... τῦ Κυρίυ : exinde Vat.

Digitized by Google

ante videram.

11. Qui ſurrexit, & ſecutus eſt uxorem ſuam: venienſque ad virum, dixit ei: Tu es qui locutus es mulieri? Et ille reſpondit: Ego ſum.

12. Cui Manue: Quando, inquit, ſermo tuus fuerit expletus, quid vis ut faciat puer? aut à quo ſe obſervare debebit?

13. Dixitque angelus Domini ad Manue: Ab omnibus, quæ locutus ſum uxori tuæ, abſtineat ſe:

14. & quidquid ex vinea naſcitur, non comedat: vinum & ſiceram non bibat, nullo veſcatur immundo: & quod ei præcepi, impleat atque cuſtodiat.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 53. in Judic. t. 3. 622. a. b.

15..... Vim faciamus tibi nunc, & faciamus in conſpectu tuo hœdum caprarum.

16..... Si vim feceris mihi, non manducabo de panibus tuis: & ſi feceris holocauſtum, Domino offeres illud. Quoniam ignoravit Manue quia angelus Dei eſt.

S. Pucian. ep. 2. 307. g.

18..... Quid interrogas nomen meum? & ipſum eſt mirabile.

Aug. quæſt. 54. in Judic. t. 3. 622. d. e. g.

19. Et ſumpſit Manue hœdum caprarum, & ſacrificium, & obtulit ſuper petram Domino mirabilia facienti: & Manue & uxor ejus exſpectabant.

20. Et factum eſt dum aſcenderet flamma deſuper altare ad cœlum, & aſcendit angelus Domini in flamma. Et Manue uxorque illius exſpectabant, & ceciderunt ſuper faciem ſuam ſuper terram,

21. & non appoſuit ultra angelus Domini apparere ad Manue & ad uxorem ejus. Tunc cognovit Manue quoniam angelus Domini eſt,

22. & dixit Manue ad uxorem ſuam: Morte moriemur, quoniam Deum vidimus.

23..... Si vellet Dominus mortificare nos, non accepiſſet de manu noſtra holocauſtoma & ſacrificium, nec illuminaſſet nos omnia hæc, ſed nec audita feciſſet nobis hæc.

Ambr. l. 2. de Spir. S. t. 2. 635. b. 637. d.

24..... benedixit ei Dominus.

25. Et cœpit Spiritus Domini comitari cum eo in caſtra.....

VULGATA NOVA.

15. Dixitque Manue ad angelum Domini: Obſecro te ut acquieſcas precibus meis, & faciamus tibi hœdum de capris.

16. Cui reſpondit angelus: Si me cogis, non comedam panes tuos: ſi autem vis holocauſtum facere, offer illud Domino. Et neſciebat Manue quòd angelus Domini eſſet.

17. Dixitque ad eum: Quod eſt tibi nomen, ut, ſi ſermo tuus fuerit expletus, honoremus te?

18. Cui ille reſpondit: Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile? *Gen. 32. 29.*

19. Tulit itaque Manue hœdum de capris, & libamenta, & poſuit ſuper petram, offerens Domino, qui facit mirabilia: ipſe autem & uxor ejus intuebantur.

20. Cùmque aſcenderet flamma altaris in cœlum, angelus Domini pariter in flamma aſcendit. Quod cùm vidiſſent Manue & uxor ejus, proni ceciderunt in terram,

21. & ultra eis non apparuit angelus Domini. Statimque intellexit Manue angelum Domini eſſe,

22. & dixit ad uxorem ſuam: Morte moriemur, quia vidimus Deum.

23. Cui reſpondit mulier: Si Dominus nos vellet occidere, de manibus noſtris holocauſtum & libamenta non ſuſcepiſſet, nec oſtendiſſet nobis hæc omnia, neque ea quæ ſunt ventura dixiſſet.

24. Peperit itaque filium, & vocavit nomen ejus Samſon. Crevitque puer, & benedixit ei Dominus.

25. Cœpitque Spiritus Domini eſſe cum eo in caſtris Dan inter Saraa & Eſthaol.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

addit ἀδωναῖε, ad vocem *Domine*, quod abeſt ab aliis: mox in eodem Vatic. non *homo*, ſed τὸν ἄνθρωπον, *hominem*, in al. ὁ ἄνθρωπος; demum in Vat. ἔτι, *adhuc*, pro *iterum*.

℣. 15. In Græco Vatic. Κατάχωμεν ὧδέ σε, *Retineamus nunc*, loco *Vim faciamus tibi nunc*; at in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. Βιασώμεθα δὴ σέ, in Ox. παραβιασώμεθα: tum in Vatic. ᾧ ποιήσωμεν, in Alex. ποιήσωμεν, *faciemus*, &c. ut ſup.

℣. 16. Hîc iterum Gr. Vatic. habet: Ἐὰν κατάχῃς, *Si retinueris*, loco *Si vim feceris mihi*; Alex. verò conſtanter βιάσῃ με, cum editt. Ald. & Compl. in Oxon. παραβιάσῃ με; reliqua quadrant, ni excipias ſeqq. οὐκ ἔγνω, *non ſenſit*, pro *ignoravit*, & Κυρίε αὐτός, *Domini ipſe*, pro *Dei eſt*; at in Mſs. Alex. & Oxon. legitur ἐσίν, ut in ed. Compl. Aug. habet inf. *Si autem facis holocauſtum, Domino offer illud*; Gr. ἀνοίσεις.

℣. 18. Aptè ad Græc. hoc excepto *quid*, pro quo εἰς τί τοῦτο, *ad quid hoc*.

℣. 19. Similia Græcum habet, præter duo, nempe ᾧ διεχώρισε ποιῶσαι, & *diſceſſit ad faciendum*, loco *mirabilia facienti*, & in fine βλέποντες, *aſpicientes*, pro *exſpectabant*; verùm Mſs. Alex. & Oxon. nec non editt. Ald. & Compl. ferunt τῷ θαυμαστὰ ποιοῦντι, cum Aug. & pro βλέποντες, ἐθεώρων, *ſpectabant, contemplabantur*; cujus loco ſciolus fortaſſe, vel imperitus librarius poſuit *exſpectabant*.

℣. 20. Et hîc ſimiliter habetur βλέποντες, in cod. Vat. pro *exſpectabant*; in Alex. verò ac editt. Ald. & Compl. conſtanter ἐθεώρων; reliqua concordant. Vide Ambr. ep. 19. ad Vigil. to. 2. 845. e.

℣. 21. Ad verbum è Græco, excepto ultimo *eſt*, pro quo ἦτος, *hic*. Nota conſtanter ſcribi Μανωὲ, pro *Manue*; ut & ὀφθῆναι, *videri*, loco *apparere*.

℣. 22. Ita Græcè ad verbum.

℣. 23. Legitur primò apud Aug. *Illi uxor ſua reſpondit*: Græcè, Καὶ εἶπεν αὐτῷ ἡ γυνὴ αὐτοῦ· reliqua ſimilia, ſi excipias ultima, *nec illuminaſſet nos*, &c. pro quibus ita in cod. Vatic. καὶ οὐκ ἂν ἔδειξεν ἡμῖν ταῦτα πάντα, ᾧ καθὼς καιρὸς, οὐκ ἂν ἠκούτισεν ἡμᾶς ταῦτα· i. e. *& non oſtendiſſet nobis hæc omnia, & ſicut tempus, non audire feciſſet nos hæc*: ſed in Mſs. Alex. & Oxon. ac editt. Ald. & Compl. ἐφώτισεν ἡμᾶς, pro ἔδειξεν ἡμῖν, Alex. addit πάντα ταῦτα; abeſt verò ab Oxon. & Compl. ᾧ καθὼς καιρός: & in Alex. Oxon. Ald. & Compl. pro οὐκ ἂν ἠκούτισεν ἡμᾶς ταῦτα, eſt καὶ οὐκ ἂν ἀκουσὰ ἐποίησεν ἡμῖν ταῦτα, ut apud Aug. ſup. ſolus Alex. delet καί.

℣. 24. Itidem Græcè.

℣. 25. Ita Græcè, præter unum Συνεκπορεύεσθαι, *ſimul egredi*, pro *comitari*. Vide Auguſt. ſer. 364. to. 5. 1441. d.

Digitized by Google

* CAPUT XIV.

VULGATA NOVA.

1. DEscendit ergo Samson in Thamnatha: videnſque ibi mulierem de filiabus Philiſthiim,

VERSIO ANTIQUA.

1. DEſcendit Samſon in Taumatha..... *Auct. l. de promiſſ. apud Proſp. 145. a.*

VULGATA NOVA.

2. aſcendit, & nunciavit patri ſuo, & matri ſuæ, dicens: Vidi mulierem in Thamnatha de filiabus Philiſthinorum: quam quæſo ut mihi accipiatis uxorem.

3. Cui dixerunt pater & mater ſua: Nunquid non eſt mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo meo, quia vis accipere uxorem de Philiſthiim, qui incircumciſi ſunt? Dixitque Samſon ad patrem ſuum: Hanc mihi accipe: quia placuit oculis meis.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. 2. de Spir. S. 635. b. 4... pater ejus ac mater ignorabant, quoniam à Domino eſt.....

5..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

4. Parentes autem ejus neſciebant quòd res à Domino fieret, & quæreret occaſionem contra Philiſthiim: eo enim tempore Philiſthiim dominabantur Iſraëli.

5. Deſcendit itaque Samſon cum patre ſuo & matre in Thamnatha. Cùmque veniſſent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis ſævus, & rugiens, & occurrit ei.

VULGATA NOVA.

6. Irruit autem Spiritus Domini in Samſon, & dilaceravit leonem, quaſi hœdum in fruſta diſcerpens, nihil omnino habens in manu: & hoc patri & matri noluit indicare.

VERSIO ANTIQUA.

6. Et direxit ſuper eum Spiritus Domini..... *Ambr. l. 2. de Spir. S. 637. d.*

7. Deſcenditque, & locutus eſt mulieri, quæ placuerat oculis ejus.

8. Et poſt aliquot dies revertens ut acciperet eam, declinavit ut videret cadaver leonis, & ecce examen apum in ore leonis erat ac favus mellis.

8..... 9. *Vide Not.*

9. Quem cùm ſumpſiſſet in manibus, comedebat

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Hoc totum pene caput cum aliis nonnullis ſeqq. exprimit Ambroſ. variis in locis, non ſtrictim quidem, ſeu verbum è verbo, ſed ſolutè & paulò liberiùs: quæ omnia, in rem quòd ſatis rectè conducant noſtram, huc referre, ſeparatim tamen, & diſtinctis typis ac ✠✠. non nobis grave ducimus, imo nec lectori, etiam litterato, planè injucundum fore ſperamus. De Samſone igitur ſic narrat ep. 19. ad Vigil. to. 2. col. 845. f. &c. 1. » Pergens » (Samſon) in Thamnatam (urbi hoc nomen eſt in illis po» ſitæ locis, quæ tunc temporis Palæſtinorum incolis frequentabatur) virginem adſpexit grata ſpecie, & vultu » decoro; 2. & parentes proprios, quorum comitatu fultus » gradiebatur, oravit ut eam in conjugium ſibi poſcerent. » 3. 4. Verùm illi ignorantes quòd eò intentio vergeret, » ut Palæſtinis, aut negantibus infeſtior foret, aut adquieſcentibus affectus inferendæ in ſubditos injuriæ demeretur; » cùm ex conjunctione æqualitas par, & gratia conſortii » jure accreſceret; aut ſi quid offenſum eſſet, longiùs ul» tionis ſtudia procederent; quaſi alienigenam declinan» dam arbitrabantur. Sed ubi flectere animum pignoris le» gitimorum objectu fruſtra experti, in arbitrium ejus vo» lentes conceſſere. 5. Recepta itaque petitione, Samſon, » cùm ſibi promiſſam reviſeret, divertit, & pauliſper de » aggere deflexit; continuòque occurrit ei leo ferus de ſil» va, agreſti libertate ſævior. 6. Comes nullus, telum in » manibus haudquaquam ſuppeditabat: cedere pudor, & » conſcia virtus fiduciam dare. Ruentem in ſe brachiis am» plexus necat, & lacertorum nodo exanimatum, præter » aggerem ſupra ſilveſtria germina projecit ac dereliquit. » Locus erat lætus pabuli herboſo gramine, vinetis conſi» tus. 7. Itaque apud dilectiſſimam ſibi ſponſam exuvias » feræ credidit ſine momento futuras.... 8. Denique poſt » eâdem regrediens viâ, favum in utero leonis offendit, » 9. atque abſtulit, donum parentibus ac puellæ futurum; » talia enim ſponſam munera decent: ac deguſtato mel» le, favum prædictis edendum dedit, cauſam repreſſit. » 10. Sed fortè quadam die nuptialis feſti celebrabatur con» vivium, læta in epulis juventus mutuis ſe ad ludum invi» tabat ſermonibus; cùm alius alium falſiore dicacitate per» ſtringeret, ſicut ſe hujuſmodi uſus habet, certamen læ» titiæ accendebatur. 12. Ibi tum quæſtionem hujuſmodi » propoſuit Samſon juvenibus coepulantibus: 14. De man» ducante exivit eſca, & de forti proceſſit dulce: 12. ab» ſolventibus pollicens præmium, quaſi mercedem ſapien» tiæ, triginta ſindones, & totidem ſtolas, ſecundùm nu» merum virorum comeſſantium; 13. aut mulctam igno» rantibus. 14. Qui cùm enodare implexa, & diſtinguere » ambigua nequirent, 15. mulierem ejus partim minis exa» gitando, partim fatigando precibus, eò impulere, ut à » viro poſceret quæſtionis ejus abſolutionem, inſigne fu» turum conjugalis gratiæ in mercedem amoris. 16. Atque » ea ſeu animi territa, ſeu muliebri ingenio inflexa, velu» ti pio queſtu, maritalis odii dolorem prætexere hoc cœ» pit, quòd ſecretum viri conſors totius vitæ, & conſcia non comperiſſet, ſimiliſque cæteris habita foret, cui ar« canum viri proprii non crederetur. Odiſti me, inquit, « & non amaſti, quam celaſti uſque adhuc. 17. Hiſque & « cæteris talibus invictus ad cætera animus, muliebribus « emollitus blanditiis, aperuit dilectæ propoſitam quæſtio« nem, & illa civibus. 18. A quibus vix tandem ſeptimo « die, qui præſcriptus abſolvendæ parabolæ fuerat, ante « occaſum ſolis comperta ſoluta ſunt, atque in hunc mo« dum relata: Quid fortius leone, quid dulcius melle? Et « ille reſpondit: Nec muliere aliquid perfidioſius: nam ſi « non domuiſſetis vitulam meam, nunquam intelligeretis « parabolam meam. 19. Et ſtatim deſcendit in Aſcalonem, « & triginta viros peremit, quorum exuvias auferens, eos « qui propoſitam quæſtionem ſolverant, promiſſo munere « donavit. 20. Abſtinuit autem conjugio puellæ cujus per« fidiam deprehenderat, atque in patriam domum ſeſe re« cepit.

✠. 1. Gr. Καὶ κατέβη Σαμψὼν εἰς Θαμναθὰ, καὶ εἶδε γυναῖκα ἐν Θαμναθὰ ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῶν ἀλλοφύλων. Ambr. l. 2. de Spir. S. col. 635. b. alludens, dicit: *Et ideo futurum prævidens ſacramentum, ex alienigenis poſcebat uxorem.*

✠. 4. Itidem Græcè, repetito αὐτῦ, poſt *mater.*

✠. 5. Ambr. l. 2. de Spir. S. ſic pergit: *Cùm tenderet ad myſterium nuptiarum, leo rugiens occurrit ei.* Similiter Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 1. p. 145. b. *Dum pergit Samſon videre deſponſatam ſibi, catulus leonis ei obviam factus eſt.* Gr..... Καὶ ἦλθεν ἕως τῦ ἀμπελῶνος Θαμναθὰ, καὶ ἰδὺ σκύμνος λέοντος ὠρυόμενος εἰς συνάντησιν αὐτῦ.

✠. 6. Rom. ed. Ambroſ. ſola ibid. *Et irruit ſuper eum*, &c. Mſs. aliquot, *Et decidit ſuper eum*, &c. Græc. Vat. Καὶ ἦλθε ἐπ' αὐτὸν, &c. Mſ. autem Alex. Καὶ καλιὺβυνε, ſeu cum Oxon. nec non editt. Ald. & Compl. καλεύβυνε. Ambroſ. etiam ubi ſup. col. 635. b. conſtanter hab. *Quia eum Spiritus Domini dirigebat;* paulòque poſt, *leonem diſcerptum manibus dividebat:* & infra, *manibus ille diſcerpſit.* Auct. l. de promiſſ. p. 145. b. *Quem repletus Spiritu diſcerpſit, eumque miſit per partes.* Græc. καὶ συνέτριψεν αὐτόν.

✠. 8. Ambroſ. l. 2. de Spir. S. col. 635. c. alludens, addit: *In cujus* (leonis) *corpore, connubio potiturus optato, congregationem apum reperit.* Item Auct. l. de promiſſ. ubi ſup. *Rurſum rediens, declinanſque viam, dum cadaver inſpicit animantis, favum mellis in ore leonis ſuſpiciens, abſtulit*, &c. Græc. Καὶ ὑπέστρεψε μεθ' ἡμέρας λαβεῖν αὐτὴν, καὶ ἐξέκλινεν ἰδεῖν τὸ σῶμα τῦ λέοντος, καὶ ἰδὺ συναγωγὴ μελισσῶν ἐν τῷ στόματι τῦ λέοντος καὶ μέλι.

✠. 9. Ambroſ. ubi ſup. 635. d. *Et mel ſuſtulit de ore ejus, quod patri edendum matrique tribuit.* Auct. etiam l. de promiſſ. *Abſtulit, idque comedens, ſuis ex eo parentibus dedit; neque illis factum ſui operis intimavit.* Gr. Καὶ ἐξεῖλεν αὐτὸ εἰς χεῖρας αὐτῦ, καὶ ἐπορεύετο πορευόμενος καὶ ἐσθίων· καὶ ἐπορεύθη πρὸς τὸν πατέρα αὐτῦ καὶ πρὸς τὴν μητέρα αὐτῦ, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, καὶ ἔφαγον, καὶ οὐκ ἀνήγγειλεν αὐ-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

in via : venienſque ad patrem ſuum & matrem, dedit eis partem, qui & ipſi comederunt : nec tamen eis voluit indicare quòd mel de corpore leonis aſſumpſerat.

10. Deſcendit itaque pater ejus ad mulierem, & fecit filio ſuo Samſon convivium : ſic enim juvenes facere conſueverant.

11. Cùm ergo cives loci illius vidiſſent eum, dederunt ei ſodales triginta ut eſſent cum eo.

12. Quibus locutus eſt Samſon : Proponam vobis problema : quod ſi ſolveritis mihi intra ſeptem dies convivii, dabo vobis triginta ſindones, & totidem tunicas :

13. ſin autem non potueritis ſolvere, vos dabitis mihi triginta ſindones, & ejuſdem numeri tunicas. Qui reſponderunt ei : Propone problema, ut audiamus.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. ep. 19. 846. c. 847. a. b.

14..... De manducante exivit eſca, & de forti proceſſit dulce.....

VULGATA NOVA.

14. Dixitque eis : De comedente exivit cibus; & de forti egreſſa eſt dulcedo : nec potuerunt per tres dies propoſitionem ſolvere.

VULGATA NOVA.

15. Cùmque adeſſet dies ſeptimus, dixerunt ad uxorem Samſon : Blandire viro tuo, & ſuade ei ut indicet tibi quid ſignificet problema : quod ſi facere nolueris, incendemus te, & domum patris tui : an idcirco vocaſtis nos ad nuptias ut ſpoliaretis ?

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. ibid.

16..... Odiſti me, & non amaſti, quam celaſti uſque adhuc.....

VULGATA NOVA.

16. Quæ fundebat apud Samſon lacrymas, & querebatur dicens : Odiſti me, & non diligis : idcirco problema, quod propoſuiſti filiis populi mei, non vis mihi exponere. At ille reſpondit : Patri meo & matri nolui dicere : & tibi indicare potero ?

VULGATA NOVA.

17. Septem igitur diebus convivii flebat ante eum : tandemque die ſeptimo cùm ei eſſet moleſta, expoſuit. Quæ ſtatim indicavit civibus ſuis.

VERSIO ANTIQUA.

Idem l. 2. de Spir. S. t. 2. 635. c.

18..... Quid dulcius melle, & quid fortius leone ? Ad quæ ille reſpondit : Si non domuiſſetis vitulam meam, non inveniſſetis quæſtionem meam.

Ibid. 636. a.

19. Et decidit ſuper eum Spiritus Domini, & deſcendit in Aſcalonem, & percuſſit inde triginta viros.....

VULGATA NOVA.

18. Et illi dixerunt ei die ſeptimo ante ſolis occubitum : Quid dulcius melle, & quid fortius leone ? Qui ait ad eos : Si non araſſetis in vitula mea, non inveniſſetis propoſitionem meam.

19. Irruit itaque in eum Spiritus Domini, deſcenditque Aſcalonem, & percuſſit ibi triginta viros : quorum ablatas veſtes dedit iis qui problema ſolverant. Iratuſque nimis aſcendit in domum patris ſui :

20. uxor autem ejus accepit maritum unum de amicis ejus & pronubis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

τοῖς, ὅτι ἀπὸ σόματος τοῦ λέοντος ἐξῆλε τὸ μέλι.

℣. 14. Idem Ambroſ. l. 2. de Spir. S. to. 2. 635. d. ſic habet : *De edente exivit eſca, & de potente exivit dulce.* Nota in quibuſd. Mſs. non *dulce* legi, ſed *dulcedo*, ſicut in aliq. *de forti*, loco *de potente :* at lib. de elee. & jejun. c. 11. to. 1. 547. c. ſic iterum Ambroſ. *De manducante exivit eſca, & de forti dulce ;* tum addit : *Alii habent*, & de triſti dulce, *Græci codices maximè :* ſimiliter l. de Tob. c. 15. 609. c. *De manducante exivit eſca, & de forte, & triſti exivit dulce :* mox ita : *Græcus*, & triſti, *habet, ſic invenimus.* Nunc in Græco Vatic. Τὶ βρωτὸν ἐξῆλθεν ἐκ βιβρώσκοντος, καὶ ἀπὸ ἰσχυροῦ γλυκύ· *Manducabile quid exivit de manducante, & à forti dulce :* at in Ox. Ἐκ στόματος ἐδίοντος ἐξῆλθε βρῶσις, καὶ ἐκ πικροῦ γλυκύ. *Ex ore manducantis exivit eſca, & ex amaro dulce ;* in Alex. ac editt. Ald. & Compl. Ἐκ τοῦ ἔδοντος ἐξῆλθε βρῶσις, (Alex. βρῶσεις) καὶ ἐξ ἰσχυροῦ ἐξῆλθε γλυκύ. S. Paulin. ep. 23. 132. a. *De edente exivit eſca, & de potente dulce.* Apud. Aug. ſer. 364. to. 5. 1441. d. 1442. b. *De edente exivit cibus, & de forti eſt egreſſa dulcedo.*

℣. 16. Græcè, Μεμίσηκάς με, καὶ οὐκ ἠγάπησάς με, ὅτι τὸ πρόβλημα ὃ προεβάλω τοῖς υἱοῖς τοῦ λαοῦ μου, οὐκ ἀπήγγειλάς μοι αὐτό.

℣. 18. In Gr. Vatic. Τί γλυκύτερον μέλιτος, καὶ τί ἰσχυρότερον λέοντος ; Καὶ εἶπεν αὐτοῖς Σαμψών· Εἰ μὴ ἠροτριάσατε ἐν τῇ δαμάλει μου, οὐκ ἂν ἐγνώτε τὸ πρόβλημά μου. Apud Aug. ſer. 364. to. 5. 1443. c. ſic : *Non inveniſſetis parabolam meam, niſi araſſetis in vitula mea :* in Græco verò Alex. & Oxon. ac editt. Ald. & Compl. ita : Εἰ μὴ καλεδαμάσατέ μου τὴν δάμαλιν (Compl. ponit μοῦ, poſt δάμαλιν) οὐκ ἂν εὑρεῖτε τὸ, &c. Nota ante τί γλυκύτερον, in Græco legi πρὸ τοῦ ἀναλεῖλαι τὸν ἥλιον, *antequam oriretur ſol* : apud Ambroſ. verò ep. 19. ad Vigil. ſup. *ante occaſum ſolis ;* ſicut in Mſs. Alex. & Oxon. nec non edd. Ald. & Compl. in quibus πρὶν (Ald. περὶ) δῦναι τὸν ἥλιον : ſic etiam Theodoret. habet.

℣. 19. Similiter in Græco, præter ſeqq. ἤλατο, *inſiliit*, pro *decidit ;* in Mſs. Alex. & Oxon. nec non in editt. Ald. & Compl. καλεῖθυνε, *direxit :* item in Vat. ἐξ αὐτῶν, *ex eis*, pro *inde ;* in Oxon. ἐκεῖ, at in Alex. Ald. & Compl. ἐκεῖθεν : poſt *viros* autem addunt 4. Mſs. Ambr. *implevit triginta annos*, quæ alibi vix reperias. Ap. Aug. ſer. 364. to. 5. 1443. c. ſic : *Iratus eſt Samſon, quia duxit ſodalis ejus uxorem ejus.*

Digitized by Google

* CAPUT XV.

Vulgata nova.

1. POst aliquantulum autem temporis, cùm dies triticeæ meſſis inſtarent, venit Samſon, inviſere volens uxorem ſuam, & attulit ei hœdum de capris. Cùmque cubiculum ejus ſolitò vellet intrare, prohibuit eum pater illius, dicens:

2. Putavi quòd odiſſes eam, & ideo tradidi illam amico tuo: ſed habet ſororem, quæ junior & pulchrior illâ eſt, ſit tibi pro ea uxor.

3. Cui Samſon reſpondit: Ab hac die non erit culpa in me contra Philiſthæos: faciam enim vobis mala.

4. Perrexitque & cepit trecentas vulpes, caudaſque earum junxit ad caudas, & faces ligavit in medio:

5. quas igne ſuccendens, dimiſit, ut huc illucque diſcurrerent. Quæ ſtatim perrexerunt in ſegetes Philiſthinorum. Quibus ſuccenſis, & comportatæ jam fruges, & adhuc ſtantes in ſtipula, concrematæ ſunt, in tantum, ut vineas quoque & oliveta flamma conſumeret.

6. Dixeruntque Philiſthiim: Quis fecit hanc rem? Quibus dictum eſt: Samſon gener Thamnathæi: quia tulit uxorem ejus, & alteri tradidit, hæc operatus eſt. Aſcenderuntque Philiſthiim: & combuſſerunt tam mulierem quàm patrem ejus.

7. Quibus ait Samſon: Licet hæc feceritis, tamen adhuc ex vobis expetam ultionem, & tunc quieſcam.

Vulgata nova.	Versio antiqua.
8. Percuſſitque eos ingenti plaga, ita ut ſtupentes ſuram femori imponerent. Et deſcendens habitavit in ſpelunca petræ Etam.	8. Et percuſſit eos tibiam ſuper femur..... *Aug. Locut. 49. t. 3. 376. f.*

9. Igitur aſcendentes Philiſthiim in terram Juda, caſtrametati ſunt in loco, qui poſtea vocatus eſt Lechi, id eſt, maxilla, ubi eorum effuſus eſt exercitus.

Vulgata nova.

10. Dixeruntque ad eos de tribu Juda: Cur aſcendiſtis adversùm nos? Qui reſponderunt: Ut ligemus Samſon, venimus, & reddamus ei quæ in nos operatus eſt.

Versio antiqua.

10. Et dixerunt vir Juda: Quare aſcendiſtis ſuper nos? ..... *Idem Locut. 50. 376. g.*

Notæ ad Versionem antiquam.

* Ambr. ep. 19. ad Vigil. col. 847. c. &c. hiſtoriam ſuſceptam ſup. ſic pergit: » 1. Turbata animi juvencula..... in » alterius viri conceſſit nuptias; quem tamen paranymphum » ſibi Samſon quaſi fidum ſodalem, cùm duceret eam uxo- » rem, adſciverat. Nec ſic tamen, prætento licet conju- » gio, offenſionis periculum avertit. Namque ubi res pro- » dita, volentique ad conjugem redire intercluſâ copiâ, » 2. quòd pater eam alii viro nupſiſſe diceret, ſororem ſanè » ejus, ſi vellet, ducere liceret; 3. ſtimulo injuriæ exul- » ceratus, publicam excogitavit ultionem capeſſere do- » meſticæ contumeliæ indignatione: 4. correptiſque trecen- » tis vulpibus, adulta æſtate, cùm jam matura eſſent in » agris frumenta, binas ſibi invicem caudam ad caudam li- » gavit, atque in medium earum ardentem inſeruit facem, » nodoque adſtrinxit inexſolubili, 5. & ultor injuriæ ſuper » manipulos meſſis dimiſit frumentariæ, quam ſecuerant » incolæ Palæſtinorum. At illæ igni exterritæ, quacunque » præcipites convolvebantur, ſpargebant incendium, & » exurebant ſpicas eorum. 6. Quo diſpendio commoti, quòd » omnes ſibi locorum fructus interierant, factum principi- » bus ſuis intimaverunt. Et illi miſerunt viros in Thamna- » tam, qui mulierem quæ variato fidem conjugio mutave- » rat, ac totam ejus domum parenteſque igni involvêre; » quòd ea cauſa ſuæ vaſtitatis & injuriæ foret: nec opor- » tuiſſe lædi virum pronuntiantes, qui poſſet malo publi- » co ſe ulciſci. 7. Nec tamen Samſon populis Palæſtino- » rum delicti gratiam fecit, atque eo vindictæ fine conten- » tus fuit: 8. ſed concîdit eos ſtrage maxima, plurimique » eorum ferro interiere. Ipſe autem conceſſit in Etam, ad » torrentem in deſerto. Petra illic erat munitio tribus » Juda. 9. Palæſtini verò, ut qui eum non auderent laceſ- » ſere, nec munitionis prærupta arduaque ſuperare, tri- » bum Juda denuntiato adorſi urgere prælio, cùm juſta re- » ferri cernerent, quòd ſubditos ſibi & tributarios perditum » iri nequaquam verum & æquum atque ex uſu videretur » publico, pro alieno præſertim facinore: 10. conſulentes » in medium, tradi ſibi deſignatorem tanti flagitii poſtula- » verunt, atque ita illis quod ab eo commiſſum, futurum » ſine noxa eſſet. 11. Qua præſcripta ſibi conditione, viri » de tribu Juda tria millia ex ſuis congregantes, aſcende- » runt ad eum, & præfato quòd eſſent ſubditi Palæſtino- » rum, quibus ſibi neceſſitas obediendi, non ex arbitrio, » ſed ex periculi formidine maneret; facti ſui invidiam re- » torquebant in eos, qui jus cogendi habebant. Tum ille: Et » quæ, inquit, juſtitiæ forma eſt, genus Abrahamidarum, » ut circumſcriptæ primò conjugis, deinde abductæ, per- » nicioſa mihi vindicta ſit, & ſine periculo domeſticam in- » juriam non licuerit ulciſci?..... Retuli ego acceptam in- » juriam, non intuli..... 12. Sed ſi adeo ſubdita ſuper- » bis colla geritis, tradite me hoſtium manibus, vos nolite » occidere..... verùm ſi formidine ceditis inſolentibus, al- » ligate vinculis manus..... 13. Quibus illi auditis, quam- » vis tria millia virorum aſcenderant, ſacramentum dede- « runt quòd à ſe vitæ ejus vis nulla irrogaretur; tantum- « modo patiens vinculorum eſſet, ut deditionem ejus pa- « trarent..... Accepta itaque fide, ſpelæo egreſſus, deſeruit « petræ munitionem; ac duobus innexus funibus, 14. ubi « appropinquare accitos ad ſuſcipiendum Palæſtinorum va- « lidos videt, infremuit ſpiritu, & univerſa dirupit vin- « cula; 15. atque arripiens maxillam aſini jacentem, per- « cuſſit mille viros, fugavit alios grandi virtutis ſpectacu- « lo, cùm inermi & uni cederent armatorum agmina. Et « qui cominus auſi fuerant congredi, facili negotio, nullo « labore obtruncati; aliis fuga exitium demſit. Unde ho- « dieque Agon loco nomen eſt, quòd ibi Samſon glorioſum « certamen virtute egregia conſummaverit..... 16. *Et dixit:* « In maxilla aſinæ delevi mille viros..... 17. & vocavit lo- « cum, Maxillæ interfectionem. 18. Et mox ſiti graviter « cœpit inardeſcere, & potus deerat, nec jam ferre ac « tolerare poterat, unde..... exclamavit atque obſecravit..... « dicens: Tu dediſti in manu ſervi tui ſalutem magnam « hanc, & nunc ſubveni; quia ecce morior ſiti, & in po- « teſtatem eorum, de quibus tantum donaſti triumphum, « ſitis neceſſitate adjudicor. 19. Quo modo Dei miſericor- « dia, cùm projeciſſet ille maxillam, aperuit ſciſſuram ejus, « & fons erupit ex ea, & bibit Samſon, & reſumpſit ſpiri- « tum, & vocavit locum, Invocationem fontis. » Vide etiam l. 2. de Spir. S. 636. b. & in Pſ. 118. to. 1. 1113. f. Auct. lib. de promiſſ. p. 2. c. 21. apud Proſp. col. 145. e. ea- dem ſic memorat: » Pergens verò Samſon ad diem feſtum « Hebræi populi, ut cum ſuis agere potuiſſet, mulierem « ejus viro alii parentes tradiderunt..... Reverſus igitur « Samſon, cùm cognoſceret uxorem ſuam alteri viro fuiſſe « conjunctam, inſidiis illam gentem pro dolore confecit: « trecentis itaque vulpibus apprehenſis, earum in invicem « caudas innectens, faces his ardentes poſuit, eaſque per « ſegetes allophylorum ire dimiſit, omneſque eorum fruges « miro compendio ſuccendit. *Et poſt pauca:* Idem Samſon « in illo populo aliam dilexit mulierem, quam dum per- « geret accipere, ſoli tranſeunti viam inimicorum inſidiæ « irruerunt; cui virtus divina ſtatim adfuit: adprehenſâ « etenim aſini maxillâ, mille viros ex ea proſtravit, cæte- « roſque vertit in fugam, qui cùm ſiti præliando deficeret, « invocato Deo, ex rima ejus maxillæ aqua profluens priſ- « cæ virtùti reddidit ſatiatum, eumque adverſariis ſupe- « ratis fecit eſſe victorem.

℣. 8. Ita Græcè ad verbum: addit Aug. ibid. *Hæc locutio inuſitata eſt, tamen locutio eſt: Non aliquis in corpore vulneris locus, hoc eſt, percuſſit eos ad admirationem, ad ſtuporem.* Vide etiam q. 15. in Jud. 623. a. ubi eadem refert, & fuſiùs explicat.

℣. 10. Similiter in Græco: Vat. hab. εἰς τί, *ad quid*, pro *quare;* Oxon. διατί, Alex. ἱνατί, cum editt. Ald. & Compl. Addit Aug. *Singularem poſuit pro plurali: dixerunt enim viri Juda, non unus vir.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

11. Deſcenderunt ergo tria millia virorum de Juda, ad ſpecum ſilicis Etam, dixeruntque ad Samſon: Neſcis quòd Philiſthiim imperent nobis? quare hoc facere voluiſti? Quibus ille ait: Sicut fecerunt mihi, ſic feci eis.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 56. in Judic. t. 3. 624. a. b. 12..... Jurate mihi, ne interficiatis me vos, & tradite me eis, ne fortè occurratis in me vos.

Aug. Locut. 52. 377. a. 13..... & reduxerunt eum de petra.

Ibid. Locut. 53. 14. Et venit uſque ad Maxillam..... ſicut ſtupa, cùm olefecerit ignem.....

Ibid. Locut. 54. 15..... & extendit manum ſuam, & accepit eam.....

Ambr. ep. 19. t. 2. 849. a. 16..... In maxilla aſinæ delevi mille viros.

VULGATA NOVA.

12. Ligare, inquiunt, te venimus, & tradere in manus Philiſthinorum. Quibus Samſon: Jurate, ait, & ſpondete mihi quòd non occidatis me.

13. Dixerunt: Non te occidemus, ſed vinctum trademus. Ligaveruntque eum duobus novis funibus, & tulerunt eum de petra Etam.

14. Qui cùm veniſſet ad locum Maxillæ, & Philiſthiim vociferantes occurriſſent ei, irruit Spiritus Domini in eum: & ſicut ſolent ad odorem ignis lina conſumi, ita vincula quibus ligatus erat, diſſipata ſunt & ſoluta.

15. Inventamque maxillam, id eſt, mandibulam aſini, quæ jacebat, arripiens, interfecit in ea mille viros,

16. & ait: In maxilla aſini, in mandibula pulli aſinarum delevi eos, & percuſſi mille viros.

VULGATA NOVA.

17. Cùmque hæc verba canens compleſſet, projecit mandibulam de manu, & vocavit nomen loci illius Ramathlechi, quod interpretatur elevatio maxillæ.

18. Sitienſque valde, clamavit ad Dominum, & ait: Tu dediſti in manu ſervi tui ſalutem hanc maximam atque victoriam: en ſiti morior, incidamque in manus incircumciſorum.

19. Aperuit itaque Dominus molarem dentem in maxilla aſini, & egreſſæ ſunt ex eo aquæ. Quibus hauſtis, refocillavit ſpiritum, & vires recepit. Idcirco appellatum eſt nomen loci illius, Fons invocantis de maxilla, uſque in præſentem diem.

20. Judicavitque Iſraël in diebus Philiſthiim viginti annis. *Inf. 16, 31.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 12. Auguſt. præponit iſta: *Ait Samſon viris Juda*, pro quibus in Græco: Καὶ εἶπεν αὐτοῖς Σαμψών; tum ſequitur ibid. ſaltem in Vatic. Ὀμόσατέ μοι, μή ποτε συναντήσητε ἐν ἐμοὶ ὑμεῖς, omiſſis his, *ne interficiatis me vos, & tradite me eis.* At in Alex. & Oxon. ſicut in ed. Ald. ſic: μὴ ἀποκτεῖναί (Ald. ἢ μὴ ἀποκτείνητέ) με ὑμεῖς· ἢ παράδοτέ με αὐτοῖς (Ald. ὑμεῖς) μή ποτε ἀπαντήσητε (Alex. ἀπαντήσηται) ἐν ἐμοὶ ὑμεῖς. In edit. Compl. μὴ ἀποκτεῖναί με ὑμεῖς, ἢ μή ποτε συναντήσητέ μοι ὑμεῖς. Vid. Ambroſ. ſup. Notat ibid. Aug. *Hanc locutionem ita nonnullos eſſe interpretatos: Ne fortè veniatis adversùm me vos:* & Locut. 51. 376. g. *Ne fortè occurratis in me vos, pro eo quod eſt, occidatis me.*

℣. 13. In Græco, ἀνήνεγκαν, *retulerunt*, pro *reduxerunt*; at in Mſs. Alex. & Oxon. ſicut in edit. Compl. ἀνήγαγον, abſque voce ἐκείνης, poſt *petra*, quam addit Vat. eum ed. Ald. Vide Ambr. ſup.

℣. 14. Græc. Vatic. Καὶ ἦλθον, *Et venerunt*; Alex. verò & Oxon. cum editt. Ald. & Compl. Καὶ αὐτὸς ἦλθε. Item loco *cùm olefecerit ignem*, in Vatic. ſic, ὃ ἐξεκαύθη ἐν πυρί, *quæ ſuccenſa eſt in igne*, in al. ἡνίκα ἂν (Ox. ὅτ' ἂν) ὀσφρανθῇ πυρός.

℣. 15. Ita in Græco.

℣. 16. Aug. q. 55. in Jud. to. 3. 623. b. dicit ſcriptum de Samſone, *quòd maxillâ aſini mille occiderit.* Ambroſ. l. 2. de Spir. S. 636. d. *Samſon ita inſuperabilis, ut in maxilla aſini viros mille percuteret.* Gr. ἐν τῇ σιαγόνι τοῦ ὄνου ἐπάταξε χιλίους ἄνδρας.

* CAPUT XVI.

VULGATA NOVA.

1. ABiit quoque in Gazam, & vidit ibi mulierem meretricem, ingreſſuſque eſt ad eam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Pergit Ambroſ. ep. 19. ad Vigil. to 2. col. 849. d. &c. & totam de Samſone narrationem abſolvit: » 1. Ubi » decurſa ſerie bellum Palæſtinorum compoſuit..... Gazam » ſeſe contulit..... & habitabat illic in diverſorio: 2. quod » cognitum Gazæi haudquaquam diſſimulatione prætérierunt; ſed feſtinantes circumdederunt diverſorium ejus, » & obſederunt univerſos aditus domus, ne fugam in noc» te componeret. 3. Itaque Samſon, cognito quid pararetur, compoſitas inſidias noctis medio prævertens, columnas domus manibus amplexus, materiem toram, & cul» minis molem, cervice valida ſuſtentans, in verticem » montis altiſſimi tranſportavit, qui imminebat urbi Che» bron..... 4. *At* parum fida expertus alienigenæ uxoris primа connubia, qui debuiſſet cavere vel poſtea, rurſus » Dalilæ mulieris fornicariæ copulam non declinavit; & » cùm eam diligeret impensè, tentandi ſe cauſam dolis » hoſtilibus præſtitit. 5. Aſcendentes enim Palæſtini ad eam, » polliciti ſunt pecuniam viritim daturos mille & centum » denarios, ſi proderet eis in quo ille fiduciam virtutis ſuæ » conſtitutam haberet; quo cognito, circumveniri & capi » poſſet. 6. At illa..... aſtutè ſatis & callidè, inter pocula » & illecebras amoris, quaſi admirans fortitudinis ejus eminentiam, quærere hoc cœpit, quo tandem genere tantùm præſtaret reliquorum virtutibus; ſimul & quaſi pavida atque ſollicita orare, ut dilectæ ſuæ committeret, « qui nexus adſtrictum alienæ poteſtati ſubſterneret. 7. Ille « autem..... dolum dolo retulit, dicens: Quia ſi vitibus vi« rentibus adhuc, & non aridis alligaretur, infirmitate cor« poris adæquaret aliorum ſimilitudinem. 8. Quo Palæſtini « per Dalilam ſibi comperto, cùm vitea ſoporanti circum« dediſſent vincula, 9. quaſi de improviſo excitum, haud « degenerem offendêre notæ & ſolitæ fortitudinis; cùm, « ſoluris nexibus, virtus libera, multis licet, reſiſteret ac « repugnaret. 10. Sed ubi parum proceſſit, rurſus Dalila « quaſi deriſa, & conquerens, repetere artes ſuas, & fi« dem amoris poſcere non prætermittebat. 11. Cui Samſon « validus adhuc conſilii, dolum ridens, ſignificavit ligatum « ſe ſeptem funibus, qui adhuc ſine uſu forent, venturum « in poteſtatem hoſtium: 12. ſed & hoc fruſtra fuit. 13. Ter« tiò quoque tanquam de myſterio deprompſit, & jam lap« ſuro propior, ſi diſſoluti eſſent crines ſeptem capitis ſui, « & quaſi in cubitum intexti, diſcederet ab eo virtus ſua. « 14. Et hoc quoque luſit inſidiarum fabricatores. 15. At « poſtremùm cùm illuſum ſibi toties procax mulier deplo«

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Auguſt. Loc. 55. t. 3. 377. c. 2. Et nunciatum eſt Gazæis, dicentes.....	2. Quod cùm audiſſent Philiſthiim, & percrebruiſſet apud eos, intraſſe urbem Samſon, circumdederunt eum, poſitis in porta civitatis cuſtodibus: & ibi tota nocte cum ſilentio præſtolantes, ut facto manè exeuntem occiderent.
3. Dormivit autem Samſon uſque ad medium noctis: & inde conſurgens,	3..... *Vide Not. ad ℣.* 2. apprehendit ambas portæ fores cum poſtibus ſuis & ſera, impoſitaſque humeris ſuis portavit ad verticem montis, qui reſpicit Hebron.
	4. Poſt hæc amavit mulierem, quæ habitabat in valle Sorec, & vocabatur Dalila.
	5. Veneruntque ad eam principes Philiſthinorum, atque dixerunt: Decipe eum, & diſce ab illo, in quo habeat tantam fortitudinem, & quo modo eum ſuperare valeamus, & vinctum affligere: quod ſi feceris, dabimus tibi ſinguli mille & centum argenteos.
	6. Locuta eſt ergo Dalila ad Samſon: Dic mihi, obſecro, in quo ſit tua maxima fortitudo, & quid ſit quo ligatus erumpere nequeas?
VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
7. Cui reſpondit Samſon: Si ſeptem nerviceis funibus, necdum ſiccis & adhuc humentibus, ligatus fuero, infirmus ero ut cæteri homines.	7..... Si ligaverint me in ſeptem nervis, humidis, nondum ſiccatis, & infirmabor..... *Aug. Locut. 56. t. 3. 377. c. 378. a.*
VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
8. Attuleruntque ad eam ſatrapæ Philiſthinorum ſeptem funes, ut dixerat: quibus vinxit eum,	9. latentibus apud ſe inſidiis, & in cubiculo finem 9. & inſidiæ ei ſedebant in cubiculo..... *Ibid. Locut. 58.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

» raviſſet, indignam ſe habitam dolens, cui committeretur » arcanum dilecti; 16. & id quod pro remedio quæreret, » ad proditionem ſuſpectari videret, lacrymis fidem coe- » git: 17. ſimul quia debebatur invictæ ad id tempus for- » titudinis viro, ut ærumnam incideret, ſaucius animi ſe- » cretum aperit: prætendere in ſe virtutem Dei, & eſſe Do- » mino ſanctificatum, ſecundùm ejus præceptum comam » paſcere, quæ ſi adtonderetur, deſineret nazaræus eſſe, » & propriæ virturis uſum amitteret. 18. Palæſtini, per mu- » lierem comperta infirmitate viri, ſceleris mercedem affe- » runt, ut pietio obnoxia dolum patraret. 19. At illa me- » retriciis delinimentis feſſum amoris in ſoporem compulit, » & tonſore adhibito, ſeptem crines capitis ejus admotâ » no aculâ abſcidit, continuòque interdicti prævaricatione » vires minutæ. 20. Denique ex ſomno expergitus: Faciam, » inquit, ſicut ſoleo, & excutiam me ſuper adverſarios; » ſed nec animi ſui alacritatem, nec virtutem agnovit: nec » vigor erat, nec gratia manebat. 21. Itaque reputans ſe- » cum quòd improvidè ſe mulieribus credidiſſet, & calvi » ratus tentare ulterius aliquid damnatum infirmitatis cæci- » tati oculos, vinculis manus præbuit; & compedibus in- » nexus, carcerem intravit multis ſibi incognitum tempeſ- » tatibus: 22. & jam proceſſu temporis, creſcere ei coma » cœperat. 23. Itaque cùm eſſet celebre convivium, 25. Pa- » læſtinorum conventui producitur de carcere Samſon, » ac ſtatuitur in populi conſpectu. 27. Erant tria millia fer- » me hominum virilis ac muliebris ſexûs; 25. & gravibus » eum inſultabant conviciis, circumagebant ludibriis, quod » duriùs, & ultra ipſam captivitatis ſpeciem, viro ingenitæ » virturis conſcio tolerabatur..... 26. Cupiens igitur tantam » contumeliam vel ultione ſolari, vel morte in reliquum » prævertere; ſimulato quòd propter infirmitatem corporis » & nodos compedum ſuſtentare ſeſe nequiret, popoſcit à » puero, qui dirigebat vias ejus, ut admoveret eum ad » columnas proximas, quibus domus omnis ſuffulciebatur. » 29. Et admotus, utraque manu fulcra totius comprehen- » dit ædificii, 23. atque intentis ad feſta ſacrificii Palæſti- » nis, quod Dagoni deo ſuo deferebant, per quem ſibi » adverſarium ſuum datum in poteſtatem arbitrabantur, » muliebris perfidiæ dolos beneficiis annumerantes cæleſti- » bus, 28. exclamavit ad Dominum, dicens: Domine, ad- » huc ſemel memor pueri tui eſto, ut pro duobus oculis » meis vindictam tribuas de nationibus, ne dent gloriam » ſuis diis, quòd ipſis juvantibus, me in poteſtatem acce- » perint; nec vitam meam pluris facio. 30. Moriatur ani- » ma mea cum Palæſtinis, ut agnoſcant ſibi infirmitatem » meam non minùs quàm virtutem exitialem fuiſſe. Con- » cuſſit itaque columnas magna vi, ac diſſolvit & commi- » nuit eas: quas ſecuta ruina ſuperioris culminis, & ipſum » involvit, & univerſos, qui deſuper adſpectabant, præ- » cipitavit. Ibi magna vis marium, feminarumque promiſ- » cuè exanimata..... Denique non telis, ſed cadaveribus » hoſtium preſſus & humatus eſt, proprio tectus triumpho, » clarum inſigne relinquens poſteris, eò quòd populum ſuum, » quem captivum invenerat, viginti annis in libertate ju- » dicio ſuo rexit, 31. & ſepultus in patrio ſolo libertatis » hætedem dimiſit. » Auct. etiam l. de promiſſ. p. 2. c. 22. apud Proſp. col. 146. e. 147. a. & ſeqq. hæc habet: » 4. Poſt illud mirabile prælium, Samſon ſociavit ſibi aliam, » quam dilexit mulierem, nomine Dalila..... 5. Dixerunt » allophyli ad Dalilam: Seduc virum tuum, & indicet tibi » in quo ſit virtus ejus, & dabimus tibi ſinguli mille cen- tum argenteos..... 6. Seducit Dalila mulier virum, illis « ſuadentibus, & dicit: Indica mihi, in quo infirmari poſ- « ſit virtus tua. 7. Aperuit quodammodo os ſuum Sam- « ſon in parabolis, & dixit: Si ligatus fuero nervis humidis, « id eſt, recentibus, infirmabor, & ero ſicut omnes ho- « mines. 8. Sinit ſe fortis his vinculis colligari, 9. inſidian- « tibuſque adverſariis, ac dicente illi uxore: Philiſtiim ſu- « per te Samſon; ita illa vincula virtute diſſolvit, tanquam « ſtupa cùm tetigerit ignem, adverſarioſque omnes vertit « in fugam..... 10. Rurſum allophyli per mulierem inſidias « tendunt; dicitque mulier ad Samſon: Indica jam mihi in « quo infirmetur virtus tua. 11. Et Samſon: Si ligatus fue- « ro, ait, funibus novis, infirmabor, & ero ſicut omnes « homines. 12. Cùmque id fieret, Adverſarii ad te, inquit, « Samſon: at ille repletus Spiritu, diſrupit funes à brachiis « ſuis; tanquam filum ſparſit, omneſque fugavit adverſa- « rios..... 13. Tertiò ſollicitat mulier virum: Quouſque, « inquit, illudis me? indica jam mihi in quo infirmetur « virtus tua..... Sed Samſon tertiò ſe ligari hoc modo per- « miſit: Si alligati fuerint, ait, capilli capitis mei in palo « orſorio, infirmabor, & ero ſicut omnes homines. 14. Quod « cùm faceret mulier: Iidem inſidiantes ad te, inquit, Sam- « ſon. At ille exſurgens, diſruptis omnibus, fugatos, pla- « gatoſque inimicos proſtravit..... 16. Inſtante & flente « mendaciter coram ſe muliere, puſillanimis factus eſt, ait « Scriptura, Samſon, uſque ad mortem..... 17. Si raſi, in- « quit, fuerint capitis mei capilli, infirmabor, & ero ſicut « omnes homines. 18. Antequam hæc fierent, mittit mulier « ad viros dicens: Adferte argentum, jam enim mihi om- « nia veraciter indicavit..... 19. Eum accipiens mulier, « dormire fecit in ſinu ſuo..... eum inebriavit poculo mor- « tifero..... novaculâ adhibitâ, raſit caput ejus..... Raſo « capite Samſon, diſceſſit & virtus..... 21. Effoderunt ini- « mici Samſon duos oculos ejus..... accipientes inimici Sam- « ſon, ligaverunt eum ferro..... 22. Creſcente coma capi- « tis, cùm ei creviſſet & virtus, 24. 25. ad templum duc- « tus ab inimicis, quò omnis populus ille convenerat, dare « laudes & victimas diis ſuis, quòd eis acerrimum ſuum « tradiderant hoſtem; 26. illic poſitus, puero qui ſibi du- « catum præbebat, ut ejus manibus columnas ſupra quas « totum illud ædificium ferebatur, traderet, imperavit: « 28. 29. quas ſingulis manibus adprehendens, invocato Deo, « ſemel ſe adhuc confirmari petit; 30. atque impetu ſpi- « ritus columnas evellens, omne illud ædificium cum po- « pulis cadens, plures Samſon occîdit in morte ſua, quàm « occiderat in vita ſua.

℣. 2. Ita Græcè. Idem Auguſt. ſer. 364. to. 5. 1444. c. hæc hab. *Inimici verò exſpectabant ad portas civitatis, ut comprehenderent eum, cùm à meretrice, ad quam intraverat, fuiſſet egreſſus; ille verò dormiebat:* & poſt pauca: *Ubi exſurrexit, media nocte exiit,* & *abſtulit portas civitatis ipſius cum ſeris,* & *eaſdem portas levavit in cacumen montis,* & *ab allophylis teneri non potuit.*

℣. 7. Similiter in Græco, uno excepto, διεφθαρμέναις, *corruptis*, pro *ſiccatis*; in Mſ. Alex. ἠρημωμέναις, ut & ℣. ſeq. ἠρημωμένας, at in Oxon. ἃ οὐκ ἦν ἐξηραμμένα. Vide Ambr. ſup.

℣. 9. Aug. addit: *Nonnulli interpretati ſunt*, obſidebant, *ſed Græcus*, ἐκάθητο, *hoc eſt*, ſedebat; *quia* inſidiæ, *ſingulari numero* (ἔνεδρον) *Græcè dicuntur, nec poteſt Latinè dici* inſidia: *locutio autem notanda erat, quia dictum eſt*, inſidiæ ſedebant, *pro iis qui inſidiabantur; ipſi enim ſe-*

Digitized by Google

rei exſpectantibus, clamavitque ad eum: Philiſthiim ſuper te Samſon. Qui rupit vincula, quo modo ſi rumpat quis filum de ſtupæ tortum putamine, cùm odorem ignis acceperit: & non eſt cognitum in quo eſſet fortitudo ejus.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 59. 378. *a.* 10..... nunc ergo indica mihi in quo ligaberis.

Ibid. Locut. 60. & 61. 11..... Si ligaverint me in funibus novis, in quibus non eſt factum opus, & infirmabor.....

VULGATA NOVA.

10. Dixitque ad eum Dalila: Ecce illuſiſti mihi, & falſum locutus es: ſaltem nunc indica mihi quo ligari debeas.

11. Cui ille reſpondit: Si ligatus fuero novis funibus, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero, & aliorum hominum ſimilis.

VULGATA NOVA.

12. Quibus rurſum Dalila vinxit eum, & clamavit: Philiſthiim ſuper te Samſon, in cubiculo inſidiis præparatis. Qui ita rupit vincula quaſi fila telarum.

12..... *Vide Not.*

13. Dixitque Dalila rurſum ad eum: Uſquequo decipis me, & falſum loqueris? oſtende quo vinciri debeas. Cui reſpondit Samſon: Si ſeptem crines capitis mei cum licio plexueris, & clavum his circumligatum terræ fixeris, infirmus ero.

14. Quod cùm feciſſet Dalila, dixit ad eum: Philiſthiim ſuper te Samſon. Qui conſurgens de ſomno, extraxit clavum cum crinibus & licio.

14..... *Vide Not.*

18. Videnſque illa quòd confeſſus ei eſſet omnem animum ſuum, miſit ad principes Philiſthinorum ac mandavit: Aſcendite adhuc ſemel, quia nunc mihi aperuit cor ſuum. Qui aſcenderunt, aſſumptâ pecuniâ quam promiſerant.

19. At illa dormire eum fecit ſuper genua ſua, & in ſinu ſuo reclinare caput. Vocavitque tonſorem, & raſit ſeptem crines ejus, & cœpit abigere eum, & à ſe repellere: ſtatim enim ab eo fortitudo diſceſſit:

19... *Vide Not.*

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

20. dixitque: Philiſthiim ſuper te Samſon. Qui de ſomno conſurgens, dixit in animo ſuo: Egrediar ſicut ante feci, & me excutiam, neſciens quòd receſſiſſet ab eo Dominus.

20..... Dominus diſceſſit ab eo. *Ambroſ. l. 2. de Spir. S. t. 2. 637. e.*

21. Quem cùm apprehendiſſent Philiſthiim, ſtatim eruerunt oculos ejus, & duxerunt Gazam vinctum catenis, & clauſum in carcere molere fecerunt.

22. Jamque capilli ejus renaſci cœperant,

23. & principes Philiſthinorum convenerunt in unum ut immolarent hoſtias magnificas Dagon deo ſuo, & epularentur, dicentes: Tradidit deus noſter inimicum noſtrum Samſon in manus noſtras.

24. Quod etiam populus videns, laudabat deum ſuum, eademque dicebat: Tradidit deus noſter adverſarium noſtrum in manus noſtras, qui delevit terram noſtram, & occîdit plurimos.

25. Lætanteſque per convivia, ſumptis jam epulis, præceperunt ut vocaretur Samſon, & ante eos luderet. Qui adductus de carcere ludebat ante eos, feceruntque eum ſtare inter duas columnas.

VERSIO ANTIQUA. VULGATA NOVA.

Aug. Locut. 62. 378. *b.* 15..... & hoc tertium fefelliſti me.....

15. Dixitque ad eum Dalila: Quomodo dicis quòd amas me, cùm animus tuus non ſit mecum? Per tres vices mentitus es mihi, & noluiſti dicere in quo ſit maxima fortitudo tua.

16. Cùmque moleſta eſſet ei, & per multos dies jugiter adhæreret, ſpatium ad quietem non tribuens, defecit anima ejus, & ad mortem uſque laſſata eſt.

VERSIO ANTIQUA. VULGATA NOVA.

Ambr. l. 2. de Spir. S. t. 2. 637. d. 17..... & ſi tonſus fuero, diſcedet à me virtus mea.....

17. Tunc aperiens veritatem rei, dixit ad eam: Ferrum nunquam aſcendit ſuper caput meum, quia nazaræus, id eſt, conſecratus Deo, ſum de utero matris meæ: ſi raſum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, & deficiam, eroque ſicut cæteri homines.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. Locut. 63. *t.* 3. 378. *c.* 26..... Dimitte me, & palpabo columnas, ſuper quas domus confirmata eſt ſuper eas.....

VULGATA NOVA.

26. Qui dixit puero regenti greſſus ſuos: Dimitte me, ut tangam columnas, quibus omnis imminet domus, & recliner ſuper eas, & paululùm requieſcam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

debant.

℣. 10. Aptè ad Græc. ni excipias verbum *indica*, pro quo ἀνάγγειλον, *annuntia*. Notat Aug. ibid. non dixiſſe, *quo ligaberis, aut unde ligaberis.*

℣. 11. Græc. Vat. Ἐὰν δεσμεύοντες δήσωσί με ἐν καλωδίοις καινοῖς, οἷς οὐκ ἐγένετο ἐν αὐτοῖς ἔργον, &c. *Si ligantes ligaverint me in funiculis novis, quibus non factum eſt in eis opus*, &c. Mſ. verò Oxon. delet δεσμεύοντες, pro quo Alex. cum edit. Compl. hab. δεσμῷ. Item in Alex. Ox. & Compl. ſic: ἐν οἷς οὐκ ἐγενήθη ἔργον, &c. Mſ. Ox. ſup. tollit ἐν, ante καλωδίοις, ſed alii addunt, & ipſe Aug. ibid. obſervat non dixiſſe *funibus*, ſed *in funibus*; Mſs. Alex. & Ox. ferunt ἑπτὰ καλωδίοις, cum Ambr. ſup.

℣. 12. Ambr. l. 2. de Spir. S. 636. e. hæc hab. *Funes intextos nervis, novas reſtes ſicut mollia fila diſſolvit.* Gr. Καὶ διέσπασεν αὐτὰ ἀπὸ βραχιόνων αὐτοῦ ὡσεὶ σπαρτίον.

℣. 14. Ambr. l. 2. de Spir. S. 636. e. ait: *Crinium ſuorum palo conſtricta defixo vincla non ſenſit.* Gr. Καὶ ἔλαβε Δαλιδὰ τὰς ἑπτὰ ζείρας τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ ὕφανεν ἐν τῷ διάσμαλι, καὶ ἔπηξε τῷ φασσάλῳ εἰς τὸν τοῖχον.

℣. 15. A Græco abeſt &; ſolus Mſ. Ox. præponit καί. Notat Aug. *tertium* poſitum, *pro tertiò, ſive ter; nomen ſcilicet, pro adverbio:* Græcè nunc, τοῦτο τρίτον.

℣. 17. Similiter habet S. Paulin. ep. 23. p. 134. b. detracto uno &; nec aliter in Græco, niſi quod Vat. hab. ἐὰν ξυρήσωμαι; ſed Alex. & Oxon. cum editt. Ald. & Compl. καὶ ἐὰν ξυρ.

℣. 19. Huc etiam redeunt quæ Ambroſ. ait l. 2. de Spir. S. to. 2. 636. e. *Poſteaquam Spiritus Dei diſceſſit ab eo, longè mutatus ab illo Samſone, qui rediit allophylorum indutus exuvias, in muliebribus genibus virtutis ſuæ degener, palpatus, & captus, ſacro crine tondetur..... tonſo autem capite, fortitudo omnis viri ſubitò ſolvitur.* Vide etiam l. de virginit. c. 12. col. 230. f.

℣. 20. Gr. Vat. Κύριος ἀπέστη ἀπάνωθεν αὐτοῦ, Mſs. Alex. & Oxon. cum edit. Compl. ἀπ' αὐτοῦ. Vid. Ambr. ſupra.

℣. 26. Ita de Græco, niſi quòd iſtud, *confirmata eſt*, deeſt in cod. Vat. additur verò in Alex. ac editt. Ald. & Compl. ἐπ' ὧν ὁ οἶκος ἐπεστήρικται ἐπ' αὐτούς· in Ox. ἐφ' οὓς ὁ οἶκος ἐπεστήρικται, &c. Vid. Ambr. ſup.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

27. Domus autem erat plena virorum ac mulierum, & erant ibi omnes principes Philisthinorum, ac de tecto & solario circiter tria millia utriusque sexus spectantes ludentem Samson.

28. At ille invocato Domino, ait: Domine Deus, memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem pristinam Deus meus, ut ulciscar me de hostibus meis, & pro amissione duorum luminum unam ultionem recipiam.

29. Et apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, alteramque earum dexterâ, & alteram lævâ tenens,

30. ait: Moriatur anima mea cum Philisthiim: concussisque fortiter columnis, cecidit domus super omnes principes, & cæteram multitudinem quæ ibi erat: multòque plures interfecit moriens, quàm ante vivus occiderat.

31. Descendentes autem fratres ejus & universa cognatio, tulerunt corpus ejus, & sepelierunt inter Saraa & Esthaol in sepulcro patris sui Manue: judicavitque Israël viginti annis.

CAPUT XVII.

VULGATA NOVA.

1. FUit eo tempore vir quidam de monte Ephraim nomine Michas, 1... 2... 3. *Vide Not.*

2. qui dixit matri suæ: Mille & centum argenteos, quos separaveras tibi, & super quibus me audiente juraveras, ecce ego habeo, & apud me sunt. Cui illa respondit: Benedictus filius meus Domino.

3. Reddidit ergo eos matri suæ, quæ dixerat ei: Consecravi & vovi hoc argentum Domino, ut de manu mea suscipiat filius meus, & faciat sculptile atque conflatile: & nunc trado illud tibi.

VULGATA NOVA.

4. Reddidit igitur eos matri suæ: quæ tulit ducentos argenteos, & dedit eos argentario, ut faceret ex eis sculptile atque conflatile, quod fuit in domo Michæ.

5. Qui ædiculam quoque in ea Deo separavit, & fecit ephod, & theraphim, id est, vestem sacerdotalem, & idola: implevitque unius filiorum suorum manum, & factus est ei sacerdos.

6. In diebus illis non erat rex in Israël, sed unusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.

VERSIO ANTIQUA.

4..... & accepit mater ejus argentum, & dedit illud conflatori, & fecit illud sculptile atque conflatile, & fuit in domo Michæ. *Hieron. epist. ad Marcell. t. 2. 612. c. 613. a.*

5. Et vir Micha, & domus ejus Dei, & fecit ephod, & theraphim: & implevit manum unius de filiis suis, & factus est ei in sacerdotem.

6..... unusquisque placita sibi faciebat, eò quòd non esset rex in Israël. *Anct. quæst. Vet. Test. q. 46. p. 60. f.*

VULGATA NOVA.

7. Fuit quoque alter adolescens de Bethlehem Juda, ex cognatione ejus: eratque ipse Levites, & habitabat ibi.

8. Egressusque de civitate Bethlehem, peregrinari voluit ubicunque sibi commodum reperisset. Cùmque venisset in montem Ephraim, iter faciens, & declinasset parumper in domum Michæ,

9. interrogatus est ab eo unde venisset. Qui respondit: Levita sum de Bethlehem Juda, & vado ut habitem ubi potuero, & utile mihi esse perspexero.

10. Dixitque Michas: Mane apud me, & esto mihi parens ac sacerdos: daboque tibi per annos singulos decem argenteos, ac vestem duplicem, & quæ ad victum sunt necessaria.

11. Acquievit, & mansit apud hominem, fuitque illi quasi unus de filiis:

12. implevitque Michas manum ejus, & habuit puerum sacerdotem apud se,

13. Nunc scio, dicens, quòd benefaciet mihi Deus habenti Levitici generis sacerdotem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. 3. De his ita rescribit Hieron. ad Marcellam to. 2. 612. c. *Ad volumen Judicum*, inquit, *transcendisti, in quo Micha de monte Ephraim scribitur mille centum argenti siclos matri, quos illa voverat, reddidisse, eamque sculptile inde feciſſe, & conflatile: & addis, hæc post modicum vocari, ephod, & theraphim, cùm utique si zona sit aut vestimenti genus, sculptile atque conflatile esse non possit. Agnosco errorem pene omnium Latinorum putantium Ephod & Theraphim, quæ postea nominantur, de hoc argento quod Micha matri dederat, fuisse conflatum, cùm Scriptura sic referat: Et accepit*, &c. Vide plura sis ibid.

℣. 4. Ita Græcè, præter seqq. διακοσίους ἀργυρίου, *ducentos argenti*, loco *argentum*; in Mſ. tamen Oxon. legitur τὸ ἀργύριον: subinde pro *conflatori*, sic, ἀργυροκόπῳ, *sculptori argenti*, vel *argentario*; in Mſs. Alex. & Ox. ac edd. Ald. & Compl. χωνευτῇ, *fusori*; demum in Alex. Μειχὰ, pro *Michæ*, in Vat. & al. Μιχαία.

℣. 5. Græcè, loco *vir Micha & domus ejus*, legitur, ὁ οἶκος Μιχαία, αὐτῷ οἶκος, *domus Michææ, ipsi domus*; in Mſ. verò Alex. ὁ ἀνὴρ Μειχά, in Oxon. ὁ ἀνὴρ Μιχαία. Item loco *unius de filiis*, in Vatic. sic, ἀπὸ ἑνὸς υἱῶν, *de uno filiorum*; Alex. & Oxon. omittunt ἀπὸ, cum editt. Ald. & Compl. cætera ut in Lat. sup.

℣. 6. Gr. Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις οὐκ ἦν βασιλεὺς ἐν Ἰσραήλ· ἀνὴρ τὸ εὐθὲς ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἐποίει.

CAPUT XVIII.

VULGATA NOVA.

1. IN diebus illis non erat rex in Israël, & tribus Dan quærebat possessionem sibi, ut habitaret in ea: usque ad illum enim diem inter cæteras tribus sortem non acceperat.

2. Miserunt ergo filii Dan, stirpis & familiæ suæ quinque viros fortissimos de Saraa & Esthaol, ut explorarent terram, & diligenter inspicerent: dixeruntque eis: Ite, & considerate terram. Qui cùm pergentes venissent in montem Ephraim, & intrassent domum Michæ, requieverunt ibi:

3. & agnoscentes vocem adolescentis Levitæ, utentesque illius diversorio, dixerunt ad eum: Quis te huc adduxit? quid hic agis? quam ob causam huc venire voluisti?

4. Qui respondit eis: Hæc & hæc præstitit mihi Michas, & me mercede conduxit, ut sim ei sacerdos.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

5. Rogaverunt autem eum, ut consuleret Dominum, ut scire possent an prospero itinere pergerent, & res haberet effectum.

6. Qui respondit eis: Ite in pace: Dominus respicit viam vestram, & iter quo pergitis.

7. Euntes igitur quinque viri venerunt Lais: viderunt que populum habitantem in ea absque ullo timore, juxta consuetudinem Sidoniorum, securum & quietum, nullo ei penitus resistente, magnarumque opum, & procul à Sidone atque à cunctis hominibus separatum.

8. Reversique ad fratres suos in Saraa & Esthaol, & quid egissent scisscitantibus responderunt:

9. Surgite, ascendamus ad eos: vidimus enim terram valde opulentam & uberem: nolite negligere, nolite cessare: eamus, & possideamus eam, nullus erit labor.

10. Intrabimus ad securos, in regionem latissimam, tradetque nobis Dominus locum, in quo nullius rei est penuria, eorum quæ gignuntur in terra.

11. Profecti igitur sunt de cognatione Dan, id est, de Saraa & Esthaol, sexcenti viri accincti armis bellicis,

12. ascendentesque manserunt in Cariathiarim Judæ: qui locus, ex eo tempore, Castrorum Dan nomen accepit, & est post tergum Cariathiarim.

13. Inde transierunt in montem Ephraim. Cùmque venissent ad domum Michæ,

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. epist. ad Marcell. t. 2. 613. c. vel potiùs Marcella ipsa.

14. & responderunt quinque viri, qui abierant considerare terram, & dixerunt ad fratres suos: Ecce nostis quia est in domibus istis ephod, & theraphim, & sculptile, atque conflatile.....

VULGATA NOVA.

14. dixerunt quinque viri, qui priùs missi fuerant ad considerandam terram Lais, cæteris fratribus suis: Nostis quòd in domibus istis sit ephod, & theraphim, & sculptile, atque conflatile: videte quid vobis placeat.

VULGATA NOVA.

15. Et cùm paululùm declinassent, ingressi sunt domum adolescentis Levitæ, qui erat in domo Michæ: salutaveruntque eum verbis pacificis.

VERSIO ANTIQUA.

16..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

16. Sexcenti autem viri ita ut erant armati, stabant ante ostium.

Hieron. ubi sup.

17. Et ascenderunt quinque viri, & illuc irruerunt; & sumpserunt sculptile, atque conflatile, ephod, & theraphim.

17. At illi qui ingressi fuerant domum juvenis, sculptile, & ephod, & theraphim, atque conflatile tollere nitebantur, & sacerdos stabat ante ostium, sexcentis viris fortissimis haud procul exspectantibus.

18. Et sexcenti viri qui cincti erant vasis bellicis, ingressi sunt domum Micha, & sumpserunt sculptile, atque conflatile, ephod, & theraphim.....

18. Tulerunt igitur qui intraverant, sculptile, ephod, & idola, atque conflatile. Quibus dixit sacerdos: Quid facitis?

VULGATA NOVA.

19. Cui responderunt: Tace, & pone digitum super os tuum: venique nobiscum, ut habeamus te patrem, ac sacerdotem. Quid tibi melius est, ut sis sacerdos in domo unius viri, an in una tribu & familia in Israël?

20. Quod cùm audisset, acquievit sermonibus eorum, & tulit ephod, & idola, ac sculptile, & profectus est cum eis.

21. Qui cùm pergerent, & ante se ire fecissent parvulos ac jumenta, & omne quod erat pretiosum,

22. & jam à domo Michæ essent procul, viri qui habitabant in ædibus Michæ, conclamantes secuti sunt,

23. & post tergum clamare cœperunt. Qui cùm respexissent, dixerunt ad Micham: Quid tibi vis? cur clamas?

24. Qui respondit: Deos meos, quos mihi feci, tulistis, & sacerdotem, & omnia quæ habeo, & dicitis: Quid tibi est?

25. Dixeruntque ei filii Dan: Cave ne ultra loquaris ad nos, & veniant ad te viri animo concitati, & ipse cum omni domo tua pereas.

26. Et sic cœpto itinere perrexerunt. Videns autem Michas, quòd fortiores se essent, reversus est

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 14. Variant nonnulla in Græco, nempe seqq. οἱ πορευόμενοι, *euntes*, pro *qui abierant*; sed in Mſ. Oxon. ac editt. Ald. & Compl. legitur οἱ πορευθέντες, subinde additur vox Λαισὰ, *ad terram*; sed abest à Mſ. Oxon. ac edit Ald. sicut à cod. Vatic. ista, *suos*, post *fratres*; in Alex. verò & Oxon. ac editt. Ald. & Compl. legitur ἀδελφὺς αὐτῶν; deinde sic, Εἰ οἴδατε, ὅτι ἐστὶν ἐν τοῖς οἴκοις τούτοις, &c. in Vatic. verò, Ἐγνωτε ὅτι ἐστὶν ἐν τῷ οἴκῳ τούτῳ, &c. ut in Lat.

℣℣. 16.17.18. Hæc perturbata paulùm videntur ap. Hieronymum; ita nempe in Gr. Vat. 16. Καὶ οἱ ἑξακόσιοι ἄνδρες οἱ ἀνεζωσμένοι τὰ σκεύη τῆς παρατάξεως αὐτῶν, ἑστῶτες παρὰ τὰς πύλας τῆς πύλης, οἱ ἐκ τῶν υἱῶν Δάν. 17. Καὶ ἀνέβησαν οἱ πέντε ἄνδρες, οἱ πορευθέντες κατασκέψασθαι τὴν γῆν, καὶ εἰσῆλθον ἐκεῖ εἰς οἶκον Μιχαία, καὶ ὁ ἱερεὺς ἑστώς. 18. Καὶ ἔλαβον τὸ γλυπτὸν, καὶ τὸ ἐφὼδ, καὶ τὸ θεραφὶν, καὶ τὸ χωνευτόν, &c. i. e. 16. *Et sexcenti viri qui erant accincti vasis belli suis, stantes apud januas portæ, qui erant de filiis Dan.* 17. *Et ascenderunt quinque viri, qui iverant considerare terram, & intraverunt illuc in domum Michææ; & sacerdos stans.* 18. *Et sumpserunt sculptile, & ephod, & theraphin, & fusile*, &c. Nonnulla autem hîc variant pro variis codd. Græcis; in Mſs. scilicet Alex. & Oxon. ac in edd. Ald. & Compl. habetur ℣. 16. περιεζωσμένοι τὰ σκεύη πολεμικὰ αὐτῶν, *circumcincti vasis bellicis suis*, (in Oxon. deest αὐτῶν.) Exinde ℣. 17. ab eodem Ox. absunt πορευθέντες κατασκέψασθαι τὴν γῆν· Mſ. verò Alex. cum editt. Ald. & Compl. hîc proximè addit: Καὶ (in Alex. deest καὶ) ἐπελθόντες (in Compl. ἀπελθόντες) ἐκεῖ, ἔλαβον τὸ γλυπτὸν, καὶ τὸ ἐφὼδ, καὶ τὸ θεραφὶμ, καὶ τὸ χωνευτόν· καὶ ὁ ἱερεὺς ἑστηκὼς παρὰ τὴν θύραν (in Alex. τῇ θύρᾳ) τῆς πυλῆς· καὶ οἱ ἑξακόσιοι ἄνδρες οἱ περιεζωσμένοι σκεύη πολεμικά· i. e. *Et supervenientes illuc, sumpserunt sculptile, & ephod, & theraphim, & fusile; & sacerdos stans ad januam atrii: & sexcenti viri circumcincti vasis bellicis.* Eadem quoque exstant in Mſ. Oxon. deletis tamen his, καὶ ὁ ἱερεὺς ἑστηκὼς παρὰ τὴν θύραν τῆς πυλῶνος, & permutatis locis ἐφὼδ, & χωνευτόν. Pro his autem quæ sequuntur in Vatic. καὶ εἰσῆλθον ἐκεῖ, &c. in Alex. Oxon. Ald. & Compl. legitur καὶ ἦτοι εἰσῆλθον, absque ἐκεῖ: subinde Alex. scribit Μειχὰ, non Μιχαία, deletque tam ipse quàm Ox. nec non Ald. & Compl. seqq. καὶ ὁ ἱερεὺς ἑστώς. Nota hîc Hieronymum non videri per se aut sua sponte totum hunc Scripturæ contextum referre, sed qualiter prolatus erat à Marcella, de quo ipsum consulebat: resumtis enim superioribus verbis ℣. 14. S. Doctor addit: *Et post multa quæ in medio prætermisisti: Et ascenderunt, inquit, quinque viri*, &c. de ℣. 17.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

in domum ſuam.

27. Sexcenti autem viri tulerunt ſacerdotem, & quæ ſupra diximus : veneruntque in Lais ad populum quieſcentem atque ſecurum, & percuſſerunt eos in ore gladii : urbemque incendio tradiderunt,

28. nullo penitus ferente præſidium, eò quòd procul habitarent à Sidone, & cum nullo hominum haberent quidquam ſocietatis ac negotii. Erat autem civitas ſita in regione Rohob : quam rurſum exſtruentes habitaverunt in ea,

29. vocato nomine civitatis Dan, juxta vocabulum patris ſui quem genuerat Iſraël, quæ priùs Lais dicebatur.

30. Poſueruntque ſibi ſculptile, & Jonathan filium Gerſam filii Moyſi, ac filios ejus ſacerdotes in tribu Dan, uſque ad diem captivitatis ſuæ.

31. Manſitque apud eos idolum Michæ omni tempore, quo fuit domus Dei in Silo : in diebus illis non erat rex in Iſraël.

---

* CAPUT XIX.

VULGATA NOVA.

1. FUit quidam vir Levites habitans in latere montis Ephraim, qui accepit uxorem de Bethlehem Juda :

2. quæ reliquit eum, & reverſa eſt in domum patris ſui in Bethlehem, manſitque apud eum quatuor menſibus.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET fuit vir Levites habitans in lateribus domus Ephraim, & accepit ſibi mulierem concubinam de Bethleem Juda : *Hieron. in Mich. 5. t. 3. 1532. b.*

2. & irata eſt ei concubina ſua, & abiit in domum patris ſui in Bethleem Juda.....

VULGATA NOVA.

3. Secutuſque eſt eam vir ſuus, volens reconciliari ei, atque blandiri, & ſecum reducere, habens in comitatu puerum & duos aſinos : quæ ſuſcepit eum, & introduxit in domum patris ſui. Quod cùm audiſſet ſocer ejus, eumque vidiſſet, occurrit ei lætus, 3..... *ſeqq. Vide Not.* *

4. & amplexatus eſt hominem. Manſitque gener in domo ſoceri tribus diebus, comedens cum eo & bibens familiariter.

5. Die autem quarto de nocte conſurgens, proficiſci voluit : quem tenuit ſocer, & ait ad eum : Guſta priùs pauxillum panis, & conforta ſtomachum, & ſic proficiſcéris.

6. Sederuntque ſimul, ac comederunt & biberunt. Dixitque pater puellæ ad generum ſuum : Quæſo te ut hodie hic maneas, pariterque lætemur.

7. At ille conſurgens, cœpit velle proficiſci. Et nihilominus obnixè eum ſocer tenuit, & apud ſe fecit manere.

8. Manè autem facto, parabat Levites iter. Cui ſocer rurſum : Oro te, inquit, ut paululum cibi capias, & aſſumptis viribus, donec increſcat dies, poſtea proficiſcaris. Comederunt ergo ſimul.

9. Surrexitque adoleſcens, ut pergeret cum uxore ſua & puero. Cui rurſum locutus eſt ſocer : Conſidera quòd dies ad occaſum declivior ſit, & propinquat ad veſperum : mane apud me etiam hodie, & duc lætum diem, & cras proficiſcéris ut vadas in domum tuam.

10. Noluit gener acquieſcere ſermonibus ejus : ſed ſtatim perrexit, & venit contra Jebus, quæ altero nomine vocatur Jeruſalem, ducens ſecum duos aſinos onuſtos, & concubinam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Aptè ad Græcum, præter hoc, *in lateribus domus*, pro quo, ἐν μηροῖς ὄρους, *in femoribus montis ;* Mſ. Oxon. hab. ἐν Ἰερυθ ὄρους.

℣. 2. Græc. Vat. pro *irata eſt ei*, hab. ἐπορεύθη ἀπ' αὐτῆ, *ivit ab eo*, & poſt *abiit*, rurſum addit, παρ' αὐτῆ, Mſs. Alex. & Oxon. ac ed. Compl. ἀπ' αὐτῆ, ut & ſup. ὠργίσθη αὐτῷ, cum Hieron. & edit. Ald. reliqua quadrant.

* Plura etiam de hoc decimo nono capite exhibet Ambroſius, & pleniùs enarrat ſuo more, tum lib. 3. offic. tum maximè epiſt. ad Syagrium. In eadem etiam epiſtola ſequuntur alia multa quæ pertinent ad cap. 20. & 21. quibus abſolvitur totus Judicum liber. Utrumque locum huc referre juvat ; & eò libentiùs id exequimur, quòd vix alia de poſterioribus his capitibus ſuperſunt nobis in antiquorum Patrum libris : ſic itaque narrat Ambroſ. l. 3. offic. c. 19. to. 2. col. 135. c. &c. » 1. Vir, inquit, Levita acceperat ſibi jugalem, quam à concubitu concubinam appellatam arbitror ; 2. quæ aliquantò poſt quibuſdam, ut fieri ſolet, offenſa rebus, ad patrem ſe contulit, & fuit illic quatuor menſibus. 3. Et ſurrexit vir ejus, & abiit ad ſoceri ſui domum, ut cum ſua jugali repararet gratiam, & revocaret eam, ac reduceret : occurrit ei mulier, atque in domum patris ſui introduxit maritum. Lætatus eſt adoleſcentulæ pater, venit obviam, 4. & ſedit cum eo tribus diebus ; & epulati ſunt, & quieverunt. 5. Et ſequenti die ſurrexit Levita diluculo, & retentus eſt à ſocero, ut tam citò non deſereret convivii jucunditatem. 6. 7. 8. Et alio & tertio die non permiſit pater adoleſcentulæ proficiſci generum ſuum, donec lætitia & gratia inter eos omnis conſummaretur : 9. ſed die ſeptimo, cùm jam ad veſperum declinaret dies, poſt menſas & læta convivia, cùm prætexeret finitimæ noctis viciniam, ut apud ſuos potiùs quàm apud extraneos requieſcendum putaret, 10. nequivit tenere, & dimiſit unà cum filia ſua. 11. Verùm ubi facta eſt aliqua progreſſio, cùm veſper jam propior urgeret, & appropinquatum ſoret ad urbem Jebuſæorum, dicente ſervulo, ut ad eam dominus ſuus deflecteret, 12. non adquievit dominus ſuus, quia non erat ea civitas filiorum Iſraël ; ſed intendit pervenire uſque Gabaa, 14. quæ habitabatur à populo tribus Benjamin. 15. Nec erat quiſquam qui advenientes reciperet hoſpitio, 16. niſi vir peregrinus progreſſa ætate. 17. Qui cùm adſpexiſſet eos, & interrogaſſet Levitam : Quò vadis, vel unde venis ? 18. Quo reſpondente quòd eſſet viator, & repereret montem Ephræm, & non eſſet qui colligeret eum, 20. hoſpitium ei obtulit, 21. & adornavit convivium. 22. At ubi ſatietas epulandi facta eſt, & menſæ remotæ, irruerunt peſtilentes viri, & circumierunt domum. 24. Tunc ſenior filiam ſuam virginem, & coæqualem ejus, cum qua cubitare ſolita eſſet, offerebat viris iniquitatis ; tantùm ne vis irrogaretur hoſpiti. 25. Verùm ubi parum ratio proceſſit, & vis prævaluit, ceſſit Levites jugali ſua ; & cognoverunt eam, & tota nocte illuſerunt ei. 26. Qua atrocitate, vel dolore victa injuriæ, ante oſtium hoſpitis, quò vir ſuus diverterat, projecit ſe, atque exhalavit ſpiritum. » Eadem iterum narrat Ambr. ep. ad Syagr. n. 3. to. 2. col. 772. b. &c. præmiſſis his : *Sic lectionis divinæ ſerie expreſſum tenetur, cujus tenorem recenſere congruit.* Tum addit illa quæ leguntur infra : cuncta tamen aut ſingula non reperiuntur in ſacris codicibus, ſed leguntur magis apud Joſephum lib. 5. antiq. Jud. c. 2. Ita verò Ambr. » 1. Levites, vir animo major quàm opibus, habitabat in partibus montis Ephræm..... Is ſibi accepit jugalem de Juda Bethleem..... ardebat juvenculam immodica animi cupiditate..... hinc frequens jurgium : 2. quo mulier offenſa claves remiſit, domum revertit. 3. At ille amore victus.... cùm quartum jam menſem fluere cerneret, eò contendit, fretus quòd conſilio parentum emolliretur animus adoleſcentulæ. Occurrit pro foribus ſocer, 4. generum introduxit, filiam reconciliavit ; & ut lætiores dimitteret, triduo tenuit, quaſi repararet nuptias : 5. ac volenti abire, quartum quoque diem comperendinavit, prætenta huma-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

11. Jamque erant juxta Jebus, & dies mutabatur in noctem: dixitque puer ad dominum ſuum: Veni, obſecro, declinemus ad urbem Jebuſæorum, & maneamus in ea.

12. Cui reſpondit dominus: Non ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ non eſt de filiis Iſraël, ſed tranſibo uſque Gabaa:

13. & cùm illuc pervenero, manebimus in ea, aut certè in urbe Rama.

14. Tranſierunt ergo Jebus, & cœptum carpebant iter, occubuitque eis ſol juxta Gabaa, quæ eſt in tribu Benjamin:

15. diverteruntque ad eam, ut manerent ibi. Quò cùm intraſſent, ſedebant in platea civitatis, & nullus eos recipere voluit hoſpitio.

16. Et ecce, apparuit homo ſenex, revertens de agro & de opere ſuo veſperi, qui & ipſe de monte erat Ephraim, & peregrinus habitabat in Gabaa: homines autem regionis illius erant filii Jemini.

17. Elevatiſque oculis, vidit ſenex ſedentem hominem cum ſarcinulis ſuis in platea civitatis: & dixit ad eum: Unde venis? & quò vadis?

18. Qui reſpondit ei: Profecti ſumus de Bethlehem Juda, & pergimus ad locum noſtrum, qui eſt in latere montis Ephraim, unde ieramus in Bethlehem: & nunc vadimus ad domum Dei, nulluſque ſub tectum ſuum nos vult recipere,

19. habentes paleas & fœnum in aſinorum pabulum, & panem ac vinum in meos & ancillæ tuæ uſus, & pueri qui mecum eſt: nulla re indigemus niſi hoſpitio.

20. Cui reſpondit ſenex: Pax tecum ſit, ego præbebo omnia quæ neceſſaria ſunt: tantùm, quæſo, ne in platea maneas.

21. Introduxitque eum in domum ſuam, & pabulum aſinis præbuit: ac poſtquam laverunt pedes ſuos, recepit eos in convivium.

22. Illis epulantibus, & poſt laborem itineris, cibo & potu reficientibus corpora, venerunt viri civitatis illius, filii Belial, (id eſt, abſque jugo) & circumdantes domum ſenis, fores pulſare cœperunt, clamantes ad dominum domus, atque dicentes: Educ virum, qui ingreſſus eſt domum tuam, ut abutamur eo. *Gen. 19.*

23. Egreſſuſque eſt ad eos ſenex, & ait: Nolite fratres, nolite facere malum hoc: quia ingreſſus eſt homo hoſpitium meum, & ceſſate ab hac ſtultitia:

24. habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam, educam eas ad vos, ut humilietis eas, & veſtram libidinem compleatis: tantùm, obſecro, ne ſcelus hoc contra naturam operemini in virum.

25. Nolebant acquieſcere ſermonibus illius: quod cernens homo, eduxit ad eos concubinam ſuam, & eis tradidit illudendam: qua cùm tota nocte abuſi eſſent, dimiſerunt eam manè.

26. At mulier, recedentibus tenebris, venit ad oſtium domus, ubi manebat dominus ſuus, & ibi corruit.

27. Manè facto, ſurrexit homo, & aperuit oſtium, ut cœptam expleret viam: & ecce concubina ejus jacebat ante oſtium ſparſis in limine manibus.

28. Cui ille, putans eam quieſcere, loquebatur: Surge, & ambulemus. Qua nihil reſpondente, intelligens quòd erat mortua, tulit eam, & impoſuit aſino, reverſuſque eſt in domum ſuam.

29. Quam cùm eſſet ingreſſus, arripuit gladium, & cadaver uxoris cum oſſibus ſuis in duodecim partes ac fruſta concidens, miſit in omnes terminos Iſraël.

30. Quod cùm vidiſſent ſinguli, conclamabant: Nunquam res talis facta eſt in Iſraël, ex eo die quo aſcenderunt patres noſtri de Ægypto, uſque in præſens tempus: ferte ſententiam, & in commune decernite quid facto opus ſit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

» nitatis ſpecie, moras innectendo. 6. Pari modo cùm » etiam quintum diem vellet adjungere ſuperioribus; & » jam novæ deeſſent cauſæ morandi; paterno tamen affec- » tu retinendæ filiæ deſiderium non deſoret, 7. promiſſam » profectionis copiam diſtulit in meridiem, ut viam cibo » curati adorirentur. 9. Poſt epulas quoque volens dilatio- » nem adtexere, eò quòd jam veſper appropinquaret, ge- » neri precibus, ægrè licet, tamen adquievit. 10. Ille iter » ſuum perrexit lætus animi, quòd dilectam ſibi recupera- » viſſet: qui uno comitati ſervulo, cùm jam declinaret dies, » feſtino viam celerabant gradu. Mulier vehebatur jumen- » to, viro nullus ſenſus laboris, qui fructu deſiderii, ſi- » mul & vario mulieris ac vernaculi ſermone viam levaret. » 11. Denique ubi Hieroſolymam appropinquarunt, quæ » triginta ſtadiis aberat, quam tunc temporis Jebuſæi te- » nebant; ſuggeſſit puer deflectendum in civitatem, quia » ſub noctem ſuſpecta eſſent etiam illa, quæ tutiora ſunt, » cavendaque tenebrarum ambigua, maximè quia locorum » incolæ non eſſent de filiis Iſraël..... 12. 13. Sed domino » ejus haudquaquam placuit ſententia, ut inter alienige- » nas hoſpitio ſuccederent; cùm Gaba & Rama non longè » abeſſent civitates Benjamin. 14. Itaque prævalens ſenten- » tiâ, poſthabuit ſervuli ſuggeſtionem..... & jam ſol in oc- » caſu erat: denique vix occurrit, cùm jam urgeretur veſ- » pere in civitatem ſuccedere. Gabaonitæ incolebant lo- » cum..... 15. primò ingreſſu diverſorium non reperit: & cùm » in publico ſitus, alienam miſericordiam imploraret, 16. of- » fendit advenientem ex agro ſenem, quem veſper ex » opere agreſti compulit nocte decedere. 17. Et cùm eſſet » ei conſpicuus, rogatus quò iret, & unde adventaret, » 18. reſpondit: De Bethleem Juda revertor, contendo ad » montem Ephræm, & mulier eſt mecum: ſed ecce huc » diverti, & nemo eſt qui hoſpitio recipiat, & requieſcendi » uſum miniſtret. 19. Non quo cibi aut potus ſibi, aut pe- » cori pabulorum eſſet indigentia, ſed tecti hoſpitio pro- » hiberentur: præſtò eſſe illa, nudum tecti hoſpitium deſi- derari. 20. Ad ea ſenior benignè ſatis & placidè: Pax, « inquit, tibi, & ſuccede hoſpes pariter & civis; nam & « mihi origo de montis Ephræm partibus, & hîc hoſpitalis « habitatio: ſed tempore diuturno incolatus ſedes fundavit. « 21. Itaque receptos domicilio, miniſterio ſui & ſubſidiis hoſ- « pitalibus juxta fovit. 22. Hortabatur ad lætitiam ſenior, & « frequentioribus provocabat poculis, ut vino aboleret cura- « rum oblivia, cùm ſubitò circumſiſtunt eos Gabaonitæ, ju- « venes ad omnem projecti libidinem, nihil penſum ac « moderatum habentes: quos forma mulieris illexerat..... « capti enim ejus decore, & per ſenectutem hoſpitis atque « infirmitatem ſubſidii, accepta ſpe potiundi, poſcunt mu- « lierem, & pulſant januam. 23. Itaque egreſſus ſenior « rogabat eos, ne hoſpitales menſas turpi flagitio fœdarent... « contribulem illum ſibi, Iſraëlitem virum legitimi thori « ſubnixum copulâ, non ſine indignatione cæleſtis arbitri, « tantâ affici contumeliâ. 24. Quod ubi parum procedere « advertit, eſſe ſibi filiam virginem adjecit, illam ſe offer- « re majore parentis dolore, ſed minore gratiæ hoſpitalis « diſpendio: publicum flagitium privato dedecore tolera- « bilius habere. 25. At illi exagitati æſtu furoris, & inflam- « mati incentivo libidinis, eò ampliùs ardebant formam ju- « venculæ, quò magis negabatur..... Itaque cùm piæ nihil « proficerent preces..... deſperato præſidio rapitur mulier, « & per totam noctem injuriæ impletur. 26. At ubi lux fi- « nem intemperantiæ dedit, januam hoſpitalem reperit, « non quo viri conſpectum expoſceret..... ſed ut affectum « viro referret..... & contumeliæ ſuæ funus lamentabili ſpe- « cie ante januam hoſpitalem exponeret. 27. Egreſſus ita- « que Levita, cùm jacentem inveniſſet..... conſolari cœpit... « hortari adſurgere, & ſecum repetere domum. 28. Sed « ubi nullum reſponſum referebatur, quaſi quieſcentem ma- « jore voce è ſomno excitare. Verùm ubi mortis ſupremæ « patuit fides, impoſitas jumento reliquias domum pertu- « lit, 29. & diviſos artus mulieris in partes duodecim, miſit « per ſingulas tribus Iſraël.

Digitized by Google

* CAPUT XX.

VULGATA NOVA.

1. EGressi itaque sunt omnes filii Israël, & pariter congregati, quasi vir unus, de Dan usque Bersabee, & terra Galaad, ad Dominum in Maspha :

Osc. 9. 9.

2. Omnesque anguli populorum, & cunctæ tribus Israël in ecclesiam populi Dei convenerunt, quadringenta millia peditum pugnatorum.

3. (Nec latuit filios Benjamin, quòd ascendissent filii Israël in Maspha.) Interrogatusque Levita, maritus mulieris interfectæ, quomodo tantum scelus perpetratum esset,

4. respondit : Veni in Gabaa Benjamin cum uxore mea, illucque diverti :

5. & ecce homines civitatis illius circumdederunt nocte domum, in qua manebam, volentes me occidere, & uxorem meam ineredibili furore libidinis vexantes, denique mortua est.

6. Quam arreptam, in frusta concidi, misique partes in omnes terminos possessionis vestræ : quia nunquam tantum nefas, & tam grande piaculum factum est in Israël.

7. Adestis omnes filii Israël, decernite quid facere debeatis.

8. Stansque omnis populus, quasi unius hominis sermone respondit : Non recedemus in tabernacula nostra, nec suam quisquam intrabit domum :

9. sed hoc contra Gabaa in commune faciamus.

10. Decem viri eligantur è centum ex omnibus tribubus Israël, & centum de mille, & mille de decem millibus, ut comportent exercitui cibaria, & possimus pugnare contra Gabaa Benjamin, & reddere ei pro scelere, quod meretur.

11. Convenitque universus Israël ad civitatem, quasi homo unus, eadem mente, unoque consilio :

12. & miserunt nuncios ad omnem tribum Benjamin, qui dicerent : Cur tantum nefas in vobis repertum est ?

13. Tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitium perpetrarunt, ut moriantur, & auferatur malum de Israël. Qui noluerunt fratrum suorum filiorum Israël audire mandatum :

14. sed ex cunctis urbibus, quæ sortis suæ erant, convenerunt in Gabaa, ut illis ferrent auxilium, & contra universum populum Israël dimicarent.

15. Inventique sunt viginti quinque millia de Benjamin educentium gladium, præter habitatores Gabaa,

16. qui septingenti erant viri fortissimi, ita sinistrâ ut dextrâ præliantes : & sic fundis lapides ad certum jacientes, ut capillum quoque possent p ercutere, & nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur.

17. Virorum quoque Israël, absque filiis Benjamin, inventa sunt quadringenta millia educentium gladios, & paratorum ad pugnam.

18. Qui surgentes venerunt in domum Dei, hoc est, in Silo : consulueruntque Deum, atque dixerunt : Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios Benjamin ? Quibus respondit Dominus : Judas sit dux vester.

19. Statimque filii Israël surgentes manè, castrametati sunt juxta Gabaa :

20. & inde procedentes ad pugnam contra Benjamin, urbem oppugnare cœperunt.

21. Egressique filii Benjamin de Gabaa, occiderunt de filiis Israël die illo viginti duo millia virorum.

22. Rursum filii Israël & fortitudine & numero confidentes, in eodem loco, in quo priùs certaverant, aciem direxerunt :

23. ita tamen ut priùs ascenderent & flerent coram Domino usque ad noctem : consulerentque eum, & dicerent : Debeo ultra procedere ad dimicandum contra filios Benjamin fratres meos, an non ? Quibus ille respondit : Ascendite ad eos, & inite certamen.

24. Cùmque filii Israël altera die contra filios Benjamin ad prælium processissent,

25. eruperunt filii Benjamin de portis Gabaa : & occurrentes eis, tantâ in illos cæde bacchati sunt, ut decem & octo millia virorum educentium gladium prosternerent.

26. Quamobrem omnes filii Israël venerunt in domum Dei, & sedentes flebant coram Domino : je-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Pergit Ambr. ep. ad Syagr. col. 774. c. &c. » 1. Quo » commotus universus populus convenit in Massephat, 4..... » 6. atque ibi querelâ per Levitam cognitâ, 8. omnes in » bellum exarsere ; statuentes neminem virorum fas esse in » tabernaculum succedere, 10. priusquam de tanti sceleris » auctoribus ultio capesseretur. Animis itaque ruebant in præ» lium : sed consilium prudentiorum prævertit sententiam, » non temere confligendum bello cum civibus, sed priùs » verbis experiendum de flagitio, & decernendum condi» tionibus pro delictis : neque justum videri, ut paucorum » sceleris pretium ad omnes perveniret, & privata ado» lescentium peccata, statum salutis publicæ labefactarent. » 12. Itaque miserunt viros qui denuntiarent Gabaonitis, » 13. ut tanti reos flagitii offerrent ; sin autem, cognoscerent » non minoris esse criminis tantum facinus defendisse, quàm » exercuisse. Verùm illis superba referentibus, 18. consilia pa» cis bello mutata : neque 21. 25. primo aut secundo conflictu, » cùm plurimi à paucis afflictarentur, cedendum Israëlitæ » adversis præliis æstimarunt ; 17. quadringenta enim millia » virorum bellantium, adversùm 15. viginti quinque millia » Benjamin tribûs, 16. & septingentos Gabaonitas expertos » belli juvenes decertabant. Et cùm sinistra sorte, 21. 25. » duo sibi jam cecidissent prælia ; 22. animi tamen promp» tus haudquaquam deposuit Israël vincendi fiduciam, & » ulciscendi præsumptam spem : sed quia causâ numeroque » præstantiores, inferiores pugnæ eventu pedem retulerant, » divinam offensam rati, 26. jejunio & fletu maximo re» conciliationem gratiæ cælestis affectavere. Itaque orata » Domini pace, 30. acriores in bellum revertuntur, 28. ut » pote quibus oraculum animos dederat, spem accumu» laverat ; 31. 32. & simulato à fronte quòd cederetur, 29. ac dispositis per noctem insidiis à tergo urbis, in qua « locata erat manus hostium ; 37. dum hi cedunt, & illi « sectantur, invadendi urbem vacuam factâ copiâ, 38. & mox « admoto, statimque adulto incendio, 40. flammarum fra« gor, atque æstus furens captæ urbis speciem manifesta« runt. 41. Quo & suis fracti animi, & erecti hostium. « Nam & Benjamin viri clausos se, & circumventos rati, « priusquam à tergo invaderentur, 42. dispergere sese, at« que in desertum fugere cœperunt, 43. & contra Israël « gemino agmine urgere eos, ac palantes persequi. 46. Cæ« sa itaque viginti quinque millia, id est, omnes fere « de viris Benjamin, 47. præter sexcentos qui arrepto stru« peæ rupis munimento, partim loci ingenio & subsidio « naturæ, partim desperatione victoribus terrori fuere..... « 48. Nec feminarum numerus tanti discriminis exsors fuit ; « sed omnis tribûs Benjamin muliebris sexus cum pueris ac « puellis, omnique ætate, gladio aut igne extinctus. «

Eadem similiter, sed multò contractiùs memorat Ambr. l. 3. offic. c. 19. 136. b. dicens : *Omnis prope populus Israël in bellum exarsit, dubioque eventu cùm anceps maneret prælium, tertia tamen præliandi vice, traditus est populus Benjamin populo Israël, & divina judicatus sententia, pœnas intemperantiæ luit.* Et post pauca : *Quanta igitur honestatis cura majoribus fuerit, hinc proditur, ut quadringenta millia virorum stringerent gladium adversùs fratres suos de tribu Benjamin, dum ulciscs volunt injuriam pudicitiæ..... Itaque eo bello cæsa sunt utrinque sexaginta quinque millia bellatorum, & exustæ urbes. Et cùm inferior primò fuisset populus Israël, tamen nec adversi metu belli percitus, vindicandæ castitatis sequestravit dolorem. Ruebat in prælium, vel sanguine suo piaculis commissi flagitii diluere notam.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

junaveruntque die illo usque ad vesperam, & obtulerunt ei holocausta, atque pacificas victimas,

27. & super statu suo interrogaverunt. Eo tempore ibi erat arca fœderis Dei,

28. & Phinees filius Eleazari filii Aaron præpositus domus. Consuluerunt igitur Dominum, atque dixerunt: Exire ultra debemus ad pugnam contra filios Benjamin fratres nostros, an quiescere? Quibus ait Dominus: Ascendite, cras enim tradam eos in manus vestras.

29. Posueruntque filii Israël insidias per circuitum urbis Gabaa:

30. & tertia vice, sicut semel & bis, contra Benjamin exercitum produxerunt.

31. Sed & filii Benjamin audacter eruperunt de civitate, & fugientes adversarios longiùs persecuti sunt, ita ut vulnerarent ex eis sicut primo die & secundo, & cæderent per duas semitas vertentes terga, quarum una ferebatur in Bethel, & altera in Gabaa, atque prosternerent triginta circiter viros:

32. putaverunt enim solito eos more cædere. Qui fugam arte simulantes, inierunt consilium ut abstraherent eos de civitate, & quasi fugientes ad supradictas semitas perducerent.

33. Omnes itaque filii Israël surgentes de sedibus suis, tetenderunt aciem in loco, qui vocatur Baalthamar. Insidiæ quoque, quæ circa urbem erant, paulatim se aperire cœperunt,

34. & ab occidentali urbis parte procedere. Sed & alia decem millia virorum de universo Israël, habitatores urbis ad certamina provocabant. Ingravatumque est bellum contra filios Benjamin: & non intellexerunt quòd ex omni parte illis instaret interitus.

35. Percussitque eos Dominus in conspectu filiorum Israël, & interfecerunt ex eis in illo die viginti quinque millia & centum viros, omnes bellatores & educentes gladium.

36. Filii autem Benjamin, cùm se inferiores esse vidissent, cœperunt fugere. Quod cernentes filii Israël, dederunt eis ad fugiendum locum, ut ad præparatas insidias devenirent, quas juxta urbem posuerant.

37. Qui cùm repentè de latibulis surrexissent, & Benjamin terga cædentibus daret, ingressi sunt civitatem, & percusserunt eam in ore gladii.

38. Signum autem dederant filii Israël his quos in insidiis collocaverant, ut postquam urbem cepissent, ignem accenderent: ut ascendente in altum fumo, captam urbem demonstrarent.

39. Quod cùm cernerent filii Israël in ipso certamine positi, (putaverunt enim filii Benjamin eos fugere, & instantiùs persequebantur, cæsis de exercitu eorum triginta viris)

40. & viderent quasi columnam fumi de civitate conscendere; Benjamin quoque aspiciens retro, cùm captam cerneret civitatem, & flammas in sublime ferri:

41. qui priùs simulaverant fugam, versa facie fortiùs resistebant. Quod cùm vidissent filii Benjamin, in fugam versi sunt,

42. & ad viam deserti ire cœperunt, illuc quoque eos adversariis persequentibus: sed & hi qui urbem succenderant, occurrerunt eis.

43. Atque ita factum est, ut ex utraque parte ab hostibus cæderentur, nec erat ulla requies morientium. Ceciderunt, atque prostrati sunt ad orientalem plagam urbis Gabaa.

44. Fuerunt autem qui in eodem loco interfecti sunt, decem & octo millia virorum, omnes robustissimi pugnatores.

45. Quod cùm vidissent qui remanserant de Benjamin, fugerunt in solitudinem: & pergebant ad petram, cujus vocabulum est Remmon. In illa quoque fuga palantes, & in diversa tendentes, occiderunt quinque millia virorum. Et cùm ultra tenderent, persecuti sunt eos, & interfecerunt etiam alia duo millia.

46. Et sic factum est, ut omnes qui ceciderant de Benjamin in diversis locis, essent viginti quinque millia, pugnatores ad bella promptissimi.

47. Remanserunt itaque de omni numero Benjamin, qui evadere, & fugere in solitudinem potuerunt, sexcenti viri: sederuntque in petra Remmon mensibus quatuor.

48. Regressi autem filii Israël, omnes reliquias civitatis, à viris usque ad jumenta, gladio percusserunt, cunctasque urbes & viculos Benjamin vorax flamma consumpsit.

* CAPUT XXI.

VULGATA NOVA.

1. JUraverunt quoque filii Israël in Maspha, & dixerunt: Nullus nostrûm dabit filiis Benjamin de filiabus suis uxorem.

2. Veneruntque omnes ad domum Dei in Silo, & in conspectu ejus sedentes usque ad vesperam, levaverunt vocem, & magno ululatu cœperunt flere, dicentes:

3. Quare Domine Deus Israël, factum est hoc malum in populo tuo, ut hodie una tribus auferretur ex nobis?

4. Altera autem die diluculo consurgentes, extruxerunt altare: obtuleruntque ibi holocausta, & pacificas victimas, & dixerunt:

5. Quis non ascendit in exercitu Domini de universis tribubus Israël? Grandi enim juramento se constrinxerant, cùm essent in Maspha, interfici eos qui defuissent.

6. Ductique pœnitentia filii Israël super fratre suo Benjamin, cœperunt dicere: Ablata est tribus una de Israël,

7. unde uxores accipient? omnes enim in commune juravimus, non daturos nos his filias nostras.

8. Idcirco dixerunt: Quis est de universis tribubus Israël, qui non ascendit ad Dominum in Maspha? Et ecce inventi sunt habitatores Jabes Galaad in illo exercitu non fuisse.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Progreditur Ambros. eadem epist. 6. ad Syagr. col. 775. c. & librum absolvit: » 1. Sacramentum additum ne » quis tribûs illius viro filiam suam in uxorem daret, quo » reparandi nominis omnis aboleretur successio. Belli finis » simul atque iræ factus, & furor in pœnitentiam vertit: » armisque positis, 2. in unum convenientes viri Israël, » fleverunt fletum magnum, & celebrarunt jejunium, 3. 6. » dolentes unam tribum periisse ex fratribus, atque extinc- » tam populi sui validam manum: jure quidem pro delicti » pretio bellatum adversùm propugnatores flagitiorum, sed « miserè in sua populum conversum viscera, & bello civili « utrumque afflictum. Lacrymarum effusio movit passionem « animi, & affectum perpulit, sævitiæ ratio succesſit; 13. « missique legati ad sexcentos illos Benjamin viros, qui per « quatuor menses edito se præruptarum tuebantur rupium, « aut deserti indigentiâ, quæ multitudini obsidentium pe- « riculo foret, deploraverunt communem illam ærumnam, « quòd illi contribules, isti cognatos & socios amisissent.... « Altari itaque posito, reconciliationis & pacis oblatum sa- « crificium; 8. & quia Jabis Galaad populus erat pœnæ &

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

9. (Eo quoque tempore cùm essent in Silo, nullus ex eis ibi repertus est.)

10. Miserunt itaque decem millia viros robustissimos, & præceperunt eis : Ite, & percutite habitatores Jabes Galaad in ore gladii, tam uxores quàm parvulos eorum.

Num. 31. 17. 18. 11. Et hoc erit quod observare debebitis : Omne generis masculini, & mulieres quæ cognoverunt viros, interficite, virgines autem reservate.

12. Inventæque sunt de Jabes Galaad quadringentæ virgines, quæ nescierunt viri thorum, & adduxerunt eas ad castra in Silo, in terram Chanaan.

13. Miseruntque nuncios ad filios Benjamin, qui erant in petra Remmon, & præceperunt eis, ut eos susciperent in pace.

14. Veneruntque filii Benjamin in illo tempore, & datæ sunt eis uxores de filiabus Jabes Galaad : alias autem non repererunt quas simili modo traderent.

15. Universusque Israël valde doluit, & egit pœnitentiam super interfectione unius tribus ex Israël.

16. Dixeruntque majores natu : Quid faciemus reliquis, qui non acceperunt uxores ? omnes in Benjamin feminæ conciderunt,

17. & magnâ nobis curâ, ingentique studio providendum est, ne una tribus deleatur ex Israël.

18. Filias enim nostras eis dare non possumus, constricti juramento & maledictione, qua diximus : Maledictus qui dederit de filiabus suis uxorem Benjamin.

19. Ceperuntque consilium, atque dixerunt : Ecce solemnitas Domini est in Silo anniversaria, quæ sita est ad septentrionem urbis Bethel, & ad orientalem plagam viæ, quæ de Bethel tendit ad Sichimam, & ad meridiem oppidi Lebona.

20. Præceperuntque filiis Benjamin, atque dixerunt : Ite, & latitate in vineis.

21. Cùmque videritis filias Silo ad ducendos choros ex more procedere, exite repentè de vineis, & rapite ex eis singuli uxores singulas, & pergite in terram Benjamin.

22. Cùmque venerint patres earum, ac fratres, & adversùm vos queri cœperint, atque jurgari, dicemus eis : Miseremini eorum : non enim rapuerunt eas jure bellantium atque victorum, sed rogantibus ut acciperent, non dedistis, & à vestra parte peccatum est.

23. Feceruntque filii Benjamin, ut sibi fuerat imperatum : & juxta numerum suum, rapuerunt sibi de his quæ ducebant choros, uxores singulas : abieruntque in possessionem suam, ædificantes urbes, & habitantes in eis.

VULGATA NOVA.

24. Filii quoque Israël reversi sunt per tribus & familias in tabernacula sua. In diebus illis non erat rex in Israël : sed unusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.

VERSIO ANTIQUA.

24..... In illo tempore non erat dux in Israël : unusquisque, quod placitum erat in oculis suis, faciebat. *Gelas. PP. apud Sirm. t. 1. 789. a. & Conc. t. 4. 1215. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

» maledicto obnoxius, 5. (obstrinxerat enim se omnis Israël » magno sacramento, ut si quis non ascendisset cum eo ad » puniendum flagitium, morte moreretur) 10. duodecim mil- » lia bellatorum directa, ut & viri omnes & mulieres ferro » extinguerentur, 11. solas virilis thori exsortes reserva- » rent adolescentulas. Interfectis itaque omnibus Jabis Ga- » laad, 12. solæ virgines quadringentæ exitio cæterorum » superfuerunt. Quas accipiens Israël, 13. statuit viros Ben- » jamin belli metum deponere, 14. & in conjugium sibi sume- » re integras ævi juxta ac pudoris puellas : quibus & causa » esset apud viros integra, quòd nemo suorum adversùm » eos bellum susceperat ; & charitatis gratia, quia propter » eos supremo supplicio ereptæ forent. Hoc igitur modo » quadringentis juvenibus quæsita copularum consortia sunt : » 16. sed quia ducenti numero supererant, quibus jugales » deerant, iis quoque sine fraude sacramentorum consultum » accepimus. 19. Dies festus in Silo quotannis celebraba- » tur. 21. Ibi exsultare solitæ virgines, & choreas ducere » in honorem religionis : aliæ præire matribus, & totum iter » agmine viantum repleri. Dixit unus ex senioribus : 20. Si » ducenti illi tribûs Benjamin viri intra vineas siti excubias » tenderent, donec se omnis feminea turba effunderet, 21. & surgentes ex vineis, unusquisque quam occur- « sus dederit, uxorem sibi vindicaret, fraudi id nequa- « quam futurum..... 22. sanè si puellarum parentes vin- « dictam efflagitarent, partim prece, partim etiam re- « torquendo in ipsos invitæ culpam custodiæ, sese revo- « caturos ; quia cùm scirent Benjamin viros exsortes esse « jugalium, cum filiabus processerint : dignam sanè tri- « bum jam non pœna, sed misericordia : satis durè sæ- « vitum in eos, & debellatam corporis sui partem..... 19. Pro- « baverunt consilium Israëlitæ : 23. exsecuti sunt viri Ben- « jamin, & dispositi in vineis loco opportuno & tempo- « re, plenas feminei agminis vias occupaverunt. Præbuit « illis festum nuptiarum religionis solemnitas. Avulsæ de « complexu patrum filiæ, tanquam in manum ab ipsis pa- « rentibus tradebantur, & velut pactam è gremio matris « non abduci, sed prodire arbitreris. » Vide etiam l. 3. offic. c. 19. 136. b. c.

℣. 24. Gr. Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις οὐκ ἦν βασιλεὺς ἐν Ἰσραὴλ· ἀνὴρ τὸ εὐθὲς ἐνώπιον αὐτοῦ ἐποίει. Mss. Alex. & Oxon. cum editt. Ald. & Compl. initio delent δέ ; item Alex. & Ox. addunt ἕκαστος, ad ἀνήρ, & loco ἐνώπιον, hab. ἐν ὀφθαλμοῖς, cum editt. Ald. & Compl.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugensi.

JUDICES.

CAP. I. ℣. 30. Cetron & Naalol. *Pro* Cetron, *malè scribunt quidam* Thetron, t *inquam pro* c : *rursus pro* Naalol, Naalon, *id est*, n *pro* l.

℣. 35. Quod interpretatur testaceo. *Cave legas* testatio, *nomen verbale à* testor, *pro* testaceo, *nomine adjectivo à* testa.

CAP. II. ℣. 2. Sed aras eorum subverteretis. *Non mutes conjunctionem adversativam* sed *in copulativam &c.*

℣. 19. Et multò faciebant pejora. *Non commutes* pejora *cum* majora.

CAP. III. ℣. 3. Atque Hevæum qui habitabat in monte Libano. *Servandus est numerus singularis* habitabat, *loco pluralis* habitabant, *qui in aliis est libris.*

℣. 4. Utrùm audiret mandata Domini. *In aliis est plurale* audirent.

℣. 24. In æstivo cubiculo. *Etiam in nostris antiquis Manuscriptis invenio* cubiculo *pro* cœnaculo.

℣. 30. Et quievit terra octoginta annis. *Non addas* à præliis.

CAP. IV. Debbora *scribunt Sixtina Biblia, duplici* b, *alii simplici* Debora, *quidam malè* Delbora.

℣. 17. Erat enim pax. *Retinenda est conjunctio rationalis* enim, *non mutanda in* autem.

℣. 21. Qui soporem morti consocians. *In aliis est verbum simplex* socians.

CAP. V. ℣. 11. Et clementia in fortes Israël. *Spurium est quod quidam habent* in portis, *pro* in fortes : *sed genitivus* fortis, *quem alii quidam legunt absque præpositione, possit habere similitudinem veri.*

℣. 19. Reges Chanaan in Thanach. *Non scribas* Tane, *pro* Thanach.

CAP. VI. ℣. 32. Qui suffodit aram ejus. *Antiqui libri scribunt compositum* suffodit, *pro eo quod alii simplici* fodit.

CAP. VII. ℣. 3. Et reversi sunt de populo viginti duo

Digitized by Google

millia. *Quidam boni libri habent neutrum* reversa, *pro masculino* reversi: *porro* de *præferendum est ipsi* ex.

℣. 5. Qui linguâ lambuerint aquas. *Non addas* qui manu & lingua.

℣. 23. Fugientes usque ad Bethsetta. *Non mutes* Bethsetta *in* Bethseca, *id est*, *duplex* t *in* c.

Ibidem. Persequebantur Madian. *Sequitur in quibusdam libris*, Et dedit Dominus victoriam populo Israël in die illa, *sed redundat.*

Cap. VIII. ℣. 7. Cùm ergo tradiderit Dominus Zebee & Salmana in manus meas. *Sequitur in multis libris*, & cùm reversus fuero victor in pace; *sed non est hujus loci, at versus noni subsequentis.*

℣. 9. Dixit itaque & eis. *Non omittas & pro* etiam *positum.*

℣. 10. Bellatorum educentium gladium. *Non interponas & conjunctionem.*

Cap. IX. ℣. 4. Dederuntque illi septuaginta pondo argenti. *Scribendum est* pondo *indeclinabile*, *non* pondera.

℣. 7. Audite me viri Sichem, ita audiat vos Deus. *Non est addenda vocula* ut: ita ut audiat.

℣. 20. Egrediatur ignis ex eo. *Non est auferendum* ex eo.

℣. 39. Spectante Sichimorum populo. *Pro* spectante, *quod est adspiciente*, *non substituas* exspectante.

℣. 48. Quod me videtis facere, citò facite. *Non est commutandum præsens* videtis, *cum præterito* vidistis.

℣. 49. Ut fumo & igne mille homines necarentur. *Non mutes nominativum* homines, *in genitivum* hominum.

Cap. X. ℣. 1. In Samir montis Ephraim. *Neque hic mutes genitivum* montis, *in ablativum* monte.

℣. 8. In terra Amorrhæi, qui est in Galaad. *Pro* qui, *quod refert Amorrhæum*, *alii legunt* quæ, *quod terram.*

Cap. XI. ℣. 1. Fuit illo tempore Jephte. *Quidam addunt*, Fuit itaque illo in tempore.

℣. 17. Dimitte me ut transeam per terram tuam. *Non est omittendum pronomen* me, *nec præpositio* per.

℣. 24. Nonne ea quæ possidet Chamos. *Non commutes præsens* possidet, *cum præterito* possedit.

℣. 39. Exinde mos increbruit in Israël. *Scribendum est* increbruit, *non* increvit.

Cap. XII. ℣. 5. Obsecro ut me transire permittatis. *Præferendum est plurale singulari* permittas.

℣. 13. Filius Illel. *Alii minùs rectè*, filius Elel.

Cap. XIII. ℣. 7. Ex utero matris suæ. *Non præponas conjunctionem &.*

Cap. XIV. ℣. 3. Et in omni populo meo. *Non est substituendum pronomen secundæ personæ* tuo, *pro primæ* meo.

℣. 6. Quasi hœdum in frusta discerpens. *Lege* discerpens, *non* decerpens *aut* decerperet.

℣. 9: Quòd mel de corpore leonis assumpserat. *Hoc versu Interpres vertit* corpore, *non* ore: *versu proximè præcedenti* ore, *non* corpore.

Cap. XV. ℣. 9. Ubi eorum effusus est exercitus. *Alii pro compositio* effusus, *scribunt simplex* fusus.

℣. 14. Et sicut solent ad odorem ignis lina consumi. *Legendum potiùs est* odorem, *quod est*, *odorante igne*, *quàm* ardorem, *quod est*, *ardente seu comburente igne. Porro* ligna *scriptum ab aliis pro* lina, *nullius est auctoritatis: non enim ita facilè* ligna *ab igne consumuntur*, *ut stupea* lina.

Cap. XVI. ℣. 9. Qui rupit vincula, quo modo si rumpat quis filum de stupæ tortum putamine, cùm odorem ignis acceperit. *Pro genitivo* stupæ, *alii scribunt ablativum* stupa, & *pro* putamine, *quod est cortice*, *legunt* sputamine, *acceptum pro sputo*, *quasi dicatur*, *filum sputo adhibito de stupa tortum. Atqui verisimilius est*, *Interpretem dicere voluisse*, *filum de vili stupa*, (*est enim stupa quasi putamen*, *cortex & reticulum lini*) *nam Hebraicè non aliud legitur*, *quàm* filum stupæ. *Jam verò* odorem *quod sequitur*, *nullo modo hic cum* ardorem *mutandum est*, *id est*, *quarta vocalis cum prima.*

℣. 13. Cui respondit Samson: Si septem. *Quidam addunt* inquit: Si, inquit, septem: *sed superfluè.*

Cap. XVII. ℣. 9. Et utile mihi esse perspexero. *Pro* perspexero, *quod est videro*, *non legas* prospexero, *id est prævidero.*

Cap. XVIII. ℣. 6. Ite in pace. *Non scribas* cum, *pro* in.

Cap. XIX. ℣. 5. Gusta priùs pauxillum panis. *Non substituas* pusillum *pro* pauxillum.

℣. 8. Oro te, inquit. *Quidam scribunt* obsecro, *pro* oro te.

℣. 11. Jamque erant juxta Jebus. *Non substituas verbum compositum* aderant, *pro simplici* erant.

Cap. XX. ℣. 40. Et viderent quasi columnam fumi. *Optativi præsens* viderent *legendum est*, *non indicativi præteritum* viderunt.

Cap. XXI. ℣. 13. Ut eos susciperent in pace. *Non mutes masculinum* eos *cum feminino* eas.

℣. 19. Et ad orientalem plagam. *Alii omittunt &.*

Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

JUDICES.

Cap. VI. ℣. 18. Nec recedas hinc. *Manuscripta nostra rectiùs scribere videntur* ne *absque conjunctione*, *quam* nec *includit.*

Cap. XVI. ℣. 27. Spectantes ludentem Samson. *Manuscripta nostra pro participio* spectantes, *legunt præteritum imperfectum* spectabant.

SUMMA CAPITA LIBRI RUTH,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Versioni antiquæ satis respondeant.

Cap. I. *Elimelech Bethlehemita præ nimia fame cum uxore Noemi ac filiis in Moab concedit; quo unà cum filiis mortuo, Noemi cum Ruth nuru sua in Bethlehem revertens, non vult vocari Noemi, sed Mara.*

Cap. II. *Ruth spicas in agro Booz affinis colligens, gratiam apud eum invenit, & læta vesperi ad socrum reversa, multum frumenti & de ciborum reliquiis ei affert.*

Cap. III. *Ruth socrus consilio ad pedes Booz dormientis recumbens, accepto læto responso, multas hordei mensuras ad socrum defert.*

Cap. IV. *Booz coram senioribus civitatis accipit possessionem Elimelech, & Ruth nurum defuncti in uxorem, cedente alio propinquiore juri propinquitatis; ex qua genuit Obed avum David regis.*

Digitized by Google

LIBER RUTH.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.

1. IN diebus unius judicis, quando judices præerant, facta eſt fames in terra. Abiitque homo de Bethlehem Juda, ut peregrinaretur in regione Moabitide cum uxore ſua ac duobus liberis:

2. ipſe vocabatur Elimelech, & uxor ejus Noemi: & duo filii, alter Mahalon, & alter Chelion, Ephrathæi de Bethlehem Juda. Ingreſſique regionem Moabitidem, morabantur ibi.

3. Et mortuus eſt Elimelech maritus Noemi: remanſitque ipſa cum filiis.

4. Qui acceperunt uxores Moabitidas, quarum una vocabatur Orpha, altera verò Ruth. Manſeruntque ibi decem annis,

VERSIO ANTIQUA.

1..... ABethleem civitate Judææ abiit vir, colere in agro Moab cum uxore & duobus filiis: *Ambr. l. 3. in Luc. t. 1. 1325. c.*

2. Elimelech viro nomen, mulieri, Noemi.....

4. Filii ejus acceperunt ſibi uxores Moabitidas: nomen uni Orpha, & nomen ſecundæ Ruth. Et inhabitaverunt illic quaſi decem annis,

VERSIO ANTIQUA.

Ambroſ. l. 3. in Luc. t. 1. 1325. c.

5. & mortui ſunt.....

6. Et ſurrexit ut in patriam pergeret, cum utraque nuru ſua, de regione Moabitide: audierat enim quòd reſpexiſſet Dominus populum ſuum, & dediſſet eis eſcas.

7. Egreſſa eſt itaque de loco peregrinationis ſuæ, cum utraque nuru: & jam in via revertendi poſita

VULGATA NOVA.

5. & ambo mortui ſunt, Mahalon videlicet & Chelion: remanſitque mulier orbata duobus liberis ac marito.

6..... 14. *Vide Not.*

in terram Juda,

8. dixit ad eas: Ite in domum matris veſtræ, faciat vobiſcum Dominus miſericordiam, ſicut feciſtis cum mortuis & mecum.

9. Det vobis invenire requiem in domibus virorum, quos ſortituræ eſtis. Et oſculata eſt eas. Quæ elevata voce flere cœperunt,

10. & dicere: Tecum pergemus ad populum tuum.

11. Quibus illa reſpondit: Revertimini filiæ meæ, cur venitis mecum? num ultra habeo filios in utero

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hæc præmittit Ambroſ. ibid. *Cùm Iſraëlitas in diebus Judicum ſuperioribus fames temporibus urgeret*; quibus reſpondent Græca: Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κρίνειν τὺς Κριτὰς, καὶ ἐγένετο λιμὸς ἐν τῇ γῇ· deinde, καὶ ἐπορεύθη ἀνὴρ ἀπὸ Βηθλεὲμ Ἰούδα τῦ παροικῆσαι ἐν ἀγρῷ Μωάβ, αὐτὸς καὶ ἡ γυνὴ αὐτῦ, καὶ οἱ δύο υἱοὶ αὐτῦ· quæ poſteriora vix differunt à Latino.

℣. 2. Gr. Καὶ ὄνομα τῷ ἀνδρὶ Ἐλιμέλεχ, καὶ ὄνομα τῇ γυναικὶ αὐτῦ Νωεμίν.

℣. 4. Gr. initio hab. Καὶ ἐλάβοσαν, loco *filii ejus acceperunt*; reliqua quadrant ad verbum.

℣. 5. Itidem Græcè; paulòque poſt ſequitur: Καὶ καλφελείφθη ἡ γυνὴ ἀπὸ τῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, καὶ ἀπὸ τῶν δύο υἱῶν αὐτῆς· quæ Ambr. loco cit. ita reddit: *Sed derelicta mulier, duobus filiis, & viro proprio deſtituta*; nec malè.

℣℣. 6..... 14. His reſpondent quæ Ambroſ. addit: *Cognito quòd Deus viſitaret Iſraël, regredi domum parans, cœpit ſuadere ut domum propriam repeterent uxores filiorum ſuorum. Una conceſſit; Ruth verò cum ſocru manſit, cui cùm diceret ſocrus*, &c. ut inf. ℣. 15.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

meo, ut viros ex me sperare possitis?

12. Revertimini filiæ meæ, & abite: jam enim senectute confecta sum, nec apta vinculo conjugali: etiam si possem hac nocte concipere, & parere filios,

13. si eos exspectare velitis, donec crescant, & annos pubertatis impleant, ante eritis vetulæ quàm nubatis. Nolite, quæso, filiæ meæ: quia vestra angustia magis me premit, & egressa est manus Domini contra me.

14. Elevata igitur voce, rursum flere cœperunt: Orpha osculata est socrum, ac reversa est: Ruth adhæsit socrui suæ:

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. 3. in Luc. t. 1. 1326. d.

15..... Ecce jam consponsa tua ad populum suum regressa est, & ad deos suos, & tu revertere pariter cum consponsa tua.

16. Respondit Ruth: Non contingat mihi dimittere te & redire ad deos meos: quia quòcunque tu ieris, ibo tecum: & ubi tu habitaveris, habitabo. Populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus.

17. Et ubi mortua fueris, moriar: & ubi sepulta fueris, sepeliar. Hoc faciat mihi Deus, & hoc augeat, si non sola mors separaverit inter te & me.

Aust. op. imp. in Matth. p. 16. c.

VULGATA NOVA.

15. cui dixit Noemi: En reversa est cognata tua ad populum suum, & ad deos suos, vade cum ea.

16. Quæ respondit: Ne adversèris mihi ut relinquam te & abeam: quòcunque enim perrexeris, pergam: & ubi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus.

17. Quæ te terra morientem susceperit, in ea moriar: ibique locum accipiam sepulturæ. Hæc mihi faciat Dominus, & hæc addat, si non sola mors me & te separaverit.

VULGATA NOVA.

18. Videns ergo Noemi, quòd obstinato animo Ruth decrevisset secum pergere, adversari noluit, nec ad suos ultra reditum persuadere:

19. profectæque sunt simul, & venerunt in Bethlehem. Quibus urbem ingressis, velox apud cunctos fama percrebruit: dicebantque mulieres: Hæc est illa Noemi.

20. Quibus ait: Ne vocetis me Noemi, (id est, pulchram) sed vocate me Mara, (id est, amaram) quia amaritudine valde replevit me Omnipotens.

21. Egressa sum plena, & vacuam reduxit me Dominus. Cur ergo vocatis me Noemi, quam Dominus humiliavit, & afflixit Omnipotens?

22. Venit ergo Noemi cum Ruth Moabitide nuru sua, de terra peregrinationis suæ: ac reversa est in Bethlehem, quando primùm hordea metebantur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 15. Rectè è Græco, nisi quòd loco *jam*, ponitur verbum ἀνέστρεψε, *regressa est*, quod legitur infra; & pro καὶ *tu revertere pariter cum*, habetur, ἐπιστράφηθι δὴ ἐχ ζὺ ὀπίσω, *revertere nunc & tu post*, &c. à Ms. Oxon. abest δή.

℣. 16. Nonnulla dissimilia habentur Græcè, nempe seqq. Εἶπε δὲ Ῥὺθ· Μὴ ἀπαντήσαί μοι τοῦ καταλιπεῖν σε, ἢ ἀποστρέψαι ὄπισθέν ζυ. *Dixit autem Ruth: Ne occurrat mihi ut derelinquam te, aut avertar à post te:* deinde sic, ὅτι ζὺ, absque *tecum*, post *ibo*, paulòque post, ἐὰν αὐλισθῇς, αὐλισθήσομαι, *ubicunque diversata fueris, diversabor.* Auct. op. imp. in Matth. p. 16. c. legit: *Noli obviare mihi, ut relinquam te: quoniam ubicunque ieris, ibo; & ubicunque manseris, manebo. Populus tuus populus meus est, & Deus tuus Deus meus est.*

℣. 17. Græc. initio hab. Καὶ ἐὰν, *Et ubicunque*; exinde post *moriar*, simpliciter κἀκεῖ ταφήσομαι, absque hoc medio, *ubi sepulta fueris.* Auct. op. imp. in Matth. non malè: *Ut ubicunque mortua fueris, moriar, & ibi sepeliar;* reliqua ut sup. quæ etiam ita leguntur Græcè: Τάδε ποιήσαι μοι Κύριος, καὶ τάδε προσθείη, ὅτι θάνατος διαχελεῖ ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. ERat autem viro Elimelech consanguineus, homo potens, & magnarum opum, nomine Booz.

2. Dixitque Ruth Moabitis ad socrum suam: Si jubes, vadam in agrum, & colligam spicas, quæ fugerint manus metentium, ubicunque clementis in me patrisfamilias reperero gratiam. Cui illa respondit: Vade filia mea.

3. Abiit itaque & colligebat spicas post terga metentium. Accidit autem ut ager ille haberet dominum nomine Booz, qui erat de cognatione Elimelech.

VERSIO ANTIQUA.

Cassiod. in Ps. 28. 446. a.

4..... dixit que Booz juveni, qui messoribus præerat: Dominus vobiscum. Qui responderunt ei: Benedicat tibi Dominus.

VULGATA NOVA.

4. Et ecce, ipse veniebat de Bethlehem, dixitque messoribus: Dominus vobiscum. Qui responderunt ei: Benedicat tibi Dominus.

VULGATA NOVA.

5. Dixitque Booz juveni, qui messoribus præerat: Cujus est hæc puella?

6. Cui respondit: Hæc est Moabitis, quæ venit cum Noemi, de regione Moabitide,

7. & rogavit ut spicas colligeret remanentes, sequens messorum vestigia: & de manè usque nunc stat in agro, & ne ad momentum quidem domum reversa est.

8. Et ait Booz ad Ruth: Audi filia, ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco: sed jungere puellis meis,

9. & ubi messuerint, sequere. Mandavi enim pueris meis, ut nemo molestus sit tibi: sed etiam si sitieris, vade ad sarcinulas, & bibe aquas, de quibus & pueri bibunt.

10. Quæ cadens in faciem suam & adorans super terram, dixit ad eum: Unde mihi hoc, ut invenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinam mulierem?

11. Cui ille respondit: Nunciata sunt mihi om-

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Græcè, loco *juveni qui messoribus præerat*, simpliciter habetur, τῶν θερίζων, *messoribus*, ut & ὁ εἶπεν, pro *qui responderunt.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

nia, quæ feceris ſocrui tuæ poſt mortem viri tui : & quòd reliqueris parentes tuos, & terram in qua nata es, & veneris ad populum, quem antea neſciebas.

12. Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Iſraël, ad quem veniſti, & ſub cujus confugiſti alas.

13. Quæ ait : Inveni gratiam apud oculos tuos, domine mi, qui conſolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non ſum ſimilis unius puellarum tuarum.

14. Dixitque ad eam Booz : Quando hora veſcendi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto. Sedit itaque ad meſſorum latus, & congeſſit polentam ſibi, comeditque & ſaturata eſt, & tulit reliquias.

15. Atque inde ſurrexit, ut ſpicas ex more colligeret. Præcepit autem Booz pueris ſuis, dicens : Etiamſi vobiſcum metere voluerit, ne prohibeatis eam :

16. & de veſtris quoque manipulis projicite de induſtria, & remanere permittite, ut abſque rubore colligat, & colligentem nemo corripiat.

17. Collegit ergo in agro uſque ad veſperam : & quæ collegerat virgâ cædens & excutiens, invenit hordei quaſi ephi menſuram, id eſt, tres modios.

18. Quos portans reverſa eſt in civitatem, & oſtendit ſocrui ſuæ : inſuper protulit, & dedit ei de reliquiis cibi ſui, quo ſaturata fuerat.

19. Dixitque ei ſocrus ſua : Ubi hodie collegiſti, & ubi feciſti opus ? ſit benedictus qui miſertus eſt tui. Indicavitque ei apud quem fuiſſet operata : & nomen dixit viri, quòd Booz vocaretur.

20. Cui reſpondit Noemi : Benedictus ſit à Domino : quoniam eandem gratiam, quam præbuerat vivis, ſervavit & mortuis. Rurſumque ait : Propinquus noſter eſt homo.

21. Et Ruth, Hoc quoque, inquit, præcepit mihi, ut tandiu meſſoribus ejus jungerer, donec omnes ſegetes meterentur.

22. Cui dixit ſocrus : Melius eſt, filia mea, ut cum puellis ejus exeas ad metendum, ne in alieno agro quiſpiam reſiſtat tibi.

23. Juncta eſt itaque puellis Booz : & tandiu cum eis meſſuit, donec hordea & triticum in horreis conderentur.

17..... *ſeqq. Vide Not.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 17. &c. His alludit Ambr. l. 3. in Luc. to. 1. 1325. f. dicens : *Refert autem advertere quòd & in agro pleno meſſis reperta, manipulos, ſicut ſcriptum eſt, colligens, & ſocrui fructus reſervans, & non poſt juvenem abiit, ſed virum perfectum ſecuta eſt, &c.*

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. POſtquam autem reverſa eſt ad ſocrum ſuam, audivit ab ea : Filia mea, quæram tibi requiem, & providebo ut bene ſit tibi.

2. Booz iſte, cujus puellis in agro juncta es, propinquus noſter eſt, & hac nocte aream hordei ventilat.

3. Lavare igitur, & ungere, & induere cultioribus veſtimentis, & deſcende in aream : non te videat homo, donec eſum potumque finierit.

4. Quando autem ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat : venieſque & diſcooperies pallium, quo operitur à parte pedum, & projicies te, & ibi jacebis : ipſe autem dicet tibi quid agere debeas.

5. Quæ reſpondit : Quidquid præceperis faciam.

6. Deſcenditque in aream, & fecit omnia quæ ſibi imperaverat ſocrus.

7. Cùmque comediſſet Booz, & bibiſſet, & factus eſſet hilarior, iſſetque ad dormiendum juxta acervum manipulorum, venit abſconditè, & diſcooperto pallio à pedibus ejus, ſe projecit.

8. Et ecce, nocte jam media expavit homo, & conturbatus eſt : viditque mulierem jacentem ad pedes ſuos,

9. & ait illi : Quæ es ? Illaque reſpondit : Ego ſum Ruth ancilla tua : expande pallium tuum ſuper famulam tuam, quia propinquus es.

VULGATA NOVA.

10. Et ille, Benedicta, inquit, es à Domino filia, & priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti : quia non es ſecuta juvenes, pauperes ſive divites.

VERSIO ANTIQUA.

10..... quia mulier virtutis es tu, vel quia bene feciſti miſericordiam tuam noviſſimam, pluſquam primam..... *Ambr. in Luc. l. 3. t. 1. 1326. a.*

VULGATA NOVA.

11. Noli ergo metuere, ſed quidquid dixeris mihi, faciam tibi. Scit enim omnis populus, qui habitat intra portas urbis meæ, mulierem te eſſe virtutis.

12. Nec abnuo me propinquum, ſed eſt alius me propinquior.

13. Quieſce hac nocte : & facto manè, ſi te voluerit propinquitatis jure retinere, bene res acta eſt : ſin autem ille noluerit, ego te abſque ulla dubitatione ſuſcipiam, vivit Dominus : dormi uſque manè.

14. Dormivit itaque ad pedes ejus uſque ad noctis abſceſſum. Surrexit itaque antequam homines ſe cognoſcerent mutuò, & dixit Booz : Cave ne quis noverit quòd huc veneris.

15. Et rurſum, Expande, inquit, pallium tuum quo operiris, & tene utraque manu. Qua extendente, & tenente, menſus eſt ſex modios hordei, & poſuit ſuper eam. Quæ portans ingreſſa eſt civitatem,

16. & venit ad ſocrum ſuam. Quæ dixit ei : Quid egiſti filia ? Narravitque ei omnia, quæ ſibi feciſſet homo.

17. Et ait : Ecce ſex modios hordei dedit mihi, & ait : Nolo vacuam te reverti ad ſocrum tuam.

18. Dixitque Noemi : Exſpecta filia donec videamus quem res exitum habeat : neque enim ceſſabit homo niſi compleverit quod locutus eſt.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Hîc memoriter citare videtur Ambroſ. vel potiùs παραφράζειν : ſic enim habetur Græcè : Ὅτι ἠγάθυνας τὸ ἔλεός σου τὸ ἔσχατον ὑπὲρ τὸ πρῶτον, μὴ πορευθεῖσά σε ὀπίσω νεανιῶν, &c. *Quia bonam feciſti miſericordiam tuam poſtremam ſuper primam, non eundo poſt juvenes, &c.*

Digitized by Google

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. ASCendit ergo Booz ad portam, & sedit ibi. Cùmque vidisset propinquum præterire, de quo priùs sermo habitus est, dixit ad eum: Declina paulisper, & sede hic: vocans eum nomine suo. Qui divertit, & sedit.

2. Tollens autem Booz decem viros de senioribus civitatis, dixit ad eos: Sedete hic.

3. Quibus sedentibus, locutus est ad propinquum: Partem agri fratris nostri Elimelech vendet Noemi, quæ reversa est de regione Moabitide:

4. quod audire te volui, & tibi dicere coram cunctis sedentibus, & majoribus natu de populo meo. Si vis possidere jure propinquitatis, eme, & posside: sin autem displicet tibi, hoc ipsum indica mihi, ut sciam quid facere debeam: nullus enim est propinquus, excepto tè, qui prior es; & me, qui secundus sum. At ille respondit: Ego agrum emam.

5. Cui dixit Booz: Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque Moabitidem, quæ uxor defuncti fuit, debes accipere: ut suscites nomen propinqui tui in hæreditate sua.

6. Qui respondit: Cedo juri propinquitatis: neque enim posteritatem familiæ meæ delere debeo: tu meo utere privilegio, quo me libenter carere profiteor.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. in Ps. 43. t. 1. 913. c. παραφερασικῶς, ut videtur.

7..... solvebat vir calciamentum suum, & dabat proximo suo, dicens: Hoc erit in testimonium in Israël.

8. Et dicebat propinquus: Accipe, & adquire tibi tu. Et solvebat calciamentum suum.....

VULGATA NOVA.

7. Hic autem erat mos antiquitus in Israël inter propinquos, ut si quando alter alteri suo juri cedebat, ut esset firma concessio, solvebat homo calceamentum suum; & dabat proximo suo: hoc erat testimonium cessionis in Israël. *Deut. 25. 7.*

8. Dixit ergo propinquo suo Booz: Tolle calceamentum tuum. Quod statim solvit de pede suo.

VULGATA NOVA.

9. At ille majoribus natu, & universo populo: Testes vos, inquit, estis hodie, quòd possederim omnia quæ fuerunt Elimelech, & Chelion, & Mahalon, tradente Noemi:

10. & Ruth Moabitidem, uxorem Mahalon, in conjugium sumpserim, ut suscitem nomen defuncti in hæreditate sua, ne vocabulum ejus de familia sua ac fratribus & populo deleatur. Vos, inquam, hujus rei testes estis.

VERSIO ANTIQUA.

Idem l. 3. in Luc. 6. 1. 1326. b.

11..... det Dominus mulierem, quæ intrat in domum tuam, sicut Rachel, & sicut Liam, quæ ædificaverunt domum Israël: & facere virtutem in Ephrata, & sit nomen in Bethleem:

12. & fiat domus tua, sicut domus Phares, quem peperit Thamar Judæ; de semine tuo det tibi Dominus ex hac puella.

13. Et accepit Booz Ruth, & facta est ei in matrimonium.....

VULGATA NOVA.

11. Respondit omnis populus, qui erat in porta, & majores natu: Nos testes sumus: faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, sicut Rachel & Liam, quæ ædificaverunt domum Israël: ut sit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethlehem:

12. fiatque domus tua, sicut domus Phares, quem Thamar peperit Judæ, de semine quod tibi dederit Dominus ex hac puella. *Gen. 38. 29.*

13. Tulit itaque Booz Ruth, & accepit uxorem: ingressusque est ad eam, & dedit illi Dominus ut conciperet, & pareret filium.

VULGATA NOVA.

14. Dixeruntque mulieres ad Noemi: Benedictus Dominus, qui non est passus ut deficeret successor familiæ tuæ, & vocaretur nomen ejus in Israël.

15. Et habeas qui consoletur animam tuam, & enutriat senectutem: de nuru enim tua natus est, quæ te diligit: & multò tibi melior est, quàm si septem haberes filios.

16. Susceptumque Noemi puerum posuit in sinu suo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio.

17. Vicinæ autem mulieres congratulantes ei, & dicentes: Natus est filius Noemi: vocaverunt nomen ejus Obed: hic est pater Isai, patris David.

18. Hæ sunt generationes Phares: Phares genuit Esron, *1. Par. 2. 5. & 4.*

19. Esron genuit Aram, Aram genuit Aminadab,

20. Aminadab genuit Nahasson, Nahasson genuit Salmon, *1. Mat. 1. 3.*

21. Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed,

22. Obed genuit Isai, Isai genuit David.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Ita Græcè, detracto verbo *dicens*, cujus loco hab. τῷ ἀγχισεύοντι τὴν ἀγχισείαν αὐτοῦ, Nobil. *redimenti redemptionem suam.* Eadem memorat idem Ambros. l. 3. in Luc. 1326. a. dicens: *Mos erat, ut qui proximus erat, si nollet accipere in conjugium propinquam suam, calciamentum suum solveret, & alii cederet.* Sequitur Græcè, Καὶ τοῦτο ἦν μαρτύριον ἐν Ἰσραήλ.

℣. 8. Gr. Καὶ εἶπεν ὁ ἀγχισεὺς τῷ Βοόζ, deinde deletur *accipe* &, sicut *tu*, post *tibi*, cujus loco ponitur, τὴν ἀγχισθείαν μου, *propinquitatem meam*; Nobil. constanter *redemptionem*: domum pro *solvebat*, ὑπελύσατο, *solvit*, &c. ut sup.

℣. 11. Eadem pene in Græco, præter seqq. nempe additur σοῦ, ad *mulierem*, ut & ἀμφότεραι, *ambæ*, ad *ædificaverunt*; subinde pro *facere*, sic, ἐποίησαν, *fecerunt*; in Mſ. tamen Alex. ac ed. Compl. ποιήσαι: demum loco *sit*, legitur ἔσαι, *erit*. Græco magis accedit idem Ambros. in Ps. 43. col. 913. c. ubi sic: *Dicebant etiam adstantes: Det tibi Dominus uxorem, quæ intrat domum tuam, sicut Rachel & sicut Lia, quæ ædificaverunt utræque domum Israël, & fecerunt virtutem in Ephrata:* at l. 3. in Luc. col. 1326. f. constanter habet *facere*, &, *sit nomen in Bethleem*: item post *det*, addit *tibi*, quod abest à Græco.

℣. 12. Ita in Græco, exceptis his: Ἐκ τοῦ σπέρματος οὗ δώσῃ Κύριός σοι ἐκ τῆς παιδίσκης ταύτης. *De semine quod dabit Dominus tibi ex ancilla hac*: al. verò loco οὗ, exstat οὗ, ut & δῴη, pro δώσει.

℣. 13. Ad verbum è Græco, præter hoc, *in matrimonium*, pro quo, εἰς γυναῖκα, *in uxorem.*

Digitized by Google

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugenſi.

RUTH.

CAP. I. ℣. 11. Num ultra habeo filios. *Non mutes præſens* habeo *cum futuro* habebo.

CAP. IV. ℣. 3. Quibus ſedentibus. *Alii minùs aptè*, quibus reſidentibus.

℣. 15. De nuru enim tua natus eſt, quæ te diligit. *Noli ſubſtituere maſculinum* qui, *pro feminino* quæ, *aut futurum* diliget, *pro præſenti* diligit.

℣. 22. Iſai genuit David. *Non addas* regem.

SUMMA CAPITA LIBRI I. REGUM,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Verſioni antiquæ ſatis reſpondeant.

CAP. I. *Elcana habuit uxores Annam & Phenennam: quarum Anna diu ſterilis & æmulæ improperio triſtis, fuſa in Silo coram Heli oratione ad Dominum, genuit Samuelem; quem Domino obtulit, ut voverat.*

CAP. II. *Annæ canticum in gratiarum actionem; quæ rurſum tres filios & duas filias generavit: ob peccata autem filiorum Heli, & nimiam patris indulgentiam, ſit illi & domui ejus comminatio, ac mors filiorum prædicitur.*

CAP. III. *Samuel quater à Domino vocatus, revelationem ſibi adversùm Heli factam, ei refert.*

CAP. IV. *Cæduntur Iſraëlitæ à Philiſthæis, rurſumque adductâ in caſtra arcâ cæduntur, captâque arcâ, duo filii Heli occiduntur; quibus auditis, Heli corruens occumbit, nuru ejus in partu moriente.*

CAP. V. *Dagon coram arca ſemel ac iterum corruit, abſciſſis in limine capite & manibus. Philiſthæi quoque mariſcis & muribus percuſſi, arcam à ſe repellunt.*

CAP. VI. *Philiſthæi arcam cum muribus & anis aureis, ſuorum ſacerdotum conſilio, à ſe remittunt per vaccas lactantes, & novum plauſtrum uſque Bethſames: ubi vaccas ſuper ligna plauſtri Bethſamitæ immolaverunt, plurimis de populo ac plebe à Domino interemptis, quòd arcam Dei conſpexiſſent.*

CAP. VII. *Reducitur arca in domum Abinadab in Gabaa; & Samuelis hortatu Iſraëlitæ ad Dominum converſi Philiſthæos vicerunt, orante pro ipſis Samuele.*

CAP. VIII. *Filiis Samuelis ad avaritiam declinantibus petit populus ſibi regem; quibus Samuel, jubente Domino, jus regis prædicit, ſed non auditur.*

CAP. IX. *Saul quærendo patris aſinas pervenit ad Samuelem, cum quo pranſus eſt, ac nocte hoſpitio receptus.*

CAP. X. *Ungitur Saul in regem à Samuele, datis ac ſuccedentibus ſignis, prophetat inter prophetas, & miſſis ſortibus a Samuele confirmatur in regem: lex regni in libro ſcripta, coram Domino reponitur.*

CAP. XI. *Saul, irruente in ipſum Spiritu Domini, diviſiſque ſuis bobus, populum ad bellum convocat, vincitque Naas regem Ammonitarum, liberatis viris Jabes Galaad, & regnum ejus inſtauratur in Galgala.*

CAP. XII. *Samuel populi judicio probatus innocens, Iſraëlem ingratitudinis arguit, datis è cœlo ſignis, hortaturque ut Domino adhæreant, non ceſſans pro ipſis orare.*

CAP. XIII. *Victi à Saule Philiſthæi maximo apparatu adversùs Iſraëlem armantur; territi Hebræi in antris latitant: & Saul, quia non exſpectato Samuelis adventu obtulit holocauſtum, reprobatus à Domino dicitur: de cautela Philiſthæorum ut Iſraëlitæ armis ſpoliarentur.*

CAP. XIV. *Jonathas Domino fidens, cum armigero ſuo Philiſthæos diſperſit; verùm poſt victoriam, melle guſtato, ob patris juramentum mortem comminatum, populi auxilio vix evaſit.*

CAP. XV. *Saul miſſus à Domino ad delendum funditus Amalec, Agag eorum regem multamque prædam reſervans, inobedientiæ arguitur, commendatâ obedientiâ, ideoque à regno rejicitur; interfectoque Agag, Saul reprobatus à Samuele lugetur.*

CAP. XVI. *Reprobato Saul, David inter fratres in regem ungitur; quo citharâ pſallente coram Saule agitato ſpiritu malo, ille leviùs habebat.*

CAP. XVII. *Philiſthæis contra Iſraëlem ad pugnam congregatis, Goliath gigantem in armis & fortitudine confidentem, inermis David occîdit, præciſumque caput, diffuſis Philiſthæis, ad Saulem tulit.*

CAP. XVIII. *Inito David cum Jonatha fœdere, Saul audita ſui & David comparatione, malo ſpiritu agitatus nititur David configere; & Merob filiam, quam erat Davidi pollicitus, tradit alteri: Michol verò juniorem callidè mediantibus centum præputiis Philiſthæorum deſpondet David in uxorem.*

CAP. XIX. *Saul David occidere volens, voce Jonathæ placatur: quem coram ſe citharizantem, iterum transfigere tentat, & fugientem induſtriâ Michol in Naioth apud Samuelem perſecutus, poſt ternos nuncios prophetantes etiam ipſe prophetat.*

CAP. XX. *Jonathas poſt repetitum cum David fœdus, ipſum cum patre reconciliare fruſtra conatur, illum tamen è manibus ejus trium ſagittarum ſigno liberat.*

CAP. XXI. *Profugus David in Nobe, fame compulſus panes ſanctificatos comedit datos ab Achimelech coram Doeg Idumæo; & Goliath gladio accepto, apud Achis regem Geth dementiam præ timore ſimulat.*

CAP. XXII. *David cum plurimis ad ſe in ſpeluncam Odollam ſuſceptis, inde ad regem Moab proficiſcitur, unde conſilio Gad prophetæ in terram Juda revertitur. Saul verò omnes ſacerdotes Nobe, præter Abiathar qui ad David confugit, per Doeg*

Digitized by Google

Idumæum jussit interimi.

CAP. XXIII *Cùm David Ceilam à Philisthæis liberasset, ne in manus Saul à viris Ceilæ traderetur, profugus in desertum Ziph proditur à Ziphæis: fœdere autem inter David & Jonathan renovato, Saul eum persequitur, sed propter Philisthæorum irruptionem liberatur.*

CAP. XXIV. *David in spelunca Engaddi latitans, oram chlamydis Saul persequentis abscidit, & ne occideretur ipsum liberavit: quare Saul culpam agnoscit, & sciens David regnaturum, susceptoab ipso juramento ei reconciliatur.*

CAP. XXV. *Mortuus Samuel plangitur: David Nabal victum neganti mortem minatus, egregia Abigail oratione placatur, quam mortuo Nabal in connubium accipit, simul & Achinoam, Saul verò filiam Michol Phalti tradit.*

CAP. XXVI. *David à Ziphæis apud Saul proditus, hastam & scyphum dormienti Saul abstulit: quod agnoscens Saul, culpam fatetur, revocatoque Davidi securitatem pollicetur.*

CAP. XXVII. *David apud Achis profugus, urbem Siceleg ab eo obtinuit, quæ ex eo facta est in hæreditatem regum Juda, unde plurimas agebat prædas imponens regi Achis.*

CAP. XXVIII. *Philisthæi contra Saul armantur, ad quod bellum David pollicetur fidem Achis. Saul occisis Magis, Pythonissam consulit, suscitari jubens Samuelem, à quo suam suorumque proximam mortem didicit.*

CAP. XXIX. *David cum Philisthæis adversùs Israël proficiscens remittitur, quia metuebant principes ne in prælio fieret ipsis adversarius.*

CAP. XXX. *Absente David, Amalecitæ Siceleg incenderant ablatâ prædâ, quos David persequens occîdit, receptâ prædâ, quam singulis sociis ex æquo divisit, etiam iis qui ad sarcinas lassi remanserant.*

CAP. XXXI. *Saul cum filiis in pugna cæsi corpus truncato capite in muro Bethsan suspenditur, armaque ejus in templo Astaroth: viri autem Jabes, ablatis Saul ac filiorum ejus corporibus, juxta Jabes ea sepelierunt.*

Digitized by Google



LIBER PRIMUS SAMUELIS, QUEM NOS PRIMUM REGUM* DICIMUS.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.

1. FUIT vir unus de Ramathaimsophim, de monte Ephraim, & nomen ejus Elcana, filius Jeroham, filii Eliu, filii Thohu, filii Suph, Ephrathæus:

2. & habuit duas uxores, nomen uni Anna, & nomen secundæ Phenenna. Fueruntque Phenennæ filii: Annæ autem non erant liberi.

3. Et ascendebat vir ille de civitate sua statutis diebus, ut adoraret & sacrificaret Domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filii Heli, Ophni & Phinees, sacerdotes Domini.

VERSIO ANTIQUA.

1. FUIT homo ex Arath, & nomen ejus Elcana, filius Hieremiel, filius Heli, filius Ozi, de monte Ephraim. *Ambr. l. 3. in Luc. t. 1. 1315. a.*

3..... Ascendebat ex diebus in dies de civitate sua Ramathaim, adorare & sacrificare Deo omnipotenti sabaoth. Et ibi erat Heli, & duo filii ejus, Ophni & Phinees, sacerdotes Domini. *Auct. quæst. Vet. Test. quæst. 46. p. 60. d.*

VULGATA NOVA.

4. Venit ergo dies, & immolavit Elcana, deditque Phenennæ uxori suæ, & cunctis filiis ejus, & filiabus partes:

5. Annæ autem dedit partem unam tristis, quia

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Ambros. de apolog. David, to. 1. col. 708. d. scribit *Regnorum*, non *Regum: Ita reperimus*, inquit, *in libro scriptum esse Regnorum.* Sic etiam Hilar. in Ps. 95. & 98. Item Hieron. epist. ad Damas. de Seraph. to. 3. col. 515. c. & August. quæst. in Jud. to. 3. part. 1. col. 624. a. & alibi passim. Cypr. verò l. 2. & 3. Testim. p. 292. b. 305. b. sic hab. *In Basiliôn primo*, &c. è Græco Βασιλειῶν.

℣. 1. *Ex Arath..... filius Hieremiel*, &c. Notant BB. nostri, in Rom. edit. Ambros. ita legi: *Ex Aramathain Sophim..... filius Hieroham, filii Helin, filii Sophi*: in Mss. verò Carnut. Gemet. Prat. *ex Ramath*, &c. rursus in Gemet. & Prat. *filius Jeremel*, in Carn. *Heromel, filius Heli, filius Zoi*; quibus accedit Corb. nisi quòd hab. *ex Arath*, & scribit *Jheremel*. Alii verò cum antiq. edit. ut supra in in textu. In Græco sic: Ἄνθρωπος ἦν ἐξ Ἀρμαθαὶμ Σιφὰ, (Ms. Alex. Σωφὶμ) ἐξ ὄρους Ἐφραΐμ, καὶ ὄνομα αὐτῷ Ἑλκανὰ, υἱὸς Ἱερεμεὴλ, (Alex. Ἱεροαμὶ) υἱοῦ Ἡλιοῦ, υἱοῦ Θοκὲ, (Alex. Θοῦ, edit. Ald. Θοκὲλ) ἐν Νασὶβ Ἐφραΐμ· (Alex. υἱοῦ Σὺπ Ἐφραθαῖος· Ald. ἐν Νασεὶβ ἐξ Ἀρμαθαὶμ ἐξ ὄρους Ἐφραΐμ· Compl. υἱοῦ Σὼφ ἐξ ὄρους Ἐφραΐμ.) i. e. *Homo erat ex Armathaim Sipha, de monte Ephraim, & nomen ei Elcana, filius Jeremeel, filii Heliu, filii Thoce, in Nasib Ephraim.*

℣. 3. Græc. Καὶ ἀνέβαινεν ὁ ἄνθρωπος ἐξ ἡμερῶν εἰς ἡμέρας ἐκ πόλεως αὐτοῦ ἐξ Ἀρμαθαὶμ, προσκυνεῖν καὶ θύειν Κυρίῳ τῷ Θεῷ Σαβαὼθ εἰς Σηλώμ· καὶ ἐκεῖ Ἡλὶ, καὶ, &c. ut supra.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Annam diligebat: Dominus autem concluſerat vulvam ejus.

6. Affligebat quoque eam æmula ejus, & vehementer angebat, in tantum, ut exprobraret quòd Dominus concluſiſſet vulvam ejus:

7. ſicque faciebat per ſingulos annos, cùm redeunte tempore aſcenderent ad templum Domini: & ſic provocabat eam: porro illa flebat, & non capiebat cibum.

8. Dixit ergo ei Elcana vir ſuus: Anna, cur fles? & quare non comedis? & quam ob rem affligitur cor tuum? nunquid non ego melior tibi ſum, quàm decem filii?

9. Surrexit autem Anna poſtquam comederat & biberat in Silo. Et Heli ſacerdote ſedente ſuper ſellam ante poſtes templi Domini,

10. cùm eſſet Anna amaro animo, oravit ad Dominum, flens largiter,

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

11. & votum vovit, dicens: Domine exercituum, ſi reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederiſque ſervæ tuæ ſexum virilem: dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ejus, & novacula non aſcendet ſuper caput ejus.

11..... & vinum, & ebriamen non bibet... *Tertul. adversùs Pſych. 985. c.*

12. Factum eſt autem, cùm illa multiplicaret preces coram Domino, ut Heli obſervaret os ejus.

VERSIO ANTIQUA.

Cypr. de orat. Dom. 205. a.

13..... loquebatur in corde ſuo, & labia ejus movebantur, & vox ejus non audiebatur: & exaudivit eam Deus.....

VULGATA NOVA.

13. Porro Anna loquebatur in corde ſuo; tantùmque labia illius movebantur, & vox penitus non audiebatur. Æſtimavit ergo eam Heli temulentam,

VULGATA NOVA.

14. dixitque ei: Uſquequo ebria eris? digere pauliſper vinum, quo mades.

15. Reſpondens Anna, Nequaquam, inquit, domine mi: nam mulier infelix nimis ego ſum, vinumque & omne quod inebriare poteſt, non bibi, ſed effudi animam meam in conſpectu Domini.

16. Ne reputes ancillam tuam quaſi unam de filiabus Belial: quia ex multitudine doloris & mœroris mei, locuta ſum uſque in præſens.

17. Tunc Heli ait ei: Vade in pace: & Deus Iſraël det tibi petitionem tuam, quam rogaſti eum.

18. Et illa dixit: Utinam inveniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abiit mulier in viam ſuam, & comedit, vultuſque illius non ſunt ampliùs in diverſa mutati.

19. Et ſurrexerunt manè, & adoraverunt coram Domino: reverſique ſunt, & venerunt in domum ſuam Ramatha. Cognovit autem Elcana Annam uxorem ſuam: & recordatus eſt ejus Dominus.

20. Et factum eſt poſt circulum dierum, concepit Anna, & peperit filium, vocavitque nomen ejus Samuel: eò quòd à Domino poſtulaſſet eum.

21. Aſcendit autem vir ejus Elcana, & omnis domus ejus, ut immolaret Domino hoſtiam ſolemnem, & votum ſuum,

22. & Anna non aſcendit: dixit enim viro ſuo: Non vadam, donec ablactetur infans, & ducam eum, ut appareat ante conſpectum Domini, & maneat ibi jugiter.

23. Et ait ei Elcana vir ſuus: Fac quod bonum tibi videtur, & mane donec ablactes eum: precorque ut impleat Dominus verbum ſuum. Manſit ergo mulier, & lactavit filium ſuum, donec amoveret eum à lacte.

24. Et adduxit eum ſecum, poſtquam ablactaverat, in vitulis tribus, & tribus modiis farinæ, & amphora vini, & adduxit eum ad domum Domini in Silo. Puer autem erat adhuc infantulus:

25. & immolaverunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli.

26. Et ait Anna: Obſecro mi domine, vivit anima tua domine: ego ſum illa mulier, quæ ſteti coram te hic orans Dominum.

27. Pro puero iſto oravi, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam poſtulavi eum.

28. Idcirco & ego commodavi eum Domino, cunctis diebus quibus fuerit commodatus Domino. Et adoraverunt ibi Dominum. Et oravit Anna, & ait:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. Auct. l. de promiſſ. part. 2. c. 24. ap. Proſp. col. 149. d. hæc habet: *Anna uxor Helcanæ, quæ ſterilis fuit, votum vovit Deo, ſi ei daret filium, eum ab infantia uſque ad ſenium, futurum in domo Domini.* Auct. q. Vet. T. q. 46. apud Aug. to. 3. col. 60. e. *Si mihi dederis filium, commodo eum Domino omnibus diebus vitæ ſuæ:* quibus reſpondent Græca: Καὶ αὐτὴ (Ἄννα) ..... ηὔξατο εὐχὴν Κυρίῳ, λέγουσα..... ἐὰν ἐπιβλέπων ἐπιβλέψῃς..... ᾗ δῷς τῇ δούλῃ Cυ σπέρμα ἀνδρῶν, ᾗ δώσω αὐτὸν ἐνώπιόν Cυ δοτὸν ἕως ἡμέρας θανάτου αὐτοῦ, deinde ſic, ᾗ οἶνον, &c. ut in Lat. ſup.

℣. 13. Eadem prorſus in Græco, præter hoc ult. & *exaudivit eam Deus*, quod abeſt: in edit. tamen Ald. ſequitur, ᾗ εἰσήκουσεν αὐτῆς Κύριος. Auct. op. imp. in Matth. hom. 13. col. 75. e. ſimiliter hab. *Labia quidem ejus movebantur, vox autem ejus non audiebatur.*

* CAPUT II.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. codice S. Germ. n. 15. annor. 900.

1. COnfirmatum eſt cor meum in Domino, exaltatum eſt cornu meum in Deo meo: dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos: læ-

VULGATA NOVA.

1. EXſultavit cor meum in Domino, & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo: dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos: quia

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Hoc Annæ Canticum mutuamur etiam à pluribus aliis Mſs. codd. ſcilicet à Mſ. S. Michaëlis ſupra Moſam, vulgò S. *Mihel*; item à Mſ. olim reginæ Sueciæ, nunc Vatic. annorum 1000. n. 11. item à Regio uno n. 3608. annor. circ. 400. & ab alio Sorbonico ejuſdem ætatis, Græco Lat. num. 459. demum ab altero Græco Lat. in quo, ſi Nobilio fides, *cum multiplici Pſalterio eſt etiam hoc Canticum, & Græcum Latinis characteribus ſcriptum, & præterea verſum ex Græco.* Idem quoque reperitur in Breviario Mozarabico ad feſtum SS. Innoc. p. 32. & in Pſalterio Ambroſ. edito ab eminent. Card. Thomaſio ad calc. Pſalt. Rom. cum aliis canticis antiquis, Romæ, anno 1697. Legitur etiam bis apud Auguſtinum l. 17. de civit. Dei, c. 4. to. 7. col. 459. a. & 460. ſeqq. nec non in commentario in lib. Reg. S. Eucherio tributo, to. 6. Bibl. PP. Lugd. col. 940. d. ſeqq. Quo quæque inter ſe differant, notabitur infra de more.

℣. 1. Similiter habet Mſ. S. Mich. præter duo, *cornu*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
lætata sum in salutari tuo.	tata sum in salutari tuo. *Ex Mſ. codice & Germ. ſup.*
2. Non est sanctus, ut est Dominus: neque enim est alius extra te, & non est fortis sicut Deus noster.	2. Quoniam non est sanctus, sicut Dominus: & non est justus sicut Deus noster, non est sanctus præter te.
3. Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes: recedant vetera de ore vestro: quia Deus scientiarum, Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes.	3. Nolite gloriari, & nolite loqui excelsa: neque exeat magniloquium ex ore vestro: quoniam Deus scientiæ, Dominus, & Deus præparans adinventiones ejus.
4. Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore.	4. Arcum potentium infirmum fecit, & infirmes præcincti sunt virtutem.
5. Repleti priùs, pro panibus se locaverunt: & famelici saturati sunt, donec sterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios, infirmata est.	5. Pleni panibus defecerunt: & esurientes præbuerunt terram, quoniam sterilis peperit septem: & quæ multa erat in filiis, infirmata est.
Deut. 32. 39. *Tob.* 13. 2. *Sap.* 16. 13. 6. Dominus mortificat & vivificat, deducit ad inferos & reducit.	6. Dominus mortificat & vivificat, deducet in inferno & adducet.
7. Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & sublevat.	7. Dominus pauperat & locupletat, humiliat & exaltat.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

meum, loco *cornum*, quod correximus, & in fine, *salutare tuum*, pro *salutari tuo*. Pſalt. Thomaſ. *Confirmatum eſt cor meum in Domino, & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo..... lætata ſum in ſalute tua.* Sic etiam Sorbon. hoc excepto, *lætor ego in ſalute mea.* Mſ. Vatic. *Confirmatum eſt..... in Domino, exaltatum eſt cornu meum in Deo ſalutari meo..... lætatus ſum in ſalute mea.* Mozarab. *Confirmatum eſt cor meum..... & exaltatum eſt cor meum in Deo ſalutari meo: dilatatum eſt ſuper inimicos os meum: lætor mihi in ſanctitate tua.* Reg. *Exſultavit cor meum*, &c. ut in Vulg. Similiter Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. col. 895. c. *Exſultavit cor meum..... & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo*: at l. de exhort. virg. to. 2. col. 291. e. *Confirmatum eſt cor meum in Domino, exaltatum eſt cornu meum in Deo meo: dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos: lætetur in ſalutari tuo.* Auguſt. l. 17. de civit. Dei, col. 459. a. *Confirmatum eſt cor meum in Dom. & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo: dilatatum eſt ſuper inimicos meos os meum: lætata ſum in ſaluturi tuo.* Similiter Auct. comment. in l. Reg. col. 940. d. exceptis his, *cornu meum in Deo ſaluturi meo, dilatatum eſt os meum*, &c. S. Paulin. epiſt. 27. 173. a. *Exſultavit in Domino ſpiritus noſter, & dilatatum eſt os noſtrum ſuper inimicum noſtrum.* Interp. Orig. habet etiam, *exſultavit cor meum.* Græc. verò, Ἐστερεώθη ἡ καρδία μου ἐν Κυρίῳ, ὑψώθη κέρας μου ἐν Θεῷ μου· ἐπλατύνθη ἐπ' ἐχθρούς μου τὸ στόμα μου· εὐφράνθην ἐν Σωτηρίᾳ σου. Mſ. Alex. cum ed. Compl. hab. τὸ στόμα μου ἐπ' ἐχθρούς μου· & omnes conſtanter, ἐν Σωτηρίᾳ Σου, ut & vet. Mſ. Nobilii; Theodoret. verò in hunc loc. ἐν Σωτῆρί Σου.

℣. 2. Concinit Mſ. S. Mich. ſicut etiam Aug. l. 4. de civit. Dei, col. 459. a. quibus favet Græc. ad verbum. Pſalt. Thomaſ. & Sorb. ſic habent, cum Ambroſ. l. de exhortat. virg. to. 2. col. 291. e. *Quoniam non eſt ſanctus*, (Ambroſ. *non eſt ſanctus alius*) *quomodo Dominus: & non eſt juſtus quomodo Deus noſter, & non eſt ſanctus præter te.* Mſ. Vatic. *Quoniam non eſt Deus alius, ſicut Dominus: & non eſt juſtus ſicut*, &c. Pſalt. Mozarab. *Quoniam non eſt alius Deus, quomodo Deus noſter: neque juſtus præter te, Domine, & non eſt ſanctus præter te.* Mſ. Reg. *Non eſt ſanctus, ut eſt Dominus: neque enim eſt alienus extra te, & non eſt fortis ut Deus noſter*, ut in Vulg.

℣. 3. Similiter hab. Mſ. S. Mich. præter vocem *ſcientiarum*, loco *ſcientia*. Vatic. verò ſic: *Nolite gloriari ſuperbè, & nolite loqui excelſa: neque exeat magniloquium ex ore veſtro: quoniam Deus ſcientia, Dominus eſt, Deus qui præparat adinventiones ſuas.* Pſalt. Thomaſ. & Reg. Cod. *Nolite gloriari ſuperbè, & nolite loqui excelſa: & non exeat verbum magnum ex* (Reg. *de*) *ore veſtro: quoniam Deus ſcientia, Dominus, & Deus qui præparat voluntates ſuas:* (Reg. *quæ. Deus ſcientiarum, Dominus eſt, Deus qui parat adinventiones ſuas.*) Mſ. Sorbon. *Nolite gloriari, & nolite loqui excelſa eminentia: non exeat magniloquium ex... quoniam Deus ſcientia, Dominus, Deus præparans adinv. ſuas.* Breviar. Moz. *Nolite gloriari excelsè, & nolite alta loqui in ſuperbia: & ne exeat magniloquium ex..... quoniam Deus ſcientia, Dominus eſt, Deus qui parat adinvent. ſuas.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 305. b. ſic hab. *Nolite gloriari, neque loquamini elata: & non procedat magniloquentia ex ore veſtro: quia Deus ſcientiarum, Dominus.* Auct. l. ad Novat. ap. eund. p. 439. *Nolite gloriari, & nolite loqui excelſa: & ne exeat magniloquentia ex ore veſtro.* Auguſt. denique l. 17. de civit. Dei, col. 459. a. 460. b. *Nolite gloriari ſuperbè, & nolite loqui excelſa: neque procedat* (inf. *exeat*) *magniloquium de ore veſtro: quoniam Deus ſcientiarum, Deus præparans adinv. ſuas.* Græc. Μὴ καυχᾶσθε (Mſ. Alex. καυχᾶσθαι) ἢ μὴ λαλεῖτε ὑψηλά· μὴ ἐξελθέτω μεγαλορρημοσύνη ἐκ..... ὅτι Θεὸς γνώσεων Κύριος, ἢ Θεὸς ἑτοιμάζων ἐπιτηδεύματα αὐτῷ, (Alex. αὐτῶν.) Cod. vet. Nobil. ad ὑψηλὰ, addit εἰς ὑπεροχήν, & in Lat. verſione, *excelſa eminentia*; item infra Græcè, γνώσεως, Latinè, *ſcientiæ*, non γνώσεων, *ſcientiarum*.

℣. 4. Mſ. Vatic. *Arcum potentium infirmum fecit, & infirmos præcinxit virtute.* Similiter hab. Pſalt. Thomaſ. præter unum *infirmavit*, pro *infirmum fecit*. Mſ. S. Mich. *Arcum pot. infirmum fecit, & infirmi præcincti ſunt robore.* Reg. *Arcum pot. fecit infirmum, & infirmi præcincti ſunt virtute.* Sorb. *Arcus pot. infirmavit, & infirmos præcinxit virtute.* Breviar. Moz. *Arcum* (l. *arcus*) *pot. infirmatus eſt, & infirmi virtute præcincti ſunt.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 305. b. legit: *Invalidus fallus eſt arcus potentium, & infirmi accincti ſunt virtute.* Auguſt. verò l. 17. de civit. Dei, c. 4. col. 459. b. *Arcum pot. fecit infirmum, & infirmi præcincti ſunt virtute:* at infra col. 460. d. hab. *Arcus potentium infirmatus eſt.* Auct. denique comment. in lib. Reg. col. 940. a. *Arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt virtute:* ſed infra: *Arcus potentium infirmatus eſt, & infirmi præcincti ſunt virtute.* Græc. Τόξον δυνατῶν ἠσθένησε, καὶ ἀσθενεῖς περιεζώσαντο δύναμιν.

℣. 5. Ita fert Mſ. S. Mich. niſi quòd ſcribit *filvis*, pro *filiis*, errore forſan librarii. In Sorbon. verò ut in Pſalt. Thomaſ. & Moz. ſic: *Pleni panibus minorati ſunt: eſurientes* (Pſalt. & *eſurientes*) *tranſierunt terram, quoniam* (Pſalt. delent *quoniam*) *ſterilis peperit* (Pſalt. addunt *ſeptem:*) & *fetoſa in filiis, infirmata eſt.* Similiter in Mſ. Vatic. niſi quòd pro *minorati ſunt*, ſcriptum *defecerunt*, & infra, *quoniam ſterilis peperit ſeptem.* In Regio: *Pleni panibus minorati ſunt: & eſurientes poſſederunt terram, quia ſterilis peperit ſeptem: & abundans in filiis, infirmata eſt.* Similiter habent Aug. l. 17. de civit. Dei, c. 4. col. 459. b. & 460. e. & Auct. comment. in Reg. col. 940. e. his tantùm mutatis, ſcilicet, *tranſierunt*, pro *poſſederunt*, & *multa in filiis*, pro *abundans in filiis*. Vet. cod. Nobil. habet etiam *tranſierunt*. Aug. obſervat ſup. *verbo* minorati ſunt, *minùs quidem Latino, bene tamen expreſſum eſſe, quòd ex majoribus minores facti ſunt.* Ambroſ. in Luc. 11. 24. to. 1. col. 1433. c. poſteriora ſic legit: *Sterilis ſeptem peperit: & populoſa in filiis, infirmata eſt.* Hieron. in Iſai. 54. to. 3. col. 390. e. *Sterilis peperit ſeptem: & quæ habebat filios plures, infirmata eſt.* Græc. Πλήρεις ἄρτων ἠλαττώθησαν· καὶ οἱ πεινῶντες ἐπαρήκαν γῆν, ὅτι στεῖρα ἔτεκεν ἑπτά, καὶ ἡ πολλὰ ἐν τέκνοις, ἠσθένησε.

℣. 6. Similiter habent Mſs. præd. præter hoc, *deducit ad inferos & reducit*, quod ferunt Reg. Sorb. & Pſalt. Thomaſ. cum Aug. l. 17. de civit. Dei, col. 459. b. 461. b. Vatic. verò & Moz. *ducit ad inferos & reducit*, S. Mich. *deducit in inferos & adducit.* Tertul. quoque l. 2. contra Marc. p. 649. b. hoc habet: *Dominus mortificat & vivificat.* Breviar. Moz. *Deus mortificat.* Anon. apud S. Paulin. ep. ad Marcell. to. 2. p. 4. a. *Dominus mortificat, Dominus vivificat, deducit ad inferos & reducit.* Græc. Κύριος θανατοῖ καὶ ζωογονεῖ, καταγει εἰς ᾅδου καὶ ἀνάγει.

℣. 7. Sic habet Mſ. S. Mich. una cum Græco. Vatic. verò, Reg. Sorbon. & Pſalt. Thomaſ. ſic: *Dominus pauperes & divites facit, humiliat & exaltat.* Mozarab. *Deus pauperem & divitem facit*, &c. ut ſup. Auguſt. l. 17. de civit. Dei, c. 4. col. 459. b. & 461. e. cum Auct. com. in lib. Reg. col. 941. b. *Dominus pauperes facit & ditat, humiliat & exaltat.* Anon. apud S. Paulin. ep. ad Mar-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. codice S. Germ. ſup.

8. Qui elevat à terra pauperem, & de ſtercore exaltat inopem : ut ſedeat cum potentibus populi, & ſedem gloriæ hæreditabit eis.

9. Qui dat orationem oranti, & benedixit annos juſtorum : quoniam non in fortitudine potens vir.

10. Dominus infirmum facit adverſarium ejus : Dominus ſanctus : non glorietur prudens in ſua prudentia, & non glorietur potens in virtute ſua, & non glorietur dives in divitiis ſuis : ſed in hoc glorietur qui gloriatur, intelligere & cognoſcere Dominum, & facere judicium & juſtitiam in medio terræ : Dominus aſcendit in cœlos, & intonuit : ipſe judicat ſumma terræ, & dabit fortitudinem regibus noſtris, & exaltabit cornu Chriſti ſui.....

VULGATA NOVA.

8. Suſcitat de pulvere egenum, & de ſtercore elevat pauperem : ut ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. Domini enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem.

9. Pedes ſanctorum ſuorum ſervabit, & impii in tenebris conticeſcent : quia non in fortitudine ſua roborabitur vir.

10. Dominum formidabunt adverſarii ejus : & ſuper ipſos in cœlis tonabit : Dominus judicabit fines terræ, & dabit imperium regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui.

VULGATA NOVA.

11. Et abiit Elcana Ramatha, in domum ſuam : puer autem erat miniſter in conſpectu Domini ante faciem Heli ſacerdotis.

12. Porro filii Heli, filii Belial, neſcientes Dominum,

12..... *ſeqq. Vide Not.*

13. neque officium ſacerdotum ad populum : ſed quicunque immolaſſet victimam, veniebat puer ſacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuſcinulam tridentem in manu ſua,

14. & mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, ſive in cacabum : & omne quod levabat fuſcinula, tollebat ſacerdos ſibi : ſic faciebant univerſo Iſraëli venientium in Silo.

15. Etiam antequam adolerent adipem, veniebat puer ſacerdotis, & dicebat immolanti : Da mihi carnem, ut coquam ſacerdoti : non enim accipiam à te carnem coctam, ſed crudam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cell. to. 2. p. 4. a. *Dominus divites pauperes facit, humiles exaltat.* Tertul. l. 2. cont. Marc. p. 649. b. *Humilians, ſed & ſublevans.*

℣. 8. Similiter in Mſ. S. Mich. hoc excepto, *ut ſedere eum faciat*, loco *ut ſedeat*. Vatic. autem ſic habet : *Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigit pauperem : ut ſedere eos faciat cum potentibus populi, & ſedem gloriæ hæreditabit eos.* Sic etiam in Sorbon. exceptis ultimis : *& ſedere eos faciat cum potentibus ſæculi, & ſolium gloriæ poſſidere eos faciat.* Vet. cod. Nobil. *ut ſedere eos faceret cum potentibus ſæculi.* Mſ. Reg. ſic : *Suſcitat à terra inopem, & de ſtercore exaltat pauperem : ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi ſui, & ſedem gloriæ decernens illi.* Pſalt. Thomaſ. *Suſcitat à terra pauperem, & de ſtercore erigit inopem : & ſedere facit eum cum potentibus plebis, & ſedem gloriæ poſſidere facit eum.* Mozarab. *Suſcitat de terra inopem, & ab ſtercore erigit pauperem : & ſedere facit eum cum principibus populi ſui, & thronum gloriæ hæreditatem dabit illi.* Tertul. l. 4. contra Marc. 707. c. *Qui excitat pauperem de terra, & mendicum : uti ſedere eum faciat cum dynaſtis populi, utique in regno ſuo, & in thronis gloriæ, utique regalibus.* Auguſt. l. 17. de civit. Dei, c. 4. to. 7. col. 459. b. & 461. e. g. *Suſcitat à terra pauperem, & de ſtercore erigit inopem : ut collocet eum* (inf. *ſedeat*) *cum potentibus populi, & ſedem gloriæ hæreditatem dans eis.* Auct. l. ad Novat. ap. Cypr. p. 439. *Quoniam erigit à terra pauperem, à ſterquilinio erigit inopem : & ſedere eum facit cum potentibus populi.* Similiter Cypr. ipſe l. 3. Teſt. p. 305. b. *Et ſedere eum facit cum potentibus populi.* Gr. Ἀνιςᾷ ἀπὸ γῆς πένητα, καὶ ἀπὸ κοπρίας ἐγείρει πτωχόν· καθίσαι (Mſ. Alex. καθίσαι αὐτὸν, edd. Ald. & Compl. τοῦ καθίσαι αὐτὸν) μετὰ δυνατῶν λαοῦ, καὶ θρόνον δόξης καλαχληρονομῶν αὐτοῖς.

℣. 9. Sic hab. Mſ. S. Mich. Regius verò cum Breviar. Moz. *Dat votum optanti, & benedicet annos juſti : quoniam non in fortitudine potens eſt homo* (Mozar. *non in viribus potens eſt vir.*) Vatic. *Qui det votum oranti, & benedicat annos juſti : quoniam non in virtute ſua potens erit vir.* Pſalt. Thomaſ. *Dans votum oranti, & benedicens annos juſti : quia non in virtute ſua potens eſt vir.* Sorbon. *Dans votum orandi, & benedicet annos juſti : quia non poteſt in virtute ſua vir.* Auguſt. l. 17. de civit. Dei, c. 4. col. 459. c. & 462. a. *Dans votum voventi, & benedixit annos juſti : quoniam non in virtute potens eſt vir.* Ita quoque in Græco, niſi quòd pro *virtute*, eſt ἰσχύϊ, *robore*, abſque ſeq. *eſt*. Mſ. Alex. loco δικαίου, *juſti*, hab. δικαίων, *juſtorum*, ut ſup. in textu Germ.

℣. 10. Eadem prorſus hab. Mſ. S. Mich. niſi quòd ſcribit *infirmum*, non *infirmem*, & in fine *cornu*, non *cornum* ; item ſup. *aſcendit in cœlos*, pro *in cœlis* ; quæ tria ita corrigenda duximus. In Pſalt. Thomaſ. & in cod. Vat. ſic : *Dominus infirmum facit adverſarium ejus : Dominus ſanctus :* (Vatic. *Dom. ſolus ſanctus eſt :*) *non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, neque glorietur potens in virtute ſua, neque glorietur dives in divitiis ſuis : ſed in hoc glorietur qui gloriatur,* (in Vat. deeſt *qui gloriatur*) *ſcire & intelligere Dominum, & facere judicium & juſtitiam ſuper terram* (Vatic. *in medio terræ :*) *Dominus aſcendit in cœlos, & tonuit* (Vatic. *intonuit :*) *& ipſe judicabit extrema terræ* (Vat. *judicavit ſummum terræ :*) *quia juſtus eſt, dans virtutem regibus noſtris, & exaltabit cornu Chriſti ſui.* In Sorbon. *Dominus infirmum facit adverſarium ejus : Dominus ſanctus : non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur dives in divitiis ſuis : ſed in hoc glorietur qui gloriatur, ſcire & intelligere Dominum, & facere judicium & juſtitiam in terra : Dominus aſcendet in cœlos, & tonabit : & ipſe judicabit extrema terræ : quia juſtus, & dat virtutem regibus, & exaltavit cornu Chriſti ſui.* In Breviar. Moz. *Omnis* (l. *Dominus*) *enim infirmum facit adverſarium ejus : Dominus ſanctus : non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, neque glorietur dives in divitiis ſuis, neque glorietur fortis in fortitudine ſua : ſed in hoc glorietur qui gloriatur, ſcire & intelligere Dominum, facere judicium & juſtitiam ſuper terram : Dominus aſcendit in cœlos, & tonat : ipſe judicat extrema terræ : potens eſt, & dat virtutem regibus, & exaltat cornu Chriſti ſui.* Auguſt. l. 17. de civit. Dei, c. 4. col. 459. c. & 462. b. *Dominus infirmum faciet adverſarium ſuum : Dominus ſanctus : non glorietur prudens in prudentia ſua, & non glorietur potens in potentia ſua, & non glorietur dives in divitiis ſuis : ſed in hoc glorietur qui gloriatur, intelligere & ſcire Dominum, & facere judicium & juſtitiam in medio terræ : Dominus aſcendit in cœlos, & tonuit : ipſe judicabit extrema terræ : quia juſtus eſt, & dat virtutem regibus noſtris, & exaltabit cornu Chriſti ſui.* Ita quoque in Græco eſt ad verbum, hoc excepto, *quia juſtus eſt* ſub finem, quod abeſt ; in edit. tamen Ald. & Compl. poſt hoc, ἄκρα γῆς, additur ſimiliter, δίκαιος ὤν, ſicut apud Theodoret. Additur etiam in vet. cod. Nobiliano, *quia juſtus eſt.* Obſervat Aug. ubi ſup. col. 462. b. *Ex ambiguo Græco* (ἀντίδικον αὐτῷ) poſſe *intelligi*, vel *adverſarium ejus*, vel *adverſarium ſuum :* quod autem legit poſtea, *prudens in prudentia ſua*, id Græco conſentaneum eſt, ubi ſic, ὁ φρόνιμος ἐν τῇ φρονήσει αὐτοῦ· ſed apud Theodoret. ὁ Σοφὸς ἐν τῇ Σοφίᾳ αὐτοῦ· item apud Luciſ. l. 1. pro S. Athan. 186. a. *ſapiens in ſapientia ſua*, cui ſuffragantur Mſs. Reg. & Nobil. Ambroſ. l. de ben. Patr. c. 11. t. 1. col. 529. c. hæc hab. *Dominus judicat fines terræ, & dabit virtutem regi, & exaltabit cornu Chriſti ſui.* Theodor. etiam ſcribit δώσει, *dabit*, non δίδωσι, *dat*, quod eſt in aliis.

℣. 12. &c. Huc revocanda quæ narrat Auct. l. de prom. ap. Proſp. part. 2. c. 24. col. 149. e. *Dum igitur filii Heli ſacerdotis malignè agerent, indebitè præſumentes partes alias veſci ex carnibus immolandis, quas illis non mandaverat Deus, ac primitus ſibi, poſtea Deo debere offerri ; inſectan-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

16. Dicebatque illi immolans: Incendatur primùm juxta morem hodie adeps, & tolle tibi quantumcunque desiderat anima tua. Qui respondens aiebat ei: Nequaquam: nunc enim dabis, alioquin tollam vi.

17. Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino: quia retrahebant homines à sacrificio Domini.

VULGATA NOVA.

18. Samuel autem ministrabat ante faciem Domini, puer, accinctus ephod lineo.

19. Et tunicam parvam faciebat ei mater sua, quam afferebat statutis diebus, ascendens cum viro suo, ut immolaret hostiam solemnem.

VERSIO ANTIQUA.

18. Et Samuel puer serviebat ante conspectum Domini, cinctus ephod bad. *Hieron. epist. ad Marcell. t. 2. 612. a.*

19. Et diploidem habebat pusillam, quam fecerat ei mater sua, & afferebat ei de diebus in dies, cùm ascenderet cum viro suo, sacrificare sacrificium dierum.

VULGATA NOVA.

20. Et benedixit Heli Elcanæ & uxori ejus: dixitque ei: Reddat tibi Dominus semen de muliere hac, pro fœnore quod commodasti Domino. Et abierunt in locum suum.

21. Visitavit ergo Dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias: & magnificatus est puer Samuel apud Dominum.

22. Heli autem erat senex valde, & audivit omnia quæ faciebant filii sui universo Israeli: & quomodo dormiebant cum mulieribus quæ observabant ad ostium tabernaculi:

VULGATA NOVA.

23. & dixit eis: Quare facitis res hujuscemodi, quas ego audio, res pessimas, ab omni populo?

24. Nolite filii mei: non enim est bona fama, quam ego audio, ut transgredi faciatis populum Domini.

25. Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus: si autem in Dominum peccaverit vir, quis orabit pro eo? Et non audierunt vocem patris sui: quia voluit Dominus occidere eos.

26. Puer autem Samuel proficiebat, atque crescebat, & placebat tam Domino quàm hominibus.

27. Venit autem vir Dei ad Heli, & ait ad eum: Hæc dicit Dominus; Nunquid non apertè revelatus sum domui patris tui, cùm essent in Ægypto in domo Pharaonis?

28. Et elegi eum ex omnibus tribubus Israël

VERSIO ANTIQUA.

23..... Quare facitis verba hæc, quæ ego audio de vobis, mala, ab omni populo? *Hieron. l. 3. in ep. ad Ephes. t. 4. 396. c.*

24. Nolite filii mei: quoniam non est bona fama, quam ego audio de vobis.....

25. Si delinquendo peccet vir adversùs virum, orabunt pro eo Dominum: si autem in Deum peccet homo, quis orabit pro eo?.... *Cypr. l. 3. Testim. 315. a.*

27. Et venit homo Dei ad Heli, & dixit: Hæc dicit Dominus: Revelans revelatus sum ad domum patris tui, cùm essent in terra Ægypti servi in domo Pharaonis. *August. l. 17. de civit. Dei, c. 5. t. 7. 464. b. c. & rursus 465. a. seqq.*

28. Et elegi domum patris tui ex omnibus

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tes etiam mulieres venientes ad templum, cum eis flagitia perpetrabant. Priora quidem respondent Græco, posteriora verò ab hoc, *insectantes etiam mulieres*, non ita; legitur enim simpliciter infra ad ℣. 22. Καὶ ἤκουσεν (Ἡλὶ) ἃ ἐποίουν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. *Et audivit quæ faciebant filii sui filiis Israël:* at in Schol. adduntur ista: Καὶ ὡς ἐκοιμῶντο μετὰ τῶν γυναικῶν τῶν παρεστηκυιῶν παρὰ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, i. e. *Et quomodo dormiebant cum mulieribus assistentibus ad januam tabernaculi testimonii:* nec multùm diversè in Compl. si Nobilio fides: Videtur etiam, inquit, hic locus agnosci à Theodoreto, & habetur in Vulgata.

℣. 18. Ita retulisse videtur S. Marcella, scribens ad Hieron. Sic enim Hieronymus ad ipsam rescribit: *In fronte epistolæ tuæ posueras, quid sibi velit quod in Regnorum libro primo scriptum est: Et Samuel puer*, &c. ut sup. quæ verba resumere videtur Hier. ibid. sic autem habentur Græcè: Καὶ Σαμουὴλ ἦν λειτουργῶν ἐνώπιον Κυρίου παιδάριον, περιζωσμένον ἐφοὺδ βάδ.

℣. 19. Græcè: Καὶ διπλοΐδα μικρὰν ἐποίουν αὐτῷ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, ἣν ἀνέφερεν αὐτῷ, &c. ut in Lat.

℣. 23. Paulùm diversè in Græco: Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἱνατί ποιεῖτε κατὰ τὸ ῥῆμα τοῦτο, ὃ ἐγὼ ἀκούω ἐκ στόματος παντὸς τοῦ λαοῦ Κυρίου; *Et dixit eis: Ut quid facitis secundùm verbum hoc, quod ego audio ex ore omnis populi Domini?* at in edit. Compl. τὰ ῥήματα ταῦτα ἃ ἐγω ἀκούω καλαλαλημένα καθ' ὑμῶν ἐκ, &c. in Ms. Alex. ἀκούω ῥήματα πονηρὰ ἐκ, &c. absque seq. παντὸς, quod etiam abest ab ed. Compl.

℣. 24. Græcè simpliciter: Μὴ τέκνα· ὅτι οὐκ ἀγαθὴ ἡ ἀκοὴ, ἣν ἐγὼ ἀκούω. *Non filii: quia non bona auditio, quam ego audio;* sola edit. Ald. addit περὶ ὑμῶν, cum Hieron. sicut Compl. ἦν, *erat*, post ἀγαθή; ab eadem etiam ed. absunt quæ sequuntur in Gr. Vat. & al. Μὴ ποιεῖτε οὕτως, ὅτι οὐκ ἀγαθαὶ αἱ ἀκοαὶ, ἃς ἐγὼ ἀκούω. Cæsar. Arelat. hom. 15. legit: *Filii, non est bonum quod de vobis audio.*

℣. 25. Sic iterum legit Cypr. ep. ad Fortun. p. 264. c. nec valde distat Græc. in quo sic: Ἐὰν ἁμαρτάνων (ed. Compl. ἁμαρτῶν) ἁμάρτῃ ἀνὴρ εἰς ἄνδρα, καὶ προσεύξονται ὑπὲρ αὐτοῦ πρὸς Κύριον· ἐὰν δὲ (in Compl. deest ἐὰν, al. ἐὰν δὲ) τῷ Κυρίῳ ἁμάρτῃ (Compl. addit ἀνὴρ) τίς προσεύξεται ὑπὲρ αὐτοῦ; Auct. l. de aleator. apud Cypr. p. 495. *Si delinquendo peccet vir adversùs virum, orabitur pro eo ad Dominum: si autem in Deum peccaverit, quis orabit pro eo?* Ambros. l. 1. de pœnit. to. 2. 401. b. *Si peccaverit homo in hominem, orabunt pro eo ad Dominum: si autem in Dominum peccaverit homo, quis orabit pro eo?* at in Ps. 37. n. 16. p. 821. f. *Si populus erraverit, sacerdos orabit pro eo: si sacerdos erraverit, quis rogabit pro eo?* Victor. Vit. l. 3. de pers. Afr. 44. a. *In lib. Regnorum: Si peccando peccaverit vir in virum, orabunt pro eo: si autem in Deum peccaverit, quis orabit pro eo?* Similiter S. Pacianus ep. 3. 312. g. *Si vir in virum peccaverit, orabunt pro eo: si autem in Deum peccaverit, quis*, &c. Avit. Vien. ep. 3. Sirm. to. 2. 19. b. *Si peccaverit vir in virum, orabit pro eo sacerdos: quòd si peccavit sacerdos in Deum, quis exorabit pro eo?* Aug. q. 55. in Deut. to. 3. 577. f. *Si in Deum peccaverit, quis*, &c. Auct. l. de promiss. ap. Prosp. p. 150. b. *Si peccaverit populus, exorabit pro eo sacerdos: si autem sacerdos peccaverit, quis exorabit pro illo?* Cæsar. Arelat. hom. 15. *Si homo in hominem peccaverit, rogabit pro eo sacerdos: si autem ipse sacerdos deliquerit, quis orabit pro eo?*

℣. 27. Ita Græcè ad verbum, nisi quòd pro *revelans*, hab. ἀποκαλυφθεὶς, & Αἰγύπτῳ, loco *Ægypti*. Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. col. 186. b. c. *Et venit homo Dei, & dixit: Hæc dicit Dominus: Manifestè ostendi me ad domum patris tui;* deinde sic, *ex omnibus*, &c. omissis aliis. At Hieron. ep. ad Marcell. to. 2. 612. b. ait: *In sequentibus quoque legisse te scribis: Venit homo Dei ad Eli, & dicit ei: Hæc dicit Dominus: Manifestè ostendi me ad domum patris tui ex omnibus tribubus Israël, cùm essent in terra Ægypti, servientes in domo Pharaonis.* Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. to. 8. p. 717. a. *Hæc dicit Dominus: Manifestè ostendi me ad domum patris tui, cùm essent in Ægypto servientes Pharaoni.*

℣. 28. Cuncta concinunt cum Græco. Hieron. ep. ad Marcell. to. 2. 612. b. sic hab. *Et elegi domum patris tui*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ubi sup. sceptris Israël mihi sacerdotio fungi, ut ascenderent ad altare meum, & incenderent incensum, & portarent ephod: & dedi domui patris tui omnia quæ sunt ignis filiorum Israël, in escam.

29. Et ut quid respexisti in incensum meum, & in sacrificium meum impudenti oculo: & glorificasti filios tuos super me, benedicere primitias omnis sacrificii in Israël in conspectu meo?

30. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus Israël: Dixi, domus tua, & domus patris tui, transibunt coram me * usque in æternum. Et nunc dicit Dominus: Nequaquam: sed glorificantes me, glorificabo: & qui spernit me, spernetur.

* Inf. deest *usque.*

31. Ecce dies veniunt, & exterminabo semen tuum, & semen domus patris tui:

32. & non erit tibi senior in domo mea omnibus diebus.

33. Et virum exterminabo tibi ab altari meo: ut deficiant oculi ejus, & defluat anima ejus: & omnis qui superaverit domus tuæ, decidet in gladio virorum.

34. Et hoc tibi signum, quod veniet super duos filios tuos hos, Ophni & Phinees: Una die morientur ambo.

35. Et fuscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui omnia quæ in corde meo & quæ in anima mea, faciat: & ædificabo ei domum fidelem, & transibit coram Christo meo omnibus diebus.

36. Et erit, qui superaverit in domo tua, ve-

VULGATA NOVA.

mihi in sacerdotem, ut ascenderet ad altare meum, & adoleret mihi incensum, & portaret ephod coram me: & dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israël.

29. Quare calce abjecistis victimam meam, & munera mea quæ præcepi ut offerrentur in templo: & magis honorasti filios tuos quàm me, ut comederetis primitias omnis sacrificii Israël populi mei?

30. Propterea ait Dominus Deus Israël: Loquens locutus sum, ut domus tua, & domus patris tui, ministraret in conspectu meo, usque in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus: Absit hoc à me: sed quicunque glorificaverit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. *3. Reg. 2. 27.*

31. Ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, ut non sit senex in domo tua.

32. Et videbis æmulum tuum in templo, in universis prosperis Israël: & non erit senex in domo tua omnibus diebus.

33. Veruntamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo: sed ut deficiant oculi tui, & tabescat anima tua: & pars magna domus tuæ morietur, cùm ad virilem ætatem venerit.

34. Hoc autem erit tibi signum, quod venturum est duobus filiis tuis, Ophni & Phinees: In die uno morientur ambo.

35. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum & animam meam faciet: & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus.

36. Futurum est autem, ut quicunque reman-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ex omnibus tribubus Israël mihi in sacerdotium, ut ascenderent ad altare meum, & incenderent incensum, & portarent ephod. Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. col. 186. b. c. deletis his, *Et elegi domum patris tui*, sic pergit: *Ex omnibus tribubus Israël mihi in sacerdotium, ut ascenderent ad sacrificium meum, & incenderent incensum, & tollerent ephod: & dedi in domo patris tui omnia frumenta filiorum Israël in escam.* Nota loco σκύβαλον, quod habetur in cod. Vatic. & al. in edit. Ald. legi τῶν οἰκων, mel. in Compl. τῶν φυλῶν; at ubique constanter τῷ πυρὸς, *ignis*, pro quo legisse videtur Lucif. πυρῶν, *de frumentis.* Gildas Sap. in Eccles. ord. 717. a. *Et elegi domum tuam ex omnibus tribubus Israël mihi in sacerdotio.*

℣. 29. Ad verbum è Gr. præter unum *in*, quod deest ante *Israël.* Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. 186. b. c. *Et tu quare respexisti in incensum meum, ad sacrificium meum, improbo oculo*, (Gr. ἀναιδεῖ:) *& honorificasti filios tuos plùs quàm me, ut benediceres eos à primordio in omnibus sacrificiis Israël coram me?* Gildas Sap. cast. in Eccles. ord. p. 717. a. *Quare respexisti in incensum meum, & in sacrificium meum improbo oculo: & honorificasti filios tuos plùs quàm me, ut benediceres eos à primordio in omnibus sacrificiis coram me?* Gr. ἐνευλογεῖσθαι ἀπαρχῆς πάσης θυσίας τῷ Ἰσραὴλ, &c. legit Lucif. ἀπ' ἀρχῆς.

℣. 30. Græc. addit ἐμοὶ, *mihi*, ad *nequaquam*; deinde sic, ὅτι ἀπ' ἐμοῦ, loco *sed*; in Compl. simpl. ὅτι; reliqua optimè quadrant. Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. 186. b. c. sic leg. *Propter hoc hæc dicit Dominus Israël: Dixi, domus tua, & domus patris tui transiet coram me usque in æternum: & nunc non est. Sic dicit Dominus: Nequaquam mihi, non sic erit à me: quoniam qui honorificant me, honorificabo eos: & qui spernit me, ad nihilum redigetur.* Gr. ὁ ἐξουθενῶν με, ἀτιμωθήσεται, ut & supra διελεύσεται, *transibit*; at in Compl. διελεύσονται in plur. Idem Lucif. paulò infra legit: *Qui me honorificaverit, honorificabitur: & qui me spernit, ad nihilum redigetur.* Cypr. de orat. Dom. 207. b. & l. de zelo & liv. 260. b. cum August. l. 2. cont. ep. Parmen. n. 38. col. 52. b. sic: *Eos qui clarificant me, clarificabo: & qui me spernit, spernetur.* Ambros. l. de parad. col. 179. d. *Honorificantes me, honorificabo: & contemptor mei, honore privabitur.* Capitul. Reg. Baluz. to. 2. p. 119. c. *Honorantes me, honorabo: & hi qui temnunt me, erunt ignobiles:* similiter infra, p. 169. a. hoc excepto, & *qui contemnunt me:* at p. 176. b. *Honorificantes me, honorificabo: & qui contemnunt me, inhonorati erunt.* Gildas Sap. in Eccl. ord. p. 717. a. *Et sic dicit Dominus: Quoniam qui honorificant me, honorabo eos: & qui pro nihilo habent me, ad nihilum redigentur.* Philastr. Brix. 723. c. *Glorificantes me, glorificabo*, ut in Græco.

℣. 31. Itidem Græcè. Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. 186. b. c. sic: *Et ecce dies veniunt, & disperdam semen tuum, & semen patris tui.* Gildas Sap. in Eccles. ord. p. 717. a. *Ecce dies venient, & disperdam nomen tuum, & semen domus patris tui.*

℣. 32. Ita Græcè, sicut etiam apud Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. 186. b. c. uno excepto *senex*, pro *senior*, Gr. πρεσβύτης.

℣. 33. In Græco ponitur negatio οὐκ, ante *exterminabo*, quæ tamen abest à codd. nonnullis: item pro *decidet*, hab. πεσεῖται in plur. at in Compl. πεσοῦνται; reliqua ad verbum. Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. 186. c. sic hab. *Et virum disperdam à sacrario meo, ut deficiant oculi ejus; & defluet anima ejus: & omnis quæ superaverit multitudo è domo tua, decidet in gladio virorum.* Gr. πᾶς περισσεύων οἴκου σου, Ms. Alex. cum edit. Compl. πᾶν περισσεῦον.

℣. 34. Gr. Vat. delet *hos*, post *filios tuos*; sed Ms. Alex. addit τούτους, cum editt. Ald. & Compl. omnesque ἐν μιᾷ, post *Phinees*; reliqua quadrant. Augustino suffragatur Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. 186. c. nisi quòd hab. *in uno die*, cum Græco, & post *ambo*, addit *gladio virorum.* Gildas Sap. in Eccles. ord. p. 717. a. legit: *Et hoc tibi signum sit, quod veniet super duos filios tuos, Ophni & Phinees: In uno die morientur ambo in gladio virorum.*

℣. 35. Ita Græcè, verbum pro verbo, excepto tamen hoc, ποιήσω, *faciet*, pro *faciat.* Lact. l. 4. Instit. c. 14. 577. sic: *Et suscitabo mihi sacerd. fidelem, qui omnia quæ sunt in corde meo faciat: & ædificabo ei domum fidelem, & transibit in conspectu meo omnibus diebus.* Cypr. l. 1. Test. 280. b. *Et suscitabo mihi sacerdotem fidum, qui omnia quæ sunt in corde meo faciet: & ædificabo ei domum fidelem, & transibit in conspectu Christorum meorum omnibus diebus.* In edit. Compl. τῶν Χριστῶν μου. Arnob. in Ps. 131. to. 8. 316. b. *Suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum omnia faciat: & ipsi ædificabo domum, & ambulabit coram Christo in æternum.* Item sup. l. de Deo trino, p. 215. e. *Suscitabo..... qui omnia ex corde meo faciet.*

℣. 36. Similiter in Græco, præter ista: ἐπὶ μίαν τῶν ἱερατειῶν ζῶ, i. e. *ad unam partium sacerdotalium tuarum,*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ferit in domo tua, veniat ut oretur pro eo, & offerat nummum argenteum, & tortam panis, dicatque: Dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem, ut comedam buccellam panis.

VERSIO ANTIQUA.

niet adorare ei, obolo argenti, dicens: Jacta me in unam partem sacerdotii tui, manducare panem. *Aug. ubi sup.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

loco *in unam partem sacerdotii tui. Quamvis*, inquit Aug. ibid. 466. e. *nonnulli*, sacrificii tui, *sint interpretati*, *non*, sacerdotii tui. Cypr. l. 1. Testim. 280. b. sic: *Et erit, qui remanserit in domo tua, veniet adorare, in obolo pecuniæ, & in pane uno.* Nota loco ὁ περισσεύων, quod in Græco Vatic. est, in editt. Ald. & Compl. legi, ὁ ὑπολελειμμένος; item in Compl. ἐν ὁλοκῷ ἀργυρίῳ, καὶ ἐν ἄρτῳ ἑνὶ, λέγων· Παράβριψόν με, &c. *in obolo argenti, & in pane uno, dicens: Jacta me*, &c.

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. PUer autem Samuel ministrabat Domino coram Heli, & sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta.

VERSIO ANTIQUA.

1..... sermo Domini erat pretiosus in diebus illis..... *S. Hieron. in Isai. 13. t. 3. 110. a.*

VULGATA NOVA.

2. Factum est ergo in die quadam, Heli jacebat in loco suo, & oculi ejus caligaverant, nec poterat videre:

3. lucerna Dei antequam extingueretur, Samuel dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei.

4. Et vocavit Dominus Samuel. Qui respondens, ait: Ecce ego.

5. Et cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce ego: vocasti enim me. Qui dixit: Non vocavi: revertere, & dormi. Et abiit, & dormivit.

6. Et adjecit Dominus rursum vocare Samuelem. Consurgensque Samuel, abiit ad Heli, & dixit: Ecce ego: quia vocasti me. Qui respondit: Non vocavi te fili mi: revertere, & dormi.

7. Porro Samuel necdum sciebat Dominum, neque revelatus ei fuerat sermo Domini.

8. Et adjecit Dominus, & vocavit adhuc Samuelem tertiò. Qui consurgens, abiit ad Heli,

9. & ait: Ecce ego: quia vocasti me. Intellexit ergo Heli quia Dominus vocaret puerum: & ait ad Samuelem: Vade, & dormi: & si deinceps vocaverit te, dices: Loquere Domine, quia audit servus tuus. Abiit ergo Samuel, & dormivit in loco suo.

10. Et venit Dominus, & stetit: & vocavit, sicut vocaverat secundò, Samuel, Samuel. Et ait Samuel: Loquere Domine, quia audit servus tuus.

VULGATA NOVA.

11. Et dixit Dominus ad Samuelem: Ecce ego facio verbum in Israël: quod quicunque audierit, tinnient ambæ aures ejus.

12. In die illa suscitabo adversùm Heli omnia quæ locutus sum super domum ejus: incipiam, & complebo.

13. Prædixi enim ei quòd judicaturus essem domum ejus in æternum, propter iniquitatem, eò quòd noverat indignè agere filios suos, & non corripuerit eos.

14. Idcirco juravi domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus ejus victimis & muneribus usque in æternum.

VERSIO ANTIQUA.

11. Et dixit Dominus ad Samuel: Ecce ego facio verba mea in Israël: & omnis qui audierit ea, tinnient utræque aures ejus. *Lucif. l. 1. pro S. Athan. 186. e. f.*

12. In illo die, quo suscitabo super Heli omnia quæ locutus sum in domo ejus; & consummabo

13. quæ prædixi ei, quoniam ego ulciscor in domo ejus usque in æternum, propter iniquitatem filiorum ejus, quam ego scio; quoniam contemnentes Dominum mala locuti sunt filii ejus, & non monuit eos, neque castigavit.

14. Et nunc sic juravi domui Heli, si propitiabitur iniquitas in domo Heli in incenso aut in sacrificiis in sempiternum.

VULGATA NOVA.

15. Dormivit autem Samuel usque manè, aperuitque ostia domus Domini. Et Samuel timebat indicare visionem Heli.

16. Vocavit ergo Heli Samuelem, & dixit: Samuel fili mi? Qui respondens, ait: Præstò sum.

17. Et interrogavit eum: Quis est sermo, quem locutus est Dominus ad te? oro te ne celaveris me: hæc faciat tibi Deus, & hæc addat, si absconderis à me sermonem, ex omnibus verbis quæ dicta sunt tibi.

18. Indicavit itaque ei Samuel universos sermones, & non abscondit ab eo. Et ille respondit: Dominus est: quod bonum est in oculis suis faciat.

19. Crevit autem Samuel, & Dominus erat cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram.

VULGATA NOVA.

20. Et cognovit universus Israël, à Dan us-

VERSIO ANTIQUA.

20. Et innotuit omni populo, quoniam fide- *Auct. quæst. Vet. Test. quæst. 46. p. 60. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. Ῥῆμα Κυρίου ἦν τίμιον, &c. ut sup.

℣. 11. Ad verbum è Græco, nisi quòd loco *& omnis qui audierit*, habetur simpliciter, παντὸς ἀκούοντος αὐτά, *omnis audientis ea*, Ms. Alex. ὥστε παντός, cum edd. Ald. & Compl.

℣. 12. In Gr. simpliciter, Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπεγερῶ, *In die illo suscitabo*, absque intermedio *quo*; exinde pro *quæ*, ὅσα, *quæcunque*, & pro *in domo*, εἰς τὸν οἶκον, *in domum*; demum post *ejus*, additur ἄρξομαι, *incipiam*; reliqua ut sup.

℣. 13. Græcè ita: Καὶ ἀνήγγελκα αὐτῷ ὅτι ἐκδικῶ ἐγὼ τὸν οἶκον (Ms. Alex. ἐπὶ τὸν οἶκον, cum edd. Ald. & Compl.) αὐτοῦ ἕως αἰῶνος ἐν ἀδικίαις υἱῶν αὐτοῦ, (editt. Ald. & Compl. addunt, nempe Ald. αἷς, Compl. ἃς, ambæ ἔγνω) ὅτι κακολογοῦντες Θεὸν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐνεθέτῳ αὐτούς. i. e. *Et annuntiavi eis quia ulciscar ego domum ejus usque in æternum in injustitiis filiorum ejus, quoniam maledicentes Deum filii ejus, & non monebat eos*: deest *neque castigavit*.

℣. 14. Ita Græcè, præter pauca, nempe, Καὶ νῦν οὕτως, *Et neque sic*, pro *Et nunc sic*; exinde οἴκου, *domûs*, pro *in domo*, & ἢ, pro *aut*; in una edit. Compl. ἤ: demum loco *in sempiternum*, sic, ἕως αἰῶνος, *in æternum*.

℣. 20. Græc. Καὶ ἔγνωσαν πᾶς Ἰσραὴλ ἀπὸ Δὰν, ἕως

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Auct. q. ubi sup. lis est Samuel propheta Domino.

Lucif. l. 1. pro S. Athan. p. 186. f. 21..... Heli senex erat valde, & filii ejus eunтes abierant, & erat maligna via eorum coram Domino.

VULGATA NOVA.

que Bersabee, quòd fidelis Samuel propheta esset Domini.

21. Et addidit Dominus ut appareret in Silo, quoniam revelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, juxta verbum Domini. Et evenit sermo Samuelis universo Israëli.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Βηρσαβεὲ, ὅτι πιστὸς Σαμουὴλ εἰς προφήτην τῷ Κυρίῳ. *Et cognoverunt omnis Israël à Dan, & usque Bersabee, quia fidelis Samuel in prophetam Domino.*

℣. 21. A Græco abest utrumque *erat*, & pro *abierant*, legitur ἐπορεύοντο, *ibant*; reliqua similia.

CAPUT IV.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. l. 1. pro S. Athan. p. 186. f. 1. ET factum est in diebus illis, & convenerunt alienigenæ in pugnam ad Israël.....

2..... Et inclinavit pugna, & cecidit vir Israël coram alienigenis: & vulnerati sunt in acie in campo, quatuor millia hominum.

3. Et venit populus in castra: & dixerunt majores natu Israël: Propter quid deficere fecit nos hodie Dominus coram alienigenis? Tollamus igitur arcam Domini Dei nostri ex Selon, & exeat in medio nostrûm, & liberabit nos de manibus inimicorum nostrorum.

4. Et misit populus ad Selon, & sustulerunt inde arcam Domini ubi sedebat Cherubin: & ambo filii Heli cum arca Dei ibant, Ophne & Phinees.

VULGATA NOVA.

1. ET factum est in diebus illis, convenerunt Philisthiim in pugnam: & egressus est Israël obviam Philisthiim in prælium, & castrametatus est juxta Lapidem adjutorii. Porro Philisthiim venerunt in Aphec,

2. & instruxerunt aciem contra Israël. Inito autem certamine, terga vertit Israël Philisthæis: & cæsa sunt in illo certamine passim per agros, quasi quatuor millia virorum.

3. Et reversus est populus ad castra: dixeruntque majores natu de Israël: Quare percussit nos Dominus hodie coram Philisthiim? Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini, & veniat in medium nostri, ut salvet nos de manu inimicorum nostrorum.

4. Misit ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcam fœderis Domini exercituum sedentis super Cherubim: erantque duo filii Heli cum arca fœderis Dei, Ophni & Phinees.

VULGATA NOVA.

5. Cùmque venisset arca fœderis Domini in castra, vociferatus est omnis Israël clamore grandi, & personuit terra.

6. Et audierunt Philisthiim vocem clamoris, dixeruntque: Quænam est hæc vox clamoris magni in castris Hebræorum? Et cognoverunt quòd arca Domini venisset in castra.

7. Timueruntque Philisthiim, dicentes: Venit Deus in castra. Et ingemuerunt, dicentes:

8. Væ nobis: non enim fuit tanta exsultatio heri & nudiustertius: væ nobis. Quis nos salvabit de manu deorum sublimium istorum? hi sunt dii, qui percusserunt Ægyptum omni plaga, in deserto.

9. Confortamini, & estote viri, Philisthiim: ne serviatis Hebræis, sicut & illi servierunt vobis: confortamini, & bellate. *Judic.* 13. 1.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi sup. 10... expugnaverunt illos, & defecit vir Israël à conspectu alienigenarum, & fugit unusquisque in tabernaculum suum: & facta est plaga magna valde: & ceciderunt ex Israël triginta millia virorum.

11. Et arca Dei capta est: & ambo filii Heli mortui sunt.....

VULGATA NOVA.

10. Pugnaverunt ergo Philisthiim, & cæsus est Israël, & fugit unusquisque in tabernaculum suum: & facta est plaga magna nimis: & ceciderunt de Israël triginta millia peditum.

11. Et arca Dei capta est: duo quoque filii Heli mortui sunt, Ophni & Phinees.

VULGATA NOVA.

12. Currens autem vir de Benjamin ex acie, venit in Silo in die illa, scissa veste, & consperſus pulvere caput.

13. Cùmque ille venisset, Heli sedebat super sellam contra viam spectans. Erat enim cor ejus pavens pro arca Dei. Vir autem ille postquam ingressus est, nunciavit urbi: & ululavit omnis civitas.

14. Et audivit Heli sonitum clamoris, dixitque:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter habet Ambros. l. 1. offic. to. 2. 38. b. uno excepto &, quod demit post *illis*. In Gr. pro *convenerunt..... in pugnam ad Israël*, sic: Συναθροίζονται..... ἐπὶ Ἰσραὴλ εἰς πόλεμον, *congregantur adversùs Israël in bellum*: in Mſ. Alex. ac ed. Compl. εἰς πόλεμιν ἐπὶ (Compl. εἰς) Ἰσραήλ.

℣. 2. Dissimilia nonnulla in Græco, nempe seqq. πόλεμος, *prælium*, pro *pugna*; item pro *cecidit*, ἔπταισεν, *impegit*, (ed. Compl. ἔπεσε) exinde pro *vulnerati sunt*, ἐπλήγησαν, *cæsi sunt*, & pro *in campo*, ἐν ἀγρῷ; mel. Compl. ἐν τῷ πεδίῳ.

℣. 3. Ita in Græco, ni excipias seqq. πρεσβύτεροι, *seniores*, loco *majores natu*, *labi fecit*, pro *deficere fecit*, λάβωμεν, *sumamus*, pro *tollamus*, demtis vocibus *igitur* & *Domini*: item hîc & infra Σηλὼμ, pro *Selon*; ἐκ μέσου, *de medio*, pro *in medio*, (in Mſ. tamen Alex. ἐμμέσῳ, vel ut in Compl. ἐν μέσῳ) denique σῶσ..... ἐκ χειρός, *salvabit..... de manu*, pro *liberabit..... de manibus*.

℣. 4. In Græco αἴρουσι, *tollunt*, pro *sustulerunt*, sed al. ἦραν; exinde loco *ubi sedebat*, sic, καθημένη, *insidentis*, detracto inf. *Dei ibant*; in Mſ. Alex. ac edit. Compl. post *arca*, additur τῆς διαθήκης τοῦ Θεοῦ, absque *ibant*; in solo Alex. Ὀφνεὶ, in Vatic. & al. Ὀφνί; cætera concordant.

℣. 10. Similiter in Græco, præter seq. πταίς, *cadit*, pro *defecit*, absque hoc, *à conspectu alienigenarum*, quod tamen retinent editt. Ald. & Compl. ubi sic: ἐνώπιον τῶν ἀλλοφύλων· item omnes constanter, ταγμάτων, *ordinum*, loco *virorum*.

℣. 11. Ita Græcè, verbum pro verbo.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Quis eſt hic ſonitus tumultus hujus? At ille feſtinavit, & venit, & nunciavit Heli.

15. Heli autem erat nonaginta & octo annorum, & oculi ejus caligaverant, & videre non poterat.

VULGATA NOVA.

16. Et dixit ad Heli: Ego ſum qui veni de prælio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait: Quid actum eſt fili mi?

17. Reſpondens autem ille qui nunciabat, Fugit, inquit, Iſraël coram Philiſthiim, & ruina magna facta eſt in populo: inſuper & duo filii tui mortui ſunt, Ophni & Phinees: & arca Dei capta eſt.

18. Cùmque ille nominaſſet arcam Dei, cecidit de ſella retrorſum juxta oſtium, & fractis cervicibus mortuus eſt. Senex enim erat vir & grandævus: & ipſe judicavit Iſraël quadraginta annis.

VERSIO ANTIQUA.

16..... Et vir properans acceſſit ad Heli, dixitque ei: Ego ſum qui veni de caſtris, fugiens de prælio hodie. Et dixit Heli: Qui ſermo factus eſt filiole? *Lucif. Cal. ubi ſup.*

17. Et reſpondit, & dixit: Fugit vir Iſraël à facie alienigenarum, & facta eſt plaga magna in populo: & ambo filii tui mortui ſunt: & arca Dei capta eſt.

18. Et factum eſt cùm audiſſet, Arca Dei capta eſt, cecidit ſupinus de ſella juxta portam, & contribulatum eſt dorſum ejus, & mortuus eſt. Quoniam ſenex erat & gravis homo: & ipſe judicabat in Iſraël viginti annis.

VULGATA NOVA.

19. Nurus autem ejus, uxor Phinees, prægnans erat, vicinaque partui: & audito nuncio quòd capta eſſet arca Dei, & mortuus eſſet ſocer ſuus, & vir ſuus, incurvavit ſe & peperit: irruerant enim in eam dolores ſubiti.

20. In ipſo autem momento mortis ejus, dixerunt ei quæ ſtabant circa eam: Ne timeas, quia filium peperiſti. Quæ non reſpondit eis, neque animadvertit.

21. Et vocavit puerum, Ichabod, dicens: Tranſlata eſt gloria de Iſraël, quia capta eſt arca Dei, & pro ſocero ſuo & pro viro ſuo;

22. & ait: Translata eſt gloria ab Iſraël, eò quòd capta eſſet arca Dei.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 16. Hæc tantùm diſſimilia in Græco, ſcilicet, κἀγὼ φέρευγα ἐκ τῆς παρατάξεως, & *ego fugi ex acie*, loco *fugiens de prælio*; & in fine, Τί τὸ γεγονὸς ῥῆμα, τέκνον; *Quodnam quod factum eſt verbum, fili?* Lucif. legit τεκνίον.

℣. 17. In Gr. Καὶ ἀπεκρίθη τὸ παιδάριον, καὶ εἶπε, &c. ut in Lat. ſupra.

℣. 18. Vix pauca diſcordant à Græco, nempe loco *cùm audiſſet*, *Arca Dei capta eſt, cecidit ſupinus de ſella*, eſt: ὡς ἐμνήσθη τῆς κιβωτοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ ὀλίσθου ὀπισθίως, *ut meminit arcæ Dei, & cecidit à ſella retrorſum*: item loco *ſenex erat & gravis homo*, ſic: πρεσβύτης ὁ ἄνθρωπος καὶ βαρύς, *ſenex homo & gravis*, abſque *erat*, præterquam in edit. Compl. ubi ἦν ὁ, & ἔτη, *annos* in fine, pro *annis*; deeſt autem *in*, ante *Iſraël*.

CAPUT V.

VULGATA NOVA.

1. PHiliſthiim autem tulerunt arcam Dei, & aſportaverunt eam à Lapide adjutorii in Azotum.

2. Tuleruntque Philiſthiim arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & ſtatuerunt eam juxta Dagon.

3. Cùmque ſurrexiſſent diluculo Azotii altera die, ecce Dagon jacebat pronus in terra ante arcam Domini: & tulerunt Dagon, & reſtituerunt eum in locum ſuum.

4. Rurſumque manè die altera conſurgentes, invenerunt Dagon jacentem ſuper faciem ſuam in terra coram arca Domini: caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum ejus abſciſſæ erant ſuper limen:

VERSIO ANTIQUA.

1. ET alienigenæ abſtulerunt arcam Dei ex Abenezer, & intulerunt illam in Azotum. *Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 186. g. b.*

2. Et ſuſtulerunt alienigenæ arcam, & intulerunt illam in domum Dagon, & collocaverunt illam juxta Dagon.

3. Et manè vigilaverunt Azoti, & intraverunt in domum Dagon; & viderunt, & ecce Dagon cecidit in faciem ſuam ante arcam Dei: & ſuſtulerunt Dagon, & ſtatuerunt in locum ſuum. Et gravata eſt manus Domini ſuper Azotos, & cruciabat illos, & percuſſit illos in domibus eorum, in Azotum & regiones ejus.

4. Et factum eſt cùm ante lucem vigilaſſent, & Dagon ceciderat in faciem ante arcam teſtamenti Domini: & caput Dagon, & ambo veſtigia manûs ejus ablata erant per partes centum, & ambo articuli manûs illius ceciderunt in limen.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. pro *abſtulerunt*, ponit ἔλαβον, *ceperunt*, transfertque *ex Abenezer*, poſt *illam*; reliqua ſimilia.

℣. 2. Vix diſſimile Græcum eſt, niſi quòd addit Κυρίου, *Domini*, ad *arcam*, & pro *ſuſtulerunt*, habet ut ſup. ἔλαβον, *ceperunt*, & pro *collocaverunt*, παρέστησαν, *ſtiterunt*; Lucif. infra, *ſtatuerunt*. Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 24. ap. Proſp. p. 150. b. hæc habet: *Arcam verò Dei quam ceperant hoſtes, ea veneratione colendam eſſe crediderunt, ut in templo dei ſui Dagon collocandam arbitrarentur; ſub cujus potentia ſequenti die idolum ſuum eliſum proſtratumque viderunt: ſed hoc caſui dantes, eum rurſum uncis fortioribus validioribuſque defigunt, quem poſtera die confractum comminutumque coram arca intuentes, quidnam illud eſſet minimè repererunt; ipſaque gens graviori atrocique plaga percuſſa eſt..... nec valuerunt hujus turpitudinis evadere ultimam pœnam, niſi arcam Dei quam ceperant, donis appoſitis reddidiſſent.*

℣. 3. Similiter in Græco, exceptis his levioribus: πεπτωκὼς, *ceciderat*, pro *cecidit*, ἤγειραν, *erexerunt*, pro *ſuſtulerunt*, ἐβασάνισε, *cruciavit*, pro *cruciabat*, τὰς ἕδρας, *ſellas* vel *ſedes*, pro *domibus*, abſque *in*, ante *Azotum*; demum τὰ ὅρια, *fines*, loco *regiones*.

℣. 4. Ita de Græco, niſi quòd loco *cùm ante lucem vigilaſſent*, &, ſic legitur, ὅτε ὤρθρισαν τοπρωΐ, καὶ ἰδὲ, *quando vigilaverunt manè*, & *ecce*, addito αὐτῷ, ad *faciem*; exinde & infra, loco *manûs*, χειρῶν, *manuum*, & loco *per partes centum*, ſic, ἐπὶ τὰ ἐμπρόσθια Ἀμαφὲθ ἕκαστα, *in anteriora Amapheth ſinguli*; leg. Lucif. ἑκατὸν, non ἕκαστα. Nota pro *articulis*, ſcribi καρποὶ, quæ vox propriè ſignificat junctura illam qua brachium cum manu committitur.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

5. porro Dagon ſolus truncus remanſerat in loco ſuo. Propter hanc cauſam non calcant ſacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum ejus, ſuper limen Dagon in Azoto, uſque in hodiernum diem.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ſup. 187. a. b.

6. Et gravata eſt manus Domini ſuper Azotum, & induxit illis mures, & facta eſt confuſio mortis magna in civitate.

7. Et viderunt viri Azoti, quoniam ſic eſt, & dixerunt: Quoniam non ſedebit arca Domini Dei Iſraël nobiſcum: quoniam dura eſt manus illius ſuper nos, & ſuper Dagon deum noſtrum.

8. Et mittunt, & convocant regulos alienigenarum ad ſe, & dicunt: Quid faciemus de arca Dei Iſraël? Et dixerunt Gethæi: Tranſeat arca Dei Iſraël in Geth.

9. Et factum eſt poſtquam translata eſt arca Dei, facta manus Domini in civitate, & eſt facta turbatio magna valde: & percuſſit viros civitatis, à minimo uſque ad maximum, & ebullivit illis mures in ſedibus: & fecerunt ſibi Gethæi ſedes pelliceas.

10. Et miſerunt arcam Dei in Aſcalonem. Et factum eſt ut intravit arca Dei Iſraël in Aſcalonem, exclamaverunt Aſcalonenſes, dicentes: Ut quid miſiſtis arcam Dei Iſraël ad nos, ut morti tradat nos & populum noſtrum?

11. Et mittunt & convocant regulos alienigenarum: & dixerunt: Remitte arcam Dei Iſraël, & reducatur in locum ſuum, & non morti dabit nos & populum noſtrum.

12. Quia acta eſt confuſio gravis in civitate tota, gravis valde, ut intravit arca Dei: & qui vi-

VULGATA NOVA.

6. Aggravata eſt autem manus Domini ſuper Azotios, & demolitus eſt eos: & percuſſis in ſecretiori parte natium Azotum, & fines ejus. Et ebullierunt villæ & agri in medio regionis illius, & nati ſunt mures, & facta eſt confuſio mortis magnæ in civitate. *Pſ. 77. 66.*

7. Videntes autem viri Azotii hujuſcemodi plagam, dixerunt: Non maneat arca Dei Iſraël apud nos: quoniam dura eſt manus ejus ſuper nos, & ſuper Dagon deum noſtrum.

8. Et mittentes congregaverunt omnes ſatrapas Philiſthinorum ad ſe, & dixerunt: Quid faciemus de arca Dei Iſraël? Reſponderuntque Gethæi: Circumducatur arca Dei Iſraël. Et circumduxerunt arcam Dei Iſraël.

9. Illis autem circumducentibus eam, fiebat manus Domini per ſingulas civitates interfectionis magnæ nimis: & percutiebat viros uniuſcujuſque urbis, à parvo uſque ad majorem, & computreſcebant prominentes extales eorum. Inieruntque Gethæi conſilium, & fecerunt ſibi ſedes pelliceas.

10. Miſerunt ergo arcam Dei in Accaron. Cùmque veniſſet arca Dei in Accaron, exclamaverunt Accaronitæ, dicentes: Adduxerunt ad nos arcam Dei Iſraël, ut interficiat nos & populum noſtrum.

11. Miſerunt itaque & congregaverunt omnes ſatrapas Philiſthinorum: qui dixerunt: Dimittite arcam Dei Iſraël, & revertatur in locum ſuum, & non interficiat nos cum populo noſtro.

12. Fiebat enim pavor mortis in ſingulis urbibus, & graviſſima valde manus Dei: viri quoque,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Nonnulla hìc inſerta leguntur Græcè, quæ deſunt apud Lucif. nempe poſt hoc, *induxit illis*, ita ſequitur: Καὶ ἐξέζεσεν αὐτοῖς εἰς τὰς ναῦς, καὶ μέσον τῆς χώρας αὐτῆς ἀνεφύησαν μύες, *Et efferbuit eis in navibus, & medium regionis ejus pullularunt mures*; reliqua ad verbum. Eadem ferme leguntur nunc in Vulg. ſed abſunt à textu Hebraïco, nec inveniuntur in antiquioribus & caſtigatioribus Mſs. codd. Hieronymianæ verſionis: & verò obelo prænotantur à Rob. Stephano, ac Theologis Lovanienſibus; imo in Mſ. Germ. n. 7. nonniſi ſecunda manu, & in Corb. n. 3. in margine ſolùm inferiori addita reperiuntur: ſumpta ſunt autem illa, ſi Martianæo noſtro fides, ut & alia plura inferiùs ſuis locis interſerta, vel à LXX. Interpretibus, vel ab antiquis illis Latinorum translationibus, quæ viguerunt ante Hieronymum. De his nempe ita diſſerit idem Martianæus, not. a. in hunc loc. to. 1. nov. edit. Hieron. col. 332. » Cùm innumera, inquit, prope hujuſmodi occurrant additamenta in libris » præcipuè Regum, non abs re erit lectorem docuiſſe, quo» modo poſita reperiantur in vetuſtiſſimis codicibus ſacro» rum Bibliorum editionis Hieronymi. Tria igitur ſuperſunt » adhuc genera librorum Mſs. Latinorum, quibus cauſas & » origines prædictorum additamentorum poſſumus depre» hendere. Primum in illis locum obtinent Mſs. codices qui » propriam ac genuinam lectionem Hieronymi ſine additamentis repræſentant, cujus generis ſunt Colb. Anic. & » Corb. maj. n. 1. his etiam canon Hebraïcæ veritatis ad» jungendus eſt, ut pote qui nihil ſpurium habeat poſt » emendationem ſuam. Exſtant alii vetuſtiores codd. in » quibus equidem purus fluit Bibliorum contextus, ſed in» tegra retinent ad margines ſuas aliena & inſititia verba » cum ſignis quibuſdam intra textum, ut hæc tanquam » omiſſa ſint à Librariis, & ad ſacrum contextum pertineant, ſignificent. Tertium denique genus eſt, recentio» rum præſertim Mſs. codicum, in quorum contextum va» ria illa Scripturarum additamenta errore & imperitia Li» brariorum inducta conſpiciuntur, ut nullo deinceps ad» hibito diſcrimine, quænam Hieronymo, aut quæ cæteris » Latinis Interpretibus propria fuerint, in illis minimè poſ» ſit agnoſci.

℣. 7. Vix meliùs è Græco, ſi detrahatur utrumque *eſt*, cum voce *Domini*, & ponatur *dicunt*, loco *dixerunt*; nam in Græco λέγουσι.

℣. 8. Editt. Lucif. loco *regulos*, ferunt *reliquos*, ſed vitiosè, ut videtur, nam infra ℣. 11. habent *regulos*, quod retinuimus. Græc. Συνάγουσι τοὺς Σατράπας, *congregant ſatrapas*; item infra, λέγουσι, *dicunt*, pro *dixerunt*, mel. in edit. Ald. εἶπαν: demum poſt *tranſeat*, adduntur ſeqq. κιβωτὸς τοῦ Θεοῦ πρὸς ἡμᾶς· καὶ μετῆλθε κιβωτὸς, &c. ut ſup. i. e. *arca Dei ad nos: & tranſivit arca*, &c. quæ omittuntur à Lucif. In edit. Ald. ſequitur, τοῦ Θεοῦ Ἰσραὴλ πρὸς ἡμᾶς εἰς Γέθ.

℣. 9. Nonnulla diſſimilia Græcum habet, nempe ſeqq. μετὰ τὸ μετελθεῖν αὐτὴν, καὶ γίνεσθαι, *poſtquam tranſivit ipſa, & fit*, loco *poſtquam translata eſt arca Dei, facta*; edit. tamen Compl. loco αὐτὴν, hab. τὴν κιβωτὸν (al. add. τοῦ Θεοῦ) πρὸς τοὺς Γεθαίους, καὶ, &c. Item paulò poſt eadem Compl. hab. ἐν τῇ πόλει, cum Ald. & Mſ. Alex. in Vatic. autem legitur ſimpliciter, τῇ πόλει, *civitati*, abſque ſeq. *& eſt facta*, quod ſimiliter abeſt ab aliis: legitur etiam ibid. ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, *à parvo uſque ad magnum*, loco *à minimo uſque ad maximum*; item pro his, *& ebullivit illis mures in ſedibus*, ſic, καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς εἰς τὰς ἕδρας αὐτῶν, *& percuſſit eos in ſedibus eorum*; nec additur in fine vox *pelliceas*.

℣. 10. Hæc tantùm variant Græcè, ſcilicet, ἐξαπεστέλλουσι, *emittunt*, pro *miſerunt*, demto 1. *Iſrael*, quod tamen exſtat in edit. Ald. exinde ἐβόησαν, *clamaverunt*, al. ἀνεβόησαν, abſque præced. *&*; denique ſic, Τί ἀπεστρέψατε, *Quid convertiſtis*, loco *Ut quid miſiſtis*, paulòque poſt ſimpliciter, θανατῶσαι, *ad mortificandum*, loco *ut morti tradat*.

℣. 11. Rurſus Græcè, Καὶ ἐξαπεστέλλουσι, deinde καὶ Συνάγουσι τοὺς Σατράπας, *Et emittunt & congregant ſatrapas*; Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. hab. ἀποστέλλουσι; exinde Vat. & al. ἐξαπόστειλατε, *emittite*, pro *remitte*, ſicut καθισάτω, *reſideat*, pro *reducatur*, & pro *morti dabit*, θανατώσῃ.

℣. 12. A Græco abeſt 1. *gravis*, præponiturque *tota*, voci *civitate*; exinde huic, *Dei*, additur Ἰσραὴλ ἐκεῖ, præterquam in Mſ. Alex. à quo abeſt Ἰσραὴλ, ſicut ἐκεῖ, ab ed. Compl. demum ante *ſedibus*, ponitur εἰς, *in*, abſque ſeq. *ſuis*, & loco *civitatum*, τῆς πόλεως, in ſing. reliqua *ad verbum*.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

qui mortui non fuerant, percutiebantur in secretiori parte natium : & ascendebat ululatus uniuscujusque civitatis in cœlum.

VERSIO ANTIQUA.

vebant, & non sunt mortui, percussi sunt sedibus suis : & ascendit clamor civitatum usque ad cœlum. *Lucif. Cal. ubi sup.*

CAPUT VI.

VULGATA NOVA.

1. FUit ergo arca Domini in regione Philisthinorum septem mensibus.

2. Et vocaverunt Philisthiim sacerdotes & divinos, dicentes : Quid faciemus de arca Domini ? indicate nobis quomodo remittamus eam in locum suum. Qui dixerunt :

3. Si remittitis arcam Dei Israël, nolite dimittere eam vacuam, sed quod debetis, reddite ei pro peccato, & tunc curabimini : & scietis quare non recedat manus ejus à vobis.

4. Qui dixerunt : Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei ? Responderuntque illi :

5. Juxta numerum provinciarum Philisthinorum, quinque anos aureos facietis, & quinque mures aureos : quia plaga una fuit omnibus vobis, & satrapis vestris. Facietisque similitudines anorum vestrorum, & similitudines murium, qui demoliti sunt terram : & dabitis Deo Israël gloriam : si fortè relevet manum suam à vobis, & à diis vestris, & à terra vestra.

6. Quare aggravatis corda vestra, sicut aggravavit Ægyptus, & Pharao cor suum ? nonne postquam percussus est, tunc dimisit eos, & abierunt ? *Exod.* 12. 31.

7. Nunc ergo arripite & facite plaustrum novum unum : & duas vaccas fetas, quibus non est impositum jugum, jungite in plaustro, & recludite vitulos earum domi.

8. Tolletisque arcam Domini, & ponetis in plaustro, & vasa aurea, quæ exsolvistis ei pro delicto, ponetis in capsellam ad latus ejus : & dimittite eam ut vadat.

9. Et aspicietis : & si quidem per viam finium suorum ascenderit contra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malum grande : sin autem, minimè : sciemus quia nequaquam manus ejus tetigit nos, sed casu accidit.

10. Fecerunt ergo illi hoc modo : & tollentes duas vaccas, quæ lactabant vitulos, junxerunt ad plaustrum, vituloque earum concluserunt domi.

11. Et posuerunt arcam Dei super plaustrum, & capsellam, quæ habebat mures aureos & similitudines anorum.

12. Ibant autem in directum vaccæ, per viam quæ ducit Bethsames, & itinere uno gradiebantur, pergentes & mugientes : & non declinabant neque ad dexteram neque ad sinistram : sed & satrapæ Philisthiim sequebantur usque ad terminos Bethsames.

13. Porro Bethsamitæ metebant triticum in valle : & elevantes oculos suos, viderunt arcam, & gavisi sunt cùm vidissent.

14. Et plaustrum venit in agrum Josue Bethsamitæ, & stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus, & concîderunt ligna plaustri, vaccasque imposuerunt super ea holocaustum Domino.

15. Levitæ autem de- 15..... *Vide Not.*
posuerunt arcam Dei, &
capsellam quæ erat juxta eam, in qua erant vasa aurea, & posuerunt super lapidem grandem. Viri autem Bethsamitæ obtulerunt holocausta, & immolaverunt victimas in die illa Domino.

16. Et quinque satrapæ Philisthinorum viderunt, & reversi sunt in Accaron in die illa.

17. Hi sunt autem ani aurei, quos reddiderunt Philisthiim pro delicto, Domino : Azotus unum, Gaza unum, Ascalon unum, Geth unum, Accaron unum :

18. & mures aureos secundùm numerum urbium Philisthiim, quinque provinciarum, ab urbe murata usque ad villam quæ erat absque muro, & usque ad Abelmagnum, super quem posuerunt arcam Domini, quæ erat usque in illum diem in agro Josue Bethsamitis.

19. Percussit autem de viris Bethsamitibus, eò quòd vidissent arcam Domini : & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. Luxitque populus, eò quòd Dominus percussisset plebem plagâ magnâ.

20. Et dixerunt viri Bethsamitæ : Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti hujus ? & ad quem ascendet à nobis ?

21. Miseruntque nuncios ad habitatores Cariathiarim, dicentes : Reduxerunt Philisthiim arcam Domini, descendite, & reducite eam ad vos.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 15. Eò spectat quod S. Cypr. ait l. 2. Testim. 292. *b. Hic est lapis magnus, in Basilion primo, super quem posita est arca testamenti, quando eam ab Allophylis remissam & redditam in plaustro boves reportaverunt.*

CAPUT VII.

VULGATA NOVA.

1. VEnerunt ergo viri Cariathiarim, & reduxerunt arcam Domini, & intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa : Eleazarum autem filium ejus sanctificaverunt, ut custodiret arcam Domini.

2. Et factum est, ex qua die mansit arca Domini in Cariathiarim, multiplicati sunt dies (erat quippe jam annus vigesimus) & requievit omnis domus Israël post Dominum.

3. Ait autem Samuel ad universam domum Israël, dicens : Si in toto corde vestro revertimini ad Dominum, auferte deos alienos de medio vestri, Baalim & Astaroth : & præparate corda vestra Domino, & servite ei soli, & eruet vos de manu Philisthiim. *Deut. 6. 13. Matth. 4. 10.*

4. Abstulerunt ergo filii Israël Baalim & Astaroth, & servierunt Domino soli.

5. Dixit autem Samuel : Congregate universum Israël in Masphath, ut orem pro vobis Dominum.

6. Et convenerunt in Masphath : hauseruntque aquam, & effuderunt in conspectu Domini, & jejunaverunt in die illa, atque dixerunt ibi : Peccavimus Domino. Judicavitque Samuel filios Israël in Masphath.

7. Et audierunt Philisthiim quòd congregati essent filii Israël in Masphath, & ascenderunt satrapæ Philisthinorum ad Israël. Quod cùm audissent filii Israël, timuerunt à facie Philisthinorum.

8. Dixeruntque ad Samuelem : Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum Deum nostrum, ut salvet nos de manu Philisthinorum.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

9. Tulit autem Samuel agnum lactentem unum, & obtulit illum holocauſtum integrum Domino : & clamavit Samuel ad Dominum pro Iſraël, & exaudivit eum Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

Tertul. adv. Pſych. 984. b.

10..... & Allophyli prælio admovebant : ibidem Dominus intonuit voce magna ſuper Allophylos, & confuſi ſunt, & corruerunt in conſpectu Iſraëlis.

VULGATA NOVA.

10. Factum eſt autem, cùm Samuel offerret holocauſtum, Philiſthiim iniere prælium contra Iſraël : intonuit autem Dominus fragore magno in die illa ſuper Philiſthiim, & exterruit eos, & cæſi ſunt à facie Iſraël.

11. Et proceſſerunt viri Iſraël ex Maſpha, & perſecuti ſunt Allophylos, & uſque Betchor eciderunt.

11. Egreſſique viri Iſraël de Maſphath, perſecuti ſunt Philiſthæos, & percuſſerunt eos, uſque ad locum qui erat ſubter Bethchar. *Eccli. 46. 21.*

Aug. l. 17. de civ. Dei, c. 7. t. 7. 470. b.

12. Aſſumpſit..... lapidem unum, & ſtatuit illum inter Maſſephat novam & veterem : & vocavit nomen ejus, Abennezer, quod eſt, Lapis adjutoris. Et dixit : Uſque huc adjuvit nos Dominus.

12. Tulit autem Samuel lapidem unum, & poſuit eum inter Maſphath & inter Sen : & vocavit nomen loci illius, Lapis adjutorii. Dixitque : Hucuſque auxiliatus eſt nobis Dominus.

VULGATA NOVA.

13. Et humiliati ſunt Philiſthiim, nec appoſuerunt ultra ut venirent in terminos Iſraël. Facta eſt itaque manus Domini ſuper Philiſthæos, cunctis diebus Samuelis.

14. Et redditæ ſunt urbes, quas tulerant Philiſthiim ab Iſraël, Iſraëli, ab Accaron uſque Geth, & terminos ſuos : liberavitque Iſraël de manu Philiſthinorum, eratque pax inter Iſraël & Amorrhæum.

15. Judicabat quoque Samuel Iſraëlem cunctis diebus vitæ ſuæ :

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 187. b.

16..... & Samuel judicabat populum Iſraël in omnibus ſanctificationibus.

VULGATA NOVA.

16. & ibat per ſingulos annos circuiens Bethel & Galgala & Maſphath, & judicabat Iſraël in ſupradictis locis.

VULGATA NOVA.

17. Revertebaturque in Ramatha : ibi enim erat domus ejus, & ibi judicabat Iſraëlem : ædificavit etiam ibi altare Domino.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Græc. loco *prælio admovebant*, hab. προσῆγον εἰς πόλεμον ἐπὶ Ἰσραήλ, *acceſſerunt in prælium ſuper Iſraël ;* deinde omiſſo *ibidem*, ſic pergit : καὶ ἐβρόντησε Κύριος ἐν φωνῇ μεγάλῃ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπὶ, &c. *& tonuit Dominus in voce magna in die illa ſuper*, &c. ut in Lat. ſup. Iiſdem alludit Aug. l. 17. de civit. Dei, c. 7. to. 7. 470. a. dicens : *Samuel..... exclamavit ad Dominum pro Iſraël, & exaudivit eum : & cùm offerret holocauſtoſim, accedentibus alienigenis ad pugnam contra populum Dei, tonuit Dominus ſuper eos, & confuſi ſunt, & offenderunt* (Gr. ἐπλαισαν) *coram Iſraël, atque ſuperati ſunt :* quæ omnia reſpondent Græcis.

℣. 11. Haud diſſimiliter Græcè, niſi quòd loco *proceſſerunt*, hab. ἐξῆλθον, *exierunt*, & Μασηφὰθ, pro *Maſpha ;* paulòque poſt, καὶ ἐπάταξαν αὐτὸς ἕως ὑποκάτω τοῦ Βαθχόρ, & *percuſſerunt eos uſque ſub Bethchor.*

℣. 12. Ita pene in Græco ; hæc tamen ſic variant, ſcilicet ipſo initio, Καὶ ἔλαβε Σαμουὴλ, *Et ſumpſit Samuel ;* paulòque poſt, καὶ ἀναμέσον, & *inter*, loco *novam* & abſque hoc infra, *quod eſt*, cui Aug. adjunxerat *Latinè ;* in editt. tamen Ald. & Compl. additur ὅ ἐστιν Σμαὴλ, *quod ſignificat.* Eadem memorat Cypr. l. 2. Teſtim. 292. b. dicens : *Hic eſt lapis quem, cùm alienigenas Iſraël viciſſet, ſtatuit Samuel, & appellavit nomen ejus, Abennezer, id eſt, Lapis auxiliator.*

℣. 16. Græc. delet voces *Samuel* ac *populum*, & pro *ſanctificationibus*, hab. τοῖς ἡγιασμένοις τούτοις, *ſanctificatis bis.*

CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

1. FActum eſt autem cùm ſenuiſſet Samuel, poſuit filios ſuos judices Iſraël.

2. Fuitque nomen filii ejus primogeniti, Joel : & nomen ſecundi, Abia, judicum in Berſabee.

3. Et non ambulaverunt filii illius in viis ejus : ſed declinaverunt poſt avaritiam, acceperuntque munera, & perverterunt judicium.

4. Congregati ergo univerſi majores natu Iſraël, venerunt ad Samuelem in Ramatha.

5. Dixeruntque ei : Ecce tu ſenuiſti, & filii tui *Act. 13. 21.* non ambulant in viis tuis : conſtitue nobis regem, ut judicet nos, ſicut & univerſæ habent nationes.

6. Diſplicuit ſermo in oculis Samuelis, eò quòd dixiſſent : Da nobis regem, ut judicet nos. Et oravit Samuel ad Dominum.

VERSIO ANTIQUA.

Cypr. ep. 65. p. 113.

7..... non te ſpreverunt, ſed me ſpreverunt.....

VULGATA NOVA.

7. Dixit autem Dominus ad Samuelem : Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi : non enim te abjecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos.

8. Juxta omnia opera ſua, quæ fecerunt à die qua eduxi eos de Ægypto uſque ad diem hanc : ſicut dereliquerunt me, & ſervierunt diis alienis, ſic faciunt etiam tibi.

9. Nunc ergo vocem eorum audi : veruntamen conteſtare eos, & prædic eis jus regis, qui regnaturus eſt ſuper eos.

10. Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum, qui petierat à ſe regem,

11. & ait : Hoc erit jus regis, qui imperaturus eſt vobis : Filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, facietque ſibi equites & præcurſores quadrigarum ſuarum,

12. & conſtituet ſibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum & curruum ſuorum.

13. Filias quoque veſtras faciet ſibi unguentarias, & focarias, & panificas.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Ad verbum è Græco. Tertul. l. 4. contra Marc. p. 718. c. legit : *Non te contempſerunt, ſed me.* S. Pacian. ep. 3. col. 312. a. *Non te nullius momenti fecerunt, ſed me.* Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. col. 150. d. *Non te*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

14. Agros quoque vestros, & vineas, & oliveta optima tollet, & dabit servis suis.

15. Sed & segetes vestras, & vinearum reditus addecimabit, ut det eunuchis & famulis suis,

16. Servos etiam vestros, & ancillas, & juvenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo.

17. Greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei servi.

VERSIO ANTIQUA. VULGATA NOVA.

Mss. Corb. n. 1. & 3. & Germ. n. 7.

18..... quia petistis vobis regem.

18. Et clamabitis in die illa à facie regis vestri, quem elegistis vobis: & non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petistis vobis regem.

19. Noluit autem populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt: Nequaquam: rex enim erit super nos,

20. & erimus nos quoque sicut omnes gentes: & judicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis.

21. Et audivit Samuel omnia verba populi, & locutus est ea in auribus Domini.

22. Dixit autem Dominus ad Samuelem: Audi vocem eorum, & constitue super eos regem. Et ait Samuel ad viros Israël: Vadat unusquisque in civitatem suam. *Ose.* 13. 11.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

isti, sed me spreverunt.

℣. 18. Ita Mss. codd. ferunt ad marg. In Græco sic: ὅτι ὑμεῖς ἐξελέξασθε ἑαυτοῖς βασιλέα. Vide Not. sup. ad c. 6. ℣. 5.

CAPUT IX.

VULGATA NOVA.

1. ET erat vir de Benjamin nomine Cis, filius Abiel, filii Seror, filii Bechorath, filii Aphia, filii viri Jemini, fortis robore.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

2. Et erat ei filius vocabulo Saul, electus & bonus: & non erat vir de filiis Israël melior illo: ab humero & sursum eminebat super omnem populum.

2..... erat vir bonus: & non erat illo melior in filiis Israël..... *Ambrosiast. 81. f.*

VULGATA NOVA.

3. Perierant autem asinæ Cis patris Saul: & dixit Cis ad Saul filium suum: Tolle tecum unum de pueris, & consurgens vade, & quære asinas. Qui cùm transissent per montem Ephraim,

4. & per terram Salisa, & non invenissent, transierunt etiam per terram Salim, & non erant: sed & per terram Jemini, & minimè repererunt.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

5. Cùm autem venissent in terram Suph, dixit Saul ad puerum qui erat cum eo: Veni & revertamur, ne fortè dimiserit pater meus asinas, & sollicitus sit pro nobis.

5. Cùm autem venissent in terram Suph, & non invenissent..... *Mss. Corb. n. 3. & Germ. n. 7.*

VULGATA NOVA.

6. Qui ait ei: Ecce vir Dei est in civitate hac, vir nobilis: omne quod loquitur, sine ambiguitate venit: nunc ergo eamus illuc, si fortè indicet nobis de via nostra, propter quam venimus.

7. Dixitque Saul ad puerum suum: Ecce ibimus: quid feremus ad virum Dei? panis defecit in sitarciis nostris: & sportulam non habemus, ut demus homini Dei, nec quidquam aliud.

8. Rursum puer respondit Sauli, & ait: Ecce inventa est in manu mea quarta pars stateris argenti, demus homini Dei, ut indicet nobis viam nostram.

9. (Olim in Israël sic loquebatur unusquisque vadens consulere Deum: Venite, & eamus ad Videntem. Qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim Videns.)

10. Et dixit Saul ad puerum suum: Optimus sermo tuus. Veni, eamus. Et ierunt in civitatem, in qua erat vir Dei.

11. Cùmque ascenderent clivum civitatis, invenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam, & dixerunt eis: Num hic est Videns?

12. Quæ respondentes, dixerunt illis: Hìc est: ecce ante te, festina nunc: hodie enim venit in civitatem, quia sacrificium est hodie populi in excelso.

13. Ingredientes urbem, statim invenietis eum antequam ascendat excelsum ad vescendum: neque enim comesurus est populus donec ille veniat: quia ipse benedicit hostiæ, & deinceps comedunt qui vocati sunt. Nunc ergo conscendite, quia hodie reperietis eum.

14. Et ascenderunt in civitatem. Cùmque illi ambularent in medio urbis, apparuit Samuel egrediens obviam eis, ut ascenderet in excelsum.

15. Dominus autem revelaverat auriculam Samuelis ante unam diem quàm veniret Saul, dicens: *Act. 13. 21.*

16. Hac ipsa hora, quæ nunc est, cras mittam virum ad te de terra Benjamin, & unges eum ducem super populum meum Israël: & salvabit populum meum de manu Philisthinorum: quia respexi populum meum, venit enim clamor eorum ad me.

17. Cùmque aspexisset Samuel Saulem, Dominus dixit ei: Ecce vir quem dixeram tibi, iste dominabitur populo meo.

18. Accessit autem Saul ad Samuelem in medio portæ, & ait: Indica, oro, mihi, ubi est domus Videntis.

19. Et respondit Samuel Sauli, dicens: Ego sum Videns: ascende ante me in excelsum, ut comedatis mecum hodie, & dimittam te manè: & omnia quæ sunt in corde tuo, indicabo tibi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Græcè, Σαὺλ εὐμεγέθης, ἀνὴρ ἀγαθός· καὶ οὐκ ἦν ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ ἀγαθὸς ὑπὲρ αὐτόν· i. e. *Saul procerus, vir bonus: & non erat in filiis Israël bonus super eum.*

℣. 5. Ita in Vulg. sed absque hoc, & *non invenissent*, quod Mss. præd. addunt: deest quoque in Græco, ubi sic: Αὐτῶν δὲ ἐλθόντων εἰς τὴν Σὶφ, deinde καὶ Σαὺλ εἶπε, &c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

20. Et de asinis, quas nudiustertius perdidisti, ne sollicitus sis, quia inventæ sunt. Et cujus erunt optima quæque Israël? nonne tibi & omni domui patris tui?

21. Respondens autem Saul, ait: Nunquid non filius Jemini ego sum, de minima tribu Israël, & cognatio mea novissima inter omnes familias de tribu Benjamin? quare ergo locutus es mihi sermonem istum?

22. Assumens itaque Samuel Saulem, & puerum ejus, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum qui fuerant invitati: erant enim quasi triginta viri.

23. Dixitque Samuel coquo: Da partem, quam dedi tibi, & præcepi ut reponeres seorsum apud te.

VERSIO ANTIQUA.

Hesych. in Lev. 1. 57. b. ex LXX. 24..... comede: quia in testimonium à populo positum est tibi.....

VULGATA NOVA.

24. Levavit autem coquus armum, & posuit ante Saul. Dixitque Samuel: Ecce quod remansit, pone ante te, & comede: quia de industria servatum est tibi, quando populum vocavi. Et comêdit Saul cum Samuele in die illa.

Mss. Corb. n. 1. & 3. & Germ. n. 7. 25..... stravitque Saul, & dormivit in solario.

25. Et descenderunt de excelso in oppidum, & locutus est cum Saule in solario: stravitque Saul in solario, & dormivit.

VULGATA NOVA.

26. Cùmque manè surrexissent, & jam eluceseceret, vocavit Samuel Saulem in solario, dicens: Surge, & dimittam te. Et surrexit Saul: egressique sunt ambo, ipse videlicet, & Samuel.

27. Cùmque descenderent in extrema parte civitatis, Samuel dixit ad Saul: Dic puero ut antecedat nos, & transeat: tu autem subsiste paulisper, ut indicem tibi verbum Domini.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 24. Græcè nunc: καὶ φάγε, ὅτι εἰς μαρτύριον τέθειταί σοι παρὰ τὰς ἄλλας.

℣. 25. Græc. Καὶ διέστρωσαν τῷ Σαὺλ ἐπὶ τῷ δώματι, καὶ ἐκοιμήθη, i. e. *Et straverunt Sauli super solarium, & dormivit:* quæ autem leguntur in textu, adjuncta videntur secunda manu in Ms. Germ. 7. in Corb. verò n. 3. ad marg.

CAPUT X.

VULGATA NOVA.

1. TUlit autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput ejus, & deosculatus est eum, & ait: Ecce, unxit te Dominus super hæreditatem suam in principem, & liberabis populum suum de manibus inimicorum ejus, qui in circuitu ejus sunt. Et hoc tibi signum, quia unxit te Deus in principem.

Act. 13. 21.

2. Cùm abieris hodie à me, invenies duos viros juxta sepulcrum Rachel in finibus Benjamin, in meridie, dicentque tibi: Inventæ sunt asinæ, ad quas ieras perquirendas: & intermissis pater tuus asinis, sollicitus est pro vobis, & dicit: Quid faciam de filio meo?

3. Cùmque abieris inde, & ultra transieris, & veneris ad quercum Thabor, invenient te ibi tres viri ascendentes ad Deum in Bethel, unus portans tres hœdos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenam vini.

4. Cùmque te salutaverint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum.

5. Post hæc venies in collem Dei, ubi est statio Philisthinorum: & cùm ingressus fueris ibi urbem, obvium habebis gregem prophetarum descendentium de excelso, & ante eos psalterium & tympanum, & tibiam, & citharam, ipsosque prophetantes.

6. Et insiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alium.

7. Quando ergo evenerint signa hæc omnia tibi, fac quæcunque invenerit manus tua, quia Dominus tecum est.

8. Et descendes ante me in Galgala, (ego quippe descendam ad te) ut offeras oblationem, & immoles victimas pacificas: septem diebus exspectabis, donec veniam ad te, & ostendam tibi quid facias. *Inf. 13. 8.*

VERSIO ANTIQUA.

Aug. l. 2. ad Simplic. t. 6. 104. d. 9. Et factum est cùm converteret humerum suum ut iret à Samuel, convertit Deus in Saul cor aliud, & venerunt omnia signa illa die.

10. Et venit inde in collem, & ecce chorus prophetarum in obviam illi: & insiluit in illum Spiritus Dei, & prophetavit in medio eorum.

Tertul. de anima, 482. b. 11..... Quid hoc filio Cis? an & Saul in prophetis?

Aug. l. 2. ad Simplic. t. 6. 105. g. 12..... Si & Saul inter prophetas?

VULGATA NOVA.

9. Itaque cùm avertisset humerum suum ut abiret à Samuele, immutavit ei Deus cor aliud, & venerunt omnia signa hæc in die illa.

10. Veneruntque ad prædictum collem, & ecce cuneus prophetarum obvius ei: & insiluit super eum Spiritus Domini, & prophetavit in medio eorum.

11. Videntes autem omnes qui noverant eum heri & nudiustertius, quòd esset cum prophetis, & prophetaret, dixerunt ad invicem: Quænam res accidit filio Cis? num & Saul inter prophetas?

12. Respondit que alius ad alterum, dicens: Et quis pater eorum? propterea versum est in proverbium: Num & Saul inter prophetas? *Inf. 19. 24.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Græc. Καὶ ἐγενήθη ὡσὲ ἐπιστραφῆναι τῷ ὤμῳ αὐτῦ ἀπελθεῖν ἀπὸ Σαμυὴλ, μετέστρεψεν αὐτῷ ὁ Θεὸς καρδίαν ἄλλην, καὶ ἦλθε πάντα τὰ σημεῖα ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.

℣. 10. Ita de Græco, nisi hoc excipias, *in obviam illi*, pro quo ἐξεναντίας αὐτῦ, ad verbum, *ex adverso ipsius*; deinde sic, καὶ ἥλατο, melius in edit. Compl. ἐφήλατο, *insiliit.*

℣. 11. Itidem Græcè, præter unum τὸ γεγονὸς, *quod evenit*, præpositum *filio Cis.*

℣. 12. Gr. Ἡ καὶ Σαὺλ ἐν προφήταις;

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

13. Cessavit autem prophetare, & venit ad excelsum.

14. Dixitque patruus Saul ad eum, & ad puerum ejus: Quò abistis? Qui responderunt: Quærere asinas: quas cùm non reperissemus, venimus ad Samuelem.

15. Et dixit ei patruus suus: Indica mihi quid dixerit tibi Samuel.

16. Et ait Saul ad patruum suum: Indicavit nobis quia inventæ essent asinæ. De sermone autem regni non indicavit ei quem locutus fuerat ei Samuel.

17. Et convocavit Samuel populum ad Dominum in Maspha:

18. & ait ad filios Israël: Hæc dicit Dominus Deus Israël: Ego eduxi Israël de Ægypto, & erui vos de manu Ægyptiorum, & de manu omnium regum qui affligebant vos.

19. Vos autem hodie projecistis Deum vestrum, qui solus salvavit vos de universis malis & tribula-
Sup. 8. 19. tionibus vestris: & dixistis: Nequaquam: sed regem constitue super nos. Nunc ergo state coram Domino per tribus vestras, & per familias.

20. Et applicuit Samuel omnes tribus Israël, & cecidit sors tribus Benjamin.

21. Et applicuit tribum Benjamin & cognationes ejus, & cecidit cognatio Metri, & pervenit usque ad Saul filium Cis. Quæsierunt ergo eum, & non est inventus.

22. Et consuluerunt post hæc Dominum, utrumnam venturus esset illuc. Responditque Dominus: Ecce absconditus est domi.

23. Cucurrerunt itaque & tulerunt eum inde: stetitque in medio populi, & altior fuit universo populo ab humero & sursum.

24. Et ait Samuel ad omnem populum: Certè videtis quem elegit Dominus, quoniam non sit similis illi in omni populo. Et clamavit omnis populus, & ait: Vivat rex.

24..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

25. Locutus est autem Samuel ad populum legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram Domino: & dimisit Samuel omnem populum, singulos in domum suam.

26. Sed & Saul abiit in domum suam in Gabaa: & abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda.

27. Filii verò Belial dixerunt: Num salvare nos poterit iste? Et despexerunt eum, & non attulerunt ei munera: ille verò dissimulabat se audire.

VERSIO ANTIQUA.

25..... & dimisit Samuel populum, & abiit unusquisque in locum suum. *Aug. de Corr. & Grat. t. 10. 774. f. g.*

26. Et Saul abiit in domum suam in Gabaa: & abierunt potentes, quorum tetigit Dominus corda, cum Saule.

27. Et filii pestilentes dixerunt: Quis salvabit nos? Hic? Et inhonoraverunt eum, & non adtulerunt ei munera.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 24. Eò spectat quod Tertul. habet l. 2. adv. Marc. 653. a. loquens de *Saul*, *Qualis*, inquit, *non erat in filiis Israël.* Gr. ὅτι οὐκ ἔστιν ὅμοιος αὐτῷ ἐν πᾶσιν ὑμῖν· *quia non est similis ei in omnibus vobis.*

℣. 25. Græc. hab. πάντα, ante *populum*; reliqua concordant ad verbum.

℣. 26. In Græco sic: ἐπορεύθησαν υἱοὶ δυνάμεων, *iverunt filii virtutum*, loco *abierunt potentes*; in Mſ. verò Alex. δυνάμενοι, non δυνάμεων; cætera quadrant, nisi quòd vox αὐτῶν, *eorum*, additur ad *corda*.

℣. 27. Uno tantùm puncto differunt ista à Græco; ita nempe ibid. Τίς ζώσει ἡμᾶς οὗτος; non ἡμᾶς; οὗτος; & verò notant BB. ad hunc Aug. loc. in edit. Am. & Er. legi, *Num salvabit nos hic?* & in Lov. *Nunquid*, &c. in quibusd. etiam Græcis scriptum τί, non τίς.

CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

1. ET factum est quasi post mensem, ascendit Naas Ammonites, & pugnare cœpit adversùm Jabes Galaad. Dixeruntque omnes viri Jabes ad Naas: Habeto nos fœderatos, & serviemus tibi.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET factum est quasi post mensem..... *Ex Mss. Germ. 7. & Corb. 3.*

VULGATA NOVA.

2. Et respondit ad eos Naas Ammonites: In hoc feriam vobiscum fœdus, ut eruam omnium vestrùm oculos dextros, ponamque vos opprobrium in universo Israël.

3. Et dixerunt ad eum seniores Jabes: Concede nobis septem dies, ut mittamus nuncios ad universos terminos Israël: & si non fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te.

4. Venerunt ergo nuncii in Gabaa Saulis: & locuti sunt verba hæc, audiente populo: & levavit omnis populus vocem suam, & flevit.

5. Et ecce Saul veniebat, sequens boves de agro, & ait: Quid habet populus quòd plorat? Et narraverunt ei verba virorum Jabes.

6. Et insilivit Spiritus Domini in Saul, cùm audisset verba hæc, & iratus est furor ejus nimis.

7. Et assumens utrumque bovem, concidit in frusta, misitque in omnes terminos Israël per manum nunciorum, dicens: Quicunque non exierit, & secutus fuerit Saul & Samuel, sic fiet bobus ejus. Invasit ergo timor Domini populum, & egressi sunt quasi vir unus.

8. Et recensuit eos in Bezech: fueruntque filiorum Israël trecenta millia: virorum autem Juda triginta millia.

9. Et dixerunt nunciis, qui venerant: Sic dicetis viris, qui sunt in Jabes Galaad: Cras erit vobis salus, cùm incaluerit sol. Venerunt ergo nuncii, & annuntiaverunt viris Jabes: qui lætati sunt.

10. Et dixerunt: Manè exibimus ad vos: & facietis nobis omne quod placuerit vobis.

11. Et factum est, cùm dies crastinus venisset, constituit Saul populum in tres partes: & ingressus est media castra in vigilia matutina, & percussit Ammon usque dum incalesceret dies: reliqui autem dispersi sunt, ita ut non relinquerentur in eis duo pa-

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita etiam in Græco.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

fiter.

12. Et ait populus ad Samuelem : Quis est iste
Sup. 10. 27. qui dixit : Saul num regnabit super nos ? Date viros, & interficiemus eos.

13. Et ait Saul : Non occidetur quisquam in die hac, quia hodie fecit Dominus salutem in Israël.

14. Dixit autem Samuel ad populum : Venite, & eamus in Galgala, & innovemus ibi regnum.

15. Et perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul coram Domino in Galgala, & immolaverunt ibi victimas pacificas coram Domino; Et lætatus est ibi Saul, & cuncti viri Israël nimis.

CAPUT XII.

VULGATA NOVA.

1. DIxit autem Samuel ad universum Israël : Ecce audivi vocem vestram, juxta omnia quæ locuti estis ad me, & constitui super vos regem.

VERSIO ANTIQUA.

Vet. Irenæi Interp. l. 4. c. 26. 263. a. 2..... ego conversatus sum in conspectu vestro à prima ætate mea usque nunc.

3..... Respondete mihi in conspectu Dei, & in conspectu Christi ejus : Cujus vestrûm vitulum accepi, aut asinum ? aut super quem potentatus sum, aut quem oppressi ? aut si de alicujus manu accepi propitiationem vel calceamentum, dicite adversus me, & reddam vobis.

4..... Neque potentatus es, neque oppressisti nos, neque accepisti de manu cujusquam aliquid.

5..... Testis Dominus, & testis Christus ejus in die hac, quoniam non inveniſtis in manu mea nihil. Et dixerunt ei : Testis.

VULGATA NOVA.

2. Et nunc rex graditur ante vos : ego autem senui, & incanui : porro filii mei vobiscum sunt : itaque conversatus coram vobis ab adolescentia mea usque ad hanc diem, ecce præstò sum.

3. Loquimini de me coram Domino, & coram Christo ejus, utrùm bovem cujusquam tulerim, aut asinum : si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cujusquam munus accepi : & contemnam illud hodie, restituamque vobis. *Eccli. 46. 22.*

4. Et dixerunt : Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicujus quippiam.

5. Dixitque ad eos : Testis est Dominus adversùm vos, & testis Christus ejus in die hac, quia non inveneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt : Testis.

VULGATA NOVA.

6. Et ait Samuel ad populum : Dominus, qui fecit Moysen & Aaron, & eduxit patres nostros de terra Ægypti.

7. Nunc ergo state, ut judicio contendam adversùm vos coram Domino, de omnibus misericordiis Domini, quas fecit vobiscum, & cum patribus vestris :

Gen. 46. 5. 8. quo modo Jacob ingressus est in Ægyptum, & clamaverunt patres vestri ad Dominum : & misit Dominus Moysen & Aaron, & eduxit patres vestros de Ægypto : & collocavit eos in loco hoc.

Judic. 4. 2. 9. Qui oblìti sunt Domini Dei sui, & tradidit eos in manu Sisaræ magistri militiæ Hasor, & in manu Philisthinorum, & in manu regis Moab, & pugnaverunt adversùm eos.

10. Postea autem clamaverunt ad Dominum, & dixerunt : Peccavimus, quia dereliquimus Dominum, & servivimus Baalim & Astaroth : nunc ergo eruenos de manu inimicorum nostrorum, & serviemus tibi.

Judic. 6. 14. 11. Et misit Dominus Jerobaal, & Badan, & Jephte, & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum, & habitastis confidenter.

12. Videntes autem quòd Naas rex filiorum Ammon venisset adversùm vos, dixistis mihi : Nequaquam, sed rex imperabit nobis : cùm Dominus Deus vester regnaret in vobis. *Sup. 8. 19. & 10. 19.*

13. Nunc ergo præstò est rex vester, quem elegistis & petistis : ecce dedit vobis Dominus regem.

14. Si timueritis Dominum, & servieritis ei, & audieritis vocem ejus, & non exasperaveritis os Domini : eritis & vos, & rex qui imperat vobis, sequentes Dominum Deum vestrum :

15. si autem non audieritis vocem Domini, sed exasperaveritis sermones ejus, erit manus Domini super vos, & super patres vestros.

16. Sed & nunc state, & videte rem istam grandem, quam facturus est Dominus in conspectu vestro.

17. Nunquid non messis tritici est hodie ? invocabo Dominum, & dabit voces & pluvias : & scietis, & videbitis, quia grande malum feceritis vobis in conspectu Domini, petentes super vos regem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Gr. Καγὼ διεπηλθα ἐνώπιον ὑμῶν ἐκ νεότητός, ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. *Et ego ecce ambulavi in conspectu vestro à juventute, & usque ad diem hanc :* at in edit. Compl. *ἀνέστραμμαι, conversatus sum*, loco *ambulavi*, sicut in Ald. & Ms. Alex. ἐκ νεότητός μου.

℣. 3. Gr. ipso initio hab. Ἰδοὺ ἐγώ, *Ecce ego ;* & loco seq. *mihi*, κατ' ἐμοῦ, *contra me*, item Κυρίου, *Domini*, loco *Dei ;* exinde sic : Μόσχον τίνος εἴληφα, ἢ ὄνον τίνος εἴληφα ; *Vitulum cujus cepi, aut asinum cujus cepi ?* loco *cujus vestrûm*, &c. at in edit. Compl. ita : Εἰ μόσχον τίνος ὑμῶν εἴληφα, &c. in Ald. non iteratur τίνος εἴληφα, post ὄνον : deest similiter ὑμῶν, in Ms. Alex. post κατεδυνάστευσα, quod habent Vatic. & al. In iisdem etiam ἐξεπίεσα, *expressi*, loco *oppressi*, ut & ἢ ἐκ χειρὸς τίνος εἴληφα, *aut de manu cujus cepi*, loco *aut si de alicujus manu accepi :* demum pro *dicite*, ἀποκρίθητε, *respondete ;* at in ed. Compl. εἴπατε. Ferrand. Diac. ep. ad Regin. p. 161. legit : *Ecce adsum ego, respondete contra me in conspectu Domini, & in conspectu Christi ejus, si vitulum alicujus tuli, aut asinum alicujus tuli, aut alicui vestrûm per potentiam nocui, aut aliquem oppressi, aut de manu alicujus accepi pro exoratione vel calciamentum : respondete adversùm me, & reddam vobis.*

℣. 4. Vet. Interp. præfert ista : *Cùm dixisset autem populus*, (al. add. *ad eum :*) Gr. Καὶ εἶπαν πρὸς Σαμουήλ, *Et dixerunt ad Samuel ;* deinde sic : Οὐκ ἠδίκησας ἡμᾶς, καὶ οὐ κατεδυνάστευσας ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἔθλασας ἡμᾶς, καὶ οὐκ εἴληφας ἐκ χειρὸς εἰδενὸς εἰδέν. *Non læsisti nos, & non oppressisti nos, & non comminuisti nos, & non cepisti de manu cujusquam quidquam :* quæ idem valent. Ferrandus Diac. ep. ad Regin. p. 161. *Nemini nostrûm nocuisti, nec per potentiam aliquem oppressisti, nec confregisti nos, neque accepisti aliquid de mansibus nostris.*

℣. 5. Gr. Vat. addit ἐν ὑμῖν, *in vobis*, ad vocem *Dominus*, ut & Σήμερον, *hodie*, ad hanc, *ejus ;* hoc autem *hodie*, abest ab aliis, sicut *ei*, à Vatic. post *dixerunt :* mel. autem redderetur εἰδέν, per *quidquam*, quam per *nihil*, nisi detrahatur ut in vet. cod. Feuard. & Voss. negatio præfixa verbo *inveniſtis*, quæ tamen habetur in Græco.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

18. Et clamavit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces & pluvias in illa die.

19. Et timuit omnis populus nimis Dominum & Samuelem, & dixit universus populus ad Samuelem: Ora pro servis tuis ad Dominum Deum tuum, ut non moriamur: addidimus enim universis peccatis nostris malum, ut peteremus nobis regem.

20. Dixit autem Samuel ad populum: Nolite timere, vos feciſtis universum malum hoc: veruntamen nolite recedere à tergo Domini, ſed ſervite Domino in omni corde veſtro.

21. Et nolite declinare poſt vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana ſunt.

22. Et non derelinquet Dominus populum ſuum, propter nomen ſuum magnum: quia juravit Dominus facere vos ſibi populum.

23. Abſit autem à me hoc peccatum in Dominum, ut ceſſem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam & rectam.

24. Igitur timete Dominum, & ſervite ei in veritate, & ex toto corde veſtro: vidiſtis enim magnifica quæ in vobis geſſerit.

25. Quòd ſi perſeveraveritis in malitia: & vos & rex veſter pariter peribitis.

CAPUT XIII.

VULGATA NOVA.

1. FIlius unius anni erat Saul cùm regnare cœpiſſet, duobus autem annis regnavit ſuper Iſraël.

2. Et elegit ſibi Saul tria millia de Iſraël: & erant cum Saul duo millia in Machmas, & in monte Bethel: mille autem cum Jonatha in Gabaa Benjamin: porro cæterum populum remiſit unumquemque in tabernacula ſua.

3. Et percuſſit Jonathas ſtationem Philiſthinorum, quæ erat in Gabaa. Quod cùm audiſſent Philiſthiim, Saul cecinit buccinâ in omni terra, dicens: Audiant Hebræi.

4. Et universus Iſraël audivit hujuſcemodi famam: Percuſſit Saul ſtationem Philiſthinorum: & erexit ſe Iſraël adversùs Philiſthiim. Clamavit ergo populus poſt Saul in Galgala.

5. Et Philiſthiim congregati ſunt ad præliandum contra Iſraël, triginta millia curruum, & ſex millia equitum, & reliquum vulgus, ſicut arena quæ eſt in littore maris plurima. Et aſcendentes caſtrametati ſunt in Machmas ad orientem Bethaven.

6. Quod cùm vidiſſent viri Iſraël ſe in arcto poſitos, (afflictus enim erat populus) abſconderunt ſe in ſpeluncis, & in abditis, in petris quoque, & in antris, & in ciſternis.

7. Hebræi autem tranſierunt Jordanem in terram Gad & Galaad. Cùmque adhuc eſſet Saul in Galgala, univerſus populus perterritus eſt, qui ſequebatur eum.

8. Et exſpectavit ſeptem diebus juxta placitum Samuelis, & non venit Samuel in Galgala, dilapſuſque eſt populus ab eo. *Sup.* 10. 8.

9. Ait ergo Saul: Afferte mihi holocauſtum, & pacifica. Et obtulit holocauſtum.

10. Cùmque compleſſet offerens holocauſtum, ecce Samuel veniebat: & egreſſus eſt Saul obviam ei ut ſalutaret eum.

11. Locutuſque eſt ad eum Samuel: Quid feciſti? Reſpondit Saul: Quia vidi quòd populus dilaberetur à me, & tu non veneras juxta placitos dies, porro Philiſthiim congregati fuerant in Machmas,

12. dixi: Nunc deſcendent Philiſthiim ad me in Galgala, & faciem Domini non placavi. Neceſſitate compulſus, obtuli holocauſtum.

VULGATA NOVA.

Inf. 15. 22. 13. Dixitque Samuel ad Saul: Stultè egiſti, nec cuſtodiſti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod ſi non feciſſes, jam nunc præparaſſet Dominus regnum tuum ſuper Iſraël in ſempiternum,

Inf. 16. 1. *Act.* 13. 22. 14. ſed nequaquam regnum tuum ultra conſurget. Quæſivit Dominus ſibi virum juxta cor ſuum: & præcepit ei Dominus ut eſſet dux ſuper populum ſuum, eò quòd non ſervaveris quæ præcepit Dominus.

15. Surrexit autem Samuel, & aſcendit de Galgalis in Gabaa Benjamin. Et reliqui populi aſcenderunt poſt Saul obviam populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa, in colle Benjamin. Et recenſuit Saul populum, qui inventi fuerant cum eo, quaſi ſexcentos viros.

VERSIO ANTIQUA.

13. Ait Sauli Samuel..... quoniam non ſervaſti mandatum meum, quod mandavit tibi Dominus. Quemadmodum nunc paraverat Dominus regnum tuum uſque in æternum ſuper Iſraël, *Aug. l. 17. de civ. Dei, c. 6. t. 7. 467. f. 8.*

14. & nunc regnum tuum non ſtabit tibi. Et quæret Dominus ſibi hominem ſecundùm cor ſuum: & mandabit ei Dominus eſſe in principem ſuper populum ſuum, quia non cuſtodiſti quæ mandavit tibi Dominus.

15..... Et reliqui populi aſcenderunt poſt Saul obviam populo, qui expugnabant eos venientes ex Galgala in Gabaa, in colle Benjamin..... *Mſ. Corb. n. 2.*

VULGATA NOVA.

16. Et Saul & Jonathas filius ejus, populuſque qui inventus fuerat cum eis, erat in Gabaa Benjamin: porro Philiſthiim conſederant in Machmas.

17. Et egreſſi ſunt ad prædandum de caſtris Phi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 13. Ita primùm in Græco: Καὶ εἶπε Σαμουὴλ πρὸς Σαούλ· deinde ſic, Μεματαίωταί σοι, *Stultè actum eſt tibi;* reliqua ut in Lat. ſup. præter unum ἡτοίμασε, *paravit*, loco *paraverat;* edit. Compl. ἡτοίμασεν ἄν, & in fine cum aliis, ἐπὶ Ἰσραὴλ ἕως αἰῶνος, *ſuper Iſraël uſque in ſæculum.*

℣. 14. Similiter prorſus in Græco.

℣. 15. Sic etiam ferunt codd. Germ. n. 3. & 13. in margine: in alio Germ. n. 9. eadem legebantur olim intra textum, ſed nunc delera conſpiciuntur. Eadem quoque exſtant in alio itidem Germ. n. 7. ſed ſecunda manu deſcripta. Hìc tamen peculiare eſt, teſte Martianæo noſtro, codici Corbeienſi, n. 11. annor. circiter 800. ut ſingulis lineis ſeu verſiculis, quibus illud additamentum conſtat, totidem obeli ÷ præpoſiti fuerint, ſignificantes hæc eſſe aliena Hieronymianæ translationi, proindeque aliunde fuiſſe derivata in Vulgatam noſtram, nempe ex LXX. Interpretibus, apud quos nunc ita legimus: Καὶ ἀνέστη Σαμουὴλ, καὶ ἀπῆλθεν ἐκ Γαλγάλων. Καὶ τὸ κατάλειμμα τοῦ λαοῦ ἀνέβη ὀπίσω Σαοὺλ εἰς ἀπάντησιν ὀπίσω τοῦ λαοῦ τοῦ πολεμιστοῦ, αὐτῶν παραγενομένων ἐκ Γαλγάλων εἰς Γαβαὰ Βενιαμίν, &c. *Et ſurrexit Samuel, & abiit de Galgalis. Et reſiduum populi aſcendit poſt Saul in occurſum poſt populum bellatorem, ipſis advenientibus è Galgalis in Ga-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

listhinorum tres cunei. Unus cuneus pergebat contra viam Ephra ad terram Sual :

18. porro alius ingrediebatur per viam Beth horon : tertius autem verterat se ad iter termini imminentis valli Seboim contra desertum.

19. Porro faber ferrarius non inveniebatur in omni terra Israël : caverant enim Philisthiim, ne fortè facerent Hebræi gladium aut lanceam.

20. Descendebat ergo omnis Israël ad Philisthiim, ut exacueret unusquisque vomerem suum, & ligonem, & securim, & sarculum.

VERSIO ANTIQUA.

Mſ. Germ. n. 9. 21. Eratque vindemia parata : vasa autem erant tribus siclis in bidentem & securem, & falx in substantiam erat eis.

VULGATA NOVA.

21. Retusæ itaque erant acies vomerum, & ligonum, & tridentum, & securium, usque ad stimulum corrigendum.

VULGATA NOVA.

22. Cùmque venisset dies prælii, non est inventus ensis & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule & Jonatha, excepto Saul & Jonatha filio ejus.

23. Egressa est autem statio Philisthiim, ut transcenderet in Machmas.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

baa Benjamin. Hæc tamen absunt ab edit. Compl. nimirum ab hoc, Καὶ τὸ καταλειμμα, ad hoc, εἰς Γαβαὰ, pro quo ult. est εἰς βυνόν, *in collem.*

℣. 21. Sic habebat primò Mſ. ille codex intra textum, eadem manu ; sed nunc deleta videntur, ut & alia id genus additamenta, inferiùs describenda ex eodem codice : hæc autem verba absunt à Vulgata, sicut à textu Hebraïco : in Græco verò etiamnum leguntur hoc modo : Καὶ ἦν ὁ τρυγητὸς ἑτοιμος τῦ θερίζειν τα δὲ σκεύη ἦν τρεῖς σίκλοι εἰς τὸν ὀδόντα, καὶ τῇ ἀξίνῃ καὶ τῷ δρεπάνῳ ὑπόσασις ἦν ἡ αὐτή. *Et erat vindemia parata ad metendum : vasa autem erant tres sicli in dentem, & securi & falci substantia erat eadem :* quæ à textu Lat. nostro non multùm abscedunt.

CAPUT XIV.

VULGATA NOVA.

1. ET accidit quadam die ut diceret Jonathas filius Saul ad adolescentem armigerum suum : Veni, & transeamus ad stationem Philisthinorum, quæ est trans locum illum. Patri autem suo hoc ipsum non indicavit.

2. Porro Saul morabatur in extrema parte Gabaa, sub malogranato, quæ erat in Magron : & erat populus cum eo quasi sexcentorum virorum.

Sup. 4. 21. 3. Et Achias filius Achitob fratris Ichabod filii Phinees, qui ortus fuerat ex Heli sacerdote Domini in Silo, portabat ephod. Sed & populus ignorabat quò isset Jonathas.

4. Erant autem inter ascensus, per quos nitebatur Jonathas transire ad stationem Philisthinorum, eminentes petræ ex utraque parte, & quasi in modum dentium scopuli hinc & inde prærupti, nomen uni Boses, & nomen alteri Sene :

5. unus scopulus prominens ad aquilonem ex adverso Machmas, & alter ad meridiem contra Gabaa.

6. Dixit autem Jonathas ad adolescentem armigerum suum : Veni, transeamus ad stationem incircumcisorum horum, si fortè faciat Dominus pro nobis : quia non est Domino difficile salvare, vel in multis, vel in paucis.

7. Dixitque ei armiger suus : Fac omnia quæ placent animo tuo : perge quò cupis, & ero tecum ubicunque volueris.

8. Et ait Jonathas : Ecce nos transimus ad viros istos. Cùmque apparuerimus eis,

9. si taliter locuti fuerint ad nos, manete donec veniamus ad vos : stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos.

10. Si autem dixerint : Ascendite ad nos : ascendamus, quia tradidit eos Dominus in manibus nostris : hoc erit nobis signum.

11. Apparuit igitur uterque stationi Philisthinorum : dixeruntque Philisthiim : En Hebræi egrediuntur de cavernis, in quibus absconditi fuerant.

12. Et locuti sunt viri de statione ad Jonatham, & ad armigerum ejus, dixeruntque : Ascendite ad nos, & ostendemus vobis rem. Et ait Jonathas ad armigerum suum : Ascendamus, sequere me : tradidit enim Dominus eos in manus Israël. *1. Mac. 4. 30.*

VERSIO ANTIQUA.

Mſ. Germ. n. 7. 13..... & cùm vidissent faciem Jonathæ.....

VULGATA NOVA.

13. Ascendit autem Jonathas manibus & pedibus reptans, & armiger ejus post eum. Itaque alii cadebant ante Jonatham, alios armiger ejus interficiebat sequens eum.

VULGATA NOVA.

14. Et facta est plaga prima, qua percussit Jonathas & armiger ejus, quasi viginti virorum, in media parte jugeri, quam par boum in die arare consuevit.

15. Et factum est miraculum in castris, per agros : sed & omnis populus stationis eorum, qui ierant ad prædandum, obstupuit, & conturbata est terra : & accidit quasi miraculum à Deo.

16. Et respexerunt speculatores Saul, qui erant in Gabaa Benjamin, & ecce multitudo prostrata, & huc illucque diffugiens.

17. Et ait Saul populo, qui erat cum eo : Requirite, & videte quis abierit ex nobis. Cùmque requisissent, repertum est non adesse Jonatham, & armigerum ejus.

18. Et ait Saul ad Achiam : Applica arcam Dei. (Erat enim ibi arca Dei in die illa cum filiis Israël.)

19. Cùmque loqueretur Saul ad sacerdotem, tumultus magnus exortus est in castris Philisthinorum : crescebatque paulatim, & clariùs resonabat. Et ait Saul ad sacerdotem : Contrahe manum tuam.

20. Conclamavit ergo Saul, & omnis populus qui

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 13. Ita quoque hab. Mſ. Corb. n. 3. in margine : hoc additamentum deest in Hebr. & Vulg. cujus loco ponitur *itaque ;* in Gr. sic : Καὶ ὁ αἴρων τὰ σκεύη αὐτῦ μετ' αὐτῦ· καὶ ἐπέβλεψεν κατὰ πρόσωπον Ἰωνάθαν, καὶ ἐπάταξεν αὐτός, &c. *Et portans vasa ejus cum eo : & inspexerunt in faciem Jonathan, & percussit eos,* &c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

erat cum eo, & venerunt usque ad locum certaminis : & ecce versus fuerat gladius uniuscujusque ad proximum suum, & cædes magna nimis.

21. Sed & Hebræi qui fuerant cum Philisthiim heri & nudiustertius, ascenderantque cum eis in castris, reversi sunt ut essent cum Israël, qui erant cum Saul & Jonatha.

VULGATA NOVA.

22. Omnes quoque Israëlitæ qui se absconderant in monte Ephraim, audientes quòd fugissent Philisthæi, sociaverunt se cum suis in prælio. Et erant cum Saul, quasi decem millia virorum.

23. Et salvavit Dominus in die illa Israël : pugna autem pervenit usque ad Bethaven.

24. Et viri Israël sociati sunt sibi in die illa : adjuravit autem Saul populum, dicens : Maledictus vir, qui comederit panem usque ad vesperam, donec ulciscar de inimicis meis. Et non manducavit universus populus panem :

25. omneque terræ vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciem agri.

VERSIO ANTIQUA.

22..... Et erant cum Saule, quasi decem millia virorum. *Mſ. Germ. n. 7.*

24..... Maledictus homo, qui ederit panem ad vesperam, usque dum ulciscar de inimico meo. Et non gustavit totus populus ejus : *Tertul. adv. Pſych. 986. b. c.*

25. & tota terra non prandebat.....

VULGATA NOVA.

26. Ingressus est itaque populus saltum, & apparuit fluens mel, nullusque applicuit manum ad os suum : timebat enim populus juramentum.

27. Porro Jonathas non audierat cùm adjuraret pater ejus populum : extenditque summitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in favum mellis : & convertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi ejus.

28. Respondensque unus de populo, ait : Jurejurando constrinxit pater tuus populum, dicens : Maledictus vir, qui comederit panem hodie : (defecerat autem populus.)

29. Dixitque Jonathas : Turbavit pater meus terram : vidistis ipsi quia illuminati sunt oculi mei, eò quòd gustaverim paululum de melle isto :

30. quantò magis si comedisset populus de præda inimicorum suorum, quam reperit ? nonne major plaga facta fuisset in Philisthiim ?

31. Percusserunt ergo in die illa Philisthæos à Machmis usque in Aialon. Defatigatus est autem populus nimis :

32. & versus ad prædam, tulit oves, & boves, & vitulos, & mactaverunt in terra : comêditque populus cum sanguine.

33. Nunciaverunt autem Sauli dicentes, quòd populus peccasset Domino, comedens cum sanguine. Qui ait : Prævaricati estis : volvite ad me jam nunc saxum grande.

34. Et dixit Saul : Dispergimini in vulgus, & dicite eis, ut adducat ad me unusquisque bovem suum & arietem, & occidite super istud, & vescimini, & non peccabitis Domino comedentes cum sanguine. Adduxit itaque omnis populus unusquisque bovem in manu sua usque ad noctem : & occiderunt ibi.

35. Ædificavit autem Saul altare Domino ; tuncque primùm cœpit ædificare altare Domino.

36. Et dixit Saul : Irruamus super Philisthæos nocte, & vastemus eos usque dum illucescat manè, nec relinquamus ex eis virum. Dixitque populus : Omne quod bonum videtur in oculis tuis, fac. Et ait sacerdos : Accedamus huc ad Deum.

37. Et consuluit Saul Dominum : Num persequar Philisthiim ? si trades eos in manus Israël ? Et non respondit ei in die illa.

38. Dixitque Saul : Applicate huc universos angulos populi : & scitote, & videte, per quem acciderit peccatum hoc hodie.

39. Vivit Dominus salvator Israël, quia si per Jonatham filium meum factum est, absque retractatione morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo.

40. Et ait ad universum Israël : Separamini vos in partem unam, & ego cum Jonatha filio meo ero in parte altera. Respondituque populus ad Saul : Quod bonum videtur in oculis tuis, fac.

VULGATA NOVA.

41. Et dixit Saul ad Dominum Deum Israël : Domine Deus Israël da indicium : quid est quòd non responderis servo tuo hodie ? Si in me, aut in Jonatha filio meo, est iniquitas hæc, da ostensionem : aut si hæc iniquitas est in populo tuo, da sanctitatem. Et deprehensus est Jonathas & Saul, populus autem exivit.

42. Et ait Saul : Mittite sortem inter me, & inter Jonatham filium meum. Et captus est Jonathas.

VERSIO ANTIQUA.

41..... quid est quòd non responderis servo tuo hodie ? Si in me, aut in Jonatha filio meo, hæc iniquitas est, da ostensionem : aut si ita est in populo tuo hæc iniquitas, da sanctitatem. *Mſ. Germ. n. 3.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 22. Eadem præfert alter Mſ. Germ. n. 3. ad margin. sicut & alius n. 9. intra textum, sed expuncta de more ; pro *decem* verò, ponit iste *quatuordecim* : absunt hæc ab Hebræo ; in Græco autem sic : Καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἦν μετὰ Σαὺλ, ὡς δέκα χιλιάδες ἀνδρῶν.

℣. 24. Gr. habet φάγεσθαι, *edet*, pro *ederit*, & post *panem*, ἕως, *usque ad* ; subinde sic, καὶ ἐκδικήσω τὸν ἐχθρόν μου, *& ulciscar inimicum meum*, al. tamen ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου, *de inimicis meis* : extremò λαὸς ἄρτον, *populus panem*, loco *populus ejus*. Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. col. 208. f. legit : *Maledictus qui ederit panem usque ad vesperam, donec ulciscar me de inimicis meis. Et non gustavit omnis populus ejus.*

℣. 25. A Græco abest negatio : Hieron. quoque l. 2. cont. Jovin. col. 208. f. legit : *Et tota terra prandebat.*

℣. 41. Sic habet de more Mſ. cod. ille in margine inferiori : similiter & al. Germ. n. 9. sed expuncta ut supra ; & verò non leguntur in Hebræo ; at in Græco sic, pene ad verbum : Τί ὅτι οὐκ ἀπεκρίθης τῷ δούλῳ σου σήμερον ; Εἰ ἐν ἐμοὶ, ἢ ἐν Ἰωνάθαν τῷ υἱῷ μου, ἡ ἀδικία ; Κύριε ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, δὸς δήλως· καὶ ἐὰν τάδε εἴπῃ, δὸς δὴ τῷ λαῷ σου Ἰσραὴλ, δὸς δὴ ὁσιότητα. *Quid quòd non respondisti servo tuo hodie ? Si in me, aut in Jonatham filio meo, iniquitas ? Domine Deus Israël, da manifestationes : et si hæc di-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. l. 1. cont. Pelag. t. 4. 508. c.

43..... Guſtavi in ſummitate ſceptri, quod eſt in manu mea, parum mellis, & ecce ego morior.

45..... Num Jonathas morietur, qui fecit ſalutem hanc magnam in Iſraël? abſit: vivit Dominus, ſi ceciderit de capillis capitis ejus in terram, quia cum Domino fecit diem hanc. Et liberavit Dominus Jonatham, & non eſt mortuus.

VULGATA NOVA.

43. Dixit autem Saul ad Jonatham: Indica mihi quid feceris. Et indicavit ei Jonathas, & ait: Guſtans guſtavi in ſummitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, & ecce ego morior.

44. Et ait Saul: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Jonatha.

45. Dixitque populus ad Saul: Ergone Jonathas morietur, qui fecit ſalutem hanc magnam in Iſraël? hoc nefas eſt: vivit Dominus, ſi ceciderit capillus de capite ejus in terram, quia cum Deo operatus eſt hodie. Liberavit ergo populus Jonatham, ut non moreretur.

VULGATA NOVA.

46. Receſſitque Saul, nec perſecutus eſt Philiſthiim: porro Philiſthiim abierunt in loca ſua.

47. Et Saul, confirmato regno ſuper Iſraël, pugnabat per circuitum adversùm omnes inimicos ejus, contra Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philiſthæos: & quòcunque ſe verterat, ſuperabat.

48. Congregatoque exercitu, percuſſit Amalec, & eruit Iſraël de manu vaſtatorum ejus.

49. Fuerunt autem filii Saul, Jonathas, & Jeſſui, & Melchiſua: & nomina duarum filiarum ejus, nomen primogenitæ Merob, & nomen minoris Michol.

50. Et nomen uxoris Saul, Achinoam filia Achimaas: & nomen principis militiæ ejus Abner, filius Ner, patruelis Saul.

51. Porro Cis fuit pater Saul, & Ner pater Abner, filius Abiel.

52. Erat autem bellum potens adversùm Philiſthæos omnibus diebus Saul. Nam quemcunque viderat Saul virum fortem, & aptum ad prælium, ſociabat eum ſibi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

xerit, da nunc populo tuo Iſraël, da nunc ſanctitatem.

℣. 43. Similiter in Græco, exceptis his: ἐν ἀκρῳ τῷ σκήπτρῳ..... βραχὺ μέλι, *in ſummo ſceptro..... breve mel;* ſed in edit. Compl. ſic: τῷ σκήπτρῳ..... μικρὸν μέλιτος.

℣. 45. Hæc non longè diſtant à Græco: ibi tamen deeſt initio nomen *Jonathas*, ut & inf. *abſit*, pro quo ult. alibi exſtat, οὐκ ἔστι τὸ ῥῆμα τοῦτο· exinde loco *de capillis*, ſimpliciter τριχός, ſed in Mſ. Alex. ἀπὸ τῆς τριχός· exinde pro *cum Domino*, ſic, ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ, *populus Dei*, (in editt. Ald. & Compl. ἔλεος τοῦ Θεοῦ, *miſericordia Dei*) & pro *liberavit Dominus Jonatham*, ita, προσηύξαλο ὁ λαὸς περὶ Ἰωνάθαν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, *oravit populus pro Jonathan in die illa.*

CAPUT XV.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. de reg. apoſt. 214. g. h.

1... DIxit Samuel ad Saul: Miſit me Dominus ut ungerem te ſuper Iſraël in regem: & nunc audi vocem verbi Domini:

2. Hæc dicit Dominus omnipotens: Nunc defendam quæ fecit Amalec tibi Iſraël, quemadmodum obviavit tibi in via qua aſcendiſti de Ægypto.

3. Et nunc vade, & percuties Amalec, & omnia ipſius, & non concupiſces ex illis aliquid: ſed exterminabis illum, & anathematizabis illum, & omnia illius: & non parces illi, & occîdes omnia illius à viro uſque ad mulierem, & ab infante uſque ad nutrientem.....

5. Et venit Saul uſque ad civitatem Amalec, & acceſſit, & obſedit Amalec in torrente.

6. Et dixit Saul ad Cinæum: Vade, & declina è medio, & declina ab Amalec: & noli ap-

VULGATA NOVA.

1. ET dixit Samuel ad Saul: Me miſit Dominus, ut ungerem te in regem ſuper populum ejus Iſraël: nunc ergo audi vocem Domini:

2. Hæc dicit Dominus exercituum: Recenſui quæcunque fecit Amalec Iſraëli, quomodo reſtitit ei in via cùm aſcenderet de Ægypto. *Exod. 17. 8.*

3. Nunc ergo vade, & percute Amalec, & demolire univerſa ejus: non parcas ei, & non concupiſcas ex rebus ipſius aliquid: ſed interfice à viro uſque ad mulierem, & parvulum atque lactentem, bovem & ovem, camelum & aſinum.

4. Præcepit itaque Saul populo, & recenſuit eos quaſi agnos: ducenta millia peditum, & decem millia virorum Juda.

5. Cùmque veniſſet Saul uſque ad civitatem Amalec, tetendit inſidias in torrente.

6. Dixitque Saul Cinæo: Abite, recedite, atque deſcendite ab Amalec: ne fortè involvam

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita in Græco, mutato vocum nonnullarum ordine: in fine tamen deeſt una *verbi*, ante iſtam, *Domini*; ſed in Mſ. Alex. ac edit. Ald. eſt τῶν λόγων Κυρίου· mel. in Compl. τοῦ ῥήματος Κυρίου, ut ſupra.

℣. 2. Similia in Græco, præter ſeqq. εἶπε, *dixit*, pro *dicit*, & Ζαβαὼθ, loco *omnipotens*, detracto *tibi*, poſt *Amalec*; exinde pro altero *tibi*, ſic, αὐτῷ, *ei*, & pro *qua aſcendiſti*, ἀναβαίνοντος αὐτῷ, *aſcendente eo*, in ed. Compl. ἀναβαίνοντι.

℣. 3. Græcè additur ἐν Ιερμ, & *Hierim*, poſt *Amalec*, ſicut τὰ, hîc & infra, poſt *omnia*; ſubinde loco *non concupiſces ex illis aliquid*, *ſed*, ita: καὶ περιποιήσῃ ἐξ αὐτῶν, ἐν, *non uſurpabis*, vel *non acquires ex eo*, & *ſ*; item loco *non parces illi*, ſic, καὶ φείσῃ ἀπ' αὐτῶν, *ab eo*; in Compl. deeſt ἀπό: demum huic, *viro*, ſubditur ἐν, demto præced. *omnia illius*, & loco *nutrientem*, eſt θηλάζοντος, *lactentem*; reliqua ad verbum. Nota verba iſta quæ inſeruntur hîc in Vulg. & *non concupiſcas ex rebus ipſius aliquid*, deeſſe in Hebr. in Mſs. verò Corb. n. 3. & Germ. n. 9. legi *concupiſces*, abſque ſeq. *rebus*, & in Germ. n. 7. hoc, *non parcas ei*, anteponi iſtis, *ſed exterminabis*, &c.

℣. 5. Gr. hab. τῶν πόλεων, *civitates*, non *civitatem*, edit. tamen Compl. τῆς πόλεως; ſubinde pro *obſedit Amalec*, ſimpliciter ἐνήδρευσεν, *inſidiatus eſt*, abſque præced. & *acceſſit*.

℣. 6. Similiter in Græco, præter iſta, ἄπελθε, *abi*, pro *vade*, & Αμαληκίτην, *Amalecitæ*, pro *Amalec*, detracto præced. & *declina ab*; deinde loco & *noli apponere*, ſic,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

te cùm eo : tu enim feciſti miſericordiam cum omnibus filiis Iſraël, cùm aſcenderent de Ægypto. Et receſſit Cinæus de medio Amalec.

7. Percuſſitque Saul Amalec, ab Hevila, donec venias ad Sur, quæ eſt è regione Ægypti.

8. Et apprehendit Agag regem Amalec vivum : omne autem vulgus interfecit in ore gladii.

9. Et pepercit Saul, & populus, Agag, & optimis gregibus ovium & armentorum, & veſtibus & arietibus, & univerſis quæ pulchra erant, nec voluerunt diſperdere ea : quidquid verò vile fuit & reprobum, hoc demoliti ſunt.

10. Factum eſt autem verbum Domini ad Samuel, dicens :

11. Pœnitet me quòd conſtituerim Saul regem : quia dereliquit me, & verba mea opere non implevit. Contriſtatuſque eſt Samuel, & clamavit ad Dominum tota nocte.

12. Cùmque de nocte ſurrexiſſet Samuel, ut iret ad Saul manè, nunciatum eſt Samueli, eò quòd veniſſet Saul in Carmelum, & erexiſſet ſibi fornicem triumphalem, & reverſus tranſiſſet, deſcendiſſetque in Galgala. Venit ergo Samuel ad Saul, & Saul offerebat holocauſtum Domino, de initiis prædarum quæ attulerat ex Amalec.

13. Et cùm veniſſet Samuel ad Saul, dixit ei Saul : Benedictus tu Domino, implevi verbum Domini.

14. Dixitque Samuel : Et quæ eſt hæc vox gregum, quæ reſonat in auribus meis, & armentorum, quam ego audio ?

15. Et ait Saul : De Amalec adduxerunt ea : pepercit enim populus melioribus ovibus & armentis, ut immolarentur Domino Deo tuo ; reliqua verò occidimus.

16. Ait autem Samuel ad Saul : Sine me, & indicabo tibi quæ locutus ſit Dominus ad me nocte. Dixitque ei : Loquere.

17. Et ait Samuel : Nonne cùm parvulus eſ-

VERSIO ANTIQUA.

ponere tè cum illo : quoniam tu feciſti miſeri- *Lucif. Cal. ubi ſupr.*
cordiam cum filiis Iſraël, cùm aſcenderent ex Ægypto. Et declinavit Cinæus de medio Amalec.

7. Et percuſſit Saul Amalec, ab Evilat, uſque Sur, quæ eſt contra faciem Ægypti.

8. Et comprehendit Saul Agag regem Amalec vivum : & omnem populum ejus occîdit in ore gladii.

9. Et accepit Saul, & omnis populus ejus, *Ibid. 215. a.*
Agag regem, & bona gregum & armentorum, & eſcarum & vinearum, & omnium bonorum, & noluerunt diſperdere omnia bona : ſed & omne opus pretioſum reſervaverunt, & ſupervacua diſperdiderunt.

10. Et factum eſt verbum Domini ad Samuelem, dicens :

11. Pœnitet me quòd conſtituerim regem Saul : quoniam averſus eſt à me, & verba mea non ſtatuit. Et contriſtatus eſt Samuel, & clamavit ad Deum tota nocte.

12. Et ante lucem, & Samuel abiit in obviam Iſraël..... Et venit Samuel ad Saul, & ecce Saul offerebat holocauſtum Domino, & initia prædarum quæ attulit ex Amalec.

13. Et pervenit Samuel ad Saul, & dixit illi Saul : Benedictus es tu Domino, ſtatui omnia quæ locutus eſt Dominus.

14. Et dixit Samuel : Et quæ eſt vox hujus gregis in auribus meis, & vox boum, quam ego audio ?

15. Et dixit Saul : De Amalec attuli ea, quæ prædavit populus, optima gregis & boum, ut immolentur Domino tuo regi ; reliqua autem diſperdidi & exterminavi.

16..... *Vide Not. ad ℣. ſeq.*

17. Et ait Samuel ad Saul : Nonne cùm parvulus eſ- 17. Et dixit Samuel ad Saul : Nonne minimus

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

μὴ προσθῶ, *ne apponam*, ut & ὅτι, pro ſeq. *quoniam* ; in edit. Compl. ὅτι ὑ προσθῶ.

℣. 7. Abeſt à Græco *quæ eſt*, & pro *contra*, ponitur ἐπὶ, *ſuper* ; ſed in Mſ. Alex. ſic, ἡ ἐπὶ, in edit. Compl. τῆς ἐπὶ ; cæt. quadrant.

℣. 8. A Græco abeſt *Saul*, & loco *ejus*, exſtat ὁ Ἱερὶμ, & *Hierim*, præterquam in edit. Compl. reliqua ad verbum.

℣. 9. Nonnulla diſſimilia habentur Græcè, nempe ſeqq. περιεποιήσαλο, *ſervavit*, pro *accepit* ; & ζῶντα, *vivum*, loco *regem*, detracto præced. *ejus* ; item infra αὐτὰ, *ea*, loco *omnia bona*, abſque ſeq. *ſed*, (al. tamen, πᾶν δὲ ἔργον, *omne autem opus* :) mox ita, ἠτιμωμένον ὁ ἐξουδενωμένον, *vile & contemptum*, loco *pretioſum reſervaverunt*, & *ſupervacua*. Nota in edit. Lucif. ſcribi ineptè *regum*, pro *gregum*, Gr. προβάτων.

℣. 10. Ad verbum è Græco. Similiter iterum legit Lucif. l. de non parc. in De. del. 229. c. uno excepto *Samuel*, pro *Samuelem*. Sic etiam Aug. l. 1. cont. adverſ. Leg. to. 8. 573. a.

℣. 11. Eadem denuò Lucif. habet l. de non parc. in De. del. col. 229. c. præter vocem *Dominum*, loco *Deum*. Græcè ipſo initio ſic : Παραχέκλημαι, ὅτι ἐβασίλευσα τὸν Σαοὺλ εἰς βασιλέα, *Revocavi me, quia conſtitui Saul in regem* ; ſed in edit. Ald. legitur μεταμέλομαι, *pœnitet*, in Compl. μεταμεμέλημαι, *pœnituit* : paulòque poſt in Vat. & al. pro *averſus eſt à me*, ſic, ἀπέστρεψεν ἀπὸ ὄπισθέ μου, *avertit ſe à poſt me* ; at in edit. Compl. ἀπεστράφη, *averſus eſt*, ut inf. ἔστησε, pro *ſtatuit*, loco ἐτήρησε, *ſervavit*, quod habet Vatic. in Alex. ſimiliter ἔστησε. Demum in Vat. & al. Καὶ ἐθύμωσε..... πρὸς Κύριον ὅλην τὴν νύκτα. *Et ſuccenſuit..... ad Dominum totam noctem*, loco *Et contriſtatus eſt*, &c. Tertul. l. 2. adverſ. Marc. 653. a. hæc hab. *Pœnituit quòd regem fecerim Saul.* Optat. l. 2. cont. Donat. 42. b. *Pœnitet me unxiſſe Saul in regem*, ſicut & ipſe Lucif. legit l. de reg. apoſt. col. 214. h. nec non Aug. l. 1. cont. adv. Leg. to. 8. 573. a. b. at infra ſic : *Pœnitet me quòd conſtituerim Saul in regem : quoniam averſus eſt à me, & verba mea non cuſtodivit* : & l. 2. ad Simplic. to. 6. 112. b. *Pœnitet me quod conſtituerim regem Saul.* In quibuſdam tamen Græcis loco ἐβασίλευσα, legitur ἔχρισα, *unxi.*

℣. 12. Ita primùm Græcè : Καὶ ὤρθρισε Σαμουὴλ, deinde ſic, καὶ ἐπορεύθη εἰς ἀπάντησιν Ἰσραὴλ τοπρωΐ· & poſt pauca, Καὶ κατέζη εἰς Γάλγαλα πρὸς Σαοὺλ, &c. in ed. Ald. Καὶ ἦλθε Σαμουὴλ, ut in Lat. ſup. non reperitur tamen *Saul*, ante *offerebat*, ſed ejus loco, tam illic quàm in aliis, ponitur αὐτὸς, *ipſe*, uti τὰ πρῶτα, *prima*, abſque præced. &, loco *initia*, (in Mſ. Alex. τὰ πρόβαλα·) item pro *attulit*, ἤνεγκε, *tulit*, in edit. Ald. ἐξήνεγκε : hæc autem tota deſunt in edit. Compl. ab hoc, καὶ ἦλθε ; quæ verò ſequuntur in Vulg. *Et Saul offerebat holocauſtum Domino, de initiis prædarum quæ attulerat ex Amalec* ; ſicut & ſeq. ℣. 13. *Et cùm veniſſet Samuel ad Saul*, Hebræum non habet, unde in variis Mſs. verſionis Hieronym. Germ. n. 7. & n. 9. ut & in Corb. n. 3. & 13. nonniſi ſecunda manu, vel in margine tantùm addita reperiuntur.

℣. 13. Vix meliùs è Græco, detracto uno *es*, poſt vocem *benedictus*, & addito *quæcunque*, voci *omnia*, nam Gr. πάντα ὅσα.

℣. 14. Ad verbum è Græco, detracto uno *eſt*, poſt *quæ*.

℣. 15. Leviter differunt iſta à Græco ; ſcilicet pro *attuli*, habetur ἤνεγκα, *tuli*, ut & περιεποιήσαλο, *comparavit*, vel *reſervavit*, loco *prædavit* ; exinde additur *Deo*, voci *Domino*, detractâ iſtâ, *regi* ; tum ſequitur, καὶ τὰ λοιπὰ ἐξωλόθρευσα, abſque hoc, *diſperdidi* & : edit. Compl. hab. τὰ δὲ λοιπὰ, cum Lucif.

℣. 17. Ita legitur proximè & conjunctè apud Lucif. omiſſo intermedio ℣. 16. quem tamen addunt codices

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi sup. eras dux in conspectu sceptrorum de tribu Israël? & unxit te Dominus in regem super Israël,

18. & immisit te Dominus in viam, & dixit tibi: Vade, & disperde illos qui peccant in me, Amalec, & expugnabis illos usque dum consumes illos.

19. Et quare non audisti vocem Domini: sed impetivisti ad prædam, & fecisti quod malignum est coram Domino?

20. Et dixit Saul: Quoniam audivi populum, abii in viam in quam misit me Deus, & adduxi Agag regem Amalec, & Amalec disperdidi.

21. Et accepit populus prædam gregis, & armenta primaria illorum quæ disperdidi, ut sacrificent coram Domino Deo nostro in Galgala.

22. Et dixit Samuel: Nunquid vult Dominus holocausta & sacrificia, magis quàm exaudire vocem Domini? Et ecce dico: AUDIENTIA melior est quàm sacrificium: & obedientia quàm adipes arietum:

23. quoniam peccatum abominatio est, dolores & gemitus ad te adduxisti. Pro quibus nullius momenti fecisti verbum Domini, nullius momenti te faciet Dominus ne regnes.

24. Et dixit Saul ad Samuel: Peccavi, quoniam præterivi verbum Domini, & verbum tuum, quoniam timui populum, & audivi vocem illorum.

25. Et nunc aufer peccatum meum, revertere mecum, adorabo Dominum Deum tuum.

Aug. l. 17. de civ. Dei, c. 7. t. 7. 468. e. 469. a.

26. Et dixit Samuel ad illum: Non revertar tecum: quia spreviſti verbum Domini, & spernet te Dominus, ne sis rex super Israël.

VULGATA NOVA.

ses in oculis tuis, caput in tribubus Israël factus es? unxitque te Dominus in regem super Israël,

18. & misit te Dominus in viam, & ait: Vade, & interfice peccatores Amalec, & pugnabis contra eos usque ad internecionem eorum.

19. Quare ergo non audisti vocem Domini: sed versus ad prædam es, & fecisti malum in oculis Domini?

20. Et ait Saul ad Samuelem: Imò audivi vocem Domini, & ambulavi in via per quam misit me Dominus, & adduxi Agag regem Amalec, & Amalec interfeci.

21. Tulit autem de præda populus oves & boves, primitias eorum quæ cæsa sunt, ut immolet Domino Deo suo in Galgalis.

22. Et ait Samuel: Nunquid vult Dominus holocausta & victimas, & non potiùs ut obediatur voci Domini? MELIOR est enim obedientia quàm victimæ: & auscultare magis quàm offerre adipem arietum:

Sup. 13. 13. Eccles. 4. 17. Ose. 6. 6. Matth. 9. 13. & 12. 7.

23. quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare: & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Pro eo ergo quòd abjecisti sermonem Domini, abjecit te Dominus ne sis rex.

24. Dixitque Saul ad Samuelem: Peccavi, quia prævaricatus sum sermonem Domini, & verba tua, timens populum, & obediens voci eorum.

25. Sed nunc porta, quæso, peccatum meum, & revertere mecum, ut adorem Dominum.

26. Et ait Samuel ad Saul: Non revertar tecum: quia projeciſti sermonem Domini, & projecit te Dominus, ne sis rex super Israël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Græci, ut est in Vulg. sequentia verò de ℣. 17. aptè conveniunt cum Græco, si excipias hæc media: *Nonne minimus..... de tribu Israël*, pro quibus sic: Οὐχὶ μικρὸς εἶ σὺ ἐνώπιον αὐτοῦ (in Compl. ἑαυτοῦ) ἡγούμενος σκήπτρου φυλῆς Ἰσραήλ; *Nonne parvus es tu coram te ipso dux sceptri tribûs Israël?*

℣. 18. Gr. non discrepat hîc à Lucif. nisi levibus & paucis, nempe ἀπέστειλε, *misit*, pro *immisit*, ἐν ὁδῷ, *in via*, pro *in viam*, & ἀνελεῖς, *destrues*, addito post *disperde*; dein pro *illos qui peccant*, simpliciter, τοὺς ἁμαρτάνοντας, *peccantes*; at in edit. Compl. sic, τὸν Ἀμαλὴκ τοὺς ἡμαρτηκότας, absque præced. ἀνελεῖς: demum pro *consumes*, ita ξυντελέσῃς, *consummaveris*, sed in Mſ. Alex. συντελέσεις.

℣. 19. Vix unum aut alterum dissimile in Græco est, nempe hoc, τῷ θέσθαι, *ad ponendum*, additum verbum *impetivisti*, al. tamen deest: item loco *ad prædam*, sic, ἐπὶ τὰ σκῦλα, *super spolia*, detractis seqq. *quod*, & *est*.

℣. 20. Gr. addit hoc, πρὸς Σαμουὴλ, ad *Saul*, & loco *populum*, habet τῆς φωνῆς τοῦ λαοῦ, *vocem populi*; deinde sic, καὶ ἐπορεύθην τῇ ὁδῷ ᾗ, & *ivi viâ qua*, paulòque post, Κύριος, *Dominus*, non *Deus*; reliqua ad verbum ut supra.

℣. 21. Gr. hab. τῶν σκύλων προίμια, *de spoliis greges*, loco *prædam gregis*, paulòque post simpliciter, τοῦ ἐξολοθρεύματος, *exterminationis*, loco *illorum quæ disperdidi*; item θῦσαι..... ἐν Γαλγάλοις, *ad sacrificandum..... in Galgalis*, loco *ut sacrificent..... in Galgala*.

℣. 22. Hæc variant Græcè: Εἰ θελητὸν τῷ Κυρίῳ, *Si placitum Domino*, pro *Nunquid vult Dominus*: item ὡς τὸ ἀκοῦσαι, *sicut audire*, loco *magis quàm exaudire*, absque seq. &, necnon verbo *dico*, (al. *dicito*;) exinde pro *melior est quàm*, simpliciter ὑπὲρ, *super*, sed additur ἀγαθὸν, *bonum*, ad *sacrificium*: demum sic: ἐπαχρόασις ὑπὲρ σέαρ κριῶν, pro *obedientia quàm adipes*, &c. Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 17. 247. e. sic legit: *Non vult Deus holocausta & sacrificia, sed vult exaudiri vocem suam. Ecce auditus bonus super sacrificium, & auditus super adipem arietum.* Et verò post *vocem*, al. ponitur αὐτοῦ, non Κυρίου, & in ed. Compl. sic, Ἰδοὺ ἀκοὴ ἀγαθὴ ὑπὲρ, non ἰδοὺ ἀκοὴ ὑπὲρ..... ἀγαθόν. Auct. q. Vet. & N. Test. q. 103. & 112. apud Aug. to. 3. p. 99. g. 115. a. habet: *Non enim vult Deus sacrificium magis quàm audiri vocem suam.* Mſ. Floriac. sic: *Nunquid vult Dominus holocausta & sacrificia magis quàm exaudire vocem suam?*

℣. 23. Eadem iterum refert Lucif. l. de non parc. in De. del. col. 229. a. excepto uno *adducentur*, pro *adduxisti*; at in Græco nonnullæ varietates de more; nempe οἰώνισμα, *augurium*, loco *abominatio*, deinde sic: ὀδύνην καὶ πόνους θεραφὶν ἐπάγουσι, *dolorem & molestias theraphin adducunt*, loco *dolores & gemitus ad te adduxisti*; item ὅτι, *quia*, loco *pro quibus*, addito καὶ, ad vocem *Domini*: demum pro *ne regnes*, ita, μὴ εἶναι βασιλέα ἐπὶ Ἰσραήλ, *ne sis rex super Israël*. In edit. Compl. post vocem *abominatio*, sequitur: ἔστι παραπικρασμὸς ἀδικία, θεραφὶν ὀδύνην καὶ πόνους ἐπάγουσιν. Ἀνθ' ὧν ἐξουδένωσας τὸ ῥῆμα Κυρίου, ἐξουδενώσῃ σε Κύριος, μὴ βασιλεύειν ἐπὶ Ἰσραήλ. *Exacerbatio est injustitia, theraphin dolorem & labores adducunt. Pro quibus nihili feciſti verbum Domini, nihili faciet te Dominus, ne regnes super Israël.* In Mſ. Floriac. sic: *Quia peccatum improperium est, dolor & gemitus ad te adducentur. Pro quibus spreviſti verbum Domini, spernet te Dominus, ne regnes in Israël.* Apud Aug. l. 17. de civit. Dei, c. 7. to. 7. 468. d. sic: *Quia spreviſti verbum Domini, sprevit te Dominus, ut non sis rex super Israël.* Cœlestin. PP. epist. 14. to. 4. col. 1143. a. *Spernet te Dominus, ne regnes super Israël.*

℣. 24. Ita in Græco, verbum pro verbo.

℣. 25. Ita Græcè, addito δὴ, verbo *aufer*, ut & καὶ, ante *revertere*, & ante *adorabo*. Iisdem alludit Aug. l. 17. de civit. Dei, to. 7. 468. d. dicens: *Et rursus pro eodem peccato, cùm id confiteretur, & veniam precaretur, rogaretque Samuelem ut reverteretur cum illo ad placandum Deum*, &c.

℣. 26. Gr. habet πρὸς Σαοὺλ, *ad Saul*, loco *ad illum*, & pro *revertar*, ἀναστρέφω, *revertor*; sed in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. est ἀναστρέψω; reliqua ad verbum ut supra. Lucif. Calar. loco sup. cit. de reg. apost. jungit versum 25. cum ℣. 28. prætermissis mediis 26. & 27. qui tamen ambo exstant in Græco: at fortè de industria omissi ab illo sunt, vel potiùs à Librario oscitanti; nam l. de non parc. in De. del. 229. a. relato ℣. 23. ut sup. addit: *Et iterum: Quoniam nullius momenti feciſti verbum Domini, & ad nihilum rediget te Deus, ne sis rex super Israël:* deinde sic: *Et infra: Disrumpet Dominus*, &c. de ℣. 28. quæ verba, & *infra*, significant aliquod

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

27. Et conversus est Samuel ut abiret : ille autem apprehendit summitatem pallii ejus, quæ & scissa est.

Inf. 28. 28. Et ait ad eum Samuel : Scidit Dominus regnum Israël à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te.

29. Porro Triumphator in Israël non parcet, & pœnitudine non flectetur : neque enim homo est ut agat pœnitentiam.

VERSIO ANTIQUA.

27. Et convertit Samuel faciem suam ut abiret : & tenuit Saul pinnulam diploidis ejus, & disrupit eam. *Aug. ubi sup.*

28. Et dixit ad eum Samuel : Disrupit Dominus regnum ab Israël de manu tua hodie, & dabit illud proximo tuo bono super te.

29. Et dividetur Israël in duo, & non convertetur, neque pœnitebit eum : quoniam non est sicut homo ut pœniteat eum : ipse minatur, & non permanet.

VULGATA NOVA.

30. At ille ait : Peccavi : sed nunc honora me coram senioribus populi mei, & coram Israël, & revertere mecum, ut adorem Dominum Deum tuum.

31. Reversus ergo Samuel secutus est Saulem : & adoravit Saul Dominum.

32. Dixitque Samuel : Adducite ad me Agag regem Amalec. Et oblatus est ei Agag pinguissimus, & tremens. Et dixit Agag : Siccine separat amara mors?

33. Et ait Samuel : Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua. Et in frusta concidit eum Samuel coram Domino in Galgalis.

34. Abiit autem Samuel in Ramatha : Saul verò ascendit in domum suam in Gabaa.

VULGATA NOVA.

35. Et non vidit Samuel ultra Saul usque ad diem mortis suæ : veruntamen lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum pœnitebat quòd constituisset eum regem super Israël.

VERSIO ANTIQUA.

35. Et non adjecit Samuel ampliùs videre Saul usque ad diem mortis suæ : quoniam lugebat Samuel in Saul, & Dominum pœnituit quoniam regem fecit Saul super Israël. *Lucif. Cal. de reg. apost. 215. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

intermedium prætermissum esse, nempe ℣. 27.

℣. 27. Ita de Græco, verbum è verbo.

℣. 28. Ita Græcè ad verbum, addito uno οὗ, ad *regnum* : Aug. tamen ibid. subdit : *Non habet Scriptura quod in plerisque Latinis codicibus legitur* : Disrupit Dominus regnum Israël de manu tua : *sed sicut à nobis positum est inventum in Græcis* : Disrupit Dominus regnum ab Israël de manu tua : *ut hoc intelligatur, de manu tua, quod est ab Israël.* Verùm idem Aug. l. 1. cont. adversf. Leg. to. 8. 573. a. b. ita scriptum refert : *Disrupit Dominus regnum Israël de manu tua..... super te.* At Lucif. Calar. tum l. de reg. apost. col. 215. c. tum lib. de non parc. in De. del. col. 229. a. priorem lectionem confirmat his : *Disrumpet Dominus regnum tuum ex Israël de manu tua hodie, & dabit illud proximo tuo meliori te.* Posteriorem verò Tertul. admittit l. 2. adversf. Marc. 653. c. *Discidit Dominus regnum Israëlis de manu tua hodie, & dabit illud proximo tuo optimo super te.* Hoc autem quod additum est, *bono super te*, inquit Aug. l. cit. de civit. Dei, 469. b. *potest quidem intelligi*, meliori te; *nam & quidam sic sunt interpretati, sed melius sic accipitur*, bono super te, *ut quia ille bonus est, ideo sit super te.*

℣. 29. Sic iterum legit Aug. infra col. 469. e. additis his : *Id est, homo minatur, & non permanet : non autem Deus, quem non pœnitet sicut hominem :* at l. 1. cont. adversar. Leg. to. 8. 573. b. ubi eadem citat, omittit hæc ultima, *ipse minatur, & non permanet*, quæ etiam absunt à Græco, præter quàm ab edit. Ald. ubi sic : αὐτὸς ἀπειλήσῃ, καὶ οὐκ ἐμμενεῖ, *ipse minitabitur, & non permanebit* : item sup. loco *convertetur*, ἀποστρέψῃ, *averiet*, in edit. Compl. ἐπιστρέψῃ, *convertet*, detracta voce *eum*, post *pœnitebit*, & translatâ istâ, *est*, post hanc, *homo*, ut in Mss. Vatic. & al. reliqua quadrant. Tertul. l. 2. adv. Marc. 653. c. sic habet : *Et scindetur Israël in duas partes, & non convertetur, neque pœnitentiam aget : quia non homo est ad pœnitendum.*

℣. 35. Cuncta concinunt cum Græco.

CAPUT XVI.

VULGATA NOVA.

1. DIxitque Dominus ad Samuelem : Usquequo tu luges Saul, cùm ego projecerim eum ne regnet super Israël? Imple cornu tuum oleo, & veni, ut mittam te ad Isai Bethlehemitem : providi enim in filiis ejus mihi regem.

2. Et ait Samuel : Quomodo vadam? audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait Dominus : Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices : Ad immolandum Domino veni.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET dixit Dominus ad Samuel : Usquequo luges tu in Saul? Ecce ego expello illum ne regnet super Israël. Imple cornu tuum oleo, & veni, mittam te in domo Jesse usque in Bethleem : quoniam vidi in filiis Jesse mihi in regem. *Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 187. c.*

2. Et dixit Samuel : Quomodo ibo? ne audiat Saul, & occidat me.....

VULGATA NOVA.

3. Et vocabis Isai ad victimam, & ego ostendam tibi quid facias, & unges quemcunque monstravero tibi.

4. Fecit ergo Samuel, sicut locutus est ei Dominus. Venitque in Bethlehem, & admirati sunt seniores civitatis, occurrentes ei, dixeruntque : Pacificusne est ingressus tuus?

5. Et ait : Pacificus : ad immolandum Domino veni, sanctificamini, & venite mecum ut immolem. Sanctificavit ergo Isai & filios ejus, & vocavit eos ad sacrificium.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Vix meliùs è Gr. exceptis his levissimis : *Ecce ego expello*, pro quo, Κἀγὼ ἐξουδένωκα, *Et ego sprevi*; sed in edit. Compl. habetur ἀπώσμαι : exinde pro *in domo Jesse*, simpliciter πρὸς Ἰεσσαί, absque *in*, post *usque*; in edit. tamen Ald. ἕως εἰς : denique pro *filiis Jesse*, sic, υἱοῖς αὐτῶ, *filiis ejus*, detracto *in*, ante *regem*, al. tamen hab. εἰς βασιλέα. Eadem iterum refert Lucif. l. de regib. apost. p. 215. c. præter seqq. *Quousquè..... & imple..... mittam te ad Jesse..... quoniam audivi in filiis*, &c. similiter etiam l. de non parc. in De. del. p. 229. c. usque ad hoc, *imple.*

℣. 2. Paulò inferiùs Lucif. hab. *Audiet Saul, & occidet me*, è Gr. ἀκούσεται Σαοὺλ, καὶ ἀποκτενεῖ με.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

S. Hieron. l. 1. cont. Pelag. t. 4. 508. d.

6..... Ecce in conspectu Domini Christus ejus?

7. Et ait Dominus ad eum: Ne respicias ad vultum ejus, & ad staturam corporis illius: quoniam abjeci eum; aliter enim videt homo, aliter Deus: homo enim videt in facie, Deus in corde.

VULGATA NOVA.

6. Cumque ingressi essent, vidit Eliab, & ait: Num coram Domino est Christus ejus?

7. Et dixit Dominus ad Samuelem: Ne respicias vultum ejus, neque altitudinem staturæ ejus: quoniam abjeci eum, nec juxta intuitum hominis ego judico: homo enim videt ea quæ parent, Dominus autem intuetur cor. Psal. 7. 10.

VULGATA NOVA.

8. Et vocavit Isai Abinadab, & adduxit eum coram Samuele. Qui dixit: Nec hunc elegit Dominus.

9. Adduxit autem Isai Samma, de quo ait: Etiam hunc non elegit Dominus.

10. Adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuele: & ait Samuel ad Isai: Non elegit Dominus ex istis.

10..... *Vide Not.*

VERSIO ANTIQUA.

Hilar. in Ps. 118. 350. c.

11..... Jesse ait: Nunquid est tibi adhuc filius? Qui respondit: Est mihi modicus, quem dereliqui in pastorali.....

12..... *Vide Not.*

Aug. ad Simplic. 2. t. 6. 107. a.

13..... & perrexit Samuel, & abiit in Ramatha.

14. Et Spiritus Domini recessit à Saul, & comprehendit eum spiritus malignus, à Domino, & suffocabat eum.

15. Et dixerunt pueri Saul ad eum: Ecce spiritus Domini malignus suffocat te.

VULGATA NOVA.

11. Dixitque Samuel ad Isai: Nunquid jam completi sunt filii? Qui respondit: Adhuc reliquus est parvulus, & pascit oves. Et ait Samuel ad Isai: Mitte, & adduc eum: nec enim discumbemus priusquam huc ille veniat.

12. Misit ergo, & adduxit eum. Erat autem rufus, & pulcher aspectu, decoraque facie: & ait Dominus: Surge, unge eum, ipse est enim.

13. Tulit ergo Samuel cornu olei, & unxit eum in medio fratrum ejus: & directus est Spiritus Domini à die illa in David, & deinceps: surgensque Samuel abiit in Ramatha. 2. Reg. 7. 8. Ps. 77. 70. 88. 21.

14. Spiritus autem Domini recessit à Saul, & exagitabat eum spiritus nequam, à Domino. Act. 7. 46. 13. 22.

15. Dixeruntque servi Saul ad eum: Ecce spiritus Dei malus exagitat te.

VULGATA NOVA.

16. Jubeat dominus noster, & servi tui qui coram te sunt, quærent hominem scientem psallere citharâ, ut quando arripuerit te spiritus Domini malus, psallat manu sua, & levius feras.

17. Et ait Saul ad servos suos: Providete ergo mihi aliquem bene psallentem, & adducite eum ad me.

18. Et respondens unus de pueris, ait: Ecce vidi filium Isai Bethlehemitem scientem psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum: & Dominus est cum eo. Inf. 25. 28.

19. Misit ergo Saul nuncios ad Isai, dicens: Mitte ad me David filium tuum, qui est in pascuis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Ita Græcè, præter unum, ἀλλὰ ἰδοὺ, pro *ecce*. Similiter hab. idem Hieron. ep. ad Damas. q. 3. to. 2. 568. b. *Ecce coram Domino Christus ejus?* Huc etiam redeunt quæ narrat Hilar. in Ps. 118. 350. d. *Samuel propheta venire ad Jesse domum à Deo jussus est, ut unum ex filiis ejus in regem ungeret; quò cùm venisset, adesse omnes filios Jesse jubet: videt deinde natu majorem, specie pulchrum, habitu & proceritate eminentem, sed responso ita manetur: Ne inspexeris,* &c.

℣. 7. Gr. Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Σαμυήλ· Μὴ ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὴν ὄψιν (Mſ. Alex. πρόσωπον) αὐτοῦ, μηδὲ εἰς τὴν ἕξιν μεγέθους αὐτοῦ· ὅτι ἐξουδένωκα αὐτόν· ὅτι οὐχ ὡς ἐμβλέψεται ἄνθρωπος, (al. add. ὕτως) ὄψεται ὁ Θεός· ὅτι ἄνθρωπος ὄψεται εἰς πρόσωπον, ὁ δὲ Θεὸς ὄψεται εἰς καρδίαν. *Et dixit Dominus ad Samuel: Ne respexeris in aspectum ejus, neque in habitum magnitudinis ejus: quia sprevi eum; quoniam non sicut inspiciet homo, videbit Deus: quia homo videbit in faciem, Deus autem videbit in cor.* Idem Hieron. ep. ad Damas. q. 3. to. 2. 568. b. sic: *Noli respicere faciem ejus, neque staturam: quoniam reprobavi eum; quia non quomodo videt Deus, videt homo: homo videt in facie, Deus autem inspicit cor.* Hilar. in Ps. 118. 350. d. *Ne inspexeris in pulchritudinem ejus, ac magnitudinem: quia non ita videt homo ut Deus: homo enim in facie videt, Deus autem in corde.* Gaud. Brix. ser. 11. 962. d. *Ne admiratus fueris proceritatem staturæ, vel pulchritudinem vultus eorum: quoniam homo videt in faciem, Deus autem videt in cor.* Tertul. de præscrip. c. 3. 330. c. *Homo in faciem, Deus in præcordia contemplatur.* Cypr. l. de Laps. 190. b. & l. 3. Testim. 320. a. *Homo videt in facie, Deus autem in corde.* Similiter in collat. Carthag. 489. a. iterato verbo *videt*, post *autem*. Ita quoque leg. Auct. q. V. T. q. 18. 49. b. sed absque 2. *videt*. Anastas. l. ep. 2. to. 1. p. 729. a. *Non sic homo ut Deus; nam Deus videt in corde, homo videt in facie.* Anastas. verò II. ep. 1. Conc. to. 4. p. 1279. b. *Non quomodo videt homo, videt & Deus; quia homo videt in facie, Deus autem videt in corde.*

℣. 10. Sic enarrat Hilar. ubi sup. *Adest & secundus, adest & tertius, adsunt & omnes, quos tunc Jesse præsentes habebat; sed nullus de præsentibus exstitit qui placeret. Verùm quia propheta Samuel..... ex iis qui præsentes erant intelligeret nullum à Deo esse electum, Jesse ait,* &c. ut inf. In Gr. autem sic: Καὶ παρήγαγεν Ἰεσσαὶ τοὺς ἑπτὰ υἱοὺς αὐτοῦ ἐνώπιον Σαμυήλ· καὶ εἶπε Σαμυήλ· Οὐκ ἐξελέξατο Κύριος ἐν τούτοις. *Et adduxit Jesse septem filios suos coram Samuel: & dixit Samuel: Non elegit Dominus in his.*

℣. 11. Idem valent quæ habentur Græcè: Καὶ εἶπε Σαμυὴλ πρὸς Ἰεσσαί· Ἐκλελοίπασι τὰ παιδάρια; Καὶ εἶπεν· Ἔτι ὁ μικρὸς, ἰδοὺ ποιμαίνει ἐν τῷ ποιμνίῳ. *Et ait Samuel ad Jesse: Defecerunt filii? Et ait: Adhuc parvus, ecce pascit in grege.* In ed. Compl. Μὴ ἐκλελοίπασι τὰ παιδάρια σου, al. Μὴ ἐκλέλοιπε τὰ, &c. paulò post in Compl. ἔσιν ὁ μικρότερος, ἰδοὺ ἰδοὺ, &c.

℣. 12. Eò spectant quæ narrat Ambros. in Ps. 118. to. 1. 1201. f. *Ipse David quoque junior fratribus, cùm patris oves pasceret, tanquam vilis ablegatus obsequio, non oblatus est sacerdoti, quasi indignus qui ungeretur in regnum; sed à sacerdote quæsitus, & accersitus à pascuis, prærogativam regiæ unctionis accepit.*

℣. 13. Gr. ἀνέστη, *surrexit*, loco *perrexit*, & pro *Ramatha*, Ἀρμαθαὶμ, al. Ἀρμαθέμ.

℣. 14. Ita Græcè, nisi quòd pro *comprehendit*, habetur ἔπτυε, *suffocabat*, detracto in fine, & *suffocabat eum*: at Aug. infra col. 108. g. constanter legit: *Recessit ab eo Spiritus Dei, & comprehendit eum spiritus malignus, à Domino.* Tertul. l. de fuga in pers. 969. c. Et *abscessit Spiritus Domini à Saule, & concutiebat eum spiritus nequam, à Domino, & suffocabat eum.* Eucher. q. in Gen. col. 843. c. *Suffocabat Saul spiritus malus Domini.* Philastr. Brix. de Hæres. 713. d. *Recessit ab eo Spiritus Domini, & immundus spiritus fatigabat eum.* In Mſ. Floriac. sic: Et *Spiritus Domini recessit à Saule, & comprehendit eum spiritus malus, à Domino, & suffocabat eum.*

℣. 15. Sic est in Græco ad verbum, additâ unâ voculâ δὴ, ad *ecce*, quæ tamen abest ab edit. Compl. Hieron. in Joel. 2. to. 3. 1357. b. legit: *Esse spiritus Dei malus obstupescere te facit.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

20. Tulit itaque Iſai aſinum plenum panibus, & lagenam vini, & hœdum de capris unum, & miſit per manum David filii ſui Sauli.

21. Et venit David ad Saul, & ſtetit coram eo: at ille dilexit eum nimis, & factus eſt ejus armiger.

22. Miſitque Saul ad Iſai, dicens: Stet David in conſpectu meo: invenit enim gratiam in oculis meis.

23. Igitur quandocunque ſpiritus Domini malus arripiebat Saul, David tollebat citharam, & percutiebat manu ſua, & refocillabatur Saul, & leviùs habebat: recedebat enim ab eo ſpiritus malus.

23..... *Vide Not.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 23. Non omittenda quæ obſervat Aug. in hunc loc. ſcilicet l. 2. ad Simplic. to. 6. 108. g. 109. a. *In nonnullis*, inquit, *exemplaribus, & eis maximè, quæ de lingua Hebræa ad verbum videntur expreſſa, invenitur* ſpiritus Dei, *ſine additamento, & intelligitur malus, ex eo quòd arripiebat Saul, & reficiebat eum David tangendo citharam:* at, inquit, *manifeſtum eſt ideo non additum* malus, *quia paulò ſuperiùs jam dictum erat, & de vicinitate ſcripturæ ſubaudiri & intelligi poterat: ita enim in hujus modi exemplaribus legitur:* Igitur quandocunque ſpiritus Domini arripiebat Saul, tollebat David citharam, & percutiebat manu ſua, & refocillabatur Saul, & leviùs habebat: recedebat enim ab eo ſpiritus malus. (ut in Vulg.) *Sive ergo quod hic non eſt dictum* ſpiritus Dei, *ſed tantummodo* ſpiritus malus, *quod ibi minùs dictum erat, tunquam redditum apparet; ſive quia ſuperiùs ita poſitum erat:* (℣℣. 15. & 16.) Et dixerunt ſervi Saul ad eum: Ecce ſpiritus Dei malus exagitat te, &c. ut in Vulg. *non opus erat, cùm rurſum diceretur:* Quandocunque ſpiritus Dei arripiebat Saul, *addere* malum, *quia notum erat, de quo tunc diceretur.* Attamen in Vulg. noſtra nunc legitur: *Quandocunque ſpiritus Domini* malus *arripiebat Saul*, &c. unde apparet hanc vocem *malus*, in eam fuiſſe invectam ex edit. LXX.

CAPUT XVII.

VULGATA NOVA.

1. CONgregantes autem Philiſthiim agmina ſua in prælium, convenerunt in Socho Judæ: & caſtrametati ſunt inter Socho & Azeca, in finibus Dommim.

2. Porro Saul & filii Iſraël congregati venerunt in Vallem terebinthi, & direxerunt aciem ad pugnandum contra Philiſthiim.

3. Et Philiſthiim ſtabant ſuper montem ex parte hac, & Iſraël ſtabat ſupra montem ex altera parte: valliſque erat inter eos.

4. Et egreſſus eſt vir ſpurius de caſtris Philiſthinorum, nomine Goliath, de Geth, altitudinis ſex cubitorum & palmi:

5. & caſſis ærea ſuper caput ejus, & loricâ ſquamatâ induebatur: porro pondus loricæ ejus, quinque millia ſiclorum æris erat:

6. & ocreas æreas habebat in cruribus: & clypeus æreus tegebat humeros ejus:

7. haſtile autem haſtæ ejus, erat quaſi liciatorium texentium: ipſum autem ferrum haſtæ ejus, ſexcentos ſiclos habebat ferri: & armiger ejus antecedebat eum.

8. Stanſque clamabat adversùm phalangas Iſraël, & dicebat eis: Quare veniſtis parati ad prælium? Nunquid ego non ſum Philiſthæus, & vos ſervi Saul? Eligite ex vobis virum, & deſcendat ad ſingulare certamen:

9. ſi quiverit pugnare mecum, & percuſſerit me, erimus vobis ſervi: ſi autem ego prævaluero, & percuſſero eum, vos ſervi eritis, & ſervietis nobis.

10. Et aiebat Philiſthæus: Ego exprobravi agminibus Iſraël hodie: Date mihi virum, & ineat mecum ſingulare certamen.

11. Audiens autem Saul, & omnes Iſraëlitæ ſermones Philiſthæi hujuſcemodi, ſtupebant, & metuebant nimis.

12. David autem erat filius viri Ephrathæi, de quo ſupra dictum eſt, de Bethlehem Judæ, cui nomen erat Iſai, qui habebat octo filios, & erat vir in diebus Saul ſenex, & grandævus inter viros.

12..... 31. *Vide Not.*

Sup. 16. 1.

13. Abierunt autem tres filii ejus majores poſt Saul in prælium: & nomina trium filiorum ejus, qui perrexerunt ad bellum, Eliab primogenitus, & ſecundus Abinadab, tertiuſque Samma.

14. David autem erat minimus. Tribus ergo majoribus ſecutis Saulem,

15. abiit David, & reverſus eſt à Saul, ut paſceret gregem patris ſui in Bethlehem.

16. Procedebat verò Philiſthæus manè & veſpere, & ſtabat quadraginta diebus.

17. Dixit autem Iſai ad David filium ſuum: Accipe fratribus tuis ephi polentæ, & decem panes iſtos, & curre in caſtra ad fratres tuos,

18. & decem formellas caſei has deferes ad tribunum: & fratres tuos viſitabis, ſi rectè agant: & cum quibus ordinati ſunt, diſce.

19. Saul autem, & illi, & omnes filii Iſraël in Valle terebinthi pugnabant adversùm Philiſthiim.

20. Surrexit itaque David manè, & commendavit gregem cuſtodi: & onuſtus abiit, ſicut præceperat ei Iſai. Et venit ad locum Magala, & ad exercitum, qui egreſſus ad pugnam vociferatus erat in certamine.

21. Direxerat enim aciem Iſraël, ſed & Philiſthiim ex adverſo fuerant præparati.

22. Derelinquens ergo David vaſa quæ attulerat, ſub manu cuſtodis ad ſarcinas, cucurrit ad locum certaminis, & interrogabat ſi omnia rectè agerentur erga fratres ſuos.

23. Cùmque adhuc ille loqueretur eis, apparuit vir ille ſpurius aſcendens, Goliath nomine, Philiſthæus, de Geth, de caſtris Philiſthinorum: & loquente eo hæc eadem verba audivit David.

24. Omnes autem Iſraëlitæ, cùm vidiſſent virum, fugerunt à facie ejus, timentes eum valde.

25. Et dixit unus quiſpiam de Iſraël: Num vidiſtis virum hunc qui aſcendit? ad exprobrandum enim Iſraëli aſcendit. Virum ergo qui percuſſerit eum, ditabit rex divitiis magnis, & filiam ſuam dabit ei, & domum patris ejus faciet abſque tributo in Iſraël.

26. Et ait David ad viros qui ſtabant ſecum, dicens: Quid dabitur viro, qui percuſſerit Philiſthæum hunc, & tulerit opprobrium de Iſraël? quis enim eſt hic Philiſthæus incircumciſus, qui exprobravit acies Dei viventis?

27. Referebat autem ei populus eundem ſermonem, dicens: Hæc dabuntur viro, qui percuſſerit eum.

28. Quod cùm audiſſet Eliab frater ejus major, loquente eo cum aliis, iratus eſt contra David, & ait: Quare veniſti, & quare dereliquiſti pauculas oves illas in deſerto? ego novi ſuperbiam tuam, & nequitiam cordis tui: quia ut videres prælium, deſcendiſti.

29. Et dixit David: Quid feci? nunquid non verbum eſt?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 12..... 31. A Gr. Vatic. penitus abſunt, quæ reſpondeant viginti his Vulgatæ verſibus: exſtant verò in Gr. Alex. ac editt. Ald. & Compl. Vide Ambroſ. inf.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

30. Et declinavit paululùm ab eo ad alium : dixitque eundem sermonem. Et respondit ei populus verbum sicut priùs.

31. Audita sunt autem verba, quæ locutus est David, & annuntiata in conspectu Saul.

VERSIO ANTIQUA.

Auct. l. de promiss. ap. Prosp. p. 151. b.

32..... Non corruat cor domini mei : ego ibo, & pugnabo huic Allophylo.

VULGATA NOVA.

32. Ad quem cùm fuisset adductus, locutus est ei : Non concidat cor cujusquam in eo : ego servus tuus vadam, & pugnabo adversùs Philisthæum.

Ambr. in Ps. 118. s. 1. 1202. a.

33..... Non potes ire ad Allophylum, & pugnare cum eo : quoniam tu puer es, & ille vir bellator est à juventute sua.

33. Et ait Saul ad David : Non vales resistere Philisthæo isti, nec pugnare adversùs eum : quia puer es, hic autem vir bellator est ab adolescentia sua.

VULGATA NOVA.

34. Dixitque David ad Saul : Pascebat servus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel ursus, & tollebat arietem de medio gregis :

34... 35. *Vide Not.*

Eccli. 47. 3.

35. & persequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum : & illi consurgebant adversùm me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos.

VERSIO ANTIQUA.

Auct. l. de promiss. p. 151. b. Ex Ms. Germ. n. 7.

36. Et leonem & ursum occîdit servus tuus : sic erit iste unus ex illis. Nunc vadam, & auferam opprobrium populi : quoniam quis est iste Philistæus incircumcisus.....

VULGATA NOVA.

36. Nam & leonem & ursum interfeci ego servus tuus : erit igitur & Philisthæus hic incircumcisus, quasi unus ex eis. Nunc vadam, & auferam opprobrium populi : quoniam quis est iste Philisthæus incircumcisus, qui ausus est maledicere exercitui Dei viventis ?

VULGATA NOVA.

37. Et ait David : Dominus qui eripuit me de manu leonis, & de manu ursi, ipse me liberabit de manu Philisthæi hujus. Dixit autem Saul ad David : Vade, & Dominus tecum sit.

38. Et induit Saul David vestimentis suis, & imposuit galeam æream super caput ejus, & vestivit eum loricâ.

39. Accinctus ergo David gladio ejus super vestem suam, cœpit tentare si armatus posset incedere : non enim habebat consuetudinem. Dixitque David ad Saul : Non possum sic incedere, quia non usum habeo. Et deposuit ea,

39..... 40. *Vide Not.*

40. & tulit baculum suum, quem semper habebat in manibus : & elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem, quam habebat secum, & fundam manu tulit : & processit adversùm Philisthæum.

41. Ibat autem Philisthæus incedens, & approPinquans adversùm David, & armiger ejus ante eum.

42. Cùmque inspexisset Philisthæus, & vidisset David, despexit eum. Erat enim adolescens, rufus, & pulcher aspectu.

42. 43... 45. *Vide Not.*

43. Et dixit Philisthæus ad David : Nunquid ego canis sum, quòd tu venis ad me cum baculo ? Et maledixit Philisthæus David in diis suis :

44. dixitque ad David : Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cœli & bestiis terræ.

45. Dixit autem David ad Philisthæum : Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo : ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Israël, quibus exprobrasti

46. hodie, & dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te : & dabo cadavera castrorum Philisthiim hodie volatilibus cœli & bestiis terræ : ut sciat omnis terra, quia est Deus in Israël.

VERSIO ANTIQUA.

Ferrand. diac. ep. ad Regin. p. 158.

47..... non in gladio, neque in hasta salvat Dominus : ipsius est bellum.....

VULGATA NOVA.

47. Et noverit universa ecclesia hæc, quia non in gladio, nec in hasta salvat Dominus : ipsius

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 32. Gr. Μὴ δὴ ϛυμπεσέτω καρδία τῦ κυρίυ μυ ἐπ' αὐτόν· ὁ ἀλλόφυλος ϛὺ πορεύεσθαι, ϗ πολεμήσ μετὰ τῦ ἀλλοφύλυ τύτυ. Eò pariter spectant quæ narrat Ambros. in Ps. 118. to. 1. 1201. f. de David : *Progressus*, inquit, *ad bellum, cùm Golias totum populum Judæorum corporis sui mole despiciens, singulari certamine provocaret, timentibus cæteris, popposcit à rege, ut congrediendi sibi permitteret facultatem. Necdum quidem tanto certamini habilis æstimatus est, rege dicente : Non potes*, &c.

℣. 33. Ita Græcè, præter hæc minima, ὃ μὴ δυνήσῃ, *non poteris*, pro *non potes*, detracto ϛ, ante *pugnare*, pro quo sic, τῦ πολεμεῖν, *ad pugnandum ;* exinde transfertur σὺ, post *es* ; tollitur verò *est*, post *bellator* : in Compl. σὺ παιδάριον. Auct. l. de promiss. p. 151. b. similiter hab. *Cui Saul : Non potes, ait, quia tu puer es, & ille vir bellator est à juventute sua.*

℣℣. 34. 35. Pergit Ambros. ubi sup. & alludens, ait : *Neque esset admissus, nisi fecisset fidem, quòd in sua adolescentia leonem suis manibus strangulatum, extractis raptæ ovis cruribus, peremisset.*

℣. 36. Priora verba ad hoc, *nunc vadam*, de Auctore anon. sunt ; reliqua ex Ms. Germ. qui illa exhibet in margine, eadem manu descripta : similiter in Corb. n. 3. ut & in Germ. n. 9. intra textum, sed expuncta de more. Hæc autem verba intermedia absunt ab Hebraïco contextu, nec derivata sunt in Vulgatam nostram, nisi è Gr. LXX. ubi nunc ita leguntur : Οὐχὶ πορεύσομαι, ϗ παταξω αὐτὸν, ϗ ἀφελῶ ϛὴμερον ὄνειδος ἐξ Ἰσραήλ ; διότι τίς ὁ ἀπερίτμητος οὗτος, ὃς ὠνείδισε παράταξιν Θεῦ ζῶντος ; His omnibus præponuntur ista : Καὶ τὸν λέοντα, ϗ τὴν ἄρκτον ἐτυπτεν ὁ παῖς ὁ δῦλός συ· ϗ ἔσαι ὁ ἀλλόφυλος ὁ ἀπερίτμητος ὡς ἓν τύτων· quæ leviter tantùm differunt à Lat. sup. In edit. Compl. desunt seqq. Οὐχὶ πορεύσομαι, &c. sed solâ

℣℣. 39. 40. His duobus respondent quæ Aug. ait ser. 32. to. 5. col. 160. b. *Noluit David vetustatem armorum ; abjecit, onerosa esse dixit, quia implicabant eum..... tamen abjectis armis, elegit aliquid unde pugnaret..... tulit quinque lapides de torrente, de fluvio, & posuit in vase pastoris, quo lac mulgeri solet ; & ita processit armatus.* Pro *vase pastoris*, legitur Græcè, τῷ καδίῳ τῷ ποιμενικῷ, ut in Vulg.

℣℣. 42. 43..... 45. His pariter respondent quæ narrat Ambros. de Davide, scilicet in Ps. 118. to. 1. col. 1202. a. *Ipse etiam despectus ab allophylo, quòd adversùs armatum præliatorem cum virga & lapidibus processisset, retulit, non viribus se fretum esse, non armis, sed in nomine Domini confidentem ad prælium esse progressum, ut lacessitæ plebis auferret opprobrium.*

℣. 47. Gr. Οὐκ ἐν ῥομφαίᾳ, ϗ λόγχῃ ϛώζει Κύριος, ὅτι τῦ Κυρίυ ὁ πόλεμος, &c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

enim est bellum, & tradet vos in manus nostras.

48. Cùm ergo surrexisset Philisthæus, & veniret, & appropinquaret contra David, festinavit David, & cucurrit ad pugnam ex adverso Philisthæi.

49. Et misit manum suam in peram, tulitque unum lapidem, & fundâ jecit, & circumducens percussit Philisthæum in fronte: & infixus est lapis in fronte ejus, & cecidit in faciem suam super terram.

Eccli. 47. 4. *1. Mac.* 4. 30.

50. Prævaluitque David adversùm Philisthæum in funda & lapide, percussumque Philisthæum interfecit. Cùmque gladium non haberet in manu David,

51. cucurrit, & stetit super Philisthæum, & tulit gladium ejus, & eduxit eum de vagina sua: & interfecit eum, præcîditque caput ejus. Videntes autem Philisthiim, quòd mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt.

52. Et consurgentes viri Israël & Juda vociferati sunt, & persecuti sunt Philisthæos usque dum venirent in vallem, & usque ad portas Accaron, ceciderunntque vulnerati de Philisthiim in via Saraim, & usque ad Geth, & usque ad Accaron.

53. Et revertentes filii Israël postquam persecuti fuerant Philisthæos, invaserunt castra eorum.

54. Assumens autem David caput Philisthæi, attulit illud in Jerusalem: arma verò ejus posuit in tabernaculo suo.

55. Eo autem tempore, quo viderat Saul David egredientem contra Philisthæum, ait ad Abner principem militiæ: De qua stirpe descendit hic adolescens, Abner? dixitque Abner: Vivit anima tua, rex, si novi.

55..... 58. *Vide Not.*

56. Et ait rex: Interroga tu, cujus filius sit iste puer.

57. Cùmque regressus esset David, percusso Philisthæo, tulit eum Abner, & introduxit coram Saule, caput Philisthæi habentem in manu.

58. Et ait ad eum Saul: De qua progenie es, ô adolescens? Dixitque David: Filius servi tui Isai Bethlehemitæ ego sum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 55..... 58. Hi quatuor versus non leguntur in Gr. Vatic. exstant verò in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. & respondent Vulgatæ.

CAPUT XVIII.

VULGATA NOVA.

1. ET factum est cùm complesset loqui ad Saul: anima Jonathæ conglutinata est animæ David, & dilexit eum Jonathas quasi animam suam.

VERSIO ANTIQUA.

1. FActum est post verba hæc: colligata est anima Jonathæ cum anima David..... *Hieron. in ep. ad Eph. l. 2. t. 4. 359. b.*

VULGATA NOVA.

2. Tulitque eum Saul in die illa, & non concessit ei ut reverteretur in domum patris sui.

3. Inierunt autem David & Jonathas fœdus: diligebat enim eum quasi animam suam.

4. Nam exspoliavit se Jonathas tunicâ, qua erat indutus, & dedit eam David, & reliqua vestimenta sua, usque ad gladium & arcum suum, & usque ad balteum.

5. Egrediebatur quoque David ad omnia quæcunque misisset eum Saul, & prudenter se agebat: posuitque eum Saul super viros belli, & acceptus erat in oculis universi populi, maximèque in conspectu famulorum Saul.

VULGATA NOVA.

VERSIO ANTIQUA.

6. Porro cùm reverteretur perçusso Philisthæo David, egressæ sunt mulieres de universis urbibus Israël, cantantes, chorosque ducentes in occursum Saul regis, in tympanis lætitiæ, & in sistris.

6..... & ferret caput ejus in Jerusalem..... *Ex Mſ. Corb. n. 3.*

7. Et præcinebant mulieres ludentes, atque dicentes: Percussit Saul mille, & David decem millia.

Eccli. 47. 7.

7..... Percussit Saul in millibus, David in decem millibus. *Ambr. in Luc. 20. t. 1. 1507. b.*

VULGATA NOVA.

8. Iratus est autem Saul nimis, & displicuit in oculis ejus sermo iste: dixitque: Dederunt David decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei superest, nisi solum regnum?

9. Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat David à die illa, & deinceps.

9..... 11. *Vide Not.*

10. Post diem autem alteram, invasit spiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus suæ: David autem psallebat manu sua, sicut per singulos dies: tenebatque Saul lanceam,

11. & misit eam, putans quòd configere posset

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hic versus prior cum aliis quatuor sequentibus similiter abest à Gr. Vatic. non autem ab Alex. ac editt. Ald. & Compl. in quibus ita primùm legitur: Καὶ ἐγένετο ὡς συνετέλεσε λαλῶν πρὸς Σαὺλ, καὶ ἡ ψυχὴ Ἰωνάθαν συνεδέθη τῇ ψυχῇ Δαυίδ.

℣. 6. Hoc additamentum exhibet Mſ. Corb. n. 3. in margine, eadem manu, ut & alter Corb. n. 13. post has Vulgatæ voces, *Porro cùm reverteretur percusso Philisthæo David*, quæ ultima verba absunt à Gr. Vatic. leguntur autem in Alex. ac editt. Ald. & Compl. At in Græcorum nullo reperitur superius additamentum, nec etiam in Hebraïco textu: derivatum fortè est ex veteri aliqua translatione Latina, ut suspicatur Martianæus noster.

℣. 7. Græcè præmittuntur ista: Καὶ ἐξῆρχον αἱ γυναῖκες, καὶ ἔλεγον pro quibus Ambros. hab. sup. *Occurrunt juvenculæ, dicentes:* sequuntur in Gr. Ἐπάταξε Σαὺλ ἐν χιλιάσιν αὐτοῦ, καὶ Δαυὶδ ἐν μυριάσιν αὐτοῦ· quæ respondent Latino supra. Idem tamen Ambros. in Ps. 118. to. 1. 1191. a. & 1202. c. legit: *Saul triumphavit in millibus, David in decem millibus:* similiter l. de apol. Dav. 680. b. sicut l. 5. de fide, to. 2. 553. c. præmissis his: *Occurrerunt psallentes juvenculæ:* in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. γυναῖκες αἱ παίζουσαι. Aug. in Ps. 33. col. 209. b. *Et choro jam facto mulieres cantaverunt gloriam David, quòd Saul percussisset in millibus, & David in denis millibus.*

℣℣. 9. 10. 11. Hi versus tres non inveniuntur in Gr. Vat. secus in Alex. ac editt. Ald. & Compl.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

David cum pariete : & declinavit David à facie ejus secundò.

12. Et timuit Saul David, eò quòd Dominus esset cum eo, & à se recessisset.

13. Amovit ergo eum Saul à se, & fecit eum tribunum super mille viros : & egrediebatur, & intrabat in conspectu populi.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 187. d.

14. Et erat David in omnibus viis suis sapiens, & Dominus erat cum illo.

VULGATA NOVA.

14. In omnibus quoque viis suis David prudenter agebat, & Dominus erat cum eo. *Sup. 16.*

15. Vidit itaque Saul quòd prudens esset nimis, & cœpit cavere eum. 13.

16. Et omnis Israël & Juda diligebant David....

16. Omnis autem Israël & Juda diligebat David : ipse enim ingrediebatur & egrediebatur ante eos.

VULGATA NOVA.

17. Dixitque Saul ad David : Ecce filia mea major Merob, ipsam dabo tibi uxorem : tantummodo esto vir fortis, & præliare bella Domini. Saul autem reputabat, dicens : Non sit manus mea in eum, sed sit super eum manus Philisthinorum. *Inf. 25. 28.*

17..... 19. *Vide Not.*

18. Ait autem David ad Saul : Quis ego sum, aut quæ est vita mea, aut cognatio patris mei in Israël, ut fiam gener regis ?

19. Factum est autem tempus, cùm deberet dari Merob filia Saul David, data est Hadrieli Molathitæ uxor.

20. Dilexit autem David Michol filia Saul altera. Et nunciatum est Saul, & placuit ei.

21. Dixitque Saul : Dabo eam illi, ut fiat ei in scandalum, & sit super eum manus Philisthinorum. Dixitque Saul ad David : In duabus rebus gener meus eris hodie.

22. Et mandavit Saul servis suis : Loquimini ad David clam me, dicentes : Ecce places regi, & omnes servi ejus diligunt te. Nunc ergo esto gener regis.

23. Et locuti sunt servi Saul in auribus David omnia verba hæc. Et ait David : Num parum videtur vobis, generum esse regis ? Ego autem sum vir pauper & tenuis.

24. Et renuntiaverunt servi Saul, dicentes : Hujuscemodi verba locutus est David.

25. Dixit autem Saul : Sic loquimini ad David : Non habet rex sponsalia necesse, nisi tantùm centum præputia Philisthinorum, ut fiat ultio de inimicis regis. Porro Saul cogitabat tradere David in manus Philisthinorum.

26. Cùmque renuntiassent servi ejus David, verba quæ dixerat Saul, placuit sermo in oculis David, ut fieret gener regis.

27. Et post paucos dies surgens David, abiit cum viris qui sub eo erant. Et percussit ex Philisthiim ducentos viros, & attulit eorum præputia, & annumeravit ea regi, ut esset gener ejus. Dedit itaque Saul ei Michol filiam suam uxorem.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi sup.

28. Et vidit Saul quoniam Dominus cum David est. Et omnis Israël diligebat eum.

29. Et magis adjecit Saul timere à facie David.

VULGATA NOVA.

28. Et vidit Saul, & intellexit quòd Dominus esset cum David. Michol autem filia Saul diligebat eum.

29. Et Saul magis cœpit timere David : factusque est Saul inimicus David cunctis diebus.

VULGATA NOVA.

30. Et egressi sunt principes Philisthinorum : *Sup. 14.* à principio autem egressionis eorum, prudentiùs se gerebat David quàm omnes servi Saul, & celebre factum est nomen ejus nimis.

30..... *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 14. Sic est in Græco, excepto uno ζυνιῶν, *intelligens*, pro *sapiens*.

℣. 16. Ita Lucif. subdit, omisso intermedio ℣. 15. qui tamen exstat in Græco, sicut hîc ἠγάπα, *diligebat*, pro *diligebant*.

℣℣. 17. 18. 19. Totidem absunt à Græco Vatic. qui tamen leguntur in Alex. ut in editt. Ald. & Compl.

℣. 28. Ad verbum è Græco, excepto uno *est*, quod deest.

℣. 29. In Gr. Vat. simpliciter : Καὶ προσέθετο συλλεῖσθαι ἀπὸ Δαυὶδ ἔτι. *Et adjecit cavere à David amplius* : at in edit. Compl. sic : Προσέθετο Σαὺλ φοβεῖσθαι ἀπὸ προσώπου Δαυίδ, ut sup.

℣. 30. Hic versus penitus omittitur in Gr. Vat. exstat verò in Alex. ac editt. Ald. & Compl. de more, non autem apud Lucif. supra.

CAPUT XIX.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 187. d.

1. ET locutus est Saul ad Jonatham filium suum, & ad omnes pueros suos, occidere David. Et Jonathan filius Saul diligebat David valde.

2. Et indicavit Jonatha David, dicens : Saul quærit occidere te.....

VULGATA NOVA.

1. LOcutus est autem Saul ad Jonathan filium suum, & ad omnes servos suos, ut occiderent David. Porro Jonathas filius Saul diligebat David valde.

2. Et indicavit Jonathas David, dicens : Quærit Saul pater meus occidere te : quapropter observa te, quæso, manè, & manebis clam, & absconderis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Græcè verbum pro verbo, nisi quòd pro *diligebat*, habetur ἤρεῖτο, quasi *deligebat*, ab αἱρέω, *capio*, *eligo*, mel. in Compl. ἠγάπα.

℣. 2. Sic est in Gr. præter unum, ἀπήγγειλε..... τῷ Δαυὶδ, *annuntiavit..... ipsi David*, pro *indicavit..... David*, quod idem sonat.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

3. Ego autem egrediens ſtabo juxta patrem meum, in agro ubicunque fueris: & ego loquar de te ad patrem meum: & quodcunque vidéro, nunciabo tibi.

4. Locutus eſt ergo Jonathas de David bona ad Saul patrem ſuum: dixitque ad eum: Ne pecces rex in ſervum tuum David, quia non peccavit tibi, & opera ejus bona ſunt tibi valde.

5. Et poſuit animam ſuam in manu ſua, & percuſſit Philiſthæum, & fecit Dominus ſalutem magnam univerſo Iſraëli: vidiſti, & lætatus es. Quare ergo peccas in ſanguine innoxio, interficiens David, qui eſt abſque culpa?

6. Quod cùm audiſſet Saul, placatus voce Jonathæ, juravit: Vivit Dominus, quia non occidetur.

VERSIO ANTIQUA.

4. Et locutus eſt Jonatha ad patrem ſuum, dicens: Noli peccare rex in ſervum tuum David, quoniam non peccavit in te, & facta ejus bona ſunt valde. *Lucif. Cal. ubi ſup.*

5. Et poſuit animam ſuam in manibus ſuis, & occîdit alienigenam, & fecit Dominus ſalutem in Iſraël: & omnis Iſraël viderunt, & gaviſi ſunt. Et ut quid peccas in ſanguinem, & occidere vis David ſine cauſa?

6. Et audivit Saul vocem Jonathæ filii ſui, & juravit Saul, dicens: Vivit Dominus, ſi mortuus fuerit David.

VULGATA NOVA.

7. Vocavit itaque Jonathas David, & indicavit ei omnia verba hæc: & introduxit Jonathas David ad Saul, & fuit ante eum, ſicut fuerat heri & nudiuſtertius.

VULGATA NOVA.

8. Motum eſt autem rurſum bellum: & egreſſus David, pugnavit adversùm Philiſthiim: percuſſitque eos plagâ magnâ, & fugerunt à facie ejus.

9. Et factus eſt ſpiritus Domini malus in Saul: ſedebat autem in domo ſua, & tenebat lanceam: porro David pſallebat manu ſua.

10. Niſuſque eſt Saul configere David lanceâ in pariete, & declinavit David à facie Saul: lancea autem caſſo vulnere perlata eſt in parietem, & David fugit, & ſalvatus eſt nocte illa.

11. Miſit ergo Saul ſatellites ſuos in domum David, ut cuſtodirent eum, & interficeretur manè. Quod cùm annuntiaſſet David Michol uxor ſua, dicens: Niſi ſalvaveris te nocte hac, cras morieris:

VERSIO ANTIQUA.

8. Et adjectum eſt bellum fieri: & invaluit David, & expugnavit alienigenas: & percuſſit illos plagâ magnâ, & fugerunt à facie David. *Lucif. Cal. ubi ſup.*

9. Et factus eſt in Saul ſpiritus malus: & ipſe in domo ſua dormiebat, & erat in manu ejus lancea: & ecce pſallebat in manibus ſuis.

10. Et quærebat Saul percutere lanceâ David, & percuſſit, & declinavit David à facie Saul: & percuſſit lancea in parietem, & David fugit, & ſalvus factus eſt.

11. Et factum eſt in illa nocte, & miſit Saul nuncios ad domum David, ut cuſtodirent illum, quò manè occideret illum.....

VULGATA NOVA.

12. depoſuit eum per feneſtram: porro ille abiit & aufugit, atque ſalvatus eſt.

13. Tulit autem Michol ſtatuam, & poſuit eam ſuper lectum, & pellem piloſam caprarum poſuit ad caput ejus, & operuit eam veſtimentis.

VULGATA NOVA.

14. Miſit autem Saul apparitores, qui raperent David: & reſponſum eſt quòd ægrotaret:

15. Rurſumque miſit Saul nuncios ut viderent David, dicens: Afferte eum ad me in lecto, ut occidatur.

VERSIO ANTIQUA.

14. Saul miſit nuncios, ut acciperent David: & reſponderunt vexari illum graviter. *Hieron. epiſt. ad Marcell. t. 2. 615. b.*

15..... Afferte illum in lecto ad me, ut occidam illum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Gr. poſt *Jonatha*, addit, *περὶ Δαυὶδ ἀγαθὰ πρὸς Σαὺλ*, dein *τὸν πατέρα*, *de David bona ad Saul*, &c. tum pro *dicens*, ſic, *καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν*, *& dixit ad eum*, & pro *noli peccare*, *μὴ ἁμαρτησάτω*, *ne pecces*; reliqua concordant ad verbum, deleto uno *ſunt*, in fine. Ambroſ. ep. 51. to. 2. 999. d. legit: *Noli peccare in ſervum tuum David.*

℣. 5. Nonnulla variant Græcè, videlicet ſing. *τῇ χειρὶ αὐτοῦ*, pro plurali *manibus ſuis*, at in Compl. eſt *ταῖς χερσί*; dein *καὶ ἐπάταξε*, *percuſſit*, pro *occîdit*; paulòque poſt ita, *μεγάλην*, *magnam*, loco *in Iſraël*: exinde ad *ſanguinem*, additur *ἀθῷον*, *innoxium*, proximèque *θανατῶσαι τὸν Δαυὶδ δωρεάν*, *interficiendo David gratis*, loco *occidere vis*, &c. Ambroſ. ep. 51. to. 2. 999. d. legit: *Ut quid peccas in ſanguinem innocentem*, *occidere David ſine cauſa?* & in Pſ. 118. to. 1. 1147. e. *Quid peccas in ſanguinem innocentis?*

℣. 6. Abſunt à Gr. *filii ſui*, & in fine *David*; loco verò *mortuus fuerit*; ſic, *ἀποθανεῖται*, *morietur*; reliqua concordant.

℣. 8. Pro *adjectum eſt*, habetur Græcè *προσέθετο*, at in edit. Compl. *προσετέθη*; exinde ad *fieri*, additur *πρὸς Σαὺλ*, *adversùs Saul*, ut infra loco *illos plagâ magnâ*, ſic, *ἐν αὐτοῖς πληγὴν μεγάλην σφόδρα*, *in eis plagam magnam valde*; item in fine, *αὐτῷ*, pro *David*; reliqua ut in Lat. ſup.

℣. 9. In Gr. ſic: *πνεῦμα Θεοῦ πονηρὸν ἐπὶ Σαύλ*, *ſpiritus Dei malus ſuper Saul*, loco *in Saul ſpir. malus*; exinde deleto *ſua*, poſt *domo*, loco *dormiebat*, ponitur *καθεύδων*, *ſedens*; edit. tamen Ald. retinet *αὐτῷ*, cum Compl. in qua etiam ſeq. *ἐκάθετο*; tum in Vat. & al. ſic, *καὶ δόρυ*, *& haſtá*, loco *& erat*, demtis ſeqq. *lancea*, & *ecce*, cujus ultimi loco ponitur *Δαυὶδ*; in Mſ. tamen Alex. ſic; *καὶ ἰδοὺ Δαυὶδ*· item in eodem Mſ. præponitur *ἐν*, *in*, voci *manibus*, ſicut in edit. Ald. & Compl. deeſt verò in Gr. Vatic.

℣. 10. Hæc variant Græcè, nempe *τὸ δόρυ εἰς Δαυὶδ*, *haſtam in David*, pro *lanceâ David*; at in edit. Compl. ſic, *ἐν δόρατι τὸν Δαυὶδ*· deinde pro *declinavit*, ita, *ἀπέστη*, *receſſit*, abſque præced. *& perculſit*: demum pro *fugit*, ſic, *ἀνεχώρησε*, *receſſit*.

℣. 11. Ad verbum è Græco, exceptis his, *quò manè occideret illum*, pro quibus ſimpliciter, *τοῦ θανατῶσαι αὐτὸν αὐτοῖ*, *ad occidendum eum manè*.

℣. 14. Hunc verſiculum ſatis exprimit Hieron. ſupra; nam in Gr. ſic: *Καὶ ἀπέστειλε Σαὺλ ἀγγέλους λαβεῖν τὸν Δαυὶδ· καὶ λέγουσιν ἀνοχλεῖσθαι αὐτόν.*

℣. 15. Subdit Hieron. ſup. *Miſit rurſum dicens: Afferte*, &c. Gr. *Καὶ ἀπέστειλε ἐπὶ τὸν Δαυὶδ, λέγων· Ἀγάγετε αὐτὸν ἐπὶ τῆς κλίνης πρός με, τοῦ θανατῶσαι αὐτόν. Et miſit ſuper David, dicens; Adducite eum ſuper lectum ad me, ad interficiendum eum.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. 16. Et venerunt nuncii; & ecce cenotaphia in lecto, & jecur caprarum.....

VULGATA NOVA.

16. Cùmque veniſſent nuncii, inventum eſt ſimulachrum ſuper lectum, & pellis caprarum ad caput ejus.

VULGATA NOVA.

17. Dixitque Saul ad Michol: Quare ſic illuſiſti mihi, & dimiſiſti inimicum meum ut fugeret? Et reſpondit Michol ad Saul: Quia ipſe locutus eſt mihi: Dimitte me, alioquin interficiam te.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 187. c. 18. Et David fugit, & ſalvus factus eſt, & venit ad Samuel in Armathen, & renuntiavit ei omnia quæ fecit Saul.....

VULGATA NOVA.

18. David autem fugiens, ſalvatus eſt, & venit ad Samuel in Ramatha, & nunciavit ei omnia quæ fecerat ſibi Saul: & abierunt ipſe & Samuel, & morati ſunt in Naioth.

VULGATA NOVA.

19. Nunciatum eſt autem Sauli à dicentibus: Ecce David in Naioth in Ramatha.

20. Miſit ergo Saul lictores, ut raperent David: qui cùm vidiſſent cuneum prophetarum vaticinantium, & Samuelem ſtantem ſuper eos, factus eſt etiam Spiritus Domini in illis, & prophetare cœperunt etiam ipſi.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Corb. n. 3. 21..... Et iratus iracundiâ Saul,

VULGATA NOVA.

21. Quod cùm nunciatum eſſet Sauli, miſit & alios nuncios: prophetaverunt autem & illi. Et rurſum miſit Saul tertios nuncios: qui & ipſi prophetaverunt. Et iratus iracundiâ Saul,

VULGATA NOVA.

22. abiit etiam ipſe in Ramatha, & venit uſque ad ciſternam magnam, quæ eſt in Socho, & interrogavit, & dixit: In quo loco ſunt Samuel & David? Dictumque eſt ei: Ecce in Naioth ſunt in Ramatha.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ad Simpl. 2. l. 6. 109. c. 23..... factus eſt ſuper eum Spiritus Dei, & ambulabat ingrediens, & prophetabat.....

Ambr. l. 1. offic. t. 2. 57. c. 24..... Et Saul inter prophetas?

VULGATA NOVA.

23. Et abiit in Naioth in Ramatha, & factus eſt etiam ſuper eum Spiritus Domini, & ambulabat ingrediens, & prophetabat uſque dum veniret in Naioth in Ramatha.

24. Et exſpoliavit etiam ipſe ſe veſtimentis ſuis, & prophetavit cum cæteris coram Samuele, & cecidit nudus tota die illa & nocte. Unde & exivit proverbium: Num & Saul inter prophetas? *Sup. 10. 12.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 16. Similiter in Græco, excepto verbo ἔρχονται, *veniunt*, pro *venerunt*. Obſervat ibidem Hieron. *pro* cenotaphiis, *in Hebræo*, theraphim, *id eſt*, μερφώμαλα *poſita eſſe*: tum addit: *Et non decor*, (al. *jecur*, è Gr. ἧπαρ) *caprarum, ut noſtri codices habent; ſed pulvillus de caprarum pelle conſutus, qui intenſis pilis, caput involuti in lectulo hominis mentiretur.*

℣. 18. Ita Græcè, his exceptis, ἀπαγγέλει, *annuntiat*, pro *renuntiavit*, & αὐτῷ, *ſibi*, addito ad *fecit*: item pro *quæ*, ὅσα, *quæcunque*.

℣. 21. Similiter in Gr. Καὶ ἐθυμώθη ὀργῇ Σαὺλ· ſed hæc abſunt ab Hebræo: in Mſ. etiam Lat. ſupradicto leguntur in marg. inferiori, ut in Germ. n. 9. intra textum, ſed expuncta de more.

℣. 23. Græcè, καὶ ἐγενήθη καὶ ἐπ' αὐτῷ, &c. at in edit. Ald. & Compl. deeſt 2. καὶ; exinde ſic, καὶ ἐπορεύετο προφητεύων, & *ibat prophetans*, abſque verbo *ingrediens*; ſed in Mſ. Alex. ac ed. Ald. eſt, ἐπορεύετο πορευόμενος, καὶ προφητεύων, in Compl. ἐπορεύθη πορευόμενος, καὶ προεφήτευσε. Addit Aug. ſup. non poſſe hîc, niſi Spiritum bonum intelligi: *Non ex eo tantùm*, inquit, *quia dictum eſt* prophetabat; *nam in exemplaribus quæ ſunt ex Hebræo, hoc quoque invenitur de ſpiritu malo dictum ita:* Poſt diem autem alteram invaſit ſpiritus Dei malus, &c. de Vulg. 18. 10.

℣. 24. Ambroſ. ibid. *Saul quoque vallatus choro prophetarum, etiam ipſe prophetavit,* & *de ſolo quaſi indigno memoratum eſt*, &c. ut ſup. Græc. Εἰ καὶ Σαὺλ ἐν προφήταις; *Si & Saul in prophetis.*

CAPUT XX.

VULGATA NOVA.

1. FUgit autem David de Naioth, quæ eſt in Ramatha, venienſque locutus eſt coram Jonatha: Quid feci? quæ eſt iniquitas mea, & quod peccatum meum in patrem tuum, quia quærit animam meam?

2. Qui dixit ei: Abſit, non morieris: neque enim faciet pater meus quidquam grande vel parvum, niſi priùs indicaverit mihi: hunc ergo celavit me pater meus ſermonem tantummodo? nequaquam erit iſtud.

3. Et juravit rurſum Davidi. Et ille ait: Scit profectò pater tuus quia inveni gratiam in oculis tuis, & dicet: Neſciat hoc Jonathas, ne fortè triſtetur. Quinimo vivit Dominus, & vivit anima tua, quia uno tantùm (ut ita dicam) gradu, ego morſque dividimur.

4. Et ait Jonathas ad David: Quodcunque dixerit mihi anima tua, faciam tibi.

5. Dixit autem David ad Jonathan: Ecce calendæ ſunt craſtino, & ego ex more ſedere ſoleo juxta regem ad veſcendum: dimitte ergo me ut abſcondar in agro uſque ad veſperam diei tertiæ.

6. Si reſpiciens requiſierit me pater tuus, reſpondebis ei: Rogavit me David, ut iret celeriter in Bethlehem civitatem ſuam: quia victimæ ſolemnes ibi ſunt univerſis contribulibus ſuis. *Luc. 2. 4.*

7. Si dixerit, Bene: pax erit ſervo tuo: ſi autem fuerit iratus, ſcito quia completa eſt malitia ejus.

8. Fac ergo miſericordiam in ſervum tuum: quia fœdus Domini me famulum tuum tecum inire feciſti: ſi autem eſt iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me.

9. Et ait Jonathas: Abſit hoc à te: neque enim fieri poteſt, ut ſi certè cognovero completam eſſe

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

patris mei malitiam contra te, non annuntiem tibi.

10. Respondítque David ad Jonathan : Quis renuntiabit mihi, si quid fortè respónderit tibi pater tuus durè de me?

11. Et ait Jonathas ad David : Veni, & egrediamur foras in agrum. Cùmque exíssent ambo in agrum,

12. ait Jonathas ad David : Domine Deus Israël, si investigavero sententiam patris mei crastino vel perendie : & aliquid boni fuerit super David, & non statim misero ad te, & notum tibi fecero,

13. hæc faciat Dominus Jonathæ, & hæc addat. Si autem perseveraverit patris mei malitia adversùm te, revelabo aurem tuam, & dimittam te, ut vadas in pace, & sit Dominus tecum, sicut fuit cum patre meo.

14. Et si vixero, facies mihi misericordiam Domini : si verò mortuus fuero,

VULGATA NOVA.

15. non auferes misericordiam tuam à domo mea usque in sempiternum, quando eradicaverit Dominus inimicos David, unumquemque de terra : auferat Jonathan de domo sua, & requirat Dominus de manu inimicorum David.

VERSIO ANTIQUA.

15..... aut si non fecero, quando..... auferat Jonathan de domo sua, & requirat Dominus de manu inimicorum David. *Ex Mſ. Corb. n. 3.*

VULGATA NOVA.

16. Pepigit ergo Jonathas fœdus cum domo David : & requisívit Dominus de manu inimicorum David.

17. Et addidit Jonathas dejerare David, eò quòd diligeret illum : sicut enim animam suam, ita diligebat eum.

18. Dixitque ad eum Jonathas : Cras calendæ sunt, & requirêris :

19. requiretur enim sessio tua usque perendie.

19... *Vide Not.*

Descendes ergo festinus, & venies in locum ubi celandus es in die qua operari licet, & sedebis juxta lapidem, cui nomen est Ezel.

20. Et ego tres sagittas mittam juxta eum, & jaciam quasi exercens me ad signum.

21. Mittam quoque & puerum, dicens ei : Vade, & affer mihi sagittas.

22. Si dixero puero : Ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas : tu veni ad me, quia pax tibi est, & nihil est mali, vivit Dominus. Si autem sic locutus fuero puero : Ecce sagittæ ultra te sunt : vade in pace, quia dimisit te Dominus.

23. De verbo autem quod locuti sumus ego & tu, sit Dominus inter me & te usque in sempiternum.

24. Absconditus est ergo David in agro, & venerunt calendæ, & sedit rex ad comedendum panem.

25. Cùmque sedísset rex super cathedram suam (secundùm consuetudinem) quæ erat juxta parietem, surrexit Jonathas, & sedit Abner ex latere Saul, vacuúsque apparuit locus David.

26. Et non est locutus Saul quidquam in die illa : cogitabat enim quòd fortè evenísset ei, ut non esset mundus, nec purificatus.

27. Cùmque illuxísset dies secunda post calendas, rursus apparuit vacuus locus David. Dixitque Saul ad Jonathan filium suum : Cur non venit filius Isai, nec heri, nec hodie, ad vescendum?

28. Respondítque Jonathas Sauli : Rogavit me obnixè, ut iret in Bethlehem,

29. & ait : Dimitte me, quoniam sacrificium solemne est in civitate, unus de fratribus meis accersívit me : nunc ergo si inveni gratiam in oculis tuis, vadam citò, & videbo fratres meos. Ob hanc causam non venit ad mensam regis.

VULGATA NOVA.

30. Iratus autem Saul adversùm Jonathan, dixit ei : Fili mulieris virum ultro rapientis, nunquid ignoro quia diligis filium Isai, in confusionem tuam, & in confusionem ignominiosæ matris tuæ?

31. Omnibus enim diebus, quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum. Itaque jam nunc mitte, & adduc eum ad me : quia filius mortis est.

32. Respondens autem Jonathas Sauli patri suo, ait : Quare morietur? quid fecit?

33. Et arripuit Saul lanceam ut percuteret eum. Et intellexit Jonathas quòd definitum esset à patre suo, ut interficeret David.

VERSIO ANTIQUA.

30. Et factus est iratus in Jonathan Saul valde..... *Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 187. f.*

31..... Et dixit : Mitte hæc, accipe juvenem : quoniam filius mortis est.

32. Et respondit Jonathas patri suo : Quare morietur? quid fecit?

33. Et sustulit Saul lanceam in Jonathan ut occideret eum.....

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 15. Sic habet Mſ. Corb. in margine, post hoc Vulg. *in sempiternum.* Eadem præfert Germ. n. 9. intra textum, sed deleta de more : item Germ. alter n. 7. sed secunda manu : in hoc tamen ult. desunt priora verba, *aut si non fecero*, quæ pariter absunt ab Hebræo cum sequentibus. Contra in Gr. post hoc, ἕως τοῦ αἰῶνος, ita sequitur : Καὶ εἰ μὴ, ἐν τῷ ἐξαίρειν Κύριον τοὺς ἐχθροὺς Δαυὶδ, ἕκαστον ἀπὸ τοῦ προσώπου τῆς γῆς, εὑρεθῆναι τὸ ὄνομα τοῦ Ἰωνάθαν ἀπὸ τοῦ οἴκου Δαυὶδ, καὶ ἐκζητῆσαι Κύριος ἐχθροὺς τοῦ Δαυίδ· i. e. *Et si non, in auferendo Dominum inimicos David, unumquemque à facie terræ, inveniatur nomen Jonathan à domo David, & requirat Dominus inimicos David.* Mſ. Alex. loco εὑρεθῆναι, *inveniatur*, hab. ἐξαρθῆναι, *auferatur*, ed. Compl. ἐξαρθήσεται τῷ Ἰωνάθαν· paulòque post Alex. ἐκζητήσει Κύριος ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν τοῦ Δαυίδ, ed. Compl. ἐκ χειρῶν ἐχθρῶν Δαυίδ.

℣. 19. Hunc locum memorat Aug. q. 50. in Levit. to. 3. 513. a. dicens : *Jonathan loquitur ad David : Esto in agro in die operaria, id est, in die qua fit opus.* In Græco : Καὶ ἥξεις εἰς τὸν τόπον ὃν ἂν κρυβῇς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἐργασίμῃ. *Et venies in locum tuum ubi absondes te in die operaria.*

℣. 30. Gr. Καὶ ἐθυμώθη ὀργῇ, & *indignatus est irâ*, loco & *factus est iratus*; ab edit. Compl. abest ὀργῇ. Ambros. etiam l. 2. offic. c. 7. to. 2. 79. c. hab. *Graviter indignatus Saul.*

℣. 31. Græcè : Νῦν οὖν ἀπόστειλας, λάβε, *Nunc igitur mittens, cape*, loco & *dixit : Mitte hæc, accipe*; & in fine ἔτος, *iste*, loco *est*; in edit. Ald. ἐστὶν ἔτος, in Compl. ἐστὶν simpliciter.

℣. 32. Ita Græcè, hoc excepto, τῷ Σαὺλ, loco *patri suo*; at in Mſ. Alex. nec non in edd. Ald. & Compl. utrumque habetur, τῷ Σαὺλ πατρὶ αὐτοῦ· exinde in Mſ. Vatic. & al. sic, ἀποθνήσκει, *moritur*, non *morietur*.

℣. 33. Gr. Καὶ ἐπῆρε.... ἐπὶ Ἰωνάθαν, &c. ut supra. Ambros. l. 2. offic. c. 7. 79. c. *Percutere Jonathan filium hastâ voluit.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

34. Surrexit ergo Jonathas à mensa in ira furoris, & non comêdit in die calendarum secunda panem. Contristatus est enim super David, eò quòd confudisset eum pater suus.

35. Cùmque illuxisset manè, venit Jonathas in agrum juxta placitum David, & puer parvulus cum eo,

36. & ait ad puerum suum: Vade, & affer mihi sagittas, quas ego jacio. Cùmque puer cucurrisset, jecit aliam sagittam trans puerum.

37. Venit itaque puer ad locum jaculi, quod miserat Jonathas: & clamavit Jonathas post tergum pueri, & ait: Ecce ibi est sagitta porro ultra te.

38. Clamavitque iterum Jonathas post tergum pueri, dicens: Festina velociter, ne steteris. Collegit autem puer Jonathæ sagittas, & attulit ad dominum suum:

39. & quid ageretur, penitus ignorabat: tantummodo enim Jonathas & David rem noverant.

40. Dedit ergo Jonathas arma sua puero, & dixit ei: Vade, & defer in civitatem.

41. Cùmque abiisset puer, surrexit David de loco, qui vergebat ad austrum, & cadens pronus in terram, adoravit tertiò: & osculantes se alterutrum, fleverunt pariter, David autem ampliùs.

42. Dixit ergo Jonathas ad David: Vade in pace: quæcunque juravimus ambo in nomine Domini, dicentes: Dominus sit inter me & te, & inter semen meum & semen tuum usque in sempiternum.

43. Et surrexit David, & abiit: sed & Jonathas ingressus est civitatem.

CAPUT XXI.

VULGATA NOVA.

1. VEnit autem David in Nobe ad Achimelech sacerdotem: & obstupuit Achimelech, eò quòd venisset David. Et dixit ei: Quare tu solus, & nullus est tecum?

2. Et ait David ad Achimelech sacerdotem: Rex præcepit mihi sermonem, & dixit: Nemo sciat rem, propter quam missus es à me, & cujusmodi præcepta tibi dederim: nam & pueris condixi in illum & illum locum.

3. Nunc ergo si quid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quidquid inveneris.

VERSIO ANTIQUA.

Cypr. l. 3. Testim. 316. b.

4. Et respondit sacerdos ad David, & dixit: Non sunt panes profani in manu mea, nisi panis sanctus unus: si observati sunt pueri à muliere, manducabunt.

VULGATA NOVA.

4. Et respondens sacerdos ad David, ait illi: Non habeo laicos panes ad manum, sed tantùm panem sanctum: si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus?

VULGATA NOVA.

5. Et respondit David sacerdoti, & dixit ei: Equidem, si de mulieribus agitur: continuimus nos abheri & nudiustertius, quando egrediebamur, & fuerunt vasa puerorum sancta: porro via hæc polluta est, sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis.

6. Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem: neque enim erat ibi panis, nisi tantùm panes propositionis, qui sublati fuerant à facie Domini, ut ponerentur panes calidi. *Matth. 12. 3. 4.*

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mss. Germ. n. 7. & n. 11.

7..... hic pascebat mulas Saul.

VULGATA NOVA.

7. Erat autem ibi vir quidam de servis Saul, in die illa, intus in tabernaculo Domini: & nomen ejus Doeg Idumæus, potentissimus pastorum Saul.

Hieron. epist. ad Marcell. t. 2. 613. 6.

8..... Vide si est ad manum tuam lancea, & gladius; quoniam gladium meum, & vasa mea non sustuli in manu mea.....

8. Dixit autem David ad Achimelech: Si habes hic ad manum hastam, aut gladium? quia gladium meum, & arma mea non tuli mecum: sermo enim regis urgebat.

9. Respondensque sacerdos, dixit: Ecce gladius Goliath alienigenæ, quem percussisti in Valle terebinthi, & hic involutus est vestimento post ephod.....

9. Et dixit sacerdos: Ecce hic gladius Goliath Philisthæi, quem percussisti in Valle terebinthi, est involutus pallio post ephod: si istum vis tollere, tolle: neque enim hic est alius absque eo. Et ait David: Non est huic alter similis, da mihi eum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Eadem pene in Græco, nisi quòd pro *in manu mea*, habetur, ὑπὸ τὴν χεῖρά μου, *sub manum meam*; deinde sic: ὅτι ἀλλ' ἢ ἄρτοι ἅγιοί εἰσιν· εἰ φυλαγμένα τὰ παιδάρια ἐστὶ πλὴν ἀπὸ γυναικὸς, καὶ φάγεται. i. e. *quia nisi panes sancti sunt: si custodierunt se pueri tantùm à muliere, & comedent.* In Mss. verò Alex. sic: ὅτι ἀλλ' ἢ ἄρτος ἁγιός ἐστι· in ed. Compl. εἰ μὴ ὁ ἄρτος ὁ ἅγιος, ut sup. sed absque πλὴν, ante ἀπὸ γυναικός.

℣. 7. Ita cod. Mss. habet in fine, post hoc Vulg. *pastorum Saul*: habent similiter Corb. n. 3. & alter Germ. n. 9. ille in margine superiori, hic intra textum, sed ductâ lineâ deleta de more: absunt verò à textu Hebraïco & Vulgata, non autem à Gr. ubi sic: Καὶ ὄνομα αὐτῷ Δωὴκ ὁ Σύρος, νέμων τὰς ἡμιόνους Σαούλ. *Et nomen ei Doec Syrus, pascens mulas Saul.* Apud Ambros. l. de Joseph, c. 6. col. 496. f. hæc etiam leguntur: *Doech præpositus erat, & præpositus regis animalium, ad disciplinam mulorum, hoc est spadonum animalium..... & hic Syrus erat.* Item ap. August. in Ps. 51. n. 3. col. 476. c. *Hoc modo lectum est in libro Regnorum: Erat autem ibi Doech quidam, quando venerat ille ad Achimelech sacerdotem, princeps pastorum Saul, Idumæus.*

℣. 8. Gr. Ἰδοὺ εἰ ἔστιν ἐνταῦθα ὑπὸ τὴν χεῖρά σου δόρυ, ἢ ῥομφαία, ὅτι, &c. ut in Lat. sed absque pronom. *mea*, post *vasa*: Mss. tamen Alex. cum editt. Ald. & Compl. hab. σκεύη μου; deinde constanter cum Vatic. ὃν ἔλαφα, &c. *non sumpsi*, &c. additis his in fine, ὅτι ἦν τὸ ῥῆμα τοῦ βασιλέως κατὰ σπουδήν· *quoniam fuit verbum regis secundùm festinationem*; quæ reticuit Hieronymus.

℣. 9. Nonnulla hîc variant Græcè, videlicet, Καὶ εἶπεν ὁ ἱερεὺς, *Et dixit sacerdos*, loco *Respondensque sacerdos, dixit:* item infra, Ἦλα, *Ela*, loco *terebinthi*, sicut ἦν, *erat*, pro *est*, præposito ὦ, *in*, voci *vestimento*; sed quod ab Hieron. subjicitur, *post ephod*, penitus deest in Gr. in Mss. tamen Alex. ac edit. Compl. legitur ἐματίῳ, absque ὦ, proximèque ὀπίσω τῆς ἐπωμίδος, *post superhumerale*, quod ultimum abfuisse à Mss. Latinis Hieronymus testatus: ita enim intelligendum esse credimus quod scribit sanctus Doctor in eadem ep. ad Marcell. ubi præmissis his de ephod: *Illud breviter attende, quòd nunquam nisi in*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

10. Surrexit itaque David, & fugit in die illa à facie Saul: & venit ad Achis regem Geth:

11. dixeruntque servi Achis ad eum cùm vidissent David: Nunquid non iste est David rex terræ? nonne huic cantabant per choros, dicentes: Percussit Saul mille, & David decem millia?

Sup. 18. 7. *Eccli.* 47. 7.

12. Posuit autem David sermones istos in corde suo, & extimuit valde à facie Achis regis Geth.

13. Et immutavit os suum coram eis, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in ostia portæ, defluebantque salivæ ejus in barbam.

14. Et ait Achis ad servos suos: Vidistis hominem insanum: quare adduxistis eum ad me?

15. An desunt nobis furiosi, quòd introduxistis istum, ut fureret me præsente? hiccine ingredietur domum meam?

VERSIO ANTIQUA.

10..... *Vide Not.*

11..... Nonne iste est David, cui chorum fecerunt mulieres Israëlitæ, dicentes: Saul percussit in millibus, & David in denis millibus? *Aug. in Ps.* 33. *t.* 4. 209. *c. d.* 213. *d.* 215. *c. seqq.*

13. Et mutavit vultum suum coram ipsis, & affectabat, & tympanizabat ad ostia civitatis, & ferebatur in manibus suis, & procidebat ad ostia portæ, & salivæ decurrebant super barbam ejus.

14. Et dixit Achis..... quid huc mihi adduxistis istum? *Ibid.* 215. *e.*

15. Nunquid arreptitium ego opus habeo?.... nunquidnam intraturus est in domum meam? *Ibid.* 209. *e.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

sacerdotio nominetur; nam & Samuel, qui illo cinctus refertur, Levites fuit, & sacerdotes Nobe hoc dignitatis suæ insigne portabant: continuò addit: *Et (quod in Latinis codicibus non habetur) quando David fugiens à Saul, venit ad Achimelech, & gladium postulavit, dicens:* Vide si est ad manum tuam lancea & gladius..... Ecce gladius Goliath..... & hic involutus est vestimento post ephod: *in sacrario utique ephod conditum servabatur.* Et sanè nihil aliud hîc in Latinis codicibus reprehendere videtur S. Doctor, quàm quòd carebant ipsi hac voce *ephod*, quod *utique*, inquit, *in sacrario* unà cum gladio Goliath *conditum servabatur:* vel enim de hoc unico *ephod* vel *post ephod*, explicanda sunt præmissa ab Hieronymo verba, *quod in Latinis codicibus non habetur;* vel dicendum ipsa intelligi debere de versibus 8. & 9. subjunctis, quos totos abfuisse à Latinis codicibus vehementer repugnat. Consule Hieron. ibid.

℣. 10. Aug. in Ps. 33. col. 209. a. ait: *Scriptum esse in Regnorum lib..... quia cùm fugeret David persecutorem Saul, contulit se ad Achis regem Geth.* Gr. Καὶ ἀνέστη Δαυὶδ, καὶ ἔφυγεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐκ προσώπου Σαοὺλ· καὶ ἦλθε Δαυὶδ πρὸς Ἀγχοῦς βασιλέα Γεθ. Observat Augustinus ibid. hîc immutatum esse nomen regis Geth: & aliud legi in Psalmorum, aliud in Regnorum libro. *Credo*, inquit, & *quod hîc* (Ps. 33.) *scriptum est*, Cùm mutavit vultum suum coram Abimelech, &c. *scriptum esse in Regnorum libris* (inf. 13.)..... *sed non invenimus hoc; & tamen aliquid invenimus unde appareat hoc esse traditum:* & post pauca, relatis pluribus de Regum libro 1. maximeque à ℣. 10. ad finem hujus capitis 21. tandem concludit: *Videtur ergo ad ipsam historiam pertinere quod hic scriptum est* (Ps. 33.) *Psalmus David cùm mutavit vultum suum coram Abimelech*, &c. tum addit: *Sed ille Achis erat, non Abimelech. Nomen enim solum non videtur convenire: nam res gesta prope ipsis verbis pariter designata est in Psalmis, quibus scripta est in Regnorum libro. Ideo magis movere nos debet ad quærendum sacramentum, quia nomen mutatum est. Nam neque illud sine causa factum est, quamvis sit fictum; sed quia aliquid figurabat, neque hoc sine causa scriptum est, & nomine commutato.* Vide sis Augustin. infra de hoc sacramento: item Not. ad v. 9. cap. 22. seq.

℣. 11. Gr. initio hab. Καὶ εἶπον οἱ παῖδες Ἀγχοῦς πρὸς αὐτόν· *Et dixerunt pueri Anchus ad eum:* Augustin. sup. *Et dictum est illi:* Mss. Germ. n. 7. & 9. cum Corb. n. 3. subdunt, *cùm vidissent David*, quæ ultima verba absunt ab utroque textu cùm Græco, tum Hebraïco; leguntur tamen in Vulgata. Mox in Gr. ita: Οὐχὶ οὗτος Δαυὶδ ὁ βασιλεὺς τῆς γῆς; οὐχὶ τούτῳ ἐξῆρχον αἱ χορεύουσαι, λέγουσαι· Ἐπάταξε Σαοὺλ, &c. *Nonne hic David rex terræ? nonne huic præcinebant quæ choros ducebant, dicentes: Percussit Saul*, &c. ut supra, addito tantùm αὐτῷ, utrique voci *millibus.*

℣. 13. Gr. habet: Καὶ ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτῷ ἐνώπιον αὐτῷ, *Et mutavit faciem suam coram eo*, non *coram ipsis;* alibi tamen legitur αὐτῶν; deinde verbo προσεποιήσατο, *affectavit*, additur hoc, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, *in die illa*, paulòque post, παρεφέρετο, pro *ferebatur*, Nobil. *collabebatur*, quasi καθεφέρετο; reliqua ad verbum, addito *ejus*, αὐτοῦ, ad vocem *salivæ.* Mss. Corb. n. 13. in margine, nec non duo Germ. n. 7. & 9. post *barbam ejus*, subdunt, & *cecidit ad ora civitatis*, quæ absunt à Græco textu, sicut ab Hebraïco, & Vulgata. Aug. ibid. 209. f. eadem resumens, scribit: *Immutavit vultum suum, & affectabat, & tympanizabat, & cadebat ad ostia civitatis, & ad ostia portæ, & salivæ*, &c. ut sup. Auct. l. de promiss. apud Prosp. p. 152. b. ait: *David proditum sese cognoscens..... arreptitium simulans, salivæ ejus in barbam defluebant, ferturque totus in manibus suis.*

℣. 14. Aug. infra, col. 209. d. e. hæc hab. *Vidit eum rex ille apud quem latebat, & ait suis: Ut quid mihi arreptitium istum adduxistis?* Gr. Καὶ εἶπεν Ἀγχοῦς πρὸς τοὺς παῖδας αὐτοῦ· Ἰδοὺ ἴδετε ἄνδρα ἐπίληπτον· ἵνατί εἰσηγάγετε αὐτὸν πρός με; *Et dixit Anchus ad pueros suos: Ecce vidistis virum epilepticum: ut quid adduxistis eum ad me?* Auct. l. de promiss. p. 152. b. *Quid mihi introduxistis istum fanaticum?*

℣. 15. Gr. Μὴ ἐλαττοῦμαι ἐπιλήπτων ἐγώ, ὅτι εἰσαγάγετε αὐτὸν ἐπιλαμβάνεσθαι πρός με; ἧττος οὐκ εἰσελεύσεται εἰς οἰκίαν. *Num indigens furentibus ego, quoniam introduxistis eum furere ad me? hic non ingredietur in domum.* In ed. Ald. εἰ ἧττος οὐκ, in Compl. εἰ ἧττος εἰσελεύσεται εἰς τὴν οἰκίαν μου. Mss. Germ. n. 7. sic habet secunda manu: *An desunt mihi furiosi, aut desidero epilepticos?* sic etiam alter n. 9. sed expuncta de more. In hoc verò Germ. ult. nec non in aliis duobus Corb. n. 3. & 13. sequuntur ista correcta eadem manu: *Dimitte hinc illum, & ne ingrediatur domum meam:* solus Corb. 13. *hinc illum, hic ne ingredietur*, &c.

CAPUT XXII.

VULGATA NOVA.

1. ABiit ergo David inde, & fugit in speluncam Odollam. Quod cùm audissent fratres ejus, & omnis domus patris ejus, descenderunt ad eum illuc.

2. Et convenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo: & factus est eorum princeps, fueruntque cum eo quasi quadringenti viri.

3. Et profectus est David inde in Maspha, quæ est Moab: & dixit ad regem Moab: Maneat, oro, pater meus & mater mea vobiscum, donec sciam quid faciat mihi Deus.

4. Et reliquit eos ante faciem regis Moab: manseruntque apud eum cunctis diebus, quibus David fuit in præsidio.

5. Dixitque Gad propheta ad David: Noli manere in præsidio, proficiscere, & vade in terram Juda. Et profectus est David, & venit in saltum Haret.

6. Et audivit Saul quòd apparuisset David, &

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

viri qui erant cum eo. Saul autem cùm maneret in Gabaa, & eſſet in nemore, quod eſt in Rama, haſtam manu tenens, cunctique ſervi ejus circumſtarent eum,

7. ait ad ſervos ſuos qui aſſiſtebant ei: Audite nunc filii Jemini: nunquid omnibus vobis dabit filius Iſai agros & vineas, & univerſos vos faciet tribunos, & centuriones:

8. quoniam conjuraſtis omnes adversùm me, & non eſt qui mihi renuntiet, maximè cùm & filius meus fœdus inierit cum filio Iſai? Non eſt qui vicem meam doleat ex vobis, nec qui annuntiet mihi: eò quòd ſuſcitaverit filius meus ſervum meum adversùm me, inſidiantem mihi uſque hodie.

VERSIO ANTIQUA.

Hilar. in Pſ. 51. n. 2. 69. c.

9..... Vidi filium Jeſſe venientem in Noba, ad Abimelech filium Achitob.....

10. Et interrogavit eum in Domino, & manducare dedit illi: & gladium Goliæ alienigenæ dedit ei.

VULGATA NOVA.

9. Reſpondens autem Doeg Idumæus, qui aſſiſtebat, & erat primus inter ſervos Saul, Vidi, inquit, filium Iſai in Nobe, apud Achimelech filium Achitob ſacerdotem.

10. Qui conſuluit pro eo Dominum, & cibaria dedit ei: ſed & gladium Goliath Philiſthæi dedit illi.

VULGATA NOVA.

11. Miſit ergo rex ad accerſendum Achimelech ſacerdotem, filium Achitob, & omnem domum patris ejus, ſacerdotum, qui erant in Nobe, qui univerſi venerunt ad regem.

12. Et ait Saul ad Achimelech: Audi fili Achitob. Qui reſpondit: Præſtò ſum domine.

13. Dixitque ad eum Saul: Quare conjuraſtis adversùm me, tu & filius Iſai, & dediſti ei panes & gladium, & conſuluiſti pro eo Deum, ut conſurgeret adversùm me, inſidiator uſque hodie permanens?

14. Reſpondenſque Achimelech regi, ait: Et quis in omnibus ſervis tuis, ſicut David fidelis, & gener regis, & pergens ad imperium tuum, & glorioſus in domo tua?

15. Num hodie cœpi pro eo conſulere Deum? abſit hoc à me: ne ſuſpicetur rex adversùs ſervum ſuum rem hujuſcemodi, in univerſa domo patris mei: non enim ſcivit ſervus tuus quidquam ſuper hoc negotio, vel modicum vel grande.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 187. f.

16. Et dixit rex: Morte morieris Abimelech, & tu, & omnis domus patris tui.

17. Et dixit rex curſoribus, & ſtantibus ſibi: Adducite, & occidite ſacerdotes Domini: quoniam manus eorum cum David eſt: quoniam cognoverant quòd David fugeret, & decooperuerunt aurem meam. Et noluerunt pueri regis ingerere manus ſuas adversùs ſacerdotes Domini.

18. Et dixit Saul ad Doeg: Converte te in obviam ſacerdotibus Domini. Et converſus eſt Doeg Syrus, & mortificavit ipſe ſacerdotes Domini, & occîdit illa die trecentos quinque viros, & omnes portantes ephod.

VULGATA NOVA.

16. Dixitque rex: Morte morieris Achimelech, tu, & omnis domus patris tui.

17. Et ait rex emiſſariis, qui circumſtabant eum: Convertimini, & interficite ſacerdotes Domini: nam manus eorum cum David eſt: ſcientes quòd fugiſſet, & non indicaverunt mihi. Noluerunt autem ſervi regis extendere manus ſuas in ſacerdotes Domini.

18. Et ait rex ad Doeg: Convertere tu, & irrue in ſacerdotes. Converſuſque Doeg Idumæus, irruit in ſacerdotes, & trucidavit in die illa octoginta quinque viros veſtitos ephod lineo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Hilar. iſta præmittit: *Doec præpoſitus erat mulorum Saul, qui ad Saul ait: Vidi:* &c. In Græco ſic: Καὶ ἀποκρίνεται Δωὴκ ὁ Σύρος ὁ καθεστηκὼς ἐπὶ τὰς ἡμιόνους Σαὺλ, καὶ εἶπε· (Hilar. inf. n. 6. *Doech* appellat, *mulorum cuſtodem:*) reliqua ut in Lat. ſup. niſi quòd loco *venientem in Noba*, Gr. habet παραγινόμενον εἰς Νομβᾶ, *advenientem in Nomba*, additque τὸν ἱερέα, *ſacerdotem*, ad *Achitob*; Mſ. Alex. ſcribit Νοβᾶ. Sacerdos autem, quem Hilarius hîc appellat *Abimelech*, ab Auguſtino in Pſ. 51. n. 3. 476. b. *Achimelech* vocatur: *Cùm Saul*, inquit, *perſequeretur David, confugit David ubi tutum putavit; tranſiens per ſacerdotem quemdam Achimelech, accepit ab eo panes*, &c. Attamen Mſs. omnes Hilar. Cuſtantio noſtro teſte, ferunt ſupra, *Abimelech*, non *Achimelech* cum Vulg. LXX. etiam conſtanter ſcribunt, 1. Reg. 21. 1. nec non 22. 9. & infra, Ἀβιμέλεχ, ſolus Mſ. Alex. hab. hîc Ἀμιμέλεχ, & infra ℣. 11. Ἀχιμέλεχ. Hujus nominis varietatem obſervat Aug. ipſe in Pſ. 51. 477. d. dicens, aliter ſcribi in Regnorum libro, ac in Pſalmis: *Habet*, inquit, *Pſalmi* (51.) *titulus:* In finem intellectûs David, cùm venit Doech Idumæus, & nunciavit Saul: Venit David in domum Abimelech: *cùm legamus* (1. Reg. 21. 1. &c. 22. 9.) *eum veniſſe in domum Achimelech:* tum addit: *Et fortaſſe, quod non abſurdè ſentimus, propter ſimilitudinem nominis*, & *unius ſyllabæ differentiam, vel potiùs unius litteræ, variati ſunt tituli. In codicibus tamen Pſalmorum cùm inſpiceremus, magis* Abimelech, *quàm* Achimelech *invenimus. Et quoniam in alio loco habes evidentiſſimum Pſalmum* (33.) *non diſſimilitudinem nominis, ſed prorſus diverſum nomen inſinuantem; quandoquidem David ante regem Achis, non ante regem Abimelech, immutavit faciem ſuam*, & *dimiſit eum*, & *abiit: titulus autem Pſalmi* (33.) *ſic ſcriptus eſt:* Quando immutavit vultum ſuum coram Abimelech: *ipſa magis mutatio nominis in myſterium facit intentos, ne tanquam res hiſtoria perſequaris*, & *ſacrata vela contemnas:* de hoc autem myſterio fusè diſſerit Auguſt. in conſeq. ut ſup. in Pſ. 33. col. 209. e. quæ vide. Conſule etiam Not. ad ℣. 10. cap. 21. hujus libri.

℣. 10. Ita in Græco, exceptis his, αὐτῷ διὰ τῦ Θεῦ, *ei per Deum*, loco *eum in Domino*, & ἐπισιτισμόν, *cibaria*, pro *manducare*.

℣. 16. Ita Græcè, addito Σαὺλ, ad vocem *rex*, detracto verò &, poſt *Abimelech*.

℣. 17. Græcè, τοῖς ἐφεστηκόσι πρὸς αὐτόν, pro & *ſtantibus ſibi*; paulòque poſt deleto *eſt*, poſt *David*, ita ſequitur: καὶ ὅτι ἔγνωσαν ὅτι φεύγει αὐτὸς, καὶ οὐκ ἀπεκάλυψαν τὸ ὠτίον μου· & infra, ἀπαντῆσαι εἰς, *ad occurrendum in*, loco *adversùs*; cætera concordant ad verbum. Vid. Aug. in Pſ. 51. col. 476. d.

℣. 18. Nonnullæ varietates in Græco, ſed leves, ſcilicet loco *Saul*, habetur ὁ βασιλεὺς, *rex*, & pro *converte te in obviam ſacerdotibus*, ſic, ἐπιστρέφου σὺ, καὶ ἀπάντησον εἰς τὺς, &c. *convertere tu*, & *occurre in ſacerdotes*; exinde poſt *mortificavit*, tollitur *ipſe*, cum hoc, & *occidit*, cujus loco ponitur ἐν, *in*, uti καὶ, poſt *trecentos*, abſque ſimili &, poſt *viros*: in ed. tamen Compl. ſic, ἐθανάτωσεν αὐτὸς τὺς ἱερεῖς τῦ Κυρίυ, καὶ ἀπέκτεινεν ἐν τῇ, &c. in Mſ. Alex. καὶ ἐθανάτωσεν ἐν τῇ, &c. Hilar. in Pſ. 51. n. 2. 69. d. ſic legit: *Et circumivit Doec Idumæus*, & *tetigit ſacerdotes*, & *mortificavit in die illa octoginta* & *quinque, omnes ferentes ephod:* in ed. etiam Compl. legitur ὁ Ἰδυμαῖος, loco Σύρος, & ὀγδοήκοντα πέντε, loco τετρακοσίους καὶ πέντε, al. τριακοσίους ὀγδοήκοντα πέντε. Hieron. ep. ad Marcell. to. 2. col. 612. b. *Etiam de illo loco*, inquit, *exemplar ſumpſiſti, in quo Doec Idumæus juſſu regis interfecit ſacerdotes: Et converſus Doec Syrus mortificavit ipſe ſacerdotes Domini*, & *occidit in illa die trecentos quinque viros*, (*ſive ut in Hebræo legitur, octoginta quinque*) *omnes qui portabant*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

19. Nobe autem civitatem sacerdotum percussit in ore gladii, viros & mulieres, & parvulos, & lactentes, bovemque & asinum, & ovem in ore gladii.

20. Evadens autem unus filius Achimelech, filii Achitob, cujus nomen erat Abiathar, fugit ad David,

VERSIO ANTIQUA.

19. Et Oben civitatem sacerdotum occîdit in ore gladii, à viro usque ad mulierem, & ab infante usque ad nutrientem, & vitulum & asinum, & ovem in ore gladii. *Lucif. Cal. ubi sup.* *Hieron. epist. ad Marcell. t. 2. 612. b.*

20. Et salvatus est unus filius Abimelech, filii Achitob, & nomen ei Abiathar, & fugit post David,

VULGATA NOVA.

21. & annuntiavit ei quòd occidisset Saul sacerdotes Domini.

22. Et ait David ad Abiathar: Sciebam in die illa, quòd cùm ibi esset Doeg Idumæus, proculdubio annuntiaret Sauli: ego sum reus omnium animarum patris tui.

23. Mane mecum, ne timeas: si quis quæsierit animam meam, quæret & animam tuam, mecumque servaberis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ephod. Vid. Aug. in Ps. 51. 476. d.

℣. 19. Ita Lucifer usque ad hoc, & *vitulum*, reliqua ex Hieronymo; qui etiam antecedentia refert eo modo quo supra, excepto vocabulo *Nob*, pro *Oben*; tollit etiam &, post *mulierem*. Græcè neque *Nob*, neque *Oben*, sed Νομβᾶ, in Mss. Alex. Νοβᾶ, al. Νομβᾶν; exinde pro *occidit*, ἐπάταξε, *percussit*, & loco *nutrientem*, θηλάζοντος, *lactentem*, omisso seq. &, ut & hoc in fine, *in ore gladii*. Hilar. in Ps. 51. n. 2. 69. d. legit: *Et Noba civitatem sacerdotum dejecit in ore gladii.*

℣. 20. Gr. Καὶ διασώζεσθαι υἱὸς εἷς τῷ Ἀβιμέλεχ υἱῷ, &c. *Et salvatur filius unus ipsi Abimelech filio*, &c. sed in ed. Compl. sic, τῷ Ἀβιμέλεχ υἱῷ, in Mss. Alex. Ἀχιμέλεχ; reliqua ut in Lat. sup.

CAPUT XXIII.

VULGATA NOVA.

1. ET annuntiaverunt David, dicentes: Ecce Philisthiim oppugnant Ceilam, & diripiunt areas.

2. Consuluit ergo David Dominum, dicens: Num vadam, & percutiam Philisthæos istos? Et ait Dominus ad David: Vade, & percuties Philisthæos, & Ceilam salvabis.

3. Et dixerunt viri, qui erant cum David, ad eum: Ecce nos hic in Judæa consistentes timemus: quantò magis si ierimus in Ceilam adversùm agmina Philisthinorum?

4. Rursum ergo David consuluit Dominum. Qui respondens, ait ei: Surge, & vade in Ceilam: ego enim tradam Philisthæos in manu tua.

5. Abiit ergo David, & viri ejus in Ceilam, & pugnavit adversùm Philisthæos, & abegit jumenta eorum, & percussit eos plagâ magnâ: & salvavit David habitatores Ceilæ.

VULGATA NOVA.

6. Porro eo tempore, quo fugiebat Abiathar filius Achimelech ad David in Ceilam, ephod secum habens descenderat.

VERSIO ANTIQUA.

6. Et factum est, cùm fugeret Abiathar filius Achimelech ad David, & ipse cum David descendit in Ceila, habens ephod in manu sua. *Hieron. epist. ad Marcell. t. 2. 612. b.*

7. Nunciatum est autem Sauli quòd venisset David in Ceilam: & ait Saul: Tradidit eum Deus in manus meas, conclususque est, introgressus urbem, in qua portæ & seræ sunt.

8. Et præcepit Saul omni populo ut ad pugnam descenderet in Ceilam: & obsideret David, & viros ejus.

9. Quod cùm David rescisset, quia præpararet ei Saul clam malum, dixit ad Abiathar sacerdotem: Applica ephod.

7. Et renuntiatum est Saul quia venit David in Ceila.....

9..... dixit David ad Abiathar: Defer ephod Domini.

VULGATA NOVA.

10. Et ait David: Domine Deus Israël, audivit famam servus tuus, quòd disponat Saul venire in Ceilam, ut evertat urbem propter me:

11. Si tradent me viri Ceilæ in manus ejus? & si descendet Saul, sicut audivit servus tuus? Domine Deus Israël indica servo tuo. Et ait Dominus: Descendet.

12. Dixitque David: Si tradent me viri Ceilæ, & viros qui sunt mecum, in manus Saul? Et dixit Dominus: Tradent.

13. Surrexit ergo David & viri ejus quasi sexcenti, & egressi de Ceila, huc atque illuc vagabantur incerti: nunciatumque est Sauli quòd fugisset David de Ceila, & salvatus esset: quam ob rem dissimulavit exire.

14. Morabatur autem David in deserto in locis firmissimis, mansitque in monte solitudinis Ziph, in monte opaco: quærebat eum tamen Saul cunctis diebus: & non tradidit eum Deus in manus ejus.

15. Et vidit David quòd egressus esset Saul ut quæreret animam ejus. Porro David erat in deserto Ziph in silva.

16. Et surrexit Jonathas filius Saul, & abiit ad David in silvam, & confortavit manus ejus in Deo, dixitque ei:

17. Ne timeas: nèque enim inveniet te manus Saul patris mei, & tu regnabis super Israël, & ego ero tibi secundus, sed & Saul pater meus scit hoc.

18. Percussit ergo uterque fœdus coram Domino:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Ita legebat S. Marcella, nam Hieronymus eidem rescribens, ait: *Illud quoque quod sequitur addidisti:* Et factum est cùm, &c. quæ concinunt cum Græco ad verbum. Al. tamen script. Ἀβιμέλεχ, non Ἀχιμέλεχ.

℣. 7. Similiter in Græco.

℣. 9. Hieron. ibid. *Cùm regis adventus, & civitatis timeretur obsidio, dixit*, &c. ut sup. quæ pariter conveniunt cum Græco, nisi quòd Gr. τὸν ἱερέα, *sacerdotem*, addit nomini *Abiathar*, & pro *defer*, hab. προσάγαγε, quasi *applica*, à προσάγω, *adduco*; hîc autem & sup. constanter scriptum ἐφούδ, non *ephod*, Nobil. vertit *Ephud*.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

manſitque David in ſilva : Jonathas autem reverſus eſt in domum ſuam.

Inf. 26. 1. 19. Aſcenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes : Nonne ecce David latitat apud nos in locis tutiſſimis ſilvæ, in colle Hachila, quæ eſt ad dexteram deſerti ?

20. Nunc ergo, ſicut deſideravit anima tua ut deſcenderes, deſcende : noſtrum autem erit ut tradamus eum in manus regis.

21. Dixitque Saul : Benedicti vos à Domino, quia doluiſtis vicem meam.

22. Abite ergo, oro, & diligentiùs præparate, & curioſiùs agite, & conſiderate locum ubi ſit pes ejus, vel quis viderit eum ibi : recogitat enim de me, quòd callidè inſidier ei.

23. Conſiderate & videte omnia latibula ejus, in quibus abſconditur : & revertimini ad me ad rem certam, ut vadam vobiſcum : quòd ſi etiam in terram ſe abſtruſerit, perſcrutabor eum in cunctis millibus Juda.

24. At illi ſurgentes abierunt in Ziph ante Saul : David autem & viri ejus erant in deſerto Maon, in campeſtribus, ad dexteram Jeſimon.

25. Ivit ergo Saul & ſocii ejus ad quærendum eum : & nunciatum eſt David, ſtatimque deſcendit ad petram, & verſabatur in deſerto Maon : quod cùm audiſſet Saul, perſecutus eſt David in deſerto Maon.

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
26. Et ibat Saul ad latus montis ex parte una : David autem & viri ejus	26. Et ibat Saul & viri ejus.....

Mſ. Germ. n. 7.

erant in latere montis ex parte altera : porro David deſperabat ſe poſſe evadere à facie Saul : itaque Saul & viri ejus, in modum coronæ cingebant David & viros ejus, ut caperent eos.

27. Et nuncius venit ad Saul, dicens : Feſtina, & veni, quoniam infuderunt ſe Philiſthiim ſuper terram.

28. Reverſus eſt ergo Saul deſiſtens perſequi David, & perrexit in occurſum Philiſthinorum : propter hoc vocaverunt locum illum, Petram dividentem.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 26. Ita Mſ. Germ. habet ſecunda manu, nempe hoc, *& viri ejus :* idem pariter additur in altero Corb. n. 3. ſicut in Græco, ubi ſic legitur : Καὶ πορευόταις Σαὺλ, ἢ οἱ ἄνδρες αὐτῦ, abeſt autem *& viri ejus*, tam à Vulgata, quam à textu Hebraïco.

CAPUT XXIV.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 187. b. 188. a. 2. Et factum cùm reverſus eſſet Saul poſt alienigenas, & renuntiaverunt ei, dicentes : Ecce, David in deſerto Gaddi eſt.

3. Et ſumpſit ſecum tria millia virorum electorum ex omni Iſraël, & abiit quærere David & viros ejus, ante faciem venationis cervorum.

4. Et venit ad greges ovium, quæ erant ad viam : & erat ibi ſpelunca, & introivit Saul ad ſellam : & David & pueri ejus interius ſpeluncæ ſedebant.

5. Et dixerunt viri David ad eum : Ecce dies hic, quem dixit Dominus tibi : Dabo inimicum tuum in manibus tuis, & facies ei quæ placita ſunt ante oculos tuos. Et exſurrexit David, & demſit pinnam chlamydis Saul occultè.

6. Et factum eſt poſt hæc, & percuſſit cor David, eò quòd demſiſſet pinnam chlamydis.

7. Et dixit David ad pueros ſuos : Non mihi contingat à Domino, ſi fecero hoc verbum domino meo, chriſto Domini, inferre manum meam in eum, quia chriſtus Domini hic eſt.

VULGATA NOVA.

1. AScendit ergo David inde : & habitavit in locis tutiſſimis Engaddi.

2. Cùmque reverſus eſſet Saul, poſtquam perſecutus eſt Philiſthæos, nunciaverunt ei, dicentes : Ecce, David in deſerto eſt Engaddi.

3. Aſſumens ergo Saul tria millia electorum virorum ex omni Iſraël, perrexit ad inveſtigandum David & viros ejus, etiam ſuper abruptiſſimas petras, quæ ſolis ibicibus perviæ ſunt.

4. Et venit ad caulas ovium, quæ ſe offerebant vianti : eratque ibi ſpelunca, quam ingreſſus eſt Saul, ut purgaret ventrem : porro David & viri ejus in interiore parte ſpeluncæ latebant.

5. Et dixerunt ſervi David ad eum : Ecce dies, de qua locutus eſt Dominus ad te : Ego tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei ſicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo David, & præcidit oram chlamydis Saul ſilenter.

6. Poſt hæc percuſſit cor ſuum David, eò quòd abſcidiſſet oram chlamydis Saul.

7. Dixitque ad viros ſuos : Propitius ſit mihi Dominus, ne faciam hanc rem domino meo, chriſto Domini, ut mittam manum meam in eum, quia chriſtus Domini eſt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Græcè ſidem ſenſus eſt ; hæc tantùm diſſimilia : Καὶ ἐγενήθη ὡς ἀνέςρεψε Σαὺλ ἀπὸ ὄπισθεν τῶν..... ἢ ἀπηγγέλη αὐτῷ, λεγόντων, ὅτι..... Ἐνγαδδί· *Et factum eſt ut revertit Saul à poſt..... & annuntiatum eſt ei, dicentibus, quia..... Engaddi*, abſque ſeq. *eſt :* in edit. Ald. Γαδδί, ut ſup.

℣. 3. Similiter in Græco, præter ſeqq. τρεῖς χιλιάδας ἀνδρῶν ἐκλεκτύς, *tria millia virorum electa*, non *electorum* ; at in edit. Compl. legitur ἐκλεκτῶν : ſubinde pro *abiit*, ἐπορεύθη, *ivit*, & in fine, ἐπὶ πρόσωπον Σαδδαιέμ, *ſuper faciem Saddaem*, loco *ante faciem venationis cervorum* ; ſola Compl. habet τῆς θήρας τῶν ἐλάφων.

℣. 4. Vix meliùs è Græco, niſi excipias vocem *ovium*, pro qua habetur προβάτων, uti hoc, παρασκευάσασθαι, *ad præparandum*, vel *provocandum*, loco *ad ſellam*, & ἄνδρες, *viri*, pro *pueri*.

℣. 5. Ita Græcè, exceptis his, πρός σε, παραδῶται..... εἰς τὰς χεῖράς σε, *ad te, tradere..... in manus tuas*, pro *tibi, dabo..... in manibus ;* ſubinde pro *quæ placita ſunt ante oculos*, ſic, ὡς ἀγαθὸν ἐν ὀφθαλμοῖς, *ſicut bonum in oculis ;* in edit. Compl. τὸ ἀρεσὸν ἐν, *quod gratum in*, &c.

℣. 6. Gr. addit αὐτὸν, ad *David*, ſicut in fine αὐτῦ, ad vocem *chlamydis :* in edit. Compl. ſic, τὸν Δαυὶδ ἡ καρδία αὐτῦ, *David cor ejus ;* reliqua quadrant. Aug. l. 17. de civit. Dei, c. 6. to. 7. 467. e. legit : *Et percuſſit cor David ſuper eum, quia abſtulit pinnulam chlamydis ejus.* In Gr. ὅτι ἀφεῖλε, vel ut in Compl. ἀφείλε/ο ; item conſtanter διπλοίδος, loco *chlamydis*.

℣. 7. Eadem prorſus habet Aug. l. 17. de civit. Dei, c. 6. 467. e. ab his, *non mihi contingat*, &c. ultimo excepto *eſt hic*, pro *hic eſt ;* ſola edit. Compl. hab. ἔτός ἐστιν, al. ἔ/ιν ἔτος. Ambr. in Pſ. 118. to. 1. 1150. c. ſimiliter : *Non mihi contingat à Domino, ſi fecero hoc verbum domino meo, chriſto Domini, injicere manum meam.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

8. Et confregit David viros ſuos ſermonibus, & non permiſit eos ut conſurgerent in Saul: porro Saul exſurgens de ſpelunca, pergebat cœpto itinere.

9. Surrexit autem & David poſt eum: & egreſſus de ſpelunca, clamavit poſt tergum Saul, dicens: Domine mi rex. Et reſpexit Saul poſt ſe: & inclinans ſe David pronus in terram, adoravit,

10. dixitque ad Saul: Quare audis verba hominum loquentium, David quærit malum adversùm te?

11. Ecce hodie viderunt oculi tui, quòd tradiderit te Dominus in manu mea in ſpelunca: & cogitavi ut occiderem te, ſed pepercit tibi oculus meus: dixi enim: Non extendam manum meam in dominum meum, quia chriſtus Domini eſt.

12. Quin potiùs pater mi, vide, & cognoſce oram chlamydis tuæ in manu mea: quoniam cùm præſcinderem ſummitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te: animadverte, & vide, quoniam non eſt in manu mea malum, neque iniquitas, neque peccavi in te: tu autem inſidiaris animæ meæ ut auferas eam.

13. Judicet Dominus inter me & te, & ulciſcatur me Dominus ex te: manus autem mea non ſit in te.

14. Sicut & in proverbio antiquo dicitur: AB IMPIIS egredietur impietas: manus ergo mea non ſit in te.

15. Quem perſequeris, rex Iſraël? quem perſequeris? canem mortuum perſequeris, & pulicem unum.

16. Sit Dominus judex, & judicet inter me & te: & videat, & judicet cauſam meam, & eruat me de manu tua.

17. Cùm autem compleſſet David loquens ſermones hujuſcemodi ad Saul, dixit Saul: Nunquid vox hæc tua eſt fili mi David? Et levavit Saul vocem ſuam, & flevit:

18. dixitque ad David: Juſtior tu es quàm ego: tu enim tribuiſti mihi bona: ego autem reddidi tibi mala.

19. Et tu indicaſti hodie quæ feceris mihi bona: quomodo tradiderit me Dominus in ma-

VERSIO ANTIQUA.

8. Et ſuaſit David viros ſuos verbis, & non permiſit illis ut ſurgentes occiderent Saul: & ſurrexit Saul, & deſcendit in viam. *Lucif. Cal. ubi ſupr.*

9. Et exiit David poſt Saul, dicens: Domine rex. Et reſpexit Saul poſt ſe: & inclinavit ſe David in faciem ſuam ſuper terram, & adoravit eum,

10. & dixit David ad Saul: Quare audis verba populi, dicentium, Ecce David quærit animam tuam?

11. Et ecce in hac die viderunt oculi tui, quomodo tradidit te Dominus hodie in manibus meis in ſpelæo: & nolui te occidere, & peperci tibi, & dixi: Non injiciam manum meam in dominum meum, quoniam chriſtus Domini eſt.

12. Qui accepi pinnam chlamydis tuæ in manu mea, & ego abſcidi laciniam chlamydis tuæ, & non occidi te: cognoſce, & vide hodie, quoniam non eſt in manu mea malitia, neque injuſtitia, & non peccavi in te: & tu quæris animam meam accipere.

13. Judicet Dominus inter me & te, & vindicabit me de te: manus autem mea non erit in te.

14. Sicut dicitur parabola antiqua: EX INIQUIS exiet nequitia: manus autem mea non erit in te.

15. Retro quem tu perſequeris? canem mortuum, & retro pulicem unum.

16. Fiat Dominus in judicem, & in vindicem inter me & inter te: videat Dominus, & judicet judicium meum, & juſtificet me ex manu tua.

17. Et factum eſt, cùm conſummaſſet David verba hæc loquens ad Saul, dixit Saul: Vox tua hæc fili David? Et exclamavit Saul, & ploravit:

18. & dixit ad David: Juſtior es tu quàm ego: quoniam tu reddidiſti mihi bona: ego autem tribui mala tibi.

19. Et renuntiaſti mihi hodie quæ feciſti mihi bona: ſicut concluſit me Dominus in manibus

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

In Gr. Μηδαμῶς μοι, *Nequaquam mihi*, loco *Non mihi contingat*, ut & ſupra, ἀνδρας, *viros*, loco *pueros*; reliqua ad verbum ut ſup. Auct. op. imp. in Matth. p. 164. c. *Non injiciam manum meam in unctum Domini.*

℣. 8. Ad verbum è Gr. præpoſito *in*, ἐν, *verbis*, demto verò ante *viam*; edit. tamen Compl. hab. εἰς τὴν ὁδόν. Nota pro *permiſit*, ſcribi ἔδωκε, *dedit*, ſicut pro *occiderent*, θῦσαι, *immolarent*, quæ eòdem recidunt: in Mſ. tamen Alex. ac editt. Ald. & Compl. eſt θανατῶσαι.

℣. 9. Priora tantùm variant in Græco, ubi ſic: Καὶ ἀνέϛη Δαυὶδ ὀπίσω αὐτοῦ ἐκ τοῦ σπηλαίου· καὶ ἐβόησε Δαυὶδ ὀπίσω Σαὺλ, λέγων· *Et ſurrexit David poſt eum de ſpelunca: & clamavit David poſt Saul, dicens.* In edit. Compl. ἐξῆλθε, loco ἀνέϛη, in Mſ. Alex. ἀνέϛη..... καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ, &c.

℣. 10. Ita Græcè, verbum pro verbo.

℣. 11. Vix pauca diſcrepant à Græco, ſcilicet ipſo initio deeſt &; exinde pro *in manibus meis*, ſic, εἰς χεῖράς μου, *in manus meas*, paulòque poſt, ἐποίϛω, *inferam*, pro *injiciam*, additurque ſub finem ὅτος, *hic*, ad vocem *Domini*. Hilar. in Pſ. 118. 326. d. legit: *Non inferam ſuper eum manum meam, quia chriſtus Domini eſt.*

℣. 12. In Græco ſic, καὶ ἰδὲ τὸ πλερύγιον, & *ecce pinnulam*, loco *qui accepi pinnam*, detracto &, ante *abſcidi*, pro quo ἀρπάκα, *abſtuli*; tollitur etiam hoc, *chlamydis tuæ*, poſt *laciniam*, quod tamen ſervant editt. Ald. & Compl. nempe τὸ πλερύγιον τῆς διπλοΐδος σου, Mſ. Alex. hab. τοῦ ἱματίου, *veſtimenti*, abſque σου, quod etiam abeſt à Compl. deinde præponitur καὶ, verbo *cognoſce*, ut & *malitia*, his, *in manu mea*; Mſ. tamen Alex. cum edit. Compl. habet ut ſup. ἐν τῇ χειρί μου κακία· demum pro *injuſtitia*, ſic, ἀσέβεια καὶ ἀδικίαις, *impietas & contemptus*, & pro *quæris*, δεσμεύεις, *ligas*, addita voce αὐτήν, *eam*, huic, *accipere*; cætera ſimilia.

℣. 13. Concordat Græcum, niſi quòd habet ἐκδικήσαι σοι Κύριος, *vindicet tibi Dominus*, pro *vindicabit me*; at in Mſ. Alex. nec non in editt. Ald. & Compl. ita, ἐκδικήσαι με (Compl. μοι) Κύριος· ſubinde pro *manus autem*, ſic, καὶ ἡ χεὶρ, & *manus*, al. verò ἡ δὲ χεὶρ.

℣. 14. Græcè habetur πλημμέλεια, *delictum*, pro *nequitia*; & loco *manus autem*, ſic, καὶ ἡ χεὶρ, ut ſup. cætera ut in Lat.

℣. 15. Hæc antecedunt Græcè: Καὶ νῦν ὀπίσω τίνος σὺ ἐκπορεύῃ, βασιλεῦ Ἰσραήλ; tum ſequitur: ὀπίσω τίνος καταδιώκεις σύ; ὀπίσω κυνὸς, &c. ut ſup. *Et nunc poſt quem tu egrederis, rex Iſraël? poſt quem*, &c. in edit. Compl. καταδιώκεις, pro ἐκπορεύῃ.

℣. 16. Aptè ad Græcum, uno excepto *juſtificet*, pro quo δικάσαι, *decernat*, vel *vindicet*; item ſupra, δικασὴν hab. loco *vindicem*.

℣. 17. Et hæc ſimiliter conſentiunt cum Græco, niſi quòd loco *cùm conſummaſſet*, hab. ὡς συνετέλεσε, *ut conſummavit*, ponitur καὶ, ante verbum *dixit*, & pro *exclamavit*, eſt, ἦρε τὴν φωνὴν αὐτοῦ, *levavit vocem ſuam.*

℣. 18. Gr. addit Σαὺλ, verbo *dixit*, al. tamen deeſt; ſubinde pro his, *juſtior es tu quàm ego*, ſic hab. δίκαιος σὺ ὑπὲρ ἐμέ, *juſtus tu ſuper me*; & pro *tribui mala tibi*, ita; ἀνταπέδωκά σοι κακά, *retribui tibi mala.*

℣. 19. In Græco ſic: Καὶ σὺ ἀπήγγειλάς μοι, *Et tu renuntiaſti mihi*, paulòque poſt, εἰς χεῖράς σου σήμερον, *in manus tuas hodie*, pro *in manibus tuis*; cætera ut in Lat. ſupra.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi sup. tuis, & non occidisti me.

20. Et sicut inveniat quis amicum suum, & præmittat eum in viam bonam; & Dominus retribuat tibi bona, pro quibus fecisti mihi hodie.

21. Et nunc ecce ego scio quoniam regnabis, & constituetur in manu tua regnum Israël:

22. & nunc jura tu mihi in Domino, si non eradicabis semen meum post me, & si non exterminabis nomen de domo patris mei.

23. Et juravit David Saul.....

VULGATA NOVA.

num tuam, & non occideris me.

20. Quis enim cùm invenerit inimicum suum; dimittet eum in via bona? Sed Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc pro eo quod hodie operatus es in me.

21. Et nunc quia scio quòd certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israël:

22. jura mihi in Domino, ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei.

23. Et juravit David Sauli. Abiit ergo Saul in domum suam: & David & viri ejus ascenderunt ad tutiora loca.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 20. Gr. Καὶ ὅτι εἰ εὑρήσει τις τὸν ἐχθρὸν αὐτοῦ ἐν θλίψει, καὶ ἐκπέμψει αὐτὸν ἐν ὁδῷ ἀγαθῇ, καὶ Κύριος ἀποτίσει αὐτῷ ἀγαθὰ, καθὼς σεποίηκας σήμερον. *Et sicut si invenerit quis inimicum suum in tribulatione, & emiserit eum in viam bonam; & Dominus reddet ei bona, sicut fecisti hodie.*

℣. 21. Similiter in Græco, præter unum βασιλεύων, *regnans*, positum ante *regnabis*.

℣. 22. Sic etiam in Græco, nisi quòd deest *tu*, post *jura*, & infra pro *si*, habetur ὅτι, *quia*, sicut ἐξολοθρεύσεις, *exterminabis*, pro *eradicabis*, & loco & *si non exterminabis*, sic, μὴ ἀφανεῖς, *non abolebis*, addito μοῦ, ad *nomen*.

℣. 23. Ita Græcè, additis his, καὶ ἀπῆλθε Σαὺλ, &c. quæ vide.

CAPUT XXV.

VULGATA NOVA.

Inf. 28. 3. *Eccli.* 46. 23.

1. MOrtuus est autem Samuel, & congregatus est universus Israël, & planxerunt eum, & sepelierunt eum in domo sua in Ramatha. Consurgensque David descendit in desertum Pharan.

2. Erat autem vir quispiam in solitudine Maon, & possessio ejus in Carmelo, & homo ille magnus nimis: erantque ei oves tria millia, & mille capræ: & accidit ut tonderetur grex ejus in Carmelo.

3. Nomen autem viri illius erat Nabal: & nomen uxoris ejus Abigail: eratque mulier illa prudentissima & speciosa: porro vir ejus durus, & pessimus, & malitiosus: erat autem de genere Caleb.

4. Cùm ergo audisset David in deserto quòd tonderet Nabal gregem suum,

5. misit decem juvenes, & dixit eis: Ascendite in Carmelum, & venietis ad Nabal, & salutabitis eum ex nomine meo pacificè.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Ms. Germ. n. 7. 6..... Ex multis annis salvos facies tuos, & omnia tua.

VULGATA NOVA.

6. Et dicetis: Sit fratribus meis, & tibi pax; & domui tuæ pax, & omnibus, quæcunque habes, sit pax.

VULGATA NOVA.

7. Audivi quòd tonderent pastores tui, qui erant nobiscum in deserto: nunquam eis molesti fuimus, nec aliquando defuit quidquam eis de grege, omni tempore quo fuerunt nobiscum in Carmelo.

8. Interroga pueros tuos, & indicabunt tibi. Nunc ergo inveniant pueri tui gratiam in oculis tuis: in die enim bona venimus: quodcunque invenerit manus tua, da servis tuis, & filio tuo David.

9. Cùmque venissent pueri David, locuti sunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine David: & siluerunt.

10. Respondens autem Nabal pueris David, ait: Quis est David? & quis est filius Isai? hodie increverunt servi qui fugiunt dominos suos.

11. Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonsoribus meis, & dabo viris quos nescio unde sint?

12. Regressi sunt itaque pueri David per viam suam, & reversi venerunt, & nunciaverunt ei omnia verba quæ dixerat.

13. Tunc ait David pueris suis: Accingatur unusquisque gladio suo. Et accincti sunt singuli gladiis suis, accinctusque est & David ense suo: & secuti sunt David quasi quadringenti viri: porro ducenti remanserunt ad sarcinas.

14. Abigail autem uxori Nabal nunciavit unus de pueris suis, dicens: Ecce David misit nuncios de deserto, ut benedicerent domino nostro: & aversatus est eos:

15. homines isti, boni satis fuerunt nobis, & non molesti: nec quidquam aliquando periit omni tempore, quo fuimus conversati cum eis in deserto:

16. pro muro erant nobis tam in nocte quàm in die, omnibus diebus quibus pavimus apud eos greges.

17. Quamobrem considera, & recogita quid facias: quoniam completa est malitia adversùm virum tuum, & adversùm domum tuam, & ipse est filius Belial, ita ut nemo possit ei loqui.

18. Festinavit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, & duos utres vini, & quinque arietes coctos, & quinque sata polentæ, & centum ligaturas uvæ passæ, & ducentas massas caricarum, & posuit super asinos:

19. dixitque pueris suis: Præcedite me: ecce, ego post tergum sequar vos: viro autem suo Nabal non indicavit.

20. Cùm ergo ascendisset asinum, & descenderet ad radices montis, David & viri ejus descendebant in occursum ejus: quibus & illa occurrit.

21. Et ait David: Verè frustra servavi omnia quæ

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Hæc addit Ms. cod. secunda manu, post hoc Vulg. *sit pax*; absunt autem ab Hebr. & Vulg. Eadem quoque exhibet Ms. Corb. n. 3. in margine. In Gr. sic: Καὶ ἐρεῖτε τάδε· Εἰς ὥρας καὶ οὐ ὑγιαίνων, καὶ ὁ οἶκός σου, καὶ πάντα τὰ σὰ ὑγιαίνοντα. *Et dicetis hæc: In horas & tu salvus, & domus tua, & omnia tua salva.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

hujus erant in deſerto, & non periit quidquam de cunctis quæ ad eum pertinebant: & reddidit mihi malum pro bono.

22. Hæc faciat Deus inimicis David, & hæc addat, ſi reliquero de omnibus quæ ad ipſum pertinent uſque manè, mingentem ad parietem.

23. Cùm autem vidiſſet Abigail David, feſtinavit, & deſcendit de aſino, & procidit coram David ſuper faciem ſuam, & adoravit ſuper terram,

24. & cecidit ad pedes ejus, & dixit: In me ſit, domine mi, hæc iniquitas: loquatur, obſecro, ancilla tua in auribus tuis: & audi verba famulæ tuæ.

25. Ne ponat, oro, dominus meus rex cor ſuum ſuper virum iſtum iniquum Nabal: quoniam ſecundùm nomen ſuum ſtultus eſt, & ſtultitia eſt cum eo: ego autem ancilla tua non vidi pueros tuos, domine mi, quos miſiſti.

26. Nunc ergo domine mi, vivit Dominus, & vivit anima tua, qui prohibuit te ne venires in ſanguinem, & ſalvavit manum tuam tibi: & nunc fiant ſicut Nabal inimici tui, & qui quærunt domino meo malum.

27. Quapropter ſuſcipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi domino meo: & da pueris qui ſequuntur te dominum meum.

28. Auſer iniquitatem famulæ tuæ: faciens enim faciet Dominus tibi domino meo domum fidelem, quia prælia Domini, domine mi, tu præliaris: malitia ergo non inveniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ. *Sup. 16. 18. & 17. 17.*

29. Si enim ſurrexerit aliquando homo perſequens te, & quærens animam tuam, erit anima domini mei cuſtodita quaſi in faſciculo viventium apud Dominum Deum tuum: porrò inimicorum tuorum anima rotabitur, quaſi in impetu & circulo fundæ.

30. Cùm ergo fecerit Dominus tibi domino meo omnia quæ locutus eſt bona de te, & conſtituerit te ducem ſuper Iſraël,

VULGATA NOVA.

31. non erit tibi hoc in ſingultum, & in ſcrupulum cordis domino meo, quòd effuderis ſanguinem innoxium, aut ipſe te ultus fueris: & cùm benefecerit Dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ.

VERSIO ANTIQUA.

31..... & tu benefacies ei. *Ex Mſ. Corb. n. 3.*

32. Et ait David ad Abigail: Benedictus Dominus Deus Iſraël, qui miſit hodie te in occurſum meum, & benedictum eloquium tuum,

32..... Benedictus Dominus Deus Iſraël, qui miſit te hodie huc obviam mihi, & benedicti mores tui, *Ambr. ep. 31. t. 2. 915. e.*

VULGATA NOVA.

33. & benedicta tu, quæ prohibuiſti me hodie ne irem ad ſanguinem, & ulciſcerer me manu mea.

34. Alioquin vivit Dominus Deus Iſraël, qui prohibuit me ne malum facerem tibi: niſi citò veniſſes in occurſum mihi, non remanſiſſet Nabal uſque ad lucem matutinam, mingens ad parietem.

VULGATA NOVA.

35. Suſcepit ergo David de manu ejus omnia quæ attulerat ei, dixitque ei: Vade pacificè in domum tuam, ecce audivi vocem tuam, & honoravi faciem tuam.

VERSIO ANTIQUA.

35..... Aſcende in pace in domum tuam, vide, jam audivi vocem tuam, & reveritus ſum faciem tuam. *Ambr. ubi ſup.*

VULGATA NOVA.

36. Venit autem Abigail ad Nabal: & ecce erat ei convivium in domo ejus, quaſi convivium regis, & cor Nabal jucundum: erat enim ebrius nimis: & non indicavit ei verbum puſillum aut grande uſque manè.

37. Diluculo autem cùm digeſſiſſet vinum Nabal, indicavit ei uxor ſua verba hæc, & emortuum eſt cor ejus intrinſecus, & factus eſt quaſi lapis.

38. Cùmque pertranſiſſent decem dies, percuſſit Dominus Nabal, & mortuus eſt.

39. Quod cùm audiſſet David mortuum Nabal, ait: Benedictus Dominus, qui judicavit cauſam opprobrii mei de manu Nabal, & ſervum ſuum cuſtodivit à malo, & malitiam Nabal reddidit Dominus in caput ejus. Miſit ergo David, & locutus eſt ad Abigail, ut ſumeret eam ſibi in uxorem.

40. Et venerunt pueri David ad Abigail in Carmelum, & locuti ſunt ad eam, dicentes: David miſit nos ad te, ut accipiat te ſibi in uxorem.

41. Quæ conſurgens adoravit prona in terram, & ait: Ecce famula tua ſit in ancillam, ut lavet pedes ſervorum domini mei.

42. Et feſtinavit, & ſurrexit Abigail, & aſcendit ſuper aſinum, & quinque puellæ ierunt cum ea, pediſſequæ ejus, & ſecuta eſt nuncios David: & facta eſt illi uxor.

43. Sed & Achinoam accepit David de Jezrael: & fuit utraque uxor ejus.

44. Saul autem dedit Michol filiam ſuam, uxorem David, Phalti filio Lais, qui erat de Gallim.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 31. Ita Mſ. cod. habet ſecunda manu, poſt hoc Vulg. *ancillæ tuæ*. Gr. Καὶ μνησθήσῃ τῆς δούλης σου ἀγαθῶσαι αὐτῇ.

℣. 32. Vix meliùs è Græco, præter hoc ult. *mores tui*, pro quo ὁ τρόπος σου, *modus tuus*; item ſup. ἐν ταύτῃ, *in hac*, loco *hunc*, poſt *hodie*, Theodoret. addit ἡμέρᾳ. Ambroſ. ſup. ait hoc Abigææ dictum eſſe: Gr. Καὶ εἶπε Δαυὶδ τῇ Ἀβιγαΐᾳ.

℣. 35. Gr. delet *jam*, poſt *vide*; & loco *reveritus ſum*, hab. ἠρέτισα, *elegi*, Nobil. vertit *ſuſcepi*; cætera concordant.

Digitized by Google

CAPUT XXVI.

VULGATA NOVA.

Sup. 23. 19. 1. ET venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes : Ecce, David absconditus est in colle Hachila, quæ est ex adverso solitudinis.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 188. c. d. e. 2. Et surrexit Saul, & descendit in desertum opacum, & cum eo tria millia virorum electorum ex Israël, quærere David.....

4. Et misit David exploratores, & cognovit quoniam venit Saul in Sicelet.

5. Et surrexit David occultè, & abiit in locum ubi dormiebat Saul, & Abner filius Ner, princeps militiæ ejus : & Saul dormiebat in stragulis præclaris, & plebs erat circa eum :

6. & David dixit ad Amalech Cethæum, & Abessa filium Sarviæ, fratrem Joab, dicens : Quis introibit mecum in castris ad Saul? Et dixit Abessa ad David : Ego ibo tecum.

7. Et intraverunt David & Abessa ad populum nocte, & ecce Saul dormiebat in stragulis pretiosis, & lancea fixa ad caput ejus præclara : & Abner dormiebat circa eum.

8. Et dixit Abessa ad David : Conclusit Dominus hodie inimicum tuum in manibus tuis : & nunc occidam de lancea, semel in terram figens, & non repetam illam.

9. Et dixit David ad Abessa : Non contingas illum : quoniam quis injiciet manum suam in christum Domini, & purus erit?

10. Et dixit David : Vivit Dominus, quoniam nisi Dominus percusserit illum, aut nisi hora illius venerit & moriatur, vel in pugnam descenderit & apponatur :

11. mihi autem non sit à Domino injicere manum in christum Domini : & nunc accipe lanceam, quæ est ad caput illius, & lentem aquæ, & recedamus nos.

VULGATA NOVA.

2. Et surrexit Saul, & descendit in desertum Ziph, & cum eo tria millia virorum de electis Israël, ut quæreret David in deserto Ziph.

3. Et castrametatus est Saul in Gabaa Hachila, quæ erat ex adverso solitudinis in via : David autem habitabat in deserto. Videns autem quòd venisset Saul post se in desertum,

4. misit exploratores, & didicit quòd illuc venisset certissimè.

5. Et surrexit David clam, & venit ad locum ubi erat Saul : cùmque vidisset locum, in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner, princeps militiæ ejus, & Saulem dormientem in tentorio, & reliquum vulgus per circuitum ejus,

6. ait David ad Achimelech Hethæum, & Abisai filium Sarviæ, fratrem Joab, dicens : Quis descendet mecum ad Saul in castra? Dixitque Abisai : Ego descendam tecum.

7. Venerunt ergo David & Abisai ad populum nocte, & invenerunt Saul jacentem & dormientem in tentorio, & hastam fixam in terra ad caput ejus : Abner autem & populum dormientes in circuitu ejus.

8. Dixitque Abisai ad David : Conclusit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas : nunc ergo perfodiam eum lanceâ in terra, semel, & secundò opus non erit.

9. Et dixit David ad Abisai : Ne interficias eum : quis enim extendet manum suam in christum Domini, & innocens erit?

10. Et dixit David : Vivit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum, aut dies ejus venerit ut moriatur, aut in prælium descendens perierit :

11. propitius sit mihi Dominus ne extendam manum meam in christum Domini : nunc igitur tolle hastam, quæ est ad caput ejus, & scyphum aquæ, & abeamus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Ad verbum è Græco, præter unum *opacum*, pro quo Ζίφ; exinde sic, ἐκλεκτοὶ, per relat. ad χιλιάδες, at in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. ἐκλεκτῶν, *electorum*, ut sup. Similiter Ambr. l. 3. offic. to. 2. col. 116. b. alludens, ait : *David cùm fugeret à facie regis Saul, quòd eum rex cum tribus millibus virorum electorum ad inferendam necem in deserto quæreret, ingressus in castra regis, cùm dormientem offendisset, non solùm ipse non percussit, sed etiam protexit, ne ab aliquo qui simul ingressus fuerat, perimeretur.*

℣. 4. Ultima tantùm vox *Sicelet*, differt à Græco, pro qua habetur ἕτοιμος ἐκ Κειλά, *paratus de Ceila*, in Ald. edit. ἑτύμως, *verè*, al. ἑτοίμως, *promptè*.

℣. 5. Nonnulla variant Græcè, nempe seqq. εἰσπορεύεσθαι, *ingreditur*, pro *abiit*, (at in edit. Compl. ἐπορεύθη :) exinde post 1. *dormiebat*, additur ἐκεῖ, iteraturque ante *Abner*, pro quo ult. Ἀβεννήρ; item pro *stragulis præclaris*, sic, λαμπήνῃ, id est, *lectica regiâ*, (Aq. στρωσυλώσῃ) & pro *erat*, παρεμβεβλικώς, *castrametatus*.

℣. 6. Ita primùm in Græco : Καὶ ἀπεκρίθη Δαυὶδ, καὶ εἶπε πρὸς Ἀβιμέλεχ..... καὶ πρὸς Ἀβεσσά. *Et respondit David, & dixit ad Abimelech* (non *Amalech*)..... *& ad Abessa*, &c. paulòque post pro *in castris ad Saul*, sic, πρὸς Σαοὺλ εἰς τὴν παρεμβολήν, *ad Saul in castra*, (edit. Compl. *in castra ad Saul*;) demum post *Abessa*, deest hoc, *ad David*, & pro *ibo*, ponitur εἰσελεύσομαι, *ingrediar*.

℣. 7. In Græco sic, εἰσπορεύεσθαι, vel ut in ed. Compl. εἰσπορεύονται, *intrat*, vel *intrant*, pro *intraverunt*; exinde loco *dormiebat in stragulis pretiosis*, sic, καθεύδων ὕπνῳ ἐν λαμπήνῃ, *dormiens somno in lectica*; dein ad *lancea*, additur αὐτοῦ, *ejus*, sicut εἰς τὴν γῆν, *in terram*, post *fixa*, detracta voce *præclara*, additis verò seqq. καὶ ὁ λαὸς αὐτοῦ, & *populus ejus*, post Ἀβεννήρ, seu *Abner*; reliqua ut in Lat. supra.

℣. 8. Vix meliùs de Græco, nisi quòd pro *manibus tuis*, hab. χειράς σου, *manus tuas*, & pro *occidam*, πατάξω, *percutiam*, absque seq. *de*, cujus loco ponit αὐτὸν, *eum*, ut *semel*, post *terram*, absque verbo *figens* : demum in fine hab. αὐτῷ, *ei*, loco *illam*. Ambr. l. 3. offic. to. 2. 116. c. hæc hab. *Dicit ei Abessa : Conclusit hodie Dominus inimicum tuum in manibus tuis, & nunc occidam eum.*

℣. 9. Ita de Gr. verbum è verbo, hoc excepto, *non continges*, pro quo μὴ ταπεινώσῃς, *ne humiliaveris*; in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. μὴ διαφθείρῃς, *ne labefacias*. Apud Ambr. l. 3. offic. to. 2. 116. c. sic : *Non consumas eum, quoniam quis*, &c. ut supra.

℣. 10. In Græco deest *quoniam*, & pro *nisi hora*, exstat simplic. ἡμέρα, *dies*; item ἀποθάνῃ, *mortuus fuerit*, pro *moriatur*, & pro *apponatur*, sic, προσθῇ, *appositus fueris*; reliqua similia. Ambr. etiam l. 3. offic. to. 2. col. 116. c. legit : *Vivit Dominus, quoniam nisi Dominus percusserit illum, aut nisi hora illius venerit ut moriatur, aut in pugna discesserit & apponatur mihi* : Mſs. nonnulli ferunt *descenderit*, & Rom. ejusd. edit. sic interpungit : *apponatur; mihi non sit*, &c. ut aptetur Græco, καὶ προσεθῇ· μηδαμῶς μοι, at repugnare videntur Mſs. codd. cum vet. editt.

℣. 11. In Græco, μηδαμῶς μοι, *nequaquam mihi*, loco *mihi autem non sit*; at in edit. Compl. ἐμοὶ δὲ μή : subin-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

12. Tulit igitur David haſtam, & ſcyphum aquæ, qui erat ad caput Saul, & abierunt: & non erat quiſquam, qui videret, & intelligeret, & evigilaret, ſed omnes dormiebant, quia ſopor Domini irruerat ſuper eos.

13. Cùmque tranſiſſet David ex adverſo, & ſtetiſſet in vertice montis de longè, & eſſet grande intervallum inter eos,

14. clamavit David ad populum, & ad Abner filium Ner, dicens: Nonne reſpondebis Abner? Et reſpondens Abner, ait: Quis es tu, qui clamas, & inquietas regem?

15. Et ait David ad Abner: Nunquid non vir tu es? & quis alius ſimilis tui in Iſraël? quare ergo non cuſtodiſti dominum tuum regem? ingreſſus eſt enim unus de turba, ut interficeret regem, dominum tuum.

16. Non eſt bonum hoc, quod feciſti: vivit Dominus, quoniam filii mortis eſtis vos, qui non cuſtodiſtis dominum veſtrum, chriſtum Domini: nunc ergo vide ubi ſit haſta regis, & ubi ſit ſcyphus aquæ, qui erat ad caput ejus.

17. Cognovit autem Saul vocem David, & dixit: Nunquid vox hæc tua, fili mi David? & ait David: Vox mea, domine mi rex.

18. Et ait: Quam ob cauſam dominus meus perſequitur ſervum ſuum? Quid feci? aut quod eſt malum in manu mea?

19. Nunc ergo audi, oro, domine mi rex, verba ſervi tui: Si Dominus incitat te adversùm me, odoretur ſacrificium: ſi autem filii hominum, maledicti ſunt in conſpectu Domini: qui ejecerunt me hodie, ut non habitem in hæreditate Domini, dicentes: Vade, ſervi diis alienis.

20. Et nunc non effundatur ſanguis meus in terram coram Domino: quia egreſſus eſt rex Iſraël ut quærat pulicem unum, ſicut perſequitur perdix in montibus.

21. Et ait Saul: Peccavi, revertere fili mi

VERSIO ANTIQUA.

12. Et accepit David lanceam, & lentem aquæ à capite ejus, & abierunt ipſi: & non erat qui videret, neque qui ſciret, & non erat qui vigilaret, omnes enim dormiebant, quoniam timor Domini irruerat in illos. *Lucif. Cal. ubi ſup.*

13. Et tranſivit David contra, & ſtetit in cacumine montis longè, & erat magnum iter inter eos:

14. & deprecatus eſt David populum, & Abner, & locutus eſt, dicens: Non reſpondis Abner? Et reſpondit Abner, & dixit: Quis es tu, qui vocas me? quid eſt?

15. Et dixit David ad Abner: Vir tu es: & quis ſicut tu in Iſraël? quare non cuſtodis dominum tuum regem? quoniam intravit unus de populo, diſperdere dominum tuum regem.

16. Non eſt bonum hoc, quod feciſti: vivit Dominus, quoniam filii mortificationis vos eſtis, qui non cuſtodiiſtis dominum regem veſtrum, chriſtum Domini: & nunc vide ubi eſt lancea regis, & lentis aquæ, quæ erat ad caput ejus.

17. Et cognovit rex Saul vocem David, & dixit: Vox tua hæc, fili David? Servus tuus, domine rex.

18. Et adjecit David: Ut quid hoc perſequitur dominus meus retro ſervum ſuum? Quoniam quid deliqui? & quæ eſt à me malitia?

19. Et nunc audiat dominus meus rex verba ſervi: Si Dominus Deus tuus incutit te in meum dolorem, & victimam immolationis: quòd ſi filii hominum, maledicti in conſpectu Domini: quoniam ejecerunt me hodie, non confirmatum eſſe in teſtamentum Domini, dicentes: Vade, ſervi diis alienis.

20. Et nunc non cadet ſanguis meus in terram ante conſpectum Domini: quoniam exiit rex Iſraël quærere pulicem unum, ſicut perſequitur noctua in montibus.

21. Et dixit Saul: Peccavi, converte fili Da-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

de additur μῦ, ad *manum*, ſicut δὴ, verbo *accipe*, (ed. Ald. delet δή:) dein loco *quæ eſt ad caput*, habetur ἀπὸ προσκεφαλῆς, *à cervicali*, mel. in Compl. τὸ πρὸς κεφαλῆς: demum ult. voci *nos*, hoc ſuperadditur, καθ' ἑαυτὺς, *per nos ipſi*, quod deeſt in Compl. cætera ad verbum ut ſup. Ambroſ. l. 3. offic. c. 5. to. 2. 116. c. ſic habet: *Non ſit à Domino injicere manum meam in chriſtum Domini.*

℣. 12. Rurſus hîc habetur Græcè, ἀπὸ προσκεφαλῆς, *à cervicali*, pro *à capite*, at in ed. Compl. conſtanter πρὸς κεφαλῆς, ut ſup. exinde pro *ipſi*, καθ' ἑαυτὺς, *per ſe ipſi*, at in Compl. αὐτοί; item ὁ βλέπων, loco *qui videret*, iterumque οὐκ ἦν, & *non erat*, hoc addito, ὁ γινώσκων, *qui cognoſceret*, pro *qui ſciret*, ut & ὁ ἐξεγειρόμενος, *qui excitaret*, loco *qui vigilaret*, paulòque poſt pro *dormiebant*, ὑπνοῦντες, *dormientes*, abſque præced. *enim*; denique pro *timor*, ſic θάμβος, *ſtupor*; cætera ſimilia. Ambroſ. l. 3. offic. c. 5. to. 2. 116. d. eadem memorat, dicens: *Itaque non permiſit necari eum; ſed ſolam lanceam, quæ erat ad caput ejus, & lenticulam ſuſtulit.*

℣. 13. Similiter in Græco, præter duo, εἰς τὸ πέραν, *ultra*, pro *contra*, & πολλὴ ἡ ὁδός, *multa via*, loco *erat magnum iter*. Ambroſ. l. 3. offic. c. 5. to. 2. ſic pergit: *Itaque dormientibus cunctis, egreſſus de caſtris, tranſivit in cacumen montis.*

℣. 14. Pauca variant Græcè, nec magni ponderis, nempe προσεκαλέσατο, *advocavit*, pro *deprecatus eſt*, paulòque poſt, loco & *Abner*, & *locutus eſt*, ſic, καὶ τῷ Ἀβεννὴρ ἐλάλησε; item pro *reſpondis*, ita, ἀποκριθήσῃ, *reſpondebis*, & loco *vocas me*, ſimpliciter ὁ καλῶν, *vocans*, ſublato ſeq. *quid eſt?* Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. ferunt καλῶν με, al. καλῶν με; τίς εἰ σύ; at ubique conſtanter Ἀβεννήρ, pro *Abner*.

℣. 15. Vix unum aut alterum diſcrepat à Græco, nempe *Vir tu es*, pro quo Οὐκ ἀνὴρ σύ; *Non vir tu?* al. Οὐχὶ, *Nonne vir tu?* item infra præponitur καὶ, voci *quare*. Ambroſius l. 3. offic. c. 5. to. 2. 116. d. ſic narrare pergit: *Et coarguere cæpit ſtipatores regios, & præcipuè principem militiæ Abner, quòd nequaquam fidam cuſtodiam regi & domino ſuo adhiberet.*

℣. 16. Ita primùm Græcè: Καὶ οὐκ ἀγαθὸν τὸ ῥῆμα τοῦτο, *Et non bonum verbum hoc*; ſed ab edit. Compl. abeſt καὶ: exinde deleto verbo *eſtis*, habetur ſimpliciter, οἱ φυλάσσοντες, loco *qui non cuſtodiiſtis*; item pro *ubi eſt*, ſic, δὴ, *quæſo*, & pro *quæ erat*, πῦ ἐϛι τὰ πρὸς, *ubi ſunt quæ ad*; in edit. Compl. hoc, πῦ ἐϛι, ponitur ante *lancea*, abſque δὴ. Ambroſ. l. 3. offic. c. 5. to. 2. 116. d. ait, demonſtraſſe David, *ubi eſſet lancea regis, vel lenticula, quæ erat ad caput regis.*

℣. 17. A Græco abeſt *rex*, & ante vocem *ſervus*, ponitur καὶ εἶπε Δαυὶδ, & *dixit David*; reliqua ad verbum ut ſupra.

℣. 18. Ad verbum è Græco, exceptis ſeqq. parvi ponderis, *Et adjecit David*, pro quo ſimpliciter, Καὶ εἶπεν, *Et dixit*; unus Mſ. Alex. addit Δαυὶδ: exinde deeſt *meus* ante *retro*, quod tamen retinent editt. Ald. & Compl. demum pro his, *quæ eſt à me malitia?* ſic, τί εὑρέθη ἐν ἐμοὶ ἀδίκημα, *quæ inventa eſt in me injuſtitia?*

℣. 19. Nonnulla variant Græcè, nempe primò, τὸ ῥῆμα τοῦ δούλου αὐτοῦ, *verbum ſervi ſui*, loco *verba ſervi*; deinde iſta, Εἰ ὁ Θεὸς ἐπιτείθῃ σε ἐπ' ἐμὲ, ὀσφρανθείη θυσία σου· *Si Deus incutit te in me, olfiat ſacrificium tuum*: tum ſic, καὶ εἰ, & *ſi*, pro *quòd ſi*, al. εἰ δὲ, *ſi autem*, addita voce ἕτοι, *hi*, huic, *maledicti*; demum loco *teſtamentum*, habetur κληρονομία, *hæreditate*; cætera quadrant.

℣. 20. Vix unum aut alterum Græcè non conſentiunt, ſcilicet πέσοι, *cadat*, pro *cadet*, & ψυχήν μου, *animam meam*, loco *pulicem unum*; at in edit. Compl. ψύλλον ἕνα; pro *noctua* verò, ſic, νυκτικόρακ, id eſt, *corvus nocturnus*.

℣. 21. A Græco abeſt *jam*, poſt *in te*, præterquam à Mſ. Alex. ac edit. Compl. in quibus additur ἔτι; tum loco *ideo quoniam anima accepta eſt..... in quo*, hab. ἀνὸ ὃν ἐνλίμις ψυχή μου ἐν ὀφθαλμοῖς σου, καὶ ἐν τῇ ζωῇ σου, *prop-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi sup. vid : quoniam non malignabor in te jam, ideo quoniam anima * accepta est ante oculos tuos in diem hunc, in quo stultus factus sum, & ignoravi multa vehementer.

* *Supp.* mea.

22. Et respondit David, dicens : Ecce lancea regis : accedat unus ex pueris, & accipiat eam.

23. Et Dominus restituat unicuique justitias & fidem suam : sicut tradidit te hodie in manibus meis, & nolui injicere manum meam in christum Domini.

24. Ecce sicut exaltavit se anima tua in diem hunc ante oculos meos, sic significetur anima mea in conspectu Domini, & abripiat me, & eruat me ex omnibus tribulationibus.

25. Et dixit Saul ad David : Benedictus tu fili : & faciens *, & potens poteris.....

* *Supp.* facies.

VULGATA NOVA.

David : nequaquam enim ultra tibi malefaciam; eò quòd pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie : apparet enim quòd stultè egerim, & ignoraverim multa nimis.

22. Et respondens David, ait : Ecce hasta regis : transeat unus de pueris regis, & tollat eam.

23. Dominus autem retribuet unicuique secundùm justitiam suam & fidem : tradidit enim te Dominus hodie in manum meam, & nolui extendere manum meam in christum Domini.

24. Et sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis Domini, & liberet me de omni angustia.

25. Ait ergo Saul ad David : Benedictus tu fili mi David : & quidem faciens facies, & potens poteris. Abiit autem David in viam suam, & Saul reversus est in locum suum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

terea quòd pretiosa anima mea in oculis tuis, & in hodierna die, absque seq. *in quo ;* reliqua quadrant.

℣. 22. Duo tantùm discordant cum Græco, scilicet *dicens*, pro quo καὶ εἶπε, & *dixit ;* & *accedat*, pro quo διελθέτω, *transeat.*

℣. 23. Similiter in Græco, præter ista, ἐπιστρέψῃ, *restituet*, pro *restituat*, & κατὰ positum ante *justitias*, sicut αὐτῷ, post ipsas ; item additur Κύριος, post hoc, *tradidit te*, & pro *in manibus meis*, sic, εἰς χεῖράς μου. Ambr. l. 3. offic. c. 5. to. 2. 116. e. ita legit : *Et Dominus restituat unicuique justitias suas & fidem suam : sicut tradidit te Dominus in manus meas, & nolui vindicare manu mea in christum Domini :* Mss. quidam ferunt, *inducere manum meam*, editt. omnes *injicere.*

℣. 24. Ipso initio Gr. habet : Καὶ ἰδοὺ, & *ecce*, exinde ἐμεγαλύνθη, *magnificata est*, pro *exaltavit se*, ut & ζήμερον ἐν ταύτῃ ἐν ὀφθαλμοῖς μου, *hodie in hac in oculis meis*, loco *in diem hunc ante oculos meos ;* tum pro *significetur*, rursus μεγαλυνθείη, *magnificetur*, & pro *abripiat*, σκεπάσαι, *tegat ;* demum loco *ex omnibus tribulationibus*, singulariter ἐκ πάσης θλίψεως.

℣. 25. Aptè ad Græcum, nisi quòd post *faciens*, additur ποιήσεις, *facies*, & in fine seqq. Καὶ ἀπῆλθε Δαυὶδ εἰς τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ Σαοὺλ ἀπέστρεψεν εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ. i. e. *Et abiit David ad viam suam, & Saul revertit ad locum suum.*

CAPUT XXVII.

VULGATA NOVA.

1. ET ait David in corde suo : Aliquando incidam una die in manus Saul : nonne melius est ut fugiam, & salver in terra Philisthinorum, ut desperet Saul, cessetque me quærere in cunctis finibus Israël ? fugiam ergo manus ejus.

2. Et surrexit David, & abiit ipse, & sexcenti viri cum eo, ad Achis filium Maoch regem Geth.

3. Et habitavit David cum Achis in Geth, ipse & viri ejus ; vir & domus ejus ; & David, & duæ uxores ejus, Achinoam Jezrahelitis, & Abigail uxor Nabal Carmeli.

4. Et nunciatum est Sauli quòd fugisset David in Geth, & non addidit ultra quærere eum.

5. Dixit autem David ad Achis : Si inveni gratiam in oculis tuis, detur mihi locus in una urbium regionis hujus, ut habitem ibi : cur enim manet servus tuus in civitate regis tecum ?

6. Dedit itaque ei Achis in die illa Siceleg : propter quam causam facta est Siceleg regum Juda, usque in diem hanc.

7. Fuit autem numerus dierum, quibus habitavit David in regione Philisthinorum, quatuor mensium.

8. Et ascendit David, & viri ejus, & agebant prædas de Gessuri, & de Gerzi, & de Amalecitis : hi enim pagi habitabantur in terra antiquitus, euntibus Sur usque ad terram Ægypti.

9. Et percutiebat David omnem terram, nec relinquebat viventem virum & mulierem : tollensque oves, & boves, & asinos, & camelos, & vestes, revertebatur, & veniebat ad Achis.

10. Dicebat autem ei Achis : In quem irruisti hodie ? Respondebat David : Contra meridiem Judæ, & contra meridiem Jerameel, & contra meridiem Ceni.

11. Virum & mulierem non vivificabat David, nec adducebat in Geth, dicens : Ne fortè loquantur adversùm nos : Hæc fecit David : & hoc erat decretum illi omnibus diebus quibus habitavit in regione Philisthinorum.

12. Credidit ergo Achis David, dicens : Multa mala operatus est contra populum suum Israël : erit igitur mihi servus sempiternus.

CAPUT XXVIII.

VULGATA NOVA.

1. FACTUM est autem in diebus illis, congregaverunt Philisthiim agmina sua, ut præpararentur ad bellum contra Israël : dixitque Achis ad David : Sciens nunc scito, quoniam mecum egredieris in castris tu, & viri tui.

2. Dixitque David ad Achis : Nunc scies quæ facturus est servus tuus. Et ait Achis ad David : Et ego custodem capitis mei ponam te cunctis diebus.

3. Samuel autem mortuus est, planxitque eum om-

3..... *Vide Not.* *Sup.* 25. 1. *Eccli.* 46. 23.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. In fine versus hujus Mss. cod. Germ. n. 7. addit secunda manu ac vitiosè : *Et interfecit eos qui fitones inventæ habebant.* Similiter hab. Corb. n. 1. eadem ma. sed deleta manu altera ; loco tamen verbi hujus *inventæ*, scribit mel. *in ventre*, ut & Mss. alter Corb. n. 3. in margine inferiori : suffragatur Græc. paulò sup. ubi sic : Καὶ πεφείλε τὰς ἐγγαστριμύθους· at superius additamentum abest tam ab ipso Græco, quàm ab Hebraïco textu, & Vulgata.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

nis Iſraël, & ſepelierunt eum in Ramatha urbe ſua. Et Saul abſtulit magos & hariolos de terra.

4. Congregatique ſunt Philiſthiim, & venerunt, & caſtrametati ſunt in Sunam: congregavit autem & Saul univerſum Iſraël, & venit in Gelboe.

5. Et vidit Saul caſtra Philiſthiim, & timuit, & expavit cor ejus nimis.

6. Conſuluitque Dominum, & non reſpondit ei, neque per ſomnia, neque per ſacerdotes, neque per prophetas. 6..... *Vide Not.*

7. Dixitque Saul ſervis ſuis: Quærite mihi mulierem habentem pythonem, & vadam ad eam, & ſciſcitabor per illam. Et dixerunt ſervi ejus ad eum: Eſt mulier pythonem habens in Endor. 7..... *Vide Not.*

" *Levit.* 20. 27. *Deut.* 18. 11. *Act.* 16. 16.

8. Mutavit ergo habitum ſuum: veſtituſque eſt aliis veſtimentis, & abiit ipſe, & duo viri cum eo, veneruntque ad mulierem nocte, & ait illi: Divina mihi in pythone, & ſuſcita mihi quem dixero tibi.

9. Et ait mulier ad eum: Ecce, tu noſti quanta fecerit Saul, & quomodo eraſerit magos & hariolos de terra: quare ergo inſidiaris animæ meæ, ut occidar?

10. Et juravit ei Saul in Domino, dicens: Vivit Dominus, quia non eveniet tibi quidquam mali propter hanc rem.

11. Dixitque ei mulier: Quem ſuſcitabo tibi? Qui ait: Samuelem mihi ſuſcita.

12. Cùm autem vidiſſet mulier Samuelem, exclamavit voce magna, & dixit ad Saul: Quare impoſuiſti mihi? Tu es enim Saul.

13. Dixitque ei rex: Noli timere: quid vidiſti? Et ait mulier ad Saul: Deos vidi aſcendentes de terra.

14. Dixitque ei: Qualis eſt forma ejus? Quæ ait: Vir ſenex aſcendit, & ipſe amictus eſt pallio. Et intellexit Saul quòd Samuel eſſet, & inclinavit ſe ſuper faciem ſuam in terra, & adoravit.

Eccli. 46. 23.

15. Dixit autem Samuel ad Saul: Quare inquietaſti me ut ſuſcitarer? Et ait Saul: Coarctor nimis; ſiquidem Philiſthiim pugnant adversùm me, & Deus receſſit à me, & exaudire me noluit, neque in manu prophetarum, neque per ſomnia: vocavi ergo te, ut oſtenderes mihi quid faciam.

16. Et ait Samuel: Quid interrogas me, cùm Dominus receſſerit à te, & tranſierit ad æmulum tuum?

17. Faciet enim tibi Dominus ſicut locutus eſt in manu mea, & ſcindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo David:

18. quia non obediſti voci Domini, neque feciſti iram furoris ejus in Amalec: idcirco quod pateris, fecit tibi Dominus hodie.

19. Et dabit Dominus etiam Iſraël tecum in manus Philiſthiim: cras autem tu & filii tui mecum eritis: ſed & caſtra Iſraël tradet Dominus in manus Philiſthiim.

20. Statimque Saul cecidit porrectus in terram: extimuerat enim verba Samuelis, & robur non erat in eo, quia non comederat panem tota die illa.

21. Ingreſſa eſt itaque mulier illa ad Saul, (conturbatus enim erat valde) dixitque ad eum: Ecce obedivit ancilla tua voci tuæ, & poſui animam meam in manu mea: & audivi ſermones tuos, quos locutus es ad me.

22. Nunc igitur audi & tu vocem ancillæ tuæ, & ponam coram te buccellam panis, ut comedens convaleſcas, & poſſis iter agere.

23. Qui renuit, & ait: Non comedam. Coegerunt autem eum ſervi ſui & mulier, & tandem audita voce eorum ſurrexit de terra, & ſedit ſuper lectum.

24. Mulier autem illa habebat vitulum paſcualem in domo, & feſtinavit, & occidit eum: tollenſque farinam, miſcuit eam, & coxit azyma,

25. & poſuit ante Saul & ante ſervos ejus. Qui cùm comediſſent, ſurrexerunt, & ambulaverunt per totam noctem illam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Mſ. Corb. n. 3. in margine eadem manu, poſt *ſomnia*, addit *neque per ſacrificia*, deinde ut in Vulg. *neque per ſacerdotes*; hoc verò *neque per ſacrificia*, abeſt cùm ab ipſa, tum ab Hebraïco textu, & Græco.

℣. 7. Huic & ſeqq. alludit Tertul. l. de anima, p. 504. c. dicens: *Nec enim bythonico tunc ſpiritui minus licuit animam Samuelis effingere, poſt Deum mortuos conſulente Saule.*

CAPUT XXIX.

VULGATA NOVA.

1. COngregata ſunt ergo Philiſthiim univerſa agmina in Aphec: ſed & Iſraël caſtrametatus eſt ſuper fontem, qui erat in Jezrahel.

2. Et ſatrapæ quidem Philiſthiim incedebant in centuriis & millibus: David autem & viri ejus erant in noviſſimo agmine cum Achis.

3. Dixeruntque principes Philiſthiim ad Achis: Quid ſibi volunt Hebræi iſti? Et ait Achis ad principes Philiſthiim: Num ignoratis David, qui fuit ſervus Saul regis Iſraël, & eſt apud me multis diebus, vel annis, & non inveni in eo quidquam, ex die qua transfugit ad me, uſque ad diem hanc?

1. *Par.* 12. 19. 4. Irati ſunt autem adversùs eum principes Philiſthiim, & dixerunt ei: Revertatur vir iſte, & ſedeat in loco ſuo, in quo conſtituiſti eum, & non deſcendat nobiſcum in prælium, ne fiat nobis adverſarius, cùm præliari cœperimus: quomodo enim aliter poterit placare dominum ſuum, niſi in capitibus noſtris? 4..... *Vide Not.*

5. Nonne iſte eſt David, cui cantabant in choris, dicentes: Percuſſit Saul in millibus ſuis, & David in decem millibus ſuis?

6. Vocavit ergo Achis David, & ait ei: Vivit Dominus, quia rectus es tu, & bonus in conſpectu meo: & exitus tuus, & introitus tuus mecum eſt in caſtris: & non inveni in te quidquam mali, ex die qua veniſti ad me, uſque in diem hanc: ſed ſatrapis non places.

7. Revertere ergo, & vade in pace, & non offendas oculos ſatraparum Philiſthiim.

8. Dixitque David ad Achis: Quid enim feci, & quid inveniſti in me ſervo tuo, à die qua fui in conſpectu tuo uſque in diem hanc, ut non veniam, & pugnem contra inimicos domini mei regis?

9. Reſpondens autem Achis, locutus eſt ad David: Scio quia bonus es tu in oculis meis, ſicut angelus Dei: ſed principes Philiſthinorum dixerunt: Non

2. *Reg.* 14. 17. & 20. *Item* 19. 27.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Mſ. Corb. n. 3. poſt hoc Vulg. *in prælium*, ſubdit in margine, & *non ſit conſiliarius noſter*, deinde, *ne fiat*, &c. In Græco ſic: ἢ μὴ ἐρχέσθω μεθ' ἡμῶν εἰς τὸν πόλεμον, ἢ μὴ γινέσθω ἐπίβουλος τῆς παρεμβολῆς· & *non veniat nobiſcum ad bellum*, & *non fiat inſidiator caſtrorum.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ascendet nobiscum in prælium.

10. Igitur consurge manè tu, & servi domini tui, qui venerunt tecum: & cùm de nocte surrexeritis, & cœperit diluceſcere, pergite.

11. Surrexit itaque de nocte David, ipse & viri ejus, ut proficiscerentur manè, & reverterentur ad terram Philisthiim: Philisthiim autem ascenderunt in Jezrael.

CAPUT XXX.

VULGATA NOVA.

1. *Par.* 14. 20. 1. CUmque venissent David & viri ejus in Siceleg die tertia, Amalecitæ impetum fecerant ex parte australi in Siceleg, & percussérant Siceleg, & succenderant eam igni.

2. Et captivas duxerant mulieres ex ea, à minimo usque ad magnum: & non interfecerant quemquam, sed secum duxerant, & pergebant itinere suo.

3. Cùm ergo venissent David & viri ejus ad civitatem, & invenissent eam succensam igni, & uxores suas, & filios suos, & filias ductas esse captivas,

4. levaverunt David & populus qui erat cum eo voces suas, & planxerunt donec deficerent in eis lacrymæ.

5. Siquidem & duæ uxores David captivæ ductæ fuerant, Achinoam Jezraelites, & Abigail uxor Nabal Carmeli.

6. Et contristatus est David valde: volebat enim eum populus lapidare, quia amara erat anima uniuscujusque viri super filiis suis & filiabus: confortatus est autem David in Domino Deo suo.

7. Et ait ad Abiathar sacerdotem filium Achimelech: Applica ad me ephod. Et applicavit Abiathar ephod ad David,

8. & consuluit David Dominum, dicens: Persequar latrunculos hos, & comprehendam eos, an non? Dixitque ei Dominus: Persequere: absque dubio enim comprehendes eos, & excuties prædam.

9. Abiit ergo David ipse, & sexcenti viri qui erant cum eo, & venerunt usque ad torrentem Besor: & lassi quidam substiterunt.

10. Persecutus est autem David ipse, & quadringenti viri: substiterant enim ducenti, qui lassi transire non poterant torrentem Besor.

11. Et invenerunt virum Ægyptium in agro, & adduxerunt eum ad David: dederuntque ei panem ut comederet, & biberet aquam,

12. sed & fragmen massæ caricarum, & duas ligaturas uvæ passæ. Quæ cùm comedisset, reversus est spiritus ejus, & refocillatus est: non enim comederat panem, neque biberat aquam, tribus diebus & tribus noctibus.

13. Dixit itaque ei David: Cujus es tu? vel unde? & quò pergis? Qui ait: Puer Ægyptius ego sum, servus viri Amalecitæ: dereliquit autem me dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiustertius.

14. Siquidem nos erupimus ad australem plagam Cerethi, & contra Judam, & ad meridiem Caleb, & Siceleg succendimus igni.

15. Dixitque ei David: Potes me ducere ad cuneum istum? Qui ait: Jura mihi per Deum, quòd non occidas me, & non tradas me in manus domini mei, & ego ducam te ad cuneum istum. Et juravit ei David.

16. Qui cùm duxisset eum, ecce illi discumbebant super faciem universæ terræ, comedentes & bibentes, & quasi festum celebrantes diem, pro cuncta præda, & spoliis quæ ceperant de terra Philisthiim, & de terra Juda.

17. Et percussit eos David à vespere usque ad vesperam alterius diei, & non evasit ex eis quisquam, nisi quadringenti viri adolescentes, qui ascenderant camelos, & fugerant.

18. Eruit ergo David omnia quæ tulerant Amalecitæ, & duas uxores suas eruit.

19. Nec defuit quidquam à parvo usque ad magnum, tam de filiis quàm de filiabus, & de spoliis, & quæcunque rapuerant, omnia reduxit David.

20. Et tulit universos greges & armenta, & minavit ante faciem suam: dixeruntque: Hæc est præda David.

21. Venit autem David ad ducentos viros, qui lassi substiterant, nec sequi potuerant David, & residere eos jusserat in torrente Besor: qui egressi sunt obviam David & populo qui erat cum eo. Accedens autem David ad populum, salutavit eos pacificè.

22. Respondensque omnis vir pessimus & iniquus, de viris qui ierant cum David, dixit: Quia non venerunt nobiscum, non dabimus eis quidquam de præda, quam eruimus: sed sufficiat unicuique uxor sua & filii: quos cùm acceperint, recedant.

23. Dixit autem David: Non sic facietis fratres mei de his, quæ tradidit nobis Dominus, & custodivit nos, & dedit latrunculos, qui eruperant adversùm nos, in manus nostras:

24. nec audiet vos quisquam super sermone hoc: æqua enim pars erit descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, & similiter divident.

25. Et factum est hoc ex die illa, & deinceps constitutum & præfinitum, & quasi lex in Israël usque in diem hanc.

26. Venit ergo David in Siceleg, & misit dona de præda senioribus Juda proximis suis, dicens: Accipite benedictionem de præda hostium Domini:

27. His qui erant in Bethel, & qui in Ramoth ad meridiem, & qui in Jether,

28. & qui in Aroer, & qui in Sephamoth, & qui in Esthamo,

29. & qui in Rachal, & qui in urbibus Jerameel, & qui in urbibus Ceni,

30. & qui in Arama, & qui in lacu Asan, & qui in Athach,

31. & qui in Hebron, & reliquis qui erant in his locis, in quibus commoratus fuerat David ipse, & viri ejus.

CAPUT XXXI.

VULGATA NOVA.

1. PHilisthiim autem pugnabant adversùm Israël: & fugerunt viri Israël ante faciem Philisthiim, & ceciderunt interfecti in monte Gelboe.

1. *Par.* 10. 3. 2. Irrueruntque Philisthiim in Saul, & in filios ejus, & percussérunt Jonathan, & Abinadab, & Melchisua, filios Saul,

3. totumque pondus prælii versum est in Saul: & consecuti sunt eum viri sagittarii, & vulneratus est vehementer à sagittariis.

1. *Par.* 10. 4. 4. Dixitque Saul ad armigerum suum: Evagina gladium tuum, & percute me: ne fortè veniant incircumcisi isti, & interficiant me, illudentes mihi. Et

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

noluit armiger ejus : fuerat enim nimio terrore perterritus : arripuit itaque Saul gladium, & irruit super eum.

5. Quod cùm vidisset armiger ejus, videlicet quòd mortuus esset Saul, irruit etiam ipse super gladium suum, & mortuus est cum eo.

6. Mortuus est ergo Saul, & tres filii ejus, & armiger illius, & universi viri ejus in die illa pariter.

7. Videntes autem viri Israël, qui erant trans vallem, & trans Jordanem, quòd fugissent viri Israëlitæ, & quòd mortuus esset Saul, & filii ejus, reliquerunt civitates suas, & fugerunt : veneruntque Philisthiim, & habitaverunt ibi.

8. Facta autem die altera, venerunt Philisthiim, ut spoliarent interfectos, & invenerunt Saul & tres filios ejus jacentes in monte Gelboe.

9. Et præciderunt caput Saul, & spoliaverunt eum armis : & miserunt in terram Philisthinorum per circuitum, ut annuntiaretur in templo idolorum, & in populis.

10. Et posuerunt arma ejus in templo Astaroth, corpus verò ejus suspenderunt in muro Bethsan.

11. Quod cùm audissent habitatores Jabes Galaad, quæcunque fecerant Philisthiim Saul, 2. *Reg.* 2. 4.

12. surrexerunt omnes viri fortissimi, & ambulaverunt tota nocte, & tulerunt cadaver Saul, & cadavera filiorum ejus, de muro Bethsan : veneruntque Jabes Galaad, & combusserunt ea ibi :

13. & tulerunt ossa eorum, & sepelierunt in nemore Jabes, & jejunaverunt septem diebus.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCŌ LUCA Brugensi.

LIBER REGUM PRIMUS.

CAP. I. ℣. 9. Ante postes templi Domini. *Retinendum est* templi, *non mutandum cum* domus.

℣. 18. Et illa dixit. *Non scribas* at *adversativum*, *pro & copulativo.*

℣. 19. Et venerunt in domum suam Ramatha. *Non repetitur* in *ante* Ramatha, *sed subauditur. Simile infra* 2. ℣. 11.

℣. 24. Et tribus modiis farinæ. *Non scribas* uno modio, *pro* tribus modiis, *juxta ea quæ aliàs annotavimus.*

℣. 28. Quibus fuerit commodatus Domino. *Alii legunt verbum compositum* accommodatus, *sed simplex* commodatus *est præferendum.*

CAP. II. ℣. 19. Ut immolaret hostiam solemnem. *Quod sequitur in quibusdam libris*, & votum suum, *superfluit.*

℣. 30. Sed quicunque glorificaverit me, glorificabo eum. *Non scribas* honorificaverit, *pro* glorificaverit : *nam & Hebraïcè vox eadem repetitur.*

℣. 34. Duobus filiis tuis. *Non omittas pronomen* tuis.

CAP. III. ℣. 2. Heli jacebat in loco suo. *Non est mutandum* loco, *cum* lecto, lectulo, *vel* domo.

Sequitur : Et oculi ejus caligaverant, nec poterat videre : lucerna Dei antequam extingueretur, Samuel dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei. *Hæc genuina est Vulgatæ editionis & lectio & distinctio, de quâ olim nos latè in Notationibus nostris. Non itaque substituendus est quartus casus* lucernam, *pro primo* lucerna, *nec voci* Samuel *addenda conjunctio* autem.

℣. 17. Quis est sermo quem locutus est Dominus ad te. *Non est omittendum* quem locutus est Dominus.

CAP. IV. ℣. 1. Et factum est in diebus illis, convenerunt Philisthiim in pugnam. *Quamvis hæc verba à multis omittantur, quod olim docuimus : non tamen visum est Romanis Patribus illa è medio tollere, eò quòd Græcè legantur. Quocirca etiam consequenter scribunt*, Et egressus est Israël, *conjunctione copulativa, quæ est in Græcis libris, loco rationalis* namque, *quæ est in plerisque Latinis.*

℣. 9. Sicut & illi servierunt vobis. *Non est mutandum secundæ personæ pronomen* vobis, *cum primæ* nobis.

℣. 13. Heli sedebat super sellam contra viam spectans. *Pro simplici* spectans, *non substituas compositum* exspectans.

℣. 20. Dixerunt ei quæ stabant circa eam. *Cave mutes* quæ *femininum, cum masculino* qui.

℣. 21. Translata est gloria de Israël. *Non addas* Domini.

℣. 22. Et ait : Translata est. *Non omittas conjunctionem præpositam.*

CAP. V. ℣. 6. Et ebullierunt villæ & agri in medio regionis illius, & nati sunt mures, & facta est confusio mortis magnæ in civitate. *De his verbis, tale fuit judicium Romanorum Correctorum, quale supra* 4. ℣. 1. *Porro pro secundo casu* magnæ, *in aliis libris est primus* magna, *ut etiam Græcè.*

℣. 9. Inieruntque Gethæi consilium, & fecerunt sibi sedes pelliceas. *Et hæc verba, quamvis à quibusdam Latinis libris Hebræo consemaneis omittantur, tamen quia reperiuntur in quibusdam Græcis, non judicarunt Romani expungenda. Similis ratio inferiùs occurrit plurium aliorum locorum, quæ non putavimus singula annotanda. Consilium quo illi moti fuerint, licet ex ea quam bis Bibliis præmiserunt præfatione intelligere.*

℣. 11. Dimittite arcam Dei Israël. *Non est mutandum plurale* dimittite, *cum singulari* dimitte.

CAP. VI. ℣. 11. Et similitudines anorum. *Retinendus & hîc est numerus pluralis* similitudines, *non vertendus in singularem* similitudinem.

℣. 19. Percussit autem de viris Bethsamitibus. *Non addas* Dominus.

CAP. VII. ℣. 1. In domum Abinadab. *Non mutes* Abinadab, *cujus secunda littera est* b *muta, cum* Aminadab, *cujus secunda littera est* m *liquida.*

℣. 10. Et cæsi sunt à facie Israël. *Legendum est* facie, *quod est* conspectu, *non* filiis.

℣. 11. Egressique viri Israël. *Non est mutandum* viri, *in* filii.

CAP. VIII. ℣. 1. Posuit filios suos judices Israël. *Non addas* in *præpositionem, ante vocem* judices, *sed intelligas* Israël *esse dativi casus.*

CAP. IX. ℣. 1. Filius Abiel, filii Seror. *Pro* Seror, *in quo littera* r *repetitur, non est legendum* Seor.

Ibidem. Filii Seror, filii Bechorath. *Non addas, quod in quibusdam libris sequitur*, filii Sareth.

℣. 5. Cùm autem venissent in terram Suph. *Nec hîc addas, quod sequitur in quibusdam libris*, & non invenissent.

℣. 7. Panis defecit in sitarciis nostris. *Alii pro* sitarciis *legunt* cistartiis, *vocem non intellectam quasi à* cista *derivantes, quæ componitur ex* σῖτος, sitos, *quod frumentum Græcè*, & ἀρκεῖν, arcin, *quod sufficere est : unde nomen femininum*, Σῖταρχία, sitarcia, *quod commeatum*, & *neutrum* sitarcium, *quod peram significat, saccum aut vas, in quo ab itinerantibus reponitur commeatus ; nam & Hebraïcè ad verbum legitur* in vasis nostris.

℣. 13. Quia ipse benedicit hostiæ, & deinceps comedunt qui vocati sunt. *Præsentia* benedicit & comedunt, *præferuntur futuris* benedicet, comedent.

℣. 19. Ut comedatis mecum hodie. *Non est permutandum plurale* comedatis, *cum singulari* comedas.

CAP. X. ℣. 2. In finibus Benjamin in meridie. *Quod sequitur in quibusdam libris*, salientes magnas foveas, *omittendum est.*

℣. 5. Post hæc venies in collem Dei. *Non mutes verbum* venies, *in participium* veniens.

℣. 12. Et quis pater eorum ? *Duplex hîc à quibusdam committitur vitium ; unum, quòd pro interrogativo* quis, *scribant nomen proprium patris Saul* Cis : *alterum, quòd pro plurali* eorum, *supponant singulare* ejus.

CAP. XII. ℣. 6. Et eduxit patres nostros de terra Ægypti. *Sequitur in quibusdam exemplaribus* adest, *sed superfluè.*

℣. 9. Magistri militiæ Hasor. *Non addas* regis, *ante* Hasor.

℣. 11. Et misit Dominus Jerobaal, & Badan, & Jephte. *Inter* Badan & Jephte, *multi libri interponunt* & Samson, & Barac, *sed obelo transfodiendum.*

℣. 23. Absit autem à me hoc peccatum in Dominum. *Servandus est quartus casus* Dominum, *loco sexti* Domino, *qui est in aliis libris.*

CAP. XIII. ℣. 7. In terram Gad & Galaad. *Non omit-*

Digitized by Google

as præpoſitionem in.

℣. 8. Juxta placitum Samuelis. *Quidam libri pro* placitum, *ſcribunt* pactum.

℣. 17. Et egreſſi ſunt ad prædandum. *Non ſubſtituas* præliandum, *quod eſt bellandum*, *pro* prædandum, *quod eſt prædas agendum.*

Ibidem. Contra viam Ephra ad terram Sual. *Nonnulli pro* Ephra, *ſupponunt* Ephraim, *nomen unius ex duodecim tribubus*, & Saul *nomen primi Regis Iſraël*, *pro* Sual, *utrumque vitioſè.*

℣. 18. Ad iter termini imminentis valli Seboim. *Non interponas* in terra Sabaa, *quod quidam ſuperfluè.*

℣. 20. Et ſecurim & ſarculum. *Nec hîc interponas* & tridentem, *redundat enim*, *ſumptum ex verſu proximo.*

Cap. XIV. ℣. 2. Quæ erat in Magron. *Unam vocem* Magron, *quidam in duas diſtraxerunt*, agro Gabaa, *malè.*

℣. 13. Itaque alii cadebant ante Jonatham. *Poſt* itaque, *non addas* cùm vidiſſent faciem Jonathæ, *quod quidam.*

℣. 15. Et factum eſt miraculum in caſtris, per agros. *Confodienda eſt* & *conjunctio*, *quam nonnulli interjiciunt ante* per agros.

Ibidem. Et conturbata eſt terra. *Quidam pro* terra, *exiſtimarunt ſubſtituendum* caſtra: Et conturbata ſunt caſtra: *malè.*

℣. 21. Ut eſſent cum Iſraël qui erant cum Saul & Jonatha. *Nonnulli libri addunt* & iis qui erant: *alii mutant numerum pluralem* erant, *in ſingularem* erat, *non animadvertentes*, Iſraël *poſitum eſſe numero plurali*, *pro Iſraëlitis.*

℣. 41. Da indicium. *Quidam pro* indicium, *quod eſt ſignum*, *ſcribunt* judicium, *minùs rectè.*

Cap. XV. ℣. 6. Abite, recedite, atque deſcendite ab Amalec. *Non eſt ſcribendum* diſcedite, *quod idem unum cum eo eſt quod præcedit* recedite, *ſed* deſcendite, *compoſitum à* ſcando.

℣. 32. Pinguiſſimus & tremens. *Non omittas poſterius* & tremens.

℣. 35. Quòd conſtituiſſet eum regem ſuper Iſraël. *Pro pronomine* eum, *non ſupponas nomen* Saul.

Cap. XVII. ℣. 1. Convenerunt in Socho Judæ. *Non eſt ſcribendum* Sochot, *ſed* Socho, *vocali* o, *non* t *conſonante*, *terminante vocem.*

℣. 5. Et lorica ſquamata induebatur. *Magis proprium eſt* ſquamata *à ſquamis deductum*, *quàm* hamata *ab hamis*, *quod eſt in aliis libris.*

℣. 52. Et uſque ad Geth. *Non eſt omittenda conjunctio* &c.

℣. 55. De qua ſtirpe deſcendit hic adoleſcens, Abner? *Nec hic omittendum eſt nomen* Abner.

Cap. XVIII. ℣. 6. Porro cùm reverteretur percuſſo Philiſthæo David. *Quod ſequitur in multis libris*, & ferret caput ejus in Jeruſalem, *meritò judicatum eſt ſuperfluere.*

℣. 20. Dilexit autem David Michol filia Saul altera. *Legendum eſt primo caſu* filia Saul altera, *non quarto*, filiam Saul alteram: *ac proinde intelligendum* David *quarti eſſe caſus*, *non primi.*

℣. 27. Abiit cum viris qui ſub eo erant. *Non addas* in Accaron.

℣. 30. Et egreſſi ſunt principes Philiſthinorum. *Non omittas verbum ſubſtantivum* ſunt.

Ibidem. Quàm omnes ſervi Saul. *Non mutes* ſervi *in* viri.

Cap. XIX. ℣. 3. Ego autem egrediens ſtabo juxta patrem meum, in agro ubicunque fueris. *Legendum eſt* fueris *ſecunda perſona*, *non tertia* fuerit.

℣. 5. Et poſuit animam ſuam in manu ſua. *Non eſt mutandum pronomen tertiæ perſonæ* ſua, *cum ſecundæ* tua.

℣. 11. Miſit ergo Saul ſatellites ſuos. *Non addas* nocte, *quod quidam.*

℣. 16. Et pellis caprarum ad caput ejus. *Retinendum eſt nomen ſingulare* pellis, *pro plurali* pelles.

℣. 24. Et cecidit nudus tota die illa & nocte. *Cave ſcribas* cecinit, *quod eſt cantavit*, *pro* cecidit, *quod eſt jacuit.*

Cap. XX. ℣. 6. Si reſpiciens requiſierit me pater tuus. *Non omittas* reſpiciens.

℣. 9. Abſit hoc à te. *Legendum eſt pronomen ſecundæ perſonæ* te, *non primæ* me.

℣. 19. In die qua operari licet. *In quibuſdam pro pronomine* qua, *eſt adverbium* quando.

℣. 29. In civitate. *Non addas pronomen* mea.

Cap. XXI. ℣. 4. Si mundi ſunt pueri, maximè à mulieribus. *Quod ſequitur in quibuſdam libris*, manducent, *meritò transfoditur obeliſco.*

℣. 5. Equidem ſi de mulieribus agitur. *Non diſtrahas voculam* equidem, *in duas* & quidem.

℣. 7. Potentiſſimus paſtorum Saul. *Quod ſubdunt quidam libri*, hic paſcebat mulas Saul, *quam juſtis de cauſis ſublatum ſit*, *aliàs oſtendimus.*

℣. 8. Si habes hîc ad manum haſtam aut gladium? *Non ſubjicias* da mihi, *ut nonnulli.*

℣. 15. Hiccine ingredietur domum meam? *Hujus loco ne ſcribas* dimittite illum hinc, ne ingrediatur domum meam.

Cap. XXII. ℣. 7. Audite nunc filii Jemini. *Non eſt addendum pronomen* me.

℣. 22. Sciebam in die illa. *Nec hîc addenda conjunctio* enim.

Cap. XXIII. ℣. 22. Et conſiderate locum ubi ſit pes ejus. *Neque hîc adverbium* velociter.

Sequitur: Vel quis viderit eum ibi. *Quod hîc ſubdunt quidam libri*, ubi dixiſtis, *nec hoc addendum eſt.*

℣. 23. Quòd ſi etiam in terram ſe abſtruſerit, perſcrutabor eum. *Legendum eſt* abſtruſerit, *compoſitum ex* abs & trudo, *non* obſtruxerit, *compoſitum ab* ob & ſtruo. *Hebraïcè ad verbum:* Quòd ſi etiam in terra fuerit.

℣. 26. Et ibat Saul. *Non addas* & viri ejus.

Cap. XXIV. ℣. 7. Quia chriſtus Domini eſt. *Subſequitur in multis libris:* Vivit Dominus, quia niſi Dominus percuſſerit eum, aut dies ejus venerit ut moriatur, aut deſcendens in prælium perierit, propitius mihi ſit Dominus, ut non mittam manum meam in chriſtum Domini: *verùm hæc non ſunt hujus loci*, *ſed ejus qui infrà* 26. ℣℣. 10. 11.

℣. 8. Et confregit David viros ſuos ſermonibus. *Non addas* iſtis.

℣. 9. Surrexit autem & David poſt eum. *Non omittas* &.

Cap. XXV. ℣. 6. Et omnibus quæcunque habes ſit pax. *Subjiciunt multi libri:* Ex multis annis ſalvos faciens tuos & omnia tua: *ſed redundat*, *meritòque ſublatum eſt.*

℣. 7. Audivi quòd tonderent paſtores tui. *Non eſt addendum* greges tuos.

℣. 31. Recordaberis ancillæ tuæ. *Superfluit quod ſubdunt quidam codices*, & tu beneſacies ei.

Cap. XXVII. ℣. 3. Ipſe & viri ejus, vir & domus ejus. *Non oportet omittere nomen* vir, *numero ſingulari repetitum.*

℣. 8. Hi enim pagi habitabantur in terra antiquitus. *Non eſt mutandum* pagi *in* vagi, *quod eſt vagabundi; nec paſſivum* habitabantur *in activum* habitabant: *quamvis activum Hebraïcè legatur*, *ubi non additur* pagi.

℣. 9. Et percutiebat David omnem terram. *Non addas* illorum.

Cap. XXVIII. ℣. 3. Et Saul abſtulit magos & hariolos de terra. *Subjiciunt multi codices*: Et interfecit eos quī pythones habebant in ventre: *verùm illud juſtè confoſſum obeliſco*, *omiſſum eſt.*

Cap. XXX. ℣. 3. Cùm ergo veniſſent David & viri ejus. *Correctores meritò prætulerunt plurale ſingulari* veniſſet.

℣. 10. Ipſe & quadringenti viri. *Non addas* cum eo.

℣. 12. Quæ cùm comediſſet. *Non commutes neutrum* quæ *plurale*, *cum maſculino ſingulari* qui.

℣. 19. Nec defuit quidquam à parvo uſque ad magnum. *Correctores prætulerunt neutrum* quidquam, *maſculino* quiſquam.

℣. 27. Et qui in Jether. *Hujus proprii nominis prima littera eſt* J, *non* G, Gether.

℣. 31. David ipſe & viri ejus. *Non omittas pronomen* ipſe.

Cap. XXXI. ℣. 4. Arripuit itaque Saul gladium. *Non addas* ſuum.

℣. 7. Videntes autem viri Iſraël. *Non eſt mutandum* viri *cum* filii.

℣. 12. Veneruntque Jabes Galaad, & combuſſerunt ea ibi. *Ut verbo* venerunt *non eſt addendum nomen* viri, *ita omittendum eſt nomen* igni, *quod quidam apponunt adverbio* ibi.

Variæ Lectiones Vulgatæ, rurſum ab eodem Francisco Luca obſervatæ.

LIBER REGUM PRIMUS.

Cap. II. ℣. 17. Quia retrahebant homines à ſacrificio Domini. *Alii legunt*, quia detrahebant homines ſacrificio Domini.

Cap. IV. ℣. 1. Et factum eſt in diebus illis, convenerunt Philiſthiim in pugnam. *Etſi Græcè hæc verba legantur*, *tamen ſi bene ponderentur quæ ſcripſimus in Notationibus*, *videntur non fuiſſe addita à Vulgato Interprete*, *ſed illis omiſſis deinceps ſcriptum:* Egreſſus eſt namque, &c.

Digitized by Google

Cap. V. ℣. 6. Et ebulliorunt villæ & agri in medio regionis illius, & nati sunt mures: & facta est confusio mortis magnæ in civitate. *Non aliud queam & ad hæc verba annotare, quàm non videri addita ab Interprete, observationes in Notationibus expositas; sicut nec ad ista quæ sequuntur* ℣. 9. Inieruntque Gethæi consilium, & fecerunt sibi sedes pelliceas, *quæ nec in omnibus Græcis inveniuntur.*

Cap. VII. ℣. 3. Auferte deos alienos de medio vestri, Baalim & Astaroth. *Multa bona Manuscripta omittunt* Baalim, *nec tamen delent conjunctionem subsequentem* &, *consentaneè Hebræo & Græco. Additum fuit* Baalim *ex* ℣. *quarto.*

℣. 12. Et vocavit nomen loci illius, Lapis adjutorii. *Quòd quædam bona scripta omittunt nomen* loci, *scribuntque solummodo pronomen* ejus, *vel* illius, *Hebræo & Græco apprime congruit.*

Cap. VIII. ℣. 18. Quia petistis vobis regem. *Hæc verba omittuntur ab antiquis quibusdam Manuscriptis, nominatim uno hujus Ecclesiæ, consentaneè Hebraïcis libris & Græcis quibusdam; nam in aliis Græcis exstant, signanter Sixtino.*

Cap. IX. ℣. 25. Stravitque Saul in solario, & dormivit. *Hæc videtur interpretatio esse Græcorum, ejus loco quam dedit Latinus Interpres,* Et locutus est cum Saule in solario, *quod docemus in Notationibus nostris.*

Cap. X. ℣. 1. Et liberabis populum suum de manibus inimicorum ejus, qui in circuitu ejus sunt. Et hoc tibi signum, quia unxit te Deus in principem. *Hæc confodienda censet Epanorthotes: quanquam enim in Græcis plerisque libris legantur, tamen ab antiquis Latinis & Hebraïcis absunt.*

℣. 19. Per tribus vestras & per familias. *Quidam putant pro* familias, *legendum esse* millia, *quod Hebraïcæ litteræ consonat; sed exemplaria quæ sic legant ego non vidi.*

Cap. XI. ℣. 1. Factum est quasi post mensem. *Hæc verba Epanorthotes, juxta antiquos & Hebræos codices, judicat omittenda, ut ex Græcis accepta: certè absunt ab antiquis Bibliis Clarimarisci, aliisque in margine Bibliorum Lovanienſium annotatis, quin etiam à Græco Bibliorum Regiorum textu.*

Cap. XIII. ℣. 15. Et reliqui populi ascenderunt post Saul obviam populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa, in colle Benjamin. *Præter vetera Manuscripta hactenus indicata, unum etiam hujus nostræ Ecclesia omittit hæc verba, consentaneè Hebræo: & quamvis in Græcis quibusdam legantur, non tamen omni ex parte consonant.*

Cap. XIV. ℣. 22. Et erant cum Saul, quasi decem millia virorum. *Multi scripti libri omittunt hæc verba, conformiter Hebræo: quanquam Græcè paulò post legantur.*

℣. 41. Domine Deus Israël, da indicium: quid est quòd non responderis servo tuo hodie? Si in me aut in Jonatha filio meo est iniquitas hæc, da ostensionem: aut si hæc iniquitas est in populo tuo, da sanctitatem. *Sunt Latini libri qui horum loco nihil aliud legant, quàm* da indicium, *quod est signum,* (*nec enim legendum est* judicium;) *reliqua omnia omittunt, Hebræo consentaneè, quæ ex Græco emanasse docuimus in Notationibus.*

Cap. XV. ℣. 3. Et non concupiscas ex rebus ipsius aliquid. *Multa bona exemplaria Latina manuscripta confodiunt hæc verba, quanquam similia quædam Græcis libris addantur.*

℣. 12. Venit ergo Samuel ad Saul, & Saul offerebat holocaustum Domino, de initiis prædarum quæ attulerat ex Amalec. Et cùm venisset Samuel ad Saul, dixit ei Saul. *Manuscripta Latina integerrimæ fidei, hoc solum legunt.* Venit ergo Samuel ad Saul, & dixit ei Saul. *Quæ intermedia sunt, in Græcis fere libris leguntur.*

Cap. XVII. ℣. 36. Erit igitur & Philisthæus hic incircumcisus, quasi unus ex eis. Nunc vadam, & auferam opprobrium populi: quoniam quis est iste Philisthæus incircumcisus, qui ausus est. *Sunt plurima & optima exemplaria Latina, quæ hoc solum legant:* Erit igitur & Philisthæus hic incircumcisus, quasi unus ex eis, qui ausus est. *Media non leguntur, nisi in libris quibusdam Græcis.*

℣. 49. Et circumducens percussit Philisthæum in fronte. *Participium* circumducens *confoditur à pluribus bonis libris.*

Cap. XIX. ℣. 21. Et iratus iracundiâ Saul, abiit etiam ipse. *Sunt libri manuscripti qui hoc solum legant,* Et abiit etiam ipse: *illud enim,* iratus iracundiâ Saul, *Græca editionis est.*

Cap. XX. ℣. 15. Auferat Jonathan de domo sua, & requirat Dominus de manu inimicorum David. *LXX. ad hunc fere modum interpretati sunt, quod Latinus Interpres, ut sequens habet versus in codicibus Latinis, transtulit:* Pepigit ergo Jonathas fœdus cum domo David, & requisivit Dominus de manu inimicorum David.

Cap. XXI. ℣. 11. Cùm vidissent David. *Videtur hoc superfluere: quippe quod abest à bonis libris, consonantibus Hebræo, Græco,* &c.

Cap. XXIII. ℣. 13. Et salvatus esset. *A bonis libris Latinis omittuntur hæc verba; nam quod Latinus Interpres verterat,* quòd fugisset David (*seu quod alii,* evasisset) *Græci verterunt,* & salvatus esset.

℣. 14. In monte solitudinis Ziph. *Quod sequitur,* in monte opaco, *multi libri omittunt. Cæterùm Græci libri præter Regium addunt, sed variè legunt; alii* in monte opaco, *alii* in terra opaca, *alii utrumque.*

Cap. XXV. ℣. 13. Tunc ait David pueris suis. *Videtur potiùs* viris *legendum, quàm* pueris.

Cap. XXIX. ℣. 3. Dixeruntque principes Philisthiim. *Quod sequitur,* ad Achis, *videri possit meritò omittendum. Ibidem.* Et non inveni in eo quidquam. *Non suppleas* mali.

Cap. XXX. ℣. 15. Et juravit ei David. *Hoc omittitur, ut à multis Latinis libris, ita & ab Hebraïs, & quibusdam Græcis.*

Digitized by Google

SUMMA CAPITA LIBRI II. REGUM,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Verſioni antiquæ ſatis reſpondeant.

CAP. I. *David occiſo nuncio, qui ſe Saulem occidiſſe dicebat, ſciſſis veſtibus deflet eum cum cæteris occiſis, jejunans ac præcipiens ut filios Juda docerent arcum.*

CAP. II. *David in Hebron ſuper Juda in regem unctus, viros Jabes Galaad ob Saul ſepulturam commendat; Isboſeth verò in regem ſuper Iſraël unctio, gravem peperit ſeditionem ac pugnam.*

CAP. III. *Abner iratus regi Isboſeth fœdus init cum David, & reductâ Michol, dum congregaret Iſraëlitas ad David, occiditur à Joab; cui David iratus amarè deflet Abner.*

CAP. IV. *Baana & Rechab caput Isboſeth, quem dormientem occiderant, ad David attulerunt, quos pro mercede juſſit interimi.*

CAP. V. *David unctus ſuper totum Iſraël, pulſis Jebuſæis arcem Sion cepit: ubi exſtructa domo habitavit, alias ſuperinducens uxores, filioſque procreans, & Philiſthæos bis proſternens.*

CAP. VI. *Reducente David arcam à domo Abinadab, Oza à Domino occiſus eſt, quòd illam attigiſſet; quare eam in domo Obededom reliquit: poſtmodum verò in Jeruſalem reducens, & ante eam ludens, à Michol uxore ridetur: in cujus pœnam nunquam illa deinceps peperit.*

CAP. VII. *David proponens ædificare domum Domino, à Nathan propheta primùm collaudatur, poſtmodum jubente Domino prohibetur, ſed filius ei promittitur illam ædificaturus, unde Domino gratias agit.*

CAP. VIII. *Victoriæ David, qui multos fecit tributarios, quibus ſolent Iſraëlitæ pendere tributa: congratulatio Thoü regis Emath de rege Adarezere devicto; à quo multa ſpolia David abſtulit: officiarii quos habebat David recenſentur.*

CAP. IX. *Quantum pietatis exhibuerit David Miphiboſeth filio Jonathæ claudo, datis omnibus agris Saul, quos colebat Siba cum filiis ac ſervis ſuis, Miphiboſeth ad menſam David recepto.*

CAP. X. *Hanon rex Ammonitarum, poſt illatam ſervis David injuriam, quos ad conſolandum de patris morte miſerat, contractis quinque regum Syriæ copiis, profligatur ſemel ac iterum.*

CAP. XI. *Obſeſſa Rabba civitate Ammonitarum, David adulterio Bethſabee adjunxit, ad id celandum, homicidium viri illius Uriæ; acceptâque illâ in uxorem, & nato ex ea filio, Dominum commovit ad iram.*

CAP. XII. *David ſub parabola à Nathan propoſita, in ſe ipſum tulit ſententiam: unde Nathan multa illi minatur incommoda; quibus compuncto culpa condonatur, manente pœna: & mortuo puero, naſcitur Salomon; ac civitas Rabbath cum magna ultione diruitur, accepto diademate pretioſiſſimo regis ipſius.*

CAP. XIII. *Abſalom, propter inceſtum cum ſorore Thamar, fratrem Amnon occidit; iratoque patre, profugus ad regem Geſſur, tribus annis ibi permanſit.*

CAP. XIV. *Abſalom mulieris Thecuitæ ſolertiâ revocari curat Joab à Geſſur in Jeruſalem: de pulchritudine & filiis Abſalom, qui biennio poſt reditum faciem patris non vidit, donec meſſem Joab incendi juſſit.*

CAP. XV. *Abſalom conciliato ſibi populi favore, adversùs patrem conjurat in Hebron, quem pater fugit, paucis cum arca remiſſis; & inter alios Chuſai remittitur, diſſipaturus conſilium Achitophel.*

CAP. XVI. *David Siba tibaria adferenti ac detractori confert bona Miphiboſeth. Semei maledicentem occidi vetat. Abſalom Jeruſalem ingreſſus, conſilio Achitophel ad concubinas patris ſui publicè ingreditur.*

CAP. XVII. *Chuſai diſſipat conſilium Achitophel, idque per nuncios indicat David, qui conſilio Chuſai tranſit Jordanem, quare ſe ſuſpendit Achitophel: tres amici David munera adferunt, ne ejus populus neceſſariis egens deficeret.*

CAP. XVIII. *Abſalom victus prælio, quercuque pendens ab Joab transfoditur; quod audiens David, amarè eum flevit.*

CAP. XIX. *David Joab verbis commotus, ſuos conſpiratores ſibi reconciliat; & à viris Juda in Jeruſalem reducitur, ac Semei veniam precanti ignoſcit, & Miphiboſeth recipit, jubens ut agros cum Siba dividat: valedicit ipſi Berzellai retinens ſecum Chamaam. Iſraël autem cum Juda pro David contendit.*

CAP. XX. *Joab cum fratre Abiſai perſequens Sebam filium Bochri moventem contra David ſeditionem in Iſraël, Amaſam in via occidit; tandemque ab obſidione Abelæ, miſſo Sebæ per murum capite, diſcedit.*

CAP. XXI. *Immiſſa propter Saulis in Gabaonitas peccatum fame trienni, ad illorum petitionem David Saulis reliquias, præter Miphiboſeth tradit, ut crucifigerentur; quarum oſſa unà cum Saulis & Jonathæ oſſibus jubet ſepulturæ tradi: narrantur & quatuor bella David adversùs Philiſthæos.*

CAP. XXII. *Canticum gratiarum actionis David pro ſua ab omnibus inimicis liberatione.*

CAP. XXIII. *Verba noviſſima David, & catalogus virorum ipſius illuſtrium.*

CAP. XXIV. *David ob numeratum populum à Gad propheta correptus, ex tribus oblatis peſtem triduanam elegit; qua in populum ſæviente, ac 70000. interemptis, oravit David Dominum; & à Gad propheta admonitus, in area Areuna, dato pretio, altare erigit, ceſſatque peſtis.*

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS
SAMUELIS,
QUEM NOS
SECUNDUM REGUM
DICIMUS.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.

1. FACTUM est autem, postquam mortuus est Saul, ut David reverteretur à cæde Amalec, & maneret in Siceleg duos dies.

2. In die autem tertia, apparuit homo veniens de castris Saul, veste consciſſa, & pulvere conspersus caput: & ut venit ad David, cecidit super faciem suam, & adoravit.

3. Dixitque ad eum David: Unde venis? Qui ait ad eum: De castris Israël fugi.

4. Et dixit ad eum David: Quod est verbum quod factum est? indica mihi. Qui ait: Fugit populus ex prælio, & multi corruentes è populo mortui sunt: sed & Saul & Jonathas filius ejus interierunt.

5. Dixitque David ad adolescentem, qui nunciabat ei: Unde scis quia mortuus est Saul, & Jonathas filius ejus?

6. Et ait adolescens, qui nunciabat ei: Casu veni in montem Gelboe, & Saul incumbebat super hastam suam: porro currus & equites appropinquabant ei,

7. & conversus post tergum suum, videnſque me vocavit. Cui cùm respondissem, Adsum:

8. dixit mihi: Quisnam es tu? Et aio ad eum: Amalecites ego sum.

VULGATA NOVA.

9. Et locutus est mihi: Sta super me, & interfice me: quoniam tenent me anguſtiæ, & adhuc tota anima mea in me est.

10. Stansque super eum, occidi illum: sciebam enim quòd vivere non poterat post ruinam: & tuli diadema quod erat in capite ejus, & armillam de brachio illius, & attuli ad te dominum meum huc.

11. Apprehendens autem David vestimenta sua scidit, omnesque viri qui erant cum eo,

12. & planxerunt, & fleverunt, & jejunaverunt usque ad vesperam, super Saul, & super Jonathan filium ejus, & super populum Domini, & super domum Israël, eò quòd corruissent gladio.

13. Dixitque David ad juvenem qui nunciaverat ei: Unde es tu? Qui respondit: Filius hominis advenæ Amalecitæ ego sum.

14. Et ait ad eum David: Quare non timuisti mittere manum tuam ut occideres christum Domini? *Pſ. 104. 15.*

15. Vocansque David unum de pueris suis, ait: Accedens irrue in eum. Qui percussit illum, & mortuus est.

16. Et ait ad eum David: Sanguis tuus super caput tuum: os enim tuum locutum est adversùm te, dicens: Ego interfeci christum Domini.

17. Planxit autem David planctum hujuscemodi super Saul, & super Jonathan filium ejus,

VULGATA NOVA.

18. (& præcepit ut docerent filios Juda ar-

VERSIO ANTIQUA.

18..... Et ait: Considera Israël pro his, qui *Ex Mſ. Germ. n. 7.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 18. Hæc etiam adduntur in altero Germ. n. 9. ut in Vulg. absunt verò ab Hebraïco textu. In Græco sic: Ἰσ

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Germ. n. 7. mortui ſunt ſuper excelſa tua vulnerati.

VULGATA NOVA.

cum, ſicut ſcriptum eſt in libro juſtorum.) Et ait: Conſidera Iſraël pro his, qui mortui ſunt ſuper excelſa tua vulnerati.

VULGATA NOVA.

19. Inclyti, Iſraël, ſuper montes tuos interfecti ſunt: quomodo ceciderunt fortes?

20. Nolite annuntiare in Geth, neque annuntietis in compitis Aſcalonis: ne fortè lætentur filiæ Philiſthiim, ne exſultent filiæ incircumciſorum.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. 3. offic. c. 9. t. 2. 123. a. b. 21. Montes qui eſtis in Gelbeal, neque ros, neque pluvia cadat ſuper vos, montes mortis: quoniam ibi ſublata eſt protectio potentium, protectio Saul: non eſt unctus in oleo,

22. & ſanguine vulneratorum, & ex adipe belligerantium: ſagitta Jonathæ non eſt reverſa retro, & gladius Saul non eſt reverſus vacuus.

23. Saul & Jonathas ſpecioſi, & cariſſimi inſeparabiles in vita ſua, & in morte non ſunt ſeparati: ſuper aquilas leviores, ſuper leones potentiores.

24. Filiæ Iſraël plorate ſuper Saul, qui veſtiebat vos veſtimenta coccinea cum ornamento veſtro, qui imponebat aurum ſuper veſtimenta veſtra.

25. Quomodo ceciderunt potentes in media pugna? Jonathas in morte vulneratus eſt?

26. Doleo in te frater meus Jonatha, ſpecioſus mihi valde. Ceciderat amor tuus in me, ſicut amor mulierum.

27. Quomodo ceciderunt potentes, & perierunt arma concupiſcenda?

VULGATA NOVA.

21. Montes Gelboe, nec ros nec pluvia veniant ſuper vos, neque ſint agri primitiarum: quia ibi abjectus eſt clypeus fortium, clypeus Saul, quaſi non eſſet unctus oleo.

22. A ſanguine interfectorum, ab adipe fortium, ſagitta Jonathæ nunquam rediit retrorsùm, & gladius Saul non eſt reverſus inanis.

23. Saul & Jonathas amabiles, & decori in vita ſua, in morte quoque non ſunt diviſi: aquilis velociores, leonibus fortiores.

24. Filiæ Iſraël ſuper Saul flete, qui veſtiebat vos coccino in deliciis, qui præbebat ornamenta aurea cultui veſtro.

25. Quomodo ceciderunt fortes in prælio? Jonathas in excelſis tuis occiſus eſt?

26. Doleo ſuper te frater mi Jonatha decore nimis, & amabilis ſuper amorem mulierum. Sicut mater unicum amat filium ſuum, ita ego te diligebam.

27. Quomodo ceciderunt robuſti, & perierunt arma bellica?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

γέγραπται ἐπὶ βιβλίῳ τῦ εὐθῦς· Στήλωσον Ἰσραὴλ ὑπὲρ τῶν τεθνηκότων ἐπὶ τὰ ὕψη σῦ τραυματιῶν· *Ecce ſcriptum eſt in libro recti: Sta Iſrael ſuper mortuos in excelſis tuis vulneratos:* quæ ultima reſpondent ℣. 19. Vulg. nam proximè ſequitur, πῶς ἔπεσαν δυνατοί; *quomodo ceciderunt fortes?* ut in Vulg. In edit. Ald. ante στήλωσον, habetur καὶ εἶπε, in Compl. καὶ εἶπε, Ἀκρίβασαι, & *dixit, Exquire.* Vide ſis Auct. l. de promiſſ. apud Proſp. p. 152. c. d.

℣. 21. Sic iterum legit Ambroſ. l. 2. de Cain & Ab. c. 8. to. 1. col. 218. e. uſque ad conjunct. *quoniam*, uno excepto *Gelboe*, loco *Gelbeal*. In Græco ſic: Ὄρη τὰ ἐν Γελβυὲ, deinde, μὴ καταβάτω δρόσος καὶ μὴ ὑετὸς ἐφ' ὑμᾶς, *non deſcendat ros & non pluvia ſuper vos.* In edit. Compl. μὴ πέσοι ἐφ' ὑμᾶς μήτε δρόσος μήτε ὑετός, *ne cadat ſuper vos neque ros neque pluvia.* In Mſ. Alex. μὴ καταβάτω δρόσος, μηδὲ ὑετὸς πέσοι ἐφ' ὑμᾶς, *ne deſcendat ros, neque pluvia cadat ſuper vos.* Demum loco *montes mortis*, in Gr. Vatic. & al. ſic, καὶ ἀγροὶ ἀπαρχῶν, & *agri primitiarum*, apud Aq. ἀφαιρεμάτων, ut infra pro *ſublata eſt*, ἀπεβλήθη, *projecta eſt*, loco προσωχθίσθη, quod eſt in Vat. & al. ſtatim ibid. Θυρεὸς, *ſcutum*, vel *clypeus*, loco *protectio*, ut & paulò poſt ante *Saul*. Nota hîc poſt *Saul*, ſequi in eodem Gr. nulla disjunctione interpoſita, ὃς οὐκ ἐχρίσθη ἐν ἐλαίῳ, continuòque abſque interpunctione ulla, ἀφ' αἵματος τραυματιῶν, &c. In Mſ. Alex. loco θυρεὸς δυνατῶν, Θυρεὸς Σαὺλ, &c. ſic: Θύεται θανάτων, θυεχθεὶς Σαὺλ ὡς οὐκ ἐχρίσθη ἐν ἐλαίῳ, &c. Ad hæc autem de Ambroſio, *Non eſt unctus in oleo, & ſanguine*, &c. obſervant noſtri BB. ita Mſs. plures ac potiores habere, quibus accedunt editt. niſi quòd præfertur *ſed ſanguine*; alii verò aliquot, inquiunt, *quaſi non ſit unctus oleo, & à ſanguine vulneratorum*, &c.

℣. 22. Gr. Ἀφ' αἵματος τραυματιῶν, καὶ ἀπὸ στέατος δυνατῶν· τόξον Ἰωνάθαν οὐκ ἀπεστράφη κενὸν εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ῥομφαία Σαὺλ οὐκ ἀνέκαμψε κενή. i. e. *A ſanguine vulneratorum, & ab adipe potentium: arcus Jonathan non eſt reverſus vacuus in poſteriora, & gladius Saul non ſe reflexit vacuus.*

℣. 23. Eadem iterum refert Ambroſ. infra c. 22. 140. b. uſque ad vocem *ſuper*. In Græco ſic: οἱ ἠγαπημένοι καὶ ὡραῖοι, *dilecti & ſpecioſi*, loco *cariſſimi*, ſtatimque, ὃ διακεχωρισμένοι, εὐπρεπεῖς, *non ſeparati, formoſi*, loco *inſeparabiles*, addita voce αὐτῶν, huic, *morte*; demum ita, κοῦφοι, *leves*, pro *leviores*, nec non καὶ ὑπὲρ λέοντας ἐκραταιώθησαν, & *ſuper leones valuerunt*, loco *ſuper leones potentiores*; ultim. verò *ſuper*, deeſt in edit. Compl.

℣. 24. Similiter in Græco, niſi quòd ibi verbum *plorate*, poſtponitur τῷ *Saul*; at in edit. Compl. habetur ut ſup. exinde ſimpliciter κόκκινα, abſque præced. *veſtimenta*, paulòque poſt, τὸν ἀναφέροντα κόσμον χρυσῦν, *qui afferebat ornatum aureum*, pro *qui imponebat aurum.*

℣. 25. Græcè, ἐν μέσῳ τῦ πολέμου, *in medio belli*, pro *in media pugna*; deinde ſic, Ἰωνάθαν ἐπὶ τὰ ὕψη σῦ τραυματίαι; *Jonathan ſuper excelſa tua vulnerati?* Mſ. Alex. hab. τραυματίας, *vulneratus*, edit. Compl. ἐτραυματίσθης, *vulneratus es*; Ald. verò poſt *Jonathan*, ponit εἰς θάνατον ἐτραυματίσθης, *in mortem vulneratus es*; deinde ſic, ἐπὶ τὰ ὕψη, &c.

℣. 26. Græcè conſtanter hîc & ſup. Ἰωνάθαν, non *Jonatha*, vel *Jonathas*, loco verò *Ceciderat amor tuus*, &c. ſic: Ἐθαυμαστώθη ἡ ἀγάπησίς σῦ ἐμοὶ ὑπὲρ ἀγάπησιν γυναικῶν. *Mirificata eſt dilectio tua mihi ſuper dilectionem mulierum.* Mſ. Germ. n. 9. addit ſuo more, *ſicut mater unicum amat filium, ſic ego te diligebam*, ut in Vulg. Eadem quoque leguntur in Mſ. Corb. n. 13. intra textum eadem manu; ſed abſunt ab utroque textu Hebr. & Græco.

℣. 27. Ita in Græco, præter ultima duo verba, σκεύη πολεμικά, *vaſa bellica*; attamen Ambroſ. l. de ob. Val. to. 2. 1196. a. conſtanter legit *arma concupiſcenda*, cum antecedentibus ut ſupra.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. IGitur poſt hæc conſuluit David Dominum, dicens: Num aſcendam in unam de civitatibus Juda? Et ait Dominus ad eum: Aſcende. Dixitque David: Quò aſcendam? Et reſpondit ei: In Hebron.

2. Aſcendit ergo David, & duæ uxores ejus, Achinoam Jezraelites, & Abigail uxor Nabal Carmeli:

3. ſed & viros, qui erant cum eo, duxit David

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

singulos cum domo sua : & manserunt in oppidis Hebron.

1. *Mac.* 4. Veneruntque viri Juda, & unxerunt ibi Da-
2. 57. vid, ut regnaret super domum Juda. Et nunciatum
Inf. 5. est David, quòd viri Jabes Galaad sepeliissent Saul.
3.

5. Misit ergo David nuncios ad viros Jabes Galaad, dixitque ad eos : Benedicti vos Domino, qui feciſtis misericordiam hanc cum domino vestro Saul, & sepeliſtis eum.

6. Et nunc retribuet vobis quidem Dominus misericordiam & veritatem : sed & ego reddam gratiam, eò quòd feciſtis verbum istud.

7. Confortentur manus vestræ, & estote filii fortitudinis : licet enim mortuus sit dominus vester Saul, tamen me unxit domus Juda in regem sibi.

8. Abner autem filius Ner, princeps exercitus Saul, tulit Isboseth filium Saul, & circumduxit eum per castra,

9. regemque constituit super Galaad & super Gessuri, & super Jezrael, & super Ephraim, & super Benjamin, & super Israël universum.

10. Quadraginta annorum erat Isboseth filius Saul, cùm regnare cœpisset super Israël, & duobus annis regnavit : sola autem domus Juda sequebatur David.

11. Et fuit numerus dierum, quos commoratus est David, imperans in Hebron super domum Juda, septem annorum, & sex mensium.

12. Egressusque est Abner filius Ner, & pueri Isboseth filii Saul, de castris in Gabaon.

13. Porro Joab filius Sarviæ, & pueri David egressi sunt, & occurrerunt eis juxta piscinam Gabaon. Et cùm in unum convenissent, è regione sederunt : hi ex una parte piscinæ, & illi ex altera.

14. Dixitque Abner ad Joab : Surgant pueri, & ludant coram nobis. Et respondit Joab : Surgant.

15. Surrexerunt ergo, & transierunt numero duodecim de Benjamin, ex parte Isboseth filii Saul, & duodecim de pueris David.

16. Apprehensoque unusquisque capite comparis sui, defixit gladium in latus contrarii, & ceciderunt simul : vocatumque est nomen loci illius : Ager robustorum, in Gabaon.

17. Et ortum est bellum durum satis in die illa : fugatusque est Abner, & viri Israël à pueris David.

18. Erant autem ibi tres filii Sarviæ, Joab, & Abisai, & Asael : porro Asael cursor velocissimus fuit, quasi unus de capreis quæ morantur in silvis.

19. Persequebatur autem Asael Abner, & non declinavit ad dexteram neque ad sinistram omittens persequi Abner.

20. Respexit itaque Abner post tergum suum, & ait : Tune es Asael ? Qui respondit : Ego sum.

21. Dixitque ei Abner : Vade ad dextram, sive ad sinistram, & apprehende unum de adolescentibus, & tolle tibi spolia ejus. Noluit autem Asael omittere quin urgeret eum.

22. Rursumque locutus est Abner ad Asael : Recede, noli me sequi, ne compellar confodere te in terram, & levare non potero faciem meam ad Joab fratrem tuum.

23. Qui audire contempsit, & noluit declinare : percussit ergo eum Abner aversâ hastâ in inguine, & transfodit, & mortuus est in eodem loco : omnesque qui transibant per locum illum, in quo ceciderat Asael, & mortuus erat ; substistebant.

24. Persequentibus autem Joab & Abisai fugientem Abner, sol occubuit : & venerunt usque ad collem aquæductus, qui est ex adverso vallis itineris deserti in Gabaon.

25. Congregatique sunt filii Benjamin ad Abner : & conglobati in unum cuneum, steterunt in summitate tumuli unius.

26. Et exclamavit Abner ad Joab, & ait : Num usque ad internecionem tuus mucro desæviet ? an ignoras quòd periculosa sit desperatio ? usquequo non dicis populo ut omittat persequi fratres suos ?

27. & ait Joab : Vivit Dominus, si locutus fuisses, manè recessisset populus persequens fratrem suum.

28. Insonuit ergo Joab buccinâ, & stetit omnis exercitus, nec persecuti sunt ultra Israël, neque iniere certamen.

29. Abner autem & viri ejus abierunt per campestria, tota nocte illa : & transierunt Jordanem, & lustrata omni Beth horon, venerunt ad castra.

30. Porro Joab reversus, omisso Abner, congregavit omnem populum : & defuerunt de pueris David decem & novem viri, excepto Asaele.

31. Servi autem David percussserunt de Benjamin, & de viris qui erant cum Abner, trecentos sexaginta, qui & mortui sunt.

32. Tuleruntque Asael, & sepelierunt eum in sepulcro patris sui in Bethlehem : & ambulaverunt tota nocte Joab & viri qui erant cum eo, & in ipso crepusculo pervenerunt in Hebron.

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. FActa est ergo longa concertatio inter domum Saul, & inter domum David : David proficiscens, & semper seipso robustior, domus autem Saul decrescens quotidie.

1. *Par.* 2. Natique sunt filii David in Hebron : fuitque pri-
3. 1. mogenitus ejus Amnon de Achinoam Jezraelitide.

3. Et post eum Cheleab de Abigail uxore Nabal Carmeli : porro tertius Absalom filius Maacha filiæ Tholmai regis Gessur.

4. Quartus autem Adonias, filius Haggith : & quintus Saphathia, filius Abital.

5. Sextus quoque Jethraam de Egla uxore David : hi nati sunt David in Hebron.

6. Cùm ergo esset prælium inter domum Saul & domum David, Abner filius Ner regebat domum Saul.

7. Fuerat autem Sauli concubina nomine Respha, filia Aia. Dixitque Isboseth ad Abner :

8. Quare ingressus es ad concubinam patris mei ? Qui iratus nimis propter verba Isboseth, ait : Nunquid caput canis ego sum adversùm Judam hodie, qui fecerim misericordiam super domum Saul patris tui, & super fratres & proximos ejus, & non tradidi te in manus David, & tu requisisti in me quod argueres pro muliere hodie ?

9. Hæc faciat Deus Abner, & hæc addat ei, nisi quomodo juravit Dominus David, sic faciam cum eo,

10. ut transferatur regnum de domo Saul, & elevetur thronus David super Israël, & super Judam, à Dan usque Bersabee.

11. Et non potuit respondere ei quidquam, quia metuebat illum.

12. Misit ergo Abner nuncios ad David pro se dicentes : Cujus est terra ? Et ut loquerentur : Fac mecum amicitias, & erit manus mea tecum, & reducam ad te universum Israël.

13. Qui ait : Optimè : ego faciam tecum amicitias : sed unam rem peto à te, dicens : Non videbis faciem meam, antequam adduxeris Michol filiam Saul : & sic venies, & videbis me.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

14. Misit autem David nuncios ad Isboseth filium Saul, dicens: Redde uxorem meam Michol, quam despondi mihi centum præputiis Philisthiim.
1. Reg. 18. 27.

15. Misit ergo Isboseth, & tulit eam à viro suo Phaltiel, filio Lais.

16. Sequebaturque eam vir suus, plorans usque Bahurim: & dixit ad eum Abner: Vade, & revertere. Qui reversus est.

17. Sermonem quoque intulit Abner ad seniores Israël, dicens: Tam heri quàm nudiustertius quærebatis David ut regnaret super vos.

18. Nunc ergo facite: quoniam Dominus locutus est ad David, dicens: In manu servi mei David salvabo populum meum Israël de manu Philisthiim, & omnium inimicorum ejus.

19. Locutus est autem Abner etiam ad Benjamin. Et abiit ut loqueretur ad David in Hebron, omnia quæ placuerant Israëli & universo Benjamin.

20. Venitque ad David in Hebron cum viginti viris: & fecit David Abner, & viris ejus qui venerant cum eo, convivium.

21. Et dixit Abner ad David: Surgam, ut congregem ad te dominum meum regem omnem Israël, & ineam tecum fœdus, & imperes omnibus, sicut desiderat anima tua. Cùm ergo deduxisset David Abner, & ille isset in pace,

22. statim pueri David & Joab venerunt, cæsis latronibus, cum præda magna nimis: Abner autem non erat cum David in Hebron, quia jam dimiserat eum, & profectus fuerat in pace.

23. Et Joab, & omnis exercitus qui erat cum eo, postea venerunt: nunciatum est itaque Joab à narrantibus: Venit Abner filius Ner ad regem, & dimisit eum, & abiit in pace.

24. Et ingressus est Joab ad regem, & ait: Quid fecisti? Ecce venit Abner ad te: quare dimisisti eum, & abiit & recessit?

25. ignoras Abner filium Ner, quoniam ad hoc venit ad te, ut deciperet te, & sciret exitum tuum & introitum tuum, & nosset omnia quæ agis?

26. Egressus itaque Joab à David, misit nuncios post Abner, & reduxit eum à cisterna Sira, ignorante David.

27. Cùmque rediisset Abner in Hebron, seorsum adduxit eum Joab ad medium portæ, ut loqueretur ei, in dolo: & percussit illum ibi in inguine, & mortuus est in ultionem sanguinis Asael fratris ejus.
3. Reg. 2. 5.

VERSIO ANTIQUA.

28..... Innocens sum ego, & regnum meum, amodo & usque in æternum, à sanguine Abner filii Ner;
Ambr. ep. 51. t. 2. 999. c.

VULGATA NOVA.

28. Quod cùm audisset David rem jam gestam, ait: Mundus ego sum, & regnum meum, apud Dominum, usque in sempiternum, à sanguine Abner filii Ner;

VULGATA NOVA.

29. & veniat super caput Joab, & super omnem domum patris ejus: nec deficiat de domo Joab fluxum seminis sustinens, & leprosus, & tenens fusum, & cadens gladio, & indigens pane.

30. Igitur Joab & Abisai frater ejus interfecerunt Abner, eò quòd occidisset Asael fratrem eorum in Gabaon, in prælio.

31. Dixit autem David ad Joab, & ad omnem populum, qui erat cum eo: Scindite vestimenta vestra, & accingimini saccis, & plangite ante exequias Abner: porro rex David sequebatur feretrum.

32. Cùmque sepelissent Abner in Hebron, levavit rex David vocem suam, & flevit super tumulum Abner: flevit autem & omnis populus.

33. Plangensque rex & lugens Abner, ait: Nequaquam ut mori solent ignavi, mortuus est Abner.

34. Manus tuæ ligatæ non sunt, & pedes tui non sunt compedibus aggravati: sed sicut solent cadere coram filiis iniquitatis, sic corruisti. Congeminansque omnis populus flevit super eum.

35. Cùmque venisset universa multitudo cibum capere cum David, clara adhuc die juravit David, dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si ante occasum solis gustavero panem vel aliud quidquam.

36. Omnisque populus audivit, & placuerunt eis cuncta quæ fecit rex in conspectu totius populi:

37. & cognovit omne vulgus & universus Israël in die illa, quoniam non actum fuisset à rege ut occideretur Abner filius Ner.

38. Dixit quoque rex ad servos suos: Num ignoratis quoniam princeps & maximus cecidit hodie in Israël?

39. Ego autem adhuc delicatus, & unctus rex: porro viri isti filii Sarviæ duri sunt mihi: retribuat Dominus facienti malum juxta malitiam suam.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 28. Ambros. ibid. *David cùm jam regno potiretur, & audisset Abner innocentem occisum à Joab duce militiæ suæ, ait: Innocens*, &c. ut sup. quæ respondent Græco, si excipias seq. *amodo*, pro quo ἀπὸ Κυρίου, *à Domino*; ap. Theodoret. ἀπὸ τοῦ νῦν, *ex hoc nunc*: dein loco *æternum*, sic, αἰῶνος, *sæculum*, & pro *sanguine*, τῶν αἱμάτων, *sanguinibus*, constanterque Ἀβεννήρ, pro *Abner*.

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. AUdivit autem Isboseth filius Saul, quòd cecidisset Abner in Hebron: & dissolutæ sunt manus ejus, omnisque Israël perturbatus est.

2. Duo autem viri principes latronum erant filio Saul, nomen uni Baana, & nomen alteri Rechab, filii Remmon Berothitæ de filiis Benjamin: siquidem & Beroth reputata est in Benjamin:

3. & fugerunt Berothitæ in Gethaim, fueruntque ibi advenæ usque ad tempus illud.

4. Erat autem Jonathæ filio Saul filius debilis pedibus: quinquennis enim fuit, quando venit nuncius de Saul & Jonatha ex Jezrael: tollens itaque eum nutrix sua, fugit: cùmque festinaret ut fugeret, cecidit, & claudus effectus est: habuitque vocabulum Miphiboseth.

VERSIO ANTIQUA.

5..... Et ostiaria domus purgans triticum, ob-
Ex cod. Germ. n. 7.

VULGATA NOVA.

5. Venientes igitur filii Remmon Berothitæ,

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Sic etiam habet Cod. Corb. n. 1. intra textum eadem manu, ut & alter Corb. n. 3. licet iste alia id ge-

Digitized by Google

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

Rechab & Baana, ingreſſi ſunt fervente die domum Isboſeth : qui dormiebat ſuper ſtratum ſuum meridie. Et oſtiaria domus purgans triticum, obdormivit. dormivit.

VULGATA NOVA.

6. Ingreſſi ſunt autem domum latenter aſſumentes ſpicas tritici, & percuſſerunt eum in inguine Rechab & Baana frater ejus, & fugerunt.

7. Cùm autem ingreſſi fuiſſent domum, ille dormiebat ſuper lectum ſuum in conclavi, & percutientes interfecerunt eum : ſublatoque capite ejus, abierunt per viam deſerti tota nocte,

8. & attulerunt caput Isboſeth ad David in Hebron : dixeruntque ad regem : Ecce caput Isboſeth filii Saul inimici tui, qui quærebat animam tuam : & dedit Dominus domino meo regi ultionem hodie de Saul, & de ſemine ejus.

9. Reſpondens autem David Rechab, & Baana fratri ejus, filiis Remmon Berothitæ, dixit ad eos : Vivit Dominus, qui eruit animam meam de omni anguſtia,

10. quoniam eum, qui annuntiaverat mihi, & dixerat : Mortuus eſt Saul : qui putabat ſe proſpera nunciare, tenui, & occidi eum in Siceleg, cui oportebat mercedem dare pro nuncio. *Sup. 1. 14.*

11. Quantò magis nunc, cùm homines impii interfecerunt virum innoxium, in domo ſua, ſuper lectum ſuum, non quæram ſanguinem ejus de manu veſtra, & auferam vos de terra ?

12. Præcepit itaque David pueris ſuis, & interfecerunt eos : præcidenteſque manus & pedes eorum, ſuſpenderunt eos ſuper piſcinam in Hebron : caput autem Isboſeth tulerunt, & ſepelierunt in ſepulcro Abner in Hebron.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

nus additamenta in marginibus exhibeat ; habet pariter Corb. n. 13. in inferiori marg. nec non Germ. 9. ſuo more intra textum, i. e. ductâ lineâ deleta ; abſunt verò ab Hebraïco textu, ſed in Græco ſic leguntur : Καὶ ἰδοὺ ἡ θυρωρὸς τοῦ οἴκου ἐκάθαιρε σωρὸς, καὶ ἐνύσταξε, καὶ ἐκάθευδε. *Et ecce oſtiaria domus purgabat frumenta, & dormitabat, & dormiebat.*

CAPUT V.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

1. ET venerunt univerſæ tribus Iſraël ad David in Hebron, dicentes : Ecce nos, os tuum, & caro tua ſumus. *1. Par. 11. 1.*

1..... Ecce nos, oſſa tua, & caro tua ſumus. *Ambr. l. 2. offic. c. 2. 79. b.*

2. Sed & heri & nudiuſtertius, cùm eſſet Saul rex ſuper nos, tu eras educens & reducens Iſraël : dixit autem Dominus ad te : Tu paſces populum meum Iſraël, & tu eris dux ſuper Iſraël.

2. Heri & nudiuſtertius, cùm eſſet Saul & regnaret ſuper nos, tu eras qui producebas & inducebas Iſraël : & dixit tibi Dominus : Tu paſces populum meum.....

VULGATA NOVA.

3. Venerunt quoque & ſeniores Iſraël ad regem in Hebron, & percuſſit cum eis rex David fœdus in Hebron coram Domino : unxeruntque David in regem ſuper Iſraël. *Sup. 2. 4.*

4. Filius triginta annorum erat David, cùm regnare cœpiſſet, & quadraginta annis regnavit.

5. In Hebron regnavit ſuper Judam ſeptem annis & ſex menſibus : in Jeruſalem autem regnavit triginta tribus annis ſuper omnem Iſraël & Judam. *3. Reg. 2. 11.*

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

6. Et abiit rex, & omnes viri qui erant cum eo, in Jeruſalem, ad Jebuſæum habitatorem terræ : dictumque eſt David ab eis : Non ingredieris huc, niſi abſtuleris cæcos & claudos dicentes : Non ingredietur David huc.

6..... Tanta eſt, inquiunt, civitas, ut à debilibus arcearis : ad quos David reſpondit : Facite, inquiens, & ego jubeam ut parva ſublimia tangant, & exeat inde proverbium..... *Ex Mſ. Germ. n. 11.*

VULGATA NOVA.

7. Cepit autem David arcem Sion, hæc eſt civitas David.

8. Propoſuerat enim David in die illa præmium, qui percuſſiſſet Jebuſæum, & tetigiſſet domatum fiſtulas, & abſtuliſſet cæcos & claudos odientes animam David : idcirco dicitur in proverbio : Cæcus & claudus non intrabunt in templum.

9. Habitavit autem David in arce, & vocavit eam, Civitatem David : & ædificavit per gyrum à Mello & intrinſecus. *1. Par. 11. 8.*

10. Et ingrediebatur proficiens atque ſuccreſcens, & Dominus Deus exercituum erat cum eo.

11. Miſit quoque Hiram rex Tyri nuncios ad David, & ligna cedrina, & artifices lignorum, artificeſque lapidum ad parietes : & ædificaverunt domum David. *1. Par. 14. 1.*

12. Et cognovit David quoniam confirmaſſet eum Dominus regem ſuper Iſraël, & quoniam exaltaſſet regnum ejus ſuper populum ſuum Iſraël.

13. Accepit ergo David adhuc concubinas & uxores de Jeruſalem, poſtquam venerat de Hebron : natique ſunt David & alii filii & filiæ : *1. Par. 3. 1. 2.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ambroſ. ibid. *Meritò ſic expetitus eſt ab univerſo populo, ut venirent ad eum omnes tribus Iſraël, dicentes : Ecce nos*, &c. Gr. Καὶ παραγίνονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ Ἰσραὴλ πρὸς Δαυὶδ εἰς Χεβρων, καὶ εἶπαν αὐτῷ· Ἰδοὺ ὀστᾶ σου, καὶ σάρκες σου ἡμεῖς. *Et adveniunt omnes tribus Iſraël ad David in Chebron, & dixerunt ei : Ecce oſſa tua, & carnes tuæ nos.*

℣. 2. Græc. primo loco habet Καὶ, quod tamen deeſt in Mſ. Alex. ac edit. Compl. reliqua quadrant, niſi quòd loco & *regnaret*, eſt ſimpliciter *rex*, ſicut ὁ ἐξάγων καὶ εἰσάγων, *educens & introducens*, loco *qui producebas & inducebas.*

℣. 6. Hoc additamentum exhibet ſolus ille Mſ. in inferiori margine, nempe poſt hæc Vulgatæ verba : *dictumque eſt David ab eis :* verùm abeſt totum ab Hebraïco textu, ſicut à Vulgata, nec etiam legitur apud LXX.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

14. & hæc nomina eorum, qui nati ſunt ei in Jeruſalem, Samua, & Sobab, & Nathan, & Salomon,
15. & Jebahar, & Eliſua, & Nepheg,
16. & Japhia, & Eliſama, & Elioda, & Eliphaleth.
17. Audierunt ergo Philiſthiim quòd unxiſſent David in regem ſuper Iſraël: & aſcenderunt univerſi ut quærerent David: quod cùm audiſſet David, deſcendit in præſidium.

1. Par. 14. 9. 18. Philiſthiim autem venientes diffuſi ſunt in valle Raphaim:
19. & conſuluit David Dominum, dicens: Si aſcendam ad Philiſthiim? & ſi dabis eos in manu mea?

VERSIO ANTIQUA.

18..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

Et dixit Dominus ad David: Aſcende, quia tradens dabo Philiſthiim in manu tua.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

20. Venit ergo David in Baal Pharaſim, & percuſſit eos ibi, & dixit: Diviſit Dominus inimicos meos coram me, ſicut dividuntur aquæ. Propterea vocatum eſt nomen loci illius, Baal Pharaſim.
21. Et reliquerunt ibi ſculptilia ſua: quæ tulit David, & viri ejus.
22. Et addiderunt adhuc Philiſthiim ut aſcenderent, & diffuſi ſunt in valle Raphaim.

20..... & percuſſit eos ibi. *Ex Mſ. Germ. 9.*

VERSIO ANTIQUA.

Ex cod. Germ. 7. 23..... Si aſcendam contra Philiſtæos, & ſi tradas eos in manus meas?....

VULGATA NOVA.

23. Conſuluit autem David Dominum: Si aſcendam contra Philiſthæos, & tradas eos in manus meas? Qui reſpondit: Non aſcendas contra eos, ſed gyra poſt tergum eorum, & venies ad eos ex adverſo pyrorum.

Ex cod. Germ. 9. 24..... locum planctûs illorum, ſublatum de ſilvis ululatum.....

24. Et cùm audieris ſonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prælium: quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, ut percutiat caſtra Philiſthiim.

VULGATA NOVA.

25. Fecit itaque David ſicut præceperat ei Dominus, & percuſſit Philiſthiim de Gabaa, uſque dum venias Gezer.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 18. Huic alludit Ambr. l. 3. de fide, c. 1. t. 2. 497. d. dicens: *Nam & gigantes, & vallem Titanum prophetici ſermonis ſeries non refugit.* In Græco: Καὶ οἱ ἀλλόφυλοι παρεγίνοντο ἐν Συνέπεσαν εἰς τὴν κοιλάδα τῶν Τιτάνων.

℣. 20. Ita Mſ. cod. habet poſt hoc Vulg. *Baal Pharaſim*, intra text. ſed deleta de more: deſunt etiam in Hebræo, & Vulg. & Græco.

℣. 23. Eadem leguntur in Mſs. Corb. n. 3. & 13. ſicut in Vulg. abſunt verò ab Hebr. ut & à Græco Vatic. & al. at in edit. Ald. exſtant hoc modo: Εἰ ἀναβῶ πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους, ἐν παραδώσεις αὐτοὺς εἰς τὰς χεῖράς μου;

℣. 24. Sic habet Germ. cod. ante Vulg. iſtud, *tunc inibis*, abſunt autem tam ab ipſa, quàm ab Hebr. & Græco contextu.

CAPUT VI.

VULGATA NOVA.

1. COngregavit autem rurſum David omnes electos ex Iſraël triginta millia.
1. Par. 13. 5. 2. Surrexitque David, & abiit, & univerſus populus, qui erat cum eo de viris Juda, ut adducerent arcam Dei, ſuper quam invocatum eſt nomen Domini exercituum, ſedentis in cherubim ſuper eam.
3. Et impoſuerunt arcam Dei ſuper plauſtrum novum: tuleruntque eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa: Oza autem & Ahio filii Abinadab, minabant plauſtrum novum.
4. Cùmque tuliſſent eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa, cuſtodiens arcam Dei Ahio præcedebat arcam. 1. Reg. 7. 1.
5. David autem, & omnis Iſraël ludebant coram Domino, in omnibus lignis fabrefactis, & citharis, & lyris, & tympanis, & ſiſtris, & cymbalis.

VERSIO ANTIQUA.

Ex cod. Germ. 7. 6..... & declinaverunt eam.

VULGATA NOVA.

6. Poſtquam autem venerunt ad aream Nachon, extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant boves, & declinaverunt eam.

Hieron. l. 1. contra Pelag. t. 4. 508. f. 7..... Iratus eſt furor Domini in Ozam, & percuſſit eum Deus ibi pro ignorantia: & mortuus eſt juxta arcam Dei.

7. Iratuſque eſt indignatione Dominus contra Ozam, & percuſſit eum ſuper temeritate: qui mortuus eſt ibi juxta arcam Dei.

8. Contriſtatuſque David, quòd percuſſerat Dominus Ozam.....

8. Contriſtatus eſt autem David, eò quòd percuſſiſſet Dominus Ozam, & vocatum eſt nomen loci illius, Percuſſio Ozæ, uſque in diem hanc. 1. Par. 13. 11.

9..... timuit Dominum in illa die, & ait: Quo-

9. Et extimuit David Dominum in die illa,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Hæc ultima verba præfert ſimiliter Mſ. Corb. n. 3. cum Vulg. non autem inveniuntur in Hebr. nec etiam in Græco, ubi ſimpliciter, ὅτι περισπασεν αὐτὴν ὁ μόσχος· ſolus Mſ. Alex. addit, τῷ καλαχεῖν αὐτήν.

℣. 7. In Græco ſic: Καὶ ἐθυμώθη ὀργῇ Κύριος τῷ Ὀζᾶ, *Et exarſit irâ Dominus in Ozam*; exinde transfertur *Deus*, poſt *ibi*, omittiturque ſeq. *pro ignorantia*; Mſ. tamen Alex. cum edit. Compl. addit ἐπὶ τῇ προπετείᾳ, *ſuper temeritate*, ſicut omnes ἐκεῖ, *ibi*, ad verbum *mortuus eſt*; & in fine loco *Dei*, τῷ Κυρίῳ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, *Domini in conſpectu Dei*. Fac. Herm. l. 12. ap. Sirm. to. 2. 809. c. d. *Et percuſſit eum ſuper temeritate*, &c. ut in Vulg. Tertul. de corona mil. c. 9. p. 291. b. vocat *arcam teſtamenti*.

℣. 8. Gr. initio hab. Καὶ ἐθύμωσε Δαυὶδ ὑπὲρ οὗ διέκοψε Κύριος διακοπὴν ἐν τῷ Ὀζᾶ. *Et triſtatus eſt David pro eo quòd rupit Dominus rupturam in Ozam*: deinde addit: καὶ ἐκλήθη ὁ τόπος ἐκεῖνος, Διακοπὴ Ὀζᾶ, *& vocatus eſt locus ille*, *Ruptura Ozæ*, quæ omiſit Hieron. Fac. Herm. l. 12. ap. Sirm. to. 2. 809. c. d. ait: *Vocatum nomen loci illius*, *Oza*.

℣. 9. Gr. Καὶ ἐφοβήθη Δαυὶδ τὸν Κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγων· Πῶς, &c. ut in Lat. ſupra. Succinit Fac.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

dicens: Quomodo ingredietur ad me arca Domini?

VERSIO ANTIQUA.

modo ingredietur ad me arca Domini? *Hieron. ubi sup.*

VULGATA NOVA.

10. Et noluit divertere ad se arcam Domini in civitatem David: sed divertit eam in domum Obededom Gethæi.

11. Et habitavit arca Domini in domo Obededom Gethæi tribus mensibus: & benedixit Dominus Obededom, & omnem domum ejus.

VULGATA NOVA.

1. Par. 15. 25. 12. Nunciatumque est regi David quòd benedixisset Dominus Obededom, & omnia ejus, propter arcam Dei. Abiit ergo David, & adduxit arcam Dei de domo Obededom in civitatem David cum gaudio: & erant cum David septem chori, & victima vituli.

VERSIO ANTIQUA.

12..... Dixitque David: Ibo, & reducam arcam cum benedictione in domum meam..... & erant cum David septem chori, & victima vituli. *Ex cod. Germ. n. 7.*

1. Par. 15. 26. 13. Cùmque transcendissent qui portabant arcam Domini sex passus, immolabat bovem & arietem,

14. & David saltabat totis viribus ante Dominum: porro David erat accinctus ephod lineo.

14..... percutiebat in organis & armigatis..... *Ex cod. Germ. n. 7.*

VULGATA NOVA.

15. Et David, & omnis domus Israël ducebant arcam testamenti Domini, in jubilo, & in clangore buccinæ.

16. Cùmque intrasset arca Domini in civitatem David, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem David subsilientem, atque saltantem coram Domino: & despexit eum in corde suo.

17. Et introduxerunt arcam Domini, & imposuerunt eam in loco suo, in medio tabernaculi quod tetenderat ei David: & obtulit David holocausta, & pacifica coram Domino.

18. Cùmque complesset offerens holocausta, & pacifica, benedixit populo in nomine Domini exercituum.

19. Et partitus est universæ multitudini Israël, tam viro quàm mulieri, singulis collyridam panis unam, & assaturam bubulæ carnis unam, & similam frixam oleo: & abiit omnis populus, unusquisque in domum suam.

VULGATA NOVA.

20. Reversusque est David ut benediceret domui suæ: & egressa Michol filia Saul in occursum David, ait: Quàm glorioſus fuit hodie rex Israël, discooperiens se ante ancillas servorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur unus de scurris.

VERSIO ANTIQUA.

20..... Quid utique honorificatus est rex Israël, quia denudatus est hodie in oculis puellarum suarum ancillarum, sicut unus ex saltatoribus? *S. Ambr. in Ps. 118. n. 27. t. 2. 1052. f.*

21. Dixitque David ad Michol: Ante Dominum, qui elegit me potiùs quàm patrem tuum, & quàm omnem domum ejus, & præcepit mihi ut essem dux super populum Domini in Israël,

22. & ludam, & vilior fiam plus quàm factus sum: & ero humilis in oculis meis: & cum ancillis, de quibus locuta es, glorioſior apparebo.

21. Et dixit David ad Michol: In conspectu Domini: benedictus Dominus, qui elegit me super patrem tuum, & super omnem domum illius, constituere in principem super plebem suam Israël:

22. & ludam, saltabo in conspectu Domini, & denudabor adhuc sic: & ero nugax in conspectu tuo: & cum puellis, cum quibus dixisti me nudatum, glorificabor.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Herm. l. 12. 809. d. ab hoc, *Quomodo*, &c.

℣. 12. Eadem exhibet Mſ. Corb. n. 3. in margine, ut & Germ. n. 9. intra textum, sed expuncta de more, & cum hac voce *vitulus* in fine, loco *vituli*: prima autem verba usque ad hoc & *erant*, prætermittuntur in Vulg. sicut in Hebr. & Græco, habentur autem in Mſs. post hoc Vulg. *arcam Dei*: posteriora verò admittit Vulgata, sed tollit Hebræum: exstant in Græco, excepto αὐτῦ, pro *David*, cui additur αἴροντες τὴν κιβωτὸν, *portantes arcam*, & infra μόχος, *vitulus*, loco *vituli*, in editt. Ald. & Compl. μόχυ.

℣. 14. Hæc similiter habet Mſ. Corb. n. 3. secunda manu, cum altero Germ. n. 9. in illo tamen expungitur vox *armigatis*, in hoc tollitur &; tota verò desunt tam in Vulg. quàm in Hebr. In Græco sic: Καὶ Δαυὶδ ἀνεκρέλο ἐν ὀργάνοις ἡρμοσμένοις ἐνώπιον Κυρίυ· quæ reddit Ambrosſ. in Ps. 118. n. 27. to. 2. 1052. e. dicens: *Saltavit David ante arcam Domini: & vidit eum Michol filia Saul saltantem, & percutientem in organis harmonisatis in conspectu Domini, & ait ad eum, postquam se domum recepit: Quid utique*, &c.

℣. 20. Eadem rursus habet Ambr. ep. 58. to. 2. 1014. b. usque ad vocem *ancillarum*, nisi quòd deleto adverbio *utique*, addit hoc, *hodie*, post *honorificatus est*; paulòque post habet *ante oculos*, pro *in oculis*. In Græco sic: Τί δεδόξασαι Σήμερον ὁ βασιλεὺς Ἰσραὴλ, ὃς ἀπεκαλύφθη Σήμερον ἐν ὀφθαλμοῖς παιδισκῶν τῶν δούλων ἑαυτῦ, καθὼς ἀποκαλύπτεται ἀποκαλυφθεὶς εἷς τῶν ὀρχυμένων; *Quàm glorificatus est hodie rex Israël, qui discoopertus est hodie in oculis ancillarum servorum suorum, sicut discooperitur discoopertus unus saltantium?*

℣. 21. Græc. scribit Μελχὸλ, non *Michol*, additque ὀρχήσομαι, *saltabo*, post vocem *Domini*; reliqua concordant ad verbum, nisi excipias ista, μὲ εἰς ἡγούμενον, *me in ducem*, loco *in principem*, cum hoc in fine, ἐπὶ, *super*, ante *Israël*, quod ult. ἐπὶ, deest in edit. Compl. Mſ. Alex. sup. sic hab. ἐνώπιον Κυρίυ, ὃς ἐξελέξαλο, demtis intermediis, ὀρχήσομαι· εὐλογητὸς Κύριος· in edit. Compl. deest tantùm εὐλογητὸς Κύριος. Similiter hab. idem Ambrosſ. ep. 58. to. 2. 1014. b. *Et respondit ei David: Coram Domino ludam, qui elegit me pro patre tuo, & pro universa domo ejus, ut constitueret me regem super populum suum Israël.* In Mſs. Germ. n. 7. & 9. *Vivit Dominus quia ludam*; similiter in Corb. n. 1. & 3. Rursus Ambrosſ. de apol. David. to. 1. 685. a. ait: *Saltabat ante arcam Domini..... & cùm à propria reprehenderetur uxore, quòd denudatus esset ante faciem puellarum, respondit*, &c.

℣. 22. Nova edit. Ambrosſ. ponit hic *Judam*, non *ludam*, quasi verò hoc nomen adnectendum esset antecedenti *Israël*: at erratum typographi est, ni fallor, vel imperiti scribæ, vel forsan editorum ipsorum, qui raptim legendo, scripserunt *Judam*, decepti voce præcedenti *Israël*, vel potiùs similitudine utriusque vocis *Judam*, & *ludam*; & sanè in Græco constanter legitur, Ἰσραὴλ, ᾠδὴ παίζομαι, καὶ ὀρχήσομαι· & Ambrosſ. ipse epist. 58. to. 2. 1014. b. ubi eadem refert, post *Israël*, proximè addit, & *ludam*; sequentia etiam concordant cum Græco, nisi quòd verbo *saltabo*, præponitur ᾠδὴ, & pro *denudabor*, ha-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. ubi sup. 23. Et Michol filiæ Saul non erat filius usque in diem mortis ejus.

VULGATA NOVA.

23. Igitur Michol filiæ Saul non est natus filius usque in diem mortis suæ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

betur ἀποκαλυφθήσομαι, *discooperiar*, sicut ἀχρεῖος ἐν ὀφθαλμοῖς ζω, *vanus in oculis tuis*, pro *nugax in conspectu tuo*. Item loco *nudatum, glorificabor*, simpliciter, μὴ δοξασθῆναι, *non esse glorificatum*; in Mſ. Alex. & edit. Compl. tollitur negatio. Idem Ambros. ep. 58. 1014. b. sic legit: *Et ludam coram Domino, & denudabor adhuc sic: & ero nugax ante oculos tuos: & cum puellis, quibus dixisti me denudatum, honorificabor.* Item l. de apol. Dav. col. 685. a. *Coram Domino nudabor adhuc: & ero nugax ante oculos tuos, ut honorificetur Dominus, qui me pro patre tuo adscivit in regnum.*

℣. 23. Græcè, τῇ Μελχὸλ constanter, pro *Michol*, & loco *mortis ejus*, sic, τῆ ἀποθανεῖν αὐτήν, *in quo mortua est ipsa.*

CAPUT VII.

VULGATA NOVA.

1. FActum est autem cùm sedisset rex in domo sua, & Dominus dedisset ei requiem undique ab universis inimicis suis,

2. Par. 17. 1. 2. dixit ad Nathan prophetam: Videsne quòd ego habitem in domo cedrina, & arca Dei posita sit in medio pellium?

3. Dixitque Nathan ad regem: Omne quod est in corde tuo, vade, fac: quia Dominus tecum est.

VERSIO ANTIQUA.

Cypr. l. 2. Testim. 289. b. 4..... & fuit verbum Domini ad Nathan, dicens:

5. Vade, & dic servo meo David: Hæc dicit Dominus: Non tu ædificabis mihi domum ad inhabitandum.

VULGATA NOVA.

4. Factum est autem in illa nocte: & ecce sermo Domini ad Nathan, dicens:

5. Vade, & loquere ad servum meum David: Hæc dicit Dominus: Nunquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum?

VULGATA NOVA.

6. Neque enim habitavi in domo, ex die illa qua eduxi filios Israël de terra Ægypti, usque in diem hanc: sed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio.

7. Per cuncta loca, quæ transivi cum omnibus filiis Israël, nunquid loquens locutus sum ad unam de tribubus Israël, cui præcepi, ut pasceret populum meum Israël, dicens: Quare non ædificastis mihi domum cedrinam?

VERSIO ANTIQUA.

Aug. l. 17. de civit. Dei, c. 8. t. 7. 470. f. g. 471. a. g. 472. a. 476. c. d. 8. Et nunc hæc dices servo meo David: Hæc dicit Dominus omnipotens: Accepi te de ovili ovium, ut esses in ducem super populum meum in Israël:

9. & eram tecum in omnibus quibus ingrediebaris, & exterminavi omnes inimicos tuos à facie tua: & feci te nominatum, secundùm nomen magnorum qui sunt super terram.

10. Et ponam locum populo meo Israël, & plantabo illum, & inhabitabit seorsum, & non sollicitus erit ultra: & non apponet filius iniquitatis humiliare eum sicut ab initio,

11. à diebus quibus constitui judices super populum meum Israël: & requiem tibi dabo ab omnibus inimicis tuis: & nunciabit tibi Dominus, quoniam domum ædificabis ipsi.

12. Et erit, cùm repleti fuerint dies tui, &

* *Al.* dormieris. * dormies cum patribus tuis, & suscitabo semen

VULGATA NOVA.

8. Et nunc hæc dices servo meo David: Hæc dicit Dominus exercituum: Ego tuli te de pascuis sequentem greges, ut esses dux super populum meum Israël: *1. Reg. 16. 13. Ps. 77. 70.*

9. & fui tecum in omnibus ubicunque ambulasti, & interfeci universos inimicos tuos à facie tua: fecique tibi nomen grande, juxta nomen magnorum qui sunt in terra.

10. Et ponam locum populo meo Israël, & plantabo eum, & habitabit sub eo, & non turbabitur ampliùs: nec addent filii iniquitatis ut affligant eum sicut priùs,

11. ex die qua constitui judices super populum meum Israël: & requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis: prædicitque tibi Dominus, quòd domum faciat tibi Dominus.

12. Cùmque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum *3. Reg. 8. 19.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Rursus hæc hab. Cypr. l. 1. Testim. p. 279. c. juxta Græc. ubi ἐγένετο, *factum est*, pro *fuit*.

℣. 5. Sic iterum leg. Cypr. ad verbum, l. 1. Testim. 279. c. nec aliter habetur in Græco, nisi quòd pro *servo*, legitur πρὸς τὸν δοῦλον, & in fine additur μέ. Nota ap. Cyprianum utroque illo Testimon. libro, post verbum ult. *inhabitandum*, proximè sequi: *sed erit, cùm impleti fuerint dies tui*, &c. quæ sunt de ℣. 12. quasi verò nulla alia haberentur intermedia. Sic etiam apud Lactant. l. 4. Instit. c. 13. 577. *Vade, & dic servo meo David: Hæc dicit Dominus omnipotens: Non tu ædificabis mihi domum ad inhabitandum:* deinde, *sed cùm impleti fuerint dies*, &c. Item apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 6. b. *Vade, & dic servo meo David: Non tu ædificabis mihi domum ad habitandum: sed cùm impleti fuerint*, &c. Sic denique ap. Ambros. l. de apol. Dav. to. 1. 714. b. *Non tu ædificabis mihi domum: sed cùm tu dormieris*, &c. At in Græco nunc ut in Hebraïco textu, illa ipsa vel similia interscripta leguntur, quæ Vulgata exhibet, quæque infra ex Augustino addita sunt à ℣. 8. Ista verò præmittit August. ibid. *Cùm regi David multa prospera provenissent, cogitavit facere Deo domum, templum scilicet..... quod à Rege Salomone... fabricatum est. Hoc eo cogitante, factum est verbum Domini ad Nathan prophetam, quod perferret ad regem: ubi cùm Deus dixisset, quòd non ab ipso David sibi ædificaretur domus, neque per tantum tempus se mandasse cuiquam in populo suo, ut sibi fieret domus cedrina: Et nunc, inquit*, &c.

℣. 8. Ad verbum è Græco, nequidem excepto isto *ovili*, pro quo μάνδρας, i. e. *stabulo*: in edit. Compl. μάνδρας ἐξ ἑνὸς τῶν προβάτων. Apud Ambros. in Ps. 118. to. 1. 1044. c. sic: *Accepi te de ovili ex uno grege, ut sis in principem in populum meum Israël.* Vide etiam epist. 40. to. 2. 952. d.

℣. 9. Vix unum dissimile in Græco, nempe hoc, ἐπορεύου, *ibas*, pro *ingrediebaris*. Augustino succinit Ambr. ad verbum, in Ps. 118. to. 1. 1044. c. usque ad hoc, & *feci*.

℣. 10. Cuncta respondent Græco, excepto uno *seorsum*, pro quo καθ' ἑαυτὸν, *per se*. Eadem rursus habet Aug. inf. c. 12. 476. c.

℣. 11. Vix meliùs è Græco. Similiter Ambros. in Ps. 118. to. 1. 1044. c. *Et requiem tibi dabo ab omnibus inimicis tuis*, Gr. ἀναπαύσω σε.

℣. 12. Sic iterum hab. Aug. inf. 471. g. 472. a. nec aliter in Græco, nisi quòd loco *cùm repleti*, est ἐὰν πληρωθῶσι, *si impleti*. Non etiam differt Cypr. cùm l. 1. Testim. 279. c. tum l. 2. 289. b. nisi his: *Sed erit, cùm*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

poſt te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnum ejus:

3. Reg. 5. 5. 13. ipſe ædificabit domum nomini meo, & ſtabiliam thronum regni ejus uſque in ſempiternum.

1. Par. 22. 10. Heb. 1. 5. 14. Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium: qui ſi iniquè aliquid geſſerit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum.

Pſ. 88. 4. 37. 15. Miſericordiam autem meam non auferam ab eo, ſicut abſtuli à Saul, quem amovi à facie mea.

16. Et fidelis erit domus tua, & regnum tuum uſque in æternum ante faciem tuam, & Ibid. 38. thronus tuus erit firmus jugiter.

Heb. 1. 5. 17. Secundùm omnia verba hæc, & juxta univerſam viſionem iſtam, ſic locutus eſt Nathan ad David.

18. Ingreſſus eſt autem rex David, & ſedit coram Domino, & dixit: Quis ego ſum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxiſti me hucuſque?

19. Sed & hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo Domine Deus, niſi loquereris etiam de domo ſervi tui in longinquum: iſta eſt enim lex Adam, Domine Deus.

VERSIO ANTIQUA.

tuum poſt te; qui erit de ventre tuo, & præparabo regnum ejus: *Aug. ubi ſup.*

13. hic ædificabit mihi domum nomini meo, & dirigam thronum illius uſque in æternum.

14. Ego ero illi in patrem, & ille erit mihi in filium: & ſi venerit iniquitas ejus, redarguam illum in virga virorum, & in tactibus filiorum hominum.

15. Miſericordiam autem meam non amoveam ab eo, ſicut amovi à quibus amovi à facie mea.

16. Et fidelis erit domus ejus, & regnum ejus uſque in æternum coram me, & thronus ejus erit erectus uſque in æternum.

18... intravit rex David, & ſedit ante Dominum..... Quid ſum ego Domine Deus meus, & quæ domus mea, quoniam dilexiſti me in his? *Aug. l. 2. ad Simplic. t. 6. 117. e. Ambr. in Pſ. 118. t. 1. 1044. c.*

19. Et memorata ſunt minima in conſpectu tuo Domine, & locutus es pro domo ſervi tui in longinquo: & hæc eſt lex hominis, Domine Deus. *Hieron. l. 2. contra Pelag. t. 4. p. 524. c.*

VULGATA NOVA.

20. Quid ergo addere poterit adhuc David, ut loquatur ad te? tu enim ſcis ſervum tuum Domine Deus.

21. Propter verbum tuum, & ſecundùm cor tuum feciſti omnia magnalia hæc, ita ut notum faceres ſervo tuo.

22. Idcirco magnificatus es Domine Deus, quia non eſt ſimilis tui, neque eſt Deus extra te, in omnibus quæ audivimus auribus noſtris.

23. Quæ eſt autem, ut populus tuus Iſraël, gens in terra, propter quam ivit Deus, ut redimeret eam ſibi in populum, & poneret ſibi nomen, faceretque eis magnalia, & horribilia ſuper terram, à facie populi tui, quem redemiſti tibi ex Ægypto, gentem, & deum ejus.

24. Firmaſti enim tibi populum tuum Iſraël in populum ſempiternum: & tu Domine Deus factus es eis in Deum.

25. Nunc ergo Domine Deus, verbum quod locutus es ſuper ſervum tuum, & ſuper domum ejus, ſuſcita in ſempiternum: & fac ſicut locutus es,

26. ut magnificetur nomen tuum uſque in ſempiternum, atque dicatur: Dominus exercituum, Deus ſuper Iſraël. Et domus ſervi tui David erit ſtabilita coram Domino,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

impleti..... & dormieris..... tuis, ſuſcitabo..... de utero tuo, & parabo, &c. Similiter Lactant. l. 4. Inſtit. c. 13. 577. *Sed cùm impleti fuerint..... & dormieris..... tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, & parabo ſemen ejus*, al. *regnum*. Ambroſ. de apol. Dav. to. 1. 714. b. *Sed tu cùm dormieris, excitabo ſemen tuum poſt te, & ipſe ædif.* &c. Hilar. in Pſ. 126. p. 420. b. *Cùm dormieris, & requieveris cum patribus tuis, tunc excitabo de ſemine tuo, qui erit mihi in fil.* &c. Tertul. l. 3. adverſ. Marc. 678. b. *ſemen tuum, quod erit ex ventre tuo.* Gr. σπέρμα..... ὅς. Denique apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 6. b. *Sed cùm impleti fuerint dies tui, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te: hic ædif.* &c. Tichon. reg. 4. 57. c. *Suſcitabo regnum ejus: ipſe ædif.* &c.

℣. 13. In Græco ἐυτὸς, *ipſe*, pro *hic*, al. verò ἕτος, & pro *dirigam*, conſtanter ἀνορθώσω, *erigam*; item εἰς τὸν αἰῶνα, *in ſæculum*, loco *in æternum*; cætera ut ſup. Cypr. l. 1. Teſtim. 279. c. *Hic ædificabit mihi domum in nomine meo, & erigam thronum ejus in ſæcula*: ſimiliter l. 2. 289. b. excepto ult. *uſque in ſæculum*: huic ſuffragatur ad verbum Lact. l. 4. Inſtitut. c. 13. 577. Apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 6. b. ſic: *Hic ædificabit domum nomini meo, & erigam thronum ejus uſque in ſæcula.* Edit. Ald. delet μοὶ, poſt *ædificabit*, ſicut Ambr. de apol. Dav. to. 1. 714. b. ubi ſic: *Et ipſe ædificabit domum nomini meo.* Apud Tichon. reg. 4. p. 57. c. *Ipſe ædificabit mihi domum*; paulòque poſt: *& dirigam thronum ejus uſque in æternum.* Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. col. 524. c. ſic hab. *Ipſe ædificabit domum nomini meo, & firmabo regnum ejus uſque in ſempiternum.*

℣. 14. Hoc unum variat Græcè, ἐγ ἐλέγξω, & *arguam*, pro *redarguam*. Apud Cypr. tum l. 1. Teſtim. 279. c. tum l. 2. 289. b. poſt hæc: *Et ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium*, continuò legitur: *& fidem conſequetur*, &c. de ℣. 16. Similiter apud Lactant. l. 4. Inſtit. c. 13. 577. & ap. Marten. Anecdot. to. 5. p. 6. b. c. prætermiſſis iiſdem intermediis. Tichonius verò reg. 4. 57. d. legit: *Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium: & ſi venerit injuſtitia ejus, arguam eum in virga hominum, & in artibus filiorum hominum.* Gr. ἐν ἁφαῖς, *in tactibus*; ſolus cod. Alex. ἐν ἄφεσς, *in dimiſſione*: paulò infra Tichon. hab. *arguam in virga hominum peccata ejus.* Hier. l. 2. cont. Pelag. to. 4. p. 524. c. *Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium: ſi iniquè egerit, corripiam eum in virga hominum.* Tum addit: *Miſericordiam autem meam* &c. ut infra.

℣. 15. Aptè ad Græcum, excepto verbo *amoveam*, pro quo ἀποσήσω, *removebo*, & infra *à facie*, pro quo ἐκ, *de*, in Compl. ἀπό. Apud Tichon. reg. 4. p. 57. d. f. *Miſericordiam autem meam non auferam ab eo, ſicut abſtuli à quibus abſtuli à conſpectu meo.* Itidem Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. p. 524. c. uſque ad hoc, *ſicut abſtuli*, &c.

℣. 16. Gr. conſtanter habet αἰῶνα, *ævum*, loco *æternum*, & in fine εἰς, *in*, pro *uſque in*; cætera quadrant. Cypr. l. 1. & 2. Teſtim. 279. c. 289. b. legit: *Et fidem conſequetur domus ejus, & regnum ejus uſque in ſæculum* (al. *ſæcula*) *in conſpectu meo*: Gr. ἐγ κατευθύσεται. Tichon. reg. 4. p. 57. d. *Et fidelis fiet domus ejus, & regnum ejus in æternum in conſpectu meo, & thronus ejus erit confirmatus uſque in æternum.* Lactant. verò l. 4. Inſtit. c. 13. 577. cum Cypr. *Et fidem conſequetur domus ejus, & regnum ejus uſque in ſæculum.* Similiter ap. Marten. Anecdot. to. 5. p. 6. c. *Et fidem conſequetur.*

℣. 18. Priora verba uſque ad hoc, *Quid ſum*, de Auguſtino ſunt, nec diſcrepant à Græco: poſteriora ex Ambroſio ſimiliter concordant, niſi quòd Græcè legitur τίς, *quis*, pro *quid*, paulòque poſt Κύριέ μυ Κύριε, *Domine mi Domine*, loco *Domine Deus meus*; & ἕως τύτων, *uſque ad hæc*, pro *in his*. Nota ipſo initio Græcum habere ἐγ, ut & poſt *Dominum*, ἐγ εἶπε, & *dixit*, cujus loco Ambr. addit: *quo reſponſo accepto, ait David.*

℣. 19. Priora verba ſic habentur Græcè: Καὶ κατεσμικρύνθην μικρὸν ἐνώπιόν ϛυ, Κύριέ μυ Κύριε. *Et factus ſum*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. l. 17. de civit. Dei, c. 12. t. 7. 476. b.

27. quoniam tu Dominus omnipotens, Deus Iſraël revelaſti aurem ſervi tui, dicens: Domum ædificabo tibi.....

Ambr. in Pſ. 118. t. 1. 1044. c.

28. Et nunc Domine meus Domine, tu es Deus, & verba tua ſunt vera: & locutus es pro ſervo tuo bona hæc.

29. Et nunc incipe benedicere domum ſervi tui, ut ſim in æternum in conſpectu tuo: quoniam tu Domine meus Domine locutus es, à benedictione tua benedicetur domus ſervi tui in æternum.

VULGATA NOVA.

27. quia tu Domine exercituum, Deus Iſraël revelaſti aurem ſervi tui, dicens: Domum ædificabo tibi: propterea invenit ſervus tuus cor ſuum ut oraret te oratione hac.

28. Nunc ergo Domine Deus, tu es Deus, & verba tua erunt vera: locutus es enim ad ſervum tuum bona hæc.

29. Incipe ergo, & benedic domui ſervi tui, ut ſit in ſempiternum coram te: quia tu Domine Deus locutus es, & benedictione tua benedicetur domus ſervi tui in ſempiternum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

parvus parum coram te, Domine mi Domine: ſequentia ut in Lat. ſup. Ap. Aug. l. 17. de civit. Dei, c. 12. 475. g. *Et locutus es pro domo ſervi tui in longinquum.* In Mſ. Alex. ſicut in edit. Compl. exſtat initio: Καὶ εσμικρύνθη μικρὸν (in Compl. τὰ μικρὰ ταῦτα·) *Imminutum eſt parum*, vel *Imminuta ſunt hæc parva:* crediderim facilè Ambroſium legiſſe ſupra, *Minorata ſunt minima*, & ab oſcitante librario ſcriptum eſſe *memorata ſunt.* Mſ. Corb. n. 3. ante hæc Vulgatæ verba, *niſi loquereris*, &c. præfert in margine manu ſecunda, *Deus meus, quia dilexiſti me;* quæ abſunt à Græco, ſicut ab Hebr. & Vulg. Denique quæ adduntur ex Hieronymo, ſic habentur Græcè: ὅτος δὲ ὁ νόμος τῦ ἀνθρώπυ, Κύριέ μυ Κύριε: *hæc autem lex hominis, Domine mi Domine.*

℣. 27. Ita primùm Græcè: Κύριε παντοκράτωρ, abſque hoc, *quoniam tu;* reliqua nil differunt, niſi excipias vocem τὸ ὠτίον, *auriculam*, pro *aurem.*

℣. 28. Ita Græcè, exceptis his, ἔσονται ἀληθινοὶ, *erunt veracia*, loco *ſunt vera.*

℣. 29. Nonnulla diſſimilia Græcum habet, nempe ſeqq. ἐν εὐλόγησον, & *benedic*, loco *benedicere;* item τῦ εἶναι εἰς τὸν αἰῶνα, *ut ſit in ævum*, pro *ut ſim in æternum*, addito ἐν, poſt *locutus es;* demum in fine ſic, τῦ εἶναι εἰς τὸν αἰῶνα, *ut ſit in ſæculum*, loco *in æternum;* at in Mſ. Alex. ac edit. Compl. ſimpliciter, εἰς τὸν αἰῶνα, *in ævum*, abſque hoc, τῦ εἶναι. Aug. l. 17. de civit. Dei, c. 12. to. 7. 475. g. legit: *Nunc incipe, & benedic domum ſervi tui uſque in æternum.*

CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

1. Par. 18. 1. 2.

1. FActum eſt autem poſt hæc, percuſſit David Philiſthiim, & humiliavit eos, & tulit David Frenum tributi de manu Philiſthiim.

2. Et percuſſit Moab, & menſus eſt eos funiculo, coæquans terræ: menſus eſt autem duos funiculos, unum ad occidendum, & unum ad vivificandum: factuſque eſt Moab David ſerviens ſub tributo.

Ibid. 3.

3. Et percuſſit David Adarezer filium Rohob regem Soba, quando profectus eſt ut dominaretur ſuper flumen Euphraten.

4. Et captis David ex parte ejus mille ſeptingentis equitibus, & viginti millibus peditum, ſubnervavit omnes jugales curruum: dereliquit autem ex eis centum currus.

5. Venit quoque Syria Damaſci, ut præſidium ferret Adarezer regi Soba: & percuſſit David de Syria viginti duo millia virorum.

6. Et poſuit David præſidium in Syria Damaſci: factaque eſt Syria David ſerviens ſub tributo: ſervavitque Dominus David in omnibus ad quæcunque profectus eſt.

VERSIO ANTIQUA.

Ex cod. Germ. 7.

7..... Et hæc accepit poſtea Suſac rex Ægypti in diebus Roboam filii Salomonis, cùm aſcendiſſet in Jeruſalem de terra machinas ex electis civitatibus Adadezer regis.

8..... de quo fecit Salomon omnia vaſa ærea in templo, & mare æneum, & columnas, & altare.

VULGATA NOVA.

7. Et tulit David arma aurea, quæ habebant ſervi Adarezer, & detulit ea in Jeruſalem.

8. Et de Bete & de Beroth, civitatibus Adarezer, tulit rex David æs multum nimis.

VULGATA NOVA.

9. Audivit autem Thou rex Emath, quòd percuſſiſſet David omne robur Adarezer,

10. & miſit Thoù Joram filium ſuum ad regem David, ut ſalutaret eum congratulans, & gratias ageret: eò quòd expugnaſſet Adarezer, & percuſſiſſet eum. Hoſtis quippe erat Thou Adarezer, & in manu ejus erant vaſa aurea, & vaſa argentea, & vaſa ærea:

11. quæ & ipſa ſanctificavit rex David Domino cum argento & auro, quæ ſanctificaverat de univerſis gentibus quas ſubegerat,

12. de Syria, & Moab, & filiis Ammon, & Philiſthiim, & Amalec, & de manubiis Adarezer filii Rohob regis Soba.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Corb. 3.

13..... & in Gebelem ad viginti tria millia.

VULGATA NOVA.

13. Fecit quoque ſibi David nomen, cùm re-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Ita Mſ. cod. hab. in margine eadem manu, poſt hæc Vulg. verba, & *detulit ea in Jeruſalem;* ſimiliter cod. Germ. n. 11. in inferiori marg. ſed alia manu; item alter Germ. n. 9. ſed expuncta de more: nil autem iſtorum legitur in Hebr. & Vulg. at in Græco ſequuntur iſta: Καὶ ἔλαβεν αὐτὰ Σουσακὶμ βασιλεὺς Αἰγύπτυ, ἐν τῷ ἀναβῆναι αὐτὸν εἰς Ἱερυσαλὴμ ἐν ἡμέραις Ροβοὰμ υἱῦ Σαλωμῶνλος. *Et ſumpſit ea Souſacim rex Ægypti, cùm aſcenderet ipſe in Jeruſalem in diebus Roboam filii Salomonis.*

℣. 8. Hæc addit Mſ. cod. in margine poſt hoc Vulg. *multum nimis;* ſimiliter habet intra textum alter Germ. n. 9. uſque ad vocem *templo* incl. caret verò ſequentibus; Corb. n. 3. nil addit, præter unum *in templo:* ab Hebræo cuncta prorſus abſunt; in Græco verò ſic: Ἐν αὐτῷ ἐποίησε Σαλωμὼν τὴν θάλασσαν τὴν χαλκῆν, καὶ τὰς σύλας, καὶ τὰς λουτῆρας, καὶ πάντα τὰ σκεύη· *In eo fecit Salomon mare æneum, & columnas, & labra, & omnia vaſa;* quæ deſunt in edit. Compl.

℣. 13. Ita Mſ. cod. ſeç. manu, poſt hoc Vulg. *decem & octo millibus;* idem legebatur in Germ. 9. In Hebr. & Vulg. minimè omnino. In Gr. ſic ℣. totus: Καὶ ἐποίησε Δαυὶδ ὄνομα· καὶ ἐν τῷ ἀναπαύπλειν αὐτὸν ἐπάταξε τὴν Ἰδυμαίαν ἐν Γεβελὲμ εἰς ὀκτωκαίδεκα χιλιάδας· *Et fecit David nomen: & cùm ipſe reflecteret, percuſſit Idumæam in Gebelem ad decem & octo millia.* Vide Not. b. Martianæi noſtri to. 1. nov. edit. Hieron. p. 373.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

verteretur captâ Syriâ in valle Salinarum, cæsis decem & octo millibus:

14. & posuit in Idumæa custodes, statuitque præsidium: & facta est universa Idumæa serviens David: & servavit Dominus David in omnibus ad quæcunque profectus est.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

15. Et regnavit David super omnem Israël: faciebat quoque David judicium & justitiam omni populo suo.

15. Et David regnavit in Israël: & erat faciens judicium & justitiam in toto populo suo. *Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 188. f.*

VULGATA NOVA.

16. Joab autem filius Sarviæ erat super exercitum: porro Josaphat filius Ahilud erat à commentariis:

17. & Sadoc filius Achitob, & Achimelech filius Abiathar, erant sacerdotes: & Saraias, scriba:

18. Banaias autem filius Joiadæ, super Cerethi & Phelethi: filii autem David sacerdotes erant.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 15. Græcè: Καὶ ἐβασίλευσε Δαυὶδ ἐπὶ πάντα Ἰσραήλ· (In Ms. Alex. deest πάντα, ut in edit. Compl.) subinde additur Δαυὶδ, ad *erat*, & pro *in toto populo suo*, est ἐπὶ πάντα τὸν λαὸν αὐτοῦ, *super omnem populum suum.*

CAPUT IX.

VULGATA NOVA.

1. ET dixit David: Putasne est aliquis qui remanserit de domo Saul, ut faciam cum eo misericordiam propter Jonathan?

2. Erat autem de domo Saul, servus nomine Siba: quem cùm vocasset rex ad se, dixit ei: Tune es Siba? & ille respondit: Ego sum servus tuus.

3. Et ait rex: Nunquid supereſt aliquis de domo Saul, ut faciam cum eo misericordiam Dei? Dixitque Siba regi: Supereſt filius Jonathæ, debilis pedibus.

4. Ubi, inquit, est? Et Siba ad regem, Ecce, ait, in domo est Machir filii Ammiel in Lodabar.

5. Misit ergo rex David, & tulit eum de domo Machir filii Ammiel de Lodabar.

6. Cùm autem venisset Miphiboseth filius Jonathæ filii Saul ad David, corruit in faciem suam, & adoravit. Dixitque David: Miphiboseth? Qui respondit: Adsum servus tuus.

7. Et ait ei David: Ne timeas, quia faciens faciam in te misericordiam propter Jonathan patrem tuum, & restituam tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panem in mensa mea semper.

8. Qui adorans eum, dixit: Quis ego sum servus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum similem mei?

9. Vocavit itaque rex Sibam puerum Saul, & dixit ei: Omnia quæcunque fuerunt Saul, & universam domum ejus, dedi filio domini tui.

10. Operare igitur ei terram tu, & filii tui, & servi tui: & inferes filio domini tui cibos ut alatur: Miphiboseth autem filius domini tui comedet semper panem super mensam meam. Erant autem Sibæ quindecim filii, & viginti servi.

11. Dixitque Siba ad regem: Sicut jussisti domine mi rex servo tuo, sic faciet servus tuus: & Miphiboseth comedet super mensam meam, quasi unus de filiis regis. 11..... *Vide Not.*

12. Habebat autem Miphiboseth filium parvulum nomine Micha: omnis verò cognatio domus Sibæ serviebat Miphiboseth.

13. Porro Miphiboseth habitabat in Jerusalem: quia de mensa regis jugiter vescebatur: & erat claudus utroque pede.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. In Ms. Corb. n. 3. post *comedet*, additur alma. *semper panem*, quod abest à Græco, sicut ab Hebr. & Vulg.

CAPUT X.

VULGATA NOVA.

1. FACTUM est autem post hæc, ut moreretur rex filiorum Ammon, & regnavit Hanon filius ejus pro eo.

1. *Par.* 19. 2. 2. Dixitque David: Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas, sicut fecit pater ejus mecum misericordiam. Misit ergo David, consolans eum per servos suos super patris interitu. Cùm autem venissent servi David in terram filiorum Ammon,

3. dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon dominum suum: Putas quòd propter honorem patris tui miserit David ad te consolatores, & non ideo ut investigaret, & exploraret civitatem, & everteret eam, misit David servos suos ad te?

4. Tulit itaque Hanon servos David, rasitque dimidiam partem barbæ eorum, & præscidit vestes eorum medias usque ad nates, & dimisit eos.

5. Quod cùm nunciatum esset David, misit in occursum eorum: erant enim viri confusi turpiter valde, & mandavit eis David: Manete in Jericho, donec crescat barba vestra, & tunc revertimini.

6. Videntes autem filii Ammon quòd injuriam fecissent David, miserunt, & conduxerunt mercede Syrum Rohob, & Syrum Soba, viginti millia peditum, & à rege Maacha mille viros, & ab Istob duodecim millia virorum.

7. Quod cùm audisset David, misit Joab & omnem exercitum bellatorum.

8. Egressi sunt ergo filii Ammon, & direxerunt aciem ante ipsum introitum portæ: Syrus autem Soba, & Rohob, & Istob, & Maacha, seorsum erant in campo.

9. Videns igitur Joab quòd præparatum esset adversùm se prælium, & ex adverso & post tergum, elegit ex omnibus electis Israël, & instruxit aciem contra Syrum:

10. reliquam autem partem populi tradidit Abisai fratri suo, qui direxit aciem adversùs filios Ammon.

11. Et ait Joab: Si prævaluerint adversùm me Syri, eris mihi in adjutorium: si autem filii Ammon prævaluerint adversùm te, auxiliabor tibi.

12. Esto vir fortis, & pugnemus pro populo nos-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tro, & civitate Dei noſtri : Dominus autem faciet quod bonum eſt in conſpectu ſuo.

13. Iniit itaque Joab, & populus qui erat cum eo, certamen contra Syros : qui ſtatim fugerunt à facie ejus.

14. Filii autem Ammon videntes quia fugiſſent Syri, fugerunt & ipſi à facie Abiſai, & ingreſſi ſunt civitatem : reverſuſque eſt Joab à filiis Ammon, & venit Jeruſalem.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Corb. 3. 15..... filii Amon quia Syrus expavit, &.....

VULGATA NOVA.

15. Videntes igitur Syri quoniam corruiſſent coram Iſraël, congregati ſunt pariter.

VULGATA NOVA.

16. Miſitque Adarezer, & eduxit Syros qui erant trans fluvium, & adduxit eorum exercitum : Sobach autem, magiſter militiæ Adarezer, erat princeps eorum.

17. Quod cùm nunciatum eſſet David, contraxit omnem Iſraëlem, & tranſivit Jordanem, venitque in Helam : & direxerunt aciem Syri ex adverſo David, & pugnaverunt contra eum.

18. Fugeruntque Syri à facie Iſraël, & occidit David de Syris ſeptingentos currus, & quadraginta millia equitum : & Sobach principem militiæ percuſſit : qui ſtatim mortuus eſt.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Germ. 7. 19..... expaverunt & fugerunt quinquaginta & octo millia coram Iſraël.....

VULGATA NOVA.

19. Videntes autem univerſi reges, qui erant in præſidio Adarezer, ſe victos eſſe ab Iſraël, expaverunt & fugerunt quinquaginta & octo millia coram Iſraël. Et fecerunt pacem cum Iſraël : & ſervierunt eis, timueruntque Syri auxilium præbere ultra filiis Ammon.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 15. Sic additur in Mſ. cod. ſec. manu, poſt illud Vulgatæ, *Videntes igitur ;* Germ. n. 9. ita emendat : *Videntes igitur Syri quoniam corruiſſent*, ut in Vulg. In Gr. ſic : Καὶ εἶδε Συρία (Compl. ὁ Σύρος) ὅτι ἔπταισεν ἔμπροσθεν Ἰσραήλ· *Et vidit Syria*, vel *Syrus*, *quia cecidit ante Iſraël.*

℣. 19. Sic etiam in cod. Corb. n. 3. ſec. ma. uno excepto, *expugnaverunt*, loco *expaverunt ;* ſimiliter in Germ. n. 9. cum hac voce *expaverunt ;* ſed abſunt à Græco, ſicut ab Hebr. textu.

CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

1. Par. 20. 1. 1. FActum eſt autem, verténte anno, eo tempore quo ſolent reges ad bella procedere, miſit David Joab, & ſervos ſuos cum eo, & univerſum Iſraël, & vaſtaverunt filios Ammon, & obſederunt Rabba : David autem remanſit in Jeruſalem.

2. Dum hæc agerentur, accidit ut ſurgeret David de ſtrato ſuo poſt meridiem, & deambularet in ſolario domus regiæ : viditque mulierem ſe lavantem, ex adverſo ſuper ſolarium ſuum : erat autem mulier pulchra valde.

2..... 25. *Vide Not.*

3. Miſit ergo rex, & requiſivit quæ eſſet mulier. Nunciatumque eſt ei, quòd ipſa eſſet Bethſabee filia Eliam, uxor Uriæ Hethæi.

4. Miſſis itaque David nunciis, tulit eam : quæ cùm ingreſſa eſſet ad illum, dormivit cum ea : ſtatimque ſanctificata eſt ab immunditia ſua :

Lev. 15. 18.

5. & reverſa eſt in domum ſuam concepto fetu. Mittenſque nunciavit David, & ait : Concepi.

6. Miſit autem David ad Joab, dicens : Mitte ad me Uriam Hethæum. Miſitque Joab Uriam ad David.

7. Et venit Urias ad David. Quæſivitque David quàm rectè ageret Joab, & populus, & quomodo adminiſtraretur bellum :

8. & dixit David ad Uriam : Vade in domum tuam, & lava pedes tuos. Et egreſſus eſt Urias de domo regis, ſecutuſque eſt eum cibus regius.

9. Dormivit autem Urias ante portam domus regiæ cum aliis ſervis domini ſui, & non deſcendit ad domum ſuam.

10. Nunciatumque eſt David à dicentibus : Non ivit Urias in domum ſuam. Et ait David ad Uriam : Nunquid non de via veniſti ? quare non deſcendiſti in domum tuam ?

11. Et ait Urias ad David : Arca Dei & Iſraël & Juda habitant in papilionibus, & dominus meus Joab, & ſervi domini mei ſuper faciem terræ manent : & ego ingrediar domum meam, ut comedam & bibam, & dormiam cum uxore mea ? per ſalutem tuam, & per ſalutem animæ tuæ, non faciam rem hanc.

12. Ait ergo David ad Uriam : Mane hìc etiam hodie, & cras dimittam te. Manſit Urias in Jeruſalem in die illa & altera :

13. & vocavit eum David ut comederet coram ſe & biberet, & inebriavit eum : qui egreſſus veſpere, dormivit in ſtrato ſuo cum ſervis domini ſui, & in domum ſuam non deſcendit.

14. Factum eſt ergo manè, & ſcripſit David epiſtolam ad Joab : miſitque per manum Uriæ,

15. ſcribens in epiſtola : Ponite Uriam ex adverſo

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 2..... 25. Huc redeunt quæ Ambroſ. narrat apol. David 1. c. 1. to. 1. 675. c. *In ſecundo Regnorum legimus libro, quoniam deambulans David in domo ſua regia, proſpexit lavantem ſe mulierem, nomenque illi Bethſabee, formæ egregiæ, & gratiâ & vultu decora, præſtantique admodum facie, quibus illecebris delinitum potiendi ejus ſumpſiſſe affectum. Erat autem mulier viro nupta ; Uriæ nomen marito, cui mandatis regiis compoſita eſt ſcena necis.* Similiter apol. 2. c. 2. p. 708. d. *David rex cùm deambularet in domo ſua, lavantem ſe Uriæ vidit uxorem, amavitque illico, & juſſit accerſiri. Deinde virum ejus innocentem.... bellatoribus objici juſſit acerrimis, ut vi opprimeretur hoſtili.* Et poſt plura, col. 719. b. *Sic in lib. Regnorum meminimus expreſſum : eò quòd David, cùm lavantem vidiſſet Bethſabee Uriæ uxorem, adamaverit, deinde domum venire præceperit..... non multò poſt maritum ejus reverſum eſſe nuncium belli, religioſum ſanè & devotum virum, quì belli tempore non putaverit ſibi ingrediendam domum, cùm ſocios bello videret intentos, nec domeſticis in tabernaculis, ſed in præliaribus tentoriis excubantes : poſtea juſſu David in bella revocatum, ſub ea præceptione ut objiceretur adverſariis bellatoribus, quò morte viri liberam copiam potiendæ mulieris rex haberet..... Mortuus eſt igitur Urias, bellatoribus objectus, ſed poſtea iidem qui eum peremerunt, juſſu David, expugnata urbe, ſunt perempti.* Quæ omnia magis referunt ſenſum Scripturæ quàm verba.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

belli, ubi fortiſſimum eſt prælium: & derelinquite eum, ut percuſſus intereat.

16. Igitur cùm Joab obſideret urbem, poſuit Uriam in loco ubi ſciebat viros eſſe fortiſſimos.

17. Egreſſique viri de civitate, bellabant adversùm Joab, & ceciderunt de populo ſervorum David, & mortuus eſt etiam Urias Hethæus.

18. Miſit itaque Joab, & nunciavit David omnia verba prælii:

19. præcepitque nuncio, dicens: Cùm compleveris univerſos ſermones belli ad regem,

20. ſi eum videris indignari, & dixerit: Quare acceſſiſtis ad murum, ut præliaremini? an ignorabatis quòd multa deſuper ex muro tela mittantur?

Judic. 9. 53. 21. Quis percuſſit Abimelech filium Jerobaal? nonne mulier miſit ſuper eum fragmen molæ de muro, & interfecit eum in Thebes? quare juxta murum acceſſiſtis? dices: Etiam ſervus tuus Urias Hethæus occubuit.

22. Abiit ergo nuncius, & venit, & narravit David omnia quæ ei præceperat Joab.

23. Et dixit nuncius ad David: Prævaluerunt adversùm nos viri, & egreſſi ſunt ad nos in agrum: nos autem facto impetu perſecuti eos ſumus uſque ad portam civitatis.

24. Et direxerunt jacula ſagittarii ad ſervos tuos ex muro deſuper: mortuique ſunt de ſervis regis, quin etiam ſervus tuus Urias Hethæus mortuus eſt.

25. Et dixit David ad nuncium: Hæc dices Joab: Non te frangat iſta res: varius enim eventus eſt belli; nunc hunc, & nunc illum conſumit gladius: conforta bellatores tuos adversùs urbem, ut deſtruas eam, & exhortare eos.

26. Audivit autem uxor Uriæ, quòd mortuus eſſet Urias vir ſuus, & planxit eum.

VULGATA NOVA.

27. Tranſacto autem luctu, miſit David, & introduxit eam in domum ſuam, & facta eſt ei uxor, peperitque ei filium: & diſplicuit verbum hoc, quod fecerat David, coram Domino.

VERSIO ANTIQUA.

27..... nequam autem viſus eſt ſermo, quem fecit David, in oculis Domini. *Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 27. 263. e.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 27. Gr. Καὶ πονηρὸν ἐφάνη τὸ ῥῆμα, & *malum apparuit verbum quod*, &c. ut ſup.

CAPUT XII.

VULGATA NOVA.

1. Miſit ergo Dominus Nathan ad David: qui cùm veniſſet ad eum, dixit ei: Duo viri erant in civitate una, unus dives, & alter pauper.

2. Dives habebat oves, & boves plurimos valde.

3. Pauper autem nihil habebat omnino, præter ovem unam parvulam, quam emerat & nutrierat, & quæ creverat apud eum cum filiis ejus ſimul, de pane illius comedens, & de calice ejus bibens, & in ſinu illius dormiens: eratque illi ſicut filia.

4. Cùm autem peregrinus quidam veniſſet ad divitem, parcens ille ſumere de ovibus & de bobus ſuis, ut exhiberet convivium peregrino illi qui venerat ad ſe, tulit ovem viri pauperis, & præparavit cibos homini qui venerat ad ſe.

5. Iratus autem indignatione David adversùs hominem illum nimis, dixit ad Nathan: Vivit

VERSIO ANTIQUA.

1..... & dixit ei: Duo viri fuerunt in civitate una, unus dives, & unus pauper. *Vet. Iren. interp. l. 4. c. 27. 263. e.*

2. Diviti erant greges ovium, & boum multi valde.

3. Et pauperi nihil aliud niſi, ovicula una, quam habebat & nutriebat, & fuerat cum eo & cum filiis ejus pariter, de pane ſuo manducabat, & de calice bibebat: & erat ei quaſi filia.

4. Et venit hoſpes homini diviti, & pepercit accipere de grege oviculorum ſuarum, & de gregibus boum ſuorum, & facere hoſpiti, & accepit oviculam viri pauperis, & appoſuit viro qui venerat ad eum.

5. Iratus eſt enim David ſuper hominem illum valde, & dixit ad Nathan: Vivit Dominus, quo-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Rectè è Græco, uno excepto *fuerunt*, pro quo ἦσαν, *erant*. Ambr. ſimiliter hab. apol. 2. Dav. to. 1. c. 11. 728. b. *Duo viri erant in una civitate, unus dives, & alter pauper:* & ſup. narrando dicit: *Dives & pauper intra unam erant civitatem.* Mſ. Corb. n. 3. hab. ad marg. ſec. ma. poſt *dixit ei: Reſponde mihi judicium*, quæ quidem leguntur in edit. Compl. hoc modo: αὐτῷ· Ἀπάγγειλον δή μοι τὴν κρίσιν ταύτην· Δύο, &c. abſunt verò ab aliis, ſicut ab Hebr. & Vulg.

℣. 2. Gr. primo loco hab. Καὶ, deinde ut in Lat. ſup. Ambroſ. apol. 2. Dav. c. 11. 727. c. ait: *Diviti multa armenta, multæ oves.* Aug. ſimiliter in Pſ. 50. to. 4. 465. f. *Erat dives quidam habens plurimas oves.*

℣. 3. A Græco abeſt *aliud*, & poſt *una*, additur μικρὰ, *parva;* ſubinde loco *habebat & nutriebat*, & *fuerat*, (al. *foverat*) ſic: ἐκτήσαλο καὶ περιεποιήσαλο, καὶ ἐξέθρεψεν αὐτὴν, καὶ ἠδρύνθη, *acquiſivit & reſervavit, & educavit eam, & crevit;* item pro *pariter*, ἐπὶ τὸ αὐτὸ, *in idipſum*, additis his poſt *bibebat*, καὶ ἐν τῷ κόλπῳ αὐτῆς ἐκάθευδε, & *in ſinu ejus dormiebat;* deinde καὶ ἦν, &c. ut ſup. Ambroſ. bene apol. 1. Dav. c. 5. to. 1. 682. c. *De pane ejus manducabat*, & *de calice ejus bibebat*, & *in ſinu ejus dormiebat:* & infra: *Bene agnam*, inquit, *dicit Scriptura;* Gr. ἀμνάς: & apol. 2. c. 11. 727. c. *Pauperi una ovis, quæ de pane & vino pauperis alebatur*, & *in ſinu ejus requieſcebat.* Similiter Aug. in Pſ. 50. to. 4. 465. f. alludens ait: *Pauper autem vicinus ejus, habebat unam oviculam, quam in ſinu ſuo*, & *de ſuo cibo nutriebat.*

℣. 4. Nonnulla hîc variant Græcè, nempe ſeqq. παρόδος, quaſi *prætergrediens per viam*, loco *hoſpes;* item ἀνδρὶ, *viro*, pro *homini;* paulòque poſt, ἐκ τῶν προμνίων αὐτῆς, καὶ ἐκ τῶν βουκολίων αὐτῆς, τῆ ποιῆσαι τῷ ξένῳ ὁδοιπόρῳ τῷ ἐλθόντι πρὸς αὐτόν· è *gregibus ſuis*, & *armentis ſuis*, *ad faciendum hoſpiti viatori qui venit ad eum;* quæ ultima omiſit Interp. deeſt etiam ὁδοιπόρῳ in Mſ. Alex. ac ed. Compl. ſicut *viri*, poſt *oviculam*, in Vatic. & al. præterquam in Compl. Demum pro *appoſuit*, eſt ἐποίησεν αὐτὴν, *fecit eam;* in edit. Compl. ἔδωκεν αὐτὴν καὶ ἐποίησεν. His favet Ambroſ. apol. Dav. 2. c. 11. to. 1. 727. d. dicens: *Venit hoſpes ad divitem*, (inf. *ad virum illum divitem:*) *dives neque de armento ſuo, neque de gregibus ſuis aliquid abſtulit, ſed unam ovem pauperis occidit.* Similiter Aug. in Pſ. 50. to. 4. 465. f. *Venit hoſpes diviti: nihil de grege ſuo abſtulit, oviculam vicini pauperis concupivit, ipſam ſuo hoſpiti occidit.* Vide etiam l. 3. de doctr. Chr. to. 3. col. 54. e.

℣. 5. Gr. Καὶ ἐθυμώθη ὀργῇ Δαυὶδ σφόδρα τῷ ἀνδρὶ, καὶ εἶπε Δαυὶδ πρὸς, Et *indignatus eſt irâ David valde viro*, & *ait David ad*, (hîc deeſt *David* in Compl.) reliqua ut in textu, detractis vocibus *eſt*, & *ille*, poſito-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Vet. Iren. Interp. ubi sup. niam filius mortis est homo ille qui fecit hoc.

6. Et oviculam reddet quadruplum, pro eo quòd fecit factum hoc, & pro eo quòd non pepercit pauperi.

Ambr. apol. Dav. 2. t. 1. 694. a. 7. Et ait ad eum Nathan: Tu es vir qui feciſti hoc: Hæc dicit Dominus Deus Iſraël: Ego unxi te in regem ſuper Iſraël, & ego liberavi te de manu Saul,

8. & dedi tibi omnia quæ erant domini tui, & uxores illius in ſinum tuum dedi, & dedi tibi domum ipſius Iſraël: & ſi pauca ſunt, adjiciam tibi.

9. Et quare pro nihilo duxiſti Dominum, ut faceres nequiter in conſpectu ejus?.....

VULGATA NOVA.

Dominus, quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc.

6. Ovem reddet in quadruplum, eò quòd fecerit verbum istud, & non pepercerit. *Exod. 22. 1.*

7. Dixit autem Nathan ad David: Tu es ille vir: Hæc dicit Dominus Deus Iſraël: Ego unxi te in regem ſuper Iſraël, & ego erui te de manu Saul,

8. & dedi tibi domum domini tui, & uxores domini tui in ſinu tuo, dedique tibi domum Iſraël & Juda: & ſi parva ſunt iſta, adjiciam tibi multò majora.

9. Quare ergo contempſiſti verbum Domini, ut faceres malum in conſpectu meo? Uriam Hethæum percuſſiſti gladio, & uxorem illius accepiſti in uxorem tibi, & interfeciſti eum gladio filiorum Ammon.

VULGATA NOVA.

10. Quam ob rem non recedet gladius de domo tua uſque in ſempiternum, eò quòd deſpexeris me, & tuleris uxorem Uriæ Hethæi, ut eſſet uxor tua.

10... 11. *Vide Not.*

11. Itaque hæc dicit Dominus: Ecce, ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum uxoribus tuis in oculis ſolis hujus. *Inf. 16. 21.*

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. ibid. 683. a. 12. Quoniam tu hoc feciſti in occulto, & ego faciam hoc verbum coram omni Iſraël, & in conſpectu ſolis hujus.

Ambr. in Pſ. 118. t. 1. 1147. f. 1180. e. 13..... Peccavi Domino..... Quoniam pœnituit te, abſtulit Dominus peccatum tuum: non morte morieris.

Ambr. apol. Dav. 2. c. 11. 727. e. 14..... ſed filius tuus, qui natus eſt..... morietur.

VULGATA NOVA.

12. Tu enim feciſti abſconditè: ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſraël, & in conſpectu ſolis.

13. Et dixit David ad Nathan: Peccavi Domino. Dixitque Nathan ad David: Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum: non morieris. *Eccli. 47. 13.*

14. Veruntamen, quoniam blaſphemare feciſti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius, qui natus eſt tibi, morte morietur.

VULGATA NOVA.

15. Et reverſus eſt Nathan in domum ſuam. Percuſſit quoque Dominus parvulum, quem pepererat uxor Uriæ David, & deſperatus eſt.

16..... 23. *Vide Not.*

16. Deprecatuſque eſt David Dominum pro parvulo: & jejunavit David jejunio, & ingreſſus ſecretum, jacuit ſuper terram.

17. Venerunt autem ſeniores domus ejus, cogentes eum ut ſurgeret de terra: qui noluit, nec comedit cum eis cibum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

que *vir*, ὁ ἀνὴρ, pro *homo*. In edit. Ald. ἐστὶν ὁ ἀνήρ. Ambroſ. apol. 2. Dav. 727. d. ſic pergit: *Hoc ubi cognovit David: Morietur, inquit, vir ille.* Item Aug. in Pſ. 50. to. 4. 465. f. *Quid dignus eſt? at ille profert iratus ſententiam.*

℣. 6. Non *quadruplum* habetur Græcè, ſed ἑπταπλασίονα, *ſeptuplum*, edit. una Compl. hab. τεσσαρακαίδεκα, ut & ſola paulò poſt, πρᾶγμα, cum vet. Interp. In Græco Vatic. & al. ῥῆμα, *verbum*, detracta voce ultima *pauperi*. Ambr. apol. Dav. 1. c. 5. 682. f. *Pulchrè..... addidit*, inquit, *Agnam reſtituet*; & infra: *Nec illud otioſum quod ait, In quadruplum reſtituet*; item paulò poſt, 683. a. *Convenienter..... adjecit: Quia non pepercit.* Aug. l. 3. de doctr. Chr. col. 54. e. *David occidi eum juſſit, & quadruplicari ovem pauperi.*

℣. 7. Ita in Græco, niſi quòd poſt *Nathan*, additur πρὸς Δαυὶδ, detracto præced. *ad eum*: item poſt utrumque *ego*, 1. quidem ſic, εἰμὶ ὃς, poſt alterum ſimpliciter, εἰμί; pro *liberavi* autem ita, ἐῤῥυσάμην, *erui*. Mſ. Corb. n. 3. in margine addit, *qui feciſti hanc rem*, nempe his Vulg. verbis, *Tu es ille vir*. Similiter in Germ. n. 9. ſicut in Gr. ὁ ποιήσας τοῦτο, quod abeſt ab Hebr. & Vulg. Vide ſis Ambroſ. apol. Dav. 2. c. 11. to. 1. 727. d. & epiſt. 42. to. 2. 962. c.

℣. 8. Diſſimilia iſta Gr. habet, nempe τὸν οἶκον, *domum*, loco *omnia quæ erant*; item poſt *uxores*, ſic, τῷ κυρίῳ ϛυ ἐν τῷ κόλπῳ ϛυ, *domini tui in ſinu tuo*, abſque ſeq. *dedi*; at in Compl. αὐτῷ εἰς τὸν κόλπον ϛυ, ut ſup. exinde deeſt *ipſius*, ante *Iſrael*, cui additur καὶ Ἰούδα, & infra, pro *pauca ſunt*, ita, μικρόν ἐστι, *parum eſt*, mel. in Compl. ὀλίγα ϛοί ἐστι: extremò poſt *tibi*, additur κατὰ ταῦτα, *ſecundùm hæc*, in Mſ. Alex. καὶ ταῦτα, & *hæc*.

℣. 9. Græcè, Τί ὅτι, *Quid quòd*, pro Et *quare*, & loco *Dominum*, τὸν λόγον Κυρίου, *verbum Domini*; item pro *nequiter in conſp. ejus*, ita, τὸ πονηρὸν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, *malum in oculis ejus*; at in edit. Compl. ἐνώπιον αὐτοῦ.

℣℣. 10. 11. His alludit Ambroſ. apol. Dav. 2. c. 11. to. 1. 727. d. dicens, *Mandaſſe Dominum quòd multa illi bona, id eſt, opes regias, ſublato de paſtorum numero, contuliſſet, quòdque in eum ſuam miſericordiam profudiſſet; & ideo quoniam peccato exaſperaſſet Dominum, abducenda ejus omnia, rapienda ab hoſtibus, depopulandam domum*, &c.

℣. 12. Primum *hoc*, deeſt in Græco, alterum verò transfertur poſt *verbum*, & pro *in conſpectu*, habetur ἀπέναντι, *coram*; at in Compl. ἐνώπιον; cætera ad verbum ut ſup. Vide Ambr. de lapſ. virg. to. 2. 311. e. Auct. l. de promiſſ. c. 26. ap. Proſp. p. 152. e. ſic hab. *Feciſti in abſcondito, patieris in ſole.* Vid. ſeqq.

℣. 13. A Græco abeſt hoc, *Quoniam pœnituit te*, ut & infra vox iſta *morte*; loco verò *abſtulit Dominus*, legitur, καὶ Κύριος παρεθέσατο, & *Dominus tranſire fecit.* Idem Ambr. apol. 1. 677. c. legit: *Quoniam pœnituit te*, & *Dominus tranſtulit peccatum tuum*; at infra col. 688. a. & *Dominus traduxit peccatum tuum*; & apol. 2. 727. d. ſic: *Tunc ait ille: Peccavi. Et reſpondit Nathan: Quoniam peccaſſe te confiteris, remittet tibi Dominus peccatum.* Vide etiam ep. 51. to. 2. 998. e. 999. a. & in Pſ. 118. to. 1. 1194. b. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 703. b. ſic hab. *Et Dominus circumduxit delictum tuum*: & *non morieris.* Vict. Tun. ap. Ambr. to. 2. 595. a. *Peccavi Domino..... Dominus abſtulit pecc. tuum.* S. Pacian. ep. 1. 306. g. *Dominus abſtulit à te pecc. tuum.* Paulin. vit. Ambr. xi. b. *Dimiſſum eſt peccatum tuum*: in edit. Compl. ἀφείλετο. Auct. q. ex utroque Teſt. q. 102. apud Aug. to. 3. p. 94. f. *Peccavi Domino. Tunc reſpondit*, & *dixit: Abſtulit Dominus peccatum tuum*: & *non morieris*, *quoniam pœnituiſti.* Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 209. c. *Dominus abſtulit à te hoc peccatum.*

℣. 14. Ambr. ibid. *Sed filius tuus, qui natus eſt ex Bethſabee, morietur.* Gr. Καί γε ὁ υἱός ϛυ ὁ τεχθεὶς ϛοι, θανάτῳ ἀποθανεῖται.

℣℣. 16... 23. Eadem narrat Ambr. l. 2. de fide reſ. to. 2.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

18. Accidit autem die ſeptima ut moreretur infans : timueruntque ſervi David nunciare ei quòd mortuus eſſet parvulus : dixerunt enim : Ecce cùm parvulus adhuc viveret, loquebamur ad eum, & non audiebat vocem noſtram : quantò magis ſi dixerimus, Mortuus eſt puer, ſe affliget ?

19. Cùm ergo David vidiſſet ſervos ſuos muſſitantes, intellexit quòd mortuus eſſet infantulus : dixitque ad ſervos ſuos : Num mortuus eſt puer ? Qui reſponderunt ei : Mortuus eſt.

20. Surrexit ergo David de terra : & lotus unctuſque eſt : cùmque mutaſſet veſtem, ingreſſus eſt domum Domini : & adoravit, & venit in domum ſuam, petivitque ut ponerent ei panem, & comêdit.

21. Dixerunt autem ei ſervi ſui : Quis eſt ſermo, quem feciſti ? propter infantem, cùm adhuc viveret, jejunaſti & flebas : mortuo autem puero, ſurrexiſti, & comediſti panem.

22. Qui ait : Propter infantem, dum adhuc viveret, jejunavi & flevi : dicebam enim : Quis ſcit ſi fortè donet eum mihi Dominus, & vivat infans ?

VULGATA NOVA.

23. Nunc autem quia mortuus eſt, quare jejunem ? Nunquid potero revocare eum ampliùs ? ego vadam magis ad eum : ille verò non revertetur ad me.

VERSIO ANTIQUA.

23..... ego ibo ad eum : ipſe autem non revertetur ad me. *Ambr. de fide reſur. l. 2. c. 2. 1140. f.*

VULGATA NOVA.

24. Et conſolatus eſt David Bethſabee uxorem ſuam, ingreſſuſque ad eam, dormivit cum ea : quæ genuit filium, & vocavit nomen ejus Salomon, & Dominus dilexit eum.

25. Miſitque in manu Nathan prophetæ, & vocavit nomen ejus, Amabilis Domino, eò quòd diligeret eum Dominus.

1. Par. 20. 1. 26. Igitur pugnabat Joab contra Rabbath filiorum Ammon, & expugnabat urbem regiam.

27. Miſitque Joab nuncios ad David, dicens : Dimicavi adversùm Rabbath, & capienda eſt Urbs aquarum.

28. Nunc igitur congrega reliquam partem populi, & obſide civitatem, & cape eam : ne, cùm à me vaſtata fuerit urbs, nomini meo aſcribatur victoria.

29. Congregavit itaque David omnem populum, & profectus eſt adversùm Rabbath : cùmque dimicaſſet, cepit eam.

30. Et tulit diadema regis eorum de capite ejus, pondo auri talentum, habens gemmas pretioſiſſimas, & impoſitum eſt ſuper caput David. Sed & prædam civitatis aſportavit multam valde :

31. populum quoque ejus adducens ſerravit, & circumegit ſuper eos ferrata carpenta : diviſitque cultris, & traduxit in typo laterum : ſic fecit univerſis civitatibus filiorum Ammon. Et reverſus eſt David, & omnis exercitus in Jeruſalem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

col. 1140. e. dicens : *Legimus quòd ægrotante puero, deprecabatur David Dominum pro eo, & jejunavit, & in cilicio jacuit ; & aſtantibus majoribus natu, ut excitarent eum de terra, nec ſurgendum ſibi, nec cœnandum putavit. Ubi verò defunctum puerum comperit, ſurrexit de terra, lavit illico, unctus eſt, veſtimenta mutavit, adoravit Dominum, cibum ſumpſit. Cùm hæc miranda pueris ſuis viderentur, reſpondit eis rectè ſe, infante vivente, jejunaſſe & ploraſſe ; quia juxta arbitrabatur Dominum poſſe miſereri ; nec dubitandum quòd vitam poſſet ſervare viventis, qui poſſet vivificare defunctos : jam verò obita morte, quid jejunaret, qui jam non poſſet reducere mortuum exanimemque revocare. Ego, inquit, ibo*, &c. ut ſup. Hæc autem omnia Gr. textum ſatis referunt. S. Paulin. ep. 13. p. 71. b. ultima tantùm habet : *Ego ad illum ibo, ille verò ad me non revertetur.* In Gr. deeſt *verò*, ſed ejus loco ponitur ὁ δὲ αὐτός ; at in Compl. ut ſup. αὐτὸς δέ.

CAPUT XIII.

VULGATA NOVA.

1. FActum eſt autem poſt hæc, ut Abſalom filii David ſororem ſpecioſiſſimam, vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius David,

2. & deperiret eam valde, ita ut propter amorem ejus ægrotaret : quia cùm eſſet virgo, difficile ei videbatur ut quippiam inhoneſtè ageret cum ea.

3. Erat autem Amnon amicus, nomine Jonadab, filius Semmaa fratris David, vir prudens valde.

4. Qui dixit ad eum : Quare ſic attenuaris macie fili regis per ſingulos dies ? cur non indicas mihi ? Dixitque ei Amnon : Thamar ſororem fratris mei Abſalom amo.

5. Cui reſpondit Jonadab : Cuba ſuper lectum tuum, & languorem ſimula : cùmque venerit pater tuus ut viſitet te, dic ei : Veniat, oro, Thamar ſoror mea, ut det mihi cibum, & faciat pulmentum ut comedam de manu ejus.

6. Accubuit itaque Amnon, & quaſi ægrotare cœpit : cùmque veniſſet rex ad viſitandum eum, ait Amnon ad regem : Veniat, obſecro, Thamar ſoror mea, ut faciat in oculis meis duas ſorbitiunculas, & cibum capiam de manu ejus.

7. Miſit ergo David ad Thamar domum, dicens : Veni in domum Amnon fratris tui, & fac ei pulmentum.

8. Venitque Thamar in domum Amnon fratris ſui : ille autem jacebat : quæ tollens farinam commiſcuit : & liquefaciens, in oculis ejus coxit ſorbitiunculas.

9. Tollenſque quod coxerat, effudit, & poſuit coram eo, & noluit comedere : dixitque Amnon : Ejicite univerſos à me. Cùmque ejeciſſent omnes,

10. dixit Amnon ad Thamar : Infer cibum in conclave, ut veſcar de manu tua. Tulit ergo Thamar ſorbitiunculas, quas fecerat, & intulit ad Amnon fratrem ſuum in conclave.

11. Cùmque obtuliſſet ei cibum, apprehendit eam, & ait : Veni, cuba mecum ſoror mea.

12. Quæ reſpondit ei : Noli frater mi, noli opprimere me, neque enim hoc fas eſt in Iſraël : noli facere ſtultitiam hanc.

13. Ego enim ferre non potero opprobrium meum, & tu eris quaſi unus de inſipientibus in Iſraël : quin potiùs loquere ad regem, & non negabit me tibi.

14. Noluit autem acquieſcere precibus ejus, ſed prævalens viribus oppreſſit eam, & cubavit cum ea.

15. Et exoſam eam habuit Amnon odio magno nimis : ita ut majus eſſet odium quo oderat eam, amore quo ante dilexerat. Dixitque ei Amnon : Surge, & vade.

16. Quæ reſpondit ei : Majus eſt hoc malum, quod nunc agis adversùm me, quàm quod ante feciſti, expellens me. Et noluit audire eam :

17. ſed vocato puero, qui miniſtrabat ei, dixit : Ejice hanc à me foras, & claude oſtium poſt eam.

18. Quæ induta erat talari tunica : hujuſcemodi

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

enim filiæ regis virgines veſtibus utebantur. Ejecit itaque eam miniſter illius foras : clauſitque fores poſt eam.

19. Quæ aſpergens cinerem capiti ſuo, ſciſſa talari tunica, impoſitiſque manibus ſuper caput ſuum, ibat ingrediens, & clamans.

20. Dixit autem ei Abſalom frater ſuus : Nunquid Amnon frater tuus concubuit tecum ? ſed nunc ſoror tace, frater tuus eſt : neque affligas cor tuum pro hac re. Manſit itaque Thamar contabeſcens in domo Abſalom fratris ſui.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Germ. 7. 21..... & noluit contriſtare ſpiritum Amnon filii ſui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei.

VULGATA NOVA.

21. Cùm autem audiſſet rex David verba hæc, contriſtatus eſt valde, & noluit contriſtare ſpiritum Amnon filii ſui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei.

VULGATA NOVA.

22. Porro non eſt locutus Abſalom ad Amnon, nec malum nec bonum : oderat enim Abſalom Amnon, eò quòd violàſſet Thamar ſororem ſuam.

23. Factum eſt autem poſt tempus biennii, ut tonderentur oves Abſalom in Baalhaſor, quæ eſt juxta Ephraim : & vocavit Abſalom omnes filios regis,

24. venitque ad regem, & ait ad eum : Ecce tondentur oves ſervi tui : veniat, oro, rex cum ſervis ſuis ad ſervum ſuum.

25. Dixitque rex ad Abſalom : Noli fili mi, noli rogare ut veniamus omnes, & gravemus te. Cùm autem cogeret eum, & noluiſſet ire, benedixit ei.

26. Et ait Abſalom : Si non vis venire, veniat, obſecro, nobiſcum ſaltem Amnon frater meus. Dixitque ad eum rex : Non eſt neceſſe ut vadat tecum.

VERSIO ANTIQUA.

Ibid. 27..... Feceratque Abſalom convivium quaſi convivium regis.

VULGATA NOVA.

27. Coegit itaque Abſalom eum, & dimiſit cum eo Amnon & univerſos filios regis. Feceratque Abſalom convivium quaſi convivium regis.

VULGATA NOVA.

28. Præceperat autem Abſalom pueris ſuis, dicens : Obſervate cùm temulentus fuerit Amnon vino, & dixero vobis : Percutite eum, & interficite : nolite timere : ego enim ſum qui præcipio vobis : roboramini, & eſtote viri fortes.

29. Fecerunt ergo pueri Abſalom adversùm Amnon, ſicut præceperat eis Abſalom. Surgenteſque omnes filii regis, aſcenderunt ſinguli mulas ſuas, & fugerunt.

30. Cùmque adhuc pergerent in itinere, fama pervenit ad David, dicens : Percuſſit Abſalom omnes filios regis, & non remanſit ex eis ſaltem unus.

31. Surrexit itaque rex, & ſcidit veſtimenta ſua, & cecidit ſuper terram : & omnes ſervi illius, qui aſſiſtebant ei, ſciderunt veſtimenta ſua.

32. Reſpondens autem Jonadab filius Semmaa fratris David, dixit : Ne æſtimet dominus meus rex, quòd omnes pueri filii regis occiſi ſint : Amnon ſolus mortuus eſt, quoniam in ore Abſalom erat poſitus, ex die qua oppreſſit Thamar ſororem ejus.

33. Nunc ergo ne ponat dominus meus rex ſuper cor ſuum verbum iſtud, dicens : Omnes filii regis occiſi ſunt : quoniam Amnon ſolus mortuus eſt.

34. Fugit autem Abſalom : & elevavit puer ſpeculator oculos ſuos, & aſpexit : & ecce populus multus veniebat per iter devium ex latere montis.

35. Dixit autem Jonadab ad regem : Ecce filii regis adſunt : juxta verbum ſervi tui ſic factum eſt.

36. Cùmque ceſſaſſet loqui, apparuerunt & filii regis : & intrantes levaverunt vocem ſuam, & fleverunt : ſed & rex & omnes ſervi ejus fleverunt ploratu magno nimis.

37. Porro Abſalom fugiens, abiit ad Tholomai filium Ammiud regem Geſſur. Luxit ergo David filium ſuum cunctis diebus.

38. Abſalom autem cùm fugiſſet, & veniſſet in Geſſur, fuit ibi tribus annis.

39. Ceſſavitque rex David perſequi Abſalom, eò quòd conſolatus eſſet ſuper Amnon interitu.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 21. Sic etiam hab. Mſ. Corb. 1. cum Vulg. ſimiliter Corb. n. 3. ſed in inferiori marg. item Germ. n. 9. intra textum, at expuncta de more : penitus abſunt ab Hebr. in Græco verò ſunt ad verbum, exceptis duobus, οὐκ ἐλύπησε, *non contriſtavit*, pro *noluit contriſtare*, & αὐτῦ ἦν, *ſuus erat*, pro *erat ei*. Deſunt cuncta in ed. Compl. Vide ſis Auct. l. de promiſſ. apud Proſp. p. 152. d. e.

℣. 27. Habet ſimiliter Corb. n. 3. cum Vulg. ſed in marg. inferiori ; item Germ. n. 9. expuncta de more ; deſunt in Hebr. in Gr. verò ſic : Καὶ ἐποίησεν Ἀβεσσαλὼμ ϖότον κατὰ τὸν ϖότον τῦ βασιλέως· una Compl. iſta delet. Nota ſcribi *Abeſſilom*, non *Abſalon* : Ambroſ. l. de fug. ſæc. c. 4. to. 1. 426. b. *Abeſſalon* ; item infra 1008. d.

CAPUT XIV.

VULGATA NOVA.

1. INtelligens autem Joab filius Sarviæ, quòd cor regis verſum eſſet ad Abſalom,

2. miſit Thecuam, & tulit inde mulierem ſapientem : dixitque ad eam : Lugere te ſimula, & induere veſte lugubri, & ne ungaris oleo, ut ſis quaſi mulier jam plurimo tempore lugens mortuum :

3. & ingredieris ad regem, & loquêris ad eum ſermones hujuſcemodi. Poſuit autem Joab verba in ore ejus.

4. Itaque cùm ingreſſa fuiſſet mulier Thecuitis ad regem, cecidit coram eo ſuper terram, & adoravit, & dixit : Serva me rex.

5. Et ait ad eam rex : Quid cauſæ habes ? Quæ reſpondit : Heu, mulier vidua ego ſum : mortuus eſt enim vir meus.

6. Et ancillæ tuæ erant duo filii : qui rixati ſunt adversùm ſe in agro, nulluſque erat qui eos prohibere poſſet : & percuſſit alter alterum, & interfecit eum.

7. Et ecce conſurgens univerſa cognatio adversùm ancillam tuam, dicit : Trade eum qui percuſſit fratrem ſuum, ut occidamus eum pro anima fratris ſui quem interfecit, & deleamus hæredem : & quærunt extinguere ſcintillam meam, quæ relicta eſt, ut

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

non superſit viro meo nomen, & reliquiæ ſuper terram.

8. Et ait rex ad mulierem : Vade in domum tuam, & ego jubebo pro te.

9. Dixitque mulier Thecuitis ad regem : In me, domine mi rex, ſit iniquitas, & in domum patris mei : rex autem & thronus ejus ſit innocens.

10. Et ait rex : Qui contradixerit tibi, adduc eum ad me, & ultra non addet ut tangat te.

11. Quæ ait : Recordetur rex Domini Dei ſui, ut non multiplicentur proximi ſanguinis ad ulciſcendum, & nequaquam interficiant filium meum. Qui ait : Vivit Dominus, quia non cadet de capillis filii tui ſuper terram.

12. Dixit ergo mulier : Loquatur ancilla tua ad dominum meum regem verbum. Et ait : Loquere.

13. Dixitque mulier : Quare cogitaſti hujuſcemodi rem contra populum Dei, & locutus eſt rex verbum iſtud, ut peccet, & non reducat ejectum ſuum?

14. Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non reverturtur : nec vult Deus perire animam, ſed retractat cogitans ne penitus pereat qui abjectus eſt.

Exod. 18.32. & 33.11.

15. Nunc igitur veni, ut loquar ad dominum meum regem verbum hoc, præſente populo. Et dixit ancilla tua : Loquar ad regem, ſi quo modo faciat rex verbum ancillæ ſuæ.

16. Et audivit rex, ut liberaret ancillam ſuam de manu omnium, qui volebant de hæreditate Dei delere me, & filium meum ſimul.

17. Dicat ergo ancilla tua, ut fiat verbum domini mei regis ſicut ſacrificium. Sicut enim angelus Dei, ſic eſt dominus meus rex, ut nec benedictione, nec maledictione moveatur : unde & Dominus Deus tuus eſt tecum.

1. Reg. 29.9.

18. Et reſpondens rex, dixit ad mulierem : Ne abſcondas à me verbum, quod te interrogo. Dixitque ei mulier : Loquere domine mi rex.

19. Et ait rex : Nunquid manus Joab tecum eſt in omnibus iſtis? Reſpondit mulier, & ait : Per ſalutem animæ tuæ, domine mi rex, nec ad ſiniſtram, nec ad dexteram eſt, ex omnibus his quæ locutus eſt dominus meus rex : ſervus enim tuus Joab, ipſe præcepit mihi, & ipſe poſuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc.

20. Ut verterem figuram ſermonis hujus, ſervus tuus Joab præcepit iſtud : tu autem domine mi rex, ſapiens es, ſicut habet ſapientiam angelus Dei, ut intelligas omnia ſuper terram.

21. Et ait rex ad Joab : Ecce placatus feci verbum tuum : vade ergo, & revoca puerum Abſalom.

22. Cadenſque Joab ſuper faciem ſuam in terram, adoravit, & benedixit regi : & dixit Joab : Hodie intellexit ſervus tuus, quia inveni gratiam in oculis tuis, domine mi rex : feciſti enim ſermonem ſervi tui.

23. Surrexit ergo Joab & abiit in Geſſur, & adduxit Abſalom in Jeruſalem.

24. Dixit autem rex : Revertatur in domum ſuam, & faciem meam non videat. Reverſus eſt itaque Abſalom in domum ſuam, & faciem regis non vidit.

25. Porro ſicut Abſalom, vir non erat pulcher in omni Iſraël, & decorus nimis : à veſtigio pedis uſque ad verticem non erat in eo ulla macula.

25..... *Vide Not.*

VERSIO ANTIQUA.

26..... tondebat caput ſuum, quia gravaretur : cùm autem detonſus eſſet, ponderabat capillos capitis ſui, & erant centum ſiclorum, pondere regali.

S. Paulin. ep. 23. 134. *b.*

27..... Hæc fuit in matrimonio Roboam filii Salomonis, & peperit ei Abiam.

Ex cod. Corb. n. 13.

VULGATA NOVA.

26. Et quando tondebat capillum (ſemel autem in anno tondebatur, quia gravabat eum cæſaries) ponderabat capillos capitis ſui ducentis ſiclis, pondere publico.

27. Nati ſunt autem Abſalom filii tres : & filia una nomine Thamar, elegantis formæ.

28. Manſitque Abſalom in Jeruſalem duobus annis, & faciem regis non vidit.

29. Miſit itaque ad Joab, ut mitteret eum ad regem : qui noluit venire ad eum. Cùmque ſecundò miſiſſet, & ille noluiſſet venire ad eum,

VULGATA NOVA.

30. dixit ſervis ſuis : Scitis agrum Joab juxta agrum meum, habentem meſſem hordei : ite igitur, & ſuccendite eum igni. Succenderunt ergo ſervi Abſalom ſegetem igni. Et venientes ſervi Joab, ſciſſis veſtibus ſuis, dixerunt : Succenderunt ſervi Abſalom partem agri igni.

VERSIO ANTIQUA.

30..... Et venientes ſervi Joab, ſciſſis veſtimentis ſuis, dixerunt : Succenderunt ſervi Abſalom partem agri igni.

Ibid.

VULGATA NOVA.

31. Surrexitque Joab, & venit ad Abſalom in domum ejus, & dixit : Quare ſuccenderunt ſervi tui ſegetem meam igni?

32. Et reſpondit Abſalom ad Joab : Miſi ad te obſecrans ut venires ad me, & mitterem te ad regem, & diceres ei : Quare veni de Geſſur? melius mihi erat ibi eſſe : obſecro ergo ut videam faciem regis : quòd ſi memor eſt iniquitatis meæ, interficiat me.

33. Ingreſſus itaque Joab ad regem, nunciavit ei omnia : vocatuſque eſt Abſalom, & intravit ad re-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 25. Hæc Ambroſ. non malè reddit l. 2. offic. c. 22. to. 2. 97. c. dicens : *Abeſſalon erat David regis filius, decore inſignis, egregius formâ, præſtans juventâ, ita ut vir talis in Iſraël non reperiretur, à veſtigio pedis uſque ad verticem immaculatus.*

℣. 26. Paulùm differt Græcum, ubi ſic : Καὶ ἐν τῷ κείρεσθαι αὐτὸν τὴν κεφαλὴν αὐτῦ, ἡ ἐγένετο ἀπ' ἀρχῆς ἡμερῶν εἰς ἡμέρας ὡς ἂν ἐκείρετο, ὅτι καταβαρύνετο ἐπ' αὐτὸν, ἡ κειρόμενος αὐτὴν ἔσησε τὴν τρίχα τῆς κεφαλῆς αὐτῦ διακοσίους Ϲίκλαϛ ἐν τῷ Ϲίκλῳ τῷ βασιλικῷ· *Et cùm tonderetur ipſe caput ſuum, (& factum eſt ab initio dierum in dies quando tondebatur, quoniam aggravabatur ſuper eum) & tonſus ponderavit capillum capitis ſui ducentos ſiclos in ſiclo regio.* Una edit. Compl. hab. καὶ ἦν ἑκατὸν Ϲίκλων, *& erat centum ſiclorum*, ut ſup. loco *ducentos ſiclos.*

℣. 27. Similiter in Germ. n. 9. intra textum, ſed deleta de more; in Germ. autem n. 11. adduntur in infer. margine poſt hæc Vulgatæ verba, *elegantis formæ* : abſunt ab Hebr. Nunc autem, licet integra ſuperſint in canone Hebraïcæ veritatis, ut ait Martianæus, tranſversâ tamen lineâ jugulantur, tanquam adulterina atque aſcita de Græcis exemplaribus, ut & plura alia paſſim diſperſa. In Gr. nunc ſic leguntur : Καὶ γίνεται γυνὴ Ῥοβοὰμ υἱῷ Σαλωμὼν, ἡ τίκτει αὐτῷ τὸν Ἀβιά· *Et fit uxor Roboam filio Salomon, & parit ei Abia.* Vide Not. b. Martianæi noſtri in hunc loc. to. 1. nov. edit. Hier.

℣. 30. Sic etiam habent Mſs. Corb. 1. & 3. ad marg. cum Vulg. item Germ. n. 7. & 9. intra textum : abſunt ab Hebr. in Græco verò ſic, pene ad verbum : Καὶ παρεσταθησαν οἱ παῖδες Ἰωὰβ πρὸς αὐτὸν διερρηχότες τὰ ἱμάτια αὐτῶν, ἡ εἶπον· Ἐνετύρισαν οἱ παῖδες Ἀβεσαλὼμ τὴν μερίδα ἐν πυρί. Deſunt in edit. Compl. ſed ſolâ.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

gem, & adoravit ſuper faciem terræ coram eo : oſculatuſque eſt rex Abſalom.

CAPUT XV.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. 2. offic. c. 22. t. 2. 97. d.

1..... Abeſſalon fecit ſibi currus, & equos, & viros quinquaginta, qui præcurrerent ante eum.

2... Surgebat diluculo, & ſtabat ante portam in via, (& ſi quem advertiſſet regis judicia quærentem, accedebat ad eum, dicens :) Ex qua civitate es tu? Reſpondebat ille : Ex una tribu ſum de tribubus Iſraël ſervus tuus.

3. (Referebat) Abeſſalon : Verba tua bona ſunt & directa. Et qui te audiat, non eſt tibi datus à rege.....

4..... Quis conſtituet me judicem, & quiſquis ad me veniet, cuicunque fuerit judicium (neceſſarium,) juſtificabo illum?

5. Et cùm accederent adorare eum, extendens manus ſuas, apprehendebat, atque oſculabatur eos.

VULGATA NOVA.

1. IGitur poſt hæc fecit ſibi Abſalom currus, & equites, & quinquaginta viros, qui præcederent eum.

2. Et manè conſurgens Abſalom, ſtabat juxta introitum portæ, & omnem virum, qui habebat negotium ut veniret ad regis judicium, vocabat Abſalom ad ſe, & dicebat : De qua civitate es tu? Qui reſpondens aiebat : Ex una tribu Iſraël ego ſum ſervus tuus.

3. Reſpondebatque ei Abſalom : Videntur mihi ſermones tui boni & juſti. Sed non eſt qui te audiat conſtitutus à rege : dicebatque Abſalom :

4. Quis me conſtituat judicem ſuper terram, ut ad me veniant omnes qui habent negotium, & juſtè judicem?

5. Sed & cùm accederet ad eum homo ut ſalutaret illum, extendebat manum ſuam, & apprehendens, oſculabatur eum.

VULGATA NOVA.

6. Faciebatque hoc omni Iſraël venienti ad judicium, ut audiretur à rege, & ſollicitabat corda virorum Iſraël.

7. Poſt quadraginta autem annos, dixit Abſalom ad regem David : Vadam, & reddam vota mea quæ vovi Domino in Hebron.

8. Vovens enim vovit ſervus tuus, cùm eſſet in Geſſur Syriæ, dicens : Si reduxerit me Dominus in Jeruſalem, ſacrificabo Domino.

9. Dixitque ei rex David : Vade in pace. Et ſurrexit, & abiit in Hebron.

10. Miſit autem Abſalom exploratores in univerſas tribus Iſraël, dicens : Statim ut audieritis clangorem buccinæ, dicite : Regnavit Abſalom in Hebron.

11. Porro cum Abſalom ierunt ducenti viri de Jeruſalem vocati, euntes ſimplici corde, & cauſam penitus ignorantes.

12. Accerſivit quoque Abſalom Achitophel Gilonitem conſiliarium David, de civitate ſua Gilo. Cùmque immolaret victimas, facta eſt conjuratio valida, populuſque concurrens augebatur cum Abſalom.

13. Venit igitur nuncius ad David, dicens : Toto corde univerſus Iſraël ſequitur Abſalom.

14. Et ait David ſervis ſuis, qui erant cum eo in Jeruſalem : Surgite, fugiamus : neque enim erit nobis effugium à facie Abſalom : feſtinate egredi, ne fortè veniens occupet nos, & impellat ſuper nos ruinam, & percutiat civitatem in ore gladii.

15. Dixeruntque ſervi regis ad eum : Omnia quæcunque præceperit dominus noſter rex, libenter exequemur ſervi tui.

16. Egreſſus eſt ergo rex, & univerſa domus ejus, pedibus ſuis : & dereliquit rex decem mulieres concubinas ad cuſtodiendam domum.

17. Egreſſuſque rex & omnis Iſraël pedibus ſuis, ſtetit procul à domo,

18. & univerſi ſervi ejus ambulabant juxta eum, & legiones Cerethi & Phelethi, & omnes Gethæi, pugnatores validi, ſexcenti viri, qui ſecuti eum fuerant de Geth pedites, præcedebant regem.

19. Dixit autem rex ad Ethai Gethæum : Cur venis nobiſcum? revertere, & habita cum rege, quia peregrinus es, & egreſſus es de loco tuo.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Germ. n. 7.

20..... & Dominus faciat tecum miſericordiam & veritatem.

VULGATA NOVA.

20. Heri veniſti, & hodie compellêris nobiſcum egredi? ego autem vadam quò iturus ſum : revertere, & reduc tecum fratres tuos, & Dominus faciet tecum miſericordiam & veritatem,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Nunc ℣. & quatuor ſequentes textui veteri primùm adjungere piguit, cùm Ambroſ. hîc rem narrare potiùs quàm ipſamet verba Scripturæ referre videretur : quia tamen non liberè ſupra modum & ſolutè eadem percurrit S. Doctor, quin imo verbis iiſdem paſſim utitur, illa cæteris aſſuere non dubitavimus, eâ tamen adhibitâ cautione, ut intra parentheſim includerentur, vel etiam penitus tollerentur illa, quæ liberiùs expreſſa viſa ſunt. Sic itaque ℣. primus Græcè nunc legitur : Καὶ ἐγένετο μετὰ ταῦτα, καὶ ἐποίησεν ἑαυτῷ Ἀβεσσαλὼμ ἅρματα, καὶ ἵππους, καὶ πεντήκοντα ἄνδρας παρατρέχειν ἔμπροσθεν αὐτοῦ· quæ reſpondent Latino ſupra.

℣. 2. Ita Græcè : Καὶ ὤρθρισεν Ἀβεσσαλὼμ, καὶ ἕστη ἀπὸ χειρὸς τῆς ὁδοῦ τῆς πύλης· (edit. Compl. ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς πύλης·) καὶ ἐγένετο, πᾶς ἀνὴρ ᾧ ἐγένετο κρίσις, ἦλθε πρὸς τὸν βασιλέα εἰς κρίσιν, καὶ ἐβόησε πρὸς αὐτὸν Ἀβεσσαλὼμ, καὶ ἔλεγεν αὐτῷ· Ἐκ ποίας πόλεως εἶ σὺ εἶ; Καὶ εἶπεν· Ἐκ μιᾶς φυλῶν Ἰσραὴλ ὁ δοῦλός σου. i. e. *Et diluculo ſurgebat Abeſſalom, & ſtabat ſuper manum viæ portæ :* (vel cum Compl. *ſuper viam portæ :*) *& factum eſt, omnis vir cui erat judicium, veniebat ad regem in judicium, & clamabat ad eum Abeſſalom, & dicebat ei : Ex quali civitate tu es? Et dixit : Ex una tribuum Iſraël ſervus tuus.*

℣. 3. Gr. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Ἀβεσσαλὼμ· Ἰδοὺ οἱ λόγοι σου ἀγαθοὶ καὶ εὐκολοι, (edit. Compl. καὶ καλευθύνοντες) καὶ ὁ ἀκούων οὐκ ἔστι σοι παρὰ τοῦ βασιλέως. *Et dixit ad eum Abeſſalom : Ecce verba tua bona & facilia,* (Compl. *directa*) *& qui audiat non eſt tibi à rege.*

℣. 4. Gr. Καὶ εἶπεν Ἀβεσσαλὼμ· Τίς με καταστήσῃ κριτὴν ἐν τῇ γῇ, καὶ ἐπ' ἐμὲ ἐλεύσεται πᾶς ἀνὴρ ᾧ ἐὰν ᾖ ἀντιλογία καὶ κρίσις, καὶ δικαιώσω αὐτόν; *Quis me conſtituet judicem in terra, & ſuper me veniet omnis vir cuicunque fuerit controverſia & judicium, & juſtificabo eum?*

℣. 5. Ambroſ. primò ait : *Talibus delinibat ſingulos ſermonibus*, deinde ſic : *Et cùm accederent*, &c. quæ ſupra. In Gr. ſic : Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἐγγίζειν ἄνδρα τοῦ προσκυνῆσαι αὐτῷ, καὶ ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ἐπελαμβάνετο αὐτοῦ, καὶ καταφιλήσει αὐτόν· *Et factum eſt cùm appropinquaret vir ad adorandum eum, & extendebat manum ſuam, & apprehendebat eum, & deoſculabatur eum.*

℣. 20. Habent ſimiliter codd. Corb. n. 1. & 3. ſic etiam in Græco, uno excepto, ποιήσῃ, *faciet*, pro *facias*.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

quia oſtendiſti gratiam & fidem.

21. Et reſpondit Ethai regi, dicens : Vivit Dominus, & vivit dominus meus rex : quoniam in quocunque loco fueris domine mi rex, ſive in morte, ſive in vita, ibi erit ſervus tuus.

VERSIO ANTIQUA.

21....., & vivit anima tua, domine mi rex..... *Ex Mſ. Germ. n. 7.*

VULGATA NOVA.

22. Et ait David Ethai : Veni, & tranſi. Et tranſivit Ethai Gethæus, & omnes viri qui cum eo erant, & reliqua multitudo.

23. Omneſque flebant voce magna, & univerſus populus tranſibat : rex quoque tranſgrediebatur torrentem Cedron, & cunctus populus incedebat contra viam, quæ reſpicit ad deſertum.

24. Venit autem & Sadoc ſacerdos, & univerſi Levitæ cum eo, portantes arcam fœderis Dei, & depoſuerunt arcam Dei : & aſcendit Abiathar, donec expletus eſſet omnis populus, qui egreſſus fuerat de civitate.

24..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

25. Et dixit rex ad Sadoc : Reporta arcam Dei in urbem : ſi invenero gratiam in oculis Domini, reducet me, & oſtendet mihi eam, & tabernaculum ſuum.

VERSIO ANTIQUA.

25. Et dixit rex David ad Sadoc ſacerdotem : Circumage arcam Domini in civitatem : ſi inveni gratiam ante Dominum, reducet me, & videbo eam, & decorem ejus. *Hyppognoſt. l. 3. append. t. 10. Aug. 23. f.*

VULGATA NOVA.

26. Si autem dixerit mihi : Non places : præſtò ſum, faciat quod bonum eſt coram ſe.

27. Et dixit rex ad Sadoc ſacerdotem : O videns revertere in civitatem in pace : & Achimaas filius tuus, & Jonathas filius Abiathar, duo filii veſtri, ſint vobiſcum.

28. Ecce ego abſcondar in campeſtribus deſerti, donec veniat ſermo à vobis indicans mihi.

29. Reportaverunt ergo Sadoc & Abiathar arcam Dei in Jeruſalem : & manſerunt ibi.

30. Porro David aſcendebat Clivum olivarum, ſcandens & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite : ſed & omnis populus, qui erat cum eo, operto capite aſcendebat plorans.

31. Nunciatum eſt autem David, quòd & Achitophel eſſet in conjuratione cum Abſalom, dixitque David : Infatua, quæſo, Domine conſilium Achitophel.

32. Cùmque aſcenderet David ſummitatem montis, in quo adoraturus erat Dominum, ecce occurrit ei Chuſai Arachites, ſciſſa veſte, & terrâ pleno capite.

33. Et dixit ei David : Si veneris mecum, eris mihi oneri :

34. ſi autem in civitatem revertaris, & dixeris Abſalom : Servus tuus ſum, rex : ſicut fui ſervus patris tui, ſic ero ſervus tuus : diſſipabis conſilium Achitophel.

35. Habes autem tecum Sadoc & Abiathar ſacerdotes : & omne verbum quodcunque audieris de domo regis, indicabis Sadoc & Abiathar ſacerdotibus.

36. Sunt autem cum eis duo filii eorum, Achimaas filius Sadoc, & Jonathas filius Abiathar : & mittetis per eos ad me omne verbum quod audieritis.

37. Veniente ergo Chuſai amico David in civitatem, Abſalom quoque ingreſſus eſt Jeruſalem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 21. Similiter in Mſs. Corb. 1. & 3. pro his de Vulg. *Et vivit Dominus meus rex.* Item Gr. Καὶ ζῇ ὁ Κύριός μου ὁ βασιλεύς· at in edit. Compl. ἡ ψυχή Cᵗ Κύριά μου βασιλεῦ, ut ſup. in Mſs.

℣. 24. Mſ. Corb. n. 3. ita emendat ſec. manu, *fœderis Domini à Bethleem;* in Vulg. deeſt vox *Bethleem:* in Gr. ſic, ἀπὸ Βαιθάρ, quod abeſt ab edit. Compl.

℣. 25. In Græco deſunt voces *David*, & *ſacerdotem;* deinde pro *circumage*, legitur ἀπόστρεψον, *reduc*, ſicut τὸν Θεὸν, *Dei*, loco *Domini;* exinde pro *inveni..... ante Dominum*, ſic, εὕρω..... ἐν ὀφθαλμοῖς Κυρίου μου, *invenero..... in oculis Domini* Cᵗ, ſola Compl. hab. ἐνώπιον Κυρίου : demum pro *videbo eam*, δείξει μοι αὐτήν, *oſtendet mihi eam.*

CAPUT XVI.

VULGATA NOVA.

1. CUmque David tranſiſſet paululùm montis verticem, apparuit Siba puer Miphiboſeth in occurſum ejus, cum duobus aſinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centum alligaturis uvæ paſſæ, & centum maſſis palatharum, & utre vini.

2. Et dixit rex Sibæ : Quid ſibi volunt hæc ? Reſponditque Siba : Aſini, domeſticis regis ut ſedeant : panes & palathæ, ad veſcendum pueris tuis : vinum autem, ut bibat ſi quis defecerit in deſerto.

2..... *Vide Not.*

Inf. 19. 27. 3. Et ait rex : Ubi eſt filius domini tui ? Reſponditque Siba regi : Remanſit in Jeruſalem, dicens : Hodie reſtituet mihi domus Iſraël regnum patris mei.

4. Et ait rex Sibæ : Tua ſint omnia quæ fuerunt Miphiboſeth. Dixitque Siba : Oro, ut inveniam gratiam coram te, domine mi rex.

5. Venit ergo rex David uſque Bahurim : & eccè egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomine Semei, filius Gera, procedebatque egrediens, & maledicebat, *3. Reg. 2. 8.*

6. mittebatque lapides contra David, & contra univerſos ſervos regis David : omnis autem populus, & univerſi bellatores, à dextro & à ſiniſtro latere regis incedebant.

VULGATA NOVA.

7. Ita autem loquebatur Semei cùm malediceret regi : Egredere, egredere vir ſanguinum, & vir Belial.

VERSIO ANTIQUA.

7..... Exi vir ſanguinum..... *Ambr. in Pſ. 38. t. 1. 844. f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Mſ. Germ. n. 7. hab. ad marg. poſt vocem *Siba*, *Domine mi rex*, quod abeſt ab Hebr. & Gr. ſicut à Vulg.

℣. 7. Ambr. ibid. *Videbat David conſiſtere adverſùm ſe peccatorem, quando Semei maledicebat* & *lapidabat regem ſuum*, & *clamabat : Exi vir ſanguinum.* Vid. etiam in Pſ.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

8. Reddidit tibi Dominus universum sanguinem domus Saul: quoniam invasisti regnum pro eo, & dedit Dominus regnum in manu Absalom filii tui: & ecce premunt te mala tua, quoniam vir sanguinum es.

9. Dixit autem Abisai filius Sarviæ, regi: Quare maledicit canis hic mortuus domino meo regi? vadam, & amputabo caput ejus.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. de Gra. & lib. arb. t. 10. 740. a.

10..... Quid mihi & vobis filii Sarviæ? dimittite eum, & maledicat: quia Dominus dixit illi maledicere David: & quis dicet ei: Quare fecisti sic?

11. Et dixit David ad Abessa, & ad omnes pueros ejus: Ecce filius meus, qui exiit de utero meo, quærit animam meam, & adhuc modò filius Jemini: sinite illum, maledicat, quoniam dixit illi Dominus:

12. ut videat Dominus humilitatem meam; & retribuat mihi bona pro maledicto ejus in die isto.

VULGATA NOVA.

10. Et ait rex: Quid mihi & vobis est filii Sarviæ? dimittite eum, ut maledicat: Dominus enim præcepit ei ut malediceret David: & quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit?

11. Et ait rex Abisai, & universis servis suis: Ecce filius meus, qui egressus est de utero meo, quærit animam meam: quantò magis nunc filius Jemini? dimittite eum, ut maledicat juxta præceptum Domini:

12. si fortè respiciat Dominus afflictionem meam; & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.

VULGATA NOVA.

13. Ambulabat itaque David & socii ejus per viam cum eo. Semei autem, per jugum montis ex latere, contra illum gradiebatur, maledicens, & mittens lapides adversùm eum, terramque spargens.

14. Venit itaque rex, & universus populus cum eo lassus, & refocillati sunt ibi.

15. Absalom autem & omnis populus ejus ingressi sunt Jerusalem, sed & Achitophel cum eo.

16. Cùm autem venisset Chusai Arachites amicus David ad Absalom, locutus est ad eum: Salve rex, salve rex.

17. Ad quem Absalom, Hæc est, inquit, gratia tua ad amicum tuum? quare non iviisti cum amico tuo?

18. Respondit que Chusai ad Absalom: Nequaquam: quia illius ero, quem elegit Dominus, & omnis hic populus, & universus Israël, & cum eo manebo.

19. Sed ut & hoc inferam, cui ego serviturus sum? nonne filio regis? sicut parui patri tuo, ita parebo & tibi.

20. Dixit autem Absalom ad Achitophel: Inite consilium quid agere debeamus.

21. Et ait Achitophel ad Absalom: Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum: ut cùm audierit omnis Israël quòd fœdaveris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum.

22. Tetenderunt ergo Absalom tabernaculum in solario, ingressusque est ad concubinas patris sui coram universo Israël. *Sup. 12. 11.*

23. Consilium autem Achitophel, quòd dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret Deum: sic erat omne consilium Achitophel, & cùm esset cum David, & cùm esset cum Absalom.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

118. to. 1. 1051. b. 1087. c. & apol. 1. Dav. c. 6. 685. c. In Gr. similiter, Ἔξελθε, ἔξελθε ἀνὴρ αἱμάτων.

℣. 10. Optimè è Græco, nisi quòd verbo *dimittite*, præponitur ἐᾷ, sicut ἕως, *sic*, isti, *maledicat*; in Mſ. Alex. deest ἐᾷ, ut & in Vat. & al. *ei*, post *dicet*; sola Compl. hab. ἐρεῖ αὐτῷ, statimque τί ὅτι, pro *quare*; in Vatic. & al. ὡς τί, *ut quid*, in edit. Ald. τί. Ambr. in Pſ. 118. to. 1. 1051. b. sic habet: *Cùm Abessa dux ejus caput maledicentis vellet auferre, ait rex: Quid mihi & tibi est fili Sarviæ? quòd maledicit mihi, Dominus dixit ei maledicere David.* Similiter infra col. 1087. d. & apol. 1. Dav. c. 6. 685. d. *Quid mihi..... ideo maledicit mihi, quoniam Dominus dixit illi ut maledicat:* vid. etiam l. 1. offic. to. 2. 62. d. Edit. Compl. hab. διότι καλαρᾶται μοι ὅτι· Hieron. l. 2. contra Pelag. to. 4. p. 524. c. sic: *Quid mihi & vobis filii Sarviæ? maledicat Semei; Dominus præcepit ei ut maledicat David.*

℣. 11. Ad verbum è Græco, excepto uno *maledicat*, pro quo καλαρᾶσθαι, *maledicere*; in Mſs. tamen Alex. & Compl. καλαράσθω. Similiter habet Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1051. c. *Et dixit David ad Abessa, & ad omnes pueros ejus: Ecce filius meus, qui exivit de semine meo, quærit animam meam: quantò magis filius Jeminei? sine illum maledicere, quoniam dixit illi Dominus.* In Mſ. Alex. Ἐιεμενεί, in edit. Ald. & Compl. Ἰεμιναΐ. Idem Ambr. inſ. col. 1087. d. legit: *Ecce filius meus, qui exivit de ventre meo, quærit animam meam: ſi autem modò extraneus maledicit mihi, dimitte illum ut maledicat, quoniam Dominus dixit illi:* loco verò *ſi autem modò*, Gr. Vat. & al. hab. ἐὰν σκοτάτι νῦν, ed. Compl. εἰ δὲ ἐὰν νῦν. Rurſus Ambroſ. apol. 1. Dav. c. 6. 685. e. *Ecce filius meus, qui exivit de ventre meo, quærit animam meam: ſi autem Jemineus maledicit mihi, dimitte illum ut maledicat, quoniam dixit illi Dominus:* & in Pſ. 38. 854. f. *Sine maledicat mihi Jemineus, quoniam*, &c. & in Pſ. 37. 836. e. *Dimitte illum ut maledicat, quoniam*, &c. ſimiliter l. 1. offic. to. 2. 62. d. e.

℣. 12. Hæc diſſimilia Gr. habet: Εἴπως ἴδοι Κύριος ἐν τῇ ταπεινώσει μου ἐᾷ ἐπιστρέψῃ, &c. *Si fortè inſpiciat Dominus in humiliationem meam; & redire faciet*, &c. In ed. Compl. ſic, εἰδῇ τὴν ταπείνωσιν..... ἀνταποδώσῃ. Ap. Ambroſ. in Pſ. 118. 1051. d. *Donec videat humilitatem meam; & retribuat mihi Dominus bona pro maledicto:* at infra, 1087. e. *Ut videat humilitatem meam: & retribuet mihi Dominus bona pro maledicto hoc:* ſimiliter hab. apol. 1. Dav. to. 1. 685. e. ſed omittit *bona*: lib. autem 1. offic. to. 2. 62. e. ſic: *Ut videat humiliationem meam; & retribuat mihi Dominus pro maledicto hoc:* denique in Pſ. 37. & 38. to. 1. 836. e. 854. f. *Ut videat humilitatem meam; & retribuat mihi Dominus bona pro maledicto hoc.* Mſ. etiam Alex. addit ταύτης, ad κατάρας, loco αὐτῦ, quod eſt in Vat. & al.

CAPUT XVII.

VULGATA NOVA.

1. DIxit ergo Achitophel ad Absalom: Eligam mihi duodecim millia virorum, & consurgens persequar David hac nocte.

2. Et irruens super eum (quippe qui lassus est, & solutis manibus) percutiam eum: cùmque fugerit omnis populus qui cum eo est, percutiam regem desolatum.

3. Et reducam universum populum, quomodo unus homo reverti solet: unum enim virum tu quæris: & omnis populus erit in pace.

4. Placuitque sermo ejus Absalom, & cunctis majoribus natu Israël.

5. Ait autem Absalom: Vocate Chusai Arachiten, & audiamus quid etiam ipse dicat.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Corb. 3. 6..... tu quid dicis?

VULGATA NOVA.

6. Cùmque veniſſet Chuſai ad Abſalom, ait Abſalom ad eum: Hujuſcemodi ſermonem locutus eſt Achitophel: facere debemus an non? quod das conſilium?

7. Et dixit Chuſai ad Abſalom: Non eſt bonum conſilium, quod dedit Achitophel hac vice.

8. Et rurſum intulit Chuſai: Tu noſti patrem tuum, & viros qui cum eo ſunt, eſſe fortiſſimos & amaro animo, veluti ſi urſa raptis catulis in ſaltu fæviat: ſed & pater tuus vir bellator eſt, nec morabitur cum populo.

9. Forſitan nunc latitat in foveis, aut in uno, quo voluerit, loco: & cùm ceciderit unus quilibet in principio, audiet quicunque audierit, & dicet: Facta eſt plaga in populo qui ſequebatur Abſalom.

10. Et fortiſſimus quiſque, cujus cor eſt quaſi leonis, pavore ſolvetur: ſcit enim omnis populus Iſraël fortem eſſe patrem tuum, & robuſtos omnes qui cum eo ſunt.

11. Sed hoc mihi videtur rectum eſſe conſilium: Congregetur ad te univerſus Iſraël, à Dan uſque Berſabee, quaſi arena maris innumerabilis: & tu eris in medio eorum.

12. Et irruemus ſuper eum in quocunque loco inventus fuerit: & operiemus eum, ſicut cadere ſolet ros ſuper terram: & non relinquemus de viris, qui cum eo ſunt, ne unum quidem.

13. Quòd ſi urbem aliquam fuerit ingreſſus, circumdabit omnis Iſraël civitati illi funes, & trahemus eam in torrentem, ut non reperiatur ne calculus quidem ex ea.

VULGATA NOVA.

14. Dixitque Abſalom, & omnes viri Iſraël: Melius eſt conſilium Chuſai Arachitæ, conſilio Achitophel: Domini autem nutu diſſipatum eſt conſilium Achitophel utile, ut induceret Dominus ſuper Abſalom malum.

VERSIO ANTIQUA.

14..... & Dominus mandavit diſſipare conſilium Architophel bonum, ut inducat Dominus ſuper Abeſſalon omnia mala. *Aug. de Gra. & lib. arb. 740. a.*

VULGATA NOVA.

15. Et ait Chuſai Sadoc & Abiathar ſacerdotibus: Hoc & hoc modo conſilium dedit Achitophel Abſalom, & ſenioribus Iſraël: & ego tale & tale dedi conſilium.

16. Nunc ergo mittite citò, & nunciate David, dicentes: Ne morêris nocte hac in campeſtribus deſerti, ſed abſque dilatione tranſgredere: ne fortè abſorbeatur rex, & omnis populus qui cum eo eſt.

17. Jonathas autem & Achimaas ſtabant juxta fontem Rogel: abiit ancilla & nunciavit eis: & illi profecti ſunt, ut referrent ad regem David nuncium: non enim poterant videri, aut introire civitatem.

18. Vidit autem eos quidam puer, & indicavit Abſalom: illi verò concito gradu ingreſſi ſunt domum cujuſdam viri in Bahurim, qui habebat puteum in veſtibulo ſuo, & deſcenderunt in eum.

19. Tulit autem mulier, & expandit velamen ſuper os putei, quaſi ſiccans ptiſanas: & ſic latuit res.

20. Cùmque veniſſent ſervi Abſalom in domum, ad mulierem dixerunt: Ubi eſt Achimaas & Jonathas? Et reſpondit eis mulier: Tranſierunt feſtinanter, guſtatâ paululùm aquâ. At hi qui quærebant, cùm non reperiſſent, reverſi ſunt in Jeruſalem.

21. Cùmque abiiſſent, aſcenderunt illi de puteo, & pergentes nunciaverunt regi David, & dixerunt: Surgite, & tranſite citò fluvium: quoniam hujuſcemodi dedit conſilium contra vos Achitophel.

VULGATA NOVA.

22. Surrexit ergo David, & omnis populus qui cum eo erat, & tranſierunt Jordanem, donec diluceſceret: & ne unus quidem reſiduus fuit, qui non tranſiſſet fluvium.

VERSIO ANTIQUA.

22..... & antequam denudaretur verbum..... *Ex cod. Germ. 7.*

VULGATA NOVA.

23. Porro Achitophel videns quòd non fuiſſet factum conſilium ſuum, ſtravit aſinum ſuum, ſurrexitque & abiit in domum ſuam, & in civitatem ſuam: & diſpoſita domo ſua, ſuſpendio interiit, & ſepultus eſt in ſepulcro patris ſui.

24. David autem venit in Caſtra, & Abſalom tranſivit Jordanem, ipſe & omnes viri Iſraël cum eo.

25. Amaſam verò conſtituit Abſalom pro Joab ſuper exercitum: Amaſa autem erat filius viri, qui vocabatur Jetra de Jeſraeli, qui ingreſſus eſt ad Abigail filiam Naas, ſororem Sarviæ, quæ fuit mater Joab.

26. Et caſtrametatus eſt Iſraël cum Abſalom in terra Galaad.

27. Cùmque veniſſet David in Caſtra, Sobi filius Naas de Rabbath filiorum Ammon, & Machir filius Ammihel de Lodabar, & Berzellai Galaadites de Rogelim, *27... Vide Not.*

28. obtulerunt ei ſtratoria, & tapetia, & vaſa fictilia, frumentum, & hordeum, & farinam, & polentam, & fabam, & lentem, & frixum cicer,

29. & mel, & butyrum, oves, & pingues vitulos: dederuntque David, & populo qui cum eo erat, ad veſcendum: ſuſpicati enim ſunt, populum fame & ſiti fatigari in deſerto.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Sic habet Mſ. cod. ante hæc Vulg. verba, *quod das conſilium,* In Gr. ſimpliciter εἰ δὲ μή, ζὺ λάλησον, deinde ᾧ εἶπε.

℣. 14. Similiter in Gr. præter iſta: Ἀχιτόφελ..... ὅπως ἂν ἐπαγάγῃ..... *Achitophel..... ut induceret:* his autem *ut induceret*, &c. cod. Germ. n. 7. anteponit ſeqq. intra textum ſec. ma. ſicut Corb. n. 3. ad marg. & Germ. 9. deleta de more: *ut videretur eſſe conſilium Chuſai bonum coram Abſalom, & ut induceret*, &c. quæ neque Hebr. aut Vulg. neque Gr. admittunt. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. p. 524. d. *Dominus mandavit ut diſſiparet conſilium Achitophel bonum, ut adduceret ſuper Abſalom malum.*

℣. 22. Hæc pariter abſunt ab Hebr. & Gr. ſicut à Vulg. ſed habent Mſs. Corb. n. 3. & Germ. 9. de more, poſt hanc Vulg. vocem, *diluceſceret.*

℣. 27. Mſs. Germ. n. 7. & Corb. n. 3. ſec. ma. addunt *Madian*, huic Vulg. voci *caſtra*, deeſt autem in Vulg. ſicut in Hebræo. In Gr. ſimpliciter ἦλθε Δαυὶδ εἰς Μαναΐμ· at ſup. ℣. 24. Compl. hab. εἰς παρεμβολὰς, loco Μαναΐμ, cum Theod. Vid. Nobil. ad hunc ℣. 24.

Digitized by Google

CAPUT XVIII.

VULGATA NOVA.

1. IGitur considerato David populo suo, constituit super eos tribunos & centuriones,

2. & dedit populi tertiam partem sub manu Joab, & tertiam partem sub manu Abisai filii Sarviæ fratris Joab, & tertiam partem sub manu Ethai, qui erat de Geth, dixitque rex ad populum: Egrediar & ego vobiscum.

3. Et respondit populus: Non exibis: sive enim fugerimus, non magnopere ad eos de nobis pertinebit: sive media pars ceciderit è nobis, non satis curabunt: quia tu unus pro decem millibus computaris: melius est igitur ut sis nobis in urbe præsidio.

4. Ad quos rex ait: Quod vobis videtur rectum, hoc faciam. Stetit ergo rex juxta portam: egrediebaturque populus per turmas suas, centeni, & milleni.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
5..... Parcite puero Abessalon.....	5. Et præcepit rex Joab, & Abisai, & Ethai, dicens: Servate mihi puerum Absalom. Et omnis populus audiebat præcipientem regem cunctis principibus pro Absalom.

Hilar. in Ps. 118. 326. *f.*

6. Itaque egressus est populus in campum contra Israël, & factum est prælium in saltu Ephraim.

7. Et cæsus est ibi populus Israël ab exercitu David, factaque est plaga magna in die illa, viginti millium.

8. Fuit autem ibi prælium dispersum super faciem omnis terræ, & multò plures erant quos saltus consumpserat de populo, quàm hi quos voraverat gladius in die illa.

9. Accidit autem ut occurreret Absalom servis David, sedens mulo: cùmque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum & magnam, adhæsit caput ejus quercui: & illo suspenso inter cœlum & terram, mulus, cui insederat, pertransivit.

10. Vidit autem hoc quispiam, & nunciavit Joab, dicens: Vidi Absalom pendere de quercu.

11. Et ait Joab viro, qui nunciaverat ei: Si vidisti, quare non confodisti eum cum terra, & ego dedissem tibi decem argenti siclos, & unum balteum?

12. Qui dixit ad Joab: Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meam in filium regis: audientibus enim nobis præcepit rex tibi, & Abisai, & Ethai, dicens: Custodite mihi puerum Absalom.

13. Sed & si fecissem contra animam meam audacter, nequaquam hoc regem latere potuisset, & tu stares ex adverso.

14. Et ait Joab: Non sicut tu vis, sed aggrediar eum coram te. Tulit ergo tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom: cùmque adhuc palpitaret hærens in quercu,

15. cucurrerunt decem juvenes armigeri Joab, & percutientes interfecerunt eum.

16. Cecinit autem Joab buccinâ, & retinuit populum, ne persequeretur fugientem Israël, volens parcere multitudini.

17. Et tulerunt Absalom, & projecerunt eum in saltu, in foveam grandem, & comportaverunt super eum acervum lapidum magnum nimis: omnis autem Israël fugit in tabernacula sua.

18. Porro Absalom erexerat sibi, cùm adhuc viveret, titulum qui est in Valle regis: dixerat enim: Non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei. Vocavitque titulum nomine suo, & appellatur Manus Absalom, usque ad hanc diem.

19. Achimaas autem filius Sadoc, ait: Curram, & nunciabo regi, quia judicium fecerit ei Dominus de manu inimicorum ejus.

20. Ad quem Joab dixit: Non eris nuncius in hac die, sed nunciabis in alia: hodie nolo te nunciare, filius enim regis est mortuus.

21. Et ait Joab Chusi: Vade, & nuncia regi quæ vidisti. Adoravit Chusi Joab, & cucurrit.

22. Rursus autem Achimaas filius Sadoc dixit ad Joab: Quid impedit si etiam ego curram post Chusi? Dixitque ei Joab: Quid vis currere fili mi? non eris boni nuncii bajulus.

23. Qui respondit: Quid enim si cucurrero? & ait ei: Curre. Currens ergo Achimaas per viam compendii, transivit Chusi.

24. David autem sedebat inter duas portas: speculator verò, qui erat in fastigio portæ super murum, elevans oculos, vidit hominem currentem solum.

25. Et exclamans indicavit regi: dixitque rex: Si solus est, bonus est nuncius in ore ejus. Properante autem illo, & accedente propiùs,

26. vidit speculator hominem alterum currentem, & vociferans in culmine, ait: Apparet mihi alter homo currens solus. Dixitque rex: Et iste bonus est nuncius.

27. Speculator autem, Contemplor, ait, cursum prioris, quasi cursum Achimaas filii Sadoc. Et ait rex: Vir bonus est: & nuncium portans bonum, venit.

28. Clamans autem Achimaas, dixit ad regem: Salve rex. Et adorans regem coram eo pronus in terram, ait: Benedictus Dominus Deus tuus, qui conclusit homines qui levaverunt manus suas contra dominum meum regem.

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
29. Et ait rex: Estne pax puero Absalom? Dixitque Achimaas: Vidi tumultum magnum, cùm mitteret Joab servus tuus, ô rex, me servum tuum: nescio aliud.	29..... Puerne vivit?....

Ambr. in Psal. 118. *t.* 1. 1190. *d.*

30. Ad quem rex, Transi, ait, & sta hic. Cùmque ille transisset, & staret,

31. apparuit Chusi: & veniens ait: Bonum apporto nuncium, domine mi rex: judicavit enim pro te Dominus hodie de manu omnium qui surrexerunt contra te.

32. Dixit autem rex ad Chusi: Estne pax puero Absalom? Cui respondens Chusi, Fiant, inquit, sicut puer, inimici domini mei regis, & universi qui consurgunt adversùs eum in malum.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
33..... Filius meus Abessalon, filius meus Abes-	33. Contristatus itaque rex, ascendit cœna-

Ambr. in Ps. 118. *t.* 1. 1190. *d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Gr. addit μοὶ, *mihi*, verbo *parcite*. Ambros. in Ps. 118. to. 1. 1150. d. legit: *Parcite filio meo Abessalon*; in Gr. τῷ παιδαρίῳ. ℣. 29. In Gr. Εἰρήνη τῷ παιδαρίῳ τῷ Ἀβεσσαλώμ; *Pax-ne puero Abessalom?* ℣. 33. Sic iterum legit Ambros. l. 2. de fid. res. to. 2. 1141. d. In Gr. bis, υἱέ μου, υἱέ μου, *fili mi, fili mi*, post 1. *Abessalon*, & pro *dabit mihi*, &c. sic, δώη τὸν θάνατόν μου ἀντὶ σοῦ; *dederit mortem meam pro tua?* at in ed. Compl. ita, τίς δώσῃ μοι τόν. Rursus Ambros. apol. 1. Dav. c. 6. to. 1. 685. c. *Flevit*, inquit, & *magno luctu deploravit exitum parricidæ, dicens: Filius meus Abessalon, quis dabit mihi mortem pro te, filius meus Abessalon?* (edit. Compl. ἀντὶ τοῦ Ἀβεσσαλώμ.) Vide etiam in Ps.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

culum portæ, & flevit. Et sic loquebatur, va-
Inf. 19. dens: Fili mi Absalom, Absalom fili mi: quis
4. mihi tribuat ut ego moriar pro te, Absalom fili mi, fili mi Absalom?

VERSIO ANTIQUA.

salon: quis dabit mihi mortem pro te..... *Ambr. ubi sup.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

118. to. 1. 1150. e. & l. 2. de pœnit. to. 2. 438. a. Augustin. in Ps. 3. to. 4. 7. e. habet: *Abessalon filius meus, quis dabit mihi mori pro te?* Hieron. epist. 22. ad Paulam, to. 4. p. 2. 56. f. *Filius meus Absalon, Absalon filius meus: quis dabit ut moriar pro te, filius meus Absalon?* In edit. Compl. constanter τέκνον ἐμόν, loco υἱέ μου.

CAPUT XIX.

VULGATA NOVA.

1. NUnciatum est autem Joab quòd rex fleret & lugeret filium suum:

2. & versa est victoria in luctum in die illa omni populo: audivit enim populus in die illa dici: Dolet rex super filio suo.

3. Et declinavit populus in die illa ingredi civitatem, quomodo declinare solet populus versus & fugiens de prælio.

4. Porro rex operuit caput suum, & clamabat voce magna: Fili mi Absalom, Absalom fili mi, fili mi.

5. Ingressus ergo Joab ad regem in domum, dixit: Confudisti hodie vultus omnium servorum tuorum, qui salvam fecerunt animam tuam, & animam filiorum tuorum, & filiarum tuarum, & animam uxorum tuarum, & animam concubinarum tuarum.

6. Diligis odientes te, & odio habes diligentes te: & ostendisti hodie, quia non curas de ducibus tuis, & de servis tuis: & verè cognovi modò, quia si Absalom viveret, & omnes nos occubuissemus, tunc placeret tibi.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

7. Nunc igitur surge, & procede, & alloquens satisfac servis tuis: juro enim tibi per Dominum, quòd si non exieris, ne unus quidem remansurus sit tecum nocte hac; & pejus erit hoc tibi, quàm omnia mala quæ venerunt super te, ab adolescentia tua usque in præsens. 7..... quia sic juraverunt..... *Ex Mf. Corb. 3.*

8. Surrexit ergo rex & sedit in porta: & omni populo nunciatum est quòd rex sederet in porta: venitque universa multitudo coram rege: Israël autem fugit in tabernacula sua.

9. Omnis quoque populus certabat in cunctis tribubus Israël, dicens: Rex liberavit nos de manu inimicorum nostrorum, ipse salvavit nos de manu Philisthinorum: & nunc fugit de terra propter Absalom.

VULGATA NOVA.

10. Absalom autem, quem unximus super nos, mortuus est in bello: usquequo siletis, & non reducitis regem?

11. Rex verò David misit ad Sadoc & Abiathar sacerdotes, dicens: Loquimini ad majores natu Juda, dicentes: Cur venitis novissimi ad reducendum regem in domum suam? (Sermo autem omnis Israël pervenerat ad regem in domo ejus.)

VERSIO ANTIQUA.

10..... Et consilium totius Israël venit ad regem. *Ex cod. Germ. 7.*

11..... pervenerat ad regem, ut reducerent eum in domum suam, quia dixerat rex: Hæc dicetis ad populum:

VULGATA NOVA.

12. Fratres mei vos, os meum, & caro mea vos, quare novissimi reducitis regem?

13. Et Amasæ dicite: Nonne os meum, & caro mea es? Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si non magister militiæ fueris coram me omni tempore pro Joab.

14. Et inclinavit cor omnium virorum Juda, quasi viri unius: miseruntque ad regem, dicentes: Revertere tu, & omnes servi tui.

15. Et reversus est rex: & venit usque ad Jordanem, & omnis Juda venit usque in Galgalam, ut occurreret regi, & traduceret eum Jordanem.

3. Reg. 2. 8. 16. Festinavit autem Semei filius Gera filii Jemini de Bahurim, & descendit cum viris Juda in occursum regis David

17. cum mille viris de Benjamin, & Siba puer de domo Saul: & quindecim filii ejus, ac viginti servi erant cum eo: & irrumpentes Jordanem, ante regem

18. transierunt vada, ut traducerent domum regis, & facerent juxta jussionem ejus: Semei autem filius Gera prostratus coram rege, cùm jam transisset Jordanem,

19. dixit ad eum: Ne reputes mihi domine mi iniquitatem, neque memineris injuriarum servi tui in die qua egressus es domine mi rex de Jerusalem, neque ponas rex in corde tuo.

20. Agnosco enim servus tuus peccatum meum; & idcirco hodie primus veni de omni domo Joseph, descendique in occursum domini mei regis.

21. Respondens verò Abisai filius Sarviæ, dixit: Nunquid pro his verbis non occidetur Semei, quia maledixit christo Domini?

22. Et ait David: Quid mihi, & vobis filii Sarviæ? cur efficimini mihi hodie in satan? ergone hodie interficietur vir in Israël? an ignoro hodie me factum regem super Israël?

23. Et ait rex Semei: Non morieris. Juravitque ei.

24. Miphiboseth quoque filius Saul descendit in occursum regis, illotis pedibus, & intonsâ barbâ: vestesque suas non laverat à die qua egressus fuerat

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Sic addit Mf. sec. manu sicut & Germ. n. 7. post hæc Vulg. verba: *juro enim tibi per Dominum:* absunt autem ab eadem Vulg. sicut ab Hebr. In Græco sic: ὀμνύω Κυρίῳ ὤμοσα, ὅτι εἰ μὴ, &c. *in Domino juravi, quia nisi,* &c. at in edit. Compl. κατὰ τοῦ Κυρίου ὡμώμοκασι, *per Dominum juraverunt.*

℣. 10. Similiter habet Corb. n. 3. in marg. post hæc Vulg. *reducitis regem:* in Gr. ἐν τῷ ῥήματι παντὸς Ἰσραὴλ ἦλθε πρὸς τὸν βασιλέα· & *verbum totius Israël,* &c. quæ desunt in Hebr. & Vulg.

℣. 11. Ita Corb. n. 3. & Germ. n. 9. pro quibus Vulg. hab. cum Hebr. *pervenerat ad regem in domo ejus:* similiter Gr. ἦλθε πρὸς τὸν βασιλέα εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, absque his quæ sequuntur supra.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

rex, usque ad diem reversionis ejus in pace.

25. Cùmque Jerusalem occurrisset regi, dixit ei rex : Quare non venisti mecum Miphiboseth?

26. Et respondens ait : Domine mi rex, servus meus contempsit me : dixique ei ego famulus tuus, ut sterneret mihi asinum, & ascendens abirem cum rege : claudus enim sum servus tuus.

Sup. 16. 3. 27. Insuper & accusavit me servum tuum ad te dominum meum regem : tu autem domine mi rex, sicut angelus Dei es, fac quod placitum est tibi.

Sup. 14. 17. & 20. 28. Neque enim fuit domus patris mei, nisi morti obnoxia domino meo regi : tu autem posuisti me servum tuum inter convivas mensæ tuæ : quid ergo habeo justæ querelæ? aut quid possum ultra vociferari ad regem?

1. Reg. 29. 9. 29. Ait ergo ei rex : Quid ultra loqueris? fixum est quod locutus sum : tu & Siba dividite possessiones.

30. Respondit que Miphiboseth regi : Etiam cuncta accipiat, postquam reversus est dominus meus rex pacificè in domum suam.

Sup. 17. 28. 31. Berzellai quoque Galaadites, descendens de Rogelim, traduxit regem Jordanem, paratus etiam ultra fluvium prosequi eum.

3. Reg. 2. 7. 32. Erat autem Berzellai Galaadites senex valde, id est, octogenarius, & ipse præbuit alimenta regi, cùm moraretur in Castris : fuit quippe vir dives nimis.

33. Dixit itaque rex ad Berzellai : Veni mecum, ut requiescas securus mecum in Jerusalem.

34. Et ait Berzellai ad regem : Quot sunt dies annorum vitæ meæ, ut ascendam cum rege in Jerusalem?

35. Octogenarius sum hodie : nunquid vigent sensus mei ad discernendum suave, aut amarum? aut delectare potest servum tuum cibus & potus? vel audire possum ultra vocem cantorum, atque cantatricum? quare servus tuus sit oneri domino meo regi?

36. Paululùm procedam famulus tuus ab Jordane tecum : non indigeo hac vicissitudine,

37. sed obsecro ut revertar servus tuus, & moriar in civitate mea, & sepeliar juxta sepulcrum patris mei, & matris meæ. Est autem servus tuus Chamaam, ipse vadat tecum, domine mi rex, & fac ei quidquid tibi bonum videtur.

38. Dixit itaque ei rex : Mecum transeat Chamaam, & ego faciam ei quidquid tibi placuerit, & omne quod petieris à me, impetrabis.

39. Cùmque transisset universus populus & rex Jordanem, osculatus est rex Berzellai, & benedixit ei : & ille reversus est in locum suum.

40. Transivit ergo rex in Galgalam, & Chamaam cum eo : omnis autem populus Juda traduxerat regem, & media tantùm pars affuerat de populo Israël.

41. Itaque omnes viri Israël concurrentes ad regem, dixerunt ei : Quare te furati sunt fratres nostri viri Juda, & traduxerunt regem & domum ejus Jordanem, omnesque viros David cum eo?

42. Et respondit omnis vir Juda ad viros Israël : Quia mihi propior est rex : cur irascéris super hac re? nunquid comedimus aliquid ex rege, aut munera nobis data sunt?

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
43. Et respondit vir Israël ad viros Juda, & ait : Decem partibus major ego sum apud regem, magisque ad me pertinet David quàm ad te : cur feci sti mihi injuriam, & non mihi nunciatum est priori, ut reducerem regem meum? Duriùs autem responderunt viri Juda viris Israël.	43..... & primogenitus ego sum.....	*Ex cod. Germ.* 7.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 43. Sic addit Mſ. cod. post hæc Vulg. verba : *major ego sum apud regem.* Ita etiam Corb. n. 1. & alter, n. 3. ad marg. desunt in Vulg. & Hebr. In Græco sic : ὁ πρωτότοκος ἐγὼ ἢ σύ· & *primogenitus ego quàm tu.*

CAPUT XX.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Amos, 5. *t.* 3. 1410. *c.* 1..... Non est pars nobis in David, neque hæreditas in filio Jesse.....

VULGATA NOVA.

1. ACcidit quoque ut ibi esset vir Belial, nomine Seba, filius Bochri, vir Jemineus : & cecinit buccinâ, & ait : Non est nobis pars in David, neque hæreditas in filio Isai : revertere in tabernacula tua Israël.

VULGATA NOVA.

2. Et separatus est omnis Israël à David, secutusque est Seba filium Bochri : viri autem Juda adhæserunt regi suo, à Jordane usque Jerusalem.

3. Cùmque venisset rex in domum suam in Jerusalem, tulit decem mulieres concubinas, quas dereliquerat ad custodiendam domum, & tradidit eas in custodiam, alimenta eis præbens : & non est ingressus ad eas, sed erant clausæ usque in diem mortis suæ in viduitate viventes.

4. Dixit autem rex Amasæ : Convoca mihi omnes viros Juda in diem tertium, & tu adesto præsens.

5. Abiit ergo Amasa ut convocaret Judam, & moratus est extra placitum quod ei constituerat rex.

6. Ait autem David ad Abisai : Nunc magis afflicturus est nos Seba filius Bochri, quàm Absalom : tolle igitur servos domini tui, & persequere eum, ne fortè inveniat civitates munitas, & effugiat nos.

7. Egressi sunt ergo cum eo viri Joab, Cerethi quoque & Phelethi : & omnes robusti exierunt de Jerusalem ad persequendum Seba filium Bochri.

8. Cùmque illi essent juxta lapidem grandem, qui est in Gabaon, Amasa veniens occurrit eis. Porro Joab vestitus erat tunica stricta ad mensuram habitus sui, & desuper accinctus gladio dependente usque ad ilia, in vagina, qui fabricatus levi motu egredi poterat, & percutere. 8..... *Vide Not.*

9. Dixit itaque Joab ad Amasam : Salve mi frater. Et tenuit manu dextera mentum Amasæ, quasi osculans eum. *3. Reg.* 2. 5.

10. Porro Amasa non observavit gladium, quem habebat Joab, qui percussit eum in latere, & effudit intestina ejus in terram, nec secundum vulnus apposuit, & mortuus est. Joab autem, & Abisai fra-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. In Græco rursus additur *nobis*, post vocem *hæreditas*, præterquam in edit. Compl. reliqua concordant ad verbum.

℣. 8. Mſ. Corb. 3. ead. ma. addit hoc, *ad faciem illorum*, isti de Vulg. *Amasa veniens :* in Gr. Καὶ Ἀμεσσαὶ εἰσῆλθεν ἐμπροσθεν αὐτῶν, deinde ὁ Ἰωάβ, &c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ter ejus, perſecuti ſunt Seba filium Bochri.

11. Interea quidam viri, cùm ſtetiſſent juxta cadaver Amaſæ, de ſociis Joab, dixerunt : Ecce qui eſſe voluit pro Joab comes David.

11..... *Vide Not.*

12. Amaſa autem conſperſus ſanguine, jacebat in media via. Vidit hoc quidam vir quòd ſubſiſteret omnis populus ad videndum eum, & amovit Amaſam de via in agrum, operuitque eum veſtimento, ne ſubſiſterent tranſeuntes propter eum.

13. Amoto ergo illo de via, tranſibat omnis vir ſequens Joab ad perſequendum Seba filium Bochri.

14. Porro ille tranſierat per omnes tribus Iſraël in Abelam, & Bethmaacha : omneſque viri electi congregati fuerant ad eum.

15. Venerunt itaque & oppugnabant eum in Abela, & in Bethmaacha, & circumdederunt munitionibus civitatem, & obſeſſa eſt urbs : omnis autem turba, quæ erat cum Joab, moliebatur deſtruere muros.

16. Et exclamavit mulier ſapiens de civitate : Audite, audite, dicite Joab : Appropinqua huc, & loquar tecum.

17. Qui cùm acceſſiſſet ad eam, ait illi : Tu es Joab? Et ille reſpondit : Ego. Ad quem ſic locuta eſt : Audi ſermones ancillæ tuæ. Qui reſpondit : Audio.

VULGATA NOVA.

18. Rurſumque illa, Sermo, inquit, dicebatur in veteri proverbio : Qui interrogant, interrogent in Abela : & ſic perficiebant.

VERSIO ANTIQUA.

18..... Rogantes rogant qui ſunt in Abela & in Dan, dicentes..... *Ex cod. Germ. 9.*

VULGATA NOVA.

19. Nonne ego ſum quæ reſpondeo veritatem in Iſraël, & tu quæris ſubvertere civitatem, & evertere matrem in Iſraël? Quare præcipitas hæreditatem Domini?

20. Reſpondenſque Joab, ait : Abſit, abſit hoc à me : non præcipito, neque demolior.

21. Non ſic ſe habet res, ſed homo de monte Ephraim Seba, filius Bochri cognomine, levavit manum ſuam contra regem David : tradite illum ſolum, & recedemus à civitate. Et ait mulier ad Joab : Ecce caput ejus mittetur ad te per murum.

22. Ingreſſa eſt ergo ad omnem populum, & locuta eſt eis ſapienter : qui abſciſſum caput Seba filii Bochri projecerunt ad Joab : & ille cecinit tuba, & receſſerunt ab urbe, unuſquiſque in tabernacula ſua : Joab autem reverſus eſt Jeruſalem ad regem.

23. Fuit ergo Joab ſuper omnem exercitum Iſraël : Banaias autem filius Joiadæ ſuper Cerethæos & Phelethæos. *Sup. 8. 16.*

24. Aduram verò ſuper tributa : porro Joſaphat filius Ahilud, à commentariis.

25. Siva autem, ſcriba : Sadoc verò & Abiathar, ſacerdotes.

26. Ira autem Jairites erat ſacerdos David.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. Mſ. Germ. n. 7. ſic habet initio : *Interea de pueris David quidam viri ;* ſimiliter iſtud, *de pueris David*, addit Corb. n. 3. ad marg. nec non Germ. 9. ſed expunctum de more : deeſt in Vulg. & Hebr. In Gr. ſic : Καὶ ἀνὴρ ἐστὶν ἐπ' αὐτὸν τῶν παιδαρίων Ἰωάβ, καὶ εἶπε· Τίς ὁ βουλόμενος Ἰωάβ, &c. *Et vir ſtetit ſuper eum de pueris Joab, & dixit : Quis volens Joab*, &c.

℣. 18. Sic hab. Mſ. cod. poſt hæc Vulg. verba, *Rurſumque illa*, ſed expuncta ut ſupra : abſunt ab Hebr. ſicut à Vulg. In Gr. ſic : Καὶ εἶπε λέγουσα· Λόγον ἐλάλησαν ἐν πρώτοις, λέγοντες· Ἠρωτημένος ἠρωτήθη ἐν τῇ Ἄβελ καὶ ἐν Δάν, εἰ ἐξέλιπον, ἃ ἔθεντο οἱ πιστοὶ τῷ Ἰσραήλ· ἐρωτῶντες ἐπερωτήσειν ἐν Ἄβελ, καὶ οὕτως, εἰ ἐξέλιπον. *Et ait dicens : Verbum locuti ſunt imprimis, dicentes : Interrogando interrogatus eſt in Abel & in Dan, ſi defecerunt, quæ poſuerunt fideles Iſraël : interrogantes interrogabunt in Abel, & ſic, ſi defecerunt.* At in edit. Compl. media iſta, ἠρωτημένος, &c. uſque ad ἐρωτῶντες, deſunt. Vid. Nobil. in hunc loc.

CAPUT XXI.

VULGATA NOVA.

1. FActa eſt quoque fames in diebus David tribus annis jugiter : & conſuluit David oraculum Domini. Dixitque Dominus : Propter Saul, & domum ejus ſanguinum, quia occidit Gabaonitas.

2. Vocatis ergo Gabaonitis rex, dixit ad eos.

2..... *Vide Not.*

(Porro Gabaonitæ non erant de filiis Iſraël, ſed reliquiæ Amorrhæorum : filii quippe Iſraël juraverant eis, & voluit Saul percutere eos zelo, quaſi pro filiis Iſraël & Juda.) *Joſ. 9. 15.*

3. Dixit ergo David ad Gabaonitas : Quid faciam vobis? & quod erit veſtri piaculum, ut benedicatis hæreditati Domini?

4. Dixeruntque ei Gabaonitæ : Non eſt nobis ſuper argento & auro quæſtio, ſed contra Saul, & contra domum ejus : neque volumus ut interficiatur homo de Iſraël. Ad quos rex ait : Quid ergo vultis ut faciam vobis?

5. Qui dixerunt regi : Virum, qui attrivit nos & oppreſſit iniquè, ita delere debemus, ut ne unus quidem reſiduus ſit de ſtirpe ejus in cunctis finibus Iſraël.

6. Dentur nobis ſeptem viri de filiis ejus, ut crucifigamus eos Domino in Gabaa Saul, quondam electi Domini. Et ait rex : Ego dabo.

7. Pepercitque rex Miphiboſeth filio Jonathæ filii Saul, propter jusjurandum Domini, quod fuerat inter David & inter Jonathan filium Saul. *1. Reg. 18. 3.*

8. Tulit itaque rex duos filios Reſpha filiæ Aia, quos peperit Sauli, Armoni, & Miphiboſeth : & quinque filios Michol filiæ Saul, quos genuerat Hadrieli filio Berzellai, qui fuit de Molathi,

9. & dedit eos in manus Gabaonitarum : qui crucifixerunt eos in monte coram Domino : & ceciderunt hi ſeptem, ſimul occiſi in diebus meſſis primis, incipiente meſſione hordei.

10. Tollens autem Reſpha filia Aia cilicium, ſubſtravit ſibi ſupra petram, ab initio meſſis, donec ſtillaret aqua ſuper eos de cœlo : & non dimiſit aves lacerare eos per diem, neque beſtias per noctem.

11. Et nunciata ſunt David quæ fecerat Reſpha, filia Aia, concubina Saul.

12. Et abiit David, & tulit oſſa Saul, & oſſa Jonathæ filii ejus, à viris Jabes Galaad, qui furati fue- *1. Reg. 31. 12.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Cod. Corb. n. 3. hab. ad marg. ead. ma. *ne perimeret eos*, poſt hæc Vulg. verba, *juraverant eis ;* at neque in Hebr. neque in Gr. neque in Vulg. hoc additamentum reperitur.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

rant ea de platea Bethsan, in qua suspenderant eos Philisthiim cùm interfeciſſent Saul in Gelboe:

13. & asportavit inde ossa Saul, & ossa Jonathæ filii ejus: & colligentes ossa eorum qui affixi fuerant,

14. sepelierunt ea cum ossibus Saul & Jonathæ filii ejus in terra Benjamin, in latere, in sepulcro Cis patris ejus: feceruntque omnia, quæ præceperat rex, & repropitiatus est Deus terræ post hæc.

15. Factum est autem rursum prælium Philisthinorum adversùm Israël, & descendit David, & servi ejus cum eo, & pugnabant contra Philisthiim. Deficiente autem David,

16. Jesbibenob, qui fuit de genere Arapha, cujus ferrum hastæ trecentas uncias appendebat, & accinctus erat ense novo, nisus est percutere David.

17. Præsidioque ei fuit Abisai filius Sarviæ, & percussum Philisthæum interfecit. Tunc juraverunt viri David, dicentes: Jam non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israël.

18. Secundum quoque bellum fuit in Gob contra Philisthæos: tunc percussit Sobochai de Husati, Saph, de stirpe Arapha de genere gigantum. *1. Par. 20. 4.*

19. Tertium quoque fuit bellum in Gob contra Philisthæos, in quo percussit Adeodatus filius Saltus polymitarius Bethlehemites Goliath Gethæum: cujus hastile hastæ erat quasi liciatorium texentium. *1. Reg. 17. 7.*

20. Quartum bellum fuit in Geth: in quo vir fuit excelsus, qui senos in manibus pedibusque habebat digitos, id est, viginti quatuor, & erat de origine Arapha.

21. Et blasphemavit Israël: percussit autem eum Jonathan filius Samaa fratris David.

22. Hi quatuor nati sunt de Arapha in Geth, & ceciderunt in manu David, & servorum ejus.

CAPUT XXII.

VULGATA NOVA.

1. LOcutus est autem David Domino verba carminis hujus, in die qua liberavit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul:

Ps. 17. 3. 2. & ait: Dominus petra mea, & robur meum, & salvator meus.

3. Deus fortis meus, sperabo in eum: scutum meum, & cornu salutis meæ: elevator meus, & refugium meum: salvator meus, de iniquitate liberabis me.

Ibid. 4. 4. Laudabilem invocabo Dominum: & ab inimicis meis salvus ero.

5. Quia circumdederunt me contritiones mortis: torrentes Belial terruerunt me.

6. Funes inferni circumdederunt me: prævenerunt me laquei mortis.

7. In tribulatione mea invocabo Dominum, & ad Deum meum clamabo: & exaudiet de templo suo vocem meam, & clamor meus veniet ad aures ejus.

8. Commota est & contremuit terra: fundamenta montium concussa sunt, & conquassata, quoniam iratus est eis.

9. Ascendit fumus de naribus ejus, & ignis de ore ejus vorabit: carbones succensi sunt ab eo.

10. Inclinavit cœlos, & descendit: & caligo sub pedibus ejus.

11. Et ascendit super cherubim, & volavit: & lapsus est super pennas venti.

12. Posuit tenebras in circuitu suo latibulum: cribrans aquas de nubibus cœlorum.

13. Præ fulgore in conspectu ejus, succensi sunt carbones ignis.

14. Tonabit de cœlo Dominus: & excelsus dabit vocem suam.

15. Misit sagittas, & dissipavit eos: fulgur, & consumpsit eos.

16. Et apparuerunt effusiones maris, & revelata sunt fundamenta orbis, ab increpatione Domini, ab inspiratione spiritus furoris ejus.

17. Misit de excelso, & assumpsit me: & extraxit me de aquis multis.

18. Liberavit me ab inimico meo potentissimo, & ab his qui oderant me: quoniam robustiores me erant.

19. Prævenit me in die afflictionis meæ, & factus est Dominus firmamentum meum.

20. Et eduxit me in latitudinem: liberavit me, quia complacui ei.

21. Retribuet mihi Dominus secundùm justitiam meam: & secundùm munditiam manuum mearum reddet mihi.

22. Quia custodivi vias Domini, & non egi impiè, à Deo meo.

23. Omnia enim judicia ejus in conspectu meo: & præcepta ejus non amovi à me.

24. Et ero perfectus cum eo: & custodiam me ab iniquitate mea.

25. Et restituet mihi Dominus secundùm justitiam meam: & secundùm munditiam manuum mearum, in conspectu oculorum suorum.

26. Cum sancto sanctus eris: & cum robusto perfectus.

27. Cum electo electus eris: & cum perverso pervertêris.

28. Et populum pauperem salvum facies: oculisque tuis excelsos humiliabis.

29. Quia tu lucerna mea Domine: & tu Domine illuminabis tenebras meas.

30. In te enim curram accinctus: in Deo meo transiliam murum.

31. Deus, immaculata via ejus, eloquium Domini igne examinatum: scutum est omnium sperantium in se.

32. Quis est Deus præter Dominum: & quis fortis præter Deum nostrum?

33. Deus qui accinxit me fortitudine: & complanavit perfectam viam meam.

34. Coæquans pedes meos cervis, & super excelsa mea statuens me.

35. Docens manus meas ad prælium, & componens quasi arcum æreum brachia mea. *Ps. 143. 1.*

36. Dedisti mihi clypeum salutis tuæ: & mansuetudo tua multiplicavit me.

37. Dilatabis gressus meos subtus me: & non deficient tali mei.

38. Persequar inimicos meos, & conteram: & non convertar donec consumam eos.

39. Consumam eos & confringam, ut non consurgant: cadent sub pedibus meis.

40. Accinxisti me fortitudine ad prælium: incurvasti resistentes mihi subtus me.

41. Inimicos meos dedisti mihi dorsum: odientes me, & disperdam eos.

42. Clamabunt, & non erit qui salvet: ad Dominum, & non exaudiet eos.

43. Delebo eos ut pulverem terræ: quasi lutum platearum comminuam eos atque confringam.

44. Salvabis me à contradictionibus populi mei: custodies me in caput gentium: populus, quem ignoro, serviet mihi.

45. Filii alieni resistent mihi, auditu auris obedient

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

mihi.

46. Filii alieni defluxerunt, & contrahentur in angustiis suis.

47. Vivit Dominus, & benedictus Deus meus: & exaltabitur Deus fortis salutis meæ.

48. Deus qui das vindictas mihi, & dejicis populos sub me.

49. Qui educis me ab inimicis meis, & à resistentibus mihi elevas me: à viro iniquo liberabis me. *Ps. 17. 49.*

50. Propterea confitebor tibi Domine in gentibus: *Rom. 15. 9.* & nomini tuo cantabo.

51. Magnificans salutes regis sui, & faciens misericordiam christo suo David, & semini ejus in sempiternum.

CAPUT XXIII.

VULGATA NOVA.

1. HÆc autem sunt verba David novissima. Dixit David filius Isai: Dixit vir, cui constitu-
Act. 2. 30. tum est de christo Dei Jacob, egregius psaltes Israël:

2. Spiritus Domini locutus est per me, & sermo ejus per linguam meam.

3. Dixit Deus Israël mihi, locutus est fortis Israël, Dominator hominum, justus dominator in timore Dei.

4. Sicut lux auroræ, oriente sole, manè absque nubibus rutilat, & sicut pluviis germinat herba de terra.

5. Nec tanta est domus mea apud Deum, ut pactum æternum iniret mecum, firmum in omnibus atque munitum. Cuncta enim salus mea, & omnis voluntas: nec est quidquam ex ea quod non germinet.

6. Prævaricatores autem quasi spinæ evellentur universi: quæ non tolluntur manibus.

7. Et si quis tangere voluerit eas, armabitur ferro & ligno lanceato, igneque succensæ comburentur usque ad nihilum.

1. Par. 11. 10. 8. Hæc nomina fortium David. Sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu uno.

9. Post hunc, Eleazar filius patrui ejus Ahohites inter tres fortes, qui erant cum David quando exprobraverunt Philisthiim, & congregati sunt illuc in prælium.

10. Cùmque ascendissent viri Israël, ipse stetit & percussit Philisthæos, donec deficeret manus ejus, & obrigescerent cum gladio: fecitque Dominus salutem magnam in die illa: & populus qui fugerat, reversus est ad cæsorum spolia detrahenda.

11. Et post hunc, Semma filius Age de Arari: & congregati sunt Philisthiim in statione: erat quippe ibi ager lente plenus. Cùmque fugisset populus à facie Philisthiim,

12. stetit ille in medio agri, & tuitus est eum, percussitque Philisthæos: & fecit Dominus salutem magnam. 12..... *Vide Not.*

13. Necnon & ante descenderant tres qui erant principes inter triginta, & venerant tempore messis ad David in speluncam Odollam: castra autem Philisthinorum erant posita in Valle gigantum. *1. Par. 11. 15.*

14. Et David erat in præsidio: porro statio Philisthinorum tunc erat in Bethlehem.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

15. Desideravit ergo David, & ait: O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethlehem juxta portam! 15..... Quis mihi potum dabit de lacu, qui est in Bethleem ad portas?..... *Ambr. apol. 1. Dav. t. 1. 686. c.*

16. Irruperunt ergo tres fortes castra Philisthinorum, & hausérunt aquam de cisterna Bethlehem, quæ erat juxta portam, & attulerunt ad David: at ille noluit bibere, sed libavit eam Domino,

17. dicens: Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hoc: num sanguinem hominum istorum qui profecti sunt, & animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere: hæc fecerunt tres robustissimi.

16. Præciderunt tres viri multitudinem adversariorum, & impleverunt aquam de lacu, qui erat in Bethleem, & obtulerunt regi bibendam: sed rex noluit bibere, & profudit illam Domino,

17..... Non contingat mihi hoc facere: ne sanguinem virorum qui abierunt, ex animis illorum bibam.....

VULGATA NOVA.

18. Abisai quoque frater Joab filius Sarviæ, princeps erat de tribus: ipse est qui levavit hastam suam contra trecentos, quos interfecit, nominatus in tribus,

19. & inter tres nobilior, eratque eorum princeps, sed usque ad tres primos non pervenerat.

20. Et Banaias filius Joiadæ viri fortissimi, magnorum operum, de Cabseel: ipse percussit duos leones Moab, & ipse descendit, & percussit leonem in media cisterna in diebus nivis.

21. Ipse quoque interfecit virum Ægyptium, virum dignum spectaculo, habentem in manu hastam: itaque cùm descendisset ad eum in virga, vi extorsit hastam de manu Ægyptii, & interfecit eum hastâ suâ:

22. hæc fecit Banaias filius Joiadæ.

23. Et ipse nominatus inter tres robustos, qui erant inter triginta nobiliores: veruntamen usque ad tres non pervenerat: fecitque eum sibi David auricularium, à secreto.

24. Asael frater Joab inter triginta. Elehanan fi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 12. Mſ. Germ. n. 11. post hoc de Vulg. *tuitus est eum*, addit ad marg. *juxta Heliotheorephin*, quod abest à Gr. sicut ab Hebr. & Vulg.

℣. 15. Similiter habet idem Ambros. l. 1. de Jac. c. 1. 445. a. excepto ult. *ad portam*. Gr. τῦ ὲν τῇ πύλῃ; item sup. Τίς ποτιεῖ με ὕδωρ; *Quis potabit me aquâ*, pro *Quis mihi potum dabit?* reliqua ut sup.

℣. 16. Paulò liberiùs ista referre videtur Ambros. cum seqq. quæ sensum magis quàm verba reddere videntur; ita enim Græcè, quasi ad verbum: Καὶ διέῤῥηξαν οἱ τρεῖς δυνατοὶ ὲν τῇ παρεμβολῇ τῶν ἀλλοφύλων, καὶ ὑδρεύσαντο ὕδωρ ὲκ τῦ λάκκυ τῦ ὲν Βηθλεὲμ τῦ ὲν τῇ πύλῃ, καὶ ἔλαβον, καὶ παρεγένοντο πρὸς Δαυίδ· καὶ ὐκ ἠθέλησε πιεῖν αὐτὸ, καὶ ἔσπεισεν αὐτὸ τῷ Κυρίῳ.

℣. 17. Gr. ita: Καὶ εἶπεν· Ἱλεώς μοι Κύριε, τῦ ποιῆσαι τῦτο· εἰ αἷμα τῶν ἀνδρῶν τῶν πορευθέντων ὲν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν, πίομαι, &c. *Et dixit: Propitius mihi Domine, à faciendo hoc: si sanguinem virorum qui iverunt in animabus suis, bibam.* In edit. Compl. sic, Μή μοι γένοιτο παρὰ Κυρίυ ποιῆσαι.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

lius patrui ejus de Bethlehem,
25. Semma de Harodi, Elica de Harodi,
26. Heles de Phalti, Hira filius Acces de Thecua,
27. Abiezer de Anathoth, Mobonnai de Husati,
28. Selmon Ahohites, Maharai Netophathites,
29. Heled filius Baana, & ipse Netophathites, Ithai filius Ribai de Gabaath filiorum Benjamin,
30. Banaia Pharathonites, Heddai de torrente Gaas,
31. Abialbon Arbathites, Azmaveth de Beromi,
32. Eliaba de Salaboni. Filii Jassen, Jonathan;
33. Semma de Orori, Aiam filius Sarar Arorites,
34. Eliphelet filius Aasbai filii Machati, Eliam filius Achitophel Gelonites,
35. Hesrai de Carmelo, Pharai de Arbi,
36. Igaal filius Nathan de Soba, Bonni de Gadi,
37. Selec de Ammoni, Naharai Berothites armiger Joab filii Sarviæ,
38. Ira Jethrites, Gareb & ipse Jethrites,
39. Urias Hethæus. Omnes triginta septem.

CAPUT XXIV.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in ep. ad Ephes. l. 1. t. 4. 340. c.

1. ET apposita est ira Dei succendi in Israël, & incitavit David, dicens.....

VULGATA NOVA.

1. ET addidit furor Domini irasci contra Israël, commovitque David in eis dicentem: Vade, numera Israël & Judam. *1. Par. 21. 1.*

VULGATA NOVA.

2. Dixitque rex ad Joab principem exercitus sui: Perambula omnes tribus Israël à Dan usque Bersabee, & numerate populum, ut sciam numerum ejus.
3. Dixitque Joab regi: Adaugeat Dominus Deus tuus ad populum tuum, quantus nunc est, iterumque centuplicet in conspectu domini mei regis: sed quid sibi dominus meus rex vult in re hujuscemodi?
4. Obtinuit autem sermo regis verba Joab, & principum exercitus: egressusque est Joab, & principes militum, à facie regis, ut numerarent populum Israël.
5. Cùmque pertransissent Jordanem, venerunt in Aroer ad dexteram urbis, quæ est in valle Gad:
6. & per Jazer transierunt in Galaad, & in terram inferiorem Hodsi, & venerunt in Dan silvestria. Circumeunteque juxta Sidonem,
7. transierunt prope mœnia Tyri, & omnem terram Hevæi & Chananæi, veneruntque ad meridiem Juda in Bersabee:
8. & lustratâ universâ terrâ, affuerunt post novem menses & viginti dies in Jerusalem.
9. Dedit ergo Joab numerum descriptionis populi regi, & inventa sunt de Israël octingenta millia virorum fortium, qui educerent gladium: & de Juda quingenta millia pugnatorum.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. ep. 51. t. 2. 999. a.

10..... & dixit ad Dominum: Peccavi vehementer, quòd fecerim hoc verbum: & nunc Domine, aufer iniquitatem servi tui, quòd deliqui vehementer.

VULGATA NOVA.

10. Percussit autem cor David eum, postquam numeratus est populus: & dixit David ad Dominum: Peccavi valde in hoc facto: sed precor Domine, ut transferas iniquitatem servi tui, quia stultè egi nimis.

Vict. Tun. ap. Ambr. t. 2. 595. b. c. d.

11..... & factum est verbum Domini ad Gad prophetam, dicens:

11. Surrexit itaque David manè, & sermo Domini factus est ad Gad prophetam & Videntem David, dicens:

12. Vade ad David, & loquere: Hæc dicit Dominus: Tria ego tollo in te, elige tibi unum ex ipsis, & faciam tibi.

12. Vade, & loquere ad David: Hæc dicit Dominus: Trium tibi datur optio, elige unum quod volueris ex his, ut faciam tibi.

13. Et venit Gad ad David, & nunciavit ei, dicens: Elige tibi quid fieri velis è tribus, sive famem triennio super terram: aut tribus mensibus fugere te à facie inimicorum tuorum, ut ipsi persequantur te: aut tribus diebus fieri mortem in terra. Et nunc scito, & vide quid respondeam ei,

13. Cùmque venisset Gad ad David, nunciavit ei, dicens: Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus mensibus fugies adversarios tuos, & illi te persequentur: aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Nunc ergo delibera, & vide quem respondeam, ei qui *1. Par. 21. 12.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. Καὶ προσέθετο ὀργὴν Κύριος ἐκκαῆναι ἐν Ἰσραὴλ, καὶ ἐπέσεισε τὸν Δαυὶδ ἐν αὐτοῖς, λέγων· ed. Compl. εἰς αὐτούς.

℣. 10. Ita primùm Ambros. *Iterum cùm plebem numerari jussisset David, percussus est corde, & dixit ad Dominum*, &c. quibus respondent Græca ista: Καὶ ἐπάταξε καρδία Δαυὶδ αὐτὸν μετὰ τὸ ἀριθμῆσαι τὸν λαόν· καὶ εἶπε Δαυὶδ πρὸς Κύριον· reliqua pene ad verbum, saltem juxta Mss. Alex. in quo: Ἥμαρτον σφόδρα, ὅτι ἐποίησα τὸ ῥῆμα τοῦτο· νῦν Κύριε παρελθάτω τὴν, &c. nam in Vatic. sic: Ἥμαρτον σφόδρα ὃ ἐποίησα νῦν Κύριε· παρελθάτω δὴ τὴν, &c. *quod feci nunc Domine: transfer autem iniq.* in edd. Ald. & Compl. ποιῶν (Ald. ποιήσας) τὸ ῥῆμα τοῦτο· καὶ νῦν Κύριε περίελε, (Ald. παρελθάτω δὲ τήν;) demum pro *deliqui*, in Vat. & al. ἐμωράνθην, *desipui*, in Compl. ἐματαιώθην, *vanus factus sum*. Ambr. quæ supra iterum leg. in Ps. 118. to. 1. 1050. f. uno excepto, *Domine*, loco *vehementer*. Hieron. l. 1. cont. Pelag. to. 4. 508. f. sic: *Et percussit cor suum David, & dixit ad Dominum: Peccavi vehementer, quia hoc feci.*

℣. 11. Gr. addit τὸν Ὁρῶντα, *Videntem*, ad *prophetam*; reliqua nil differunt, nisi quòd ponitur *verbum Domini*, ante *factum est*. Ambros. ep. 51. to. 2. 999. a. narrando ait: *Et missus est iterum ad eum Nathan propheta.*

℣. 12. Græcè, postponitur hoc, *ad David*, verbo *loquere*, subjicitur que λέγων, *dicens*; item καὶ ponitur ante *elige*; reliqua ad verbum quadrant.

℣. 13. Nonnulla variant Græcè, sed parvi ponderis, nempe εἰσῆλθε, *intravit*, pro *venit*, (Compl. ἦλθε;) exinde ἀνήγγειλε, καὶ εἶπεν αὐτῷ, *annuntiavit*, & *dixit ei*, pro *nunciavit ei*, *dicens*: at in Compl. ἀπήγγειλεν αὐτῷ, λέγων· item loco *quid fieri velis è tribus*, *sive famem triennio super terram*, sic, γενέσθαι, εἰ ἔλθῃ σοι τρία ἔτη λιμὸς ἐν τῇ γῇ σου, *fieri*, *si venerit tibi tres annos fames in terra tua*; dein ἢ τρεῖς μῆνας, & infra τρεῖς ἡμέρας, pro *tribus mensibus..... tribus diebus*; item ἔμπροσθεν, *coram*, *ante*, pro *à facie*; at in Compl. ἐκ προσώπου· exinde καὶ ἔσονται διώκοντές σε, & *erunt persequentes te*, loco *ut ipsi persequantur te*, juxta ed. Compl. in qua αὐτὸς καταδιώκειν σε· demum additur οὖν, ad *terra*, statimque νῦν ἴδε, *nunc igitur*, pro & *nunc*, & post *misit*, μὲ simpliciter, loco *ad te*: in Compl. ἐπὶ τὴν γῆν. Καὶ νῦν γνῶθι..... με ῥῆμα, ut in Lat. sup. Ambros. in Ps. 118. to. 1. 1148. a. sic habet: *Elige tibi quid velis fieri, triennio famem super terram: aut tribus mensibus fugere te à facie inimicorum tuorum persequentium te: aut fieri triduo mortem in terra.* Similiter ep.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

me miſit, ſermonem.

14. Dixit autem David ad Gad : Coarctor nimis : ſed melius eſt ut incidam in manus Domini (multæ enim miſericordiæ ejus ſunt) quàm in manus hominum.

1. Par. 21. 13. Dan. 13. 23.

VERSIO ANTIQUA.

qui miſit ad te, verbum.

14. Et dixit David ad Gad : Anguſtiæ mihi valde in iis tribus : ſed melius mihi incidere in manus Domini (quia magna eſt miſericordia ejus valde) quàm in manus hominum incidam.

Vict. Tun. ubi ſup.

VULGATA NOVA.

15. Immiſitque Dominus peſtilentiam in Iſraël, de manè uſque ad tempus conſtitutum, & mortui ſunt ex populo, à Dan uſque ad Berſabee, ſeptuaginta millia virorum.

16. Cùmque extendiſſet manum ſuam angelus Domini ſuper Jeruſalem ut diſperderet eam, miſertus eſt Dominus ſuper afflictione, & ait angelo percutienti populum : Sufficit : nunc contine manum tuam : erat autem angelus Domini juxta aream Areuna Jebuſæi.

VULGATA NOVA.

17. Dixitque David ad Dominum, cùm vidiſſet angelum cædentem populum : Ego ſum qui peccavi, ego iniquè egi : iſti qui oves ſunt, quid fecerunt ? vertatur, obſecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei.

VERSIO ANTIQUA.

17..... Ecce ſum ego, ego paſtor peccavi, & ego malè feci : grex autem hic, quid fecit ? in me manum tuam converte, & in domum patris mei.

Vict. Tun. ibid.

VULGATA NOVA.

18. Venit autem Gad ad David in die illa, & dixit ei : Aſcende, & conſtitue altare Domino in area Areuna Jebuſæi.

19. Et aſcendit David juxta ſermonem Gad, quem præceperat ei Dominus.

20. Conſpicienſque Areuna, animadvertit regem & ſervos ejus tranſire ad ſe :

21. & egreſſus adoravit regem prono vultu in terram, & ait : Quid cauſæ eſt ut veniat dominus meus rex ad ſervum ſuum ? Cui David ait : Ut emam à te aream, & ædificem altare Domino, & ceſſet interfectio quæ graſſatur in populo.

22. Et ait Areuna ad David : Accipiat, & offerat dominus meus rex, ſicut placet ei : habes boves in holocauſtum, & plauſtrum & juga boum in uſum lignorum.

23. Omnia dedit Areuna rex regi : dixitque Areuna ad regem : Dominus Deus tuus ſuſcipiat votum tuum.

24. Cui reſpondens rex, ait : Nequaquam ut vis, ſed emam pretio à te, & non offeram Domino Deo meo holocauſta gratuita. Emit ergo David aream, & boves, argenti ſiclis quinquaginta :

25. & ædificavit ibi David altare Domino, & obtulit holocauſta & pacifica : & propitiatus eſt Dominus terræ, & cohibita eſt plaga ab Iſraël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

51 to. 2. 999. b. *Miſſus eſt*, inquit, *ad eum Nathan propheta, qui ei trium optionem conditionum offerret, ut quam vellet, eligeret : famem tribus annis in terra, aut tribus menſibus fugere à facie inimicorum ſuorum, aut triduo mortem in terra.* Junil. Afric. l. 2. de partib. divin. leg. c. 21. p. 348. b. *Venit Gad ad David, & annuntiavit ei, dicens : Elige tibi fieri, aut tribus annis famem ſuper terram : aut tres menſes fugere à facie inimicorum tuorum perſequentium te : aut tribus diebus fieri mortalitatem in terra tua.* Vide 1. Paralip. 21. 12.

℣. 14. In Græco, πάντοθεν ὀφόδρα ἐστίν, *undique valde ſunt*, loco *valde in iis tribus ;* at πάντοθεν ed. Compl. delet, & huic ἐστὶ, addit τὰ τρία ; in Ald. ſic, ἐστὶ δὲ τὰ τρία· deinde loco *ſed melius mihi*, &c. in Vat. & al. ita : ἐμπεσοῦμαι δὴ εἰς χεῖρας Κυρίου, ὅτι πολλοὶ οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ σφόδρα, εἰς δὲ χεῖρας ἀνθρώπου δὲ μὴ ἐμπέσω· *incidam autem in manus Domini, quia multæ miſerationes ejus valde, in manus autem hominis non incidam.* Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1148. a. legit : *Anguſtiæ ſunt mihi hæc tria : ſed magis incidam in manum Domini, quoniam magna eſt miſericordia illius valde, quàm in manus hominum incidam :* ſimiliter apol. Dav. 1. to. 1. 687. d. his tantùm exceptis, *valde in his tribus*, loco *hæc tria*, & *in manus*, loco *in manum :* epiſt. autem 51. to. 2. 999. b. *Et reſpondit David : Anguſtiæ ſunt tria hæc vehementer : veruntamen incidam in manum Domini, quoniam multæ miſericordiæ ejus nimis, & in manus hominis non incidam :* Compl. καὶ εἰς χεῖρας. Vid. Paralip. 21. 13.

℣. 17. Ambroſ. ep. 51. to. 2. 999. c. *Et cùm*, inquit, *mors fieret in plebe, ipſo primo die ad horam prandii, cùm vidiſſet David percutientem angelum in plebem, ait David : Ego peccavi, & ego paſtor malignum feci : & hic grex, quid fecit ? fiat manus tua in me, & in domum patris mei.* Eadem prorſus hab. in Pſ. 118. to. 1. 1051. a. ab his, *Ego peccavi*, niſi quòd leg. *Ecce ego :* & l. 2. offic. 78. f. 79. a. *Ecce ſum, ego peccavi, & ego paſtor malum feci : & iſte grex, quid fecit ? fiat manus tua in me :* & de ob. Theod. to. 2. 1205. d. *Ecce ſum, ego peccavi, & ego paſtor malè feci : & iſti in hoc grege, quid fecerunt ? fiat manus*, &c. ſimiliter in Pſ. 118. to. 1. 1148. b. detracto uno *ſum*, poſt *ecce :* at in Pſ. 35. 769. e. ita : *Ecce ego peccator malè feci : & grex iſte, quid fecit ?* & apol. 2. Dav. 699. e. *Ego ſum, ego peccavi, & ego paſtor malè feci.* Gr. Καὶ εἶπε Δαυὶδ πρὸς Κύριον, ἐν τῷ ἰδεῖν αὐτὸν τὸν ἄγγελον τὸν τύπτοντα ἐν τῷ λαῷ (Ald. edit. τὸν λαὸν) καὶ εἶπεν· Ἰδὲ ἐγώ εἰμι ἠδίκησα· (Compl. ἥμαρτον, deinde cum Mſ. Alex. καὶ ἐγὼ ὁ ποιμὴν ἐκακοποίησα· καὶ ἕτοι· Ald. καὶ ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ἐκακοποίησα·) καὶ ἕτοι, τὰ πρόβατα, τί ἐποίησαν ; γενέσθω δή (Compl. del. δὴ) ἡ χείρ σου ἐν ἐμοὶ, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός μου. *Et dixit David ad Dominum, cùm videret ipſe angelum verberantem in populo,* (Ald. *populum*) *& dixit : Ecce ego ipſe injuſtè egi* (Compl. *peccavi, & ego paſtor malè feci :*) *& iſti, oves, quid fecerunt ? fiat nunc manus tua in me, & in domo patris mei.* Vide 1. Paralip. 21. 17. Ferrand. Diac. ep. ad Regin. p. 166. *Convertatur manus tua in me, & domum patris mei : iſti, qui oves ſunt, quid fecerunt ?*

Digitized by Google

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore Francisco Luca Brugensi.

LIBER REGUM SECUNDUS.

Cap. II. ℣. 13. Hi ex una parte piscinæ, & illi ex altera. *Prius* ex *non est commutandum cum* in.

℣. 24. Itineris deserti in Gabaon. *Non præponas* & *conjunctionem.*

Cap. III. ℣. 1. Inter domum Saul, & inter domum David. *Non anteponas* David, *quod alii.*

℣. 7. Respha, filia Aia. *Quod sequitur in quibusdam libris*, ingressusque est ad eam Abner, *obelisco jugulandum est.*

℣. 12. Misit ergo Abner nuncios ad David. *Non addas* in Hebron, *quod quidam.*

℣. 23. Et Joab, & omnis exercitus qui erat cum eo, postea venerunt. *Non mutes* erat *singulare*, *in plurale* erant, *nec præteritum perfectum* venerunt, *in plusquam perfectum* venerant.

Cap. IV. ℣. 6. Ingressi sunt autem domum latenter. *Nec vox* domum, *nec vox* latenter, *omittenda sunt.*

Cap. V. ℣. 9. Habitavit autem David in arce. *Non adjicias* Sion.

Cap. VI. ℣. 6. Postquam autem venerunt ad aream Nachon. *Nullo modo scribendum est* Nachor, *ultima littera existente* r *ultima liquidarum*, *pro* Nachon, *cujus ultima littera est* n, *penultima liquidarum.*

℣. 12. Et omnia ejus propter arcam Dei. *Subjiciunt plerique codices:* Dixitque David: Ibo, & reducam arcam cum benedictione in domum meam. *Sed meritò censuerunt Romani Patres hæc omittenda, quemadmodum clarum fieri potest ex Notationibus nostris.*

℣. 13. Immolabat bovem & arietem. *Singulare* immolabat, *non est commutandum cum plurali* immolabant, *nec post* bovem, *addendum est* & ovem.

℣. 14. Et David saltabat totis viribus ante Dominum. *Quod interjiciunt quidam*, percutiebat in organis armigatis, &, *inter* David & saltabat, *supereſt*, *justèque confossum.*

℣. 19. Et assaturam bubulæ carnis unam. *Scribendum est* bubulæ, *quod est* bovinæ, *non* bubalæ, *quod inusitatum est; dicendumque foret* bubalinæ, *si à bubalo formaretur.*

℣. 21. Dixitque David ad Michol: Ante Dominum. *His verbis* Ante Dominum, *non præponas* Vivit Dominus, quia ludam; *redundat enim*, *nec est de textu.*

Ibidem. Et ludam & vilior fiam. *Cave scribas pro verbo* ludam, *nomen proprium* Judam.

Cap. VII. ℣. 10. Et habitabit sub eo. *Noli hoc commutare cum* Et habitabo cum eo.

℣. 23. Quem redemisti tibi ex Ægypto gentem & deum ejus. *Accusativi singulares* gentem & deum, *non sunt vertendi in ablativos*, *sive singulares* gente & deo, *sive plurales* gentibus & diis: *multòque minùs pro* deum, *scribendum est* domum, *id est*, *tabernacula*, *aut pro singulari* ejus, *plurale* eorum.

℣. 29. Et benedictione tua benedicetur. *Non omittas conjunctionem &.*

Cap. VIII. ℣. 8. Tulit rex David æs multum nimis. *Subjiciunt multi codices:* De quo fecit Salomon omnia vasa ærea in templo, & mare æneum, & columnas, & altare: *verùm non est hujus loci*, *sed* 1. *Paral.* 18. ℣. 8.

℣. 13. Cæsis decem & octo millibus. *Erroneum est quod quidam libri legunt*, duodecim millibus, *pro numero sesquialtero*, decem & octo millibus. *Porro quod hìc subjungunt multi codices*, Et in Jebelem ad viginti tria millia, *adulterinum ac superfluum est: quod unde fuerit natum*, *Notationes nostræ in varias Bibliorum lectiones docent.*

Cap. IX. ℣. 11. Comedet super mensam meam. *Non mutes primæ personæ pronomen* meam, *in secundæ* tuam.

Cap. X. ℣. 3. Ut investigaret. *Non addas* te.

℣. 6. Et ab Istob duodecim millia virorum. *Vitiosè quidam* decem *scribunt*, *pro* duodecim *majore numero.*

℣. 15. Videntes igitur Syri, quoniam corruissent coram Israël. *Alii*, *quibusdam additis*, *habent:* Videntes igitur filii Ammon, quoniam Syrus expavit, & quoniam corruissent coram Israël: *sed minùs sincerè.*

℣. 19. Timueruntque Syri auxilium præbere ultra filiis Ammon. *Non omittas* ultra.

Cap. XI. ℣. 2. Accidit ut surgeret David de strato suo. *Non addas* quadam die *post* accidit, *nec mutes* strato *ablativum neutrum secundæ declinationis*, *cum* stratu *ablativo masculino quartæ declinationis*, *qui non est Latinus.*

Cap. XII. ℣. 1. Duo viri erant in civitate una. *Quidam libri his verbis præponunt:* Responde mihi judicium: *sed non est illud Latinæ editionis.*

℣. 7. Tu es ille vir. *Non subjicias* qui feciſti hanc rem.

℣. 14. Veruntamen, quoniam blasphemare feciſti inimicos Domini. *Non addas* nomen *ante* Domini.

℣. 19. Cùm ergo David vidisset servos suos mussitantes. *Legendum est* vidisset, *quod est oculorum*, *non* audisset, *quod aurium.*

℣. 23. Nunc autem quia mortuus est, quare jejunem? *Non est substituendum præsens indicativi* jejuno, *pro præsenti subjunctivi* jejunem.

℣. 25. Misitque in manu Nathan prophetæ. *Nullo modo addas pronomen* eum, *verbo* misitque.

Cap. XIII. ℣. 2. Et deperiret eam valde. *Ut non est præponenda præpositio* in, *pronomini* eam, *ita non est omittendum adverbium* valde.

℣. 6. Et cibum capiam de manu ejus. *Non addas* paratum, *post* cibum.

℣. 10. In conclave *bis hoc versu positum casu quarto*, *non est corrigendum casu sexto*, in conclavi.

℣. 37. Luxit ergo David filium suum cunctis diebus. *Ad* filium suum *non addas* Amnon: *nec mutes* cunctis *cum* multis.

Cap. XIV. ℣. 16. Et audivit rex. *Non est addendum* verba.

℣. 22. Feciſti enim sermonem servi tui. *Non addas*, domine mi rex.

Cap. XV. ℣. 2. Stabat juxta introitum portæ. *Non subjicias* in via.

℣. 7. Post quadraginta autem annos. *Non est* quadraginta *mutandum cum* quinque, *nec cum* sex, *ac ne cum* quatuor *quidem: quanquam* quatuor *non careat sua probabilitate.*

℣. 10. Regnavit Absalom in Hebron. *Legendum est præteritum* regnavit, *non futurum* regnabit.

℣. 14. Et impellat super nos ruinam. *Retinendum est* impellat, *compositum à* pello, *non substituendum* impleat.

℣. 23. Contra viam quæ respicit ad desertum. *Non addas* olivæ *post* viam, *quod nonnulli.*

℣. 24. Et deposuerunt arcam Dei. *Non est repetendum* fœderis, *post* arcam.

℣. 34. Servus tuus sum, rex. *Quod sequitur in aliis libris*, patere me vivere, *superfluit.*

Cap. XVI. ℣. 1. Et utre vini. *Pro* utre *non scribas* duobus utribus, *ut multi.*

℣. 2. Respondítque Siba. *Non subjicias* domine mi rex.

℣. 9. Quare maledicit canis hic mortuus domino meo regi? *Retinendum est participium præteritum* mortuus, *non substituendum futurum* moriturus.

℣. 11. Quantò magis nunc filius Jemini? *Ut non est commutandum adverbium* nunc *cum pronomine* hic, *ita non est supplenda sententia*, *additis his verbis*, maledicet mihi.

℣. 12. Et reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna. *Non est addendum nomen* die, Die hodierna.

Cap. XVII. ℣. 22. Donec diluceſceret. *Quod subjiciunt quidam*, antequam denudaretur verbum, *spurium est.*

℣. 28. Et frixum cicer. *Non addas* oleo.

Cap. XVIII. ℣. 3. Quia tu unus. *Non addas* solus, *sed intelligas* unus *positum esse pro* solus.

℣. 22. Quid vis currere fili mi? *Quod sequitur in aliis libris* veni huc, *redundat.*

℣. 29. Vidi tumultum magnum. *Cave mutes* tumultum, *quod est turbam*, *cum* tumulum, *omisſâ litterâ* t.

Cap. XIX. ℣. 4. Fili mi Absalom, Absalom fili mi, fili mi. *Non omittas postremum* fili mi, *tertiò repetitum.*

℣. 10. Usquequo sileris & non reducitis regem? *Subdunt quidam libri*, Et consilium totius Israël venit ad regem, *sed meritò omissum est.*

℣. 11. Ad regem in domo ejus. *Quod sequitur in aliis libris*, quia dixerat rex: Hæc dicetis ad populum Juda, *superfluit; ac proinde meritò & ipsum est omissum.*

℣. 31. Berzellai quoque Galaadites. *Non addas* senex valde.

℣. 39. Cùmque transisset universus populus, & rex Jordanem, osculatus est rex Berzellai. *Non interponas* restitit &, *ante* osculatus est.

℣. 43. Decem partibus major ego sum apud regem. *Re-*

Digitized by Google

Bundut quod quidam libri subjiciunt, & primogenitus ego sum.

Cap. XX. ℣. 1. Revertere in tabernacula tua Israël. *Non est omittenda vox* revertere, *quam Interpres explicationis causâ addidit: qua ratione & pronomen tertiæ personæ mutavit in secundæ* tua.

℣. 10. Nec secundum vulnus apposuit, & mortuus est. *Ut non est his verbis præponendum* & mortuus est, *ita postpositum non est omittendum.*

℣. 14. In Abelam. *Non præponas adverbium* usque.

℣. 18. Qui interrogant, interrogent in Abela, & sic perficiebant. *Quidam scribunt* proficiebant, *tanquam diceretur, illos sapientiâ profeciſſe, qui Abelam consuluiſſent: verùm non* proficiebant *legendum est, sed* perficiebant, *quod est, finiebant, absolvebant, negotium cœptum scilicet.*

Cap. XXII. ℣. 7. Et exaudiet de templo suo vocem meam. *Nomini* templo *non addas epitheton* sancto.

℣. 15. Misit sagittas, & dissipavit eos. *Non addas pronomen* suas *nomini* sagittas.

℣. 36. Et mansuetudo tua multiplicavit me. *Non est supponendum pronomen primæ personæ* mea, *pro secundæ* tua.

Cap. XXIII. ℣. 1. Hæc autem sunt verba David novissima. Dixit David filius Isai. *Hæc germana est & lectio & interpunctio: quare non est auferendum nomen* David *priori loco, nec addendum relativum* quæ, *ante* dixit.

℣. 8. Hæc sunt nomina fortium David. Sedens in cathedra sapientissimus. *Non repetas nomen* David, *ante participium* sedens.

℣. 12. Et tuitus est eum. *Melius est* tuitus, *quàm* tutus, *si grammaticos sequaris.*

℣. 15. Desideravit ergo David, & ait. *Non interjicias* aquam de lacu, *quod quidam.*

℣. 33. Semma de Orori. *Scribendum est* Orori, *non* Orodi, r *liquida, non muta* d.

Cap. XXIV. ℣. 1. Commovitque David in eis dicentem. *Non subjungas* ad Joab.

℣. 18. Venit autem Gad ad David in die illa. *Non addas* propheta *ad nomen* Gad.

℣. 23. Omnia dedit Areuna rex regi. *Non est omittendum vocabulum* rex, *positum ante* regi.

Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

LIBER REGUM SECUNDUS.

Cap. I. ℣. 18. Et ait: Considera Israël pro his qui mortui sunt, super excelsa tua vulnerati. *Versiculus iste ex Græcis libris hausſtus, omittitur à multis Latinis. Sequens verò:* Inclyti Israël super montes tuos interfecti sunt, *ex Hebræo proximè versus, omittitur à Græcis. Videntur idem unus esse versiculus, ex uno Hebraïco, aliter à Latino Interprete, aliter à Græcis translatus.*

℣. 20. Sicut mater unicum amat filium, ita ego te diligebam. *Nescio unde irrepserit versiculus iste in editionem Latinam, cùm neque Græcè legatur.*

Cap. II. ℣. 27. Vivit Dominus, si locutus fuisses. *Quidam ex Hebræo & Græco conjiciunt legendum esse* nisi *exceptivum, pro* si *conditionali; eò quòd respiciatur ad illud quod dictum est supra* ℣. 14. Surgant pueri, & ludant.

Cap. IV. ℣. 5. Et ostiaria domûs purgans triticum, obdormivit. *An versiculus iste, tanquam Græcæ editionis, non Latinæ, sit omittendus, disputavimus olim in Notationibus nostris.*

Cap. V. ℣. 23. Si ascendam contra Philisthæos, & trades eos in manus meas? *Quanquam exstet hic versiculus in quibusdam Græcis codicibus, vix tamen est dubium quin hic superfluè ab aliquibus sit repetitus ex* ℣. 19. *superiore.*

Ibidem. Non ascendas contra eos. *Multi Latini libri omittunt illud*, contra eos, *Hebræo conformiter.*

Cap. VI. ℣. 6. Et declinaverunt eam. *Correctores non judicarunt hoc omittendum. Legantur Notationes nostræ.*

℣. 12. Et erant cum David septem chori, & victima vituli. *Videtur hæc altera esse interpretatio ejus quod sequitur:* Cùmque transcendissent qui, &c.

Cap. VII. ℣. 15. Quem amovi à facie mea. *Multi libri loco pronominis primæ personæ* meâ, *scribunt pronomen secundæ personæ* tuâ, *Hebræo consentaneè.*

Cap. X. ℣. 19. Expaverunt & fugerunt quinquaginta & octo millia coram Israël. Et. *Hæc omittuntur à multis libris, consentaneè Hebræo & Græco.*

Cap. XI. ℣. 21. Quis percussit Abimelech filium Jerobaal. *Alii libri scribunt* Jerobeseth, *conformiter Hebræo; alii* Jerobaal, *Græco.*

Cap. XIII. ℣. 21. Et noluit contristare spiritum Amnon filii sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei. *Versiculum hunc, qui in Græcis plerisque legitur, quidam Latini libri auferunt, consentaneè Hebræo.*

℣. 27. Feceratque Absalom convivium, quasi convivium regis. *Multa Latina Manuscripta confodiunt versiculum hunc, sicut Hebræa: quanquam Græca exemplaria, præter Regium, addant.*

Cap. XIV. ℣. 30. Et venientes servi Joab, scissis vestibus suis, dixerunt: Succenderunt servi Absalom partem agri igni. *Multa Latina Manuscripta & hunc versiculum jugulant, sicut Hebræa: quanquam Græca exemplaria omnia quæ vidimus, præter Regium, addant.*

℣. 33. Nunciavit ei omnia. *Meritò omittendum judicetur* omnia.

Cap. XV. ℣. 12. Cùmque immolaret victimas, facta est conjuratio. *Alii libri jungunt præcedentibus τὸ* cùm immolaret victimas: *deinde novam inchoant periodum:* Et facta est conjuratio.

℣. 18. Et omnes Gethæi, pugnatores validi. *Omissum τὸ* pugnatores validi, *non Latinis tantùm, sed & Hebraïcis ac Græcis libris respondeat.*

℣. 20. Et Dominus faciet tecum misericordiam & veritatem, quia ostendisti gratiam & fidem. *Duas unius Hebraïcæ pericopes versiones hìc mixtas esse, olim in Notationibus nostris docere conati fuimus; unam Græcorum Interpretum*, tecum misericordia & veritas; *alteram Latini*, tecum gratia & fides.

Cap. XVI. ℣. 15. Et omnis populus ejus. *Alii libri consultò scribunt nomen* Israël, *loco pronominis* ejus.

Cap. XVII. ℣. 3. Quomodo unus homo reverti solet. *Quid sibi velit* omnis, *quod multi libri legunt loco* unus homo, *in Notationibus nostris docuimus.*

Cap. XXI. ℣. 18. De stirpe Arapha, de genere gigantum. *Videtur duplex versio esse unius pericopes Hebraïcæ, nec malè omitti posterior, ut alterius Interpretis. Antiquæ Clarimariſci Biblia legunt* de origine Arapha, *omisso isto*, de genere gigantum.

Cap. XXII. ℣. 8. Quoniam iratus est eis. *Non est omittendum pronomen* eis.

℣. 13. Præ fulgore in conspectu ejus. *Non subdas* nubes.

Digitized by Google

SUMMA CAPITA LIBRI III. REGUM,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Verſioni antiquæ ſatis reſpondeant.

CAP. I. *David ſenio confectum puella Abiſag calefacit, caſta manens: Adonia verò regnum occupante, Bethſabee directa conſilio Nathan, impetravit à David ungi Salomonem in regem; quo audito, fugit Adonias.*

CAP. II. *David datis Salomoni variis præceptis moritur. Adonias petens Abiſag in uxorem, occidi à Salomone jubetur: Abiathar ſacerdotio privatur, & tandem Joab in tabernaculo interficitur: Semei quoque, quia contra præſcriptum egreſſus eſt Jeruſalem, occiditur.*

CAP. III. *Salomon, acceptâ in uxorem filiâ Pharaonis, ſapientiam in ſomno petit; quam unà cum divitiis & gloria accipit; & primùm in meretricum dirimenda lite oſtendit.*

CAP. IV. *Numerantur principes & præfecti Salomonis, apparatus ciborum ipſius, paciſque ſecuritas eo regnante, & numerus parabolarum atque carminum ejus.*

CAP. V. *Concedit Hiram Salomoni ad templi ædificationem cæſores lignorum, quibus Salomon tribuit cibaria: numerus cæſorum, portantium onera, latomorum, & præfectorum eorum.*

CAP. VI. *Figura & fabrica templi quoad præcipuas ejus partes interiores & exteriores.*

CAP. VII. *Palatium Salomonis, domus ſaltus atque uxoris ejus, varia & ſumptuoſiſſima templi ſupellex.*

CAP. VIII. *Templum introductâ in ipſum arcâ dedicatur, nebula illud implente. Salomon poſt longam orationem populo benedicit: numerus boum & ovium immolatarum hac celebri feſtivitate.*

CAP. IX. *Dominus Salomoni ſecundò apparens, jubet ſua ſervare præcepta, addita comminatione, niſi ſervata fuerint. Salomon plures ædificat civitates, gentes ſibi facit tributarias, & claſſe in Ophir miſſa, plurimum auri recipit.*

CAP. X. *Venit regina Saba ad regem Salomonem: quæ ejus mirata ſapientiam, magnificentiam, & gubernationem, datis acceptiſque amplis muneribus, diſceſſit: Salomon multum tributum ac aurum aliunde accipit; vaſa & ſcuta, magnificumque thronum conſtruit; multam ac pretioſam habet ſupellectilem in vaſis, curribus & equis, in abundantia argenti ac cedrorum.*

CAP. XI. *Salomon plurimis jungitur mulieribus alienigenis, & ab ipſis infatuatus ad ipſarum idola convertitur: in quem iratus Dominus, ſuſcitat ei adverſarios Adad, Razon, & Jeroboam; cui per prophetam Ahiam promittit regnum Iſraël, ſervatâ unâ tribu Salomonis filio: moritur Salomon poſt quadraginta regni annos, cui ſuccedit filius Roboam.*

CAP. XII. *Roboam juvenum ſecutus conſilium, patitur regni diviſionem, & Jeroboam rex ſuper decem tribus conſtituitur; exercitum quoque Roboam adversùs Jeroboam Dominus per Semeiam prophetam diſſipat. Jeroboam verò aureos erexit vitulos adorandos, conſtitutis ſolemnitate, altari, ac ſacerdotibus.*

CAP. XIII. *Miſſus propheta de Juda ad Jeroboam, de altaris ſubverſione, & nativitate Joſiæ regis prophetat: quo orante, manus Jeroboam quæ exaruerat, ſanitati reſtituitur; rediens autem propheta à leone occiditur, quòd Dei verbo inobediens fuiſſet; & Jeroboam ſuam auget impietatem.*

CAP. XIV. *Ahias propheta ab uxore Jeroboam ſuper filio Abia ægrotante interrogatus, prædicit filium moriturum, & domum Jeroboam penitus evertendam; quo mortuo, ſuccedit filius Nadab: rex autem Ægypti diripit domum Domini in Jeruſalem; & mortuo Roboam, ſuccedit filius Abia.*

CAP. XV. *Impio Abia regi Juda ſuccedit pius filius Aſa, qui adversùs Baaſam regem Iſraël præliatur, impetrato à Benadad rege Syriæ auxilio. Aſa morienti ſuccedit filius Joſaphat: at Baaſa Nadab filium Jeroboam cum univerſa cognatione occidit, & pro eo regnat ſuper Iſraël viginti quatuor annis, impius poſt impium.*

CAP. XVI. *Jehu prophetat regis Baaſa & domus ipſius ſubverſionem; cui mortuo ſuccedit filius Ela, quem impius Zambri occidit, eoque regnum invadente, elegit Iſraël Amri; quo impio regnum obtinente, Zambri ſe cum domo regia ſuccendit: mortuo autem Amri ſuccedit filius impiiſſimus Achab, qui Jezabel duxit uxorem; & ejus tempore reædificatur Jericho.*

CAP. XVII. *Elias cœlum triennio claudit, primùmque paſcitur à corvis, deinde à muliere Sarephtana; cujus hydria farina & lecythus olei non minuuntur; filius autem ipſius oratione Eliæ reſuſcitatur.*

CAP. XVIII. *Increſcente fame, Elias Abdiæ, herbam pecoribus quærenti, occurrit: cui ægrè perſuadet ut nunciet Achab ſe adeſſe; qui occurrens Eliæ ab ipſo corripitur: Dei zelo Elias 850. pſeudoprophetas occidi jubet, dato de cœlo igne ad conſummationem holocauſti; & pluviam à Deo impetrat.*

CAP. XIX. *Elias fugiens Jezabel in deſerto, à ſomno excitatus, panem divinitus miſſum edit, aquamque bibit, & ita ad montem Horeb pervenit: ibique in ſpelunca quærens ſe ſolum Domini prophetam relictum, audit ſeptem millia eſſe relicta: mittiturque ad ungendum Hazael in regem Syriæ, Jehu in regem Iſraël, & Eliſeum in prophetam.*

CAP. XX. *Syri Samariam obſidentes cæduntur à pueris principum provinciarum, rurſumque anno altero in campeſtribus cæduntur: rex autem Achab à propheta reprehenditur, quòd fœdus cum Benadad rege Syriæ inierit, illumque vivum dimiſerit.*

CAP. XXI. *Naboth, ob negatam regi Achab vineam, à falſis teſtibus juſſu Jezabel accuſatus, lapidatur: quo facto, ipſi Achab ad occupandam vineam properanti, Elias plurima comminatur mala, quæ tamen Achab ſe humiliando evadit.*

CAP. XXII. *Achab & Joſaphat reges, pſeudoprophetarum vaticinio decepti, ad pugnam procedunt in Ramoth Galaad, ac vincuntur, occiſo Achab, qui Michæam vera prophetantem carcere incluſerat: impio Achab ſuccedit filius impius Ochozias; pio autem Joſaphat ſuccedit impius filius Joram.*

Digitized by Google

LIBER TERTIUS REGUM.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.

1. ET rex David ſenuerat, habebatque ætatis plurimos dies: cùmque operiretur veſtibus, non calefiebat.

2. Dixerunt ergo ei ſervi ſui: Quæramus domino noſtro regi adoleſcentulam virginem, & ſtet coram rege, & foveat eum, dormiatque in ſinu ſuo, & calefaciat dominum noſtrum regem.

3. Quæſierunt igitur adoleſcentulam ſpecioſam in omnibus finibus Iſraël, & invenerunt Abiſag Sunamitidem, & adduxerunt eam ad regem.

4. Erat autem puella pulchra nimis, dormiebatque cum rege, & miniſtrabat ei, rex verò non cognovit eam.

5. Adonias autem filius Haggith elevabatur, dicens: Ego regnabo. Fecitque ſibi currus & equites, & quinquaginta viros qui currerent ante eum.

6. Nec corripuit eum pater ſuus aliquando, dicens: Quare hoc feciſti? Erat autem & ipſe pulcher valde, ſecundus natu poſt Abſalom.

7. Et ſermo ei cum Joab filio Sarviæ, & cum Abiathar ſacerdote, qui adjuvabant partes Adoniæ.

8. Sadoc verò ſacer- 8..... *Vide Not.*
dos, & Banaias filius Joiadæ, & Nathan propheta, & Semei & Rei, & robur exercitus David, non erat cum Adonia.

9. Immolatis ergo Adonias arietibus & vitulis, & univerſis pinguibus, juxta lapidem Zoheleth, qui erat vicinus fonti Rogel, vocavit univerſos fratres ſuos filios regis, & omnes viros Juda ſervos regis.

10. Nathan autem prophetam, & Banaiam, & robuſtos quoſque, & Salomonem fratrem ſuum, non vocavit.

11. Dixit itaque Nathan ad Bethſabee matrem Salomonis: Num audiſti, quòd regnaverit Adonias filius Haggith, & dominus noſter David hoc ignorat?

12. Nunc ergo veni, accipe conſilium à me, & ſalva animam tuam, filiique tui Salomonis.

13. Vade, & ingredere ad regem David, & dic ei: Nonne tu domine mi rex juraſti mihi ancillæ tuæ, dicens: Salomon filius tuus regnabit poſt me, & ipſe ſedebit in ſolio meo? quare ergo regnat Adonias?

14. Et adhuc ibi te loquente cum rege, ego veniam poſt te, & complebo ſermones tuos.

15. Ingreſſa eſt itaque Bethſabee ad regem in cubiculum: rex autem ſenuerat nimis, & Abiſag Sunamitis miniſtrabat ei:

16. inclinavit ſe Bethſabee, & adoravit regem. Ad quam rex, Quid tibi, inquit, vis?

17. Quæ reſpondens, ait: Domine mi, tu juraſti per Dominum Deum tuum ancillæ tuæ, Salomon filius tuus regnabit poſt me, & ipſe ſedebit in ſolio meo.

18. Et ecce nunc Adonias regnat, te, domino mi rex, ignorante.

19. Mactavit boves, & pinguia quæque, & arietes plurimos, & vocavit omnes filios regis, Abiathar quoque ſacerdotem, & Joab principem militiæ: Salomonem autem ſervum tuum non vocavit.

20. Veruntamen domine mi rex, in te oculi reſpiciunt totius Iſraël, ut indices eis, quis ſedere debeat in ſolio tuo, domine mi rex, poſt te.

21. Eritque cùm dormierit dominus meus rex cum patribus ſuis, erimus ego & filius meus Salomon peccatores.

22. Adhuc illâ loquente cum rege, Nathan propheta venit.

23. Et nunciaverunt regi, dicentes: Adeſt Nathan propheta. Cùmque introiſſet in conſpectu regis, & adoraſſet eum pronus in terram,

24. dixit Nathan: Domine mi rex, tu dixiſti: Adonias regnet poſt me, & ipſe ſedeat ſuper thronum meum?

25. Quia deſcendit hodie, & immolavit boves,

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. Mſ. Germ. n. 7. poſt hoc de Vulg. & *Semei*, ſubdit, & *Cerethi*, & *Phaleti Ethei*, quæ abſunt ab eadem Vulg. & Hebr. nec etiam leguntur in Græco.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& pinguia, & arietes plurimos, & vocavit universos filios regis, & principes exercitus, Abiathar quoque sacerdotem: illisque vescentibus, & bibentibus coram eo, & dicentibus: Vivat rex Adonias:

26. Me servum tuum, & Sadoc sacerdotem, & Banaiam filium Joiadæ, & Salomonem famulum tuum, non vocavit.

27. Nunquid à domino meo rege exivit hoc verbum, & mihi non indicasti servo tuo, quis sessurus esset super thronum domini mei regis post eum?

28. Et respondit rex David, dicens: Vocate ad me Bethsabee. Quæ cùm fuisset ingressa coram rege, & stetisset ante eum,

29. juravit rex, & ait: Vivit Dominus, qui eruit animam meam de omni angustia,

30. quia sicut juravi tibi per Dominum Deum Israël, dicens: Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super solium meum pro me: sic faciam hodie.

31. Summissoque Bethsabee in terram vultu, adoravit regem, dicens: Vivat dominus meus David in æternum.

32. Dixit quoque rex David: Vocate mihi Sadoc sacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam filium Joiadæ. Qui cùm ingressi fuissent coram rege,

33. dixit ad eos: Tollite vobiscum servos domini vestri, & imponite Salomonem filium meum super mulam meam: & ducite eum in Gihon:

34. & ungat eum ibi Sadoc sacerdos, & Nathan propheta, in regem super Israël: & canetis buccinâ, atque dicetis: Vivat rex Salomon.

35. Et ascendetis post eum, & veniet, & sedebit super solium meum, & ipse regnabit pro me: illique præcipiam ut sit dux super Israël, & super Judam.

36. Et respondit Banaias filius Joiadæ, regi, dicens: Amen: sic loquatur Dominus Deus domini mei regis.

37. Quomodo fuit Dominus cum domino meo rege, sic sit cum Salomone, & sublimius faciat solium ejus à solio domini mei regis David.

38. Descendit ergo Sadoc sacerdos, & Nathan propheta, & Banaias filius Joiadæ, & Cerethi, & Phelethi: & imposuerunt Salomonem super mulam regis David, & adduxerunt eum in Gihon.

39. Sumpsitque Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, & unxit Salomonem: & cecinerunt buccinâ, & dixit omnis populus: Vivat rex Salomon.

40. Et ascendit universa multitudo post eum, & populus canentium tibiis, & lætantium gaudio magno, & insonuit terra à clamore eorum.

41. Audivit autem Adonias, & omnes qui invitati fuerant ab eo, jamque convivium finitum erat: sed & Joab, audita voce tubæ, ait: Quid sibi vult clamor civitatis tumultuantis?

42. Adhuc illo loquente, Jonathas filius Abiathar sacerdotis venit: cui dixit Adonias: Ingredere, quia vir fortis es, & bona nuncians.

43. Respondit que Jonathas Adoniæ: Nequaquam: dominus enim noster rex David regem constituit Salomonem:

44. misitque cum eo Sadoc sacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam filium Joiadæ, & Cerethi & Phelethi, & imposuerunt eum super mulam regis.

45. Unxeruntque eum Sadoc sacerdos, & Nathan propheta regem in Gihon: & ascenderunt inde lætantes, & insonuit civitas: hæc est vox, quam audistis.

46. Sed & Salomon sedet super solium regni.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. 3. in Luc. t. 1. 1317. d.

47..... adoravit rex David in cubili suo,

VULGATA NOVA.

47. Et ingressi servi regis benedixerunt domino nostro regi David, dicentes: Amplificet Deus nomen Salomonis super nomen tuum, & magnificet thronum ejus super thronum tuum. Et adoravit rex in lectulo suo:

48. & dixit: Benedictus Dominus Deus Israël, qui dedit mihi hodie de semine meo sedentem in throno meo, & oculi mei vident.

48. & locutus est: Benedictus Dominus Deus Israël, qui dedit hodie sedentem in solio meo, videntibus oculis meis.

VULGATA NOVA.

49. Territi sunt ergo, & surrexerunt omnes qui invitati fuerant ab Adonia, & ivit unusquisque in viam suam.

50. Adonias autem timens Salomonem, surrexit, & abiit, tenuitque cornu altaris.

50..... *Vide Not.*

51. Et nunciaverunt Salomoni, dicentes: Ecce Adonias timens regem Salomonem, tenuit cornu altaris, dicens: Juret mihi rex Salomon hodie, quòd non interficiat servum suum gladio.

52. Dixitque Salomon: Si fuerit vir bonus, non cadet ne unus quidem capillus ejus in terram: sin autem malum inventum fuerit in eo, morietur.

53. Misit ergo rex Salomon, & eduxit eum ab altari: & ingressus adoravit regem Salomonem: dixitque ei Salomon: Vade in domum tuam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 47. Ambros. ibid. *Cùm esset nunciatum David regnare Salomonem, adoravit*, &c. ut sup. Gr. Καὶ προσεκύνησεν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὴν κοίτην.

℣. 48. Gr. Καί γε οὕτως εἶπεν Βασιλεύς· Εὐλογητὸς, &c. ut in Lat. sup. detracto uno *mihi*, post *dedit*. Vide sis Auct. l. de promiss. apud Prosp. p. 153. c.

℣. 50. Mss. Corb. 1. & 3. cum Germ. n. 7. huic Vulg. verbo *abiit*, addunt *in tabernaculum Domini*, quod deest tam in Vulg. quàm in Hebr. & Græco.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. APpropinquaverunt autem dies David ut moreretur, præcepitque Salomoni filio suo, dicens:

2. Ego ingredior viam universæ terræ: confortare, & esto vir.

3. Et observa custodias Domini Dei tui, ut ambules in viis ejus, ut custodias cæremonias ejus, & præcepta ejus, & judicia, & testimonia, sicut scriptum est in lege Moysi: ut intelligas universa quæ facis, & quòcunque te verteris: *Deut. 17. 19.*

4. ut confirmet Dominus sermones suos, quos locutus est de me, dicens: Si custodierint filii tui vias suas, & ambulaverint coram me in veritate, in omni corde suo, & in omni anima sua, non auferetur

VULGATA NOVA.

tibi vir de ſolio Iſraël.

5. Tu quoque noſti quæ fecerit mihi Joab filius Sar-
2. Reg. viæ, quæ fecerit duobus principibus exercitus Iſraël,
3. 27. Abner filio Ner, & Amaſæ filio Jether: quos occidit,
2. Reg. & effudit ſanguinem belli in pace, & poſuit cruorem
20. 10. prælii in balteo ſuo, qui erat circa lumbos ejus, & in calceamento ſuo, quod erat in pedibus ejus.

6. Facies ergo juxta ſapientiam tuam, & non deduces canitiem ejus pacificè ad inferos.

7. Sed & filiis Berzellai Galaaditis reddes gra-
2. Reg. tiam, eruntque comedentes in menſa tua: occurre-
19. 31. runt enim mihi quando fugiebam à facie Abſalom fratris tui.

2. Reg. 8. Habes quoque apud te Semei filium Gera filii
16. 5. & Jemini de Bahurim, qui maledixit mihi maledictio-
19. 19. ne peſſima, quando ibam ad Caſtra: ſed quia deſcendit mihi in occurſum cùm tranſirem Jordanem, & juravi ei per Dominum, dicens: Non te interficiam gladio:

9. tu noli pati eum eſſe innoxium. Vir autem ſapiens es, ut ſcias quæ facies ei, deduceſque canos ejus cum ſanguine ad inferos.

Act. 2. 10. Dormivit igitur David cum patribus ſuis, &
29. ſepultus eſt in civitate David.

1. Par. 11. Dies autem quibus regnavit David ſuper Iſ-
29. 27. raël, quadraginta anni ſunt: in Hebron regnavit ſeptem annis: in Jeruſalem, triginta tribus.

12. Salomon autem ſedit ſuper thronum David patris ſui, & firmatum eſt regnum ejus nimis.

13. Et ingreſſus eſt Adonias filius Haggith ad Bethſabee matrem Salomonis. Quæ dixit ei: Pacificuſne eſt ingreſſus tuus? Qui reſpondit: Pacificus.

14. Addiditque: Sermo mihi eſt ad te. Cui ait: Loquere. Et ille:

15. Tu, inquit, noſti, quia meum erat regnum, & me præpoſuerat omnis Iſraël ſibi in regem: ſed translatum eſt regnum, & factum eſt fratris mei: à Domino enim conſtitutum eſt ei.

16. Nunc ergo petitionem unam precor à te; ne confundas faciem meam. Quæ dixit ad eum: Loquere.

17. Et ille ait: Precor ut dicas Salomoni regi (neque enim negare tibi quidquam poteſt) ut det mihi Abiſag Sunamitidem uxorem.

18. Et ait Bethſabee: Bene, ego loquar pro te regi.

19. Venit ergo Bethſabee ad regem Salomonem, ut loqueretur ei pro Adonia: & ſurrexit rex in occurſum ejus, adoravitque eam, & ſedit ſuper thronum ſuum: poſitusque eſt thronus matri regis, quæ ſedit ad dexteram ejus.

20. Dixitque ei: Petitionem unam parvulam ego deprecor à te; ne confundas faciem meam. Et dixit ei rex: Pete mater mea: neque enim fas eſt ut avertam faciem tuam.

21. Quæ ait: Detur Abiſag Sunamitis Adoniæ fratri tuo uxor.

22. Reſponditque rex Salomon, & dixit matri ſuæ: Quare poſtulas Abiſag Sunamitidem Adoniæ? poſtula ei & regnum: ipſe eſt enim frater meus major me, & habet Abiathar ſacerdotem, & Joab filium Sarviæ.

23. Juravit itaque rex Salomon per Dominum, dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia contra animam ſuam locutus eſt Adonias verbum hoc.

24. Et nunc vivit Dominus qui firmavit me, & collocavit me ſuper ſolium David patris mei, & qui fecit mihi domum, ſicut locutus eſt, quia hodie occidetur Adonias.

25. Miſitque rex Salomon per manum Banaiæ filii Joiadæ, qui interfecit eum, & mortuus eſt.

26. Abiathar quoque ſacerdoti dixit rex: Vade in Anathoth ad agrum tuum, equidem vir mortis es: ſed hodie te non interficiam, quia portaſti arcam Domini Dei coram David patre meo, & ſuſtinuiſti laborem in omnibus, in quibus laboravit pater meus.

VULGATA NOVA.

27. Ejecit ergo Salomon Abiathar, ut non
1. Reg. eſſet ſacerdos Domini, ut impleretur ſermo Do-
2. 31. mini, quem locutus eſt ſuper domum Heli in Silo.

VERSIO ANTIQUA.

27. Et depoſuit Salomon Abiathar de ſacer- *Collat. Carthag.* dotio Domini, ut impleatur verbum Domini, 489. c. *ex parte Donat.* quod locutus eſt de domo Heli in Selom.

VULGATA NOVA.

28. Venit autem nuncius ad Joab, quòd Joab declinaſſet poſt Adoniam, & poſt Salomonem non declinaſſet: fugit ergo Joab in tabernaculum Domini, & apprehendit cornu altaris.

VERSIO ANTIQUA. VULGATA NOVA.

Aug. 29..... Vade, oc- 29. Nunciatumque eſt
q. 56. in curre illi..... regi Salomoni, quòd fu-
Jud. 15. giſſet Joab in tabernacu-
12. *t.* 3. lum Domini, & eſſet juxta altare: miſitque Salomon
part. 1. Banaiam filium Joiadæ, dicens: Vade, interfice eum.
624. *b.*

30. Et venit Banaias ad tabernaculum Domini, & dixit ei: Hæc dicit rex: Egredere. Qui ait: Non egrediar, ſed hic moriar. Renuntiavit Banaias regi ſermonem, dicens: Hæc locutus eſt Joab, & hæc reſpondit mihi.

31. Dixitque ei rex: Fac ſicut locutus eſt: & interfice eum, & ſepeli, & amovebis ſanguinem innocentem, qui effuſus eſt à Joab, à me, & à domo patris mei.

32. Et reddet Dominus ſanguinem ejus ſuper caput ejus, quia interfecit duos viros juſtos, melioreſque ſe: & occîdit eos gladio, patre meo David ignorante, Abner filium Ner principem militiæ Iſraël, & Amaſam filium Jether principem exercitus Juda: *2. Reg. 3. 27.* *2. Reg. 20. 10.*

33. & revertetur ſanguis illorum in caput Joab, & in caput ſeminis ejus in ſempiternum. David autem & ſemini ejus, & domui, & throno illius, ſit pax uſque in æternum à Domino.

34. Aſcendit itaque Banaias filius Joiadæ, & aggreſſus eum interfecit: ſepultuſque eſt in domo ſua in deſerto.

35. Et conſtituit rex Banaiam filium Joiadæ pro eo ſuper exercitum, & Sadoc ſacerdotem poſuit pro Abiathar.

36. Miſit quoque rex, & vocavit Semei, dixit-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 27. Gr. habet cum Vulg. ἐξέβαλε, *ejecit*, pro *depoſuit*, paulòque poſt, τοῦ μὴ εἶναι ἱερέα, *ne eſſet ſacerdos*, loco *de ſacerdotio*; ac in fine, ἐπὶ τὸν οἶκον, *ſuper domum*, loco *de domo*. Vide ſis Auct. l. de promiſſ. apud Proſp. p. 153. c.

℣. 29. Aug. ibid. ut probaret verbum *occurrere*, aliquando adhibitum fuiſſe pro *interficere*, hunc verſum allegat: *In Regnorum libro ſcriptum eſt*, inquit, *jubente Salomone, ut homo occideretur*, & *dicente*: Vade, occurre illi; *quod ideo non intelligitur, quia non eſt conſuetudinis apud nos ita dici; ſic enim quod militares poteſtates dicunt*: Vade, alleva illum; & *ſignificat*, occide illum; *quis intelligat, niſi qui illius locutionis conſuetudinem novit? Solet & vulgo apud nos dici*, compendiavit illi, *quod eſt*, occîdit illum, & *hoc nemo intelligit, niſi qui audire conſuevit*. Nota Græcè nunc legi: Πορεύθη, καὶ ἄρελε αὐτόν, *Vade*, & *tolle eum*; at infra ℣. 34. Καὶ ἀπήλθεν αὐτῷ, καὶ ἐθανάτωσεν αὐτόν, & *occurrit ei*, & *occîdit eum*.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

que ei : Ædifica tibi domum in Jeruſalem, & habita ibi : & non egredieris inde huc atque illuc.

37. Quacunque autem die egreſſus fueris, & tranſieris torrentem Cedron, ſcito te interficiendum : ſanguis tuus erit ſuper caput tuum.

38. Dixitque Semei regi : Bonus ſermo : ſicut locutus eſt dominus meus rex, ſic faciet ſervus tuus. Habitavit itaque Semei in Jeruſalem diebus multis.

39. Factum eſt autem poſt annos tres, ut fugerent ſervi Semei ad Achis filium Maacha regem Geth : nunciatumque eſt Semei, quòd ſervi ejus eſſent in Geth.

40. Et ſurrexit Semei, & ſtravit aſinum ſuum : ivitque ad Achis in Geth ad requirendum ſervos ſuos, & adduxit eos de Geth.

41. Nunciatum eſt autem Salomoni, quòd eſſet Semei in Geth de Jeruſalem, & rediiſſet.

42. Et mittens vocavit eum, dixitque illi : Nonne teſtificatus ſum tibi per Dominum, & prædixi tibi : Quacunque die egreſſus, ieris huc & illuc, ſcito te eſſe moriturum ? Et reſpondiſti mihi : Bonus ſermo, quem audivi.

43. Quare ergo non cuſtodiſti jusjurandum Domini, & præceptum quod præceperam tibi ?

44. Dixitque rex ad Semei : Tu noſti omne malum, cujus tibi conſcium eſt cor tuum, quod feciſti David patri meo : reddidit Dominus malitiam tuam in caput tuum.

45. Et rex Salomon benedictus, & thronus David erit ſtabilis coram Domino uſque in ſempiternum.

46. Juſſit itaque rex Banaiæ filio Joiadæ : qui egreſſus, percuſſit eum, & mortuus eſt.

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

2. Par. 1. 1. 1. CONfirmatum eſt igitur regnum in manu Salomonis, & affinitate conjunctus eſt Pharaoni regi Ægypti : accepit namque filiam ejus, & adduxit in
2. Par. 8. 11. civitatem David, donec compleret ædificans domum ſuam, & domum Domini, & murum Jeruſalem per circuitum.

2. Attamen populus immolabat in excelſis : non enim ædificatum erat templum nomini Domini uſque in diem illum.

3. Dilexit autem Salomon Dominum, ambulans in præceptis David patris ſui, excepto quòd in excelſis immolabat, & accendebat thymiama.

4. Abiit itaque in Gabaon, ut immolaret ibi : illud quippe erat excelſum maximum : mille hoſtias in holocauſtum obtulit Salomon ſuper altare illud in Gabaon.

VERSIO ANTIQUA.

Auct. l. de promiſſ. 153. c. 5..... Pete tibi aliquam petitionem.....

VULGATA NOVA.

5. Apparuit autem Dominus Salomoni per ſomnium nocte, dicens : Poſtula quod vis ut dem tibi.

VULGATA NOVA.

6. Et ait Salomon : Tu feciſti cum ſervo tuo David patre meo miſericordiam magnam, ſicut ambulavit in conſpectu tuo in veritate, & juſtitia, & recto corde tecum : cuſtodiſti ei miſericordiam tuam grandem, & dediſti ei filium ſedentem ſuper thronum ejus, ſicut eſt hodie.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. in Pſ. 118. 1. 11. 208. e. 7..... ego ſum puer humilis, & ignoro introitum meum & exitum meum.

8. Et ſervus tuus in medio populi tui, quem elegiſti, populum multum, ſicut arenam maris, quæ dinumerari non poteſt præ multitudine.

9. Et dabis ſervo tuo cor prudens, audire & judicare cum juſtitia populum tuum, & intelligere inter bonum & malum.....

Hieron. l. 2. in ep. ad Eph. t. 4. 349. f. 11..... Pro eo quòd petiiſti à me verbum iſtud, & non petiiſti tibi dies multos, nec poſtulaſti divitias, nec animas inimicorum tuorum, ſed petiiſti ut intelligeres, & audires judicium :

VULGATA NOVA.

7. Et nunc Domine Deus, tu regnare feciſti ſervum tuum pro David patre meo : ego autem ſum puer parvulus, & ignorans egreſſum & introitum meum.

8. Et ſervus tuus in medio eſt populi, quem elegiſti, populi infiniti, qui numerari & ſupputari non poteſt præ multitudine.

9. Dabis ergo ſervo tuo cor docile, ut populum tuum judicare poſſit, & diſcernere inter bonum & malum : quis enim poterit judicare populum iſtum, populum tuum hunc multum ? 2. Par. 1. 10.

10. Placuit ergo ſermo coram Domino, quòd Salomon poſtulaſſet hujuſcemodi rem.

11. Et dixit Dominus Salomoni : Quia poſtulaſti verbum hoc, & non petiſti tibi dies multos, nec divitias, aut animas inimicorum tuorum, ſed poſtulaſti tibi ſapientiam ad diſcernendum judicium :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Idem Auct. ibid. *In principio regni ejus viſus eſt ei Dominus per ſomnium, dicens : Pete tibi aliquam petitionem ; nihilque aliud expetit quàm ſapientiam :* quæ ſatis Græco reſpondent.

℣. 7. Sic eſt in Græco, niſi quòd loco *humilis*, legitur μικρὸν, *parvus*, & pro *ignoro*, οὐκ οἶδα, *non novi*, quod idem ſonat : vox etiam *exitum*, ibi ponitur ante *introitum ;* at in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. poſtponitur ut ſupra.

℣. 8. Græc. ipſo initio habet : Ὁ δὲ λαός σου, *Servus autem tuus ;* & in fine, loco *ſicut arenam..... præ multitudine*, ſimpliciter ὃς οὐκ ἀριθμηθήσεται, *qui non numerabitur*, demtis his, *ſicut arenam maris*, & *præ multitudine :* Mſ. tamen Alex. verbo ἀριθμηθήσεται, addit ὑφισθήσεται ἀπὸ πλήθους, in edit Compl. ἀριθμηθήσεται ἀπὸ τοῦ πλήθους, ὃ οὐ διαγνωσθήσεται, *non numerabitur præ multitudine*, & *non ſupputabitur.*

℣. 9. A Græco abeſt vox *prudens*, (ed. tamen Compl. hab. καρδίαν φρονίμην) exinde pro *judicare*, ſic, διακρίνειν, *dijudicare*, translato ſeq. ἐν δικαιοσύνῃ, *in juſtitia*, poſt *tuum*. Idem Ambroſ. l. 2. offic. c. 8. to. 2. 81. e. ait : *Salomon ita poposcit ſapientiam, ut daretur ſibi cor prudens, audire, & judicare cum juſtitia.* Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 27. apud Proſp. col. 153. d. *Dabis, Domine, ſervo tuo cor ſapiens ad judicandum, gubernandumque populum tuum.*

℣. 11. Ita in Græco, niſi quòd quartò præponitur αἰτήσω, *petiiſti*, voci *animas*, ut & ἑαυτῷ, *tibi ipſi*, his, *ut intelligeres* & *audires*, quorum loco habetur τοῦ συνιέναι τοῦ εἰσακοῦσαι, i. e. *intelligere ad exaudiendum*, ex Nobilio.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

12. ecce feci tibi ſecundùm ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens & intelligens, in tantum ut nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit.

VERSIO ANTIQUA.

12. ecce feci verbum tuum, & dedi tibi cor prudens & ſapiens: ſicut tu non fuit ante te, & poſt te non ſurget ſimilis tibi. *Hieron. ubi ſup.*

VULGATA NOVA.

Sap. 7. 11. Matth. 6. 29.

13. Sed & hæc, quæ non poſtulaſti, dedi tibi: divitias ſcilicet, & gloriam, ut nemo fuerit ſimilis tui in regibus cunctis retro diebus.

14. Si autem ambulaveris in viis meis, & cuſtodieris præcepta mea, & mandata mea, ſicut ambulavit pater tuus, longos faciam dies tuos.

15. Igitur evigilavit Salomon, & intellexit quòd eſſet ſomnium: cùmque veniſſet Jeruſalem, ſtetit coram arca fœderis Domini, & obtulit holocauſta, & fecit victimas pacificas, & grande convivium univerſis famulis ſuis.

VULGATA NOVA.

16. Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad regem, ſteteruntque coram eo,

17. quarum una ait: Obſecro, mi domine: ego & mulier hæc habitabamus in domo una, & peperi apud eam in cubiculo.

18. Tertia autem die poſtquam ego peperi, peperit & hæc: & eramus ſimul, nulluſque alius nobiſcum in domo, exceptis nobis duabus.

19. Mortuus eſt autem filius mulieris hujus nocte: dormiens quippe oppreſſit eum.

20. Et conſurgens intempeſtæ noctis ſilentio, tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis, & collocavit in ſinu ſuo: ſuum autem filium, qui erat mortuus, poſuit in ſinu meo.

21. Cùmque ſurrexiſſem manè ut darem lac filio meo, apparuit mortuus: quem diligentiùs intuens clara luce, deprehendi non eſſe meum quem genueram.

22. Reſponditque altera mulier: Non eſt ita ut dicis, ſed filius tuus mortuus eſt, meus autem vivit. E contrario illa dicebat: Mentiris: filius quippe meus vivit, & filius tuus mortuus eſt. Atque in hunc modum contendebant coram rege.

23. Tunc rex ait: Hæc dicit, Filius meus vivit, & filius tuus mortuus eſt. Et iſta reſpondit, Non, ſed filius tuus mortuus eſt, meus autem vivit.

24. Dixit ergo rex: Afferte mihi gladium. Cùmque attuliſſent gladium coram rege,

25. Dividite, inquit, infantem vivum in duas

VERSIO ANTIQUA.

16. Tunc apparuerunt duæ mulieres meretrices regi Salomoni, & ſteterunt in conſpectu ejus: *Aug. ſerm. 10. t. 5. 64. b. ſeq.*

17. & dixit mulier una: Animadverte, domine: ego & mulier hæc habitabamus in domo una, & peperi in domo.

18. Et contigit die tertio poſtquam peperi, peperit etiam hæc mulier filium: & eramus in uno, & non erat quiſquam nobiſcum, præter ambas nos in domo.

19. Et mortuus eſt filius mulieris hujus per noctem: mox dormivit ſuper eum.

20. Et ſurrexit media nocte, & tulit filium meum ab aſcellis meis, & collocavit in ſinu ſuo, & filium ſuum mortuum in ſinu meo.

21. Et ſurrexi manè dare lac filio meo, & ille erat mortuus: conſideravi eum manè, & ecce non erat filius meus quem peperi.

22. Et dixit mulier illa alia: Non, ſed filius meus eſt qui vivit, filius autem tuus qui mortuus eſt. Et ipſa dixit: Non, filius tuus eſt ille mortuus, & meus filius eſt qui vivit. Et locutæ ſunt in conſpectu regis.

23. Et dixit eis rex: Tu dicis, Hic eſt filius meus qui vivit, & filius ejus mortuus eſt. Et tu dicis, Non, ſed filius meus vivit, & filius ejus mortuus eſt.

24. Et ait rex: Afferte mihi machæram. Et obtulerunt ei machæram in conſpectu regis:

25. & dixit rex: Dividite puerum qui vivit in

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 12. Itidem Græcè, exceptis duobus, *κατὰ*, *ſecundùm*, poſito ante *verbum*, & *ἰδὲ*, *ecce*, loco &, ante *dedi*; in edit. Compl. *καὶ ἰδέ*. Auct. quæſt. Nov. Teſt. q. 91. apud Aug. to. 3. p. 83. b. ſic habet: *Ecce dedi tibi cor ſapiens & prudens, quale non fuit ante te; & poſt te non exſurget vir ſimilis tibi.*

℣. 16. Una vox *Salomoni*, abeſt à Græco; reliqua ad verbum ut ſup. niſi excipias iſtud, *ὠφθησαν*, loco *apparuerunt*, quæ idem ſonant. Ambroſ. l. 2. offic. 8. to. 2. 80. f. eadem narrat his verbis: *Duæ mulieres in conſpectu regis Salomonis ſteterunt in conſpectu ejus.* Item Auctor l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 153. d. quem vide.

℣. 17. Aptè ad Græc. excepto verbo *animadverte*, pro quo ſimpliciter *ἐν ἐμοί*, *in me*; item *peperi*, pro quo *ἐτέκομεν*, *peperimus*, ni fortè ſcriptum fuerit *ἐτεκόμην* aoriſt. 2. med. in Compl. *ἔτεκον*. Ambroſ. l. 2. offic. 80. f. ſic pergit: *Et dixit una ad eum: Audi me, domine: ego & hæc mulier in uno habitantes cubiculo, ante diem tertium*, &c.

℣. 18. Vix meliùs è Græco, niſi quòd pro *contigit*, habetur *ἐγενήθη ἐν*, *factum eſt in*, deleta paulò poſt voce *filium*, poſt hanc, *mulier*; in edit. Compl. legitur *γυνὴ αὕτη υἱόν*, deinde *καὶ ἦμεν κατὰ τὸ αὐτὸ, καὶ οὐκ ἦν*, ut ſup. loco *καὶ ἡμεῖς κατα..... καὶ οὐκ ἔσι*, quod eſt in Mſ. Vat. &c. Ambroſ. l. 2. offic. 80. f. alludens ſic pergit: *Ante diem tertium partu edito, ſingulos filios ſuſcepimus, & eramus unà; arbiter nullus domi, nec ulla alia nobiſcum femina, niſi nos ſolæ.*

℣. 19. Singula quadrant ad Gr. ni excipias unum, *mox dormivit*, pro quo *ὡς ἐπεκοιμήθη*, *poſtquam incubuit*, vel *ut incubuit*; nec malè Ambroſ. l. 2. offic. 81. a. *Et mortuus eſt filius ejus hac nocte, ut obdormivit ſuper eum.*

℣. 20. Gr. addit *αὐτὸν*, *eum*, verbo *collocavit*, rurſumque *ἐκοίμισεν*, ad *mortuum*; cætera ad verbum ut ſup. Similiter hab. Ambroſ. l. 2. offic. 81. a. *Et ſurrexit media nocte, & accepit filium meum de ſinu meo, & collocavit eum in gremio ſuo, & filium ſuum mortuum poſuit in ſinu meo.*

℣. 21. Ita in Græco, præpoſito uno *καὶ ἰδὲ*, *& ecce*, verbo *conſideravi*; in Compl. deeſt *ἰδέ*. Nota pro *dare lac*, ſimpliciter haberi *θηλάσαι*, *ad lactandum*. Ap. Ambroſ. l. 2. offic. 81. a. ſic: *Et ſurrexi manè ut lactarem parvulum, & inveni mortuum: & conſideravi illum diluculo, & non erat filius meus.*

℣. 22. In Gr. deeſt *illa*, poſt *mulier*, ſicut *eſt*, poſt *meus*; deſunt pariter ſeqq. *Et ipſa dixit*, &c. ad hoc, *Et locutæ ſunt*; cætera quadrant: ſolus Mſ. Alex. hab. ſed inverſo ordine, *Ἀλλ' ἡ ὁ υἱός ζῇ ἐστὶν ὁ νεκρὸς, υἱός σε ἐμὸς ὁ ζῶν· ἡ δὲ λαλῇ, καὶ αὕτη ἔλεγεν· Οὐχί, ἀλλ' ὁ υἱός μου ὁ ζῶν, ὁ δὲ υἱός ζῇ ὁ τεθνηκώς*, &c. Ambroſ. l. 2. offic. 81. b. *Et reſpondit altera: Non, ſed filius meus eſt, qui vivit; filius autem tuus, qui mortuus eſt.*

℣. 23. In Græco deeſt *eſt*, poſt *hic*, & pro 1. *ejus*, habetur *ταύτης*, *hujus*, cui additur *ὁ*, *qui*, ut & poſt ult. *meus*, & poſt ult. *ejus*; in cod. Vat. & al. loco *ejus*, ponitur *ζῇ*, *tuus*; ſola edit Compl. hab. *ταύτης*, ut ſup. Ambroſ. l. 2. offic. 81. a. ſic enarrare pergit: *Et hæc erat contentio, cùm utraque filium ſibi vindicarent ſuperſtitem, defunctum autem ſuum negarent.*

℣. 24. Ita in Græco, præter unum *λάβετε*, *ſumite*, pro *afferte*, abſque ſeqq. *mihi*, & *ei*; Mſ. Alex. habet cum editt. Ald. & Compl. *λάβετέ μοι*. Ambroſ. l. 2. offic. 81. a. *Tunc rex juſſit afferri machæram.*

℣. 25. Hæc tantùm diſcrepant à Græco, nempe *qui vi-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ubi ſup. duas partes, & date dimidium ejus huic, & dimidium ejus huic.

26. Et reſpondit mulier, cujus erat filius qui vivebat, & dixit ad regem: (quoniam conturbata eſt vulva ejus ſuper filio ſuo:) & dixit: Animadvertite domine, date ei puerum, & nolite eum morte afficere. Et hæc dixit: Neque mihi, neque huic ſit, ſed dividite illum.

27. Et reſpondit rex, & dixit ei mulieri, quæ dixit, Date eum illi, & morte nolite eum afficere: quia hæc eſt mater ejus.

Ambr. l. 2. offic. c. 2. 81. a. 28. Audivit omnis Iſraël hoc judicium quod judicavit rex, & timuerunt à facie regis, eò quòd intellectus Dei in eo eſſet ut faceret juſtitiam.

VULGATA NOVA.

partes, & date dimidiam partem uni, & dimidiam partem alteri.

26. Dixit autem mulier, cujus filius erat vivus, ad regem: (commota ſunt quippe viſcera ejus ſuper filio ſuo:) Obſecro domine, date illi infantem vivum, & nolite interficere eum. E contrario illa dicebat: Nec mihi, nec tibi ſit, ſed dividatur.

27. Reſpondit rex, & ait: Date huic infantem vivum, & non occidatur: hæc eſt enim mater ejus.

28. Audivit itaque omnis Iſraël judicium quod judicaſſet rex, & timuerunt regem, videntes ſapientiam Dei eſſe in eo ad faciendum judicium.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

vit in duas partes, pro quibus, τὸ ζῶν τὸ θηλάζον εἰς δύο, *viventem lactantem in duo.* Ambroſ. l. 2. offic. 81. b. *Juſſit..... infantem dividi, ac ſingulas partes dari ſingulis, dimidiam uni, & dimidiam alteri.* Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 154. a. *Dividite parvulum vivum in duas partes, & date dimidium huic, & dimidium huic.*

℣. 26. Nonnulla differunt Græcè, nempe ἐν ἐμοὶ, *in me*, loco *animadvertite*; & infra αὐτῇ, *illi*, pro *huic*, abſque ſeqq. *ſed*, & *illum*; in edit. tamen Ald. habetur ταυτῇ, dein in Compl. & Mſ. Alex. διέλεσε αὐτό. Ambr. l. 2. offic. 81. b. alludens ut ſup. *Exclamat mulier quæ vero erat affectu percita: Nequaquam, domine, infantem dividas, detur potiùs illi, & vivat, & non interficias eum. At illa reſpondit altera: Neque meus, neque bujus ſit infans, dividite eum.*

℣. 27. Græcè, loco *ei mulieri*, habetur, Δότε τὸ παιδίον τῇ, *Date puerum ei*, ſola edit. Compl. addit γυναικί: extremò deeſt *quia*, ut & ſeq. *eſt*; cætera quadrant. Ap. Ambr. l. 2. offic. 81. c. ſic: *Et ſtatuit rex dari infantem ei mulieri quæ dixerat, Nolite interficere eum, ſed date eum illi mulieri; quia mota ſunt, inquit, viſcera ejus in filio ſuo.*

℣. 28. Similiter in Græco, præter ſeqq. ἐ ἤκουσαν, & *audierunt*, pro *audivit*, ſolus Mſ. Alex. hab. ἤκουσεν; item poſt vocem *regis*, ſic legitur: ὅτι εἶδον, ὅτι φρόνησις Θεοῦ ἐν αὐτῷ τοῦ ποιεῖν δικαίωμα· *quoniam viderunt, quia prudentia Dei in illo ad faciendam juſtificationem.*

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. ERat autem rex Salomon regnans ſuper omnem Iſraël:

2. & hi principes quos habebat: Azarias filius Sadoc ſacerdotis:

3. Elihoreph & Ahia filii Siſa ſcribæ: Joſaphat filius Ahilud à commentariis:

4. Banaias filius Joiadæ ſuper exercitum: Sadoc autem, & Abiathar ſacerdotes.

5. Azarias filius Nathan, ſuper eos qui aſſiſtebant regi: Zabud filius Nathan ſacerdos, amicus regis:

6. & Ahiſar præpoſitus domus: & Adoniram filius Abda ſuper tributa.

7. Habebat autem Salomon duodecim præfectos ſuper omnem Iſraël, qui præbebant annonam regi & domui ejus: per ſingulos enim menſes in anno, ſinguli neceſſaria miniſtrabant.

8. Et hæc nomina eorum: Benhur, in monte Ephraim.

9. Bendecar, in Macces, & in Salebim, & in Bethſames, & in Elon, & in Bethanan.

10. Benheſed in Aruboth: ipſius erat Socho, & omnis terra Epher.

11. Benabinadab, cujus omnis Nephath dor, Tapheth filiam Salomonis habebat uxorem.

12. Bana filius Ahilud regebat Thanac & Mageddo, & univerſam Bethſan, quæ eſt juxta Sarthana ſubter Jezrael, à Bethſan uſque Abelmehula è regione Jecmaan.

13. Bengaber in Ramoth Galaad: habebat Avothiair filii Manaſſe in Galaad, ipſe præerat in omni regione Argob, quæ eſt in Baſan, ſexaginta civitatibus magnis atque muratis, quæ habebant ſeras æreas.

14. Ahinadab filius Addo præerat in Manaim.

15. Achimaas in Nephthali: ſed & ipſe habebat Baſemath filiam Salomonis in conjugio.

16. Baana filius Huſi, in Aſer, & in Baloth.

17. Joſaphat filius Pharue, in Iſſachar.

18. Semei filius Ela, in Benjamin.

19. Gaber filius Uri, in terra Galaad, in terra Sehon regis Amorrhæi & Og regis Baſan, ſuper omnia quæ erant in illa terra.

20. Juda & Iſraël innumerabiles, ſicut arena maris in multitudine: comedentes, & bibentes, atque lætantes.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. quæſt. 21. in Joſ. t. 3. 590. a. 21..... & erat dominans in omnibus regibus à flumine uſque ad terram Philiſthiim, & uſque ad fines Ægypti.

VULGATA NOVA.

21. Salomon autem erat in ditione ſua, habens omnia regna à flumine terræ *Philiſthiim* uſque ad terminum Ægypti: offerentium ſibi munera, & ſervientium ei cunctis diebus vitæ ejus. *Eccli.* 47. 15.

VULGATA NOVA.

22. Erat autem cibus Salomonis per dies ſingulos, triginta cori ſimilæ, & ſexaginta cori farinæ,

23. decem boves pingues, & viginti boves paſcuales, & centum arietes, excepta venatione cervorum, caprearum, atque bubalorum, & avium altilium.

24. Ipſe enim obtinebat omnem regionem quæ erat trans flumen, à Thaphſa uſque ad Gazam, & cunctos reges illarum regionum: & habebat pacem ex omni parte in circuitu.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 21. Hæc apud LXX. non exſtant eò loci, ſed infra, c. 10. ℣. 26. ubi loco *dominans in omnibus regibus*, legitur ἡγούμενος πάντων τῶν βασιλέων, *dux omnium regum*, & pro *Philiſthiim*, ἀλλοφύλων, *alienigenarum*, præpoſito ἐν, 1. *uſque*. Verùm cuncta iſta abſunt ab edit. Compl.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

25. Habitabatque Juda & Iſraël abſque timore ullo, unuſquiſque ſub vite ſua, & ſub ficu ſua, à Dan uſque Berſabee, cunctis diebus Salomonis.

2. Par. 9. 25. 26. Et habebat Salomon quadraginta millia præſepia equorum currilium, & duodecim millia equeſtrium.

27. Nutriebantque eos ſupradicti regis præfecti: ſed & neceſſaria menſæ regis Salomonis, cum ingenti cura præbebant in tempore ſuo.

28. Hordeum quoque, & paleas equorum & jumentorum deferebant in locum ubi erat rex, juxta conſtitutum ſibi.

29. Dedit quoque Deus ſapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, quaſi arenam, quæ eſt in littore maris.

29..... *Vide Not.*

30. Et præcedebat ſapientia Salomonis ſapientiam omnium orientalium & Ægyptiorum,

31. & erat ſapientior cunctis hominibus: ſapientior Ethan Ezrahita, & Heman, & Chalcol, & Dorda, filiis Mahol: & erat nominatus in univerſis gentibus per circuitum. *Eccli. 47. 16.*

32. Locutus eſt quoque Salomon tria millia parabolas: & fuerunt carmina ejus quinque & mille.

33. Et diſputavit ſuper lignis, à cedro quæ eſt in Libano, uſque ad hyſſopum quæ egreditur de pariete: & diſſeruit de jumentis, & volucribus, & reptilibus, & piſcibus.

34. Et veniebant de cunctis populis ad audiendam ſapientiam Salomonis, & ab univerſis regibus terræ, qui audiebant ſapientiam ejus.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 29. Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. 926. b. *Scriptura dicit, Quia talis erat latitudo cordis ejus, ſicut arena maris innumerabilis:* ſimiliter in Pſ. 118. 1017. a. Gr. Καὶ ἔδωκε Κύριος φρόνησιν τῷ Σαλωμὼν, καὶ ζοφίαν πολλὴν σφόδρα, καὶ χύμα καρδίας, ὡς ἡ ἄμμος ἡ παρὰ τὴν θάλασσαν. *Et dedit Dominus prudentiam Salomoni, & ſapientiam multam valde, & amplitudinem cordis, ſicut arena quæ juxta mare.*

CAPUT V.

VULGATA NOVA.

1. MIſit quoque Hiram rex Tyri ſervos ſuos ad Salomonem: audivit enim quòd ipſum unxiſſent regem pro patre ejus: quia amicus fuerat Hiram David omni tempore.

2. Miſit autem Salomon ad Hiram, dicens:

3. Tu ſcis voluntatem David patris mei, & quia non potuerit ædificare domum nomini Domini Dei ſui propter bella imminentia per circuitum, donec daret Dominus eos ſub veſtigio pedum ejus.

4. Nunc autem requiem dedit Dominus Deus meus mihi per circuitum: & non eſt ſatan, neque occurſus malus.

5. Quamobrem cogito ædificare templum nomini Domini Dei mei, ſicut locutus eſt Dominus David patri meo, dicens: Filius tuus, quem dabo pro te ſuper ſolium tuum, ipſe ædificabit domum nomini meo. 2. Reg. 7. 13. 1. Par. 22. 10.

6. Præcipe igitur ut præcidant mihi ſervi tui cedros de Libano, & ſervi mei ſint cum ſervis tuis: mercedem autem ſervorum tuorum dabo tibi quamcunque petieris: ſcis enim quomodo non eſt in populo meo vir qui noverit ligna cædere ſicut Sidonii.

7. Cùm ergo audiſſet Hiram verba Salomonis, lætatus eſt valde, & ait: Benedictus Dominus Deus hodie, qui dedit David filium ſapientiſſimum ſuper populum hunc plurimum.

8. Et miſit Hiram ad Salomonem, dicens: Audivi quæcunque mandaſti mihi: ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis & abiegnis.

8..... 9. *Vide Not.*

9. Servi mei deponent ea de Libano ad mare: & ego componam ea in ratibus in mari, uſque ad locum quem ſignificaveris mihi; & applicabo ea ibi, & tu tolles ea: præbebiſque neceſſaria mihi, ut detur cibus domui meæ.

10. Itaque Hiram dabat Salomoni ligna cedrina, & ligna abiegna, juxta omnem voluntatem ejus.

11. Salomon autem præbebat Hiram, coros tritici viginti millia, in cibum domui ejus, & viginti coros puriſſimi olei: hæc tribuebat Salomon Hiram per ſingulos annos.

12. Dedit quoque Dominus ſapientiam Salomoni, ſicut locutus eſt ei: & erat pax inter Hiram & Salomonem, & percuſſerunt ambo fœdus. *Sup. 3. 12.*

13. Elegitque rex Salomon operarios de omni Iſraël, & erat indictio triginta millia virorum.

14. Mittebatque eos in Libanum, decem millia per menſes ſingulos viciſſim, ita ut duobus menſibus eſſent in domibus ſuis: & Adoniram erat ſuper hujuſcemodi indictione.

15. Fueruntque Salomoni ſeptuaginta millia eorum qui onera portabant, & octoginta millia latomorum in monte:

16. abſque præpoſitis qui præerant ſingulis operibus, numero trium millium & trecentorum, præcipientium populo & his qui faciebant opus.

17. Præcepitque rex ut tollerent lapides grandes, lapides pretioſos, in fundamentum templi, & quadrarent eos:

18. quos dolaverunt cæmentarii Salomonis, & cæmentarii Hiram: porro Giblii præparaverunt ligna & lapides ad ædificandam domum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 8. 9. Eò ſpectant quæ hab. S. Paulin. ep. 23. 139. b. 140. a. *Abietes bonæ & nigræ adducentes naves Tharſis.* Gr. ξύλα κέδρινα καὶ πεύκινα, οἱ δοῦλοί μου καταξήσουσιν αὐτὰ ἐκ τοῦ Λιβάνου εἰς τὴν θάλασσαν, *ligna cedrina & abiegna, ſervi mei deducent ea de Libano ad mare.*

CAPUT VI.

VULGATA NOVA.

1. FActum eſt ergo quadringenteſimo & octogeſimo anno egreſſionis filiorum Iſraël de terra Ægypti, in anno quarto, menſe Zio, (ipſe eſt menſis ſecundus) regni Salomonis ſuper Iſraël, ædificari cœpit domus Domino. 2. Par. 3. 1.

2. Domus autem, quam ædificabat rex Salomon Domino, habebat ſexaginta cubitos in longitudine, & viginti cubitos in latitudine, & triginta cubitos in altitudine.

3. Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis, juxta menſuram latitudinis templi: & habebat decem cubitos latitudinis ante faciem

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

templi.

4. Fecitque in templo feneſtras obliquas.

5. Et ædificavit ſuper parietem templi tabulata per gyrum, in parietibus domus per circuitum templi & oraculi, & fecit latera in circuitu.

6. Tabulatum quod ſubter erat, quinque cubitos habebat latitudinis, & medium tabulatum ſex cubitorum latitudinis, & tertium tabulatum ſeptem habens cubitos latitudinis. Trabes autem poſuit in domo per circuitum forinſecus, ut non hærerent muris templi.

7. Domus autem cùm ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata eſt: & malleus, & ſecuris, & omne ferramentum, non ſunt audita in domo cùm ædificaretur. 7..... *Vide Not.*

8. Oſtium lateris medii in parte erat domus dextræ: & per cochleam aſcendebant in medium cœnaculum, & à medio in tertium.

9. Et ædificavit domum, & conſummavit eam: texit quoque domum laquearibus cedrinis.

10. Et ædificavit tabulatum ſuper omnem domum quinque cubitis altitudinis, & operuit domum lignis cedrinis.

11. Et factus eſt ſermo Domini ad Salomonem, dicens:

12. Domus hæc, quam ædificas, ſi ambulaveris in præceptis meis, & judicia mea feceris, & cuſtodieris omnia mandata mea, gradiens per ea: firmabo
2. Reg. 7. 16. ſermonem meum tibi, quem locutus ſum ad David patrem tuum.

1. Par. 22. 9. 13. Et habitabo in medio filiorum Iſraël, & non derelinquam populum meum Iſraël.

14. Igitur ædificavit Salomon domum, & conſummavit eam.

15. Et ædificavit parietes domus intrinſecus tabulatis cedrinis, à pavimento domus uſque ad ſummitatem parietum, & uſque ad laquearia, operuit lignis cedrinis intrinſecus; & texit pavimentum domus tabulis abiegnis.

16. Ædificavitque viginti cubitorum ad poſteriorem partem templi tabulata cedrina, à pavimento uſque ad ſuperiora: & fecit interiorem domum oraculi in Sanctum ſanctorum.

17. Porro quadraginta cubitorum erat ipſum templum pro foribus oraculi.

18. Et cedro omnis domus intrinſecus veſtiebatur, habens tornaturas & juncturas ſuas fabrefactas, & cælaturas eminentes: omnia cedrinis tabulis veſtiebantur: nec omnino lapis apparere poterat in pariete.

19. Oraculum autem in medio domus, in interiori parte fecerat, ut poneret ibi arcam fœderis Domini.

20. Porro oraculum habebat viginti cubitos longitudinis, & viginti cubitos latitudinis, & viginti cubitos altitudinis: & operuit illud, atque veſtivit auro puriſſimo: ſed & altare veſtivit cedro.

21. Domum quoque ante oraculum operuit auro puriſſimo, & affixit laminas clavis aureis.

22. Nihilque erat in templo quod non auro tegeretur: ſed & totum altare oraculi texit auro.

23. Et fecit in oraculo duos cherubim de lignis olivarum, decem cubitorum altitudinis.

24. Quinque cubitorum ala cherub una, & quinque cubitorum ala cherub altera: id eſt, decem cubitos habentes, à ſummitate alæ unius uſque ad alæ alterius ſummitatem.

25. Decem quoque cubitorum erat cherub ſecundus: in menſura pari, & opus unum erat in duobus cherubim,

26. id eſt, altitudinem habebat unus cherub decem cubitorum, & ſimiliter cherub ſecundus.

27. Poſuitque cherubim in medio templi interioris: extendebant autem alas ſuas cherubim, & tangebat ala una parietem, & ala cherub ſecundi tangebat parietem alterum: alæ autem alteræ in media parte templi ſe invicem contingebant.

28. Texit quoque cherubim auro.

29. Et omnes parietes templi per circuitum ſculpſit variis cælaturis & torno: & fecit in eis cherubim, & palmas, & picturas varias, quaſi prominentes de pariete, & egredientes.

30. Sed & pavimentum domus texit auro intrinſecus & extrinſecus.

31. Et in ingreſſu oraculi fecit oſtiola de lignis olivarum, poſteſque angulorum quinque.

32. Et duo oſtia de lignis olivarum: & ſculpſit in eis picturam cherubim, & palmarum ſpecies, & anaglypha valde prominentia: & texit ea auro: & operuit tam cherubim quàm palmas, & cætera, auro.

33. Fecitque in introitu templi poſtes de lignis olivarum quadrangulatos:

34. & duo oſtia de lignis abiegnis altrinſecus: & utrumque oſtium duplex erat, & ſe invicem tenens aperiebatur.

35. Et ſculpſit cherubim, & palmas, & cælaturas valde eminentes: operuitque omnia laminis aureis opere quadro ad regulam.

36. Et ædificavit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, & uno ordine lignorum cedri.

37. Anno quarto fundata eſt domus Domini in menſe Zio:

38. & in anno undecimo, menſe Bul (ipſe eſt menſis octavus) perfecta eſt domus in omni opere ſuo, & in univerſis utenſilibus ſuis: ædificavitque eam annis ſeptem.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Huic reſpondent quæ Ambr. ait l. 2. de interp. Dav. c. 7. to. 1. 649. b. *Scriptum eſt: Ne ſecuris & malleus domum Dei intret.* Item S. Paulin. ep. 32. 214. a. *Malleus & ſecuris, & omne vas ferreum non audiatur in ea.* Similiter in Gr. Καὶ σφῦρα, καὶ πέλεκυς, καὶ πᾶν σκεῦος σιδηροῦν οὐκ ἠκούσθη ἐν τῷ οἴκῳ, &c. Vide ſis Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 154. b.

CAPUT VII.

VULGATA NOVA.

Inf. 9. 10. 1. DOmum autem ſuam ædificavit Salomon tredecim annis, & ad perfectum uſque perduxit.

2. Ædificavit quoque domum ſaltus Libani centum cubitorum longitudinis, & quinquaginta cubitorum latitudinis, & triginta cubitorum altitudinis: & quatuor deambulacra inter columnas cedrinas: ligna quippe cedrina exciderat in columnas.

3. Et tabulatis cedrinis veſtivit totam cameram, quæ quadraginta quinque columnis ſuſtentabatur. Unus autem ordo habebat columnas quindecim,

4. contra ſe invicem poſitas,

5. & è regione ſe reſpicientes, æquali ſpatio inter columnas, & ſuper columnas quadrangulata ligna in cunctis æqualia.

6. Et porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis, & triginta cubitorum latitudinis: & alteram porticum in facie majoris porticus:

Digitized by Google

& columnas, & epiſtylia ſuper columnas.

7. Porticum quoque ſolii, in qua tribunal eſt, fecit: & texit lignis cedrinis à pavimento uſque ad ſummitatem.

8. Et domuncula, in qua ſedebatur ad judicandum, erat in media porticu, ſimili opere. Domum
Sup. 3. quoque fecit filiæ Pharaonis (quam uxorem duxerat
1. Salomon) tali opere, quali & hanc porticum.

9. Omnia lapidibus pretioſis, qui ad normam quandam atque menſuram tam intrinſecus quàm extrinſecus ſerrati erant: à fundamento uſque ad ſummitatem parietum, & extrinſecus uſque ad atrium majus.

10. Fundamenta autem de lapidibus pretioſis, lapidibus magnis decem ſive octo cubitorum.

11. Et deſuper lapides pretioſi æqualis menſuræ ſecti erant, ſimiliterque de cedro.

12. Et atrium majus rotundum, trium ordinum de lapidibus ſectis, & unius ordinis de dolata cedro: necnon & in atrio domus Domini interiori, & in porticu domus.

13. Miſit quoque rex Salomon, & tulit Hiram de Tyro,

14. filium mulieris viduæ de tribu Nephthali, patre Tyrio, artificem ærarium, & plenum ſapientia, & intelligentia, & doctrina ad faciendum omne opus ex ære. Qui cùm veniſſet ad regem Salomonem, fecit omne opus ejus.

15. Et finxit duas columnas æreas, decem & octo
Jer. 52. cubitorum altitudinis columnam unam: & linea
21. duodecim cubitorum ambiebat columnam utramque.

16. Duo quoque capitella fecit, quæ ponerentur ſuper capita columnarum, fuſilia ex ære: quinque cubitorum altitudinis capitellum unum, & quinque cubitorum altitudinis capitellum alterum:

17. & quaſi in modum retis, & catenarum ſibi invicem miro opere contextarum. Utrumque capitellum columnarum fuſile erat: ſeptena verſuum retiacula in capitello uno, & ſeptena retiacula in capitello altero.

18. Et perfecit columnas, & duos ordines per circuitum retiaculorum ſingulorum, ut tegerent capitella, quæ erant ſuper ſummitatem, malogranatorum: eodem modo fecit & capitello ſecundo.

19. Capitella autem, quæ erant ſuper capita columnarum, quaſi opere lilii fabricata erant in porticu quatuor cubitorum.

20. Et rurſum alia capitella in ſummitate columnarum deſuper juxta menſuram columnæ contra retiacula: malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli ſecundi.

21. Et ſtatuit duas columnas in porticu templi: cùmque ſtatuiſſet columnam dexteram, vocavit eam nomine Jachin: ſimiliter erexit columnam ſecundam, & vocavit nomen ejus Booz.

22. Et ſuper capita columnarum opus in modum lilii poſuit: perfectumque eſt opus columnarum.

2. *Par.* 23. Fecit quoque mare fuſile decem cubitorum à
4. 2. labio uſque ad labium, rotundum in circuitu: quinque cubitorum altitudo ejus, & reſticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitum.

24. Et ſculptura ſubter labium circuibat illud decem cubitis ambiens mare: duo ordines ſculpturarum ſtriatarum erant fuſiles.

25. Et ſtabat ſuper duodecim boves, è quibus tres reſpiciebant ad aquilonem, & tres ad occidentem, & tres ad meridiem, & tres ad orientem, & mare ſuper eos deſuper erat: quorum poſteriora univerſa intrinſecus latitabant.

26. Groſſitudo autem luteris, trium unciarum erat: labiumque ejus, quaſi labium calicis, & folium repandi lilii: duo millia batos capiebat.

27. Et fecit decem baſes æneas, quatuor cubitorum longitudinis baſes ſingulas, & quatuor cubitorum latitudinis, & trium cubitorum altitudinis.

28. Et ipſum opus baſium, interraſile erat: & ſculpturæ inter juncturas.

29. Et inter coronulas & plectas, leones & boves & cherubim: & in juncturis ſimiliter deſuper: & ſubter leones & boves, quaſi lora ex ære dependentia.

30. Et quatuor rotæ per baſes ſingulas, & axes ærei: & per quatuor partes quaſi humeruli ſubter luterem fuſiles, contra ſe invicem reſpectantes.

31. Os quoque luteris intrinſecus erat in capitis ſummitate: & quod forinſecus apparebat, unius cubiti erat totum rotundum, pariterque habebat unum cubitum & dimidium: in angulis autem columnarum variæ cælaturæ erant: & media intercolumnia, quadrata non rotunda.

32. Quatuor quoque rotæ, quæ per quatuor angulos baſis erant, cohærebant ſibi ſubter baſim: una rota habebat altitudinis cubitum & ſemis.

33. Tales autem rotæ erant, quales ſolent in curru fieri: & axes earum, & radii, & canthi, & modioli, omnia fuſilia.

34. Nam & humeruli illi quatuor per ſingulos angulos baſis unius, ex ipſa baſi fuſiles & conjuncti erant.

35. In ſummitate autem baſis erat quædam rotunditas dimidii cubiti, ita fabrefacta, ut luter deſuper poſſet imponi, habens cælaturas ſuas, variaſque ſculpturas ex ſemetipſa.

36. Sculpſit quoque in tabulatis illis quæ erant ex ære, & in angulis, cherubim, & leones, & palmas, quaſi in ſimilitudinem hominis ſtantis, ut non cælata, ſed appoſita per circuitum viderentur.

37. In hunc modum fecit decem baſes, fuſurâ unâ, & menſurâ, ſculpturaque conſimili.

38. Fecit quoque decem luteres æneos: quadraginta batos capiebat luter unus, eratque quatuor cubitorum: ſingulos quoque luteres per ſingulas, id eſt, decem baſes, poſuit.

39. Et conſtituit decem baſes, quinque ad dexteram partem templi, & quinque ad ſiniſtram: mare autem poſuit ad dexteram partem templi contra orientem ad meridiem.

40. Fecit ergo Hiram lebetes, & ſcutras, & hamulas, & perfecit omne opus regis Salomonis in templo Domini.

41. Columnas duas, & funiculos capitellorum ſuper capitella columnarum duos: & retiacula duo, ut operirent duos funiculos, qui erant ſuper capita columnarum.

42. Et malogranata quadringenta in duobus retiaculis: duos verſus malogranatorum in retiaculis ſingulis, ad operiendos funiculos capitellorum, qui erant ſuper capita columnarum.

43. Et baſes decem, & luteres decem ſuper baſes.

44. Et mare unum, & boves duodecim ſubter mare.

45. Et lebetes, & ſcutras, & hamulas: omnia vaſa, quæ fecit Hiram regi Salomoni in domo Domini, de aurichalco erant.

46. In campeſtri regione Jordanis fudit ea rex in argilloſa terra, inter Sochoth & Sarthan.

47. Et poſuit Salomon omnia vaſa: propter multitudinem autem nimiam non erat pondus æris.

48. Fecitque Salomon omnia vaſa in domo Domini: altare aureum, & menſam, ſuper quam ponerentur panes propoſitionis, auream:

49. & candelabra aurea, quinque ad dexteram, & quinque ad ſiniſtram, contra oraculum, ex auro puro: & quaſi lilii flores, & lucernas deſuper aureas: & forcipes aureos,

50. & hydrias, & fuſcinulas, & phialas, & mor-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tariola, & thuribula, de auro puriſſimo: & cardines oſtiorum domus interioris Sancti ſanctorum, & oſtiorum domus templi, ex auro erant.

2. Par. 5. 1. 51. Et perfecit omne opus quod faciebat Salomon in domo Domini, & intulit quæ ſanctificaverat David pater ſuus, argentum & aurum, & vaſa, repoſuitque in theſauris domus Domini.

CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

2. Par. 5. 2. 1. TUnc congregati ſunt omnes majores natu Iſraël cum principibus tribuum, & duces familiarum filiorum Iſraël, ad regem Salomonem in Jeruſalem: ut deferrent arcam fœderis Domini, de civitate David, id eſt, de Sion.

2. Convenitque ad regem Salomonem univerſus Iſraël in menſe Ethanim, in ſolemni die, ipſe eſt menſis ſeptimus.

3. Veneruntque cuncti ſenes de Iſraël, & tulerunt arcam ſacerdotes,

4. & portaverunt arcam Domini, & tabernaculum fœderis, & omnia vaſa ſanctuarii, quæ erant in tabernaculo: & ferebant ea ſacerdotes & Levitæ.

5. Rex autem Salomon, & omnis multitudo Iſraël, quæ convenerat ad eum, gradiebatur cum illo ante arcam, & immolabant oves & boves abſque æſtimatione & numero.

6. Et intulerunt ſacerdotes arcam fœderis Domini in locum ſuum, in oraculum templi, in Sanctum ſanctorum, ſubter alas cherubim.

7. Siquidem cherubim expandebant alas ſuper locum arcæ, & protegebant arcam & vectes ejus deſuper.

8. Cùmque eminerent vectes, & apparerent ſummitates eorum foris ſanctuarium ante oraculum, non apparebant ultra extrinſecus, qui & fuerunt ibi uſque in præſentem diem.

Exod. 34. 27. Heb. 9. 4. 9. In arca autem non erat aliud, niſi duæ tabulæ lapideæ, quas poſuerat in ea Moyſes in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cum filiis Iſraël, cùm egrederentur de terra Ægypti.

10. Factum eſt autem, cùm exiſſent ſacerdotes de ſanctuario, nebula implevit domum Domini,

11. & non poterant ſacerdotes ſtare & miniſtrare propter nebulam: impleverat enim gloria Domini domum Domini.

12. Tunc ait Salomon: Dominus dixit ut habitaret in nebula. 2. Par. 6. 1.

13. Ædificans ædificavi domum in habitaculum tuum, firmiſſimum ſolium tuum in ſempiternum.

14. Convertitque rex faciem ſuam, & benedixit omni eccleſiæ Iſraël: omnis enim eccleſia Iſraël ſtabat.

15. Et ait Salomon: Benedictus Dominus Deus Iſraël, qui locutus eſt ore ſuo ad David patrem meum, & in manibus ejus perfecit, dicens:

16. A die qua eduxi populum meum Iſraël de Ægypto, non elegi civitatem de univerſis tribubus Iſraël, ut ædificaretur domus, & eſſet nomen meum ibi: ſed elegi David ut eſſet ſuper populum meum Iſraël.

17. Voluitque David pater meus ædificare domum nomini Domini Dei Iſraël: 2. Reg. 7. 5.

18. & ait Dominus ad David patrem meum: Quòd cogitaſti in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene feciſti, hoc ipſum mente tractans.

19. Veruntamen tu non ædificabis mihi domum, ſed filius tuus, qui egredietur de renibus tuis, ipſe ædificabit domum nomini meo.

20. Confirmavit Dominus ſermonem ſuum, quem locutus eſt: ſteteque pro David patre meo, & ſedi ſuper thronum Iſraël, ſicut locutus eſt Dominus: & ædificavi domum nomini Domini Dei Iſraël.

21. Et conſtitui ibi locum arcæ, in qua fœdus Domini eſt, quod percuſſit cum patribus noſtris, quando egreſſi ſunt de terra Ægypti.

VERSIO ANTIQUA.

Fulg. l. pro fide cath. p. 537. 22..... expandit manus ſuas in cœlum,

23. & ait: Domine Deus Iſraël, non eſt ſimilis tibi Deus, nec in cœlo ſurſum, neque in terra deorſum.....

VULGATA NOVA.

22. Stetit autem Salomon ante altare Domini in conſpectu eccleſiæ Iſraël, & expandit manus ſuas in cœlum,

23. & ait: Domine Deus Iſraël, non eſt ſimilis tui Deus in cœlo deſuper, & ſuper terram deorſum: qui cuſtodis pactum & miſericordiam ſervis tuis, qui ambulant coram te in toto corde ſuo.

VULGATA NOVA.

24. Qui cuſtodiſti ſervo tuo David patri meo quæ locutus es ei: ore locutus es, & manibus perfeciſti, ut hæc dies probat.

25. Nunc igitur Domine Deus Iſraël, conſerva famulo tuo David patri meo quæ locutus es ei, dicens: Non auferetur de te vir coram me, qui ſedeat ſuper thronum Iſraël: ita tamen ſi cuſtodierint filii tui viam ſuam, ut ambulent coram me ſicut tu ambulaſti in conſpectu meo.

2. Reg. 7. 12. 26. Et nunc Domine Deus Iſraël firmentur verba tua, quæ locutus es ſervo tuo David patri meo.

27. Ergone putandum eſt quòd verè Deus habitet ſuper terram? ſi enim cœlum, & cœli cœlorum 27..... *Vide Not.* te capere non poſſunt, quantò magis domus hæc, quam ædificavi?

28. Sed reſpice ad orationem ſervi tui, & ad preces ejus, Domine Deus meus: audi hymnum & orationem, quam ſervus tuus orat coram te hodie:

29. ut ſint oculi tui aperti ſuper domum hanc nocte ac die: ſuper domum, de qua dixiſti: Erit nomen meum ibi: ut exaudias orationem, quam orat in loco iſto ad te ſervus tuus. Deut. 12. 11.

30. Ut exaudias deprecationem ſervi tui & populi tui Iſraël, quodcunque oraverint in loco iſto; & exaudies in loco habitaculi tui in cœlo, & cùm exaudieris, propitius eris.

31. Si peccaverit homo in proximum ſuum, &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 22. Itidem Græcè.

℣. 23. Gr. Καὶ εἶπε· Κύριε ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, οὐκ ἔστιν ὡς Σὺ Θεὸς ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς κάτω. Vide inf. 2. Paralip. 6. 13. & ſeqq.

℣. 27. Hunc verſum partim exprimit vet. Iren. Interp. l. 4. c. 27. 264. c. cùm legit: *Si verè Deus quem cæli non capiunt, ſuper terram habitabit cum hominibus?* In Gr. ſic: Ὅτι εἰ ἀληθῶς καθοικήσει ὁ Θεὸς μετὰ ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς; εἰ ὁ οὐρανὸς καὶ ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ οὐκ ἀρκέσουσί σοι; *Quoniam ſi verè habitabit Deus cum hominibus ſuper terram? ſi cœlum & cœlum cœli non ſufficient tibi?*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

habuerit aliquod juramentum, quo teneatur astrictus; & venerit propter juramentum coram altari tuo in domum tuam,

32. tu exaudies in cœlo: & facies, & judicabis servos tuos, condemnans impium, & reddens viam suam super caput ejus, justificansque justum, & retribuens ei secundùm justitiam suam.

33. Si fugerit populus tuus Israël inimicos suos (quia peccaturus est tibi) & agentes pœnitentiam, & confitentes nomini tuo, venerint, & oraverint, & deprecati te fuerint in domo hac;

34. exaudi in cœlo, & dimitte peccatum populi tui Israël, & reduces eos in terram, quam dedisti patribus eorum.

35. Si clausum fuerit cœlum, & non pluerit propter peccata eorum, & orantes in loco isto, pœnitentiam egerint nomini tuo, & à peccatis suis conversi fuerint propter afflictionem suam:

36. exaudi eos in cœlo, & dimitte peccata servorum tuorum, & populi tui Israël: & ostende eis viam bonam per quam ambulent, & da pluviam super terram tuam, quam dedisti populo tuo in possessionem.

37. Fames si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut corruptus aer, aut ærugo, aut locusta, vel rubigo, & afflixerit eum inimicus ejus portas obsidens, omnis plaga, universa infirmitas,

38. cuncta devotatio, & imprecatio, quæ acciderit omni homini de populo tuo Israël: si quis cognoverit plagam cordis sui, & expanderit manus suas in domo hac,

39. tu exaudies in cœlo in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis, & facies ut des unicuique secundùm omnes vias suas, sicut videris cor ejus (quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominum)

40. ut timeant te cunctis diebus, quibus vivunt super faciem terræ, quam dedisti patribus nostris.

41. Insuper & alienigena, qui non est de populo tuo Israël, cùm venerit de terrâ longinqua propter nomen tuum (audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum

42. extentum, ubique) cùm venerit ergo, & oraverit in hoc loco,

43. tu exaudies in cœlo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro quibus invocaverit te alienigena: ut discant universi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israël, & probent quia nomen tuum invocatum est super domum hanc, quam ædificavi.

44. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos, per viam, quòcunque miseris eos, orabunt te contra viam civitatis, quam elegisti, & contra domum, quam ædificavi nomini tuo,

45. & exaudies in cœlo orationes eorum, & preces eorum, & facies judicium eorum.

VERSIO ANTIQUA.

46..... non est homo qui non peccavit..... *Tichon. reg. 3. 53. b.*

VULGATA NOVA.

2. Par. 6. 36. Eccles. 7. 21. 1. Joan. 1. 8.

46. Quòd si peccaverint tibi (non est enim homo qui non peccet) & iratus tradideris eos inimicis suis, & captivi ducti fuerint in terram inimicorum longè vel prope,

47. & egerint pœnitentiam in corde suo in loco captivitatis, & conversi deprecati te fuerint in captivitate sua, dicentes: Peccavimus, iniquè egimus, impiè gessimus:

48. & reversi fuerint ad te in universo corde suo, & tota anima sua, in terra inimicorum suorum, ad quam captivi ducti fuerint: & oraverint te contra viam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum, & civitatis quam elegisti, & templi quod ædificavi nomini tuo:

49. exaudies in cœlo, in firmamento solii tui, orationes eorum, & preces eorum, & facies judicium eorum:

50. & propitiaberis populo tuo qui peccavit tibi, & omnibus iniquitatibus eorum, quibus prævaricati sunt in te: & dabis misericordiam coram eis qui eos captivos habuerint, ut misereantur eis.

51. Populus enim tuus est, & hæreditas tua, quos eduxisti de terra Ægypti, de medio fornacis ferreæ.

52. Ut sint oculi tui aperti ad deprecationem servi tui, & populi tui Israël, & exaudias eos in universis pro quibus invocaverint te.

53. Tu enim separasti eos tibi in hæreditatem de universis populis terræ, sicut locutus es per Moysen servum tuum, quando eduxisti patres nostros de Ægypto, Domine Deus.

54. Factum est autem, cùm complesset Salomon orans Dominum omnem orationem & deprecationem hanc, surrexit de conspectu altaris Domini: utrumque enim genu in terram fixerat, & manus expanderat in cœlum.

55. Stetit ergo, & benedixit omni ecclesiæ Israël voce magna, dicens:

56. Benedictus Dominus, qui dedit requiem populo suo Israël, juxta omnia quæ locutus est: non cecidit ne unus quidem sermo, ex omnibus bonis quæ locutus est per Moysen servum suum.

VULGATA NOVA.

57. Sit Dominus Deus noster nobiscum, sicut fuit cum patribus nostris, non derelinquens nos, neque projiciens.

58. Sed inclinet corda nostra ad se, ut ambulemus in universis viis ejus, & custodiamus mandata ejus, & cæremonias ejus, & judicia quæcunque mandavit patribus nostris.

VERSIO ANTIQUA.

57. Fiat Dominus noster nobiscum, sicut erat cum patribus nostris, non derelinquat nos, nec avertat nos à se. *Aug. de prædest. Sanctor. t. 10. 818. c.*

58. Inclinet corda nostra ad se, ut eamus in omnibus viis ejus.....

VULGATA NOVA.

59. Et sint sermones mei isti, quibus deprecatus sum coram Domino, appropinquantes Domino Deo nostro die ac nocte, ut faciat judicium servo suo, & populo suo Israël per singulos dies:

60. ut sciant omnes populi terræ, quia Dominus ipse est Deus, & non est ultra absque eo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 46. Similiter in Gr. excepto uno ἁμαρτήσεται, *peccabit.*

℣. 57. In Græco additur ὁ Θεὸς, voci *Dominus*, & in fine tollitur *à se*; reliqua concordant bene.

℣. 58. Ita in Græco, præter duo, ἐπιχλῖναι, *inclinando*, pro *inclinet*, (leg. Aug. Aor. opt. ἐπιχλίναι) & infra ἐπ' αὐτὸν, *in eum*, loco *ad se*; in Mf. Alex. ac edit. Ald. & Compl. πρὸς αὐτὸν, *ad eum.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

61. Sit quoque cor noſtrum perfectum cum Domino Deo noſtro, ut ambulemus in decretis ejus, & cuſtodiamus mandata ejus, ſicut & hodie.

62. Igitur rex, & omnis Iſraël cum eo, immolabant victimas coram Domino.

63. Mactavitque Salomon hoſtias pacificas, quas immolavit Domino, boum viginti duo millia, & ovium centum viginti millia: & dedicaverunt templum Domini rex & filii Iſraël.

64. In die illa ſanctificavit rex medium atrii, quod erat ante domum Domini: fecit quippe holocauſtum ibi, & ſacrificium, & adipem pacificorum: quoniam altare æreum, quod erat coram Domino, minus erat, & capere non poterat holocauſtum, & ſacrificium, & adipem pacificorum.

65. Fecit ergo Salomon in tempore illo feſtivitatem celebrem, & omnis Iſraël cum eo, multitudo magna ab introitu Emath uſque ad rivum Ægypti, coram Domino Deo noſtro, ſeptem diebus, & ſeptem diebus, id eſt, quatuordecim diebus.

66. Et in die octava dimiſit populos: qui benedicentes regi, profecti ſunt in tabernacula ſua lætantes, & alacri corde ſuper omnibus bonis, quæ fecerat Dominus David ſervo ſuo, & Iſraël populo ſuo.

CAPUT IX.

VULGATA NOVA.

1. FActum eſt autem cùm perfeciſſet Salomon ædificium domus Domini, & ædificium regis, & omne quod optaverat & voluerat facere,

Sup. 3. 5. *2. Par. 7. 12.* 2. apparuit ei Dominus ſecundò, ſicut apparuerat ei in Gabaon.

3. Dixitque Dominus ad eum: Exaudivi orationem tuam & deprecationem tuam, quam deprecatus es coram me: ſanctificavi domum hanc, quam ædificaſti, ut ponerem nomen meum ibi in ſempiternum, & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. apol. Dav. 2. t. 1. 676. b. 4..... ſi ambulaveris in conſpectu meo, ſicut ambulavit David pater tuus, in ſanctitate cordis, & juſtitia, ad hoc ut faceret ſecundùm omnia quæ mandavi ei.....

VULGATA NOVA.

4. Tu quoque ſi ambulaveris coram me, ſicut ambulavit pater tuus, in ſimplicitate cordis, & in æquitate: & feceris omnia quæ præcepi tibi, & legitima mea & judicia mea ſervaveris,

VULGATA NOVA.

2. Reg. 7. 12. 16. 5. ponam thronum regni tui ſuper Iſraël in ſempiternum, ſicut locutus ſum David patri tuo, dicens: Non auferetur vir de genere tuo de ſolio Iſraël.

VERSIO ANTIQUA.

Lactant. l. 4. Inſtit. c. 18. p. 581. 582. 6. Quòd ſi avertimini à me, dicit Dominus, & non cuſtodieritis veritatem meam.....

VULGATA NOVA.

6. Si autem averſione averſi fueritis vos & filii veſtri, non ſequentes me, nec cuſtodientes mandata mea, & cæremonias meas, quas propoſui vobis, ſed abieritis & colueritis deos alienos, & adoraveritis eos:

7. rejiciam Iſraël à terra, quam dedi illis: & domum hanc, quam ædificavi illis in nomine meo, projiciam illam ex omnibus, & erit Iſraël in perditionem, & in opprobrium populo.

8. Et domus hæc erit deſerta: & omnis qui tranſibit per illam, admirabitur, & dicet: Propter quam rem fecit Dominus terræ huic, & huic domui hæc mala?

9. Et dicent: Quia reliquerunt Dominum Deum ſuum..... propter hoc importavit illis Deus mala hæc.....

7. auferam Iſraël de ſuperficie terræ, quam dedi eis: & templum, quod ſanctificavi nomini meo, projiciam à conſpectu meo, eritque Iſraël in proverbium, & in fabulam cunctis populis.

8. Et domus hæc erit in exemplum: omnis qui tranſierit per eam, ſtupebit, & ſibilabit, & dicet: Quare fecit Dominus ſic terræ huic, & domui huic? *Deut. 29. 24. Jer. 22. 8.*

9. Et reſpondebunt: Quia dereliquerunt Dominum Deum ſuum, qui eduxit patres eorum de terra Ægypti, & ſecuti ſunt deos alienos, & adoraverunt eos, & coluerunt eos: idcirco induxit Dominus ſuper eos omne malum hoc.

VULGATA NOVA.

2. Par. 8. 1. 10. Expletis autem annis viginti poſtquam ædificaverat Salomon duas domos, id eſt, domum Domini, & domum regis,

11. (Hiram rege Tyri præbente Salomoni ligna cedrina & abiegna, & aurum juxta omne quod opus habuerat) tunc dedit Salomon Hiram viginti oppida in terra Galilææ.

12. Et egreſſus eſt Hiram de Tyro, ut videret oppida quæ dederat ei Salomon, & non placuerunt ei,

13. & ait: Hæccine ſunt civitates, quas dediſti mihi, frater? Et appellavit eas terram Chabul, uſque in diem hanc.

14. Miſit quoque Hiram ad regem Salomonem centum viginti talenta auri.

15. Hæc eſt ſumma expenſarum, quam obtulit rex Salomon ad ædificandam domum Domini & domum ſuam, & Mello, & murum Jeruſalem, & Heſer, & Mageddo, & Gazer.

16. Pharao rex Ægypti aſcendit, & cepit Gazer, ſuccenditque eam igni: & Chananæum, qui habitabat in civitate, interfecit, & dedit eam in dotem filiæ ſuæ

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Similiter in Græco, præter iſta, *ἐν εὐθύτητι*, *in rectitudine*, pro *juſtitia*, & *ἐν τῷ ποιεῖν*, *& faciendo*, loco *ad hoc ut faceret*.

℣. 6. Gr. Ἐὰν δὲ ἀποστραφέντες ἀποστραφῆτε ὑμεῖς ἐν τοῖς τέκνα ὑμῶν ἀπ' ἐμοῦ, καὶ μὴ φυλάξητε τὰς ἐντολάς μου, &c.

℣. 7. Gr. Καὶ ἐξαρῶ τὸν Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς γῆς, ἧς ἔδωκα αὐτοῖς· καὶ τὸν οἶκον τοῦτον, ὃν ἡγίασα τῷ ὀνόματί μου, ἀπορρίψω ἐκ προσώπου μου, καὶ ἔσται Ἰσραὴλ εἰς ἀφανισμόν, καὶ εἰς λάλημα εἰς πάντας τοὺς λαούς.

℣. 8. Gr. Καὶ ὁ οἶκος οὗτος ἔσται ὑψηλός· πᾶς ὁ διαπορευόμενος διʼ αὐτοῦ, ἐκπλήσσεται, καὶ συριεῖ, καὶ ἐροῦσιν· Ἕνεκεν τίνος ἐποίησε Κύριος οὕτως τῇ γῇ ταύτῃ, καὶ τῷ οἴκῳ τούτῳ;

℣. 9. Gr. Καὶ ἐροῦσιν· Ἀνθ' ὧν ἐγκατέλιπον Κύριον Θεὸν αὐτῶν..... διὰ τοῦτο ἐπήγαγε Κύριος ἐπ' αὐτοὺς τὴν κακίαν ταύτην.....

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

uxori Salomonis.

17. Ædificavit ergo Salomon Gazer, & Bethoron inferiorem,

18. & Baalath, & Palmiram in terra ſolitudinis.

VULGATA NOVA.

19. Et omnes vicos, qui ad ſe pertinebant, & erant abſque muro, munivit, & civitates curruum & civitates equitum, & quodcunque ei placuit ut ædificaret in Jeruſalem, & in Libano, & in omni terra poteſtatis ſuæ.

20. Univerſum populum, qui remanſerat de Amorrhæis, & Hethæis, & Pherezæis, & Hevæis, & Jebuſæis, qui non ſunt de filiis Iſraël:

21. horum filios, qui remanſerant in terra, quos ſcilicet non potuerant filii Iſraël exterminare: fecit Salomon tributarios, uſque in diem hanc.

VERSIO ANTIQUA.

19..... & omne propoſitum Salomonis quo deſtinaverat ædificare in Jeruſalem, & Libano, & in omni terra poteſtatis ſuæ. *Aug. quæſt. 21. in Joſ. t. 3. p. 589. f. g.*

20. Omnis populus, qui derelictus eſt à Cethæo, & Amorrhæo, & Phereſæo, & Evæo, & Jebuſæo, qui non erant ex Iſraël:

21. ex filiis eorum, qui reſidui erant cum eis in terra, quos non conſumpſerant filii Iſraël: & ſubjugavit eos Salomon in tributum, uſque in diem hunc.

VULGATA NOVA.

22. De filiis autem Iſraël non conſtituit Salomon ſervire quemquam, ſed erant viri bellatores, & miniſtri ejus, & principes, & duces, & præfecti curruum & equorum.

23. Erant autem principes ſuper omnia opera Salomonis præpoſiti quingenti quinquaginta, qui habebant ſubjectum populum, & ſtatutis operibus imperabant.

2. Par. 8. 11. 24. Filia autem Pharaonis aſcendit de civitate David in domum ſuam, quam ædificaverat ei Salomon: tunc ædificavit Mello.

25. Offerebat quoque Salomon tribus vicibus per annos ſingulos holocauſta, & pacificas victimas, ſuper altare quod ædificaverat Domino, & adolebat thymiama coram Domino: perfectumque eſt templum.

26. Claſſem quoque fecit rex Salomon in Aſiongaber, quæ eſt juxta Ailath in littore maris rubri, in terra Idumææ.

27. Miſitque Hiram in claſſe illa ſervos ſuos viros nauticos & gnaros maris, cum ſervis Salomonis.

28. Qui cùm veniſſent in Ophir, ſumptum inde aurum quadringentorum viginti talentorum, detulerunt ad regem Salomonem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 19. Hic verſus, & alii duo ſeqq. hoc loco non leguntur apud LXX. ſed infra, c. 10. ℣. 22. ita ſcilicet: Καὶ τὴν φεραγματείαν Σαλωμὼν ἣν ἐπραγματεύσαλο, οἰκοδομῆσαι ἐν Ἱερυσαλὴμ, καὶ ἐν φάσῃ τῇ γῇ· *Et negotiationem Salomon quam negotiatus eſt, ædificando in Jeruſalem, & in omni terra.* Ed. Compl. poſt Ἱερυσαλὴμ, addit καὶ ἐν τῷ Λιβάνῳ, & poſt hoc, τῇ γῇ, iſtud, τῆς Λυπασείας αὐτοῦ, ut in Vulg. & apud Aug. ſup.

℣. 20. Sola edit. Compl. poſt hoc de ℣. ſup. Λυπασείας αὐτοῦ, addit φάνλα τὸν λαόν, *omnem populum*; at in Gr. Vat. & al. ſic: τοῦ μὴ καταρξαι αὐτοῦ, φάνλα τὸν λαὸν τὸν ὑπολελειμμένον, &c. quæ Nobil. ſic reddit: *ut non opprimeret eum, omnem populum reſiduum*; reliqua ut ſup. interpoſitis tamen his, καὶ τοῦ Χανανλίου..... καὶ τοῦ Γεργεσαίου; dein τῶν μὴ ἐκ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὄνλων, & *Chananæo*..... & *Gergeſæo, qui non erant ex filiis Iſrael.*

℣. 21. In Græco ſic: τὰ τέκνα αὐτῶν τὰ ὑπολελειμμένα μετ' αὐτοῦ, *filios eorum reſiduos cum eo*, loco *ex filiis eorum..... cum eis*; in edit. Compl. non μετ' αὐτοῦ, ſed μετ' αὐτούς· exinde in Vat. & al. οὓς οὐκ ἐδύναλο οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐξολοθρεῦσαι αὐτούς· καὶ ἀνήγαγε, *quos non potuerant filii Iſraël exterminare eos*: & *adduxit*, loco *quos non conſumpſerant*..... & *ſubjugavit*; reliqua ſimilia.

CAPUT X.

VULGATA NOVA.

2. Par. 9. 1. Matt. 12. 42. Luc. 11. 31. 1. SEd & regina Saba, auditâ famâ Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum in ænigmatibus.

2. Et ingreſſa Jeruſalem multo cum comitatu, & divitiis, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas pretioſas, venit ad regem Salomonem, & locuta eſt ei univerſa quæ habebat in corde ſuo.

3. Et docuit eam Salomon omnia verba quæ propoſuerat: non fuit ſermo, qui regem poſſet latêre, & non reſponderet ei.

VERSIO ANTIQUA.

1..... *Vide Not.*

2..... & venit, & omnia locuta eſt quæ habebat in corde ſuo. *Ambr. l. 2. offic. c. 10. t. 2. 82. e. f.*

3..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

4. Videns autem regina Saba omnem ſapientiam Salomonis, & domum quam ædificaverat,

5. & cibos menſæ ejus, & habitacula ſervorum, & ordines miniſtrantium, veſteſque eorum, & pincernas, & holocauſta quæ offerebat in domo Domini: non habebat ultra ſpiritum:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Eò ſpectant quæ hab. Ambroſ. l. 2. offic. 82. e. *Quærebant*, inquit, *omnes reges terræ videre faciem Salomonis, & audire ſapientiam ejus, ita ut & Saba regina veniret ad eum, & tentaret eum in quæſtionibus.* Gr. Βαϲίλισσα Σαβὰ..... ἦλθε πειράσαι αὐτὸν ἐν αἰνίγμασι, *venit tentare eum in ænigmatibus.* Auctor l. de promiſſ. apud Proſp. p. 154. ait: *Regina Auſtri venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis.*

℣. 2. Gr. Καὶ εἰσῆλθε (Compl. ἦλθε) πρὸς Σαλωμὼν, καὶ ἐλάλησεν αὐτῷ φάνλα ὅσα ἦν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. *Et intravit ad Salomon, & locuta eſt ei omnia quæcunque erant in corde ſuo.*

℣. 3. Ambr. ubi ſup. *Et audivit omnem ſapientiam Salomonis, nec ullum verbum prætervit eam.* Gr. Καὶ ἀπήγγειλεν αὐτῇ Σαλωμὼν φάνλας τὰς λόγους αὐτῆς· οὐκ ἦν λόγος παρεωραμένος παρὰ τοῦ βαϲιλέως, ὃν οὐκ ἀπήγγειλεν αὐτῇ· *Et annuntiavit ei Salomon omnia verba ejus: non fuit verbum deſpectum à rege, quod non indicavit ei.* Ambroſ. addit: *Quæ ſit iſta, quam nihil prætereat, nec ſit aliquid quod ei non annuntiaverit verus Salomon, cognoſce ex his quæ au-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. ubi sup. 83. *a.*

6..... Verus est sermo, quem audivi in terra mea,

7. de sermonibus tuis, & de prudentia tua: & non credidi his qui dicebant mihi, donec veni, & viderunt oculi mei, & nunc non est nec dimidia quidem pars secundùm ea quæ annuntiabant mihi: apposuisti bona super omnia quæ audivi in terra mea.

8. Beatæ mulieres tuæ, & beati pueri tui, qui assistunt tibi, qui audiunt omnem prudentiam tuam.

VULGATA NOVA.

6. dixitque ad regem: Verus est sermo, quem audivi in terra mea,

7. super sermonibus tuis, & super sapientia tua: & non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probavi quòd media pars mihi nunciata non fuerit: major est sapientia & opera tua, quàm rumor quem audivi.

8. Beati viri tui, & beati servi tui, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam.

VULGATA NOVA.

9. Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuisti, & posuit te super thronum Israël, eò quòd dilexerit Dominus Israël in sempiternum, & constituit te regem, ut faceres judicium & justitiam.

10. Dedit ergo regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosas: non sunt allata ultra aromata tam multa, quàm ea quæ dedit regina Saba regi Salomoni.

2. Par. 9. 10. 11. (Sed & classis Hiram, quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyina multa nimis, & gemmas pretiosas.

12. Fecitque rex de lignis thyinis fulcra domus Domini, & domus regiæ, & citharas lyrasque cantoribus: non sunt allata hujusce modi ligna thyina, neque visa usque in præsentem diem.)

13. Rex autem Salomon dedit reginæ Saba omnia quæ voluit & petivit ab eo: exceptis his, quæ ultro obtulerat ei munere regio. Quæ reversa est, & abiit in terram suam cum servis suis.

14. Erat autem pondus auri, quod afferebatur Salomoni per annos singulos, sexcentorum sexaginta sex talentorum auri:

15. excepto eo, quod afferebant viri qui super vectigalia erant, & negotiatores, universique scruta vendentes, & omnes reges Arabiæ, ducesque terræ.

16. Fecit quoque rex Salomon ducenta scuta de auro purissimo, sexcentos auri siclos dedit in laminas scuti unius.

17. Et trecentas peltas ex auro probato: trecentæ minæ auri unam peltam vestiebant: posuitque eas rex in domo saltus Libani.

18. Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem: & vestivit eum auro fulvo nimis,

19. qui habebat sex gradus: & summitas throni rotunda erat in parte posteriori: & duæ manus hinc atque inde tenentes sedile: & duo leones stabant juxta manus singulas.

20. Et duodecim leunculi stantes super sex gradus hinc atque inde: non est factum tale opus in universis regnis.

21. Sed & omnia vasa, quibus potabat rex Salomon, erant aurea: & universa supellex domus saltus Libani de auro purissimo: non erat argentum, nec alicujus pretii putabatur in diebus Salomonis,

22. quia classis regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum, & argentum, & dentes elephantorum, & simias, & pavos.

23. Magnificatus est ergo rex Salomon super omnes reges terræ, divitiis, & sapientia.

24. Et universa terra desiderabat vultum Salomonis, ut audiret sapientiam ejus, quam dederat Deus in corde ejus.

25. Et singuli deferebant ei munera, vasa argentea & aurea, vestes & arma bellica, aromata quoque, & equos & mulos, per annos singulos.

26. Congregavitque Salomon currus & equites, & facti sunt ei mille quadringenti currus, & duodecim millia equitum: & disposuit eos per civitates munitas, & cum rege in Jerusalem. *2. Par. 1. 14.*

27. Fecitque ut tanta esset abundantia argenti in Jerusalem, quanta & lapidum: & cedrorum præbuit multitudinem, quasi sycomoros, quæ nascuntur in campestribus.

28. Et educebantur equi Salomoni de Ægypto, & de Coa. Negotiatores enim regis emebant de Coa, & statuto pretio perducebant.

29. Egrediebatur autem quadriga ex Ægypto sexcentis siclis argenti, & equus centum quinquaginta. Atque in hunc modum cuncti reges Hethæorum & Syriæ equos venundabant.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

dis loquentem: Verus est, &c.

℣. 6. Ita Græcè, uno demto *est*.

℣. 7. Ab his vix discrepat Græcum: excipienda tamen seqq. περὶ τῶν λόγων σου, *de sermone tuo*, pro *de sermonibus tuis*, item καὶ ἰδοὺ οὐκ εἰσὶ τὸ ἥμισυ καθὼς ἀπήγγειλάν μοι, & *ecce non sunt dimidium sicut annuntiarant mihi*, loco & *nunc non est*, &c. in Mss. Alex. οὐκ ἔστι, in edit. Ald. ἔστι οὐδὲ τό, in Compl. ἔστι κατὰ τό· denique loco *super omnia quæ*, sic, πρὸς αὐτὰ ἐπὶ πᾶσαν τὴν ἀκοὴν ἣν, *ad ea super omnem auditionem quam.*

℣. 8. A Græco abest σου, ante *beati*; sola edit. Compl. addit καὶ, ut & Gr. Vatic. & al. οἱ τοι, *hi*, post *tui*, paulòque post, ἐνώπιόν σου διάλου, *coram te copiosè*, loco *tibi*; reliqua similia: edit. Compl. loco διάλου, hab. διαπαντὸς, *semper.*

CAPUT XI.

VERSIO ANTIQUA.

Vet. Iren. Interp. 1. 8. 4. c. 27. 264. e.

ET rex Salomon erat amator mulierum, & accepit sibi mulieres alienigenas.....

VULGATA NOVA.

1. REx autem Salomon adamavit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias, & Hethæas: *Deut. 17. 17. Eccli. 47. 21.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hæc & seqq. usque ad ℣. 11. conjunctè & non divisim referuntur ab Irenæo; multa tamen ipsis interposita habentur in Græco saltem Vatic. quæ forsitan sua sponte & voluntate prætermisit S. Doctor: quæ verò leguntur sup. ℣. 1. similiter exstant Græcè, nisi quòd huic voci *mulierum*, subjiciuntur ista: Καὶ ἦσαν αὐτῷ γυναῖκες ἄρχουσαι ἑπτακόσιαι, καὶ παλλακαὶ τριακόσιαι. *Et erant ei uxores principes septingentæ, & concubinæ trecentæ*; deinde sic, καὶ ἔλαβε, &c. ut sup. omissa voce *sibi*. Media autem καὶ ἦσαν αὐτῷ, &c. non leguntur hoc loco in Mss. Alex. ac edit. Ald. & Compl. sed paulò inferiùs ut in Vulg. ℣. 3. Apud Philastr. Brix. col. 724. b. sic: *Sexaginta re-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

2. de gentibus, ſuper quibus dixit Dominus filiis Iſraël: Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad veſtras: certiſſimè enim avertent corda veſtra, ut ſequamini deos earum. His itaque copulatus eſt Salomon ardentiſſimo amore.

Exod. 34. 16.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

3. Fueruntque ei uxores quaſi reginæ ſeptingentæ, & concubinæ trecentæ: & averterunt mulieres cor ejus.

3..... ſexaginta reginæ, & octoginta concubinæ, & juvenculæ quarum numerus non eſt..... *Philaſtr. Brix. 724. b.*

4. Cùmque jam eſſet ſenex, depravatum eſt cor ejus per mulieres, ut ſequeretur deos alienos: nec erat cor ejus perfectum cum Domino Deo ſuo, ſicut cor David patris ejus.

4. Et factum eſt in tempore ſenectutis Salomonis, non erat cor ejus perfectum cum Domino Deo ſuo: & diverterunt mulieres alienigenæ cor ejus poſt deos alienos. *Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 27. 264. e.*

5. Sed colebat Salomon Aſtarthen deam Sidoniorum, & Moloch idolum Ammonitarum.

6. Fecitque Salomon quod non placuerat coram Domino, & non adimplevit ut ſequeretur Dominum, ſicut David pater ejus.

6. Et fecit Salomon malignum in conſpectu Domini, non abiit poſt Dominum, quemadmodum David pater ejus.

VULGATA NOVA.

7. Tunc ædificavit Salomon fanum Chamos, idolo Moab, in monte qui eſt contra Jeruſalem, & Moloch idolo filiorum Ammon.

8. Atque in hunc modum fecit univerſis uxoribus ſuis alienigenis, quæ adolebant thura, & immolabant diis ſuis.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

9. Igitur iratus eſt Dominus Salomoni, quòd averſa eſſet mens ejus à Domino Deo Iſraël, qui apparuerat ei ſecundò,

Sup. 9. 2.

9. Et iratus eſt Dominus in Salomonem..... *Vet. Iren. Interp. ubi ſup.*

10. & præceperat de verbo hoc ne ſequeretur deos alienos, & non cuſtodivit quæ mandavit ei Dominus.

10..... non enim erat cor ejus perfectum in Domino, ſecundùm cor David patris ejus.

11. Dixit itaque Dominus Salomoni: Quia habuiſti hoc apud te, & non cuſtodiſti pactum meum, & præcepta mea quæ mandavi tibi, diſrumpens ſcindam regnum tuum, & dabo illud ſervo tuo.

11..... diſrumpens diſrumpam regnum tuum de manu tua, & dabo illud ſervo tuo. *Tichon. reg. 4. 57. e. f.*

Inf. 12. 25.

12. Veruntamen in diebus tuis non faciam, propter David patrem tuum: de manu filii tui ſcindam illud,

12. Verùm in diebus tuis non faciam hæc propter David patrem tuum: de manu filii tui accipiam illud,

13. nec totum regnum auferam, ſed tribum unam dabo filio tuo, propter David ſervum meum, & Jeruſalem quam elegi.

13. verùm omne regnum non accipiam, ſceptrum unum dabo filio tuo, propter David ſervum meum, & propter Jeruſalem civitatem quam elegi.

14. Suſcitavit autem Dominus adverſarium Salomoni, Adad Idumæum de ſemine regio, qui erat in Edom.

14. Et ſuſcitavit Dominus adverſarios Salomoni, Adad Idumæum, & Eſrom filium Anadeth in Remathad, Adragas regem Soba dominum ejus: & congregati ſunt ſuper eum viri, & erat princeps congregationis, & præoccupavit Demaſic civitatem, & ſedit in ea, & regnavit in Demaſic: & erant adverſarii Salomoni, & Iſraël omnibus diebus Salomonis..... *Lucif. Cal. l. 1. de reg. apoſtat. 215. d.*

VULGATA NOVA.

15. Cùm enim eſſet David in Idumæa, & aſcendiſſet Joab princeps militiæ ad ſepeliendum eos qui fuerant interfecti, & occidiſſet omne maſculinum in Idumæa,

2. Reg. 8. 14.

16. (ſex enim menſibus ibi moratus eſt Joab, & omnis Iſraël, donec interimeret omne maſculinum in Idumæa)

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

gina &c. de ℣. 3.

℣. 3. Græc. Καὶ ἦσαν αὐτῷ γυναῖκες ἄρχουσαι ἑπτακόσιαι, καὶ παλλακαὶ τριακόσιαι. Vide Not. ad ℣. 1.

℣. 4. Sic ap. Iren. conjunctè, & inverſo Vulg. ordine: nunc etiam in Græco, pluribus tamen præmiſſis: Καὶ ἐγενήθη ἐν καιρῷ γήρους Σαλωμὼν, καὶ οὐκ ἦν, &c. ut ſup. Huic verò *deo ſuo*, proximè additur, καθὼς ἡ καρδία Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, *ſicut cor David patris ejus:* tum ſequitur, καὶ ἐξέκλιναν γυναῖκες, &c. ut in Lat. præter vocem ult. αὐτῶν, *ſuos*, loco *alienos*; at in editt. Ald. & Compl. ἑτέρων. Cypr. l. 3. Teſtim. 323. b. ſic hab. *Et averterunt uxores alienigenæ cor ejus poſt deos ſuos.*

℣. 6. Ita in Græco pene ad verbum, antepoſitis tamen aliis multis quæ reſpondent Vulgatæ ℣℣. 7. 5. 8. Ap. Lucif. Cal. l. 1. de regib. apoſt. 215. e. ſic: *Et fecit malignum ante conſpectum Domini, & non abiit in via David patris ſui.*

℣. 9. Ita Græcè, additis nonnullis hîc, & inf. initio verſûs ſeq. Apud Ambroſ. l. 3. in Luc. 1317. d. *Et indignatus eſt Dominus in Salomonem.*

℣. 10. Similiter in Græco, exceptis his, οὐδ' ἦν, *neque erat*, pro *non enim erat*; paulòque poſt, μετὰ Κυρίου, *cum Domino*, pro *in Domino*.

℣. 11. Ad verbum è Græco.

℣. 12. Ita ex Græco, verbum è verbo. Similiter hab. Ambr. apol. 1. Dav. to. 1. 676. c. exceptis duobus, *veruntamen*, pro *verùm*, (Gr. πλὴν) & *hoc*, pro *hæc*, Gr. αὐτά, edit. Compl. ταῦτα.

℣. 13. Mirè concinunt omnia cum Græco: quibus ſuffragatur Ambroſ. apol. 1. Dav. to. 1. 676. c. niſi quòd habet initio: *veruntamen non totum regnum accipiam*, (Gr. ὅλην) nec non *ei*, pro *filio tuo*; ultima tamen omittit, & *propter Jeruſalem*, &c.

℣. 14. Nonnulla variant Græcè, nempe ſeqq. Σατὰν, hîc & infra, loco *adverſarios*, & *adverſarii*; item Ἀδὲρ, pro *Adad*; paulòque poſt, Ἐλιαδὰε τὸν ἐν Ῥαμά, loco *Anadeth in Remathad*; dein Ἀδαδέζερ, pro *Adragas*; & poſt plura, Δαμασέκ, pro *Demaſic*, abſque ſeq. *civitatem*; mox ita, καὶ ἦσαν, & *erant*, omiſſis intermediis, & *ſedit*, &c. in editt. tamen Ald. & Compl. ſequitur: καὶ ἐκάθισεν ἐν αὐτῇ, καὶ ἐβασίλευσεν ἐν Μασεδέκ (Compl. Δαμασκῷ·) exinde tam in ipſis, quàm in Vatic. & al. deeſt vox *Salomoni*, cum ſeq. &. Cypr. l. 3. Teſtim. 325. c. & de orat.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

17. fugit Adad ipſe, & viri Idumæi de ſervis patris ejus cum eo, ut ingrederetur Ægyptum : erat autem Adad puer parvulus.

18. Cùmque ſurrexiſſent de Madian, venerunt in Pharan, tuleruntque ſecum viros de Pharan, & introierunt Ægyptum ad Pharaonem regem Ægypti : qui dedit ei domum, & cibos conſtituit, & terram delegavit.

19. Et invenit Adad gratiam coram Pharaone valde, in tantum ut daret ei uxorem, ſororem uxoris ſuæ germanam Taphnes reginæ.

20. Genuitque ei ſoror Taphnes Genubath filium, & nutrivit eum Taphnes in domo Pharaonis : eratque Genubath habitans apud Pharaonem cum filiis ejus.

21. Cùmque audiſſet Adad in Ægypto, dormiſſe David cum patribus ſuis, & mortuum eſſe Joab principem militiæ, dixit Pharaoni : Dimitte me, ut vadam in terram meam.

22. Dixitque ei Pharao : Qua enim re apud me indiges, ut quæras ire ad terram tuam ? At ille reſpondit : Nullâ : ſed obſecro te ut dimittas me.

23. Suſcitavit quoque ei Deus adverſarium Razon filium Eliada, qui fugerat Adarezer regem Soba dominum ſuum : 2. Reg. 8. 5.

24. & congregavit contra eum viros, & factus eſt princeps latronum cùm interficeret eos David : abieruntque Damaſcum, & habitaverunt ibi, & conſtituerunt eum regem in Damaſco, 1. Par. 18. 5.

25. eratque adverſarius Iſraëli cunctis diebus Salomonis : & hoc eſt malum Adad, & odium contra Iſraël, regnavitque in Syria.

26. Jeroboam quoque filius Nabath, Ephrathæus, de Sareda, ſervus Salomonis, cujus mater erat nomine Sarva, mulier vidua : levavit manum contra regem. 2. Par. 13. 6.

27. Et hæc eſt cauſa rebellionis adversùs eum, quia Salomon ædificavit Mello, & coæquavit voraginem civitatis David patris ſui.

28. Erat autem Jeroboam vir fortis & potens : videnſque Salomon adoleſcentem bonæ indolis & induſtrium, conſtituerat eum præfectum ſuper tributa univerſæ domus Joſeph.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. 1. de reg. apoſt. 216. a. b.

29. Et factum eſt in tempore illo, & Jeroboas exiit de Jeruſalem, & invenit eum Achias Silonites prophetes in via, & Achias opertus erat veſtimento novo : & ambo erant in campo.

30. Et apprehendit Achias veſtimentum ſuum novum, quod ſuper ſe habebat, & dirupit illud duodecim ſciſſuris.

31. Et dixit ad Jeroboam : Accipe tibi decem ſciſſuras : quoniam hæc dicit Dominus Deus Iſraël : Ecce ego diſrumpo regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem ſceptra.

32. Et duo ſceptra erunt illi, propter ſervum meum David, & propter Jeruſalem civitatem, quam elegi ex omnibus tribubus Iſraël :

33. pro quibus dereliquit me Salomon, & fecit Aſtarte idolo immundo Sidoniorum, & Cama idolo Moab, & regi eorum, religioni filiorum Ammon : & non abiit in vias meas, ut faceret quod rectum eſt coram me, ſicut fecit David pater ejus.

34. Et non accipiam regnum totum de manu ejus in diebus vitæ ejus, propter David ſervum meum, quem elegi, quoniam contra faciam illi per omnes dies vitæ ejus.

35. Et accipiam regnum de manu filii ejus, & dabo tibi ſceptra decem :

36. filio autem ejus dabo duo ſceptra, ut ſit poſitio ſervo meo David omnibus diebus coram me in Jeruſalem civitate, quam elegi mihi ut ponam nomen meum ibi.

37. Et accipiam te, & regnabis in quibus concupiſcit anima tua, & tu eris rex in Iſraël.

VULGATA NOVA.

29. Factum eſt igitur in tempore illo, ut Jeroboam egrederetur de Jeruſalem, & inveniret eum Ahias Silonites propheta in via, opertus pallio novo : erant autem duo tantùm in agro. 2. Par. 10. 15.

30. Apprehendenſque Ahias pallium ſuum novum, quo coopertus erat, ſcidit in duodecim partes.

31. Et ait ad Jeroboam : Tolle tibi decem ſciſſuras : hæc enim dicit Dominus Deus Iſraël : Ecce ego ſcindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus.

32. Porro una tribus remanebit ei, propter ſervum meum David, & Jeruſalem civitatem, quam elegi ex omnibus tribubus Iſraël :

33. eò quòd dereliquerit me, & adoraverit Aſtarthen deam Sidoniorum, & Chamos deum Moab, & Moloch deum filiorum Ammon : & non ambulaverit in viis meis, ut faceret juſtitiam coram me, & præcepta mea & judicia, ſicut David pater ejus.

34. Nec auferam omne regnum de manu ejus, ſed ducem ponam eum cunctis diebus vitæ ſuæ, propter David ſervum meum, quem elegi, qui cuſtodivit mandata mea & præcepta mea.

35. Auferam autem regnum de manu filii ejus, & dabo tibi decem tribus :

36. filio autem ejus dabo tribum unam, ut remaneat lucerna David ſervo meo cunctis diebus coram me in Jeruſalem civitate, quam elegi ut eſſet nomen meum ibi.

37. Te autem aſſumam, & regnabis ſuper omnia quæ deſiderat anima tua, eriſque rex ſu-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Dom. p. 212. b. hæc hab. *Et excitavit Dominus ſatanan ipſi Salomoni.* Similiter Hilar. in Pſ. 139. p. 528. a. *Excitavit Dom. ſatanam Salomoni*, additque, *Ader Idumæum*, ut ſup. in Gr.

℣. 29. Poſt hoc, *in via*, hæc interponuntur Græcè, ὁ ἀπέστησεν αὐτὸν ἐκ τῆς ὁδοῦ, & *removit eum de via*, quæ omittit Lucif. reliqua ad verbum quadrant, præter ſeqq. nonnihil immutata, Ἱεροβοὰμ, pro *Jeroboas*, Ἀχιὰ Σιλωνίτης, pro *Achias Silonites*, (ſolus Alex. Ἀχιάς;) item περιβεβλημένος, *amictus*, pro *opertus*, abſque ſeq. *erat*; demum μόνοι, *ſoli*, pro *erant*.

℣. 30. Gr. delet *habebat*, & pro *ſciſſuris*, leg. ῥήγματα, *ſciſſuras*; reliqua ut in Lat. ſup.

℣. 31. Ne verbum quidem variat in Græco; deeſt tantùm *ad*, ante *Jeroboam*. Similiter habet Cypr. l. de unit. Eccl. p. 196. b. *Sume tibi decem ſciſſuras : quia hæc dicit Dominus : Ecce ſcindo regnum de manu Salomonis*, & *dabo tibi decem ſceptra* : Gr. ῥήσσω, *rumpo*, *frango*.

℣. 32. Gr. addit ἐν αὐτῇ, *in ea*, verbo *elegi*; cætera ad verbum quadrant. Eadem ſimiliter leg. Cypr. l. de unit. Eccl. p. 196. b. exceptis his in fine, *ut ponam nomen meum illic*, ut inf. ℣. 36. loco *ex omnibus tribubus Iſraël*.

℣. 33. Pleraque concordant cum Græco, hæc tantùm variant; ſcilicet initio deeſt vox *Salomon*, paulòque poſt pro *idolo immundo*, eſt βδελύγματι, *abominationi*; item pro *Cama*, Χαμώς, & pro ſeq. *idolo*, ἐν τοῖς εἰδώλοις, & *idolis*, ſola edit. Compl. hab. εἰδώλῳ; exinde pro *religioni*, ſic, προσκόμματι, *offendiculo*, ut & ἐν ταῖς ὁδοῖς μου, *in viis meis*, loco *in vias meas*; demum τὸ εὐθὲς ſimpliciter, loco *quod rectum eſt*, abſque ſeq. *fecit*.

℣. 34. Gr. pro *in diebus vitæ ejus*, hæc hab. διότι ἀντιταασσόμενος ἀντιτάξομαι αὐτῷ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ, *quoniam reſiſtens reſiſtam ei omnes dies vitæ ejus*, paulòque poſt verbo *elegi*, addit ἐν αὐτὸν, *eum*, deletis his poſterioribus, *quoniam contra faciam*, &c.

℣℣. 35. 36. 37. Hæc tota ſimiliter habentur Græcè.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

per Iſraël.

38. Si igitur audieris omnia quæ præcepero tibi, & ambulaveris in viis meis, & feceris quod rectum eſt coram me, cuſtodiens mandata mea & præcepta mea, ſicut fecit David ſervus meus: ero tecum, & ædificabo tibi domum fidelem, quomodo ædificavi David domum, & tradam tibi Iſraël:

VERSIO ANTIQUA.

38. Et erit, ſi cuſtodieris omnia quæcunque præcepero tibi, & ieris in vias meas, & feceris quod rectum eſt in conſpectu meo, & cuſtodieris præcepta mea & mandata mea, ſicut fecit David ſervus meus: ero tecum, & ædificabo tibi domum fidelem, ſicut ædificavi David. *Lucif. Cal. ubi ſup.*

VULGATA NOVA.

39. & affligam ſemen David ſuper hoc, verumtamen non cunctis diebus.

40. Voluit ergo Salomon interficere Jeroboam: qui ſurrexit, & aufugit in Ægyptum ad Seſac regem Ægypti, & fuit in Ægypto uſque ad mortem Salomonis.

41. Reliquum autem verborum Salomonis, & omnia quæ fecit, & ſapientia ejus: ecce univerſa ſcripta ſunt in libro verborum dierum Salomonis.

42. Dies autem, quos regnavit Salomon in Jeruſalem ſuper omnem Iſraël, quadraginta anni ſunt.

43. Dormivitque Salomon cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in civitate David patris ſui, regnavitque Roboam filius ejus pro eo.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 38. Vix pauca de his Græco diſſimilia, nempe *vias meas*, pro quo ὁδοῖς μου, *viis meis*; paulòque poſt, & *cuſtodieris*, pro quo τῦ φυλάξασθαι, *cuſtodiendo*; item infra præponitur ᾧ, huic, *ero tecum*.

CAPUT XII.

VULGATA NOVA.

2. *Par.* 10. 1. 1. VEnit autem Roboam in Sichem: illuc enim congregatus erat omnis Iſraël ad conſtituendum eum regem.

2. At verò Jeroboam filius Nabath, cùm adhuc eſſet in Ægypto profugus à facie regis Salomonis, audita morte ejus, reverſus eſt de Ægypto.

3. Miſeruntque & vocaverunt eum: venit ergo Jeroboam, & omnis multitudo Iſraël, & locuti ſunt ad Roboam, dicentes:

4. Pater tuus duriſſimum jugum impoſuit nobis: tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui duriſſimo, & de jugo graviſſimo quod impoſuit nobis, & ſerviemus tibi. 4..... 14. *Vide Not.*

5. Qui ait eis: Ite uſque ad tertium diem, & revertimini ad me. Cùmque abiiſſet populus,

6. iniit conſilium rex Roboam cum ſenioribus, qui aſſiſtebant coram Salomone patre ejus cùm adhuc viveret, & ait: Quod datis mihi conſilium, ut reſpondeam populo huic?

7. Qui dixerunt ei: Si hodie obedieris populo huic, & ſervieris, & petitioni eorum ceſſeris, locutuſque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi ſervi cunctis diebus:

8. qui dereliquit conſilium ſenum, quod dederant ei, & adhibuit adoleſcentes, qui nutriti fuerant cum eo, & aſſiſtebant illi,

9. dixitque ad eos: Quod mihi datis conſilium, ut reſpondeam populo huic, qui dixerunt mihi: Levius fac jugum quod impoſuit pater tuus ſuper nos?

10. Et dixerunt ei juvenes qui nutriti fuerant cum eo: Sic loquêris populo huic, qui locuti ſunt ad te, dicentes: Pater tuus aggravavit jugum noſtrum, tu releva nos. Sic loquêris ad eos: Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei.

11. Et nunc pater meus poſuit ſuper vos jugum grave, ego autem addam ſuper jugum veſtrum: pater meus cecîdit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcorpionibus.

12. Venit ergo Jeroboam, & omnis populus ad Roboam die tertia, ſicut locutus fuerat rex, dicens: Revertimini ad me die tertia.

13. Reſponditque rex populo dura, derelicto conſilio ſeniorum, quod ei dederant,

14. & locutus eſt eis ſecundùm conſilium juvenum, dicens: Pater meus aggravavit jugum veſtrum, ego autem addam jugo veſtro: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcorpionibus.

VULGATA NOVA.

15. Et non acquievit rex populo: quoniam averſatus fuerat eum Dominus, ut ſuſcitaret verbum ſuum, quod locutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ, ad Jeroboam filium Nabath. *Sup.* 11. 31.

16. Videns itaque populus quòd noluiſſet eos audire rex, reſpondit ei dicens: Quæ nobis pars in David? vel quæ hæreditas in filio Iſai? Vade in tabernacula tua Iſraël, nunc vide domum tuam David. Et abiit Iſraël in tabernacula ſua.

VERSIO ANTIQUA.

15. Et non audivit rex plebem: quoniam erat converſio à Domino, ut ſtatueret verbum ſuum, quod locutus eſt in manu Achiæ Selonitæ, de Jeroboam filio Nabath. *Aug. de Grat. & lib. arb. t.* 10. 741. *a.*

16..... Non eſt nobis portio cum David, neque hæreditas in filiis Jeſſe. Revertere unuſquiſque in tabernacula tua Iſraël..... *Ambr. l.* 2. *offic. t.* 2. 92. *f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 4..... 14. Horum meminit Ambr. l. 2. offic. c. 18. to. 2. 92. e. dicens: *Cùm populus Iſraël poſt mortem Salomonis rogaſſet filium ejus Roboam, ut relevaret cervices eorum à ſervitute dura, & paterni imperii temperaret auſteritatem, illum, ſpreto ſenili conſilio, de ſuggeſtione adoleſcentium reſponſum dediſſe hujuſmodi, quia & onus adjiceret ſuper patrium jugum, & leviora gravioribus ſuppliciis mutaret.*

℣. 15. Ita Græcè, verbum pro verbo. Rurſus eadem leg. Aug. l. 5. cont. Julian. to. 10. 634. a. ab his, *erat converſio*, uſque ad *Selonitæ*, niſi quòd verbo *locutus eſt*, præponit hoc, *de illo*, & loco *Achiæ*, hab. *prophetæ*.

℣. 16. Hæc antecedunt apud Ambr. *Quo reſponſo exaſperati, reſponderunt populi.* Gr. Καὶ ἀπεκρίθη, vel ut in edit. Ald. ἀπεκρίθησαν, ὁ λαὸς τῷ βασιλεῖ, λέγων· deinde Τίς ἡμῖν μερὶς ἐν Δαυίδ; ᾧ γὰρ ἐσιν ἡμῖν..... ἐν υἱῷ Ἰεσσαί· Ἀπότρεχε Ἰσραὴλ εἰς τὰ, &c. Mſ. Alex. Ἀπότρεχε εἰς τὰ..... Ἰσραήλ· edit. verò Compl. Ἀποτρεχέτω ἕκαστος εἰς τὸ σκήνωμά ϛου Ἰσραήλ. Addit Ambroſ. *Quoniam hic homo neque in principem, neque in ducem erit nobis*; quæ abſunt à Græco: hoc etiam ultimum *erit nobis*, deeſt in pluribus ac potioribus Ambr. Mſs. quorum etiam nonnulli, loco *in ducem*, ferunt *in judicem*. Hieron. in Iſai. 8. to. 3. 76. f. hæc hab. *Non eſt nobis portio in David, neque hæreditas in filio Jeſſe.* Ambroſ. verò ep. 81. to. 2. 1099. f. *Non eſt nobis portio in Jacob, neque hæreditas in Iſraël.* Vide

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

17. Super filios autem Iſraël, quicunque habitabant in civitatibus Juda, regnavit Roboam.

18. Miſit ergo rex Roboam Aduram, qui erat ſuper tributa: & lapidavit eum omnis Iſraël, & mortuus eſt. Porro rex Roboam feſtinus aſcendit currum, & fugit in Jeruſalem:

19. receſſitque Iſraël à domo David, uſque in præſentem diem.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. 1. de reg. apoſt. 215. f.

20. Et factum eſt ut audivit omnis Iſraël, quoniam reverſus eſt Jeroboas ex Ægypto, & miſerunt, & vocaverunt eum in ſynagoga, & regnificaverunt eum in Iſraël.....

VULGATA NOVA.

20. Factum eſt autem cùm audiſſet omnis Iſraël, quòd reverſus eſſet Jeroboam, miſerunt, & vocaverunt eum congregato cœtu, & conſtituerunt eum regem ſuper omnem Iſraël, nec ſecutus eſt quiſquam domum David præter tribum Juda ſolam.

VULGATA NOVA.

21. Venit autem Roboam Jeruſalem, & congregavit univerſam domum Juda, & tribum Benjamin, centum octoginta millia electorum virorum bellatorum, ut pugnarent contra domum Iſraël, & reducerent regnum Roboam filio Salomonis.

2. Par. 11. 2. 22. Factus eſt autem ſermo Domini ad Semeiam virum Dei, dicens:

23. Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Juda, & ad omnem domum Juda, & Benjamin, & reliquos de populo, dicens:

24. Hæc dicit Dominus: Non aſcendetis, neque bellabitis contra fratres veſtros filios Iſraël: revertatur vir in domum ſuam, à me enim factum eſt verbum hoc. Audierunt ſermonem Domini, & reverſi ſunt de itinere, ſicut eis præceperat Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi ſup. 215. e. f. g.

* Et rex Salomon dormivit cum patribus ſuis in civitate David, & regnavit filius ejus Roboam pro eo in Jeruſalem: & erat ſexdecim annorum cùm regnaret, & viginti annis regnavit in Jeruſalem.....

**..... Et erat homo ex monte Ephræm ſervus Salomonis, & nomen ei erat Jeroboam, & nomen matris ejus erat Sarira, mulier fornicaria.....

VERSIO ANTIQUA.

VULGATA NOVA.

25. Ædificavit autem Jeroboam Sichem in monte Ephraim, & habitavit ibi: & egreſſus inde ædificavit Phanuel.

26. Et dixit Jeroboas in corde ſuo: Nunc revertetur regnum David,

26. Dixitque Jeroboam in corde ſuo: Nunc revertetur regnum ad domum David,

27. ſi aſcenderit populus hic ſacrificium offerre in domo Domini in Jeruſalem: & convertetur cor populi ad dominum ſuum Roboam regem Juda.

27. ſi aſcenderit populus iſte ut faciat ſacrificia in domo Domini in Jeruſalem: & convertetur cor populi hujus ad dominum ſuum Roboam regem Juda, interficientque me, & revertentur ad eum.

28. Tunc igitur Jeroboas cogitavit, & abiit, & fecit duas vitulas aureas, & dixit ad populum: Sufficiat vobis aſcendiſſe in Jeruſalem: Ecce ſunt dii tui Iſraël, qui reduxerunt te de terra Ægypti.

28. Et excogitato conſilio fecit duos vitulos aureos, & dixit eis: Nolite ultra aſcendere in Jeruſalem: Ecce dii tui Iſraël, qui te eduxerunt de terra Ægypti.

Tob. 1. 5. Exod. 32. 8.

29. Et poſuit unam in Bethel, & unam dedit in Dan:

29. Poſuitque unum in Bethel, & alterum in Dan:

30. & factum eſt hoc verbum in peccatum: & antecedebat populus ante faciem unius vitulæ uſque Dan.

30. & factum eſt verbum hoc in peccatum: ibat enim populus ad adorandum vitulum uſque in Dan.

31. Et fecerunt domos in excelſum, & fecit ſacerdotes partem aliquam populi, qui non erant ex filiis Levi.

31. Et fecit fana in excelſis, & ſacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Levi.

2. Par. 11. 15.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſis Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 155. a.

℣. 20. Vix unum aut alterum variat Græcè, nempe, εἰς τὴν ϛυναγωγήν, pro *in ſynagoga*, & Ἱεϱοβοάμ, loco *Jeroboas*.

* Hæc, ut & alia multò plura ſequuntur ibid. in Gr. Vat. nempe poſt ℣. 24. quæ abſunt ab edit. Compl. ſicut à Mſ. Alex. & à Vulg. ſaltem eò loci. Obſervat Nobilius in aliquo libro illa ipſa ſignis quibuſdam eſſe notata, quibus indicetur ea multis modis eſſe repetita, tranſpoſita, confuſa, malè cohærentia. Quæ verò hîc ſequuntur de Luciſero, nil differunt à Gr. ſup. niſi quòd pro *dormivit*, legitur κεκοίμηται, *dormit*, & poſt *ſuis*, iterum ſequitur καὶ τεθάπται μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ, *& ſepelitur cum patribus ſuis*; exinde pro *& erat*, ſic, ὑὸς ὢν, *cùm filius eſſet*, & pro *viginti*, δώδεκα, *duodecim*; in edit. Ald. δεκαεπτά, *ſeptemdecim*. Vid. 2. Paralip. 9. 31.

** Iſta reſpondent Vulgatæ c. 11. ℣. 26. nec differunt à Græco, niſi duplici verbo *erat*, quod deeſt, & ante *Jeroboam*, & ante *Sarira*.

℣. 26. Græcè, ante *nunc*, ponitur ἰδοὺ, *ecce*, ſicut ante *David*, hoc, εἰς οἶκον, *in domum*; reliqua ad verbum ut ſupra.

℣. 27. Cuncta concinunt cum Græco, niſi quòd loco *ad dominum ſuum Roboam*, legitur πρὸς κύριον καὶ κύριον αὐτῶν πρὸς Ῥοβοάμ, & in fine poſt *Juda*, ſequitur, καὶ ἀποκτενοῦσί με, & *occident me*.

℣. 28. Horum loco, *Tunc igitur Jeroboas cogitavit*, Gr. hab. Καὶ ἐβουλεύσατο ὁ βασιλεύς, *Et conſilium cepit rex*; reliqua quadrant, niſi quòd habetur Græcè, ἀναβαίνειν, *aſcendere*, pro *aſcendiſſe*, abſque verbo *ſunt*, poſt *ecce*; & pro *qui reduxerunt*, ſic, οἱ ἀναγαγόντες, mel. Alex. cod. οἳ ἀνήγαγον.

℣. 29. Itidem Græcè.

℣. 30. Similiter in Græco, uno excepto ἐπορεύετο, *ibat*, pro *antecedebat*, deleta voce *vitulæ*: cod. Vatic. in fine addit καὶ εἵασαν τὸν οἶκον Κυρίου, *& dimiſerunt domum Domini*, quæ deſunt in Mſ. Alex. ac edit. Compl. Ambroſ. ep. 66. to. 2. 1055. b. dicit, *Hieroboam hoc genus ſacrilegii* induxiſſe, *ut populus Hebræorum adoraret vitulas aureas*. Item Tertul. adv. Jud. c. 1. p. 135. Judæos *cum Hieroboam vaccas aureas & lucos* coluiſſe.

℣. 31. Gr. loco *fecerunt*, hab. ἐποίησε, *fecit*, ſicut ἐφ' ὑψηλῶν, *ſuper excelſa*, pro *in excelſum*; item inf. loco *populi*, ſic, ἐκ τοῦ λαοῦ, *de populo*; reliqua ad verbum ut ſupra.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

32. Constituitque diem solemnem in mense octavo, quintadecima die mensis, in similitudinem solemnitatis, quæ celebrabatur in Juda. Et ascendens altare, similiter fecit in Bethel, ut immolaret vitulis, quos fabricatus fuerat: constituitque in Bethel sacerdotes excelsorum, quæ fecerat.

33. Et ascendit super altare quod extruxerat in Bethel, quintadecima die mensis octavi, quem finxerat de corde suo: & fecit solemnitatem filiis Israël, & ascendit super altare, ut adoleret incensum.

VERSIO ANTIQUA.

32. Et fecit Jeroboas diem festum in mense octavo, in quintadecima mensis, secundùm diem festum Juda. Et ascendit in sacrario, quod fecit in Bethel, ut sacrificaret ante vitulas, quas fecit: & constituit in Bethel sacerdotes excelsorum, quos fecit. *Lucif. Cal. ubi sup.*

33. Et ascendit in sacrarium quod fecit, in quintodecimo die mense octavo, in die festo, quem finxit à corde suo: & fecit diem festum filiis Israël, & ascendit in sacrarium, ut sacrificaret.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 32. Dissimilia nonnulla habentur Græcè, nempe post vocem *decima*, additur ἡμέρᾳ, *die*, & pro *Juda*, sic, τὴν ἐν γῇ Ἰούδα, *qui in terra Juda*; sola edit. Compl. habet ἐν τῷ Ἰούδα; exinde pro *in sacrario*, sic, ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, *super altare*, & pro *ante vitulas*, ταῖς δαμάλεσι, *vitulabus*. Eadem rursus leg. idem Lucif. infra, 216. f. exceptis his: *in die festo*, quod addit voci *octavo*, demto seq. *in*; item *sacrificium*, pro *sacrario*, & *vitulis*, loco *ante vitulas*.

℣. 33. Optimè sibi constat Lucif. inf. col. 216. f. ubi eadem iterum refert; tollit tamen *in*, cum Gr. ante vocem *quinto*, sola Compl. addit: item pro *à corde*, hîc hab. Lucif. *in corde*; Gr. verò ἀπὸ καρδίας, sicut ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, *super altare*, hîc & infra, loco *in sacrarium*, posito ἐν, ante *mense*; reliqua ut in Lat. sup.

CAPUT XIII.

VULGATA NOVA.

1. ET ecce vir Dei venit de Juda in sermone Domini in Bethel, Jeroboam stante super altare, & thus jaciente.

2. Et exclamavit contra altare in sermone Domini, & ait: Altare, altare, hæc dicit Dominus: Ecce filius nascetur domui David, Josias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succendunt, & ossa hominum super te incendet. *4. Reg. 23. 16.*

3. Deditque in illa die signum, dicens: Hoc erit signum quod locutus est Dominus: Ecce altare scindetur, & effundetur cinis qui in eo est.

4. Cùmque audisset rex sermonem hominis Dei, quem inclamaverat contra altare in Bethel, extendit manum suam de altari, dicens: Apprehendite eum. Et exaruit manus ejus, quam extenderat contra eum: nec valuit retrahere eam ad se.

5. Altare quoque scissum est, & effusus est cinis de altari, juxta signum quod prædixerat vir Dei in sermone Domini.

6. Et ait rex ad virum Dei: Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora pro me, ut restituatur manus mea mihi. Oravitque vir Dei faciem Domini, & reversa est manus regis ad eum, & facta est sicut priùs fuerat.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET ecce homo Dei ex Juda advenit in verbo Domini in Bethel, & Jeroboam stabat super aram suam, sacrificare. *Lucif. l. 1. de reg. apost. 216. f. g.*

2. Et propheta invocavit ad aram in verbo Domini, dicens: O sacrarium, sacrarium, hæc dicit Dominus: Ecce filius nascetur in domo David, & Josias erit nomen illi, & sacrificabit in te sacerdotes excelsorum, qui sacrificant in te, & ossa hominum comburet in te.

3. Et dabit in illa die prodigium, quod locutus est Dominus: Ecce sacrarium disrumpetur, & effundetur pinguedo quæ est in eo.

4. Et factum est ut audivit verba hominis Dei invocantis in aram, quæ in Bethel erat, & extendit manum suam ad aram, dicens: Apprehendite eum. Et arida facta est manus regis, quam extendit in eum: & non potuit reducere eam ad se.

5. Et sacrificium ruptum est, & effusa est pinguedo ejus à sacrario, secundùm prodigium quod dixit homo Dei in verbo Domini.

6. Et respondit rex, & dixit homini Dei: Roga faciem Domini Dei tui, ut revertatur manus mea ad me. Et rogavit homo Dei faciem Domini, & reversa est manus regis ad eum, & facta est sicut priùs fuerat.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita in Græco, præter vocem *suam*, post *aram*, quæ abest; in Mss. tamen Alex. ac edit. Ald. additur αὐτοῦ.

℣. 2. In Græco varietates paucæ, nec magni ponderis, nempe initio deest *propheta*, & pro *dicens*, legitur καὶ εἶπε, & *dixit*; deinde loco *O sacrarium, sacrarium*, sic, θυσιαστήριον, θυσιαστήριον, *Altare, altare*; & pro *nascetur in domo*, τίκτεται τῷ οἴκῳ, *nascitur domui*, demta conjunctione &, ante *Josias*, cum seq. *erit*; paulò verò post editt. vitiosè ponunt *inter*, ante *sacerdotes*, loco *in te*, quod emendavimus; in Gr. enim ἐπί σε, ibi & infra non semel. Tichon. reg. 4. 58. b. hæc hab. *Altare, altare, hæc dicit Dominus: Ecce filius nascetur de domo David, Josias nomen illi.* Hilar. prolog. in Ps. n. 4. *Altarium, altarium, hæc dicit Dominus: Ecce filius nascetur David, Josias nomen ejus.* Hieron. epist. ad Cypr. to. 2. 696. a. *Altare, altare, hæc dicit Dominus: Ecce filius nascetur domui David, Josias nomen ejus.*

℣. 3. Gr. post *prodigium*, subdit, λέγων· Τοῦτο τὸ ῥῆμα, dein ὃ ἐλάλησε Κύριος, λέγων· *dicens: Hoc verbum quod*, &c. in Mss. Alex. Τοῦτο τέσχος ὃ, &c. subinde loco *sacrarium*, Gr. hab. constanter, θυσιαστήριον, *altare*, & pro *disrumpetur*, ῥήγνυται, *frangitur*, ut ἐπ' αὐτῷ, *super eum*, pro *in eo*, detracto præced. *est*; Mss. Alex. hab. ἐν αὐτῷ, editt. Ald. & Compl. ὅσα ἐπ' αὐτῷ.

℣. 4. Eadem rursus hab. Lucif. l. de non conven. cum hæret. col. 221. e. ab hoc, & *extendit*. Hæc autem variant Græcè: scilicet verbo *audivit*, additur ὁ βασιλεὺς Ἱεροβοάμ, deleturque inf. *erat*, post *Bethel*; rursus adjicitur βασιλεύς, verbo *extendit*, præterquam in ed. Compl. exinde loco *ad aram*, sic, ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου, *ab altari*; at in edit. Ald. ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον; demum ἰδοὺ ἐξηράνθη, *ecce exaruit*, pro *arida facta est*, ut & αὐτοῦ, *ejus*, loco *regis*.

℣. 5. Eadem repetit Lucif. infra, l. de non conv. cum hæret. col. 221. e. sed loco *sacrificium*, constanter leg. *sacrarium*; paulòque post omittit *prodigium*: Gr. initio & inf. habet θυσιαστήριον, *altare*, pro *sacrario*, absque *ejus*, post *pinguedo*; item pro *dixit*, ponit ἔδωκε, *dedit*; reliqua ut in Lat. supra.

℣. 6. Similiter iterum legit Lucif. l. de non conv. cum hæret. col. 221. e. nisi quòd pro *Roga faciem*, hab. *Roga à facie*, Gr. Δεήθητι τοῦ προσώπου; & ultimò pro *sicut priùs fuerat*, ponit *quemadmodum primùm*, Gr. καθὼς τὸ πρότερον: in cæteris etiam non plus discordat Græcum, nisi quòd initio hab. Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς Ἱεροβοὰμ τῷ, *Et*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. de non conven. cum hæret. 221. c.

7. Et locutus est rex ad hominem Dei, & dixit: Intra mecum in domum & prande, & dabo tibi munera.

8. Et dixit homo Dei ad regem: Nec si mihi dimidium dares domus tuæ, non intrabo tecum, nec manducabo panem, nec bibam aquam in hoc loco:

9. quoniam sic præcepit mihi Dominus in verbo, dicens: Non manducabis panem, & non bibes aquam, & non revertêris in via qua ibis in ea.

10. Et abiit per aliam viam, & non est reversus per viam, qua venerat in Bethel.

11. Et propheta alius habitabat in Bethel, & venerunt filii ejus, & nunciaverunt ei omnia opera, quæ fecerat homo Dei die illo in Bethel, & verba quæ locutus est regi; & averterunt faciem patris sui.

12. Et locutus est ad eos pater eorum, dicens: Qua via abiit? Et demonstraverunt filii ejus viam, per quam ierat homo Dei, qui venerat ex Juda.

13. Et dixit filiis suis: Sternite mihi asinam. Et straverunt ei, & ascendit super illam,

14. & abiit post hominem Dei, & invenit eum sedentem sub arbore ilicis: & dixit ei: Si tu es homo Dei qui venisti ex Juda? Et dixit: Ego sum.

15. Et dixit ei: Veni mecum, & manduca panem.

16. Et dixit: Non possum reverti tecum, neque manducare panem, neque bibere aquam in hoc loco:

17. quoniam sic præcepit mihi in verbo Dominus, dicens: Non manducabis panem ibi, & non bibes aquam ibi, & non revertêris inde per viam quam ieris.

18. Et dixit ad eum: Et ego prophetes sum sicut & tu: & angelus locutus est ad me in verbo Domini, dicens: Reduc eum ad te in domum tuam, & manducet panem, & bibat aquam. Et mentitus est illi,

19. & reduxit eum: & manducavit panem in domo ejus, & bibit aquam.

20. Et factum est, sedentibus illis ad mensam, verbum Domini ad pseudoprophetam, qui reduxit eum.

21. Et dixit ad hominem Dei, qui venerat ex Juda, dicens: Hæc dicit Dominus: Propter quod exacerbasti verbum Domini, & non custodisti

VULGATA NOVA.

7. Locutus est autem rex ad virum Dei: Veni mecum domum ut prandeas, & dabo tibi munera.

8. Respondítque vir Dei ad regem: Si dederis mihi mediam partem domus tuæ, non veniam tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco isto:

9. sic enim mandatum est mihi in sermone Domini præcipientis: Non comedes panem, neque bibes aquam, nec revertêris per viam qua venisti.

10. Abiit ergo per aliam viam, & non est reversus per iter, quo venerat in Bethel.

11. Prophetes autem quidam senex habitabat in Bethel, ad quem venerunt filii sui, & narraverunt ei omnia opera, quæ fecerat vir Dei illa die in Bethel: & verba quæ locutus fuerat ad regem, narraverunt patri suo.

12. Et dixit eis pater eorum: Per quam viam abiit? Ostenderunt ei filii sui viam, per quam abierat vir Dei, qui venerat de Juda.

13. Et ait filiis suis: Sternite mihi asinum. Qui cùm straviſſent, ascendit,

14. & abiit post virum Dei, & invenit eum sedentem subtus terebinthum: & ait illi: Tune es vir Dei qui venisti de Juda? Respondit ille: Ego sum.

15. Dixitque ad eum: Veni mecum domum, ut comedas panem.

16. Qui ait: Non possum reverti, neque venire tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco isto:

17. quia locutus est Dominus ad me in sermone Domini, dicens: Non comedes panem, & non bibes aquam ibi, nec revertêris per viam qua ieris.

18. Qui ait illi: Et ego propheta sum similis tui: & angelus locutus est mihi in sermone Domini, dicens: Reduc eum tecum in domum tuam, ut comedat panem, & bibat aquam. Fefellit eum,

19. & reduxit secum: comêdit ergo panem in domo ejus, & bibit aquam.

20. Cùmque sederent ad mensam, factus est sermo Domini ad prophetam, qui reduxerat eum.

21. Et exclamavit ad virum Dei, qui venerat de Juda, dicens: Hæc dicit Dominus: Quia non obediens fuisti ori Domini, & non custodis-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

dixit rex Jeroboam homini; sed in Compl. sic: Καὶ ἀπεκρίθη ὁ βασιλεὺς, ᾧ εἶπε τῶ· subinde loco *ut*, ponit ᾧ, & pro *reversa est manus*, sic, ἐπέστρεψε τὴν χεῖρα, *reduxit manum*; in sola Compl. ἡ χείρ.

℣. 7. In Græco deest & *dixit*; loco verò *munera*, est δόμα, *donum*; reliqua ut sup.

℣. 8. Vix meliùs è Græco, nisi excipias ista, *nec si mihi dimidium dares*, pro quibus, ἐὰν δῷς μοι τὸ ἥμισυ, *si dederis mihi dimidium.*

℣. 9. Cuncta concordant Græcè, præter aoristos istos subj. Μὴ φάγῃς.....μὴ πίῃς..... ᾧ μὴ ἐπιστρέψῃς· item pro *ibis*, ἐπορεύθης, *iviſti.*

℣. 10. Græcè, loco *per aliam viam*, est ἐν ὁδῷ ἄλλῃ, *in via alia*; paulòque post, ἐν τῇ ὁδῷ, ᾗ ἦλθεν ἐν αὐτῇ, *in via, qua ivit in ea*, loco *per viam, qua venerat.*

℣. 11. Nonnulla variant Græcè: nempe initio, εἷς πρεσβύτης, *unus senex*, loco *alius*; subinde pro *venerunt*, ἔρχονται, *veniunt*, ut & pro *nunciaverunt*, διηγήσαντο, *narraverunt*; item infra, ἐποίησε, *fecit*, loco *fecerat*, cum præposit. ἐν, ante *die.*

℣. 12. Vix pauca discrepant à Græco, nempe 1°. *Qua via abiit?* pro quo Ποία ὁδῷ πεπόρευται; *Quali via ivit?* edit. Compl. ἀπελήλυθε; dein pro *demonstraverunt*, δεικνύουσιν αὐτῷ, *ostendunt ei*; ultimò ἐν ᾗ ἀνῆλθεν, *in qua abiit*, loco *per quam ierat.*

℣. 13. Ita Græcè præter unum, τὸν ὄνον, *asinum*, additum voculæ *ei*; item supra τὸν ὄνον, loco *asinam*, ut in fine αὐτὸν, loco *illam*; Mſ. tamen Alex. constanter hab. τὴν ὄνον, & infra αὐτήν, cum Lucifero.

℣. 14. Gr. habet ὑπὸ δρῦν, loco *sub arbore ilicis*; & sub finem addit αὐτῷ, *ei*, verbo *dixit*, detracto ult. *sum*; cætera ut in Lat. sup.

℣. 15. Itidem Græcè.

℣. 16. Gr. loco *possum..... manducare..... bibere*, hab. δύναμαι..... φάγομαι..... πίομαι, *potero..... manducabo..... bibam*; cætera similia.

℣. 17. Gr. Μὴ φάγῃς..... μὴ πίῃς, *Ne manducaveris.... ne biberis*, absque *ibi*, post *aquam*; edit. tamen Ald. addit ἐκεῖ: item in fine, loco *inde per viam quam ieris*, sic, ἐκεῖ ἐν τῇ ὁδῷ ᾗ ἐπορεύθης ἐν αὐτῇ, *illic in via qua iviſti in ea.*

℣. 18. Ita de Græco ad verbum, excepto uno &, post *sicut*, quod deest, præterquam in ed. Compl.

℣. 19. Gr. transfert hoc, *in domo ejus*, post *aquam*; cætera concordant.

℣. 20. Rursus istud, ᾧ ἐγένετο, & *factum est*, transfertur Græcè post *mensam*; loco verò *pseudoprophetam*, habetur simpliciter, τὸν προφήτην; in cæteris nulla dissimilitudo.

℣. 21. Similiter in Græco. August. etiam l. de cura pro mort. to. 6. 521. b. legit: *Hæc dicit Dominus: Quoniam inobediens fuisti ori Domini, & non custodisti manda-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ti mandatum quod præcepit tibi Dominus Deus tuus,

22. & reverſus es, & comediſti panem, & bibiſti aquam in loco in quo præcepit tibi ne comederes panem, neque biberes aquam, non inferetur cadaver tuum in ſepulcrum patrum tuorum.

23. Cùmque comediſſet & bibiſſet, ſtravit aſinum ſuum prophetæ, quem reduxerat.

24. Qui cùm abiiſſet, invenit eum leo in via, & occidit, & erat cadaver ejus projectum in itinere: aſinus autem ſtabat juxta illum, & leo ſtabat juxta cadaver.

25. Et ecce, viri tranſeuntes viderunt cadaver projectum in via, & leonem ſtantem juxta cadaver. Et venerunt & divulgaverunt in civitate, in qua prophetes ille ſenex habitabat.

26. Quod cùm audiſſet propheta ille, qui reduxerat eum de via, ait: Vir Dei eſt, qui inobediens fuit ori Domini, & tradidit eum Dominus leoni, & confregit eum, & occidit juxta verbum Domini, quod locutus eſt ei.

27. Dixitque ad filios ſuos: Sternite mihi aſinum. Qui cùm ſtraviſſent,

28. & ille abiiſſet, invenit cadaver ejus projectum in via, & aſinum & leonem ſtantes juxta cadaver: non comêdit leo de cadavere, nec læſit aſinum.

VERSIO ANTIQUA.

præceptum quod præcepit tibi Dominus Deus tuus, *Lucif. Cal. ubi ſup.*

22. & rediiſti, & manducaſti panem, & bibiſti aquam in hoc loco de quo locutus eſt ad te, dicens: Non manducabis panem, neque bibes aquam, ideo non intrabit corpus tuum in monumentum patrum tuorum.

23. Et factum eſt, poſtquam manducavit panem, & bibit aquam, & ſtraverunt ei aſinam.

24. Et reverſus eſt, & abiit, & invenit eum leo in via, & occidit eum, & erat corpus ejus projectum in via: & aſina ſtabat ad eum, & leo ſtabat ad corpus ipſius.

25..... Et venerunt viri civitatis illius, & locuti ſunt in civitate, ubi prophetes ſenior habitabat in illa.

26. Et cùm audiſſent, qui reduxerant eum de via, dixit: Hic eſt homo Dei, qui exacerbavit verbum Domini.

27..... *Vide Not. ad ℣. ſeq.*

28. Et abiit, & invenit corpus ejus projectum in via; & aſina, & leo ſtabat ſuper corpus ejus: & leo non edit corpus illius, neque inſilivit in aſinam.

VULGATA NOVA.

29. Tulit ergo prophetes cadaver viri Dei, & poſuit illud ſuper aſinum, & reverſus intulit in civitatem prophetæ ſenis ut plangeret eum.

30. Et poſuit cadaver ejus in ſepulcro ſuo: & planxerunt eum: Heu, heu mi frater.

31. Cùmque planxiſſent eum, dixit ad filios ſuos: Cùm mortuus fuero, ſepelite me in ſepulcro, in quo vir Dei ſepultus eſt: juxta oſſa ejus ponite oſſa mea.

32. Profectò enim veniet ſermo, quem prædixit in ſermone Domini contra altare quod eſt in Bethel, & contra omnia fana excelſorum, quæ ſunt in urbibus Samariæ.

VULGATA NOVA.

33. Poſt verba hæc non eſt reverſus Jeroboam de via ſua peſſima, ſed è contrario fecit de noviſſimis populi ſacerdotes excelſorum: quicunque volebat, implebat manum ſuam, & fiebat ſacerdos excelſorum.

34. Et propter hanc cauſam peccavit domus Jeroboam, & everſa eſt, & deleta de ſuperficie terræ.

VERSIO ANTIQUA.

33. Et poſt hoc non eſt reverſus Jeroboas à malitia ſua, ſed è contrario fecit ex parte populi ſacerdotes excelſorum: qui enim volebat, allevabat manum ſuam, & fiebat ſacerdos in excelſis. *Lucif. Cal. l. 1. de reg. apoſt. 216. b.*

34. Et factum eſt hoc verbum in peccatum in domum Jeroboam, & in interitum, & in exterminium à facie terræ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tum quod præcepit tibi Dominus Deus tuus.

℣. 22. Ita rurſum in Græco, niſi quòd pro *Non manducabis..... neque bibes..... ideo non intrabit*, ſic eſt, Οὐ μὴ φάγῃς.... καὶ μὴ πίῃς (edit. Ald. μηδὲ πίῃς) ..... ἵνα μὴ εἰσέλθῃ· item infra ταφον, *ſepulcrum*, loco *monumentum*, quod idem ſonat. Aug. l. de cura pro mort. to. 6. col. 521. b. *Et reverſus es, & comediſti panem, & bibiſti aquam in loco in quo* (Gr. τούτῳ ᾧ) *præcepit tibi ne comederes panem, neque biberes aquam, non inferetur cadaver tuum in ſepulcrum patrum tuorum.*

℣. 23. Itidem Græcè, niſi quòd pro *ſtraverunt*, legitur ἐπέσαξε, *ſtravit*, ut & τὸν ὄνον, *aſinum*, loco *aſinam*; ſolus Mſ. Alex. hab. τὴν ὄνον.

℣. 24. In Gr. conſtanter ὁ ὄνος, *aſinus*, ſicut εἰσήκει, *ſtetit*, ſemel & iterum, pro *ſtabat*, abſque ult. *ipſius*; cætera planè ſimilia, hoc etiam excepto, παρ' αὐτὸ, poſt 1. *ſtabat*, loco *ad eum*, quod refertur ad *corpus*.

℣. 25. Hæc antecedunt in Græco, ſicut in Vulg. quæ omittit Lucif. Καὶ ἰδοὺ ἄνδρες παραπορευόμενοι, καὶ εἶδον τὸ θνησιμαῖον ἐρριμμένον ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ὁ λέων εἰστήκει ἐχόμενα τοῦ θνησιμαίου. *Et ecce: viri prætereuntes, & viderunt morticinum projectum in via, & leo ſtabat juxta morticinum:* deinde Καὶ εἰσῆλθον, καὶ ἐλάλησαν, *Et ingreſſi ſunt, & locuti ſunt*, &c. quæ ſup. prætermiſſis his, *viri civitatis illius:* edit. Compl. habet ſola ἔρχονται οἱ ἄνδρες, καὶ, &c. paulòque poſt, πρεσβύτης, *ſenex*, cum Mſ. Vat. & al. pro *ſenior*.

℣. 26. Gr. Καὶ ἤκουσεν ὁ ἐπιστρέψας αὐτὸν ἐκ τῆς ὁδοῦ, καὶ εἶπεν· Ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ ἑτός ἐστιν, ὃς, &c. *Et audivit qui reduxerat eum de via, & dixit: Homo Dei hic eſt, qui*, &c. ut ſup.

℣. 28. Ita ſequitur proximè in Gr. ſaltem Vatic. prætermiſſis his quæ reſpondent verſui 27. Vulg. Non plura etiam refert Theodoretus, teſte Nobilio, qui addit in aliis quibuſdam hæc anteponi: Καὶ ἐθαψεν αὐτὸν ὁ Κύριος τῷ λέοντι· καὶ ξυνέτριψεν αὐτὸν, καὶ ἐθανάτωσεν αὐτὸν κατὰ τὸ ῥῆμα Κυρίου, ὃ ἐλάλησεν αὐτῷ· καὶ ἐλάλησε πρὸς υἱὸς αὐτοῦ· Ἐπισάξατέ μοι τὸν ὄνον, καὶ ἐπέσαξαν. *Et tradidit eum Dominus leoni: & confregit eum, & occidit eum ſecundùm verbum Domini, quod locutus eſt ei: & dixit ad filios ſuos: Sternite mihi aſinum, & ſtraverunt.* Gr. autem Vat. verſui 26. hæc proximè ſubjungit: Καὶ ἐπορεύθη, καὶ εὗρε, &c. ut apud Lucif. ſup. niſi quòd pro *aſina*, conſtanter hab. ὁ ὄνος, *aſinus*, & pro *ſtabat*, εἰστήκεισαν, in plurali; item παρὰ, *juxta*, pro *ſuper*, abſque ſeq. *ejus*; dein translata voce λέων, poſt *edit*; loco *illius*, ponit τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ, *hominis Dei*, deinde καὶ ὁ ξυνέτριψε τὸν ὄνον, & *non contrivit aſinum*, loco *neque inſilivit in aſinam*.

℣. 33. Variant plura in Græco; ſcilicet ipſo initio ſic habetur: Καὶ μετὰ τὸ ῥῆμα τοῦτο οὐκ ἐπέστρεψεν Ἱεροβοὰμ, &c. exinde loco *ſed è contrario*, ita rurſus, καὶ ἐπέστρεψε, καὶ, & *revertit*, & ; paulòque poſt, ὁ βουλόμενος, *volens*, loco *qui enim volebat*, ut & pro *allevabat*, ἐπλήρου, *implebat*, & pro *in excelſis*, εἰς τὰ ὑψηλά, in Compl. τῶν ὑψηλῶν.

℣. 34. Vix meliùs de Græco, præter hoc, *in domum*, pro quo τῷ οἴκῳ, *domui*.

Digitized by Google

CAPUT XIV.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. 1. de reg. apoſt. 216. c. d. * ET homo erat exilis, & nomen ei Achiabeth; hic erat ſexaginta annorum, & verbum Domini erat cum illo.

2. Et dixit Jeroboam ad uxorem ſuam : Surge.....

3. Et accipe in manu tua homini Dei panes, & collyrides filiis ejus, & uvas, & vas mellis.....

4. Et ſurrexit mulier, & fecit ſicut dixit ei vir ejus : & Achiab homo ſenex erat valde, & oculi ejus caliginabantur videre.

5. Et ſurrexit mulier ex Baria, & abiit.

6. Et factum eſt, cùm intraſſet ipſa in civitatem ad Achiab Selonitem, & dixit Achiab puero ſuo : Exi nunc in obviam Annæ uxori Jeroboam, & dices ei : Intra, & noli ſtare, quoniam hæc dicit Dominus : Dura ego mitto in te. Et intravit Anna ad hominem Dei, & dixit ei Achiab : Ut quod mihi attuliſti panes, & uvam, & collyrides, & vas mellis?

VULGATA NOVA.

1. IN tempore illo ægrotavit Abia filius Jeroboam.

2. Dixitque Jeroboam uxori ſuæ : Surge, & commuta habitum, ne cognoſcaris quòd ſis uxor Jeroboam, & vade in Silo, ubi eſt Ahias propheta, qui locutus eſt mihi, quòd regnaturus eſſem ſuper populum hunc. *Sup. 11. 31.*

3. Tolle quoque in manu tua decem panes, & cruſtulam, & vas mellis, & vade ad illum : ipſe enim indicabit tibi quid eventurum ſit puero huic.

4. Fecit ut dixerat, uxor Jeroboam : & conſurgens abiit in Silo, & venit in domum Ahiæ : at ille non poterat videre, quia caligaverant oculi ejus præ ſenectute.

5. Dixit autem Dominus ad Ahiam : Ecce uxor Jeroboam ingreditur ut conſulat te ſuper filio ſuo qui ægrotat : hæc & hæc loquêris ei. Cùm ergo illa intraret, & diſſimularet ſe eſſe quæ erat,

6. audivit Ahias ſonitum pedum ejus introeuntis per oſtium, & ait : Ingredere uxor Jeroboam : quare aliam te eſſe ſimulas? ego autem miſſus ſum ad te durus nuncius.

VULGATA NOVA.

7. Vade, & dic Jeroboam : Hæc dicit Dominus Deus Iſraël : Quia exaltavi te de medio populi, & dedi te ducem ſuper populum meum Iſraël :

8. & ſcidi regnum domus David, & dedi illud tibi, & non fuiſti ſicut ſervus meus David, qui cuſtodivit mandata mea, & ſecutus eſt me in toto corde ſuo, faciens quod placitum eſſet in conſpectu meo :

9. ſed operatus es mala ſuper omnes qui fuerunt ante te, & feciſti tibi deos alienos & conflatiles, ut me ad iracundiam provocares, me autem projeciſti poſt corpus tuum :

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi ſup. 10. [12.] Ecce tu ibis à me : & ecce cùm intraveris portam civitatis Arira, & puellæ tuæ exient in obviam, & dicent tibi : Puer mortuus eſt.

11. [10.] Quoniam hæc dicit Dominus : Ecce ego diſperdam hujus Jeroboam mingentem ad parietem.

12. [11.] Et erunt mortui ejus Jeroboam in civitatem, & comedent eos canes : & mortui erunt ei in agro, & comedent eos volucres cœli.

VULGATA NOVA.

10. idcirco ecce ego inducam mala ſuper domum Jeroboam, & percutiam de Jeroboam mingentem ad parietem, & clauſum, & noviſſimum in Iſraël : & mundabo reliquias domus Jeroboam, ſicut mundari ſolet fimus uſque ad purum. *Iaſ. 15. 29.*

11. Qui mortui fuerint de Jeroboam in civitate, comedent eos canes : qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aves cœli : quia Dominus locutus eſt.

12. Tu igitur ſurge, & vade in domum tuam : & in ipſo introitu pedum tuorum in urbem, morietur puer,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Hic verſiculus non legitur in Gr. nec Vat. nec aliis, ſed ejus loco Mſ. Alex. habet cum editt. Ald. & Compl. Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἠρρώστησεν Ἀβιὰ υἱὸς Ἱεροβοάμ, ut in Vulg. Leguntur etiam iſta in Hexaplis, ſed ſub aſteriſco : quæ verò adduntur infra ex Lucifero, ad finem uſque capitis, inverſa ſunt & perturbata, imo decurtata & imperfecta.

℣. 2. Hæc & ſequentia abſunt à Gr. Vatic. reperiuntur autem in Alex. ac in editt. Ald. & Compl. ita ſcilicet in his duabus : Καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ εἶπεν Ἱεροβοάμ, &c. In Mſ. Alex. ut in Lat. ſupra : tum ſequuntur plura quæ reſpondent Vulgatæ, prætermittuntur verò à Lucifero. Eadem quoque leguntur in Hexaplis Orig. ſed ſub aſteriſcis.

℣. 3. Ita legimus apud Lucif. uno tenore & conjunctim : eadem quoque exſtant Græcè : Mſ. Alex. loco *collyrides*, habet κολλυρίδα, editt. verò Ald. & Compl. κολλύρια ; ſubinde pro *uvas*, ſic, ςαφίδας, i. e. *uvas paſſas*. Prætermiſſa verò hîc à Lucifero, habentur in Hexaplis, ut ſup. aſteriſcis notata.

℣. 4. Gr. loco iſtorum, *Et ſurrexit..... vir ejus*, hab. Καὶ ἐποίησεν ὅτως ἡ γυνὴ Ἱεροβοάμ· καὶ ἀνέςη, καὶ ἐπορεύθη εἰς Σηλὼ, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον Ἀχιά. *Et fecit ſic uxor Jeroboam : & ſurrexit, & ivit in Silo, & intravit in domum Achia :* deinde loco ſeqq. addit : καὶ ὁ ἄνθρωπος πρεσβύτερος τῇ ἰδεῖν, καὶ ἠμβλυώπησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ τῦ γήρως αὐτοῦ· *& homo ſenior ad videndum, & caligabant oculi ejus præ ſenectute ejus.* Tota verò iſta cum his quæ antecedunt notantur aſteriſcis in Hexap. Orig.

℣. 5. Nonnulla ipſo initio omittit Lucif. quæ leguntur in Græco, & reſpondent Vulgatæ : quæ autem hîc hab. *Et ſurrexit mulier ex Baria, & abiit*, leguntur infra ℣. 17. hoc modo : Καὶ ἀνέςη ἡ γυνὴ Ἱεροβοαμ, καὶ ἐπορεύθη εἰς Σαριρά· hîc verò loco eorundem habentur iſta : Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἰσέρχεσθαι αὐτὴν, καὶ ἄυτη ἀπεξένετο, *Et factum eſt in ingrediendo eam, & ipſa aliam ſe ſimulabat.* Plura hîc notantur aſteriſcis in Hexaplis, quæ vide.

℣℣. 6..... 12. Hæc perturbata omnino ſunt & mutila apud Lucif. ita verò exſtant in Græco : Καὶ ἐγένετο, ὡς ἤκουσεν Ἀχιὰ τὴν φωνὴν ποδῶν αὐτῆς, εἰσερχομένης αὐτῆς ἐν τῷ αὐλίγματι, καὶ εἶπεν· Εἴσελθε γυνὴ Ἱεροβοάμ· ἵναλί τοῦτο Σὺ ἀπεξενῶσαι; καὶ ἐγώ εἰμι ἀπόςολος πρός Σε σκληρός. 7. Πορευθεῖσα εἶπον τῷ Ἱεροβοάμ· Τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ· Ἀνθ' ὧν ὕψωσά Σε ἀπὸ μέσου τῦ λαῦ.....

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

13. & planget eum omnis Iſraël, & ſepeliet: iſte enim ſolus inferetur de Jeroboam in ſepulcrum, quia inventus eſt ſuper eo ſermo bonus à Domino Deo Iſraël, in domo Jeroboam.

14. Conſtituit autem ſibi Dominus regem ſuper Iſraël, qui percutiet domum Jeroboam in hac die, & in hoc tempore:

15. & percutiet Dominus Deus Iſraël, ſicut moveri ſolet arundo in aqua: & evellet Iſraël de terra bona hac, quam dedit patribus eorum, & ventilabit eos trans flumen: quia fecerunt ſibi lucos, ut irritarent Dominum.

16. Et tradet Dominus Iſraël propter peccata Jeroboam, qui peccavit, & peccare fecit Iſraël.

17. Surrexit itaque uxor Jeroboam, & abiit, & venit in Therſa: cùmque illa ingrederetur limen domus, puer mortuus eſt,

18. & ſepelierunt eum. Et planxit eum omnis Iſraël juxta ſermonem Domini, quem locutus eſt in manu ſervi ſui Ahiæ prophetæ.

19. Reliqua autem verborum Jeroboam, quomodo pugnaverit, & quomodo regnaverit, ecce ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iſraël.

20. Dies autem, quibus regnavit Jeroboam, viginti duo anni ſunt: & dormivit cum patribus ſuis: regnavitque Nadab filius ejus pro eo.

2. Par. 12. 13. 21. Porro Roboam filius Salomonis regnavit in Juda. Quadraginta & unius anni erat Roboam, cùm regnare cœpiſſet: decem & ſeptem annos regnavit in Jeruſalem civitate, quam elegit Dominus ut poneret nomen ſuum ibi, ex omnibus tribubus Iſraël. Nomen autem matris ejus Naama Ammanitis.

22. Et fecit Judas malum coram Domino, & irritaverunt eum ſuper omnibus, quæ fecerant patres eorum in peccatis ſuis quæ peccaverunt.

23. Ædificaverunt enim & ipſi ſibi aras, & ſtatuas, & lucos, ſuper omnem collem excelſum, & ſubter omnem arborem frondoſam:

24. ſed & effeminati fuerunt in terra, feceruntque omnes abominationes gentium, quas attrivit Dominus ante faciem filiorum Iſraël.

25. In quinto autem anno regni Roboam, aſcendit Seſac rex Ægypti in Jeruſalem,

26. & tulit theſauros domus Domini, & theſauros regios, & univerſa diripuit: ſcuta quoque aurea, quæ fecerat Salomon: *Sup. 10. 16.*

27. pro quibus fecit rex Roboam ſcuta ærea, & tradidit ea in manum ducum ſcutariorum, & eorum qui excubabant ante oſtium domus regis.

28. Cùmque ingrederetur rex in domum Domini, portabant ea qui præeundi habebant officium: & poſtea reportabant ad armamentarium ſcutariorum.

29. Reliqua autem ſermonum Roboam, & omnia quæ fecit, ecce ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Juda.

30. Fuitque bellum inter Roboam & Jeroboam cunctis diebus.

31. Dormivitque Roboam cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in civitate David: nomen autem matris ejus Naama Ammanitis: & regnavit Abiam filius ejus pro eo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

10. Διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἐγὼ..... ἐξολοθρεύω Ἰεροβοὰμ οὐροῦντα πρὸς τοῖχον..... 11. Τὸν τεθνηκότα (Alex. οἱ τεθνηκότες) τοῦ Ἰεροβοὰμ ἐν τῇ πόλει, καταφάγονται οἱ κύνες· καὶ τὸν τεθνηκότα ἐν τῷ ἀγρῷ, καταφάγεται (Alex. καταφάγονται) τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ..... 12. Καὶ σὺ ἀνάστα πορεύθητι εἰς οἶκόν σου· ἐν τῷ εἰσέρχεσθαι πόδας σου τὴν πόλιν, ἀποθανεῖται τὸ παιδάριον..... 6. *Et factum eſt, ut audivit Achia vocem pedum ejus, ingredientis ea in oſtium, & dixit: Intra uxor Jeroboam: ut quid hoc tu te aliam facis? & ego ſum legatus ad te durus. 7. Vadens dicito Jeroboam: Hæc dicit Dominus Deus Iſraël: Pro eo quantum exaltavi te de medio populi..... 10. propter hoc ecce ego..... exterminabo Jeroboam mingentem ad parietem..... 11. Mortuum ipſius Jeroboam in civitate, comedent canes: & mortuum in agro, comedent volatilia cæli..... 12. Et tu ſurgens vade in domum tuam: in ingrediendo pedes tuos civitatem, morietur puer:* quæ omnia cum pluribus aliis exſtant in Hexaplis, ſed ſub aſteriſcis. Quæ autem refert Lucif. ſup. ℣. 6. alibi non exſtant Græcè, ſi excipias pauca quæ hîc poſuimus. Apud Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. p. 524. e. leguntur iſta, quæ reſpondent verſui 8. Vulgatæ: *Dedi tibi regnum domûs David, & non fuiſti ſicut ſervus meus David, qui cuſtodivit mandata mea, & ambulavit poſt me in toto corde ſuo, & fecit placitum in conſpectu meo.* Eadem quoque habentur Græcè, paucis immutatis.

CAPUT XV.

VULGATA NOVA.

1. IGitur in octavo decimo anno regni Jeroboam filii Nabath, regnavit Abiam ſuper Judam.

2. Tribus annis regnavit in Jeruſalem: nomen matris ejus Maacha filia Abeſſalom. *2. Par. 13. 2.*

VERSIO ANTIQUA.

3. Et abiit in peccatis patris ſui, quæ fecit in conſpectu ejus: & non erat cor ejus conſummatum cum Domino Deo ſuo, ſicut erat cor David patris ejus. *Lucif. Cal. l. 1. de reg. apoſt. 217. a.*

VULGATA NOVA.

4. Sed propter David dedit ei Dominus Deus ſuus lucernam in Jeruſalem, ut ſuſcitaret filium ejus poſt eum, & ſtatueret Jeruſalem:

5. eò quòd feciſſet David rectum in oculis Domini, & non declinaſſet ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ ſuæ, excepto ſermone Uriæ Hethæi. *2. Reg. 11. 4.*

6. Attamen bellum fuit inter Roboam & Jeroboam, omni tempore vitæ ejus.

7. Reliqua autem ſermonum Abiam, & omnia quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Juda? Fuitque prælium inter Abiam & inter Jeroboam. *2. Par. 13. 1.*

8. Et dormivit Abiam cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in civitate David: regnavitque Aſa filius ejus pro eo. *2. Par. 14. 1.*

9. In anno ergo vigeſimo Jeroboam regis Iſraël regnavit Aſa rex Juda,

10. & quadraginta & uno anno regnavit in Jeruſalem. Nomen matris ejus Maacha, filia Abeſſalom.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Ita Lucif. de Abiud, *de quo*, inquit, *ſcriptum invenio, Et abiit*, &c. ut ſup. quæ optimè concordant cum Græco, deletis tamen ſub finem his, *erat*, & *David* è edd. tamen Ald. & Compl. retinent Δαυὶδ.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. l. 2. contra Pelag. t. 4. p. 524. f.

11... fecit Asa rectum in conspectu Domini, sicut David pater ejus.

VULGATA NOVA.

11. Et fecit Asa rectum ante conspectum Domini, sicut David pater ejus:

VULGATA NOVA.

12. & abstulit effeminatos de terra, purgavitque universas sordes idolorum, quæ fecerant patres ejus.

13. Insuper & Maacham matrem suam amovit, ne esset princeps in sacris Priapi, & in luco ejus, quem consecraverat: subvertitque specum ejus, & confregit simulacrum turpissimum, & combussit in torrente Cedron:

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup.

14. sed excelsa non abstulit. Attamen cor ejus perfectum erat cum Deo omnibus diebus vitæ suæ:

VULGATA NOVA.

14. excelsa autem non abstulit. Veruntamen cor Asa perfectum erat cum Domino cunctis diebus suis:

VULGATA NOVA.

15. & intulit ea, quæ sanctificaverat pater suus, & voverat, in domum Domini, argentum & aurum, & vasa.

16. Bellum autem erat inter Asa, & Baasa regem Israël, cunctis diebus eorum.

2. Par. 16. 1.

17. Ascendit quoque Baasa rex Israël in Judam, & ædificavit Rama, ut non posset quispiam egredi vel ingredi de parte Asa regis Juda.

18. Tollens itaque Asa omne argentum & aurum, quod remanserat in thesauris domus Domini, & in thesauris domus regiæ, dedit illud in manus servorum suorum: & misit ad Benadad filium Tabremon filii Hezion, regem Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicens:

19. Fœdus est inter me & te, & inter patrem meum & patrem tuum: ideo misi tibi munera, argentum & aurum: & peto ut venias, & irritum facias fœdus, quod habes cum Baasa rege Israël, & recedat à me.

20. Acquiescens Benadad regi Asa, misit principes exercitus sui in civitates Israël, & percusserunt Ahion, & Dan, & Abeldomum Maacha, & universam Cenneroth, omnem scilicet terram Nephthali.

21. Quod cùm audisset Baasa, intermisit ædificare Rama, & reversus est in Thersa.

22. Rex autem Asa nuncium misit in omnem Judam, dicens: Nemo sit excusatus: & tulerunt lapides de Rama, & ligna ejus, quibus ædificaverat Baasa, & extruxit de eis rex Asa Gabaa Benjamin, & Maspha.

23. Reliqua autem omnium sermonum Asa, & universæ fortitudines ejus, & cuncta quæ fecit, & civitates quas extruxit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Juda? Veruntamen in tempore senectutis suæ doluit pedes.

24. Et dormivit cum patribus suis, & sepultus est cum eis in civitate David patris sui. Regnavitque Josaphat filius ejus pro eo. *2. Par. 17. 1.*

25. Nadab verò filius Jeroboam regnavit super Israël anno secundo Asa regis Juda: regnavitque super Israël duobus annis.

26. Et fecit quod malum est in conspectu Domini, & ambulavit in viis patris sui, & in peccatis ejus, quibus peccare fecit Israël.

27. Insidiatus est autem ei Baasa filius Ahiæ de domo Issachar, & percussit eum in Gebbethon, quæ est urbs Philisthinorum: siquidem Nadab & omnis Israël obsidebant Gebbethon.

28. Interfecit ergo illum Baasa in anno tertio Asa regis Juda, & regnavit pro eo.

29. Cùmque regnasset, percussit omnem domum Jeroboam: non dimisit ne unam quidem animam de semine ejus, donec deleret eum, juxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu servi sui Ahiæ Silonitis, *Inf. 21. 22. Sup. 14. 10.*

30. propter peccata Jeroboam, quæ peccaverat, & quibus peccare fecerat Israël: & propter delictum, quo irritaverat Dominum Deum Israël.

31. Reliqua autem sermonum Nadab, & omnia quæ operatus est, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Israël?

32. Fuitque bellum inter Asa, & Baasa regem Israël, cunctis diebus eorum.

33. Anno tertio Asa regis Juda, regnavit Baasa filius Ahiæ, super omnem Israël, in Thersa, viginti quatuor annis. 33..... *Vide Not.*

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. 1. de reg. apost. 217. a.

34. Et fecit malignum coram Domino, & abiit in viam Jeroboam filii Nabath, & in peccatis ejus, quemadmodum peccavit in Israël.

VULGATA NOVA.

34. Et fecit malum coram Domino, ambulavitque in via Jeroboam, & in peccatis ejus, quibus peccare fecit Israël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. Facundus Herm. l. 5. ap. Sirm. to. 2. p. 570. d. sic habet: *Fecit Asa quod rectum est in conspectu Domini, sicut David pater ejus.* Græcum textui Hieron. favet.

℣. 14. Facund. Hermian. l. 5. p. 570. d. *Veruntamen cor Asa erat perfectum cum Domino omnibus diebus suis.* Sic etiam in Græco.

℣. 33. Hæc memorat Lucif. l. 1. de reg. apost. 217. a. dicens, *Viginti quatuor annis regnasse Basiam filium Achia super Israël.* In Gr. Βασιλεύει Βαασὰ υἱὸς Ἀχιὰ ἐπὶ Ἰσραὴλ ἐν Θερσᾷ εἴκοσι καὶ τέσσαρα ἔτη.

℣. 34. Ita in Græco, exceptis duobus, ἐν ὁδῷ, *in via*, loco *in viam*, & in fine, ἐξήμαρτε τὸν Ἰσραήλ, i. e. *peccare fecit Israël*, pro *peccavit in Israël*.

CAPUT XVI.

VERSIO ANTIQUA.

Gildas Sap. de excid. Brit. t. 8. p. 713. f.

2. Propter quod magnificavi te principem super Israël, quia exacerbaverunt me in vanitati-

VULGATA NOVA.

1. FActus est autem sermo Domini ad Jehu filium Hanani contra Baasa, dicens:

2. Pro eo quòd exaltavi te de pulvere, & posui te ducem super populum meum Israël, tu

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 2. 3. 4. Hæc omnia ad verbum non exprimere videtur Gildas Sap. Sic enim habetur Græcè: Ἀνθ' ὧν ὕψωσά σε ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔδωκά σε ἡγούμενον ἐπὶ τὸν λαόν μου Ἰσραὴλ, καὶ ἐπορεύθης ἐν τῇ ὁδῷ Ἱεροβοὰμ, καὶ ἐξήμαρτες τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραὴλ, τοῦ παροργίσαι με ἐν τοῖς μαλαίοις αὐτῶν· 3. ἰδοὺ, ἐγὼ ἐξεγείρω ὀπίσω Βαασὰ, καὶ ὀπίσω τοῦ οἴκου

VULGATA NOVA.

autem ambulasti in via Jeroboam, & peccare feciſti populum meum Iſraël, ut me irritares in peccatis eorum:

3. ecce, ego demetam poſteriora Baaſa, & poſteriora domus ejus: & faciam domum tuam, ſicut domum Jeroboam filii Nabath.

4. Qui mortuus fuerit de Baaſa in civitate, comedent eum canes: & qui mortuus fuerit ex eo in regione, comedent eum volucres cœli.

VERSIO ANTIQUA.

bus ſuis:

3. ecce, ego ſuſcitabo poſt Baaſam, & domum ejus: & tradam domum ejus, ſicut domum Hieroboæ filii Naboth.

4. Qui mortuus fuerit de ſuis in civitate, comedent eum canes: & mortuum corpus illius in campo, comedent volatilia cœli.

Gildas ubi ſup.

VULGATA NOVA.

5. Reliqua autem ſermonum Baaſa, & quæcunque fecit, & prælia ejus, nonne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iſraël?

6. Dormivit ergo Baaſa cum patribus ſuis, ſepultuſque eſt in Therſa: & regnavit Ela filius ejus pro eo.

7. Cùm autem in manu Jehu filii Hanani prophetæ verbum Domini factum eſſet contra Baaſa, & contra domum ejus, & contra omne malum, quod fecerat coram Domino, ad irritandum eum in operibus manuum ſuarum, ut fieret ſicut domus Jeroboam: ob hanc cauſam occidit eum, hoc eſt, Jehu filium Hanani, prophetam.

8. Anno vigeſimo ſexto Aſa regis Juda, regnavit Ela filius Baaſa ſuper Iſraël in Therſa duobus annis.

9. Et rebellavit contra eum ſervus ſuus Zambri, dux mediæ partis equitum: erat autem Ela in Therſa bibens, & temulentus, in domo Arſa præfecti Therſa.

10. Irruens ergo Zambri, percuſſit & occidit eum, anno vigeſimo ſeptimo Aſa regis Juda, & regnavit pro eo.

11. Cùmque regnaſſet, & ſediſſet ſuper ſolium ejus, percuſſit omnem domum Baaſa, & non dereliquit ex ea mingentem ad parietem, & propinquos & amicos ejus.

12. Delevitque Zambri omnem domum Baaſa juxta verbum Domini, quod locutus fuerat ad Baaſa in manu Jehu prophetæ,

13. propter univerſa peccata Baaſa, & peccata Ela filii ejus, qui peccaverunt, & peccare fecerunt Iſraël, provocantes Dominum Deum Iſraël in vanitatibus ſuis.

14. Reliqua autem ſermonum Ela, & omnia quæ

2. Par. 16. 1.

4. Reg. 9. 31.

Sup. 15. 19.

Sup. 14. 11.

fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iſraël?

15. Anno vigeſimo ſeptimo Aſa regis Juda, regnavit Zambri ſeptem diebus in Therſa: porro exercitus obſidebat Gebbethon urbem Philiſthinorum.

16. Cùmque audiſſet rebellaſſe Zambri, & occidiſſe regem, fecit ſibi regem omnis Iſraël Amri, qui erat princeps militiæ ſuper Iſraël in die illa in caſtris.

17. Aſcendit ergo Amri, & omnis Iſraël cum eo, de Gebbethon, & obſidebant Therſa.

18. Videns autem Zambri quòd expugnanda eſſet civitas, ingreſſus eſt palatium, & ſuccendit ſe cum domo regia: & mortuus eſt

19. in peccatis ſuis, quæ peccaverat faciens malum coram Domino, & ambulans in via Jeroboam, & in peccato ejus, quo fecit peccare Iſraël.

20. Reliqua autem ſermonum Zambri, & inſidiarum ejus, & tyrannidis, nonne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iſraël?

21. Tunc diviſus eſt populus Iſraël in duas partes: media pars populi ſequebatur Thebni filium Gineth, ut conſtitueret eum regem: & media pars Amri.

22. Prævaluit autem populus qui erat cum Amri, populo qui ſequebatur Thebni filium Gineth: mortuuſque eſt Thebni, & regnavit Amri.

23. Anno trigeſimo primo Aſa regis Juda, regnavit Amri ſuper Iſraël, duodecim annis: in Therſa regnavit ſex annis.

24. Emitque montem Samariæ à Somer duobus talentis argenti: & ædificavit eum, & vocavit nomen civitatis, quam extruxerat, nomine Somer domini montis, Samariam.

VULGATA NOVA.

25. Fecit autem Amri malum in conſpectu Domini, & operatus eſt nequiter ſuper omnes, qui fuerunt ante eum.

26. Ambulavitque in omni via Jeroboam filii Nabath, & in peccatis ejus quibus peccare fecerat Iſraël: ut irritaret Dominum Deum Iſraël in vanitatibus ſuis.

VERSIO ANTIQUA.

25. Et fecit malignum in conſpectu Domini, & malignè fecit ſuper omnes, qui fuerunt ante eum.

26. Et abiit in omnem viam Jeroboam filii Nabath, in peccatis ejus.....

Lucif. Cal. l. 1. de reg. apoſt. p. 217. a.

VULGATA NOVA.

27. Reliqua autem ſermonum Amri, & prælia ejus quæ geſſit, nonne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iſraël?

28. Dormivitque Amri cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Samaria: regnavitque Achab filius ejus pro eo.

VERSIO ANTIQUA.

..... abiit in vias Aſab patris ſui, & non declinavit ab illis ut faceret quod rectum erat in conſpectu Domini: ſed ab excelſis non abſtinuerunt, & ſacrificabant in excelſis, & incendebant.....

Lucif. Cal. l. 1. de reg. apoſtat. p. 217. c. d.

VULGATA NOVA.

29. Achab verò filius Amri regnavit ſuper Iſraël anno trigeſimo octavo Aſa regis Juda. Et regnavit Achab filius Amri ſuper Iſraël in Samaria viginti & duobus annis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

αὐτῦ· καὶ πλάσω τὸν οἶκόν σου, ὡς τὸν οἶκον Ἱεροβοὰμ υἱῦ Ναβάτ. 4. Τὸν τεθνηκότα τῦ Βαασὰ ἐν τῇ πόλει, καταφάγονται αὐτὸν αἱ κύνες· καὶ τὸν τεθνηκότα αὐτῦ ἐν τῷ πεδίῳ, καταφάγονται αὐτὸν τὰ πετεινὰ τῦ οὐρανῦ.

℣. 25. *Scriptum eſt etiam*, ait Lucif. *de Jambre rege: Et fecit*, &c. In Græco ſic: Καὶ ἐποίησεν Ἀμβρὶ τὸ, &c. ut in Lat. ſup. niſi quòd in fine pro *ante*, exſtat ἔμπροσθεν, vulgò *coram*, ſæpe etiam *olim*, *antehac*.

℣. 26. Similiter in Græco, præter unum, πάσῃ ὁδῷ., *omni via*, loco *omnem viam*.

* Hæc ut multa alia leguntur in Græco Vatic. & al. poſt Vulg. ℣. 28. ſed abſunt ab edit. Compl. ſicut à Vulg. ait verò primùm Lucifer: *Conſideres filium Baſa, annis triginta quinque, cùm fuerit ſacrilegus, regnaſſe apud Judæos.* In Græco ſic: Καὶ ἐν τῷ αὐτῷ τῷ ἑνδεκάτῳ ἔτει τῦ Ἀμβρὶ βασιλεύει Ἰωσαφὰτ υἱὸς Ἀσὰ ἐτῶν τεσσαράκοντα καὶ πέντε· & poſt

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi sup.

30. Et fecit Achab malignum in conspectu Domini, & malignè fecit super omnes, qui fuerunt ante eum.

31. Et non fuit illi satis ut ambularet in peccatis Jeroboam filii Nabath : sed & accepit uxorem Jezabel filiam Basan & Hela regis Sidoniorum. Et abiit, & servivit Baali, & adoravit eum.

32. Et statuit sacrarium Baali in domo religionum suarum, quam ædificavit in Samaria :

33. & fecit Achab lucum, ut faceret exacerbationem, ut exacerbaret Deum, & animam suam disperderet : & malignum fecit super omnes reges Israël, qui fuerunt ante eum.

VULGATA NOVA.

30. Et fecit Achab filius Amri malum in conspectu Domini super omnes, qui fuerunt ante eum.

31. Nec suffecit ei ut ambularet in peccatis Jeroboam filii Nabath : insuper duxit uxorem Jezabel filiam Ethbaal regis Sidoniorum. Et abiit, & servivit Baal, & adoravit eum.

32. Et posuit aram Baal in templo Baal, quod ædificaverat in Samaria,

33. & plantavit lucum : & addidit Achab in opere suo, irritans Dominum Deum Israël super omnes reges Israël, qui fuerunt ante eum.

VULGATA NOVA.

34. In diebus ejus ædificavit Hiel de Bethel, Jericho : in Abiram primitivo suo fundavit eam, & in Segub novissimo suo posuit portas ejus : juxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Josue filii Nun. *Jos. 6. 26.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

pauca, καὶ ἐπορεύθη, &c. ut in Lat. sup. exceptis tamen seqq. ἐν τῇ ὁδῷ Ἀσά, *in via Asa*, loco *in vias Asab*; item pro *illis*, αὐτῆς, *ea*, demtis his, *quod*, & *erat*; demum sic : πλὴν τῶν ὑψηλῶν οὐκ ἐξῆρεν, *tantùm excelsa non abstulerunt*, loco *sed ab excelsis non abstinuerunt*, absque seq. ℣.

℣. 30. Itidem Græcè, excepto verbo *fuerunt*, quod deest. Vide Auct. l. de promiss. apud Prosp. p. 155. c.

℣. 31. Similiter in Græco, nisi quòd deest *sed*, post *Nabath*, & loco *Basan* & *Hela*, habetur simpliciter Ἰεθεβάλ.

℣. 32. Ita rursum in Græco, præter duo, θυσιαστήριον, *altare*, loco *sacrarium*, & προσκυνημάτων, *offendiculorum*, loco *religionum*.

℣. 33. Media tantùm variant Græcè, nempe ista, *ut faceret exacerbationem*, *ut exacerbaret Deum*, pro quibus sic, καὶ προσέθηκεν Ἀχαὰβ τοῦ ποιῆσαι παροργισμὸν, τοῦ παροργίσαι τὸν Κύριον Θεὸν τοῦ Ἰσραήλ· & *adjecit Achaab facere irritationes*, *ad irritandum Dominum Deum Israël* : deest etiam &, post *disperderet*.

CAPUT XVII.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 188. b.

1..... Vivit Dominus, cui assisto ante conspectum, si erit annis istis ros & pluvia, nisi per verbum oris mei.

VULGATA NOVA.

1. ET dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab : Vivit Dominus Deus Israël, in cujus conspectu sto, si erit annis his ros & pluvia, nisi juxta oris mei verba. *Eccli. 48. 2. Jac. 5. 17.*

VULGATA NOVA.

2. Et factum est verbum Domini ad eum, dicens :

3. Recede hinc, & vade contra orientem, & abscondere in torrente Carith, qui est contra Jordanem,

3..... *Vide Not.*

4. & ibi de torrente bibes : corvisque præcepi ut pascant te ibi.

5. Abiit ergo, & fecit juxta verbum Domini : cùmque abiisset, sedit in torrente Carith, qui est contra Jordanem.

6. Corvi quoque deferebant ei panem & carnes manè, similiter panem & carnes vesperi, & bibebat de torrente.

6..... *Vide Not.*

7. Post dies autem siccatus est torrens : non enim pluerat super terram.

8. Factus est ergo sermo Domini ad eum, dicens :

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ser. 11. t. 5. 70. g. 71. a.

9..... vade in Sarepta Sidoniæ : ibi enim mandavi viduæ ut pascat te.

11..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

9. Surge, & vade in Sarephta Sidoniorum, & manebis ibi : præcepi enim ibi mulieri viduæ ut pascat te.

10. Surrexit, & abiit in Sarephta. Cùmque veniisset ad portam civitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, & vocavit eam, dixitque ei : Da mihi paululum aquæ in vase, ut bibam. *Luc. 4. 26.*

11. Cùmque illa pergeret ut afferret, clama-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Edit. Lucif. hab. *Vivit Helias dominus*, sed aperto vitio : Græcè ita, Ζῇ Κύριος ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων ὁ Θεὸς Ἰσραήλ· *Vivit Dominus Deus virtutum Deus Israël*; subinde pro *assisto ante conspectum*, sic, παρέστην ἐνώπιον αὐτοῦ, *astiti coram eo*; & loco *per verbum oris mei*, ita, διὰ στόματος λόγου μου, *per os verbi mei*. Tertul. adv. Psych. 984. b. legit : *Vivit Dominus, cui assisto in conspectu ejus, si erit ros istis annis & imber.* Item Ambros. l. de Elia & jejun. c. 2. to. 1. 536. b. alludens dicit : *Cùm à rege Achab altare esset idolo constitutum, ad verbum prophetæ tribus annis & sex mensibus ros pluviæ non cecidit super terram.*

℣. 3. Huc redeunt quæ ait Ambros. epist. 63. n. 75. to. 2. col. 1040. d. *Ipse Elias, ut confirmaretur verbum oris ejus, missus est à Domino, ut se ad torrentem absconderet Chorath.* Gr. Πορεύθητι ἐντεῦθεν κατὰ ἀνατολὰς, καὶ κρύβηθι ἐν τῷ χειμάρρῳ Χορράθ.

℣. 6. Eò pariter spectant Augustini ista, ser. 239. n. 3. col. 998. f. *Eliam sanctum famis tempore, per corvum Dominus pascebat..... afferebat servo Dei corvus manè panes, & ad vesperam carnes.* In Græco similiter : Καὶ οἱ κόρακες ἔφερον αὐτῷ ἄρτους τὸ πρωΐ, καὶ κρέα τοπλείης. Vide etiam Aug. ser. 103. n. 2. col. 537. b. & Auct. l. de promiss. p. 155. e.

℣. 9. Ita Græcè, præter seqq. ἰδοὺ, *ecce*, pro *ibi enim*, hoc addito, ἐκεῖ γυναικὶ, *ibi mulieri*, verbo *mandavi*; item loco *ut pascat te*, sic, τοῦ διαθρέψαι σε, *de enutriendo te*, quod idem valet. Ambros. l. de Elia & jejun. c. 2. col. 536. b. similiter ait, Prophetam *ad viduam in Sareptam Sidoniæ* missum. Item August. ser. 239. n. 3. col. 998. f. *Vade ad illam viduam, pascet te.* Auct. op. imp. in Matth. col. 165. c. *Descende in Sareptam Sidoniæ, & illic mandabo viduæ ut pascat te.* Auct. l. de promiss. apud Prosp. col. 156. a. *Dixit Dominus Eliæ : Vade in Sarepta Sidoniæ : ecce enim mandavi mulieri viduæ ut pascat te illic.*

℣. 11. Eadem memorat August. ser 239. n. 3. col. 998. g. dicens : *Dicit ad eam : Vade, & affer mihi pusillum us*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

vit post tergum ejus, dicens: Affer mihi, obsecro, & buccellam panis in manu tua.

12. Quæ respondit: Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho: en colligo duo ligna, ut ingrediar & faciam illum mihi & filio meo, ut comedamus, & moriamur.

13. Ad quam Elias ait: Noli timere, sed vade, & fac sicut dixisti: veruntamen mihi primùm fac de ipsa farinula subcinericium panem parvulum, & affer ad me: tibi autem & filio tuo facies postea.

14. Hæc autem dicit Dominus Deus Israël: Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur, usque ad diem in qua Dominus daturus est pluviam super faciem terræ.

15. Quæ abiit, & fecit juxta verbum Eliæ: & comêdit ipse, & illa, & domus ejus: & ex illa die

16. hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non est imminutus, juxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Eliæ.

VERSIO ANTIQUA.

12..... Vivit Dominus, quia non habeo, nisi pugillum farinæ, & modicum olei in vase: & ecce ego exeo ut colligam duo ligna, & faciam mihi cibum & filio meo, & manducabimus, & moriemur. *Anon. serm. 40. append. t. 5. Aug. 78. g.*

13..... *Vide Not.*

14. Quia hæc dicit Dominus: Hydria farinæ non deficiet, & vas olei non deficiet, usque in diem quo dabit Dominus pluviam super terram. *Ambr. de Vid. t. 2. 190. e.*

16. non defecit hydria polentæ..... *Ambr. de El. & Jej. t. 1. 536. b.*

VULGATA NOVA.

17. Factum est autem post hæc, ægrotavit filius mulieris matris familias, & erat languor fortissimus, ita ut non remaneret in eo halitus.

18. Dixit ergo ad Eliam: Quid mihi & tibi vir Dei? ingressus es ad me, ut rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum?

19. Et ait ad eam Elias: Da mihi filium tuum. Tulitque eum de sinu ejus, & portavit in cœnaculum ubi ipse manebat, & posuit super lectulum suum.

VULGATA NOVA.

20. Et clamavit ad Dominum, & dixit: Domine Deus meus, etiamne viduam, apud quam ego utcunque sustentor, afflixisti ut interficeres filium ejus?

21. Et expandit se, atque mensus est super puerum tribus vicibus, & clamavit ad Dominum, & ait: Domine Deus meus, revertatur, obsecro, anima pueri hujus in viscera ejus.

22. Et exaudivit Dominus vocem Eliæ: & reversa est anima pueri intra eum, & revixit.

23. Tulitque Elias puerum, & deposuit eum de cœnaculo in inferiorem domum, & tradidit matri suæ, & ait illi: En vivit filius tuus.

24. Dixitque mulier ad Eliam: Nunc in isto cognovi, quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est.

VERSIO ANTIQUA.

20..... O Domine, testis hujus viduæ, cum qua ego inhabito apud ipsam, tu malè fecisti ut occideres filium ejus. *Aug. l. 2. ad Simplic. t. 6. 118. d. e. f.*

21. Et insufflavit puero ter, & invocavit Dominum, & dixit: Domine Deus meus, revertatur nunc anima pueri hujus in eum.

22. Et factum est sic.....

24..... Ecce cognovi, quoniam homo Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo certissimum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

manducem. Gr. Λήψη δή μοι ψωμὸν ἄρτου τοῦ ἐν τῇ χειρί σου. *Cape nunc mihi buccellam panis qui in manu tua.*

℣. 12. Ita Græcè: Καὶ εἶπεν ἡ γυνή· Ζῇ Κύριος ὁ Θεός σου, εἰ ἔστι μοι ἐγκρυφίας, ἀλλ' ἢ ὅσον δράξ ἀλεύρου ἐν τῇ ὑδρίᾳ, καὶ ὀλίγον ἔλαιον ἐν τῷ καψάκῃ· καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ξυλίζω δύο ξυλάρια, καὶ εἰσελεύσομαι, καὶ ποιήσω αὐτὸ ἐμαυτῇ καὶ τοῖς τέκνοις μου, καὶ φαγόμεθα, καὶ ἀποθανούμεθα· i. e. *Et dixit mulier: Vivit Dominus Deus tuus, si est mihi subcinericius, nisi quantum pugillum farinæ in hydria, & paucum oleum in lecytho: & ecce ego colligam duo lignicula, & ingrediar, & faciam illum mihi ipsi & filiis meis, & comedemus, & moriemur.* Similiter Aug. ser. 239. col. 998. g. *Illa*, inquit, *modicum habebat, quod consumptura fuerat, & moritura.*

℣. 13. Huic respondent quæ addit Aug. ubi sup. *Ait illi propheta: Vade priùs, affer mihi. Illa non dubitavit, sed attulit*, &c.

℣. 14. Vix meliùs è Græco, nisi excipias verbum *deficiet*, pro quo sic, ἐλαττονήσει, *minus habebit*, quod idem sonat. Idem Ambros. l. de Elia & jejun. c. 2. col. 536. c. loco *farinæ*, legit *polentæ*, Gr. τοῦ ἀλεύρου, i. e. *farinæ triticeæ.* Cypr. l. de op. & eleem. p. 243. a. sic hab. *Hæc dicit Dominus: Fidelia farris non deficiet, & capsaces olei non minuetur, usque in diem quo dabit Dominus imbrem super terram.* Item Auct. l. de promiss. ap. Prosp. p. 156. c. *Quoniam hæc dicit Dominus: Hydria farinæ non deficiet, & capsaces olei non minuetur, usque in diem quo dabit Dominus pluviam super terram.*

℣. 16. Gr. Καὶ ἡ ὑδρία τοῦ ἀλεύρου οὐκ ἐξέλιπε, καὶ ὁ καψάκης τοῦ ἐλαίου οὐκ ἠλαττονήθη. Unde Aug. ser. 239. col. 998. g. ait: *Benedixit Elias hydriam farinæ, & capsacem olei*, &c.

℣. 20. Græcè: Οἴ μοι Κύριε, ὁ μάρτυς τῆς χήρας, μεθ' ἧς ἐγὼ καταλοικῶ μετ' αὐτῆς, &c. ut in Lat. sup.

℣. 21. Eadem prorsus in Græco, nisi quòd pro *puero*, habetur hîc & infra, παιδαρίῳ, *puerulo.*

℣. 22. Itidem Græcè.

℣. 24. Similiter in Græco, exceptis his, Σὺ ἄνθρωπος Θεοῦ, *tu homo Dei*, loco *homo Dei es tu*; & ἀληθινὸν, *verum*, loco *certissimum.*

Digitized by Google

CAPUT XVIII.

VULGATA NOVA.

1. POst dies multos factum est verbum Domini ad Eliam, in anno tertio, dicens: Vade, & ostende te Achab, ut dem pluviam super faciem terræ.

2. Ivit ergo Elias, ut ostenderet se Achab: erat autem fames vehemens in Samaria.

3. Vocavitque Achab Abdiam dispensatorem domus suæ: Abdias autem timebat Dominum valde.

4. Nam cùm interficeret Jezabel prophetas Domini, tulit ille centum prophetas, & abscondit eos quinquagenos & quinquagenos in speluncis, & pavit eos pane & aqua.

5. Dixit ergo Achab ad Abdiam: Vade in terram ad universos fontes aquarum, & in cunctas valles, si fortè possimus invenire herbam, & salvare equos & mulos, & non penitus jumenta intereant.

6. Divisseruntque sibi regiones, ut circuirent eas: Achab ibat per viam unam, & Abdias per viam alteram seorsum.

7. Cùmque esset Abdias in via, Elias occurrit ei: qui cùm cognovisset eum, cecidit super faciem suam, & ait: Num tu es, domine mi, Elias?

8. Cui ille respondit: Ego. Vade, & dic domino tuo: Adest Elias.

9. Et ille, Quid peccavi, inquit, quoniam tradis me servum tuum in manu Achab, ut interficiat me?

10. Vivit Dominus Deus tuus, quia non est gens aut regnum, quò non miserit dominus meus te requirens: & respondentibus cunctis: Non est hic: adjuravit regna singula & gentes, eò quòd minimè repererireris.

11. Et nunc tu dicis mihi: Vade, & dic domino tuo: Adest Elias.

12. Cùmque recessero à te, Spiritus Domini asportabit te in locum, quem ego ignoro: & ingressus nunciabo Achab, & non inveniens te, interficiet me: servus autem tuus timet Dominum ab infantia sua.

13. Nunquid non indicatum est tibi domino meo, quid fecerim cùm interficeret Jezabel prophetas Domini, quòd absconderim de prophetis Domini centum viros, quinquagenos & quinquagenos, in speluncis, & paverim eos pane & aqua?

14. Et nunc tu dicis: Vade, & dic domino tuo: Adest Elias: ut interficiat me?

15. Et dixit Elias: Vivit Dominus exercituum, ante cujus vultum sto, quia hodie apparebo ei.

16. Abiit ergo Abdias in occursum Achab, & indicavit ei: venitque Achab in occursum Eliæ.

17. Et cùm vidisset eum, ait: Tune es ille, qui conturbas Israël?

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 188. b. seqq.

18. Et dixit Helias: Ego non verto Israël, sed evertis tu, & domus patris tui, dum relinquitis vos Dominum Deum nostrum, & itis post Baal.

19. Et nunc mitte, & congrega ad me omnem Israël in montem Carmeli, & prophetas confusionis quadringentos quinquaginta, & prophetas lucorum quadringentos, manducantes & bibentes in mensa Jezabel.

20. Et misit rex Achab ad omnem Israël, & collegit omnes prophetas in montem Carmeli.

21. Et accessit Helias ad omnes, & dixit eis: Usquequo vos claudicatis sensu vestro? si est Dominus Deus, ite post ipsum: si autem Baal est, ite post illum. Et non respondit illi populus verbum.

22. Et dixit Helias ad populum, dicens: Ego superavi solus prophetarum Domini unus: & prophetæ hujus Baal quadringenti quinquaginta viri, & prophetæ lucorum quadringenti.

23. Dentur ergo nobis duo boves, & eligant sibi illi unum, & demembrent, & imponant eum super lignum, & ignem non supponant: & ego faciam bovem alterum, & ignem non supponam.

VULGATA NOVA.

18. Et ille ait: Non ego turbavi Israël, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalim.

19. Veruntamen nunc mitte, & congrega ad me universum Israël in monte Carmeli, & prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetasque lucorum quadringentos, qui comedunt de mensa Jezabel.

20. Misit Achab ad omnes filios Israël, & congregavit prophetas in monte Carmeli.

21. Accedens autem Elias ad omnem populum, ait: Usquequo claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum. Et non respondit ei populus verbum.

22. Et ait rursus Elias ad populum: Ego remansi propheta Domini solus: prophetæ autem Baal quadringenti & quinquaginta viri sunt.

23. Dentur nobis duo boves, & illi eligant sibi bovem unum, & in frusta cædentes, ponant super ligna, ignem autem non supponant: & ego faciam bovem alterum, & imponam super ligna, ignem autem non supponam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 18. Græcè constanter Ἠλιὰ, *Heliu*, loco *Helias*, absque seq. *ego*, dein pro *verto*, habetur διαστρέφω, *everto*; mox ita, ὅτι ἀλλ' ἢ Σύ, *quinimo tu*, loco *sed evertis tu*; in Compl. deest ὅτι: exinde post pauca, loco *nostrum*, exstat ὑμῶν, *vestrum*, & pro *itis*, ἐπορεύθης, *ivisti*; ultimò Βααλὶμ, pro *Baal*; cætera quadrant.

℣. 19. In Græco deest conjunctio καὶ, post *mitte*, habetur verò ante *quinquaginta*, & in fine, τράπεζαν, *mensam*, pro *in mensa*, absque hoc præced. καὶ *bibentes*; cætera ad verbum ut supra.

℣. 20. A Græco abest *rex*, & loco *ad*, habetur εἰς, *in*; cætera concordant.

℣. 21. Græcè repetitur Ἠλιὰ, post *dixit eis*; paulòque post pro *claudicatis*, sic, χωλαίνετε, *claudicabitis*, & pro *sensu vestro*, ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ἰγνύαις, *in ambobus poplitibus*, deletur autem inf. *est*, post *Baal*, sicut *illi*, ante *populus*; at Compl. retinet ἐστὶ, & Mſ. Alex. addit αὐτῷ; cætera concordant. Vet. Iren. Interp. sic habet l. 3. c. 6. 181. b. *Quousque claudicabitis vos in ambabus suffraginibus? si unus est Dominus Deus, venite post eum.* Cypr. de Conc. Carthag. 355. b. *Aut enim Dominus tuus Deus est, aut Baal Deus est.* Philastr. Brix. de hæres. 704. e. *Dixit Elias: Aut Deo Deo, aut Bahal Bahal.* Auct. l. de promiss. apud Prosp. p. 108. c. *Quid claudicatis ambobus inguinibus? si Deus est, ite post illum.*

℣. 22. Ex his pauca variant Græcè: scilicet deest verbum *dicens*, cum hoc inf. *hujus*; loco verò *Ego superavi..... Domini unus*, sic habetur: Ἐγὼ ὑπολέλειμμαι προφήτης τῷ Κυρίῳ μονώταλος, *Ego relictus sum propheta Domini solus*: demum ᾗ præponitur voci *quinquaginta*, & loco *lucorum*, habetur singulariter τῷ ἄλσει, *luci*. Nota hæc, & *prophetæ lucorum quadringenti*, quæ absunt à Vulg. addi in cod. Germ. n. 7. & in Corb. n. 3. ad marg. item in Corb. n. 1. intra textum, ut & in Germ. n. 9. sed expuncta de more.

℣. 23. Nec etiam ista discrepant à Græco, nisi leviter: nempe Gr. habet δώτωσαν..... δύο, *dent..... duos*, pro *dentur.... duo*, absque medio *ergo*, quod sola retinet ed.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

24. Invocate nomina deorum veſtrorum, & ego invocabo nomen Domini mei: & Deus qui exaudierit per ignem, ipſe ſit Deus. Reſpondens omnis populus, ait: Optima propoſitio.

25. Dixit ergo Elias prophetis Baal: Eligite vobis bovem unum, & facite primi, quia vos plures eſtis: & invocate nomina deorum veſtrorum, ignemque non ſupponatis.

26. Qui cùm tuliſſent bovem, quem dederat eis, fecerunt: & invocabant nomen Baal de manè uſque ad meridiem, dicentes: Baal exaudi nos. Et non erat vox, nec qui reſponderet: tranſiliebantque altare quod fecerant.

27. Cùmque eſſet jam meridies, illudebat illis Elias, dicens: Clamate voce majore: Deus enim eſt, & forſitan loquitur, aut in diverſorio eſt, aut in itinere, aut certè dormit, ut excitetur.

28. Clamabant ergo voce magna, & incidebant ſe juxta ritum ſuum cultris & lanceolis, donec perfunderentur ſanguine.

29. Poſtquam autem tranſiit meridies, & illis prophetantibus venerat tempus, quo ſacrificium offerri ſolet, nec audiebatur vox, nec aliquis reſpondebat, nec attendebat orantes:

30. dixit Elias omni populo: Venite ad me. Et accedente ad ſe populo, curavit altare Domini, quod deſtructum fuerat.

31. Et tulit duodecim lapides juxta numerum tribuum filiorum Jacob, ad quem factus eſt ſermo Domini, dicens: Iſraël erit nomen tuum.

Gen. 32. 28.

32. Et ædificavit de lapidibus altare in nomine Domini: fecitque aquæductum, quaſi per duas aratiunculas, in circuitu altaris,

33. & compoſuit ligna: diviſitque per membra bovem, & poſuit ſuper ligna,

VERSIO ANTIQUA.

24. Et clamate in nomine deorum veſtrorum, & ego clamabo in nomine Dei mei: & erit, hic Deus quicunque exaudierit nos in igne, hic erit Deus. Et reſpondit omnis populus, & dixerunt: Bonum verbum quod locutus eſt Helias. *Lucif. Cal. ubi ſupr.*

25. Et dixit Helias ad prophetas confuſionis: Eligite vobis vitulum unum, & facite priores, quoniam vos multi eſtis: & clamate in nomine deorum veſtrorum, & ignem nolite ſupponere.

26. Et acceperunt vitulum, & fecerunt: & invocabant in nomine Baal à manè uſque ad veſperam, & dicebant: Exaudi nos Baal, exaudi nos. Et non fuit iſtis vox, neque auditio.

27. Et appoſuit Helias Thesbites, dicens: Invocate in voce magna pariter, ne fortè occupatus ſit, vel dormiat ipſe, & ſuſcitabitur.

28. Et illum vocabant in voce magna, & ſecabant ſe ſecundùm conſuetudinem ſuam gladiis & novaculis, uſque ad effuſionem ſanguinis ſuper ſe.

29. Et prophetabant uſque dum tranſiret meridies: & factum eſt, quomodo tempus erat ut aſcenderet ſacrificium, & locutus eſt Helias Theſbites ad prophetas, dicens: Diſcedite amodo, & ego faciam holocauſtomata. Et diſceſſerunt, & abierunt:

30. & dixit Helias ad populum: Accedite ad me. Et acceſſerunt omnes populi ad eum.

31. Et accepit Helias duodecim lapides ſecundùm numerum tribûs Iſraël, ſicut locutus eſt Dominus ad eum, dicens: Iſraël erit nomen tuum.

32. Et ædificavit lapides, & reſtituit altare Domini, quod diſſipatum fuerat: & fecit foveam, quæ caperet duas metretas ſemis, in gyro altaris,

33. & conſtipavit ſcizas ſuper altare quod fecit: & demembravit holocauſtum, & impoſuit ſcizam, & ſtipavit ſuper altare,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Compl. exinde pro *ſibi illi*, ſic, ἑαυτοῖς, *ſibi ipſis*, & pro *ſuper lignum*, ἐπὶ τῶν ξύλων, *ſuper ligna*, abſque præced. *eum*. Nota ibid. conſtanter legi ἐπιθέτωσαν, *imponant*, pro *ſupponant*.

℣. 24. Nonnulla ut ſup. differunt Græcè, ſcilicet ἐπικαλέσομαι, *invocabo*, pro *clamabo*, addita voce Κυρίῳ, ad hanc, *nomine*, demto verò primo *hic*, ut & *nos*, poſt *exaudierit*, & ſeq. *erit*; ſola Compl. hîc hab. ὅτός ἐστι Θεός· demum pro *reſpondit*, habetur ἀπεκρίθησαν, in plurali, & in fine ἐλάλησας, *locutus es*, abſque ſeq. *Helias*. Vet. Iren. Interp. l. 3. c. 6. 181. c. legit: *Vos invocabitis in nomine deorum veſtrorum, & ego invocabo in nomine Domini Dei mei: & Deus qui exaudiet hodie, ipſe eſt Deus.* Vulgata omittit in fine, *quod locutus eſt Helias*; ſed additum legitur in Mſs. Germ. n. 7. & Corb. n. 3.

℣. 25. Vix meliùs è Græco: ibi tamen πρῶτοι, *primi*, loco *priores*; paulòque poſt πολλοὶ ὑμεῖς, *multi vos*, abſque ſeq. *eſtis*; una Compl. hab. ὑμεῖς πολλοί· exinde pro *clamate..... deorum veſtrorum*, ſic, ἐπικαλέσασθε..... θεῶν ὑμῶν, *invocate..... dei veſtri*; extremò μὴ ἐπιθῆτε, loco *nolite ſupponere*, quæ idem ſonant.

℣. 26. Ita in Græco, præter pauca, nempe, μεσημβρίας, *meridiem*, loco *veſperam*; rurſuſque καὶ οὐκ ἦν ἀκρόασις, & *non fuit auditio*, loco *neque auditio*, abſque præced. *iſtis*; ultimò autem ſubjiciuntur iſta: καὶ διέτρεχον ἐπὶ τὸ θυσιαστήριόν ἃ ἐποίησαν, & *tranſiliebant ſuper altare quod fecerant*; quæ non leguntur apud Luciferum.

℣. 27. Gr. initio, loco *appoſuit*, hab. ἐγένετο μεσημβρία, καὶ ἐμυκτήρισεν αὐτούς, *facta eſt meridies*, & *irriſit eos*; paulòque poſt pro *dicens*, καὶ εἶπεν, & *dixit*: mox ita, Ἐπικαλεῖσθε ἐν φωνῇ μεγάλῃ, ὅτι θεός ἐστιν, ὅτι ἀδολεσχία αὐτῷ ἐστι, καὶ ἅμα μήποτε χρηματίζῃ αὐτὸς, ἢ μήποτε καθεύδῃ, &c. *Invocate in voce magna, quia deus eſt, quia fabulatio ei eſt*, & *ſimul ne fortè reſponſa det ipſe, vel ne fortè*, &c. ut ſup. Ab editt. Ald. & Compl. abeſt hoc, ὅτι θεός ἐστι. Verbum autem χρηματίζῃ, quod Nobil. reddit per iſtud, *reſponſa dare*, ſignificat *alicui rerum operam navare*, vel *cum aliquo agere de negotio*. Auct. op. imp. in Matth. hom. 14. p. 76. a. ſic hab. *Clamate, clamate fortiter, forſitan dormiunt dii veſtri.*

℣. 28. Ita Græcè, præter hoc, ἐπεκαλέσθη, *invocabant*, loco *illum vocabant*, & ἐν præpoſitum voci *gladiis*: nota pro *novaculis*, ſcribi ζιζημάσαις; ζιζημάσης autem, *jaculi ſpecies*, *haſta*, *lancea*.

℣. 29. Concordant Græca cum Latinis, ſi hoc excipias, δειλινὸν, *veſpera*, loco *meridies*, (Compl. μεσημβρινόν;) item iſtud, τῶν προσκομμάτων, *offendiculorum*, additur inf. voci *prophetas*; paulòque poſt habetur ὁλοκαύτωμά μου, *holocauſtoma meum*, loco *holocauſtomata*. Verbum autem *aſcenderet*, poſitum ſup. ante *ſacrificium*, non ita legitur nunc in edit. Lucif. ſed ejus loco, *accenderet*, quod mutavimus iſto *aſcenderet*, è Gr. ἀναβῆναι; facilè enim à librario, vel potiùs à typographo committi potuit ut una litterula c, poneretur pro ſ. Hujuſmodi vitiorum ſcatet editio nova PP. Lugd.

℣. 30. Ita Græcè ad verbum, niſi quòd habetur ſingulariter, καὶ προσήγαγε πᾶς ὁ λαός, & *acceſſit omnis populus*.

℣. 31. Ita rurſus in Græco, præter vocem φυλῶν, *tribuum*, loco *tribûs*.

℣. 32. Gr. addit hoc, ἐν ὀνόματι Κυρίου, *in nomine Domini*, poſt vocem *lapides*, & pro *reſtituit*, hab. ἰάσατο, *curavit*; item τὸ κατεσκαμμένον, *diruptum*, loco *quod diſſipatum fuerat*, abſque præced. *Domini*, (edit. Compl. retinet Κυρίου;) demum loco *foveam*, hab. θάλασσαν, *mare*; paulòque poſt, σπέρματος, *ſeminis*, loco *ſemis*, quod ultimum fortè mendum librarii eſt, vel typographi; reliqua quadrant.

℣. 33. Ad verbum è Græco, præter vocem *ſcizam*, pro qua ἐπὶ τὰς ξύλας, ut paulò ſup. id eſt, *ſuper aſſulas*, ſeu *parva ligni fragmenta*, aut *ligna ſciſſa*.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi sup. 34. & dixit : Accipite mihi quatuor hydrias aquæ, & effundite super holocaustum, & super scizam. Et dixit : Iterum afferte. Et iterum attulerunt. Et dixit : Repetite tertiò. Et repetierunt tertiò,

35. & manabat aqua in circuitu sacrarii, & foveam impleverunt aquâ.

36. Et clamavit Helias in cœlum, & dixit : Dominus Deus Abraham, & Isaac, & Israël, exaudi me Domine, exaudi me hodie in igne : ut sciat omnis populus hic, quoniam tu es Dominus Deus Israël, & ego servus tuus, & propter te feci hæc opera,

37. & tu versasti cor populi hujus retro.

38. Et cecidit ignis à Domino de cœlo, & comêdit holocausta, & scizas, & aquam quæ erat in altare, & lapides, & terram linxit ignis.

39. Et cecidit totus populus super faciem suam, & dixit : Verè Dominus Deus ipse est Deus.

40. Et dixit Helias ad populum : Suscipite prophetas Baal, nemo sit salvus ex illis. Et susceperunt illos, & deduxit illos Helias ad torrentem Cizon, & occîdit illos ibi.

41. Et dixit ad Achab : Manduca & bibe : quoniam vox est pedum pluviæ.

42. Et ascendit Achab ut manducaret & biberet : & Helias ascendit in Carmelum, & inclinavit se in terram, & posuit faciem suam inter genua,

43. & dixit puero suo : Ascende, & prospice viam maris. Et respexit puer, & dixit puer : Non est nihil. Circumage te septies.

44. Et factum est in septimo, Et ecce nubis pusilla quasi vestigium hominis adducens aquam de mari. Et dixit illi Helias : Ascende, & dic ad Achab : Junge currum tuum & ascende, ne comprehendat te pluvia.

45. Et factum est hinc & inde, & cœlum contenebricavit nubibus, & ventis, & facta est pluvia

VULGATA NOVA.

34. & ait : Implete quatuor hydrias aquâ, & fundite super holocaustum, & super ligna. Rursumque dixit : Etiam secundò hoc facite. Qui cùm fecissent secundò, ait : Etiam tertiò idipsum facite. Feceruntque tertiò,

35. & currebant aquæ circum altare, & fossa aquæductus repleta est.

36. Cùmque jam tempus esset ut offerretur holocaustum, accedens Elias propheta, ait : Domine Deus Abraham, & Isaac, & Israël, ostende hodie quia tu es Deus Israël, & ego servus tuus, & juxta præceptum tuum feci omnia verba hæc.

37. Exaudi me Domine, exaudi me : ut discat populus iste, quia tu es Dominus Deus, & tu convertisti cor eorum iterum.

38. Cecidit autem ignis Domini, & voravit holocaustum, & ligna, & lapides, pulverem quoque, & aquam quæ erat in aquæductu lambens.

39. Quod cùm vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam, & ait : Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus.

40. Dixitque Elias ad eos : Apprehendite prophetas Baal, & ne unus quidem effugiat ex eis. Quos cùm apprehendissent, duxit eos Elias ad torrentem Cison, & interfecit eos ibi.

41. Et ait Elias ad Achab : Ascende, comede & bibe : quia sonus multæ pluviæ est.

42. Ascendit Achab ut comederet & biberet : Elias autem ascendit in verticem Carmeli, & pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua,

43. & dixit ad puerum suum : Ascende, & prospice contra mare. Qui cùm ascendisset, & contemplatus esset, ait : Non est quidquam. Et rursum ait illi : Revertere septem vicibus.

44. In septima autem vice, Ecce nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de mari. Qui ait : Ascende, & dic Achab : Junge currum tuum & descende, ne occupet te pluvia.

45. Cùmque se verteret huc atque illuc, ecce cœli contenebrati sunt, & nubes, & ventus, & fac-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 34. Iterum Græcè τὰς χίδακας, loco *scizam*, hoc addito proximè, καὶ ἐποίησαν ὕτως, & *fecerunt sic*, quod tamen deest in editt. Ald. & Compl. reliqua ut in Latino supra, nisi excipias verbum Δευτερώσατε, *Iterate*, pro *Iterum afferte*. Apud Ambrosium, libro de Elia & jejun. c. 22. to. 1. 561. e. sic : *Elias super altare ligna imposuit, & dixit ut mitterent super de hydriis aquam. Et dixit : Iterate. Et iteraverunt. Et dixit : Iterate tertiò. Et iteraverunt tertiò.* Vide etiam l. 3. offic. c. 18. to. 2. p. 134. c.

℣. 35. Ita in Græco, præter duo, θυσιαστηρίῳ, *altaris*, loco *sacrarii*, & θάλασσαν, *mare*, loco *foveam*.

℣. 36. Sic iterum Græcè, exceptis his, Κύριε, *Domine*, loco *Dominus*, & infra, καὶ γνώτωσαν, & *sciant*, pro *ut sciat*. Vet. Iren. Interp. l. 3. c. 6. 181. d. sic habet : *Domine Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob, exaudi me hodie, & intelligat omnis populus hic, quoniam tu es Deus Israël :* & verò Mſ. Alex. hab. sup. καὶ Ἰακὼβ, loco Ἰσραὴλ, semelque ἐπάκουόν μου Κύριε, quæ absunt ab editt. Ald. & Compl. sicut ista, ἐπάκουόν μου Σύμεον ἐν πυρὶ, ab una Compl. Ambr. l. de Elia & jejun. c. 22. 561. e. hæc habet : *Et cùm manaret aqua, precatus est Elias, & ignis descendit de cœlo.* Vide Auct. l. de promiss. ap. Prosp. p. 155. c.

℣. 37. Ita sequitur in edit. Lucif. continenter & proximè : in Græco verò iterum iterum leguntur ista : Ἐπάκουόν μου Κύριε, ἐπάκουόν μου· καὶ γνώτω ὁ λαὸς ὗτος, ὅτι Σὺ εἶ Κύριος ὁ Θεός· *Exaudi me Domine, exaudi me : & cognoscat populus hic, quia tu es Dominus Deus ;* deinde sic, καὶ Σὺ ἔστρεψας, &c. ut sup. Quæ verò hîc superadduntur Græcè, facilè prætermitti potuerunt vel à Lucifero ipso, vel ab incauto scriba, vel fortè typographi ipsius incuriâ, decepti nimirum vocum superiorum recursu ac similitudine.

℣. 38. Cuncta respondent Græco, præter unum *altare*, pro quo ἐν τῇ θαλάσσῃ, *in mari*, absque verbo *erat* : quod verò deest in Vulg. *à Domino de cœlo*, additur in cod. Germ. n. 7. & in Corb. 3. sec. manu.

℣. 39. Ita Græcè verbum pro verbo, nisi excipiatur πᾶς, *omnis*, pro *totus*, & *est* prætermissum in fine ; sed in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. additur ἐστί.

℣. 40. Vix meliùs è Græco. Nota pro *suscipite*, legi Συλλάβετε, *comprehendite*, & pro *occîdit*, ἔσφαξε, *jugulavit*.

℣. 41. Gr. addit Ἠλιοὺ, verbo *dixit*, sicut ἀνάβηθι καὶ, *ascende* &, post *Achab*, deleto inf. verbo *est* ; reliqua similia : in edit. Compl. loco ποδῶν, exstat τοῦ ὕχους, *soni*.

℣. 42. Optimè è Græco, addito pronom. *suis*, αὐτοῦ, ad *genua*.

℣. 43. A Græco abest *puer*, post *dixit* ; & post *nihil*, seu οὐθὲν, sequitur καὶ εἶπεν Ἠλιοὺ, & *dixit Heliu*, quod omittitur in edit. Lucifeci ; & pro *circumage te*, habetur καὶ Σὺ ἐπίστρεψον, Nobſt. & *tu revertere*.

℣. 44. Gr. ipso initio habet : Καὶ ἐπέστρεψε τὸ παιδάριον ἑπτάκις, *Et revertit puer septies*, quæ prætermittuntur à Lucif. tum sequitur, Καὶ ἐγένετο, &c. ut supra, nisi quòd post *aquam*, deest hoc, *de mari* ; sola Compl. habet ὕδωρ ἀπὸ θαλάσσης ; istud autem, *illi Helias*, abest tam ab ipsa, quàm à Græco Vat. & al. & sub finem pro altero *ascende*, exstat ibid. κατάβηθι, *descende*, ut in Vulg.

℣. 45. Ita in Græco, his tantùm exceptis, ἕως ὧδε καὶ ὧδε, *usque huc & illuc*, loco *hinc & inde* ; paulòque post, πνεύματι singulariter, pro *ventis*, & ἕως Ἰεζράελ, *usque Jesrael*, loco *in Israël*, quod legitur nunc in ed. Lucif.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

est pluvia grandis. Ascendens itaque Achab abiit in Jezrahel :

46. & manus Domini facta est super Eliam, accinctisque lumbis currebat ante Achab, donec veniret in Jezrahel.

VERSIO ANTIQUA.

magna. Et plorabat, & ibat Achab in Jezrael : *Lucif. Cal. ubi supr.*

46. & manus Domini erat in Heliam.....

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

sed aperto mendo, quod correximus supra.

℣. 46. Deest *erat* in Græco Vat. in Alex. verò ac edd. Ald. & Compl. est ἐγένετο ἐπὶ τὸν Ἠλιού.

CAPUT XIX.

VULGATA NOVA.

1. NUnciavit autem Achab Jezabel omnia quæ fecerat Elias, & quomodo occidisset universos prophetas gladio.

2. Misitque Jezabel nuncium ad Eliam, dicens : Hæc mihi faciant dii, & hæc addant, nisi hac hora cras posuero animam tuam sicut animam unius ex illis.

3. Timuit ergo Elias, & surgens abiit quòcunque eum ferebat voluntas : venitque in Bersabee Juda, & dimisit ibi puerum suum,

VULGATA NOVA.

4. & perrexit in desertum, viam unius diei. Cùmque venisset, & sederet subter unam juniperum, petivit animæ suæ ut moreretur, & ait : Sufficit mihi Domine, tolle animam meam : neque enim melior sum, quàm patres mei.

5. Projecitque se, & obdormivit in umbra juniperi : & ecce angelus Domini tetigit eum, & dixit illi : Surge, & comede.

6. Respexit, & ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ : comêdit ergo, & bibit, & rursum obdormivit.

VERSIO ANTIQUA.

4..... Sufficit mihi Domine, tolle animam meam : neque enim melior sum patribus meis. *Hieron. l. 2. contra Pelag. t. 4. p. 525. a.*

5..... Surge, & manduca.

6. Respexit, & ecce ad caput ejus panis collyrida, & vas aquæ..... *Hieron. ep. 18. ad Eustoch. t. 4. p. 2. 31. b.*

VULGATA NOVA.

7. Reversusque est angelus Domini secundò, & tetigit eum, dixitque illi : Surge, comede : grandis enim tibi restat via.

8. Qui cùm surrexisset, comêdit & bibit, & ambulavit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus & quadraginta noctibus, usque ad montem Dei Horeb.

9. Cùmque venisset illuc, mansit in spelunca : & ecce sermo Domini ad eum, dixitque illi : Quid hic agis Elia ?

VERSIO ANTIQUA.

8..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

10. At ille respondit : Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Israël : altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt gladio, derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam ut auferant eam.

11. Et ait ei : Egredere, & sta in monte coram Domino : & ecce Dominus transit, & spiritus grandis & fortis subvertens montes, & conterens petras ante Dominum : non in spiritu Dominus, & post spiritum commotio : non in commotione Dominus,

VERSIO ANTIQUA.

10..... Æmulando æmulatus sum Domino Deo omnipotenti, quia dereliquerunt te filii Israël : altaria tua demolierunt, & prophetas tuos interfecerunt gladio, & remansi ego solitarius, & quærunt animam meam auferre à me. *Cypr. l. 1. Testim. 276. c.*

11..... Exies cras, & stabis in conspectu Domini : & ecce Dominus transiet, & ecce spiritus magnus & fortis, qui dissolvet montes, & conteret petras in conspectu Domini : & non in spiritu Dominus, & post spiritum terræ motus : & non in terræ motu Dominus, *Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 20. 255. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Græc. Ἱκανόν σοι νῦν, λάβε δὴ τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ Κύριε, ὅτι οὐ κρείσσων ἐγώ εἰμι ὑπὲρ τοὺς πατέρας μου· Ambros. in Ps. 36. col. 803. f. legit : *Domine, accipe animam meam ;* & l. de fug. sæc. col. 431. e. *recipe animam meam.*

℣. 5. Ita Græcè.

℣. 6. In Græco additur Ἠλιοὺ, *Heliu*, post *respexit*, quod abest ab edit. Compl. exinde loco *panis collyrida*, sic, ἐγκρυφίας ὀλυρίτης, id est, *subcinericius siligineus*, interprete Nobilio. Hieron. etiam in Ezech. 4. to. 3. 723. b. observat scriptum esse *juxta LXX.* Eliam fugientem *Jezabel, invenisse panem* ὀλυρίνην, *subcinericium.*

℣. 8. Huc redeunt quæ narrat Ambros. l. de fug. sæc. c. 6. to. 1. 431. d. *Fugit Elias mulierem Jezabel..... & fugit ad montem Oreb..... erat enim ad torrentem Chorrad..... ita fugiens sæculum, ut nec cibum corporis hujus exquireret, nisi quem aves detulissent ministræ..... Denique quadraginta diebus, in virtute escæ quam acceperat, ambulavit,* &c. Item in Gr. Καὶ ἐπορεύθη ἐν ἰσχύϊ τῆς βρώσεως ἐκείνης, τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ τεσσαράκοντα νύκτας, ἕως ὄρους Χωρήβ.

℣. 10. Similia Græc. habet, præter hoc, ζηλῶν, *zelans*, pro *æmulando* ; paulò post etiam deest vox *Deo*, & inf. præponitur ἐν, voci *gladio* ; loco verò *remansi ego solitarius*, sic, ὑπολέλειμμαι ἐγὼ μονώταιος. Hilar. bene in Ps. 118. 349. d. *Zelans zelavi, quia dereliquerunt te filii Israël : & prophetas tuos occiderunt, & ego derelictus sum solus.* Similiter Ambros. in Ps. 118. to. 1. 1198. d. *Zelans zelavi Dominum.* Aug. l. 17. de civit. Dei, c. 22. to. 7. 486. c. *Domine, prophetas tuos acciderunt, altaria tua juffoderunt, & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam.* Optat. l. 6. cont. Donat. 92. b. *Domine, altaria tua consregerunt.* Vid. inf. ad ℣. 14.

℣. 11. Gr. addit ἐν τῷ ὄρει, *in monte*, v. voci *Domini*, detracto seq. &, sola Compl. ibi retinet καί ; deest pariter &, ante vocem *fortis*, pro qua κραταιὸν, *validus* ; item διαλύον..... Συντρίβον, *dissolvens..... conterens*, pro *qui dissolvet..... conteret* ; rursus tollitur &, ante hoc, *non in spiritu*, ut & post *terræ motus*, cujus loco habetur hîc & inf. Συσεισμὸς, *concussio.* Vigil. Taps. contra Varim. 747. a. concinit cum Vulg. nisi quòd habet *coram me*, pro *coram Domino ; magnus*, pro *grandis ; petram*, pro *petras.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Vet. Iren. Interp. ubi sup. 12. & post terræ motum ignis : & non in igne Dominus, & post ignem vox auræ tenuis.

Lact. Instit. l. 4. c. 11. 575. 14. Æmulans æmulatus sum Domino Deo omnipotenti, quia dereliquerunt te filii Israël : & altaria tua demolierunt, & prophetas tuos interfecerunt gladio, & remansi ego solitarius, & quærunt animam meam auferre à me.

VULGATA NOVA.

12. & post commotionem ignis : non in igne Dominus, & post ignem sibilus auræ tenuis.

13. Quod cùm audisset Elias, operuit vultum suum pallio, & egressus stetit in ostio speluncæ, & ecce vox ad eum, dicens : Quid hic agis Elia ? Et ille respondit :

14. Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Israël : altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt gladio, derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam ut auferant eam. *Rom.* 11. 3.

VULGATA NOVA.

15. Et ait Dominus ad eum : Vade, & revertere in viam tuam per desertum in Damascum : cùmque perveneris illuc, unges Hazael regem super Syriam,

4. Reg. 9. 2. 16. & Jehu filium Namsi unges regem super Israël : Elisæum autem filium Saphat, qui est de Abelmeula, unges prophetam pro te.

17. Et erit, quicunque fugerit gladium Hazael, occidet eum Jehu : & quicunque fugerit gladium Jehu, interficiet eum Elisæus.

Rom. 11. 4. 18. Et derelinquam mihi in Israël septem millia virorum, quorum genua non sunt incurvata ante Baal, & omne os, quod non adoravit eum osculans manus.

19. Profectus ergo inde Elias, reperit Elisæum filium Saphat, arantem in duodecim jugis boum : & ipse in duodecim jugis boum arantibus unus erat : cùmque veniisset Elias ad eum, misit pallium suum super illum.

20. Qui statim relictis bobus cucurrit post Eliam, & ait : Osculer, oro, patrem meum, & matrem meam, & sic sequar te. Dixitque ei : Vade, & revertere : quod enim meum erat, feci tibi.

21. Reversus autem ab eo, tulit par boum, & mactavit illud, & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt : consurgensque abiit, & secutus est Eliam, & ministrabat ei. 18..... *Vide Not.* 21..... *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 12. Similiter in Græco, præter unum ℭ, quod deest post *ignis*. Tertul. l. 4. adv. Marc. 717. c. legit : *Non in igne, sed in spiritu miti.*

℣. 14. Græc. delet vocem *Deo*, post hanc, *Domino*, paulòque post verbo *dereliquerunt*, addit τὴν διαθήκην σου, *testamentum tuum*, loco *te*, (solus Ms. Alex. hab. σέ.) exinde pro *demolierunt*, sic, καθεῖλαν, *destruxerunt*, quod idem sonat, (ed. Compl. καθήρεκαψαν ;) demum præponitur ἐν, voci *gladio*, & pro *solitarius*, hab. μονώταλος, ultimòque αὐτὴν, loco *à me* ; cætera ut in Lat. sup. Vid. Cypr. sup. ad ℣. 10. Aug. in Job. to. 3. p. 1. 627. g. legit : *Domine, prophetas tuos occiderunt.* Ambros. l. de fug. sæc. c. 2. to. 1. 420. d. *Elias dixit : Et ego relictus sum solus.* Gr. ὑπολέλειμμαι. Faustin. presb. libello prec. p. 660. c. *In libro Regnorum : Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua destruxerunt, & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam.* Vid. Rom. 11. 3.

℣. 18. Hieron. in Amos 3. to. 3. 1390. a. hunc versiculum citat ex eodem Reg. lib. *Duo populi*, inquit, *de quibus ad Eliam loquitur Dominus : Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genu ante Baal :* item inf. in Mich. 1514. e. *De quibus est scriptum in Regnorum libro : Dereliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua*, &c. Similiter Aug. in Job, to. 3. p. 1. col. 627. g. *Quod evenit*, inquit, *cùm diceret Elias : Domine, prophetas tuos occiderunt. Et dicit illi : Reliqui mihi septem millia virorum*, &c. Accinunt Tichon. reg. 3. 55. d. Ambros. de fide resur. to. 2. 1163. e. & Auct. l. de promiss. p. 2. c. 8. 155. c. qui omnes legunt : *Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua*, vel *genu, ante Baal.* Sic etiam hab. Gaud. Brix. ser. 4. 949. f. excepto verbo *dereliqui.* At vereor ne PP. suprà dicti omnes S. Pauli locum Rom. c. 11. ℣. 4. spectaverint potiùs quàm istum è Reg. 19. 18. illic enim Græcè legitur ℣℣. 2. 3. 4. Οὐκ οἶδας ὃ Ἠλίᾳ τί λέγει ἡ γραφή..... Κύριε, τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν· & infra : Ἀλλὰ τί λέγει αὐτῷ ὁ χρηματισμός ; Κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας, οἵτινες οὐκ ἐκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ. Item ibid. in Vulg. *An nescitis in Elia quid dicit Scriptura..... Domine, prophetas tuos occiderunt :* & post pauca : *Sed quid dicit illi divinum responsum ? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal :* quæ aptè respondent allatis suprà à SS. PP. At Græcè, præsenti loco 3. Reg. 19. 18. paulò dissimiliùs, nempe : Καὶ καταλείψεις ἐν Ἰσραὴλ ἑπτὰ χιλιάδας ἀνδρῶν, πάντα γόνατα, ἃ οὐκ ὤκλασαν γόνυ τῷ Βάαλ. i. e. *Et relinques in Israël septem millia virorum, omnia genua, quæ non flexerunt genu ipsi Baal.* Ed. Compl. Καὶ καταλείψω ἐξ Ἰσραὴλ, &c. Vide Vulg. sup.

℣. 21. Eò spectant quæ narrat Ambros. l. de Nabut. c. 2. to. 1. 567. d. *Elisæus cùm esset pauper, reliquit boves suos, & cucurrit ad Eliam, & occidit eos, & erogavit populo, & adhæsit prophetæ ;* quæ non longè distant à Græco.

* Græc. *Cap. XXI.*

* CAPUT XX.

VULGATA NOVA.

1. PORro Benadad rex Syriæ, congregavit omnem exercitum suum, & triginta duos reges secum, & equos, & currus : & ascendens pugnabat contra Samariam, & obsidebat eam.

2. Mittensque nuncios ad Achab regem Israël in civitatem,

3. ait : Hæc dicit Benadad : Argentum tuum, & aurum tuum meum est : & uxores tuæ, & filii tui optimi, mei sunt.

4. Responditque rex Israël : Juxta verbum tuum, domine mi rex, tuus sum ego, & omnia mea.

5. Revertentesque nuncii, dixerunt : Hæc dicit Benadad, qui misit nos ad te : Argentum tuum, & aurum tuum, & uxores tuas, & filios tuos dabis mihi.

6. Cras igitur hac eadem hora mittam servos meos ad te, & scrutabuntur domum tuam, & domum servorum tuorum : & omne quod eis placuerit, ponent in manibus suis, & auferent.

7. Vocavit autem rex Israël omnes seniores terræ, & ait : Animadvertite, & videte, quoniam insidietur nobis : misit enim ad me pro uxoribus meis, & filiis, & pro argento & auro : & non abnui.

8. Dixeruntque omnes majores natu, & universus populus ad eum : Non audias, neque acquiescas illi.

9. Respondit itaque nunciis Benadad : Dicite domino meo regi : Omnia propter quæ misisti ad me servum tuum in initio, faciam : hanc autem rem facere non possum.

10. Reversique nuncii retulerunt ei. Qui remisit, & ait : Hæc faciant mihi dii, & hæc addant, si sufficerit pulvis Samariæ pugillis omnis populi, qui sequitur me.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

11. Et respondens rex Israël, ait: Dicite ei: Ne glorietur accinctus æquè ut discinctus.

12. Factum est autem, cùm audisset Benadad verbum istud, bibebat ipse & reges in umbraculis, & ait servis suis: Circumdate civitatem. Et circumdederunt eam.

VULGATA NOVA.

13. Et ecce propheta unus accedens ad Achab regem Israël, ait ei: Hæc dicit Dominus: Certè vidisti omnem multitudinem hanc nimiam? ecce, ego tradam eam in manu tua hodie: ut scias, quia ego sum Dominus.

14. Et ait Achab: Per quem? Dixitque ei: Hæc dicit Dominus: Per pedissequos principum provinciarum. Et ait: Quis incipiet præliari? Et ille dixit: Tu.

VERSIO ANTIQUA.

13. Et ecce prophetes unus accessit ad regem Israël, & dixit: Hæc dicit Dominus: Si audisti sonum magnum istum? ecce, ego hodie tradam eum in manus tuas: & scies, quoniam ego sum Dominus. *Lucif. Cal. l. 1. de reg. apost. 217. g.*

14. Et dixit rex: In quo? Et dixit prophetes: In pueris principum regionum. Et dixit rex: Quis committet pugnam? Et dixit prophetes: Tu.

VULGATA NOVA.

15. Recensuit ergo pueros principum provinciarum, & reperit numerum ducentorum triginta duorum: & recensuit post eos populum, omnes filios Israël, septem millia:

16. & egressi sunt meridie. Benadad autem bibebat temulentus in umbraculo suo, & reges triginta duo cum eo, qui ad auxilium ejus venerant.

17. Egressi sunt autem pueri principum provinciarum in prima fronte. Misit itaque Benadad. Qui nunciaverunt ei, dicentes: Viri egressi sunt de Samaria.

18. Et ille ait: Sive pro pace veniunt, apprehendite eos vivos: sive ut prælientur, vivos eos capite.

VULGATA NOVA.

19. Egressi sunt ergo pueri principum provinciarum, ac reliquus exercitus sequebatur:

20. & percussit unusquisque virum, qui contra se veniebat: fugeruntque Syri, & persecutus est eos Israël. Fugit quoque Benadad rex Syriæ in equo cum equitibus suis.

21. Necnon egressus rex Israël percussit equos & currus, & percussit Syriam plagâ magnâ.

22. (Accedens autem propheta ad regem Israël, dixit ei: Vade, & confortare, & scito, & vide quid facias: sequenti enim anno rex Syriæ ascendet contra te.)

23. Servi verò regis Syriæ dixerunt ei: Dii montium sunt dii eorum, ideo superaverunt nos: sed melius est ut pugnemus contra eos in campestribus, & obtinebimus eos.

24. Tu ergo verbum hoc fac: Amove reges singulos ab exercitu tuo, & pone principes pro eis:

VERSIO ANTIQUA.

19. Et exierunt pueri de civitate principum regionum, & exercitus qui post illos: *Lucif. Cal. ubi supr.*

20. & percussit unusquisque, quem invenit secus se: & fugerunt Syri, & persecutus est Israël.....

22..... cognosce, & vide quid facias..... *Ambr. de Nabut. c. 17. t. 1. 588. a. b.*

23..... Deus montium Deus Israël, & non deus Baal, propter hoc obtinuerunt pro nobis; & ideo si non plenè obtinuerimus eos,

24. in locum Syriæ regis satrapas constitue:

VULGATA NOVA.

25. & instaura numerum militum qui ceciderunt de tuis, & equos secundùm equos pristinos, & currus secundùm currus quos ante habuisti: & pugnabimus contra eos in campestribus, & videbis quòd obtinebimus eos. Credidit consilio eorum, & fecit ita.

26. Igitur postquam annus transierat, recensuit Benadad Syros, & ascendit in Aphec, ut pugnaret contra Israël.

27. Porro filii Israël recensiti sunt, & acceptis cibariis profecti ex adverso, castraque metati sunt contra eos, quasi duo parvi greges caprarum: Syri autem repleverunt terram.

28. (Et accedens unus vir Dei, dixit ad regem Israël: Hæc dicit Dominus: Quia dixerunt Syri: Deus montium est Dominus, & non est Deus vallium. dabo omnem multitudinem hanc grandem in manu tua,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

¥. 13. Eadem quoque in Græco, præter seqq. προσῆλθε τῷ Ἀχαὰβ βασιλεῖ, *advenit Achab regi*, pro *accessit ad regem*; paulòque post, Εἶ ἑώρακας τὸν ὄχλον τὸν μέγαν τοῦτον; ἰδοὺ, ἐγὼ δίδωμι αὐτὸν σήμερον. *Si vidisti turbam magnam hanc? ecce, ego do eam hodie*, &c. al. πάντα τὸν ὄχλον, al. πάντα τὸν ἦχον.

¥. 14. Græc. initio & infra ponit Ἀχαὰβ, pro *rex*, & loco 1. *prophetes*, hab. Τάδε λέγει Κύριος, *Hæc dicit Dominus*, deleto etiam ult. *prophetes*; cætera concordant.

¥. 19. Gr. Καὶ μὴ ἐξελήλυθοσαν ἐκ τῆς πόλεως ἀρχοντα τὰ παιδάρια τῶν χωρῶν, ἢ ἡ δύναμις ὀπίσω αὐτῶν. *Et non exeant de civitate principes pueruli regionum, & virtus post eos*: at in edit. Compl. sic, Καὶ ἐξῆλθον, & in Mss. Alex. τὰ παιδάρια ἐκ τῆς πόλεως ἀρχόντων τῶν χωρῶν, ut sup. in textu: similiter in edit. Compl. τὰ παιδάρια τῶν ἀρχόντων· in edit. Ald. sic: Καὶ μὴ ἐξελθέτωσαν ἐκ τῆς πόλεως· ἢ ἦτοι ἐξῆλθον ἐκ τῆς πόλεως τὰ παιδάρια τῶν ἀρχόντων, &c.

¥. 20. Gr. tollit &, ante *percussit*, paulòque post hab. τὸν παρ' αὐτῷ simpliciter, loco *quem invenit secus se*; tum addit, ἢ ἐδευτέρωσεν ἕκαστος τὸν παρ' αὐτῷ, & *iteravit unusquisque eum qui juxta se*, quæ prætermittuntur ap. Lucif. nec etiam leguntur in edit. Compl. demum pro *fugerunt Syri*, sic, ἔφυγε Συρία, *fugit Syria*, addito αὐτὸς, verbo *persecutus est*; in edit. Compl. ἔφυγον οἱ Σύριοι, ut sup. Eò pariter spectant quæ narrat Ambros. l. de Nabut. c. 17. to. 1. 587. b. dicens: *Intulerat bellum rex Syriæ; victus est & servatus ad veniam, captivus quoque libertate donatus & remissus ad regnum est*: deinde, *Non solùm evasit Achab, sed etiam triumphavit*, &c.

¥. 22. Græcè τί ποιήσεις, *quid facies*.

¥¥. 23. 24. Ambros. ibid. *Fuerat monitus à propheta.... eò quòd Syriæ regis pueris deberetur..... gratiæ auxilium, quoniam dixisset: Deus montium*, &c. In Græco sic: Καὶ οἱ παῖδες βασιλέως Συρίας, ἢ εἶπον· Θεὸς, &c. ut in Lat. sup. usque ad *Baal*, pro quo ult. κοιλάδων, *vallium*, sicut apud Ambros. ipsum epist. 30. to. 2. col. 911. c. loco verò seqq. *propter hoc obtinuerunt*, &c. legitur Græcè: Διὰ τοῦτο ἐκραταίωσεν ὑπὲρ ἡμᾶς· ἐὰν δὲ πολεμήσωμεν αὐτοὺς κατ' εὐθὺ, εἰ μὴν κραταιώσομεν ὑπὲρ αὐτούς. Καὶ τὸ ῥῆμα τοῦτο ποίησον· Ἀπόστησον τοὺς βασιλεῖς, ἕκαστον εἰς τὸν τόπον αὐτῶν, ἢ θὲς ἀντ' αὐτῶν σατράπας, &c. *propter hoc valuit super nos: si autem bellaverimus eis per planum, profectò valebimus super eos. Et verbum hoc fac: Amove reges*,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& scietis quia ego sum Dominus.)

29. Dirigebantque septem diebus ex adverso hi atque illi acies, septima autem die commissum est bellum: percusseruntque filii Israël de Syris centum millia peditum in die una.

30. Fugerunt autem qui remanserant in Aphec, in civitatem: & cecidit murus super viginti septem millia hominum, qui remanserant. Porro Benadad fugiens ingressus est civitatem, in cubiculum quod erat intra cubiculum:

31. dixeruntque ei servi sui: Ecce, audivimus quòd reges domus Israël clementes sint: ponamus itaque saccos in lumbis nostris, & funiculos in capitibus nostris, & egrediamur ad regem Israël: forsitan salvabit animas nostras.

32. Accinxerunt saccis lumbos suos, & posuerunt funiculos in capitibus suis, veneruntque ad regem Israël, & dixerunt ei: Servus tuus Benadad dicit: Vivat, oro te, anima mea. Et ille ait: Si adhuc vivit, frater meus est.

33. Quod acceperunt viri pro omine: & festinantes rapuerunt verbum ex ore ejus, atque dixerunt: Frater tuus Benadad. Et dixit eis: Ite, & adducite eum ad me. Egressus est ergo ad eum Benadad, & levavit eum in currum suum.

34. Qui dixit ei: Civitates, quas tulit pater meus à patre tuo, reddam: & plateas fac tibi in Damasco, sicut fecit pater meus in Samaria, & ego fœderatus recedam à te. Pepigit ergo fœdus, & dimisit eum.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. de Nabut. ubi sup.

35..... Occide me. Et noluit homo occidere eum.

36. Et dixit: Eò quòd non obedisti verbo Domini, ecce tu recedis à me, & interficiet te leo. Et recessit ab eo, & invenit eum leo, & interfecit eum.

VULGATA NOVA.

35. Tunc vir quidam de filiis prophetarum dixit ad socium suum in sermone Domini: Percute me. At ille noluit percutere.

36. Cui ait: Quia noluisti audire vocem Domini, ecce recedes à me, & percutiet te leo. Cùmque paululùm recessisset ab eo, invenit eum leo, atque percussit.

VULGATA NOVA.

37. Sed & alterum inveniens virum, dixit ad eum: Percute me. Qui percussit eum, & vulneravit.

38. Abiit ergo propheta, & occurrit regi in via, & mutavit aspersione pulveris os & oculos suos.

39. Cùmque rex transisset, clamavit ad regem, & ait: Servus tuus egressus est ad præliandum cominus: cùmque fugisset vir unus, adduxit eum quidam ad me, & ait: Custodi virum istum: qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima ejus, aut talentum argenti appendes.

40. Dum autem ego turbatus huc illucque me verterem, subitò non comparuit. Et ait rex Israël ad eum: Hoc est judicium tuum, quod ipse decrevisti.

41. At ille statim abstersit pulverem de facie sua, & cognovit eum rex Israël, quòd esset de prophetis.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. ubi sup.

42. Et dixit ad eum: Hæc dicit Dominus: Quoniam dimisisti tu virum exterminationis de manu tua, ecce anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo illius.

VULGATA NOVA.

42. Qui ait ad eum: Hæc dicit Dominus: Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima ejus, & populus tuus pro populo ejus. *Inf.* 22. 38.

43. Reversus est igitur rex Israël in domum suam, audire contemnens, & furibundus venit in Samariam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

unumquemque in locum suum, & pone pro eis satrapas, &c. Unde apparet Ambrosium supra sensum magis expressisse quàm verba.

℣. 35. Sic narrat Ambr. ibid. *Primo congressu vicit ut fugaret hostem: secundo vicit, quando captum imperio suo reddidit. Qua causa vincendi ejus evidens resultavit oraculum, dicente uno ex filiis prophetarum ad proximum suum: Occide me*, &c. Gr. Καὶ ἄνθρωπος εἷς ἐκ τῶν υἱῶν τῶν προφητῶν εἶπε πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ ἐν λόγῳ Κυρίου· deinde ut sup. in textu, nisi quòd pro *occide*, est πάταξόν δή, *percute nunc*, ut infra πατάξαι, loco *occidere*.

℣. 36. Græc. addit πρὸς αὐτὸν, verbo *dixit*, & pro *obedisti verbo*, sic, ἤκουσας τῆς φωνῆς, *audisti vocem* (Ald. edit. εἰσηκούσας;) exinde ἐν ᾧ δὲ πορεύῃ, &c. at in Mss. Alex. ac edd. Ald. & Compl. deest καί; demum loco *interficiet*, est πατάξει, *percutiet*, ut & inf. ἐπάταξε, loco *interfecit*.

℣. 42. Ambrosius ibid. *Et post hoc alius propheta astitit ante regem Israël*; deinde ut sup. in textu, quæ etiam à Græco vix discrepant, nisi quòd pro *quoniam dimisisti*, hab. Διότι ἐξήνεγκας, *propterea quòd emisisti*; paulòque post, ὀλέθριον, *perniciosum*, loco *exterminationis*, & pro *ecce*, ἐν ἔσαι, & *erit*.

---

* Græc. Cap. XX.

* CAPUT XXI.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. de Nabut. c. 2. 567. c. seqq.

1. ET factum est post hæc verba, erat vinea Nabuthe Jezraelitæ in Israël, juxta domum Achab regis Samariæ.

2. Et locutus est Achab ad Nabuthe, dicens: Da mihi vineam tuam, & erit mihi in hortum olerum, quoniam propinquat domui meæ, &

VULGATA NOVA.

1. POst verba autem hæc, tempore illo vinea erat Naboth Jezrahelitæ, qui erat in Jezrahel, juxta palatium Achab regis Samariæ.

2. Locutus est ergo Achab ad Naboth, dicens: Da mihi vineam tuam, ut faciam mihi hortum olerum, quia vicina est, & prope domum

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Vatic. ab his initium ducit: Καὶ ἀμπελὼν ἦν τῷ, *Et vinea una erat*, &c. omissis istis: *Et factum est post hæc verba*; at in Mss. Alex. ac editt. Ald. & Compl. sic: Καὶ ἐγένετο μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα, ᾧ ἀμπελὼν, &c. ut in Lat. supra, nisi quòd loco *in Israël*, exstat παρὰ τὴν ἄλω, *juxta aream*; in sola Compl. παρὰ τῷ οἴκῳ; loco verò *Jezraelitæ*, Mss. Alex. ac edit. Ald. ferunt Ἰσραηλίτης, Compl. Ἰεζραηλίτης· vide Nobil. Not. a.

℣. 2. Nonnulla hîc variant Græcè, nec magni ponderis; nempe loco *propinquat*, legitur ἐγγίζων ἔστος, *propinquans hæc*, paulòque post, ἀμπελῶνα ἄλλον ἀγαθὸν ὑπὲρ αὐτόν, *vineam aliam bonam pro ea*, loco *pro ea aliam vi-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

meam, daboque tibi pro ea vineam meliorem: aut si commodius tibi putas, argenti pretium, quanto digna est.

3. Cui respondit Naboth: Propitius sit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.

4. Venit ergo Achab in domum suam indignans, & frendens super verbo, quod locutus fuerat ad eum Naboth Jezrahelites, dicens: Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum. Et projiciens se in lectulum suum, avertit faciem suam ad parietem, & non comêdit panem.

VERSIO ANTIQUA.

dabo tibi pro ea aliam vineam: si verò placuerit tibi, dabo tibi pecuniam pro vinea ista, & erit mihi in hortum olerum. *Ambr. ubi sup.*

3. Et dixit Nabuthe ad Achab: Non fiat hoc à Deo, ut dem tibi hæreditatem patrum meorum.

4. Et turbatus est spiritus ejus, & dormivit in lecto suo, & velavit faciem suam, & non manducavit panem.

VULGATA NOVA.

5. Ingressa est autem ad eum Jezabel uxor sua, dixitque ei: Quid est hoc, unde anima tua contristata est? & quare non comedis panem?

6. Qui respondit ei: Locutus sum Naboth Jezrahelitæ, & dixi ei: Da mihi vineam tuam, acceptâ pecuniâ: aut, si tibi placet, dabo tibi vineam meliorem pro ea. Et ille ait: Non dabo tibi vineam meam.

VULGATA NOVA.

7. Dixit ergo ad eum Jezabel uxor ejus: Grandis auctoritatis es, & bene regis regnum Israël. Surge, & comede panem, & æquo animo esto, ego dabo tibi vineam Naboth Jezrahelitæ.

VERSIO ANTIQUA.

7..... Surge, manduca panem, & redi ad te, ego dabo tibi vineam Nabuthe Jezraelitæ. *Ambr. ibid. 576. e. f. 577. a.*

8. Scripsit itaque litteras ex nomine Achab, & signavit eas annulo ejus, & misit ad majores natu & optimates, qui erant in civitate ejus, & habitabant cum Naboth.

9. Litterarum autem hæc erat sententia: Prædicate jejunium, & sedere facite Naboth inter primos populi,

10. & submittite duos viros filios Belial contrà eum, & falsum testimonium dicant: Benedixit Deum & regem: & educite eum, & lapidate, sicque moriatur.

8. Et scripsit librum nomine Achab, & signavit annulo illius, & misit librum ad seniores & ad liberos eos, qui morabantur cum Nabuthe.

9. Et erat scriptum in libro: Jejunate jejunium, & constituite Nabuthe in principem populi.

10. & constituite duos viros filios iniquitatis ex diverso ejus, ut falsum testimonium perhibeant adversùs eum, dicentes: Benedixit Deum & regem: & producite illum, & lapidate.....

VULGATA NOVA.

11. Fecerunt ergo cives ejus majores natu & optimates, qui habitabant cum eo in urbe, sicut præceperat eis Jezabel, & sicut scriptum erat in litteris quas miserat ad eos:

12. prædicaverunt jejunium, & sedere fecerunt Naboth inter primos populi.

VULGATA NOVA.

13. Et adductis duobus viris filiis diaboli, fecerunt eos sedere contra eum: at illi, scilicet ut viri diabolici, dixerunt contra eum testimonium coram multitudine: Benedixit Naboth Deum & regem: quam ob rem eduxerunt eum extra civitatem, & lapidibus interfecerunt.

VERSIO ANTIQUA.

13..... produxerunt igitur Nabuthe foras, & lapidaverunt eum..... *Idem, c. 11. 578. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

neam; sola Compl. hab. ἀντ' αὐτῆ ἀμπελῶνα· exinde ἀρέσκῃ ἐνώπιόν Ϛυ, *placet coram te*, loco *placuerit tibi*; & inf. loco *pro vinea ista*, sic, ἀλλαγμα ἀμπελῶνός Ϛυ τότε, *permutationem vineæ tuæ istius*; in Mſ. Alex. deest Ϛῦ. Idem Ambros. in Ps. 36. n. 19. 786. b. legit: *Da mihi vineam tuam, ut olera mihi seram;* at sup. constanter, & *erit mihi in hortum olerum*, ut in Græco.

℣. 3. Ita Græcè, nisi quòd pro *hoc*, legitur μοὶ, *mihi*; additur etiam μῦ, voci *Deo*, transferturque *tibi*, post *meorum*: Ald. ed. delet Ϛοί. Idem Ambr. in Ps. 35. n. 15. 771. f. hab. *Absit ut cedam hæreditatem patrum meorum*: & l. 3. offic. to. 2. 123. d. *Non mihi faciat Dominus, ut dem tibi hæreditatem patrum meorum*: & contra Auxent. n. 18. 868. c. *Absit ut ego patrum meorum tradam hæreditatem.*

℣. 4. Aptè ad Græcum, nisi excipias priora ista: *Et turbatus est spiritus ejus*, pro quibus sic: Καὶ ἐγένετο τὸ πνεῦμα Ἀχαὰβ τεταραγμένον· *Et factus est spiritus Achab turbatus.* Ambr. ibid. n. 14. 569. a. addit *suum*, ad *panem*, ut & infra n. 15. at in Græco constanter deest.

℣. 7. Sic Ambr. præmissis his: *Illa* (Jezabel) *dixit viro suo Achab*; quorum loco habetur Græcè, Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν Ἰεζάβελ ἡ γυνὴ αὐτῦ· tum post *surge*, additur ϗ, & pro *redi ad te*, sic, Ϛαυτῦ γενῦ, *tui ipsius esto*; dein ἐγὼ δὲ, &c. ut sup. Mſ. Alex. delet δέ; in Compl. καὶ ἐγώ.

℣. 8. Ita in Græco, nisi quòd præponitur ἐν, voci *nomine*, paulòque post hab. τῇ σφραγίδι, *sigillo*, pro *annulo*, & τὺς καθοικῦντας, *habitantes*, loco *eos qui morabantur*: Mſs. nonnulli Ambr. ferunt, *ejus qui morabantur*. Græc. Alex. οἱ ἐν τῇ πόλει αὐτῦ τὺς, &c.

℣. 9. Gr. habet τοῖς βιβλίοις, *libris*, non *libro*; editt. verò Ald. & Compl. τῷ βιβλίῳ: item pro *constituite Nabuthe*, &c. sic, καθίσατε τὸν Ναβουθαὶ ἐν ἀρχῇ τῦ λαῦ, *sedere facite Nabuthæ in principio populi.* Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. 189. g. *Jejunate jejunium*, & *sedeat Nabuthæus in primo populo.*

℣. 10. Eòdem redeunt Græca ista: ἐγκαθίσατε, *collocate*, pro *constituite*, παρανόμων, *iniquorum*, loco *iniquitatis*, & ἐξεναντίας, *ex adverso*, pro *diverso*; item seqq. ϗ καταμαρτυρισάτωσαν αὐτῦ, & *testentur adversùs eum*, loco *ut falsum testim. perhib.* &c. & ista, ἐξαγαγέτωσαν αὐτὸν, ϗ λιθοβολησάτωσαν αὐτὸν, ϗ ἀποθνήτω, *educant eum*, & *lapident eum*, & *moriatur*, loco *producite*..... & *lapidate.* Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. 189. g. sic: *Et collocate duos viros filios iniquorum contra eum*, & *testentur adversùs eum, dicentes: Maledixisti Dominum & regem*: & *deducite eum*, & *lapidetur*, & *moriatur*: malè autem leg. *maledixisti*; nam in Gr. constanter εὐλόγησε, vel ut in Mſ. Alex. ηὐλόγησε, in edit. Ald. εὐλόγησας, in Compl. εὐλόγησας; sed Ambros. sup. notat hîc benedictionem, pro *maledicto* dici: tandem in Compl. sic, ἐξαγάγετε αὐτὸν ἔξω, ϗ λιθοβολήσατε.

℣. 13. A Græco abest *igitur*, & pro *Nabuthe foras*, legitur αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως, *eum extra civitatem.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Vict. Tun. de pœnit. ap. Ambr. 597. c.

15..... Surge, poſſide vineam Naboth Jezraelitæ, qui noluit tibi eam dare pretio: quia ecce mortuus eſt.

Ambr. de Nab. c. 11. t. 1. 578. c.

16. Et factum eſt, cùm audiſſet Achab, quia mortuus eſt Nabuthe, conſcidit veſtimenta ſua, & cooperuit ſe cilicio. Et factum eſt poſt hæc, & ſurrexit, & deſcendit Achab ad vineam Nabuthe Jezraelitæ, poſſidere eam.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 189. b. 190. a.

18. Surge, & deſcende in obviam Achab regi Iſraël, qui eſt in Samaria: quia hic in vineam Nabuthæi deſcendit, ut poſſideat eam:

19. & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: Quomodo occidiſti Nabuthæum, & poſſediſti vineam ejus, propter hoc hæc dicit Dominus: In loco, in quo linxerunt canes & ſues ſanguinem Nabuthæi, ibi lingent canes ſanguinem tuum, & fornicariæ lavabunt in ſanguine tuo.

20. Et dixit Achab ad Heliam: Si inveniſti me inimicum tibi? Et dixit Helias: Inveni, quoniam cogitaſti facere malignè ante conſpectum Domini, ut exacerbares eum.

21. Hæc dicit Dominus: Ecce ego induco ſuper te mala, & ſuccendam poſt te ignem, & diſperdam tuum Achab mingentem ad parietem, & contemptum & reliquum in Iſraël.

22. Et dabo domum tuam ſicut domum Hieroboam filii Nabath, ſicut domum Saba filii Acia, pro omnibus exacerbationibus, quibus exacerbaſti, & peccatum dediſti in Iſraël.

23. Et ad Jezabel locutus eſt Dominus, dicens: Canes manducabunt eam ante murum Iſraël.

24. Et mortuos tuos in civitate, manducabunt

VULGATA NOVA.

14. Miſeruntque ad Jezabel, dicentes: Lapidatus eſt Naboth, & mortuus eſt.

15. Factum eſt autem, cùm audiſſet Jezabel lapidatum Naboth, & mortuum, locuta eſt ad Achab: Surge, & poſſide vineam Naboth Jezrahelitæ, qui noluit tibi acquieſcere, & dare eam acceptâ pecuniâ: non enim vivit Naboth, ſed mortuus eſt.

16. Quod cum audiſſet Achab, mortuum videlicet Naboth, ſurrexit, & deſcendebat in vineam Naboth Jezrahelitæ, ut poſſideret eam.

17. Factus eſt igitur ſermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens:

18. Surge, & deſcende in occurſum Achab regis Iſraël, qui eſt in Samaria: ecce ad vineam Naboth deſcendit, ut poſſideat eam:

19. & loquêris ad eum, dicens: Hæc dicit Dominus: Occidiſti, inſuper & poſſediſti. Et poſt hæc addes: Hæc dicit Dominus: In loco hoc, in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoque ſanguinem tuum. *Inf. 22. 38.*

20. Et ait Achab ad Eliam: Num inveniſti me inimicum tibi? Qui dixit: Inveni, eò quòd venundatus ſis, ut faceres malum in conſpectu Domini.

21. Ecce ego inducam ſuper te malum, & demetam poſteriora tua, & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & clauſum & ultimum in Iſraël. *4. Reg. 9. 8.*

22. Et dabo domum tuam ſicut domum Jeroboam filii Nabath, & ſicut domum Baaſa filii Ahia: quia egiſti, ut me ad iracundiam provocares, & peccare feciſti Iſraël. *Sup. 15. 29. Sup. 16. 3.*

23. Sed & de Jezabel locutus eſt Dominus, dicens: Canes comedent Jezabel in agro Jezrahel. *4. Reg. 9. 36.*

24. Si mortuus fuerit Achab in civitate, co-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 15. Græcè conſtanter Ναβουθαὶ, non *Naboth*, & pro *noluit tibi..... pretio*, ſic, ὃς οὐκ ἐδωκέ ϛοι ἀργυρίου, *qui non dedit tibi argento*; tum ſequuntur iſta, ὅτι οὐκ ἔστι Ναβουθαὶ ζῶν, *quia non eſt Nabuthæ vivens*, prætermiſſa à Victore; hoc autem *ecce*, ante *mortuus eſt*, non habetur in Græco.

℣. 16. Vix meliùs è Græco, exceptis paucis, hiſque levibus; ſcilicet loco *cùm audiſſet*, habetur ὡς ἤκουσεν, *ut audivit*, addito hoc infra, ὁ Ἰεζραηλίτης, ad *Nabuthe*, quod tamen abeſt ab edit. Compl. in Mſ. Alex. Ἰσραηλίτης; item præponitur ᾧ, verbo *conſcidit*. Vict. Tun. l. de pœn. ap. Ambr. 597. a. bene: *Et factum eſt, quomodo audivit Achab, quia mortuus eſt Naboth Jezraelites, diſrupit veſtimenta ſua, & accinxit ſe ſacco.* Gr. διέῤῥηξε..... ᾧ περιεβάλετο ϛάκκον.

℣. 18. Ita in Græco, præter ſeqq. βασιλέως, *regis*, pro *regi*, abſque ſeq. *eſt*; ſubinde ἀμπελῶνι, *vineâ*, loco *vineam*; & pro *deſcendit ut*, &c. ita: ὅτι καταβέβηκεν ἐκεῖ, κληρονομῆσαι αὐτόν· à Mſ. Alex. abeſt ὅτι.

℣. 19. Nil propiùs accedit ad Gr. ſi excipias ſeqq. non magni ponderis, nempe λαλήσεις..... λέγων, *loqueris..... dicens*, pro *dices*; ſola edit. Compl. hab. ſimplic. ἐρεῖς; item ϛὺ additur voci *quomodo*, detractis his inf. *Nabuthæum*, & *vineam ejus*; in Compl. deeſt pariter ὡς ϛύ; demum ſic, ἐν παντὶ τόπῳ ᾧ, *in omni loco quo*, pro *in loco in quo*; edit. Ald. cum Compl. delet παντί. Ambroſ. l. de Nabut. c. 11. to. 1. 578. d. ſimiliter habet: *Occidiſti, & poſſediſti hæreditatem. Propter hoc in loco, in quo linxerunt canes ſanguinem Nabuthe, in eo lingent canes ſanguinem tuum, & meretrices lavabuntur in ſanguine tuo:* Gr. λούσονται. Vide etiam inf. f. & cap. 16. 586. e. Tertul. adverſ. Pſych. p. 984. c. ſic: *Qualiter occidiſti, & hæreditatem poſſediſti, in loco, quo ſanguinem Nabuthæ canes delinxerant, tuum quoque delinguent.*

℣. 20. Græcè conſtanter Ἠλιοὺ, loco *Heliam*; exinde loco *inimicum tibi*, ſic, ὁ ἐχθρός μου, *inimicus meus*, omiſſo inf. nomine *Helias*, quod tamen additur in edit. Compl. denique pro *cogitaſti facere malignè ante conſpectum*, ita: μάτην ἐπέρασαι ποιῆσαι τὸ πονηρὸν ἐνώπιον, *fruſtra venditus es ad faciendum malum in conſpectu.* Ambroſ. l. de Nabut. c. 12. to. 1. 579. c. hæc hab. *Achab ad Eliam ſecundùm hiſtoriam ait..... Inveniſti me inimicus meus?.... Et dixit Elias ad eum: Inveni, quoniam feciſti malum in conſpectu Domini:* ſimiliter hab. inf. d. e. Item in Pſ. 37. n. 43. d. 835. c. ait: *Habes illud in libro Regnorum regis Achab ad Eliam dictum, quando eum propheta vehementer increpavit, & mortem ei denuntiavit:* Inveniſti, *inquit*, me? Et reſpondit Elias: Inveni, quia feciſti malignum in conſpectu Domini.

℣. 21. A Gr. Vatic. abeſt hoc initio, *Hæc dicit Dominus*; ſed legitur in edit. Compl. & al. Additur pariter in cod. Germ. n. 7. antepoſita voce *propterea*, licet abſit à Vulg. Item infra in Gr. Vat. & al. deeſt vox *ignem*, ut & iſta paulò poſt, *tuum*; pro *Achab* verò ſic, τῷ Ἀχαάβ, *de Achab*, in editt. Ald. & Compl. τόν; demum loco *contemptum & reliquum*, ita, ϛυνεχόμενον ᾧ ἐγκαταλελειμμένον, i. e. *conſtrictum*, (ſeu *detentum*, Nobil. *clauſum*) & *derelictum*. Vict. Tun. de pœnit. ap. Ambroſ. 597. f. legit: *Et ait Elias ad Achab: Hæc dicit Dominus: Ecce ego ſuperinduco ſuper te mala, & incidam* (fortè *incendam*) *poſt te, & exterminabo de Achab mingentem ad parietem, & contemptum & derelictum in Iſraël.*

℣. 22. Similiter in Græco, niſi quòd poſt *Nabath*, additur ᾧ, & pro *Saba*, ſcribitur Βαασά; extremò loco *peccatum dediſti in Iſraël*, ſic, ἐξήμαρτες τὸν Ἰσραήλ, *peccare feciſti Iſraël*, demta voce præced. *omnibus*. Vict. Tun. de pœnit. ap. Ambr. 597. f. non malè: *Et dabo domum Achab ſicut domum Jeroboam filii Nabat, & quomodo domum Baaſa filii Ahiæ, pro omnibus quibus irritaſti Deum, & feciſti declinare Iſraël.* Gr. περὶ τῶν παροργισμάτων ὧν παρώργισας, &c.

℣. 23. Græc. delet *ad*, ante *Jezabel*; loco verò *ante murum Iſraël*, ſic hab. ἐν τῷ προτειχίσματι τῆ Ἰεζράελ, *in antemurali Jezrael*, ſola Compl. Ἰσραήλ.

℣. 24. Gr. Τὸν τεθνηκότα τῆ Ἀχαὰβ ἐν τῇ πόλει, φάγονται οἱ κύνες· ᾧ τὸν τεθνηκότα αὐτῆ ἐν τῷ πεδίῳ, φάγονται

VULGATA NOVA.

medent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cœli.

VERSIO ANTIQUA.

volucres cœli. *Lucif. Cal. ubi sup.*

VULGATA NOVA.

25. Igitur non fuit alter talis sicut Achab, qui venundatus est ut faceret malum in conspectu Domini: concitavit enim eum Jezabel uxor sua,

26. & abominabilis factus est, in tantum ut sequeretur idola, quæ fecerant Amorrhæi, quos consumpsit Dominus à facie filiorum Israël.

VULGATA NOVA.

27. Itaque cùm audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, jejunavitque & dormivit in sacco, & ambulavit demisso capite.

28. Et factus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens:

29. Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus est mei causâ, non
4. Reg. 9. 26. inducam malum in diebus ejus, sed in diebus filii sui inferam malum domui ejus.

VERSIO ANTIQUA.

27..... ecce rex commotus est ante faciem Domini, & ibat plorans, & conscidit vestimenta sua, & operuit se cilicio, & erat indutus sacco ex illo die, quo interfecit Nabuthe Jezraelitam. *Ambr. l. de Nab. c. 17. t. 1. 587. b.*

28. Tunc sermo Domini ad Heliam: *Tertul. adv. Psych. p. 984. c.*

29. Vidisti quemadmodum commotus est Achab à facie mea? non inducam in diebus ejus mala, sed in diebus filii ejus inducam mala. *Ambr. l. de Nab. 587. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

τὰ κτήνη τῦ ἀγροῦ. *Mortuum de Achab in civitate, comedent canes: & mortuum ejus in campo, comedent volatilia cœli.* Ambr. de Nab. c. 11. 578. f. *Jezabel comederunt canes & volucres cœli.*

℣. 27. Græc. initio habet, Καὶ ὑπὲρ τῦ λόγυ, *Et pro verbo;* dein loco *ecce rex commotus est ante faciem*, sic, ὡς κατενύγη Ἀχαὰβ ἀπὸ προσώπυ, *quomodo compunctus est Achab à facie;* & inf. loco *vestimenta*, τὸν χιτῶνα, *tunicam;* item pro *operuit se cilicio*, ἐζώσατο σάκκον ἐπὶ τὸ σῶμα αὐτῦ, & ἐνήστευσε, *accinxit saccum super corpus suum*, & *jejunavit;* mox ita: & περιεβάλετο σάκκον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἧ ἐπάταξε, &c. addito in fine, καὶ ἐπορεύθη, & *ivit.* Tert. adv. Psych. p. 984. c. hæc hab. *Destituit semetipsum*, & *saccum carni suæ imposuit*, & *jejunavit*, & *dormivit in sacco.* Vict. Tun. l. de pœnit. ap. Ambr. to. 2. p. 598. a. *Factum est quomodo audivit Achab sermones hos, reveritus est à facie Domini;* & *ibat flens*, & *scidit vestimenta sua*, & *accinxit se sacco:* deinde, *Tunc dixit*, &c. omissis mediis: in edit. etiam Compl. legitur: Καὶ ἐγένετο ὡς ἤκουσεν Ἀχαὰβ τὰ ῥήματα ταῦτα, διέῤῥηξε τὸν χιτῶνα αὐτῦ, & περιεβάλετο σάκκον, & ἐνηστεύσατο, & ἐκοιμήθη ἐν σάκκῳ, & ἐπορεύετο, &c. quæ Victori favent, ac etiam Tertulliano.

℣. 28. Plura exstant in Græco, scilicet: Καὶ ἐγένετο ῥῆμα Κυρίυ ἐν χειρὶ Ἀμὰς αὐτῦ Ἠλιὰ περὶ Ἀχαὰβ, & εἶπε Κύριος· *Et factum est verbum Domini in manu servi ejus Heliu de Achab*, & *dixit Dominus:* at in ed. Compl. simpliciter: Καὶ ἐγένετο ῥῆμα Κυρίυ πρὸς Ἠλιὰν τὸν Θεσβίτην, & εἶπεν, omissis aliis. Ambros. l. de Nabut. c. 17. to. 1. 587. a. ait: *Legimus dixisse Dominum ad Heliam.* Victor Tun. de pœnit. 598. a. *Tunc dixit Dominus ad Eliam.*

℣. 29. Græcè constanter, κατενύγη, *compunctus est*, loco *commotus est*, paulòque post pro *mala*, ibi & infra, τὴν κακίαν, quasi *malitiam*, id est, *malum*, primò quidem ante istud, *in diebus ejus;* reliqua ad verbum ut sup. Nec longè distat Tertul. l. adversus Psych. p. 984. c. dicens: *Vidisti ut reveritus sit Achab à facie mea? pro eo quòd reversus est, non superducam læsuram in diebus ipsius, sed in diebus filii ejus superducam eam.* Mel. Vict. Tun. de pœnit. 598. a. *Vidisti quemadmodum reveritus est Achab à facie mea? non adjiciam adducere mala in diebus ejus, sed in diebus filii ejus adducam.* Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. addit, κακίαν ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτῦ, *malum super domum ejus*, ut in Vulg.

CAPUT XXII.

VULGATA NOVA.

2. Par. 18. 1. TRansierunt igitur tres anni absque bello inter Syriam & Israël.

2. In anno autem tertio, descendit Josaphat rex Juda ad regem Israël.

3. (Dixitque rex Israël ad servos suos: Ignoratis quòd nostra sit Ramoth Galaad, & negligimus tollere eam de manu regis Syriæ?)

4. Et ait ad Josaphat: Venies ne mecum ad præliandum in Ramoth Galaad?

VULGATA NOVA.

5. Dixitque Josaphat ad regem Israël: Sicut ego sum, ita & tu: populus meus, & populus tuus, unum sunt: & equites mei, equites tui. Dixitque Josaphat ad regem Israël: Quære, oro te, hodie sermonem Domini.

6. Congregavit ergo rex Israël prophetas, quadringentos circiter viros, & ait ad eos: Ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? Qui responderunt: Ascende, & dabit eam Dominus in manu regis.

7. Dixit autem Josaphat: Non est hîc propheta Domini quispiam, ut interrogemus per eum?

8. Et ait rex Israël ad Josaphat: Remansit vir unus, per quem possumus interrogare Domi-

VERSIO ANTIQUA.

5..... Et dixit Josaphat rex Juda ad regem Israël: Interrogate nunc hodie Dominum. *Lucif. Cal. l. 1. de reg. apost. 218. b. c.*

6. Et convocavit rex Israël omnes prophetas, quasi quadringentos viros, & dixit illis rex Achab: Si ibo in Remma ad Galaath in pugnam, aut cessabo? Et dixerunt: Ascende.....

7. Et dixit Josaphat ad regem Israël: Non est hîc prophetes Domini, & interrogabimus Dominum?

8. Et dixit Achab rex Israël ad Josaphat regem: Unus est, per quem interrogemus Dominum: sed

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Ita Græcè verbum pro verbo.

℣. 6. Vix meliùs è Græco, nisi quòd ibi deest *Achab*, & pro *Remma ad*, habetur simpliciter Ῥεμμάθ; fortè scripsit Lucif. *Remmath*, imperitus autem scriba, vel typogr. *Remma ad*: demum pro *cessabo*, sic, ἐπισχῶ.

℣. 7. Ita in Græco ad verbum, addito uno *per eum*, in fine, ex eodem Gr. δι' αὐτῦ.

℣. 8. Græc. initio delet *Achab*, ut & infra *regem;* loco verò *per quem interrogemus*, hab. ἀνὴρ εἷς τὸ ἐπερωτῆσαι δι' αὐτῦ, *vir ad interrogandum per eum;* deinde ἀλλ', pro *sed;* reliqua ut in Lat. sup. Ita verò Lucif. transit ad

℣. 18. *Item postaquam dixisset propheta Domini ad illum*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi sup. ego odi illum, quoniam non loquitur de me bona.....

VULGATA NOVA.

num: sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum, Michæas filius Jemla. Cui Josaphat ait: Ne loquaris ita rex.

VULGATA NOVA.

9. Vocavit ergo rex Israël eunuchum quemdam, & dixit ei: Festina adducere Michæam filium Jemla.

10. Rex autem Israël, & Josaphat rex Juda, sedebant unusquisque in solio suo, vestiti cultu regio, in area juxta ostium portæ Samariæ, & universi prophetæ prophetabant in conspectu eorum.

11. Fecit quoque sibi Sedecias filius Chanaana, cornua ferrea, & ait: Hæc dicit Dominus: His ventilabis Syriam, donec deleas eam.

12. Omnesque prophetæ similiter prophetabant, dicentes: Ascende in Ramoth Galaad, & vade prosperè, & tradet Dominus in manus regis.

13. Nuncius verò, qui ierat ut vocaret Michæam, locutus est ad eum, dicens: Ecce sermones prophetarum ore uno regi bona prædicant: sit ergo sermo tuus similis eorum, & loquere bona.

14. Cui Michæas ait: Vivit Dominus, quia quodcunque dixerit mihi Dominus, hoc loquar.

15. Venit itaque ad regem, & ait illi rex: Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad præliandum, an cessare? Cui ille respondit: Ascende, & vade prosperè, & tradet eam Dominus in manus regis.

16. Dixit autem rex ad eum: Iterum atque iterum adjuro te, ut non loquaris mihi nisi quod verum est, in nomine Domini.

17. Et ille ait: Vidi cunctum Israël dispersum in montibus, quasi oves non habentes pastorem: & ait Dominus: Non habent isti dominum: revertatur unusquisque in domum suam in pace.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi sup. 18. (Dixit rex Israël ad Josaphat regem Juda: Nonne dixi ad te, quoniam prophetat mihi hic non bona, sed magis mala?)

Aug. l. 5. cont. Julian. t. 10. 634. f. 19..... Vidi Dominum sedentem super thronum suum, & omnis exercitus cœli stabat circa eum à dextris ejus & à sinistris ejus:

20. & dixit Dominus: Quis seducet Achab regem Israël, & ascendet, & cadet in Ramoth Galaad? Et dixit iste sic, & iste sic.

21. Et exiit spiritus, & stetit in conspectu Domini, & dixit: Ego seducam eum. Et dixit Dominus ad eum: In quo?

22. Et dixit: Exibo, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus. Et dixit: Seduces, & prævalebis: exi, & fac sic.

VULGATA NOVA.

18. (Dixit ergo rex Israël ad Josaphat: Nunquid non dixi tibi, quia non prophetat mihi bonum, sed semper malum?)

19. Ille verò addens, ait: Propterea audi sermonem Domini: Vidi Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum cœli assistentem ei à dextris & à sinistris:

20. & ait Dominus: Quis decipiet Achab regem Israël, ut ascendat, & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit unus verba hujuscemodi, & alius aliter.

21. Egressus est autem spiritus, & stetit coram Domino, & ait: Ego decipiam illum. Cui locutus est Dominus: In quo?

22. Et ille ait: Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus. Et dixit Dominus: Decipies, & prævalebis: egredere, & fac ita.

VULGATA NOVA.

23. Nunc igitur ecce dedit Dominus spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum, qui hic sunt, & Dominus locutus est contra te malum.

24. Accessit autem Sedecias filius Chanaana, & percussit Michæam in maxillam, & dixit: Mene ergo dimisit Spiritus Domini, & locutus est tibi?

25. Et ait Michæas: Visurus es in die illa quando ingredieris cubiculum, intra cubiculum ut abscondaris.

26. Et ait rex Israël: Tollite Michæam, & maneat apud Amon principem civitatis, & apud Joas filium Amelech,

27. & dicite eis: Hæc dicit rex: Mittite virum istum in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis, & aquâ angustiæ, donec revertar in pace.

28. Dixitque Michæas: Si reversus fueris in pace, non est locutus in me Dominus. Et ait: Audite populi omnes.

29. Ascendit itaque rex Israël, & Josaphat rex Juda, in Ramoth Galaad.

30. Dixit itaque rex Israël ad Josaphat: Sume arma, & ingredere prælium, & induere vestibus tuis: porro rex Israël mutavit habitum suum, & ingressus est bellum.

31. Rex autem Syriæ præceperat principibus curruum triginta duobus, dicens: Non pugnabitis contra minorem & majorem quempiam, nisi contra regem Israël solum.

32. Cùm ergo vidissent principes curruum Josaphat, suspicati sunt quòd ipse esset rex Israël, & impetu facto pugnabant contra eum: & exclamavit

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Michæas ne ascenderet, quoniam si ascendisset, non esset reversurus, dixit, &c. quæ respondere videntur versui 17.

℣. 18. Nulla dissimilitudo in Græco, præter hanc vocum inversionem, ὅτι οὐ προφητεύει οὗτος μοι καλὰ, ἀλλότι ἀλλ' ἢ κακά· *quoniam non prophetat hic mihi bona, quia tantùm mala.*

℣. 19. Optimè è Græco, si addas *Deum*, ad *Dominum*. Similiter hab. Ambr. *Dixit Michæas propheta: Vidi Dominum Deum Israël sedentem super thronum suum, & omnis militia cœli stabat circa eum ad dexteram ejus & ad sinistram.* Gr. στρατιὰ..... ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ καὶ ἐξ εὐωνύμων αὐτοῦ. Hieron. in Isai. 13. to. 3. 149. a. ut sup. *Vidi Dominum Israëlem sedentem super thronum suum, & omnis exercitus cœli stabat circa eum à dextris & à sinistris:* at in Joel 2. 1357. a. addit *Deum Israël*, paulòque post, *juxta eum à dextris & sinistris ejus.*

℣. 20. Nil Græco similius, si excipias vocem unam, *Ramoth*, pro qua Ῥεμμὰθ, Mss. Alex. Ῥαμμάθ. Philastr. Brix. l. de hæres. p. 704. f. his alludens, ait: *Interrogat Dominus immundum spiritum, dicens: Quis seducet regem Achab Israëlitarum, ut vadat in pugnam, & ibi interficiatur?* deinde, *Et ecce immundus*, &c.

℣. 21. Nulla quoque hîc varietas in Græco. Philastr. Brix. l. de hæres. p. 704. f. sic pergit: *Et ecce immundus spiritus advenit, dicens: Ego vadam, & faciam. Et ait Dominus ad immundum spiritum: Quomodo id facies?*

℣. 22. Vix meliùs è Græco, nisi quòd pro *in ore*, est εἰς τὸ στόμα, *in os;* at in Mss. Alex. ac editt. Ald. & Compl. sic, ἐν στόμασι, sicut καὶ γε, & *etiam*, in Vatic. ante *prævalebis*. Philastr. Brix. l. de hæres. p. 704. f. ita liberiùs: *Et ait immundus spiritus ad Dominum: Faciam me quasi angelum lucis, & verba similia eloquar, & ducam eum in prælium, & ibi eum deseram, & sic morietur. Et ait Dominus ad eum: Vade, sic facies.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Josaphat.

33. Intellexeruntque principes curruum quòd non esset rex Israël, & cessaverunt ab eo.

34. Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum sagittam dirigens, & casu percussit regem Israël inter pulmonem & stomachum. At ille dixit aurigæ suo: Verte manum tuam, & ejice me de exercitu, quia graviter vulneratus sum.

35. Commissum est ergo prælium in die illa, & rex Israël stabat in curru suo contra Syros, & mortuus est vespere: fluebat autem sanguis plagæ in sinum currus,

36. & præco insonuit in universo exercitu antequam sol occumberet, dicens: Unusquisque revertatur in civitatem, & in terram suam.

37. Mortuus est autem rex, & perlatus est in Samariam: sepelieruntque regem in Samaria,

38. & laverunt currum ejus in piscina Samariæ, & linxerunt canes sanguinem ejus, & habenas laverunt, juxta verbum Domini quod locutus fuerat. *Sup. 21. 19.*

39. Reliqua autem sermonum Achab, & universa quæ fecit, & domus eburnea quam ædificavit, cunctarumque urbium quas extruxit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israël?

40. Dormivit ergo Achab cum patribus suis, & regnavit Ochozias filius ejus pro eo.

41. Josaphat verò filius Asa regnare cœperat super Judam anno quarto Achab regis Israël.

42. Triginta quinque annorum erat cùm regnare cœpisset, & viginti quinque annis regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus Azuba filia Salai.

43. Et ambulavit in omni via Asa patris sui, & non declinavit ex ea: fecitque quod rectum erat in conspectu Domini.

VULGATA NOVA.

44. Veruntamen excelsa non abstulit: adhuc enim populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis.

VERSIO ANTIQUA.

44..... veruntamen adhuc populus immolabat, & adolebat in excelsis. *Hieron. in Ose. 10. t. 3. 1305. a.*

VULGATA NOVA.

45. Pacemque habuit Josaphat cum rege Israël.

46. Reliqua autem verborum Josaphat, & opera ejus, quæ gessit, & prælia, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Juda?

47. Sed & reliquias effeminatorum, qui remanserant in diebus Asa patris ejus, abstulit de terra.

48. Nec erat tunc rex constitutus in Edom.

2. Par. 20. 36. 49. Rex verò Josaphat fecerat classes in mari, quæ navigarent in Ophir propter aurum: & ire non potuerunt, quia confractæ sunt in Asiongaber.

50. Tunc ait Ochozias filius Achab ad Josaphat: Vadant servi mei cum servis tuis in navibus. Et noluit Josaphat.

51. Dormivitque Josaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in civitate David patris sui: regnavitque Joram filius ejus pro eo.

52. Ochozias autem filius Achab regnare cœperat super Israël in Samaria, anno septimodecimo Josaphat regis Juda, regnavitque super Israël duobus annis.

53. Et fecit malum in conspectu Domini, & ambulavit in via patris sui & matris suæ, & in via Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israël.

54. Servivit quoque Baal, & adoravit eum, & irritavit Dominum Deum Israël, juxta omnia quæ fecerat pater ejus.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 44. Similiter in Græco.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugensi.

LIBER REGUM TERTIUS.

CAP. I. ℣. 8. Et Semei, & Rei, & robur exercitûs David. *Pro* Rei *non est substituendum* Cerethi & Pheleti, *quod alii malè: nec addendum* omne *ante* robur, *quod quidam superfluè.*

℣. 13. Salomon filius tuus regnabit post me. *Non præponas* quòd.

℣. 34. In regem super Israël. *Non addas* & Judam.

℣. 35. Et veniet, & sedebit super solium meum. *Pro* veniet, *singulari tertiæ personæ, non est substituendum* venietis, *plurale secundæ personæ: denique nec addendum* in Jerusalem.

℣. 50. Et abiit, tenuitque cornu altaris. *Post* abiit, *non addas* in tabernaculum Domini.

CAP. II. ℣. 2. Confortare, & esto vir. *Non subjicias*, fortis, *quod quidam.*

℣. 3. Et observa custodias Domini Dei tui. *Qui existimarunt* custodias *verbum esse, ei & præposuerunt* ut *conjunctionem, & postposuerunt nomen* mandata; *falsi: nomen est enim.*

℣. 4. Si custodierint filii tui vias suas. *Non est mutandum pronomen tertiæ personæ* suas *in primæ* meas.

℣. 28. Venit autem nuncius ad Joab. *Retinendum est nomen* Joab, *non substituendum* Salomonem, *nec subdendum participium* dicens. *Lege Notationes nostras.*

℣. 42. Quacunque die egressus ieris huc & illuc. *Legendum est* ieris *ab* eo, *non* fueris *à* sum.

℣. 46. Qui egressus percussit eum. *Pro* egressus, *quod est, postquam exisset, non est supponendum* aggressus.

CAP. IV. ℣. 2. Azarias filius Sadoc sacerdotis. *Non mutes genitivum* sacerdotis, *in nominativum.*

℣. 10. Benhesed in Aruboth. *Non mutes* Ben, *quod significat filium, in* Beth *domum.*

℣. 19. In terra Seon regis Amorrhæi. *Non præponas & conjunctionem.*

℣. 21. Habens omnia regna. *Redundat quod sequitur in quibusdam libris*, secum.

℣. 24. A Thaphsa usque ad Gazam. *Non præponas his verbis adverbium* quasi.

℣. 32. Et fuerunt carmina ejus quinque & mille. *Cave legas, sublata conjunctione, ut plerique*, quinque millia, *pro* quinque & mille, *quod est, quinque supra mille.*

CAP. V. ℣. 1. Quòd ipsum unxissent regem. *Non addas* super Israël.

℣. 4. Nunc autem requiem dedit Dominus Deus meus mihi. *Non emittas* Dominus.

℣. 11. Coros tritici, viginti millia. *Alii minùs congruè invertunt ordinem*, viginti millia coros tritici.

CAP. VI. ℣. 1. Ædificari cœpit domus Domino. *Alii legunt activè*, ædificare cœpit domum Domino.

℣. 8. Ostium lateris medii in parte erat domûs dextræ. *Non commutes* parte, *quod est latere, cum* pariete, *seu muro.*

℣. 15. Operuit lignis cedrinis intrinsecus. *Non præponas his verbis & conjunctionem.*

℣. 27. Alæ autem alteræ. *Non omittas* alteræ.

℣. 31. Et in ingressu oraculi fecit ostiola. *Ut non est omittenda præpositio* in, *ita non addendus numerus* duo, *ante* ostiola.

CAP. VII. ℣. 6. Et epistylia super columnas. *Non addas* fecit, *sed subaudias è proximo.*

℣. 9. Et extrinsecus usque ad atrium majus. *Pro* extrinsecus *non est scribendum contrarium* intrinsecus.

Digitized by Google

℣. 23. Et resticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitum. *Non est mutandum singulare* cingebat, *cum plurali* cingebant.

℣. 24. Duo ordines sculpturarum striatarum erant fusiles. *Romani Patres rectè censuerunt legendum* striatarum, *quod est, striis ornatarum, non* histriatarum *aut* iistriatarum, *præpositâ unâ syllabâ; quæ de re nos aliàs latiùs scripsimus.*

℣. 25. Et stabat super duodecim boves. *Legendum est numerò singulari* stabat, *s. mare, non plurali* stabant.

℣. 26. Duo millia batos capiebat. *Non addas &* tria millia metretas, *quod* 2. *Paral.* 4. ℣. 5. *legitur, pro eo quod hìc dicitur* duo millia batos. *Lege, si placet, Notationes nostras in hunc locum.*

℣. 35. In summitate autem basis erat quædam rotunditas dimidii cubiti. *Legendum est* dimidii cubiti, *non adjiciendum quod plerique*, unius & dimidii cubiti.

℣. 47. Et posuit Salomon omnia vasa. *Non subjungas* in domo Domini, *quod quidam.*

Cap. VIII. ℣. 2. In mense Ethanim. *Non scribas, præpositâ litterâ* B, Bethanim, *pro* Ethanim.

℣. 23. Qui ambulabant coram te in toto corde suo. *In aliis libris est præsens* ambulant, *pro præterito imperfecto* ambulabant.

℣. 38. Cuncta devotatio & imprecatio. *Spurium est, quod quidam scribunt,* r *liquidâ*, devoratio, *quod est consumptio, pro* t *muta*, devotatio, *quod est votum sive oratio.*

℣. 60. Ut sciant omnes populi terræ. *Non mutes* ut, *conjunctionem causativam cum copulativa &.*

Cap. X. ℣. 14. Quod afferebatur Salomoni. *Non scribas* offerebatur *pro* afferebatur, *vocalem, inquam, quartam pro prima.*

Cap. XI. ℣. 2. Et Sidonias & Hetthæas. *Scribendum est* Hetthæas, *littera initiali* H, *& duplicato* t (*prout plerumque consuevit hæc vox Latinè exprimi*) *potiùs quàm* Cethæas, *quanquam ita scribatur Ezech.* 16. ℣. 3.

℣. 5. Sed colebat Salomon Astarthen deam Sidoniorum, & Moloch idolum Ammonitarum. *Non interponas &* Chamos deum Moabitarum, *redundat enim.*

Cap. XII. ℣. 21. Electorum virorum bellatorum. *Non addas conjunctionem & ante* bellatorum.

Cap. XIII. ℣. 11. Narraverunt patri suo. *Non præponas his verbis & conjunctionem.*

℣. 23. Stravit asinum suum prophetæ quem reduxerat. *Non est mutandus dativus* prophetæ, *cum nominativo* propheta.

℣. 25. Divulgaverunt in civitate. *Non est scribendus quartus casus* civitatem *pro sexto.*

℣. 29. Ut plangeret eum. *Præferendus est numerus singularis plurali* plangerent.

Cap. XV. ℣. 18. Dedit illud in manus. *Non est præponenda conjunctio &.*

Cap. XVI. ℣. 24. Et vocavit nomen civitatis quam extruxerat, nomine Somer domini montis, Samariam. *Et hìc præferendus est casus accusativus* Samariam, *rectus à verbo* vocavit, *genitivo* Samariæ, *recto ab altero nominum substantivorum præximorum.*

Cap. XVII. ℣. 12. Et faciam illum mihi & filio meo. *Correctores meritò mutarunt neutrum* illud *in masculinum* illum, *ita ut referatur ad panem.*

Cap. XVIII. ℣. 9. Vade, & dic domino tuo. *Non præponas &* dixit.

℣. 22. Prophetæ autem Baal quadringenti & quinquaginta viri sunt. *Non addas* prophetæque lucorum quadringenti, *quod quidam.*

℣. 24. Optima propositio. *Non subjungas* quam locutus est Elias, *tametsi Græcè legatur.*

Cap. XIX. ℣. 1. Et quomodo occidisset universos prophetas gladio. *Ad vocem* prophetas, *non est addendum* Baal.

℣. 10. Quia dereliquerunt pactum tuum filii Israël. *Pronomen* tuum *non est mutandum cum nomine* Domini.

℣. 18. Osculans manus. *Pro plurali* manus, *alii habent singulare* manum.

℣. 19. Et ipse in duodecim jugis boum arantibus unus erat. *Correctores non judicarunt omittendas has duas voculas* jugis boum.

Cap. XX. ℣. 33. Frater tuus Benadad. *Non est addendum* vivit.

Cap. XXI. ℣. 1. Vinea erat Naboth Jezrahelitæ, qui erat in Jezrahel. *Alii libri habent relativum femininum* quæ, *referens vineam : Correctores prætulerunt masculinum* qui, *referens* Naboth.

℣. 2. Argenti pretium, quanto digna est. *Non mutes ablativum* quanto, *cum accusativo* quantum.

℣. 20. Et ait Achab ad Eliam : Num invenisti me inimicum tibi? *Vetus Interpres vertit* inimicum tibi, *accusativo casu : alii verterunt vocativo* inimice mi?

℣. 21. Ecce ego inducam super te malum. *Non præponas* Hæc dicit Dominus.

Cap. XXII. ℣. 15. Et tradet eam Dominus in manus regis. *Non est omittendum pronomen* eam.

℣. 39. Et domus eburnea quam ædificavit. *Quidam pro casu primo* eburnea, *scribunt secundum* eburneæ.

Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

LIBER REGUM TERTIUS.

Cap. II. ℣. 15. Et me præposuerat omnis Israël sibi in regem. *Quidam legendum ex aliis Manuscriptis putant* proposuerat, *vocali quarta, loco diphtongi æ.*

Cap. III. ℣. 23. Et ista respondit. *Videtur præsens* respondet, *præferendum præterito : nam & in Missali Romano legitur præsens, feriâ* 2. *post Dominic.* 4. *Quadrag.*

Cap. V. ℣. 6. Præcipe igitur ut præcidant mihi servi tui. *Non inconsultò videtur à multis omitti* servi tui.

Ibidem. Quamcunque petieris : scis enim quomodo. *Quidam boni libri habent* præceperis, *pro* petieris, & quoniam, *pro* quomodo.

Cap. VI. ℣. 8. In parte erat domûs dextræ. *Ablativum* dextrâ, *qui ad* parte *referatur, præferunt quidam genitivo* dextræ, *qui ad* domûs.

Cap. VIII. ℣. 15. Et in manibus ejus perfecit. *Quidam libri habent &* in manu sua perfecit, *vel* manibus suis perfecit, *quod videtur esse congruentius, quia de manibus Dei sermo est, ut constat infra* ℣. 24.

Cap. XI. ℣. 41. In libro verborum dierum Salomonis. *Multi codices omittunt vocem* dierum, *consentaneè Hebræo.*

Cap. XII. ℣. 16. Vade in tabernacula tua Israël. *Quanquam supplendum sit* Vade, *vel quod alii libri habent* Revertere; *majori tamen cum gratia, in quibusdam codicibus Hebræo consentientibus, videtur subaudiri quàm exprimi, ita ut sit* ἀποσιώπησις *iratorum.*

Cap. XIV. ℣. 3. Decem panes & crustulam. *Conjiciunt quidam legendum* crustula, *neutro genere pluralis numeri; nam & Hebræum plurale, quidam gauferas vertunt. Crusta, seu crustula genere femininо, longè aliud significat.*

Cap. XVI. ℣. 7. Hoc est, Jehu filium Hanani prophetam. *Hæc pericope potest ab Interprete esse addita explicationis causâ, quanquam absit à quibusdam libris similiter Hebræo & Græco.*

Cap. XVIII. ℣. 45. Cùmque se verteret huc atque illuc. *Alii libri legunt* verterent, *numero plurali.*

Cap. XIX. ℣. 18. Septem millia virorum. *Quidam libri pro* virorum, *legunt* universorum, *quæ de re Notationes nostræ.*

Cap. XX. ℣. 12. Factum est autem cùm audisset Benadad verbum istud. *Alii libri cum Hebraïcis & Græcis relinquunt subaudiendum* Benadad.

℣. 39. Et mutavit aspersione pulveris os & oculos suos. *Quidam libri omittunt* os &, *consentaneè Hebræo & Græco.*

Cap. XXI. ℣. 1. Post hæc autem verba, tempore illo. *Multi Latini libri omittunt* tempore illo, *suffragantibus Hebraïs & Græcis.*

℣. 6. Dabo tibi vineam meliorem pro ea. *Vox* meliorem *ignoratur à multis Latinis libris, quibus Hebræa consentiunt. Græca ejus loco legunt* aliam.

Digitized by Google

SUMMA CAPITA LIBRI IV. REGUM,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Verſioni antiquæ ſatis reſpondeant.

CAP. I. *Ochozias ſuper agritudine ſua Beelzebub conſulere volens ab Elia increpatur, ac moriturus prædicitur: duos quinquagenarios principes ad Eliam miſſos ignis cœleſtis devorat cum ipſorum militibus, tertio principe ſuâ modeſtiâ ſervato, cum quo Elias ad Ochoziam deſcendit; cui mortuo ſuccedit frater Joram.*

CAP. II. *Eliſeus individuus Eliæ comes, Jordanem, aquâ Eliæ pallio diviſâ, cum illo tranſit; Eliâ autem in cœlum igneo curru rapto, duplicem ejus ſpiritum accipit, ac pallio Eliæ rurſum Jordanis aquas dividit. Elias quæſitus non invenitur: aquæ Jericho ac terræ ſterilitas, immiſſo per Eliſeum ſale, ſanantur; puerique Eliſeum irridentes, ab urſis lacerantur.*

CAP. III. *Ob prævaricatum à rege Moab fœdus quod cum rege Iſraël habebat, aſcendunt adversùs illum rex Iſraël, rex Juda, & rex Edom; quibus Dominus per Eliſeum aquam ſine pluvia promittit, & victoriam de rege Moab, qui ſuum primogenitum immolat.*

CAP. IV. *Eliſeus viduæ pauperculæ oleum impetrat, quo ſolvat creditoribus; Sunamitidi hoſpitæ ſuæ filium, quem poſtea mortuum ſuſcitat; farinâ quoque pulmento infuſâ, ipſius aufert amaritudinem; & paucis panibus multos ſatiat.*

CAP. V. *Scidit rex Iſraël veſtimenta ſua, quòd juſſiſſet rex Syriæ ut Naaman leproſum curaret; quem Eliſeus ſeptenâ in Jordane lotione mundat à lepra, quæ Giezi propter munera ſuſcepta, ab Eliſeo ſpreta, perpetuò adhæſit.*

CAP. VI. *Eliſeus ferrum ſecuris natare facit: regis Syriæ milites ducuntur excæcati in Samariam ab Eliſeo, quem ob regis ſui ſecreta regi Iſraël patefacta capere nitebantur: ac poſtmodum Syris obſidentibus Samariam, matres ob inediam filios ſuos comedunt; propter quod Eliſeus à rege jubetur occidi.*

CAP. VII. *Eliſeus in Samaria prædicit frumenti abundantiam; quam leproſi quatuor in Samaria annuntiant, territis à Deo Syris, ac omnibus relictis obſidionem ſolventibus: dux autem Eliſei verbo incredulus, à turba conculcatur in porta Samariæ.*

CAP. VIII. *Poſt ſeptennem famem ab Eliſeo prædictam, Sunamitis, quæ ipſius conſilio peregrinata erat, reverſa, ſuos agros cum fructibus recuperat: Eliſeus Benadad ægrotantem reſpondet moriturum, & impium Hazael regnaturum: Joram rex Juda percuſſit Idumæos, quòd à ſe receſſiſſent; cui impio ſuccedit Ochozias filius impius.*

CAP. IX. *Jehu in regem Iſraël uncto mandat Dominus ut deleat domum Achab: occîdit ergo Joram unà cum Ochozia rege Juda, & corpus Jezabel, à feneſtra ipſius juſſu præcipitatæ, canes comederunt, juxta Eliæ vaticinium.*

CAP. X. *Jehu 70. filios Achab, & 42. fratres Ochoziæ necari jubet, totamque Achab progeniem delet, & omnes ſacerdotes Baal callidè convocatos occidit, exuſtâ illius ſtatuâ, & templo in cloacam verſo; attamen propter peccata Jehu vehementer cæſus eſt Iſraël ab Hazael: mortuo autem Jehu, ſuccedit filius ejus Joachaz.*

CAP. XI. *Athalia, omni ſemine regio præter Joas per ipſam extincto, regnum ſibi uſurpat; ſed præcipiente Joiada ſacerdote occiditur, & Joas rex Juda conſtituitur, deſtructis aris & imaginibus Baal.*

CAP. XII. *Joas gazophylacii pecuniam ad ſartatecta templi inſtauranda expendit, Hazaeli autem regi Syriæ bellum contra Jeruſalem paranti mittit omnes templi & palatii theſauros; tandemque à ſervis ſuis occiditur: cui ſuccedit filius ejus Amaſias.*

CAP. XIII. *Joachaz rex Iſraël propter peccata ſua graviſſimè afflictus à rege Syriæ, converſus ad Dominum liberatur; cui mortuo ſuccedit filius Joas, qui juxta Eliſei morientis vaticinium Syros ter devicit: mortui autem Eliſei ſepulcro injectus quidam mortuus ſuſcitatur.*

CAP. XIV. *Amaſias interfectis occiſoribus patris ſui Joas, percutit Edom; ſed provocans ad bellum Joas regem Iſraël, ab eo capitur, & Jeruſalem diripitur: at Joas regi Iſraël ſuccedit filius Jeroboam, qui ab anguſtiis liberat Iſrael, cui ſuccedit filius Zacharias: porro facta conjuratione adversùs Amaſiam regem Juda, à ſuis occiditur: cui ſuccedit filius Azarias impius.*

CAP. XV. *Azariæ leproſo ſuccedit filius Joathan in Juda; Zachariæ autem in Iſraël ſuccedit Sellum, & huic Manahem, qui fit tributarius regi Aſſyriorum, & huic Phaceia, & huic Phacee; cujus temporibus Theglathphalaſar devictam magnam partem Iſraëlitarum tranſtulit in Aſſyrios: huic ſuccedit Oſee: in Juda autem mortuo Joathan, ſuccedit filius Achaz.*

CAP. XVI. *Achaz filium ſuum per ignem conſecrat: regibus quoque Iſraël & Syriæ Jeruſalem obſidentibus, auxilium à rege Aſſyriorum miſſis muneribus obtinet; in cujus gratiam, ablato Dei cultu, diis Aſſyriorum ſacrificat: cui ſuccedit pius filius Ezechias.*

CAP. XVII. *Poſt multa filiorum Iſraël quæ commemorantur facinora, Salmanaſar ſub Oſee recuſante antiquum Aſſyrio pendere tributum, transfert Iſraël in Aſſyrios: & quia Aſſyrii in Samariam miſſi cultum Dei ignorantes devorabantur à leonibus, mittitur eis ſacerdos Iſraëliticus qui ipſos inſtituat; ſicque factum eſt, ut & Deo & idolis ſervirent.*

CAP. XVIII. *Ezechias pietate eximius, diſſipatis idolorum delubris, ac æneo Moyſi ſerpente confracto, percutit Edom; & cùm Aſſyriis rebellaſſet, rex Aſſyriorum expugnatis civitatibus Juda, Ezechiæ veniam precanti, magnam pecuniæ vim imponit, miſſa quoque manu valida Jeruſalem obſidet, multis probris in Ezechiam & blaſphemiis in Deum per Rabſacen jactatis.*

CAP. XIX. *Ezechia & Iſaia converſis ad Dominum, & pro liberatione precantibus, propter Rabſacis blaſphemias, percutit Angelus Domini 185000. Aſſyriorum; & fugiens Sennacherib in templo idolorum ſuorum à filiis ſuis occiditur.*

CAP. XX. *Iſaias ægrotantem Ezechiam moriturum denuntiat; at ille ſua oratione ſanitatem cum prorogatione vitæ ad quindecim annos à Deo impetrat, dato ſanitatis ſigno per ſolis regreſſum: Aſſyriis autem munera deferentibus theſauros oſtendit, & ob id per Iſaiam reprehenſo, capti-*

Digitized by Google

vitas Babylonica denuntiatur : cui impius ſuccedit filius Manaſſes.

Cap. XXI. *Propter abominandam Manaſſis impietatem prædicit Dominus ſe Judam ac Jeruſalem deleturum : cui ſuccedit impius filius Amon ; & hoc à ſervis occiſo, regnat ſuper Judam pius filius Joſias.*

Cap. XXII. *Joſias templum ac Dei cultum inſtaurat ; Dominum ſuper reperto Deuteronomii libro conſulens, reſponſum accipit, inducenda ſuper Judam ſcripta in eo mala propter neglectum à patribus Dei cultum, ipſum tamen priùs in pace moriturum.*

Cap. XXIII. *Joſias Deuteronomium coram populo legit, percuſſoque cum Domino fœdere, ac deſtructis abominationibus, præcipit Paſcha celebrari : quo in Mageddo occiſo, ſuccedit impius filius Joachaz, quem Pharao captum ducit in Ægyptum, ſubſtituto Eliacim, quem Joakim nominat ; & ei gravem mulctam imponit.*

Cap. XXIV. *Joakim triennio ſervit regi Babylonis ; deinde varios patitur latrunculos : quo mortuo, ſuccedit filius Joachin ; quem cum theſauris templi ac domus regiæ, univerſoque robore habitatorum Jeruſalem ducit Nabuchodonoſor in Babylonem, ſuffecto in regem illius patruo Matthania, quem vocavit Sedeciam.*

Cap. XXV. *Obſeſſâ à Nabuchodonoſor Jeruſalem, Sedecias cæcus ac vinctus, necatis coram ſe filiis, in Babylonem ducitur cum reliquo populo ; quibuſdam tamen ad exercendam terram relictis : poſt exuſta unà cum templo omnia magnifica ædificia, præfecit Nabuchodonoſor Godoliam ; quo ab Iſmaele interempto, fugit populus in Ægyptum, Joachin autem in captivitate ſublimatur à rege Babylonis.*

Digitized by Google

LIBER QUARTUS REGUM.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.

1. PRÆVARICATUS est autem Moab in Israël, postquam mortuus est Achab.

2. Ceciditque Ochozias per cancellos cœnaculi sui, quod habebat in Samaria, & ægrotavit: misitque nuncios, dicens ad eos: Ite, consulite Beelzebub deum Accaron, utrùm vivere queam de infirmitate mea hac.

3. Angelus autem Domini locutus est ad Eliam Thesbiten, dicens: Surge, & ascende in occursum nunciorum regis Samariæ, & dices ad eos: Nunquid non est Deus in Israël, ut eatis ad consulendum Beelzebub deum Accaron?

4. Quam ob rem hæc dicit Dominus: De lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Et abiit Elias.

5. Reversique sunt nuncii ad Ochoziam. Qui dixit eis: Quare reversi estis?

6. At illi responderunt ei: Vir occurrit nobis, & dixit ad nos: Ite, & revertimini ad regem, qui misit vos, & dicetis ei: Hæc dicit Dominus: Nunquid, quia non erat Deus in Israël, mittis ut consulatur Beelzebub deus Accaron? Idcirco de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris.

7. Qui dixit eis: Cujus figuræ & habitûs est vir ille, qui occurrit vobis, & locutus est verba hæc?

8. At illi dixerunt: Vir pilosus, & zonâ pelliceâ accinctus renibus. Qui ait: Elias Thesbites est.

VERSIO ANTIQUA.

1. DELINQUIT Moab in Israël, post mortem Ahab. *Ex Mſ. cod. Germ. n. 13. annor. 900.*

2. Et ascendit Ohosias in superioribus domus suæ in Samariam, & languebat. Misit itaque nuncios, dicens: Ite, interrogate per Baal muscam deam regionis Accaron, si futurum est ut vivam ex hac infirmitate mea. Et abierunt interrogare per eam.

VULGATA NOVA.

9. Misitque ad eum quinquagenarium principem, & quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum: sedentique in vertice montis, ait: Homo Dei, rex præcepit ut descendas.

10. Respondensque Elias, dixit quinquagenario: Si homo Dei sum, descendat ignis de cœlo, & devoret te, & quinquaginta tuos. Descen-

VERSIO ANTIQUA.

9..... Homo Dei, rex vocat te..... *Hieron. ep. ad Cypr. t. 2. 694. c.*

10..... Si homo Dei ego sum, descendat ignis de cœlo, & comedat te, & quinquaginta viros tuos.....

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. Καὶ ἠθέτησε Μωὰβ ἐν Ἰσραὴλ, μετὰ τὸ ἀποθανεῖν Ἀχαάβ. *Et prævaricatus est Moab in Israël, postquam mortuus est Achab.*

℣. 2. Gr. Καὶ ἔπεσεν Ὀχοζίας διὰ τῦ διικλυωτῦ τῦ ἐν τῷ ὑπερῴῳ αὐτῦ τῷ ἐν Σαμαρείᾳ, καὶ ἠρρώστησε· καὶ ἀπέστειλεν ἀγγέλους, καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Δεῦτε, καὶ ἐπιζητήσατε ἐν τῷ Βάαλ μυῖαν θεὸν Ἀκκαρών, εἰ ζήσομαι ἐκ τῆς ἀῤῥωστίας μȣ ταύτης. Καὶ ἐπορεύθησαν ἐπερωτῆσαι δι' αὐτῦ. *Et cecidit Ochozias per cancellos cœnaculi sui, quod erat in Samaria, & ægrotavit: & misit nuncios, & dixit ad eos: Ite, & inquirite in Baal muscam deum Accaron, si vivam ab infirmitate mea hac. Et iverunt interrogare per eum.*

℣. 9. Itidem Græcè, præter hoc, ἐκάλεσέ σε, *vocavit te.*

℣. 10. Gr. delet *sum*, ut & *viros*, in fine; loco verò *descendat*, & *comedat*, sic, καταβήσεται..... καταφάγεται, *descendet..... devorabit.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

dit itaque ignis de cœlo, & devoravit eum, & quinquaginta qui erant cum eo.

11. Rursumque misit ad eum principem quinquagenarium alterum, & quinquaginta cum eo. Qui locutus est illi: Homo Dei, hæc dicit rex: Festina, descende.

12. Respondens Elias ait: Si homo Dei ego sum, descendat ignis de cœlo, & devoret te, & quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis de cœlo, & devoravit illum, & quinquaginta ejus.

13. Iterum misit principem quinquagenarium tertium, & quinquaginta qui erant cum eo. Qui cùm venisset, curvavit genua contra Eliam, & precatus est eum, & ait: Homo Dei, noli despicere animam meam, & animas servorum tuorum qui mecum sunt.

14. Ecce descendit ignis de cœlo, & devoravit duos principes quinquagenarios primos, & quinquagenos qui cum eis erant: sed nunc obsecro ut misereris animæ meæ.

15. Locutus est autem angelus Domini ad Eliam, dicens: Descende cum eo, ne timeas. Surrexit igitur, & descendit cum eo ad regem,

16. & locutus est ei: Hæc dicit Dominus: Quia misisti nuncios ad consulendum Beelzebub deum Accaron, quasi non esset Deus in Israël, à quo posses interrogare sermonem, ideo de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte moreris.

17. Mortuus est ergo juxta sermonem Domini, quem locutus est Elias, & regnavit Joram frater ejus pro eo, anno secundo Jòram filii Josaphat regis Judæ: non enim habebat filium.

18. Reliqua autem verborum Ochoziæ, quæ operatus est, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israël?

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. FActum est autem, cùm levare vellet Dominus Eliam per turbinem in cœlum, ibant Elias & Eliseus de Galgalis.

2. Dixitque Elias ad Eliseum: Sede hìc, quia Dominus misit me usque in Bethel. Cui ait Eliseus: Vivit Dominus, & vivit anima tua, quia non derelinquam te. Cùmque descendissent Bethel,

3. egressi sunt filii prophetarum, qui erant in Bethel, ad Eliseum, & dixerunt ei: Nunquid nosti, quia hodie Dominus tollet dominum tuum à te? Qui respondit: Et ego novi: silete.

VERSIO ANTIQUA.

Auct. l. de promiss. apud Prosp. p. 156. a.

4.... Vivit Dominus, & vivit anima tua, si dimisero te quòcunque ieris.....

VULGATA NOVA.

4. Dixit autem Elias ad Eliseum: Sede hìc; quia Dominus misit me in Jericho. Et ille ait: Vivit Dominus, & vivit anima tua, quia non derelinquam te. Cùmque venissent Jericho,

VULGATA NOVA.

5. accesserunt filii prophetarum, qui erant in Jericho, ad Eliseum, & dixerunt ei: Nunquid nosti, quia Dominus hodie tollet dominum tuum à te? Et ait: Et ego novi: silete.

6. Dixit autem ei Elias: Sede hìc, quia Dominus misit me usque ad Jordanem. Qui ait: Vivit Dominus, & vivit anima tua, quia non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter,

7. & quinquaginta viri de filiis prophetarum secuti sunt eos, qui & steterunt econtra, longè: illi autem ambo stabant super Jordanem.

8. Tulitque Elias pallium suum, & involvit illud, & percussit aquas, quæ divisæ sunt in utramque partem, & transierunt ambo per siccum.

VERSIO ANTIQUA.

Idem ubi sup.

9..... Pete tibi aliquam petitionem, priusquam tollar à te. At ille ait: Volo ut spiritus, qui in te est, duplex in me sit.

10. Dixitque ei Elias: Durè petisti: veruntamen si me respexeris euntem, fiet tibi.....

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 190. d.

11. Euntibus autem illis, & loquentibus, ecce currus igneus, & equi ignei, & separavit inter utrosque: & ascendit Helias in commotione quasi in cœlum.

12. Et Elisæus videbat, & ipse clamabat, & dixit: Pater, pater, agitator Israël. Et non vidit eum ampliùs....

VULGATA NOVA.

9. Cùmque transissent, Elias dixit ad Eliseum: Postula quod vis ut faciam tibi, antequam tollar à te. Dixitque Eliseus: Obsecro ut fiat in me duplex spiritus tuus.

10. Qui respondit: Rem difficilem postulasti: attamen si videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petisti: si autem non videris, non erit.

11. Cùmque pergerent, & incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diviserunt utrumque: & ascendit Elias per turbinem in cœlum. *Eccli. 48. 13. 1. Mac. 2. 58.*

12. Eliseus autem videbat, & clamabat: Pater mi, pater mi, currus Israël, & auriga ejus. Et non vidit eum ampliùs: apprehenditque vestimenta sua, & scidit illa in duas partes.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Abest à Græco *quòcunque ieris*; loco verò *dimisero*, est ἐγκαταλείψω, *derelinquam.*

℣. 9. Gr. Αἴτησαι τί ποιήσω σοι, πρὶν ἢ ἀναλημφθῆναί με ἀπὸ σοῦ. Καὶ εἶπεν Ἐλισαιέ· Γενηθήτω δὴ διπλᾶ ἐν πνεύματί σου ἐπ' ἐμέ. Eadem memorat Anon. l. 2. de mirab. Script. ap. Aug. to. 3. p. 1. 21. e. his verbis: *Postula à me quod vis, priusquam me Deus à te transfire, & recipi jubeat. Cui Eliseus: Spiritus tuus duplex, obsecro, in me requiescat.*

℣. 10. Gr. Καὶ εἶπεν Ἠλιού· Ἐσκλήρυνας τοῦ αἰτήσασθαι· ἐὰν ἴδῃς με ἀναλαμβανόμενον ἀπὸ σοῦ, ἔσται σοι οὕτως. Anon. sup. *Duriter postulasti.*

℣. 11. Græcè pauca dissimilia, nempe, Καὶ ἐγένετο αὐτῶν πορευομένων, ἐπορεύοντο καὶ ἐλάλουν, καὶ ἰδού, *Et factum est ipsis euntibus, ibant & loquebantur*, &, pro *euntibus autem illis*, & *loquentibus*; subinde bis πυρὸς, *ignis*, loco *igneus*, & *ignei*; & pro *ascendit Helias in commotione*, (ed. vitiosè *commotionem*) sic, ἀνελήφθη Ἠλιοὺ ἐν συσσεισμῷ, *assumptus est Heliu in concussione.* Vide etiam Ambr. ep. 43. to. 2. 975. d. & de Elia & jejun. c. 22. 562. d. ubi ait Eliam raptum esse curru igneo: & l. 1. de Cain, c. 2. p. 186. e. *Elias*, inquit, *translatus curru est: non sepultus, nec mortuus legitur.* Vide etiam Chromac. Aquil. in Matth. col. 980. b.

℣. 12. Græcè constanter hìc ut infra, Ἐλισαιέ, loco *Eliseus*; paulòque post deest *ipse*, ante *clamabat*, ut & seq. & *dixit*; in sola ed. Compl. præponitur αὐτὸς, verbo *clamabat*: demum loco *agitator Israël*, sic, ἅρμα Ἰσραὴλ, καὶ Ἱππεὺς

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

13. Et levavit pallium Eliæ, quod ceciderat ei: reverſuſque ſtetit ſuper ripam Jordanis,

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
14. .... Ubi eſt Deus Eliæ?	14. & pallio Eliæ, quod ceciderat ei, percuſſit aquas, & non ſunt

Ambr. in Pſal. 37. t. 1. 833. a.

diviſæ: & dixit: Ubi eſt Deus Eliæ etiam nunc? Percuſſitque aquas, & diviſæ ſunt huc atque illuc, & tranſiit Eliſeus.

15. Videntes autem filii prophetarum, qui erant in Jericho econtra, dixerunt: Requievit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſeum. Et venientes in occurſum ejus, adoraverunt eum proni in terram,

16. dixeruntque illi: Ecce, cum ſervis tuis ſunt quinquaginta viri fortes, qui poſſunt ire, & quærere dominum tuum, ne fortè tulerit eum Spiritus Domini, & projecerit eum in unum montium, aut in unam vallium. Qui ait: Nolite mittere.

17. Coegeruntque eum, donec acquieſceret, & diceret: Mittite. Et miſerunt quinquaginta viros: qui cùm quæſiſſent tribus diebus, non invenerunt.

18. Et reverſi ſunt ad eum: at ille habitabat in Jericho, & dixit eis: Nunquid non dixi vobis: Nolite mittere?

19. Dixerunt quoque viri civitatis ad Eliſeum: Ecce habitatio civitatis hujus optima eſt, ſicut tu ipſe domine perſpicis: ſed aquæ peſſimæ ſunt, & terra ſterilis.

20. At ille ait: Afferte mihi vas novum, & mittite in illud ſal. Quod cùm attuliſſent,

21. egreſſus ad fontem aquarum, miſit in illum ſal, & ait: Hæc dicit Dominus: Sanavi aquas has, & non erit ultra in eis mors, neque ſterilitas.

22. Sanatæ ſunt ergo aquæ uſque in diem hanc, juxta verbum Eliſei, quod locutus eſt.

23. Aſcendit autem inde in Bethel: cùmque aſcenderet per viam, pueri parvi egreſſi ſunt de civitate, & illudebant ei, dicentes: Aſcende calve, aſcende calve.

24. Qui cùm reſpexiſſet, vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini: egreſſique ſunt duo urſi de ſaltu, & laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros.

25. Abiit autem inde in montem Carmeli, & inde reverſus eſt in Samariam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἁντῆ, currus Iſraël, & eques ejus. Ambr. l. de Nab. c. 15. to. 1. 584. d. hæc hab. *Cùm reciperetur Elias, & currus quaſi ad cœlum ferretur, clamavit ad eum Eliſæus: Pater, pater, agitator Iſraël, & eques ipſius:* ſimiliter l. de Iſaac c. 8. 378. d. *Pater, pater, agitator Iſraël.* Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 157. a. *Pater mi Elias, pater mi, auriga Iſraël.*

℣. 14. Gr. delet *eſt.* Vide Nobil. Not. k. 1. & Auct. l. de promiſſ. col. 158. e.

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. JOram verò filius Achab regnavit ſuper Iſraël in Samaria anno decimo octavo Joſaphat regis Judæ. Regnavitque duodecim annis.

2. Et fecit malum coram Domino, ſed non ſicut pater ſuus & mater: tulit enim ſtatuas Baal, quas fecerat pater ejus.

3. Veruntamen in peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Iſraël, adhæſit, nec receſſit ab eis.

4. Porro Meſa rex Moab, nutriebat pecora multa, & ſolvebat regi Iſraël centum millia agnorum, & centum millia arietum, cum velleribus ſuis.

5. Cùmque mortuus fuiſſet Achab, prævaricatus eſt fœdus, quod habebat cum rege Iſraël.

6. Egreſſus eſt igitur rex Joram in die illa de Samaria, & recenſuit univerſum Iſraël.

7. Miſitque ad Joſaphat regem Juda, dicens: Rex Moab receſſit à me, veni mecum contra eum ad prælium. Qui reſpondit: Aſcendam: qui meus eſt, tuus eſt: populus meus, populus tuus: & equi mei, equi tui.

8. Dixitque: Per quam viam aſcendemus? At ille reſpondit: Per deſertum Idumææ.

9. Perrexerunt igitur rex Iſraël, & rex Juda, & rex Edom, & circuierunt per viam ſeptem dierum, nec erat aqua exercitui, & jumentis quæ ſequebantur eos.

10. Dixitque rex Iſraël: Heu heu heu, congregavit nos Dominus tres reges, ut traderet in manus Moab.

11. Et ait Joſaphat: Eſtne hic propheta Domini, ut deprecemur Dominum per eum? Et reſpondit unus de ſervis regis Iſraël: Eſt hic Eliſeus filius Saphat, qui fundebat aquam ſuper manus Eliæ.

12. Et ait Joſaphat: Eſt apud eum ſermo Domini. Deſcenditque ad eum rex Iſraël, & Joſaphat rex Juda, & rex Edom.

13. Dixit autem Eliſeus ad regem Iſraël: Quid mihi & tibi eſt? vade ad prophetas patris tui, & matris tuæ. Et ait illi rex Iſraël: Quare congregavit Dominus tres reges hos, ut traderet eos in manus Moab.

14. Dixitque ad eum Eliſeus: Vivit Dominus exercituum, in cujus conſpectu ſto, quòd ſi non vultum Joſaphat regis Judæ erubeſcerem, non attendiſſem quidem te, nec reſpexiſſem.

15. Nunc autem adducite mihi pſaltem. Cùmque caneret pſaltes, facta eſt ſuper eum manus Domini, & ait:

16. Hæc dicit Dominus: Facite alveum torrentis hujus foſſas & foſſas.

17. Hæc enim dicit Dominus: Non videbitis ventum, neque pluviam: & alveus iſte replebitur aquis, & bibetis vos, & familiæ veſtræ, & jumenta veſtra.

18. Parumque eſt hoc in conſpectu Domini: inſuper tradet etiam Moab in manus veſtras.

19. Et percutietis omnem civitatem munitam, & omnem urbem electam, & univerſum lignum fructiferum ſuccidetis, cunctoſque fontes aquarum obturabitis, & omnem agrum egregium operietis lapidibus.

20. Factum eſt igitur manè, quando ſacrificium offerri ſolet, & ecce, aquæ veniebant per viam Edom, & repleta eſt terra aquis.

21. Univerſi autem Moabitæ audientes, quòd aſcendiſſent reges ut pugnarent adverſùm eos, convocaverunt omnes qui accincti erant balteo deſuper, & ſteterunt in terminis.

22. Primoque manè ſurgentes, & orto jam ſole ex adverſo aquarum, viderunt Moabitæ econtra aquas rubras quaſi ſanguinem,

23. dixeruntque: Sanguis gladii eſt: pugnaverunt reges contra ſe, & cæſi ſunt mutuò: nunc perge ad prædam Moab.

24. Perrexeruntque in caſtra Iſraël: porro conſurgens Iſraël, percuſſit Moab: at illi fugerunt coram eis. Venerunt igitur qui vicerant, & percuſſerunt Moab,

25. & civitates deſtruxerunt: & omnem agrum

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

optimum, mittentes singuli lapides, repleverunt: & universos fontes aquarum obturaverunt: & omnia ligna fructifera succiderunt, ita ut muri tantùm fictiles remanerent: & circumdata est civitas à fundibulariis, & magna ex parte percussa.

26. Quod cùm vidisset rex Moab, prævaluisse scilicet hostes, tulit secum septingentos viros educentes gladium, ut irrumperent ad regem Edom: & non potuerunt.

27. Arripiensque filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum super murum: & facta est indignatio magna in Israël, statimque recesserunt ab eo, & reversi sunt in terram suam. *Amos. 2. 1.*

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. MUlier autem quædam de uxoribus prophetarum clamabat ad Eliseum, dicens: Servus tuus vir meus mortuus est, & tu nosti quia servus tuus fuit timens Dominum: & ecce creditor venit ut tollat duos filios meos ad serviendum sibi.

2. Cui dixit Eliseus: Quid vis ut faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respondit: Non habeo ancilla tua quidquam in domo mea, nisi parum olei, quo ungar.

3. Cui ait: Vade, pete mutuò ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca.

4. Et ingredere, & claude ostium tuum, cùm intrinsecus fueris tu, & filii tui: & mitte inde in omnia vasa hæc: & cùm plena fuerint, tolles.

5. Ivit itaque mulier, & clausit ostium super se, & super filios suos: illi offerebant vasa, & illa infundebat.

6. Cùmque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit: Non habeo. Stetitque oleum.

7. Venit autem illa, & indicavit homini Dei. Et ille: Vade, inquit, vende oleum, & redde creditori tuo: tu autem, & filii tui vivite de reliquo.

8. Facta est autem quædam dies, & transibat Eliseus per Sunam: erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eum ut comederet panem: cùmque frequenter inde transiret, divertebat ad eam ut comederet panem.

8..... 25. *Vide Not.*

9. Quæ dixit ad virum suum: Animadverto quòd vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter.

10. Faciamus ergo ei cœnaculum parvum, & ponamus ei in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum, ut cùm venerit ad nos, maneat ibi.

11. Facta est ergo dies quædam, & veniens divertit in cœnaculum, & requievit ibi.

12. Dixitque ad Giezi puerum suum: Voca Sunamitidem istam. Qui cùm vocasset eam, & illa stetisset coram eo,

13. dixit ad puerum suum: Loquere ad eam: Ecce, sedulè in omnibus ministrasti nobis, quid vis ut faciam tibi? nunquid habes negotium, & vis ut loquar regi, sive principi militiæ? Quæ respondit: In medio populi mei habito.

14. Et ait: Quid ergo vult ut faciam ei? Dixitque Giezi: Ne quæras: filium enim non habet, & vir ejus senex est.

15. Præcepit itaque ut vocaret eam: quæ cùm vocata fuisset, & stetisset ante ostium,

16. dixit ad eam: In tempore isto, & in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in utero filium. At illa respondit: Noli quæso domine mi, vir Dei, noli mentiri ancillæ tuæ.

17. Et concepit mulier, & peperit filium, in tempore, & in hora eadem, qua dixerat Eliseus.

18. Crevit autem puer. Et cùm esset quædam dies, & egressus isset ad patrem suum, ad messores,

19. ait patri suo: Caput meum doleo, caput meum doleo. At ille dixit puero: Tolle, & duc eum ad matrem suam.

20. Qui cùm tulisset, & duxisset eum ad matrem suam, posuit eum illa super genua sua usque ad meridiem, & mortuus est.

21. Ascendit autem, & collocavit eum super lectulum hominis Dei, & clausit ostium: & egressa,

22. vocavit virum suum, & ait: Mitte mecum, obsecro, unum de pueris, & asinam, ut excurram usque ad hominem Dei, & revertar.

23. Qui ait illi: Quam ob causam vadis ad eum? hodie non sunt Calendæ, neque Sabbatum. Quæ respondit: Vadam.

24. Stravitque asinam, & præcepit puero: Mina, & propera, ne mihi moram facias in eundo: & hoc age quod præcipio tibi.

25. Profecta est igitur, & venit ad virum Dei in montem Carmeli: cùmque vidisset eam vir Dei econtra, ait ad Giezi puerum suum: Ecce Sunamitis illa.

VERSIO ANTIQUA.

Tertul. l. 4. adv. Marc. 718. b.

26..... Pax viro tuo, pax filio tuo?....

Hieron. ep. ad Damas. q. 3. 568. c.

27..... Dimitte eam: quia anima ejus in amaritudine est, & Dominus abscondit à me, & non nunciavit mihi.

VULGATA NOVA.

26. Vade ergo in occursum ejus, & dic ei: Rectène agitur circa te, & circa virum tuum, & circa filium tuum? Quæ respondit: Rectè.

27. Cùmque venisset ad virum Dei in montem, apprehendit pedes ejus: & accessit Giezi ut amoveret eam. Et ait homo Dei: Dimitte illam: anima enim ejus in amaritudine est, & Dominus celavit à me, & non indicavit mihi.

28. Quæ dixit illi: Nunquid petivi filium à domino meo? nunquid non dixi tibi: Ne illudas me?

Tertul. l. 4. adv. Marc. 718. a.

29..... Accinge lumbos tuos, & sume bacillum

29. Et ille ait ad Giezi: Accinge lumbos tuos,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 8..... 25. Vide sis Auct. l. de promiss. ap. Prosp. p. 157. e. seq.

℣. 26. Græcè, ἡ εἰρήνη τῷ παιδαρίῳ; *pax puerulo?* loco *pax filio tuo?*

℣. 27. Vix mel. è Græco, nisi quòd pro *in amaritudine est*, habetur κατώδυνος αὐτῇ, in Compl. deest αὐτῇ. Idem Hieron. in Isai. 7. to. 3. 71. a. legit: *Dimitte eam: quia in dolore est, & Dominus abscondit à me;* tum addit: *Pro eo quod in Latino dicitur* abscondit à me, *in Hebræo scriptum est* Eelim memmanni. Ap. Ambros. in Ps. 118. col. 1119. d. sic: *celavit me Dominus.*

℣. 29. Græcè, sensus idem, verba autem paulùm diffi-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& tolle baculum meum in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, non ſalutes eum: & ſi ſalutaverit te quiſpiam, non reſpondeas illi: & pones baculum meum ſuper faciem pueri.

VERSIO ANTIQUA.

meum in manum, & vade. Quemcunque conveneris in via, ne benedixeris eum: & qui te benedixerit, ne reſponderis ei..... *Tertul. ubi ſupr.*

VULGATA NOVA.

30. Porro mater pueri ait: Vivit Dominus, & vivit anima tua, non dimittam te. Surrexit ergo, & ſecutus eſt eam.

31. Giezi autem præceſſerat ante eos, & poſuerat baculum ſuper faciem pueri, & non erat vox, neque ſenſus: reverſuſque eſt in occurſum ejus, & nunciavit ei, dicens: Non ſurrexit puer.

32. Ingreſſus eſt ergo Eliſeus domum, & ecce puer mortuus jacebat in lectulo ejus:

33. ingreſſuſque claſit oſtium ſuper ſe, & ſuper puerum: & oravit ad Dominum. 33..... 34. *Vide Not.*

34. Et aſcendit, & incubuit ſuper puerum: poſuitque os ſuum ſuper os ejus, & oculos ſuos ſuper oculos ejus, & manus ſuas ſuper manus ejus: & incurvavit ſe ſuper eum, & calefacta eſt caro pueri.

35. At ille reverſus, deambulavit in domo, ſemel huc atque illuc: & aſcendit, & incubuit ſuper eum: & oſcitavit puer ſepties, aperuitque oculos.

36. At ille vocavit Giezi, & dixit ei: Voca Sunamitidem hanc. Quæ vocata, ingreſſa eſt ad eum. Qui ait: Tolle filium tuum.

37. Venit illa, & corruit ad pedes ejus, & adoravit ſuper terram: tulitque filium ſuum, & egreſſa eſt,

38. & Eliſeus reverſus eſt in Galgala. Erat autem fames in terra, & filii prophetarum habitabant coram eo: dixitque uni de pueris ſuis: Pone ollam grandem, & coque pulmentum filiis prophetarum.

39. Et egreſſus eſt unus in agrum ut colligeret herbas agreſtes: invenitque quaſi vitem ſilveſtrem, & collegit ex ea colocynthidas agri, & implevit pallium ſuum, & reverſus concidit in ollam pulmenti: neſciebat enim quid eſſet. 39..... 42. *Vide Not.*

40. Infuderunt ergo ſociis, ut comederent: cùmque guſtaſſent de coctione, clamaverunt, dicentes: Mors in olla, vir Dei. Et non potuerunt comedere.

41. At ille, Afferte, inquit, farinam. Cùmque tuliſſent, miſit in ollam, & ait: Infunde turbæ, ut comedant. Et non fuit ampliùs quidquam amaritudinis in olla.

42. Vir autem quidam venit de Baalſaliſa deferens viro Dei panes primitiarum, viginti panes hordeaceos, & frumentum novum in pera ſua. At ille dixit: Da populo, ut comedat.

VULGATA NOVA.

43. Reſponditque ei miniſter ejus: Quantum eſt hoc, ut apponam centum viris? Rurſum ille ait: Da populo, ut comedat: hæc enim dicit Dominus: Comedent, & ſupererit.

44. Poſuit itaque coram eis: qui comederunt, & ſuperfuit juxta verbum Domini.

VERSIO ANTIQUA.

43. Et dixit miniſter: Quid dabo hoc in conſpectu centum virorum? Et reſpondit: Da, & manducent: quoniam hæc dicit Dominus: Manducabunt, & relinquent. *Ambr. Hexa. l. 6. c. 2. n. 115. t. 1.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

milia, nempe, τὴν ὀσφύν σου, *lumbum tuum*, loco *lumbos tuos*, & τὴν βακτηρίαν, *baculum*, loco *bacillum*; item ἐν τῇ χειρί σου, *in manu tua*, loco *in manum*; in Mſ. tamen Alex. deeſt σου: exinde pro *conveneris*, ſic, εὕρῃς, *inveneris*, abſque ſeq. *in via*; & pro *ne benedixeris*, μὴ εὐλογήσεις, *non benedices*; ſubinde loco *qui*, ponitur ἐὰν, *ſi*, & ad *benedixerit*, additur ἀνὴρ, *vir*, pro quo in ed. Compl. τίς, *quis*; demum loco *ne reſponderis*, ſic, μὴ ἀποκριθήσῃ, *non reſpondebis*; ſola edit. Compl. habet, μὴ ἀποκριθῇς. Auct. l. de XLII. manſ. ap. Ambr. p. 4. d. non malè: *Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade. Et ſi inveneris aliquem, non benedicas ei: & ſi benedixerit tibi quiſpiam, non reſpondeas ei.* Nota pro *vade*, ſcribi δεῦρο, in edit. Compl. πορεύου. Aug. ſerm. 26. n. 11. c. 10. 140. g. ait: *Attende Eliſæum: mortuus erat filius hoſpitæ ipſius..... Nunciatum eſt ſancto prophetæ..... miſit per ſervum baculum ſuum, & ait illi: Vade, vade, pone ſuper puerum mortuum. Perrexit ille..... poſuit baculum ſupra mortuum: non ſurrexit..... Venit ipſe..... juvenilia membra contraxit, parvum ſe parvo coaptavit*, &c.

℣℣. 33. 34. Huc recurrunt quæ narrat Ambroſ. ep. 81. n. 7. to. 2. 1099. a. dicens: *Frigidus erat puer, calefecit eum Eliſæus ſpiritu ſuo, dedit ei vitæ calorem, condormivit ei.* Gr. Καὶ διέκαμψεν ἐπ' αὐτὸν, ᾗ διεθερμάνθη ἡ σὰρξ τοῦ παιδαρίου. Vide Aug. ſup. Not. 29.

℣℣. 39..... 42. Eò pariter ſpectant quæ dicit Ambroſ. l. 6. Hexa. cap. 2. to. 1. 115. b. d. *Nec Eliſæum amici, quaſi malum convivium agreſtia apponentem olera, refutarunt.* Et poſt pauca: *Eliſæus non conſideravit quamos panes haberet; ſed quos haberet, dividere omnibus voluit, & ſufficere omnibus judicavit. Itaque decem panes hordeaceos dividere in plebem juſſit miniſtro*, &c. Gr. pro *decem*, habet, εἴκοσι ἄρτους κεφαλίνους, *viginti panes hordeaceos.*

℣. 43. Similiter in Græco, niſi quòd additur αὐτῷ, ad vocem *miniſter*; item habetur δῶ, *dederim*, vel *dem*, pro *dabo*, & εἶπε, *dixit*, pro *reſpondit*; tum verbo *da*, additur hoc, τῷ λαῷ, *populo.*

CAPUT V.

VULGATA NOVA.

1. NAaman princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominum ſuum, & honoratus: per illum enim dedit Dominus ſalutem Syriæ: erat autem vir fortis & dives, ſed leproſus. 1... *& ſeqq. Vide Not.*

2. Porro de Syria egreſſi fuerant latrunculi, &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. & ſeqq. Hanc Naaman hiſtoriam perſequitur Ambroſ. l. 1. de ſacram. c. 5. to. 2. 352. c. ſed ſtrictim & compreſſiùs, ita ſcilicet: ℣. 1. « Naaman leproſus erat: 3. puella » quædam ait uxori illius: Dominus meus ſi vult mundari, » vadat in terram Iſraël, & ibi inveniet eum, qui poſſit » ei lepram tollere. Dixit illa dominæ ſuæ, uxor marito, » 4. Naaman regi Syriæ, 5. qui eum quaſi acceptiſſimum » ſibi, miſit ad regem Iſraël. 7. Audivit rex Iſraël quòd miſ- » ſus eſſet ad eum cujus lepram mundaret, & ſcidit veſ- » tem ſuam. 8. Tunc Eliſæus propheta mandat ei: Quid » eſt quòd ſciditi veſtem, quaſi non ſit Deus potens qui mundet leproſum? mitte illum ad me. 9. Miſit illum; « 10. cui advenienti ait propheta: Vade in Jordanem, « merge, & ſanaberis. 11. Ille cœpit cogitare ſecum, & « dicere: Hoc eſt totum? Veni de Syria in terram Judæam, « & dicitur mihi: Vade, & deſcende in Jordanem, merge, « & ſanaberis; 12. quaſi flumina meliora non ſint in patria « mea. 13. Dixerunt ergo ei ſervi: Domine, quare non « facis verbum prophetæ? magis fac, & experire. 14. Tunc « ille ivit in Jordanem, merſit, & ſurrexit ſanus. »

Eadem iterum narrat Ambr. ſed diſſimilibus verbis, l. de myſt. c. 3. 328. f. ℣. 1. « Naaman Syrus erat, inquit, &c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

captivam duxerant de terra Israël puellam parvulam, quæ erat in obsequio uxoris Naaman,

3. quæ ait ad dominam suam: Utinam fuisset dominus meus ad prophetam, qui est in Samaria: profectò curasset eum à lepra, quam habet.

4. Ingressus est itaque Naaman ad dominum suum, & nunciavit ei, dicens: Sic & sic locuta est puella de terra Israël.

5. Dixitque ei rex Syriæ: Vade, & mittam litteras ad regem Israël. Qui cùm profectus esset, & tulisset secum decem talenta argenti, & sex millia aureos, & decem mutatoria vestimentorum,

6. detùlit litteras ad regem Israël, in hæc verba: Cùm acceperis epistolam hanc, scito quòd miserim ad te Naaman servum meum, ut cures eum à lepra sua.

7. Cùmque legisset rex Israël litteras, scidit vestimenta sua, & ait: Nunquid Deus ego sum, ut occidere possim, & vivificare, quia iste misit ad me, ut curem hominem à lepra sua? animadvertite, & videte quòd occasiones quærat adversùm me.

8. Quod cùm audisset Eliseus vir Dei, scidisse videlicet regem Israël vestimenta sua, misit ad eum, dicens: Quare scidisti vestimenta tua? veniat ad me, & sciat esse prophetam in Israël.

9. Venit ergo Naaman cum equis & curribus, & stetit ad ostium domus Elisei:

10. misitque ad eum Eliseus nuncium, dicens: Vade, & lavare septies in Jordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis.

11. Iratus Naaman recedebat, dicens: Putabam quòd egrederetur ad me, & stans invocaret nomen Domini Dei sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. 4. in Luc. t. 1. 1348. a.

12. Nonne boni Abana & Pharphar, fluvii Damasci, præ Jordane.....

VULGATA NOVA.

12. Nunquid non meliores sunt Abana & Pharphar, fluvii Damasci, omnibus aquis Israël, ut laver in eis, & munder? Cùm ergo vertisset se, & abiret indignans,

VULGATA NOVA.

13. accesserunt ad eum servi sui, & locuti sunt ei: Pater, & si rem grandem dixisset tibi propheta, certè facere debueras: quantò magis quia nunc dixit tibi: Lavare, & mundaberis?

Luc. 4. 27. 14. Descendit, & lavit in Jordane septies juxta sermonem viri Dei, & restituta est caro ejus, sicut caro pueri parvuli, & mundatus est.

15. Reversusque ad virum Dei cum universo comitatu suo, venit, & stetit coram eo, & ait: Verè scio quòd non sit alius Deus in universa terra, nisi tantùm in Israël. Obsecro itaque ut accipias benedictionem à servo tuo.

16. At ille respondit: Vivit Dominus, ante quem sto, quia non accipiam. Cùmque vim faceret, penitus non acquievit.

17. Dixitque Naaman: Ut vis: sed, obsecro, concede mihi servo tuo, ut tollam onus duorum burdonum de terra: non enim faciet ultra servus tuus holocaustum aut victimam diis alienis, nisi Domino.

18. Hoc autem solum est, de quo depreceris Dominum pro servo tuo, quando ingredietur dominus meus templum Remmon, ut adoret, & illo innitente super manum meam, si adoravero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hac re.

19. Qui dixit ei: Vade in pace. Abiit ergo ab eo electo terræ tempore.

20. Dixitque Giezi puer viri Dei: Pepercit dominus meus Naaman Syro isti, ut non acciperet ab eo quæ attulit: vivit Dominus, quia curram post eum, & accipiam ab eo aliquid.

21. Et secutus est Giezi post tergum Naaman: quem cùm vidisset ille currentem ad se, desiliit de curru in occursum ejus, & ait: Rectène sunt omnia?

22. Et ille ait: Rectè: dominus meus misit me ad te, dicens: Modò venerunt ad me duo adolescentes de monte Ephraim, ex filiis prophetarum: da eis talentum argenti, & vestes mutatorias duplices.

23. Dixitque Naaman: Melius est ut accipias duo talenta. Et coegit eum, ligavitque duo talenta argenti in duobus saccis, & duplicia vestimenta, & imposuit duobus pueris suis, qui & portaverunt coram eo.

24. Cùmque venisset jam vesperi, tulit de manu eorum, & reposuit in domo, dimisitque viros, & abierunt:

25. ipse autem ingressus, stetit coram domino suo. Et dixit Eliseus: Unde venis Giezi? Qui respondit: Non ivit servus tuus quòquam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

» lepram habebat, nec ab ullo mundari poterat. 3. Tunc » ait puella ex captivis, quoniam esset propheta in Israël, » qui posset eum à lepræ contagione mundare. 5. Sumpto » auro & argento, perrexit ad regem Israël. 7. Qui co» gnitâ adventus ejus causâ, scidit vestimenta sua, dicens » quòd tentaretur magis, cùm de se ea quæ non essent po» testatis regiæ, poscerentur. 8. Elisæus autem regi intima» vit, ut ad se dirigeret Syrum, quò cognosceret quòd » esset Deus in Israël. 9. Et cùm venisset, 10. mandavit » ei, ut septies mergeretur in Jordane fluvio. 12. Tunc » ille secum tractare cœpit, quòd meliores aquas haberet » patriæ suæ, in quibus se sæpe mersisset, & nunquam à » lepra esset ablutus; eòque revocatus non obediebat man» datis prophetæ. 13. 14. Sed & admonitu & persuasioni» bus servulorum, adquievit, ac mersit, mundatusque illico.

Nota hoc apud Ambrosium minùs accuratum videri quod ait ad ℣. 12. Naaman *secum tractare* cœpisse, *quòd meliores aquas haberet patriæ suæ, in quibus se sæpe mersisset, & nunquam à lepra esset ablutus.* Imo contrarium insinuat Græcum his verbis: Οὐχὶ ἀγαθὸς Ἀβανὰ καὶ Φαρφὰρ, ποταμοὶ Δαμασκοῦ, ὑπὲρ πάντα τὰ ὕδατα Ἰσραήλ; οὐχὶ πορευθεὶς λόσομαι ἐν αὐτοῖς, καὶ καθαρισθήσομαι; in editt. Ald. & Compl. ὑπὲρ Ἰορδάνην, καὶ πάντα τὰ ὕδατα. *Nonne bonus Abana & Pharphar, fluvii Damasci, super (Jordanem &) omnes aquas Israël? nonne vadens lavabor in eis, & mundabor?* Ergo in ipsis non jam sæpe se Naaman mersérat, quod etiam Vulgata non indicat. De his etiam multa refert anon. Auctor ser. 43. de Naaman Syro, append. Aug. to. 5. col. 84. b. c. d. quæ sacro contextui inserere non lubuit, tum quòd vix ulla auctoritate polleant, tum maximè quòd in hujusmodi sermonibus, ut sæpe monui, sensui magis studeatur Scripturæ, quàm verbis. En illa prout sunt: ℣. 5. « Rex ad regem litteras mittit. 6. Misi, « inquit, ad te Naaman servum meum, ut cures eum à « lepra ipsius. 7. Has litteras cùm rex..... legisset, scidit « vestimenta sua, dicens: Videte, inquit, videte, quo« niam malitiam iste conquirit; misit enim ad me homi« nem, ut curem eum à lepra ipsius. Nunquid Deus sum « ego, ut mortificare, aut vivificare possim..... 8. Tunc « ad Elisæum cùm regis commotio perveniisset: Mitte, in« quit, ad me, mitte Naaman Syrum, ut sciat quia est « Deus in Israël. 9. Adducitur itaque ad ostium hominis « Dei Naaman Syrus cum quadrigis, & equitibus, & po« tentatu magnifico. 10. Ad quem exivit homo Dei, di« cens: Vade, & baptizare in Jordane septies, & munda« beris. 11. Quo audito Naaman, commotus proripuit se, « dicens: Ego dicebam quoniam exiet ad me homo Dei, « & imponet super me manum suam, & invocabit Domi« num Deum suum, & curabit me à lepra mea: 12. si enim « aquis me mundari oportet, nonne meliores sunt aquæ « penes nos? 13. Tunc dixit ad eum quidam ex suis: Nun« quid difficile verbum est, quod locutus est propheta ad «

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

26. At ille ait: Nonne cor meum in præsenti erat, quando reversus est homo de curru suo in occursum tui? Nunc igitur accepisti argentum, & accepisti vestes, ut emas oliveta, & vineas, & oves, & boves, & servos, & ancillas.

27. Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo, usque in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix.

VERSIO ANTIQUA.

26.... Nonne cor meum iit tecum, quando conversus est vir de curru suo in obviam tibi? Et accepisti pecuniam, & possidebis ex ea agrum, & vineam, & oliveta, & greges. *Aug. l. 22. de civit. Dei, c. 29. t. 7. 697. b. Ambr. l. 4. in Luc. t. 1. 1348. e.*

27. Et lepra Naaman applicabit se in te, & semini tuo, usque in æternum. Et statim discessit ab eo leprosus sicut nix. *Anon. append. t. 5. Aug. p. 85. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

» te? Quare non facis quod dixit? » Porro ista neque Græcum, neque Vulgatæ contextum accuratè reddunt, ut cuivis inspicienti patebit. Vide etiam Auct. l. de promiss. ap. Prosp. p. 159. a. b.

℣. 26. Ita ex August. usque ad *pecuniam* incl. quæ, inquit, *secundùm Interpretes Septuaginta, sunt ad Giezi verba prophetæ:* & verò nunc pariter leguntur Græcè, uno tamen excepto *suo*, post *curru*, quod deest; at in editt. Ald. & Compl. habetur ἅρματος αὐτῦ, sicut νῦν, *nunc*, ante *accepisti*, quod etiam in Vatic. legitur & al. Sequentia verò de Ambrosio, non ita concordant cum Græco, ubi sic: Καὶ νῦν ἔλαβες τὰ ἱμάτια, καὶ ἐλαιῶνας, καὶ ἀμπελῶνας, καὶ πρόβατα, καὶ βόας, καὶ παῖδας, καὶ παιδίσκας· *Et nunc accepisti vestimenta, & oliveta, & vineas, & oves, & boves, & pueros, & ancillas:* in edd. Ald. & Compl. τὰ ἱμάτια, καὶ λήψη ἐν αὐτῷ κήπους, καὶ ἐλαιῶνας, καὶ ἀμπελῶνας, καὶ σταῦλα, καὶ *sumes in ea hortos..... & greges.* Anon. serm. 43. append. Aug. to. 5. 85. d. sic hab. *Nonne cor meum fuit tecum? Scio quemadmodum properavit Naaman in obviam tui, à quo accepisti argentum, & possidebis ex eo agros, & vineas, & oliveta, servos & ancillas.*

℣. 27. Gr. Καὶ ἡ λέπρα Ναιμὰν κολληθήσεται ἐν σοὶ, καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου, εἰς τὸν αἰῶνα. *Et lepra Naiman adhærebit in te, & in semine tuo, in sæculum.* Editt. omnes Ambr. hab. *adhærebit tibi*, sed contra fidem Mss. qui ferunt omnes ut supra. Anon. etiam ubi sup. priora sic reddit: *Et lepra Naaman Syri applicabitur tibi, & semini tuo, usque in æternum:* deinde: *Et statim discessit*, &c. Græc. Καὶ ἐξῆλθεν ἐκ προσώπου αὐτῦ λελεπρωμένος ὡσεὶ χιών.

CAPUT VI.

VULGATA NOVA.

1. DIxerunt autem filii prophetarum ad Eliseum: Ecce locus, in quo habitamus coram te, angustus est nobis. 1..... 7. *Vide Not.*

2. Eamus usque ad Jordanem, & tollant singuli de silva materias singulas, ut ædificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit: Ite.

3. Et ait unus ex illis: Veni ergo & tu cum servis tuis. Respondit: Ego veniam.

4. Et abiit cum eis. Cùmque venissent ad Jordanem, cædebant ligna.

5. Accidit autem, ut cùm unus materiam succidisset, caderet ferrum securis in aquam: exclamavitque ille, & ait: Heu heu heu domine mi, & hoc ipsum mutuò acceperam.

6. Dixit autem homo Dei: Ubi cecidit? At ille monstravit ei locum. Præcidit ergo lignum, & misit illuc: natavitque ferrum,

7. & ait: Tolle. Qui extendit manum, & tulit illud.

8. Rex autem Syriæ pugnabat contra Israël, consiliumque iniit cum servis suis, dicens: In loco illo & illo ponamus insidias.

9. Misit itaque vir Dei ad regem Israël, dicens: Cave ne transeas in locum illum: quia ibi Syri in insidiis sunt.

10. Misit itaque rex Israël ad locum quem dixerat ei vir Dei, & præoccupavit eum, & observavit se ibi non semel neque bis.

11. Conturbatumque est cor regis Syriæ pro hac re: & convocatis servis suis, ait: Quare non indicatis mihi quis proditor mei sit apud regem Israël?

12. Dixitque unus servorum ejus: Nequaquam domine mi rex, sed Eliseus propheta, qui est in Israël, indicat regi Israël omnia verba quæcunque locutus fueris in conclavi tuo.

13. Dixitque eis: Ite, & videte ubi sit: ut mittam, & capiam eum. Annuntiaveruntque ei, dicentes: Ecce in Dothan.

14. Misit ergo illuc equos & currus, & robur exercitus: qui cùm venissent nocte, circumdederunt civitatem.

VULGATA NOVA.

15. Consurgens autem diluculo minister viri Dei, egressus, vidit exercitum in circuitu civitatis, & equos & currus: nunciavitque ei, dicens: Heu heu heu domine mi, quid faciemus?

VERSIO ANTIQUA.

15..... O domine, quid faciemus? *Hilar. in Ps. 137. p. 499. c.*

16. At ille respondit: Noli timere: plures enim nobiscum sunt, quàm cum illis.

16. Et dixit Eliseus: Noli timere: quia plures sunt nobiscum, quàm cum illis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1..... 7. Eadem commemorant Tertullianus & Ambrosius: ille quidem l. adv. Jud. c. 13. p. 147. a. hoc modo: *Cùm filii prophetarum super flumen Jordanem lignum securibus caderent, exiliit ferrum, & mersum est in flumine; atque ita Elisæo propheta superveniente, petunt ab eo filii prophetarum, uti ferrum, flumini quod mersum fuerat, erueret: atque ita Elisæus accepto ligno, & misso in eum locum, ubi submersum fuerat ferrum, statim supernatavit, at lignum mersum est; quod receperunt filii prophetarum.* Similiter Ambr. l. de myst. c. 9. to. 2. 339. a. *Sub Elisæo*, inquit, *propheta, uni ex filiis prophetarum excussum est ferrum de securi, & statim mersum est. Rogavit Elisæum qui amiserat ferrum: misit etiam Elisæus lignum in aquam, & ferrum natavit.* Item infra l. 4. de sacram. c. 4. 370. b. *Ceciderat ferrum securis in aquas, quasi ferrum sua consuetudine demersum est: misit lignum Elisæus, statim ferrum elevatum est, & aquis supernatavit.*

℣. 15. Sic narrat Hilar. ibid. *Cùm rex Syriæ cepere Gethurbem, in qua idem Elisæus propheta esset, pararet, & nocturnis itineribus exercitum suum, qui ante lucem urbem obsideret, destinasset, puer Elisæi conspecta obsidione, dixit:* reliqua ut supra. In Græco non *quid*, sed πῶς, *quomodo*: at in edit. Compl. τί, ut & apud Ambr. in Ps. 36. to. 1. 803. e. & de ob. Theod. to. 2. 1201. a. b. Item l. 1. offic. c. 29. 37. d. ait: *Sic legimus quòd in obsidionem ejus miserat rex Syriæ exercitum suum, cognito quod Elisæus esset, qui consiliis & argumentationibus ejus obviaret omnibus; quem videns exercitum Giezi..... trepidare cæpit.*

℣. 16. Similiter Ambros. l. 1. offic. c. 29. to. 2. 37. e. & de ob. Theod. 1201. a. b. item in Ps. 36. to. 1. 803. e. & in Ps. 118. 977. c. at ep. 22. to. 2. 877. b. sic hab. *quia plures pro nobis sunt, quàm contra nos.* Item cont. Aux. 866. d. *Respice & vide quantò plures sint pro nobis, quàm contra nos.* Hieron. ep. 18. ad Eustoch. to. 4. p. 2. 28. f. ut sup. *Noli timere: quia plures nobiscum sunt, quàm cum illis.* Eòdem recidunt Græca ista: Καὶ

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hilar. ubi sup. 17. Et oravit Eliseus ad Dominum, & dixit: Adaperi Domine, oculos pueri hujus, & videat. Et adaperuit Dominus oculos pueri, & vidit: & ecce mons erat plenus equis, & curribus, in gyro Elisei.

Ambr. l. 1. offic. c. 29. t. 2. 37. f. 18. Et descenderunt ad eos..... Percute, Deus, cæcitate exercitum Syriæ.....

19..... venite post me, & ducam vos ad hominem quem quæritis.....

Idem l. 3. c. 14. 129. b. 20..... Domine aperi oculos eorum, ut videant..... & viderunt.....

21..... *Vide Not.*

Idem l. 1. c. 29. 37. d. 22..... Non percuties, quos non captivasti in lancea & in gladio tuo: pone eis panem & aquam, ut manducent & bibant, & remittantur, & eant ad dominum suum.

VULGATA NOVA.

17. Cùmque orasset Eliseus, ait: Domine, aperi oculos hujus, ut videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit: & ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum, in circuitu Elisei.

18. Hostes verò descenderunt ad eum: porro Eliseus oravit ad Dominum, dicens: Percute, obsecro, gentem hanc cæcitate. Percussitque eos Dominus, ne viderent, juxta verbum Elisei.

19. Dixit autem ad eos Eliseus: Non est hæc via, neque ista est civitas: sequimini me, & ostendam vobis virum quem quæritis. Duxit ergo eos in Samariam:

20. cùmque ingressi fuissent in Samariam, dixit Eliseus: Domine aperi oculos istorum, ut videant. Aperuitque Dominus oculos eorum, & viderunt se esse in medio Samariæ.

21. Dixitque rex Israël ad Eliseum, cùm vidisset eos: Nunquid percutiam eos, pater mi?

22. At ille ait: Non percuties: neque enim cepisti eos gladio & arcu tuo, ut percutias: sed pone panem & aquam coram eis, ut comedant & bibant, & vadant ad dominum suum.

VULGATA NOVA.

23. Appositaque est eis ciborum magna præparatio, & comederunt & biberunt, & dimisit eos, abieruntque ad dominum suum, & ultra non venerunt latrones Syriæ in terram Israël.

24. Factum est autem post hæc, congregavit Benadad rex Syriæ universum exercitum suum, & ascendit, & obsidebat Samariam.

25. Factaque est fames magna in Samaria: & tandiu obsessa est, donec venundaretur caput asini octoginta argenteis, & quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis.

25. *& seqq. Vide Not.*

26. Cùmque rex Israël transiret per murum, mulier quædam exclamavit ad eum, dicens: Salva me domine mi rex.

27. Qui ait: Non te salvat Dominus: unde te possum salvare? de area, vel de torculari? Dixitque ad eam rex: Quid tibi vis? Quæ respondit:

28. Mulier ista dixit mihi: Da filium tuum, ut comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras.

29. Coximus ergo filium meum, & comedimus. Dixique ei die altera: Da filium tuum, ut comedamus eum. Quæ abscondit filium suum.

30. Quòd cùm audisset rex, scidit vestimenta sua, & transibat per murum. Viditque omnis populus cilicium, quo vestitus erat ad carnem intrinsecus.

31. Et ait rex: Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, si steterit caput Elisei filii Saphat super ipsum hodie.

VERSIO ANTIQUA.

Idem l. 3. c. 20. 137. a. 32..... ait ad seniores viros: Si vidistis quoniam filius homicidæ illius misit, auferre caput meum?...

VULGATA NOVA.

32. Eliseus autem sedebat in domo sua, & senes sedebant cum eo. Præmisit itaque virum: & antequam veniret nuncius ille, dixit ad senes:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

εἶπεν Ἐλισαιέ· Μὴ φοβοῦ· ὅτι πλείους οἱ μεθ' ἡμῶν, ὑπὲρ τοὺς μετ' αὐτῶν· *Et dixit Elisæe: Ne timeas: quoniam plures qui nobiscum, super illos qui cum eis.*

℣. 17. Græcè constanter Ἐλισαιὲ, sed absque seq. *ad Dominum*, paulòque post sic: Κύριε, διάνοιξον δὴ τοὺς... τοῦ παιδαρίου, καὶ ἰδέτω· ed. tamen Compl. hab. τοῦ παιδαρίου αὐτοῦ, similiter infra post *oculos*, addit τοῦ παιδαρίου, pro quo in Vatic. & al. simpliciter αὐτοῦ: item infra, ibid. deest *erat*, & pro *equis & curribus*, habetur ἵππων, καὶ ἅρμα πυρός, *equorum, & currus ignis*. Ambr. de ob. Theod. to. 2. 1201. a. b. hæc hab. *Et rogavit ut aperiret Dominus oculos Giezi. Et aperti sunt oculi ejus, & vidit plenum montem equis, & curribus, in circuitu Elisæi.* At in Ps. 36. to. 1. 803. e. sic: *Et dixit: Domine, aperi oculos ejus, ut videat. Et aperti sunt oculi ejus, & vidit montem, & omnia in circuitu equis innumeris, & cœlestibus repleta legionibus:* & in Ps. 37. 821. e. *Domine, aperi nunc oculos pueri hujus, ut videat. Et aperti sunt oculi pueri ejus, & vidit montem equis repletum, & curribus, in circuitu prophetæ*: similiter l. 1. offic. c. 29. 37. e. Hier. etiam ep. 18. ad Eustoch. to. 4. p. 2. 28. f. alludens, dicit: *Domine, aperi oculos puellæ tuæ, ut videat.*

℣. 18. A Græco abest vox *Deus*; loco verò *exercitum Syriæ*, est δὴ τὸ ἔθνος τοῦτο, *nunc gentem hanc*, antepositum voci *cæcitate*. Rursus Ambros. l. de ob. Theod. to. 2. 1201. a. b. hab. *Et rogavit Elisæus, ut percuteret eos Deus cæcitate*. Gr. Καὶ προσηύξατο πρὸς Κύριον, καὶ εἶπε· Πάταξον, &c.

℣. 19. Ambr. ibid. *Quo impetrato, dixit ad Syros*: deinde ut supra; quibus etiam Græc. favet. Idem Ambros. l. de ob. Theod. 1201. a. b. sic pergit: *Et percussi sunt, & introierunt in civitatem, quò ingrederentur nequaquam videntes.*

℣. 20. Ait primùm Ambr. *Elisæus..... exercitum Syriæ, qui ad obsidendum eum venerat, captivum introduxit in Samariam, cujus oculos cæcitate obduxerat, & dixit*: deinde ut supra: hæc etiam postrema concordant cum Græco, nisi quòd vox *Domine*, postponitur verbo *aperi*, antepositio isto, δὴ, *quæso*; at in edit. Compl. habetur simpliciter, Κύριε διάνοιξον, ut sup.

℣. 21. Eò spectant quæ Ambros. ait l. 1. offic. col. 37. c. *Syros Elisæus quos obsidentes in civitatem induxerat, momentanea cæcitate percussos, ut quò ingrederentur videre non possent, volenti regi Israël percutere non* acquievit, *dicens*, &c.

℣. 22. Gr. Οὐ πατάξεις, εἰ μὴ οὓς ᾐχμαλώτευσας, ἐν ῥομφαίᾳ σου καὶ τόξῳ σου σὺ τύπτεις, i. e. ex Nobilio, *Non percuties: nunquid quos captivasti, in gladio tuo & arcu tuo tu percutis?* « Optimè, inquit, respondet Hebræo, si isto modo interpretemur. Theodoretus non refert « illa, *tu percutis*, σὺ τύπτεις, ideo non apponit interroga- « tionem: quare ita verteretur hic locus: *Non percuties, ni- « si quos captivasti in gladio tuo & arcu tuo.* Compl. autem, οὓς ᾐχμαλώτευσας ἐν ῥομφαίᾳ σου καὶ τόξῳ σου, σὺ « πατάξεις· *quos captivasti in gladio tuo & arcu tuo, tu « percuties.* » Sequitur in Gr. Vatic. παραθὲς ἄρτους καὶ ὕδωρ ἐνώπιον αὐτῶν, καὶ φαγέτωσαν καὶ πιέτωσαν, καὶ ἀπελθέτωσαν πρὸς, &c. ut sup. Edit. Compl. addit αὐτοῖς, verbo παράθες. Hieron. ep. 18. ad Eustoch. to. 4. p. 2. 31. d. legit: *Pone eis panem & aquam; manducent & bibant, & remittantur ad dominum suum.*

℣℣. 25. & seqq. His respondent quæ Ambros. ait l. 3. offic. c. 20. to. 2. 136. f. ℣. 25. « Fames erat magna « in Samaria, quia obsederat eam Syrorum exercitus. «

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Nunquid scitis quòd miserit filius homicidæ hic, ut præcidatur caput meum? videte ergo, cùm venerit nuncius, claudite ostium, & non sinatis eum introire: ecce enim sonitus pedum domini ejus post eum est.

33. Adhuc illo loquente eis, apparuit nuncius, qui veniebat ad eum. Et ait: Ecce, tantum malum à Domino est: quid amplius exspectabo à Domino?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

» 26. Rex militares excubias supra murum sollicitus revi- » sebat: interpellavit eum mulier, dicens: 28. 29. Persua- » sit mihi hæc mulier ut adferrem filium meum, & adtuli, » & coximus, & comedimus eum; & promisit ut & ipsa » postea filium suum adferret, & carnes illius simul man- » ducaremus: nunc autem filium suum abscondit, & non » vult eum adferre. 30. Motus rex..... 31. Elisæo prophetæ » denuntiavit necem, cujus in potestate fore crederet, ut » obsidionem solveret, propulsaret famem: vel quia non » permiserat regi ut percuteret Syros..... 32. Sedebat Eli- sæus cum senioribus in Bethel, & priusquam introiret ad « eum regis nuncius, ait ad seniores vicos: Si vidistis, » &c. quæ sup. tum addit: 33. *Et introivit nuncius, & mandatum regis pertulit, denuntiantis præsens capitis periculum.* Similiter habet ad ℣. 32. Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. col. 229. d. *Si vidistis quoniam filius homicidæ illius misit, ad auferendum caput meum.* Sic etiam in Græco: ὁ δὲ αὐτὸς εἶπε πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους· Εἰ οἴδατε ὅτι ἀπέστειλεν ὁ υἱὸς τοῦ φονευτοῦ τούτου, ἀφελεῖν τὴν κεφαλήν μου;

CAPUT VII.

VULGATA NOVA.

1. DIxit autem Eliseus: Audite verbum Domini: Hæc dicit Dominus: In tempore hoc eras modius similæ uno statere erit, & duo modii hordei statere uno, in porta Samariæ.

VERSIO ANTIQUA.

1..... Hac hora die crastina mensura similaginis siclo, & duæ mensuræ hordei siclo, in porta Samariæ. *Ambr. l. 3. offic. c. 20. 137. b.*

VULGATA NOVA.

2. Respondens unus de ducibus, super cujus manum rex incumbebat, homini Dei, ait: Si Dominus fecerit etiam cataractas in cœlo, nunquid poterit esse quod loqueris? Qui ait: Videbis oculis tuis, & inde non comedes.

2..... 17. *Vide Not.*

3. Quatuor ergo viri erant leprosi juxta introitum portæ: qui dixerunt ad invicem: Quid hic esse volumus donec moriamur?

4. sive ingredi voluerimus civitatem, fame moriemur: sive manserimus hìc, moriendum nobis est: venite ergo, & transfugiamus ad castra Syriæ: si pepercerint nobis, vivemus: si autem occidere voluerint, nihilominus moriemur.

5. Surrexerunt ergo vesperi, ut venirent ad castra Syriæ. Cùmque venissent ad principium castrorum Syriæ, nullum ibidem repererunt.

6. Siquidem Dominus sonitum audiri fecerat in castris Syriæ, curruum, & equorum, & exercitus plurimi: dixeruntque ad invicem: Ecce mercede conduxit adversùm nos rex Israël reges Hethæorum & Ægyptiorum, & venerunt super nos.

7. Surrexerunt ergo, & fugerunt in tenebris, & dereliquerunt tentoria sua, & equos & asinos, in castris, fugeruntque, animas tantùm suas salvare cupientes.

8. Igitur cùm venissent leprosi illi ad principium castrorum, ingressi sunt unum tabernaculum, & comederunt & biberunt: tuleruntque inde argentum, & aurum, & vestes, & abierunt, & absconderunt: & rursum reversi sunt ad aliud tabernaculum, & inde similiter auferentes absconderunt.

9. Dixeruntque ad invicem: Non rectè facimus: hæc enim dies boni nuncii est. Si tacuerimus, & noluerimus nunciare usque manè, sceleris arguemur: venite, eamus, & nunciemus in aula regis.

10. Cùmque venissent ad portam civitatis, narraverunt eis, dicentes: Ivimus ad castra Syriæ, & nullum ibidem reperìmus hominem, nisi equos & asinos alligatos, & fixa tentoria.

11. Ierunt ergo portarii, & nunciaverunt in palatio regis intrinsecus.

12. Qui surrexit nocte, & ait ad servos suos: Dico vobis quid fecerint nobis Syri: Sciunt quia fame laboramus, & idcirco egressi sunt de castris, & latitant in agris, dicentes: Cùm egressi fuerint de civitate, capiemus eos vivos, & tunc civitatem ingredi poterimus.

13. Respondit autem unus servorum ejus: Tollamus quinque equos, qui remanserunt in urbe (quia ipsi tantùm sunt in universa multitudine Israël, alii enim consumpti sunt) & mittentes, explorare poterimus.

14. Adduxerunt ergo duos equos, misitque rex in castra Syrorum, dicens: Ite, & videte.

15. Qui abierunt post eos usque ad Jordanem: ecce autem omnis via plena erat vestibus & vasis, quæ projecerant Syri cùm turbarentur: reversique nuncii indicaverunt regi.

16. Et egressus populus diripuit castra Syriæ: factusque est modius similæ statere uno, & duo modii hordei statere uno, juxta verbum Domini.

17. Porro rex ducem illum, in cujus manu incumbebat, constituit ad portam: quem conculcavit turba in introitu portæ, & mortuus est, juxta quod locutus fuerat vir Dei, quando descenderat rex ad eum.

18. Factumque est secundùm sermonem viri Dei, quem dixerat regi, quando ait: Duo modii hordei statere uno erunt, & modius similæ statere uno, hoc eodem tempore cras in porta Samariæ:

19. quando responderat dux ille viro Dei, & dixerat: Etiamsi Dominus fecerit cataractas in cœlo, nunquid poterit fieri quod loqueris? Et dixit ei: Videbis oculis tuis, & inde non comedes.

20. Evenit ergo ei sicut prædictum fuerat, & conculcavit eum populus in porta, & mortuus est.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter in Græco, paucis immutatis, ita scilicet: Ὡς ἡ ὥρα αὕτη, αὔριον μέτρον σεμιδάλεως σίκλου, καὶ δίμετρον κριθῶν σίκλου, ἐν ταῖς πύλαις Σαμαρείας. *Sicut hora hæc, cras mensura similaginis siclo, & duæ mensuræ hordeorum siclo, in portis Samariæ.*

℣℣. 2.....17. Ita pergit Ambr. loco sup. cit. & totum pene caput suo more decurrit: ℣. 2. « Et cùm missus à rege « nuncius non credidisset, dicens: Si pluerit Dominus de « cœlo abundantiam frumenti, nec sic quidem id posset effi- « ci: dixit ad eum Eliæus: Quia non credidisti, oculis tuis « videbis, & non manducabis. 6. Et factus est subitò in « castris Syriæ velut quadrigarum sonus, & vox multa « equitum, (edit. cum uno vel altero Ms. & *vox multitudinis*, alii verò Mss. non multi, & *voces multæ quantùm*) «

Digitized by Google

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

» & vox magnæ virtutis, atque ingens belli tumultus : & » arbitrati ſunt Syri quòd rex Iſraël in ſocietatem advocaſ- » ſet prælii regem Ægypti, & regem Amorrhæorum : 7. & » fugerunt diluculo, relinquentes tabernacula ſua..... 3. Erant » autem leproſi quatuor ad portam civitatis..... & dixerunt » ad ſe invicem : Ecce nos hîc ſedemus, & morimur. 4. Si » ingredimur urbem, moriemur ſame ; ſi manemus hîc, » nullum ſubſidium vivendi ſuppetit nobis : eamus in caſtra » Syriæ, aut compendium mortis erit, aut ſalutis reme- » dium. 5. Perrexerunt itaque, & intraverunt in caſtra : » & ecce omnia nuda hoſtium. 8. Ingreſſi tabernacula, pri- » mùm repertis alimentis fugaverunt ſamem, deinde auri & argenti quantum potuerunt, diripuerunt. 9. Et cùm « ſoli prædæ incumberent, diſpoſuerunt tamen nunciare re- « gi fugiſſe Syros ; quia id honeſtum arbitrabantur, quàm « repreſſo indicio fovere fraudis rapinam. 16. Quo indicio « egreſſus eſt populus, & diripuit caſtra Syriæ ; & com- « meatus hoſtium abundantiam fecit, annonæ vilitatem red- « didit ſecundùm propheticum dictum, ut menſura ſimila- « ginis ſiclo, & duæ menſuræ hordei pari pretio conſta- « rent. 17. In hac lætitia plebis, nuncius ille in quo requieſ- « cebat rex, contritus inter exeuntium feſtinationem & « remeantium exſultationem, conculcatus à plebe, mortuus « eſt. »

CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

Sup. 4. 35. 1. ELiſeus autem locutus eſt ad mulierem, cujus vivere fecerat filium, dicens : Surge, vade tu & domus tua, & peregrinare ubicunque repereris : vocavit enim Dominus famem, & veniet ſuper terram ſeptem annis.

2. Quæ ſurrexit, & fecit juxta verbum hominis Dei : & vadens cum domo ſua, peregrinata eſt in terra Philiſthiim diebus multis.

3. Cùmque finiti eſſent anni ſeptem, reverſa eſt mulier de terra Philiſthiim : & egreſſa eſt ut interpellaret regem pro domo ſua, & pro agris ſuis.

4. Rex autem loquebatur cum Giezi puero viri Dei, dicens : Narra mihi omnia magnalia quæ fecit Eliſeus.

5. Cùmque ille narraret regi quo modo mortuum ſuſcitaſſet, apparuit mulier, cujus vivificaverat filium, clamans ad regem pro domo ſua, & pro agris ſuis. Dixitque Giezi : Domine mi rex, hæc eſt mulier, & hic eſt filius ejus, quem ſuſcitavit Eliſeus.

6. Et interrogavit rex mulierem : quæ narravit ei. Deditque ei rex eunuchum unum, dicens : Reſtitue ei omnia quæ ſua ſunt, & univerſos reditus agrorum, à die qua reliquit terram uſque ad præſens.

7. Venit quoque Eliſeus Damaſcum, & Benadad rex Syriæ ægrotabat : nunciaveruntque ei, dicentes : Venit vir Dei huc.

8. Et ait rex ad Hazael : Tolle tecum munera, & vade in occurſum viri Dei, & conſule Dominum per eum, dicens : Si evadere potero de infirmitate mea hac ?

9. Ivit igitur Hazael in occurſum ejus, habens ſecum munera, & omnia bona Damaſci, onera quadraginta camelorum. Cùmque ſtetiſſet coram eo, ait : Filius tuus Benadad rex Syriæ miſit me ad te, dicens : Si ſanari potero de infirmitate mea hac ?

10. Dixitque ei Eliſeus : Vade, dic ei : Sanaberis : porro oſtendit mihi Dominus quia morte morietur.

11. Stetitque cum eo, & conturbatus eſt uſque ad ſuffuſionem vultûs : flevitque vir Dei.

12. Cui Hazael ait : 12..... *Vide Not.*
Quare dominus meus flet ?

Inf. 13. 7. At ille dixit : Quia ſcio quæ facturus ſis filiis Iſraël mala. Civitates eorum munitas igne ſuccendes, & juvenes eorum interficies gladio, & parvulos eorum elides, & prægnantes divides.

13. Dixitque Hazael : Quid enim ſum ſervus tuus canis, ut faciam rem iſtam magnam ? Et ait Eliſeus : Oſtendit mihi Dominus te regem Syriæ fore.

14. Qui cùm receſſiſſet ab Eliſeo, venit ad dominum ſuum. Qui ait ei : Quid dixit tibi Eliſeus ? At ille reſpondit : Dixit mihi : Recipies ſanitatem.

15. Cùmque veniſſet dies altera, tulit ſtragulum, & infudit aquam, & expandit ſuper faciem ejus : quo mortuo, regnavit Hazael pro eo.

16. Anno quinto Joram filii Achab regis Iſraël, & Joſaphat regis Juda, regnavit Joram filius Joſaphat rex Juda.

17. Triginta duorum annorum erat cùm regnare cœpiſſet, & octo annis regnavit in Jeruſalem. *2. Par.* 21. 5.

18. Ambulavitque in viis regum Iſraël, ſicut ambulaverat domus Achab : filia enim Achab erat uxor ejus : & fecit quod malum eſt in conſpectu Domini.

19. Noluit autem Dominus diſperdere Judam, propter David ſervum ſuum, ſicut promiſerat ei, ut daret illi lucernam, & filiis ejus cunctis diebus. *2. Reg.* 7. 16.

20. In diebus ejus receſſit Edom, ne eſſet ſub Juda, & conſtituit ſibi regem. *Gen.* 27. 40.

21. Venitque Joram Seira, & omnes currus cum eo : & ſurrexit nocte, percuſſitque Idumæos, qui eum circumdederant, & principes curruum, populus autem fugit in tabernacula ſua. *2. Par.* 21. 8.

22. Receſſit ergo Edom ne eſſet ſub Juda, uſque ad diem hanc. Tunc receſſit & Lobna in tempore illo.

23. Reliqua autem ſermonum Joram, & univerſa quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Juda ?

24. Et dormivit Joram cum patribus ſuis, ſepultuſque eſt cum eis in civitate David, & regnavit Ochozias filius ejus pro eo.

25. Anno duodecimo Joram filii Achab regis Iſraël, regnavit Ochozias filius Joram regis Judæ. *2. Par.* 22. 1.

26. Viginti duorum annorum erat Ochozias cùm regnare cœpiſſet, & uno anno regnavit in Jeruſalem : nomen matris ejus Athalia filia Amri regis Iſraël. *Ibid.* 2.

27. Et ambulavit in viis domus Achab : & fecit quod malum eſt coram Domino, ſicut domus Achab : gener enim domus Achab fuit.

28. Abiit quoque cum Joram filio Achab, ad præliandum contra Hazael regem Syriæ in Ramoth Galaad, & vulneraverunt Syri Joram :

29. qui reverſus eſt, ut curaretur, in Jezrahel : quia vulneraverant eum Syri in Ramoth, præliantem contra Hazael regem Syriæ. Porro Ochozias filius Joram rex Juda, deſcendit inviſere Joram filium Achab in Jezrahel, quia ægrotabat ibi.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 12. Huc redit quod ait Vict. Vit. l. 1. de perſec. Afr. 4. b. *Dixit inimicus incendere fines meos, interficere infantes meos, & parvulos meos eliſurum ad terram.* Gr. τὰ ὀχυρώματα αὐτῶν ἐξαποστελεῖς ἐν πυρὶ, καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτῶν ἐν ῥομφαίᾳ ἀποκτενεῖς, καὶ τὰ νήπια αὐτῶν ἐκσείσεις, &c.

Digitized by Google

CAPUT IX.

VULGATA NOVA.

1. ELiseus autem prophetes vocavit unum de filiis prophetarum, & ait illi : Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth Galaad.

3. Reg. 19. 16. 2. Cùmque veneris illuc, videbis Jehu filium Josaphat filii Namsi : & ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorum, & introduces in interius cubiculum.

3. Tenensque lenticulam olei, fundes super caput ejus, & dices : Hæc dicit Dominus : Unxi te regem super Israël. Aperiesque ostium, & fugies, & non ibi subsistes.

4. Abiit ergo adolescens puer prophetæ in Ramoth Galaad,

5. & ingressus est illuc : ecce autem principes exercitus sedebant, & ait : Verbum mihi ad te, ô princeps. Dixitque Jehu : Ad quem ex omnibus nobis ? At ille dixit : Ad te, ô princeps.

6. Et surrexit & ingressus est cubiculum : at ille fudit oleum super caput ejus, & ait : Hæc dicit Dominus Deus Israël : Unxi te regem super populum Domini Israël,

7. & percuties domum Achab domini tui, & ulciscar sanguinem servorum meorum prophetarum, & sanguinem omnium servorum Domini, de manu Jezabel.

8. Perdamque omnem domum Achab : & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & clausum & novissimum in Israël. 3. Reg. 21. 21.

9. Et dabo domum Achab, sicut domum Jeroboam filii Nabath, & sicut domum Baasa filii Ahia. 3. Reg. 15. 29. 3. Reg. 16. 3.

10. Jezabel quoque comedent canes in agro Jezrahel, nec erit qui sepeliat eam. Aperuitque ostium, & fugit.

VULGATA NOVA.

11. Jehu autem egressus est ad servos domini sui : qui dixerunt ei : Rectène sunt omnia ? quid venit insanus iste ad te ? Qui ait eis : Nostis hominem, & quid locutus sit.

VERSIO ANTIQUA.

11..... quid venit ad te iste vesanus ?.... Hieron. in Ose. 9. p. 1294. t. 3. e.

VULGATA NOVA.

12. At illi responderunt : Falsum est, sed magis narra nobis. Qui ait eis : Hæc & hæc locutus est mihi, & ait : Hæc dicit Dominus : Unxi te regem super Israël.

13. Festinaverunt itaque, & unusquisque tollens pallium suum posuerunt sub pedibus ejus, in similitudinem tribunalis, & cecinerunt tubâ, atque dixerunt : Regnavit Jehu.

14. Conjuravit ergo Jehu filius Josaphat filii Namsi contra Joram : porro Joram obsederat Ramoth Galaad, Sup. 8. 28. ipse & omnis Israël, contra Hazael regem Syriæ :

15. & reversus fuerat ut curaretur in Jezrahel propter vulnera, quia percusserant eum Syri, præliantem contra Hazael regem Syriæ. Dixitque Jehu : Si placet vobis, nemo egrediatur profugus de civitate, ne vadat, & nunciet in Jezrahel.

16. Et ascendit, & profectus est in Jezrahel : Joram enim ægrotabat ibi, & Ochozias rex Juda descenderat ad visitandum Joram.

17. Igitur speculator qui stabat super turrim Jezrahel, vidit globum Jehu venientis, & ait : Video ego globum. Dixitque Joram : Tolle currum, & mitte in occursum eorum, & dicat vadens : Rectène sunt omnia ?

18. Abiit ergo, qui ascenderat currum, in occursum ejus, & ait : Hæc dicit rex : Pacatane sunt omnia ? Dixitque Jehu : Quid tibi & paci ? transi, & sequere me. Nunciavit quoque speculator, dicens : Venit nuncius ad eos, & non revertitur.

19. Misit etiam currum equorum secundum : venitque ad eos, & ait : Hæc dicit rex : Nunquid pax est ? Et ait Jehu : Quid tibi & paci ? transi, & sequere me.

20. Nunciavit autem speculator, dicens : Venit usque ad eos, & non revertitur : est autem incessus quasi incessus Jehu filii Namsi, præceps enim graditur.

21. Et ait Joram : Junge currum. Junxeruntque currum ejus, & egressus est Joram rex Israël, & Ochozias rex Juda, singuli in curribus suis, egressique sunt in occursum Jehu, & invenerunt eum in agro Naboth Jezrahelitæ.

22. Cùmque vidisset Joram Jehu, dixit : Pax est Jehu ? At ille respondit : Quæ pax ? adhuc fornicationes Jezabel matris tuæ, & veneficia ejus multa vigent.

23. Convertit autem Joram manum suam, & fugiens ait ad Ochoziam : Insidiæ Ochozia.

24. Porro Jehu tetendit arcum manu, & percussit Joram inter scapulas : & egressa est sagitta per cor ejus, statimque corruit in curru suo.

25. Dixitque Jehu ad Badacer ducem : Tolle, projice eum in agro Naboth Jezrahelitæ : memini enim quando ego & tu sedentes in curru sequebamur Achab patrem hujus, quòd Dominus onus hoc levaverit super eum, dicens :

26. Si non pro sanguine Naboth, & pro sanguine filiorum ejus, quem vidi heri, ait Dominus, reddam tibi in agro isto, dicit Dominus. Nunc ergo tolle, & projice eum in agrum, juxta verbum Domini. 3. Reg. 21. 19.

27. Ochozias autem rex Juda videns hoc, fugit per viam domus horti : persecutusque est eum Jehu, & ait : Etiam hunc percutite in curru suo : & percusserunt eum in ascensu Gaver, qui est juxta Jeblaam : qui fugit in Mageddo, & mortuus est ibi.

28. Et imposuerunt eum servi ejus super currum suum, & tulerunt in Jerusalem : sepelieruntque eum in sepulcro cum patribus suis in civitate David.

29. Anno undecimo Joram filii Achab, regnavit Ochozias super Judam,

30. venitque Jehu in Jezrahel. Porro Jezabel introitu ejus audito, depinxit oculos suos stibio, & ornavit caput suum, & respexit per fenestram

31. ingredientem Jehu per portam, & ait : Nunquid pax potest esse Zambri, qui interfecit dominum suum ? 3. Reg. 16. 10.

32. Levavitque Jehu faciem suam ad fenestram, & ait : Quæ est ista ? & inclinaverunt se ad eum duo vel tres eunuchi.

33. At ille dixit eis : Præcipitate eam deorsum : & præcipitaverunt eam, aspersusque est sanguine paries, & equorum ungulæ conculcaverunt eam.

34. Cùmque introgressus esset, ut comederet, biberetque, ait : Ite, & videte maledictam illam, & sepelite eam : quia filia regis est.

35. Cùmque issent ut sepelirent eam, non inve-

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. In Gr. τί ὅτι εἰσῆλθεν ὁ ἐπίληπτος οὗτος πρός σε ;

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

nerunt nisi calvariam, & pedes, & summas manus.
3. Reg. 21. 23. 36. Reversique nunciaverunt ei. Et ait Jehu: Sermo Domini est, quem locutus est per servum suum Eliam Thesbiten, dicens: In agro Jezrahel comedent canes carnes Jezabel,
37. & erunt carnes Jezabel sicut stercus super faciem terræ in agro Jezrahel, ita ut prætereuntes dicant: Hæccine est illa Jezabel?

CAPUT X.

VULGATA NOVA.

1. ERant autem Achab septuaginta filii in Samaria: scripsit ergo Jehu litteras, & misit in Samariam, ad optimates civitatis, & ad majores natu, & ad nutritios Achab, dicens:
2. Statim ut acceperitis litteras has, qui habetis filios domini vestri, & currus, & equos, & civitates firmas, & arma,
3. eligite meliorem, & eum qui vobis placuerit de filiis domini vestri, & eum ponite super solium patris sui, & pugnate pro domo domini vestri.
4. Timuerunt illi vehementer, & dixerunt: Ecce duo reges non potuerunt stare coram eo, & quo modo nos valebimus resistere?
5. Miserunt ergo præpositi domus, & præfecti civitatis, & majores natu, & nutritii, ad Jehu, dicentes: Servi tui sumus, quæcunque jusseris faciemus, nec constituemus nobis regem: quæcunque tibi placent, fac.
6. Rescripsit autem eis litteras secundò, dicens: Si mei estis, & obeditis mihi, tollite capita filiorum domini vestri, & venite ad me hac eadem hora cras in Jezrahel. Porro filii regis, septuaginta viri, apud optimates civitatis nutriebantur.
7. Cùmque veniissent litteræ ad eos, tulerunt filios regis, & occiderunt septuaginta viros, & posuerunt capita eorum in cophinis, & miserunt ad eum in Jezrahel.
8. Venit autem nuncius, & indicavit ei, dicens: Attulerunt capita filiorum regis. Qui respondit: Ponite ea ad duos acervos juxta introitum portæ usque manè.
9. Cùmque diluxisset, egressus est, & stans dixit ad omnem populum: Justi estis: si ego conjuravi contra dominum meum, & interfeci eum, quis percussit omnes hos?
4. Reg. 21. 29. 10. Videte ergo nunc quoniam non cecidit de sermonibus Domini in terram, quos locutus est Dominus super domum Achab, & Dominus fecit quod locutus est in manu servi sui Eliæ.
11. Percussit igitur Jehu, omnes qui reliqui erant de domo Achab in Jezrahel, & universos optimates ejus, & notos, & sacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquiæ.
12. Et surrexit, & venit in Samariam: cùmque veniisset ad cameram pastorum in via,
13. invenit fratres Ochoziæ regis Juda, dixitque ad eos: Quinam estis vos? Qui responderunt: Fratres Ochoziæ sumus, & descendimus ad salutandos filios regis, & filios reginæ.
14. Qui ait: Comprehendite eos vivos. Quos cùm comprehendissent vivos, jugulaverunt eos in cisterna juxta cameram, quadraginta duos viros, & non reliquit ex eis quemquam.
15. Cùmque abiisset inde, invenit Jonadab filium Rechab in occursum sibi, & benedixit ei. Et ait ad eum: Nunquid est cor tuum rectum, sicut cor meum cum corde tuo? Et ait Jonadab: Est. Si est, inquit, da manum tuam. Qui dedit ei manum suam. At ille levavit eum ad se in currum:
16. dixitque ad eum: Veni mecum, & vide zelum meum pro Domino. Et impositum in curru suo,
17. duxit in Samariam. Et percussit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samaria usque ad unum, juxta verbum Domini, quod locutus est per Eliam.
18. Congregavit ergo 18..... 19. *Vide Not.* Jehu omnem populum, &
dixit ad eos: Achab coluit Baal parum, ego autem colam eum ampliùs. 3. Reg. 16. 31.
19. Nunc igitur omnes prophetas Baal, & universos servos ejus, & cunctos sacerdotes ipsius, vocate ad me: nullus sit qui non veniat, sacrificium enim grande est mihi Baal: quicunque defuerit, non vivet. Porro Jehu faciebat hoc insidiosè, ut disperderet cultores Baal.
20. Et dixit: Sanctificate diem solemnem Baal. Vocavitque,
21. & misit in universos terminos Israël, & venerunt cuncti servi Baal: non fuit residuus ne unus quidem qui non veniret. Et ingressi sunt templum Baal: & repleta est domus Baal, à summo usque ad summum.
22. Dixitque his qui erant super vestes: Proferte vestimenta universis servis Baal. Et protulerunt eis vestes.
23. Ingressusque Jehu, & Jonadab filius Rechab, templum Baal, ait cultoribus Baal: Perquirite, & videte, ne quis fortè vobiscum sit de servis Domini, sed ut sint servi Baal soli.
24. Ingressi sunt igitur ut facerent victimas & holocausta: Jehu autem præparaverat sibi foris octoginta viros, & dixerat eis: Quicunque fugerit de hominibus his, quos ego adduxero in manus vestras, anima ejus erit pro anima illius.
25. Factum est autem, cùm completum esset holocaustum, præcepit Jehu militibus & ducibus suis: Ingredimini, & percutite eos, nullus evadat. Percusseruntque eos in ore gladii, & projecerunt milites & duces: & ierunt in civitatem templi Baal,
26. & protulerunt statuam de fano Baal, & combusserunt,
27. & comminuerunt eam. Destruxerunt quoque ædem Baal, & fecerunt pro ea latrinas usque in diem hanc.
28. Delevit itaque Jehu Baal de Israël:
29. veruntamen à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israël, non recessit, nec dereliquit vitulos aureos, qui erant in Bethel, & in Dan.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

✠✠. 18. 19. His respondet quod Hieron. l. 1. in ep. ad Galat. to. 4. p. 1. 243. d. narrat de Jehu, quòd *cùm non potuisset interficere sacerdotes Baal, nisi se finxisset velle idolum colere*, dixit: *Congregate mihi omnes sacerdotes Baal: si enim Achab servivit Baal in paucis, ego serviam in multis:* nec longè distat quod habetur in Græco: Καὶ Συνήθροισεν Ἰὼ πάντα τὸν λαὸν, καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Ἀχαὰβ ἐδούλευσε τῷ Βάαλ ὀλίγα, Ἰὼ δουλεύσει αὐτῷ πολλά. Καὶ νῦν πάντες οἱ προφῆται τοῦ Βάαλ, πάντας τοὺς δούλους αὐτοῦ, καὶ τοὺς Ἱερεῖς αὐτοῦ καλέσατε πρός με. *Et congregavit Ihu omnem populum, & dixit ad eos: Achab servivit Baal pauca, Ihu serviet ei multa. Et nunc omnes prophetæ Baal, omnes servos ejus, & sacerdotes ejus vocate ad me.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

30. Dixit autem Dominus ad Jehu : Quia ſtudiosè egiſti quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo
Inf. 15. 12. feciſti contra domum Achab : filii tui uſque ad quartam generationem ſedebunt ſuper thronum Iſraël.

VERSIO ANTIQUA.

30..... Eapropter quòd feciſti bona coram me, & feciſti ſecundùm cor meum, & ſecundùm animam meam domui Achab : filii tui quarta progenie ſedebunt tibi in throno Iſraël. *Lucif. Cal. l. de non parc. in Deo. col. 229. c.*

VULGATA NOVA.

31. Porro Jehu non cuſtodivit ut ambularet in lege Domini Dei Iſraël in toto cordè ſuo : non enim receſſit à peccatis Jeroboam, qui peccare fecerat Iſraël.

32. In diebus illis cœpit Dominus tædere ſuper Iſraël : percuſſitque eos Hazael in univerſis finibus Iſraël,

33. à Jordane contra orientalem plagam, omnem terram Galaad, & Gad, & Ruben, & Manaſſe, ab Aroer, quæ eſt ſuper torrentem Arnon, & Galaad, & Baſan.

34. Reliqua autem verborum Jehu, & univerſa quæ fecit, & fortitudo ejus, nonne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iſraël ?

35. Et dormivit Jehu cum patribus ſuis, ſepelieruntque eum in Samaria : & regnavit Joachaz filius ejus pro eo.

36. Dies autem, quos regnavit Jehu ſuper Iſraël, viginti & octo anni ſunt, in Samaria.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 30. Non multùm diſſimilia quæ leguntur Græcè : Ἀνθ' ὧν ὅσα ἠγάθυνας ποιῆσαι τὸ εὐθὲς ἐν ὀφθαλμοῖς μου, κατὰ πάντα ὅσα ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἐποίησας τῷ οἴκῳ Ἀχαάβ, υἱοὶ τέταρτοι καθήσονταί σοι ἐπὶ θρόνου Ἰσραήλ· *Pro iis quæcunque benefeciſti faciendo rectum in oculis meis, ſecundùm omnia quæcunque in corde meo feciſti domui Achab, filii quarti ſedebunt tibi ſuper thronum Iſraël.*

CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

2. *Par.* 22. 10. 1. ATHalia verò mater Ochoziæ, videns mortuum filium ſuum, ſurrexit, & interfecit omne ſemen regium.

2. Tollens autem Joſaba filia regis Joram, ſoror Ochoziæ, Joas filium Ochoziæ, furata eſt eum de medio filiorum regis qui interficiebantur, & nutricem ejus de triclinio : & abſcondit eum à facie Athaliæ, ut non interficeretur.

3. Eratque cum ea ſex annis clam in domo Domini : porro Athalia regnavit ſuper terram.

2. *Par.* 23. 1. 4. Anno autem ſeptimo miſit Joiada, & aſſumens centuriones & milites, introduxit ad ſe in templum Domini, pepigitque cum eis fœdus : & adjurans eos in domo Domini, oſtendit eis filium regis :

5. & præcepit illis, dicens : Iſte eſt ſermo, quem facere debetis :

6. Tertia pars veſtrûm introeat ſabbato, & obſervet excubias domus regis. Tertia autem pars ſit ad portam Sur : & tertia pars ſit ad portam, quæ eſt poſt habitaculum ſcutariorum : & cuſtodietis excubias domus Meſſa.

7. Duæ verò partes è vobis, omnes egredientes ſabbato, cuſtodiant excubias domus Domini circa regem.

8. Et vallabitis eum, habentes arma in manibus veſtris : ſi quis autem ingreſſus fuerit ſeptum templi, interficiatur : eritiſque cum rege introeunte & egrediente.

9. Et fecerunt centuriones juxta omnia, quæ præceperat eis Joiada ſacerdos : & aſſumentes ſinguli viros ſuos, qui ingrediebantur ſabbatum, cum his qui egrediebantur ſabbato, venerunt ad Joiadam ſacerdotem.

10. Qui dedit eis haſtas, & arma regis David, quæ erant in domo Domini.

11. Et ſteterunt ſinguli habentes arma in manu ſua, à parte templi dextera, uſque ad partem ſiniſtram altaris & ædis, circum regem.

12. Produxitque filium regis, & poſuit ſuper eum diadema, & teſtimonium : feceruntque eum regem, & unxerunt : & plaudentes manu, dixerunt : Vivat rex.

13. Audivit autem Athalia vocem populi currentis : & ingreſſa ad turbas in templum Domini,

14. vidit regem ſtantem ſuper tribunal juxta morem, & cantores & tubas prope eum, omnemque populum terræ lætantem, & canentem tubis : & ſcidit veſtimenta ſua, clamavitque : Conjuratio, conjuratio.

15. Præcepit autem Joiada centurionibus, qui erant ſuper exercitum, & ait eis : Educite eam extra ſepta templi, & quicunque eam ſecutus fuerit, feriatur gladio. Dixerat enim ſacerdos : Non occidatur in templo Domini.

16. Impoſueruntque ei manus, & impegerunt eam per viam introitus equorum, juxta palatium, & interfecta eſt ibi.

17. Pepigit ergo Joiada fœdus inter Dominum, & inter regem, & inter populum, ut eſſet populus Domini, & inter regem & populum.

18. Ingreſſuſque eſt omnis populus terræ templum Baal, & deſtruxerunt aras ejus, & imagines contriverunt validè : Mathan quoque ſacerdotem Baal occiderunt coram altari. Et poſuit ſacerdos cuſtodias in domo Domini.

19. Tulitque centuriones, & Cerethi & Phelethi legiones, & omnem populum terræ, deduxeruntque regem de domo Domini : & venerunt per viam portæ ſcutariorum in palatium, & ſedit ſuper thronum regum.

20. Lætatuſque eſt omnis populus terræ, & civitas conquievit : Athalia autem occiſa eſt gladio in domo regis.

21. Septemque annorum erat Joas, cùm regnare cœpiſſet.

Digitized by Google

CAPUT XII.

VULGATA NOVA.

1. ANno ſeptimo Jehu, regnavit Joas: & quadraginta annis regnavit in Jeruſalem: nomen matris ejus Sebia de Berſabee.

2. Fecitque Joas rectum coram Domino cunctis diebus, quibus docuit eum Joiada ſacerdos.

3. Veruntamen excelſa non abſtulit: adhuc enim populus immolabat, & adolebat in excelſis incenſum.

4. Dixitque Joas ad ſacerdotes: Omnem pecuniam ſanctorum, quæ illata fuerit in templum Domini à prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animæ, & quam ſponte & arbitrio cordis ſui inferunt in templum Domini:

5. accipiant illam ſacerdotes juxta ordinem ſuum, & inſtaurent ſartatecta domus, ſi quid neceſſarium viderint inſtauratione.

6. Igitur uſque ad vigeſimum tertium annum regis Joas, non inſtauraverunt ſacerdotes ſartatecta templi.

7. Vocavitque rex Joas Joiadam pontificem & ſacerdotes, dicens eis: Quare ſartatecta non inſtauratis templi? nolite ergo ampliùs accipere pecuniam juxta ordinem veſtrum, ſed ad inſtaurationem templi reddite eam.

8. Prohibitique ſunt ſacerdotes ultra accipere pecuniam à populo, & inſtaurare ſartatecta domus.

9. Et tulit Joiada pontifex gazophylacium unum, aperuitque foramen deſuper, & poſuit illud juxta altare ad dexteram ingredientium domum Domini, mittebantque in eo ſacerdotes, qui cuſtodiebant oſtia, omnem pecuniam, quæ deferebatur ad templum Domini.

10. Cùmque viderent nimiam pecuniam eſſe in gazophylacio, aſcendebat ſcriba regis, & pontifex, effundebantque & numerabant pecuniam, quæ inveniebatur in domo Domini:

11. & dabant eam juxta numerum atque menſuram in manu eorum, qui præerant cæmentariis domus Domini: qui impendebant eam in fabris lignorum, & in cæmentariis iis, qui operabantur in domo Domini,

12. & ſartatecta faciebant: & in iis, qui cædebant ſaxa, & ut emerent ligna, & lapides, qui excidebantur, ita ut impleretur inſtauratio domus Domini in univerſis, quæ indigebant expensâ ad muniendam domum.

13. Veruntamen non fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi Domini, & fuſcinulæ, & thuribula, & tubæ, & omne vas aureum & argenteum de pecunia, quæ inferebatur in templum Domini:

14. iis enim qui faciebant opus, dabatur ut inſtauraretur templum Domini:

15. & non fiebat ratio iis hominibus, qui accipiebant pecuniam ut diſtribuerent eam artificibus, ſed in fide tractabant eam.

16. Pecuniam verò pro delicto, & pecuniam pro peccatis, non inferebant in templum Domini, quia ſacerdotum erat.

17. Tunc aſcendit Hazael rex Syriæ, & pugnabat contra Geth, cepitque eam: & direxit faciem ſuam ut aſcenderet in Jeruſalem.

18. Quamobrem tulit Joas rex Juda omnia ſanctificata, quæ conſecraverant Joſaphat & Joram & Ochozias, patres ejus reges Juda, & quæ ipſe obtulerat: & univerſum argentum, quod inveniri potuit in theſauris templi Domini, & in palatio regis: miſitque Hazaeli regi Syriæ, & receſſit ab Jeruſalem.

19. Reliqua autem ſermonum Joas, & univerſa quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Juda?

20. Surrexerunt autem ſervi ejus, & conjuraverunt inter ſe, percuſſeruntque Joas in domo Mello in deſcenſu Sella.

21. Joſachar namque filius Semaath, & Jozabad filius Somer, ſervi ejus, percuſſerunt eum, & mortuus eſt: & ſepelierunt eum cum patribus ſuis in civitate David, regnavitque Amaſias filius ejus pro eo.

CAPUT XIII.

VULGATA NOVA.

1. ANno vigeſimo tertio Joas filii Ochoziæ regis Juda, regnavit Joachaz filius Jehu ſuper Iſraël in Samaria decem & ſeptem annis.

2. Et fecit malum coram Domino, ſecutuſque eſt peccata Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Iſraël, & non declinavit ab eis.

3. Iratuſque eſt furor Domini contra Iſraël, & tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, & in manu Benadad filii Hazael, cunctis diebus.

4. Deprecatus eſt autem Joachaz faciem Domini, & audivit eum Dominus: vidit enim angustiam Iſraël, quia attriverat eos rex Syriæ:

5. & dedit Dominus ſalvatorem Iſraëli, & liberatus eſt de manu regis Syriæ: habitaveruntque filii Iſraël in tabernaculis ſuis ſicut heri & nudiuſtertius.

6. Veruntamen non receſſerunt à peccatis domus Jeroboam, qui peccare fecit Iſraël, ſed in ipſis ambulaverunt: ſiquidem & lucus permanſit in Samaria.

7. Et non ſunt derelicti Joachaz de populo niſi quinquaginta equites, & decem currus, & decem millia peditum: interfecerat enim eos rex Syriæ, & redegerat quaſi pulverem in tritura areæ. *Sup. 8. 12.*

8. Reliqua autem ſermonum Joachaz, & univerſa quæ fecit, & fortitudo ejus, nonne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iſraël?

9. Dormivitque Joachaz cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in Samaria: regnavitque Joas filius ejus pro eo.

10. Anno trigeſimo ſeptimo Joas regis Juda, regnavit Joas filius Joachaz ſuper Iſraël in Samaria ſedecim annis,

11. & fecit quod malum eſt in conſpectu Domini: non declinavit ab omnibus peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Iſraël, ſed in ipſis ambulavit.

12. Reliqua autem ſermonum Joas, & univerſa quæ fecit, & fortitudo ejus, quomodo pugnaverit contra Amaſiam regem Juda, nonne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iſraël?

13. Et dormivit Joas cum patribus ſuis: Jeroboam autem ſedit ſuper ſolium ejus. Porro Joas ſepultus eſt in Samaria cum regibus Iſraël.

14. Eliſeus autem ægrotabat infirmitate, qua & mortuus eſt: deſcenditque ad eum Joas rex Iſraël, & flebat coram eo, dicebatque: Pater mi, pater mi, currus Iſraël, & auriga ejus.

15. Et ait illi Eliſeus: Affer arcum, & ſagittas. Cùmque attuliſſet ad eum arcum, & ſagittas,

16. dixit ad regem Iſraël: Pone manum tuam ſuper arcum. Et cùm poſuiſſet ille manum ſuam, ſu-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

perpoſuit Eliſeus manus ſuas manibus regis,

17. & ait: Aperi feneſtram orientalem. Cùmque aperuiſſet, dixit Eliſeus: Jace ſagittam. Et jecit. Et ait Eliſeus: Sagitta ſalutis Domini, & ſagitta ſalutis contra Syriam: percutieſque Syriam in Aphec, donec conſumas eam.

18. Et ait: Tolle ſagittas. Qui cùm tuliſſet, rurſum dixit ei: Percute jaculo terram. Et cùm percuſſiſſet tribus vicibus, & ſtetiſſet,

19. iratus eſt vir Dei contra eum, & ait: Si percuſſiſſes quinquies, aut ſexies, ſive ſepties, percuſſiſſes Syriam uſque ad conſumptionem: nunc autem tribus vicibus percuties eam.

20. Mortuus eſt ergo Eliſeus, & ſepelierunt eum. Latrunculi autem de Moab venerunt in terram in ipſo anno.

21. Quidam autem ſepelientes hominem, viderunt latrunculos, & projecerunt cadaver in ſepulcro Eliſei. Quod cùm tetigiſſet oſſa Eliſei, revixit homo, & ſtetit ſuper pedes ſuos. *Eccli. 48. 14.*

22. Igitur Hazael rex Syriæ afflixit Iſraël cunctis diebus Joachaz:

23. & miſertus eſt Dominus eorum, & reverſus eſt ad eos propter pactum ſuum, quod habebat cum Abraham, & Iſaac, & Jacob: & noluit diſperdere eos, neque projicere penitus, uſque in præſens tempus.

24. Mortuus eſt autem Hazael rex Syriæ, & regnavit Benadad filius ejus pro eo.

25. Porro Joas filius Joachaz tulit urbes de manu Benadad filii Hazael, quas tulerat de manu Joachaz patris ſui jure prælii, tribus vicibus percuſſit eum Joas, & reddidit civitates Iſraël.

CAPUT XIV.

VULGATA NOVA.

1. IN anno ſecundo Joas filii Joachaz regis Iſraël, regnavit Amaſias filius Joas regis Juda.

2. *Par.* 25. 1. 2. Viginti quinque annorum erat cùm regnare cœpiſſet: viginti autem & novem annis regnavit in Jeruſalem, nomen matris ejus Joadan de Jeruſalem.

3. Et fecit rectum coram Domino, veruntamen non ut David pater ejus. Juxta omnia, quæ fecit Joas pater ſuus, fecit:

4. niſi hoc tantùm, quòd excelſa non abſtulit: adhuc enim populus immolabat, & adolebat incenſum in excelſis.

VULGATA NOVA.

5. Cùmque obtinuiſſet regnum, percuſſit ſervos ſuos, qui interfecerant regem patrem ſuum:

6. filios autem eorum qui occiderant, non occîdit, juxta quod ſcriptum eſt in libro legis Moyſi, ſicut præcepit Dominus, dicens: Non morientur patres pro filiis, neque filii morientur pro patribus: ſed unuſquiſque in peccato ſuo morietur. *Deut. 24. 16. Ezech. 18. 20.*

VERSIO ANTIQUA.

5... Factum eſt, poſtquam ſtabilitum eſt regnum in manibus ejus, occîdit pueros ſuos, qui occiderant patrem ſuum: *Jul. Pelag. ap. Aug. l. 3. op. imp. t. 10. 1062. e.*

6. ſed filios eorum non occîdit, ſecundùm teſtamentum legis Domini, quo præceptum eſt: Non morientur patres pro filiis, nec filii pro patribus: unuſquiſque in peccato ſuo morietur. *Cypr. ep. 52. p. 75. a.*

VULGATA NOVA.

7. Ipſe percuſſit Edom in valle Salinarum decem millia, & apprehendit petram in prælio, vocavitque nomen ejus Jectehel, uſque in præſentem diem.

8. Tunc miſit Amaſias nuncios ad Joas filium Joachaz, filii Jehu regis Iſraël, dicens: Veni, & videamus nos.

9. Remiſitque Joas rex Iſraël ad Amaſiam regem Juda, dicens: Carduus Libani miſit ad cedrum quæ eſt in Libano, dicens: Da filiam tuam filio meo uxorem. Tranſieruntque beſtiæ ſaltus, quæ ſunt in Libano, & conculcaverunt carduum.

VERSIO ANTIQUA.

10..... nunc ſede in domo tua: quid provocas in malum, & cadis tu & Juda tecum? *Aug. de Gra. & lib. arb. t. 10. 741. e.*

VULGATA NOVA.

10. Percutiens invaluiſti ſuper Edom, & ſublevavit te cor tuum: contentus eſto gloriâ, & ſede in domo tua: quare provocas malum, ut cadas tu & Judas tecum?

11. Et non acquievit Amaſias: aſcenditque Joas rex Iſraël, & viderunt ſe, ipſe & Amaſias rex Juda, in Bethſames oppido Judæ.

12. Percuſſuſque eſt Juda coram Iſraël, & fugerunt unuſquiſque in tabernacula ſua.

13. Amaſiam verò regem Juda, filium Joas filii Ochoziæ, cepit Joas rex Iſraël in Bethſames, & adduxit eum in Jeruſalem: & interrupit murum Jeruſalem, à porta Ephraim uſque ad portam anguli, quadringentis cubitis.

14. Tulitque omne aurum, & argentum, & univerſa vaſa, quæ inventa ſunt in domo Domini, & in theſauris regis, & obſides, & reverſus eſt in Samariam.

15. Reliqua autem verborum Joas quæ fecit, & fortitudo ejus, qua pugnavit contra Amaſiam regem Juda, nonne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iſraël?

16. Dormivitque Joas cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Samaria cum regibus Iſraël: & regna-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Nonnulla hîc variant Græcè, nempe ſeqq. ὅτε κατίσχυσε, *quando invaluit*, loco *poſtquam ſtabilitum eſt*, (in edit. Compl. ἐκραταιώθη;) item χειρὶ, *manu*, pro *manibus*, paulòque poſt pro *occidit pueros..... qui occiderant.* ſic, ᾗ ἐπάταξε τὸς υἱὸς..... τὸς παλάξαντας, & *percuſſit ſervos..... qui percuſſerant.*

℣. 6. Gr. Καὶ τὸς υἱὸς τῶν παλαξάντων ὐκ ἐθανάτωσε, καθὼς γέγραπται ἐν βιβλίῳ νόμων Μωυσῆ, ὡς ἐνετείλατο Κύριος, λέγων· Οὐκ ἀποθανοῦνται..... ᾗ υἱοὶ ὐκ ἀποθανοῦνται ὑπὲρ πατέρων· ὅτι ἀλλ' ἢ ἕκαστος ἐν ταῖς ἁμαρτίαις, &c. *Et filios eorum qui percuſſerant, non interfecit, ſicut ſcriptum eſt in libro legum Moyſi, quomodo mandavit Dominus, dicens: Non morientur..... & filii non morientur pro patribus: quia tantùm unuſquiſque in peccatis ſuis*, &c. Similiter habet Cypr. loco cit. & *filii non morientur pro patribus.* In edit. Compl. deeſt ſeq. ὅτι, paulòque poſt habetur ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ, ut in Lat. ſup.

℣. 10. Græcè, ἐνδόξαζε καθήμενος, *gloriare ſedens*, loco *nunc ſede*, & pro *quid provocas in malum?* ſic, ἱνατί ἐρίζεις ἐν κακίᾳ ζῆ; & *ut quid contendis in malitia tua?* (ſola Compl. delet σὺ;) dein pro *cadis*, πεσῇ, *cades*, & pro *Juda*, Ἰούδας.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

vit Jeroboam filius ejus pro eo.

17. Vixit autem Amasias, filius Joas, rex Juda, postquam mortuus est Joas filius Joachaz regis Israël, quindecim annis.

18. Reliqua autem sermonum Amasiæ, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Juda?

19. Factaque est contra eum conjuratio in Jerusalem: at ille fugit in Lachis. Miseruntque post eum in Lachis, & interfecerunt eum ibi.

20. Et asportaverunt in equis, sepultusque est in Jerusalem cum patribus suis in civitate David.

21. Tulit autem universus populus Judæ Azariam annos natum sedecim, & constituerunt eum regem pro patre ejus Amasia. 2. Par. 26. 1.

22. Ipse ædificavit Ælath, & restituit eam Judæ, postquam dormivit rex cum patribus suis.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. præf. in Jon. t. 3. 1470. d.

23. Anno quintodecimo Amasiæ filii Joas regis Juda, regnavit Jeroboam filius Joas regis Israël in Samaria, quadraginta annis & uno:

24. fecitque malum coram Domino. Et non recessit ab universis peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israël.

25. Ipse convertit fines Israël in Samaria, ab introitu Emath, usque ad mare solitudinis, juxta verbum Domini Dei Israël, quod locutus est in manu servi sui Jonæ filii Amathi, prophetæ, qui fuit de Geth, quæ est in Opher.

VULGATA NOVA.

23. Anno quintodecimo Amasiæ filii Joas regis Juda, regnavit Jeroboam filius Joas regis Israël in Samaria, quadraginta & uno anno:

24. & fecit quod malum est coram Domino. Non recessit ab omnibus peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israël.

25. Ipse restituit terminos Israël, ab introitu Emath, usque ad mare solitudinis, juxta sermonem Domini Dei Israël, quem locutus est per servum suum Jonam filium Amathi, prophetam, qui erat de Geth, quæ est in Opher. Jon. 1. 1.

VULGATA NOVA.

26. Vidit enim Dominus afflictionem Israël amaram nimis, & quòd consumpti essent usque ad clausos carcere, & extremos, & non esset qui auxiliaretur Israëli.

27. Nec locutus est Dominus ut deleret nomen Israël de sub cœlo, sed salvavit eos in manu Jeroboam filii Joas.

28. Reliqua autem sermonum Jeroboam, & universa quæ fecit, & fortitudo ejus qua prælians est, & quomodo restituit Damascum & Emath Judæ in Israël, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israël?

29. Dormivitque Jeroboam cum patribus suis regibus Israël, & regnavit Zacharias filius ejus pro eo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 23. Nonnulla dissimilia Græcum habet, scilicet: Ἐν ἔτει..... Ἀμεσσίᾳ υἱῷ Ἰωὰς βασιλεῖ..... Ἰωὰς ἐπὶ Ἰσραὴλ.... τεσσαράκοντα καὶ ἓν ἔτος. *In anno.... Amessiæ filio Joas regi..... Joas super Israël..... quadraginta & unum annum:* sed in Mss. Alex. ac edit. Compl. ut sup. υἱῷ Ἰωὰς βασιλέως, paulòque post ita: Ἰωὰς βασιλέως Ἰσραὴλ ἐπὶ Ἰσραήλ.

℣. 24. Similiter in Græco, deleto tantùm &, post *Domino*.

℣. 25. Græc. pro *convertit fines*, hab. ἀπέστησε τὸ ὅριον, i. e. *amovit*, vel etiam *provexit*, & *auxit terminum*; in ed. Compl. ἀπεκατέστησε, *restituit*; exinde in Vatic. Gr. & al. deest hoc, *in Samaria*, paulòque post loco *solitudinis*, est τῆς Ἀραβα; extremo pro *qui fuit de Geth, quæ est in Opher*, simpliciter τῦ ἐκ Γεθχοφέρ; cætera ad verbum ut in Lat. sup.

CAPUT XV.

VULGATA NOVA.

1. ANno vigesimo septimo Jeroboam regis Israël, regnavit Azarias filius Amasiæ regis Juda.

2. Sedecim annorum erat cùm regnare cœpisset, & quinquaginta duobus annis regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus Jechelia de Jerusalem.

3. Fecitque quod erat placitum coram Domino, juxta omnia quæ fecit Amasias pater ejus.

4. Veruntamen excelsa non est demolitus: adhuc populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis.

2. Par. 26. 21.

5. Percussit autem Dominus regem, & fuit leprosus usque in diem mortis suæ, & habitabat in domo libera seorsum: Joatham verò filius regis gubernabat palatium, & judicabat populum terræ.

6. Reliqua autem sermonum Azariæ, & universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Juda?

7. Et dormivit Azarias cum patribus suis: sepelieruntque eum cum majoribus suis in civitate David, & regnavit Joatham filius ejus pro eo.

8. Anno trigesimo octavo Azariæ regis Juda, regnavit Zacharias filius Jeroboam super Israël in Samaria sex mensibus:

9. & fecit quod malum est coram Domino, sicut fecerant patres ejus: non recessit à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israël.

10. Conjuravit autem contra eum Sellum filius Jabes: percussitque eum palam, & interfecit, regnavitque pro eo.

11. Reliqua autem verborum Zachariæ, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israël?

12. Iste est sermo Domini, quem locutus est ad Jehu, dicens: Filii tui usque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israël. Factumque est ita. Sup. 10. 30.

13. Sellum filius Jabes regnavit trigesimo nono anno Azariæ regis Juda: regnavit autem uno mense in Samaria.

14. Et ascendit Manahem filius Gadi de Thersa: venitque in Samariam, & percussit Sellum filium Jabes in Samaria, & interfecit eum, regnavitque pro eo.

15. Reliqua autem verborum Sellum, & conjuratio ejus, per quam tetendit insidias, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israël?

16. Tunc percussit Manahem Thapsam, & omnes qui erant in ea, & terminos ejus de Thersa: noluerant enim aperire ei: & interfecit omnes prægnantes ejus, & scidit eas.

17. Anno trigesimo nono Azariæ regis Juda, regnavit Manahem filius Gadi super Israël decem annis in Samaria.

18. Fecitque quod erat malum coram Domino: non recessit à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israël cunctis diebus ejus.

19. Veniebat Phul rex Assyriorum in terram, & dabat Manahem Phul mille talenta argenti, ut esset ei in auxilium, & firmaret regnum ejus.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

20. Indixitque Manahem argentum ſuper Iſraël cunctis potentibus & divitibus, ut daret regi Aſſyriorum quinquaginta ſiclos argenti per ſingulos: reverſuſque eſt rex Aſſyriorum, & non eſt moratus in terra.

21. Reliqua autem ſermonum Manahem, & univerſa quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iſraël?

22. Et dormivit Manahem cum patribus ſuis: regnavitque Phaceia filius ejus pro eo.

23. Anno quinquageſimo Azariæ regis Juda, regnavit Phaceia filius Manahem ſuper Iſraël in Samaria biennio:

24. & fecit quod erat malum coram Domino: non receſſit à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Iſraël.

25. Conjuravit autem adversùs eum Phacee filius Romeliæ, dux ejus, & percuſſit eum in Samaria in turre domus regiæ, juxta Argob, & juxta Arie, & cum eo quinquaginta viros de filiis Galaaditarum, & interfecit eum, regnavitque pro eo.

26. Reliqua autem ſermonum Phaceia, & univerſa quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iſraël?

27. Anno quinquageſimo ſecundo Azariæ regis Juda, regnavit Phacee filius Romeliæ ſuper Iſraël in Samaria viginti annis.

28. Et fecit quod erat malum coram Domino: non receſſit à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Iſraël.

29. In diebus Phacee regis Iſraël venit Theglathphalaſar rex Aſſur, & cepit Aion, & Abel domum, Maacha & Janoe, & Cedes, & Aſor, & Galaad, & Galilæam, & univerſam terram Nephthali: & tranſtulit eos in Aſſyrios.

30. Conjuravit autem, & tetendit inſidias Oſee filius Ela contra Phacee filium Romeliæ, & percuſſit eum, & interfecit: regnavitque pro eo vigeſimo anno Joatham filii Oziæ.

31. Reliqua autem ſermonum Phacee, & univerſa quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iſraël?

32. Anno ſecundo Phacee, filii Romeliæ regis Iſraël, regnavit Joatham filius Oziæ regis Juda. *2. Par. 27. 1.*

33. Viginti quinque annorum erat cùm regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnavit in Jeruſalem: nomen matris ejus Jeruſa, filia Sadoc.

34. Fecitque quod erat placitum coram Domino: juxta omnia quæ fecerat Ozias pater ſuus, operatus eſt.

35. Veruntamen excelſa non abſtulit: adhuc populus immolabat, & adolebat incenſum in excelſis: ipſe ædificavit portam domus Domini ſublimiſſimam.

36. Reliqua autem ſermonum Joatham, & univerſa quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Juda?

37. In diebus illis cœpit Dominus mittere in Judam, Raſin regem Syriæ, & Phacee filium Romeliæ. *Iſai. 7. 1.*

38. Et dormivit Joatham cum patribus ſuis, ſepultuſque eſt cum eis in civitate David patris ſui, & regnavit Achaz filius ejus pro eo.

CAPUT XVI.

VULGATA NOVA.

1. ANno decimo ſeptimo Phacee filii Romeliæ, regnavit Achaz filius Joatham regis Juda.

2. *Par.* 28. 1. 2. Viginti annorum erat Achaz cùm regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnavit in Jeruſalem: non fecit quod erat placitum in conſpectu Domini Dei ſui, ſicut David pater ejus:

3. ſed ambulavit in via regum Iſraël: inſuper & filium ſuum conſecravit, transferens per ignem ſecundùm idola gentium, quæ diſſipavit Dominus coram filiis Iſraël.

4. Immolabat quoque victimas, & adolebat incenſum in excelſis, & in collibus, & ſub omni ligno frondoſo.

5. Tunc aſcendit Raſin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Iſraël, in Jeruſalem ad prælian- *Iſai. 7. 1.*
dum: cùmque obſiderent Achaz, non valuerunt ſuperare eum.

6. In tempore illo reſtituit Raſin rex Syriæ, Ailam Syriæ, & ejecit Judæos de Aila: & Idumæi venerunt in Ailam, & habitaverunt ibi uſque in diem hanc.

VULGATA NOVA.

7. Miſit autem Achaz nuncios ad Theglath- *Sup. 15. 29.* phalaſar regem Aſſyriorum, dicens: Servus tuus, & filius tuus ego ſum: aſcende, & ſalvum me fac de manu regis Syriæ, & de manu regis Iſraël, qui conſurrexerunt adversùm me.

VERSIO ANTIQUA.

7. Miſit nuncios ad regem Aſſyriorum, dicens: Servus tuus ego ſum: aſcende, & libera me de manu regis Syriæ, & de manu regis Iſraël, qui conſurrexerunt adversùm me. *Hieron. in Iſai. 10. t. 3. 95. a.*

VULGATA NOVA.

8. Et cùm collegiſſet argentum & aurum, quod inveniri potuit in domo Domini, & in theſauris regis, miſit regi Aſſyriorum munera.

9. Qui & acquievit voluntati ejus: aſcendit enim rex Aſſyriorum in Damaſcum, & vaſtavit eam: & tranſtulit habitatores ejus Cyrenen, Raſin autem interfecit.

10. Perrexitque rex Achaz in occurſum Theglathphalaſar regi Aſſyriorum in Damaſcum: cùmque vidiſſet altare Damaſci, miſit rex Achaz ad Uriam ſacerdotem exemplar ejus, & ſimilitudinem juxta omne opus ejus.

11. Extruxitque Urias ſacerdos altare, juxta omnia, quæ præceperat rex Achaz de Damaſco, ita fecit ſacerdos Urias, donec veniret rex Achaz de Damaſco.

12. Cùmque veniſſet rex de Damaſco, vidit altare, & veneratus eſt illud: aſcenditque & immolavit holocauſta, & ſacrificium ſuum,

13. & libavit libamina, & fudit ſanguinem pacificorum, quæ obtulerat ſuper altare.

14. Porro altare æreum, quod erat coram Domino, tranſtulit de facie templi, & de loco altaris, & de loco templi Domini: poſuitque illud ex latere altaris ad aquilonem.

15. Præcepit quoque rex Achaz Uriæ ſacerdoti,

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

✱. 7. Græcè: Καὶ ἀπέστειλεν Ἄχαζ ἀγγέλους πρὸς Θαλγαθφελλασὰρ βασιλέα Ἀσσυρίων, λέγων· Δοῦλός σου, καὶ υἱός σου ἐγώ· ἀνάβηθι, σῶσόν με (Compl. καὶ ῥῦσαί με, MS. Alex. καὶ σῶσόν με) ἐκ χειρὸς..... τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμέ· Compl. ὅτι ἐπανέστησάν μοι.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

dicens: Super altare majus offer holocaustum matutinum, & sacrificium vespertinum, & holocaustum regis, & sacrificium ejus, & holocaustum universi populi terræ, & sacrificia eorum, & libamina eorum: & omnem sanguinem holocausti, & universum sanguinem victimæ super illud effundes: altare verò æreum erit paratum ad voluntatem meam.

16. Fecit igitur Urias sacerdos juxta omnia, quæ præceperat rex Achaz.

17. Tulit autem rex Achaz cælatas bases, & luterem, qui erat desuper: & mare deposuit de bobus æreis, qui sustentabant illud, & posuit super pavimentum stratum lapide.

18. Musach quoque sabbati, quod ædificaverat in templo: & ingressum regis exteriùs convertit in templum Domini, propter regem Assyriorum.

19. Reliqua autem verborum Achaz, quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Juda?

20. Dormivitque Achaz cum patribus suis, & sepultus est cum eis in civitate David, & regnavit Ezechias filius ejus pro eo.

CAPUT XVII.

VULGATA NOVA.

1. ANno duodecimo Achaz regis Juda, regnavit Osee filius Ela in Samaria super Israël novem annis.

2. Fecitque malum coram Domino: sed non sicut reges Israël, qui ante eum fuerant.

Inf. 18. 9. *Tob.* 1. 2. 3. Contra hunc ascendit Salmanasar rex Assyriorum, & factus est ei Osee servus, reddebatque illi tributa.

4. Cùmque deprehendisset rex Assyriorum Osee, quòd rebellare nitens misisset nuncios ad Sua regem Ægypti, ne præstaret tributa regi Assyriorum, sicut singulis annis solitus erat, obsedit eum, & vinctum misit in carcerem.

5. Pervagatusque est omnem terram: & ascendens Samariam, obsedit eam tribus annis.

Inf. 18. 10. 6. Anno autem nono Osee, cepit rex Assyriorum Samariam, & transtulit Israël in Assyrios: posuitque eos in Hala, & in Habor juxta fluvium Gozan, in civitatibus Medorum.

7. Factum est enim, cùm peccassent filii Israël Domino Deo suo, qui eduxerat eos de terra Ægypti, de manu Pharaonis regis Ægypti, coluerunt deos alienos.

8. Et ambulaverunt juxta ritum gentium, quas consumpserat Dominus in conspectu filiorum Israël, & regum Israël; quia similiter fecerant.

9. Et offenderunt filii Israël verbis non rectis Dominum Deum suum: & ædificaverunt sibi excelsa in cunctis urbibus suis, à turre custodum usque ad civitatem munitam.

10. Feceruntque sibi statuas, & lucos, in omni colle sublimi, & subter omne lignum nemorosum:

11. & adolebant ibi incensum super aras in morem gentium, quas transtulerat Dominus à facie eorum: feceruntque verba pessima irritantes Dominum:

12. & coluerunt immunditias, de quibus præcepit eis Dominus ne facerent verbum hoc.

13. Et testificatus est Dominus in Israël & in Juda, per manum omnium prophetarum & videntium, dicens: Revertimini à viis vestris pessimis, & custodite præcepta mea, & cæremonias, juxta omnem legem quam præcepi patribus vestris: & sicut misi ad vos in manu servorum meorum prophetarum. *Jere.* 25. 5.

14. Qui non audierunt, sed induraverunt cervicem suam juxta cervicem patrum suorum, qui noluerunt obedire Domino Deo suo.

15. Et abjecerunt legitima ejus, & pactum, quod pepigit cum patribus eorum, & testificationes, quibus contestatus est eos: secutique sunt vanitates, & vanè egerunt: & secuti sunt gentes, quæ erant per circuitum eorum, super quibus præceperat Dominus eis, ut non facerent sicut & illæ faciebant.

16. Et dereliquerunt omnia præcepta Domini Dei sui: feceruntque sibi conflatiles duos vitulos, & lucos, & adoraverunt universam militiam cœli: servieruntque Baal,

17. & consecraverunt filios suos, & filias suas, per ignem: & divinationibus inserviebant & auguriis: & tradiderunt se ut facerent malum coram Domino, ut irritarent eum.

18. Iratusque est Dominus vehementer Israëli, & abstulit eos à conspectu suo, & non remansit nisi tribus Juda tantummodo.

19. Sed nec ipse Juda custodivit mandata Domini Dei sui: verùm ambulavit in erroribus Israël, quos operatus fuerat.

VERSIO ANTIQUA.

Cypr. ep. 76. p. 153. c. 20. Et indignatus est Dominus in omni semine Israël, & dimovit eos, & dedit eos in direptionem, donec abjiceret eos à facie sua:

21. quia dissipatus est Israël à domo David, & constituerunt sibi regem Hieroboam filium Nabath.....

VULGATA NOVA.

20. Projecitque Dominus omne semen Israël, & afflixit eos, & tradidit eos in manu diripientium, donec projiceret eos à facie sua:

21. ex eo jam tempore, quo scissus est Israël à domo David, & constituerunt sibi regem Jeroboam filium Nabath: separavit enim Jeroboam Israël à Domino, & peccare eos fecit peccatum magnum. *3. Reg.* 12. 19.

VULGATA NOVA.

22. Et ambulaverunt filii Israël in universis peccatis Jeroboam quæ fecerat: & non recesserunt ab eis,

23. usquequo Dominus auferret Israël à facie sua, sicut locutus fuerat in manu omnium servorum suorum prophetarum: translatusque est Israël de terra sua in Assyrios, usque in diem hanc. *Jere.* 25. 9.

24. Adduxit autem rex Assyriorum de Babylone, & de Cutha, & de Avali, & de Emath, & de Sepharvaim: & collocavit eos in civitatibus Samariæ pro filiis Israël: qui possederunt Samariam, & habitaverunt in urbibus ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 20. Similia Gr. habet, exceptis his: παντὶ σπέρματι, *omni semini*, pro *in omni semine*, & ἐσάλευσε, *commovit*, pro *dimovit*; item ἐκ χειρὶ διαρπαζόντων, *in manu diripientium*, loco *in direptionem*; & ἕως ἧς ἀπέρριψε, *quoadusque abjecit*, pro *donec abjiceret*.

℣. 21. Græcè, ὅτι πλὴν Ἰσραὴλ ἐπάνωθεν οἴκου Δαυὶδ, *quia maximè Israël desuper domo David*; at in ed. Compl. sic, πλὴν ὅτι ἐῤῥάγη ὁ Ἰσραὴλ ἀπ' οἴκου, *maximè quia erupit Israël à domo*, vel *scidit se*; sicut ἐβασίλευσαν ἐφ' ἑαυτοῖς, loco *constituerunt sibi regem*; in Gr. Vat. & al. simpliciter, ἐβασίλευσαν.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

25. Cùmque ibi habitare cœpiſſent, non timebant Dominum: & immiſit in eos Dominus leones, qui interficiebant eos.

26. Nunciatumque eſt regi Aſſyriorum, & dictum: Gentes, quas tranſtuliſti, & habitare feciſti in civitatibus Samariæ, ignorant legitima Dei terræ: & immiſit in eos Dominus leones, & ecce interficiunt eos, eò quòd ignorent ritum Dei terræ.

27. Præcepit autem rex Aſſyriorum, dicens: Ducite illuc unum de ſacerdotibus, quos inde captivos adduxiſtis, & vadat, & habitet cum eis: & doceat eos legitima Dei terræ.

28. Igitur cùm veniſſet unus de ſacerdotibus his, qui captivi ducti fuerant de Samaria, habitavit in Bethel, & docebat eos quomodo colerent Dominum.

29. Et unaquæque gens fabricata eſt deum ſuum: poſueruntque eos in fanis excelſis, quæ fecerant Samaritæ, gens & gens in urbibus ſuis, in quibus habitabat.

30. Viri enim Babylonii fecerunt Sochothbenoth: viri autem Chutæi fecerunt Nergel: & viri de Emath fecerunt Aſima.

31. Porro Hevæi fecerunt Nebahaz & Tharthac. Hi autem, qui erant de Sepharvaim, comburebant filios ſuos igni, Adramelech & Anamelech diis Sepharvaim,

32. & nihilominus colebant Dominum. Fecerunt autem ſibi de noviſſimis ſacerdotes excelſorum, & ponebant eos in fanis ſublimibus.

33. Et cùm Dominum colerent, diis quoque ſuis ſerviebant juxta conſuetudinem gentium, de quibus translati fuerant Samariam:

34. uſque in præſentem diem morem ſequuntur antiquum: non timent Dominum, neque cuſtodiunt cæremonias ejus, judicia, & legem, & mandatum, quod præceperat Dominus filiis Jacob, quem cognominavit Iſraël: *Inf. 41.* *Gen. 33. 28.*

35. & percuſſerat cum eis pactum, & mandaverat eis, dicens: Nolite timere deos alienos, & non adoretis eos, neque colatis eos, & non immoletis eis:

36. ſed Dominum Deum veſtrum, qui eduxit vos de terra Ægypti in fortitudine magna, & in brachio extento, ipſum timete, & illum adorate, & ipſi immolate.

37. Cæremonias quoque, & judicia, & legem, & mandatum, quod ſcripſit vobis, cuſtodite ut faciatis cunctis diebus: & non timeatis deos alienos.

38. Et pactum, quod percuſſit vobiſcum, nolite obliviſci: nec colatis deos alienos,

39. ſed Dominum Deum veſtrum timete, & ipſe eruet vos de manu omnium inimicorum veſtrorum.

40. Illi verò non audierunt, ſed juxta conſuetudinem ſuam priſtinam perpetrabant.

41. Fuerunt igitur gentes iſtæ timentes quidem Dominum, ſed nihilominus & idolis ſuis ſervientes: nam & filii eorum, & nepotes, ſicut fecerunt patres ſui, ita faciunt uſque in præſentem diem.

CAPUT XVIII.

VULGATA NOVA.

2. *Par.* 28. 1. 27. & 29. 1. ANno tertio Oſee filii Ela regis Iſraël, regnavit Ezechias filius Achaz regis Juda. 1..... *Vide Not.*

2. Viginti quinque annorum erat, cùm regnare cœpiſſet: & viginti novem annis regnavit in Jeruſalem: nomen matris ejus Abi filia Zachariæ.

VULGATA NOVA.

3. Fecitque quod erat bonum coram Domino, juxta omnia quæ fecerat David pater ejus.

4. Ipſe diſſipavit excelſa, & contrivit ſtatuas, & ſuccidit lucos, confregitque ſerpentem *Num.* æneum, quem fecerat Moyſes: ſiquidem uſque 21. 9. ad illud tempus filii Iſraël adolebant ei incenſum: vocavitque nomen ejus Noheſtan.

5. In Domino Deo Iſraël ſperavit: itaque poſt eum non fuit ſimilis ei de cunctis regibus Juda, ſed neque in his, qui ante eum fuerunt:

6. & adhæſit Domino, & non receſſit à veſtigiis ejus, fecitque mandata ejus, quæ præceperat Dominus Moyſi.

7. Unde & erat Dominus cum eo, & in cunctis, ad quæ procedebat, ſapienter ſe agebat. Rebellavit quoque contra regem Aſſyriorum, & non ſervivit ei.

8. Ipſe percuſſit Philiſthæos uſque ad Gazam,

VERSIO ANTIQUA.

3... fecit quod rectum eſt in conſpectu Domini, ſecundùm omnia quæ fecit David pater ſuus. *Fac. Herm. l. 6. ap. Sirm. t. 2. 573. d.*

4.... deſtruxit excelſa, & comminuit omnia ſimulachra, & abſcidit lucos, & comminuit ſerpentem illum æreum, quem fecit Moyſes: cui filii Iſraël ad illud tempus ſacrificabant..... *Ibid. 574. c.*

5. Hic in Domino Deo Iſraël ſperavit: & poſt eum non fuit ei ſimilis quiſquam in regibus Juda, & in his, qui fuerunt ante ipſum: *Ibid. 573. d. e.*

6. & adhæſit Domino, nec receſſit ab ipſo, & cuſtodivit mandata ejus, quæcunque mandavit Moyſi.

7. Et erat Dominus cum eo, & in omnibus, in quibus incedebat, ſapienter agebat..... *Hieron. l. 2. contra Pelag. t. 4. p. 525. c.*

8. Ipſe percuſſit Philiſthiim uſque ad Gazan, & *Hieron. in Iſai. 14. t. 3. 116. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Vide ſis Auct. l. de promiſſ. apud Proſp. p. 159. c.

℣. 3. Concordat Græc. niſi quòd delet *eſt*, poſt *rectum*, & pro *in conſpectu*, hab. ἐν ὀφθαλμοῖς, *in oculis*, Compl. ἐνώπιον. Similiter Hilar. in Pſ. 118. p. 325. e. *Ezechiam*, inquit, *regem Scriptura laudat, quòd fecerit rectum & bonum in conſpectu Dei.* Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. p. 525. c. *Fecit rectum in oculis Domini, juxta omnia quæ fecerat David pater ejus.*

℣. 4. Similiter in Græco, paucis mutatis, nempe αὐτὸς ἐξῆρε, *ipſe ſuſtulit*, pro *deſtruxit*; exinde τὰς στήλας, *ſtatuas*, loco *omnia ſimulachra*, (Mſ. Alex. præponit πάσας;) dein pro *abſcidit*, ſic, ἐξωλόθρευσε, *exterminavit*, mel. in Compl. ἐξέκοψεν, uti mox ξυνέκοψε, pro *comminuit*, quod abeſt à Mſ. Vatic. & al. demum loco *cui filii Iſraël..... ſacrificabant*, ita: ὅτι ἕως τῶν ἡμερῶν ἐκείνων ἦσαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ θυμιῶντες αὐτῷ· *quia uſque ad dies illos erant filii Iſraël adolentes ei.* Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. p. 525. c. *Iſte abſtulit excelſa, & contrivit ſtatuas, & incendit lucum, contrivitque ſerpentem aneum, quem fecerat Moyſes.*

℣. 5. Ita Græcè, detractis his vocibus, *hic*, & *quiſquam*. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. p. 525. c. legit: *In Domino Deo Iſraël confiſus eſt: & poſt ipſum non fuit ſimilis ei in cunctis regibus Juda, qui fuerunt ante eum.*

℣. 6. Similiter in Græco, his exceptis, οὐκ, pro *nec*, & ὄπισθεν αὐτοῦ, *retro ipſius*, pro *ab ipſo*, in Compl. ἀπὸ ὄπισθεν. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. p. 525. c. legit: *Adhæſit Domino, & non receſſit ab eo, & cuſtodivit mandata ejus, quæ præcepit Dominus Moyſi.*

℣. 7. Græcè: Καὶ ἦν Κύριος μετ' αὐτοῦ, ἐν πᾶσιν, οἷς ἐποίει, ξυνῆκε, &c. Fac. Herm. l. 6. p. 573. e. legit: *Et erat Dominus cum ipſo in omnibus.*

℣. 8. Græc. loco *Philiſthiim*, hab. τοὺς ἀλλοφύλους, *alie-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. usque ad terminos ejus, à turre custodum usque ad urbes munitas.

VULGATA NOVA.

& omnes terminos eorum, à turre custodum usque ad civitatem munitam.

VULGATA NOVA.

9. Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat annus septimus Osee filii Ela regis Israël, ascendit Salmanasar rex Assyriorum in Samariam, & oppugnavit eam,

Sup. 17. 6. Tob. 1. 2.

10. & cepit. Nam post annos tres, anno sexto Ezechiæ, id est nono anno Osee regis Israël, capta est Samaria:

11. & transtulit rex Assyriorum Israël in Assyrios, collocavitque eos in Hala & in Habor fluviis Gozan in civitatibus Medorum:

12. quia non audierunt vocem Domini Dei sui, sed prætergressi sunt pactum ejus: omnia, quæ præceperat Moyses servus Domini, non audierunt, neque fecerunt.

13. Anno quartodecimo regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib rex Assyriorum ad universas civitates Juda munitas: & cepit eas.

2. Par. 32. 1. Eccli. 48. 20. Isa. 36. 1.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. l. 2. contra Pelag. t. 4. 525. c.

14. Misit ad eum Ezechias in Lachis, dicens: Peccavi, recede à me: quodcunque jusseris, dabo. Imposuitque rex Assyriorum Ezechiæ trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri.

15. Et dedit Ezechias omnem pecuniam, quæ inventa est in domo Domini, & in thesauris domus regis.

16. In tempore illo concîdit valvas templi Domini, & clypeos, quos deauraverat, & omnia dedit regi Assyriorum.

VULGATA NOVA.

14. Tunc misit Ezechias rex Juda nuncios ad regem Assyriorum in Lachis, dicens: Peccavi, recede à me: & omne, quod imposueris mihi, feram. Indixit itaque rex Assyriorum Ezechiæ regi Judæ trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri.

15. Deditque Ezechias omne argentum quod repertum fuerat in domo Domini, & in thesauris regis.

16. In tempore illo confregit Ezechias valvas templi Domini, & laminas auri, quas ipse affixerat, & dedit eas regi Assyriorum.

VULGATA NOVA.

17. Misit autem rex Assyriorum Tharthan, & Rabsaris, & Rabsacen, de Lachis ad regem Ezechiam, cum manu valida, Jerusalem: qui cùm ascendissent, venerunt Jerusalem, & steterunt juxta aquæductum piscinæ superioris, quæ est in via Agrifullonis.

18. Vocaveruntque regem: egressus est autem ad eos Eliacim filius Helciæ præpositus domus, & Sobna scriba, & Joahe filius Asaph à commentariis.

19. Dixitque ad eos Rabsaces: Loquimini Ezechiæ: Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum: Quæ est ista fiducia, qua niteris?

20. Forsitan inisti consilium, ut præpares te ad prælium. In quo confidis, ut audeas rebellare?

VERSIO ANTIQUA.

Idem in Isai. 10. t. 3. 96. d.

21. ecce confidis super baculum arundineum confractum, super Ægyptum, cui, si innixus fuerit homo, intrabit in manum ejus, & perforabit eam.....

VULGATA NOVA.

21. an speras in baculo arundineo atque confracto Ægypto, super quem, si incubuerit homo, comminutus ingredietur manum ejus, & perforabit eam? sic est Pharao rex Ægypti omnibus, qui confidunt in se.

VULGATA NOVA.

22. Quòd si dixeritis mihi: In Domino Deo nostro habemus fiduciam: nonne iste est, cujus abstulit Ezechias excelsa & altaria: & præcepit Judæ & Jerusalem: Ante altare hoc adorabitis in Jerusalem?

23. Nunc igitur transite ad dominum meum regem Assyriorum, & dabo vobis duo millia equorum, & videte an habere valeatis ascensores eorum.

24. Et quomodo potestis resistere ante unum satrapam de servis domini mei minimis? An fiduciam habes in Ægypto propter currus & equites?

25. Nunquid sine Domini voluntate ascendi ad locum istum, ut demolirer eum? Dominus dixit mihi: Ascende ad terram hanc, & demolire eam.

26. Dixerunt autem Eliacim filius Helciæ, & Sobna, & Joahe, Rabsaci: Precamur ut loquaris nobis servis tuis Syriacè: siquidem intelligimus hanc linguam: & non loquaris nobis Judaicè, audiente populo, qui est super murum.

27. Respondítque eis Rabsaces, dicens: Nunquid ad dominum tuum, & ad te misit me dominus meus, ut loquerer sermones hos, & non potiùs ad viros, qui sedent super murum, ut comedant stercora sua; & bibant urinam suam vobiscum?

28. Stetit itaque Rabsaces, & exclamavit voce magna Judaicè, & ait: Audite verba regis magni, regis Assyriorum.

29. Hæc dicit rex: Non vos seducat Ezechias: non enim poterit eruere vos de manu mea.

30. Neque fiduciam vobis tribuat super Dominum, dicens: Eruens liberabit nos Dominus, & non tradetur civitas hæc in manu regis Assyriorum.

31. Nolite audire Ezechiam. Hæc enim dicit rex Assyriorum: Facite mecum quod vobis est utile, & egredimini ad me: & comedet unusquisque de vinea sua, & de ficu sua; & bibetis aquas de cisternis vestris:

32. donec veniam, & transferam vos in terram, quæ similis est terræ vestræ, in terram fructiferam, & fertilem vini, terram panis & vinearum, terram olivarum, & olei ac mellis, & vivetis, & non moriemini. Nolite audire Ezechiam, qui vos decipit, dicens: Dominus liberabit nos.

33. Nunquid liberaverunt dii gentium terram suam de manu regis Assyriorum?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

nigenas, paulòque post ἕως ὁρίων, *usque ad terminum*; & in fine ἐν ἕως πόλεως ὀχυρᾶς, & *usque ad civitatem munitam*; cætera ut in Lat. sup.

℣. 14. Gr. Καὶ ἀπέστειλεν Ἐζεκίας βασιλεὺς Ἰούδα ἀγγέλους πρὸς βασιλέα Ασσυρίων εἰς Λαχίς, λέγων· Ἡμάρτηκα, ἀποστράφηθι ἀπ' ἐμοῦ· ὃ ἐὰν ἐπιθῇς ἐπ' ἐμὲ, βαστάσω. Καὶ ἐπέθηκεν ὁ βασιλεὺς Ασσυρίων ἐπὶ Ἐζεκίαν βασιλέα Ἰούδα τετρακόσια, &c. ut in textu.

℣. 15. Itidem Græcè.

℣. 16. Gr. Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ συνέκοψεν Ἐζεκίας τὰς θύρας ναοῦ, ἃ τὰ ἐσηργμένα, ἃ ἐχρύσωσεν Ἐζεκίας ὁ βασιλεὺς Ἰούδα, καὶ ἔδωκεν αὐτὰ βασιλεῖ Ασσυρίων.

℣. 21. Gr. Νῦν ἰδοὺ πέποιθας σαυτῷ ἐπὶ τὴν ῥάβδον τὴν καλαμίνην τὴν τεθλασμένην ταύτην, ἐπ' Αἴγυπτον, ὃς ἂν στηριχθῇ (editt. Ald. & Compl. ἐπιστηριχθῇ) ἀνὴρ ἐπ' αὐτὴν, καὶ εἰσελεύσεται εἰς τὴν, &c. ut sup.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Sup. 17. 24. inf. 19. 13. 34. Ubi eſt Deus Emath, & Arphad? ubi eſt Deus Sepharvaim, Ana, & Ava? nunquid liberaverunt Samariam de manu mea?

VULGATA NOVA.

35. Quinam illi ſunt in univerſis diis terrarum, qui eruerunt regionem ſuam de manu mea, ut poſſit eruere Dominus Jeruſalem de manu mea?

VERSIO ANTIQUA.

35. Quis deorum gentium iſtarum liberabit terram ſuam de manu mea, quoniam liberabit Dominus Deus tuus Hieruſalem de manu mea? *Ambr. l. 1. de Caïn & Ab. c. 9. t. 1. p. 199. e.*

VULGATA NOVA.

36. Tacuit itaque populus, & non reſpondit ei quidquam: ſiquidem præceptum regis acceperant, ut non reſponderent ei.

37. Venitque Eliacim filius Helciæ, præpoſitus domus, & Sobna ſcriba, & Joahe filius Aſaph à commentariis, ad Ezechiam, ſciſſis veſtibus, & nunciaverunt ei verba Rabſacis.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 35. Ita in Græco, præter priora, Τίς ἐν πᾶσι τοῖς θεοῖς τῶν γαιῶν οἳ ἐξείλαντο τὰς γᾶς αὐτῶν, *Quis in omnibus diis terrarum, qui eruerint terras ſuas:* in edit. tamen Compl. ὃς ἐξείλατο τὴν γῆν αὐτοῦ· exinde in Vatic. Gr. deeſt *Deus tuus.*

CAPUT XIX.

VULGATA NOVA.

Iſa. 37. 1. 2. 1. QUæ cùm audiſſet Ezechias rex, ſcidit veſtimenta ſua, & opertus eſt ſacco, ingreſſuſque eſt domum Domini.

2. Et miſit Eliacim præpoſitum domus, & Sobnam ſcribam, & ſenes de ſacerdotibus, opertos ſaccis, ad Iſaiam prophetam filium Amos.

3. Qui dixerunt: Hæc dicit Ezechias: Dies tribulationis, & increpationis, & blaſphemiæ, dies iſte: venerunt filii uſque ad partum, & vires non habet parturiens.

4. Si fortè audiat Dominus Deus tuus univerſa verba Rabſacis, quem miſit rex Aſſyriorum dominus ſuus, ut exprobraret Deum viventem, & argueret verbis, quæ audivit Dominus Deus tuus: & fac orationem pro reliquiis, quæ repertæ ſunt.

5. Venerunt ergo ſervi regis Ezechiæ ad Iſaiam.

6. Dixitque eis Iſaias: Hæc dicetis domino veſtro: Hæc dicit Dominus: Noli timere à facie ſermonum, quos audiſti, quibus blaſphemaverunt pueri regis Aſſyriorum me.

7. Ecce, ego immittam ei ſpiritum, & audiet nuncium, & revertetur in terram ſuam, & dejiciam eum gladio in terra ſua.

VULGATA NOVA.

8. Reverſus eſt ergo Rabſaces, & invenit regem Aſſyriorum expugnantem Lobnam: audierat enim quòd receſſiſſet de Lachis.

9. Cùmque audiſſet de Tharaca rege Æthiopiæ, dicentes: Ecce, egreſſus eſt ut pugnet adversùm te: & iret contra eum, miſit nuncios ad Ezechiam, dicens:

VERSIO ANTIQUA.

8. Reverſus autem Rapſaces, invenit regem Aſſyriorum præliantem adversùs Lobnam: audierat enim quia profectus eſſet de Lachis. *Hieron. in Iſai. 20. 133. c.*

9. Et audivit de Tharaca rege Æthiopiæ, dicentes: Egreſſus eſt ut pugnet contra te.....

VULGATA NOVA.

10. Hæc dicite Ezechiæ regi Juda: Non te ſeducat Deus tuus, in quo habes fiduciam: neque dicas: Non tradetur Jeruſalem in manus regis Aſſyriorum.

11. Tu enim ipſe audiſti quæ fecerunt reges Aſſyriorum univerſis terris, quomodo vaſtaverunt eas: num ergo ſolus poteris liberari?

12. Nunquid liberaverunt dii gentium ſingulos, quos vaſtaverunt patres mei, Gozan videlicet, & Haran, & Reſeph, & filios Eden, qui erant in Thelaſſar?

13. Ubi eſt rex Emath, & rex Arphad, & rex civitatis Sepharvaim, Ana, & Ava?

14. Itaque cùm accepiſſet Ezechias litteras de manu nunciorum, & legiſſet eas, aſcendit in domum Domini, & expandit eas coram Domino,

15. & oravit in conſpectu ejus, dicens: Domine Deus Iſraël, qui ſedes ſuper cherubim, tu es Deus ſolus regum omnium terræ: tu feciſti cœlum & terram.

16. Inclina aurem tuam, & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide: audi omnia verba Sennacherib, qui miſit ut exprobraret nobis Deum viventem.

17. Verè Domine diſſipaverunt reges Aſſyriorum gentes, & terras omnium.

18. Et miſerunt deos eorum in ignem: non enim erant dii, ſed opera manuum hominum ex ligno & lapide, & perdiderunt eos.

VULGATA NOVA.

19. Nunc igitur Domine Deus noſter, ſalvos nos fac de manu ejus, ut ſciant omnia regna terræ, quia tu es Dominus Deus ſolus.

VERSIO ANTIQUA.

19..... ut ſciant omnes, quia tu es Deus ſolus. *Novat. de Trinit. 1052. b.*

VULGATA NOVA.

20. Miſit autem Iſaias filius Amos ad Ezechiam, dicens: Hæc dicit Dominus Deus Iſraël: Quæ deprecatus es me ſuper Sennacherib rege Aſſyriorum, audivi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. Similiter in Græco, niſi quòd loco *Reverſus autem..... invenit*, eſt Καὶ ἐπέστρεψε..... καὶ εὗρε, *Et reverſit..... & invenit:* item ὅτι ἤκουσε, *quia audivit*, pro *audierat enim*, ut & ἀπῆρε, *promovit*, vel *promoverat*, loco *profectus eſſet*, quæ idem ſonant.

℣. 9. Gr. habet Αἰθιόπων, *Æthiopum*, loco *Æthiopiæ*, & λέγων, *dicens*, loco *dicentes*; mox ita, Ἰδοὺ, ἐξῆλθε πολεμεῖν μετὰ σοῦ, *Ecce, exivit bellare tecum:* at in edit. Compl. eſt λεγόντων, paulòque poſt, τοῦ πολεμῆσαί σε, ut in Lat. ſup.

℣. 19. Græcè, Κύριος, loco *es*, & pro *ut ſciant omnes*, ſic, καὶ γνώσονται πᾶσαι αἱ βασιλεῖαι τῆς γῆς, *& cognoſcent omnia regna terræ*; in Compl. γνώτωσαν.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

21. Iſte eſt ſermo, quem locutus eſt Dominus de eo: Sprevit te, & ſubſannavit te, virgo filia Sion: poſt tergum tuum caput movit, filia Jeruſalem.

22. Cui exprobraſti, & quem blaſphemaſti? contra quem exaltaſti vocem tuam, & elevaſti in excelſum oculos tuos? contra ſanctum Iſraël.

23. Per manum ſervorum tuorum exprobraſti Domino, & dixiſti: In multitudine curruum meorum aſcendi excelſa montium in ſummitate Libani, & ſuccidi ſublimes cedros ejus, & electas abietes illius. Et ingreſſus ſum uſque ad terminos ejus, & ſaltum Carmeli ejus

24. ego ſuccidi. Et bibi aquas alienas, & ſiccavi veſtigiis pedum meorum omnes aquas clauſas.

25. Nunquid non audiſti quid ab initio fecerim? Ex diebus antiquis plaſmavi illud, & nunc adduxi: eruntque in ruinam collium pugnantium civitates munitæ.

26. Et qui ſedent in eis, humiles manu, contremuerunt & confuſi ſunt, facti ſunt velut fœnum agri, & virens herba tectorum, quæ arefacta eſt antequam veniret ad maturitatem.

27. Habitaculum tuum, & egreſſum tuum, & introitum tuum, & viam tuam ego præſcivi, & furorem tuum contra me.

28. Inſaniſti in me, & ſuperbia tua aſcendit in aures meas: ponam itaque circulum in naribus tuis, & camum in labiis tuis, & reducam te in viam, per quam veniſti.

29. Tibi autem Ezechia hoc erit ſignum: Comede hoc anno quæ repereris: in ſecundo autem anno, quæ ſponte naſcuntur: porro in tertio anno ſeminate & metite: plantate vineas, & comedite fructum earum. *Iſa. 37. 30.*

30. Et quodcunque reliquum fuerit de domo Juda, mittet radicem deorſum, & faciet fructum ſurſum.

31. De Jeruſalem quippe egredientur reliquiæ, & quod ſalvetur de monte Sion: zelus Domini exercituum faciet hoc.

32. Quamobrem hæc dicit Dominus de rege Aſſyriorum: Non ingredietur urbem hanc, nec mittet in eam ſagittam, nec occupabit eam clypeus, nec circumdabit eam munitio.

33. Per viam, qua venit, revertetur: & civitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus.

34. Protegamque urbem hanc, & ſalvabo eam propter me, & propter David ſervum meum.

VERSIO ANTIQUA.

VULGATA NOVA.

Hieron. in Iſai. 17. t. 3. 125. b.

35..... egreſſus eſt angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia. Et ſurrexerunt manè, & ecce omnes, cadavera mortuorum: & egreſſus eſt, & abiit,

35. Factum eſt igitur in nocte illa, venit angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia. Cùmque diluculo ſurrexiſſet, vidit omnia corpora mortuorum: & recedens abiit, *Tob. 1. 21. Eccli. 48. 24. Iſa. 37. 36.*

36. & reverſus eſt Sennacherib rex Aſſyriorum, & habitavit in Ninive.

36. & reverſus eſt Sennacherib rex Aſſyriorum, & manſit in Ninive. *1. Mac. 7. 41. 2. Mac. 8. 19.*

VULGATA NOVA.

Tob. 1. 24.

37. Cùmque adoraret in templo Neſroch deum ſuum, Adramelech & Saraſar filii ejus percuſſerunt eum gladio, fugeruntque in terram Armeniorum, & regnavit Aſarhaddon filius ejus pro eo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 35. Ita Græcè legitur, verbum pro verbo, niſi excipias ſeqq. Σώματα νεκρὰ, *corpora mortua*, loco *cadavera mortuorum*, & in fine ἀπῆρε, καὶ ἐπορεύθη, *promovit, & ivit*, loco *egreſſus eſt, & abiit.*

℣. 36. Similiter in Græco, niſi quòd ſcriptum eſt Σενναχηρίμ, pro *Sennacherib.*

CAPUT XX.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. l. 2. contra Pelag. t. 4. p. 525. e.

1..... ægrotavit Ezechias uſque ad mortem: venitque ad eum Iſaias filius Amos, dicens: Præcipe domui tuæ: quia morieris tu.

2. Qui convertit faciem ſuam ad parietem, & oravit ad Dominum, dicens:

3. Obſecro Domine, memento quomodo ambulaverim in conſpectu tuo in veritate, & corde perfecto, & bonum in oculis tuis fecerim. Flevitque Ezechias fletu magno.

Ibid. p. 526. a.

4. Cùmque flevisſet, factus eſt ſermo Domini ad Iſaiam prophetam, dicens:

5. Revertere, & dic Ezechiæ duci meo: Hæc

VULGATA NOVA.

1. IN diebus illis ægrotavit Ezechias uſque ad mortem: & venit ad eum Iſaias filius Amos, propheta, dixitque ei: Hæc dicit Dominus Deus: Præcipe domui tuæ: morieris enim tu, & non vives. *2. Par. 32. 24. Iſa. 38. 1.*

2. Qui convertit faciem ſuam ad parietem, & oravit Dominum, dicens:

3. Obſecro Domine, memento quæſo quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum eſt coram te, fecerim. Flevit itaque Ezechias fletu magno.

4. Et antequam egrederetur Iſaias mediam partem atrii, factus eſt ſermo Domini ad eum, dicens:

5. Revertere, & dic Ezechiæ duci populi

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. ad Vulg. magis accedit, detracta voce *Deus*, ſicut *enim*, poſt *morieris*, pro quo ult. ἀποθνήσκεις, *moreris*. Eò ſpectant quæ narrat Auct. op. imp. in Matth. hom. 1. p. 21. a. *Cùm ægrotaſſet Ezechias in tempore quodam, & veniſſet ad eum Eſaias propheta viſitandum, vocavit Ezechias filium ſuum Manaſſen, & cœpit ei mandare, quòd debeat Deum timere, quomodo regere regnum, & alia multa. Et dixit ad eum Eſaias: Verè quia non deſcendunt verba tua in cor ejus, ſed & meipſum oportet per manum ejus interfici. Quod audiens Ezechias, volebat filium ſuum interficere, dicens: Quia melius eſt me ſine filio mori, quàm talem filium relinquere, qui & Deum exaſperet, & ſanctos ejus perſequatur. Tenuit autem eum vix Eſaias propheta, dicens: Irritum faciat Deus conſilium tuum hoc, videns Ezechiæ religionem; quia plus amabat Deum, quàm filium ſuum.* Unde autem petita, vel diſtracta fuerit hæc narratiuncula, me fugit: vix enim quidquam de his invenitur vel in Vulgata, vel in Græco, cùm eò loci, tum l. 2. Paralip. c. 32. ℣. 24. aut etiam Iſaiæ, 38. 1.

℣. 2. Gr. Καὶ ἀπέστρεψεν Ἐζεκίας πρὸς τὸν τοῖχον ᾠ, &c. ut in Lat. ſupra.

℣. 3. Gr. Κύριε, μνήσθητι δὴ ὅσα πεπολιτεύσα, &c. ut ſup. excepto uno πλήρει, *pleno*, pro *perfecto*. Auct. l. de promiſſ. p. 2. col. 159. d. legit: *Memento Domine, quomodo ambulaverim in via tua.*

℣. 4. Gr. Καὶ ἦν Ἡσαΐας ἐν τῇ αὐλῇ τῇ μέσῃ ᾠ ῥῆμα Κυρίου ἐγένετο πρὸς αὐτὸν, λέγων· *Et erat Eſaias in atrio medio: & verbum Domini factum eſt ad eum, dicens.*

℣. 5. Gr. Ἐπίστρεψον, καὶ ἐρεῖς πρὸς Ἐζεκίαν τὸν ἡγούμενον τοῦ λαοῦ μου, &c. ut in textu, detracto καὶ, ante *vidi.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

mei: Hæc dicit Dominus Deus David patris tui: Audivi orationem tuam, & vidi lacrymas tuas: & ecce ſanavi te, die tertio aſcendes templum Domini.

6. Et addam diebus tuis quindecim annos: ſed & de manu regis Aſſyriorum liberabo te, & civitatem hanc, & protegam urbem iſtam propter me, & propter David ſervum meum.

VERSIO ANTIQUA.

dicit Dominus Deus David patris tui: Audivi orationem tuam, & vidi lacrymas tuas..... *Hieron. ubi ſup.*

6..... ego cuſtodiam civitatem hanc propter me, & propter David ſervum meum. *Ibid. p. 525. f.*

VULGATA NOVA.

7. Dixitque Iſaias: Afferte maſſam ficorum. Quam cùm attuliſſent, & poſuiſſent ſuper ulcus ejus, curatus eſt.

8. Dixerat autem Ezechias ad Iſaiam: Quod erit ſignum, quia Dominus me ſanabit, & quia aſcenſurus ſum die tertia templum Domini?

9. Cui ait Iſaias: Hoc erit ſignum à Domino, quòd facturus ſit Dominus ſermonem, quem locutus eſt: Vis ut aſcendat umbra decem lineis, an ut revertatur totidem gradibus?

10. Et ait Ezechias: Facile eſt, umbram creſcere decem lineis: nec hoc volo ut fiat, ſed ut revertatur retrorſum decem gradibus.

11. Invocavit itaque Iſaias propheta Dominum, & reduxit umbram per lineas, quibus jam deſcenderat in horologio Achaz, retrorſum decem gradibus.

12. In tempore illo miſit Berodach Baladan, filius Baladan, rex Babyloniorum, litteras & munera ad Ezechiam: audierat enim quòd ægrotaſſet Ezechias. *Iſa. 39. 1.*

VULGATA NOVA.

13. Lætatus eſt autem in adventu eorum Ezechias, & oſtendit eis domum aromatum, & aurum & argentum, & pigmenta varia, unguenta quoque, & domum vaſorum ſuorum, & omnia quæ habere poterat in theſauris ſuis. Non fuit quod non monſtraret eis Ezechias in domo ſua, & in omni poteſtate ſua.

VERSIO ANTIQUA.

13..... Non fuit res quam non oſtenderet eis Ezechias in domo Domini, & in omni poteſtate ſua. *Hieron. ubi ſup.*

VULGATA NOVA.

14. Venit autem Iſaias propheta ad regem Ezechiam, dixitque ei: Quid dixerunt viri iſti? aut unde venerunt ad te? Cui ait Ezechias: De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone.

15. At ille reſpondit: Quid viderunt in domo tua? Ait Ezechias: Omnia quæcunque ſunt in domo mea, viderunt: nihil eſt quod non monſtraverim eis in theſauris meis.

16. Dixit itaque Iſaias Ezechiæ: Audi ſermonem Domini:

17. Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ ſunt in domo tua, & quæ condiderunt patres tui uſque in diem hanc, in Babylonem: non remanebit quidquam, ait Dominus.

VULGATA NOVA.

18. Sed & de filiis tuis qui egredientur ex te, quos genueris, tollentur, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis.

19. Dixit Ezechias ad Iſaiam: Bonus ſermo Domini, quem locutus es: ſit pax & veritas in diebus meis.

20. Reliqua autem ſermonum Ezechiæ, & omnis fortitudo ejus, & quomodo fecerit piſcinam, & aquæductum, & introduxerit aquas in civitatem, nonne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Juda?

21. Dormivitque Ezechias cum patribus ſuis, & regnavit Manaſſes filius ejus pro eo.

VERSIO ANTIQUA.

18. Et de filiis tuis qui naſcentur ex te, tollent, & facient eunuchos in domo regis..... *Hieron. l. 1. cont. Jovin. t. 4. p. 2. 166. f.*

19..... Bonum verbum, quod locutus eſt Dominus: fiat pax & fides in diebus meis. *Ambr. de Jac. l. 1. c. 8. 456. c. t. 1.*

21. Et dormivit Ezechias cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in civitate David, & regnavit Manaſſes filius ejus pro eo. *Lucif. Cal. l. 1. de reg. apoſt. 218. f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Græc. ὑπερασπιῶ ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης δι' ἐμὲ, καὶ διὰ Δαυὶδ τὸν δοῦλόν μου.

℣. 13. Gr. Οὐκ ἦν λόγος ὃν οὐκ ἔδειξεν, &c. ut in Vulg.

℣. 18. Gr. Καὶ οἱ υἱοὶ σου οἱ ἐξελεύσονται ἐκ σοῦ, οὓς γεννήσεις, λήψεται, καὶ ἔσονται εὐνοῦχοι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ βασιλέως Βαβυλῶνος. *Et filii tui qui egredientur ex te, quos generabis, capientur*, &c. ut in Vulg.

℣. 19. Sic eſt in Græco, addita voce Κυρίου, *Domini*, poſt *verbum*, loco ſeq. *Dominus*, quæ deeſt: item pro *fiat*, ἔσω, *ſit*, in Compl. γενέσθω; in Mſ. Alex. habetur ἀλήθεια, *veritas*, loco *fides*, in al. vox utraque deeſt.

℣. 21. Ad verbum è Græco, exceptis his, & *ſepultus eſt in civitate David*, quæ abſunt, præterquam ab edit. Compl. ubi καὶ ἐτάφη ἐν τῇ πόλει Δαυίδ.

CAPUT XXI.

VULGATA NOVA.

2. Par. 33. 1. DUodecim annorum erat Manaſſes cùm regnare cœpiſſet, & quinquaginta quinque annis regnavit in Jeruſalem: nomen matris ejus Haphſiba.

VERSIO ANTIQUA.

1. CUm eſſet rex ſedecim annorum Manaſſes cùm regnaret, & quinquaginta ſeptem annis regnavit in Jeruſalem: & nomen erat matris ejus Ebſibas. *Lucif. Cal. ubi ſup.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. In Græco ſimpliciter υἱὸς, *filius*, loco *cùm eſſet rex*, & δώδεκα, *duodecim*, pro *ſedecim*; item πέντε ἔτη, *quinque annos*, pro *ſeptem annis*, deleto verbo *erat*, ante vocem *matris*, pro qua τῇ μητρὶ, *matri*, ſicut Ἀψιβὰ, pro *Ebſibas*; in Compl. τῆς μητρὸς αὐτοῦ Ἐψιβά. Vide Auct. l. de promiſſ. apud Proſp. p. 160. b.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi sup. g. 1.

2. Et fecit quod malignum est ante conspectum Domini, secundùm abominationes gentium, quas ejecit Dominus à facie filiorum Israël.

3. Et ædificavit excelsa, quæ destruxerat Ezechias pater ipsius: & ædificavit sacrarium Baal, & fecit lucos sicut fecit Achab rex Israël, & adoravit omnem militiam cœli, & servivit illis.

4..... *Vide Not. ad ℣. seq.*

5. Et ædificavit sacrarium in duabus ædibus domûs Domini.

6. Et induxit filios suos in ignem: & augurabatur, & fecit pythones, & divinos multos, ut faceret quod malignum est in oculis animæ suæ, ut exacerbaret Dominum Deum.

7. Et fecit sculptilia lucorum, quæ fecit in domo, quam dixit Dominus ad David, & ad Salomonem filium ejus, In domo ista, & in Jerusalem, quam elegi ex omnibus tribubus Israël, ponere nomen meum in æternum.

8. Et non apponam pedem in Israël movere à terra, quam dedi: sed si audierint me per omnia quæ mandavi eis, & secundùm legem, quam mandavit eis puer meus Moyses.

9. Et non audierunt: & quoniam validè aspernatus est Manasses, & seduxit eos Manasses, ut facerent quod malignum est, super omnes gentes, quas abstulit Dominus à facie Israël.

10. Et locutus est Dominus in manu puerorum suorum prophetarum:

11. Quæ fecit Manasses rex Juda simulacra, secundùm omnia quæ fecit Amorrhæus, qui erat ante faciem ejus, & peccare fecit Juda in idolis suis:

12. propter hoc hæc dicit Dominus Deus Israël: Ecce ego adduco mala in Jerusalem & in Juda: omnes qui audierint hæc, tinnibunt aures eorum utræque.

13. Et extendam in Jerusalem mensuram Sa-

VULGATA NOVA.

2. Fecitque malum in conspectu Domini, juxta idola gentium, quas delevit Dominus à facie filiorum Israël.

3. Conversusque est, & ædificavit excelsa, quæ dissipaverat Ezechias pater ejus: & erexit aras Baal, & fecit lucos sicut fecerat Achab rex Israël, & adoravit omnem militiam cœli, & coluit eam. 2. Par. 33. 3.

4. Extruxitque aras in domo Domini, de qua dixit Dominus: In Jerusalem ponam nomen meum. 2. Reg. 7. 10.

5. Et extruxit altaria universæ militiæ cœli in duobus atriis templi Domini.

6. Et traduxit filium suum per ignem: & ariolatus est, & observavit auguria, & fecit pythones, & aruspices multiplicavit, ut faceret malum coram Domino, & irritaret eum.

7. Posuit quoque idolum luci, quem fecerat, in templo Domini; super quod locutus est Dominus ad David, & ad Salomonem filium ejus: In templo hoc, & in Jerusalem, quam elegi de cunctis tribubus Israël, ponam nomen meum in sempiternum. 2. Reg. 7. 26. 3. Reg. 8. 16. & 9. 3.

8. Et ultra non faciam commoveri pedem Israël de terra, quam dedi patribus eorum: si tamen custodierint opera omnia quæ præcepi eis, & universam legem, quam mandavit eis servus meus Moyses.

9. Illi verò non audierunt: sed seducti sunt à Manasse, ut facerent malum, super gentes, quas contrivit Dominus à facie filiorum Israël.

10. Locutusque est Dominus in manu servorum suorum prophetarum, dicens:

11. Quia fecit Manasses rex Juda abominationes istas pessimas, super omnia quæ fecerunt Amorrhæi ante eum, & peccare fecit etiam Judam in immunditiis suis: Jer. 15. 4.

12. propterea hæc dicit Dominus Deus Israël: Ecce ego inducam mala super Jerusalem & Judam: ut quicunque audierit, tinniant ambæ aures ejus.

13. Et extendam super Jerusalem funiculum

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Vix meliùs è Græco, nisi quòd deest *est*, post *malignum*, & pro *ante conspectum*, habetur ἐν ὀφθαλμοῖς, *in oculis*; at in Compl. ἐνώπιον, ut & pro *ejecit*, ἐξῆρε, *sustulit*, quod etiam legitur in aliis. Vide Auct. op. imp. in Matth. hom. 1. p. 21. b. seqq.

℣. 3. Ipso initio Græc. habet Καὶ ἐπέστρεψε, & *revertit*, deinde ᾠκοδόμησε, &c. ut sup. hoc excepto, ἀνέστησε θυσιαστήριον, *erexit altare*, pro *ædificavit sacrarium*.

℣. 5. Ita Lucifer subjungit proximè, omisso ℣. 4. integro; qui tamen sic habetur Græcè: Καὶ ᾠκοδόμησε θυσιαστήριον ἐν οἴκῳ Κυρίου, ὡς εἶπεν· Ἐν Ἰερουσαλὴμ θήσω τὸ ὄνομά μου. *Et ædificavit altare in domo Domini, sicut dixit: In Jerusalem ponam nomen meum.* Deinde sic: Καὶ ᾠκοδόμησε θυσιαστήριον πάσῃ τῇ δυνάμει τοῦ οὐρανοῦ ἐν, &c. *Et ædificavit altare omni militiæ cœli in*, &c. ut sup.

℣. 6. Græcè variant multa, nempe seqq. διῆγε..... ἐν πυρὶ, *traduxit..... in igne*, loco *induxit..... in ignem*; mox ita, ᾐ ἐκλήδονίζετο, ᾐ οἰωνίζετο, & *ariolabatur*, & *augurabatur*; exinde loco *pythones*, & *divinos multos*, &c. sic, τεμένη, ᾐ γνώσας ἐπλήθυνε τοῦ ποιεῖν, *delubra*, & *gnostas multiplicavit faciendo*, demto seq. *est*; in Compl. ποιῆσαι: denique loco *animæ suæ*, habetur Κυρίου, *Domini*, ut & παροργίσαι αὐτὸν, *ad irritandum eum*, loco *ut exacerbaret Dominum Deum*.

℣. 7. Græcè, nil dissimile, præter seqq. eaque levissima, Καὶ ἔθηκε τὸ γλυπτὸν τοῦ ἄλσους, *Et posuit sculptile luci*, loco *Et fecit sculptilia lucorum*, detracto seq. *quæ fecit*, positoque ᾧ, *qua*, pro *quam*, ultimòque, ᾐ θήσω..... εἰς τὸν αἰῶνα, & *ponam..... in sæculum*, loco *ponere..... in æternum*; in Compl. θεῖναι.

℣. 8. Græc. habet τοῦ ζαλεῦσαι τὸν πόδα Ἰσραὴλ, *commovere pedem Israël*, loco *pedem in Israël movere*, addit-que hoc, τοῖς πατράσιν αὐτῶν, *patribus eorum*, ad verbum *dedi*; deinde loco *sed si audierint me*, & seqq. sic: οἵτινες φυλάξουσι πάντα ὅσα ἐνετειλάμην, κατὰ πᾶσαν τὴν ἐντολὴν, ἣν ἐνετείλατο αὐτοῖς ὁ δοῦλός μου Μωυσῆς· *qui modo custodient omnia quæcunque mandavi, secundùm omne mandatum, quod mandavit eis servus meus Moyses.* At in ed. Compl. ita: πλὴν ἐὰν φυλάξωνται, τοῦ ποιεῖν κατὰ πάντα ἃ ἐνετειλάμην αὐτοῖς, κατὰ πάντα τὸν νόμον, ὃν ἐνετείλατο αὐτοῖς ὁ παῖς, &c. ut sup.

℣. 9. Edit. Lucif. hab. *Et non audierint*, sed aperto mendo, quod correximus è Gr. ἤκουσαν: ab eodem autem Gr. absunt ista, & *quoniam validè aspernatus est Manasses*; item infra ad vocem *malignum*, additur ἐν ὀφθαλμοῖς Κυρίου, *in oculis Domini*, absque verbo *est*, nec non voce *omnes*, post *super*; loco verò *abstulit*, sic, ἀφάνισε, *delevit*, & pro *Israël*, υἱῶν Ἰσραήλ, *filiorum Israël*.

℣. 10. Ita in Græco, excepta voce δούλων, *servorum*, loco *puerorum*; in edit. Compl. παίδων; extremò constanter additur λέγων, *dicens*, post vocem *prophetarum*.

℣. 11. In fronte loco *quæ*, Gr. habet Ἀνθ' ὧν ὅσα, *Pro iis quæcunque*; exinde loco *simulacra*, sic, τὰ βδελύγματα ταῦτα τὰ πονηρὰ, *abominationes has malas*, ut & ἀπὸ πάντων, *ab omnibus*, loco *secundùm omnia*; at in edit. Compl. κατὰ πάντα ὅσα· demum pro *qui erat ante faciem ejus*, simpliciter ὁ ἔμπροσθεν, *qui ante*, & pro *Juda*, καί γε τὸν Ἰούδαν, *etiam Judam*.

℣. 12. Græc. hab. ipso initio οὐχ ὕτως, *non sic*, loco *propter hoc*; item infra pro *adduco*, φέρω, *porto*, paulòque post ἐπὶ, *super*, pro *in*, & Ἰούδαν, pro *in Juda*; loco verò seqq. *omnes..... utræque*, sic, ὥστε πάντος ἀκούοντος ἠχήσει ἀμφότερα τὰ ὦτα αὐτοῦ, *ita ut omnis audientis tinnituræ sint ambæ aures ejus.*

℣. 13. Hoc unum à Græco differt, nempe sub finem,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Samariæ, & pondus domus Achab : & delebo Jeruſalem, ſicut deleri ſolent tabulæ : & delens vertam, & ducam crebriùs ſtylum ſuper faciem ejus.

14. Dimittam verò reliquias hæreditatis meæ, & tradam eas in manus inimicorum ejus : eruntque in vaſtitatem, & in rapinam cunctis adverſariis ſuis :

15. eò quòd fecerint malum coram me, & perſeveraverint irritantes me, ex die qua egreſſi ſunt patres eorum ex Ægypto, uſque ad hanc diem.

Inf. 24. 4. 16. Inſuper & ſanguinem innoxium fudit Manaſſes multum nimis, donec impleret Jeruſalem uſque ad os : abſque peccatis ſuis, quibus peccare fecit Judam, ut faceret malum coram Domino.

17. Reliqua autem ſermonum Manaſſe, & univerſa quæ fecit, & peccatum ejus quod peccavit, nonne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Juda ?

18. Dormivitque Manaſſes cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in horto domus ſuæ, in horto Oza : & regnavit Amon filius ejus pro eo.

19. Viginti duorum annorum erat Amon cùm regnare cœpiſſet : duobus quoque annis regnavit in Jeruſalem : nomen matris ejus Meſſalemeth filia Harus de Jeteba.

VERSIO ANTIQUA.

mariæ, & pondus domûs Achab : & delebo Jeruſalem, quemadmodum deletur buxum de poſte, ante faciem ejus. *Lucif. Cal. ubi ſupr.*

14. Et dabo eos in manus inimicorum ipſius : & erunt in direptionem, & combuſtionem omnibus inimicis eorum :

15. quoniam projecti ſunt de poſt me, & erant deexacerbantes me, ex qua die exierunt patres eorum de terra Ægypti, uſque in hunc diem.

16. [17.] Et cætera verborum Manaſſe, & omnia quæ fecit, quemadmodum peccare fecit Iſraël, nonne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Juda ?

17. [16.] Et quemadmodum ſanguinem innocentium fudit multum valde, uſque dum impleret Jeruſalem ſuper os : extra peccatum, quod peccare fecit Juda, ut faceret quod malignum eſt in conſpectu Domini Dei.

18. Et dormivit Manaſſes cum patribus ſuis : & regnavit filius ejus pro eo.

19. Cùm eſſet annorum viginti duos Amos.....

VULGATA NOVA.

20. Fecitque malum in conſpectu Domini, ſicut fecerat Manaſſes pater ejus.

21. Et ambulavit in omni via, per quam ambulaverat pater ejus : ſervivitque immunditiis, quibus ſervierat pater ejus, & adoravit eas,

22. & dereliquit Dominum Deum patrum ſuorum, & non ambulavit in via Domini.

23. Tetenderuntque ei inſidias ſervi ſui, & interfecerunt regem in domo ſua.

24. Percuſſit autem populus terræ omnes, qui conjuraverant contra regem Amon : & conſtituerunt ſibi regem Joſiam filium ejus pro eo.

25. Reliqua autem ſermonum Amon quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Juda ?

26. Sepelieruntque eum in ſepulcro ſuo, in horto Oza : & regnavit Joſias filius ejus pro eo. 26..... *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

buxum de poſte ante, pro quo ſic, ὁ ἀλάβαστρος ἀπαλειφόμενος ἢ καλαστρέφεται ἐπὶ, Nobil. *alabaſtrum quod abſtergitur & convertitur ſuper*, &c. in edit. Compl. τὸ ξυλίον ἀπαλειφόμ..... ἀπὸ προσώπου, i. e. *tabella oblitterata*, ſeu *eraſa* ; enimverò antiquitus Scriptores in buxo elementa formabant ob materiæ firmitatem. Vide Cotel. not. in lib. 2. Conſtitut. Apoſt. c. 22. p. 148. d.

℣. 14. Hæc antecedunt Græcè : Καὶ ἀπεώσομαι τὸ ὑπόλειμμα τῆς κληρονομίας μου, *Et expellam reſiduum hæreditatis meæ*, quæ omittuntur à Lucif. reliqua quadrant præter ſeqq. παραδώσω, *tradam*, pro *dabo* ; item αὐτῶν, *ſuorum*, loco *ipſius*, & εἰς προνομὴν, *in prædam*, loco *combuſtionem* ; προνομὴ ad verbum, *pabulatio* eſt, ſeu *egreſſio pabuli cauſâ*, ſcilicet, *cùm pabulatum excurrunt milites*.

℣. 15. Pro his, *quoniam projecti ſunt de poſt me*, ita Græcè : ἀνθ' ὧν ὅσα ἐποίησαν τὸ πονηρὸν ἐν ὀφθαλμοῖς μου, *pro eo quòd fecerunt malum in oculis meis* ; exinde loco *deexacerbantes*, ſic, παροργίζοντες, *irritantes*, ut & pro *exierunt*, ἐξήγαγον, *eduxi*, & pro *terra Ægypti*, ſimpliciter ἐξ Αἰγύπτου, *ex Ægypto*.

℣℣. 17. 16. Ordo verſuum hîc invertitur apud Luciferum, poſtponiturque verſus 16. verſui 17. Nihilominus in Græco Vulgatæ ordo ſervatur : utcunque is fuerit, noſtrâ parvi refert, cùm nil detrahatur de rebus aut ſenſu. Luciferiana tamen diſpoſitio non parum arridet, hac enim ſemel admiſſa, orationis membra ſatis cohærent ; quinimo ibi eſt apta quædam continuatio ac ſeries verborum, ut unum ex alio ſequatur, omniaque inter ſe apta & colligata videantur. In Græco, his duobus verſibus pauca diſſimilia, nec magni ponderis, nempe ℣. 17. loco *quemadmodum peccare fecit Iſraël*, eſt καὶ ἡ ἁμαρτία αὐτοῦ ἣν ἥμαρτεν, & *peccatum ejus quod peccavit*, & infra τοῖς βασιλεῦσι, *regibus*, loco *regum*. Item ſequenti ℣. 16. variant iſta, initio ſcilicet, Καί γε αἷμα ἀθῷον ἐξέχεε Μανασσῆς, *Etiam ſanguinem innocentem effudit Manaſſes*, loco Et *quemadmodum ſanguinem innocentium fudit* : exinde ἕως οὗ ἔπλησε..... στόμα εἰς στόμα· πλὴν ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ, ὧν, &c. *quoadusque implevit..... os ad os : præter peccata ſua, quibus*, &c. loco *uſque dum impleret..... ſuper os : extra peccatum, quod*, &c. demum ſic, ἐν ὀφθαλμοῖς, *in oculis*, pro *in conſpectu*, detractis præced. vocibus, *quod*, & *eſt*, ut & ultimâ *Dei*.

℣. 18. Græc. poſt hoc, *patribus ſuis*, addit καὶ ἐτάφη ἐν τῷ κήπῳ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, ἐν κήπῳ Ὀζά, & *ſepultus eſt in horto domus ſuæ, in horto Oza*, ſicut Ἀμὼς, poſt *regnavit*, Mſ. Alex. Ἀμμών· cætera ut in Lat. ſup.

℣. 19. Gr. Υἱὸς εἴκοσι καὶ δύο ἐτῶν Ἀμώς, &c. *Filius viginti & duorum annorum Amos*, &c.

℣. 26. Ab his, *dormivitque cum patribus ſuis*, initium ducit hic ℣. 26. in Mſs. German. n. 7. & Corb. n. 3. abſunt autem ab Hebr. & Vulg. ſicut à Græco, in quo ſimpliciter, Καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν, &c.

Digitized by Google

CAPUT XXII.

Vulgata nova.

2. Par. 34. 1. 1. Octo annorum erat Josias cùm regnare cœpisset, triginta & uno anno regnavit in Jerusalem : nomen matris ejus Idida, filia Hadaia de Besecath.

Versio antiqua.

Lucif. Cal. de non parc. in De. del. 230. e. 2... Fecit quod rectum est ante conspectum Domini, & ambulavit in via patris sui David; & non declinavit dextrâ, aut sinistrâ.

Vulgata nova.

2. Fecitque quod placitum erat coram Domino, & ambulavit per omnes vias David patris sui : non declinavit ad dexteram, sive ad sinistram.

Vulgata nova.

3. Anno autem octavodecimo regis Josiæ, misit rex Saphan filium Aslia, filii Mesllulam, scribam templi Domini, dicens ei :

4. Vade ad Helciam sacerdotem magnum, ut confletur pecunia, quæ illata est in templum Domini, quam collegerunt janitores templi à populo,

5. deturque fabris per præpositos domus Domini : qui & distribuant eam his qui operantur in templo Domini, ad instauranda sartatecta templi :

6. tignariis videlicet & cæmentariis, & iis qui interrupta componunt : & ut emantur ligna, & lapides de lapicidinis, ad instaurandum templum Domini.

7. Veruntamen non supputetur eis argentum quod accipiunt, sed in potestate habeant, & in fide.

8. Dixit autem Helcias pontifex ad Saphan scribam : Librum legis reperi in domo Domini : deditque Helcias volumen Saphan, qui & legit illud. 2. Par. 34. 14.

9. Venit quoque Saphan scriba ad regem, & renuntiavit ei quod præceperat, & ait : Conflaverunt servi tui pecuniam, quæ reperta est in domo Domini : & dederunt ut distribueretur fabris à præfectis operum templi Domini.

10. Narravit quoque Saphan scriba regi, dicens : Librum dedit mihi Helcias sacerdos. Quem cùm legisset Saphan coram rege,

Versio antiqua.

Lucif. Cal. ubi sup. 11. Et factum est, cùm audisset rex verba libri legis, conscidit vestimenta sua.

12. Et mandavit rex Helciæ sacerdoti, & Alchinæ filio Josaphat, & Achiliæ filio Melchiæ, & Sapham scribæ, & Joas filio regis, dicens :

13. Quærite à Domino pro me, & pro omnibus Juda, de verbis libri hujus inventi : quoniam magna ira Domini accensa est in nobis : quoniam non audierunt patres nostri verba libri hujus, secundùm omnia scripta ut facerent.

14. Et abiit Helchias sacerdos, & Ahican, & Saphan, & Joas, ad Oldam prophetissam, uxorem Sellæ, filii Tacuellarum, vestis custodem, & ipsa habitabat in Jerusalem : & locuti sunt ad eam secundùm hæc.

15. Et dixit eis : Hæc dicit Dominus Deus Israël : Dicite viro, qui misit vos ad me :

16. Hæc dicit Dominus : Ecce, adducam mala super hunc locum, & super inhabitantes in eum, secundùm omnia verba libri hujus, quæ legit rex Juda :

17. pro quibus dereliquerunt me, & intende-

Vulgata nova.

11. & audisset rex verba libri legis Domini, scidit vestimenta sua.

12. Et præcepit Helciæ sacerdoti, & Ahicam filio Saphan, & Achobor filio Micha, & Saphan scribæ, & Asaiæ servo regis, dicens :

13. Ite & consulite Dominum super me, & super populo, & super omni Juda, de verbis voluminis istius, quod inventum est : magna enim ira Domini succensa est contra nos : quia non audierunt patres nostri verba libri hujus, ut facerent omne quod scriptum est nobis.

14. Ierunt itaque, Helcias sacerdos, & Ahicam, & Achobor, & Saphan, & Asaia, ad Holdam prophetidem, uxorem Sellum, filii Thecuæ, filii Araas custodis vestium, quæ habitabat in Jerusalem in Secunda : locutique sunt ad eam.

15. Et illa respondit eis : Hæc dicit Dominus Deus Israël : Dicite viro, qui misit vos ad me :

16. Hæc dicit Dominus : Ecce, ego adducam mala super locum istum, & super habitatores ejus, omnia verba legis quæ legit rex Juda :

17. quia dereliquerunt me, & sacrificaverunt

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 2. Græcè, deest *quod* initio, ut & seq. *est* ; dein pro *ante conspectum*, legitur ἐν ὀφθαλμοῖς, *in oculis* ; at in Compl. ἐνώπιον : exinde huic voci *via*, præponitur πάσῃ, *omni*, & pro *declinavit*, habetur ἀπέστη, *recessit*, detracto præced. ℣, & posito ἢ, pro *aut* ; at in Mſ. Alex. & Compl. ἤ. Vide Auct. l. de promiſſ. apud Prosp. p. 159. e. seq.

℣. 11. Lucif. præmittit ista : *Item infra, posteaquam domos reædificavit Domini, & sacerdos misisset legis librum ad regem* ; deinde quæ in Lat. sup. lisdem etiam Græcum consonat, nisi quòd hab. ὡς ἤκουσεν, *ut audivit*, loco *cùm audisset*, præpositio ἐκ, verbo διέῤῥηξε, *discidit*, quæ tamen conjunctio abest à Compl.

℣. 12. Variant nomina in Græco, scilicet Χελκίᾳ, loco *Helciæ*, Ἀχικὰμ, loco *Alchinæ*, Σαπφὰν, pro *Josaphat*, Ἀχοβὼρ, loco *Achiliæ*, Μιχαΐ, loco *Melchiæ*, Σαπφὰν, pro *Sapham*, Ἀσαΐα denique, vel ut in Mſ. Alex. Ἰασαΐ, pro *Joas*, ſtatimque Δούλῳ, *servo*, pro *filio*.

℣. 13. Græc. initio hab. Δεῦτε ἐκζητήσαλε τὸν Κύριον περὶ ἐμοῦ, καὶ περὶ παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ περὶ παντὸς τοῦ Ἰούδα, καὶ περὶ τῶν λόγων τοῦ, &c. (In editt. Ald. & Compl. deest καὶ, post Ἰούδα·) exinde in Gr. Vatic. tollitur *est*, post *accensa*, loco verò seq. *quoniam*, habetur ὑπὲρ ᾧ, *pro eo quòd*, (in Compl. διότι ;) demum loco *secundùm omnia..... ut facerent*, sic, τοῦ ποιεῖν κατὰ πάντα τὰ γεγραμμένα καθ' ἡμῶν, *ad faciendum secundùm omnia quæ scripta sunt super nos* ; in Compl. ἐν αὐτῷ, *in eo*, loco *super nos*.

℣. 14. Rursus hîc variant nomina in Græco ; scilicet loco *Helchias*, habetur Χελκίας, & pro *Ahican*, Ἀχικάμ ; tum sequitur ὁ Ἀχοβὼρ, deinde ὁ Σαπφὰν, pro *Saphan*, (Mſ. Alex. bene Σαφὰν) item Ἀσαΐας, pro *Joas*, paulòque post loco *uxorem Sellæ, filii Tacuellarum*, sic, μητέρα Σελλὴμ, υἱοῦ Θεκουὰ, υἱοῦ Ἀρᾶς, *matrem Sellem, filii Thecuan, filii Aras* ; hoc addito, ἐν τῇ Μασενᾶ, post *Jerusalem*, detracto verò *secundùm hæc*, in fine. Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. habet sup. γυναῖκα, loco μητέρα, & Ald. addit κατὰ ταῦτα in fine, cum Lucif.

℣. 15. Ita in Græco, verbum pro verbo.

℣. 16. Similiter Græcè, nisi quòd pro *adducam*, est ἐγὼ ἐπάγω, *ego adduco*, detracto *in*, ante *eum*, ut & his, *secundùm*, & *hujus*.

℣. 17. Edit. Lucif. malè *intenderunt*, legendum suspicor *incenderunt*, siquidem in Gr. est ἐθυμίασαν, vel ut in Compl. ἐθυμίασαν ; *adoleverunt* ; tum pro ℣ *exacerbave-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

diis alienis, irritantes me in cunctis operibus manuum suarum: & succendetur indignatio mea in loco hoc, & non extinguetur.

18. Regi autem Juda, qui misit vos ut consuleretis Dominum, sic dicetis: Hæc dicit Dominus Deus Israël: Pro eo quòd audisti verba voluminis,

19. & perterritum est cor tuum, & humiliatus es coram Domino, auditis sermonibus contra locum istum, & habitatores ejus, quòd videlicet fierent in stuporem & in maledictum: & scidisti vestimenta tua, & flevisti coram me, & ego audivi, ait Dominus:

20. idcirco colligam te ad patres tuos, & colligêris ad sepulcrum tuum in pace, ut non videant oculi tui omnia mala quæ inducturus sum super locum istum.

VERSIO ANTIQUA.

runt diis alienis, & exacerbaverunt me in operibus manuum suarum: & incensa est ira mea in hoc loco, & non extinguetur. *Lucif. Cal. ubi sup.*

18. Et ad regem Juda, qui misit vos ut quæreretis à Domino, hæc dicetis: Hæc dicit Dominus Deus Israël: Verba mea quæ audisti,

19. & reveritus es à facie mea, quia audisti quæ locutus sum in loco isto, & inhabitantes in illo, fieri in stuporem & in maledictionem: & scidisti vestimenta tua, & plorasti ante conspectum meum, & ego audivi, dixit Dominus virtutum:

20. propter hoc ego colligam te apud patres tuos, & colligêris ad sepulcrum tuum in pace, & non videbunt oculi tui omnia mala quæ ego inducam in locum istum, & super inhabitantes in illo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

runt, sic, ὅπως παροργίσωσι, *ut irritarent*, & pro *incensa est ira mea*, ἐκκαυθήσεται θυμός μου, *succendetur indignatio mea*; cætera ut in Lat. sup.

℣. 18. Græcum non habet *à Domino*, sed τὸν Κύριον, *Dominum*; exinde addit πρὸς αὐτὸν, *ad eum*, verbo *dicetis*, tollitque *mea*, post *verba*. Similiter apud August. de cura pro mortuis, to. 6. 526. f. *Hæc dicit Dominus Deus Israël: Verba mea quæ audisti*, &c.

℣. 19. Aug. l. de cura pro mort. to. 6. 526. f. sic pergit: *Et veritus es à facie mea, cùm audisti quæ locutus sum de isto loco, & qui commorantur in eo, ut deseratur & in maledicto sit: & conscidisti vestimenta tua, & flevisti in conspectu meo, & ego audivi, dixit Dominus Sabaoth.* Gr. Ἀνθ' ὧν ὅτι ὑπαλύνθη ἡ καρδία σου, καὶ ἐνετράπης ἀπὸ προσώπου (Mſ. Alex. addit Κυρίου, Compl. μου) ὡς ἤκουσας ὅσα ἐλάλησα ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐποικοῦντας αὐτὸν, (Compl. ἐν αὐτῷ) τοῦ εἶναι (Compl. γενέσθαι) εἰς ἀφανισμὸν καὶ εἰς κατάραν· καὶ διέρρηξας, &c. Nobil. *Propterea quòd perterritum est cor tuum, & confusus es à facie, ut audisti quæcunque locutus sum super locum istum, & super inhabitantes eum, ut sint in perditionem & in maledictionem: & discidisti*, &c. ut supra, excepto uno λέγει, *dicit*, pro *dixit*, demtaque ultima voce *sabaoth*, seu *virtutum*.

℣. 20. Gr. ipso initio hab. οὐχ ὕτως, *non sic*: mox ita, ἰδοὺ προσθήμι σε, *ecce appono te*, loco *propter hoc ego colligam te*; in Mſ. Alex. ac ed. Ald. deest ἰδού; loco autem *non videbunt oculi tui*, ita in Vatic. & al. οὐκ ὀφθήσεται ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, *non aspicietur in oculis tuis*, statimque ἐν πᾶσι τοῖς κακοῖς οἷς ἐγὼ εἰμι ἐπάγω ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον· i. e. *in omnibus malis quæ ego ipse adduco super locum hunc*, prætermissis seqq. & *super inhabitantes in illo*. Edit. verò Compl. hab. ut sup. οὐκ ὄψονται οἱ ὀφθαλμοί σου πάντα τὰ κακὰ ἃ ἐγὼ ἐπάγω, additque in fine cum edit. Ald. καὶ ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας αὐτόν. Similiter apud Aug. l. de cura pro mort. to. 6. 526. f. *Non sic: ecce ego apponam te ad patres tuos, & apponêris cum pace, & non videbunt oculi tui omnia mala quæ ego induco in locum hunc, & qui commorantur in eo.*

CAPUT XXIII.

VULGATA NOVA.

2. Par. 34. 28. 1. ET renuntiaverunt regi quod dixerat. Qui misit: & congregati sunt ad eum omnes senes Juda & Jerusalem.

2. Ascenditque rex templum Domini, & omnes viri Juda, universique qui habitabant in Jerusalem cum eo sacerdotes & prophetæ, & omnis populus à parvo usque ad magnum: legitque cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inventus est in domo Domini.

3. Stetitque rex super gradum: & fœdus percussit coram Domino, ut ambularent post Dominum, & custodirent præcepta ejus, & testimonia, & cæremonias, in omni corde, & in tota anima, & suscitarent verba fœderis hujus, quæ scripta erant in libro illo: acquievitque populus pacto.

4. Et præcepit rex Helciæ pontifici, & sacerdotibus secundi ordinis, & janitoribus, ut

VERSIO ANTIQUA.

1. ET respondit regi verbum. Et misit rex Josias: & collegit ad se omnes presbyteros Juda in Jerusalem. *Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. 230. e.*

2. Et ascendit rex ad Dominum, & omnes viri Juda, & sacerdotes & levitæ, & omnis populus à pusillo usque ad majorem: & legit rex in auribus populi omnia verba libri testamenti, qui inventus est in domo Domini.

3. Et stetit rex ad columnam: & disposuit testamentum quod inventum est in domo Domini, ante conspectum Domini, ut irent post Dominum, & observarent mandata ejus, & testificationes, & præcepta ejus, in toto corde suo, & totâ animâ, statuerent omnia verba testamenti istius, scripta in libro isto: & transivit omnis populus in testamentum quod disposuit rex ex libro.

4. Et mandavit rex Helchiæ sacerdoti magno, & sacerdotibus secundariis, & custodienti-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Græcè, excepto verbo ἐπέστρεψαν, *retulerunt*, pro *respondit*, omisso nomine *Josias*, quod tamen Compl. retinet; loco verò *in Jerusalem*, sic, καὶ Ἰερουσαλὴμ, & *Jerusalem*.

℣. 2. Gr. Καὶ ἀνέβη ὁ βασιλεὺς εἰς οἶκον Κυρίου, καὶ πᾶς ἀνὴρ Ἰούδα, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν Ἰερουσαλὴμ μετ' αὐτοῦ, καὶ οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ προφῆται, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἀπὸ μικροῦ καὶ ἕως μεγάλου, &c. i. e. *Et ascendit rex in domum Domini, & omnis vir Juda, & omnes habitantes in Jerusalem cum eo, & sacerdotes & prophetæ, & omnis populus à parvo & usque ad magnum*; reliqua quadrant, nisi quòd deest *rex*, & ponitur αὐτῶν, *eorum*, loco *populi*.

℣. 3. Absunt à Græco ista, *quod inventum est in domo Domini*, sicut &, ante *observarent*, pro quo habetur τοῦ φυλάσσειν, *custodiendi*, uti sup. τοῦ πορεύεσθαι, pro *ut irent*, in Compl. πορευθῆναι· (Mſ. Alex. retinet καὶ, ante φυλάσσειν, cum Compl.) exinde additur αὐτοῦ, ad μαρτύρια, seu *testificationes*, vel *testimonia*; item loco *præcepta*, leg. δικαιώματα, *justificationes*, sola Compl. hab. προστάγματα; pro *toto* verò, & *tota*, sic, πάσῃ, *omni*, rectè in Compl. ὅλῃ; demum pro *statuerent*, τοῦ ἀναστῆσαι, *erigerent*, vel *erigendi*, absque seq. *omnia*, & pro *in libro isto*, sic, ἐπὶ τὸ βιβλίον τοῦτο, *super librum hunc*; loco verò *transivit*..... *in testamentum*, ita, ἔστη..... ἐν τῇ διαθήκῃ, *stetit*..... *in testamento*, omissis seqq. *quod disposuit rex ex libro*.

℣. 4. Græcè legitur, τῷ Χελκία, loco *Helchiæ*; item τῆς δευτερώσεως, *secundi ordinis*, pro *secundariis*, (in

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi sup. bus ephod, ut ejicerent de domo Domini omnia vasa, quæ fecit ad Baal, & Asera, & omni militiæ cœli: & combussit illa foras extra Jerusalem in convalle Cedron, & sumpsit cineres illorum, & sparsit in rivum, & abiit in Bethel.

5. Et combussit sacerdotes, quos constituerant reges Juda ut incenderent in excelsis civitatum Juda, & circa Jerusalem: incendebant Baali, & soli, & lunæ, & omni militiæ cœli.

6. Et extulerunt de domo Domini foras Jerusalem in convalle Cedron, & extenuavit cinerem, & projecit in monumentum filiorum plebis.

7. Et extraxit filios illorum, qui erant in domo Domini, quorum mulieres officiabantur ibi ad stolas.

8. Et introduxit omnes sacerdotes ex civitatibus Juda: & coinquinavit sancta, ubi incendebant sacerdotes, de Gabaa usque Bersabee: & destruxit excelsos illorum.....

Ibid. 231. d. e. 10. Et coinquinavit Phem, quod erat in Cepenam: quoniam perduxerat quisque filium suum & filiam suam in ignem, Moloch.

11. Abstulit quoque equos, quos dederant reges Juda, Soli, in introitu templi Domini juxta exedram Nathanmelech eunuchi, qui erat in Pharurim: currus autem solis combussit igni.

12. Altaria quoque, quæ erant super tecta cœnaculi Achaz, quæ fecerant reges Juda, & altaria quæ fecerat Manasses in duobus atriis templi Domini, destruxit rex: & expulit illa inde, & projecit cineres illorum in torrentem Cedron.

13. Et excelsa, quæ erant in Jerusalem ad dexteram partem montis Amissa, quæ ædificaverat Salomon rex Astarte simulacro Sidoniorum, &

VULGATA NOVA.

projicerent de templo Domini omnia vasa; Eccli. quæ facta fuerant Baal, & in luco, & universæ 49. 3. militiæ cœli: & combussit ea foris Jerusalem in convalle Cedron, & tulit pulverem eorum in Bethel.

5. Et delevit aruspices, quos posuerant reges Juda ad sacrificandum in excelsis per civitates Juda, & in circuitu Jerusalem: & eos qui adolebant incensum Baal, & soli, & lunæ, & duodecim signis, & omni militiæ cœli.

6. Et efferri fecit lucum de domo Domini foras Jerusalem in convalle Cedron, & combussit eum ibi, & redegit in pulverem, & projecit super sepulcra vulgi.

7. Destruxit quoque ædiculas effeminatorum, quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci.

8. Congregavitque omnes sacerdotes de civitatibus Juda: & contaminavit excelsa, ubi sacrificabant sacerdotes, de Gabaa usque Bersabee: & destruxit aras portarum in introitu ostii Josue principis civitatis, quod erat ad sinistram portæ civitatis.

9. Veruntamen non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare Domini in Jerusalem: sed tantùm comedebant azyma in medio fratrum suorum.

10. Contaminavit quoque Tophieth, quod est in convalle filii Ennom: ut nemo consecraret filium suum aut filiam per ignem, Moloch.

11. Abstulit quoque equos, quos dederant reges Juda, Soli, in introitu templi Domini juxta exedram Nathanmelech eunuchi, qui erat in Pharurim: currus autem solis combussit igni.

12. Altaria quoque, quæ erant super tecta cœnaculi Achaz, quæ fecerant reges Juda, & altaria quæ fecerat Manasses in duobus atriis templi Domini, destruxit rex: & cucurrit inde, & disperšit cinerem eorum in torrentem Cedron.

13. Excelsa quoque, quæ erant in Jerusalem ad dexteram partem montis Offensionis, quæ ædificaverat Salomon rex Israël Astaroth idolo Si- 3. Reg. 11. 7.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

edit. Compl. τοῖς λευϑερεύουσι;) subinde pro *ephod*, habetur τὸν ϛαθμὸν, id est, *pondus*, *statera*, apud Nobil. *limen*: exinde loco *ejicerent de domo*, sic, τῦ ἐξαγαγεῖν ἐκ τῦ ναῦ, *educere de templo*; paulòque post τὰ ϖεποιημένα τῷ, *facta*, loco *quæ fecit ad*, (sola Compl. ἃ ἐποίησαν;) item pro *Asera*, τῷ ἄλσϵι, *lucus*, ut & δυνάμϵι, loco *militiæ*, in Compl. ϛρατιᾷ· denique post *combussit illa*, tollitur *foras*, & infra loco *sumpsit cineres..... in Bethel*, habetur simpliciter, ἐβαλε τὸν χῦν αὐτῶν εἰς Βαιθήλ, *ejecit pulverem eorum in Bethel*.

℣. 5. Græc. habet χωμαρὶμ ὕς ἔδωκαν, *chomarim quos dederunt*, loco *sacerdotes quos constituerant*; at in Compl. ἱερεῖς ὕϕ καθέϛησαν· item ibid. τῦ ϑυμιᾶν, loco *ut incenderent*, in Vat. verò & al. ϗ ἐθυμίων, & *adolebant*, paulòque post ϗ ἐν ταῖς ϖόλεϭιν, & *in civitatibus*, loco *civitatum*, sicut ϗ τοῖς ϖερικύκλῳ, & *iis quæ circa*, pro & *circa*; item ϗ τὰς θυμιώνας, & *eos qui adolebant*, pro *incendebant*, hoc addito post vocem *lunæ*, ϗ τῶς μαζυρώθ, & *ipsis mazuroth*.

℣. 6. Gr. addit τὸ ἄλσος, *lucum*, verbo *extulerunt*, pro quo ἐξήνεγκε in sing. item εἰς τὸν χειμάῤῥων, *in torrentem*, pro *in convalle*; post *Cedron* verò subjicit ista, ϗ κατέκαυσεν αὐτὸν ἐν τῷ χειμάῤῥῳ Κέδρων, & *combussit eum in torrente Cedron*, quæ omittit Lucif. cum Mſ. Alex. demum loco *cinerem*, Gr. Vat. hab. εἰς χῦν, *in pulverem*, statimque ϗ ἔῤῥιψε τὸν χῦν αὐτῦ εἰς τὸν τάφον, &c. & *projecit pulverem ejus in sepulcrum*, &c. ut sup.

℣. 7. Græcè, καὶ καθεῖλε τὸν οἶκον τῶν καδησὶμ, τῶν ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίϭ, ϔ αἱ γυναῖκες ὕφαινον ἐκεῖ χεττὶμ τῷ ἄλσϵι. *Et diruit domum ipsorum cadesim, qui in domo Domini, ubi mulieres tenebant illic chettiim lucui*: Compl. loco χεττὶμ, hab. ϛολάς.

℣. 8. Græcè non habetur *introduxit*, sed *eduxit*, ἀνήγαγε; item inf. τὰ ὑψηλὰ, *excelsa*, pro *sancta*, & ἐθυμίασαν ἐκεῖ, *adoleverunt ibi*, pro *incendebant*, (in Compl. ἐθυμίων;) subinde sic, ἀπὸ Γαιβὰλ ϗ ἕως, *à Gæbal & usque*, loco *de Gabaa usque*, (in Mſ. Alex. & ed. Compl. Γαβαά, in Ald. Δάν;) denique loco *excelsos illorum*, ita, τὸν οἶκον τῶν ϖυλῶν, *domum portarum*, &c. edit. Compl. hab. οἶκον τῶν ὑψηλῶν, *domum excelsorum*.

℣. 10. Non ita simile Græcum est, en verba: Καὶ ἐμίανε τὸν Ταφὲθ, τὸν ἐν φάραγϒι υἱῦ Ἐννὸμ, τῦ διαγαγεῖν ἄνδρα τὸν υἱὸν αὐτῦ, ϗ ἄνδρα τὴν θυγατέρα αὐτῦ τῷ Μολὸχ ἐν ϖυρί· *Et contaminavit Taphetb, qui in valle filii Ennom, ad traducendum virum filium suum, & virum filiam suam ipsi Moloch in igne*. Edit. Compl. loco Ταφὲθ, habet τὸ Φὲθ τὸ, & infra delet 2. ἄνδρα; hoc autem ἐν ϖυρὶ, præponit τῷ Μολόχ. Cotelerius not. in l. 2. Constit. Apost. c. 22. p. 148. c. scribendum putat: *Et coinquinavit Pheth, quod erat in Gehenam*, aut *Gehennam*, vel *Gehennom*, vel *Gehenennom*; nimirum, inquit, his nominibus donatur ea vallis, & legebat Lucifer τὸ Φὲθ τὸ, cum edit. Compl.

℣. 11. Nonnulla hîc variant Græcè, nempe pro *abstulit quoque*, legitur ϗ κατέκαυσε, & *combussit*; item inf. pro *templi*, οἴκϱ, *domûs*, & pro *juxta exedram*, εἰς τὸ γαζοφυλάκιον, *in gazophylacium*; dein Νάθαν βασιλέως, *Nathan regis*, loco *Nathanmelech*, absque seq. *qui erat*, (solus Mſ. Alex. addit ὃς ἦν;) demum loco *currus autem*, est ϗ τὸ ἅρμα, & *currum*.

℣. 12. Ista quoque variant in Græco, nempe initio habetur, Καὶ τὰ ϑυσιαϛήρια, *Et altaria*, loco *Altaria quoque*, deinde sic, τὰ ἐπὶ τῦ δώμαϚος, *quæ super tectum*, loco *quæ erant super tecta*, (rectè Compl. ἃ ἦν ἐπὶ τῶν δωμάτων;) item infra legitur οἴκϱ, *domûs*, loco *templi*, & pro *expulit illa*, κατέϖαϭε, *demolitus est*, (sola Compl. addit αὐτά;) demum loco *cineres*, hab. τὸν χῦν, *pulverem* de more.

℣. 13. Plura hîc differunt à Græco, nempe seqq. *Et excelsa quæ erant in*, pro quibus, Καὶ τὸν οἶκον τὸν ἐπὶ ϖρόϭωπον, *Et domum quæ ad faciem*; exinde loco *ad dexteram partem*, simpliciter, τὸν ἐκ δεξιῶν, *quæ à dextris*, (Mſ. Alex. delet τὸν;) item pro *Amissa quæ*, sic, τῦ Μοϭθὲθ ὃν, *Mosthath quam*, addita voce Ἰσραὴλ, isti rei

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

doniorum, & Chamos offensioni Moab, & Melchom abominationi filiorum Ammon, polluit rex.

14. Et contrivit statuas, & succidit lucos: replevitque loca eorum ossibus mortuorum.

3. Reg. 13. 32. 15. Insuper & altare, quod erat in Bethel, & excelsum, quod fecerat Jeroboam filius Nabath, qui peccare fecit Israël: & altare illud, & excelsum destruxit, atque combussit, & comminuit in pulverem, succenditque etiam lucum.

16. Et conversus Josias, vidit ibi sepulcra, quæ erant in monte: misitque & tulit ossa de sepulcris, & combussit ea super altare, & polluit illud juxta verbum Domini, quod locutus est vir Dei, qui prædixerat verba hæc.

VERSIO ANTIQUA.

Chamos idolo, & Mulcro simulacro filiorum Ammon, polluit rex. *Lucif. Cal. ubi sup.*

14. Et contribulavit titulos: & implebat loca illorum ossibus hominum.

15. Et sacrarium, quod erat in Bethel, excelsum, quod fecit Jeroboam filius Natæ, in quo fecit peccare Israël: & sacrarium illud, excelsum detraxit, & contribulavit lapides illius, & attenuavit in pulverem, & accendit lucos eorum.

16. Et reversus est Josias rex, & vidit monumenta, quæ erant ibi in monte: & sumpsit ossa de monumento, & combussit super sacrarium, & polluit illud secundùm verbum, quod locutus est homo Dei, cùm staret Jeroboam in die festo ad aram.....

VULGATA NOVA.

17. Et ait: Quis est titulus ille, quem video? Responderuntque ei cives urbis illius: Sepulcrum est hominis Dei, qui venit de Juda, & prædixit verba hæc, quæ fecisti super altare Bethel.

18. Et ait: Dimittite eum, nemo commoveat ossa ejus. Et intacta manserunt ossa illius, cum ossibus prophetæ qui venerat de Samaria.

19. Insuper & omnia fana excelsorum, quæ erant in civitatibus Samariæ, quæ fecerant reges Israël ad irritandum Dominum, abstulit Josias: & fecit eis secundùm omnia opera quæ fecerat in Bethel.

20. Et occidit universos sacerdotes excelsorum, qui erant ibi super altaria: & combussit ossa humana super ea: reversusque est Jerusalem.

2. Par. 35. 1. 21. Et præcepit omni populo, dicens: Facite phase Domino Deo vestro, secundùm quod scriptum est in libro fœderis hujus.

22. Nec enim factum est phase tale à diebus judicum, qui judicaverunt Israël, & omnium dierum regum Israël, & regum Juda,

23. sicut in octavo decimo anno regis Josiæ factum est phase istud Domino in Jerusalem.

24. Sed & pythones, & ariolos, & figuras idolorum, & immunditias, & abominationes, quæ fuerant in terra Juda & Jerusalem, abstulit Josias: ut statueret verba legis, quæ scripta sunt in libro, quem invenit Helcias sacerdos in templo Domini.

25. Similis illi non fuit ante eum rex, qui reverteretur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in universa virtute sua, juxta omnem legem Moysi: neque post eum surrexit similis illi.

26. Veruntamen non est aversus Dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor ejus contra Judam: propter irritationes, quibus provocaverat eum Manasses.

27. Dixit itaque Dominus: Etiam Judam auferam à facie mea, sicut abstuli Israël: & projiciam civitatem hanc, quam elegi, Jerusalem, & domum, de qua dixi: Erit nomen meum ibi. *Inf. 24. 2.*

28. Reliqua autem sermonum Josiæ, & universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Juda?

29. In diebus ejus ascendit Pharao Nechao rex Ægypti, contra regem Assyriorum, ad flumen Euphraten: & abiit Josias rex in occursum ejus: & occisus est in Mageddo, cùm vidisset eum. *2. Par. 35. 20.*

30. Et portaverunt eum servi sui mortuum de Mageddo: & pertulerunt in Jerusalem, & sepelierunt eum in sepulcro suo. Tulitque populus terræ Joachaz filium Josiæ: & unxerunt eum, & constituerunt eum regem pro patre suo.

31. Viginti trium annorum erat Joachaz cùm regnare cœpisset, & tribus mensibus regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus Amital, filia Jeremiæ, de Lobna. *2. Par. 36. 2.*

32. Et fecit malum coram Domino, juxta omnia quæ fecerant patres ejus.

33. Vinxitque eum Pharao Nechao in Rebla, quæ est in terra Emath, ne regnaret in Jerusalem: & imposuit mulctam terræ, centum talentis argenti, & talento auri.

VULGATA NOVA.

34. Regemque constituit Pharao Nechao Eliacim filium Josiæ pro Josia patre ejus: vertitque nomen ejus Joakim. Porro Joachaz tulit, & duxit in Ægyptum, & mortuus est ibi.

VERSIO ANTIQUA.

34. Et imperavit Pharao super Israël, Joachim filio Josiæ regnante in Judæa pro Josia patre suo: & convertit nomen Joachim..... *Ambr. l. 3. in Luc. t. 1. 1331. f.*

VULGATA NOVA.

35. Argentum autem & aurum dedit Joakim Pharaoni, cùm indixisset terræ per singulos, ut conferretur juxta præceptum Pharaonis: & unumquemque juxta vires suas exegit, tam argentum quàm aurum de populo terræ, ut daret Pharaoni Nechao.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

denique pro *simulacro*, ut & pro seq. *idolo*, bis legitur προσοχθίσμαΐι, quod proprie est *offendiculum*; aliquando tamen tribuitur *idolo*: demum pro *Mulcro simulacro*, ita, τῷ Μολὸχ βδελύγμαΐι, *Molech abominationi*; additur etiam Μωὰβ superiori voci *idolo*.

℣. 14. Ita in Græco, nisi quòd pro *contribulavit*, habetur ζυνέτριψε, *contrivit*, quod idem sonat; item post στήλας, *titulos*, seu *columnas*, sequitur καὶ ἐξωλόθρευσε τὰ ἄλση, & *exterminavit lucos*, quæ omittuntur à Lucif. deinde sic, καὶ ἔπλησε, & *implevit*, &c. ut sup.

℣. 15. Græcè nil dissimile, præter seqq. καίγε τὸ θυσιαστήριον, *etiam altare*, hîc & inf. loco & *sacrarium*, absque verbo *erat*, ante *in Bethel*; item legitur Ναβὰΐ, loco *Natæ*, sicut ὃς, *qui*, pro *in quo*; demum pro *detraxit* &c, κατέσπασε, *demolitus est*, (Compl. καθεῖλε, *destruxit*,) & pro *accendit lucos eorum*, ita, κατέκαυσε τὸ ἄλσος, *combussit lucum*.

℣. 16. Græc. habet ἐξέτρεψε, pro *reversus est*, absque seq. *rex*, edit. verò Compl. ἀπέστρεψε; exinde loco *monumenta*, sic, τὰς τάφους, *sepulcra*, absque seq. *erant*, & pro *monte*, τῇ πόλΐ, *civitate*; tum sequitur καὶ ἀπέστειλε, & *misit*, deinde καὶ ἔλαβε τὰ ὀστᾶ ἐκ τῶν τάφων· paulòque post, θυσιαστήριον, *altare*, loco *sacrarium*; demum additur vox Κυρίου, *Domini*, ad hanc, *verbum*; cætera quadrant.

℣. 34. Gr. Καὶ ἐβασίλευσε Φαραὼ Νεχαὼ ἐπ' αὐτὺς τὸν Ἐλιακὶμ υἱὸν Ἰωσίου βασιλέως Ἰούδα ἀντὶ Ἰωσίου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· καὶ ἐπέστρεψε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωαχίμ, &c. *Et regem fecit Pharao Nechao super eos Eliacim filium Josiæ regis Juda pro Josia patre ejus: & convertit nomen ejus Joacim*, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. 10. in Luc. p. 1. 1332. a.

36..... in regnando: & undecim annos regnavit in Jerusalem.....

VULGATA NOVA.

36. Viginti quinque annorum erat Joakim cùm regnare cœpisset: & undecim annis regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus Zebida filia Phadaia de Ruma.

37. Et fecit malum coram Domino, juxta omnia quæ fecerant patres ejus.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 36. Hoc *in regnando*, proximè subjungit Ambr. ultimis his de ℣. 34. & *convertit nomen Joachim*. In Græco verò sicut in Vulg. intermedia habentur plura, de quibus tacuit Ambr. Ad præs. ℣. 36. quod spectat, ita legitur Græcè: Τὸς εἴκοσι ἢ πέντε ἐτῶν Ἰωακὶμ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν· *Filius viginti & quinque annorum Joacim cùm ipse regnaret*; deinde ἢ ἕνδεκα ἔτη, &c. ut in Lat. sup.

CAPUT XXIV.

VULGATA NOVA.

1. IN diebus ejus ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & factus est ei Joakim servus tribus annis: & rursum rebellavit contra eum.

2. Immisitque ei Dominus latrunculos Chaldæorum, & latrunculos Syriæ, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorum Ammon: & immisit eos in Judam, ut disperderent eum, juxta verbum Domini, quod locutus fuerat per servos suos prophetas.

Sup. 23. 27.

3. Factum est autem hoc per verbum Domini contra Judam, ut auferret eum coram se, propter peccata Manasse universa quæ fecit,

4. & propter sanguinem innoxium, quem effudit, & implevit Jerusalem cruore innocentium: & ob hanc rem noluit Dominus propitiari. Sup. 21. 16.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. 3. in Luc. p. 1. 1332. a.

5. Et reliqua verborum Joachim, & omnia quæ fecit, nonne scripta sunt in libro verborum, & in diebus eorum qui regnaverunt in Judæa? Et dormivit Joachim cum patribus suis:

6. & regnavit Joachim filius ejus pro eo.

8. Filius decem & octo annorum erat Joachim, & cùm regnaret, tribus mensibus regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus Mesola.....

9. Et omnia quæ fecit sub oculis Domini pater ejus, & ipse fecit.

10. Et in diebus ejus ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis in Jerusalem.....

Cypr. de orat. Dom. p. 212. b.

11... Venit Nabuchodonosor rex Babyloniæ in Jerusalem, & expugnabat eam.

VULGATA NOVA.

5. Reliqua autem sermonum Joakim, & universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Juda? Et dormivit Joakim cum patribus suis:

6. & regnavit Joachin filius ejus pro eo.

7. Et ultra non addidit rex Ægypti, ut egrederetur de terra sua: tulerat enim rex Babylonis, à rivo Ægypti usque ad fluvium Euphraten, omnia quæ fuerant regis Ægypti.

8. Decem & octo annorum erat Joachin cùm regnare cœpisset, & tribus mensibus regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus Nohesta filia Elnathan de Jerusalem.

9. Et fecit malum coram Domino, juxta omnia quæ fecerat pater ejus.

10. In tempore illo ascenderunt servi Nabuchodonosor regis Babylonis in Jerusalem, & circumdata est urbs munitionibus. Dan. 1. 1.

11. Venitque Nabuchodonosor rex Babylonis ad civitatem cum servis suis, ut oppugnarent eam.

VULGATA NOVA.

12. Egressusque est Joachin rex Juda ad regem Babylonis, ipse & mater ejus, & servi ejus, & principes ejus, & eunuchi ejus: & suscepit eum rex Babylonis anno octavo regni sui.

13. Et protulit inde omnes thesauros domus Domini, & thesauros domus regiæ: & concidit universa vasa aurea, quæ fecerat Salomon rex Israël in templo Domini juxta verbum Domini.

14. Et transtulit omnem Jerusalem, & universos principes, & omnes fortes exercitus, decem millia, in captivitatem; & omnem artificem & clusorem: nihilque relictum est, exceptis pauperibus populi terræ.

15. Transtulit quoque Joachin in Babylonem, & matrem regis, & uxores regis, & eunuchos ejus: & judices terræ duxit in captivitatem de Jerusalem in Babylonem. Esth. 2. 6. & 11. 4. Jerem. 24. 1. Ezech. 17. 12.

16. Et omnes viros robustos, septem millia, & artifices, & clusores mille, omnes viros fortes & bellatores: duxitque eos rex Babylonis captivos in Babylonem.

17. Et constituit Matthaniam patruum ejus pro eo: imposuitque nomen ei Sedeciam. Jer. 37. 1. & 52. 1.

18. Vigesimum & primum annum ætatis habebat Sedecias cùm regnare cœpisset, & undecim annis regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus erat Amital, filia Jeremiæ, de Lobna.

4. Par. 36. 10.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Nonnullis discrepat Ambros. à Græco, nempe pro *quæ fecit*, Græc. hab. ὅσα, *quæcunque*, &c. additque δὲ ταῦτα γεγραμμένα, *ecce hæc scripta*, ad *nonne*; (in edit. Compl. γέγραπται:) item pro his, & *in diebus eorum qui regnaverunt in Judæa*, Græcè, τῶν ἡμερῶν τοῖς βασιλεῦσιν Ἰουδά, *dierum regibus Juda*; in Compl. τῶν βασιλέων, *regum*.

℣. 6. Similiter habetur Græcè.

℣. 8. A Græco abest *erat*, antè *Joachim*, transferturquè seq. &, post *regnaret*, pro quo ultimo sic, ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν, *in regnando ipsum*; exinde rursus ponitur ἢ, ante *nomen*, loco verò *matris*, habetur τῇ μητρὶ, & pro *Mesola*, Νέωθα.

℣. 9. Græc. Καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐν ὀφθαλμοῖς Κυρίου, κατὰ πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ· *Et fecit malum in oculis Domini, secundùm omnia quæcunque fecit pater ejus.*

℣. 10. Similiter in Græco, hoc excepto, ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, *in tempore illo*, loco & *in diebus ejus*: Ald. edit. hab. ἢ ἐν τῇ, &c. Vide Auct. l. de promiss. ap. Prosp. p. 158. d.

℣. 11. Græc. loco *venit*, hab. καὶ εἰσῆλθε, & *intravit*, ut & πόλιν, *civitatem*, loco *Jerusalem*, (in edit. Ald. utrumque, τὴν πόλιν Ἱερουσαλήμ) deinde loco & *expugnabat eam*, sic, ἢ οἱ παῖδες αὐτοῦ ἐπολιόρκουν ἐπ' αὐτήν· & *pueri ejus obsidebant super eam.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

19. Et fecit malum coram Domino, juxta omnia quæ fecerat Joakim.

20. Irascebatur enim Dominus contra Jerusalem & contra Judam, donec projiceret eos à facie sua: recessitque Sedecias à rege Babylonis.

CAPUT XXV.

VULGATA NOVA.

Jer. 39. 1. *&* 52. 1. FActum est autem anno nono regni ejus, mense decimo, decima die mensis, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus ejus, in Jerusalem, & circumdederunt eam: & exstruxerunt in circuitu ejus munitiones.

2. Et clausa est civitas atque vallata, usque ad undecimum annum regis Sedeciæ,

3. nona die mensis: prævaluitque fames in civitate, nec erat panis populo terræ.

4. Et interrupta est civitas: & omnes viri bellatores nocte fugerunt per viam portæ, quæ est inter duplicem murum ad hortum regis (porro Chaldæi obsidebant in circuitu civitatem) fugit itaque Sedecias per viam quæ ducit ad campestria solitudinis.

5. Et persecutus est exercitus Chaldæorum regem, comprehenditque eum in planitie Jericho: & omnes bellatores, qui erant cum eo, dispersi sunt, & reliquerunt eum.

6. Apprehensum ergo regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha: qui locutus est cum eo judicium.

7. Filios autem Sedeciæ occîdit coram eo, & oculos ejus effodit, vinxitque eum catenis, & adduxit in Babylonem.

8. Mense quinto, septima die mensis, ipse est annus nonus decimus regis Babylonis: venit Nabuzardan princeps exercitus, servus regis Babylonis, in Jerusalem.

Ps. 73. 7. 9. Et succendit domum Domini, & domum regis: & domos Jerusalem, omnemque domum combussit igni.

10. Et muros Jerusalem in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldæorum, qui erat cum principe militum.

11. Reliquam autem populi partem, quæ remanserat in civitate, & perfugas qui transfugerant ad regem Babylonis, & reliquum vulgus, transtulit Nabuzardan princeps militiæ.

12. Et de pauperibus terræ reliquit vinitores & agricolas.

Jer. 27. 19. 13. Columnas autem æreas, quæ erant in templo Domini, & bases, & mare æreum, quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi, & transtulerunt æs omne in Babylonem.

13... *Vide Not.*

14. Ollas quoque æreas, & trullas, & tridentes, & scyphos, & mortariola, & omnia vasa ærea, in quibus ministrabant, tulerunt.

15. Necnon & thuribula, & phialas; quæ aurea, aurea; & quæ argentea, argentea; tulit princeps militiæ:

16. id est, columnas duas, mare unum, & bases quas fecerat Salomon in templo Domini: non erat pondus æris omnium vasorum.

17. Decem & octo cubitos altitudinis habebat columna una: & capitellum æreum super se altitudinis trium cubitorum: & retiaculum, & malogranata super capitellum columnæ, omnia ærea: similem & columna secunda habebat ornatum. *3. Reg. 7. 15. 2. Par. 3. 15. Jer. 52. 21.*

18. Tulit quoque princeps militiæ Saraiam sacerdotem primum, & Sophoniam sacerdotem secundum, & tres janitores.

19. Et de civitate eunuchum unum, qui erat præfectus super bellatores viros: & quinque viros de his qui steterant coram rege, quos reperit in civitate: & Sopher principem exercitus, qui probabat tyrones de populo terræ: & sexaginta viros è vulgo, qui inventi fuerant in civitate.

20. Quos tollens Nabuzardan princeps militum, duxit ad regem Babylonis in Reblatha.

21. Percussitque eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha in terra Emath: & translatus est Juda de terra sua.

22. Populo autem qui relictus erat in terra Juda, quem dimiserat Nabuchodonosor rex Babylonis, præfecit Godoliam filium Ahicam filii Saphan.

23. Quod cùm audissent omnes duces militum, ipsi & viri qui erant cum eis, videlicet quòd constituisset rex Babylonis Godoliam: venerunt ad Godoliam in Maspha, Ismahel filius Nathaniæ, & Johanan filius Caree, & Saraia filius Thanehumeth Netophathites, & Jezonias filius Maachathi, ipsi & socii eorum.

VULGATA NOVA.

24. Juravitque Godolias ipsis & sociis eorum, dicens: Nolite timere servire Chaldæis: manete in terra, & servite regi Babylonis, & bene erit vobis.

VERSIO ANTIQUA.

24..... Nolite timere Chaldæos: habitate in terra, & servite regi Babylonis, & bene erit vobis. *Hieron. in Isai. 7. t. 3. 74. d.*

VULGATA NOVA.

25. Factum est autem in mense septimo, venit Ismahel filius Nathaniæ, filii Elisama de semine regio, & decem viri cum eo: percusseruntque Godoliam, qui & mortuus est: sed & Judæos & Chaldæos, qui erant cum eo in Maspha.

26. Consurgensque omnis populus à parvo usque ad magnum, & principes militum, venerunt in Ægyptum, timentes Chaldæos.

27. Factum est verò in anno trigesimo septimo transmigrationis Joachin regis Juda, mense duodecimo, vigesima septima die mensis: sublevavit Evilmerodach rex Babylonis, anno quo regnare cœperat, caput Joachin regis Juda de carcere.

28. Et locutus est ei benignè: & posuit thronum ejus super thronum regum, qui erant cum eo in Babylone.

29. Et mutavit vestes ejus, quas habuerat in carcere, & comedebat panem semper in conspectu ejus

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 13. Vide sis Auct. l. de promiss. ap. Prosp. p. 160. c. seqq.

℣. 24. Hieron. præmittit ista: *Godolias qui eis præpositus erat, de regio genere relictus, hortatur, & dicit;* quæ respondent Græcis his: Καὶ ὤμοσε Γοδολίας αὐτοῖς καὶ τοῖς ἀνδράσιν αὐτῶν, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· *& juravit Godolias eis & viris eorum, & dixit eis:* reliqua ut in Lat. sup. nisi quòd pro *nolite timere Chaldæos*, est Μὴ φοβεῖσθε παρεδρεύειν τῶν Χαλδαίων, *Ne timeatis transitum Chaldæorum*, & pro *habitate*, καθίσατε, *sedete*, quod idem sonat.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

cunctis diebus vitæ ſuæ.

30. Annonam quoque conſtituit ei ſine intermiſſione, quæ & dabatur ei à rege per ſingulos dies, omnibus diebus vitæ ſuæ.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugenſi.

LIBER REGUM QUARTUS.

CAP. I. ℣. 17. Mortuus eſt ergo. *Non mutes* ergo *in* autem.

CAP. IV. ℣. 42. Panes primitiarum, viginti panes hordeaceos. *Redundat & conjunctio, quæ à quibuſdam interponitur.*

℣. 43. Quantum eſt hoc, ut apponam centum viris. *Non addas* coram, *quod quidam libri præponunt voci* centum.

CAP. VI. ℣. 13. Ecce in Dothan. *Scribendum eſt* Dothan *diſſyllabum, non triſſyllabum* Dothain, *quod legitur Geneſ.* 37. ℣. 17.

℣. 15. Egreſſus vidit exercitum in circuitu civitatis. *Alii ſcribunt* egreſſus eſt, viditque.

℣. 27. Non te ſalvat Dominus: unde te poſſum ſalvare? *Alii, hypoſtigmate poſtpoſito adverbio* non, *ſcribunt præſens imperativi* ſalvet, *pro præſenti indicativi* ſalvat: *fortè quia non intellexerunt prioris lectionis ſenſum, qui eſt: Dominus non ſalvat te, unde ſalvem te ego? Si Dominus non ſalvat te, unde ego?*

CAP. VII. ℣. 6. Siquidem Dominus ſonitum audiri fecerat. *Non eſt mutandus infinitivus paſſivus* audiri, *cum activo* audire.

℣. 17. In cujus manu incumbebat. *Alii pro præterito imperfecto, ſcribunt pluſquam perfectum* incubuerat.

Ibidem. Juxta quod locutus fuerat vir Dei. *Non addas* verbum *præpoſitioni* juxta.

CAP. IX. ℣. 27. In aſcenſu Gaver. *Non mutes* Gaver *cum* Gaber, *id eſt* u *cum* b.

℣. 29. Anno undecimo Joram filii Achab, regnavit Ochozias ſuper Judam, venitque Jehu in Jezrahel. *Pro numero* undecimo, *non eſt ſcribendus major* duodecimo, *nec addendum eſt* regis Iſraël *poſt* Achab: *denique nec mutandum quidquam judicarunt Correctores in iis quæ conſequuntur, tametſi in multis codicibus ſit varietas, de qua Notationes noſtræ.*

℣. 32. Et inclinaverunt ſe ad eum duo vel tres eunuchi. *Quod ſequitur in quibuſdam libris*, & dixerunt: Hæc eſt illa Jezabel, *ſpurium eſt.*

CAP. X. ℣. 15. Nunquid eſt cor tuum rectum. *Non addas* cum corde meo, *quod quidam: ſuperfluit enim.*

CAP. XI. ℣. 3. Porro Athalia regnavit ſuper terram. *Redundat quod additur à quibuſdam libris* ſeptem annis.

℣. 6. Tertia autem pars ſit ad portam Sur. *Non mutes* Sur, *quod eſt nomen portæ templi, cum* Seir, *quod eſt nomen montis Idumæorum.*

℣. 9. Qui ingrediebantur ſabbatum, cum his qui egrediebantur ſabbato. *Pro quarto caſu* ſabbatum, *quidam ſcribunt ſextum* ſabbato, *ſententia eadem una eſt: ſed poſteriori* ſabbato *addita à nonnullis libris præpoſitio* è, *obſcurat ſententiam.*

℣. 14. Et cantores & tubas prope eum. *Cave ne ſcribas* turbas, *quod eſt multitudines, pro* tubas, *id eſt buccinas.*

℣. 17. Inter Dominum, & inter regem, & inter populum. *Tertiò repetenda eſt præpoſitio* inter.

CAP. XII. ℣. 8. Et inſtaurare ſartatecta domûs. *Non eſt mutanda vox* domûs *cum* templi.

CAP. XIII. ℣. 19. Percuſſiſſes Syriam uſque ad conſumptionem. *Legendum eſt* conſumptionem, *quod eſt deletionem, potiùs quàm* conſummationem, *quod eſt finem.*

CAP. XIV. ℣. 2. Nomen matris ejus Joadan. *Penultima littera hujus nominis proprii, quibuſdam libris eſt vocalis prima* a, *quibuſdam ſecunda* e: *ſed perperam ſcribunt illi libri, qui medio hujus nominis interſerunt* i, Joiadan *aut* Joiaden.

℣. 17. Vixit autem Amaſias, filius Joas, rex Juda, poſtquam, &c. quindecim annis. *Non ſcribas, addito denario,* viginti quinque, *pro* quindecim.

℣. 22. Ipſe ædificavit Ælath. *Non eſt mutandum Ælath cum* Ailam.

℣. 25. Jonam filium Amathi prophetam. *Præferendus eſt caſus quartus ſecundo* prophetæ.

CAP. XV. ℣. 12. Sedebunt ſuper thronum Iſraël. *Omittendum eſt* de te, *quod multi adjiciunt verbo* ſedebunt.

℣. 18. Qui peccare fecit Iſraël cunctis diebus ejus. *Non eſt hoc,* cunctis diebus ejus, *addendum ſequentibus,* Veniebat Phul.

℣. 19. Veniebat Phul rex Aſſyriorum in terram. *Cave ne ſcribas nomen proprium* Therſam, *pro appellativo* terram.

℣. 20. Et non eſt moratus in terra. *Idem hoc loco cavendum eſt.*

CAP. XVI. ℣. 6. Et Idumæi venerunt in Ailam. *Quidam pro* Idumæi, *ſcribunt* Syri, *quidam utroſque conjungunt,* Et Idumæi & Syri venerunt in Ailam; (*qua de re in Notationibus noſtris.*) *Correctores eam lectionem prætulerunt, quæ ſolos nominat Idumæos.*

℣. 19. Reliqua autem verborum Achaz quæ fecit. *Non adjicias* & omnia *ante* quæ fecit.

CAP. XVII. ℣. 9. Et offenderunt filii Iſraël verbis non rectis Dominum Deum ſuum. *Non judicarunt Romani PP.* offenderunt *mutandum cum* operuerunt, *aut* irritaverunt.

℣. 19. Verùm ambulavit in erroribus Iſraël. *Rectè emendatum eſt, poſito ſimplici* verùm, *pro compoſito* veruntamen.

℣. 24. Adduxit autem rex Aſſyriorum de Babylone. *Non addas nomen* viros *ante* de Babylone.

CAP. XIX. ℣. 25. Eruntque in ruinam collium pugnantium. *Alii pro ſimplici* pugnantium, *ſcribunt compoſitum,* compugnantium.

CAP. XX. ℣. 19. Sit pax & veritas in diebus meis. *Non adjicias verbo* ſit *adverbium* tantùm.

CAP. XXII. ℣. 3. Miſit rex Saphan filium Aslia. *Non eſt ſcribendum* Aſſia *pro* Aslia, *id eſt duplex* ſſ *pro* sl.

℣. 9. Ut diſtribueretur fabris à præfectis. *Præpoſitio* à *non eſt commutanda cum conjunctione* ac.

℣. 20. Omnia mala quæ inducturus ſum ſuper locum iſtum. *Non mutes* inducturus, *cum* introducturus.

CAP. XXIII. ℣. 15. Et altare illud, & excelſum deſtruxit. *Non omittas poſterius & poſitum ante* excelſum.

℣. 33. Vinxitque eum Pharao Nechao in Rebla. *Non augeas vocem* Rebla *unâ ſyllabâ,* Reblatha: *quanquam utroque nomine eadem una civitas ſignificetur.*

℣. 34. Et duxit in Ægyptum, & mortuus eſt ibi. *Multi libri omittunt* & mortuus eſt ibi, *ſed immeritò.*

CAP. XXIV. ℣. 14. Et omnem artificem & cluſorem. *Pro ſimplici* cluſorem, *alii compoſitum ſcribunt* incluſorem. *Idem occurrit infra* ℣. 16.

CAP. XXV. ℣. 19. Et ſexaginta viros è vulgo. *Malè ſcribunt alii libri* ſex, *pro* ſexaginta, *quod eſt decies ſex.*

Variæ Lectiones VULGATÆ, rurſum ab eodem FRANCISCO LUCA obſervatæ.

LIBER REGUM QUARTUS.

CAP. IV. ℣. 23. Quæ reſpondit: Vadam. *Alii pro* vadam *legunt* vale, *quod Hebraïcè eſt* pax.

℣. 41. Cùmque tuliſſent, miſit. *Alii libri hoc ſolùm habent,* & miſit.

CAP. VI. ℣. 32. Et antequam veniret nuncius, ille dixit ad ſenes. *Hæc legitima videtur eſſe interpunctio, ut pronomen* ille, *conjungatur verbo* dixit.

CAP. IX. ℣. 27. Et percuſſerunt eum in aſcenſu Gaver. *Antiqui libri tum noſtri, tum Epanorthotæ, configunt illa verba &* percuſſerunt eum, *Hebræo adſtipulante.*

℣. 29. Regnavit Ochozias. *Pro his verbis, alii ſcribunt* regnavitque Ochoſias, *ſeu* Achaſias; *alii &* regis Ochoſiæ; *alii &* regis Ochoſiæ primo: *de quibus varietatibus legi poſſunt noſtræ Notationes. Vetus noſter Epanorthotes præfert hanc lectionem:* Anno undecimo Joram filii Achab, & regis Achaſiæ ſuper Judam, venit Jehu in Jezrael, *nullo expreſſo numero anni Ochoſiæ.*

CAP. XVI. ℣. 8. Et cùm collegiſſet. *Quidam libri ſubdunt* Achaz, *alii ſubaudiunt.*

CAP. XXIII. ℣. 4. Quæ facta fuerant Baal, & in luco, & univerſæ militiæ cœli. *Quidam libri auferunt* in *præpoſitum* luco, *conſentaneè Hebræo & Græco.*

CAP. XXV. ℣. 17. Et retiaculum & malogranata. *In aliis eſt* reticulum, *omiſſa vocali prima, quod Latinius eſt.*

Digitized by Google

SUMMA CAPITA
LIBRI I. PARALIPOMENON,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Verſioni antiquæ ſatis reſpondeant.

CAP. I. *GEnealogia Adam uſque ad Abraham, & generationes filiorum Abrahæ unà cum filiis ac poſteris Eſau, & regibus ac ducibus terræ Edom, antequam eſſent reges ſuper filios Iſraël.*

CAP. II. *Genealogia Judæ Patriarchæ uſque ad Iſai patrem David, fratrumque ac ſororum ejus.*

CAP. III. *Generationes David & regum Judæ ex progenie David, cum filiis ac filiabus eorum.*

CAP. IV. *Rurſum poſteritas Judæ ac Simeonis, & habitationes eorum: ſtirps Cham deletur à filiis Simeonis, Amalecitæ quoque ab ipſis percutiuntur.*

CAP. V. *Catalogus filiorum Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe, & habitatio eorum qui percuſſerunt Agarenos, ſed tandem ducti ſunt ad Aſſyrios ob idololatriam ipſorum.*

CAP. VI. *Genealogia filiorum Levi, & quos ex eis conſtituerit David cantores ac miniſtros in domo Domini: item generatio filiorum Aaron cum urbibus ſuis in ſingulis tribubus Iſraël; & quæ fuerint civitates refugii.*

CAP. VII. *Genealogia Iſſachar, Benjamin, Nephthali, Manaſſe, Ephraim, & Aſer.*

CAP. VIII. *Rurſum genealogia Benjamin & Saul, filiorumque ipſius.*

CAP. IX. *Qui primi filiorum Iſraël habitaverint in Jeruſalem: & officia ſacerdotum ac Levitarum, generationes quoque Saul ac filiorum ejus repetuntur.*

CAP. X. *Saul propter varias iniquitates à Philiſthæis occiditur cum filiis; ejuſque capite à Philiſthæis amputato, reliquum corpus cum filiis ſepelitur à viris Jabes Galaad.*

CAP. XI. *Unctus David in regem, devictis Jebuſæis habitavit in Jeruſalem, ſtipatus potentiſſimis ac ſtrenuiſſimis militibus, quorum heroica geſta narrantur: noluit David deſideratam bibere aquam, eò quòd cum fortium ſuorum periculo allata eſſet.*

CAP. XII. *Qui David fuerant ſecuti fugientem Saul, & qui poſtea ex omnibus tribubus venerunt ut eum regem conſtituerent in Hebron.*

CAP. XIII. *A Cariathiarim reducitur arca Domini de domo Abinadab, omni Iſraël cum David ante eam ludentibus: ſed quia Oza arcam contingens à Domino percuſſus eſt, avertit eam David in domum Obededom, cui ex eo tempore benedixit Dominus.*

CAP. XIV. *David acceptis à rege Tyri lignis & artificibus ad exſtruendam ſibi domum, alias ducit uxores, ac multos gignit liberos, & conſulto Domino, bis cadit Philiſthæos.*

CAP. XV. *Deducitur magno cum apparatu arca Dei in Jeruſalem, comitante omni Iſraël, ſacerdotibus verò ac Levitis juxta ſua officia miniſtrantibus: & Michol deſpicit David coram arca ſaltantem, indutum ſtolâ byſſinâ, & ephod lineo.*

CAP. XVI. *Conſtitutâ arcâ in tabernaculo fœderis, oblatiſque victimis, & populo à David benedicto, ordinantur varia Levitarum miniſteria coram arca, interpoſito cantico divinæ laudis.*

CAP. XVII. *Cogitanti David ædificare domum Domino, promittitur filius qui illam ſit ædificaturus; unde David gratias agit, Dei erga ſe bonitatem extollens.*

CAP. XVIII. *Prælia David, & tributa gentibus impoſita, atque officiarii ejus.*

CAP. XIX. *Hanon rex Ammon, ſervis David, qui ad conſolandum de patris morte venerant, contumeliâ affectis, à David invaditur, ac vincitur unà cum Syris auxiliaribus.*

CAP. XX. *Bella à David proſperè acta adversùm Ammonitas ac Philiſthæos, & in his occiditur gigas ſenos habens digitos, hoc eſt ſimul 24.*

CAP. XXI. *David populum numerando Deum offendens, peſte quam ex tribus elegerat, percutitur, donec Deum oratione placaret, & altare in area Ornan Jebuſæi erigeret.*

CAP. XXII. *Præparat David neceſſaria ad ædificandum templum Domini, quod Salomoni præcipit ut exſtruat, Deumque ſemper ſedulò colat, exhortans principes ut illi ſint auxilio.*

CAP. XXIII. *David ſenex, Salomone rege deſignato, numeratorum Levitarum officia deſignat: Moyſique filii Levitis annumerantur.*

CAP. XXIV. *Familiarum Eleazar & Ithamar vices 24. in miniſterio Domini à David deſignantur, reliquorumque Levitarum familiæ ſimiliter ſorte diſtribuuntur.*

CAP. XXV. *Ex filiis Aſaph, Heman & Idithun, cantoribus, pſaltis ac citharœdis, viginti quatuor familiæ ac vices ſorte diſtribuuntur.*

CAP. XXVI. *Templi janitores deſignantur, & quæ porta à qua familia ſit cuſtodienda ſorte diſponitur, item qui theſauros & vaſa ſacra cuſtodiant.*

CAP. XXVII. *Recenſentur duodecim principes, quorum ſinguli ſuo menſe viginti quatuor millibus præerant; ad hæc principes ſeu præfecti tribuum theſaurorum, reliquæque ſubſtantiæ regis, recenſentur.*

CAP. XXVIII. *David præparatis ad templi ædificationem omnibus neceſſariis, Salomonem univerſoſque principes convocatos exhortatur ad mandata Dei cuſtodienda, præſcribens formam templi ædificandi.*

CAP. XXIX. *Recenſentur impenſæ à David in ædificium templi præparatæ, quibus principes ac populus plurima adjiciunt donaria: David benedicens Dominum orat pro Salomone ac populo; & ſacrificiis cum ingenti lætitia oblatis, ungitur ſecundò Salomon in regem pro patre David, qui anno regni quadrageſimo in pace quievit.*

Digitized by Google

LIBER PRIMUS
*PARALIPOMENON.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.

Gen. 2. 7. 4. 25. 1. & 5. 6. 9.

ADam, Seth, Enos,

2. Cainan, Malaleel, Jared,

3. Henoch, Mathusale, Lamech,

4. Noe, Sem, Cham, & Japheth.

5. Filii Japheth: Gomer, & Magog, & Madai, & Javan, Thubal, Mosoch, Thiras.

6. Porro filii Gomer: Ascenez, & Riphath, & Thogorma.

7. Filii autem Javan: Elisa & Tharsis, Cethim & Dodanim.

8. Filii Cham: Chus, & Mesraim, & Phut, & Chanaan.

9. Filii autem Chus: Saba, & Hevila, Sabatha, & Regma, & Sabathacha. Porro filii Regma: Saba, & Dadan.

Gen. 10. 8. 10. Chus autem genuit Nemrod: iste cœpit esse potens in terra.

11. Mesraim verò genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, & Nephthuim,

12. Phetrusim quoque & Casluim: de quibus egressi sunt Philisthiim, & Caphtorim.

13. Chanaan verò genuit Sidonem primogenitum suum, Hethæum quoque,

14. & Jebusæum, & Amorrhæum, & Gergesæum,

15. Hevæumque & Aracæum, & Sinæum;

16. Aradium quoque, & Samaræum, & Hamathæum.

17. Filii Sem: Ælam, & Assur, & Arphaxad, & Lud, & Aram, & Hus, & Hul, & Gether, & Mosoch. Gen. 10. 22. & 11. 10.

18. Arphaxad autem genuit Sale, qui & ipse genuit Heber.

19. Porro Heber nati sunt duo filii, nomen uni Phaleg, quia in diebus ejus divisa est terra; & nomen fratris ejus Jectan.

20. Jectan autem genuit Elmodad, & Saleph, & Asarmoth, & Jare,

21. Adoram quoque, & Huzal, & Decla,

22. Hebal etiam, & Abimael, & Saba, necnon

23. & Ophir, & Hevila, & Jobab: omnes isti filii Jectan.

24. Sem, Arphaxad, Sale,

25. Heber, Phaleg, Ragau,

26. Serug, Nachor, Thare,

27. Abram, iste est Abraham. Gen. 11. 26.

28. Filii autem Abraham: Isaac & Ismahel.

VERSIO ANTIQUA.

Hilar. in Ps. 119. 376. a. 29..... Primitivus Ismael, Nabaioth, & Cedar.....

VULGATA NOVA.

29. Et hæ generationes eorum. Primogenitus Ismahelis, Nabaioth, & Cedar, & Adbeel, & Mabsam, Gen. 25. 13.

VULGATA NOVA.

30. & Masma, & Duma, Massa, Hadad, & Thema,

31. Jetur, Naphis, Cedma: hi sunt filii Ismahelis.

32. Filii autem Ceturæ concubinæ Abraham, quos genuit: Zamran, Jecsan, Madan, Madian, Jesboc, & Sue. Porro filii Jecsan: Saba, & Dadan. Filii autem Dadan: Assurim, & Latussim, & Laomim.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* *Paralipomenon:*) Ita scribit Cypr. l. 3. Testim. p. 314. c. & epist. ad Fortunat. p. 266. b. Item Ambros. l. 3. in Luc. col. 1316. e. sicut etiam Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athanas. col. 191. a. at l. de non conven. cum hæret. col. 222. d. librum *Subrelictorum* vocat: similiter Hieron. quæst. Hebr. to. 2. col. 526. a. Hilarius verò in Ps. 118. n. 11. col. 325. e. & in Ps. 131. n. 11. col. 451. c. *Præteritorum* librum dicit: sic etiam Hieron. epist. ad Damas. de Seraph. to. 3. col. 515. c.

¶. 29. Itidem Græcè.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Gen. 25. 4. 33. Filii autem Madian : Epha, & Epher, & Henoch, & Abida, & Eldaa : omnes hi, filii Ceturæ.

Gen. 25. 19. 34. Genuit autem Abraham Isaac : cujus fuerunt filii, Esau & Israël.

Gen. 36. 10. 35. Filii Esau : Eliphaz, Rahuel, Jehus, Ihelom, & Core.

36. Filii Eliphaz : Theman, Omar, Sephi, Gathan, Cenez, Thamna, Amalec.

37. Filii Rahuel : Nahath, Zara, Samma, Meza.

38. Filii Seir : Lotan, Sobal, Sebeon, Ana, Dison, Eser, Disan.

39. Filii Lotan : Hori, Homam. Soror autem Lotan fuit Thamna.

40. Filii Sobal : Alian, & Manahath, & Ebal, Sephi, & Onam. Filii Sebeon : Aia & Ana. Filii Ana : Dison.

41. Filii Dison : Hamram, & Eseban, & Jethran, & Charan.

42. Filii Eser : Balaan, & Zavan, & Jacan. Filii Disan : Hus & Aran.

43. Isti sunt reges, qui imperaverunt in terra Edom, antequam esset rex super filios Israël : Bale filius Beor : & nomen civitatis ejus, Denaba.

44. Mortuus est autem Bale, & regnavit pro eo Jobab filius Zare de Bosra.

45. Cùmque & Jobab fuisset mortuus, regnavit pro eo Husam de terra Themanorum.

46. Obiit quoque & Husam, & regnavit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in terra Moab : & nomen civitatis ejus Avith.

47. Cùmque & Adad fuisset mortuus, regnavit pro eo Semla de Masreca.

48. Sed & Semla mortuus est, & regnavit pro eo Saul de Rohoboth, quæ juxta amnem sita est.

49. Mortuo quoque Saul, regnavit pro eo Balanan filius Achobor.

50. Sed & hic mortuus est, & regnavit pro eo Adad : cujus urbis nomen fuit Phau, & appellata est uxor ejus Meetabel filia Matred filiæ Mezaab.

51. Adad autem mortuo, duces pro regibus in Edom esse cœperunt : dux Thamna, dux Alva, dux Jetheth,

52. dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon,

53. dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar,

54. dux Magdiel, dux Hiram : hi duces Edom.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

Gen. 35. 23. 1. FIlii autem Israël : Ruben, Simeon, Levi, Juda, Issachar, & Zabulon,

2. Dan, Joseph, Benjamin, Nephthali, Gad, & Aser.

Gen. 38. 3. & 46. 12. 3. Filii Juda : Her, Onan, & Sela : hi tres nati sunt ei de filia Sue Chananitide. Fuit autem Her primogenitus Juda, malus coram Domino, & occidit eum.

Inf. 4. 1. 4. Thamar autem nurus ejus peperit ei Phares & Zara : omnes ergo filii Juda, quinque.

Mat. 1. 3. 5. Filii autem Phares : Hesron & Hamul.

6. Filii quoque Zaræ : Zamri, & Ethan, & Eman, Chalchal quoque, & Dara, simul quinque.

Jos. 7. 1. 7. Filii Charmi : * Achar, qui turbavit Israël, & peccavit in furto anathematis.

* Achan.

8. Filii Ethan : Azarias.

Ruth. 4. 19. 9. Filii autem Hesron qui nati sunt ei : Jerameel, & Ram, & Calubi.

10. Porro Ram genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Nahasson, principem filiorum Juda.

11. Nahasson quoque genuit Salma, de quo ortus est Booz.

12. Booz verò genuit Obed, qui & ipse genuit Isai.

1. Reg. 16. 6. 8. 9. 13. Isai autem genuit primogenitum Eliab, secundum Abinadab, tertium Simmaa,

14. quartum Nathanael, quintum Raddai,

Ibid. 17. 12. 15. sextum Asom, septimum David,

16. quorum sorores fuerunt, Sarvia, & Abigail. Filii Sarviæ : Abisai, Joab, & Asael, tres.

17. Abigail autem genuit Amasa, cujus pater fuit Jether Ismahelites.

18. Caleb verò filius Hesron accepit uxorem nomine Azuba, de qua genuit Jerioth : fueruntque filii ejus, Jaser, & Sobab, & Ardon.

19. Cùmque mortua fuisset Azuba, accepit uxorem Caleb, Ephrata : quæ peperit ei Hur.

20. Porro Hur genuit Uri : & Uri genuit Bezeleel.

21. Post hæc ingressus est Hesron ad filiam Machir patris Galaad, & accepit eam cùm esset annorum sexaginta : quæ peperit ei Segub.

22. Sed & Segub genuit Jair, & possedit viginti tres civitates in terra Galaad,

23. Cepitque Gessur, & Aram, oppida Jair ; & Canath, & viculos ejus sexaginta civitatum : omnes isti, filii Machir patris Galaad.

24. Cùm autem mortuus esset Hesron, ingressus est Caleb ad Ephrata. Habuit quoque Hesron uxorem Abia, quæ peperit ei Ashur patrem Thecuæ.

25. Nati sunt autem filii Jerameel primogeniti Hesron, Ram primogenitus ejus, & Buna, & Aram, & Asom, & Achia.

26. Duxit quoque uxorem alteram Jerameel, nomine Atara, quæ fuit mater Onam.

27. Sed & filii Ram primogeniti Jerameel, fuerunt, Moos, Jamin, & Achar.

28. Onam autem habuit filios, Semei, & Jada. Filii autem Semei : Nadab, & Abisur.

29. Nomen verò uxoris Abisur, Abihail, quæ peperit ei Ahobban, & Molid.

30. Filii autem Nadab fuerunt, Saled, & Apphaim. Mortuus est autem Saled absque liberis.

31. Filius verò Apphaim, Jesi : qui Jesi genuit Sesan. Porro Sesan genuit Oholai.

32. Filii autem Jada fratris Semei : Jether, & Jonathan. Sed & Jether mortuus est absque liberis.

33. Porro Jonathan genuit Phaleth, & Ziza. Isti fuerunt filii Jerameel.

34. Sesan autem non habuit filios, sed filias ; & servum Ægyptium nomine Jeraa.

35. Deditque ei filiam suam uxorem : quæ peperit ei Ethei.

36. Ethei autem genuit Nathan, & Nathan genuit Zabad.

37. Zabad quoque genuit Ophlal, & Ophlal genuit Obed,

38. Obed genuit Jehu, Jehu genuit Azariam,

39. Azarias genuit Helles, & Helles genuit Elasa,

40. Elasa genuit Sisamoi, Sisamoi genuit Sellum,

41. Sellum genuit Icamiam, Icamia autem genuit Elisama.

42. Filii autem Caleb fratris Jerameel : Mesa primogenitus ejus, ipse est pater Ziph : & filii Maresa patris Hebron.

43. Porro filii Hebron, Core, & Taphua, & Recem, & Samma.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

44. Samma autem genuit Raham, patrem Jercaam, & Recem genuit Sammai.

45. Filius Sammai, Maon: & Maon pater Bethsur.

46. Epha autem concubina Caleb peperit Haran, & Mosa, & Gezez. Porro Haran genuit Gezez.

47. Filii autem Jahaddai, Regom, & Joathan, & Gesan, & Phalet, & Epha, & Saaph.

48. Concubina Caleb Maacha, peperit Saber, & Tharana.

49. Genuit autem Saaph pater Madmena, Sue patrem Machbena, & patrem Gabaa. Filia verò Caleb, fuit Achsa.

50. Hi erant filii Caleb, filii Hur primogeniti Ephrata, Sobal pater Cariathiarim,

51. Salma pater Bethlehem, Hariph pater Bethgader.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. l. 1. cont. Pelag. t. 4. 509. b.

52. Fuerunt filii Sobal patris Cariathiarim, qui prophetabant ex dimidio.....,

54. Filii autem Salma, patris Bethleem, & Nethophati, corona domus Joab, & qui prophetabant ex dimidio Zarai.

Idem ep. 34. ad Nepot. t. 4. 259. a.

55..... Hi sunt qui venerunt de calore domus patris Rechab.

VULGATA NOVA.

52. Fuerunt autem filii Sobal patris Cariathiarim, qui videbat dimidium requietionum.

53. Et de cognatione Cariathiarim, Jethrei, & Aphuthei, & Semathei, & Maserei. Ex his egressi sunt Saraitæ, & Esthaolitæ.

54. Filii Salma, Bethlehem, & Netophathi, coronæ domus Joab, & dimidium requietionis Sarai.

55. Cognationes quoque scribarum habitantium in Jabes, canentes atque resonantes, & in tabernaculis commorantes. Hi sunt Cinæi, qui venerunt de calore patris domus Rechab.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 52. Græcè legitur τῷ Σωβὰλ πατρὶ, &c. absque his, *qui prophetabant ex dimidio.*

℣. 54. A Græco abest *autem*, post *filii*; in editt. Ald. & Compl. est ὁ υἱοί· deinde in Vatic. & al. pro *Salma*, legitur Σαλωμὼν, sicut Βαιθαλαεὲμ, loco *Bethleem*, omissa voce *patris*; sola edit. Ald. scribit Σαλαμὼ, Compl. Σαλμά· deinde Mss. Alex. Βαιθλεὲμ, ὁ Νετωφατί, Mss. Vatic. ὁ Νετωφατί, absque præced. ὁ; Compl. habet ὁ, loco ὁ; tum pro *corona*, sic est in Vatic. Ἀταρὼθ, vel ut in edit. Ald. ὁ Ἀταρὼθ, detractis his, & *qui prophetabant*; extremò pro *ex dimidio Zarai*, sic, ὁ ἡμισυ τῆς Μαλεθὶ, Ἡσαρί· Mss. Alex. scribit Ἡσαραεὶ, Compl. ὁ Σαραί. Hæ & aliæ dissimilitudines nominum satis confirmant quod Hieronymus ait præf. in lib. Paralip. juxta LXX. to. 1. col. 1418. *Ita*, inquit, & *in Græcis*, & *Latinis codicibus hic nominum liber vitiosus est, ut non tam Hebræa, quàm barbara quædam & Sarmatica nomina congesta arbitrandum sit: nec hoc LXX. Interpretibus, qui Spiritu Sancto pleni, ea quæ vera fuerant, transtulerunt; sed scriptorum culpæ adscribendum, dum de inemendatis inemendata scriptitant, & sæpe tria nomina, subtractis è medio syllabis, in unum vocabulum cogunt, vel è regione unum nomen, propter latitudinem suam, in duo vel tria vocabula dividunt*, &c.

℣. 55. Græcè, οἱ Κιναῖοι, *Cinæi*, loco *sunt*, sicut ἐξ Ἀμαθὶ, pro *de calore*, translata voce *domûs*, post hanc *patris*.

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

2. Reg. 3. 2.

1. DAvid verò hos habuit filios, qui ei nati sunt in Hebron; primogenitum Amnon ex Achinoam Jezrahelitide, secundum Daniel de Abigail Carmelitide,

2. tertium Absalom filium Maacha filiæ Tholmai regis Gessur, quartum Adoniam filium Aggith,

3. quintum Saphatiam ex Abital, sextum Jethraham de Egla uxore sua.

4. Sex ergo nati sunt ei in Hebron, ubi regnavit septem annis, & sex mensibus. Triginta autem & tribus annis regnavit in Jerusalem.

2. Reg. 5. 14.

5. Porro in Jerusalem nati sunt ei filii, Simmaa, & Sobab, & Nathan, & Salomon, quatuor de Bethsabee filia Ammiel,

6. Jebaar quoque, & Elisama,

7. & Eliphaleth, & Noge, & Nepheg, & Japhia,

8. necnon Elisama, & Eliada, & Elipheleth, novem:

9. omnes hi, filii David, absque filiis concubinarum: habueruntque sororem Thamar.

10. Filius autem Salomonis, Roboam: cujus Abia filius genuit Asa. De hoc quoque natus est Josaphat,

11. pater Joram: qui Joram genuit Ochoziam, ex quo ortus est Joas:

12. & hujus Amasias filius genuit Azariam. Porro Azariæ filius Joathan

13. procreavit Achaz patrem Ezechiæ, de quo natus est Manasses.

14. Sed & Manasses genuit Amon patrem Josiæ.

15. Filii autem Josiæ fuerunt, primogenitus Johanan, secundus Joakim, tertius Sedecias, quartus Sellum.

16. De Joakim natus est Jechonias, & Sedecias. *Mat. 1. 11.*

17. Filii Jechoniæ fuerunt, Asir, Salathiel,

18. Melchiram, Phadaia, Senneser, & Jecemia, Sama, & Nadabia.

19. De Phadaia orti sunt Zorobabel & Semei. Zorobabel genuit Mosollam, Hananiam, & Salomith sororem eorum:

20. Hasaban quoque, & Ohol, & Barachian, & Hasadian, Josabhesed, quinque.

21. Filius autem Hananiæ, Phaltias pater Jesiæ, cujus filius Raphaia: hujus quoque filius, Arnan, de quo natus est Obdia, cujus filius fuit Sechenias.

22. Filius Secheniæ, Semeia: cujus filii, Hattus, & Jegaal, & Baria, & Naaria, & Saphat, sex numero.

23. Filius Naariæ, Elioenai, & Ezechias, & Ezricam, tres.

24. Filii Elioenai, Odvia, & Eliasub, & Phaleia, & Accub, & Johanan, & Dalaia, & Anani, septem.

Digitized by Google

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

Gen. 38. 3. & 46. 12.
1. Filii Juda : Phares, Hesron, & Charmi, & Hur, & Sobal.
2. Raia verò filius Sobal genuit Jahath, de quo nati
Sup. 2. 4. sunt Ahumai & Laad : hæ cognationes Sarathi.
3. Ista quoque stirps Etam : Jezrahel, & Jesema,
Mat. 1. 3. & Jedebos. Nomen quoque fororis eorum, Asalelphuni.
4. Phanuel autem pater Gedor, & Ezer pater Hosa : isti sunt filii Hur primogeniti Ephratha patris Bethlehem.
5. Assur verò patri Thecuæ erant duæ uxores, Halaa, & Naara.
6. Peperit autem ei Naara, Oozam, & Hepher, & Themani, & Ahasthari : isti sunt filii Naara.
7. Porro filii Halaa, Sereth, Isaar, & Ethnan.
8. Cos autem genuit Anob, & Soboba, & cognationem Aharehel filii Arum.
9. Fuit autem Jabes inclytus præ fratribus suis, & mater ejus vocavit nomen illius Jabes, dicens : Quia peperi eum in dolore.
10. Invocavit verò Jabes Deum Israël, dicens : Si benedicens benedixeris mihi, & dilataveris terminos meos, & fuerit manus tua mecum, & feceris me à malitia non opprimi. Et præstitit Deus quæ precatus est.
11. Caleb autem frater Sua genuit Mahir, qui fuit pater Esthon.
12. Porro Esthon genuit Bethrapha, & Phesse, & Tehinna patrem urbis Naas : hi sunt viri Recha.
13. Filii autem Cenez, Othoniel, & Saraia. Porro filii Othoniel, Hathath, & Maonathi.
14. Maonathi genuit Ophra, Saraia autem genuit Joab patrem Vallis artificum : ibi quippe artifices erant.
15. Filii verò Caleb filii Jephone, Hir, & Ela, & Naham. Filii quoque Ela : Cenez.
16. Filii quoque Jaleleel : Siph, & Zipha, Thiria, & Asrael.
17. Et filii Ezra, Jether, & Mered, & Epher, & Jalon, genuitque Mariam, & Sammai, & Jesba patrem Esthamo.
18. Uxor quoque ejus Judaia, peperit Jared patrem Gedor, & Heber patrem Socho, & Icuthiel patrem Zanoe : hi autem filii Bethiæ filiæ Pharaonis, quam accepit Mered.
19. Et filii uxoris Odaiæ fororis Naham patris Ceila, Garmi, & Esthamo, qui fuit de Machathi.
20. Filii quoque Simon, Amnon, & Rinna filius Hanan, & Thilon. Et filii Jesi, Zoheth, & Benzoheth.
Gen. 38. 5.
21. Filii Sela, filii Juda : Her pater Lecha, & Laada pater Maresa, & cognationes domus operantium byssum in domo juramenti.
22. Et qui stare fecit Solem, virique Mendacii, & Securus, & Incendens, qui principes fuerunt in Moab, & qui reversi sunt in Lahem : hæc autem verba vetera.
23. Hi sunt figuli habitantes in Plantationibus, & in Sepibus, apud regem in operibus ejus, commoratique sunt ibi.
24. Filii Simeon : Namuel & Jamin, Jarib, Zara, Saul. *Gen.* 46. 10.
25. Sellum filius ejus, Mapsam filius ejus, Masma filius ejus.
26. Filii Masma : Hamuel filius ejus, Zachur filius ejus, Semei filius ejus.
27. Filii Semei sedecim, & filiæ sex : fratres autem ejus non habuerunt filios multos, & universa cognatio non potuit adæquare summam filiorum Juda.
28. Habitaverunt autem in Bersabee, & Molada, & Hasarsuhal,
29. & in Bala, & in Asom, & in Tholad,
30. & in Bathuel, & in Horma, & in Siceleg,
31. & in Bethmarchaboth, & in Hasarsusim, & in Bethberai, & in Saarim : hæ civitates eorum usque ad regem David.
32. Villæ quoque eorum : Etam, & Aen, Remmon, & Thochen, & Asan, civitates quinque.
33. Et universi viculi eorum per circuitum civitatum istarum usque ad Baal : hæc est habitatio eorum & sedium distributio.
34. Mosobab quoque & Jemlech, & Josa filius Amasiæ,
35. & Joel, & Jehu filius Josabiæ filii Saraiæ filii Asiel,
36. & Elioenai, & Jacoba, & Isuhaia, & Asaia, & Adiel, & Isimiel, & Banaia,
37. Ziza quoque filius Sephei filii Allon filii Idaia filii Semri filii Samaia.
38. Isti sunt nominati principes in cognationibus suis, & in domo affinitatum suarum multiplicati sunt vehementer.
39. Et profecti sunt ut ingrederentur in Gador usque ad orientem vallis, & ut quærerent pascua gregibus suis.
40. Inveneruntque pascuas uberes, & valde bonas, & terram latissimam & quietam & fertilem, in qua ante habitaverant de stirpe Cham.
41. Hi ergo venerunt, quos supra descripsimus nominatim, in diebus Ezechiæ regis Juda : & percusserunt tabernacula eorum, & habitatores qui inventi fuerant ibi, & deleverunt eos usque in præsentem diem : habitaveruntque pro eis, quoniam uberrimas pascuas ibidem repererunt.
42. De filiis quoque Simeon abierunt in montem Seir viri quingenti, habentes principes Phalthiam & Naariam & Raphaiam & Oziel filios Jesi :
43. & percusserunt reliquias, quæ evadere potuerant, Amalecitarum, & habitaverunt ibi pro eis usque ad diem hanc.

CAPUT V.

VULGATA NOVA.

Gen. 35. 23. *Ibid.* 22. & 49. 4.
1. Filii quoque Ruben primogeniti Israël (ipse quippe fuit primogenitus ejus : sed cùm violasset thorum patris sui, data sunt primogenita ejus filiis Joseph filii Israël, & non est ille reputatus in primogenitum.
2. Porro Judas, qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe ejus principes germinati sunt : primogenita autem reputata sunt Joseph :)
Gen. 46. 6.
3. filii ergo Ruben primogeniti Israël : Enoch, & Phallu, Esron, & Carmi. *Exod.* 6. 14. *Num.* 26. 5.
4. Filii Joel : Samia filius ejus, Gog filius ejus, Semei filius ejus,
5. Micha filius ejus, Reia filius ejus, Baal filius ejus,
6. Beera filius ejus, quem captivum duxit Thelgathphalnasar rex Assyriorum, & fuit princeps in tribu Ruben. *4. Reg.* 15. 29.
7. Fratres autem ejus, & universa cognatio ejus,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

quando numerabantur per familias ſuas, habuerunt principes, Jehiel & Zachariam.

8. Porro Bala filius Azaz, filii Samma, filii Joel, ipſe habitavit in Aroer uſque ad Nebo & Beelmeon.

9. Contra orientalem quoque plagam habitavit uſque ad introitum eremi, & flumen Euphraten. Multum quippe jumentorum numerum poſſidebant in terra Galaad.

10. In diebus autem Saul præliati ſunt contra Agareos, & interfecerunt illos, habitaveruntque pro eis in tabernaculis eorum, in omni plaga, quæ reſpicit ad orientem Galaad.

11. Filii verò Gad è regione eorum habitaverunt in terra Baſan uſque Selcha:

12. Joel in capite, & Saphan ſecundus: Janai autem, & Saphat, in Baſan.

13. Fratres verò eorum ſecundùm domos cognationum ſuarum, Michael, & Moſollam, & Sebe, & Jorai, & Jachan, & Zie, & Heber, ſeptem.

14. Hi filii Abihail, filii Huri, filii Jara, filii Galaad, filii Michael, filii Jeſeſi, filii Jeddo, filii Buz.

15. Fratres quoque filii Abdiel, filii Guni, princeps domus in familiis ſuis.

16. Et habitaverunt in Galaad, & in Baſan, & in viculis ejus, & in cunctis ſuburbanis Saron, uſque ad terminos.

17. Omnes hi numerati ſunt in diebus Joathan regis Juda, & in diebus Jeroboam regis Iſraël.

18. Filii Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe, viri bellatores, ſcuta portantes & gladios, & tendentes arcum, eruditique ad prælia, quadraginta quatuor millia & ſeptingenti ſexaginta, procedentes ad pugnam.

19. Dimicaverunt contra Agareos: Ituræi verò, & Naphis, & Nodab,

20. præbuerunt eis auxilium. Traditique ſunt in manus eorum Agarei, & univerſi qui fuerant cum eis, quia Deum invocaverunt cùm præliarentur: & exaudivit eos, eò quòd credidiſſent in eum.

21. Ceperuntque omnia quæ poſſederant, camelorum quinquaginta millia, & ovium ducenta quinquaginta millia, & aſinos duo millia, & animas hominum centum millia.

22. Vulnerati autem multi corruerunt: fuit enim bellum Domini. Habitaveruntque pro eis uſque ad tranſmigrationem.

23. Filii quoque dimidiæ tribus Manaſſe, poſſederunt terram à finibus Baſan uſque Baal, Hermon, & Sanir, & montem Hermon, ingens quippe numerus erat.

24. Et hi fuerunt principes domus cognationis eorum, Epher, & Jeſi, & Eliel, & Ezriel, & Jeremia, & Odoia, & Jediel, viri fortiſſimi & potentes, & nominati duces in familiis ſuis.

25. Reliquerunt autem Deum patrum ſuorum, & fornicati ſunt poſt deos populorum terræ, quos abſtulit Deus coram eis:

26. & ſuſcitavit Deus Iſraël ſpiritum Phul regis Aſſyriorum, & ſpiritum Thelgathphalnaſar regis Aſſur: & tranſtulit Ruben, & Gad, & dimidiam tribum Manaſſe, & adduxit eos in Lahela, & in Habor, & Ara, & fluvium Gozan, uſque ad diem hanc. 4. Reg. 15. 19. & 29.

CAPUT VI.

VULGATA NOVA.

Gen. 46. 11. Inf. 23. 6.

1. Filii Levi: Gerſon, Caath, & Merari.

2. Filii Caath: Amram, Iſaar, Hebron, & Oziel.

3. Filii Amram: Aaron, Moyſes, & Maria. Filii Aaron: Nadab & Abiu, Eleazar & Ithamar.

4. Eleazar genuit Phinees, & Phinees genuit Abiſue,

5. Abiſue verò genuit Bocci, & Bocci genuit Ozi.

6. Ozi genuit Zaraiam, & Zaraias genuit Meraioth.

7. Porro Meraioth genuit Amariam, & Amarias genuit Achitob.

8. Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Achimaas.

9. Achimaas genuit Azariam, Azarias genuit Johanan,

10. Johanan genuit Azariam: ipſe eſt qui ſacerdotio functus eſt, in domo quam ædificavit Salomon in Jeruſalem.

11. Genuit autem Azarias Amariam, & Amarias genuit Achitob,

12. Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Sellum,

13. Sellum genuit Helciam, & Helcias genuit Azariam,

14. Azarias genuit Saraiam, & Saraias genuit Joſedec.

15. Porro Joſedec egreſſus eſt, quando tranſtulit Dominus Judam & Jeruſalem per manus Nabuchodonoſor.

Exod. 6. 16.

16. Filii ergo Levi: Gerſon, Caath, & Merari.

17. Et hæc nomina filiorum Gerſon: Lobni, & Semei.

18. Filii Caath: Amram, & Iſaar, & Hebron, & Oziel.

19. Filii Merari: Moholi & Muſi. Hæ autem cognationes Levi ſecundùm familias eorum.

20. Gerſom, Lobni filius ejus, Jahath filius ejus, Zamma filius ejus,

21. Joah filius ejus, Addo filius ejus, Zara filius ejus, Jethrai filius ejus.

22. Filii Caath, Aminadab filius ejus, Core filius ejus, Aſir filius ejus,

23. Elcana filius ejus, Abiaſaph filius ejus, Aſir filius ejus.

24. Thahath filius ejus, Uriel filius ejus, Ozias filius ejus, Saul filius ejus.

25. Filii Elcana, Amaſai & Achimoth

26. & Elcana. Filii Elcana: Sophai filius ejus, Nahath filius ejus,

27. Eliab filius ejus, Jeroham filius ejus, Elcana filius ejus.

28. Filii Samuel, primogenitus Vaſſeni, & Abia.

29. Filii autem Merari, Moholi: Lobni filius ejus, Semei filius ejus, Oza filius ejus,

30. Sammaa filius ejus, Haggia filius ejus, Aſaia filius ejus.

31. Iſti ſunt, quos conſtituit David ſuper cantores domus Domini, ex quo collocata eſt arca: 2. Reg. 6. 17.

32. & miniſtrabant coram tabernaculo teſtimonii, canentes donec ædificaret Salomon domum Domini in Jeruſalem: ſtabant autem juxta ordinem ſuum in miniſterio.

33. Hi verò ſunt, qui aſſiſtebant cum filiis ſuis, de filiis Caath, Hemam cantor filius Johel, filii Samuel,

34. filii Elcana, filii Jeroham, filii Eliel, filii Thohu,

35. filii Suph, filii Elcana, filii Mahath, filii Amaſai,

36. filii Elcana, filii Johel, filii Azariæ, filii So-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

phoniæ,

37. filii Thahath, filii Aſir, filii Abiaſaph, filii Core,

38. filii Iſaar, filii Caath, filii Levi, filii Iſraël.

39. Et frater ejus Aſaph, qui ſtabat à dextris ejus, Aſaph filius Barachiæ, filii Samaa,

40. filii Michael, filii Baſaiæ, filii Melchiæ,

41. filii Athanai, filii Zara, filii Adaia,

42. filii Ethan, filii Zamma, filii Semei.

43. filii Jeth, filii Gerſom, filii Levi.

44. Filii autem Merari fratres eorum, ad ſiniſtram, Ethan filius Cuſi, filii Abdi, filii Maloch,

45. filii Haſabiæ, filii Amaſiæ, filii Helciæ,

46. filii Amaſai, filii Boni, filii Somer,

47. filii Moholi, filii Muſi, filii Merari, filii Levi.

48. Fratres quoque eorum Levitæ, qui ordinati ſunt in cunctum miniſterium tabernaculi domus Domini.

49. Aaron verò, & filii ejus adolebant incenſum ſuper altare holocauſti, & ſuper altare thymiamatis, in omne opus Sancti ſanctorum: & ut precarentur pro Iſraël, juxta omnia quæ præceperat Moyſes ſervus Dei.

50. Hi ſunt autem filii Aaron: Eleazar filius ejus, Phinees filius ejus, Abiſue filius ejus,

51. Bocci filius ejus, Ozi filius ejus, Zarahia filius ejus,

52. Meraioth filius ejus, Amarias filius ejus, Achitob filius ejus,

53. Sadoc filius ejus, Achimaas filius ejus.

54. Et hæc habitacula eorum per vicos atque confinia, filiorum ſcilicet Aaron, juxta cognationes Caathitarum: ipſis enim ſorte contigerant.

55. Dederunt igitur eis Hebron in terra Juda, & ſuburbana ejus per circuitum:

Joſ. 21. 12. 56. agros autem civitatis, & villas, Caleb filio Jephone.

57. Porro filiis Aaron dederunt civitates ad confugiendum, Hebron, & Lobna & ſuburbana ejus,

58. Jether quoque & Eſthemo cum ſuburbanis ſuis, ſed & Helon & Dabir cum ſuburbanis ſuis,

59. Aſan quoque & Bethſemes & ſuburbana earum.

60. De tribu autem Benjamin, Gabee & ſuburbana ejus, & Almath cum ſuburbanis ſuis, Anathoth quoque cum ſuburbanis ſuis: omnes civitates, tredecim, per cognationes ſuas.

61. Filiis autem Caath reſiduis de cognatione ſua, dederunt ex dimidia tribu Manaſſe in poſſeſſionem urbes decem.

62. Porro filiis Gerſom per cognationes ſuas, de tribu Iſſachar, & de tribu Aſer, & de tribu Nephthali, & de tribu Manaſſe in Baſan, urbes tredecim.

63. Filiis autem Merari per cognationes ſuas, de tribu Ruben, & de tribu Gad, & de tribu Zabulon, dederunt ſorte civitates duodecim.

64. Dederunt quoque filii Iſraël Levitis civitates, & ſuburbana earum:

65. dederuntque per ſortem, ex tribu filiorum Juda, & ex tribu filiorum Simeon, & ex tribu filiorum Benjamin, urbes has quas vocaverunt nominibus ſuis,

66. & his qui erant de cognatione filiorum Caath, fueruntque civitates in terminis eorum de tribu Ephraim.

67. Dederunt ergo eis urbes ad confugiendum, Sichem cum ſuburbanis ſuis in monte Ephraim, & Gazer cum ſuburbanis ſuis, *Joſ. 21. 21.*

68. Jecmaam quoque cum ſuburbanis ſuis, & Bethoron ſimiliter,

69. necnon & Helon cum ſuburbanis ſuis, & Gethremmon in eundem modum.

70. Porro ex dimidia tribu Manaſſe, Aner & ſuburbana ejus, Baalam & ſuburbana ejus: his videlicet, qui de cognatione filiorum Caath reliqui erant.

71. Filiis autem Gerſom, de cognatione dimidiæ tribus Manaſſe, Gaulon in Baſan & ſuburbana ejus, & Aſtharoth cum ſuburbanis ſuis.

72. De tribu Iſſachar, Cedes & ſuburbana ejus, & Dabereth cum ſuburbanis ſuis,

73. Ramoth quoque & ſuburbana ejus, & Anem cum ſuburbanis ſuis.

74. De tribu verò Aſer: Maſal cum ſuburbanis ſuis, & Abdon ſimiliter,

75. Hucac quoque & ſuburbana ejus, & Rohob cum ſuburbanis ſuis.

76. Porro de tribu Nephthali, Cedes in Galilæa & ſuburbana ejus, Hamon cum ſuburbanis ſuis, & Cariathaim & ſuburbana ejus.

77. Filiis autem Merari reſiduis: de tribu Zabulon, Remmono & ſuburbana ejus, & Thabor cum ſuburbanis ſuis:

78. trans Jordanem quoque ex adverſo Jericho contra orientem Jordanis, de tribu Ruben, Boſor in ſolitudine cum ſuburbanis ſuis, & Jaſſa cum ſuburbanis ſuis,

79. Cademoth quoque & ſuburbana ejus, & Mephaat cum ſuburbanis ſuis.

80. Necnon & de tribu Gad, Ramoth in Galaad & ſuburbana ejus, & Manaim cum ſuburbanis ſuis,

81. ſed & Heſebon cum ſuburbanis ſuis, & Jezer cum ſuburbanis ſuis.

CAPUT VII.

VULGATA NOVA.

Gen. 46. 13. 1. PORro filii Iſſachar: Thola, & Phua, Jaſub, & Simeron, quatuor.

2. Filii Thola: Ozi, & Raphaia, & Jeriel, & Jemai, & Jebſem, & Samuel, principes per domos cognationum ſuarum. De ſtirpe Thola viri fortiſſimi numerati ſunt in diebus David, viginti duo millia ſexcenti.

3. Filii Ozi: Izrahia, de quo nati ſunt Michael, & Obadia, & Johel, & Jeſia, quinque omnes principes.

4. Cùmque eis per familias & populos ſuos, accincti ad prælium, viri fortiſſimi, triginta ſex millia: multas enim habuerunt uxores, & filios.

5. Fratres quoque eorum per omnem cognationem Iſſachar, robuſtiſſimi ad pugnandum, octoginta ſeptem millia numerati ſunt.

6. Filii Benjamin: Bela, & Bechor, & Jadihel, tres. *Gen. 46. 21.*

7. Filii Bela: Esbon, & Ozi, & Oziel, & Jerimoth, & Urai, quinque principes familiarum, & ad pugnandum robuſtiſſimi: numerus autem eorum, viginti duo millia & triginta quatuor.

8. Porro filii Bechor: Zamira, & Joas, & Eliezer, & Elioenai, & Amri, & Jerimoth, & Abia, & Anathoth, & Almath: omnes hi, filii Bechor.

9. Numerati ſunt autem per familias ſuas principes cognationum ſuarum, ad bella fortiſſimi, viginti millia & ducenti.

10. Porro filii Jadihel: Balan. Filii autem Balan: Jehus, & Benjamin, & Aod, & Chanana, & Ze-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

than, & Tharsis, & Ahisahar:

11. omnes hi filii Jadihel, principes cognationum suarum, viri fortissimi, decem & septem millia & ducenti, ad prælium procedentes.

12. Sepham quoque & Hapham filii Hir: & Hasim filii Aher.

Gen. 46. 24. 13. Filii autem Nephthali: Jasiel, & Guni, & Jeser, & Sellum, filii Bala.

14. Porro filius Manasse, Esriel: concubinaque ejus Syra peperit Machir patrem Galaad.

15. Machir autem accepit uxores filiis suis Happhim & Saphan: & habuit sororem nomine Maacha: nomen autem secundi, Salphaad, natæque sunt Salphaad filiæ:

16. & peperit Maacha uxor Machir filium, vocavitque nomen ejus Phares: porro nomen fratris ejus, Sares: & filii ejus Ulam, & Recen.

17. Filius autem Ulam, Badan: hi sunt filii Galaad, filii Machir, filii Manasse.

18. Soror autem ejus Regina peperit Virumdecorum, & Abiezer, & Mohola.

19. Erant autem filii Semida, Ahin, & Sechem, & Leci, & Aniam.

20. Filii autem Ephraim: Suthala, Bared filius ejus, Thahath filius ejus, Elada filius ejus, Thahath filius ejus, hujus filius Zabad,

21. & hujus filius Suthala, & hujus filius Ezer & Elad: occiderunt autem eos viri Geth indigenæ, quia descenderant ut invaderent possessiones eorum.

22. Luxit igitur Ephraim pater eorum multis diebus, & venerunt fratres ejus ut consolarentur eum.

23. Ingressusque est ad uxorem suam: quæ concepit, & peperit filium, & vocavit nomen ejus Beria, eò quòd in malis domus ejus ortus esset:

24. filia autem ejus fuit Sara, quæ ædificavit Bethoron inferiorem & superiorem, & Ozensara.

25. Porro filius ejus Rapha, & Reseph, & Thale, de quo natus est Thaan,

26. qui genuit Laadan: hujus quoque filius Ammiud, qui genuit Elizama,

27. de quo ortus est Nun, qui habuit filium Josue.

28. Possessio autem eorum & habitatio, Bethel cum filiabus suis, & contra orientem Noran, ac occidentalem plagam Gazer & filiæ ejus, Sichem quoque cum filiabus suis, usque ad Aza cum filiabus ejus.

29. Juxta filios quoque Manasse, Bethsan & filias ejus, Thanach & filias ejus, Mageddo & filias ejus: Dor & filias ejus: in his habitaverunt filii Joseph, filii Israël.

30. Filii Aser: Jemma, & Jesua, & Jessui, & Baria, & Sara soror eorum. Gen. 46. 17.

31. Filii autem Baria: Heber, & Melchiel: ipse est pater Barsaith.

32. Heber autem genuit Jephlat, & Somer, & Hotham, & Suaa sororem eorum.

33. Filii Jephlat: Phosech, & Chamaal, & Asoth: hi filii Jephlat.

34. Porro filii Somer: Ahi, & Roaga, & Haba, & Aram.

35. Filii autem Helem fratris ejus: Supha, & Jemna, & Selles, & Amal.

36. Filii Supha: Sue, Harnapher, & Sual, & Beri, & Jamra,

37. Bosor, & Hod, & Samma, & Salusa, & Jethran, & Bera.

38. Filii Jether: Jephone, & Phaspha, & Ara.

39. Filii autem Olla: Aree, & Haniel, & Resia.

40. Omnes hi filii Aser, principes cognationum, electi atque fortissimi duces ducum: numerus autem eorum ætatis quæ apta esset ad bellum, viginti sex millia.

CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

Gen. 46. 21. Sup. 7. 6. 1. BEnjamin autem genuit Bale primogenitum suum, Asbel secundum, Ahara tertium,

2. Nohaa quartum, & Rapha quintum.

3. Fueruntque filii Bale: Addar, & Gera, & Abiud,

4. Abisue quoque & Naaman, & Ahoe,

5. sed & Gera, & Sephuphan, & Huram.

6. Hi sunt filii Ahod, principes cognationum habitantium in Gabaa, qui translati sunt in Manahath.

7. Naaman autem, & Achia, & Gera ipse transtulit eos, & genuit Oza, & Ahiud.

8. Porro Saharaim genuit in regione Moab, postquam dimisit Husim & Bara uxores suas.

9. Genuit autem de Hodes uxore sua Jobab, & Sebia, & Mosa, & Molchom,

10. Jehus quoque, & Sechia, & Marma: hi sunt filii ejus, principes in familiis suis.

11. Mehusim verò genuit Abitob, & Elphaal.

12. Porro filii Elphaal: Heber, & Misaam, & Samad: hic ædificavit Ono, & Lod, & filias ejus.

13. Baria autem & Sama, principes cognationum habitantium in Aialon: hi fugaverunt habitatores Geth.

14. Et Ahio, & Sesac, & Jerimoth,

15. & Zabadia, & Arod, & Heder,

16. Michael quoque, & Jespha, & Joha, filii Baria.

17. Et Zabadia, & Mosollam, & Hezeci, & Heber,

18. & Jesamari, & Jezlia, & Jobab, filii Elphaal,

19. & Jacim, & Zechri, & Zabdi,

20. & Elioenai, & Selethai, & Eliel,

21. & Adaia, & Baraia, & Samarath, filii Semei.

22. Et Jespham, & Heber, & Eliel,

23. & Abdon, & Zechri, & Hanan,

24. & Hanania, & Ælam, & Anathothia,

25. & Jephdaia, & Phanuel, filii Sesac:

26. & Samsari, & Sohoria, & Otholia,

27. & Jersia, & Elia, & Zechri, filii Jeroham:

28. hi patriarchæ, & cognationum principes, qui habitaverunt in Jerusalem:

29. in Gabaon autem habitaverunt Abigabaon, & nomen uxoris ejus Maacha: Inf. 9. 35.

30. filiusque ejus primogenitus Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Nadab.

31. Gedor quoque, & Ahio, & Zacher, & Macelloth:

32. & Macelloth genuit Samaa: habitaveruntque ex adverso fratrum suorum in Jerusalem cum fratribus suis.

33. Ner autem genuit Cis, & Cis genuit Saul. Porro Saul genuit Jonathan, & Melchisua, & Abinadab, & Esbaal. 1. Reg. 14. 51. Inf. 9. 39.

34. Filius autem Jonathan, Meribbaal: & Meribbaal genuit Micha. 2. Reg. 4. 4.

35. Filii Micha, Phithon, & Melech, & Tharaa, & Ahaz:

36. & Ahaz genuit Joada: & Joada genuit Ala-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

math, & Azmoth, & Zamri : porro Zamri genuit Mosa,

37. & Mosa genuit Banaa, cujus filius fuit Rapha, de quo ortus est Elasa, qui genuit Asel.

38. Porro Asel sex filii fuerunt his nominibus, Ezricam, Bocru, Ismahel, Saria, Obdia, & Hanan : omnes hi filii Asel.

39. Filii autem Esec fratris ejus, Ulam primogenitus, & Jehus secundus, & Eliphalet tertius.

40. Fueruntque filii Ulam viri robustissimi, & magno robore tendentes arcum : & multos habentes filios ac nepotes, usque ad centum quinquaginta. Omnes hi, filii Benjamin.

CAPUT IX.

VULGATA NOVA.

1. UNiversus ergo Israël dinumeratus est : & summa eorum scripta est in libro regum Israël & Juda : translatique sunt in Babylonem propter delictum suum.

2. Qui autem habitaverunt primi in possessionibus, & in urbibus suis : Israël, & sacerdotes, & Levitæ, & Nathinæi.

3. Commorati sunt in Jerusalem de filiis Juda, & de filiis Benjamin, de filiis quoque Ephraim, & Manasse.

4. Othei filius Ammiud, filii Amri, filii Omrai, filii Bonni, de filiis Phares filii Juda.

5. Et de Siloni : Asaia primogenitus, & filii ejus.

6. De filiis autem Zara : Jehuel, & fratres eorum, sexcenti nonaginta.

7. Porro de filiis Benjamin : Salo filius Mosollam, filii Odvia, filii Asana :

8. & Jobania filius Jeroham : & Ela filius Ozi, filii Mochori : & Mosollam filius Saphatiæ, filii Rahuel, filii Jebaniæ,

9. & fratres eorum per familias suas, nongenti quinquaginta sex. Omnes hi, principes cognationum per domos patrum suorum.

10. De sacerdotibus autem : Jedaia, Joiarib, & Jachin :

11. Azarias quoque filius Helciæ, filii Mosollam, filii Sadoc, filii Maraioth, filii Achitob, pontifex domus Dei.

12. Porro Adaias, filius Jeroham, filii Phassur, filii Melchiæ : & Maasai filius Adiel, filii Jezra, filii Mosollam, filii Mosollamith, filii Emmer :

13. fratres quoque eorum principes per familias suas, mille septingenti sexaginta, fortissimi robore ad faciendum opus ministerii in domo Dei.

14. De Levitis autem : Semeia filius Hassub, filii Ezricam, filii Hasebia, de filiis Merari.

15. Bacbacar quoque carpentarius, & Galal, & Mathania filius Micha, filii Zechri, filii Asaph :

16. & Obdia filius Semeiæ, filii Galal, filii Idithun : & Barachia filius Asa, filii Elcana, qui habitavit in atriis Netophati.

17. Janitores autem : Sellum, & Accub, & Telmon, & Ahimam, & frater eorum Sellum princeps,

18. usque ad illud tempus, in porta regis ad orientem, observabant per vices suas de filiis Levi.

19. Sellum verò filius Core, filii Abiasaph, filii Core, cum fratribus suis, & domo patris sui, hi sunt Coritæ super opera ministerii, custodes vestibulorum tabernaculi : & familiæ eorum per vices castrorum Domini custodientes introitum.

20. Phinees autem filius Eleazari, erat dux eorum coram Domino.

21. Porro Zacharias filius Mosollamia, janitor portæ tabernaculi testimonii.

22. Omnes hi electi in ostiarios per portas, ducenti duodecim : & descripti in villis propriis : quos constituerunt David, & Samuel videns, in fide sua,

23. tam ipsos, quàm filios eorum, in ostiis domus Domini, & in tabernaculo, vicibus suis.

24. Per quatuor ventos erant ostiarii : id est, ad orientem, & ad occidentem, & ad aquilonem, & ad austrum.

25. Fratres autem eorum in viculis morabantur, & veniebant in sabbatis suis de tempore usque ad tempus.

26. His quatuor Levitis creditus erat omnis numerus janitorum, & erant super exedras, & thesauros domus Domini.

27. Per gyrum quoque templi Domini morabantur in custodiis suis : ut cùm tempus fuisset, ipsi manè aperirent fores.

28. De horum genere erant & super vasa ministerii : ad numerum enim & inferebantur vasa, & efferebantur.

29. De ipsis, & qui credita habebant utensilia sanctuarii, præerant similæ, & vino, & oleo, & thuri, & aromatibus.

30. Filii autem sacerdotum unguenta ex aromatibus conficiebant.

31. Et Mathathias Levites primogenitus Sellum Coritæ, præfectus erat eorum, quæ in sartagine frigebantur.

32. Porro de filiis Caath fratribus eorum, super panes erant propositionis, ut semper novos per singula sabbata præpararent.

33. Hi sunt principes cantorum per familias Levitarum, qui in exedris morabantur, ut die ac nocte jugiter suo ministerio deservirent.

34. Capita Levitarum, per familias suas principes, manserunt in Jerusalem.

35. In Gabaon autem commorati sunt, pater Gabaon Jehiel, & nomen uxoris ejus Maacha. *Sup. 8. 29.*

36. Filius primogenitus ejus Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Ner, & Nadab,

37. Gedor quoque, & Ahio, & Zacharias, & Macelloth.

38. Porro Macelloth genuit Samaan : isti habitaverunt è regione fratrum suorum in Jerusalem, cum fratribus suis.

39. Ner autem genuit Cis : & Cis genuit Saul : & Saul genuit Jonathan, & Melchisua, & Abinadab, & Esbaal. *Sup. 8. 33.*

40. Filius autem Jonathan, Meribbaal : & Meribbaal genuit Micha.

41. Porro filii Micha, Phithon, & Melech, & Tharaa, & Ahaz.

42. Ahaz autem genuit Jara, & Jara genuit Alamath, & Azmoth, & Zamri. Zamri autem genuit Mosa.

43. Mosa verò genuit Banaa : cujus filius Raphaia, genuit Elasa : de quo ortus est Asel.

44. Porro Asel sex filios habuit his nominibus, Ezricam, Bocru, Ismahel, Saria, Obdia, Hanan : hi sunt filii Asel.

Digitized by Google

CAPUT X.

VULGATA NOVA.

1. Reg. 31. 1. 1. PHilisthiim autem pugnabant contra Israël, fugeruntque viri Israël Palæsthinos, & ceciderunt vulnerati in monte Gelboe.

2. Cùmque appropinquassent Philisthæi persequentes Saul, & filios ejus, percussérunt Jonathan, & Abinadab, & Melchisua, filios Saul.

3. Et aggravatum est prælium contra Saul, inveneruntque eum sagittarii, & vulneraverunt jaculis.

4. Et dixit Saul ad armigerum suum: Evagina gladium tuum, & interfice me: ne fortè veniant incircumcisi isti, & illudant mihi. Noluit autem armiger ejus hoc facere, timore perterritus: arripuit ergo Saul ensem, & irruit in eum.

5. Quod cùm vidisset armiger ejus, videlicet mortuum esse Saul, irruit etiam ipse in gladium suum, & mortuus est.

6. Interiit ergo Saul, & tres filii ejus, & omnis domus illius pariter concidit.

7. Quod cùm vidissent viri Israël, qui habitabant in campestribus, fugerunt: & Saul ac filiis ejus mortuis, dereliquerunt urbes suas, & huc illucque dispersi sunt: veneruntque Philisthiim, & habitaverunt in eis.

8. Die igitur altero detrahentes Philisthiim spolia cæsorum, invenerunt Saul, & filios ejus jacentes in monte Gelboe.

9. Cùmque spoliassent eum, & amputassent caput; armisque nudassent, miserunt in terram suam, ut circumferretur, & ostenderetur idolorum templis, & populis:

10. arma autem ejus consecraverunt in fano dei sui, & caput affixerunt in templo Dagon.

11. Hoc cùm audissent viri Jabes Galaad, omnia scilicet quæ Philisthiim fecerant super Saul,

12. consurrexerunt singuli virorum fortium, & tulerunt cadavera Saul & filiorum ejus: attuleruntque ea in Jabes, & sepelierunt ossa eorum subter quercum, quæ erat in Jabes, & jejunaverunt septem diebus.

13. Mortuus est ergo Saul propter iniquitates suas, eò quòd prævaricatus sit mandatum Domini quod præceperat, & non custodierit illud: sed insuper etiam pythonissam consuluerit, Exod. 17. 14. 1. Reg. 15. 3.

14. nec speraverit in Domino: propter quod interfecit eum, & transtulit regnum ejus ad David filium Isai. 1. Reg. 28. 8.

CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

2. Reg. 5. 1. 1. COngregatus est igitur omnis Israël ad David in Hebron, dicens: Os tuum sumus, & caro tua.

2. Heri quoque, & nudiustertius, cùm adhuc regnaret Saul, tu eras qui educebas, & introducebas Israël: tibi enim dixit Dominus Deus tuus: Tu pasces populum meum Israël, & tu eris princeps super eum.

3. Venerunt ergo omnes majores natu Israël ad regem in Hebron, & iniit David cum eis fœdus coram Domino: unxeruntque eum regem super Israël, juxta sermonem Domini, quem locutus est in manu Samuel.

4. Abiit quoque David, & omnis Israël, in Jerusalem: hæc est Jebus, ubi erant Jebusæi habitatores terræ. 2. Reg. 5. 6.

5. Dixeruntque qui habitabant in Jebus ad David: Non ingredieris huc. Porro David cepit arcem Sion, quæ est Civitas David,

6. dixitque: Omnis qui percusserit Jebusæum in primis, erit princeps & dux. Ascendit igitur primus Joab filius Sarviæ & factus est princeps.

7. Habitavit autem David in arce, & idcirco appellata est Civitas David.

8. Ædificavitque urbem in circuitu à Mello usque ad gyrum, Joab autem reliqua urbis extruxit.

VERSIO ANTIQUA.

VULGATA NOVA.

Aug. de corr. & Gra. t. 10. 775. a. e. 9. Et ambulabat David proficiens, & magnificabatur, & Dominus erat cum illo.

9. Proficiebatque David vadens & crescens; & Dominus exercituum erat cum eo.

VULGATA NOVA.

2. Reg. 23. 8. 10. Hi principes virorum fortium David, qui adjuverunt eum ut rex fieret super omnem Israël, juxta verbum Domini, quod locutus est ad Israël.

11. Et iste numerus robustorum David: Jesbaam filius Achamoni princeps inter triginta: iste levavit hastam suam super trecentos vulneratos una vice.

12. Et post eum Eleazar filius patrui ejus Ahohites, qui erat inter tres potentes.

13. Iste fuit cum David in Phesdomim, quando Philisthiim congregati sunt ad locum illum in prælium: & erat ager regionis illius plenus hordeo, fugeratque populus à facie Philisthinorum.

14. Hi steterunt in medio agri, & defenderunt eum: cùmque percussissent Philisthæos, dedit Dominus salutem magnam populo suo.

2. Reg. 23. 13. 15. Descenderunt autem tres de triginta principibus ad petram, in qua erat David, ad speluncam Odollam, quando Philisthiim fuerant castrametati in valle Raphaim.

16. Porro David erat in præsidio, & statio Philisthinorum in Bethlehem. 2. Reg. 23. 14.

17. Desideravit igitur David, & dixit: O si quis daret mihi aquam de cisterna Bethlehem, quæ est in porta.

18. Tres ergo isti per media castra Philisthinorum perrexerunt, & hausérunt aquam de cisterna Bethlehem, quæ erat in porta, & attulerunt ad David ut biberet: qui noluit, sed magis libavit illam Domino,

19. dicens: Absit ut in conspectu Dei mei hoc faciam, & sanguinem istorum virorum bibam: quia in periculo animarum suarum attulerunt mihi aquam. Et ob hanc causam noluit bibere: hæc fecerunt tres robustissimi.

20. Abisai quoque frater Joab ipse erat princeps trium, & ipse levavit hastam suam contra trecentos vulneratos, & ipse erat inter tres nominatissimus,

21. & inter tres secundos inclytus, & princeps

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Paulò aliter Græcè; nempe, Καὶ ἐπορεύετο Δαυὶδ πορευόμενος, καὶ μεγαλυνόμενος, καὶ Κύριος παντοκράτωρ μετ' αὐτοῦ. *Et ibat David procedens, & magnificatus, & Dominus omnipotens cum eo.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

eorum : veruntamen usque ad tres primos non pervenerat.

22. Banaias filius Joiadæ viri robustissimi, qui multa opera perpetrarat, de Cabseel : ipse percussit duos ariel Moab : & ipse descendit, & interfecit leonem in media cisterna tempore nivis.

23. Et ipse percussit virum Ægyptium, cujus statura erat quinque cubitorum, & habebat lanceam ut liciatorium texentium : descendit igitur ad eum cum virga, & rapuit hastam, quam tenebat manu, & interfecit eum hastâ suâ.

24. Hæc fecit Banaias filius Joiadæ, qui erat inter tres robustos nominatissimus,

25. inter triginta primus, veruntamen ad tres usque non pervenerat : posuit autem eum David ad auriculam suam.

26. Porro fortissimi viri in exercitu, Asahel frater Joab, & Elchanan filius patrui ejus de Bethlehem,

27. Sammoth Arorites, Helles Phalonites,

28. Ira filius Acces Thecuites, Abiezer Anathothites,

29. Sobbochai Husathites, Ilai Ahohites,

30. Maharai Netophathites, Heled filius Baana Netophathites,

31. Ethai filius Ribai de Gabaath filiorum Benjamin, Banaia Pharatonites,

32. Hurai de torrente Gaas, Abiel Arbathites, Azmoth Bauramites, Eliaba Salabonites.

33. Filii Assem Gezonites, Jonathan filius Sage Ararites,

34. Ahiam filius Sachar Ararites,

35. Eliphal filius Ur,

36. Hepher Mecherathites, Ahia Phelonites,

37. Hesro Carmelites, Naarai filius Asbai,

38. Joel frater Nathan, Mibohar filius Agarai.

39. Selec Ammonites, Naarai Berothites armiger Joab filii Sarviæ.

40. Ira Jethræus, Gareb Jethræus,

41. Urias Hethæus, Zabad filius Oholi,

42. Adina filius Siza Rubenites princeps Rubenitarum, & cum eo triginta.

43. Hanan filius Maacha, & Josaphat Mathanites,

44. Ozia Astarothites, Samma & Jehiel filii Hotham Arorites,

45. Jedihel filius Samri, & Joha frater ejus Thosaites,

46. Eliel Mahumites, & Jeribai & Josaia filii Elnaem, & Jethma Moabites, Eliel, & Obed, & Jasiel de Masobia.

CAPUT XII.

VULGATA NOVA.

1. HI quoque venerunt ad David in Siceleg, cùm adhuc fugeret Saul filium Cis, qui erant fortissimi & egregii pugnatores, *1. Reg. 27. 2.*

2. tendentes arcum, & utraque manu fundis saxa jacientes, & dirigentes sagittas : de fratribus Saul ex Benjamin.

3. Princeps Ahiezer, & Joas, filii Samaa, Gabaathites, & Jaziel, & Phallet filii Azmoth, & Baracha, & Jehu Anathotites.

4. Samaias quoque Gabaonites fortissimus inter triginta & super triginta : Jeremias, & Jeheziel, & Johanan, & Jezabad Gaderothites :

5. & Eluzai & Jerimuth, & Baalia, & Samaria, & Saphatia Haruphites.

6. Elcana, & Jesia, & Azareel, & Joezer, & Jesbaam de Carehim :

7. Joela quoque, & Zabadia, filii Jeroham de Gedor.

8. Sed & de Gaddi transfugerunt ad David, cùm lateret in deserto, viri robustissimi, & pugnatores optimi, tenentes clypeum & hastam : facies eorum quasi facies leonis, & veloces quasi capreæ in montibus :

9. Ezer princeps, Obdias secundus, Eliab tertius,

10. Masmana quartus, Jeremias quintus,

11. Ethi sextus, Eliel septimus,

12. Johanan octavus, Elzebad nonus,

13. Jeremias decimus, Machbanai undecimus :

14. hi de filiis Gad principes exercitus : novissimus centum militibus præerat, & maximus, mille.

15. Isti sunt qui transierunt Jordanem mense primo, quando inundare consuevit super ripas suas : & omnes fugaverunt qui morabantur in vallibus ad orientalem plagam, & occidentalem.

16. Venerunt autem & de Benjamin, & de Juda, ad præsidium in quo morabatur David.

17. Egressusque est David obviam eis, & ait : Si pacificè venistis ad me ut auxiliemini mihi, cor meum jungatur vobis : si autem insidiamini mihi pro adversariis meis, cùm ego iniquitatem in manibus non habeam, videat Deus patrum nostrorum, & judicet.

VULGATA NOVA.

18. Spiritus verò induit Amasai principem inter triginta, & ait : Tui sumus ô David, & tecum fili Isai : pax, pax tibi, & pax adjutoribus tuis : te enim adjuvat Deus tuus. Suscepit ergo eos David, & constituit principes turmæ.

VERSIO ANTIQUA.

18. Et spiritus induit Amasai principem triginta, & dixit : Tui sumus ô David, & tecum futuri fili Jesse : pax, pax tibi, & pax adjutoribus tuis : quia auxiliatus est tibi Deus..... *Aug. de corr. & Gra. t. 10. 775. b.*

VULGATA NOVA.

19. Porro de Manasse transfugerunt ad David, quando veniebat cum Philisthiim adversùs Saul, ut pugnaret : & non dimicavit cum eis ; quia inito consilio remiserunt eum principes Philisthinorum, dicentes : Periculo capitis nostri revertetur ad dominum suum Saul. *1. Reg. 29. 4.*

20. Quando igitur reversus est in Siceleg, transfugerunt ad eum de Manasse, Ednas, & Jozabad, & Jedihel, & Michael, & Ednas, & Jozabad, & Eliu, & Salathi, principes millium in Manasse :

21. hi præbuerunt auxilium David adversùs latrunculos : omnes enim erant viri fortissimi, & facti sunt principes in exercitu.

22. Sed & per singulos dies veniebant ad David ad auxiliandum ei, usque dum fieret grandis numerus, quasi exercitus Dei.

23. Iste quoque est numerus principum exercitus, qui venerunt ad David, cùm esset in Hebron, ut transf- *2. Reg. 5. 3.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 18. Optimè è Græco, exceptis his, *Tui sumus ô David, & tecum futuri fili ;* pro quibus sic : Πορεύου, ὁ λαός σου Δαυὶδ υἱός, *Vade, & populus tuus David filius,* &c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ferrent regnum Saul ad eum, juxta verbum Domini.

24. Filii Juda portantes clypeum & haſtam, ſex millia octingenti expediti ad prælium.

25. De filiis Simeon, virorum fortiſſimorum ad pugnandum, ſeptem millia centum.

26. De filiis Levi, quatuor millia ſexcenti,

27. Jobiada quoque princeps de ſtirpe Aaron, & cum eo tria millia ſeptingenti.

28. Sadoc etiam puer egregiæ indolis, & domus patris ejus, principes viginti duo.

29. De filiis autem Benjamin fratribus Saul, tria millia: magna enim pars eorum adhuc ſequebatur domum Saul.

30. Porro de filiis Ephraim viginti millia octingenti, fortiſſimi robore, viri nominati in cognationibus ſuis.

31. Et ex dimidia tribu Manaſſe, decem & octo millia, ſinguli per nomina ſua venerunt ut conſtituerent regem David.

32. De filiis quoque Iſſachar viri eruditi, qui noverant ſingula tempora ad præcipiendum quid facere deberet Iſraël, principes ducenti: omnis autem reliqua tribus eorum conſilium ſequebatur.

33. Porro de Zabulon qui egrediebantur ad prælium, & ſtabant in acie inſtructi armis bellicis, quinquaginta millia venerunt in auxilium, non in corde duplici.

34. Et de Nephthali, principes mille: & cum eis inſtructi clypeo & haſta, triginta & ſeptem millia.

35. De Dan etiam præparati ad prælium, viginti octo millia ſexcenti.

36. Et de Aſer egredientes ad pugnam, & in acie provocantes, quadraginta millia.

37. Trans Jordanem autem de filiis Ruben, & de Gad, & dimidia parte tribus Manaſſe, inſtructi armis bellicis, centum viginti millia.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. de corr. & Gra. t. 10. 775. b.

38. Omnes hi viri bellatores dirigentes aciem, corde pacifico venerunt in Hebron, ut conſtituerent David ſuper omnem Iſraël.....

VULGATA NOVA.

38. Omnes iſti viri bellatores expediti ad pugnandum, corde perfecto venerunt in Hebron, ut conſtituerent regem David ſuper univerſum Iſraël: ſed & omnes reliqui ex Iſraël, uno corde erant, ut rex fieret David.

VULGATA NOVA.

39. Fueruntque ibi apud David tribus diebus comedentes & bibentes: præparaverant enim eis fratres ſui.

40. Sed & qui juxta eos erant, uſque ad Iſſachar, & Zabulon, & Nephthali, afferebant panes in aſinis, & camelis, & mulis, & bobus, ad veſcendum: farinam, palathas, uvam paſſam, vinum, oleum, boves, arietes, ad omnem copiam: gaudium quippe erat in Iſraël.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 38. Ita Græcè, niſi quòd pro *corde*, habetur ἐν ψυχῇ, *in anima*, præponiturque ἦ, verbo *venerunt*; deinde ſic, Χεβρὼν, pro *Hebron*, & pro *ut conſtituerent*, τοῦ βασιλεῦσαι, quod idem valet.

CAPUT XIII.

VULGATA NOVA.

1. INiit autem conſilium David cum tribunis, & centurionibus, & univerſis principibus,

2. & ait ad omnem cœtum Iſraël: Si placet vobis: & à Domino Deo noſtro egreditur ſermo, quem loquor: mittamus ad fratres noſtros reliquos in univerſas regiones Iſraël, & ad ſacerdotes, & Levitas, qui habitant in ſuburbanis urbium, ut congregentur ad nos,

3. & reducamus arcam Dei noſtri ad nos: non enim requiſivimus eam in diebus Saul.

4. Et reſpondit univerſa multitudo ut ita fieret: placuerat enim ſermo omni populo.

5. Congregavit ergo David cunctum Iſraël, à Sihor Ægypti, uſque dum ingrediaris Emath, ut adduceret arcam Dei de Cariathiarim. *2. Reg. 6. 2.*

6. Et aſcendit David, & omnis vir Iſraël, ad collem Cariathiarim, qui eſt in Juda, ut afferret inde arcam Domini Dei ſedentis ſuper cherubim, ubi invocatum eſt nomen ejus.

7. Impoſueruntque arcam Dei ſuper plauſtrum novum, de domo Abinadab: Oza autem, & frater ejus, minabant plauſtrum.

8. Porro David, & univerſus Iſraël, ludebant coram Deo omni virtute in canticis, & in citharis, & pſalteriis, & tympanis, & cymbalis, & tubis.

9. Cùm autem perveniſſent ad aream Chidon, tetendit Oza manum ſuam, ut ſuſtentaret arcam: bos quippe laſciviens paululùm inclinaverat eam.

10. Iratus eſt itaque Dominus contra Ozam, & percuſſit eum, eò quòd tetigiſſet arcam: & mortuus eſt ibi coram Domino.

11. Contriſtatuſque eſt David, eò quòd diviſiſſet Dominus Ozam: vocavitque locum illum, Diviſio Ozæ, uſque in præſentem diem.

12. Et timuit Deum tunc temporis, dicens: Quomodo poſſum ad me introducere arcam Dei?

13. Et ob hanc cauſam non adduxit eam ad ſe, hoc eſt, in civitatem David, ſed avertit in domum Obededom Gethæi.

14. Manſit ergo arca Dei in domo Obededom tribus menſibus: & benedixit Dominus domui ejus, & omnibus quæ habebat.

CAPUT XIV.

VULGATA NOVA.

2. Reg. 5. 11.

1. MIſit quoque Hiram rex Tyri nuncios ad David, & ligna cedrina, & artifices parietum, lignorumque: ut ædificarent ei domum.

2. Cognovitque David quòd confirmaſſet eum Dominus in regem ſuper Iſraël, & ſublevatum eſſet regnum ſuum ſuper populum ejus Iſraël.

3. Accepit quoque David alias uxores in Jeruſalem: genuitque filios, & filias. *2. Reg. 5. 13.*

4. Et hæc nomina eorum, qui nati ſunt ei in Jeruſalem: Samua, & Sobad, Nathan, & Salomon.

5. Jebahar, & Eliſua, & Eliphalet,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

6. Noga quoque, & Napheg, & Japhia,
7. Eliſama, & Baaliada, & Eliphalet.
2. Reg. 5. 17. 8. Audientes autem Philiſthiim eò quòd unctus eſſet David in regem ſuper univerſum Iſraël, aſcenderunt omnes ut quærerent eum: quod cùm audiſſet David, egreſſus eſt obviam eis.
9. Porro Philiſthiim venientes, diffuſi ſunt in valle Raphaim.
10. Conſuluitque David Dominum, dicens: Si aſcendam ad Philiſthæos, & ſi trades eos in manu mea? Et dixit ei Dominus: Aſcende, & tradam eos in manu tua.
11. Cùmque illi aſcendiſſent in Baalpharaſim, percuſſit eos ibi David, & dixit: Diviſit Deus inimicos meos per manum meam, ſicut dividuntur aquæ: & idcirco vocatum eſt nomen illius loci Baalpharaſim.
12. Dereliqueruntque ibi deos ſuos, quos David juſſit exuri.
13. Alia etiam vice Philiſthiim irruerunt, & diffuſi ſunt in valle.
14. Conſuluitque rurſum David Deum, & dixit ei Deus: Non aſcendas poſt eos, recede ab eis, & venies contra illos ex adverſo pyrorum.
15. Cùmque audieris ſonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc egredieris ad bellum. Egreſſus eſt enim Deus ante te, ut percutiat caſtra Philiſthiim.
16. Fecit ergo David ſicut præceperat ei Deus, & percuſſit caſtra Philiſthinorum, de Gabaon uſque Gazera.
17. Divulgatumque eſt nomen David in univerſis regionibus, & Dominus dedit pavorem ejus ſuper omnes gentes.

CAPUT XV.

VULGATA NOVA.

1. FEcit quoque ſibi domos in civitate David: & ædificavit locum arcæ Dei, tetenditque ei tabernaculum.
2. Tunc dixit David: Illicitum eſt ut à quocunque portetur arca Dei niſi à Levitis, quos elegit Dominus ad portandum eam, & ad miniſtrandum ſibi uſque in æternum.
3. Congregavitque univerſum Iſraël in Jeruſalem, ut afferretur arca Dei in locum ſuum, quem præparaverat ei.
4. Necnon & filios Aaron, & Levitas:
5. De filiis Caath, Uriel princeps fuit; & fratres ejus centum viginti.
6. De filiis Merari, Aſaia princeps; & fratres ejus ducenti viginti.
7. De filiis Gerſom, Joel princeps; & fratres ejus centum triginta.
8. De filiis Eliſaphan, Semeias princeps; & fratres ejus ducenti.
9. De filiis Hebron, Eliel princeps; & fratres ejus octoginta.
10. De filiis Oziel, Aminadab princeps; & fratres ejus centum duodecim.
11. Vocavitque David Sadoc & Abiathar ſacerdotes, & Levitas, Uriel, Aſaiam, Joel, Semeiam, Eliel, & Aminadab:
12. & dixit ad eos: Vos qui eſtis principes familiarum Leviticarum, ſanctificamini cum fratribus veſtris, & afferte arcam Domini Dei Iſraël, ad locum qui ei præparatus eſt:
Sup. 13. 20. 13. ne ut à principio, quia non eratis præſentes, percuſſit nos Dominus; ſic & nunc fiat, illicitum quid nobis agentibus.
14. Sanctificati ſunt ergo ſacerdotes, & Levitæ, ut portarent arcam Domini Dei Iſraël.
Num. 4. 15. 15. Et tulerunt filii Levi arcam Dei, ſicut præceperat Moyſes juxta verbum Domini, humeris ſuis, in vectibus.
16. Dixitque David principibus Levitarum, ut conſtituerent de fratribus ſuis cantores in organis muſicorum, nablis videlicet, & lyris, & cymbalis, ut reſonaret in excelſis ſonitus lætitiæ.
17. Conſtitueruntque Levitas: Hemam filium Joel, & de fratribus ejus, Aſaph filium Barachiæ: de filiis verò Merari, fratribus eorum, Ethan filium Caſaiæ.
18. Et cum eis fratres eorum: in ſecundo ordine, Zachariam, & Ben, & Jaziel, & Semiramoth, & Jahiel, & Ani, Eliab, & Banaiam, & Maaſiam, & Mathathiam, & Eliphalu, & Maceniam, & Obededom, & Jehiel, janitores.
19. Porro cantores, Heman, Aſaph, & Ethan; in cymbalis æneis concrepantes.
20. Zacharias autem, & Oziel, & Semiramoth, & Jahiel, & Ani, & Eliab, & Maaſias, & Banaias, in nablis arcana cantabant.
21. Porro Mathathias, & Eliphalu, & Macenias, & Obededom, & Jehiel, & Ozaziu, in citharis pro octava canebant epinicion.
22. Chonenias autem princeps Levitarum, prophetiæ præerat, ad præcinendam melodiam: erat quippe valde ſapiens.
23. Et Barachias, & Elcana, janitores arcæ.
24. Porro Sebenias, & Joſaphat, & Nathanael, & Amaſai, & Zacharias, & Banaias, & Eliezer, ſacerdotes, clangebant tubis coram arca Dei: & Obededom, & Jehias, erant janitores arcæ.
25. Igitur David, & omnes majores natu Iſraël, & tribuni, ierunt ad deportandam arcam fœderis Domini de domo Obededom, cum lætitia. 2. Reg. 6. 12.
26. Cùmque adjuviſſet Deus Levitas, qui portabant arcam fœderis Domini, immolabantur ſeptem tauri, & ſeptem arietes.
27. Porro David erat indutus ſtola byſſina, & univerſi Levitæ qui portabant arcam, cantoreſque, & Chonenias princeps prophetiæ inter cantores: David autem etiam indutus erat ephod lineo.
28. Univerſuſque Iſraël deducebant arcam fœderis Domini in jubilo, & ſonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis, & nablis, & citharis concrepantes.
29. Cùmque perveniſſet arca fœderis Domini uſque ad civitatem David, Michol filia Saul proſpiciens per feneſtram, vidit regem David ſaltantem atque ludentem, & deſpexit eum in corde ſuo.

CAPUT XVI.

VULGATA NOVA.

2. Reg. 7. 6. 17. ATtulerunt igitur arcam Dei, & conſtituerunt eam in medio tabernaculi, quod tetenderat ei David: & obtulerunt holocauſta, & pacifica coram Deo.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

2. Cùmque complesset David offerens holocausta, & pacifica, benedixit populo in nomine Domini.

3. Et divisit universis per singulos, à viro usque ad mulierem, tortam panis, & partem assæ carnis bubalæ, & frixam oleo similam.

4. Constituitque coram arca Domini de Levitis, qui ministrarent, & recordarentur operum ejus, & glorificarent atque laudarent Dominum Deum Israël:

5. Asaph principem, & secundum ejus Zachariam: Porro Jahiel, & Semiramoth, & Jehiel, & Mathathiam, & Eliab, & Banaiam, & Obededom: Jehiel super organa psalterii, & lyras: Asaph autem ut cymbalis personaret:

6. Banaiam verò & Jaziel sacerdotes, canere tubâ jugiter coram arca fœderis Domini.

7. In illo die fecit David principem ad confitendum Domino Asaph, & fratres ejus.

Ps. 104. 1. Isai. 12. 4. 8. Confitemini Domino, & invocate nomen ejus: notas facite in populis adinventiones ejus.

9. Cantate ei, & psallite ei: & narrate omnia mirabilia ejus.

10. Laudate nomen sanctum ejus: lætetur cor quærentium Dominum.

11. Quærite Dominum, & virtutem ejus: quærite faciem ejus semper.

12. Recordamini mirabilium ejus, quæ fecit: signorum illius, & judiciorum oris ejus.

13. Semen Israël servi ejus: filii Jacob electi ejus.

14. Ipse Dominus Deus noster: in universa terra judicia ejus.

15. Recordamini in sempiternum pacti ejus: sermonis, quem præcepit in mille generationes.

16. Quem pepigit cum Abraham: & juramenti illius cum Isaac.

17. Et constituit illud Jacob in præceptum: & Israël in pactum sempiternum,

18. Dicens: Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis vestræ.

19. Cùm essent pauci numero, parvi & coloni ejus.

20. Et transierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.

21. Non dimisit quemquam calumniari eos, sed increpavit pro eis reges.

Ps. 104. 15. 22. Nolite tangere christos meos: & in prophetis meis nolite malignari.

Ps. 95. 1. 2. 23. Cantate Domino omnis terrra: annuntiate ex die in diem salutare ejus.

24. Narrate in gentibus gloriam ejus: in cunctis populis mirabilia ejus.

25. Quia magnus Dominus, & laudabilis nimis: & horribilis super omnes deos.

26. Omnes enim dii populorum, idola: Dominus autem cœlos fecit.

27. Confessio & magnificentia coram eo: fortitudo & gaudium in loco ejus.

28. Afferte Domino familiæ populorum: afferte Domino gloriam & imperium.

29. Date Domino gloriam, nomini ejus, levate sacrificium, & venite in conspectu ejus: & adorate Dominum in decore sancto.

30. Commoveatur à facie ejus omnis terra: ipse enim fundavit orbem immobilem.

31. Lætentur cœli, & exsultet terra: & dicant in nationibus, Dominus regnavit.

32. Tonet mare, & plenitudo ejus: exsultent agri, & omnia quæ in eis sunt.

33. Tunc laudabunt ligna saltus coram Domino: quia venit judicare terram.

34. Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in æternum misericordia ejus.

35. Et dicite: Salva nos Deus salvator noster; & congrega nos, & erue de gentibus, ut confiteamur nomini sancto tuo, & exsultemus in carminibus tuis.

36. Benedictus Dominus Deus Israël ab æterno usque in æternum: & dicat omnis populus: Amen, & hymnum Domino.

37. Reliquit itaque ibi coram arca fœderis Domini, Asaph & fratres ejus, ut ministrarent in conspectu arcæ jugiter, per singulos dies, & vices suas.

38. Porro Obededom, & fratres ejus sexaginta octo; & Obededom filium Idithun, & Hosa, constituit janitores.

39. Sadoc autem sacerdotem, & fratres ejus sacerdotes, coram tabernaculo Domini in excelso, quod erat in Gabaon,

40. ut offerrent holocausta Domino super altare holocautomatis jugiter, manè & vespere, juxta omnia quæ scripta sunt in lege Domini, quam præcepit Israëli.

41. Et post eum Heman, & Idithun, & reliquos electos, unumquemque vocabulo suo ad confitendum Domino: Quoniam in æternum misericordia ejus.

42. Heman quoque & Idithun canentes tubâ, & quatientes cymbala, & omnia musicorum organa, ad canendum Deo; filios autem Idithun fecit esse portarios.

43. Reversusque est omnis populus in domum suam; & David, ut benediceret etiam domui suæ.

CAPUT XVII.

VULGATA NOVA.

2. Reg. 7. 1. 1. CUm autem habitaret David in domo sua, dixit ad Nathan prophetam: Ecce ego habito in domo cedrina: arca autem fœderis Domini sub pellibus est.

2. Et ait Nathan ad David: Omnia, quæ in corde tuo sunt, fac: Deus enim tecum est.

3. Igitur nocte illa factus est sermo Dei ad Nathan, dicens:

4. Vade, & loquere David servo meo: Hæc dicit Dominus: Non ædificabis tu mihi domum ad habitandum.

5. Neque enim mansi in domo, ex eo tempore quo eduxi Israël, usque ad diem hanc: sed fui semper mutans loca tabernaculi, & in tentorio

6. manens cum omni Israël. Nunquid locutus sum saltem uni judicum Israël, quibus præceperam ut pascerent populum meum, & dixi: Quare non ædificastis mihi domum cedrinam?

7. Nunc itaque sic loquêris ad servum meum David: Hæc dicit Dominus exercituum: Ego tuli te, cùm in pascuis sequereris gregem, ut esses dux populi mei Israël.

8. Et fui tecum quòcunque perrexisti: & interfeci omnes inimicos tuos coram te, fecique tibi nomen quasi unius magnorum, qui celebrantur in terra.

9. Et dedi locum populo meo Israël: plantabitur, & habitabit in eo, & ultra non commovebitur: nec filii iniquitatis atterent eos, sicut à principio,

10. ex diebus quibus dedi judices populo meo Israël, & humiliavi universos inimicos tuos. Annuntio ergo tibi, quòd ædificaturus sit tibi Dominus domum.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

11. Cùmque impleveris dies tuos ut vadas ad patres tuos, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, quod erit de filiis tuis : & ſtabiliam regnum ejus.

12. Ipſe ædificabit mihi domum, & firmabo ſolium ejus uſque in æternum.

13. Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium : & miſericordiam meam non auferam ab eo, ſicut abſtuli ab eo qui ante te fuit.

14. Et ſtatuam eum in domo mea, & in regno meo, uſque in ſempiternum : & thronus ejus erit firmiſſimus in perpetuum.

VERSIO ANTIQUA.

11. Et erit cùm completi fuerint dies tui, & dormies cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, qui erit de ventre tuo : & parabo regnum ejus. *Ambr. lib. 3. in Luc. t. 1. 1316. e.*

12. Ipſe mihi ædificabit domum, & erigam ſedem ejus in ſæculum.

13. Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium : & miſericordiam meam non diſpergam ab eo, ſicut diſperſi ab iis, qui ante fuerunt.

14. Et fidelem eum ſervabo in domo mea, & in regno ejus in ſæculum. *Ibid. 1317. e.*

VULGATA NOVA.

15. Juxta omnia verba hæc, & juxta univerſam viſionem iſtam, ſic locutus eſt Nathan ad David.

16. Cùmque veniſſet rex David, & ſediſſet coram Domino, dixit : Quis ego ſum Domine Deus, & quæ domus mea, ut præſtares mihi talia ?

17. Sed & hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo, ideoque locutus es ſuper domum ſervi tui etiam in futurum : & feciſti me ſpectabilem ſuper omnes homines, Domine Deus.

18. Quid ultra addere poteſt David, cùm ita glorificaveris ſervum tuum, & cognoveris eum ?

19. Domine, propter famulum tuum juxta cor tuum feciſti omnem magnificentiam hanc, & nota eſſe voluiſti univerſa magnalia.

20. Domine, non eſt ſimilis tui : & non eſt alius Deus abſque te, ex omnibus, quos audivimus auribus noſtris.

21. Quis enim eſt alius, ut populus tuus Iſraël, gens una in terra, ad quam perrexit Deus, ut liberaret, & faceret populum ſibi, & magnitudine ſua atque terroribus ejiceret nationes à facie ejus, quem de Ægypto liberarat ?

22. Et poſuiſti populum tuum Iſraël tibi in populum uſque in æternum, & tu Domine factus es Deus ejus.

23. Nunc igitur Domine, ſermo, quem locutus es famulo tuo, & ſuper domum ejus, confirmetur in perpetuum, & fac ſicut locutus es.

24. Permaneatque & magnificetur nomen tuum uſque in ſempiternum : & dicatur : Dominus exercituum Deus Iſraël, & domus David ſervi ejus permanens coram eo.

25. Tu enim Domine Deus meus revelaſti auriculam ſervi tui, ut ædificares ei domum : & idcirco invenit ſervus tuus fiduciam, ut oret coram te.

26. Nunc ergo Domine, tu es Deus : & locutus es ad ſervum tuum tanta beneficia.

27. Et cœpiſti benedicere domui ſervi tui, ut ſit ſemper coram te : te enim Domine benedicente, benedicta erit in perpetuum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. Ad verbum è Græco, poſito uno σ, ante *ſuſcitabo*. Ambr. inf. col. 1317. c. legit *dormieris*, pro *dormies*, & *de ſemine tuo*, loco *ſemen tuum*, abſque ſeqq. *poſt te*. Græc. κοιμηθήσῃ..... τὸ σπέρμα σου μετὰ σέ.

℣. 12. Sic iterum legit Ambroſ. infra, 1317. c. nec abſimile Græcum eſt, niſi excipias τὸν θρόνον, *thronum*, loco *ſedem*, quæ idem ſonant.

℣. 13. Græcè, vix quidquam eſt non ſimile ; loco tamen *diſpergam*, & *diſperſi*, legitur ἀποσήσω, & ἀπέστησα, mel. *removebo*, *removi* ; item in fine ἔμπροσθέν σου, *ante te*, non ſimpliciter *ante*.

℣. 14. Ita rurſum Ambroſ. infra, col. 1317. c. cui favet Græcum, niſi quòd loco *fidelem eum ſervabo*, hab. ſimpliciter, στήσω αὐτόν, i. e. *confirmabo*, *ſtabiliam*, &c.

CAPUT XVIII.

VULGATA NOVA.

2. *Reg.* 8. 1. 1. FActum eſt autem poſt hæc, ut percuteret David Philiſthiim, & humiliaret eos, & tolleret Geth, & filias ejus, de manu Philiſthiim,

2. percuteretque Moab, & fierent Moabitæ ſervi David, offerentes ei munera.

3. Eo tempore percuſſit David etiam Adarezer regem Soba regionis Hemath, quando perrexit ut dilataret imperium ſuum uſque ad flumen Euphraten.

4. Cepit ergo David mille quadrigas ejus, & ſeptem millia equitum, ac viginti millia virorum peditum, ſubnervavitque omnes equos curruum, exceptis centum quadrigis, quas reſervavit ſibi.

5. Supervenit autem & Syrus Damaſcenus, ut auxilium præberet Adarezer regi Soba : ſed & hujus percuſſit David viginti duo millia virorum.

6. Et poſuit milites in Damaſco, ut Syria quoque ſerviret ſibi, & offerret munera. Adjuvitque eum Dominus in cunctis, ad quæ perrexerat.

7. Tulit quoque David pharetras aureas, quas habuerant ſervi Adarezer, & attulit eas in Jeruſalem.

8. Necnon de Thebath & Chun, urbibus Adarezer, æris plurimum, de quo fecit Salomon mare æneum, & columnas, & vaſa ænea.

9. Quod cùm audiſſet Thou rex Hemath, percuſſiſſe videlicet David omnem exercitum Adarezer regis Soba,

10. miſit Adoram filium ſuum ad regem David, ut poſtularet ab eo pacem, & congratularetur ei, quòd percuſſiſſet & expugnaſſet Adarezer : adverſarius quippe erat Thou Adarezer.

11. Sed & omnia vaſa aurea, & argentea, & ænea, conſecravit David rex Domino, cum argento & auro, quod tulerat ex univerſis gentibus, tam de Idumæa, & Moab, & filiis Ammon, quàm de Philiſthiim & Amalec.

12. Abiſai verò filius Sarviæ percuſſit Edom in valle Salinarum, decem & octo millia :

13. & conſtituit in Edom præſidium, ut ſerviret Idumæa David : ſalvavitque Dominus David in cunctis, ad quæ perrexerat.

14. Regnavit ergo David ſuper univerſum Iſraël, & faciebat judicium atque juſtitiam cuncto populo ſuo.

15. Porro Joab filius Sarviæ erat ſuper exercitum, & Joſaphat filius Ahilud à commentariis.

16. Sadoc autem filius Achitob, & Ahimelech filius Abiathar, ſacerdotes : & Suſa, ſcriba.

17. Banaias quoque filius Joiadæ ſuper legiones Cerethi, & Phelethi : porro filii David, primi ad manum regis.

Digitized by Google

CAPUT XIX.

VULGATA NOVA.

2. Reg. 10. 1. 1. ACcidit autem ut moreretur Naas rex filiorum Ammon, & regnaret filius ejus pro eo.

2. Dixitque David: Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas: præstitit enim mihi pater ejus gratiam. Misitque David nuncios ad consolandum eum super morte patris sui. Qui cùm perveniſſent in terram filiorum Ammon, ut consolarentur Hanon,

3. dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon: Tu forsitan putas, quòd David honoris causâ in patrem tuum miserit qui consolentur te: nec animadvertis, quòd ut explorent, & investigent, & scrutentur terram tuam, venerint ad te servi ejus.

4. Igitur Hanon pueros David decalvavit, & rasit, & præcidit tunicas eorum à natibus usque ad pedes, & dimisit eos.

5. Qui cùm abiissent, & hoc mandassent David, misit in occursum eorum (grandem enim contumeliam sustinuerant,) & præcepit ut manerent in Jericho, donec cresceret barba eorum, & tunc reverterentur.

6. Videntes autem filii Ammon, quòd injuriam feciſſent David, tam Hanon, quàm reliquus populus, miserunt mille talenta argenti, ut conducerent sibi de Mesopotamia, & de Syria Maacha, & de Soba, currus & equites.

7. Conduxeruntque triginta duo millia curruum, & regem Maacha cum populo ejus. Qui cùm veniſſent, castrametati sunt è regione Medaba. Filii quoque Ammon congregati de urbibus suis, venerunt ad bellum.

8. Quod cùm audiſſet David, misit Joab, & omnem exercitum virorum fortium:

9. egressique filii Ammon, direxerunt aciem juxta portam civitatis: reges autem, qui ad auxilium ejus venerant, separatim in agro steterunt.

10. Igitur Joab, intelligens bellum ex adverso & post tergum contra se fieri, elegit viros fortissimos de universo Israël, & perrexit contra Syrum.

11. Reliquam autem partem populi dedit sub manu Abisai fratris sui; & perrexerunt contra filios Ammon.

12. Dixitque: Si vicerit me Syrus, auxilio eris mihi: si autem superaverint te filii Ammon, ero tibi in præsidium.

13. Confortare, & agamus viriliter pro populo nostro, & pro urbibus Dei nostri: Dominus autem, quod in conspectu suo bonum est, faciet.

14. Perrexit ergo Joab, & populus qui cum eo erat, contra Syrum ad prælium: & fugavit eos.

15. Porro filii Ammon videntes quòd fugiſſet Syrus, ipsi quoque fugerunt Abisai fratrem ejus, & ingressi sunt civitatem: reversusque est etiam Joab in Jerusalem.

16. Videns autem Syrus quòd cecidiſſet coram Israël, misit nuncios, & adduxit Syrum, qui erat trans fluvium: Sophach autem princeps militiæ Adarezer, erat dux eorum.

17. Quod cùm nunciatum esset David, congregavit universum Israël, & transivit Jordanem, irruitque in eos, & direxit ex adverso aciem, illis contra pugnantibus.

18. Fugit autem Syrus Israël: & interfecit David de Syris septem millia curruum, & quadraginta millia peditum, & Sophach exercitus principem.

19. Videntes autem servi Adarezer se ab Israël esse superatos, transfugerunt ad David, & servierunt ei: noluitque ultra Syria auxilium præbere filiis Ammon.

CAPUT XX.

VULGATA NOVA.

2. Reg. 10. 7. & 11. 1. 1. FActum est autem post anni circulum, eo tempore, quo solent reges ad bella procedere, congregavit Joab exercitum, & robur militiæ, & vastavit terram filiorum Ammon; perrexitque & obsedit Rabba: porro David manebat in Jerusalem, quando Joab percussit Rabba, & destruxit eam.

2. Tulit autem David coronam Melchom de capite ejus, & invenit in ea auri pondo talentum, & pretiosissimas gemmas, fecitque sibi inde diadema: manubias quoque urbis plurimas tulit:

3. populum autem, qui erat in ea, eduxit: & fecit super eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta transire, ita ut dissecarentur, & contererentur: sic fecit David cunctis urbibus filiorum Ammon: & reversus est cum omni populo suo in Jerusalem.

4. Post hæc initum est bellum in Gazer adversùm Philisthæos: in quo percussit Sobochai Husathites, Saphai de genere Raphaim, & humiliavit eos. 2. Reg. 21. 18.

5. Aliud quoque bellum gestum est adversùs Philisthæos, in quo percussit Adeodatus filius Saltus Bethlehemites fratrem Goliath Gethæi, cujus hastæ lignum erat quasi liciatorium texentium.

6. Sed & aliud bellum accidit in Geth, in quo fuit homo longissimus, senos habens digitos, id est, simul viginti quatuor: qui & ipse de Rapha fuerat stirpe generatus.

7. Hic blasphemavit Israël: & percussit eum Jonathan filius Samaa fratris David. Hi sunt filii Rapha in Geth, qui ceciderunt in manu David & servorum ejus.

CAPUT XXI.

VULGATA NOVA.

2. Reg. 24. 1. Inf. 27. 24. 1. COnsurrexit autem satan contra Israël: & concitavit David ut numeraret Israël.

2. Dixitque David ad Joab, & ad principes populi: Ite, & numerate Israël à Bersabee usque Dan: & afferte mihi numerum ut sciam.

3. Respondit que Joab: Augeat Dominus populum suum centuplum, quàm sunt: nonne domine mi rex, omnes servi tui sunt? quare hoc quærit dominus meus, quod in peccatum reputetur Israëli?

4. Sed sermo regis magis prævaluit: egressusque est Joab, & circuivit universum Israël; & reversus est Jerusalem.

5. Deditque Davidi numerum eorum, quos circuierat: & inventus est omnis numerus Israël, mille millia & centum millia virorum educentium gladium: de Juda autem, quadringenta septuaginta millia bellatorum.

6. Nam Levi, & Benjamin non numeravit: eò quòd Joab invitus exsequeretur regis imperium.

7. Displicuit autem Deo quod jussum erat; & percussit Israël.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

8. Dixitque David ad Deum : Peccavi nimis ut hoc facerem : obsecro aufer iniquitatem servi tui, quia insipienter egi.

VERSIO ANTIQUA.

8..... Peccavi valde quoniam verbum hoc feci : & nunc Domine, dele iniquitatem servi tui..... *Ambr. in Ps. 37. t. 1. 820. e. f.*

VULGATA NOVA.

9. Et locutus est Dominus ad Gad Videntem Davidis, dicens :

10. Vade, & loquere ad David, & dic ei : Hæc dicit Dominus : Trium tibi optionem do ; unum, quod volueris, elige, & faciam tibi.

VULGATA NOVA.

VERSIO ANTIQUA.

2. *Reg.* 24. 13. 11. Cùmque venisset Gad ad David, dixit ei : Hæc dicit Dominus : Elige quod volueris :

11..... Quid fieri velis elige :

12. aut tribus annis famem : aut tribus mensibus te fugere hostes tuos, & gladium eorum non posse evadere : aut tribus diebus gladium Domini, & pestilentiam versari in terra, & angelum Domini interficere in universis finibus Israël : nunc igitur vide quid respondeam ei, qui misit me.

12. triennium famem super terram : aut tribus mensibus fugere te à facie inimicorum tuorum, & illos persequentes : aut triduo fieri mortem in terra : & nunc scito, & vide quid respondeam illi, qui misit me.

13. Et dixit David ad Gad : Ex omni parte me angustiæ premunt : sed melius mihi est, ut incidam in manus Domini, quia multæ sunt miserationes ejus, quàm in manus hominum.

13. Et dixit David ad Nathan : Angustiæ mihi sunt in his tribus : sed magis incidam in manus Domini, quoniam magna est misericordia illius, quàm in hominum manus. *Ibid. 821. a.*

VULGATA NOVA.

14. Misit ergo Dominus pestilentiam in Israël : & ceciderunt de Israël septuaginta millia virorum.

15. Misit quoque angelum in Jerusalem, ut percuteret eam : cùmque percuteretur, vidit Dominus, & misertus est super magnitudine mali : & imperavit angelo, qui percutiebat : Sufficit, jam cesset manus tua. Porro angelus Domini stabat juxta aream Ornan Jebusæi.

16. Levansque David oculos suos, vidit angelum Domini stantem inter cœlum & terram, & evaginatum gladium in manu ejus, & versum contra Jerusalem : & ceciderunt, tam ipse, quàm majores natu vestiti ciliciis, proni in terram.

VULGATA NOVA.

VERSIO ANTIQUA.

17. Dixitque David ad Deum : Nonne ego sum, qui jussi ut numeraretur populus ? Ego, qui peccavi : ego, qui malum feci : iste grex quid commeruit ? Domine Deus meus, vertatur obsecro manus tua in me, & in domum patris mei : populus autem tuus non percutiatur.

17..... Ecce ego sum, ego peccavi : & ego pastor malè feci : & isti in hoc grege quid fecerunt ? Fiat manus tua in me, & in domum patris mei..... *Ibid. 821. c.*

VULGATA NOVA.

18. Angelus autem Domini præcepit Gad, ut diceret Davidi ut ascenderet, exstrueretque altare Domino Deo in area Ornan Jebusæi.

19. Ascendit ergo David juxta sermonem Gad, quem locutus ei fuerat ex nomine Domini.

20. Porro Ornan cùm suspexisset, & vidisset angelum, quatuorque filii ejus cum eo, absconderunt se : nam eo tempore terebat in area triticum.

21. Igitur cùm veniret David ad Ornan, conspexit eum Ornan, & processit ei obviam de area, & adoravit eum pronus in terram.

22. Dixitque ei David : Da mihi locum areæ tuæ, ut ædificem in ea altare Domino : ita ut quantum valet argenti accipias, & cesset plaga à populo.

23. Dixit autem Ornan ad David : Tolle, & faciat dominus meus rex quodcunque ei placet : sed & boves do in holocaustum, & tribulas in ligna, & triticum in sacrificium : Omnia libens præbebo.

24. Dixitque ei rex David : Nequaquam ita fiet, sed argentum dabo quantum valet : neque enim tibi auferre debeo, & sic offerre Domino holocausta gratuita.

25. Dedit ergo David Ornan pro loco siclos auri justissimi ponderis sexcentos.

26. Et ædificavit ibi altare Domino : obtulitque holocausta, & pacifica, & invocavit Dominum, & exaudivit eum in igne de cœlo super altare holocausti. *2. Par. 3. 1.*

27. Præcepitque Dominus angelo : & convertit gladium suum in vaginam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. Græc. loco *verbum hoc*, hab. τὸ ῥᾶγμα τοῦτο, *rem hanc*, post *feci ;* deinde sic, ἐγὼ νῦν περίελε δὴ τὴν κακίαν παιδός σου, mel. in Compl. τὴν ἀδικίαν τοῦ δούλου σου.

℣. 11. Sic Ambros. narrat ibid. *Misit ad eum Nathan prophetam, & ille venit ad regem, & dixit ei : Quid*, &c. Gr. Καὶ ἦλθε Γὰδ πρὸς Δαυὶδ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Οὕτως λέγει Κύριος· Ἔκλεξαι σεαυτῷ· *Et venit Gad ad David, & dixit ei : Sic dicit Dominus : Elige tibi ipsi* ; hoc prætermisso, *quid fieri velis :*

℣. 12. Facilè crediderim hæc esse desumpta ex 2. Reg. 24. 13. non verò ex Paralip. nam in Græco hîc habetur : ἢ τρία ἔτη λιμὸν, ἢ τρεῖς μῆνας, *vel tres annos famis, vel tres menses*, loco *triennium..... aut tribus mensibus ;* item loco & *illos persequentes*, sic, καὶ μάχαιρα ἐχθρῶν σου τοῦ ἐξολοθρεῦσαι, & *gladius inimicorum tuorum ad exterminandum ;* deinde ἢ τρεῖς ἡμέρας ῥομφαίαν Κυρίου, καὶ θάνατον ἐν τῇ γῇ, καὶ ἄγγελος Κυρίου ἐξολοθρεύων ἐν πάσῃ κληρονομίᾳ Ἰσραήλ· *vel tres dies gladium Domini*, & *mortem in terra*, & *angelus Domini exterminans in omni hæreditate Israël ;* horum loco aut *triduo fieri mortem in terra :* demùm hoc sublato, *scito* &, habetur in fine, τῷ ἀποστείλαντί με λόγον, in Ms. Alex. ac ed. Ald. με λόγον, in Compl. με ῥῆμα. Vide sup. 2. Reg. 24. 13. ubi plura hîc superaddita non leguntur.

℣. 13. Idem valent quæ habentur Græcè : Καὶ εἶπε Δαυὶδ πρὸς Γάδ· Στενά μοι καὶ τὰ τρία σφόδρα· ἐμπεσοῦμαι δὴ εἰς χεῖρας Κυρίου, ὅτι πολλοὶ οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ σφόδρα, καὶ εἰς χεῖρας ἀνθρώπων οὐ μὴ ἐμπέσω. *Et dixit ad Gad : Angusta mihi etiam hæc tria valde : incidam nunc in manus Domini, quia multæ miserationes ejus valde*, & *in manus hominum non incidam.* Vid. sup. 2. Reg. 24. 14.

℣. 17. Paulùm dissimilia quæ in Græco : Καὶ ἐγώ εἰμι ὁ ἁμαρτὼν· κακοποιῶν ἐκακοποίησα· καὶ ταῦτα τὰ πρόβατα τί ἐποίησαν ; *Et ego sum, qui peccavi : malefaciens malefeci :* & *istæ oves quid fecerunt ?* tum sequitur, Κύριε ὁ Θεὸς, γενηθήτω, &c. *Domine Deus, fiat*, &c. ut in textu, uno excepto τῷ οἴκῳ, *domo*, pro *domum.* Vide sup. 2. Reg. 24. 17. Idem Ambros. ep. 36. to. 2. 930. a. alludens dicit : *Ecce ego pastor*, & *grex iste quid deliquit ? Ego peccavi, in me vindica.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

28. Protinus ergo David, videns quòd exaudiſſet eum Dominus in area Ornan Jebuſæi, immolavit ibi victimas.

Exod. 36. 2. 29. Tabernaculum autem Domini, quod fecerat Moyſes in deſerto, & altare holocauſtorum, ea tempeſtate erat in excelſo Gabaon.

30. Et non prævaluit David ire ad altare, ut ibi obſecraret Deum: nimio enim fuerat in timore perterritus, videns gladium angeli Domini.

CAPUT XXII.

VULGATA NOVA.

1. DIxitque David: Hæc eſt domus Dei, & hoc altare in holocauſtum Iſraël.

2. Et præcepit ut congregarentur omnes proſelyti de terra Iſraël, & conſtituit ex eis latomos ad cædendos lapides & poliendos, ut ædificaretur domus Dei.

3. Ferrum quoque plurimum ad clavos januarum, & ad commiſſuras atque juncturas præparavit David: & æris pondus innumerabile.

4. Ligna quoque cedrina non poterant æſtimari, quæ Sidonii & Tyrii deportaverant ad David.

5. Et dixit David: Salomon filius meus puer parvulus eſt & delicatus; domus autem, quam ædificari volo Domino, talis eſſe debet ut in cunctis regionibus nominetur: præparabo ergo ei neceſſaria. Et ob hanc cauſam ante mortem ſuam omnes præparavit impenſas.

6. Vocavitque Salomonem filium ſuum: & præcepit ei ut ædificaret domum Domino Deo Iſraël.

2. Reg. 7. 2. *Sup.* 17. 1. 7. Dixitque David ad Salomonem: Fili mi, voluntatis meæ fuit ut ædificarem domum nomini Domini Dei mei,

8. ſed factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: Multum ſanguinem effudiſti, & plurima bella bellaſti: non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuſo ſanguine coram me:

9. filius, qui naſcetur tibi, erit vir quietiſſimus: faciam enim eum requieſcere ab omnibus inimicis ſuis per circuitum: & ob hanc cauſam Pacificus vocabitur: & pacem & otium dabo in Iſraël cunctis diebus ejus.

10. Ipſe ædificabit domum nomini meo, & ipſe erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem: firmaboque ſolium regni ejus ſuper Iſraël in æternum. *2. Reg.* 7. 13. *3. Reg.* 5. 5. *Heb.* 1. 5.

11. Nunc ergo fili mi, ſit Dominus tecum, & proſperare, & ædifica domum Domino Deo tuo, ſicut locutus eſt de te.

12. Det quoque tibi Dominus prudentiam & ſenſum, ut regere poſſis Iſraël, & cuſtodire legem Domini Dei tui.

13. Tunc enim proficere poteris, ſi cuſtodieris mandata & judicia, quæ præcepit Dominus Moyſi ut doceret Iſraël: confortare & viriliter age, ne timeas, neque paveas.

VERSIO ANTIQUA.

Hilar. in Pſ. 118. 326. *b.* 14.. Ecce congregavi de paupertate mea auri talenta centum millia, & argenti mille millia: & æris, & ferri, quorum numerus non eſt.....

VULGATA NOVA.

14. Ecce ego in paupertate mea præparavi impenſas domus Domini, auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum: æris verò & ferri non eſt pondus, vincitur enim numerus magnitudine: ligna & lapides præparavi ad univerſa impendia.

VULGATA NOVA.

15. Habes quoque plurimos artifices, latomos, & cæmentarios, artificeſque lignorum, & omnium artium ad faciendum opus prudentiſſimos,

16. in auro & argento & ære & ferro, cujus non eſt numerus. Surge igitur, & fac, & erit Dominus tecum.

17. Præcepit quoque David cunctis principibus Iſraël, ut adjuvarent Salomonem filium ſuum.

18. Cernitis, inquiens, quòd Dominus Deus veſter vobiſcum ſit, & dederit vobis requiem per circuitum, & tradiderit omnes inimicos veſtros in manus veſtras, & ſubjecta ſit terra coram Domino, & coram populo ejus.

19 Præbete igitur corda veſtra & animas veſtras, ut quæratis Dominum Deum veſtrum: & conſurgite, & ædificate ſanctuarium Domino Deo, ut introducatur arca fœderis Domini, & vaſa Domino conſecrata, in domum, quæ ædificatur nomini Domini.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 14. Non longè diſtant Græca iſta: Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ κατὰ τὴν πτωχείαν μου ἡτοίμασα εἰς οἶκον Κυρίου, χρυσίου ταλάντων ἑκατὸν χιλιάδας, καὶ ἀργυρίου ταλάντων χιλίας χιλιάδας· καὶ χαλκὸν, καὶ σίδηρον, ὃ οὐκ ἔστι σαθμὸς, ὅτι εἰς πολὺς ἐστι, &c. *Et ecce ego ſecundùm paupertatem meam paràvi in domum Domini, auri talentorum centum millia, & argenti talentorum mille millia: & æs, & ferrum, cujus non eſt pondus, quia in multitudine eſt, &c.*

CAPUT XXIII.

VULGATA NOVA.

1. IGitur David ſenex & plenus dierum, regem conſtituit Salomonem filium ſuum ſuper Iſraël.

2. Et congregavit omnes principes Iſraël, & ſacerdotes atque Levitas.

3. Numeratique ſunt Levitæ à triginta annis, & ſupra: & inventa ſunt triginta octo millia virorum.

4. Ex his electi ſunt, & diſtributi in miniſterium domus Domini, viginti quatuor millia: præpoſitorum autem & judicum, ſex millia.

5. Porro quatuor millia janitores: & totidem pſalmæ canentes Domino in organis, quæ fecerat ad canendum.

6. Et diſtribuit eos David per vices filiorum Levi, Gerſon videlicet, & Caath, & Merari. *Sup.* 6. 1.

7. Filii Gerſon: Leedan, & Semei.

8. Filii Leedan: princeps Jahiel, & Zethan, & Joel, tres.

9. Filii Semei: Salomith, & Hoſiel, & Aran, tres: iſti principes familiarum Leedan.

10. Porro filii Semei, Leheth, & Ziza, & Jaus, & Baria: iſti filii Semei, quatuor.

11. Erat autem Leheth prior, Ziza ſecundus: porro Jaus & Baria non habuerunt plurimos filios, &

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

idcirco in una familia, unaque domo, computati sunt.

12. Filii Caath : Amram, & Isaar, Hebron, & Oziel, quatuor.

Sup. 6. 13. Filii Amram : Aaron, & Moyses. Separatusque est Aaron ut ministraret in Sancto sanctorum, ipse & filii ejus in sempiternum, & adoleret incensum *Heb. 5. 4.* Domino secundùm ritum suum, ac benediceret nomini ejus in perpetuum.

14. Moysi quoque hominis Dei filii annumerati sunt in tribu Levi.

Exod. 2. 22. & 18. 3. 4. 15. Filii Moysi : Gersom, & Eliezer.

16. Filii Gersom : Subuel primus.

17. Fuerunt autem filii Eliezer : Rohobia primus : & non erant Eliezer filii alii. Porro filii Rohobia multiplicati sunt nimis.

18. Filii Isaar : Salomith primus.

19. Filii Hebron : Jeriau primus, Amarias secundus, Jahaziel tertius, Jecmaam quartus.

20. Filii Oziel : Micha primus, Jesia secundus.

21. Filii Merari : Moholi, & Musi. Filii Moholi : Eleazar, & Cis.

22. Mortuus est autem Eleazar, & non habuit filios, sed filias : acceperuntque eas filii Cis fratres earum.

23. Filii Musi : Moholi, & Eder, & Jerimoth, tres.

24. Hi filii Levi in cognationibus & familiis suis, principes per vices, & numerum capitum singulorum, qui faciebant opera ministerii domus Domini, à viginti annis & supra.

25. Dixit enim David : Requiem dedit Dominus Deus Israël populo suo, & habitationem Jerusalem usque in æternum.

26. Nec erit officii Levitarum ut ultra portent tabernaculum, & omnia vasa ejus ad ministrandum.

27. Juxta præcepta quoque David novissima, supputabitur numerus filiorum Levi à viginti annis & supra.

28. Et erunt sub manu filiorum Aaron in cultum domus Domini, in vestibulis, & in exedris, & in loco purificationis, & in sanctuario, & in universis operibus ministerii templi Domini.

29. Sacerdotes autem, super panes propositionis, & ad similæ sacrificium, & ad lagana azyma, & sartaginem, & ad torrendum, & super omne pondus atque mensuram.

30. Levitæ verò, ut stent manè ad confitendum & canendum Domino : similiterque ad vesperam

31. tam in oblatione holocaustorum Domini, quàm in sabbatis & calendis & solemnitatibus reliquis, juxta numerum, & cæremonias uniuscujusque rei, jugiter coram Domino.

32. Et custodiant observationes tabernaculi fœderis, & ritum sanctuarii, & observationem filiorum Aaron fratrum suorum, ut ministrent in domo Domini.

CAPUT XXIV.

VULGATA NOVA.

1. PORro filiis Aaron hæ partitiones erant : Filii Aaron : Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar.

Lev. 10. 2. Num. 3. 4. 2. Mortui sunt autem Nadab & Abiu ante patrem suum absque liberis : sacerdotioque functus est Eleazar, & Ithamar.

3. Et divisit eos David, id est, Sadoc de filiis Eleazari, & Ahimelech de filiis Ithamar, secundùm vices suas & ministerium.

4. Inventique sunt multò plures filii Eleazar in principibus viris, quàm filii Ithamar. Divisit autem eis, hoc est filiis Eleazar, principes per familias sedecim : & filiis Ithamar per familias & domos suas octo.

5. Porro divisit utrasque inter se familias sortibus : erant enim principes sanctuarii, & principes Dei, tam de filiis Eleazar, quàm de filiis Ithamar.

6. Descripsitque eos Semeias filius Nathanael scriba Levites, coram rege & principibus, & Sadoc sacerdote, & Ahimelech filio Abiathar, principibus quoque familiarum sacerdotalium & Leviticarum : unam domum, quæ cæteris præerat, Eleazar : & alteram domum, quæ sub se habebat cæteros, Ithamar.

7. Exivit autem sors prima Joiarib, secunda Jedei,

8. tertia Harim, quarta Seorim,

9. quinta Melchia, sexta Maiman,

10. septima Accos, octava Abia,

11. nona Jesua, decima Sechenia,

12. undecima Eliasib, duodecima Jacim,

13. tertia decima Hoppha, decima quarta Isbaab,

14. decima quinta Belga, decima sexta Emmer,

15. decima septima Hezir, decima octava Aphses,

16. decima nona Pheteia, vigesima Hezechiel,

17. vigesima prima Jachin, vigesima secunda Gamul,

18. vigesima tertia Dalaiau, vigesima quarta Maaziau.

19. Hæ vices eorum secundùm ministeria sua, ut ingrediantur domum Domini, & juxta ritum suum sub manu Aaron patris eorum : sicut præceperat Dominus Deus Israël.

20. Porro filiorum Levi, qui reliqui fuerant, de filiis Amram erat Subael, & de filiis Subael, Jehedeia.

21. De filiis quoque Rohobiæ princeps Jesias.

22. Isaari verò filius Salemoth, filiusque Salemoth Jahath :

23. filiusque ejus Jeriau primus, Amarias secundus, Jahaziel tertius, Jecmaan quartus.

24. Filius Oziel, Micha : filius Micha, Samir.

25. Frater Micha, Jesia : filiusque Jesiæ, Zacharias.

26. Filii Merari : Moholi & Musi. Filius Oziau : Benno.

27. Filius quoque Merari : Oziau & Soam & Zachur & Hebri.

28. Porro Moholi filius : Eleazar, qui non habebat liberos.

29. Filius verò Cis, Jerameel.

30. Filii Musi : Moholi, Eder, & Jerimoth : isti filii Levi secundùm domos familiarum suarum.

31. Miseruntque & ipsi sortes contra fratres suos filios Aaron, coram David rege, & Sadoc, & Ahimelech, & principibus familiarum sacerdotalium & Leviticarum, tam majores, quàm minores : omnes sors æqualiter dividebat.

Digitized by Google

CAPUT XXV.

VULGATA NOVA.

1. IGitur David, & magiſtratus exercitus, ſegregaverunt in miniſterium filios Aſaph, & Heman, & Idithun: qui prophetarent in citharis, & pſalteriis, & cymbalis, ſecundùm numerum ſuum dedicato ſibi officio ſervientes.

2. De filiis Aſaph: Zacchur, & Joſeph, & Nathania, & Aſarela, filii Aſaph: ſub manu Aſaph prophetantis juxta regem.

3. Porro Idithun: filii Idithun, Godolias, Sori, Jeſeias, & Haſabias, & Mathathias, ſex, ſub manu patris ſui Idithun, qui in cithara prophetabat ſuper confitentes & laudantes Dominum.

4. Heman quoque: filii Heman, Bocciau, Mathaniau, Oziel, Subuel, & Jerimoth, Hananias, Hanani, Eliatha, Geddelthi, & Romemthiezer, & Jesbacaſſa, Mellothi, Othir, Mahazioth:

5. omnes iſti filii Heman Videntis regis in ſermonibus Dei, ut exaltaret cornu: dediſque Deus Heman filios quatuordecim, & filias tres.

6. Univerſi ſub manu patris ſui ad cantandum in templo Domini diſtributi erant, in cymbalis, & pſalteriis, & citharis, in miniſteria domus Domini juxta regem: Aſaph videlicet, & Idithun, & Heman.

7. Fuit autem numerus eorum cum fratribus ſuis, qui erudiebant canticum Domini, cuncti doctores, ducenti octoginta octo.

8. Miſeruntque ſortes per vices ſuas, ex æquo tam major quàm minor, doctus pariter, & indoctus.

9. Egreſſaque eſt ſors prima Joſeph, qui erat de Aſaph. Secunda Godoliæ, ipſi & filiis ejus, & fratribus ejus duodecim.

10. Tertia Zachur, filiis & fratribus ejus duodecim.

11. Quarta Iſari, filiis & fratribus ejus duodecim.

12. Quinta Nathaniæ, filiis & fratribus ejus duodecim.

13. Sexta Bocciau, filiis & fratribus ejus duodecim.

14. Septima Iſreela, filiis & fratribus ejus duodecim.

15. Octava Jeſaiæ, filiis & fratribus ejus duodecim.

16. Nona Mathaniæ, filiis & fratribus ejus duodecim.

17. Decima Semeiæ, filiis & fratribus ejus duodecim.

18. Undecima Azareel, filiis & fratribus ejus duodecim.

19. Duodecima Haſabiæ, filiis & fratribus ejus duodecim.

20. Tertia decima Subael, filiis & fratribus ejus duodecim.

21. Quarta decima Mathathiæ, filiis & fratribus ejus duodecim.

22. Quinta decima Jerimoth, filiis & fratribus ejus duodecim.

23. Sexta decima Hananiæ, filiis & fratribus ejus duodecim:

24. Septima decima Jesbacaſſæ, filiis & fratribus ejus duodecim.

25. Octava decima Hanani, filiis & fratribus ejus duodecim.

26. Nona decima Mellothi, filiis & fratribus ejus duodecim.

27. Vigeſima Eliatha, filiis & fratribus ejus duodecim.

28. Vigeſima prima Othir, filiis & fratribus ejus duodecim.

29. Vigeſima ſecunda Geddelthi, filiis & fratribus ejus duodecim.

30. Vigeſima tertia Mahazioth, filiis & fratribus ejus duodecim

31. Vigeſima quarta Romemthiezer, filiis & fratribus ejus duodecim.

CAPUT XXVI.

VULGATA NOVA.

1. DIviſiones autem janitorum: de Coritis Meſelemia, filius Core, de filiis Aſaph.

2. Filii Meſelemiæ: Zacharias primogenitus, Jadihel ſecundus, Zabadias tertius, Jathanael quartus,

3. Ælam quintus, Johanan ſextus, Elioenai ſeptimus.

4. Filii autem Obededom: Semeias primogenitus, Jozabad ſecundus, Joaha tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus,

5. Ammiel ſextus, Iſſachar ſeptimus, Phollathi octavus: quia benedixit illi Dominus.

6. Semei autem filio ejus nati ſunt filii, præfecti familiarum ſuarum: erant enim viri fortiſſimi:

7. filii ergo Semeiæ: Othni, & Raphael, & Obed; Elzabad, fratres ejus viri fortiſſimi: Eliu quoque, & Samachias.

8. Omnes hi, de filiis Obededom: ipſi, & filii, & fratres eorum fortiſſimi ad miniſtrandum, ſexaginta duo de Obededom.

9. Porro Meſelemiæ filii, & fratres eorum robuſtiſſimi, decem & octo.

10. De Hoſa autem, id eſt, de filiis Merari: Semri princeps (non enim habuerat primogenitum, & idcirco poſuerat eum pater ejus in principem,)

11. Helcias ſecundus, Tabelias tertius, Zacharias quartus: omnes hi filii, & fratres Hoſa, tredecim.

12. Hi diviſi ſunt in janitores, ut ſemper principes cuſtodiarum, ſicut & fratres eorum, miniſtrarent in domo Domini.

13. Miſſæ ſunt ergo ſortes ex æquo, & parvis, & magnis, per familias ſuas, in unamquamque portarum.

14. Cecidit ergo ſors orientalis, Selemiæ. Porro Zachariæ filio ejus, viro prudentiſſimo, & erudito, ſortitò obtigit plaga ſeptentrionalis.

15. Obededom verò & filiis ejus ad auſtrum: in qua parte domus erat ſeniorum concilium.

16. Sephim & Hoſa ad occidentem, juxta portam, quæ ducit ad viam aſcenſionis: cuſtodia contra cuſtodiam.

17. Ad orientem verò Levitæ ſex: & ad aquilonem quatuor per diem: atque ad meridiem ſimiliter in die quatuor: & ubi erat concilium, bini & bini.

18. In cellulis quoque janitorum ad occidentem quatuor in via, binique per cellulas.

19. Hæ ſunt diviſiones janitorum, filiorum Core & Merari.

20. Porro Achias erat ſuper theſauros domus Dei, & vaſa ſanctorum.

21. Filii Ledan, filii Gerſonni: de Ledan princi-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

pes familiarum, Ledan, & Gerſonni, Jehieli.

22. Filii Jehieli: Zathan, & Joel fratres ejus, ſuper theſauros domus Domini.

23. Amramitis, & Iſaaritis, & Hebronitis, & Ozihelitis.

24. Subael autem filius Gerſom, filii Moyſi, præpoſitus theſauris.

25. Fratres quoque ejus Eliezer, cujus filius Rahabia, & hujus filius Iſaias, & hujus filius Joram, hujus quoque filius Zechri, & hujus filius Selemith.

26. Ipſe Selemith, & fratres ejus, ſuper theſauros ſanctorum, quæ ſanctificavit David rex, & principes familiarum, & tribuni, & centuriones, & duces exercitus,

27. de bellis, & manubiis prælíorum, quæ conſecraverant ad inſtaurationem, & ſupellectilem templi Domini.

28. Hæc autem univerſa ſanctificavit Samuel Videns, & Saul filius Cis, & Abner filius Ner, & Joab filius Sarviæ: omnes, qui ſanctificaverant ea per manum Selemith, & fratrum ejus.

29. Iſaaritis verò præerat Chonenias, & filii ejus, ad opera forinſecus ſuper Iſraël, ad docendum & judicandum eos.

30. Porro de Hebronitis Haſabias, & fratres ejus viri fortiſſimi, mille ſeptingenti, præerant Iſraëli trans Jordanem contra occidentem, in cunctis operibus Domini, & in miniſterium regis.

31. Hebronitarum autem princeps fuit Jeria, ſecundùm familias & cognationes eorum. Quadrageſimo anno regni David recenſiti ſunt, & inventi ſunt viri fortiſſimi in Jazer Galaad,

32. fratreſque ejus robuſtioris ætatis, duo millia ſeptingenti principes familiarum. Præpoſuit autem eos David rex Rubenitis, & Gadditis, & dimidiæ tribui Manaſſe, in omne miniſterium Dei, & regis.

CAPUT XXVII.

VULGATA NOVA.

1. FIlii autem Iſraël ſecundùm numerum ſuum, principes familiarum, tribuni, & centuriones, & præfecti, qui miniſtrabant regi juxta turmas ſuas, ingredientes & egredientes per ſingulos menſes in anno, viginti quatuor millibus ſinguli præerant.

2. Primæ turmæ in primo menſe Jesboam præerat filius Zabdiel, & ſub eo viginti quatuor millia.

3. De filiis Phares, princeps cunctorum principum in exercitu menſe primo.

4. Secundi menſis habebat turmam Dudia Ahohites, & poſt ſe alter nomine Macelloth, qui regebat partem exercitus viginti quatuor millium.

5. Dux quoque turmæ tertiæ in menſe tertio, erat Banaias filius Joiadæ ſacerdos: & in diviſione ſua viginti quatuor millia.

6. Ipſe eſt Banaias fortiſſimus inter triginta, & ſuper triginta: præerat autem turmæ ipſius Amizabad filius ejus.

7. Quartus, menſe quarto, Aſahel frater Joab; & Zabadias filius ejus poſt eum: & in turma ejus viginti quatuor millia.

8. Quintus, menſe quinto, princeps Samaoth Jezerites: & in turma ejus viginti quatuor millia.

9. Sextus, menſe ſexto, Hira filius Acces Thecuites: & in turma ejus viginti quatuor millia.

10. Septimus, menſe ſeptimo, Helles Phallonites de filiis Ephraim: & in turma ejus viginti quatuor millia.

11. Octavus, menſe octavo, Sobochai Huſathites de ſtirpe Zarahi: & in turma ejus viginti quatuor millia.

12. Nonus, menſe nono, Abiezer Anathothites de filiis Jemini: & in turma ejus viginti quatuor millia.

13. Decimus, menſe decimo, Marai, & ipſe Netophathites de ſtirpe Zarai: & in turma ejus viginti quatuor millia.

14. Undecimus, menſe undecimo, Banaias Pharathonites de filiis Ephraim: & in turma ejus viginti quatuor millia.

15. Duodecimus, menſe duodecimo, Holdai Netophathites de ſtirpe Gothoniel: & in turma ejus viginti quatuor millia.

16. Porro tribubus præerant Iſraël, Rubenitis, dux Eliezer filius Zechri: Simeonitis, dux Saphatias filius Maacha:

17. Levitis, Haſabias filius Camuel: Aaronitis, Sadoc:

18. Juda, Eliu frater David: Iſſachar, Amri filius Michael:

19. Zabulonitis, Jeſmaias filius Abdiæ: Nephthalitibus, Jerimoth filius Ozriel:

20. filiis Ephraim, Oſee filius Ozaziu: dimidiæ tribui Manaſſe, Joel filius Phadaiæ:

21. & dimidiæ tribui Manaſſe in Galaad, Jaddo filius Zachariæ: Benjamin autem, Jaſiel filius Abner:

22. Dan verò, Ezrihel filius Jeroham: hi principes filiorum Iſraël.

23. Noluit autem David numerare eos à viginti annis inferiùs: quia dixerat Dominus ut multiplicaret Iſraël quaſi ſtellas cœli.

24. Joab filius Sarviæ cœperat numerare, nec complevit, quia ſuper hoc ira irruerat in Iſraël: & idcirco numerus eorum qui fuerant recenſiti, non eſt relatus in faſtos regis David. *Sup. 21. 2.*

25. Super theſauros autem regis fuit Azmoth filius Adiel: his autem theſauris, qui erant in urbibus, & in vicis, & in turribus, præſidebat Jonathan filius Oziæ.

26. Operi autem ruſtico, & agricolis, qui exercebant terram, præerat Ezri filius Chelub:

27. vinearumque cultoribus, Semeias Romathites: cellis autem vinariis, Zabdias Aphonites.

28. Nam ſuper oliveta & ficeta, quæ erant in campeſtribus, Balanan Gederites: ſuper apothecas autem olei, Joas.

29. Porro armentis, quæ paſcebantur in Saron, præpoſitus fuit Setrai Saronites: & ſuper boves in vallibus, Saphat filius Adli:

30. ſuper camelos verò, Ubil Iſmahelites: & ſuper aſinos, Jadaias Meronathites:

31. ſuper oves quoque Jaziz Agareus: omnes hi, principes ſubſtantiæ regis David.

32. Jonathan autem patruus David, conſiliarius, vir prudens & litteratus: Ipſe, & Jahiel filius Hachamoni, erant cum filiis regis.

33. Achitophel etiam conſiliarius regis, & Chuſai Arachites amicus regis.

34. Poſt Achitophel fuit Joiada filius Banaiæ, & Abiathar. Princeps autem exercitus regis erat Joab.

Digitized by Google

CAPUT XXVIII.

VULGATA NOVA.

1. CONvocavit igitur David omnes principes Israël, duces tribuum, & præpositos turmarum, qui ministrabant regi: tribunos quoque & centuriones, & qui præerant substantiæ & possessionibus regis, filiosque suos cum eunuchis, & potentes, & robustissimos quosque in exercitu Jerusalem.

2. Cumque surrexisset rex, & stetisset, ait: Audite me fratres mei, & populus meus: Cogitavi ut ædificarem domum, in qua requiesceret arca fœderis Domini, & scabellum pedum Dei nostri: & ad ædificandum, omnia præparavi.

3. Reg. 7. 13. 3. Deus autem dixit mihi: Non ædificabis domum nomini meo, eò quòd sis vir bellator, & sanguinem fuderis.

4. Sed elegit Dominus Deus Israël me de universa domo patris mei, ut essem rex super Israël in sempiternum: de Juda enim elegit principes: porro de domo Juda, domum patris mei: & de filiis patris mei, placuit ei ut me eligeret regem super cunctum Israël.

5. Sed & de filiis meis (filios enim mihi multos dedit Dominus) elegit Salomonem filium meum, ut sederet in throno regni Domini super Israël, *Sap. 9.* 7.

6. dixitque mihi: Salomon filius tuus ædificabit domum meam, & atria mea: ipsum enim elegi mihi in filium, & ego ero ei in patrem.

7. Et firmabo regnum ejus usque in æternum, si perseveraverit facere præcepta mea, & judicia, sicut & hodie.

8. Nunc ergo coram universo cœtu Israël, audiente Deo nostro, custodite, & perquirite cuncta mandata Domini Dei nostri: ut possideatis terram bonam, & relinquatis eam filiis vestris post vos usque in sempiternum.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. de Gra. & lib. arb. c. 10. 724.

9. Et tu Salomon fili mi, cognosce Deum, & servi ei in corde perfecto, & anima volente: quia omnia corda scrutatur Dominus, & omnem cogitationem mentium novit. Si quæsieris eum, invenietur tibi: & si dimiseris eum, repellet te in perpetuum.

VULGATA NOVA.

9. Tu autem Salomon fili mi, scito Deum patris tui, & servito ei corde perfecto, & animo voluntario: omnia enim corda scrutatur Dominus, & universas mentium cogitationes intelligit. Si quæsieris eum, invenies: si autem dereliqueris eum, projiciet te in æternum. *Ps. 7.* 10.

VULGATA NOVA.

10. Nunc ergo quia elegit te Dominus ut ædificares domum sanctuarii, confortare, & perfice.

11. Dedit autem David Salomoni filio suo descriptionem porticus, & templi, & cellariorum, & cœnaculi, & cubiculorum in adytis, & domûs propitiationis,

12. necnon & omnium quæ cogitaverat atriorum, & exedrarum per circuitum in thesauros domus Domini, & in thesauros sanctorum,

13. divisionumque sacerdotalium & Leviticarum, in omnia opera domus Domini, & in universa vasa ministerii templi Domini.

14. Aurum in pondere per singula vasa ministerii. Argenti quoque pondus pro vasorum & operum diversitate.

15. Sed & in candelabra aurea, & ad lucernas eorum, aurum pro mensura uniuscujusque candelabri & lucernarum. Similiter & in candelabra argentea, & in lucernas eorum, pro diversitate mensuræ, pondus argenti tradidit.

16. Aurum quoque dedit in mensas propositionis pro diversitate mensarum: similiter & argentum in alias mensas argenteas.

17. Ad fuscinulas quoque, & phialas, & thuribula, ex auro purissimo, & leunculos aureos, pro qualitate mensuræ pondus distribuit in leunculum & leunculum. Similiter & in leones argenteos diversum argenti pondus separavit.

18. Altari autem, in quo adoletur incensum, aurum purissimum dedit: ut ex ipso fieret similitudo quadrigæ cherubim, extendentium alas, & velantium arcam fœderis Domini.

19. Omnia, inquit, venerunt scripta manu Domini ad me, ut intelligerem universa opera exemplaris.

20. Dixit quoque David Salomoni filio suo: Viriliter age, & confortare, & fac: ne timeas, & ne paveas: Dominus enim Deus meus tecum erit, & non dimittet te, nec derelinquet, donec perficias omne opus ministerii domus Domini.

21. Ecce divisiones sacerdotum & Levitarum, in omne ministerium domus Domini assistunt tibi, & parati sunt, & noverunt tam principes quàm populus facere omnia præcepta tua.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Græcè, habetur initio *νῦν*, *nunc*, pro *tu*, deestque *mi*, post *fili*; in Mſ. tamen Alex. ac edit. Compl. est *υἱέ μου*; subinde post *Deum*, additur *τῶν πατέρων σου*, *patrum tuorum*, & infra tollitur vox *mentium*, post *cogitationem*; sed Compl. hab. *ἐνθύμημα διανοιῶν*· demum loco *dimiseris*, sic *καταλείψῃς*, *dereliqueris*, sicut *καταλείψει σε εἰς τέλος*, *derelinquet te in finem*, loco *repellet te in perpetuum*; cætera ut in Lat. sup. Anastas. II. epist. 1. Conc. to. 4. p. 1279. b. legit: *Et nunc, ô Salomon, scito Deum patrum tuorum, & servi illi in corde perfecto, & animo volente: quoniam omnia corda scrutatur Deus, & omnem cogitationem novit.*

CAPUT XXIX.

VULGATA NOVA.

1. LOcutusque est David rex ad omnem ecclesiam: Salomonem filium meum unum elegit Deus, adhuc puerum & tenellum: opus namque grande est, neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo.

2. Ego autem totis viribus meis præparavi impensas domus Dei mei. Aurum ad vasa aurea, & argentum in argentea, æs in ænea, ferrum in ferrea, ligna ad lignea: & lapides onychinos, & quasi stibinos, & diversorum colorum, omnemque pretiosum lapidem, & marmor Parium abundantissimè:

3. & super hæc, quæ obtuli in domum Dei mei de peculio meo aurum & argentum, do in templum Dei mei, exceptis his, quæ præparavi in ædem sanctam.

4. Tria millia talenta auri de auro Ophir: & septem millia talentorum argenti probatissimi, ad deau-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

randos parietes templi.

5. Et, ubicunque opus eſt aurum de auro, & ubicunque opus eſt argentum de argento, opera fiant per manus artificum: & ſi quis ſponte offert, impleat manum ſuam hodie, & offerat quod voluerit Domino.

6. Polliciti ſunt itaque principes familiarum, & proceres tribuum Iſraël, tribuni quoque, & centuriones, & principes poſſeſſionum regis.

7. Dederuntque in opera domus Dei, auri talenta quinque millia, & ſolidos decem millia: argenti talenta decem millia, & æris talenta decem & octo millia: ferri quoque centum millia talentorum.

8. Et apud quemcunque inventi ſunt lapides, dederunt in theſauros domus Domini, per manum Jahiel Gerſonitis.

9. Lætatuſque eſt populus, cùm vota ſponte promitterent: quia corde toto offerebant ea Domino: ſed & David rex lætatus eſt gaudio magno.

10. Et benedixit Domino coram univerſa multitudine, & ait: Benedictus es Domine Deus Iſraël patris noſtri ab æterno in æternum.

11. Tua eſt Domine magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria: & tibi laus: cuncta enim quæ in cœlo ſunt, & in terra, tua ſunt: tuum Domine regnum, & tu es ſuper omnes principes.

12. Tuæ divitiæ, & tua eſt gloria: tu dominaris omnium, in manu tua virtus & potentia: in manu tua magnitudo, & imperium omnium.

13. Nunc igitur Deus noſter confitemur tibi, & laudamus nomen tuum inclytum.

14. Quis ego, & quis populus meus, ut poſſimus hæc tibi univerſa promittere? tua ſunt omnia: & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. 14... *Vide Not.*

15. Peregrini enim ſumus coram te, & advenæ, ſicut omnes patres noſtri. Dies noſtri quaſi umbra ſuper terram, & nulla eſt mora. *Sap. 2. 5.*

16. Domine Deus noſter, omnis hæc copia, quam paravimus ut ædificaretur domus nomini ſancto tuo, de manu tua eſt, & tua ſunt omnia.

17. Scio Deus meus quòd probes corda, & ſimplicitatem diligas, unde & ego in ſimplicitate cordis mei lætus obtuli univerſa hæc: & populum tuum, qui hîc repertus eſt, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria.

18. Domine Deus Abraham, & Iſaac, & Iſraël, patrum noſtrorum, cuſtodi in æternum hanc voluntatem cordis eorum, & ſemper in venerationem tui mens iſta permaneat.

19. Salomoni quoque filio meo da cor perfectum, ut cuſtodiat mandata tua, teſtimonia tua, & cæremonias tuas, & faciat univerſa: & ædificet ædem, cujus impenſas paravi.

20. Præcepit autem David univerſæ eccleſiæ: Benedicite Domino Deo noſtro. Et benedixit omnis eccleſia Domino Deo patrum ſuorum: & inclinaverunt ſe, & adoraverunt Deum, & deinde regem.

21. Immolaveruntque victimas Domino: & obtulerunt holocauſta die ſequenti, tauros mille, arietes mille, agnos mille, cum libaminibus ſuis, & univerſo ritu abundantiſſimè in omnem Iſraël.

22. Et comederunt, & biberunt coram Domino in die illo cum grandi lætitia. Et unxerunt ſecundò Salomonem filium David. Unxerunt autem eum Domino in principem, & Sadoc in pontificem. *3. Reg. 1. 34.*

23. Seditque Salomon ſuper ſolium Domini in regem pro David patre ſuo, & cunctis placuit: & paruit illi omnis Iſraël.

24. Sed & univerſi principes, & potentes, & cuncti filii regis David dederunt manum, & ſubjecti fuerunt Salomoni regi.

25. Magnificavit ergo Dominus Salomonem ſuper omnem Iſraël: & dedit illi gloriam regni, qualem nullus habuit ante eum rex Iſraël.

26. Igitur David filius Iſai regnavit ſuper univerſum Iſraël.

27. Et dies, quibus regnavit ſuper Iſraël, fuerunt quadraginta anni: in Hebron regnavit ſeptem annis, & in Jeruſalem annis triginta tribus. *3. Reg. 2. 11.*

28. Et mortuus eſt in ſenectute bona, plenus dierum, & divitiis, & gloria: & regnavit Salomon filius ejus pro eo.

29. Geſta autem David regis priora, & noviſſima, ſcripta ſunt in libro Samuelis Videntis, & in libro Nathan prophetæ, atque in volumine Gad Videntis:

30. univerſique regni ejus, & fortitudinis, & temporum, quæ tranſierunt ſub eo, ſive in Iſraël, ſive in cunctis regnis terrarum.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 14. Huc redeunt quæ habet Ambroſ. l. de Nab. c. 16. to. 1. 585. e. *Dona, inquit, mea, & data mea..... ego ea dedi vobis atque donavi:* Gr. Ὅτι σὰ τὰ πάντα, καὶ ἐκ τῶν σῶν δεδώκαμέν σοι. *Quoniam tua ſunt omnia, & de tuis dedimus tibi.*

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugenſi.

LIBER PARALIPOMENON PRIMUS.

CAP. I. ℣. 31. Jetur, Naphis, Cedma. *Quidam malè ſcribunt* Jachur *pro* Jetur.

℣. 32. Filii autem Dadan: Aſſurim, & Latuſſim, & Laomim. *Cenſuerunt Romani Patres verſiculum hunc non eſſe omittendum, tametſi à multis omittatur: qua de re agunt noſtræ Notationes.*

℣. 38. Sebeon, Ana, Diſon. *Corruptè à quibuſdam ſcribitur* Ava *pro* Ana, *id eſt* v *pro* n.

CAP. II. ℣. 3. Hi tres nati ſunt ei de filia Sue Chananitide. *Scribendus eſt ſextus caſus* Chananitide, *non ſecundus* Chananitidis.

℣. 6. Chalchal quoque, & Dara. *Vocem quadrilitteram* Dara, *non augeas* d *quintâ litterâ* Darda.

℣. 13. Secundum Abinadab. *Non ſcribas* Aminadab, *pro* Abinadab, *id eſt*, m *liquidam pro* b *muta.*

CAP. III. ℣. 5. Quatuor de Bethſabee. *Non ſcribas* Berſabee, *quod nomen eſt putei, Gen. 21. ℣. 31. pro* Bethſabee, *quod eſt nomen uxoris Uriæ.*

℣. 22. Et Naaria & Saphat, ſex numero. *Quidam addiderunt* & Seſa *ante* ſex, *malè, nomen Hebræum appellativum, quod ſex ſignificat, accipientes pro proprio.*

CAP. IV. ℣. 7. Sereth, Iſaar, & Ethnan. *Non eſt ſcribendum, omiſſa littera initiali* i, Sahar *pro* Iſaar.

℣. 20. Filii quoque Simon, Amnon & Rinna. *Pro* Amnon *non ſcribas* Ammon, *duplici* m.

℣. 22. Et Securus & Incendens. *Cave ſcribas* incedens, *quod eſt ambulans, pro* incendens, *quod inflammans.*

Ibidem. Et qui reverſi ſunt in Lahem. *Pro maſculinis* qui reverſi, *non ſunt ſubſtituenda feminina* quæ reverſæ: *nec omittendum relativum* qui *vel* quæ: *denique nec mutandum* Lahem *cum* Lehem, *aut* Bethlehem, *tametſi idem fortè locus his tribus nominibus ſignificetur.*

CAP. V. ℣. 10. Præliati ſunt contra Agareos. *Alii* contra Agarenos. *Prior ſcriptura Hebraïcæ propiùs reſpondit. Eadem varietas occurrit infra, ℣℣. 19. & 20.*

℣. 15. Fratres quoque filii Abdiel, filii Guni, princeps domus. *Non facilè mutandus eſt numerus ſingularis in pluralem* principes.

Digitized by Google

Cap. VI. ℣. 28. Filii Samuel primogenitus Vasseni & Abia. *Non est scribendum* Ahia *pro* Abia, *id est, aspiratio* h, *pro muta* b.

℣. 62. Urbes tredecim. *Pro* tredecim *non scribas* quatuordecim, *adaucto numero.*

℣. 75. Hucac quoque & suburbana ejus. *Malè à quibusdam legitur* Asach *pro* Hucac.

Cap. VII. ℣. 15. Machir autem accepit uxores filiis suis. *Non est mutandum plurale* uxores, *cum singulari* uxorem, *tametsi hoc Hebraïcè legatur.*

Cap. VIII. ℣. 40. Usque ad centum quinquaginta. *Non subjungas* millia, *quod prodigi quidam.*

Cap. IX. ℣. 4. Othei filius Ammiud, filii Amri. *Non mutes genitivum* filii, *cum altero nominativo* filius.

℣. 28. De horum genere erant. *Nec hîc mutes* genere *cum* grege.

Cap. XI. ℣. 14. Hi steterunt in medio agri, & defenderunt eum: cùmque percussissent Philisthæos. *Numero plurali non est præferendus singularis*, hic stetit in medio agri, & defendit eum: cùmque percussisset Philisthæos.

℣. 17. Desideravit igitur David. *Non addas* aquam.

℣. 21. Et inter tres secundos inclytus. *Casus quartus numeri pluralis* secundos, *non est vertendus in primum casum numeri singularis* secundus.

℣. 22. Banaias filius Joiadæ viri robustissimi. *Nec hîc vertendus est secundus casus* viri robustissimi, *in primum* vir robustissimus.

Cap. XII. ℣. 20. Principes millium in Manasse. *Cave ne scribas* militum *pro* millium, *quod est chiliadum.*

Cap. XIV. ℣. 2. Cognovitque David quòd confirmasset eum Dominus in regem. *Non est addendum* eò, (eò quòd confirmasset) *tanquam causa detur.*

℣. 5. Jebahar & Elisua. *Non addas* & Eli.

Cap. XV. ℣. 5. Et fratres ejus centum viginti. *Non augeas numerum centenario, scribens* ducenti, *prout scribitur proximo versu, pro* centum.

℣. 6. Et fratres ejus ducenti viginti. *Nec hîc augeas numerum denario, scribens* triginta, *prout scribitur proximo versu, pro* viginti.

℣. 7. Et fratres ejus centum triginta. *Hîc non minuas numerum denario, scribens* viginti, *prout scribitur versibus superioribus, pro* triginta.

℣. 24. Et Obededom, & Jehias, erant janitores arcæ. *Pro* Jehias *non scribas* Achimaas.

℣. 26. Arcam fœderis Domini. *Non omittas* fœderis.

Cap. XVI. ℣. 29. Date Domino gloriam, nomini ejus. *Nec hîc omittas* Domino.

℣. 37. Reliquit itaque ibi. *Hîc non est scribendum* dereliquit *compositum, pro decompositio* reliquit.

Cap. XVII. ℣. 5. Ex eo tempore quo eduxi Israël. *Non est addendum* de terra Ægypti, *sed subaudiendum.*

Cap. XVIII. ℣. 5. Syrus Damascenus. & ℣. 6. Et posuit milites in Damasco. *Quidam, additâ litterâ* r, *scribunt* Darmascenus, & Darmasco, *ut est Hebraïcè; sed quia eadem urbs significatur, cujus nomen absque littera* r *celebrius est, præstat retinere quod est notissimum.*

Cap. XX. ℣. 5. In quo percussit Adeodatus filius Saltus Bethlehemites fratrem Goliath Gethæi. *Multæ sunt hîc varietates. In primis omittitur à quibusdam nomen* Saltus, *sed immeritò. Deinde pro* Bethlehemites, *quidam scribunt* Lehemites, *ut nec Hebraïcè additur* beth: *verùm illud hujus expositio est. Ad hæc alii nominativum* Bethlehemites *mutant in genitivum* Bethlehemitis *aut* Lehemitis; *quo modo liceat ex Hebræo vertere. Insuper sunt qui mutent in accusativum* Bethlehemitem *aut* Lehemitem, *quæ est interpretatio LXX. duorum. Sed ineptè egerunt, qui transpositis syllabis scripserunt* Helemitis, *aut* Hebemitis. *Porro qui scripserunt* Lahami, *vocem Hebræam, ita ut Hebraïcè legitur, supponere studuerunt. Postremò, secundum casum* Gethæi, *alii commutarunt cum quarto* Gethæum, *quòd Hebræa utrumque patiantur. Legat qui volet nostras in varias Bibliorum lectiones Notationes.*

Cap. XXI. ℣. 5. De Juda autem quadringenta. *Non supponas minorem numerum* trecenta, *pro majori* quadringenta, *ut quidam.*

℣. 12. Elige quod volueris: aut tribus annis famem, aut tribus mensibus te fugere hostes tuos. *Pro* famem, *quidam scribunt* pestilentiam famis, *minùs rectè: plerique verò* pestilentiam *tantummodo, nulla addita mentione* famis, *idque pessimè.*

Ibidem. Aut tribus diebus gladium Domini, & pestilentiam versari in terra. *Non mutes nomen* pestilentiam, *cum nomine* mortem, *quod illi faciunt qui mox supra* pestilentiam *malè scripserant.*

℣. 30. Nimio enim fuerat timore perterritus. *Non præponas nomini* timore, *præpositionem* in.

Cap. XXII. ℣. 5. Domus autem, quam ædificari volo Domino. *Non mutes passivum* ædificari, *in activum* ædificare.

Cap. XXIII. ℣. 3. Numeratique sunt Levitæ à triginta annis & supra. *Non diminuas numerum decade una, scribens* viginti *pro* triginta, *ut multi.*

℣. 5. Et totidem psaltæ canentes Domino in organis. *Grammatica exigit ut* psaltæ *legatur, non* psaltes, *plurale, inquam, non singulare.*

℣. 29. Et ad lagana azyma, & sartaginem, & ad torrendum. *Non interponas conjunctionem & ante* azyma, *quod plerique. Denique non judicarunt Correctores*, ad torrendum *mutandum cum* ad ferventem similam, *vel* ad ferventem *tantummodo; multò minùs utramque lectionem copulandam, ut illi faciunt, de quibus nostræ Notationes.*

Cap. XXIV. ℣. 23. Filiusque ejus Jeriau primus, Amarias secundus. *Non omittas vocem* primus, *ut ab Interprete datam, quamvis Hebraïcè non legatur.*

Cap. XXV. ℣. 2. Sub manu Asaph prophetantis juxta regem. *Non mutes genitivum singularem* prophetantis, *in nominativum pluralem* prophetantes, *quod multi.*

℣. 5. Omnes isti filii Heman Videntis regis. *Nec hîc mutes* Videntis *in* Videntes, *quod similiter multi.*

Cap. XXVI. ℣. 7. Fratres ejus viri fortissimi. *Non præponas his verbis conjunctionem copulativam.*

℣. 22. Et Joel fratres ejus. *Non judicarunt Correctores numerum pluralem* fratres, *commutandum cum singulari* frater, *ut nec* ℣. 25. *subsequenti:* Fratres quoque ejus Eliezer.

℣. 28. Omnes qui sanctificaverant ea. *Non est mutandum relativum* qui, *in conjunctionem copulativam enclitica* que.

℣. 29. Chonenias & filii ejus. *Non est substituendum tertio casu* filiis, *pro* filii *primo casu.*

Cap. XXVII. ℣. 5. Banaias filius Joiadæ sacerdos. *Nec hîc secundo casu* sacerdotis, *pro primo* sacerdos.

℣. 16. Porro tribubus præerant Israël. *Non addas* in *præpositionem ante* Israël.

℣. 31. Jaziz Agareus. *Alii* Agarenus, *ut supra* cap. 5. ℣. 10.

Cap. XXVIII. ℣. 6. Domum meam & atria mea. *Cave ne scribas* altaria, *quod est* aras, *pro* atria.

℣. 16. Aurum quoque dedit in mensas propositionis pro diversitate mensarum. *Plurale* mensas, *non est mutandum cum singulari* mensam, *nec pro voce* mensarum, *substituenda est vox* mensuræ, *à metiendo dicta.*

Cap. XXIX. ℣. 6. Et principes possessionum regis. *Nominativo* principes, *non est addendus genitivus* principum.

Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

LIBER PARALIPOMENON PRIMUS.

Cap. I. ℣. 32. Filii autem Dadan, Assurim, Latussim, & Laomim. *Hic versiculus omittitur à multis Latinis Mss. conformiter Hebræo, & Græco Regiorum Bibliorum textui, prout ex Notationibus nostris constat.*

Cap. XIV. ℣. 8. Audientes autem Philisthiim, eò quòd unctus esset David in regem. *Videtur hîc superfluere* eò, *quemadmodum supra* ℣. 2.

Cap. XVI. ℣. 3. Et partem assæ carnis bubalæ. *Scribendum videtur* bubulæ, *mutata vocali prima in quintam, ut* 2. *Reg.* 6. ℣. 19.

Cap. XVIII. ℣. 16. Et Ahimelech filius Abiathar. *Quidam libri consentaneè Hebræo, scribunt* Abimelech, *mutatâ litterâ* heth *in* beth: *vide Notationes nostras Psal.* 51. ℣. 2.

Digitized by Google

SUMMA CAPITA

LIBRI II. PARALIPOMENON,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Verſioni antiquæ ſatis reſpondeant.

CAP. I. *OBlatis mille hoſtiis à Salomone in Gabaon, Dominus illi nocte apparens, dat ei petitam ſapientiam, additis divitiis & gloria; poſt quæ currus & equites congregat.*

CAP. II. *Ordinatis pro templo ædificando operariis, Salomon cum rege Hiram convenit de mittendo erudito artifice, ligniſque ad templi ſtructuram cædendis.*

CAP. III. *Templum exſtruitur cum porticu, velo, & duabus columnis ante fores templi.*

CAP. IV. *Conſtructio altaris æneï, maris fuſilis, decem concharum, candelabrorum, menſarum, phialarum, ac cæterorum quæ ad templum ejuſque ornatum pertinebant.*

CAP. V. *Oblatis plurimis donariis, arca continens tabulas Moyſi in oraculum inducitur, unde gloria Domini implevit templum.*

CAP. VI. *Benedicit Salomon populo Iſraël, gratias Deo agens de impletione promiſſionis factæ David; oratque ſupplex coram multitudine, ut orantium in eo templo vota Deus exaudiat.*

CAP. VII. *Poſt devorata cœleſti igne ſacrificia, Dei majeſtas templum implet; & plurimis immolatis hoſtiis, templi dedicatio ſeptem diebus celebratur, dieque octavo fit collecta; Dominus autem Salomoni revelat ſe ipſius orationem exaudiſſe.*

CAP. VIII. *Ædificatis à Salomone variis civitatibus, reliquias gentium ſibi facit tributarias, offert holocauſta, & ſacerdotum ac Levitarum miniſteria juxta diſpoſitionem David conſtituit: miſſaque claſſe plurimum auri ex Ophir refertur ad Salomonem.*

CAP. IX. *Regina Saba Salomonis admirata ſapientiam, datis acceptiſque muneribus diſceſſit: pondus auri quod Salomoni quotannis afferebatur: haſtas, ſcuta, omniaque convivii vaſa aurea, & ſolium eburneum auro veſtitum exſtruxit: deſcribitur quoque amplitudo divitiarum, ſapientiæ & poteſtatis Salomonis; qui anno regni ſui quadrageſimo moritur, ſuccedente filio Roboam.*

CAP. X. *Roboam, ſpreto ſeniorum conſilio, & juvenile ſecutus, ſcidit regnum in duo, electo in regem Jeroboam ſuper decem tribus.*

CAP. XI. *Præcipit Deus ne pugnet Roboam contra Iſraël: exſtructis autem à Roboam multis civitatibus, confluunt ad eum Levitæ ac ſacerdotes abjecti à Jeroboam, cæterique Dei cultores. Roboam autem multas duxit uxores ac concubinas.*

CAP. XII. *Propter peccata Roboam ac populi Juda, tradit illos Deus regi Ægypti; qui captis munitiſſimis civitatibus Juda, diripit Jeruſalem, ſublato regis ac templi theſauro, ſcutis quoque aureis & argenteis, pro quibus ænea fecit Roboam: quo mortuo, ſuccedit filius Abia.*

CAP. XIII. *Abia ad bellum contra Jeroboam accedens, dehortatur exercitum Jeroboam à bello contra ſe, cùm Deum haberent ducem, quem illi abjecerant; & ſperans in Domino victor evadit, ac diverſas capit civitates, plurimoſque ex variis uxoribus procreat liberos.*

CAP. XIV. *Abia ſuccedit filius Aſa; qui, pace à Deo conceſſa, idolorum cultum ſubvertit, & civitates Juda ædificat ac munit, Zaramque regem Æthiopum cum exercitu mille millium divino auxilio devicit.*

CAP. XV. *Azarias prophetat Iſraël futurum multo tempore abſque Deo vero, ſacerdote & lege; cujus propheta exhortatione confortatus Aſa, aufert ſordes idolorum, ſuamque matrem idololatram imperio privat; populus autem jurat ſe Deo ſerviturum.*

CAP. XVI. *Pugnante Baaſa rege Iſraël contra Aſa, vocavit Aſa Benadad regem Syriæ in auxilium, & Hanani prophetam ipſum ob id increpantem in nervum conjecit; ac dolore pedum cruciatus, in medicorum arte ſpem ponens, anno regni ſui 41. moritur.*

CAP. XVII. *Pius Joſaphat patri Aſa ſuccedens, divitiis potens & armis, mittit doctores legis Dei per univerſum Judam; cujus principes recenſentur, cum numero ſubjectorum militum.*

CAP. XVIII. *Joſaphat impio Achab affinitate junctus, aſcendit cum eo contra Ramoth Galaad, 400. pſeudoprophetis victoriam promittentibus: Michæas autem contrarium prophetans, incarceratur; ſed Achab juxta Michææ prophetiam in bello occiditur.*

CAP. XIX. *Joſaphat à Jehu propheta correptus de præſtito auxilio Achab, conſtitutos à ſe judices admonet de ſervanda juſtitia, & Levitas de promovendo cultu divino, populoque rectè inſtituendo.*

CAP. XX. *Ammonitis, Moabitis, ac Syris contra Joſaphat inſurgentibus, ipſe prædicato jejunio unà cum populo ſuo ſupplex ad Deum confugit, ſicque ab eis ſe mutuò cædentibus liberatus, ſpolia colligit: verùm ob fœdus cum impio Ochozia à propheta corripitur.*

CAP. XXI. *Impius Joram filius Joſaphat occîdit fratres ſuos, & quoſdam principes Juda; cui Elias per litteras peſſimam ægritudinem ac mortem, & domus ſuæ ac regni direptionem prædicit; quæ tandem ſubſecuta ſunt.*

CAP. XXII. *Impium Ochoſiam filium Joram occidit Jehu, ſimul & Joram regem Iſraël: occidente autem Athalia filios regis, ſervavit Joſabeth Joas natu minimum.*

CAP. XXIII. *Joiada pontifex unxit Joas in regem Juda, curavitque ut Athalia occideretur, & cultus Dei reſtitueretur: populus autem deſtruit domum, altaria ac ſimulacra Baal.*

CAP. XXIV. *Joas vivente Joiada bonus ac pius, juſſit ad ſartatecta templi congregari pecuniam; deinde factus impius, jubet occidi Zachariam, filium Joiadæ: Juda & Jeruſalem à Syris diripiuntur, & Joas à ſervis ſuis occiditur.*

CAP. XXV. *Amaſias patri Joas ſuccedens, interfecit eos qui patrem occiderant; & poſt habitam de Idumæis victoriam, adoravit deos illorum, & ob id capitur à Joas rege Iſraël, quem ad prælium provocaverat, ac Jeruſalem diripitur, tandemque Joas in Lachis fugiens, occiditur.*

CAP. XXVI. *Oziæ filii Amaſiæ pietas commendatur; qui adversùs Philiſthiim, Arabes, & Ammoni-*

Digitized by Google

tas triumphat, multaſque exſtruit civitates : ac poſtmodum ob nimiam felicitatem elatus, præſumpſit incenſum adolere ; quam ob rem ad diem uſque mortis à Domino leprâ percuſſus eſt, gubernante regnum filio Joatham ; qui ſucceſſit in regnum.

CAP. XXVII. *Joatham pietas commendatur, quì devicto rege Ammon, magnam ab eo mulctam accepit ; cui ſuccedit impius filius Achaz.*

CAP. XXVIII. *Propter ſcelera Achaz multipliciter affligitur Juda, primùm ab Aſſyriis, deinde à filiis Iſraël (qui ob id crudelitatis arguti à propheta, remittunt Judæos captivos cum præda) rurſum etiam ab Idumæis & Philiſthæis : Achaz tamen poſt omnem plagam adhuc auget impietatem ; cui pius ſuccedit filius Ezechias.*

CAP. XXIX. *Ezechias abolitum Dei cultum, aperto templo, reſtitutiſque ſacerdotibus, Levitis & cantoribus, inſtauravit ; oblatis plurimis holocauſtis & ſacrificiis cum ingenti lætitia.*

CAP. XXX. *Ezechias, miſſis in omnem Iſraël & Judam nunciis, populum convocat, & ſua oratione exhortatur ad immolandum phaſe ; quo facto, celebrarunt ſolemnitatem azymorum bis ſeptem diebus cum ingenti lætitia, plurimis oblatis victimis.*

CAP. XXXI. *Populus idola lucoſque in Juda & Ephraim demolitur ; Ezechias ſacerdotes & Levitas componit in ordinem miniſterii ; populo autem abundantiſſimè offerente, conſtituuntur, factis horreis, qui ſervarent ac diſtribuerent Levitico generi quæ oblata erant.*

CAP. XXXII. *Sennacherib Judam invadente, Ezechias populum hortatur fidere in Domino, à quo ille minis & blaſphemiis nititur eum avertere : orantibus autem Ezechia & Iſaia, angelus diſſipat exercitum Sennacherib ; qui fugiens à filiis occiditur : porro Ezechias nimia felicitate elatus, Deum offendit ; cui impius filius Manaſſes ſuccedit.*

CAP. XXXIII. *Manaſſes ob ſuas impietates captivus in Babylonem ducitur ; in qua afflictione ad Deum converſus, ſuo regno reſtituitur, & idolis abjectis, Dei cultum reſtaurat : cui impius filius Amon ſuccedit : & hoc à ſuis interfecto, regnat pius ejus filius Joſias.*

CAP. XXXIV. *Joſias, idolorum cultu ſublato, templum inſtaurat : repertoque legis libro, conterritus eſt ; & convocato populo, lectoque libro, fœdus cum Domino percuſſit.*

CAP. XXXV. *Immolato phaſe maxima cum ſolemnitate plurimiſque victimis, Joſias feſtum azymorum ſeptem diebus celebravit ; deinde contra regem Ægypti pugnare tentans, graviterque vulneratus, moritur cum ingenti omnium luctu, & præſertim Jeremiæ.*

CAP. XXXVI. *Joſiæ ſuccedit ejus filius Joachaz ; quem rex Ægypti transfert in Ægyptum, fratremque Eliakim, quem Joakim nominat, ſubſtituit ; quo in Babylonem ducto, regnat filius Joachin ; & hunc rex Aſſyriorum unà cum vaſis templi in Babylonem abducit, patruumque illius impium Sedeciam ſubſtituit : qui Aſſyriis rebellans, templo ac Jeruſalem incenſis, transfertur unà cum populo in Babylonem, propter regum & populi peccata, donec per Cyrum regem Perſarum redeundi datur facultas.*

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS
PARALIPOMENON.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.

3. *Reg.* 3. 1. CONFORTATUS est ergo Salomon filius David in regno suo, & Dominus Deus ejus erat cum eo, & magnificavit eum in excelsum.

2. Præcepitque Salomon universo Israëli, tribunis, & centurionibus, & ducibus, & judicibus omnis Israël, & principibus familiarum:

3. & abiit cum universa multitudine in excelsum Gabaon, ubi erat tabernaculum fœderis Dei, quod fecit Moyses famulus Dei in solitudine.

2. *Reg.* 6. 17. 1. *Par.* 16. 1. 4. Arcam autem Dei adduxerat David de Cariathiarim in locum, quem præparaverat ei, & ubi fixerat illi tabernaculum, hoc est, in Jerusalem.

Exod. 38. 8. 5. Altare quoque æneum, quod fabricatus fuerat Beseleel filius Uri filii Hur, ibi erat coram tabernaculo Domini: quod & requisivit Salomon, & omnis ecclesia.

6. Ascenditque Salomon ad altare æneum, coram tabernaculo fœderis Domini, & obtulit in eo mille hostias.

7. Ecce autem in ipsa nocte apparuit ei Deus, dicens: Postula quod vis, ut dem tibi.

8. Dixitque Salomon Deo: Tu fecisti cum David patre meo misericordiam magnam: & constituisti me regem pro eo.

9. Nunc ergo Domine Deus, impleatur sermo tuus, quem pollicitus es David patri meo: tu enim me fecisti regem super populum tuum multum, qui tam innumerabilis est, quàm pulvis terræ.

10. Da mihi sapientiam & intelligentiam, ut ingrediar & egrediar coram populo tuo: quis enim potest hunc populum tuum dignè, qui tam grandis est, judicare? *Sap. 9. 10.*

11. Dixit autem Deus ad Salomonem: Quia hoc magis placuit cordi tuo, & non postulasti divitias, & substantiam, & gloriam, neque animas eorum qui te oderant, sed nec dies vitæ plurimos: petisti autem sapientiam & scientiam, ut judicare possis populum meum, super quem constitui te regem.

12. Sapientia & scientia data sunt tibi: divitias autem & substantiam & gloriam dabo tibi, ita ut nullus in regibus nec ante te nec post te fuerit similis tui.

13. Venit ergo Salomon ab excelso Gabaon in Jerusalem coram tabernaculo fœderis, & regnavit super Israël.

14. Congregavitque sibi currus & equites, & facti sunt ei mille quadringenti currus, & duodecim millia equitum: & fecit eos esse in urbibus quadrigarum, & cum rege in Jerusalem. *3. Reg. 10. 26.*

15. Præbuitque rex argentum & aurum in Jerusalem quasi lapides, & cedros quasi sycomoros, quæ nascuntur in campestribus multitudine magna.

16. Adducebantur autem ei equi de Ægypto, & de Coa, à negotiatoribus regis, qui ibant, & emebant pretio,

17. quadrigam equorum sexcentis argenteis, & equum centum quinquaginta: similiter de universis regnis Hethæorum, & à regibus Syriæ, emptio celebrabatur.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. DEcrevit autem Salomon ædificare domum nomini Domini, & palatium sibi.

2. Et numeravit septuaginta millia virorum portantium humeris, & octoginta millia qui cæderent lapides in montibus, præpositosque eorum tria millia sexcentos.

3. Misit quoque ad Hiram regem Tyri, dicens: Sicut egisti cum David patre meo, & misisti ei ligna cedrina ut ædificaret sibi domum, in qua & habitavit: *3. Reg. 5. 2.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

4. sic fac mecum, ut ædificem domum nomini Domini Dei mei, ut consecrem eam ad adolendum incensum coram illo, & fumiganda aromata, & ad propositionem panum sempiternam, & ad holocautomata manè, & vespere, sabbatis quoque, & neomeniis, & solemnitatibus Domini Dei nostri in sempiternum, quæ mandata sunt Israëli.

5. Domus enim, quam ædificare cupio, magna est: magnus est enim Deus noster super omnes deos.

6. Quis ergo poterit prævalere, ut ædificet ei dignam domum? si cœlum, & cœli cœlorum capere eum nequeunt: quantus ego sum, ut possim ædificare ei domum? sed ad hoc tantùm, ut adoleatur incensum coram illo.

7. Mitte ergo mihi virum eruditum, qui noverit operari in auro, & argento, ære, & ferro, purpura, coccino, & hyacintho, & qui sciat sculpere cælaturas, cum his artificibus, quos mecum habeo in Judæa & Jerusalem, quos præparavit David pater meus.

8. Sed & ligna cedrina mitte mihi, & arceuthina, & pinea, de Libano: scio enim quòd servi tui noverint cædere ligna de Libano, & erunt servi mei cum servis tuis,

9. ut parentur mihi ligna plurima. Domus enim, quam cupio ædificare, magna est nimis, & inclyta.

10. Præterea operariis, qui cæsuri sunt ligna, servis tuis dabo in cibaria tritici coros viginti millia, & hordei coros totidem, & vini viginti millia metretas, olei quoque sata viginti millia.

11. Dixit autem Hiram rex Tyri per litteras, quas miserat Salomoni: Quia dilexit Dominus populum suum, idcirco te regnare fecit super eum.

12. Et addidit, dicens: Benedictus Dominus Deus Israël, qui fecit cœlum & terram, qui dedit David regi filium sapientem & eruditum & sensatum atque prudentem, ut ædificaret domum Domino, & palatium sibi.

13. Misi ergo tibi virum prudentem & scientissimum Hiram, patrem meum,

14. filium mulieris de filiabus Dan, cujus pater fuit Tyrius, qui novit operari in auro, & argento, ære, & ferro, & marmore, & lignis, in purpura quoque, & hyacintho, & byssо, & coccino: & qui scit cælare omnem sculpturam, & adinvenire prudenter quodcunque in opere necessarium est, cum artificibus tuis, & cum artificibus domini mei David patris tui.

15. Triticum ergo, & hordeum, & oleum, & vinum, quæ pollicitus es domine mi, mitte servis tuis.

16. Nos autem cædemus ligna de Libano, quot necessaria habueris, & applicabimus ea ratibus per mare in Joppe: tuum autem erit transferre ea in Jerusalem.

17. Numeravit igitur Salomon omnes viros proselytos, qui erant in terra Israël, post dinumerationem, quam dinumeravit David pater ejus, & inventi sunt centum quinquaginta millia, & tria millia sexcenti. 17..... *Vide Not.*

18. Fecitque ex eis septuaginta millia, qui humeris onera portarent, & octoginta millia, qui lapides in montibus cæderent: tria autem millia & sexcentos præpositos operum populi.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 17. Eò spectat quod ait Hilar. in Ps. 126. 415. d. *Ad centum quinquaginta millia virorum, sicuti scriptum est, in diversos ædificationis usus ac ministeria occupatos à Salomone.* In Græco, ἑκατὸν πεντήκοντα χιλιάδες καὶ τρισχίλιοι ἑξακόσιοι, i. e. 153600. ut in Vulg.

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

3. Reg. 6. 1. 1. ET cœpit Salomon ædificare domum Domini in Jerusalem in monte Moria, qui demonstratus fuerat David patri ejus, in loco, quem paraverat David in area Ornan Jebusæi. 1..... 2. *Vide Not.*

2. Reg. 24. 25. 1. Par. 21. 26. 2. Cœpit autem ædificare mense secundo, anno quarto regni sui.

3. Et hæc sunt fundamenta, quæ jecit Salomon, ut ædificaret domum Dei, longitudinis cubitos in mensura prima sexaginta, latitudinis cubitos viginti.

4. Porticum verò ante frontem, quæ tendebatur in longum juxta mensuram latitudinis domus, cubitorum viginti: porro altitudo centum viginti cubitorum erat: & deauravit eam intrinsecus auro mundissimo.

5. Domum quoque majorem texit tabulis ligneis abiegnis, & laminas auri obrizi affixit per totum: sculpsitque in ea palmas, & quasi catenulas se invicem complectentes.

6. Stravit quoque pavimentum templi pretiosissimo marmore, decore multo.

7. Porro aurum erat probatissimum, de cujus laminis texit domum, & trabes ejus, & postes, & parietes, & ostia: & cælavit cherubim in parietibus.

8. Fecit quoque domum Sancti sanctorum: longitudinem juxta latitudinem domus, cubitorum viginti, & latitudinem similiter viginti cubitorum: & laminis aureis texit eam, quasi talentis sexcentis.

9. Sed & clavos fecit aureos, ita ut singuli clavi siclos quinquagenos appenderent: cœnacula quoque texit auro.

10. Fecit etiam in domo Sancti sanctorum cherubim duos, opere statuario: & texit eos auro.

11. Alæ cherubim viginti cubitis extendebantur, ita ut una ala haberet cubitos quinque, & tangeret parietem domus: & altera quinque cubitos habens, alam tangeret alterius cherub.

12. Similiter cherub alterius ala, quinque habebat cubitos, & tangebat parietem: & ala ejus altera quinque cubitorum, alam cherub alterius contingebat.

13. Igitur alæ utriusque cherubim expansæ erant, & extendebantur per cubitos viginti: ipsi autem stabant erectis pedibus, & facies eorum erant versæ ad exteriorem domum.

14. Fecit quoque velum ex hyacintho, purpura, cocco, & byssо: & intexuit ei cherubim. *Matt.* 27. 51.

15. Ante fores etiam templi duas columnas, quæ triginta & quinque cubitos habebant altitudinis: porro capita earum, quinque cubitorum. *Jer.* 52. 20.

16. Necnon & quasi catenulas in oraculo, & superposuit eas capitibus columnarum: malogranata etiam centum, quæ catenulis interposuit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. His duobus respondent quæ refert Hieron. quæst. Hebr. to. 2. 526. a. *Et cœperunt ædificare templum in mense secundo, in secunda die mensis, in monte Moria.* Græcum verò Vulgatæ consonat pene ad verbum: unde Martianæus noster putat hunc versum ab Hieronymo memoriter fuisse recitatum; nec malè.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

17. Ipſas quoque columnas poſuit in veſtibulo templi, unam à dextris, & alteram à ſiniſtris: eam, quæ à dextris erat, vocavit Jachin; & quæ ad lævam, Booz.

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. FEcit quoque altare æneum viginti cubitorum longitudinis, & viginti cubitorum latitudinis, & decem cubitorum altitudinis.

3. Reg. 7. 23. 2. Mare etiam fuſile decem cubitis à labio uſque ad labium, rotundum per circuitum: quinque cubitos habebat altitudinis, & funiculus triginta cubitorum ambiebat gyrum ejus.

3. Similitudo quoque boum erat ſubter illud, & decem cubitis quædam extrinſecus cælaturæ, quaſi duobus verſibus alvum maris circuibant. Boves autem erant fuſiles:

4. & ipſum mare ſuper duodecim boves impoſitum erat, quorum tres reſpiciébant ad aquilonem, & alii tres ad occidentem: porro tres alii meridiem, & tres qui reliqui erant, orientem, habentes mare ſuperpoſitum: poſteriora autem boum erant intrinſecus ſub mari.

5. Porro vaſtitas ejus habebat menſuram palmi, & labium illius erat quaſi labium calicis, vel repandi lilii: capiebatque tria millia metretas.

6. Fecit quoque conchas decem: & poſuit quinque à dextris, & quinque à ſiniſtris, ut lavarent in eis omnia, quæ in holocauſtum oblaturi erant: porro in mari ſacerdotes lavabantur.

7. Fecit autem & candelabra aurea decem, ſecundùm ſpeciem quâ juſſa erant fieri: & poſuit ea in templo, quinque à dextris, & quinque à ſiniſtris.

8. Necnon & menſas decem: & poſuit eas in templo, quinque à dextris, & quinque à ſiniſtris: phialas quoque aureas centum.

9. Fecit etiam atrium ſacerdotum, & baſilicam grandem: & oſtia in baſilica, quæ texit ære.

10. Porro mare poſuit in latere dextro contra orientem ad meridiem.

11. Fecit autem Hiram lebetes, & creagras, & phialas: & complevit omne opus regis in domo Dei:

12. hoc eſt, columnas duas, & epiſtylia, & capita, & quaſi quædam retiacula, quæ capita tegerent ſuper epiſtylia.

13. Malogranata quoque quàdringenta, & retiacula duo, ita ut bini ordines malogranatorum ſingulis retiaculis jungerentur, quæ protegerent epiſtylia, & capita columnarum.

14. Baſes etiam fecit, & conchas, quas ſuperpoſuit baſibus:

15. mare unum, boves quoque duodecim ſub mari.

16. Et lebetes, & creagras, & phialas. Omnia vaſa fecit Salomoni Hiram pater ejus in domo Domini ex ære mundiſſimo.

17. In regione Jordanis fudit ea rex in argilloſa terra, inter Sochot & Saredatha.

18. Erat autem multitudo vaſorum innumerabilis, ita ut ignoraretur pondus æris.

19. Fecitque Salomon omnia vaſa domus Dei, & altare aureum, & menſas, & ſuper eas panes propoſitionis:

20. candelabra quoque cum lucernis ſuis, ut lucerent ante oraculum juxta ritum, ex auro puriſſimo:

21. & florentia quædam, & lucernas, & forcipes aureos: omnia de auro mundiſſimo facta ſunt.

22. Thymiateria quoque, & thuribula, & phialas, & mortariola, ex auro puriſſimo. Et oſtia cælavit templi interioris, id eſt, in Sancta ſanctorum: & oſtia templi forinſecus aurea. Sicque completum eſt omne opus, quod fecit Salomon in domo Domini.

CAPUT V.

VULGATA NOVA.

3. Reg. 7. 51. 1. INtulit igitur Salomon omnia, quæ voverat David pater ſuus, argentum, & aurum, & univerſa vaſa poſuit in theſauris domus Dei.

Ibid. 8. 1. 2. Poſt quæ congregavit majores natu Iſraël, & cunctos principes tribuum, & capita familiarum de filiis Iſraël in Jeruſalem, ut adducerent arcam fœderis Domini de civitate David, quæ eſt Sion.

3. Venerunt itaque ad regem omnes viri Iſraël in die ſolemni menſis ſeptimi.

4. Cùmque veniſſent cuncti ſeniorum Iſraël, portaverunt Levitæ arcam,

5. & intulerunt eam, & omnem paraturam tabernaculi. Porro vaſa ſanctuarii, quæ erant in tabernaculo, portaverunt ſacerdotes cum Levitis.

6. Rex autem Salomon, & univerſus cœtus Iſraël, & omnes qui fuerunt congregati ante arcam, immolabant arietes, & boves abſque ullo numero: tanta enim erat multitudo victimarum.

7. Et intulerunt ſacerdotes arcam fœderis Domini in locum ſuum, id eſt, ad oraculum templi, in Sancta ſanctorum ſubter alas cherubim:

8. ita ut cherubim expanderent alas ſuas ſuper locum, in quo poſita erat arca, & ipſam arcam tegerent cum vectibus ſuis.

9. Vectium autem, quibus portabatur arca, quia paululùm longiores erant, capita parebant ante oraculum: ſi verò quis paululùm fuiſſet extrinſecus, eos videre non poterat. Fuit itaque arca ibi uſque in præſentem diem.

10. Nihilque erat aliud in arca, niſi duæ tabulæ, quas poſuerat Moyſes in Horeb, quando legem dedit Dominus filiis Iſraël egredientibus ex Ægypto.

11. Egreſſis autem ſacerdotibus de ſanctuario, (omnes enim ſacerdotes, qui ibi potuerant inveniri, ſanctificati ſunt: nec adhuc in illo tempore vices, & miniſteriorum ordo inter eos diviſus erat)

12. tam Levitæ quàm cantores, id eſt, & qui ſub Aſaph erant, & qui ſub Eman, & qui ſub Idithun, filii, & fratres eorum, veſtiti byſſinis, cymbalis, & pſalteriis, & citharis concrepabant, ſtantes ad orientalem plagam altaris, & cum eis ſacerdotes centum viginti canentes tubis.

13. Igitur cunctis pariter, & tubis, & voce, & cymbalis, & organis, & diverſi generis muſicorum concinentibus, & vocem in ſublime tollentibus, longè ſonitus audiebatur, ita ut cùm Dominum laudare cœpiſſent & dicere: Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum miſericordia ejus; impleretur domus Dei nube,

14. nec poſſent ſacerdotes ſtare & miniſtrare propter caliginem. Compleverat enim gloria Domini domum Dei.

Digitized by Google

CAPUT VI.

VULGATA NOVA.

3. Reg. 8. 12. 1. TUnc Salomon ait: Dominus pollicitus est ut habitaret in caligine:

2. ego autem ædificavi domum nomini ejus, ut habitaret ibi in perpetuum.

3. Et convertit rex faciem suam, & benedixit universæ multitudini Israël, (nam omnis turba stabat intenta) & ait:

4. Benedictus Dominus Deus Israël, qui quod locutus est David patri meo, opere complevit, dicens:

5. A die, qua eduxi populum meum de terra Ægypti, non elegi civitatem de cunctis tribubus Israël, ut ædificaretur in ea domus nomini meo: neque elegi quemquam alium virum, ut esset dux in populo meo Israël;

6. sed elegi Jerusalem, ut sit nomen meum in ea; & elegi David, ut constituerem eum super populum meum Israël.

7. Cùmque fuisset voluntatis David patris mei, ut ædificaret domum nomini Domini Dei Israël,

8. dixit Dominus ad eum: Quia hæc fuit voluntas tua, ut ædificares domum nomini meo, bene quidem fecisti hujuscemodi habere voluntatem:

9. sed non tu ædificabis domum, verùm filius tuus, qui egredietur de lumbis tuis, ipse ædificabit domum nomini meo.

10. Complevit ergo Dominus sermonem suum, quem locutus fuerat: & ego surrexi pro David patre meo, & sedi super thronum Israël, sicut locutus est Dominus: & ædificavi domum nomini Domini Dei Israël.

11. Et posui in ea arcam, in qua est pactum Domini, quod pepigit cum filiis Israël.

12. Stetit ergo coram altari Domini ex adverso universæ multitudinis Israël, & extendit manus suas.

VERSIO ANTIQUA.

* Ex Mſ. Corb. n. 1. annor. circ. 900. 13..... & inclinavit Salomon genua sua in conspectu totius ecclesiæ Israël, & aperuit manus suas ad cœlum,

14. & dixit: Domine Deus Israël, non est tibi similis Deus in cœlo sursum, neque in terra deorsum: qui custodis testamentum tuum & misericordiam pueris tuis, euntibus in conspectu tuo in toto corde:

15. Servans puero tuo David quæ locutus es illi: & locutus es in ore tuo, & in manu tua implesti, quasi dies iste.

16. Et nunc Domine Deus Israël, custodi puero tuo David patri meo quæ locutus es illi, dicens: Non deerit tibi vir à facie mea, sedens in throno Israël: veruntamen si custodierint filii tui legem meam, ut in præceptis meis ambulent, sicut ambulaverunt in conspectu meo fideles.

17. Et nunc Domine Deus Israël, creditum est verbum, quod locutus es puero tuo David.

18. Quoniam si verè habitabit Deus cum hominibus in terra? Si cœlum cœli non sufficiunt

VULGATA NOVA.

13. Siquidem fecerat Salomon basim æneam, & posuerat eam in medio basilicæ, habentem quinque cubitos longitudinis, & quinque cubitos latitudinis, & tres cubitos altitudinis: stetitque super eam: & deinceps flexis genibus contra universam multitudinem Israël, & palmis in cœlum levatis,

14. ait: Domine Deus Israël, non est similis tui Deus in cœlo & in terra: qui custodis pactum & misericordiam cum servis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo: 2. Mac. 2. 8.

15. Qui præstitisti servo tuo David patri meo quæcunque locutus fueras ei: & quæ ore promiseras, opere complesti, sicut & præsens tempus probat.

16. Nunc ergo Domine Deus Israël, imple servo tuo patri meo David quæcunque locutus es, dicens: Non deficiet ex te vir coram me, qui sedeat super thronum Israël: ita tamen si custodierint filii tui vias suas, & ambulaverint in lege mea, sicut & tu ambulasti coram me.

17. Et nunc Domine Deus Israël, firmetur sermo tuus, quem locutus es servo tuo David.

18. Ergone credibile est ut habitet Deus cum hominibus super terram? Si cœlum & cœli cœ-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Hæc oratio Salomonis iisdem pene verbis legitur in pluribus aliis Mss. uno Turonensi (f. S. Martini) n. 143. altero S. Remigii Rem. n. 8-4. tertio S. Theodericici ad Remos, n. 1. quarto, quinto, & sexto S. Germani Paris. nn. 4. 14. & 15. annorum circiter 800. in plerisque autem his scripta reperitur hæc oratio in fine libri Ecclesiastici cum hac clausula: *Explicit liber Jesu filii Sirach*, vel ut in Mſ. Turon. *Explicit liber Ecclesiasticum*; perinde ac si ad librum istum certò pertineat: at certo certius est non ad Ecclesiasticum, sed ad hunc Paralipomenon locum referri debere, vel fortè ad libri 3. Regum caput 8. ℣. 22. & seqq. nam utrique istorum convenire potest, nec refert plurimùm cui de duobus certò tribuatur. Vide sis lib. 3. Reg. vel in Vulg. vel apud LXX.

℣. 13. Græcè: Καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὰ γόνατα ἔναντι πάσης ἐκκλησίας Ἰσραὴλ, καὶ διεπέτασε τὰς, &c. ut supra; edit. Compl. pro ἔπεσε, *cecidit*, hab. ἔκαμψε, *flexit*, Mſ. Germ. 15. *declinavit*, detracta voce *sua*, post *genua*, quæ vox *sua*, deest pariter in altero Germ. 14. sicut in Græco Vatic. ac edit. Ald. additur tamen αὐτῆ, in Mſ. Alex. & in Compl. exinde pro διεπέτασε, Mſ. Germ. 14. habet *expandit*, non malè; cæteri verò constanter *aperuit*, ut sup. Mſ. S. Theod. hab. sup. *in conspectu omnis Ecclesiæ*.

℣. 14. Similiter in Græco, nisi quòd desunt voces *sursum*, ac *deorsum*, & loco *neque in terra*, habetur καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, & *super terram*; tum pro *qui custodis*, simplic. φυλάσσων, *custodiens*, absque pronom. *tuum*, post *testamentum*; demum pro *in conspectu tuo*, sic, ἐναντίον σου, *ante te*, quod idem sonat.

℣. 15. Ita Græcè, præter hoc, ἃ ἐφύλαξας, *quæ custodisti*, loco *servans*; item additur τῷ πατρί μου, *patri meo*, ad vocem *David*, sicut istud, αὐτῷ λέγων, post verbum *locutus es*; sed λέγων abest à Compl. denique pro *manu tua*, sic, χερσί σου, num. plurali. Mſs. S. Theod. necnon Germ. n. 14. & 15. hab. *suppleſti*, loco *implesti*; at in Græco ἐπλήρωσας.

℣. 16. Posteriora tantùm verba discrepant à Gr. nempe ista: *legem meam*, &c. quorum loco sic, τὴν ὁδὸν αὐτῶν, τοῦ πορεύεσθαι ἐν τῷ νόμῳ μου, ὡς ἐπορεύθης ἐναντίον μου *viam suam, ambulando in lege mea, sicut ambulasti coram me*. Mſs. Germ. 14. & 15. omittunt istud, *David patri meo*, ut & *tamen*, post *verùm*; loco verò *legem meam*, hab. *manum suam*, absque ultimo *fideles*.

℣. 17. Ita de Græco, præter istud, *creditum est*, pro quo sic, πιστωθήτω δή, *fidele sit*, *quæso*, addito οὖ, ad *verbum*.

℣. 18. Similiter in Græco, nisi quòd post *cœlum*, rursum hab. καὶ ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ, & *cœlum cœli*, & pro *sufficiunt*, ἀρκέσουσι, *sufficient*, Mſ. S. Theod. *sufficiant*: item pro *quantò magis*, sic, καὶ τίς, & *quæ*. Mſs. Germ. n. 14. & 15. ferunt: *non sufficit, verùm domus, quam ædificavi*. Turon. initio delet *si*, post *quoniam*.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

lorum non te capiunt, quantò magis domus ista, quam ædificavi?

19. Sed ad hoc tantùm facta est, ut respicias orationem servi tui, & obsecrationem ejus, Domine Deus meus: & audias preces, quas fundit famulus tuus coram te:

20. ut aperias oculos tuos super domum istam diebus ac noctibus, super locum, in quo pollicitus es ut invocaretur nomen tuum,

21. & exaudires orationem, quam servus tuus orat in eo: & exaudias preces famuli tui, & populi tui Israël. Quicunque oraverit in loco isto, exaudi de habitaculo tuo, id est, de cœlis, & propitiare.

22. Si peccaverit quispiam in proximum suum, & jurare contra eum paratus venerit, seque maledicto constrinxerit coram altari in domo ista:

VERSIO ANTIQUA.

tibi, quantò magis domus hæc, quam ædificavi? *Ex Mſ. Corb. ſup.*

19. Sed respicias ad orationem pueri tui, & precationem Deus: ut exaudias Domine, placationem orationis, quam puer tuus orat coram te hodie:

20. ut sint oculi tui aperti super domum hanc die ac nocte, in locum, quem dixisti invocari nomen tuum,

21. & exaudias orationem, quam puer tuus orat in hoc loco: & exaudias deprecationem pueri tui, & populi tui Israël, si oraverit in loco isto: & exaudias in loco habitationis juxta te de cœlo, & exaudias, & propitius sis.

22. Si peccaverit vir in te.....

VULGATA NOVA.

23. tu audies de cœlo, & facies judicium servorum tuorum, ita ut reddas iniquo viam suam in caput proprium, & ulciscaris justum, retribuens ei secundùm justitiam suam.

24. Si superatus fuerit populus tuus Israël ab inimicis, (peccabunt enim tibi) & conversi egerint pœnitentiam, & obsecraverint nomen tuum, & fuerint deprecati in loco isto,

25. tu exaudies de cœlo, & propitiare peccato populi tui Israël, & reduc eos in terram, quam dedisti eis, & patribus eorum.

26. Si clauso cœlo, pluvia non fluxerit propter peccata populi, & deprecati te fuerint in loco isto, & confessi nomini tuo, & conversi à peccatis suis, cùm eos afflixeris,

27. exaudi de cœlo Domine, & dimitte peccata servis tuis, & populi tui Israël, & doce eos viam bonam, per quam ingrediantur: & da pluviam terræ, quam dedisti populo tuo ad possidendum.

Inf. 20. 9. 28. Fames si orta fuerit in terra, & pestilentia, ærugo, & aurugo, & locusta, & bruchus; & hostes, vastatis regionibus, portas obsederint civitatis, omnisque plaga & infirmitas presserit:

29. Si quis de populo tuo Israël fuerit deprecatus, cognoscens plagam & infirmitatem suam, & expanderit manus suas in domo hac,

30. tu exaudies de cœlo, de sublimi scilicet habitaculo tuo, & propitiare, & redde unicuique secundùm vias suas, quas nosti eum habere in corde suo: (tu enim solus nosti corda filiorum hominum:)

31. ut timeant te, & ambulent in viis tuis cunctis diebus, quibus vivunt super faciem terræ, quam dedisti patribus nostris.

32. Externum quoque, qui non est de populo tuo Israël, si venerit de terra longinqua, propter nomen tuum magnum, & propter manum tuam robustam, & brachium tuum extentum, & adoraverit in loco isto,

33. tu exaudies de cœlo firmissimo habitaculo tuo, & facies cuncta, pro quibus invocaverit te ille peregrinus: ut sciant omnes populi terræ nomen tuum, & timeant te sicut populus tuus Israël: & cognoscant, quia nomen tuum invocatum est super domum hanc, quam ædificavi.

34. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra adversarios suos per viam in qua miseris eos, adorabunt te contra viam, in qua civitas hæc est, quam elegisti, & domus, quam ædificavi nomini tuo:

35. tu exaudies de cœlo preces eorum, & obsecrationem, & ulciscaris.

36. Si autem peccaverint tibi, (neque enim est homo, qui non peccet) & iratus fueris eis, & tradideris hostibus, & captivos duxerint eos in terram longinquam, vel certè quæ juxta est, *3. Reg. 8. 46. Eccl. 7. 21. 1. Joan. 1. 8.*

37. & conversi in corde suo, in terra, ad quam captivi ductl fuerant, egerint pœnitentiam, & deprecati te fuerint in terra captivitatis suæ, dicentes: Peccavimus, iniquè fecimus, injustè egimus:

38. & reversi fuerint ad te in toto corde suo, & in tota anima sua, in terra captivitatis suæ, ad quam ducti sunt, adorabunt te contra viam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum, & urbis, quam elegisti, & domus, quam ædificavi nomini tuo:

39. tu exaudies de cœlo, hoc est, de firmo habitaculo tuo, preces eorum, & facias judicium, & dimittas populo tuo, quamvis peccatori:

40. tu es enim Deus meus: aperiantur, quæso, oculi tui, & aures tuæ intentæ sint ad orationem quæ fit in loco isto.

41. Nunc igitur consurge Domine Deus in requiem tuam, tu & arca fortitudinis tuæ: sacerdotes tui Domine Deus, induantur salutem, & sancti tui lætentur in bonis. *Pſ. 131. 8. 9. & 10.*

42. Domine Deus ne averteris faciem christi tui: memento misericordiarum David servi tui.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 19. Græcè, καὶ ἐπιβλέψῃ, & *inspicies*, loco *sed respicias*, Mſ. Germ. n. 4. *si respicies*, Turon. *sed respicies*; subinde iteratur ἐπὶ, *super*, ante *precationem*, cui additur μοῦ, mox ita, Κύριε ὁ Θεὸς, τοῦ ἐπακοῦσαι, absque seq. *Domine*, quod pariter delent Mſs. S. Theod. & Germ. n. 14. & 15. habent autem supra *Domine*, loco *Deus*, cum altero Germ. n. 4. demum loco *placationem orationis*, sic, τῆς δεήσεως ἢ τῆς προσευχῆς, *orationem & deprecationem*; in Mſ. S. Theod. est *servus tuus*, loco *puer tuus*; in Germ. verò n. 15. deest *hodie*, in fine.

℣. 20. Ad verbum è Græco, si addas *hunc*, τοῦτον, ad *locum*, & *ibi*, ἐκεῖ, in fine. Mſs. Germ. n. 14. & 15. cum Turon. omittunt vocem *aperti*; præterea Turon. hab. *in loco quo dixisti*, &c. Mſ. S. Theod. *in loco quem*, &c.

℣. 21. Variant multa in Græco, nempe seqq. τῆ ἀκοῆ σαι, *ad audiendum*, loco 1. & *exaudias*; paulòque post, εἰς τὸν τόπον τοῦτον, pro *in hoc loco*, Mſs. Germ. n. 14. & 15. hab. *in hunc locum*; tum pro 2. *exaudias*, ἀκούσῃ, *audies*, & pro *si oraverit in loco isto*, sic, ἃ ἂν προσεύξωνται εἰς τὸν τόπον τοῦτον, *quæcunque deprecati fuerint in*, &c. Mſs. Germ. n. 14. & Remig. *si oraverint*: exinde ἢ σὺ εἰσακούσῃ, & *tu exaudies*, loco 3. & *exaudias*, uti σοῦ, *tuæ*, pro *juxta te*; demum pro 4. *exaudias*, iterum ἀκούσῃ, *audies*, & ἔσῃ, *eris*, loco *sis*. Mſs. Germ. n. 4. 14. & 15. cum Rem. & Turon. legunt *precationem*, non *deprecationem*, delentque *juxta te*; at Remig. loco *juxta te*, habet *tuæ Deus Israël de cœlo*, &c.

℣. 22. Græc. pro *in te*, hab. τῷ πλησίον αὐτοῦ, *proximo suo*, Mſs. Germ. n. 14. & 15. *juxta te*.

Digitized by Google

CAPUT VII.

VULGATA NOVA.

1. CUmque complesset Salomon fundens preces, ignis descendit de cœlo, & devoravit holocausta & victimas: & majestas Domini implevit domum.

2. Mac. 2. 8. 2. Nec poterant sacerdotes ingredi templum Domini, eò quòd implesset majestas Domini templum Domini.

3. Sed & omnes filii Israël videbant descendentem ignem, & gloriam Domini super domum: & corruentes proni in terram super pavimentum stratum lapide, adoraverunt, & laudaverunt Dominum: Quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.

4. Rex autem, & omnis populus, immolabant victimas coram Domino.

3. Reg. 8. 63. 5. Mactavit igitur rex Salomon hostias, boum viginti duo millia, arietum centum viginti millia: & dedicavit domum Dei rex, & universus populus.

6. Sacerdotes autem stabant in officiis suis: & Levitæ in organis carminum Domini, quæ fecit David rex ad laudandum Dominum: Quoniam in æternum misericordia ejus, hymnos David canentes per manus suas: porro sacerdotes canebant tubis ante eos, cunctusque Israël stabat.

7. Sanctificavit quoque Salomon medium atrii ante templum Domini: obtulerat enim ibi holocausta, & adipes pacificorum: quia altare æneum, quod fecerat, non poterat sustinere holocausta, & sacrificia, & adipes.

8. Fecit ergo Salomon solemnitatem in tempore illo septem diebus, & omnis Israël cum eo, ecclesia magna valde, ab introitu Emath, usque ad torrentem Ægypti.

9. Fecitque die octavo collectam, eò quòd dedicasset altare septem diebus, & solemnitatem celebrasset diebus septem.

10. Igitur in die vigesimo tertio mensis septimi, dimisit populos ad tabernacula sua, lætantes atque gaudentes super bono, quod fecerat Dominus Davidi, & Salomoni, & Israëli populo suo.

3. Reg. 9. 1. 11. Complevitque Salomon domum Domini, & domum regis, & omnia quæ dispposuerat in corde suo, ut faceret in domo Domini, & in domo sua, & prosperatus est.

12. Apparuit autem ei Dominus nocte, & ait: Audivi orationem tuam, & elegi locum istum mihi in domum sacrificii.

13. Si clausero cœlum, & pluvia non fluxerit, & mandavero & præcepero locustæ, ut devoret terram, & misero pestilentiam in populum meum:

14. conversus autem populus meus, super quos invocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquisierit faciem meam, & egerit pœnitentiam à viis suis pessimis: & ego exaudiam de cœlo, & propitius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum.

15. Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem ejus, qui in loco isto oraverit.

16. Elegi enim, & sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.

17. Tu quoque si ambulaveris coram me, sicut ambulavit David pater tuus, & feceris juxta omnia quæ præcepi tibi, & justitias meas judiciaque servaveris:

18. suscitabo thronum regni tui, sicut pollicitus sum David patri tuo, dicens: Non auferetur de stirpe tua vir, qui sit princeps in Israël.

19. Si autem aversi fueritis, & dereliqueritis justitias meas, & præcepta mea, quæ proposui vobis, & abeuntes servieritis diis alienis, & adoraveritis eos,

20. evellam vos de terra mea, quam dedi vobis: & domum hanc, quam sanctificavi nomini meo, projiciam à facie mea, & tradam eam in parabolam, & in exemplum cunctis populis.

21. Et domus ista erit in proverbium universis transeuntibus, & dicent stupentes: Quare fecit Dominus sic terræ huic, & domui huic?

22. Respondebuntque: Quia dereliquerunt Dominum Deum patrum suorum, qui eduxit eos de terra Ægypti, & apprehenderunt deos alienos, & adoraverunt eos, & coluerunt: idcirco venerunt super eos universa hæc mala.

CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

3. Reg. 9. 10. 1. EXpletis autem viginti annis, postquam ædificavit Salomon domum Domini, & domum suam:

2. civitates, quas dederat Hiram Salomoni, ædificavit, & habitare ibi fecit filios Israël.

3. Abiit quoque in Emath Suba, & obtinuit eam.

4. Et ædificavit Palmiram in deserto, & alias civitates munitissimas ædificavit in Emath.

5. Exstruxitque Bethoron superiorem, & Bethoron inferiorem, civitates muratas, habentes portas & vectes & seras:

6. Balaath etiam, & omnes urbes firmissimas, quæ fuerunt Salomonis, cunctasque urbes quadrigarum, & urbes equitum: omnia quæcunque voluit Salomon atque dispposuit, ædificavit in Jerusalem & in Libano, & in universa terra potestatis suæ.

7. Omnem populum, qui derelictus fuerat de Hethæis, & Amorrhæis, & Pherezæis, & Hevæis, & Jebusæis, qui non erant de stirpe Israël:

8. de filiis eorum, & de posteris, quos non interfecerant filii Israël, subjugavit Salomon in tributarios, usque in diem hanc.

9. Porro de filiis Israël non posuit ut servirent operibus regis: ipsi enim erant viri bellatores, & duces primi, & principes quadrigarum & equitum ejus.

10. Omnes autem principes exercitus regis Salomonis fuerunt ducenti quinquaginta, qui erudiebant populum.

3. Reg. 9. 11. 11. Filiam verò Pharaonis transtulit de civitate David, in domum quam ædificaverat ei. Dixit enim rex: Non habitabit uxor mea in domo David regis Israël, eò quòd sanctificata sit: quia ingressa est in eam arca Domini.

12. Tunc obtulit Salomon holocausta Domino super altare Domini, quod exstruxerat ante porticum,

13. ut per singulos dies offerretur in eo juxta præceptum Moysi in sabbatis, & in calendis, & in festis diebus, ter per annum, id est, in solemnitate azymorum, & in solemnitate hebdomadarum, & in solemnitate tabernaculorum.

14. Et constituit juxta dispositionem David patris sui, officia sacerdotum in ministeriis suis: & Levitas in ordine suo, ut laudarent, & ministrarent coram sacerdotibus, juxta ritum uniuscujusque diei: & janitores in divisionibus suis per portam & portam: sic enim præceperat David homo Dei.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

15. Nec prætergreſſi ſunt de mandatis regis, tam ſacerdotes quàm Levitæ, ex omnibus quæ præceperat, & in cuſtodiis theſaurorum.

16. Omnes impenſas præparatas habuit Salomon, ex eo die quo fundavit domum Domini, uſque in diem quo perfecit eam.

17. Tunc abiit Salomon in Aſiongaber, & in Ailath ad oram Maris rubri, quæ eſt in terra Edom.

18. Miſit autem ei Hiram per manus ſervorum ſuorum naves, & nautas gnaros maris, & abierunt cum ſervis Salomonis in Ophir, tuleruntque inde quadringenta quinquaginta talenta auri, & attulerunt ad regem Salomonem.

CAPUT IX.

VULGATA NOVA.

3. *Reg.* 10. 1. *Matt.* 12. 42. *Luc.* 11. 31.

1. REgina quoque Saba, cùm audiſſet famam Salomonis, venit ut tentaret eum in ænigmatibus in Jeruſalem, cum magnis opibus, & camelis qui portabant aromata, & auri plurimum, gemmaſque pretioſas. Cùmque veniſſet ad Salomonem, locuta eſt ei quæcunque erant in corde ſuo.

2. Et expoſuit ei Salomon omnia quæ propoſuerat: nec quidquam fuit, quod non perſpicuum ei fecerit.

3. Quæ poſtquam vidit, ſapientiam ſcilicet Salomonis, & domum quam ædificaverat,

4. necnon & cibaria menſæ ejus, & habitacula ſervorum, & officia miniſtrorum ejus, & veſtimenta eorum, pincernas quoque & veſtes eorum, & victimas quas immolabat in domo Domini: non erat præ ſtupore ultra in ea ſpiritus.

5. Dixitque ad regem: Verus eſt ſermo, quem audieram in terra mea de virtutibus & ſapientia tua.

6. Non credebam narrantibus, donec ipſa veniſſem, & vidiſſent oculi mei, & probaſſem vix medietatem ſapientiæ tuæ mihi fuiſſe narratam: viciſti famam virtutibus tuis.

7. Beati viri tui, & beati ſervi tui, qui aſſiſtunt coram te omni tempore, & audiunt ſapientiam tuam.

8. Sit Dominus Deus tuus benedictus, qui voluit te ordinare ſuper thronum ſuum, regem Domini Dei tui. Quia diligit Deus Iſraël, & vult ſervare eum in æternum, idcirco poſuit te ſuper eum regem, ut facias judicia atque juſtitiam.

9. Dedit autem regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretioſiſſimas: non fuerunt aromata talia ut hæc, quæ dedit regina Saba regi Salomoni.

10. Sed & ſervi Hiram cum ſervis Salomonis attulerunt aurum de Ophir, & ligna thyina, & gemmas pretioſiſſimas:

11. de quibus fecit rex, de lignis ſcilicet thyinis, gradus in domo Domini, & in domo regia, citharas quoque & pſalteria cantoribus: nunquam viſa ſunt in terra Juda ligna talia.

12. Rex autem Salomon dedit reginæ Saba cuncta quæ voluit, & quæ poſtulavit, & multò plura quàm attulerat ad eum: quæ reverſa, abiit in terram ſuam cum ſervis ſuis.

13. Erat autem pondus auri, quod afferebatur Salomoni per ſingulos annos, ſexcenta ſexaginta ſex talenta auri:

14. exceptâ eâ ſummâ, quam legati diverſarum gentium, & negotiatores afferre conſueverant, omneſque reges Arabiæ, & ſatrapæ terrarum, qui comportabant aurum & argentum Salomoni.

15. Fecit igitur rex Salomon ducentas haſtas aureas de ſumma ſexcentorum aureorum, qui in ſingulis haſtis expendebantur:

16. trecenta quoque ſcuta aurea trecentorum aureorum, quibus tegebantur ſingula ſcuta: poſuitque ea rex in armamentario, quod erat conſitum nemore.

17. Fecit quoque rex ſolium eburneum grande, & veſtivit illud auro mundiſſimo.

18. Sex quoque gradus, quibus aſcendebatur ad ſolium, & ſcabellum aureum, & brachiola duo altrinſecus, & duos leones ſtantes juxta brachiola,

19. ſed & alios duodecim leunculos ſtantes ſuper ſex gradus ex utraque parte: non fuit tale ſolium in univerſis regnis.

20. Omnia quoque vaſa convivii regis erant aurea, & vaſa domus ſaltus Libani ex auro puriſſimo. Argentum enim in diebus illis pro nihilo reputabatur.

21. Siquidem naves regis ibant in Tharſis cum ſervis Hiram, ſemel in annis tribus: & deferebant inde aurum & argentum, & ebur, & ſimias, & pavos.

22. Magnificatus eſt igitur Salomon ſuper omnes reges terræ præ divitiis & gloria.

23. Omneſque reges terrarum deſiderabant videre faciem Salomonis, ut audirent ſapientiam, quam dederat Deus in corde ejus:

24. & deferebant ei munera, vaſa argentea, & aurea, & veſtes, & arma, & aromata, equos, & mulos, per ſingulos annos.

25. Habuit quoque Salomon quadraginta millia equorum in ſtabulis, & curruum equitumque duodecim millia, conſtituitque eos in urbibus quadrigarum, & ubi erat rex in Jeruſalem.

26. Exercuit etiam poteſtatem ſuper cunctos reges, à flumine Euphrate uſque ad terram Philiſthinorum, & uſque ad terminos Ægypti.

27. Tantamque copiam præbuit argenti in Jeruſalem quaſi lapidum; & cedrorum tantam multitudinem velut ſycomororum, quæ gignuntur in campeſtribus.

28. Adducebantur autem ei equi de Ægypto, cunctiſque regionibus.

29. Reliqua autem operum Salomonis priorum & noviſſimorum, ſcripta ſunt in verbis Nathan Prophetæ, & in libris Ahiæ Silonitis, in viſione quoque Addo Videntis, contra Jeroboam filium Nabat.

30. Regnavit autem Salomon in Jeruſalem ſuper omnem Iſraël quadraginta annis.

31. Dormivitque cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in civitate David: regnavitque Roboam filius ejus pro eo.

CAPUT X.

VULGATA NOVA.

3. *Reg.* 12. 1.

1. PRofectus eſt autem Roboam in Sichem: illuc enim cunctus Iſraël convenerat ut conſtituerent eum regem.

2. Quod cùm audiſſet Jeroboam filius Nabat, qui erat in Ægypto (fugerat quippe illuc ante Salomonem) ſtatim reverſus eſt.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

3. Vocaveruntque eum, & venit cum universo Israël, & locuti sunt ad Roboam, dicentes:

4. Pater tuus durissimo jugo nos pressit, tu leviora impera patre tuo, qui nobis imposuit gravem servitutem, & paululum de onere subleva, ut serviamus tibi.

5. Qui ait: Post tres dies revertimini ad me. Cùmque abiisset populus,

6. iniit consilium cum senibus, qui steterant coram patre ejus Salomone dum adhuc viveret, dicens: Quid datis consilii ut respondeam populo?

7. Qui dixerunt ei: Si placueris populo huic, & leniveris eos verbis clementibus, servient tibi omni tempore.

8. At ille reliquit consilium senum, & cum juvenibus tractare cœpit, qui cum eo nutriti fuerant, & erant in comitatu illius.

9. Dixitque ad eos: Quid vobis videtur? vel respondere quid debeo populo huic, qui dixit mihi: Subleva jugum quod imposuit nobis pater tuus?

10. At illi responderunt ut juvenes, & nutriti cum eo in deliciis, atque dixerunt: Sic loquêris populo, qui dixit tibi: Pater tuus aggravavit jugum nostrum, tu subleva: & sic respondebis ei: Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei.

11. Pater meus imposuit vobis grave jugum, & ego majus pondus apponam: pater meus cecidit vos flagellis, ego verò cædam vos scorpionibus.

12. Venit ergo Jeroboam, & universus populus, ad Roboam die tertio, sicut præceperat eis.

13. Respondítque rex dura, derelicto consilio seniorum:

14. locutusque est juxta juvenum voluntatem: Pater meus grave vobis imposuit jugum, quod ego gravius faciam: pater meus cecidit vos flagellis, ego verò cædam vos scorpionibus.

15. Et non acquievit populi precibus: erat enim voluntatis Dei, ut compleretur sermo ejus, quem locutus fuerat per manum Ahiæ Silonitis ad Jeroboam filium Nabat. 3. Reg. 11. 29.

16. Populus autem universus, rege duriora dicente, sic locutus est ad eum: Non est nobis pars in David, neque hæreditas in filio Isai. Revertere in tabernacula tua Israël, tu autem pasce domum tuam David. Et abiit Israël in tabernacula sua.

17. Super filios autem Israël, qui habitabant in civitatibus Juda, regnavit Roboam.

18. Misitque rex Roboam Aduram, qui præerat tributis, & lapidaverunt eum filii Israël, & mortuus est: porro rex Roboam currum festinavit ascendere, & fugit in Jerusalem.

19. Recessitque Israël à domo David, usque ad diem hanc.

CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

3. Reg. 12. 21. 1. VEnit autem Roboam in Jerusalem, & convocavit universam domum Juda & Benjamin, centum octoginta millia electorum atque bellantium, ut dimicaret contra Israël, & converteret ad se regnum suum.

2. Factusque est sermo Domini ad Semeiam hominem Dei, dicens:

3. Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Juda, & ad universum Israël, qui est in Juda & Benjamin:

4. Hæc dicit Dominus: Non ascendetis, neque pugnabitis contra fratres vestros: revertatur unusquisque in domum suam, quia meâ hoc gestum est voluntate. Qui cùm audissent sermonem Domini, reversi sunt, nec perrexerunt contra Jeroboam.

VERSIO ANTIQUA.

Anon. apud Ambr. l. 2. 5. f. 5..... ædificavit civitates munitas.....

6..... Ethan, & Thecue,

VULGATA NOVA.

5. Habitavit autem Roboam in Jerusalem, & ædificavit civitates muratas in Juda.

6. Exstruxitque Bethlehem, & Etam, & Thecue,

VULGATA NOVA.

7. Bethsur quoque, & Socho, & Odollam,
8. necnon & Geth, & Maresa, & Ziph,
9. sed & Aduram, & Lachis, & Azeca,
10. Saraa quoque, & Ajalon, & Hebron, quæ erant in Juda & Benjamin, civitates munitissimas.

11. Cùmque clausisset eas muris, posuit in eis principes, ciborumque horrea, hoc est, olei, & vini.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 190. d. 12..... Juda & Benjamin.

13. Et Levitæ, & sacerdotes, qui erant in omni Israël, convenerunt ex omnibus finibus,

14. quoniam dereliquerunt Levitæ, & tabernacula sua, & possessiones suas, & abierunt ad Jeroboam: quoniam repellit eos Jeroboam, & filii ejus, ut non servirent Domino.

15. Et constituit ibi sacerdotes excelsorum, &

VULGATA NOVA.

12. Sed & in singulis urbibus fecit armamentarium scutorum & hastarum, firmavitque eas summâ diligentiâ, & imperavit super Judam & Benjamin.

13. Sacerdotes autem & Levitæ, qui erant in universo Israël, venerunt ad eum de cunctis sedibus suis,

14. relinquentes suburbana, & possessiones suas, & transeuntes ad Judam, & Jerusalem: eò quòd abjecisset eos Jeroboam, & posteri ejus, ne sacerdotio Domini fungerentur.

15. Qui constituit sibi sacerdotes excelsorum,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 5. 6. Similiter in Græco, uno excepto Θεκωὲ, pro *Thecue*.

℣℣. 12. 13. Nil Græco similius, modò ponatur vox *sacerdotes*, ante istam *Levitæ*, & verbo *convenerunt*, addatur hoc, *ad eum*, πρὸς αὐτόν.

℣. 14. A Græco abest ℭ, post *Levitæ*, sicut hoc, *sua* ℭ, post *tabernacula*; loco verò *possessiones suas*, habetur τῆς καλλαχέσεως αὐτῶν, *possessionis suæ*; mox ita: ℌ ἐπορεύθησαν πρὸς Ἰούδα εἰς Ἱερουσαλήμ, ℭ *iverunt ad Juda in Jerusalem*, loco ℭ *abierunt ad Jeroboam*: item ἐξέβαλεν, *ejecit*, pro *repellit*, & μὴ λειτουργεῖν, vel ut in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. τοῦ μὴ λειτουργεῖν, *ne ministrarent*, loco *ut non servirent*.

℣. 15. Duo tantùm Græco dissimilia, nempe *ibi*, &

VULGATA NOVA.

& dæmoniorum, vitulorumque quos fecèrat.

16. Sed & de cunctis tribubus Iſraël, quicunque dederant cor ſuum ut quærerent Dominum Deum Iſraël, venerunt in Jeruſalem ad immolandum victimas ſuas coram Domino Deo patrum ſuorum.

VERSIO ANTIQUA.

ſimulacris, & dæmoniis, & vitulis, quæ fecit Jeroboam. *Lucif. Cal. ubi ſup.*

16. Et projecit eos à filiis Iſraël, & à tribubus Iſraël, qui dederant cor ſuum quærere Dominum Deum Iſraël.....

VULGATA NOVA.

17. Et roboraverunt regnum Juda, & confirmaverunt Roboam filium Salomonis per tres annos: ambulaverunt enim in viis David & Salomonis, annis tantùm tribus.

18. Duxit autem Roboam uxorem Mahalath, filiam Jerimoth, filii David: Abihail quoque filiam Eliab filii Iſai,

19. quæ peperit ei filios, Jehus, & Somoriam, & Zoom.

20. Poſt hanc quoque accepit Maacha filiam Abſalom, quæ peperit ei Abia, & Ethai, & Ziza, & Salomith.

21. Amavit autem Roboam Maacha filiam Abſalom, ſuper omnes uxores ſuas, & concubinas: nam uxores decem & octo duxerat, concubinas autem ſexaginta: & genuit viginti octo filios, & ſexaginta filias.

22. Conſtituit verò in capite, Abiam filium Maacha, ducem ſuper omnes fratres ſuos: ipſum enim regem facere cogitabat,

23. quia ſapientior fuit, & potentior ſuper omnes filios ejus, & in cunctis finibus Juda, & Benjamin, & in univerſis civitatibus muratis: præbuitque eis eſcas plurimas, & multas petivit uxores.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

dæmoniis, pro quibus ſic, ἑαυτῷ, *ſibi ipſi*, & μαλαίοις, *inanibus*, ſeu *vanis*.

℣. 16. Vix meliùs é Græco, exceptis his, *à filiis Iſraël* ☞, quæ non leguntur ibid. loco verò *projecit*, habetur ἐξέβαλεν, *ejecit*, ſicut ἔδωκαν, *dederunt*, pro *dederant*; & τῦ ζητῆσαι, *ad quarendum*, pro *quærere*.

CAPUT XII.

VULGATA NOVA.

1. CUmque roboratum fuiſſet regnum Roboam & confortatum, dereliquit legem Domini, & omnis Iſraël cum eo.

3. *Reg.* 14. 25. 2. Anno autem quinto regni Roboam, aſcendit Seſac rex Ægypti in Jeruſalem (quia peccaverant Domino)

3. cum mille ducentis curribus, & ſexaginta millibus equitum: nec erat numerus vulgi quod venerat cum eo ex Ægypto, Libyes ſcilicet, & Troglodytæ & Æthiopes.

4. Cepitque civitates munitiſſimas in Juda, & venit uſque in Jeruſalem.

5. Semeias autem propheta ingreſſus eſt ad Roboam, & principes Juda, qui congregati fuerant in Jeruſalem, fugientes Seſac, dixitque ad eos: Hæc dicit Dominus: Vos reliquiſtis me, & ego reliqui vos in manu Seſac.

6. Conſternatique principes Iſraël & rex dixerunt: Juſtus eſt Dominus.

7. Cùmque vidiſſet Dominus, quòd humiliati eſſent, factus eſt ſermo Domini ad Semeiam, dicens: Quia humiliati ſunt, non diſperdam eos, daboque eis pauxillum auxilii, & non ſtillabit furor meus ſuper Jeruſalem per manum Seſac.

8. Veruntamen ſervient ei, ut ſciant diſtantiam ſervitutis meæ, & ſervitutis regni terrarum.

9. Receſſit itaque Seſac rex Ægypti ab Jeruſalem, ſublatis theſauris domus Domini, & domus regis, omniaque ſecum tulit, & clypeos aureos, quos fecerat Salomon,

10. pro quibus fecit rex æneos, & tradidit illos principibus ſcutariorum, qui cuſtodiebant veſtibulum palatii.

11. Cùmque introiret rex domum Domini, veniebant ſcutarii, & tollebant eos, iterumque referebant eos ad armamentarium ſuum.

12. Veruntamen quia humiliati ſunt, averſa eſt ab eis ira Domini, nec deleti ſunt penitus: ſiquidem & in Juda inventa ſunt opera bona.

13. Confortatus eſt ergo rex Roboam in Jeruſalem, atque regnavit: quadraginta autem & unius anni erat cùm regnare cœpiſſet, & decem & ſeptem annis regnavit in Jeruſalem, urbe, quam elegit Dominus, ut confirmaret nomen ſuum ibi de cunctis tribubus Iſraël: nomen autem matris ejus Naama Ammanitis. 3. *Reg.* 14. 21.

14. Fecit autem malum, & non præparavit cor ſuum ut quæreret Dominum.

15. Opera verò Roboam prima & noviſſima, ſcripta ſunt in libris Semeiæ prophetæ, & Addo Videntis, & diligenter expoſita: pugnaveruntque adversùm ſe Roboam & Jeroboam cunctis diebus.

16. Et dormivit Roboam cum patribus ſuis, ſepultuſque eſt in civitate David. Et regnavit Abia filius ejus pro eo.

CAPUT XIII.

VULGATA NOVA.

3. *Reg.* 15. 1. 1. ANno octavo decimo regis Jeroboam, regnavit Abia ſuper Judam.

2. Tribus annis regnavit in Jeruſalem, nomenque *Ibid.* 15. 6. matris ejus Michaia, filia Uriel de Gabaa: & erat bellum inter Abiam & Jeroboam:

3. Cùmque iniiſſet Abia certamen, & haberet bellicoſiſſimos viros, & electorum quadringenta millia: Jeroboam inſtruxit econtra aciem octingenta millia virorum, qui & ipſi electi erant, & ad bella fortiſſimi.

4. Stetit ergo Abia ſuper montem Semeron, qui erat in Ephraim, & ait: Audi Jeroboam, & omnis Iſraël:

5. Num ignoratis quòd Dominus Deus Iſraël dederit regnum David ſuper Iſraël in ſempiternum, ipſi & filiis ejus in pactum ſalis?

6. Et ſurrexit Jeroboam filius Nabat, ſervus Salomonis filii David: & rebellavit contra dominum ſuum. 3. *Reg.* 11. 26.

7. Congregatique ſunt ad eum viri vaniſſimi, &

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

filii Belial : & prævaluerunt contra Roboam filium Salomonis : porro Roboam erat rudis, & corde pavido, nec potuit reſiſtere eis.

8. Nunc ergo vos dicitis quòd reſiſtere poſſitis regno Domini, quod poſſidet per filios David, habetiſque grandem populi multitudinem, atque vitulos aureos, quos fecit vobis Jeroboam in deos.

9. Et ejeciſtis ſacerdotes Domini, filios Aaron, atque Levitas : & feciſtis vobis ſacerdotes ſicut omnes populi terrarum : quicunque venerit, & initiaverit manum ſuam in tauro de bobus, & in arietibus ſeptem, fit ſacerdos eorum qui non ſunt dii. 3. Reg. 12. 31.

10. Noſter autem Dominus, Deus eſt, quem non relinquimus, ſacerdoteſque miniſtrant Domino de filiis Aaron, & Levitæ ſunt in ordine ſuo :

11. Holocauſta quoque offerunt Domino per ſingulos dies manè & veſpere, & thymiama juxta legis præcepta confectum, & proponuntur panes in menſa mundiſſima, eſtque apud nos candelabrum aureum, & lucernæ ejus, ut accendantur ſemper ad veſperam : nos quippe cuſtodimus præcepta Domini Dei noſtri, quem vos reliquiſtis.

12. Ergo in exercitu noſtro dux Deus eſt, & ſacerdotes ejus, qui clangunt tubis, & reſonant contra vos : filii Iſraël nolite pugnare contra Dominum Deum patrum veſtrorum, quia non vobis expedit.

13. Hæc illo loquente, Jeroboam retro moliebatur inſidias. Cùmque ex adverſo hoſtium ſtaret, ignorantem Judam ſuo ambiebat exercitu.

14. Reſpicienſque Judas vidit inſtare bellum ex adverſo & poſt tergum, & clamavit ad Dominum : ac ſacerdotes tubis canere cœperunt.

15. Omneſque viri Juda vociferati ſunt : & ecce illis clamantibus, perterruit Deus Jeroboam, & omnem Iſraël qui ſtabat ex adverſo Abia & Juda.

16. Fugeruntque filii Iſraël Judam, & tradidit eos Deus in manu eorum.

17. Percuſſit ergo eos Abia, & populus ejus, plagâ magnâ : & corruerunt vulnerati ex Iſraël quingenta millia virorum fortium.

18. Humiliatique ſunt filii Iſraël in tempore illo, & vehementiſſimè confortati filii Juda, eò quòd ſperaſſent in Domino Deo patrum ſuorum.

19. Perſecutus eſt autem Abia fugientem Jeroboam, & cepit civitates ejus, Bethel & filias ejus, & Jeſana cum filiabus ſuis, Ephron quoque & filias ejus :

20. nec valuit ultra reſiſtere Jeroboam in diebus Abia : quem percuſſit Dominus, & mortuus eſt.

21. Igitur Abia, confortato imperio ſuo, accepit uxores quatuordecim : procreavitque viginti duos filios, & ſedecim filias.

22. Reliqua autem ſermonum Abia, viarumque & operum ejus, ſcripta ſunt diligentiſſimè in libro Addo prophetæ.

CAPUT XIV.

VULGATA NOVA.

3. Reg. 15. 8. 1. DOrmivit autem Abia cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in civitate David : regnavitque Aſa filius ejus pro eo, in cujus diebus quievit terra annis decem.

2. Fecit autem Aſa quod bonum & placitum erat in conſpectu Dei ſui, & ſubvertit altaria peregrini cultus, & excelſa,

3. & confregit ſtatuas, lucoſque ſuccidit :

4. & præcepit Judæ ut quæreret Dominum Deum patrum ſuorum, & faceret legem, & univerſa mandata :

5. & abſtulit de cunctis urbibus Juda aras, & fana, & regnavit in pace.

6. Ædificavit quoque urbes munitas in Juda, quia quietus erat, & nulla temporibus ejus bella ſurrexerant, pacem Domino largiente.

7. Dixit autem Judæ : Ædificemus civitates iſtas, & vallemus muris, & roboremus turribus, & portis, & ſeris, donec à bellis quieta ſunt omnia, eò quòd quæſierimus Dominum Deum patrum noſtrorum, & dederit nobis pacem per gyrum. Ædificaverunt igitur, & nullum in exſtruendo impedimentum fuit.

8. Habuit autem Aſa in exercitu ſuo portantium ſcuta & haſtas, de Juda trecenta millia, de Benjamin verò ſcutariorum & ſagittariorum ducenta octoginta millia, omnes iſti viri fortiſſimi.

9. Egreſſus eſt autem contra eos Zara Æthiops cum exercitu ſuo, decies centena millia, & curribus trecentis : & venit uſque Mareſa.

10. Porro Aſa perrexit obviam ei, & inſtruxit aciem ad bellum in valle Sephata, quæ eſt juxta Mareſa :

11. & invocavit Dominum Deum, & ait : Domine, non eſt apud te ulla diſtantia, utrùm in paucis auxilieris, an in pluribus : adjuva nos Domine Deus noſter : in te enim, & in tuo nomine habentes fiduciam, venimus contra hanc multitudinem. Domine, Deus noſter tu es, non prævaleat contra te homo. 1. Reg. 14. 6.

12. Exterruit itaque Dominus Æthiopes coram Aſa & Juda : fugeruntque Æthiopes.

13. Et perſecutus eſt eos Aſa, & populus qui cum eo erat, uſque Gerara : & ruerunt Æthiopes uſque ad internecionem, quia Domino cædente contriti ſunt, & exercitu illius præliante. Tulerunt ergo ſpolia multa,

14. & percuſſerunt civitates omnes per circuitum Geraræ : grandis quippe cunctos terror invaſerat : & diripuerunt urbes, & multam prædam aſportaverunt.

15. Sed & caulas ovium deſtruentes, tulerunt pecorum infinitam multitudinem, & camelorum : reverſique ſunt in Jeruſalem.

CAPUT XV.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. de Gra. & lib. arb. t. 10. 723. f. 2..... Dominus vobiſcum, cùm vos eſtis cum eo. Et ſi quæſieritis eum, invenietis : ſi autem re-

VULGATA NOVA.

1. AZarias autem filius Oded, facto in ſe Spiritu Dei,

2. egreſſus eſt in occurſum Aſa, & dixit ei : Audite me Aſa, & omnis Juda & Benjamin : Do-

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Vix unum aut alterum variat in Græco, nempe pro *quæſieritis*, legitur εκζητήσητε, *exquiſieritis*, & pro *invenietis*, εὑρεθήσεται ὑμῖν, *invenietur vobis*; deinde ἐὰν ἐγκαταλείπητε, &c. & *ſi dereliqueritis*, loco *ſi autem veliq.* Cypr. l. 3. Teſtim. 314. c. legit : *Deus vobiſcum eſt, dum eſtis vos cum ipſo. Si dereliqueritis eum, derelinquet*

VULGATA NOVA.

minus vobiſcum, quia fuiſtis cum eo. Si quæſieritis eum, invenietis: ſi autem dereliqueritis eum, derelinquet vos.

VERSIO ANTIQUA.

liqueritis eum, derelinquet vos. *Aug. ubi ſup.*

VULGATA NOVA.

3. Tranſibunt autem multi dies in Iſraël abſque Deo vero, & abſque ſacerdote doctore, & abſque lege.

4. Cùmque reverſi fuerint in anguſtia ſua ad Dominum Deum Iſraël, & quæſierint eum, reperient eum.

5. In tempore illo non erit pax egredienti, & ingredienti, ſed terrores undique in cunctis habitatoribus terrarum:

6. pugnabit enim gens contra gentem, & civitas contra civitatem, quia Dominus conturbabit eos in omni anguſtia.

7. Vos ergo confortamini, & non diſſolvantur manus veſtræ: erit enim merces operi veſtro.

8. Quod cùm audiſſet Aſa, verba ſcilicet & prophetiam Azariæ filii Oded prophetæ, confortatus eſt, & abſtulit idola de omni terra Juda, & de Benjamin, & ex urbibus, quas ceperat, montis Ephraim, & dedicavit altare Domini, quod erat ante porticum Domini.

9. Congregavitque univerſum Judam & Benjamin, & advenas cum eis de Ephraim, & de Manaſſe, & de Simeon: plures enim ad eum confugerant ex Iſraël, videntes quòd Dominus Deus illius eſſet cum eo.

10. Cùmque veniſſent in Jeruſalem menſe tertio, anno decimo quinto regni Aſa,

11. immolaverunt Domino in die illa, de manubiis & præda quam adduxerant, boves ſeptingentos, & arietes ſeptem millia.

12. Et intravit ex more ad corroborandum fœdus, ut quærerent Dominum Deum patrum ſuorum in toto corde, & in tota anima ſua.

13. Si quis autem, inquit, non quæſierit Dominum Deum Iſraël, moriatur, à minimo uſque ad maximum, à viro uſque ad mulierem.

14. Juraveruntque Domino voce magna in jubilo, & in clangore tubæ, & in ſonitu buccinarum,

15. omnes qui erant in Juda cum exſecratione: in omni enim corde ſuo juraverunt, & in tota voluntate quæſierunt eum, & invenerunt: præſtititque eis Dominus requiem per circuitum.

16. Sed & Maacham matrem Aſa regis ex auguſto depoſuit imperio, eò quòd feciſſet in luco ſimulacrum Priapi: quod omne contrivit, & in fruſta comminuens, combuſſit in torrente Cedron.

17. Excelſa autem derelicta ſunt in Iſraël: attamen cor Aſa erat perfectum cunctis diebus ejus.

18. Eaque quæ voverat pater ſuus, & ipſe, intulit in domum Domini, argentum, & aurum, vaſorumque diverſam ſupellectilem.

19. Bellum verò non fuit uſque ad trigeſimum quintum annum regni Aſa.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

vos: & epiſt. ad Fortun. 266. b. *Dominus vobiſcum eſt, quandiu & vos eſtis cum ipſo. Si autem dereliq.* &c. ut ſup. In Mſ. Floriac. ſic: *Dominus Deus veſter vobiſcum erit, quandiu vos eſtis cum eo. Quòd ſi dereliqueritis eum, derelinquet vos.*

CAPUT XVI.

VULGATA NOVA.

1. ANno autem trigeſimo ſexto regni ejus, aſcendit Baaſa rex Iſraël in Judam, & muro circumdabat Rama, ut nullus tutè poſſet egredi & ingredi de regno Aſa.

2. Protulit ergo Aſa argentum & aurum de theſauris domus Domini, & de theſauris regis, miſitque ad Benadad regem Syriæ, qui habitabat in Damaſco, dicens:

3. Fœdus inter me & te eſt, pater quoque meus & pater tuus habuere concordiam: quam ob rem miſi tibi argentum & aurum, ut rupto fœdere, quod habes cum Baaſa rege Iſraël, facias eum à me recedere.

4. Quo comperto, Benadad miſit principes exercituum ſuorum ad urbes Iſraël: qui percuſſerunt Ahion, & Dan, & Abelmaim, & univerſas urbes Nephthali muratas.

5. Quod cùm audiſſet Baaſa, deſiit ædificare Rama, & intermiſit opus ſuum.

6. Porro Aſa rex aſſumpſit univerſum Judam, & tulerunt lapides de Rama, & ligna quæ ædificationi præparaverat Baaſa, ædificavitque ex eis Gabaa, & Maſpha.

VULGATA NOVA.

7. In tempore illo venit Hanani propheta ad Aſa regem Juda, & dixit ei: Quia habuiſti fiduciam in rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo, idcirco evaſit Syriæ regis exercitus de manu tua.

Sup. 14. 9. 8. Nonne Æthiopes & Libyes multò plures erant, quadrigis & equitibus, & multitudine nimia: quos, cùm Domino credidiſſes, tradidit in manu tua?

9. Oculi enim Domini contemplantur univerſam terram, & præbent fortitudinem his, qui corde perfecto credunt in eum. Stultè igitur egiſti, & propter hoc ex præſenti tempore adversùm te bella conſurgent.

VERSIO ANTIQUA.

7..... In quo confidis te regem, & non confidis in Dominum Deum tuum, propterea labefactata eſt virtus Syriæ de manu tua. *Aug. op. imp. in Matt. hom. 1. p. 18. d.*

8. Nonne Æthiopes, & Lybies erant in virtute magna, & in currus, & equites, & multitudinem copioſam: & cùm confideres in Dominum, tradidit illos in manus tuas?

9. Quoniam oculi Domini reſpiciunt in omnem terram, ad conſervandum illum, qui eſt perfecto corde ad eum. Et evanuiſti de iſto.....

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Gr. Ἐν τῷ πεποιθέναι Ϛε ἐπὶ βασιλέα Συρίας, ϗ μὴ πεποιθέναι Ϛε ἐπὶ Κύριον Θεόν Ϛυ, διὰ τοῦτο ἐσώθη ἡ δύναμις Συρίας ἀπὸ τῆς χειρός Ϛυ.

℣. 8. Similiter in Græco, niſi quòd loco & *in currus*, & *equites*, & *multitud. copioſam*, legitur, εἰς ϑάρσος, εἰς ἱππεῖς, εἰς πλῆθος ὁρόδρα· at in ed. Compl. εἰς θαρσος, ϗ ἅρμαϛα.

℣. 9. Poſteriora tantùm *ad conſervandum illum*, &c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

10. Iratusque Asa adversùs Videntem, jussit eum mitti in nervum: valde quippe super hoc fuerat indignatus: & interfecit de populo in tempore illo plurimos.

11. Opera autem Asa prima & novissima, scripta sunt in libro regum Juda & Israël.

VERSIO ANTIQUA.

Fac. Herm. l. 5. ap. Sirm. t. 2. 570. c.

12. Et infirmatus est Asa in anno trigesimo & nono regni sui, dolore pedum vehementi, verùm neque in ægrotatione sua quæsivit Dominum, sed medicos.

VULGATA NOVA.

12. Ægrotavit etiam Asa anno trigesimo nono regni sui, dolore pedum vehementissimo, & nec in infirmitate sua quæsivit Dominum, sed magis in medicorum arte confisus est.

VULGATA NOVA.

13. Dormivitque cum patribus suis: & mortuus est anno quadragesimo primo regni sui.

14. Et sepelierunt eum in sepulcro suo quod foderat sibi in civitate David: posuerantque eum super lectum suum, plenum aromatibus & unguentis meretriciis, quæ erant pigmentariorum arte confecta, & combusserunt super eum ambitione nimia.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

differunt à Græco; pro quibus sic: κατισχύσαι ἐν πάσῃ καρδίᾳ πληρεῖ πρὸς αὐτόν. Ἠγόνκας ἐπὶ τούτῳ, i. e. *ad confortandum in omni corde pleno erga eum. Ignoraſti in hoc.* ℣. 12. Pro *infirmatus est*, legitur Græcè, ἐμαλακίσθη, id est, *languit*; item pro *dolore pedum vehementi*, sic, τὺς πόδας ἕως σφόδρα ἐμαλακίσθη, *pedibus usque valde languit*; mox ita, ἐν τῇ μαλακίᾳ, *in languore*, loco *verùm neque in ægrotatione*; cætera ut sup.

CAPUT XVII.

VULGATA NOVA.

1. REgnavit autem Josaphat filius ejus pro eo, & invaluit contra Israël.

2. Constituitque militum numeros in cunctis urbibus Juda, quæ erant vallatæ muris. Præsidiaque dispositi in terra Juda, & in civitatibus Ephraim, quas ceperat Asa pater ejus.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 191. a.

3. Et factus est Dominus cum Josaphat, quoniam ambulavit in viis patris sui primis: & non quæsivit simulacra,

4. sed Dominum Deum patris sui, & in mandatis ejus ambulavit, & non sic opera Israël.

5. Et direxit Dominus regnum ejus, & dedit omnis Juda munera Josaphat: & factæ sunt illi divitiæ, & gloria multa.

6. Et exaltatum est cor ejus in viis Domini, & adhuc amputavit lucos de Juda.

7. Et tertio anno regni sui, misit duces suos, & filios virtutum.....

8..... & cum illis Elimasat & Joram sacerdotes,

9. & docebant Judam, & cum illis erat liber legis Domini, & pertransierunt in civitates Juda, & docebant populum.

10. Et factus est pavor Domini in regnis terræ, & in circuitu Juda, & non bellaverunt Josaphat.

11. Et ab alienigenis adferebant Josaphat munera, & argentum, & dona, & Arabes adfere-

VULGATA NOVA.

3. Et fuit Dominus cum Josaphat, quia ambulavit in viis David patris sui primis: & non speravit in Baalim,

4. sed in Deo patris sui, & perrexit in præceptis illius, & non juxta peccata Israël.

5. Confirmavitque Dominus regnum in manu ejus, & dedit omnis Juda munera Josaphat: factæque sunt ei infinitæ divitiæ, & multa gloria.

6. Cùmque sumpsisset cor ejus audaciam propter vias Domini, etiam excelsa & lucos de Juda abstulit.

7. Tertio autem anno regni sui, misit de principibus suis Benhail, & Obdiam, & Zachariam, & Nathanael, & Michæam, ut docerent in civitatibus Juda:

8. & cum eis Levitas, Semeiam, & Nathaniam, & Zabadiam, Asael quoque, & Semiramoth, & Jonathan, Adoniamque, & Thobiam, & Thobadoniam, Levitas, & cum eis Elisama & Joran sacerdotes,

9. docebantque populum in Juda, habentes librum legis Domini, & circuibant cunctas urbes Juda, atque erudiebant populum.

10. Itaque factus est pavor Domini super omnia regna terrarum, quæ erant per gyrum Juda, nec audebant bellare contra Josaphat.

11. Sed & Philisthæi Josaphat munera deferebant, & vectigal argenti, Arabes quo-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Sic est in Græco, nisi excipias verbum *quæsivit*, pro quo ἐξεζήτησε, *exquisivit*. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. p. 525. a. hæc habet: *Et fuit Dominus cum Josaphat, qui ambulavit in viis David patris sui prioribus*; & post pauca: *non speravit in Baalim*; quæ Vulgatæ respondent.

℣. 4. Rursus Græc. addit ἐξεζήτησε, *exquisivit*, ad vocem *sui*, uti seq. τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, *patris sui*, loco *ejus*; cætera similia. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. p. 525. b. cum Vulgata concinit, nisi quòd habet *ambulavit*, loco *perrexit*.

℣. 5. Optimè è Græco, addito uno *in manu*, ἐν χειρὶ, post *regnum*. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. p. 525. b. eadem prorsus habet quæ in Vulg. exceptis his, *infinitæ pecuniæ atque divitiæ*.

℣. 6. Græcè, ἐν ὁδῷ, *in via*, pro *in viis*, (rectè Compl. ἐν ὁδοῖς) exinde pro & *adhuc amputavit lucos*, sic, καὶ ἐξῆρε τὰ ὑψηλὰ καὶ τὰ ἄλση, & *sustulit excelsa & lucos*, hoc adjuncto, ἀπὸ τῆς γῆς Ἰούδα, *de terra Juda*.

℣. 7. Gr. ipso initio habet: Καὶ ἐν τῷ ἔτει, *Et in anno*, deinde sic, τῷ τρίτῳ ἔτει, &c. ut sup. excepta voce ult. δυνατῶν, *potentum*, loco *virtutum*.

℣. 8. Græcè, Ἐλισαμά, pro *Elimasat*.

℣. 9. Similiter in Græco, præter seqq. ἐν Ἰούδα, *in Juda*, loco *Judam*, absque seq. *erat*, & διῆλθον ἐν ταῖς, &c. loco *pertransierunt*, &c.

℣. 10. Huic voci *regnis*, Græcè præponitur πάσαις, *omnibus*, demto seq. &; item pro *bellaverunt*, ἐπολέμουν πρὸς, *bellabant adversùs*; cætera ut in textu. Nota pro *pavor*, scribi ἔκστασις, quæ vox propriè *mentis commotio est ex pavore*.

℣. 11. Ita Græcè, verbum pro verbo, ni excipias

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

que adducebant pecora, arietum ſeptem millia ſeptingenta, & hircorum totidem.

12. Crevit ergo Joſaphat, & magnificatus eſt uſque in ſublime: atque ædificavit in Juda domos ad inſtar turrium, urbeſque muratas.

VERSIO ANTIQUA.

bant illi arietes ovium ſeptem millia ſeptingentos. *Lucif. Cal. ubi ſup.*

12. Et erat Joſaphat ambulans, magnificatus uſque in altum.....

VULGATA NOVA.

13. Et multa opera paravit in urbibus Juda: viri quoque bellatores, & robuſti erant in Jeruſalem,

14. quorum iſte numerus per domos atque familias ſingulorum: In Juda principes exercitus, Ednas dux, & cum eo robuſtiſſimi viri trecenta millia.

15. Poſt hunc Johanan princeps, & cum eo ducenta octoginta millia.

16. Poſt iſtum quoque Amaſias filius Zechri, conſecratus Domino, & cum eo ducenta millia virorum fortium.

17. Hunc ſequebatur robuſtus ad prælia Eliada; & cum eo tenentium arcum & clypeum ducenta millia.

18. Poſt iſtum etiam Jozabad, & cum eo centum octoginta millia expeditorum militum.

19. Hi omnes erant ad manum regis, exceptis aliis, quos poſuerat in urbibus muratis, in univerſo Juda.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

unum ἕτερον, *ferebant*, pro *adferebant*.

℣. 12. Sic eſt in Græco, præter unum μείζων, *major*, loco *magnificatus*; at in Compl. ὑψ μεγαλυτόμενος.

CAPUT XVIII.

VULGATA NOVA.

1. FUit ergo Joſaphat dives & inclytus multùm, & affinitate conjunctus eſt Achab.

4. Reg. 3. 18. *2. Par.* 21. 6.

2. Deſcenditque poſt annos ad eum in Samariam: ad cujus adventum mactavit Achab arietes & boves plurimos, ipſi, & populo qui venerat cum eo: perſuaſitque illi ut aſcenderet in Ramoth Galaad.

3. Dixitque Achab rex Iſraël ad Joſaphat regem Juda: Veni mecum in Ramoth Galaad. Cui ille reſpondit: Ut ego, & tu: ſicut populus tuus, ſic & populus meus: tecumque erimus in bello.

4. Dixitque Joſaphat ad regem Iſraël: Conſule obſecro impræſentiarum ſermonem Domini.

5. Congregavit igitur rex Iſraël prophetarum quadringentos viros, & dixit ad eos: In Ramoth Galaad ad bellandum ire debemus an quieſcere? At illi, Aſcende, inquiunt, & tradet Deus in manu regis.

6. Dixitque Joſaphat: Nunquid non eſt hîc prophetes Domini, ut ab illo etiam requiramus?

7. Et ait rex Iſraël ad Joſaphat: Eſt vir unus, à quo poſſumus quærere Domini voluntatem: ſed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, ſed malum omni tempore: eſt autem Michæas filius Jemla. Dixitque Joſaphat: Ne loquaris rex hoc modo.

8. Vocavit ergo rex Iſraël unum de eunuchis, & dixit ei: Voca citò Michæam filium Jemla.

9. Porro rex Iſraël, & Joſaphat rex Juda, uterque ſedebant in ſolio ſuo, veſtiti cultu regio: ſedebant autem in area juxta portam Samariæ, omneſque prophetæ vaticinabantur coram eis.

10. Sedecias verò filius Chanaana fecit ſibi cornua ferrea, & ait: Hæc dicit Dominus: His ventilabis Syriam, donec conteras eam.

11. Omneſque prophetæ ſimiliter prophetabant, atque dicebant: Aſcende in Ramoth Galaad, & proſperaberis, & tradet eos Dominus in manu regis.

12. Nuncius autem, qui ierat ad vocandum Michæam, ait illi: En verba omnium prophetarum uno ore bona regi annuntiant: quæſo ergo te ut & ſermo tuus ab eis non diſſentiat, loquariſque proſpera.

13. Cui reſpondit Michæas: Vivit Dominus, quia quodcunque dixerit mihi Deus meus, hoc loquar.

14. Venit ergo ad regem. Cui rex ait: Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad bellandum, an quieſcere? Cui ille reſpondit: Aſcendite: cuncta enim proſpera evenient, & tradentur hoſtes in manus veſtras.

15. Dixitque rex: Iterum atque iterum te adjuro, ut mihi non loquaris, niſi quod verum eſt, in nomine Domini.

16. At ille ait: Vidi univerſum Iſraël diſperſum in montibus, ſicut oves abſque paſtore: & dixit Dominus: Non habent iſti dominos: revertatur unuſquiſque in domum ſuam in pace.

17. Et ait rex Iſraël ad Joſaphat: Nonne dixi tibi, quòd non phophetaret iſte mihi quidquam boni, ſed ea quæ mala ſunt?

18. At ille, Idcirco, ait, audite verbum Domini: Vidi Dominum ſedentem in ſolio ſuo, & omnem exercitum cœli aſſiſtentem ei à dextris & à ſiniſtris.

19. Et dixit Dominus: Quis decipiet Achab regem Iſraël, ut aſcendat & corruat in Ramoth Galaad? Cùmque diceret unus hoc modo, & alter alio:

20. proceſſit ſpiritus, & ſtetit coram Domino, & ait: Ego decipiam eum. Cui Dominus, In quo, inquit, decipies?

21. At ille reſpondit: Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus. Dixitque Dominus: Decipies, & prævalebis: egredere, & fac ita.

22. Nunc igitur, ecce Dominus dedit ſpiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum, & Dominus locutus eſt de te mala.

23. Acceſſit autem Sedecias filius Chanaana, & percuſſit Michææ maxillam, & ait: Per quam viam tranſivit Spiritus Domini à me, ut loqueretur tibi?

24. Dixitque Michæas: Tu ipſe videbis in die illo, quando ingreſſus fueris cubiculum de cubiculo ut abſcondaris.

25. Præcepit autem rex Iſraël, dicens: Tollite Michæam, & ducite eum ad Amon principem civitatis, & ad Joas filium Amelech.

26. Et dicetis: Hæc dicit rex: Mittite hunc in carcerem, & date ei panis modicum, & aquæ pauxillum, donec revertar in pace.

27. Dixitque Michæas: Si reverſus fueris in pace, non eſt locutus Dominus in me. Et ait: Audite omnes populi.

28. Igitur aſcenderunt rex Iſraël, & Joſaphat rex Juda in Ramoth Galaad.

29. Dixitque rex Iſraël ad Joſaphat: Mutabo habitum, & ſic ad pugnam vadam, tu autem induere veſtibus tuis. Mutatoque rex Iſraël habitu, venit ad bellum.

30. Rex autem Syriæ præceperat ducibus equitatus ſui, dicens: Ne pugnetis contra minimum, aut

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

contra maximum, nisi contra solum regem Israël.

31. Itaque cùm vidissent principes equitatus Josaphat, dixerunt: Rex Israël est iste. Et circumdederunt eum dimicantes: at ille clamavit ad Dominum, & auxiliatus est ei, atque avertit eos ab illo.

32. Cùm enim vidissent duces equitatus, quòd non esset rex Israël, reliquerunt eum.

33. Accidit autem ut unus è populo sagittam in incertum jaceret, & percuteret regem Israël inter cervicem & scapulas: at ille aurigæ suo ait: Converte manum tuam, & educ me de acie, quia vulneratus sum.

34. Et finita est pugna in die illo: porro rex Israël stabat in curru suo contra Syros usque ad vesperam, & mortuus est occidente sole.

CAPUT XIX.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. de non conven. cum hæret. 222. b.

2..... Si peccatorem illum adjuvas, & eorum qui oderunt Dominum amicus es, in hoc super te iræ à facie Domini:

3. sed sermones boni inventi sunt tecum, quoniam abstulisti lucos de terra, & parasti cor tuum ad requirendum Dominum.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 190. f. g.

4. Et habitavit Josaphat in Jerusalem: & conversus est, & exiit in populo à Bersabee usque ad montem Ephrem, & convertit eos ad Dominum Deum patrum suorum.

5. Et statuit judices in omnibus civitatibus Juda munitis, & per singulas civitates,

6. dixit judicibus: Videte quid vobis facietis: non enim homini judicabitis, sed Domino: & vobiscum est in verbo.

7. Et nunc sit timor Domini super vos, ut servetis & faciatis: neque enim est cum Domino Deo nostro iniquitas, neque personæ acceptio, neque munerum acceptio.

8. Et quidem in Hierusalem statuit Josaphat de Levitis, & sacerdotibus, & principibus Israël in judicium Domini, & judicare habitantes in Hierusalem.

9. Et mandavit super eos, dicens: Ita facietis in timore Domini in corde perfecto.

10. Et omne judicium, quod acceptum fuerit super vos à fratribus vestris, qui habitant in civitatibus suis, inter medium sanguinis & sanguinis, inter medium legis, in mandatis ac justifica-

VULGATA NOVA.

1. REversus est autem Josaphat rex Juda in domum suam pacificè in Jerusalem.

2. Cui occurrit Jehu filius Hanani Videns, & ait ad eum: Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitiâ jungeris, & idcircò iram quidem Domini merebaris:

3. sed bona opera inventa sunt in te, eò quòd abstuleris lucos de terra Juda, & præparaveris cor tuum ut requireres Dominum Deum patrum tuorum.

4. Habitavit ergo Josaphat in Jerusalem: rursumque egressus est ad populum de Bersabee usque ad montem Ephraim, & revocavit eos ad Dominum Deum patrum suorum.

5. Constituitque judices terræ in cunctis civitatibus Juda munitis per singula loca,

6. & præcipiens judicibus, Videte, ait, quid faciatis: non enim hominis exercetis judicium, sed Domini: & quodcunque judicaveritis, in vos redundabit.

7. Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite: non est enim apud Dominum Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum. *Deut. 10. 17.*

8. In Jerusalem quoque constituit Josaphat Levitas, & sacerdotes, & principes familiarum ex Israël, ut judicium & causam Domini judicarent habitatoribus ejus. *Sap. 6. 8. Eccli. 35. 16. Alter. 10. 34. Rom. 2. 11. Gal. 2. 6. Eph. 6. 9. Coloss. 3. 25. 1. Pet. 1. 17.*

9. Præcepitque eis, dicens: Sic agetis in timore Domini fideliter & corde perfecto.

10. Omnem causam, quæ venerit ad vos, fratrum vestrorum, qui habitant in urbibus suis, inter cognationem & cognationem, ubicunque quæstio est de lege, de mandato, de cæremoniis, de jus-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Lucif. ista præmittit: *Josaphat, quia ex toto corde ad Deum proclamaverat..... loquitur Scriptura sancta exisse ante faciem ejus Jehu filium Anani, qui fuerit Videns, atque dixisse talia: Si peccatorem*, &c. quibus respondent Græca: Καὶ ἐξῆλθεν εἰς ἀπάντησιν αὐτῷ Ἰηοὺ, ὁ τοῦ Ἀνανὶ, ὁ προφήτης, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Βασιλεὺς Ἰωσαφάτ, &c. (Mſ. Alex. Βασιλεύ.) *Et exiit in occursum ejus Jehu, qui ipsius Anani, propheta, & dixit ei: Rex Josaphat;* mox ita: Εἰ ἁμαρτωλῷ ἐβοήθεις, καὶ μισουμένῳ ὑπὸ Κυρίου φιλιὰ ζεις, διὰ τοῦτο ἐγένετο ἐπὶ σὲ ὀργὴ παρὰ Κυρίου· (à Compl. abest παρά.) Parmen. apud Aug. l. 2. cont. ipsum, to. 9. 51. a. eadem sic reddit: *O rex Josaphat, Si peccatorem tu adjuvas, aut eum quem Dominus odit tu diligis, propterea fuit super te ira Domini:* Aug. verò infra: *Peccatorem adjuvisti, & ei contra Dominum amicus es? & in hoc super te ira à facie Domini.* Fac. Herm. l. 5. Sirm. to. 2. 572. c. *Si peccatorem illum adjuvisti, & eorum qui oderunt Dominum amicus es, in hoc super te ira à facie Domini.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 1. p. 19. a. *Si peccatorem illum adjuvisti, & illis qui oderunt Deum amicus es, & in hoc super te ira à facie Domini descendisset.*

℣. 3. Similiter in Græco, præter hæc leviſſima, ὅτι ἀλλ' ἤ, loco *sed*, Nobil. *veruntamen*; item ἐν σοὶ, *in te*, pro *tecum*, addito Ἰούδα, ad vocem *terra*; demum pro *parasti*, sic, κατύθυνας, *direxisti*. Aug. l. 2. cont. Parmen. to. 9. 51. c. sic hab. *Sermones Dei boni in universis* (f. *inventi*) *sunt tecum, quoniam abstulisti lucos de terra, & parasti cor tuum ad requirendum Deum.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 1. p. 19. a. *Nisi sermones boni inventi fuissent tecum, quoniam abstulisti lucos de terra Juda, & parasti cor tuum ad requirendum Dominum.*

℣. 4. Ira Græcè, exceptis his, πάλιν, *rursus*, pro *conversus est & ;* item εἰς τὸν λαὸν, *ad populum*, pro *in populo*, & Ἐφραΐμ, loco *Ephrem*, ed. vitiosè *Ephem.*

℣. 5. Similiter in Græco, præter hoc ult. ἐν πόλει ἐν πόλει, *in civitate & civitate*, loco *& per singulas civitates.*

℣. 6. Græc. ipso initio ponit ἐν, paulòque post ὑμεῖς ποιεῖτε, *vos facitis*, pro *vobis facietis;* dein ὅτι οὐκ, *quia non*, pro *non enim*, & pro *judicabitis*, ὑμεῖς κρίνεσθε, *vos judicatis;* extremò λόγοι τῆς κρίσεως, *verba judicii*, loco *est in verbo.*

℣. 7. Dissimilia ista Græc. habet: γενέσθω, *fiat*, pro *sit;* paulòque post, ἐν φυλάσσεσθε καὶ ποιήσατε, *& observate & facite*, loco *ut servetis & faciatis;* mox ita, ὅτι οὐκ, *quia non*, pro *neque enim*, & loco *neque personæ acceptio, neque munerum acceptio*, sic, οὐδὲ θαυμάσαι πρόσωπον, οὐδὲ λαβεῖν δῶρα, *neque mirari faciem, neque accipere munera.*

℣. 8. Vix mel. è Græco, nisi quòd vox *sacerdotibus*, præponitur isti, *Levitis*, & pro *principibus*, habetur πατριάρχων, *patriarchis.*

℣. 9. Similiter in Græco, nisi quòd habetur πρὸς, *ad* pro *super*, addito inf. ἐν ἀληθείᾳ, *in veritate*, ad vocem *Domini;* extremò sic, καὶ ἐν πληρεῖ καρδίᾳ, *& in pleno cordo*, pro *in corde perfecto.*

℣. 10. Priora sic variant Græcè: Πᾶς ἀνὴρ κρίσιν, τὴν ἐλθοῦσαν ἐφ' ὑμᾶς τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, τῶν καθοικούντων ἐν ταῖς

VULGATA NOVA.

tificationibus : oſtendite eis, ut non peccent in Dominum, & ne veniat ira ſuper vos & ſuper fratres veſtros : ſic ergo agentes non peccabitis.

11. Amarias autem ſacerdos & pontifex veſter, in his, quæ ad Deum pertinent, præſidebit : porro Zabadias filius Iſmahel, qui eſt dux in domo Juda, ſuper ea opera erit, quæ ad regis officium pertinent : habetiſque magiſtros Levitas coram vobis : confortamini, & agite diligenter, & erit Dominus vobiſcum in bonis.

VERSIO ANTIQUA.

tionibus, & ad judicia : & diſtinguetis eos, & non peccabunt Domino, & non erit ira ſuper vos & fratres veſtros : ſic facite, & non peccabitis. *Lucif. Cal. ubi ſup.*

11. Ecce Amarias ſacerdos princeps ſuper vos, in omne verbum Domini : & Jabadias filius Zmabel, qui princeps eſt domui Juda, in omne verbum regis : & ſcribæ & Levitæ in conſpectu veſtro, confortamini, & facite, & erit Dominus vobiſcum cum bono.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

πόλεσιν αὐτῶν, ἀναμέσον αἷμα αἵματος, ἢ ἀναμέσον τῆ προστάγματος, ἢ ἐντολῆς, ἢ δικαιώματα, ἢ κρίματα· *Omnis vir judicium, quod venit ſuper vos fratrum veſtrorum, habitantium in civitatibus ſuis, inter ſanguinem ſanguinis, & inter præceptum, & mandatum, & juſtificationes, & judicia :* ſequentia quadrant cum Lat. ſup. exceptis his, αὐτοῖς, pro *eos*, ἐπὶ, *ſuper*, ante *fratres*, & ποιήσετε, *facietis*, pro *facite*, ſola Compl. hab. ποιήσατε, ut & ſup. ἀναμέσον αἵματος ἢ αἵματος, cum Lucif.

℣. 11. Initio Græcè legitur ἢ ἰδοὺ, & *ecce*, exinde ἡγούμενος, *dux*, loco *princeps* ; paulòque poſt, Ζαβδίας, pro *Jabadias*, (Compl. Ζαβαδίας) item Ἰσμαὴλ, pro *Zmabel*, ſtatimque ὁ ἡγούμενος εἰς οἶκον, *dux in domum*, loco *qui princeps eſt domui*, non *domini*, quod vitiosè legitur in edit. Lucif. (Compl. τῷ οἴκῳ) denique ſub finem deeſt *vobiſcum* ; cætera ut in Lat. ſup.

CAPUT XX.

VULGATA NOVA.

1. POſt hæc congregati ſunt filii Moab, & filii Ammon, & cum eis de Ammonitis, ad Joſaphat, ut pugnarent contra eum.

2. Veneruntque nuncii, & indicaverunt Joſaphat, dicentes : Venit contra te multitudo magna de his locis, quæ trans mare ſunt, & de Syria, & ecce conſiſtunt in Aſaſonthamar, quæ eſt Engaddi.

3. Joſaphat autem timore perterritus, totum ſe contulit ad rogandum Dominum, & prædicavit jejunium univerſo Juda.

4. Congregatuſque eſt Judas ad deprecandum Dominum : ſed & omnes de urbibus ſuis venerunt ad obſecrandum eum.

5. Cùmque ſtetiſſet Joſaphat in medio cœtu Juda, & Jeruſalem, in domo Domini ante atrium novum,

6. ait : Domine Deus patrum noſtrorum, tu es Deus in cœlo, & dominaris cunctis regnis gentium, in manu tua eſt fortitudo & potentia, nec quiſquam tibi poteſt reſiſtere.

7. Nonne tu Deus noſter interfeciſti omnes habitatores terræ hujus coram populo tuo Iſraël, & dediſti eam ſemini Abraham amici tui in ſempiternum ?

8. Habitaveruntque in ea, & extruxerunt in illa ſanctuarium nomini tuo, dicentes :

9. Si irruerint ſuper nos mala, gladius judicii, peſtilentia, & fames, ſtabimus coram domo hac in conſpectu tuo, in qua invocatum eſt nomen tuum : & clamabimus ad te in tribulationibus noſtris, & exaudies, ſalvoſque facies.

10. Nunc igitur ecce filii Ammon, & Moab, & mons Seir, per quos non conceſſiſti Iſraël ut tranſirent quando egrediebantur de Ægypto, ſed declinaverunt ab eis, & non interfecerunt illos : *Deut. 2. 1.*

11. è contrario agunt, & nituntur ejicere nos de poſſeſſione, quam tradidiſti nobis.

12. Deus noſter, ergo non judicabis eos ? In nobis quidem non eſt tanta fortitudo, ut poſſimus huic multitudini reſiſtere, quæ irruit ſuper nos. Sed cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, ut oculos noſtros dirigamus ad te.

13. Omnis verò Juda ſtabat coram Domino, cum parvulis, & uxoribus, & liberis ſuis.

14. Erat autem Jahaziel filius Zachariæ, filii Banaiæ, filii Jehiel, filii Mathaniæ, Levites de filiis Aſaph, ſuper quem factus eſt Spiritus Domini in medio turbæ,

VULGATA NOVA.

15. & ait : Attendite omnis Juda, & qui habitatis Jeruſalem, & tu rex Joſaphat : Hæc dicit Dominus vobis : Nolite timere, nec paveatis hanc multitudinem : non eſt enim veſtra pugna, ſed Dei.

VERSIO ANTIQUA.

15..... Hæc dicit Dominus : Ne timeatis, neque expaveſcatis à facie multitudinis hujus : quia non vobis eſt hæc pugna, ſed Domino. *S. Paulin. ep. 38. 234. a.*

VULGATA NOVA.

16. Cras deſcendetis contra eos : aſcenſuri enim ſunt per clivum nomine Sis, & invenietis illos in ſummitate torrentis, qui eſt contra ſolitudinem Jeruel.

17. Non eritis vos qui dimicabitis, ſed tantummodo confidenter ſtate, & videbitis auxilium Domini ſuper vos, ô Juda, & Jeruſalem : nolite timere, nec paveatis : cras egrediemini contra eos, & Dominus erit vobiſcum.

18. Joſaphat ergo, & Juda, & omnes habitatores Jeruſalem, ceciderunt proni in terram coram Domino, & adoraverunt eum.

19. Porro Levitæ de filiis Caath, & de filiis Core, laudabant Dominum Deum Iſraël voce magna, in excelſum.

20. Cùmque manè ſurrexiſſent, egreſſi ſunt per deſertum Thecue : profectiſque eis, ſtans Joſaphat in medio eorum, dixit : Audite me viri Juda, & omnes habitatores Jeruſalem : credite in Domino Deo veſtro, & ſecuri eritis : credite prophetis ejus, & cuncta evenient proſpera.

21. Deditque conſilium populo, & ſtatuit cantores Domini, ut laudarent eum in turmis ſuis, & antecederent exercitum, ac voce conſona dicerent : Confitemini Domino, quoniam in æternum miſericordia ejus. *Pſ. 135. 1.*

22. Cùmque cœpiſſent laudes canere, vertit Do-

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 15. Græcè, voci *Dominus*, ſubjicitur ὑμῖν αὐτοῖς, *vobis ipſis* ; item habetur τῆ ὄχλῳ τῆ πολλῆ, *turbæ multæ*, loco *multitudinis*, paulòque poſt loco *hac pugna*, ſic, ἡ παράταξις, quæ vox propriè *inſtructam aciem* ſignificat ; demum pro *Domino*, Θεῷ ; reliqua concordant, niſi quòd pro *expaveſcatis*, exſtat φοβεῖσθε, *terreamini*, quod idem valet.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

minus insidias eorum in semetipsos, filiorum scilicet Ammon, & Moab, & montis Seir, qui egressi fuerant ut pugnarent contra Judam, & percussi sunt.

23. Namque filii Ammon, & Moab, consurrexerunt adversùm habitatores montis Seir, ut interficerent & delerent eos: cùmque hoc opere perpetrassent, etiam in semetipsos versi, mutuis concidêre vulneribus.

24. Porro Juda cùm venisset ad speculam, quæ respicit solitudinem, vidit procul omnem latè regionem plenam cadaveribus, nec superesse quemquam, qui necem potuisset evadere.

25. Venit ergo Josaphat, & omnis populus cum eo, ad detrahenda spolia mortuorum: inveneruntque inter cadavera variam supellectilem, vestes quoque, & vasa pretiosissima, & diripuerunt, ita ut omnia portare non possent, nec per tres dies spolia auferre præ prædæ magnitudine.

26. Die autem quarto congregati sunt in valle benedictionis: etenim quoniam ibi benedixerant Domino, vocaverunt locum illum, Vallis benedictionis usque in præsentem diem.

27. Reversusque est omnis vir Juda, & habitatores Jerusalem, & Josaphat ante eos, in Jerusalem cum lætitia magna, eò quòd dedisset eis Dominus gaudium de inimicis suis.

28. Ingressique sunt in Jerusalem cum psalteriis, & citharis, & tubis, in domum Domini.

29. Irruit autem pavor Domini super universa regna terrarum, cùm audissent quòd pugnasset Dominus contra inimicos Israël.

30. Quievitque regnum Josaphat, & præbuit ei Deus pacem per circuitum.

31. Regnavit igitur Josaphat super Judam, & erat triginta quinque annorum cùm regnare cœpisset: viginti autem & quinque annis regnavit in Jerusalem, & nomen matris ejus Azuba filia Selahi.

VERSIO ANTIQUA.

Fac. Herm. l. 5. ap. Sirm. to. 2. 522. d.

32. Et ingressus est Josaphat in via Asa patris sui, & non declinavit ab ea, faciendo quod rectum est in conspectu Domini.

VULGATA NOVA.

32. Et ambulavit in via patris sui Asa, nec declinavit ab ea, faciens quæ placita erant coram Domino.

VULGATA NOVA.

33. Veruntamen excelsa non abstulit, & adhuc populus non direxerat cor suum ad Dominum Deum patrum suorum.

34. Reliqua autem gestorum Josaphat priorum & novissimorum, scripta sunt in verbis Jehu filii Hanani, quæ digessit in libros regum Israël.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. de non conv. cum hæret. 222. c.

35. Et junxit amicitiam Josaphat rex Juda cum Ochozia rege Israël, ipse inique cœpit facere.

36. Et communicavit secum ut faceret naves, quibus iret in Tharsis: & fecit naves in Asion Gabar.

37. Et prophetavit Eliezer filius Oziæ ex Marea super Josaphat, dicens: In eo quòd communicasti Ochoziæ, confregit Dominus operam tuam, & contritæ sunt naves tuæ, & non poterunt ire in Tharsis.

VULGATA NOVA.

35. Post hæc iniit amicitias Josaphat rex Juda cum Ochozia rege Israël, cujus opera fuerunt impiissima. *3. Reg. 22. 45.*

36. Et particeps fuit ut facerent naves, quæ irent in Tharsis: feceruntque classem in Asiongaber.

37. Prophetavit autem Eliezer filius Dodau de Maresa ad Josaphat, dicens: Quia habuisti fœdus cum Ochozia, percussit Dominus opera tua, contritæque sunt naves, nec potuerunt ire in Tharsis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 32. A Græco abest nomen *Josaphat*, ut & infra *ab ea*, & *est*, post *rectum*; loco verò hujus, *ingressus est in via*, sic, ἐπορεύθη ἐν ταῖς ὁδοῖς, *ambulavit in viis*; translato *Asa*, post *sui*, præterquam in edit. Compl. in qua etiam sola legitur ἀπ' αὐτῶν, *ab eis*, loco *ab ea*.

℣. 35. Græcè, Καὶ μετὰ ταῦτα ἐκοινώνησεν, *Et post hæc communicavit*, loco *Et junxit amicitiam*, paulòque post habetur πρὸς, pro *cum*, in Compl. μετά; pro ultimis verò, *ipse inique cœpit facere*, simpliciter ᾧ ἔτος ἐνόμησεν, & *hic inique fecit*, in Compl. ᾧ αὐτός.

℣. 36. Ipso initio Græc. habet, ἐν τῷ ποιῆσαι ᾧ πορευθῆναι πρὸς αὐτὸν, *in faciendo & eundo ad eum*, loco & *communicavit secum*; deinde τῷ ποιῆσαι πλοῖα, τῷ πορευθῆναι, loco *ut faceret naves, quibus iret*. Mſ. Alex. delet ista, πρὸς αὐτὸν, τῷ ποιῆσαι πλοῖα, τῷ πορευθῆναι· at in Compl. ℣. totus sic habetur: τῷ ποιῆσαι, ᾧ ἐκοινώνησε μετ' αὐτῷ τῷ ποιῆσαι πλοῖα, ᾧ τῷ πορευθῆναι εἰς Θαρσεῖς· ᾧ ἐποίησε ναῦς εἰς Γασιὼν Γαβέρ; quæ textui Luciferiano favent. Similiter in aliis Γασιὼν Γαβέρ.

℣. 37. Loco *Oziæ ex Marea*, habetur Græcè, Δωδία ἀπὸ Μαρισής· (in Mſ. Alex. Ὠδία, in Compl. ἐκ Μαρισᾶ al. Μαρησᾶ) item infra, ὡς ἐφιλίασας, *sicut amicitiam junxisti*, loco *in eo quòd communicasti*, paulòque post, ἔθραυσε, pro *confregit*, (in Compl. διέκοψε,) & loco *operam tuam*, ita, τὸ ἔργον σου, in Compl. τὰ ἔργα; demum loco *poterunt*, sic, ἐδυνάσθη, vel ut in Compl. ἐδυνήθησαν, *potuerunt*; cætera quadrant. Fac. Herm. l. 5. 572. d. sic hab. *Pro eo quòd communicasti cum Ochozia, confregit Dominus opera tua.* Ambros. in Pſ. 47. to. 1. 941. f. *Destruxit Dominus opus tuum, & contritæ sunt naves tuæ, & non potuerunt ire in Tharsis.* Vide etiam l. 1. de interp. Job, c. 5. 631. e.

CAPUT XXI.

VULGATA NOVA.

3. Reg. 22. 51.

1. DOrmivit autem Josaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in civitate David: regnavitque Joram filius ejus pro eo.

2. Qui habuit fratres, filios Josaphat, Azariam, & Jahiel, & Zachariam, & Azariam, & Michael, & Saphatiam: omnes hi, filii Josaphat regis Juda.

3. Deditque eis pater suus multa munera argenti & auri, & pensitationes, cum civitatibus munitissimis in Juda: regnum autem tradidit Joram, eò quòd esset primogenitus.

4. Surrexit ergo Joram super regnum patris sui: cùmque se confirmasset, occîdit omnes fratres suos gladio, & quosdam de principibus Israël.

5. Triginta duorum annorum erat Joram cùm regnare cœpisset: & octo annis regnavit in Jerusalem.

6. Ambulavitque in viis regum Israël, sicut egerat domus Achab: filia quippe Achab erat uxor ejus, & fecit malum in conspectu Domini.

7. Noluit autem Dominus disperdere domum David, propter pactum quod inierat cum eo: & quia promiserat ut daret ei lucernam, & filiis ejus omni tempore.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Gen. 27. 40. 8. In diebus illis rebellavit Edom, ne esset subditus Judæ, & constituit sibi regem.

9. Cùmque transisset Joram cum principibus suis, & cuncto equitatu qui erat secum, surrexit nocte, & percussit Edom qui se circumdederat, & omnes duces equitatus ejus.

10. Attamen rebellavit Edom, ne esset sub ditione Juda, usque ad hanc diem: eo tempore & Lobna recessit ne esset sub manu illius. Dereliquerat enim Dominum Deum patrum suorum:

11. insuper & excelsa fabricatus est in urbibus Juda, & fornicari fecit habitatores Jerusalem, & prævaricari Judam.

12. Allatæ sunt autem ei litteræ ab Elia propheta, in quibus scriptum erat: Hæc dicit Dominus Deus David patris tui: Quoniam non ambulasti in viis Josaphat patris tui, & in viis Asa regis Juda,

13. sed incessisti per iter regum Israël, & fornicari fecisti Judam, & habitatores Jerusalem, imitatus fornicationem domus Achab, insuper & fratres tuos, domum patris tui, meliores te, occidisti:

14. ecce Dominus percutiet te plagâ magnâ, cum populo tuo, & filiis, & uxoribus tuis, universaque substantia tua:

15. tu autem ægrotabis pessimo languore uteri tui, donec egrediantur vitalia tua paulatim per singulos dies.

VULGATA NOVA.

16. Suscitavit ergo Dominus contra Joram spiritum Philisthinorum, & Arabum, qui confines sunt Æthiopibus:

17. & ascenderunt in terram Juda, & vastaverunt eam, diripueruntque cunctam substantiam, quæ inventa est in domo regis, insuper & filios ejus, & uxores: nec remansit ei filius, nisi Joachaz, qui minimus natu erat.

VERSIO ANTIQUA.

16. Et suscitavit Dominus super Joram spiritum Philisthiim, & Arabum, qui finitimi erant Æthiopibus: *Aug. de Gra. & lib. arb. t. 10. 741. b.*

17. & ascenderunt in terram Juda, & dissipaverunt eam, & ceperunt omnem substantiam, quæ in domo regis inventa est.....

VULGATA NOVA.

18. Et super hæc omnia percussit eum Dominus alvi languore insanabili.

19. Cùmque diei succederet dies, & temporum spatia volverentur, duorum annorum expletus est circulus: & sic longa consumptus tabe, ita ut egereret etiam viscera sua, languore pariter & vitâ caruit. Mortuusque est in infirmitate pessima, & non fecit ei populus secundùm morem combustionis, exequias, sicut fecerat majoribus ejus.

20. Triginta duorum annorum fuit cùm regnare cœpisset, & octo annis regnavit in Jerusalem. Ambulavitque non rectè, & sepelierunt eum in civitate David: veruntamen non in sepulcro regum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 16. Itidem Græcè, præter seqq. τὺς ἀλλοφύλυς, καὶ τὺς Ἄραβας, καὶ τὺς ὁμόρυς τῶν Αἰθιόπων, *alienigenas*, & *Arabas*, & *confines Æthiopum*, loco *spiritum Philisthiim*, &c.

℣. 17. Græcè: Καὶ ἀνέβησαν ἐπὶ Ἰούδαν, καὶ καθεδυνάσευον, καὶ ἀπέσρεψαν πᾶσαν τὴν ἀποσκευὴν, ἣν εὗρον ἐν οἴκῳ τῦ βασιλέως· *Et ascenderunt super Judam, & sub potestatem redegerunt, & averterunt omnem apparatum, quem invenerunt in domo regis.* In Compl. καθεδυνάσευσαν αὐτὸν, καὶ ἠχμαλώτευσαν πᾶσαν τὴν ὕπαρξιν αὐτῦ, &c. *oppressérunt eum, & captivam duxerunt omnem substantiam quam*, &c.

CAPUT XXII.

VULGATA NOVA.

4. Reg. 8. 24. 1. CONstituerunt autem habitatores Jerusalem Ochoziam filium ejus minimum, regem pro eo: omnes enim majores natu, qui ante eum fuerant, interfecerant latrones Arabum, qui irruerant in castra: regnavitque Ochozias filius Joràm regis Juda.

2. Quadraginta duorum annorum erat Ochozias cùm regnare cœpisset: & uno anno regnavit in Jerusalem, & nomen matris ejus Athalia filia Amri.

3. Sed & ipse ingressus est per vias domus Achab: mater enim ejus impulit eum ut impiè ageret.

4. Fecit igitur malum in conspectu Domini, sicut domus Achab: ipsi enim fuerunt ei consiliarii post mortem patris sui, in interitum ejus.

5. Ambulavitque in consiliis eorum. Et perrexit cum Joram filio Achab rege Israël, in bellum contra Hazael regem Syriæ in Ramoth Galaad: vulneraveruntque Syri Joram.

6. Qui reversus est ut curaretur in Jezrahel: multas enim plagas acceperat in supradicto certamine. Igitur Ochozias filius Joram rex Juda, descendit ut inviseret Joram filium Achab in Jezrahel ægrotantem.

7. Voluntatis quippe fuit Dei adversùs Ochoziam, ut veniret ad Joram: & cùm venisset, ut egrederetur cum eo adversùm Jehu filium Namsi, quem unxit Dominus ut deleret domum Achab.

8. Cùm ergo everteret Jehu domum Achab, invenit principes Juda, & filios fratrum Ochoziæ, qui ministrabant ei, & interfecit illos.

9. Ipsum quoque perquirens Ochoziam, comprehendit latitantem in Samaria: adductumque ad se, occidit, & sepelierunt eum: eò quòd esset filius Josaphat, qui quæsierat Dominum in toto corde suo: nec erat ultra spes aliqua, ut de stirpe quis regnaret Ochoziæ:

10. siquidem Athalia mater ejus, videns quòd mortuus esset filius suus, surrexit, & interfecit omnem stirpem regiam domus Joram. *4. Reg. 11. 1.*

11. Porro Josabeth filia regis tulit Joas filium Ochoziæ, & furata est eum de medio filiorum regis, cùm interficerentur: absconditque eum cum nutrice sua in cubiculo lectulorum: Josabeth autem, quæ absconderat eum, erat filia regis Joram, uxor Joiadæ pontificis, soror Ochoziæ, & idcirco Athalia non interfecit eum.

12. Fuit ergo cum eis in domo Dei absconditus sex annis, quibus regnavit Athalia super terram.

Digitized by Google

CAPUT XXIII.

VULGATA NOVA.

4. *Reg.* 11. 4. 1. ANno autem ſeptimo confortatus Joiada, aſſumpſit centuriones, Azariam videlicet filium Jeroham, & Iſmahel filium Johanan, Azariam quoque filium Obed, & Maaſiam filium Adaiæ, & Eliſaphat filium Zechri: & iniit cum eis fœdus.

2. Qui circumeuntes Judam, congregaverunt Levitas de cunctis urbibus Juda, & principes familiarum Iſraël, veneruntque in Jeruſalem.

3. Iniit ergo omnis multitudo pactum in domo Dei cum rege: dixitque ad eos Joiada: Ecce filius regis regnabit, ſicut locutus eſt Dominus ſuper filios David.

4. Iſte eſt ergo ſermo quem facietis:

5. Tertia pars veſtrûm qui veniunt ad Sabbatum, ſacerdotum, & Levitarum, & janitorum, erit in portis: tertia verò pars ad domum regis: & tertia ad portam, quæ appellatur Fundamenti: omne verò reliquum vulgus ſit in atriis domus Domini.

6. Nec quiſpiam alius ingrediatur domum Domini, niſi ſacerdotes, & qui miniſtrant de Levitis: ipſi tantummodo ingrediantur, quia ſanctificati ſunt: & omne reliquum vulgus obſervet cuſtodias Domini.

7. Levitæ autem circumdent regem, habentes ſinguli arma ſua: (& ſi quis alius ingreſſus fuerit templum, interficiatur) ſintque cum rege & intrante & egrediente.

8. Fecerunt ergo Levitæ, & univerſus Juda, juxta omnia quæ præceperat Joiada pontifex: & aſſumpſerunt ſinguli viros qui ſub ſe erant, & veniebant per ordinem ſabbati, cum his qui impleverant ſabbatum, & egreſſuri erant: ſiquidem Joiada pontifex non dimiſerat abire turmas, quæ ſibi per ſingulas hebdomadas ſuccedere conſueverant.

9. Deditque Joiada ſacerdos centurionibus lanceas, clypeoſque & peltas regis David, quas conſecraverat in domo Domini.

10. Conſtituitque omnem populum tenentium pugiones, à parte templi dextra, uſque ad partem templi ſiniſtram, coram altari, & templo, per circuitum regis.

11. Et eduxerunt filium regis, & impoſuerunt ei diadema, & teſtimonium, dederuntque in manu ejus tenendam legem, & conſtituerunt eum regem: unxit quoque illum Joiada pontifex, & filii ejus: imprecatique ſunt ei, atque dixerunt: Vivat rex.

12. Quod cùm audiſſet Athalia, vocem ſcilicet currentium atque laudantium regem, ingreſſa eſt ad populum in templum Domini.

13. Cùmque vidiſſet regem ſtantem ſuper gradum in introitu, & principes, turmaſque circa eum, omnemque populum terræ gaudentem, atque clangentem tubis, & diverſi generis organis concinentem, vocemque laudantium, ſcidit veſtimenta ſua, & ait: Inſidiæ, inſidiæ.

14. Egreſſus autem Joiada pontifex ad centuriones, & principes exercitus, dixit eis: Educite illam extra ſepta templi, & interficiatur foris gladio: præcepitque ſacerdos ne occideretur in domo Domini.

15. Et impoſuerunt cervicibus ejus manus: cùmque intraſſet portam equorum domus regis, interfecerunt eam ibi.

16. Pepigit autem Joiada fœdus inter ſe, univerſumque populum, & regem, ut eſſet populus Domini.

17. Itaque ingreſſus eſt omnis populus domum Baal, & deſtruxerunt eam: & altaria ac ſimulacra illius confregerunt: Mathan quoque ſacerdotem Baal interfecerunt ante aras.

18. Conſtituit autem Joiada præpoſitos in domo Domini, ſub manibus ſacerdotum, & Levitarum, quos diſtribuit David in domo Domini: ut offerrent holocauſta Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Moyſi, in gaudio & canticis, juxta diſpoſitionem David.

19. Conſtituit quoque janitores in portis domus Domini, ut non ingrederetur eam immundus in omni re.

20. Aſſumpſitque centuriones, & fortiſſimos viros ac principes populi, & omne vulgus terræ, & fecerunt deſcendere regem de domo Domini, & introire per medium portæ ſuperioris in domum regis, & collocaverunt eum in ſolio regali.

21. Lætatuſque eſt omnis populus terræ, & urbs quievit: porro Athalia interfecta eſt gladio.

CAPUT XXIV.

VULGATA NOVA.

4. *Reg.* 11. 21. & 12. 1. 1. SEptem annorum erat Joas cùm regnare cœpiſſet: & quadraginta annis regnavit in Jeruſalem, nomen matris ejus Sebia de Berſabee.

2. Fecitque quod bonum eſt coram Domino cunctis diebus Joiadæ ſacerdotis.

3. Accepit autem ei Joiada uxores duas, è quibus genuit filios & filias.

4. Poſt quæ placuit Joas ut inſtauraret domum Domini.

5. Congregavitque ſacerdotes & Levitas, & dixit eis: Egredimini ad civitates Juda, & colligite de univerſo Iſraël pecuniam ad ſartatecta templi Dei veſtri, per ſingulos annos, feſtinatòque hoc facite: porro Levitæ egêre negligentiùs.

6. Vocavitque rex Joiadam principem, & dixit ei: Quare tibi non fuit curæ, ut cogeres Levitas inferre de Juda & de Jeruſalem pecuniam, quæ conſtituta eſt à Moyſe ſervo Domini, ut inferret eam omnis multitudo Iſraël in tabernaculum teſtimonii?

7. Athalia enim impiiſſima, & filii ejus, deſtruxerunt domum Dei; & de univerſis, quæ ſanctificata fuerant in templo Domini, ornaverunt fanum Baalim.

8. Præcepit ergo rex, & fecerunt arcam: poſuerunt que eam juxta portam domus Domini forinſecus.

9. Et prædicatum eſt in Juda & Jeruſalem, ut deferrent ſinguli pretium Domino, quod conſtituit Moyſes ſervus Dei ſuper omnem Iſraël in deſerto. *Exod.* 30. 12.

10. Lætatique ſunt cuncti principes, & omnis populus: & ingreſſi contulerunt in arcam Domini, atque miſerunt ita ut impleretur.

11. Cùmque tempus eſſet ut deferrent arcam coram rege per manus Levitarum (videbant enim multam pecuniam) ingrediebatur ſcriba regis, & quem primus ſacerdos conſtituerat: effundebantque pecuniam quæ erat in arca: porro arcam reportabant ad locum ſuum: ſicque faciebant per ſingulos dies, & congregata eſt infinita pecunia.

12. Quam dederunt rex & Joiada his, qui præerant operibus domus Domini: at illi conducebant ex ea cæſores lapidum, & artifices operum ſingulorum, ut inſtaurarent domum Domini: fabros quoque ferri & æris, ut quod cadere cœperat, fulciretur.

13. Egeruntque hi qui operabantur induſtriè, &

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

obducebatur parietum cicatrix per manus eorum, ac ſuſcitaverunt domum Domini in ſtatum priſtinum, & firmiter eam ſtare fecerunt.

14. Cùmque compleſſent omnia opera, detulerunt coram rege & Joiada reliquam partem pecuniæ: de qua facta ſunt vaſa templi in miniſterium, & ad holocauſta, phialæ quoque, & cætera vaſa aurea & argentea: & offerebantur holocauſta in domo Domini jugiter cunctis diebus Joiadæ.

15. Senuit autem Joiada plenus dierum, & mortuus eſt cùm eſſet centum triginta annorum:

16. ſepelieruntque eum in civitate David cum regibus, eò quòd feciſſet bonum cum Iſraël, & cum domo ejus.

17. Poſtquam autem obiit Joiada, ingreſſi ſunt principes Juda, & adoraverunt regem; qui delinitus obſequiis eorum, acquievit eis.

18. Et dereliquerunt templum Domini Dei patrum ſuorum, ſervieruntque lucis & ſculptilibus, & facta eſt ira contra Judam & Jeruſalem propter hoc peccatum.

19. Mittebatque eis prophetas ut reverterentur ad Dominum, quos proteſtantes, illi audire nolebant.

VULGATA NOVA.

20. Spiritus itaque Dei induit Zachariam filium Joiadæ ſacerdotem, & ſtetit in conſpectu populi, & dixit eis: Hæc dicit Dominus Deus: Quare tranſgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit, & dereliquiſtis Dominum ut derelinqueret vos?

VERSIO ANTIQUA.

20..... Hæc dicit Dominus: Quare præteriſti mandatum Domini? non erit vobis in proſperum; quoniam dereliquiſti Dominum, & ille derelinquet vos. *Auctor op. imp. in Matth. hom. 1. p. 20. a.*

VULGATA NOVA.

21. Quî congregati adversùs eum, miſerunt lapides juxta regis imperium in atrio domus Domini.

22. Et non eſt recordatus Joas rex miſericordiæ, quam fecerat Joiada pater illius ſecum, ſed interfecit filium ejus. Qui cùm moreretur, ait: Videat Dominus, & requirat. *Matth. 23. 35.*

23. Cùmque evolutus eſſet annus, aſcendit contra eum exercitus Syriæ: venitque in Judam & Jeruſalem, & interfecit cunctos principes populi, atque univerſam prædam miſerunt regi in Damaſcum. *4. Reg. 12. 17.*

24. Et certè cùm permodicus veniſſet numerus Syrorum, tradidit Dominus in manibus eorum infinitam multitudinem, eò quòd dereliquiſſent Dominum Deum patrum ſuorum: in Joas quoque ignominioſa exercuere judicia.

25. Et abeuntes dimiſerunt eum in languoribus magnis: ſurrexerunt autem contra eum ſervi ſui, in ultionem ſanguinis filii Joiadæ ſacerdotis, & occiderunt eum in lectulo ſuo, & mortuus eſt: ſepelieruntque eum in civitate David, ſed non in ſepulcris regum.

26. Inſidiati verò ſunt ei Zabad filius Semmaath Ammanitidis, & Jozabad filius Semarith Moabitidis.

27. Porro filii ejus, ac ſumma pecuniæ, quæ adunata fuerat ſub eo, & inſtauratio domus Dei, ſcripta ſunt diligentiùs in libro regum: regnavit autem Amaſias filius ejus pro eo.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 20. Idem Auctor præmittit iſta: *Cùm induiſſet Spiritus Sanctus Zachariam filium ipſius Joiadæ, & dixiſſet eis;* &c. Græc. Καὶ Πνεῦμα Θεοῦ ἐνέδυσε τὸν Ἀζαρίαν τὸν τοῦ Ἰωδαὲ τὸν ἱερέα, καὶ ἀνέστη ἐπάνω τοῦ λαοῦ, καὶ εἶπε· Τάδε λέγει Κύριος· Τί παραπορεύεσθε τὰς ἐντολὰς Κυρίου; καὶ οὐκ εὐοδωθήσεσθε· ὅτι ἐγκαταλελίπετε τὸν Κύριον, καὶ ἐγκαταλείψει ὑμᾶς. Cyprianus epiſt. 55. p. 88. b. *Hæc dicit Dominus: Dereliquiſtis vias Domini, & Dominus derelinquet vos.*

CAPUT XXV.

VULGATA NOVA.

1. VIginti quinque annorum erat Amaſias cùm regnare cœpiſſet, & viginti novem annis regnavit in Jeruſalem, nomen matris ejus Joadan de Jeruſalem. *4. Reg. 14. 2.*

2. Fecitque bonum in conſpectu Domini: veruntamen non in corde perfecto.

3. Cùmque roboratum ſibi videret imperium, jugulavit ſervos, qui occiderant regem patrem ſuum,

4. ſed filios eorum non interfecit, ſicut ſcriptum eſt in libro legis Moyſi, ubi præcepit Dominus, dicens: Non occidentur patres pro filiis, neque filii pro patribus ſuis, ſed unuſquiſque in ſuo peccato morietur. *Deut. 24. 16. 4. Reg. 14. 6. Ezech. 18. 20.*

5. Congregavit igitur Amaſias Judam, & conſtituit eos per familias, tribunoſque & centuriones in univerſo Juda, & Benjamin: & recenſuit à viginti annis ſupra, invenitque trecenta millia juvenum, qui egrederentur ad pugnam, & tenerent haſtam & clypeum.

6. Mercede quoque conduxit de Iſraël centum millia robuſtorum, centum talentis argenti.

VULGATA NOVA.

7. Venit autem homo Dei ad illum, & ait: O rex, ne egrediatur tecum exercitus Iſraël: non eſt enim Dominus cum Iſraël, & cunctis filiis Ephraim:

8. quòd ſi putas in robore exercitus bella conſiſtere, ſuperari te faciet Deus ab hoſtibus: Dei quippe eſt adjuvare, & in fugam convertere.

VERSIO ANTIQUA.

7..... Non ibit tecum exercitus Iſraël: quia non Deus cum Iſraël, omnes filii Ephrem: *Lucif. Cal. l. de non conv. cum haret. 222. d.*

8. quia ſi te exiſtimaveris prævalere in iſtis, in fugam convertet te Dominus ante inimicos: quia eſt virtus à Domino.....

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Loco *exercitus*, habetur Græcè, δύναμις, *virtus*, quæ vox etiam ſumitur pro *copiis*; exinde loco *Deus*, ſic, ἔστι Κύριος, *eſt Dominus*; & in fine, πάντων τῶν υἱῶν Ἐφραὶμ, *omnibus filiis Ephraim*. Aug. l. de Gra. & lib. arb. to. 10. 741. c. hæc hab. *Dixit ad Ameſſiam: Non veniat tecum exercitus Iſraël: non eſt enim Dominus cum Iſraël, omnibus filiis Ephrem.* Similiter in edit. Compl. Μὴ πορεύεσθω, loco ὐ πορεύεσθαι, quod habetur in aliis.

℣. 8. Græc. delet *te*, ante *exiſtimaveris*, pro quo ὑπολάβῃς, i. e. *præſumpſeris*; item huic *in fugam*, præponitur καὶ, & in fine habetur παρὰ Κυρίῳ, καὶ ἰσχῦσαι, καὶ τροπώσασθαι, *à Domino & prævalere, & in fugam verti*, loco *virtus à Domino*; at in Compl. ſic, ἰσχὺς τῷ Κυρίῳ τοῦ βοηθῆσαι, καὶ τροπώσασθαι· Ap. Aug. l. de Gra. & lib. arb. to. 10. 741. d. *Queniam ſi putaveris obtinere in illis, in fugam convertet te Deus ante inimicos: quoniam virtus eſt*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

9. Dixitque Amasias ad hominem Dei: Quid ergo fiet de centum talentis, quæ dedi militibus Israël? Et respondit ei homo Dei: Habet Dominus unde tibi dare possit multò his plura.

10. Separavit itaque Amasias exercitum, qui venerat ad eum ex Ephraim, ut reverteretur in locum suum: at illi contra Judam vehementer irati, reversi sunt in regionem suam.

11. Porro Amasias confidenter eduxit populum suum, & abiit in vallem Salinarum, percussitque filios Seir decem millia.

12. Et alia decem millia virorum ceperunt filii Juda, & adduxerunt ad præruptum cujusdam petræ, præcipitaveruntque eos de summo in præceps, qui universi crepuerunt.

13. At ille exercitus, quem remiserat Amasias ne secum iret ad prælium, diffusus est in civitatibus Juda, à Samaria usque ad Bethoron, & interfectis tribus millibus, diripuit prædam magnam.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. de non parc. in Deum. del. 229. g. b.

14. Et factum est, posteaquam venit Amasias percutere Idumæam, & attulit inde deos montis Seir, & statuit eos sibi in deos, & in conspectu eorum adorabat, & ipse eis immolabat.

15. Et facta est super eum ira Domini in Amasiam, & misit ad eum prophetam Baneam, dixitque ei Baneas: Quid quæsisti deos populi, qui non liberaverunt populum suum de manu tua?

16. Et factum est ut loqueretur ei, dixit ad eum: Nunquid consiliarium regis dedi te? tace ne flagelleris. Scio ego quoniam Dominus Deus disperdet te, qui fecisti istud, & non obaudisti consilium meum.

VULGATA NOVA.

14. Amasias verò post cædem Idumæorum, & allatos deos filiorum Seir, statuit illos in deos sibi, & adorabat eos, & illis adolebat incensum.

15. Quamobrem iratus Dominus contra Amasiam, misit ad illum prophetam, qui diceret ei: Cur adorasti deos, qui non liberaverunt populum suum de manu tua?

16. Cùmque hæc ille loqueretur, respondit ei: Num consiliarius regis es? quiesce ne interficiam te. Discedensque propheta, Scio, inquit, quòd cogitaverit Deus occidere te, quia fecisti hoc malum, & insuper non acquievisti consilio meo.

VULGATA NOVA.

17. Igitur Amasias rex Juda, inito pessimo consilio, misit ad Joas filium Joachaz filii Jehu, regem Israël, dicens: Veni, videamus nos mutuò.

18. At ille remisit nuncios, dicens: Carduus, qui est in Libano, misit ad cedrum Libani, dicens: Da filiam tuam filio meo uxorem: & ecce bestiæ, quæ erant in silva Libani, transierunt, & conculcaverunt carduum.

19. Dixisti: Percussi Edom, & idcirco erigitur cor tuum in superbiam: sede in domo tua, cur malum adversùm te provocas, ut cadas & tu, & Juda tecum?

VERSIO ANTIQUA.

Aug. l. 5. cont. Julian. t. 10. 634. b.

20. Et non audivit Amasias, quoniam à Deo erat ut traderetur in manus, quoniam quæsierunt deum Edom.

VULGATA NOVA.

20. Noluit audire Amasias, eò quòd Domini esset voluntas ut traderetur in manus hostium propter deos Edom.

VULGATA NOVA.

21. Ascendit igitur Joas rex Israël, & mutuos sibi præbuere conspectus: Amasias autem rex Juda erat in Bethsames Juda:

22. corruitque Juda coram Israël, & fugit in tabernacula sua.

23. Porro Amasiam regem Juda, filium Joas filii Joachaz, cepit Joas rex Israël in Bethsames, & adduxit in Jerusalem: destruxitque murum ejus à porta Ephraim usque ad portam anguli, quadringentis cubitis.

24. Omne quoque aurum, & argentum, & universa vasa, quæ repererat in domo Dei, & apud Obededom, in thesauris etiam domus regiæ, necnon & filios obsidum, reduxit in Samariam.

25. Vixit autem Amasias filius Joas, rex Juda, postquam mortuus est Joas filius Joachaz rex Israël, quindecim annis.

26. Reliqua autem sermonum Amasiæ priorum & novissimorum, scripta sunt in libro regum Juda & Israël.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. de non parc. in De. del. 230. a.

27. Et in tempore quo discessit Amasias à Domino, insurrexerunt ad eum insurrectione. Et fugit ab Jerusalem in Lachis, & interfecerunt eum in Lachis.

VULGATA NOVA.

27. Qui postquam recessit à Domino, tetenderunt ei insidias in Jerusalem. Cùmque fugisset in Lachis, miserunt, & interfecerunt eum ibi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Deo vel adjuvare, vel in fugam vertere.

℣. 14. Vix mel. è Græco, nisi quòd pro *inde*, habetur πρὸς αὐτὸν, vel ut in Compl. ἑαυτόν, *ad se*; & loco *montis*, sic, υἱῶν, *filiorum*.

℣. 15. Græcum non differt, nisi leviter, scilicet tollit voces *super eum*, & *Baneam*, & *Baneas*; item pro *liberaverunt*, hab. ἐξείλοντο, *exemerunt*, quod idem sonat. Auct. op. imp. in Matth. p. 20. b. similiter legit: *Quare quæsisti deos, qui non liberaverunt populum suum de manu tua?*

℣. 16. Græc. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ λαλῆσαι αὐτῷ πρὸς αὐτὸν, ᾧ εἶπεν αὐτῷ· in Mss. Alex. deest πρὸς αὐτόν; in Compl. sic: ἐν τῷ λαλῆσαι αὐτὸν πρὸς αὐτὸν, ᾧ, *cùm loqueretur ipse ad eum &*; exinde pro *tace*, in Vat. & al. sic, πρόσεχε, *attende*, & post *ne flagelleris*, ita: Καὶ ἐσιώπησεν ὁ προφήτης, ᾧ εἶπεν· Ὅτι γινώσκω, ὅτι ἐβούλετο ἐπὶ σοὶ τοῦ καθαιρεῖσαί σε, ὅτι, &c. *Et tacuit propheta, & dixit: Quia cognosco, quoniam voluit super te ad disperdendum te, quia*, &c. loco *Scio ego quoniam Dominus Deus disperdet te, qui*; reliqua ut in Lat. supra. Rursus Lucif. habet infra, 230. a. *Nunquid consiliarium te regis constituí? tace ne flagelleris*; & paulò sup. *cave tibi ne flagelleris*. Similiter hab. Auct. op. imp. in Matth. hom. 1. p. 20. b. *Nunquid consiliarium regis dedi te? cave tibi ne flagelleris.*

℣. 20. Eadem rursus hab. Aug. l. de Gra. & lib. arb. to. 10. 741. e. duobus exceptis, *Amessias*, pro *Amasias*, & *deos*, pro *deum*. Sic etiam in Græco, præter seqq. ὅτι παρὰ Κυρίου ἐγένετο τοῦ παραδοῦναι αὐτόν, *quoniam à Domino factum est ad tradendum eum*, loco *quoniam à Deo erat ut traderetur*; & pro *quæsierunt deum Edom*, sic, ἐξεζήτησε τοὺς θεοὺς τῶν Ἰδουμαίων, *exquisivit deos Idumæorum*. Nota Græcè scribi Ἀμασίας, non *Amessias*.

℣. 27. Græc. loco *insurrexerunt ad eum insurrectione*, hab. ᾧ ἐπέθεντο αὐτῷ ἐπίθεσιν· Nobil. & *conjuraverunt in eum conjurationem*; & post *Lachis*, addit ᾧ ἀπέστειλαν κατόπισθεν αὐτοῦ εἰς Λαχίς, & *miserunt post eum in Lachis*; reliqua ut sup. excepto ult. ἐκεῖ, *ibi*, pro *in Lachis*, ed. vitiosè *in equis*.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

28. Reportanteſque ſuper equos, ſepelierunt eum cum patribus ſuis in civitate David.

CAPUT XXVI.

VULGATA NOVA.

4. Reg. 14. 21. 1. OMnis autem populus Juda, filium ejus Oziam annorum ſedecim, conſtituit regem pro Amaſia patre ſuo.

2. Ipſe ædificavit Ailath, & reſtituit eam ditioni Juda, poſtquam dormivit rex cum patribus ſuis.

3. Sedecim annorum erat Ozias cùm regnare cœpiſſet, & quinquaginta duobus annis regnavit in Jeruſalem, nomen matris ejus Jechelia de Jeruſalem.

4. Fecitque quod erat rectum in oculis Domini, juxta omnia quæ fecerat Amaſias pater ejus.

5. Et exquiſivit Dominum in diebus Zachariæ intelligentis & videntis Deum: cùmque requireret Dominum, direxit eum in omnibus.

6. Denique egreſſus eſt, & pugnavit contra Philiſthiim, & deſtruxit murum Geth, & murum Jabniæ, murumque Azoti: ædificavit quoque oppida in Azoto, & in Philiſthiim.

7. Et adjuvit eum Deus contra Philiſthiim, & contra Arabes, qui habitabant in Gurbaal, & contra Ammonitas.

8. Appendebantque Ammonitæ munera Oziæ: & divulgatum eſt nomen ejus uſque ad introitum Ægypti, propter crebras victorias.

9. Ædificavitque Ozias turres in Jeruſalem ſuper portam anguli, & ſuper portam vallis, & reliquas in eodem muri latere, firmavitque eas.

10. Extruxit etiam turres in ſolitudine, & effodit ciſternas plurimas, eò quòd haberet multa pecora, tam in campeſtribus, quàm in eremi vaſtitate: vineas quoque habuit & vinitores in montibus, & in Carmelo: erat quippe homo agriculturæ deditus.

11. Fuit autem exercitus bellatorum ejus, qui procedebant ad prælia, ſub manu Jehiel ſcribæ, Maaſiæque doctoris, & ſub manu Hananiæ, qui erat de ducibus regis.

12. Omniſque numerus principum per familias virorum fortium, duorum millium ſexcentorum.

13. Et ſub eis univerſus exercitus, trecentorum & ſeptem millium quingentorum: qui erant apti ad bella, & pro rege contra adverſarios dimicabant.

14. Præparavit quoque eis Ozias, id eſt, cuncto exercitui, clypeos, & haſtas, & galeas, & loricas, arcuſque & fundas ad jaciendos lapides.

15. Et fecit in Jeruſalem diverſi generis machinas, quas in turribus collocavit, & in angulis murorum, ut mitterent ſagittas, & ſaxa grandia: egreſſumque eſt nomen ejus procul, eò quòd auxiliaretur ei Dominus, & corroboraſſet illum.

VULGATA NOVA.

16. Sed cùm roboratus eſſet, elevatum eſt cor ejus in interitum ſuum, & neglexit Dominum Deum ſuum: ingreſſuſque templum Domini, adolere voluit incenſum ſuper altare thymiamatis.

17. Statimque ingreſſus poſt eum Azarias ſacerdos, & cum eo ſacerdotes Domini octoginta, viri fortiſſimi,

18. reſtiterunt regi, atque dixerunt: Non eſt tui officii Ozia, ut adoleas incenſum Domino, Exod. 30. 7. & ſeqq. ſed ſacerdotum, hoc eſt, filiorum Aaron, qui conſecrati ſunt ad hujuſcemodi miniſterium: egredere de ſanctuario, ne contempſeris: quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à Domino Deo.

19. Iratuſque Ozias, tenens in manu thuribulum, ut adoleret incenſum, minabatur ſacerdotibus. Statimque orta eſt lepra in fronte ejus coram ſacerdotibus, in domo Domini ſuper altare thymiamatis.

VERSIO ANTIQUA.

16..... & intravit in templum Domini, incenſum ponere ſuper altare. *Lucif. Cal. de non parc. in Deum. dol. 230. a. b. c.*

17. Et intravit poſt eum Ozias ſacerdos, & cum ipſo ſacerdotes Domini triginta, filii virtutis:

18. & ſurrexerunt ſuper Odiam regem, & dixerunt ei: Non licet tibi Odia, incendere Domino, ſed ſacerdotibus, filiis Aaron, qui ſanctificati ſunt ut incendant: exi de Sanctis, quoniam receſſiſti à Domino: & non erit tibi iſtud in honore à Domino Deo.

19. Et iratus eſt Odias, & in manu ejus erat altare, ut incenderet in ara. Et lepra apparuit in fronte ejus in conſpectu ſacerdotum, in domo Domini.....

VULGATA NOVA.

20. Cùmque reſpexiſſet eum Azarias pontifex, & omnes reliqui ſacerdotes, viderunt lepram in fronte ejus, & feſtinatò expulerunt eum. Sed & ipſe perterritus, acceleravit egredi, eò quòd ſenſiſſet illico plagam Domini.

4. Reg. 15. 5. 21. Fuit igitur Ozias rex leproſus uſque ad diem mortis ſuæ, & habitavit in domo ſeparata plenus leprâ, ob quam ejectus fuerat de domo Domini. Porro Joatham filius ejus rexit domum regis, & judicabat populum terræ.

22. Reliqua autem ſermonum Oziæ priorum & noviſſimorum, ſcripſit Iſaias filius Amos, propheta.

23. Dormivitque Ozias cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in agro regalium ſepulcrorum, eò quòd eſſet leproſus: regnavitque Joatham filius ejus pro eo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 16. Ita Græcè: ſed in fine additur τῶν θυμιαμάτων; ſupra verò pro *incenſum ponere*, habetur θυμιάσαι, *ad adolendum*.

℣. 17. Tria tantùm diſcrepant à Græco, ſcilicet, *Ozias..... triginta..... virtutis*, pro quibus ſic, Ἀζαρίας..... ὀγδοήκοντα..... δυναλοί, *Azarias..... octoginta..... potentes*; ſola Compl. hab. δυνάμεως, ut ſup.

℣. 18. Nonnulla hîc differunt à Græco, nempe ſeqq. *ſurrexerunt ſuper Odiam..... Non licet tibi Odia..... qui ſanctificati ſunt ut incendant..... de Sanctis..... in honore*; quorum loco ſic: ἔστησαν, (in Compl. ἐπέστησαν) ἐπὶ Ὀζίαν..... Οὐ ζοὶ Ὀζία..... τοῖς ἡγιασμένοις θῦσαι, (Ald. & Compl. θυμιάσαι)..... ἐκ τοῦ ἁγιάσματος..... εἰς δόξαν· *ſteterunt ſuper Oziam..... Non tibi Ozia..... ſanctificatis ad ſacrificandum*, vel *adolendum..... è ſanctuario..... in gloriam*, &c.

℣. 19. Græcè conſtanter Ὀζίας, ut & τὸ θυμιατήριον, *thuribulum*, loco *altare*, abſque præced. *erat*; item pro *ara*, ναῷ, *templo*; deinde ſic: Καὶ ἐν τῷ θυμωθῆναι αὐτὸν πρὸς τοὺς ἱερεῖς, Et *in iraſcendo eum adversùs ſacerdotes*, quæ Lucif. omittit: loco verò *apparuit*, ita ἀνέτειλεν, *exorta eſt*; reliqua ut in Lat. ſupra.

Digitized by Google

CAPUT XXVII.

VULGATA NOVA.

4. Reg. 15. 33. 1. VIginti quinque annorum erat Joatham cùm regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnavit in Jeruſalem : nomen matris ejus Jeruſa filia Sadoc.

2. Fecitque quod rectum erat coram Domino, juxta omnia quæ fecerat Ozias pater ſuus, excepto quòd non eſt ingreſſus templum Domini, & adhuc populus delinquebat.

3. Ipſe ædificavit portam domus Domini excelſam, & in muro Ophel multa conſtruxit.

4. Urbes quoque ædificavit in montibus Juda, & in ſaltibus caſtella & turres.

5. Ipſe pugnavit contra regem filiorum Ammon, & vicit eos, dederuntque ei filii Ammon in tempore illo centum talenta argenti, & decem millia coros tritici, ac totidem coros hordei : hæc ei præbuerunt filii Ammon, in anno ſecundo & tertio.

6. Corroboratuſque eſt Joatham, eò quòd direxiſſet vias ſuas coram Domino Deo ſuo.

7. Reliqua autem ſermonum Joatham, & omnes pugnæ ejus, & opera ſcripta ſunt in libro regum Iſraël & Juda.

8. Viginti quinque annorum erat cùm regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnavit in Jeruſalem.

9. Dormivitque Joatham cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in civitate David : & regnavit Achaz filius ejus pro eo.

CAPUT XXVIII.

VULGATA NOVA.

4. Reg. 16. 2. 1. VIginti annorum erat Achaz cùm regnare cœpiſſet : & ſedecim annis regnavit in Jeruſalem : non fecit rectum in conſpectu Domini ſicut David pater ejus :

2. ſed ambulavit in viis regum Iſraël, inſuper & ſtatuas fudit Baalim.

3. Ipſe eſt, qui adolevit incenſum in Valle benennom, & luſtravit filios ſuos in igne, juxta ritum gentium, quas interfecit Dominus in adventu filiorum Iſraël.

4. Sacrificabat quoque, & thymiama ſuccendebat in excelſis, & in collibus, & ſub omni ligno frondoſo.

5. Tradiditque eum Dominus Deus ejus in manu regis Syriæ, qui percuſſit eum, magnamque prædam cepit de ejus imperio, & adduxit in Damaſcum : manibus quoque regis Iſraël traditus eſt, & percuſſus plaga grandi.

6. Occiditque Phacee, filius Romeliæ, de Juda centum viginti millia in die uno, omnes viros bellatores : eò quòd reliquiſſent Dominum Deum patrum ſuorum.

7. Eodem tempore occidit Zechri, vir potens ex Ephraim, Maaſiam filium regis, & Ezricam ducem domus ejus, Elcanam quoque ſecundum à rege.

8. Ceperuntque filii Iſraël de fratribus ſuis ducenta millia mulierum, puerorum, & puellarum, & infinitam prædam : pertuleruntque eam in Samariam.

9. Ea tempeſtate erat ibi propheta Domini, nomine Oded : qui egreſſus obviam exercitui venienti in Samariam, dixit eis : Ecce iratus Dominus Deus patrum veſtrorum contra Juda, tradidit eos in manibus veſtris, & occidiſtis eos atrociter, ita ut ad cœlum pertingeret veſtra crudelitas.

10. Inſuper filios Juda & Jeruſalem vultis vobis ſubjicere in ſervos & ancillas, quod nequaquam facto opus eſt : peccaſtis enim ſuper hoc Domino Deo veſtro.

11. Sed audite conſilium meum, & reducite captivos, quos adduxiſtis de fratribus veſtris, quia magnus furor Domini imminet vobis.

12. Steterunt itaque viri de principibus filiorum Ephraim, Azarias filius Johanan, Barachias filius Moſollamoth, Ezechias filius Sellum, & Amaſa filius Adali, contra eos qui veniebant de prælio,

13. & dixerunt eis : Non introducetis huc captivos, ne peccemus Domino. Quare vultis adjicere ſuper peccata noſtra, & vetera cumulare delicta ? grande quippe peccatum eſt, & ira furoris Domini imminet ſuper Iſraël.

14. Dimiſeruntque viri bellatores prædam, & univerſa quæ ceperant, coram principibus, & omni multitudine.

15. Steteruntque viri, quos ſupra memoravimus, & apprehendentes captivos, omneſque qui nudi erant, veſtierunt de ſpoliis : cùmque veſtiſſent eos, & calceaſſent, & refeciſſent cibo ac potu, unxiſſentque propter laborem, & adhibuiſſent eis curam : quicunque ambulare non poterant, & erant imbecillo corpore, impoſuerunt eos jumentis, & adduxerunt Jericho civitatem palmarum ad fratres eorum, ipſique reverſi ſunt in Samariam.

16. Tempore illo miſit rex Achaz ad regem Aſſyriorum poſtulans auxilium.

17. Veneruntque Idumæi, & percuſſerunt multos ex Juda, & ceperunt prædam magnam.

18. Philiſthiim quoque diffuſi ſunt per urbes campeſtres, & ad meridiem Juda : ceperuntque Bethſames, & Aialon, & Gaderoth, Socho quoque, & Thamnan, & Gamzo, cum viculis ſuis, & habitaverunt in eis.

19. Humiliaverat enim Dominus Judam propter Achaz regem Juda, eò quòd nudaſſet eum auxilio, & contemptui habuiſſet Dominum.

20. Adduxitque contra eum Thelgathphalnaſar regem Aſſyriorum, qui & afflixit eum, & nullo reſiſtente vaſtavit. 4. Reg. 16. 10.

21. Igitur Achaz, ſpoliata domo Domini, & domo regum ac principum, dedit regi Aſſyriorum munera, & tamen nihil ei profuit.

22. Inſuper & tempore anguſtiæ ſuæ auxit contemptum in Dominum, ipſe per ſe rex Achaz,

23. immolavit diis Damaſci victimas percuſſoribus ſuis, & dixit : Dii regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo hoſtiis, & aderunt mihi, cùm è contrario ipſi fuerint ruinæ ei, & univerſo Iſraël.

24. Direptis itaque Achaz omnibus vaſis domus Dei, atque confractis, clauſit januas templi Dei, & fecit ſibi altaria in univerſis angulis Jeruſalem.

25. In omnibus quoque urbibus Juda exſtruxit aras ad eremandum thus, atque ad iracundiam provocavit Dominum Deum patrum ſuorum.

26. Reliqua autem ſermonum ejus, & omnium operum ſuorum priorum & noviſſimorum, ſcripta ſunt in libro regum Juda & Iſraël.

27. Dormivitque Achaz cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in civitate Jeruſalem : neque enim receperunt eum in ſepulcra regum Iſraël. Regnavitque Ezechias filius ejus pro eo.

Digitized by Google

CAPUT XXIX.

VULGATA NOVA.

4. Reg. 18. 2. 1. IGitur Ezechias regnare cœpit, cùm viginti quinque esset annorum, & viginti novem annis regnavit in Jerusalem : nomen matris ejus Abia, filia Zachariæ.

VULGATA NOVA.

2. Fecitque quod erat placitum in conspectu Domini, juxta omnia quæ fecerat David pater ejus.

VERSIO ANTIQUA.

2. Fecit quod rectum est in conspectu Domini, secundùm omnia quæ fecit David pater suus. *Fac. Herm. l. 6. ap. Sirm. t. 2. 573. d.*

VULGATA NOVA.

3. Ipse anno & mense primo regni sui, aperuit valvas domus Domini, & instauravit eas :

4. adduxitque sacerdotes atque Levitas, & congregavit eos in plateam orientalem.

5. Dixitque ad eos : Audite me Levitæ, & sanctificamini, mundate domum Domini Dei patrum vestrorum, & auferte omnem immunditiam de sanctuario.

6. Peccaverunt patres nostri, & fecerunt malum in conspectu Domini Dei nostri, derelinquentes eum : averterunt facies suas à tabernaculo Domini, & præbuerunt dorsum.

7. Clauserunt ostia, quæ erant in porticu, & extinxerunt lucernas, incensumque non adoleverunt, & holocausta non obtulerunt in sanctuario Deo Israël.

8. Concitatus est itaque furor Domini super Judam & Jerusalem, tradiditque eos in commotionem, & in interitum, & in sibilum, sicut ipsi cernitis oculis vestris.

9. En, corruerunt patres nostri gladiis ; filii nostri, & filiæ nostræ, & conjuges captivæ ductæ sunt, propter hoc scelus.

10. Nunc ergo placet mihi ut ineamus fœdus cum Domino Deo Israël, & avertet à nobis furorem iræ suæ.

11. Filii mei nolite negligere : vos elegit Dominus ut stetis coram eo, & ministretis illi, colatisque eum, & cremetis ei incensum.

12. Surrexerunt ergo Levitæ : Mahath filius Amasai, & Joel filius Azariæ, de filiis Caath : Porro de filiis Merari, Cis filius Abdi, & Azarias filius Jalaleel. De filiis autem Gersom, Joah filius Zemma, & Eden filius Joah.

13. At verò de filiis Elisaphan, Samri, & Jahiel. De filiis quoque Asaph, Zacharias, & Mathanias :

14. Necnon de filiis Heman, Jahiel, & Semei : Sed & de filiis Idithun, Semeias, & Oziel.

15. Congregaveruntque fratres suos, & sanctificati sunt, & ingressi sunt juxta mandatum regis & imperium Domini, ut expiarent domum Dei.

16. Sacerdotes quoque ingressi templum Domini ut sanctificarent illud, extulerunt omnem immunditiam, quam intrò repererant in vestibulo domus Domini, quam tulerunt Levitæ, & asportaverunt ad torrentem Cedron foras.

17. Cœperunt autem prima die mensis primi mundare, & in die octavo ejusdem mensis ingressi sunt porticum templi Domini, expiaveruntque templum diebus octo, & in die sexta decima mensis ejusdem, quod cœperant impleverunt.

18. Ingressi quoque sunt ad Ezechiam regem, & dixerunt ei : Sanctificavimus omnem domum Domini, & altare holocausti, vasaque ejus, necnon & mensam propositionis cum omnibus vasis suis,

19. cunctamque templi supellectilem, quam polluerat rex Achaz in regno suo, postquam prævaricatus est : & ecce exposita sunt omnia coram altare Domini.

20. Consurgensque diluculo Ezechias rex, adunavit omnes principes civitatis, & ascendit in domum Domini :

21. obtuleruntque simul tauros septem, & arietes septem, agnos septem, & hircos septem pro peccato, pro regno, pro sanctuario, pro Juda, dixitque sacerdotibus filiis Aaron ut offerrent super altare Domini.

22. Mactaverunt igitur tauros, & susceperunt sanguinem sacerdotes, & fuderunt illum super altare, mactaverunt etiam arietes, & illorum sanguinem super altare fuderunt, immolaveruntque agnos, & fuderunt super altare sanguinem.

23. Applicuerunt hircos pro peccato, coram rege & universa multitudine, imposueruntque manus suas super eos :

24. & immolaverunt illos sacerdotes, & asperserunt sanguinem eorum coram altare pro piaculo universi Israëlis : pro omni quippe Israël præceperat rex ut holocaustum fieret, & pro peccato.

25. Constituit quoque Levitas in domo Domini, cum cymbalis, & psalteriis, & citharis, secundùm dispositionem David regis, & Gad Videntis, & Nathan prophetæ : siquidem Domini præceptum fuit per manum prophetarum ejus.

26. Steteruntque Levitæ tenentes organa David, & sacerdotes tubas.

27. Et jussit Ezechias ut offerrent holocausta super altare : cùmque offerrentur holocausta, cœperunt laudes canere Domino, & clangere tubis, atque in diversis organis, quæ David rex Israël præparaverat, concrepare.

28. Omni autem turba adorante, cantores, & ii qui tenebant tubas, erant in officio suo, donec compleretur holocaustum.

29. Cùmque finita esset oblatio, incurvatus est rex, & omnes qui erant cum eo, & adoraverunt.

30. Præcepitque Ezechias & principes Levitis, ut laudarent Dominum sermonibus David, & Asaph Videntis : qui laudaverunt eum magnâ lætitiâ, & incurvato genu adoraverunt.

31. Ezechias autem etiam hæc addidit : Implestis manus vestras Domino, accedite, & offerte victimas, & laudes in domo Domini. Obtulit ergo universa multitudo hostias, & laudes, & holocausta, mente devota.

32. Porro numerus holocaustorum, quæ obtulit multitudo, hic fuit, Tauros septuaginta, arietes centum, agnos ducentos.

33. Sanctificaveruntque Domino boves sexcentos, & oves tria millia.

34. Sacerdotes verò pauci erant, nec poterant sufficere ut pelles holocaustorum detraherent : unde & Levitæ fratres eorum adjuverunt eos, donec impleretur opus, & sanctificarentur antistites : Levitæ quippe faciliori ritu sanctificantur, quàm sacerdotes.

35. Fuerunt ergo holocausta plurima, adipes pacificorum, & libamina holocaustorum : & completus est cultus domus Domini.

36. Lætatusque est Ezechias, & omnis populus, eò quòd ministerium Domini esset expletum. Derepente quippe hoc fieri placuerat.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

V. 2. Gr. Καὶ ἐποίησε τὸ εὐθὲς, &c. ut in Lat. supra. Vide Hilar. in Ps. 146. p. 576. a.

Digitized by Google

CAPUT XXX.

VULGATA NOVA.

1. MIsit quoque Ezechias ad omnem Israël & Judam : scripsitque epistolas ad Ephraim & Manassen, ut venirent ad domum Domini in Jerusalem, & facerent phase Domino Deo Israël.

2. Inito ergo consilio regis & principum, & universi cœtus Jerusalem, decreverunt ut facerent phase mense secundo.

3. Non enim potuerant facere in tempore suo, quia sacerdotes, qui possent sufficere, sanctificati non fuerant, & populus nondum congregatus fuerat in Jerusalem.

4. Placuitque sermo regi, & omni multitudini.

5. Et decreverunt ut mitterent nuncios in universum Israël, de Bersabee usque Dan, ut venirent, & facerent phase Domino Deo Israël in Jerusalem : multi enim non fecerant sicut lege præscriptum est.

6. Perrexeruntque cursores cum epistolis ex regis imperio, & principum ejus, in universum Israël & Judam, juxta id, quod rex jusserat, prædicantes : Filii Israël revertimini ad Dominum Deum Abraham, & Isaac, & Israël : & revertetur ad reliquias, quæ effugerunt manum regis Assyriorum.

7. Nolite fieri sicut patres vestri & fratres, qui recesserunt à Domino Deo patrum suorum, qui tradidit eos in interitum, ut ipsi cernitis.

8. Nolite indurare cervices vestras, sicut patres vestri : tradite manus Domino, & venite ad sanctuarium ejus, quod sanctificavit in æternum : servite Domino Deo patrum vestrorum, & avertetur à vobis ira furoris ejus.

9. Si enim vos reversi fueritis ad Dominum : fratres vestri, & filii habebunt misericordiam coram dominis suis, qui illos duxerunt captivos, & revertentur in terram hanc : pius enim & clemens est Dominus Deus vester, & non avertet faciem suam à vobis, si reversi fueritis ad eum.

10. Igitur cursores pergebant velociter de civitate in civitatem, per terram Ephraim & Manasse usque ad Zabulon, illis irridentibus & subsannantibus eos.

11. Attamen quidam viri ex Aser, & Manasse, & Zabulon, acquiescentes consilio, venerunt Jerusalem.

12. In Juda verò facta est manus Domini ut daret eis cor unum, ut facerent juxta præceptum regis & principum, verbum Domini.

13. Congregatique sunt in Jerusalem populi multi, ut facerent solemnitatem azymorum, in mense secundo :

14. & surgentes destruxerunt altaria, quæ erant in Jerusalem, atque universa, in quibus idolis adolebatur incensum, subvertentes, projecerunt in torrentem Cedron.

15. Immolaverunt autem phase quarta decima die mensis secundi. Sacerdotes quoque atque Levitæ tandem sanctificati, obtulerunt holocausta in domo Domini :

16. steteruntque in ordine suo, juxta dispositionem & legem Moysi hominis Dei : sacerdotes verò suscipiebant effundendum sanguinem de manibus Levitarum,

17. eò quòd multa turba sanctificata non esset : & idcirco immolarent Levitæ phase his, qui non occurrerant sanctificari Domino.

18. Magna etiam pars populi de Ephraim, & Manasse, & Issachar, & Zabulon, quæ sanctificata non fuerat, comedit phase, non juxta quod scriptum est : & oravit pro eis Ezechias, dicens : Dominus bonus propitiabitur

19. cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum Deum patrum suorum : & non imputabit eis quòd minùs sanctificati sunt.

20. Quem exaudivit Dominus, & placatus est populo.

21. Feceruntque filii Israël, qui inventi sunt in Jerusalem, solemnitatem azymorum septem diebus in lætitia magna, laudantes Dominum per singulos dies : Levitæ quoque & sacerdotes, per organa, quæ suo officio congruebant.

22. Et locutus est Ezechias ad cor omnium Levitarum, qui habebant intelligentiam bonam super Domino : & comederunt septem diebus solemnitatis, immolantes victimas pacificorum, & laudantes Dominum Deum patrum suorum.

23. Placuitque universæ multitudini ut celebrarent etiam alios dies septem : quod & fecerunt cum ingenti gaudio.

24. Ezechias enim rex Juda præbuerat multitudini mille tauros, & septem millia ovium : principes verò dederant populo tauros mille, & oves decem millia : sanctificata est ergo sacerdotum plurima multitudo.

25. Et hilaritate perfusa omnis turba Juda, tam sacerdotum & Levitarum, quàm universæ frequentiæ, quæ venerat ex Israël ; proselytorum quoque de terra Israël, & habitantium in Juda.

26. Factaque est grandis celebritas in Jerusalem, qualis à diebus Salomonis filii David regis Israël in ea urbe non fuerat.

27. Surrexerunt autem sacerdotes atque Levitæ benedicentes populo : & exaudita est vox eorum : pervenitque oratio in habitaculum sanctum cœli.

CAPUT XXXI.

VULGATA NOVA.

1. CUmque hæc fuissent rite celebrata, egressus est omnis Israël, qui inventus fuerat in urbibus Juda, & fregerunt simulacra, succideruntque lucos, demoliti sunt excelsa, & altaria destruxerunt, non solùm de universo Juda & Benjamin, sed & de Ephraim quoque & Manasse, donec penitus everterent : reversique sunt omnes filii Israël in possessiones & civitates suas.

2. Ezechias autem constituit turmas sacerdotales & Leviticas per divisiones suas, unumquemque in officio proprio, tam sacerdotum videlicet quàm Levitarum, ad holocausta & pacifica, ut ministrarent & confiterentur, canerentque in portis castrorum Domini.

3. Pars autem regis erat, ut de propria ejus substantia offerretur holocaustum, manè semper & vespere : sabbatis quoque, & calendis, & solemnitatibus cæteris, sicut scriptum est in lege Moysi.

4. Præcepit etiam populo habitantium Jerusalem, ut darent partes sacerdotibus, & Levitis, ut possent vacare legi Domini.

5. Quod cùm percrebruisset in auribus multitudinis, plurimas obtulere primitias filii Israël frumenti, vini, & olei, mellis quoque : & omnium, quæ

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

gignit humus, decimas obtulerunt.

6. Sed & filii Iſraël & Juda, qui habitabant in urbibus Juda, obtulerunt decimas boum & ovium, decimaſque ſanctorum, quæ voverant Domino Deo ſuo: atque univerſa portantes, fecerunt acervos plurimos.

7. Menſe tertio cœperunt acervorum jacere fundamenta, & menſe ſeptimo compleverunt eos.

8. Cùmque ingreſſi fuiſſent Ezechias & principes ejus, viderunt acervos, & benedixerunt Domino ac populo Iſraël.

9. Interrogavitque Ezechias ſacerdotes & Levitas, cur ita jacêrent acervi.

10. Reſpondit illi Azarias ſacerdos primus de ſtirpe Sadoc, dicens: Ex quo cœperunt offerri primitiæ in domo Domini, comedimus, & ſaturati ſumus, & remanſerunt plurima, eò quòd benedixerit Dominus populo ſuo: reliquiarum autem copia eſt iſta, quam cernis.

11. Præcepit igitur Ezechias ut præpararent horrea in domo Domini. Quod cùm feciſſent,

12. intulerunt tam primitias, quàm decimas, & quæcunque voverant, fideliter. Fuit autem præfectus eorum Chonenias Levita, & Semei frater ejus, ſecundus,

13. poſt quem Jahiel, & Azarias, & Nahath, & Aſael, & Jerimoth, Jozabad quoque, & Eliel, & Jeſmachias, & Mahath, & Banaias, præpoſiti ſub manibus Choneniæ, & Semei fratris ejus, ex imperio Ezechiæ regis, & Azariæ pontificis domus Dei, ad quos omnia pertinebant.

14. Core verò filius Jemna Levites & janitor orientalis portæ, præpoſitus erat iis quæ ſponte offerebantur Domino, primitiiſque & conſecratis in Sancta ſanctorum.

15. Et ſub cura ejus Eden, & Benjamin, Jeſue, & Semeias, Amarias quoque & Sechenias, in civitatibus ſacerdotum, ut fideliter diſtribuerent fratribus ſuis partes, minoribus atque majoribus:

16. exceptis maribus ab annis tribus & ſupra, cunctis qui ingrediebantur templum Domini, & quidquid per ſingulos dies conducebat in miniſterio, atque obſervationibus juxta diviſiones ſuas,

17. ſacerdotibus per familias, & Levitis à vigeſimo anno & ſupra, per ordines & turmas ſuas,

18. univerſæque multitudini, tam uxoribus, quàm liberis eorum utriuſque ſexus, fideliter cibi, de his quæ ſanctificata fuerant, præbebantur.

19. Sed & filiorum Aaron per agros, & ſuburbana urbium ſingularum, diſpoſiti erant viri, qui partes diſtribuerent univerſo ſexui maſculino de ſacerdotibus & Levitis.

20. Fecit ergo Ezechias univerſa quæ diximus in omni Juda: operatuſque eſt bonum, & rectum, & verum, coram Domino Deo ſuo,

21. in univerſa cultura miniſterii domus Domini, juxta legem & cæremonias, volens requirere Deum ſuum in toto corde ſuo: fecitque & proſperatus eſt.

CAPUT XXXII.

VULGATA NOVA.

4. Reg. 18. 13. Eccli. 48. 20. Iſa. 36. 1.

1. POſt quæ & hujuſcemodi veritatem, venit Sennacherib rex Aſſyriorum, & ingreſſus Judam, obſedit civitates munitas, volens eas capere.

2. Quod cùm vidiſſet Ezechias, veniſſe ſcilicet Sennacherib, & totum belli impetum verti contra Jeruſalem,

3. inito cum principibus conſilio, viriſque fortiſſimis, ut obturarent capita fontium, qui erant extra urbem: & hoc omnium decernente ſententia,

4. congregavit plurimam multitudinem, & obturaverunt cunctos fontes, & rivum qui fluebat in medio terræ, dicentes: Ne veniant reges Aſſyriorum, & inveniant aquarum abundantiam.

5. Ædificavit quoque, agens induſtriè, omnem murum, qui fuerat diſſipatus, & exſtruxit turres deſuper, & forinſecus alterum murum: inſtauravitque Mello in civitate David, & fecit univerſi generis armaturam & clypeos:

6. conſtituitque principes bellatorum in exercitu: & convocavit univerſos in platea portæ civitatis, ac locutus eſt ad cor eorum, dicens:

7. Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nec paveatis regem Aſſyriorum, & univerſam multitudinem, quæ eſt cum eo: multò enim plures nobiſcum ſunt, quàm cum illo.

8. Cum illo enim eſt brachium carneum: nobiſcum Dominus Deus noſter, qui auxiliator eſt noſter, pugnatque pro nobis. Confortatuſque eſt populus hujuſcemodi verbis Ezechiæ regis Juda.

9. Quæ poſtquam geſta ſunt, miſit Sennacherib rex Aſſyriorum ſervos ſuos in Jeruſalem (ipſe enim cum univerſo exercitu obſidebat Lachis) ad Ezechiam regem Juda, & ad omnem populum qui erat in urbe, dicens:

10. Hæc dicit Sennacherib rex Aſſyriorum: In quo habentes fiduciam, ſedetis obſeſſi in Jeruſalem?

11. Num Ezechias decipit vos, ut tradat morti in fame & ſiti, affirmans quòd Dominus Deus veſter liberet vos de manu regis Aſſyriorum?

12. Nunquid non iſte eſt Ezechias, qui deſtruxit excelſa illius, & altaria, & præcepit Juda & Jeruſalem, dicens: Coram altari uno adorabitis, & in ipſo comburetis incenſum?

13. An ignoratis quæ ego fecerim, & patres mei, cunctis terrarum populis? nunquid prævaluerunt dii gentium, omniumque terrarum, liberare regionem ſuam de manu mea?

14. Quis eſt de univerſis diis gentium quas vaſtaverunt patres mei, qui potuerit eruere populum ſuum de manu mea, ut poſſit etiam Deus veſter eruere vos de hac manu?

15. Non vos ergo decipiat Ezechias, nec vana perſuaſione deludat, neque credatis ei. Si enim nullus potuit deus cunctarum gentium atque regnorum liberare populum ſuum de manu mea, & de manu patrum meorum, conſequenter nec Deus veſter poterit eruere vos de manu mea.

16. Sed & alia multa locuti ſunt ſervi ejus contra Dominum Deum, & contra Ezechiam ſervum ejus:

17. epiſtolas quoque ſcripſit plenas blaſphemiæ in Dominum Deum Iſraël, & locutus eſt adversùs eum: Sicut dii gentium cæterarum non potuerunt liberare populum ſuum de manu mea, ſic & Deus Ezechiæ eruere non poterit populum ſuum de manu iſta.

18. Inſuper & clamore magno, linguâ Judaicâ, contra populum, qui ſedebat in muris Jeruſalem, perſonabat, ut terreret eos, & caperet civitatem.

19. Locutuſque eſt contra Deum Jeruſalem, ſicut adversùm deos populorum terræ, opera manuum hominum.

20. Oraverunt igitur, Ezechias rex, & Iſaias filius Amos prophetes, adversùm hanc blaſphemiam, ac vociferati ſunt uſque in cœlum.

21. Et miſit Dominus angelùm, qui percuſſit om- *Tob. 1. 21.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

nem virum robuſtum, & bellatorem, & principem exercitus regis Aſſyriorum : reverſuſque eſt cum ignominia in terram ſuam. Cùmque ingreſſus eſſet domum dei ſui, filii qui egreſſi fuerant de utero ejus, interfecerunt eum gladio.

22. Salvavitque Dominus Ezechiam & habitatores Jeruſalem de manu Sennacherib regis Aſſyriorum, & de manu omnium, & præſtitit eis quietem per circuitum.

23. Multi etiam deferebant hoſtias & ſacrificia Domino in Jeruſalem, & munera Ezechiæ regi Juda : qui exaltatus eſt poſt hæc coram cunctis gentibus.

VERSIO ANTIQUA.

Fac. Herm. l. 6. ap. Sirm. t. 2. 573. b. 24. In diebus illis infirmatus eſt Ezechias uſque ad mortem.....

VULGATA NOVA.

24. In diebus illis ægrotavit Ezechias uſque ad mortem, & oravit Dominum : exaudivitque eum, & dedit ei ſignum. 4. *Regi* 20. 1. *Iſa.* 38, 1.

25. Sed non juxta beneficia, quæ acceperat, retribuit, quia elevatum eſt cor ejus : & facta eſt contra eum ira, & contra Judam & Jeruſalem.

Hilar. in Pſ. 118. 325. c. 26. Et cecidit Ezechias ab altitudine cordis ſui.....

26. Humiliatuſque eſt poſtea, eò quòd exaltatum fuiſſet cor ejus, tam ipſe, quàm habitatores Jeruſalem : & idcirco non venit ſuper eos ira Domini in diebus Ezechiæ.

VULGATA NOVA.

27. Fuit autem Ezechias dives, & inclytus valde, & theſauros ſibi plurimos congregavit argenti & auri & lapidis pretioſi, aromatum, & armorum univerſi generis, & vaſorum magni pretii.

28. Apothecas quoque frumenti, vini, & olei, & præſepia omnium jumentorum, caulaſque pecorum,

29. & urbes ædificavit ſibi : habebat quippe greges ovium & armentorum innumerabiles, eò quòd dediſſet ei Dominus ſubſtantiam multam nimis.

30. Ipſe eſt Ezechias, qui obturavit ſuperiorem fontem aquarum Gihon, & avertit eas ſubter ad occidentem urbis David : in omnibus operibus ſuis fecit proſperè quæ voluit.

31. Attamen in legatione principum Babylonis, qui miſſi fuerant ad eum, ut interrogarent de portento, quod acciderat ſuper terram, dereliquit eum Deus ut tentaretur, & nota fierent omnia quæ erant in corde ejus.

32. Reliqua autem ſermonum Ezechiæ, & miſericordiarum ejus, ſcripta ſunt in viſione Iſaiæ filii Amos prophetæ, & in libro regum Juda & Iſraël.

33. Dormivitque Ezechias cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum ſuper ſepulcra filiorum David : & celebravit ejus exequias univerſus Juda, & omnes habitatores Jeruſalem : regnavitque Manaſſes filius ejus pro eo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 24. Itidem Græcè.

℣. 26. Ita Græcè, niſi quòd pro *cecidit*, habetur ἐταπεινώθη, *humiliatus eſt.*

CAPUT XXXIII.

VULGATA NOVA.

4. Reg. 21. 1. 1. DUodecim annorum erat Manaſſes cùm regnare cœpiſſet, & quinquaginta quinque annis regnavit in Jeruſalem.

2. Fecit autem malum coram Domino, juxta abominationes gentium, quas ſubvertit Dominus coram filiis Iſraël :

3. & converſus inſtauravit excelſa, quæ demolitus fuerat Ezechias pater ejus : conſtruxitque aras Baalim, & fecit lucos, & adoravit omnem militiam cœli, & coluit eam.

4. Ædificavit quoque altaria in domo Domini, de *4. Reg. 7. 10.* qua dixerat Dominus : In Jeruſalem erit nomen meum in æternum.

5. Ædificavit autem ea cuncto exercitui cœli, in duobus atriis domus Domini.

6. Tranſireque fecit filios ſuos per ignem in Valle benennom : obſervabat ſomnia, ſectabatur auguria, maleficis artibus inſerviebat, habebat ſecum magos, & incantatores : multaque mala operatus eſt coram Domino, ut irritaret eum.

7. Sculptile quoque & conflatile ſignum poſuit in domo Dei, de qua locutus eſt Deus ad David, & ad Salomonem filium ejus, dicens : In domo hac & in Jeruſalem, quam elegi de cunctis tribubus Iſraël, ponam nomen meum in ſempiternum. 3. *Reg.* 8. 17.

8. Et moveri non faciam pedem Iſraël de terra, quam tradidi patribus eorum : ita duntaxat ſi cuſtodierint facere quæ præcepi eis, cunctamque legem & cæremonias, atque judicia per manum Moyſi.

9. Igitur Manaſſes ſeduxit Judam, & habitatores Jeruſalem, ut facerent malum ſuper omnes gentes, quas ſubverterat Dominus à facie filiorum Iſraël.

10. Locutuſque eſt Dominus ad eum, & ad populum illius, & attendere noluerunt.

VERSIO ANTIQUA.

Auct. op. imp. in Matth. hom. 1. 21. b. 11..... adduxit ſuper eum Deus principes virtutis regis Aſſur : & comprehenderunt Manaſſen in vinculis, & ligaverunt eum in compedibus, & perduxerunt eum in Babyloniam.

VULGATA NOVA.

11. Idcirco ſuperinduxit eis principes exercitus regis Aſſyriorum : ceperuntque Manaſſen, & vinctum catenis atque compedibus duxerunt in Babylonem.

VULGATA NOVA.

12..... 13. *Vide Not.* 12. Qui poſtquam coanguſtatus eſt, oravit Dominum Deum ſuum : & egit pœnitentiam valde coram Deo patrum ſuorum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. Ita primùm Auctor ille : *Cùm multa geſſiſſet impiè hic Manaſſes, adduxit ſuper eum*, &c. Græcè, Καὶ ἤγαγε Κύριος ἐπ' αὐτὸς τὸς, &c. ut in Lat. ſup. niſi quòd deeſt *eum*, poſt *perduxerunt.*

℣℣. 12. 13. Sic enarrare pergit idem Auctor, paulò liberiùs : *Et erat ligatus & catenatus in domo carceris, & da-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

13. Deprecatusque est eum, & obsecravit intentè: & exaudivit orationem ejus, reduxitque eum Jerusalem in regnum suum, & cognovit Manasses quòd Dominus ipse esset Deus.

14. Post hæc ædificavit murum extra civitatem David, ad occidentem Gihon in convalle, ab introitu portæ piscium per circuitum usque ad Ophel, & exaltavit illum vehementer: constituitque principes exercitus in cunctis civitatibus Juda munitis:

15. & abstulit deos alienos, & simulacrum de domo Domini; aras quoque, quas fecerat in monte domus Domini, & in Jerusalem, & projecit omnia extra urbem.

16. Porro instauravit altare Domini, & immolavit super illud victimas, & pacifica, & laudem: præcepitque Judæ ut serviret Domino Deo Israël.

17. Attamen adhuc populus immolabat in excelsis Domino Deo suo.

18. Reliqua autem gestorum Manasse: & obsecratio ejus ad Deum suum: verba quoque Videntium, qui loquebantur ad eum in nomine Domini Dei Israël, continentur in sermonibus regum Israël.

19. Oratio quoque ejus & exauditio, & cuncta peccata atque contemptus, loca etiam in quibus ædificavit excelsa, & fecit lucos & statuas, antequam ageret pœnitentiam, scripta sunt in sermonibus Hozai.

20. Dormivit ergo Manasses cum patribus suis, & sepelierunt eum in domo sua: regnavitque pro eo filius ejus Amon.

21. Viginti duorum annorum erat Amon cùm regnare cœpisset, & duobus annis regnavit in Jerusalem.

22. Fecitque malum in conspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater ejus: & cunctis idolis, quæ Manasses fuerat fabricatus, immolavit atque servivit.

23. Et non est reveritus faciem Domini, sicut reveritus est Manasses pater ejus: & multò majora deliquit.

24. Cùmque conjurassent adversùs eum servi sui, interfecerunt eum in domo sua.

25. Porro reliqua populi multitudo, cæsis iis, qui Amon percusserant, constituit regem Josiam filium ejus pro eo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

batur ei panis bordeaceus ad mensuram modicus, & aqua cum aceto modica ad mensuram, vt viveret tantùm, & erat constrictus in doloribus valde. Et ideo cùm vehementer affligeretur, quæsivit faciem Domini Dei sui, & oravit Deum qui omnibus adstat, & exaudivit Dominus vocem ejus, & misertus est ei. Et facta est circa eum flamma ignis, & liquefacta sunt omnia vincula ejus. Liberavitque Dominus Manassen ex omni tribulatione ejus, & reversus est in Jerusalem in regnum suum, & cognovit Dominum Manasses, dicens: Ipse est solus Deus. Et servivit soli Domino Deo in toto corde suo, & in tota anima sua omnibus diebus vitæ suæ. At in Græco multò pauciora, nempe seqq. Καὶ ὡς ἐθλίβη, ἐζήτησε τὸ πρόσωπον Θεοῦ τοῦ Κυρίου αὐτοῦ, καὶ ἐταπείνωθη σφόδρα ἀπὸ προσώπου Θεοῦ πατέρων αὐτοῦ. Καὶ προσηύξατο πρὸς αὐτόν· καὶ ἐπήκουσεν αὐτοῦ καὶ ἐπήκουσε τῆς βοῆς αὐτοῦ, καὶ ἐπέστρεψεν αὐτὸν εἰς Ἰερουσαλημ ἐπὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ ἔγνω Μανασσῆς ὅτι Κύριος αὐτός ἐστι Θεός. Quæ omnia satis respondent Vulgatæ.

CAPUT XXXIV.

VULGATA NOVA.

4. Reg. 22. 1.

1. OCto annorum erat Josias cùm regnare cœpisset, & triginta & uno anno regnavit in Jerusalem.

2. Fecitque quod erat rectum in conspectu Domini, & ambulavit in viis David patris sui: non declinavit neque ad dextram, neque ad sinistram.

3. Octavo autem anno regni sui, cùm adhuc esset puer, cœpit quærere Deum patris sui David: & duodecimo anno postquam regnare cœperat, mundavit Judam & Jerusalem ab excelsis, & lucis, simulacrisque & sculptilibus.

4. Destruxeruntque coram eo aras Baalim: & simulacra, quæ superposita fuerant, demoliti sunt: lucos etiam, & sculptilia succidit atque comminuit: & super tumulos eorum, qui eis immolare consueverant, fragmenta dispersit.

5. Ossa præterea sacerdotum combussit in altaribus idolorum, mundavitque Judam & Jerusalem.

6. Sed & in urbibus Manasse, & Ephraim, & Simeon, usque Nephthali, cuncta subvertit.

7. Cùmque altaria dissipasset, & lucos, & sculptilia contrivisset in frusta, cunctaque delubra demolitus esset de universa terra Israël, reversus est in Jerusalem.

8. Igitur anno octavo decimo regni sui, mundatâ jam terrâ, & templo Domini, misit Saphan filium Eseliæ, & Maasiam principem civitatis, & Joha filium Joachaz à commentariis, ut instaurarent domum Domini Dei sui.

9. Qui venerunt ad Helciam sacerdotem magnum: acceptamque ab eo pecuniam, quæ illata fuerat in domum Domini, & quam congregaverant Levitæ, & janitores, de Manasse, & Ephraim, & universis reliquiis Israël, ab omni quoque Juda, & Benjamin, & habitatoribus Jerusalem,

10. tradiderunt in manibus eorum, qui præerant operariis in domo Domini, ut instaurarent templum; & infirma quæque sarcirent.

11. At illi dederunt eam artificibus, & cæmentariis, ut emerent lapides de lapicidinis, & ligna ad commissuras ædificii, & ad contignationem domorum, quas destruxerant reges Juda.

12. Qui fideliter cuncta faciebant. Erant autem præpositi operantium, Jahath & Abdias de filiis Merari, Zacharias & Mosollam de filiis Caath, qui urgebant opus: omnes Levitæ scientes organis canere.

13. Super eos verò, qui ad diversos usus onera portabant, erant scribæ, & magistri de Levitis janitores.

14. Cùmque efferrent pecuniam, quæ illata fuerat in templum Domini, reperit Helcias sacerdos librum legis Domini per manum Moysi.

15. Et ait ad Saphan scribam: Librum legis inveni in domo Domini. Et tradidit ei.

16. At ille intulit volumen ad regem, & nunciavit ei, dicens: Omnia quæ dedisti in manu servorum tuorum, ecce complentur.

17. Argentum, quod repertum est in domo Domini, conflaverunt: datumque est præfectis artificum, & diversa opera fabricantium.

18. Præterea tradidit mihi Helcias sacerdos hunc librum. Quem cùm rege præsente recitasset,

19. audisset que ille verba legis, scidit vestimenta sua:

20. & præcepit Helciæ, & Ahicam filio Saphan, & Abdon filio Micha, Saphan quoque scribæ, & Asaæ servo regis, dicens:

21. Ite, & orate Dominum pro me, & pro reliquiis Israël & Juda, super universis sermonibus libri istius, qui repertus est: magnus enim furor Domini stillavit super nos, eò quòd non custodierint patres nostri verba Domini, ut facerent omnia quæ scrip-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ta ſunt in iſto volumine.

22. Abiit ergo Helcias, & hi qui ſimul à rege miſſi fuerant, ad Oldam prophetidem, uxorem Sellum filii Thecuath, filii Haſra cuſtodis veſtium : quæ habitabat in Jeruſalem in Secunda : & locuti ſunt ei verba, quæ ſupra narravimus.

23. At illa reſpondit eis : Hæc dicit Dominus Deus Iſraël : Dicite viro, qui miſit vos ad me :

24. Hæc dicit Dominus : Ecce ego inducam mala ſuper locum iſtum, & ſuper habitatores ejus, cunctaque maledicta, quæ ſcripta ſunt in libro hoc, quem legerunt coram rege Juda.

25. Quia dereliquerunt me, & ſacrificaverunt diis alienis, ut me ad iracundiam provocarent in cunctis operibus manuum ſuarum, idcirco ſtillabit furor meus ſuper locum iſtum, & non extinguetur.

26. Ad regem autem Juda, qui miſit vos pro Domino deprecando, ſic loquimini : Hæc dicit Dominus Deus Iſraël : Quoniam audiſti verba voluminis,

27. atque emollitum eſt cor tuum, & humiliatus es in conſpectu Dei, ſuper his quæ dicta ſunt contra locum hunc, & habitatores Jeruſalem, reverituſque faciem meam, ſcidiſti veſtimenta tua, & fleviſti coram me : ego quoque exaudivi te, dicit Dominus.

28. Jam enim colligam te ad patres tuos, & inferêris in ſepulcrum tuum in pace : nec videbunt oculi tui omne malum, quod ego inducturus ſum ſuper locum iſtum, & ſuper habitatores ejus. Retulerunt itaque regi cuncta quæ dixerat. 4. Reg. 23. 1.

29. At ille convocatis univerſis majoribus natu Juda & Jeruſalem,

30. aſcendit in domum Domini, unàque omnes viri Juda & habitatores Jeruſalem, ſacerdotes & Levitæ, & cunctus populus à minimo uſque ad maximum. Quibus audientibus in domo Domini, legit rex omnia verba voluminis :

31. & ſtans in tribunali ſuo, percuſſit fœdus coram Domino, ut ambularet poſt eum, & cuſtodiret præcepta, & teſtimonia, & juſtificationes ejus, in toto corde ſuo, & in tota anima ſua, faceretque quæ ſcripta ſunt in volumine illo, quod legerat.

32. Adjuravit quoque ſuper hoc omnes, qui reperti fuerant in Jeruſalem & Benjamin : & fecerunt habitatores Jeruſalem juxta pactum Domini Dei patrum ſuorum.

33. Abſtulit ergo Joſias cunctas abominationes de univerſis regionibus filiorum Iſraël : & fecit omnes, qui reſidui erant in Iſraël, ſervire Domino Deo ſuo. Cunctis diebus ejus non receſſerunt à Domino Deo patrum ſuorum.

CAPUT XXXV.

VULGATA NOVA.

4. Reg. 23. 21. 1. FEcit autem Joſias in Jeruſalem phaſe Domino, quod immolatum eſt quarta decima die menſis primi :

2. & conſtituit ſacerdotes in officiis ſuis, hortatuſque eſt eos ut miniſtrarent in domo Domini.

3. Levitis quoque, ad quorum eruditionem omnis Iſraël ſanctificabatur Domino, locutus eſt : Ponite arcam in ſanctuario templi, quod ædificavit Salomon filius David rex Iſraël, nequaquam enim eam ultra portabitis : nunc autem miniſtrate Domino Deo veſtro, & populo ejus Iſraël.

4. Et præparate vos per domos & cognationes veſtras, in diviſionibus ſingulorum, ſicut præcepit David rex Iſraël, & deſcripſit Salomon filius ejus.

5. Et miniſtrate in ſanctuario per familias turmaſque Leviticas,

6. & ſanctificati immolate phaſe : fratres etiam veſtros, ut poſſint juxta verba quæ locutus eſt Dominus in manu Moyſi facere, præparate.

7. Dedit præterea Joſias omni populo, qui ibi fuerat inventus in ſolemnitate phaſe, agnos & hœdos de gregibus, & reliqui pecoris triginta millia, boum quoque tria millia : hæc de regis univerſa ſubſtantia.

8. Duces quoque ejus, ſponte quod voverant, obtulerunt, tam populo, quàm ſacerdotibus & Levitis. Porro Helcias, & Zacharias, & Jahiel, principes domus Domini, dederunt ſacerdotibus ad faciendum phaſe pecora commixtim duo millia ſexcenta, & boves trecentos.

9. Chonenias autem, & Semeias, etiam Nathanael, fratres ejus, necnon Haſabias, & Jehiel, & Jozabad, principes Levitarum, dederunt cæteris Levitis ad celebrandum phaſe, quinque millia pecorum, & boves quingentos.

10. Præparatumque eſt miniſterium, & ſteterunt ſacerdotes in officio ſuo : Levitæ quoque in turmis, juxta regis imperium.

11. Et immolatum eſt phaſe : aſperſeruntque ſacerdotes manu ſua ſanguinem, & Levitæ detraxerunt pelles holocauſtorum :

12. & ſeparaverunt ea ut darent per domos & familias ſingulorum, & offerrentur Domino, ſicut ſcriptum eſt in libro Moyſi : de bobus quoque fecerunt ſimiliter.

13. Et aſſaverunt phaſe ſuper ignem, juxta quod in lege ſcriptum eſt : pacificas verò hoſtias coxerunt in lebetibus, & cacabis, & ollis, & feſtinatò diſtribuerunt univerſæ plebi :

14. ſibi autem, & ſacerdotibus poſtea paraverunt : nam in oblatione holocauſtorum & adipum uſque ad noctem ſacerdotes fuerunt occupati : unde Levitæ ſibi, & ſacerdotibus filiis Aaron paraverunt noviſſimis.

15. Porro cantores filii Aſaph ſtabant in ordine ſuo, juxta præceptum David, & Aſaph, & Heman, & Idithun, prophetarum regis : janitores verò per portas ſingulas obſervabant, ita ut nec puncto quidem diſcederent à miniſterio : quamobrem & fratres eorum Levitæ paraverunt eis cibos.

16. Omnis igitur cultura Domini rite completa eſt in die illa, ut facerent phaſe, & offerrent holocauſta ſuper altare Domini, juxta præceptum regis Joſiæ.

17. Feceruntque filii Iſraël, qui reperti fuerant ibi, phaſe in tempore illo, & ſolemnitatem azymorum ſeptem diebus.

18. Non fuit phaſe ſimile huic in Iſraël à diebus Samuelis prophetæ : ſed nec quiſquam de cunctis regibus Iſraël fecit phaſe ſicut Joſias, ſacerdotibus, & Levitis, & omni Judæ, & Iſraël qui repertus fuerat, & habitantibus in Jeruſalem.

19. Octavo decimo anno regni Joſiæ hoc phaſe celebratum eſt.

20. Poſtquam inſtauraverat Joſias templum, aſcendit Nechao rex Ægypti ad pugnandum in Charcamis juxta Euphraten : & proceſſit in occurſum ejus Joſias. 4. Reg. 23. 29.

21. At ille, miſſis ad eum nunciis, ait : Quid mihi & tibi eſt rex Juda ? non adversùm te hodie venio, ſed contra aliam pugno domum, ad quam me Deus feſtinatò ire præcepit : deſine adversùm Deum facere, qui mecum eſt, ne interficiat te.

22. Noluit Joſias reverti, ſed præparavit contra eum bellum, nec acquievit ſermonibus Nechao ex ore Dei : verùm perrexit ut dimicaret in campo

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Mageddo.

23. Ibique vulneratus à ſagittariis, dixit pueris ſuis : Educite me de prælio, quia oppidò vulneratus ſum.

24. Qui tranſtulerunt eum de curru in alterum currum, qui ſequebatur eum more regio, & aſportaverunt eum in Jeruſalem, mortuuſque eſt, & ſepultus in mauſoleo patrum ſuorum : & univerſus Juda & Jeruſalem luxerunt eum :

25. Jeremias maximè : cujus omnes cantores atque cantatrices, uſque in præſentem diem, lamentationes ſuper Joſiam replicant ; & quaſi lex obtinuit in Iſraël : Ecce ſcriptum fertur in lamentationibus.

26. Reliqua autem ſermonum Joſiæ & miſericordiarum ejus : quæ lege præcepta ſunt Domini ;

27. opera quoque illius prima & noviſſima : ſcripta ſunt in libro regum Juda & Iſraël.

CAPUT XXXVI.

VULGATA NOVA.

4. Reg. 23. 30. 1. TUlit ergo populus terræ Joachaz filium Joſiæ, & conſtituit regem pro patre ſuo in Jeruſalem.

2. Viginti trium annorum erat Joachaz cùm regnare cœpiſſet, & tribus menſibus regnavit in Jeruſalem.

3. Amovit autem eum rex Ægypti cùm veniſſet in Jeruſalem, & condemnavit terram centum talentis argenti, & talento auri.

4. Conſtituitque pro eo regem, Eliakim fratrem ejus, ſuper Judam & Jeruſalem : & vertit nomen ejus Joakim : ipſum verò Joachaz tulit ſecum, & abduxit in Ægyptum.

5. Viginti quinque annorum erat Joakim cùm regnare cœpiſſet, & undecim annis regnavit in Jeruſalem : fecitque malum coram Domino Deo ſuo.

6. Contra hunc aſcendit Nabuchodonoſor rex Chaldæorum, & vinctum catenis duxit in Babylonem.

7. Ad quam & vaſa Domini tranſtulit, & poſuit ea in templo ſuo.

8. Reliqua autem verborum Joakim, & abominationum ejus, quas operatus eſt, & quæ inventa ſunt in eo, continentur in libro regum Juda & Iſraël. Regnavit autem Joachin filius ejus pro eo.

9. Octo annorum erat Joachin cùm regnare cœpiſſet, & tribus menſibus, ac decem diebus regnavit in Jeruſalem, fecitque malum in conſpectu Domini.

10. Cùmque anni circulus volveretur, miſit Nabuchodonoſor rex, qui adduxerunt eum in Babylonem, aſportatis ſimul pretioſiſſimis vaſis domus Domini. Regem verò conſtituit Sedeciam patruum ejus ſuper Judam & Jeruſalem.

4. Reg. 24. 17. Jer. 37. 1.

11. Viginti & unius anni erat Sedecias cùm regnare cœpiſſet, & undecim annis regnavit in Jeruſalem.

12. Fecitque malum in oculis Domini Dei ſui, nec erubuit faciem Jeremiæ prophetæ, loquentis ad ſe ex ore Domini.

13. A rege quoque Nabuchodonoſor receſſit, qui adjuraverat eum per Deum : & induravit cervicem ſuam & cor, ut non reverteretur ad Dominum Deum Iſraël.

14. Sed & univerſi principes ſacerdotum, & populus, prævaricati ſunt iniquè juxta univerſas abominationes gentium, & polluerunt domum Domini, quam ſanctificaverat ſibi in Jeruſalem.

15. Mittebat autem Dominus Deus patrum ſuorum ad illos per manum nunciorum ſuorum, de nocte conſurgens, & quotidie commonens : eò quòd parceret populo, & habitaculo ſuo.

16. At illi ſubſannabant nuncios Dei, & parvipendebant ſermones ejus, illudebantque prophetis, donec aſcenderet furor Domini in populum ejus, & eſſet nulla curatio.

17. Adduxit enim ſuper eos regem Chaldæorum, & interfecit juvenes eorum gladio in domo ſanctuarii ſui : non eſt miſertus adoleſcentis, & virginis, & ſenis, nec decrepiti quidem, ſed omnes tradidit in manibus ejus.

18. Univerſaque vaſa domus Domini, tam majora, quàm minora, & theſauros templi, & regis, & principum, tranſtulit in Babylonem. 4. Reg. 25. 14. 15.

19. Incenderunt hoſtes domum Dei, deſtruxeruntque murum Jeruſalem, univerſas turres combuſſerunt, & quidquid pretioſum fuerat, demoliti ſunt.

20. Si quis evaſerat gladium, ductus in Babylonem ſervivit regi, & filiis ejus, donec imperaret rex Perſarum,

21. & compleretur ſermo Domini ex ore Jeremiæ, & celebraret terra ſabbata ſua : cunctis enim diebus deſolationis egit ſabbatum, uſque dum complerentur ſeptuaginta anni.

22. Anno autem primo Cyri regis Perſarum, ad explendum ſermonem Domini, quem locutus fuerat per os Jeremiæ, ſuſcitavit Dominus ſpiritum Cyri regis Perſarum : qui juſſit prædicari in univerſo regno ſuo, etiam per ſcripturam, dicens : 1. Eſd. 1. 1. & 6. 3. Jer. 25. 12. & 29. 10.

23. Hæc dicit Cyrus rex Perſarum : Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli, & ipſe præcepit mihi ut ædificarem ei domum in Jeruſalem, quæ eſt in Judæa : quis ex vobis eſt in omni populo ejus ? ſit Dominus Deus ſuus cum eo, & aſcendat.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugenſi.

LIBER PARALIPOMENON SECUNDUS.

CAP. I. ℣. 1. Et Dominus Deus ejus erat cum eo. *Non omittas* Deus ejus.

℣. 17. Similiter de univerſis regnis Hethæorum. *Alii codices ſcribunt* Cethæorum, *vide* 3. *Reg.* 11. ℣. 2.

CAP. II. ℣. 10. Et hordei coros totidem, & vini viginti millia metretas. *Mirum eſt omitti à pleriſque libris illud*, & vini viginti millia metretas, *contra Hebraïci fontis & Græcæ interpretationis fidem.*

℣. 14. Qui novit operari in auro, &c. & qui ſcit cælare omnem ſculpturam, &c. *Præferendi ſunt indicativi* novit & ſcit, *conjunctivis* noverit, ſciat.

℣. 18. Qui lapides in montibus cæderent. *Præferenda eſt præpoſitio* in *præpoſitioni* de.

CAP. IV. ℣. 7. Secundùm ſpeciem qua juſſa erant fieri. *Non mutes duas voculas plurales* juſſa erant, *cum una ſingulari* juſſerat.

℣. 13. Malogranata quoque quadringenta. *Quidam malè mutatis centenariis in denarios, ſcribunt* quadraginta, *pro* quadringenta.

CAP. V. ℣. 14. Nec poſſent ſtare ſacerdotes. *Non eſt mutandum* nec *negantis, cum* ne *prohibentis.*

CAP. VI. ℣. 9. Sed non tu ædificabis domum, verùm filius tuus. *Malè quidam legunt compoſitum* veruntamen, *pro ſimplici* verùm.

Digitized by Google

℣. 16. Ita tamen si custodierint filii tui vias suas. *Retinendum est pronomen tertiæ personæ* suas, *non substituendum pronomen primæ* meas.

℣. 19. Et audias preces quas fundit famulus tuus coram te. *Præsens* fundit, *non est mutandum cum præterito* fudit.

℣. 42. Ne averteris faciem Christi tui. *Alii scribunt*, averseris *ab aversor*, *pro* averteris *ab averto*.

Cap. VII. ℣. 18. Non auferetur de stirpe tua vir, qui sit princeps in Israël. *Non est repetenda negatio ante verbum* sit: Qui non sit.

℣. 20. Quam sanctificavi nomini meo. *Non scribas* ædificavi, *pro* sanctificavi, *quod est*, *dedicavi*.

Cap. IX. ℣. 29. Reliqua verò operum Salomonis priorum & novissimorum. *Non potest scribi* opera *nominativo casu*, *absque offensa grammatices*.

Cap. X. ℣. 10. At illi respondérunt ut juvenes. *Interpres addidit* ut, *tametsi Hebraïcè non legatur*.

Cap. XI. ℣. 4. Revertatur unusquisque in domum suam, quia mea hoc gestum est voluntate. *Immeritò versiculus iste à quibusdam omittitur*.

℣. 12. Sed & in singulis urbibus fecit armamentarium scutorum & hastarum. *Non est mutandum singulare* armamentarium, *cum plurali* armamentaria.

Cap. XII. ℣. 12. Siquidem & in Juda inventa sunt opera bona. *Non est omittendum* & *pro* etiam *positum*.

Cap. XIII. ℣. 3. Electorum quadringenta millia: Jeroboam instruxit econtra aciem, octingenta millia virorum. *Quidam pro centenariis denarios numerantes*, *scribunt* quadraginta & octoginta millia, *abterriti multitudine*.

℣. 17. Et corruerunt vulnerati ex Israël, quingenta millia virorum fortium. *Ut in superiori loco*, *ita nec hoc*, *mutandus est numerus major* quingenta, *in minorem* quinquaginta.

Cap. XIV. ℣. 8. Ducenta & octoginta millia. *Non minuas numerum denario*, *pro* octoginta *scribens* septuaginta.

Cap. XV. ℣. 1. Azarias autem filius Oded. *Quia nomen* Obed, *scriptum quatuor litteris à se mutuò diversis*, *longè celebrius est in Veteris Testamenti libris*, *quàm nomen* Oded, *quod constat* d *littera repetita*, *idcirco quidam hic* Oded *commutarunt cum* Obed. *Idem accidit infra*, ℣. 8.

℣. 4. Cùmque reversi fuerint in angustia sua. *Quod subjiciunt quidam* & clamaverint, *superfluum est*.

℣. 19. Bellum verò non fuit usque ad trigesimum quintum annum regni Asa. *Non est omittendus minor numerus* quintum.

Cap. XVI. ℣. 2. Qui habitabat in Damasco. *Alii*, *additâ unâ litterâ* r, Darmasco *scribunt*, *ut supra* 1. *Paralip.* 18. ℣. 5.

℣. 8. Quos, cùm Domino credidisses, tradidit in manu tua. *Non addas* in *præpositionem ante* Domino, *ut alii*.

℣. 13. Et mortuus est anno quadragesimo primo regni sui. *Non est auferendus minor numerus* primo, *quod quidam faciunt*.

Cap. XVII. ℣. 14. In Juda principes exercitus. *Non est mutandum* principes *numeri pluralis*, *cum* princeps *singulari*.

Cap. XVIII. ℣. 2. Et populo qui venerat cum eo. *Non scribas plurali numero* venerant.

℣. 4. Dixitque Josaphat. *Non omittas conjunctionem* que.

Cap. XX. ℣. 15. Et qui habitatis Jerusalem. *Non addas præpositionem* in *ante* Jerusalem.

℣. 16. Cras descendetis contra eos. *Retinendum est* descendetis, *deorsum inquam*, *non supponendum* ascendetis *sursum*.

℣. 24. Porro Juda cùm venisset ad speculam. *Pro* speculam, *quod significat locum unde licebat speculari*, *alii ineptè correxerunt* spelunca m, *quod est*, *cavernam*.

℣. 36. Et particeps fuit ut facerent naves. *Non mutes plurale cum singulari* faceret.

Cap. XXI. ℣. 3. Multa munera argenti & auri & pensitationes. *Alii*, *detractâ unâ syllabâ*, *scribunt* pensationes: *significatur id quod*, *detractâ & alterâ syllabâ*, *vulgò dicitur* pensiones.

℣. 4. Surrexit ergo Joram. *Non mutes* ergo *cum* autem.

Cap. XXIII. ℣. 8. Cum his qui impleverant sabbatum, & egressuri erant. *Non est mutandum participium futurum* egressuri, *in participium præteritum* egressi.

℣. 11. Et imposuerunt ei diadema & testimonium, dederuntque in manu ejus tenendam legem. *Tametsi multi Latinorum codicum omittant illud*, & testimonium, *quidam verò ejus loco omittant id quod sequitur*, dederuntque in manu ejus tenendam legem, *neutrum tamen omittendum censuerunt Correctores*, *ut unum alterius*, *id est*, *posterius prioris expositionem*.

℣. 18. Sicut scriptum est in lege Moysi. *Non est scribendum* libro *pro* lege.

Cap. XXIV. ℣. 5. Ad sartatecta templi Dei vestri. *Non est mutandum pronomen secundæ personæ in primæ* nostri.

℣. 8. Juxta portam domûs Domini. *Non oportet omittere nomen* domûs.

℣. 14. Et ad holocausta. *Non auferas conjunctionem* & *præpositam*.

℣. 23. Miserunt regi in Damascum. *Alii* Darmascum, *ut supra* 16. ℣. 2. & *ubique in his Paralipomenon libris*.

Cap. XXV. ℣. 1. Nomen matris ejus Joadan. *Non scribas* Joiadan, *additâ litterâ* i.

℣. 5. Invenitque trecenta millia juvenum. *Non diminuas numerum*, *decades pro centuriis numerando*, triginta *pro* trecentis.

Cap. XXVI. ℣. 17. Et cum eo sacerdotes Domini octoginta. *Nec hic minuas numerum denario*, *scribens* septuaginta *pro* octoginta.

Cap. XXVIII. ℣. 9. Propheta Domini nomine Oded. *Et hic scribendum est* Oded, *repetito* d, *non* Obed, *quemadmodum supra* 15. ℣. 1.

℣. 12. Et Amasa filius Adali. *Nomen* Amasa *non augeas quarta syllabâ*, Amasias.

Cap. XXIX. ℣. 3. Ipse anno & mense primo regni sui. *Non mutes nominativum* ipse *in ablativum* ipso.

℣. 4. Et congregavit eos in plateam orientalem. *Nomen* plateam *non mutes in* partem *seu latus*.

℣. 24. Et asperserunt sanguinem eorum coram altare. *Non facilè omittendum est* coram.

℣. 25. Secundùm dispositionem David regis & Gad Videntis. *Non transponas nomen* regis *è suo loco in ultimum*, *tametsi ultimo loco legatur Hebraïcè*.

℣. 27. Quæ David rex Israël præparaverat. *Alii pro* præparaverat, *legunt* repererat: *nam Hebraïcè nihil aliud est quàm* Davidis regis Israël.

℣. 30. Qui laudaverunt eum. *Nec omittas pronomen* eum, *nec ejus loco scribas* Deum.

Cap. XXX. ℣. 3. Non enim potuerant facere in tempore suo. *Non mutes* potuerant *in* occurrerant, *ut multi*.

℣. 7. Qui tradidit eos. *Non est mutandum* qui *relativum*, *cum* & *conjunctione*.

℣. 24. Ezechias enim rex Juda. *Conjunctio* enim *rationalis*, *non est mutanda in continuativam* autem.

Cap. XXXII. ℣. 15. Cunctarum gentium atque regnorum. *Scribendum est* regnorum, *non* regionum, *quod est provinciarum*.

℣. 19. Locutusque est contra Deum Jerusalem. *Non mutes nomen urbis* Jerusalem, *cum nomine gentis* Israël.

℣. 29. Et urbes ædificavit sibi. *Non addas certum urbium numerum* sex.

Cap. XXXIII. ℣. 8. Et moveri non faciam pedem Israël de terra. *Pro passivo* moveri, *non supponas activum* movere.

Ibidem. Atque judicia per manum Moysi. *Non interponas* quæ mandavi, *sed subaudias*.

Cap. XXXIV. ℣. 3. Et duodecimo anno postquam regnare cœperat. *Non omittas infinitivum* regnare, *quem Interpres cum LXX. addidit claritatis causâ*.

℣. 4. Et super tumulos eorum. *Cave ne scribas* cumulos *seu acervos*, *pro* tumulos, *quod est*, sepulcra.

Cap. XXXV. ℣. 8. Sponte quod voverant obtulerunt. *Quidam pro* voverant *scribunt* volebant.

℣. 9. Et Semeias, etiam Nathanael. *Alii*, Et Semeias etiam & Nathanael.

℣. 15. Prophetarum regis. *Retinendus est numerus pluralis* prophetarum, *non mutandus cum singulari* prophetæ, *nec addendum* David *nomini* regis.

Cap. XXXVI. ℣. 8. Et quæ inventa sunt in eo. *Participium neutrum* inventa, *non est commutandum cum femininо* inventæ.

℣. 10. Qui adduxerunt eum in Babylonem. *Non interponas* & : Qui & adduxerunt.

Ibidem. Regem verò constituit Sedeciam patruum ejus. *Retinendum est nomen* patruum, *quod est*, *patris fratrem*: *sic enim rectè expositit Interpres*, *quod Hebraïcè legitur* fratrem.

℣. 17. In domo sanctuarii sui. *Non omittas pronomen* sui.

Digitized by Google

Variæ Lectiones VULGATÆ, rursum ab eodem FRANCISCO LUCA obsevatæ.

LIBER PARALIPOMENON SECUNDUS.

CAP. XVII. ℣. 13. Et multa opera paravit in urbibus Juda. *Quidam conjiciunt legendum esse* patravit, *quod est, construxit.*

CAP. XIX. ℣. 11. Et erit Dominus vobiscum in bonis. *Vetera Mss. etiam Epanorthotæ, legunt*, Et erit Dominus cum bonis, *Hebræo & Græco consentaneè.*

CAP. XXII. ℣. 7. Et cùm veniſſet, & egrederetur. *Clariùs quidam libri emittunt posterius &c.*

SUMMA CAPITA LIBRI I. ESDRÆ,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Verſioni antiquæ ſatis reſpondeant.

CAP. I. *CYrus divinitus inſpiratus, redditis vaſis templi Salomonis 5400. captivitatem Iſraëlitis relaxat, concedens templi readificationem.*

CAP. II. *Numerus revertentium duce Zorobabel è captivitate Babylonica in Jeruſalem, ac donorum in readificationem templi oblatorum.*

CAP. III. *Convocato populo in Jeruſalem, exſtruitur altare, ſuper quo victimæ offeruntur; celebratur quoque ſeptem diebus feſtum tabernaculorum: & ſecundo reverſionis anno templum fundatur, populo vociferante, partim ex gaudio, partim ex fletu.*

CAP. IV. *Iſraëlis hoſtes, qui ab Aſſur miſſi fuerant ad inhabitandas urbes Samariæ, impediunt templi & urbis inſtaurationem, quòd non admitterentur ut ſimul ædificarent; & uſque ad ſecundum Darii annum intermitti procurant.*

CAP. V. *Aggæi & Zachariæ exhortatione templi ædificatio repetitur, fruſtra conantibus hoc impedire principibus, qui trans flumen in Samaria conſtituti erant à rege Aſſyriorum.*

CAP. VI. *Darius Cyri decretum de templo exſtruendo in bibliotheca ſua inventum jubet compleri, ſuppeditato ſumptu: templum autem ſexto Darii anno abſolutum, cum ingenti lætitia, plurimiſque victimis dedicatur, ac paſcha ſeptem diebus celebratur.*

CAP. VII. *Eſdras ſcriba, aſſumptis comitibus, Jeruſalem aſcendit, cum edicto regis magniſque muneribus, legem Dei docturus, populumque recturus; & refertur regis edictum.*

CAP. VIII. *Recenſentur qui de Babylone aſcenderunt cum Eſdra: qui indicto jejunio pro directione itineris Deum precantes, proſperè perveniunt in Jeruſalem, ac vaſa quæ ſecum attulerunt, in templum afferunt cum victimis.*

CAP. IX. *Audiens Eſdras Judæos matrimonia contraxiſſe cum gentibus, ſcindit veſtimenta ſua, & populi peccata confitetur, lugetque coram Domino.*

CAP. X. *Eſdras, convocatis univerſis filiis tranſmigrationis, præcepit repudiari uxores alienigenas: quod cùm ſe facturos ſpopondiſſent, recenſentur qui huic operi præſint, & qui hujuſmodi matrimonia contraxerant.*

Digitized by Google

LIBER PRIMUS
ESDRÆ.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.

2. Par. 36. 22. Jer. 25. 12. & 29. 10.

1. IN anno primo Cyri regis Perſarum, ut compleretur verbum Domini ex ore Jeremiæ, ſuſcitavit Dominus ſpiritum Cyri regis Perſarum: & traduxit vocem in omni regno ſuo, etiam per ſcripturam, dicens:

2. Hæc dicit Cyrus rex Perſarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli, & ipſe præcepit mihi ut ædificarem ei domum in Jeruſalem, quæ eſt in Judæa.

3. Quis eſt in vobis de univerſo populo ejus? Sit Deus illius cum ipſo. Aſcendat in Jeruſalem, quæ eſt in Judæa, & ædificet domum Domini Dei Iſraël, ipſe eſt Deus qui eſt in Jeruſalem.

4. Et omnes reliqui in cunctis locis ubicunque habitant, adjuvent eum viri de loco ſuo, argento & auro, & ſubſtantia, & pecoribus, excepto quod voluntariè offerunt templo Dei, quod eſt in Jeruſalem.

5. Et ſurrexerunt principes patrum de Juda, & Benjamin, & ſacerdotes, & Levitæ, & omnis cujus Deus ſuſcitavit ſpiritum, ut aſcenderent ad ædificandum templum Domini, quod erat in Jeruſalem.

6. Univerſique qui erant in circuitu, adjuverunt manus eorum in vaſis argenteis & aureis, in ſubſtantia & jumentis, in ſupellectili, exceptis his, quæ ſponte obtulerant.

7. Rex quoque Cyrus protulit vaſa templi Domini, quæ tulerat Nabuchodonoſor de Jeruſalem, & poſuerat ea in templo dei ſui.

8. Protulit autem ea Cyrus rex Perſarum per manum Mithridatis filii Gazabar, & annumeravit ea Saſſabaſar principi Juda.

9. Et hic eſt numerus eorum: Phialæ aureæ triginta, phialæ argenteæ mille, cultri viginti novem, ſcyphi aurei triginta,

10. ſcyphi argentei ſecundi quadringenti decem: vaſa alia mille.

11. Omnia vaſa aurea & argentea, quinque millia quadringenta: univerſa tulit Saſſabaſar, cum his qui aſcendebant de tranſmigratione Babylonis in Jeruſalem.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

2. Eſd. 7. 6.

1. HI ſunt autem provinciæ filii, qui aſcenderunt de captivitate, quam tranſtulerat Nabuchodonoſor rex Babylonis in Babylonem, & reverſi ſunt in Jeruſalem & Judam, unuſquiſque in civitatem ſuam.

2. Qui venerunt cum Zorobabel, Joſue, Nehemia, Saraia, & Rahelaia, Mardochai, Belſan, Meſphar, Beguai, Rehum, Baana. Numerus virorum populi Iſraël:

3. Filii Pharos, duo millia centum ſeptuaginta duo.

4. Filii Sephatia, trecenti ſeptuaginta duo.

5. Filii Area, ſeptingenti ſeptuaginta quinque.

6. Filii Phahath Moab, filiorum Joſue: Joab, duo millia octingenti duodecim.

7. Filii Ælam, mille ducenti quinquaginta quatuor.

8. Filii Zethua, nongenti quadraginta quinque.

9. Filii Zachai, ſeptingenti ſexaginta.

10. Filii Bani, ſexcenti quadraginta duo.

11. Filii Bebai, ſexcenti viginti tres.

12. Filii Azgad, mille ducenti viginti duo.

13. Filii Adonicam, ſexcenti ſexaginta ſex.

14. Filii Beguai, duo millia quinquaginta ſex.

15. Filii Adin, quadringenti quinquaginta quatuor.

16. Filii Ather, qui erant ex Ezechia, nonaginta octo.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

17. Filii Besai, trecenti viginti tres.
18. Filii Jora, centum duodecim.
19. Filii Hasum, ducenti viginti tres.
20. Filii Gebbar, nonaginta quinque.
21. Filii Bethlehem, centum viginti tres.
22. Viri Netupha, quinquaginta sex.
23. Viri Anathoth, centum viginti octo.
24. Filii Azmaveth, quadraginta duo.
25. Filii Cariathiarim, Cephira, & Beroth, septingenti quadraginta tres.
26. Filii Rama & Gabaa, sexcenti viginti unus.
27. Viri Machmas, centum viginti duo.
28. Viri Bethel & Hai, ducenti viginti tres.
29. Filii Nebo, quinquaginta duo.
30. Filii Megbis, centum quinquaginta sex.
31. Filii Ælam alterius, mille ducenti quinquaginta quatuor.
32. Filii Harim, trecenti viginti.
33. Filii Lod, Hadid, & Ono, septingenti viginti quinque.
34. Filii Jericho, trecenti quadraginta quinque.
35. Filii Senaa, tria millia sexcenti triginta.
36. Sacerdotes: Filii Jadaia in domo Josue, nongenti septuaginta tres.
37. Filii Emmer, mille quinquaginta duo.
38. Filii Pheshur, mille ducenti quadraginta septem.
39. Filii Harim, mille decem & septem.
40. Levitæ: Filii Josue & Cedmihel filiorum Odoviæ, septuaginta quatuor.
41. Cantores: Filii Asaph, centum viginti octo.
42. Filii janitorum: filii Sellum, filii Ater, filii Telmon, filii Accub, filii Hatita, filii Sobai: universi centum triginta novem.
43. Nathinæi: filii Siha, filii Hasupha, filii Tabbaoth,
44. filii Ceros, filii Siaa, filii Phadon,
45. filii Lebana, filii Hagaba, filii Accub,
46. filii Hagab, filii Semlai, filii Hanan,
47. filii Gaddel, filii Gaher, filii Raaia,
48. filii Rasin, filii Necoda, filii Gazam,
49. filii Aza, filii Phasea, filii Besee,
50. filii Asena, filii Munim, filii Nephusim,
51. filii Bacbuc, filii Hacupha, filii Harhur,
52. filii Besluth, filii Mahida, filii Harsa,
53. filii Bercos, filii Sisara, filii Thema,
54. filii Nasia, filii Hatipha,
55. filii servorum Salomonis, filii Sotai, filii Sopheret, filii Pharuda,
56. filii Jala, filii Dercon, filii Geddel,
57. filii Saphatia, filii Hatil, filii Phochereth, qui erant de Asebaim, filii Ami:
58. omnes Nathinæi, & filii servorum Salomonis, trecenti nonaginta duo.
59. Et hi qui ascenderunt de Thelmala, Thelharsa, Cherub, & Adon, & Emer: & non potuerunt indicare domum patrum suorum & semen suum, utrum ex Israël essent.
60. Filii Dalaia, filii Tobia, filii Necoda, sexcenti quinquaginta duo.
61. Et de filiis sacerdotum: Filii Hobia, filii Accos, filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis uxorem, & vocatus est nomine eorum:
62. hi quæsierunt scripturam genealogiæ suæ, & non invenerunt, & ejecti sunt de sacerdotio.
63. Et dixit Athersatha eis, ut non comederent de Sancto sanctorum, donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus. *2. Esd. 7. 65.*
64. Omnis multitudo quasi unus, quadraginta duo millia trecenti sexaginta:
65. exceptis servis eorum, & ancillis, qui erant septem millia trecenti triginta septem: & in ipsis cantores atque cantatrices ducenti.
66. Equi eorum, septingenti triginta sex, muli eorum, ducenti quadraginta quinque,
67. cameli eorum, quadringenti triginta quinque, asini eorum, sex millia septingenti viginti.
68. Et de principibus patrum, cùm ingrederentur templum Domini, quod est in Jerusalem, sponte obtulerunt in domum Dei ad exstruendam eam in loco suo.
69. Secundùm vires suas dederunt impensas operis, auri solidos sexaginta millia & mille, argenti mnas quinque millia, & vestes sacerdotales centum.
70. Habitaverunt ergo sacerdotes, & Levitæ, & de populo, & cantores, & janitores, & Nathinæi, in urbibus suis, universusque Israël in civitatibus suis.

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. JAmque venerat mensis septimus, & erant filii Israël in civitatibus suis: congregatus est ergo populus quasi vir unus in Jerusalem.
2. Et surrexit Josue filius Josedec, & fratres ejus sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres ejus, & ædificaverunt altare Dei Israël, ut offerrent in eo holocautomata, sicut scriptum est in lege Moysi viri Dei.
3. Collocaverunt autem altare Dei super bases suas, deterrentibus eos per circuitum populis terrarum, & obtulerunt super illud holocaustum Domino manè & vespere.
4. Feceruntque solemnitatem tabernaculorum, sicut scriptum est, & holocaustum diebus singulis per ordinem secundùm præceptum, opus diei in die suo.
5. Et post hæc holocaustum juge, tam in Calendis quàm in universis solemnitatibus Domini, quæ erant consecratæ, & in omnibus in quibus ultro offerebatur munus Domino.
6. A primo die mensis septimi cœperunt offerre holocaustum Domino: porro templum Dei nondum fundatum erat.
7. Dederunt autem pecunias latomis & cæmentariis: cibum quoque, & potum, & oleum, Sidoniis Tyriisque, ut deferrent ligna cedrina de Libano ad mare Joppe, juxta quod præceperat Cyrus rex Persarum eis.
8. Anno autem secundo adventus eorum ad templum Dei in Jerusalem, mense secundo, cœperunt Zorobabel filius Salathiel, & Josue filius Josedec, & reliqui de fratribus eorum sacerdotes, & Levitæ, & omnes qui venerant de captivitate in Jerusalem, & constituerunt Levitas à viginti annis & supra, ut urgerent opus Domini.
9. Stetitque Josue & filii ejus, & fratres ejus, Cedmihel & filii ejus, & filii Juda, quasi vir unus, ut instarent super eos qui faciebant opus in templo Dei: filii Henadad, & filii eorum, & fratres eorum Levitæ.
10. Fundato igitur à 10..... *Vide Not.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Eò spectant quæ ait Tertul. l. de corona mil. c. 9. 291. b. *Populus Dei cum tympanis & tibiis & psalteriis revertens de captivitate Babyloniæ, quam cum coronis*, &c. Vide Hilar. in Ps. 126. p. 415. c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

cæmentariis templo Domini, ſteterunt ſacerdotes in ornatu ſuo cum tubis: & Levitæ filii Aſaph in cymbalis, ut laudarent Deum per manus David regis Iſraël.

11. Et concinebant in hymnis & confeſſione Domino: Quoniam bonus, quoniam in æternum miſericordia ejus ſuper Iſraël. Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum, eò quòd fundatum eſſet templum Domini:

12. plurimi etiam de ſacerdotibus & Levitis, & principes patrum, & ſeniores, qui viderant templum prius cùm fundatum eſſet, & hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna: & multi vociferantes in lætitia, elevabant vocem.

13. Nec poterat quiſquam agnoſcere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus populi: commixtim enim populus vociferabatur clamore magno, & vox audiebatur procul.

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. AUdierunt autem hoſtes Judæ & Benjamin, quia filii captivitatis ædificarent templum Domino Deo Iſraël:

2. & accedentes ad Zorobabel, & ad principes patrum, dixerunt eis: Ædificemus vobiſcum, quia ita ut vos, quærimus Deum veſtrum: ecce nos immolavimus victimas à diebus Aſor Haddan regis Aſſur, qui adduxit nos huc.

3. Et dixit eis Zorobabel, & Joſue, & reliqui principes patrum Iſraël: Non eſt vobis & nobis ut ædificemus domum Deo noſtro, ſed nos ipſi ſoli ædificabimus Domino Deo noſtro, ſicut præcepit nobis Cyrus rex Perſarum.

4. Factum eſt igitur, ut populus terræ impediret manus populi Judæ, & turbaret eos in ædificando.

5. Conduxerunt autem adversùs eos conſiliatores, ut deſtruerent conſilium eorum omnibus diebus Cyri regis Perſarum, & uſque ad regnum Darii regis Perſarum.

6. In regno autem Aſſueri, in principio regni ejus, ſcripſerunt accuſationem adversùs habitatores Judæ & Jeruſalem.

7. Et in diebus Artaxerxis ſcripſit Beſelam Mithridates, & Thabeel, & reliqui qui erant in conſilio eorum, ad Artaxerxem regem Perſarum: epiſtola autem accuſationis ſcripta erat Syriacè, & legebatur ſermone Syro.

8. Reum Beelteem, & Samſai ſcriba, ſcripſerunt epiſtolam unam de Jeruſalem Artaxerxi regi, hujuſcemodi:

9. Reum Beelteem, & Samſai ſcriba, & reliqui conſiliatores eorum, Dinæi, & Apharſathachæi, Terphalæi, Apharſæi, Erchuæi, Babylonii, Suſanechæi, Dievi, & Ælamitæ,

10. & cæteri de gentibus, quas tranſtulit Aſenaphar magnus & glorioſus: & habitare eas fecit in civitatibus Samariæ, & in reliquis regionibus trans flumen in pace:

11. (Hoc eſt exemplar epiſtolæ, quam miſerunt ad eum:) Artaxerxi regi, ſervi tui, viri qui ſunt trans fluvium, ſalutem dicunt.

12. Notum ſit regi, quia Judæi, qui aſcenderunt à te ad nos, venerunt in Jeruſalem civitatem rebellem & peſſimam, quam ædificant, exſtruentes muros ejus, & parietes componentes.

13. Nunc igitur notum ſit regi, quia ſi civitas illa ædificata fuerit, & muri ejus inſtaurati, tributum, & vectigal, & annuos reditus non dabunt, & uſque ad reges hæc noxa perveniet.

14. Nos autem memores ſalis, quod in palatio comedimus, & quia læſiones regis videre nefas ducimus, idcirco miſimus, & nunciavimus regi,

15. ut recenſeas in libris hiſtoriarum patrum tuorum, & invenies ſcriptum in commentariis: & ſcies quoniam urbs illa, urbs rebellis eſt, & nocens regibus & provinciis, & bella concitantur in ea ex diebus antiquis: quam ob rem & civitas ipſa deſtructa eſt.

16. Nunciamus nos regi, quoniam ſi civitas illa ædificata fuerit, & muri ipſius inſtaurati, poſſeſſionem trans fluvium non habebis.

17. Verbum miſit rex ad Reum Beelteem, & Samſai ſcribam, & ad reliquos qui erant in conſilio eorum habitatores Samariæ, & cæteris trans fluvium, ſalutem dicens & pacem.

18. Accuſatio quam miſiſtis ad nos, manifeſtè lecta eſt coram me:

19. & à me præceptum eſt: & recenſuerunt, inveneruntque quoniam civitas illa à diebus antiquis adversùm reges rebellat, & ſeditiones, & prælia concitantur in ea:

20. nam & reges fortiſſimi fuerunt in Jeruſalem, qui & dominati ſunt omni regioni, quæ trans fluvium eſt: tributum quoque & vectigal, & reditus accipiebant.

21. Nunc ergo audite ſententiam: Prohibeatis viros illos, ut urbs illa non ædificetur, donec ſi fortè à me juſſum fuerit.

22. Videte ne negligenter hoc impleatis, & paulatim creſcat malum contra reges.

23. Itaque exemplum edicti Artaxerxis regis lectum eſt coram Reum Beelteem, & Samſai ſcriba, & conſiliariis eorum: & abierunt feſtini in Jeruſalem ad Judæos, & prohibuerunt eos in brachio & robore.

24. Tunc intermiſſum eſt opus domûs Domini in Jeruſalem, & non fiebat uſque ad annum ſecundum regni Darii regis Perſarum.

CAPUT V.

VULGATA NOVA.

1. PRophetaverunt autem Aggæus propheta, & Zacharias filius Addo, prophetantes ad Judæos, qui erant in Judæa & Jeruſalem, in nomine Dei Iſraël.

2. Tunc ſurrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Joſue filius Joſedec, & cœperunt ædificare templum Dei in Jeruſalem, & cum eis prophetæ Dei adjuvantes eos.

3. In ipſo autem tempore venit ad eos Thathanai, qui erat dux trans flumen, & Stharbuzanai, & conſiliarii eorum, ſicque dixerunt eis: Quis dedit vobis conſilium ut domum hanc ædificaretis, & muros ejus inſtauraretis?

4. Ad quod reſpondimus eis, quæ eſſent nomina hominum auctorum ædificationis illius.

5. Oculus autem Dei eorum factus eſt ſuper ſenes Judæorum, & non potuerunt inhibere eos. Placuitque ut res ad Darium referretur, & tunc ſatisface-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

rent adversùs accusationem illam.

6. Exemplar epistolæ, quam misit Thathanai dux regionis trans flumen, & Stharbuzanai, & consiliatores ejus Arphasachæi, qui erant trans flumen, ad Darium regem.

7. Sermo, quem miserant ei, sic scriptus erat: Dario regi pax omnis.

8. Notum sit regi, isse nos ad Judæam provinciam, ad domum Dei magni, quæ ædificatur lapide impolito, & ligna ponuntur in parietibus: opusque illud diligenter exstruitur, & crescit in manibus eorum.

9. Interrogavimus ergo senes illos, & ita diximus eis: Quis dedit vobis potestatem ut domum hanc ædificaretis, & muros hos instauraretis?

10. Sed & nomina eorum quæsivimus ab eis, ut nunciaremus tibi: scripsimusque nomina eorum virorum, qui sunt principes in eis.

11. Hujusmodi autem sermonem responderunt nobis, dicentes: Nos sumus servi Dei cœli & terræ, & ædificamus templum, quod erat exstructum ante hos annos multos, quodque rex Israël magnus ædificaverat, & exstruxerat.

12. Postquam autem ad iracundiam provocaverunt patres nostri Deum cœli, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldæi, domum quoque hanc destruxit, & populum ejus transtulit in Babylonem.

13. Anno autem primo Cyri regis Babylonis, Cyrus rex proposuit edictum ut domus Dei hæc ædificaretur.

14. Nam & vasa templi Dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo, quod erat in Jerusalem, & asportaverat ea in templum Babylonis, protulit Cyrus rex de templo Babylonis, & data sunt Sassabasar vocabulo, quem & principem constituit,

15. dixitque ei: Hæc vasa tolle, & vade, & pone ea in templo, quod est in Jerusalem, & domus Dei ædificetur in loco suo.

16. Tunc itaque Sassabasar ille venit, & posuit fundamenta templi Dei in Jerusalem, & ex eo tempore usque nunc ædificatur, & necdum completum est.

17. Nunc ergo, si videtur regi bonum, recenseat in bibliotheca regis, quæ est in Babylone, utrùmnam à Cyro rege jussum fuerit ut ædificaretur domus Dei in Jerusalem, & voluntatem regis super hac re mittat ad nos.

CAPUT VI.

VULGATA NOVA.

1. TUnc Darius rex præcepit: & recensuerunt in bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone,

2. & inventum est in Ecbatanis, quod est castrum in Medena provincia, volumen unum, talisque scriptus erat in eo commentarius:

3. Anno primo Cyri regis: Cyrus rex decrevit ut domus Dei ædificaretur, quæ est in Jerusalem, in loco ubi immolent hostias, & ut ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta, & latitudinem cubitorum sexaginta,

4. ordines de lapidibus impolitis tres, & sic ordines de lignis novis: sumptus autem de domo regis dabuntur.

5. Sed & vasa templi Dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo Jerusalem, & attulerat ea in Babylonem, reddantur, & referantur in templum in Jerusalem in locum suum, quæ & posita sunt in templo Dei.

6. Nunc ergo Thathanai dux regionis, quæ est trans flumen, Stharbuzanai, & consiliarii vestri Apharsachæi, qui estis trans flumen, procul recedite ab illis,

7. & dimittite fieri templum Dei illud à duce Judæorum, & à senioribus eorum, ut domum Dei illam ædificent in loco suo.

8. Sed & à me præceptum est, quid oporteat fieri à presbyteris Judæorum illis, ut ædificetur domus Dei, scilicet ut de arca regis, id est, de tributis, quæ dantur de regione trans flumen, studiosè sumptus dentur viris illis, ne impediatur opus.

9. Quòd si necesse fuerit, & vitulos, & agnos, & hœdos in holocaustum Deo cœli, frumentum, sal, vinum, & oleum, secundùm ritum sacerdotum, qui sunt in Jerusalem, detur eis per singulos dies, ne sit in aliquo querimonia.

10. Et offerant oblationes Deo cœli, orentque pro vita regis, & filiorum ejus.

11. A me ergo positum est decretum: Ut omnis homo qui hanc mutaverit jussionem, tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur, & configatur in eo, domus autem ejus publicetur.

12. Deus autem, qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnia regna, & populum qui extenderit manum suam ut repugnet, & dissipet domum Dei illam, quæ est in Jerusalem. Ego Darius statui decretum, quod studiosè impleri volo.

13. Igitur Thathanai dux regionis trans flumen, & Stharbuzanai, & consiliarii ejus, secundùm quod præceperat Darius rex, sic diligenter exsecuti sunt.

14. Seniores autem Judæorum ædificabant, & prosperabantur juxta prophetiam Aggæi prophetæ, & Zachariæ filii Addo: & ædificaverunt & constituxerunt, jubente Deo Israël, & jubente Cyro, & Dario, & Artaxerxe, regibus Persarum:

15. & compleverunt domum Dei istam, usque ad diem tertium mensis Adar, qui est annus sextus regni Darii regis.

16. Fecerunt autem filii Israël, sacerdotes & Levitæ, & reliqui filiorum transmigrationis, dedicationem domus Dei in gaudio.

17. Et obtulerunt in dedicationem domus Dei, vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato totius Israël duodecim, juxta numerum tribuum Israël.

18. Et statuerunt sacerdotes in ordinibus suis, & Levitas in vicibus suis, super opera Dei in Jerusalem, sicut scriptum est in libro Moysi. *Num. 3. 6. & 8.*

19. Fecerunt autem filii Israël transmigrationis, 9. pascha, quarta decima die mensis primi.

20. Purificati enim fuerant sacerdotes & Levitæ quasi unus: omnes mundi ad immolandum pascha universis filiis transmigrationis, & fratribus suis sacerdotibus, & sibi.

21. Et comederunt filii Israël, qui reversi fuerant de transmigratione, & omnes qui se separaverant à coinquinatione gentium terræ ad eos, ut quærerent Dominum Deum Israël.

22. Et fecerunt solemnitatem azymorum septem diebus in lætitia, quoniam lætificaverat eos Dominus, & converterat cor regis Assur ad eos, ut adjuvaret manus eorum in opere domus Domini Dei Israël.

Digitized by Google

CAPUT VII.

VULGATA NOVA.

1. POst hæc autem verba, in regno Artaxerxis regis Perſarum, Eſdras filius Saraiæ, filii Azariæ, filii Helciæ,

2. filii Sellum, filii Sadoc, filii Achitob,

3. filii Amariæ, filii Azariæ, filii Maraioth,

4. filii Zaraiæ, filii Ozi, filii Bocci,

5. filii Abiſue, filii Phinees, filii Eleazar, filii Aaron ſacerdotis ab initio.

6. Ipſe Eſdras aſcendit de Babylone, & ipſe ſcriba velox in lege Moyſi, quam Dominus Deus dedit Iſraël: & dedit ei rex, ſecundùm manum Domini Dei ejus ſuper eum, omnem petitionem ejus.

7. Et aſcenderunt de filiis Iſraël, & de filiis ſacerdotum, & de filiis Levitarum, & de cantoribus, & de janitoribus, & de Nathinæis, in Jeruſalem, anno ſeptimo Artaxerxis regis.

8. Et venerunt in Jeruſalem menſe quinto, ipſe eſt annus ſeptimus regis.

9. Quia in primo die menſis primi cœpit aſcendere de Babylone, & in primo die menſis quinti venit in Jeruſalem, juxta manum Dei ſui bonam ſuper ſe.

10. Eſdras enim paravit cor ſuum, ut inveſtigaret legem Domini, & faceret & doceret in Iſraël præceptum & judicium.

11. Hoc eſt autem exemplar epiſtolæ edicti, quod dedit rex Artaxerxes Eſdræ ſacerdoti, ſcribæ erudito in ſermonibus & præceptis Domini, & cæremoniis ejus in Iſraël:

12. Artaxerxes rex regum Eſdræ ſacerdoti, ſcribæ legis Dei cœli doctiſſimo, ſalutem.

13. A me decretum eſt, ut cuicunque placuerit in regno meo de populo Iſraël, & de ſacerdotibus ejus, & de Levitis, ire in Jeruſalem, tecum vadat.

14. A facie enim regis, & ſeptem conſiliatorum ejus, miſſus es, ut viſites Judæam & Jeruſalem in lege Dei tui, quæ eſt in manu tua:

15. & ut feras argentum & aurum, quod rex & conſiliatores ejus ſponte obtulerunt Deo Iſraël, cujus in Jeruſalem tabernaculum eſt.

16. Et omne argentum & aurum quodcunque inveneris in univerſa provincia Babylonis, & populus offerre voluerit, & de ſacerdotibus quæ ſponte obtulerint domui Dei ſui, quæ eſt in Jeruſalem,

17. liberè accipe, & ſtudiosè eme de hac pecunia vitulos, arietes, agnos, & ſacrificia & libamina eorum, & offer ea ſuper altare templi Dei veſtri, quod eſt in Jeruſalem.

18. Sed & ſi quid tibi & fratribus tuis placuerit, de reliquo argento & auro ut faciatis, juxta voluntatem Dei veſtri facite.

19. Vaſa quoque, quæ dantur tibi in miniſterium domus Dei tui, trade in conſpectu Dei in Jeruſalem.

20. Sed & cætera, quibus opus fuerit in domum Dei tui, quantumcunque neceſſe eſt ut expendas, dabitur de theſauro, & de fiſco regis,

21. & à me. Ego Artaxerxes rex, ſtatui atque decrevi omnibus cuſtodibus arcæ publicæ, qui ſunt trans flumen, ut quodcunque petierit à vobis Eſdras ſacerdos, ſcriba legis Dei cœli, abſque mora detis,

22. uſque ad argenti talenta centum, & uſque ad frumenti coros centum, & uſque ad vini batos centum, & uſque ad batos olei centum, ſal verò abſque menſura.

23. Omne, quod ad ritum Dei cæli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei cœli: ne fortè iraſcatur contra regnum regis, & filiorum ejus.

24. Vobis quoque notum facimus de univerſis ſacerdotibus, & Levitis, & cantoribus, & janitoribus, Nathinæis, & miniſtris domus Dei hujus, ut vectigal, & tributum, & annonas, non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos.

25. Tu autem Eſdra, ſecundùm ſapientiam Dei tui, quæ eſt in manu tua, conſtitue judices & præſides, ut judicent omni populo qui eſt trans flumen, his videlicet qui noverunt legem Dei tui, ſed & imperitos docete liberè.

26. Et omnis qui non fecerit legem Dei tui, & legem regis diligenter, judicium erit de eo, ſive in mortem, ſive in exilium, ſive in condemnationem ſubſtantiæ ejus, vel certè in carcerem.

27. Benedictus Dominus Deus patrum noſtrorum, qui dedit hoc in corde regis, ut glorificaret domum Domini, quæ eſt in Jeruſalem,

28. & in me inclinavit miſericordiam ſuam coram rege & conſiliatoribus ejus, & univerſis principibus regis potentibus: & ego confortatus manu Domini Dei mei, quæ erat in me, congregavi de Iſraël principes qui aſcenderent mecum.

CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

1. HI ſunt ergo principes familiarum, & genealogia eorum, qui aſcenderunt mecum in regno Artaxerxis regis de Babylone.

2. De filiis Phinees, Gerſom. De filiis Ithamar, Daniel. De filiis David, Hattus.

3. De filiis Secheniæ, filiis Pharos, Zacharias: & cum eo numerati ſunt viri centum quinquaginta.

4. De filiis Phahath Moab, Elioenai filius Zarehe, & cum eo ducenti viri.

5. De filiis Secheniæ, filius Ezechiel, & cum eo trecenti viri.

6. De filiis Adan, Abed filius Jonathan, & cum eo quinquaginta viri.

7. De filiis Alam, Iſaias filius Athaliæ, & cum eo ſeptuaginta viri.

8. De filiis Saphatiæ, Zebedia filius Michael, & cum eo octoginta viri.

9. De filiis Joab, Obedia filius Jahiel, & cum eo ducenti decem & octo viri.

10. De filiis Selomith, filius Joſphiæ, & cum eo centum ſexaginta viri.

11. De filiis Bebai, Zacharias filius Bebai, & cum eo viginti octo viri.

12. De filiis Azgad, Johanan filius Eccetan, & cum eo centum & decem viri.

13. De filiis Adonicam, qui erant noviſſimi: & hæc nomina eorum: Elipheleth, & Jehiel, & Samaias, & cum eis ſexaginta viri.

14. De filiis Begui, Uthai & Zachur, & cum eis ſeptuaginta viri.

15. Congregavi autem eos ad fluvium, qui decurrit ad Ahava, & manſimus ibi tribus diebus: quæſivique in populo & in ſacerdotibus de filiis Levi, & non inveni ibi.

16. Itaque miſi Eliezer, & Ariel, & Semeiam, & Elnathan, & Jarib, & alterum Elnathan, & Nathan, & Zachariam, & Moſollam principes: & Joiarib, & Elnathan ſapientes.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

17. Et misi eos ad Eddo, qui est primus in Chasphiæ loco, & posui in ore eorum verba, quæ loquerentur ad Eddo, & fratres ejus Nathinæos, in loco Chasphiæ, ut adducerent nobis ministros domus Dei nostri.

18. Et adduxerunt nobis per manum Dei nostri bonam super nos, virum doctissimum de filiis Moholi filii Levi filii Israël, & Sarabiam & filios ejus & fratres ejus decem & octo,

19. & Hasabiam, & cum eo Isaiam de filiis Merari, fratresque ejus & filios ejus viginti:

20. & de Nathinæis, quos dederat David & principes ad ministeria Levitarum, Nathinæos ducentos viginti: omnes hi suis nominibus vocabantur.

21. Et prædicavi ibi jejunium juxta fluvium Ahava, ut affligeremur coram Domino Deo nostro, & peteremus ab eo viam rectam nobis & filiis nostris, universæque substantiæ nostræ.

22. Erubui enim petere à rege auxilium & equites, qui defenderent nos ab inimico in via: quia dixeramus regi: Manus Dei nostri est super omnes, qui quærunt eum in bonitate: & imperium ejus, & fortitudo ejus, & furor super omnes, qui derelinquunt eum.

23. Jejunavimus autem, & rogavimus Deum nostrum per hoc: & evenit nobis prosperè.

24. Et separavi de principibus sacerdotum duodecim, Sarabiam, & Hasabiam, & cum eis de fratribus eorum decem:

25. appendique eis argentum & aurum, & vasa consecrata domus Dei nostri, quæ obtulerat rex & consiliatores ejus, & principes ejus, universusque Israël eorum qui inventi fuerant:

26. & appendi in manibus eorum argenti talenta sexcenta quinquaginta, & vasa argentea centum, auri centum talenta:

27. & crateres aureos viginti, qui habebant solidos millenos, & vasa æris fulgentis optimi duo, pulchra ut aurum.

28. Et dixi eis: Vos sancti Domini, & vasa sancta, & argentum & aurum, quod sponte oblatum est Domino Deo patrum nostrorum:

29. vigilate & custodite, donec appendatis coram principibus sacerdotum, & Levitarum, & ducibus familiarum Israël in Jerusalem, in thesaurum domus Domini.

30. Susceperunt autem sacerdotes & Levitæ pondus argenti, & auri, & vasorum, ut deferrent Jerusalem in domum Dei nostri.

31. Promovimus ergo à flumine Ahava duodecimo die mensis primi, ut pergeremus Jerusalem: & manus Dei nostri fuit super nos, & liberavit nos de manu inimici & insidiatoris in via.

32. Et venimus Jerusalem, & mansimus ibi tribus diebus.

33. Die autem quarta appensum est argentum, & aurum, & vasa in domo Dei nostri, per manum Meremoth filii Uriæ sacerdotis, & cum eo Eleazar filius Phinees, cumque eis Jozabed filius Josue, & Noadaia filius Bennoi Levitæ,

34. juxta numerum & pondus omnium: descriptumque est omne pondus in tempore illo.

35. Sed & qui venerant de captivitate filii transmigrationis, obtulerunt holocautomata Deo Israël, vitulos duodecim pro omni populo Israël, arietes nonaginta sex, agnos septuaginta septem, hircos pro peccato duodecim: omnia in holocaustum Domino.

36. Dederunt autem edicta regis satrapis, qui erant de conspectu regis, & ducibus trans flumen, & elevaverunt populum & domum Dei.

CAPUT IX.

VULGATA NOVA.

1. Postquam autem hæc completa sunt, accesserunt ad me principes, dicentes: Non est separatus populus Israël, sacerdotes & Levitæ, à populis terrarum, & abominationibus eorum, Chananæi videlicet, & Hethæi, & Pherezæi, & Jebusæi, & Ammonitarum, & Moabitarum, & Ægyptiorum, & Amorrhæorum:

2. tulerunt enim de filiabus eorum sibi & filiis suis, & commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarum: manus etiam principum & magistratuum fuit in transgressione hac prima.

3. Cùmque audissem sermonem istum, scidi pallium meum & tunicam, & evelli capillos capitis mei & barbæ, & sedi mœrens.

4. Convenerunt autem ad me omnes, qui timebant verbum Dei Israël, pro transgressione eorum qui de captivitate venerant, & ego sedebam tristis usque ad sacrificium vespertinum:

5. & in sacrificio vespertino surrexi de afflictione mea, & sciisso pallio & tunica, curvavi genua mea, & expandi manus meas ad Dominum Deum meum,

6. & dixi: Deus meus, confundor & erubesco levare faciem meam ad te: quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creverunt usque ad cœlum,

7. à diebus patrum nostrorum: sed & nos ipsi peccavimus graviter usque ad diem hanc, & in iniquitatibus nostris traditi sumus ipsi, & reges nostri, & sacerdotes nostri, in manum regum terrarum, & in gladium, & in captivitatem, & in rapinam, & in confusionem vultus, sicut & die hac.

8. Et nunc quasi parum & ad momentum facta est deprecatio nostra apud Dominum Deum nostrum; ut dimitterentur nobis reliquiæ, & daretur nobis paxillus in loco sancto ejus, & illuminaret oculos nostros Deus noster, & daret nobis vitam modicam in servitute nostra,

9. quia servi sumus, & in servitute nostra non dereliquit nos Deus noster, sed inclinavit super nos misericordiam coram rege Persarum, ut daret nobis vitam, & sublimaret domum Dei nostri, & exstrueret solitudines ejus, & daret nobis sepem in Juda & Jerusalem.

10. Et nunc quid dicemus Deus noster post hæc? quia dereliquimus mandata tua,

11. quæ præcepisti in manu servorum tuorum prophetarum, dicens: Terra, ad quam vos ingredimini ut possideatis eam, terra immunda est, juxta immunditiam populorum, cæterarumque terrarum, abominationibus eorum qui repleverunt eam ab ore usque ad os in coinquinatione sua.

12. Nunc ergo filias vestras ne detis filiis eorum, & filias eorum ne accipiatis filiis vestris, & non quæratis pacem eorum, & prosperitatem eorum usque in æternum: ut confortemini, & comedatis quæ bona sunt terræ, & hæredes habeatis filios vestros usque in sæculum. *Deut. 7. 3.*

13. Et post omnia quæ venerunt super nos in operibus nostris pessimis, & in delicto nostro magno, quia tu Deus noster liberasti nos de iniquitate nostra, & dedisti nobis salutem sicut est hodie,

14. ut non converteremur, & irrita faceremus mandata tua, neque matrimonia jungeremus cum populis abominationum istarum. Nunquid iratus es no-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

bis usque ad consummationem, ne dimitteres nobis reliquias ad salutem?

15. Domine Deus Israël justus es tu: quoniam derelicti sumus, qui salvaremur sicut die hac. Ecce coram te sumus in delicto nostro: non enim stari potest coram te super hoc.

CAPUT X.

VULGATA NOVA.

1. SIc ergo orante Esdra, & implorante eo, & flente, & jacente ante templum Dei, collectus est ad eum de Israël cœtus grandis nimis virorum & mulierum & puerorum, & flevit populus fletu multo.

2. Et respondit Sechenias filius Jehiel de filiis Elam, & dixit Esdræ: Nos prævaricati sumus in Deum nostrum, & duximus uxores alienigenas de populo terræ, & nunc, si est pœnitentia in Israël super hoc,

3. percutiamus fœdus cum Domino Deo nostro, ut projiciamus universas uxores, & eos qui de his nati sunt, juxta voluntatem Domini, & eorum qui timent præceptum Domini Dei nostri: secundùm legem fiat.

4. Surge, tuum est decernere, nosque erimus tecum: confortare, & fac.

5. Surrexit ergo Esdras, & adjuravit principes sacerdotum & Levitarum, & omnem Israël, ut facerent secundùm verbum hoc; & juraverunt.

6. Et surrexit Esdras ante domum Dei, & abiit ad cubiculum Johanan filii Eliasib, & ingressus est illuc; panem non comedit, & aquam non bibit: lugebat enim transgressionem eorum, qui venerant de captivitate:

7. & missa est vox in Juda, & in Jerusalem omnibus filiis transmigrationis, ut congregarentur in Jerusalem:

8. & omnis qui non venerit in tribus diebus juxta consilium principum & seniorum, auferetur universa substantia ejus, & ipse abjicietur de cœtu transmigrationis.

9. Convenerunt igitur omnes viri Juda & Benjamin in Jerusalem tribus diebus, ipse est mensis nonus, vigesimo die mensis: & sedit omnis populus in platea domus Dei, trementes pro peccato, & pluviis.

10. Et surrexit Esdras sacerdos, & dixit ad eos: Vos transgressi estis, & duxistis uxores alienigenas, ut adderetis super delictum Israël.

11. Et nunc date confessionem Domino Deo patrum vestrorum, & facite placitum ejus, & separamini à populis terræ, & ab uxoribus alienigenis.

12. Et respondit universa multitudo, dixitque voce magna: Juxta verbum tuum ad nos, sic fiat.

13. Veruntamen quia populus multus est, & tempus pluviæ, & non sustinemus stare foris, & opus non est diei unius vel duorum (vehementer quippe peccavimus in sermone isto)

14. constituantur principes in universa multitudine: & omnes in civitatibus nostris qui duxerunt uxores alienigenas, veniant in temporibus statutis, & cum his seniores per civitatem & civitatem, & judices ejus, donec avertatur ira Dei nostri à nobis super peccato hoc.

15. Igitur Jonathan filius Azahel, & Jaasia filius Thecue, steterunt super hoc, & Mesollam & Sebethai Levites adjuverunt eos:

16. fecerunt que sic filii transmigrationis. Et abierunt, Esdras sacerdos, & viri principes familiarum, in domos patrum suorum, & omnes per nomina sua, & sederunt in die primo mensis decimi ut quærerent rem.

17. Et consummati sunt omnes viri, qui duxerant uxores alienigenas, usque ad diem primam mensis primi.

18. Et inventi sunt de filiis sacerdotum qui duxerant uxores alienigenas. De filiis Josue filii Josedec, & fratres ejus, Maasia, & Eliezer, & Jarib, & Godolia.

19. Et dederunt manus suas ut ejicerent uxores suas, & pro delicto suo arietem de ovibus offerrent.

20. Et de filiis Emmer, Hanani, & Zebedia.

21. Et de filiis Harim, Maasia, & Elia, & Semeia, & Jehiel, & Ozias.

22. Et de filiis Pheshur, Elioenai, Maasia, Ismael, Nathanael, Jozabed, & Elasa.

23. Et de filiis Levitarum, Jozabed, & Semei, & Celaia, ipse est Calita, Phataia, Juda, & Eliezer.

24. Et de cantoribus, Eliasib. Et de janitoribus, Sellum, & Telem, & Uri.

25. Et ex Israël, de filiis Pharos, Remeia, & Jezia, & Melchia, & Miamin, & Eliezer, & Melchia, & Banea.

26. Et de filiis Ælam, Mathania, Zacharias, & Jehiel, & Abdi, & Jerimoth, & Elia.

27. Et de filiis Zethua, Elioenai, Eliasib, Mathania, & Jerimuth, & Zabad, & Aziza.

28. Et de filiis Bebai, Johanan, Hanania, Zabbai, Athalai.

29. Et de filiis Bani, Mosollam, & Melluch, & Adaia, Jasub, & Saal, & Ramoth.

30. Et de filiis Phahath Moab, Edna, & Chalal, Banaias, & Maasias, Mathanias, Beseleel, Bennui, & Manasse.

31. Et de filiis Herem, Eliezer, Josue, Melchias, Semeias, Simeon.

32. Benjamin, Maloch, Samarias.

33. Et de filiis Hasom, Mathanai, Mathatha, Zabad, Eliphelet, Jermai, Manasse, Semei.

34. De filiis Bani, Maaddi, Amram, & Vel,

35. Baneas, & Badaias, Cheliau,

36. Vania, Marimuth, & Eliasib,

37. Mathanias, Mathanai, & Jasi,

38. & Bani, & Bennui, Semei,

39. & Salmias, & Nathan, & Adaias,

40. & Mechnedebai, Sisai, Sarai,

41. Ezrel, & Selemiau, Semeria,

42. Sellum, Amaria, Joseph.

43. De filiis Nebo, Jehiel, Mathathias, Zabad, Zabina, Jeddu, & Joel, & Banaia.

44. Omnes hi acceperant uxores alienigenas, & fuerunt ex eis mulieres, quæ pepererant filios.

Digitized by Google

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugenſi.

LIBER ESDRÆ PRIMUS.

CAP. I. ℣. 5. Ut aſcenderent ad ædificandum. *Retinendum eſt plurale* aſcenderent, *non mutandum in ſingulare* aſcenderet.

CAP. II. ℣. 2. Qui venerunt cum Zorobabel, Joſue, Nehemia. *Pro* Joſue, *alii libri habent* Jeſua, *quo modo Hebræi hîc legunt.*

℣. 6. Duo millia octingenti duodecim. *Non augeas numerum centuriâ unâ, ſcribens* nongenti *pro* octingenti.

℣. 16. Qui erant ex Ezechia, nonaginta octo. *Non ſunt ſcribendæ centuriæ loco decadum*, nongenti octo *pro* nonaginta octo.

℣. 36. In domo Joſue. *Alii* Jeſue, *mutata vocali quarta in ſecundam. Idem infra*, ℣. 40.

℣. 66. Equi eorum ſeptingenti triginta ſex. *Non minuas numerum uno centenario, ſcribendo* ſexcenti *pro* ſeptingenti.

℣. 69. Auri ſolidos ſexaginta millia & mille. *Multis nos agimus in Notationibus noſtris de germana hujus loci lectione: ſed Romani Patres, eam quæ majorem numerum*, ſexaginta *inquam, ſcribit, prætulerunt ei quæ non niſi* quadraginta *recenſet.*

CAP. III. ℣. 7. Ad mare Joppe. *Legendum eſt* Joppe *acceptum ſecundo caſu, potiùs quam quarto caſu* Joppen.

CAP. IV. ℣. 23. Coram Reum Beelteem. *Non judicarunt Correctores emittendum* Beelteem.

CAP. V. ℣. 13 Ut domus Dei hæc ædificaretur. *Non omittas pronomen* hæc.

CAP. VI. ℣. 15. Qui eſt annus ſextus regni Darii regis. *Nequaquam auferenda eſt vox* regni.

℣. 17. In dedicationem domûs Dei. *Alii pro quarto caſu, legunt ſextum* dedicatione.

CAP. VIII. ℣. 3. De filiis Secheniæ, filiis Pharos. *Non interponas & conjunctionem.*

CAP. IX. ℣. 1. Et abominationibus eorum. *Non addas præpoſitionem* de.

℣. 8. Et daretur nobis paxillus. *Loco unius vocis* paxillus, *quæ idem eſt quod palus, non ſunt ſcribendæ duæ*, pax illius.

℣. 9. Sed inclinavit ſuper nos miſericordiam. *Non mutes adverſativam* ſed, *cum copulativa* &.

Ibidem. Et daret nobis ſepem. *Non eſt mutandum & copulativum, cum* ut *cauſativo: ſed plurimùm falſi fuerunt, qui* ſepem, *quod eſt, maceriam ſeu murum, extracta unâ litterâ, mutarunt in* ſpem, *quod eſt, fiduciam.*

℣. 11. In coinquinatione ſua. *Non omittas præpoſitionem* in.

CAP. X. ℣. 1. Sic ergo orante Eſdra, & implorante eo. *Pronomen ſexti caſus* eo, *ut non eſt vertendum in quartum caſum* eum, *ita nec in nomen* Deum.

℣. 3. Et eorum qui timent præceptum Domini. *Verbum* timent, *quod eſt, metuunt, non debet mutari in* tenent, *quod eſt, cuſtodiunt.*

℣. 31. Eliezer, Joſue. *Pro* Joſue, *in aliis eſt* Jeſue, *quemadmodum ſupra* 2. ℣. 36. *quanquam voces, quæ nunc Hebraïcè utroque loco leguntur, plurimùm differant.*

SUMMA CAPITA LIBRI II. ESDRÆ,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Verſioni antiquæ ſatis reſpondeant.

CAP. I. *Nehemias Artaxerxis pincerna, auditâ Judæorum, qui à captivitate reſidui erant, afflictione, flet, ac multis diebus jejunat, populi peccata confitens, & miſericordiam à Deo petens.*

CAP. II. *Nehemias, impetratis à rege litteris, venit Jeroſolymam, & ad murorum inſtaurationem hortatur.*

CAP. III. *Jeruſalem in muris, turribus, ac portis, ædificatur à variis qui hîc recenſentur.*

CAP. IV. *Adverſantibus Sanaballat & Tobiâ cum cæteris gentibus, Judæi altera manu ædificant, alterâ gladium tenent; & Nehemiâ contra illorum ſubſannationes & inſidias Deum orante, opus perficitur.*

CAP. V. *In magna fame Nehemias divites avaros increpat, uſuraſque prohibet, ſua indigentibus ſponte elargiens.*

CAP. VI. *Sanaballat cum ſociis Judæis ad fœdus inſidioſis litteris invitans, ac ſic ædificationem impedire nitens, non terret, nec immutat propoſitum Nehemiæ: completoque muro, timuerunt omnes finitimæ gentes.*

CAP. VII. *Per Nehemiam conſtituuntur cuſtodes in Jeruſalem: deinde convocato populo, recenſentur hi qui primùm aſcenderant Jeruſalem, unà cum jumentis ipſorum; danturque munera ad opus ædificationis.*

CAP VIII. *Eſdras diſtinctè populo verba legis recitat, facto per Levitas ſilentio; & contriſtatum populum Nehemias conſolatur; allatiſque frondibus celebrant ſeptem diebus feſtum tabernaculorum; legente ſingulis diebus Eſdra in libro legis.*

CAP. IX. *Populus in jejunio & ſaccis pœnitens ſeparat ſe ab alienigenis: Levitæ confitentur Dei beneficia, Iſraëlitarumque ſcelera, & pro populo orant, ac ita fœdus cum Domino feriunt.*

CAP. X. *Deſignantur qui fœdus initum ſignarunt, quo pollicentur ſe ſervaturos univerſa Dei præcepta, maximè de non commiſcendo cum alienigenis, de ſervandis ſabbato, anno ſeptimo, oblationibus, primitiis ac decimis.*

CAP. XI. *Recenſentur incolæ Jeruſalem & civitatum Juda poſt inſtaurationem.*

CAP. XII. *Nomina & officia ſacerdotum ac Levitarum qui cum Zorobabel in Jeruſalem aſcenderunt, & cuſtodes theſaurorum: magna ſolemnitate convocatis undique Levitis, celebrant dedicationem muri Jeruſalem.*

CAP. XIII. *Lecto Deuteronomio ejiciuntur alienigenæ, partes Levitis aſſignantur; è gazophylacio domus Dei vaſa domus Tobiæ projiciuntur, & ſabbati violatores puniuntur: increpat Nehemias Judæos qui uxores duxerant alienigenas.*

Digitized by Google

LIBER
NEHEMIÆ,
QUI ET
ESDRÆ SECUNDUS
DICITUR.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.

1. VERBA Nehemiæ filii Helchiæ. Et factum est in mense Casleu, anno vigesimo, & ego eram in Susis castro.

2. Et venit Hanani unus de fratribus meis, ipse & viri ex Juda: & interrogavi eos de Judæis, qui remanserant & supererant de captivitate, & Jerusalem.

3. Et dixerunt mihi: Qui remanserunt, & relicti sunt de captivitate ibi in provincia, in afflictione magna sunt, & in opprobrio: & murus Jerusalem dissipatus est, & portæ ejus combustæ sunt igni.

4. Cumque audissem verba hujuscemodi, sedi, & flevi, & luxi diebus multis: jejunabam, & orabam ante faciem Dei cœli.

Dan. 9. 4. 5. Et dixi: Quæso Domine Deus cœli fortis, magne, atque terribilis, qui custodis pactum & misericordiam cum his qui te diligunt, & custodiunt mandata tua:

6. fiant aures tuæ auscultantes, & oculi tui aperti, ut audias orationem servi tui, quam ego oro coram te hodie, nocte & die, pro filiis Israël servis tuis: & confiteor pro peccatis filiorum Israël, quibus peccaverunt tibi: ego, & domus patris mei peccavimus,

7. vanitate seducti sumus, & non custodivimus mandatum tuum, & cæremonias, & judicia, quæ præcepisti Moysi famulo tuo.

8. Memento verbi, quod mandasti Moysi servo tuo, dicens: Cùm transgressi fueritis, ego dispergam vos in populos:

9. & si revertamini ad me, & custodiatis præcepta mea, & faciatis ea; etiamsi abducti fueritis ad extrema cœli, inde congregabo vos, & reducam in locum, quem elegi ut habitaret nomen meum ibi.

10. Et ipsi servi tui, & populus tuus: quos redemisti in fortitudine tua magna, & in manu tua valida.

11. Obsecro Domine, sit auris tua attendens ad orationem servi tui, & ad orationem servorum tuorum, qui volunt timere nomen tuum: & dirige servum tuum hodie, & da ei misericordiam ante virum hunc: ego enim eram pincerna regis.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* S. Cypr. *Esdram* vocat l. 1. Testim. 276. c. Similiter Lucif. Calar. l. de non parc. in De. del. 232. c. ut & Hieron. ep. ad Marcell. to. 2. 713. a. & Lactant. l. 4. Instit. c. 11. 575. Vide etiam Ambros. l. de Tob. c. 29. 615. c.

Digitized by Google

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. FActum est autem in mense Nisan, anno vigesimo Artaxerxis regis: & vinum erat ante eum, & levavi vinum, & dedi regi: & eram quasi languidus ante faciem ejus.

1..... *Vide Not.*

2. Dixitque mihi rex: Quare vultus tuus tristis est, cùm te ægrotum non videam? non est hoc frustra, sed malum nescio quod in corde tuo est. Et timui valde, ac nimis:

3. & dixi regi: Rex in æternum vive: quare non mœreat vultus meus, quia civitas domus sepulcrorum patris mei deserta est, & portæ ejus combustæ sunt igni?

4. Et ait mihi rex: Pro qua re postulas? Et oravi Deum cœli,

5. & dixi ad regem: Si videtur regi bonum, & si placet servus tuus ante faciem tuam, ut mittas me in Judæam, ad civitatem sepulcri patris mei, & ædificabo eam.

6. Dixitque mihi rex, & regina quæ sedebat juxta eum: Usque ad quod tempus erit iter tuum, & quando revertêris? Et placuit ante vultum regis, & misit me: & constitui ei tempus.

7. Et dixi regi: Si regi videtur bonum, epistolas det mihi ad duces regionis trans flumen, ut traducant me, donec veniam in Judæam:

8. & epistolam ad Asaph custodem saltus regis, ut det mihi ligna, ut tegere possim portas turris domus, & muros civitatis, & domum, quam ingressus fuero. Et dedit mihi rex juxta manum Dei mei bonam mecum.

9. Et veni ad duces regionis trans flumen, dedique eis epistolas regis. Miserat autem rex mecum principes militum, & equites.

10. Et audierunt, Sanaballat Horonites, & Tobias servus Ammanites: & contristati sunt afflictione magna, quòd veniisset homo, qui quæreret prosperitatem filiorum Israël.

11. Et veni Jerusalem, & eram ibi tribus diebus,

12. & surrexi nocte ego, & viri pauci mecum, & non indicavi cuiquam quid Deus dedisset in corde meo ut facerem in Jerusalem, & jumentum non erat mecum, nisi animal, cui sedebam.

13. Et egressus sum per portam vallis nocte, & ante fontem draconis, & ad portam stercoris, & considerabam murum Jerusalem dissipatum, & portas ejus consumptas igni.

14. Et transivi ad portam fontis, & ad aquæductum regis, & non erat locus jumento, cui sedebam, ut transiret.

15. Et ascendi per torrentem nocte, & considerabam murum, & reversus veni ad portam vallis, & redii.

16. Magistratus autem nesciebant quò abiissem, aut quid ego facerem: sed & Judæis, & sacerdotibus, & optimatibus, & magistratibus, & reliquis qui faciebant opus, usque ad id loci nihil indicaveram.

17. Et dixi eis: Vos nostis afflictionem in qua sumus; quia Jerusalem deserta est, & portæ ejus consumptæ sunt igni: venite, & ædificemus muros Jerusalem, & non simus ultra opprobrium.

18. Et indicavi eis manum Dei mei, quòd esset bona mecum, & verba regis, quæ locutus esset mihi, & aio: Surgamus, & ædificemus. Et confortatæ sunt manus eorum in bono.

19. Audierunt autem, Sanaballat Horonites, & Tobias servus Ammanites, & Gosem Arabs, & subsannaverunt nos, & despexerunt, dixeruntque: Quæ est hæc res, quam facitis? nunquid contra regem vos rebellatis?

VULGATA NOVA.

20. Et reddidi eis sermonem, dixique ad eos: Deus cœli ipse nos juvat, & nos servi ejus sumus: surgamus & ædificemus: vobis autem non est pars, & justitia, & memoria in Jerusalem.

VERSIO ANTIQUA.

20..... Deus cœli ipse prosperavit nobis, & nos servi ejus surgemus, & ædificabimus: vobis autem non est portio, fas, neque mentio in Jerusalem. *Lucif. Cal. de non parc. in De. del. 232. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Vide Auct. l. de promiss. apud Prosp. p. 165. c.

℣. 20. Græc. habet εὐοδώσει, *prosperabit*, & loco *surgemus*, καθαροὶ, *puri*; edit. tamen Compl. voci καθαροὶ, addit καὶ ἀναστησώμεθα· subinde pro *vobis autem*, sic, ὑμῖν, & *vobis*, uti καὶ δικαιοσύνη, ἢ μνημόσυνον, & *justitia*, & *recordatio*, loco *fas, neque mentio*.

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. ET surrexit Eliasib sacerdos magnus, & fratres ejus sacerdotes, & ædificaverunt portam gregis: ipsi sanctificaverunt eam, & statuerunt valvas ejus, & usque ad turrim centum cubitorum sanctificaverunt eam, usque ad turrim Hananeel.

2. Et juxta eum ædificaverunt viri Jericho: & juxta eum ædificavit Zachur filius Amri.

VULGATA NOVA.

3. Portam autem piscium ædificaverunt filii Asnaa: ipsi texerunt eam, & statuerunt valvas ejus, & seras, & vectes. Et juxta eos ædificavit Marimuth filius Uriæ, filii Accus.

VERSIO ANTIQUA.

3. Portam verò piscium ædificaverunt filii Asnaa: ipsi texerunt eam, & statuerunt valvas, & seras, & vectes..... *Hieron. in Soph. 1. t. 3. 1650. d.*

VULGATA NOVA.

4. Et juxta eum ædificavit Mosollam filius Barachiæ, filii Mesezebel: & juxta eos ædificavit Sadoc filius Baana:

5. & juxta eos ædificaverunt Thecueni: optimates autem eorum non supposuerunt colla sua in opere Domini sui.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Græcè, Καὶ τὴν πύλην τὴν ἐχθυρὰν ᾠκοδόμησαν υἱοὶ Ἀσαρά, &c. ut in Lat. supra, nisi quòd additur αὐτῆς, *ejus*, post *valvas*, & post *seras*, & post *vectes*; loco verò *statuerunt*, rursum habetur ἐστέγασαν, *texerunt*; in Mss. Alex. ἔστησαν.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

6. Et portam veterem ædificaverunt, Joiada filius Phaſea, & Moſollam filius Beſōdia : ipſi texerunt eam, & ſtatuerunt valvas ejus, & ſeras, & vectes :

7. & juxta eos ædificaverunt, Meltias Gabaonites, & Jadon Meronathites, viri de Gabaon & Maſpha, pro duce qui erat in regione trans flumen.

8. Et juxta eum ædificavit Eziel filius Araia aurifex : & juxta eum ædificavit Ananias filius pigmentarii : & dimiſerunt Jeruſalem uſque ad murum plateæ latioris.

9. Et juxta eum ædificavit Raphaia filius Hur, princeps vici Jeruſalem.

10. Et juxta eum ædificavit Jedaia filius Haromaph contra domum ſuam : & juxta eum ædificavit Hattus filius Haſeboniæ.

11. Mediam partem vici ædificavit Melchias filius Herem, & Haſub filius Phahath Moab, & turrim furnorum.

12. Et juxta eum ædificavit Sellum filius Alohes princeps mediæ partis vici Jeruſalem, ipſe & filiæ ejus.

13. Et portam vallis ædificavit Hanun, & habitatores Zanoe : ipſi ædificaverunt eam, & ſtatuerunt valvas ejus, & ſeras, & vectes, & mille cubitos in muro uſque ad portam ſterquilinii.

14. Et portam ſterquilinii ædificavit Melchias filius Rechab, princeps vici Bethacharam : ipſe ædificavit eam, & ſtatuit valvas ejus, & ſeras, & vectes.

15. Et portam fontis ædificavit Sellum filius Cholhoza, princeps pagi Maſpha : ipſe ædificavit eam, & texit, & ſtatuit valvas ejus, & ſeras, & vectes, & muros piſcinæ Siloe in hortum regis, & uſque ad gradus, qui deſcendunt de civitate David.

16. Poſt eum ædificavit Nehemias filius Azboc, princeps dimidiæ partis vici Bethſur, uſque contra ſepulcrum David, & uſque ad piſcinam, quæ grandi ópere conſtructa eſt, & uſque ad domum fortium.

17. Poſt eum ædificaverunt Levitæ, Rehum filius Benni : poſt eum ædificavit Haſebias princeps dimidiæ partis vici Ceilæ in vico ſuo.

18. Poſt eum ædificaverunt fratres eorum, Bavai filius Enadad, princeps dimidiæ partis Ceilæ.

19. Et ædificavit juxta eum Azer filius Joſue, princeps Maſpha, menſuram ſecundam, contra aſcenſum firmiſſimi anguli.

20. Poſt eum in monte ædificavit Baruch filius Zachai menſuram ſecundam, ab angulo uſque ad portam domus Eliaſib ſacerdotis magni.

21. Poſt eum ædificavit Merimuth filius Uriæ filii Haccus, menſuram ſecundam, à porta domus Eliaſib, donec extenderetur domus Eliaſib.

22. Et poſt eum ædificaverunt ſacerdotes, viri de campeſtribus Jordanis.

23. Poſt eum ædificavit Benjamin & Haſub contra domum ſuam : & poſt eum ædificavit Azarias filius Maaſiæ filii Ananiæ contra domum ſuam.

24. Poſt eum ædificavit Bennui filius Henadad menſuram ſecundam, à domo Azariæ uſque ad flexuram & uſque ad angulum.

25. Phalel filius Ozi contra flexuram & turrim, quæ eminet de domo regis excelſa, id eſt, in atrio carceris : poſt eum Phadaia filius Pharos.

26. Nathinæi autem habitabant in Ophel uſque contra portam aquarum ad orientem, & turrim, quæ prominebat.

27. Poſt eum ædificaverunt Thecueni menſuram ſecundam è regione, à turre magna & eminente uſque ad murum templi.

28. Surſum autem à porta equorum ædificaverunt ſacerdotes, unuſquiſque contra domum ſuam.

29. Poſt eos ædificavit Sadoc filius Emmer contra domum ſuam. Et poſt eum ædificavit Semaia filius Secheniæ, cuſtos portæ orientalis.

30. Poſt eum ædificavit Hanania filius Selemiæ, & Hanun filius Seleph ſextus, menſuram ſecundam : poſt eum ædificavit Moſollam filius Barachiæ, contra gazophylacium ſuum. Poſt eum ædificavit Melchias filius aurificis uſque ad domum Nathinæorum, & ſcruta vendentium contra portam judicialem, & uſque ad cœnaculum anguli.

31. Et inter cœnaculum anguli in porta gregis, ædificaverunt aurifices & negotiatores.

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. FActum eſt autem, cùm audiſſet Sanaballat quòd ædificaremus murum, iratus eſt valde : & motus nimis ſubſannavit Judæos,

2. & dixit coram fratribus ſuis, & frequentiâ Samaritanorum : Quid Judæi faciunt imbecilles ? Num dimittent eos gentes ? Num ſacrificabunt, & complebunt in una die ? Nunquid ædificare poterunt lapides de acervis pulveris, qui combuſti ſunt ?

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. de non parc. in De. del. 232. c.

3..... Nunquid ſacrificabunt ? an manducabunt in loco ſuo ? nonne aſcendet vulpes, & demoliet muros lapidum eorum ?

4. Exaudi nos Deus noſter, quia facti ſumus contemptibiles : & converte convitia ipſorum in capita ipſorum, & da illos, ut ſint in deriſu, & in terra captivitatis.

5. Et ne operias iniquitatem ipſorum, & peccata eorum à facie tua non deleantur.

VULGATA NOVA.

3. Sed & Tobias Ammanites proximus ejus ait : Ædificent : ſi aſcenderit vulpes, tranſiliet murum eorum lapideum.

4. Audi Deus noſter, quia facti ſumus deſpectui : converte opprobrium ſuper caput eorum, & da eos in deſpectionem in terra captivitatis.

5. Ne operias iniquitatem eorum, & peccatum eorum coram facie tua non deleatur, quia irriſerunt ædificantes.

VULGATA NOVA.

6. Itaque ædificavimus murum, & conjunximus totum uſque ad partem dimidiam : & provocatum eſt cor populi ad operandum.

7. Factum eſt autem, cùm audiſſet Sanaballat, &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Ita Græcè, præter unum aut alterum, nempe, μὴ θυσιάζουσιν, ἢ, *nunquid ſacrificant, aut*, pro *nunquid ſacrificabunt, an*, & τὸ τεῖχος, *murum*, pro *muros*.

℣. 4. Pro *exaudi nos*, Græc. habet ἄκουσον, *audi*, & pro *contemptibiles*, εἰς μυκτηρισμὸν, *in ſannam*, vel *irriſionem* ; ſimiliter infra, loco *ut ſint in deriſu* : pro *convitia* autem & *capita*, ſic, ὀνειδισμὸν, & κεφαλὴν, num. ſing. abſque & inf. ante *in terra* ; reliqua ut in Lat. ſupra.

℣. 5. Græc. præponit ἐπὶ, *ſuper*, voci *iniquitatem*, deletque ſeq. *ipſorum*, cum aliis : edit. verò Compl. poſt

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Tobias, & Arabes, & Ammanitæ, & Azotii, quòd obducta esset cicatrix muri Jerusalem, & quòd cœpissent interrupta concludi, irati sunt nimis.

8. Et congregati sunt omnes pariter, ut venirent, & pugnarent contra Jerusalem, & molirentur insidias.

9. Et oravimus Deum nostrum, & posuimus custodes super murum die ac nocte contra eos.

10. Dixit autem Judas: Debilitata est fortitudo portantis, & humus nimia est, & nos non poterimus ædificare murum.

11. Et dixerunt hostes nostri: Nesciant, & ignorent, donec veniamus in medium eorum, & interficiamus eos, & cessare faciamus opus.

12. Factum est autem, venientibus Judæis, qui habitabant juxta eos, & dicentibus nobis per decem vices, ex omnibus locis quibus venerant ad nos,

13. statui in loco post murum per circuitum populum in ordinem cum gladiis suis, & lanceis, & arcubus.

14. Et perspexi atque surrexi: & aio ad optimates & magistratus, & ad reliquam partem vulgi: Nolite timere à facie eorum. Domini magni & terribilis mementote, & pugnate pro fratribus vestris, filiis vestris, & filiabus vestris, & uxoribus vestris, & domibus vestris.

15. Factum est autem, cùm audissent inimici nostri nunciatum esse nobis, dissipavit Deus consilium eorum. Et reversi sumus omnes ad muros, unusquisque ad opus suum.

VULGATA NOVA.

16. Et factum est à die illa, media pars juvenum eorum faciebat opus, & media parata erat ad bellum, & lanceæ, & scuta, & arcus, & loricæ, & principes post eos in omni domo Juda,

17. ædificantium in muro, & portantium onera, & imponentium: una manu sua faciebat opus, & alterâ tenebat gladium:

VERSIO ANTIQUA.

16. Et factum est ex die illa, medii excussorum faciebant opus, & medii eorum habebant hastas, & scuta, & arcus, & thoraces, & principes post omnem domum Juda, *Hieron. ep. ad Marcell. t. 2. 713. a.*

17. ædificantium in muro.....

VULGATA NOVA.

18. ædificantium enim unusquisque gladio erat accinctus renes. Et ædificabant, & clangebant buccinâ juxta me.

19. Et dixi ad optimates, & ad magistratus, & ad reliquam partem vulgi: Opus grande est & latum, & nos separati sumus in muro procul alter ab altero:

20. in loco quocunque audieritis clangorem tubæ, illuc concurrite ad nos: Deus noster pugnabit pro nobis.

21. Et nos ipsi faciamus opus: & media pars nostrûm teneat lanceas, ab ascensu auroræ donec egrediantur astra.

22. In tempore quoque illo dixi populo: Unusquisque cum puero suo maneat in medio Jerusalem, & sint nobis vices per noctem, & diem, ad operandum.

23. Ego autem, & fratres mei, & pueri mei, & custodes, qui erant post me, non deponebamus vestimenta nostra: unusquisque tantùm nudabatur ad baptismum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

hoc, ἀνομίαν αὐτῶν, subdit: ἢ ἡ ἁμαρτία αὐτῶν ἐκ προσώπου ζῆν μὴ ἐξαλειφθείη.

℣. 16. Similia Græcum habet, præter seqq. eaque levissima, nempe ἀπὸ, *ab*, pro *ex*; item ἥμισυ, *dimidium* hîc & infra, loco *medii*; demum ἀνθείχοντο, *resistebant*, pro *habebant*, statimque ἡ λόγχαι, & *lanceæ*, loco *hastas*.

℣. 17. Itidem Græcè.

CAPUT V.

VULGATA NOVA.

1. ET factus est clamor populi, & uxorum ejus magnus, adversùs fratres suos Judæos.

2. Et erant qui dicerent: Filii nostri, & filiæ nostræ multæ sunt nimis: accipiamus pro pretio eorum frumentum, & comedamus, & vivamus.

3. Et erant qui dicerent: Agros nostros, & vineas, & domos nostras opponamus, & accipiamus frumentum in fame.

4. Et alii dicebant: Mutuò sumamus pecunias in tributa regis, demusque agros nostros & vineas:

5. & nunc sicut carnes fratrum nostrorum, sic carnes nostræ sunt: & sicut filii eorum, ita & filii nostri: ecce nos subjugamus filios nostros & filias nostras in servitutem, & de filiabus nostris sunt famulæ, nec habemus unde possint redimi, & agros nostros, & vineas nostras alii possident.

6. Et iratus sum nimis cùm audissem clamorem eorum secundùm verba hæc:

7. cogitavitque cor meum mecum: & increpavi optimates & magistratus, & dixi eis: Usuraſne singuli à fratribus vestris exigitis? Et congregavi adversùm eos concionem magnam,

8. & dixi eis: Nos, ut scitis, redemimus fratres nostros Judæos, qui venditi fuerant gentibus, secundùm possibilitatem nostram: & vos igitur vendetis fratres vestros, & redimemus eos? Et siluerunt, nec invenerunt quid responderent.

9. Dixique ad eos: Non est bona res, quam facitis: quare non in timore Dei nostri ambulatis, ne exprobretur nobis à gentibus inimicis nostris?

10. Et ego, & fratres mei, & pueri mei, commodavimus plurimis pecuniam & frumentum: non repetamus in commune istud, æs alienum concedamus, quod debetur nobis.

11. Reddite eis hodie agros suos, & vineas suas, & oliveta sua, & domos suas: quin potiùs & centesimam pecuniæ, frumenti, vini, & olei, quam exigere soletis ab eis, date pro illis.

VULGATA NOVA.

12. Et dixerunt: Reddemus, & ab eis nihil quæremus: sicque faciemus ut loqueris. Et vocavi sacerdotes, & adjuravi eos, ut facerent juxta quod dixeram.

VERSIO ANTIQUA.

12. Dixerunt: Reddimus, & ab ipsis nihil quærimus..... *Ambr. l. de Tob. c. 20. t. 1. 615. c.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 12. Ita primùm Ambros. *Cùm juberentur qui fœnerauerant, & acceperant aliena pignora, ut restituerent ea, dixerunt*, &c. ut sup. In Græco: Ἀποδώσομεν..... ἢ ζητήσομεν, *Reddemus..... non quæremus.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

13. Insuper excussi sinum meum, & dixi: Sic excutiat Deus omnem virum, qui non compleverit verbum istud, de domo sua, & de laboribus suis: sic excutiatur, & vacuus fiat. Et dixit universa multitudo: Amen. Et laudaverunt Deum. Fecit ergo populus sicut erat dictum.

14. A die autem illa, qua præceperat rex mihi ut essem dux in terra Juda, ab anno vigesimo usque ad annum trigesimum secundum Artaxerxis regis, per annos duodecim, ego & fratres mei annonas, quæ ducibus debebantur, non comedimus.

15. Duces autem primi, qui fuerant ante me, gravaverunt populum, & acceperunt ab eis, in pane, & vino, & pecunia, quotidie siclos quadraginta: sed & ministri eorum depressérunt populum. Ego autem non feci ita propter timorem Dei:

16. quin potiùs in opere muri ædificavi, & agrum non emi, & omnes pueri mei congregati ad opus erant.

17. Judæi quoque & magistratus, centum quinquaginta viri, & qui veniebant ad nos de gentibus, quæ in circuitu nostro sunt, in mensa mea erant.

18. Parabatur autem mihi per dies singulos bos unus, arietes sex electi, exceptis volatilibus, & inter dies decem vina diversa, & alia multa tribuebam: insuper & annonas ducatus mei non quæsivi: valde enim attenuatus erat populus.

19. Memento mei Deus meus in bonum, secundùm omnia quæ feci populo huic.

CAPUT VI.

VULGATA NOVA.

1. FActum est autem, cùm audissent Sanaballat, & Tobias, & Gossem Arabs, & cæteri inimici nostri, quòd ædificassem ego murum, & non esset in ipso residua interruptio (usque ad tempus autem illud valvas non posueram in portis)

2. miserunt Sanaballat & Gossem ad me, dicentes: Veni, & percutiamus fœdus pariter in viculis in campo Ono. Ipsi autem cogitabant ut facerent mihi malum.

3. Misi ergo ad eos nuncios, dicens: Opus grande ego facio, & non possum descendere: ne fortè negligatur, cùm venero & descendero ad vos.

4. Miserunt autem ad me secundùm verbum hoc per quatuor vices: & respondi eis juxta sermonem priorem.

5. Et misit ad me Sanaballat juxta verbum prius quinta vice puerum suum, & epistolam habebat in manu sua scriptam hoc modo:

6. IN GENTIBUS auditum est, & Gossem dixit, quòd tu & Judæi *cogitetis* rebellare, & propterea ædifices murum, & levare te velis super eos regem: propter quam causam

7. & prophetas posueris, qui prædicent de te in Jerusalem, dicentes: Rex in Judæa est. Auditurus est rex verba hæc: idcirco nunc veni, ut ineamus consilium pariter.

8. Et misi ad eos, dicens: Non est factum secundùm verba hæc, quæ tu loqueris: de corde enim tuo tu componis hæc.

9. Omnes enim hi terrebant nos, cogitantes quòd cessarent manus nostræ ab opere, & quiescéremus. Quam ob causam magis confortavi manus meas:

10. & ingressus sum domum Semaiæ filii Dalaiæ filii Metabeel secretò. Qui ait: Tractemus nobiscum in domo Dei in medio templi, & claudamus portas ædis: quia venturi sunt ut interficiant te, & nocte venturi sunt ad occidendum te.

11. Et dixi: Num quisquam similis mei fugit? & quis ut ego ingredietur templum, & vivet? non ingrediar.

12. Et intellexi quòd Deus non misisset eum, sed quasi vaticinans locutus esset ad me, & Tobias & Sanaballat conduxissent eum:

13. acceperat enim pretium, ut territus facerem, & peccarem, & haberent malum, quod exprobrarent mihi.

14. Memento mei Domine pro Tobia & Sanaballat, juxta opera eorum talia: sed & Noadiæ prophetæ, & cæterorum prophetarum, qui terrebant me.

15. Completus est autem murus vigesimo quinto die mensis Elul, quinquaginta duobus diebus.

16. Factum est ergo cùm audissent omnes inimici nostri, ut timerent universæ gentes, quæ erant in circuitu nostro, & concíderent *intra semetipsos*, & scirent quòd à Deo factum esset opus hoc.

17. Sed & in diebus illis multæ optimatum Judæorum epistolæ mittebantur ad Tobiam, & à Tobia veniebant ad eos.

18. Multi enim erant in Judæa habentes juramentum ejus, quia gener erat Secheniæ filii Area, & Johanan filius ejus acceperat filiam Mosollam filii Barachiæ:

19. sed & laudabant eum coram me, & verba mea nunciabant ei: & Tobias mittebat epistolas ut terreret me.

CAPUT VII.

VULGATA NOVA.

Eccli. 49. 15.

1. POstquam autem ædificatus est murus, & posui valvas, & recensui janitores, & cantores, & Levitas:

2. præcepi Hanani fratri meo, & Hananiæ principi domus de Jerusalem (ipse enim quasi vir verax & timens Deum plus cæteris videbatur)

3. & dixi eis: Non aperiantur portæ Jerusalem usque ad calorem solis. Cùmque adhuc assisterent, clausæ portæ sunt, & oppilatæ: & posui custodes de habitatoribus Jerusalem, singulos per vices suas, & unumquemque contra domum suam.

4. Civitas autem erat lata nimis & grandis, & populus parvus in medio ejus, & non erant domus ædificatæ.

5. Deus autem dedit in corde meo, & congregavi optimates, & magistratus, & vulgus, ut recenserem eos: & inveni librum census eorum, qui ascenderant primùm, & inventum est scriptum in eo:

6. Isti filii provinciæ, qui ascenderunt de captivitate migrantium, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis, & reversi sunt in Jerusalem, & in Judæam, unusquisque in civitatem suam. *1. Esd. 2. 1.*

7. Qui venerunt cum Zorobabel, Josue, Nehemias, Azarias, Raamias, Nahamani, Mardochæus, Belsam, Mespharath, Begoai, Nahum, Baana. Numerus virorum populi Israël:

8. Filii Pharos, duo millia centum septuaginta duo:

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

9. Filii Saphatia, trecenti ſeptuaginta duo :
10. Filii Area, ſexcenti quinquaginta duo :
11. Filii Phahathmoab filiorum Joſue & Joab, duo millia octingenti decem & octo :
12. Filii Ælam, mille ducenti quinquaginta quatuor :
13. Filii Zethua, octingenti quadraginta quinque :
14. Filii Zachai, ſeptingenti ſexaginta :
15. Filii Bannui, ſexcenti quadraginta octo :
16. Filii Bebai, ſexcenti viginti octo :
17. Filii Azgad, duo millia trecenti viginti duo :
18. Filii Adonicam, ſexcenti ſexaginta ſeptem :
19. Filii Beguai, duo millia ſexaginta ſeptem :
20. Filii Adin, ſexcenti quinquaginta quinque :
21. Filii Ater, filii Hezeciæ, nonaginta octo :
22. Filii Haſem, trecenti viginti octo :
23. Filii Beſai, trecenti viginti quatuor :
24. Filii Hareph, centum duodecim :
25. Filii Gabaon, nonaginta quinque :
26. Filii Bethlehem & Netupha, centum octoginta octo.
27. Viri Anathoth, centum viginti octo.
28. Viri Bethazmoth, quadraginta duo.
29. Viri Cariathiarim, Cephira, & Beroth, ſeptingenti quadraginta tres.
30. Viri Rama & Geba, ſexcenti viginti unus.
31. Viri Machmas, centum viginti duo.
32. Viri Bethel & Hai, centum viginti tres.
33. Viri Nebo alterius, quinquaginta duo.
34. Viri Ælam alterius, mille ducenti quinquaginta quatuor.
35. Filii Harem, trecenti viginti.
36. Filii Jericho, trecenti quadraginta quinque.
37. Filii Lod, Hadid, & Ono, ſeptingenti viginti unus.
38. Filii Senaa, tria millia nongenti triginta.
39. Sacerdotes : Filii Idaia in domo Joſue, nongenti ſeptuaginta tres.
40. Filii Emmer, mille quinquaginta duo.
41. Filii Phashur, mille ducenti quadraginta ſeptem.
42. Filii Arem, mille decem & ſeptem. Levitæ :
43. Filii Joſue & Cedmihel filiorum
44. Odviæ, ſeptuaginta quatuor. Cantores :
45. Filii Aſaph, centum quadraginta octo.
46. Janitores : Filii Sellum, filii Ater, filii Telmon, filii Accub, filii Hatita, filii Sobai : centum triginta octo.
47. Nathinæi : filii Soha, filii Haſupha, filii Tebbaoth,
48. filii Ceros, filii Siaa, filii Phadon, filii Lebana, filii Hagaba, filii Selmai,
49. filii Hanan, filii Geddel, filii Gaher,
50. filii Raaia, filii Raſin, filii Necoda,
51. filii Gezem, filii Aza, filii Phaſea,
52. filii Beſai, filii Munim, filii Nephuſſim,
53. filii Bacbuc, filii Hacupha, filii Harhur,
54. filii Besloth, filii Mahida, filii Harſa,
55. filii Bercos, filii Siſara, filii Thema,
56. filii Naſia, filii Hatipha,
57. filii ſervorum Salomonis, filii Sothai, filii Sophereth, filii Pharida,
58. filii Jahala, filii Darcon, filii Jeddel,
59. filii Saphatia, filii Hatil, filii Phochereth, qui erat ortus ex Sabaim, filio Amon.
60. Omnes Nathinæi, & filii ſervorum Salomonis, trecenti nonaginta duo.
61. Hi ſunt autem, qui aſcenderunt de Thelmela, Thelharſa, Cherub, Addon, & Emmer : & non potuerunt indicare domum patrum ſuorum, & ſemen ſuum, utrùm ex Iſraël eſſent.
62. Filii Dalaia, filii Tobia, filii Necoda, ſexcenti quadraginta duo.
63. Et de ſacerdotibus, filii Habia, filii Accos, filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis uxorem : & vocatus eſt nomine eorum.
64. Hi quæſierunt ſcripturam ſuam in cenſu, & non invenerunt : & ejecti ſunt de ſacerdotio.
65. Dixitque Atherſatha eis ut non manducarent de Sanctis ſanctorum, donec ſtaret ſacerdos doctus & eruditus.
66. Omnis multitudo quaſi vir unus, quadraginta duo millia trecenti ſexaginta,
67. abſque ſervis & ancillis eorum, qui erant ſeptem millia trecenti triginta ſeptem, & inter eos cantores, & cantatrices, ducenti quadraginta quinque.
68. Equi eorum, ſeptingenti triginta ſex : muli eorum, ducenti quadraginta quinque :
69. cameli eorum, quadringenti triginta quinque : aſini, ſex millia ſeptingenti viginti.

Hucuſque refertur quid in commentario ſcriptum fuerit, exin Nehemiæ hiſtoria texitur.

70. Nonnulli autem de principibus familiarum dederunt in opus. Atherſatha dedit in theſaurum auri drachmas mille, phialas quinquaginta, tunicas ſacerdotales quingentas triginta.
71. Et de principibus familiarum dederunt in theſaurum operis, auri drachmas viginti millia, & argenti mnas duo millia ducentas.
72. Et quod dedit reliquus populus, auri drachmas viginti millia, & argenti mnas duo millia, & tunicas ſacerdotales ſexaginta ſeptem.
73. Habitaverunt autem ſacerdotes, & Levitæ, & janitores, & cantores, & reliquum vulgus, & Nathinæi, & omnis Iſraël, in civitatibus ſuis.

CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

1. ET venerat menſis ſeptimus : filii autem Iſraël erant in civitatibus ſuis. Congregatuſque eſt omnis populus quaſi vir unus, ad plateam quæ eſt ante portam aquarum : & dixerunt Eſdræ ſcribæ ut afferret librum legis Moyſi, quam præceperat Dominus Iſraëli.
2. Attulit ergo Eſdras ſacerdos legem coram multitudine virorum & mulierum, cunctiſque qui poterant intelligere, in die prima menſis ſeptimi.
3. Et legit in eo apertè in platea quæ erat ante portam aquarum, de manè uſque ad mediam diem, in conſpectu virorum & mulierum & ſapientium : & aures omnis populi erant erectæ ad librum.
4. Stetit autem Eſdras ſcriba ſuper gradum lignеum, quem fecerat ad loquendum : & ſteterunt juxta eum, Mathathias, & Semeia, & Ania, & Uria, & Helcia, & Maaſia, ad dexteram ejus : & ad ſiniſtram, Phadaia, Miſael, & Melchia, & Haſum, & Hasbadana, Zacharia, & Moſollam.
5. Et aperuit Eſdras librum coram omni populo : ſuper univerſum quippe populum eminebat : & cùm aperuiſſet eum, ſtetit omnis populus.
6. Et benedixit Eſdras Domino Deo magno : & reſpondit omnis populus : Amen, Amen : elevans manus ſuas : & incurvati ſunt, & adoraverunt Deum proni in terram.
7. Porro Joſue, & Bani, & Serebia, Jamin, Accub, Septhai, Odia, Maaſia, Celita, Azarias, Jo-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

zabed, Hanan, Phalaia, Levitæ, silentium faciebant in populo ad audiendam legem: populus autem stabat in gradu suo.

8. Et legerunt in libro legis Dei distinctè, & apertè ad intelligendum: & intellexerunt cùm legeretur.

9. Dixit autem Nehemias (ipse est Athersatha) & Esdras sacerdos & scriba, & Levitæ interpretantes universo populo: Dies sanctificatus est Domino Deo nostro, nolite lugere, & nolite flere. Flebat enim omnis populus cùm audiret verba legis.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Missali Rom. ad Commun. fer. 4. IV. temp. Septemb.

10..... comedite pinguia, & bibite mustum, & mittite partes eis, qui non præparaverunt sibi: sanctus enim dies Domini est, nolite contristari: gaudium etenim Domini est fortitudo nostra.

VULGATA NOVA.

10. Et dixit eis: Ite, comedite pinguia, & bibite mulsum, & mittite partes his, qui non præparaverunt sibi: quia sanctus dies Domini est, & nolite contristari: gaudium etenim Domini est fortitudo nostra.

VULGATA NOVA.

11. Levitæ autem silentium faciebant in omni populo, dicentes: Tacete, quia dies sanctus est, & nolite dolere.

12. Abiit itaque omnis populus, ut comederet & biberet, & mitteret partes, & faceret lætitiam magnam: quia intellexerant verba, quæ docuerat eos.

13. Et in die secundo congregati sunt principes familiarum universi populi, sacerdotes & Levitæ, ad Esdram scribam, ut interpretaretur eis verba legis.

14. Et invenerunt scriptum in lege, præcepisse Dominum in manu Moysi, ut habitent filii Israël in tabernaculis, in die solemni, mense septimo:

15. & ut prædicent, & divulgent vocem in universis urbibus suis, & in Jerusalem, dicentes: Egredimini in montem, & afferte frondes olivæ, & frondes ligni pulcherrimi, frondes myrti, & ramos palmarum, & frondes ligni nemorosi, ut fiant tabernacula, sicut scriptum est.

16. Et egressus est populus, & attulerunt. Feceruntque sibi tabernacula unusquisque in domate suo, & in atriis suis, & in atriis domus Dei, & in platea portæ aquarum, & in platea portæ Ephraim.

17. Fecit ergo universa ecclesia eorum qui redierant de captivitate, tabernacula, & habitaverunt in tabernaculis: non enim fecerant à diebus Josue filii Nun taliter filii Israël usque ad diem illum. Et fuit lætitia magna nimis.

18. Legit autem in libro legis Dei per dies singulos, à die primo usque ad diem novissimum: & fecerunt solemnitatem septem diebus, & in die octavo collectam juxta ritum.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Græc. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Πορεύεσθε, φάγεσθε λιπάσματα, καὶ πίεσθε γλυκάσματα, καὶ ἀποστείλατε μερίδας τοῖς μὴ ἔχουσιν· ὅτι ἁγία ἐστὶν ἡμέρα τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, καὶ μὴ διαπέσητε· ὅτι ἐστὶ Κύριος ἰσχὺς ἡμῶν. *Et dixit eis: Ite, comedite pinguedines, & bibite dulcedines, & mittite partes eis qui non habent: quia sancta est dies Domino nostro, & ne concidatis: quoniam est Dominus fortitudo nostra.*

CAPUT IX.

VULGATA NOVA.

1. IN die autem vigesimo quarto mensis hujus, convenerunt filii Israël in jejunio & in saccis, & humus super eos.

2. Et separatum est semen filiorum Israël ab omni filio alienigena: & steterunt, & confitebantur peccata sua, & iniquitates patrum suorum.

3. Et consurrexerunt ad standum: & legerunt in volumine legis Domini Dei sui, quater in die, & quater confitebantur, & adorabant Dominum Deum suum.

4. Surrexerunt autem super gradum Levitarum, Josue, & Bani, & Cedmihel, Sabania, Bonni, Sarebias, Bani, & Chanani: & clamaverunt voce magna ad Dominum Deum suum.

5. Et dixerunt Levitæ, Josue, & Cedmihel, Bonni, Hasebnia, Serebia, Odaia, Sebnia, Phathahia: Surgite, benedicite Domino Deo vestro ab æterno usque in æternum: & benedicant nomini gloriæ tuæ excelso in omni benedictione & laude.

VERSIO ANTIQUA.

Vigil. Tapsi. l. cont. Varim. 739. c.

6..... Tu Dominus, Deus solus, qui fecisti cœlum cœlorum, & omnes virtutes eorum: terram, & quæ in ea: & mare, & quæ in eo sunt: & vivificasti omnia, & virtutes cœli te adorant.

VULGATA NOVA.

6. Tu ipse Domine, solus, tu fecisti cœlum, & cœlum cœlorum, & omnem exercitum eorum: terram, & universa quæ in ea sunt: maria, & omnia quæ in eis sunt: & tu vivificas omnia hæc, & exercitus cœli te adorat.

VULGATA NOVA.

Gen. 11. 31.

7. Tu ipse, Domine Deus, qui elegisti Abram, & eduxisti eum de igne Chaldæorum, & posuisti nomen ejus Abraham.

8. Et inveniisti cor ejus fidele coram te: & percussisti cum eo fœdus, ut dares ei terram Chananæi, Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Jebusæi, & Gergesæi, ut dares semini ejus: & implesti verba tua, quoniam justus es.

9. Et vidisti afflictionem patrum nostrorum in Ægypto: clamoremque eorum audisti super mare rubrum.

10. Et dedisti signa atque portenta in Pharaone, & in universis servis ejus, & in omni populo terræ illius: cognovisti enim quia superbè egerant contra eos: & fecisti tibi nomen, sicut & in hac die.

11. Et mare divisisti ante eos, & transierunt per

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Græc. initio hab. Καὶ εἶπεν Ἔσδρας· Σὺ εἶ αὐτὸς Κύριος μόνος, σὺ ἐποίησας τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸν οὐρανὸν τῶν οὐρανῶν· (in Ms. Alex. simpliciter, ἐποίησας τὸν οὐρανὸν τῶν οὐρανῶν·) tum in Vatic. καὶ πᾶσαν τὴν στάσιν, & *omnem stationem*, loco & *omnes virtutes*; (in edit. verò Compl. πάσας τὰς δυνάμεις·) exinde loco *quæ in ea*, &c. ita: πάντα ὅσα ἐστὶν ἐν αὐτῇ· τὰς θαλάσσας, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐταῖς· καὶ σὺ ζωοποιεῖς τὰ πάντα, καὶ σοὶ προσκυνοῦσιν αἱ στρατιαὶ τῶν οὐρανῶν· *omnia quæcunque sunt in ea: maria, & omnia quæ in eis: & tu vivificas omnia, & te adorant exercitus cœlorum.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

medium maris in ſicco: perſecutores autem eorum projeciſti in profundum, quaſi lapidem in aquas validas.

12. Et in columna nubis ductor eorum fuiſti per diem, & in columna ignis per noctem, ut appareret eis via, per quam ingrediebantur.

13. Ad montem quoque Sinai deſcendiſti, & locutus es cum eis de cœlo, & dediſti eis judicia recta, & legem veritatis, cæremonias, & præcepta bona:

14. & ſabbatum ſanctificatum tuum oſtendiſti eis, & mandata, & cæremonias, & legem præcepiſti eis in manu Moyſi ſervi tui.

15. Panem quoque de cœlo dediſti eis in fame eorum, & aquam de petra eduxiſti eis ſitientibus, & dixiſti eis ut ingrederentur, & poſſiderent terram, ſuper quam levaſti manum tuam, ut traderes eis.

16. Ipſi verò & patres noſtri ſuperbè egerunt, & induraverunt cervices ſuas, & non audierunt mandata tua.

17. Et noluerunt audire, & non ſunt recordati mirabilium tuorum quæ feceras eis. Et induraverunt cervices ſuas, & dederunt caput ut converterentur ad ſervitutem ſuam, quaſi per contentionem. Tu autem Deus propitius, clemens & miſericors, longanimis & multæ miſerationis, non dereliquiſti eos,

18. & quidem cùm feciſſent ſibi vitulum conflatilem, & dixiſſent: Iſte eſt Deus tuus, qui eduxit te de Ægypto: feceruntque blaſphemias magnas.

19. Tu autem in miſericordiis tuis multis non dimiſiſti eos in deſerto: columna nubis non receſſit ab eis per diem, ut duceret eos in viam, & columna ignis per noctem, ut oſtenderet eis iter per quod ingrederentur.

20. Et ſpiritum tuum bonum dediſti qui doceret eos, & manna tuum non prohibuiſti ab ore eorum, & aquam dediſti eis in ſiti.

21. Quadraginta annis paviſti eos in deſerto, nihilque eis defuit: veſtimenta eorum non inveteraverunt, & pedes eorum non ſunt attriti.

22. Et dediſti eis regna, & populos, & partitus es eis ſortes: & poſſederunt terram Sehon, & terram regis Heſebon, & terram Og regis Baſan.

23. Et multiplicaſti filios eorum ſicut ſtellas cœli, & adduxiſti eos ad terram, de qua dixeras patribus eorum ut ingrederentur & poſſiderent.

24. Et venerunt filii, & poſſederunt terram, & humiliaſti coram eis habitatores terræ Chananæos, & dediſti eos in manu eorum, & reges eorum & populos terræ, ut facerent eis ſicut placebat illis.

25. Ceperunt itaque urbes munitas, & humum pinguem, & poſſederunt domos plenas cunctis bonis; ciſternas ab aliis fabricatas, vineas, & oliveta, & ligna pomifera multa: & comederunt, & ſaturati ſunt, & impinguati ſunt, & abundaverunt deliciis in bonitate tua magna.

VULGATA NOVA.

26. Provocaverunt autem te ad iracundiam, & receſſerunt à te, & projecerunt legem tuam poſt terga ſua: & prophetas tuos occiderunt, qui conteſtabantur eos ut reverterentur ad te: feceruntque blaſphemias grandes.

VERSIO ANTIQUA.

26... deſciverunt à te, & abjecerunt legem tuam poſt dorſum ſuum: & prophetas tuos interfecerunt, qui obteſtabantur eos ut reverterentur ad te..... *Cypr. l. 1. Teſtim. 276. c.*

VULGATA NOVA.

27. Et dediſti eos in manu hoſtium ſuorum, & afflixerunt eos. Et in tempore tribulationis ſuæ clamaverunt ad te, & tu de cœlo audiſti, & ſecundùm miſerationes tuas multas dediſti eis ſalvatores, qui ſalvarent eos de manu hoſtium ſuorum.

28. Cùmque requieviſſent, reverſi ſunt ut facerent malum in conſpectu tuo: & dereliquiſti eos in manu inimicorum ſuorum, & poſſederunt eos. Converſique ſunt, & clamaverunt ad te: tu autem de cœlo exaudiſti, & liberaſti eos in miſericordiis tuis, multis temporibus.

29. Et conteſtatus es eos ut reverterentur ad legem tuam. Ipſi verò ſuperbè egerunt, & non audierunt mandata tua, & in judiciis tuis peccaverunt, quæ faciet homo, & vivet in eis: & dederunt humerum recedentem, & cervicem ſuam induraverunt, nec audierunt.

30. Et protraxiſti ſuper eos annos multos, & conteſtatus es eos in ſpiritu tuo per manum prophetarum tuorum: & non audierunt, & tradidiſti eos in manu populorum terrarum.

31. In miſericordiis autem tuis plurimis non feciſti eos in conſumptionem, nec dereliquiſti eos: quoniam Deus miſerationum, & clemens es tu.

VERSIO ANTIQUA.

32..... tu es Deus fortis, magnus, valens, & metuendus, qui cuſtodis teſtamentum & miſericordiam..... *Vigil. Tapſ. cont. Varim. 749. b.*

VULGATA NOVA.

32. Nunc itaque Deus noſter, magne, fortis, & terribilis, cuſtodiens pactum & miſericordiam, ne avertas à facie tua omnem laborem, qui invenit nos, reges noſtros, & principes noſtros, & ſacerdotes noſtros, & prophetas noſtros, & patres noſtros, & omnem populum tuum, à diebus regis Aſſur uſque in diem hanc.

33. Et tu juſtus es in omnibus quæ venerunt ſuper nos: quia veritatem feciſti, nos autem impiè egimus.

34. Reges noſtri, principes noſtri, ſacerdotes noſtri, & patres noſtri, non fecerunt legem tuam, & non attenderunt mandata tua, & teſtimonia tua quæ teſtificatus es in eis.

35. Et ipſi in regnis ſuis, & in bonitate tua multa, quam dederas eis, & in terra latiſſima & pingui, quam tradideras in conſpectu eorum, non ſervierunt tibi, nec reverſi ſunt à ſtudiis ſuis peſſimis.

36. Ecce nos ipſi hodie ſervi ſumus; & terra, quam dediſti patribus noſtris ut comederent panem ejus, & quæ bona ſunt ejus, & nos ipſi ſervi ſumus in ea.

37. Et fruges ejus multiplicantur regibus, quos poſuiſti ſuper nos propter peccata noſtra, & corporibus noſtris dominantur, & jumentis noſtris ſecundùm voluntatem ſuam, & in tribulatione magna ſumus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 26. Eadem refert Lactant. ad verbum l. 4. Inſtit. c. 11. 575. nec aliter in Græco, niſi quòd pro *dorſum*, habetur Ζώματος, *corpus*: (Mſs. quidam Cypr. ut & nonnulli Lactant. ferunt *cor*:) item loco *obteſtabantur eos*, ita Græcè, διεμαρτύραντο ἐν αὐτοῖς, in Compl. διεμαρτυρῶντο. Quidam Mſs. Cypr. pro *deſciverunt*, hab. *diſceſſerunt*, Gr. ἀπέστησαν.

℣. 32. Abeſt à Græco, *tu es*, ſed additur ἡμῶν, *noſter*, voci *Deus*, ut & Ζῶν, ad *teſtamentum*; Ald. ed. delet Ζῶν; reliqua ut in Lat. ſupra.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

38. Super omnibus ergo his nos ipsi percutimus fœdus, & scribimus, & signant principes nostri, Levitæ nostri, & sacerdotes nostri.

CAPUT X.

VULGATA NOVA.

1. SIgnatores autem fuerunt, Nehemias, Athersatha filius Hachelai, & Sedecias,
2. Saraias, Azarias, Jeremias,
3. Pheshur, Amarias, Melchias,
4. Hattus, Sebenia, Melluch,
5. Harem, Merimuth, Obdias,
6. Daniel, Genthon, Baruch,
7. Mosollam, Abia, Miamin,
8. Maazia, Belgai, Semeia: hi sacerdotes.
9. Porro Levitæ, Josue filius Azaniæ, Bennui de filiis Henadad, Cedmihel,
10. & fratres eorum, Sebenia, Odaia, Celita, Phalaia, Hanan,
11. Micha, Rohob, Hasebia,
12. Zachur, Serebia, Sabania,
13. Odaia, Bani, Baninu.
14. Capita populi, Pharos, Phahathmoab, Aelam, Zethu, Bani,
15. Bonni, Azgad, Bebai,
16. Adonia, Begoai, Adin,
17. Ater, Hezecia, Azur,
18. Odaia, Hasum, Besai,
19. Hareph, Anathoth, Nebai,
20. Megphias, Mosollam, Hazir,
21. Mesizabel, Sadoc, Jeddua,
22. Pheltia, Hanan, Anaia,
23. Osee, Hanania, Hasub,
24. Alohes, Phalea, Sobec,
25. Rehum, Hasebna, Maasia,
26. Echaia, Hanan, Anan,
27. Melluch, Haran, Baana:
28. & reliqui de populo, sacerdotes, Levitæ, janitores, & cantores, Nathinæi, & omnes qui se separaverunt de populis terrarum ad legem Dei, uxores eorum, filii eorum, & filiæ eorum,
29. omnes qui poterant sapere spondentes pro fratribus suis, optimates eorum, & qui veniebant ad pollicendum & jurandum ut ambularent in lege Dei, quam dederat in manu Moysi servi Dei, ut facerent & custodirent universa mandata Domini Dei nostri, & judicia ejus, & cæremonias ejus,
30. & ut non daremus filias nostras populo terræ, & filias eorum non acciperemus filiis nostris.
31. Populi quoque terræ, qui important venalia, & omnia ad usum, per diem sabbati ut vendant', non accipiemus ab eis in sabbato & in die sanctificato. Et dimittemus annum septimum, & exactionem universæ manus.
32. Et statuemus super nos præcepta, ut demus tertiam partem sicli per annum ad opus domus Dei nostri,
33. ad panes propositionis, & ad sacrificium sempiternum, & in holocaustum sempiternum in sabbatis, in calendis, in solemnitatibus, & in sanctificatis, & pro peccato: ut exoretur pro Israël, & in omnem usum domus Dei nostri.
34. Sortes ergo misimus super oblationem lignorum, inter sacerdotes, & Levitas, & populum, ut inferrentur in domum Dei nostri per domos patrum nostrorum, per tempora, à temporibus anni usque ad annum: ut arderent super altare Domini Dei nostri, sicut scriptum est in lege Moysi:
35. & ut afferremus primogenita terræ nostræ, & primitiva universi fructus omnis ligni, ab anno in annum, in domo Domini:
36. & primitiva filiorum nostrorum, & pecorum nostrorum, sicut scriptum est in lege, & primitiva boum nostrorum, & ovium nostrarum, ut offerrentur in domo Dei nostri, sacerdotibus qui ministrant in domo Dei nostri:
37. & primitias ciborum nostrorum, & libaminum nostrorum, & poma omnis ligni, vindemiæ quoque & olei, afferemus sacerdotibus ad gazophylacium Dei nostri, & decimam partem terræ nostræ Levitis. Ipsi Levitæ decimas accipient ex omnibus civitatibus operum nostrorum.
38. Erit autem sacerdos filius Aaron cum Levitis in decimis Levitarum, & Levitæ offerent decimam partem decimæ suæ in domo Dei nostri, ad gazophylacium in domum thesauri.
39. Ad gazophylacium enim deportabunt filii Israël, & filii Levi, primitias frumenti, vini, & olei: & ibi erunt vasa sanctificata, & sacerdotes, & cantores, & janitores, & ministri, & non dimittemus domum Dei nostri.

CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

1. HAbitaverunt autem principes populi in Jerusalem: reliqua verò plebs misit sortem, ut tollerent unam partem de decem, qui habitaturi essent in Jerusalem civitate sancta, novem verò partes in civitatibus.
2. Benedixit autem populus omnibus viris qui se sponte obtulerant ut habitarent in Jerusalem.
3. Hi sunt itaque principes provinciæ, qui habitaverunt in Jerusalem, & in civitatibus Juda. Habitavit autem unusquisque in possessione sua, in urbibus suis, Israël, sacerdotes, Levitæ, Nathinæi, & filii servorum Salomonis.
4. Et in Jerusalem habitaverunt de filiis Juda, & de filiis Benjamin: de filiis Juda, Athaias filius Aziam, filii Zachariæ, filii Amariæ, filii Saphatiæ, filii Mahaleel: de filiis Phares,
5. Maasia filius Baruch, filius Cholhoza, filius Hazia, filius Adaia, filius Joiarib, filius Zachariæ, filius Silonitis:
6. omnes hi filii Phares, qui habitaverunt in Jerusalem, quadringenti sexaginta octo viri fortes.
7. Hi sunt autem filii Benjamin: Sellum filius Mosollam, filius Joed, filius Phadaia, filius Colaia, filius Masia, filius Etheel, filius Isaia,
8. & post eum Gebbai, Sellai, nongenti viginti octo,
9. & Joel filius Zechri præpositus eorum, & Judas filius Senua super civitatem secundus.
10. Et de sacerdotibus, Idaia filius Joarib, Jachin,
11. Saraia filius Helciæ, filius Mosollam, filius Sadoc, filius Meraioth, filius Achitob princeps domus Dei,
12. & fratres eorum facientes opera templi: octin-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

genti viginti duo. Et Adaia filius Jeroham, filius Phelelia, filius Amsi, filius Zachariæ, filius Pheshur, filius Melchiæ,

13. & fratres ejus principes patrum: ducenti quadraginta duo. Et Amassai filius Azreel, filius Ahazi, filius Mosollamoth, filius Emmer,

14. & fratres eorum potentes nimis: centum viginti octo, & præpositus eorum Zabdiel filius potentium.

15. Et de Levitis Semeia filius Hasub, filius Azaricam, filius Hasabia, filius Boni,

16. & Sabathai & Jozabed, super omnia opera, quæ erant forinsecus in domo Dei, à principibus Levitarum.

17. Et Mathania filius Micha, filius Zebedei, filius Asaph, princeps ad laudandum & ad confitendum in oratione, & Becbecia secundus de fratribus ejus, & Abda filius Samua, filius Galal, filius Idithum:

18. omnes Levitæ in civitate sancta ducenti octoginta quatuor.

19. Et janitores, Accub, Telmon, & fratres eorum, qui custodiebant ostia: centum septuaginta duo.

20. Et reliqui ex Israël sacerdotes & Levitæ in universis civitatibus Juda, unusquisque in possessione sua.

21. Et Nathinæi, qui habitabant in Ophel, & Siaha, & Gaspha de Nathinæis.

22. Et episcopus Levitarum in Jerusalem, Azzi filius Bani, filius Hasabiæ, filius Mathaniæ, filius Michæ. De filiis Asaph, cantores in ministerio domus Dei.

23. Præceptum quippe regis super eos erat, & ordo in cantoribus per dies singulos,

24. & Phathahia filius Mesezebel, de filiis Zara filii Juda in manu regis, juxta omne verbum populi,

25. & in domibus per omnes regiones eorum. De filiis Juda habitaverunt in Cariatharbe, & in filiabus ejus: & in Dibon, & in filiabus ejus: & in Cabseel, & in viculis ejus,

26. & in Jesue, & in Molada, & in Bethphaleth,

27. & in Hasersual, & in Bersabee, & in filiabus ejus,

28. & in Siceleg, & in Mochona, & in filiabus ejus,

29. & in Remmon, & in Saraa, & in Jerimuth,

30. Zanoa, Odollam, & in villis earum, Lachis & regionibus ejus, & Azeca, & filiabus ejus. Et manserunt in Bersabee usque ad vallem Ennom.

31. Filii autem Benjamin, à Geba, Mechmas, & Hai, & Bethel, & filiabus ejus:

32. Anathoth, Nob, Anania,

33. Asor, Rama, Gethaim,

34. Hadid, Seboim, & Neballat, Lod

35. & Ono valle artificum.

36. Et de Levitis portiones Judæ & Benjamin.

CAPUT XII.

VULGATA NOVA.

1. HI sunt autem sacerdotes & Levitæ, qui ascenderunt cum Zorobabel filio Salathiel, & Josue: Saraia, Jeremias, Esdras,

2. Amaria, Melluch, Hattus,

3. Sebenias, Rheum, Merimuth,

4. Addo, Genthon, Abia,

5. Miamin, Madia, Belga,

6. Semeia, & Joiarib, Idaia, Sellum, Amoc, Helcias,

7. Idaia. Isti principes sacerdotum, & fratres eorum, in diebus Josue.

8. Porro Levitæ, Jesua, Bennui, Cedmihel, Sarebia, Juda, Mathanias, super hymnos ipsi & fratres eorum:

9. & Becbecia atque Hanni, & fratres eorum, unusquisque in officio suo.

10. Josue autem genuit Joacim, & Joacim genuit Eliasib, & Eliasib genuit Joiada,

11. & Joiada genuit Jonathan, & Jonathan genuit Jeddoa.

12. In diebus autem Joacim erant sacerdotes & principes familiarum: Saraiæ, Maraia: Jeremiæ, Hanania:

13. Esdræ, Mosollam: Amariæ, Johanan:

14. Milicho, Jonathan: Sebeniæ, Joseph:

15. Haram, Edna: Maraioth, Helci:

16. Adaiæ, Zacharia, Genthon, Mosollam:

17. Abiæ, Zechri: Miamin & Moadiæ, Phelti:

18. Belgæ, Sammua: Semaiæ, Jonathan:

19. Joiarib, Mathanai: Jodaiæ, Azzi:

20. Sellai, Celai: Amoc, Heber:

21. Helciæ, Hasebia: Idaiæ, Nathanael.

22. Levitæ in diebus Eliasib, & Joiada, & Johanan, & Jeddoa, scripti principes familiarum, & sacerdotes in regno Darii Persæ.

23. Filii Levi principes familiarum, scripti in libro verborum dierum, & usque ad dies Jonathan, filii Eliasib.

24. Et principes Levitarum, Hasebia, Serebia, & Josue filius Cedmihel: & fratres eorum per vices suas, ut laudarent & confiterentur juxta præceptum David viri Dei, & observarent æquè per ordinem.

25. Mathania, & Becbecia, Obedia, Mosollam, Telmon, Accub, custodes portarum & vestibulorum ante portas.

26. Hi in diebus Joacim filii Josue, filii Josedec, & in diebus Nehemiæ ducis, & Esdræ sacerdotis scribæque.

27. In dedicatione autem muri Jerusalem, requisierunt Levitas de omnibus locis suis, ut adducerent eos in Jerusalem, & facerent dedicationem & lætitiam in actione gratiarum, & cantico, & in cymbalis, psalteriis, & citharis.

28. Congregati sunt autem filii cantorum de campestribus circa Jerusalem, & de villis Nethuphati,

29. & de domo Galgal, & de regionibus Geba & Azmaveth: quoniam villas ædificaverunt sibi cantores in circuitu Jerusalem.

30. Et mundati sunt sacerdotes & Levitæ, & mundaverunt populum, & portas, & murum.

31. Ascendere autem feci principes Juda super murum, & statui duos magnos choros laudantium. Et ierunt ad dexteram super murum ad portam sterquilinii.

32. Et ivit post eos Osaias, & media pars principum Juda,

33. & Azarias, Esdras, & Mosollam, Judas, & Benjamin, & Semeia, & Jeremias.

34. Et de filiis sacerdotum in tubis, Zacharias filius Jonathan, filius Semeiæ, filius Mathaniæ, filius Michaiæ, filius Zechur, filius Asaph,

35. & fratres ejus, Semeia, & Azareel, Malalai, Galalai, Maai, Nathanael, & Judas, & Hanani, in vasis cantici David viri Dei: & Esdras scriba ante eos in porta fontis.

36. Et contra eos ascenderunt in gradibus civita-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tis David, in ascensu muri super domum David, & usque ad portam aquarum ad orientem.

37. Et chorus secundus gratias referentium ibat ex adverso, & ego post eum, & media pars populi super murum & super turrim furnorum, & usque ad murum latissimum,

38. & super portam Ephraim, & super portam antiquam, & super portam piscium & turrim Hananeel, & turrim Emath, & usque ad portam gregis: & steterunt in porta custodiæ,

39. steteruntque duo chori laudantium in domo Dei, & ego, & dimidia pars magistratuum mecum.

40. Et sacerdotes, Eliachim, Maasia, Miamin, Michea, Elioenai, Zacharia, Hanania in tubis,

41. & Maasia, & Semeia, & Eleazar, & Azzi, & Johanan, & Melchia, & Ælam, & Ezer. Et clarè cecinerunt cantores, & Jezraia præpositus:

42. & immolaverunt in die illa victimas magnas, & lætati sunt: Deus enim lætificaverat eos lætitiâ magnâ: sed & uxores eorum & liberi gavisi sunt, & audita est lætitia Jerusalem procul.

43. Recensuerunt quoque in die illa viros super gazophylacia thesauri ad libamina, & ad primitias, & ad decimas, ut introferrent per eos principes civitatis in decore gratiarum actionis, sacerdotes & Levitas: quia lætificatus est Juda in sacerdotibus & Levitis astantibus.

44. Et custodierunt observationem Dei sui, & observationem expiationis, & cantores, & janitores juxta præceptum David, & Salomonis filii ejus,

45. quia in diebus David & Asaph ab exordio erant principes constituti cantorum, in carmine laudantium & confitentium Deo.

46. Et omnis Israël, in diebus Zorobabel, & in diebus Nehemiæ, dabant partes cantoribus & janitoribus per dies singulos, & sanctificabant Levitas, & Levitæ sanctificabant filios Aaron.

CAPUT XIII.

VULGATA NOVA.

Deut. 23. 3. 1. IN die autem illo lectum est in volumine Moysi audiente populo: & inventum est scriptum in eo, quòd non debeant introire Ammonites & Moabites in ecclesiam Dei usque in æternum:

2. eò quòd non occurrerint filiis Israël cum pane & aqua; & conduxerint adversùm eos Balaam, ad maledicendum eis: & convertit Deus noster maledictionem in benedictionem.

3. Factum est autem, cùm audissent legem, separaverunt omnem alienigenam ab Israël.

4. Et super hoc erat Eliasib sacerdos, qui fuerat præpositus in gazophylacio domus Dei nostri, & proximus Tobiæ.

5. Fecit ergo sibi gazophylacium grande, & ibi erant ante eum reponentes munera, & thus, & vasa, & decimam frumenti, vini, & olei, partes Levitarum, & cantorum, & janitorum, & primitias sacerdotales.

6. In omnibus autem his non fui in Jerusalem, quia anno trigesimo secundo Artaxerxis regis Babylonis veni ad regem, & in fine dierum rogavi regem.

7. Et veni in Jerusalem, & intellexi malum, quod fecerat Eliasib Tobiæ, ut faceret ei thesaurum in vestibulis domus Dei.

8. Et malum mihi visum est valde. Et projeci vasa domus Tobiæ foras de gazophylacio:

9. præcepique, & emundaverunt gazophylacia: & retuli ibi vasa domus Dei, sacrificium, & thus.

10. Et cognovi quòd partes Levitarum non fuissent datæ; & fugisset unusquisque in regionem suam de Levitis, & cantoribus, & de his qui ministrabant:

11. & egi causam adversùs magistratus, & dixi: Quare dereliquimus domum Dei? Et congregavi eos, & feci stare in stationibus suis.

12. Et omnis Juda apportabat decimam frumenti, vini, & olei in horrea.

13. Et constituimus super horrea Selemiam sacerdotem, & Sadoc scribam, & Phadaiam de Levitis, & juxta eos Hanan filium Zachur, filium Mathaniæ: quoniam fideles comprobati sunt, & ipsis creditæ sunt partes fratrum suorum.

14. Memento mei Deus meus pro hoc, & ne deleas miserationes meas, quas feci in domo Dei mei, & in cæremoniis ejus.

15. In diebus illis vidi in Juda calcantes torcularia in sabbato, portantes acervos, & onerantes super asinos vinum, & uvas, & ficus, & omne onus, & inferentes in Jerusalem die sabbati. Et contestatus sum, ut in die qua vendere liceret, venderent.

16. Et Tyrii habitaverunt in ea, inferentes pisces, & omnia venalia: & vendebant in sabbatis filiis Juda in Jerusalem:

17. & objurgavi optimates Juda, & dixi eis: Quæ est hæc res mala, quam vos facitis, & profanatis diem sabbati?

18. Nunquid non hæc fecerunt patres nostri, & adduxit Deus noster super nos omne malum hoc, & super civitatem hanc? Et vos additis iracundiam super Israël violando sabbatum.

19. Factum est autem, cùm quievissent portæ Jerusalem in die sabbati, dixi: & clausserunt januas, & præcepi ut non aperirent eas usque post sabbatum: & de pueris meis constitui super portas ut nullus inferret onus in die sabbati.

20. Et manserunt negotiatores, & vendentes universa venalia, foris Jerusalem semel & bis.

21. Et contestatus sum eos, & dixi eis: Quare manetis ex adverso muri? si secundò hoc feceritis, manum mittam in vos. Itaque ex tempore illo non venerunt in sabbato.

22. Dixi quoque Levitis ut mundarentur, & venirent ad custodiendas portas, & sanctificandam diem sabbati: & pro hoc ergo memento mei Deus meus, & parce mihi secundùm multitudinem miserationum tuarum.

23. Sed & in diebus illis vidi Judæos ducentes uxores Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas.

24. Et filii eorum ex media parte loquebantur Azoticè, & nesciebant loqui Judaicè, & loquebantur juxta linguam populi & populi.

25. Et objurgavi eos, & maledixi. Et cecidi ex eis viros, & decalvavi eos, & adjuravi in Deo, ut non darent filias suas filiis eorum, & non acciperent de filiabus eorum filiis suis, & sibimetipsis, dicens:

26. Nunquid non in hujuscemodi re peccavit Salomon rex Israël? & certè in gentibus multis non erat rex similis ei, & dilectus Deo suo erat, & posuit eum Deus regem super omnem Israël: & ipsum ergo duxerunt ad peccatum mulieres alienigenæ. 3. Reg. 3. 1. & 11. 1. 3. Reg. 11. 4.

27. Nunquid & nos inobedientes faciemus omne malum grande hoc, ut prævaricemur in Deo nostro, & ducamus uxores peregrinas?

28. De filiis autem Joiada filii Eliasib sacerdotis magni, gener erat Sanaballat Horonites, quem fugavi à me.

29. Recordare Domine Deus meus, adversùm eos,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

qui polluunt ſacerdotium, juſque ſacerdotale & Leviticum.

30. Igitur mundavi eos ab omnibus alienigenis, & conſtitui ordines ſacerdotum & Levitarum, unumquemque in miniſterio ſuo:

31. & in oblatione lignorum in temporibus conſtitutis, & in primitivis: memento mei Deus meus in bonum. Amen.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugenſi.

LIBER ESDRÆ SECUNDUS.

CAP. I. ℣. 2. Ipſe & viri ex Juda. *Non eſt omittenda præpoſitio* ex.

CAP. II. ℣. 8. Ut tegere poſſim portas turris domus. *Non eſt addendum* templi, *nec mutandum* turris *ſingulare, cum plurali* turres, *hoc modo:* Portas templi, turres domus.

CAP. III. ℣. 6. Ipſi texerunt eam. *Pro* texerunt, *quod eſt præteritum à tego, non ſcribas* texuerunt, *præteritum à texo.*

℣. 25. Phalel filius Ozi. *Non præponas*, Poſt eum ædificaverunt.

℣. 28. Surſum autem à porta equorum ædificaverunt ſacerdotes. *Pro* à porta *ſexto caſu, non eſt ſubſtituendum* ad portam *quarto.*

℣. 30. Et ſcruta vendentium. *Scribendum eſt* ſcruta, *quod eſt, veteramenta omniſaria; non, emiſſa* i *litterâ*, ſcuta, *id eſt, arma quibus corpus pugnantes tegunt.*

℣. 31. Et inter cœnaculum anguli. *Præpoſitio* inter *non eſt commutanda cum* uſque ad.

Ibidem. Ædificaverunt aurifices & negotiatores. *Retinenda eſt vox* aurifices, *ab auro deducta, non ſupponenda* artifices *ab arte.*

CAP. IV. ℣. 4. Audi Deus noſter. *Non præponas*, & dixit Nehemias, *quod quidam.*

℣. 22. Et ſint nobis vices per noctem. *In locum* nobis *primæ perſonæ, non eſt ſubrogandum pronomen ſecundæ* vobis.

CAP. VI. ℣. 2. In viculis, in campo Ono. *Cave ne ſcribas* vitulis, *ut plerique, pro* viculis, *diminutivo à* vicus.

CAP. VII. ℣. 7. Qui venerunt cum Zorobabel. *Non mutes perfectum in pluſquam perfectum* venerant.

℣. 12. Filii Ælam, mille ducenti quinquaginta quatuor. *Non augeas numerum ſexcentis, ſcribendo* octingenti *pro* ducenti.

℣. 21. Filii Ater, filii Hezeciæ, nonaginta octo. *Alii pro decadibus centurias numerant, dum malè ſcribunt* nongenti octo *pro* nonaginta octo.

℣. 39. Filii Idaia in domo Joſue. *Alii pro* Joſue, *legunt* Jeſue. *Simile* 1. *Eſd.* 2. ℣. 36.

℣. 66. Quadraginta duo millia trecenti ſexaginta. *Non duplices numerum* trecenti, *legendo* ſexcenti, *ut multi.*

℣. 69. Huc uſque refertur quid, &c. *Hac verba, Correctorum judicio, non ſunt omittenda, quippe ab Interprete addita: de quibus nos copioſè in Notationibus.*

CAP. VIII. ℣. 1. Et venerat menſis ſeptimus. *Quod ſubjiciunt quidam libri*, ſcenopegiæ ſub Eſdra & Nehemia, *adulterinum eſt.*

℣. 6. Et benedixit Eſdras Domino Deo magno. *Pro epitheto Dei* magno, *non ſunt reponenda dictiuncula* voce magna.

CAP. IX. ℣. 5. Benedicite Domino Deo veſtro. *Non mutes pronomen ſecundæ perſonæ* veſtro, *cum primæ* noſtro.

℣. 8. Hethæi & Amorrhæi. *Non interponas* & Hevæi, *quod multi.*

℣. 32. Et propheras noſtros, & patres noſtros. *Non eſt omittendum poſterius* & patres noſtros, *quod quidam faciunt.*

℣. 35. Et ipſi in regnis ſuis. *Superfluit, quod in quibuſdam libris ſequitur, adjectivum* bonis.

CAP. X. ℣. 25. Rehum, Haſebna, Maaſia. *Non oportet auferre medium nomen* Haſebna, *quod multi libri immerito.*

℣. 29. Omnes qui poterant ſapere. *Nullo modo præmittenda eſt conjunctio* &.

℣. 38. Ad gazophylacium, in domum theſauri. *Pro quarto caſu, alii ſcribunt ſextum* domo.

CAP. XI. ℣. 6. Sexaginta octo viri fortes. *Quidam minùs fideliter, addita unitate, legunt* novem *pro* octo.

℣℣. 34. 35. Lod & Ono. *Non omittas prius nomen* Lod, *quod multi.*

CAP. XII. ℣. 24. Et Joſue filius Cedmihel. *Pro* Joſue, *alii* Jeſue, *ut ſupra* 1. *Eſd.* 2. ℣. 36.

CAP. XIII. ℣. 9. Et emundaverunt gazophylacia. *Præferendus eſt numerus pluralis ſingulari* gazophylacium.

℣. 16. Et vendebant in ſabbatis filiis Juda in Jeruſalem. *Non mutandum eſt poſterius* in *cum* & : & Jeruſalem.

℣. 31. Et in primitivis. *Alii pro adjectivo* primitivis, *ſcribunt ſubſtantivum* primitiis.

Variæ Lectiones VULGATÆ, rurſum ab eodem FRANCISCO LUCA obſervatæ.

LIBER ESDRÆ SECUNDUS.

CAP. VII. ℣. 69. Huc uſque refertur quid, &c. *Hac verba, Correctorum judicio, non ſunt omittenda, quippe ab Interprete addita; ſed collocanda fortaſſe non hoc loco, at cap.* 8. ℣. 1. *immediatè poſt ea verba*, Filii autem Iſraël erant in civitatibus ſuis, & *ante hæc*, congregatuſque eſt omnis populus, *qua de re aliàs copioſè in Notationibus.*

CAP. X. ℣. 1. Nehemias, Atherſatha filius Hachelai. *Non eſt interponendum comma inter* Nehemias & Atherſatha: Nehemias *enim* ipſe eſt Atherſatha, *quod dicitur ſupra* 8. ℣. 9.

Digitized by Google

IN LIBRUM TOBIÆ

ADMONITIO PRÆVIA.

Librum Tobiæ ſecundùm Verſionem antiquam integrum proferimus ex pluribus Mſs. codicibus, ac in primis ex duplici, ſcilicet Regio uno annorum circiter 900. num. 3564. altero Bibliothecæ noſtræ S. Germani à Pratis, num. 4. ejuſdem ætatis, illi plerumque ſimillimo. Exſtat etiam idem liber in alio itidem Sangermanenſi, num. 15. non inferioris ætatis, & in altero Ms. olim Reginæ Suecie, nunc Vaticano, num 7. cujus ætatem ignoramus.

Bibliothecæ Regiæ codex integer omnino eſt, ſi paucula verba excipias; Sangermanenſis prior, num. 4. multis in locis raſuris & lituris fœdatur; poſterior etiam, num. 15. pluribus in locis mutilus eſt, ac potiſſimùm extremis duobus capitibus pene integris, quæ etiam duo capita imperito forſan ſcribæ latuiſſe videntur, cùm deſinat liber in verſum 2. capitis 13. hoc inſuper addito: Explicit Tobi juſtus. *Sed horum Mſs. ultimus, ſcilicet Reginæ Suecie codex, cæteris eſt imperfectior: præterquam quòd enim iſte, ſicut alii tres, impolitam & inornatam ſæpe verſionem referunt, nonnulla etiam in ipſo magis corrupta videntur & contaminata, maximè in capite primo. Quinimo codex iſte plerumque differt ab aliis, ſi non ſenſu, & rebus, ac etiam narrandi modo, ſaltem verbis, ac eorumdem conſtructione verborum; ita ut manifeſtè appareat aliam prorſus eſſe interpretationem Latinam ex eodem fonte Gr. derivatam. Malum id quidem; ſed aliud pejus, quòd ſcilicet Tobiæ liber in hoc codice decurtatus omnino ſit, & majori ſua parte diminutus: enimverò non reperiuntur in ipſo, niſi quinque priora capita, cum decem & quatuor prioribus verſibus capitis ſexti; imo & poſtremi duo verſiculi hujus capitis, nempe decimus tertius & decimus quartus, ita concordant cum Vulgata noſtra, ut nullum dubium ſit, quin Interpretem vel ſcribam in duodecimum verſiculum antiquæ Verſionis deſierit, & alios duos, uti forſan reliqua hujus libri, petierit ex Vulgata nova S. Hieronymi. Hoc autem munus, ſeu fragmentum Tobiæ acceptum referimus D. Petro* Malouet, *paucis ab hinc annis defuncto, qui dum Romæ totius Congregationis noſtræ Procuratoris vices impleret, illud è Mſ. codice eruit, & ſua manu tranſcriptum mihi liberaliter & amicè conceſſit, vir ſtudiorum amator, & de Scriptoribus noſtræ Congregationis optimè meritus. Quod attinet ad codices alios très, quorum ope liber Tobiæ nunc primùm in lucem prodit, horum duo, ſcilicet Regius & Sangerman. num. 4. in fronte exhibent S. Hieronymi præfationem ad Chromatium & Eliodorum: quinetiam Sangerman. codex hunc præfert titulum:* Incipit liber Tobiæ ſecundùm Hieronymum; *& in fine idem liber clauditur his verbis:* Explicit liber Thobis ſecundùm Hieronymum. *Sed errat Amanuenſis uterque: vix enim ac ne vix quidem convenit iſta Verſio antiqua cum illa Hieronymiana quæ nunc habetur in Vulgata. Mſ. alter Sangerm. num. 15. ſolus hunc apponit titulum:* Incipit Tobis. *Mſ. Reginæ Suec. alium præfert hoc modo:* In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, incipit liber Tobiæ. *Mſs. Ambroſii ſcribunt* Tobi, *&* Tobis. *Vide l. 6. Hexa. c. 4. num. 17. col. 119. c. & l. de Tob. c. 1. col. 591. b. Græcè legitur* Τωβιτ.

Jam verò ſi quæras quid ſentiendum ſit de hac Verſione antiqua quam exhibemus, idipſum ſanè quod eruditi omnes & Litterarum ſacrarum amatores ſentiunt de Verſione Italica: quamvis enim non is fuerim qui eam Vulgatæ noſtræ anteponendam eſſe crediderim, tamen auctoritatem ſuam illi & pondus non deeſſe perſuaſum mihi eſt, ſicut & aliis omnibus Interpretationibus Latinis, de quibus Auguſtinus diſſerit l. 2. de doctr. chriſt. quarum numeroſitatem *ad aſſequendum Scripturæ ſenſum, multùm juvare contendebat S. Doctor, modò tamen præferretur illa, quæ & nitore & accuratione cæteris antecelleret. De hac noſtra obiter agit doctiſſimus è noſtris R. P. D. Auguſtinus* Calmet, *Diſſertatione prævia in hunc librum; nec diſſimulabo paulò inclementiùs de illa, ac potiſſimùm de textu Græco, ex quo proximè derivata eſt, ab ipſo eſſe judicatum: ſed his ſuperſedendum eſſe credimus, ne cum tanto viro, imbelles nos ac timidi, manum conſerere velle videamur; legenda potiùs ejus Diſſertatio pag. 196. ad quam remittimus. Iſtud tamen obſervare juvat, ſcilicet ex quatuor Mſs. codicibus memoratis unum tantùm, quod equidem ſciam, nempe Sangermanenſem num. 15. doctiſſimum Abbatem non latuiſſe. Porro Mſ. iſte codex, licet in multis concordet cum Regio & altero Sangerm. num. 4. tamen ab utroque diſcrepare videtur in pluribus, ut nec eundem comparandum eſſe cre-*

Digitized by Google

dam ad alios duos multò probatioris notæ, maximè ad Regium, qui integer prorsus est, & vix minima sui parte mutilus, ut diximus supra. Huic etiam Versioni, qualis habetur in hoc insigni Manuscripto & altero Sangerm. num. 4. apprimè respondent fragmenta plura quæ supersunt ex hac Versione antiqua, tam in Breviario Mozarabico, quàm in veterum Patrum libris, v. g. Cypriani, Luciferi Calaritani, Ambrosii, &c. quorum omnium nullum prætermisimus; imo singulorum accuratè descriptorum varias lectiones, cum aliis similibus Mss. nostrorum Notis adjunximus. Ad Versionem quoque nostram referri potest quod commemorat Sixtus Senensis, lib. 1. Biblioth. S. pag. 24. dicens : Vidimus superioribus annis sub Tobiæ nomine librum, Hebraicis litteris & lingua scriptum, ex urbe C. P. advectum, in quo Tobias ipse de se ipso in prima persona à principio usque ad finem voluminis loquens, suam ipsius narrabat historiam; eratque ejus initium hujusmodi : *Hic est liber Tobi, filii Tobiel, filii Hannanel, filii Ariel, filii Gabeel, filii Asael,* &c. quem cùm perlegissemus, invenimus multa in eo redundare, quæ in nostro canonico Tobiæ libro non sunt, & longè plura in eo deesse, quæ apud nos habentur. Videtur Hebræus hic liber aliquam habere similitudinem cum Græco Tobiæ volumine, in quo Tobias de se ipso recta narratione loquens, per multa capita inducitur. *Vide infra Admonit. nostram in librum Judith.*

Digitized by Google

SUMMA CAPITA LIBRI TOBIÆ,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Verſioni antiquæ reſpondeant.

CAP. I. *Tobias in captivitate conſtitutus, à lege Dei non recedit, & filium Tobiam ex Anna uxore ſuſceptum, Deum timere docet: gratus regi Salmanaſar, pergit quòcunque vult: confratres captivos conſolatur: Gabelo mutuat decem argenti talenta: Sennacherib, quòd mortuos ſepeliret, eum perſequitur.*

CAP. II. *Tobias mortuorum defatigatus ſepulturâ, hirundinis ſtercore in patientiæ probationem excæcatur, & ab uxore ac amicis ipſum irridentibus afficitur opprobrio.*

CAP. III. *Tobiæ mori petentis oratio ad Deum, & Saræ filiæ Raguelis humilis cum triduano jejunio oratio, ad ancillæ improperium propter ſeptem ipſius maritos à dæmonio interemptos: utriuſque autem preces exaudiuntur, angelo Raphaele ad eos curandos miſſo.*

CAP. IV. *Tobias cùm ſe brevi putaret moriturum, filio piiſſima ſalutis monita inculcat, eleemoſynæ virtutem declarat, & de decem argenti talentis Gabelo mutuò datis indicat.*

CAP. V. *Tobiæ ſocium ac ducem itineris in Rages Medorum quærenti, Raphael angelus ignotus occurrit; cui pater filium committit: quibus profectis mater filii deflet abſentiam.*

CAP. VI. *Angeli hortatu Tobias invadentem piſcem apprehendit & exenterat, cor ejus, fel, & jecur ad medicamenta reſervans: & ad Raguelem divertunt, ut juſſu angeli petat in uxorem illius filiam Saram, cujus ſeptem viros occiderat dæmonium, diſcens ab angelo quo fine ſuſcipiendum ac ſervandum ſit conjugium.*

CAP. VII. *Raguel petitam à Tobia Saram filiam in uxorem tradit conſilio Raphaelis, & ſcriptis conjugii litteris, nuptiæ celebrantur.*

CAP. VIII. *Tobias thalamum ingreſſus, partem jecoris piſcis aſſat; & dæmonio à Raphaele ligato, Tobias & Sara ſimul orantes noctem tranſigunt incolumes: quapropter repleto quod paratum erat ſepulcro, actiſque Deo gratiis à Saræ parentibus, lætum apparatur convivium; & pro dote medietas bonorum aſſignatur, cedente & reliqua medietate poſt parentum obitum.*

CAP. IX. *Raphael Tobiæ rogatu ad Gabelum pergit; quem receptâ pecuniâ ad Tobiæ nuptias adducit: ille autem Tobiæ ac Saræ benedicit.*

CAP. X. *Parentes Tobiæ longam ejus moram anxiè queruntur; ille autem ægrè obtinet, ut à Raguele dimittatur, accepta dote & uxore: porro Raguel illis bene precando, admonet filiam de officio matriſfamilias.*

CAP. XI. *Relictis in itinere Sara reliquaque familia, Tobias & Raphael præcedentes, lætè à parentibus Tobiæ excipiuntur: quo patris oculos felle jecoris liniente, ille viſum recipit; quapropter actis Deo gratiis, poſt adventum Saræ ac familiæ ſeptem diebus læti epulantur.*

CAP. XII. *Tobias cum filio de mercede Raphaelis conſultans, auditiſque quæ ſibi ac filio præſtiterat beneficiis, medietatem offert omnium quæ attulerant: at ille ſe Dei angelum declarat; & poſt revelata alia myſteria in cœlum ſublevatur; quo facto, illi in terram proni ruentes, Deum benedicunt.*

CAP. XIII. *Tobias ſenior benedicit ac confitetur Domino, & univerſos ad idipſum hortatur; prophetat quoque de reſtitutione & magna felicitate futura Jeruſalem.*

CAP. XIV. *Tobias ſenior moriturus, completis* 102. *ætatis ſuæ annis, filium ac nepotes ad pietatem hortatur; utque ſepultis parentibus è Nineve migrent; quam evertendam dicit, & Jeruſalem inſtaurandam: quod filius obſervans, tandem ad ſoceros revertitur, ibique completis* 99. *annis, moritur.*

Digitized by Google

LIBER TOBIÆ.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.

1. TOBIAS ex tribu & civitate Nephthali (quæ est in superioribus Galilææ supra Naasson, post viam quæ ducit ad occidentem, in sinistro habens civitatem Sephet)

4. Reg. 17. 3. & 18. 9. 2. cùm captus esset in diebus Salmanasar regis Assyriorum, in captivitate tamen positus, viam veritatis non deseruit,

3. ita ut omnia, quæ habere poterat, quotidie concaptivis fratribus, qui erant ex ejus genere, impertiret.

4. Cùmque esset junior omnibus in tribu Neph-

VERSIO ANTIQUA.

1. LIBER sermonum Thobi, filii Thobiel, filii Ananihel, filii Gabahel, filii Asihel, filii Gadalel, filii Arabei, ex tribu Nepthalim; *Ex Mſ. cod. Regio num. 3564. annor. circ. 900. optimæ notæ, & Germ. n. 4. ejuſd. ætatis.*

2. qui captivus abductus est in diebus Salmannassar regis Assyriorum, ex Bihel civitate, quæ est in dextera parte Ediſſe civitatis Nepthalim, in superioribus Galilææ contra Naasson, post viam quæ ducit in occidentem, ex sinistra parte Raphain. Ego Thobis in via veritatis ambulavi & justitiæ, omnibus diebus vitæ meæ:

3. & eleemosynas feci multas fratribus meis, & nationi meæ, & omnibus qui fuerunt mecum in captivitatem, in terra Assyriorum in Ninive.

4. Et cùm essem in terra mea Israël inter om-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. In Mſ. Germ. n. 4. scriptum est *Tobi*, non *Thobi*, uti *Gabibel*, pro *Gabahel*; alter Germ. 15. sic hab. *Liber sermonum Tobi, fili Ananiel, fili Gabiel, ex tribu Neptalim*, omissis mediis. Al. Reg. Suec. ita exorditur: *Tobis filii Tobiel, filii Naniel, filii Gabiel, filii Siel, filii Gabaliel, ex tribu Neptalim.* Græc. Βίβλος λόγων Τωβὶτ, τοῦ Τωβιὴλ, τοῦ Ἀνανιὴλ, τοῦ Ἀδυὴλ, τοῦ Γαβαὴλ, ἐκ τοῦ σπέρματος Ἀσιὴλ, ἐκ τῆς φυλῆς Νεφθαλί. *Liber sermonum Tobit, filii Tobiel, filii Ananiel, filii Aduel, filii Gabael, de semine Asiel, de tribu Nephthali*; Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. Νεφθαλείμ. Vide sis Auct. l. de promiſſ. ap. Prosp. p. 167. e.

℣. 2. Mſs. ambo Germ. scribunt *Salmanassar*; at primus n. 4. legit *Bibel*, non *Bibel*; alter n. 15. *Viel*, absque hoc, *Edisse*; idem inf. sic habet: *Neptalim, in superiore Galilæa supra Naasson*, &c. prætermissa voce *justitiæ*, in fine: non longè Græc. abest, nisi quòd pro *Salmannassar*, hab. Ἐνεμεσσάρᾳ; item pro *Bibel*, Θισβὴς, vel ut in Mſ. Alex. Θίσβης, absque seq. *civitate*; & pro *in dextera parte Edisse..... Naasson*, sic: ἐκ δεξιῶν Κυδίου τῆς Νεφθαλὶ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ ὑπεράνω Ἀσήρ· *à dextris Cydios Nephthali in Galilæa super Aser*, omissis seqq. *post viam..... Raphain*: demum pro *Thobis*, vel ut in Germ. 15. *Tobis*, sic, Τωβὶτ, & pro *in via..... ambulavi*, ita, ὁδοῖς..... ἐπορευόμην, *viis..... ambulabam.* Mſ. Regin. Suec. concordat cum Regio, nonnullis ita mutatis: *qui captivus ductus est..... ex Gebuel civitate, quæ est à dextera parte Cydissi civitate ex Nephtalim, quæ est super Galilæam super Naassson posita, quæ est ad occidentem solem, à sinistra parte Raphaim. Ego Tobias in viam veritatis & justitiæ ambulabam omnibus*, &c. Vide Ambr. l. de Tob. c. 1. col. 591. b.

℣. 3. Similiter in Græco, præter seqq. φιλανθρωπίας ἐποίησα, *multas feci*, absque seq. *meæ*, post vocem *nationi*; in Mſ. tamen Alex. ac editt. Ald. & Compl. habetur ἔθνει μου; loco verò & *omnibus qui fuerunt mecum in captivitatem in terra*, sic in Vat. & al. τοῖς συμπορευθεῖσι μετ' ἐμοῦ εἰς χώραν, *profectis mecum in regionem.* Mſ. Germ. 15. similiter hab. *in regionem*, sed ipso initio omittit &, sicut in fine hoc, *in Ninive.* In Mſ. Reg. Suec. sic: & *eleemosynas multas feci fratribus meis & genti meæ, qui mecum ibant in civitate* (l. *captivitate*) *in terram Assyriorum.*

℣. 4. Ita Mſ. cod. Regius habet: Germ. verò n. 4. circa initium hæc præfert, *omnibus tribubus Nepthalim patris mei recessi*, &c. sed vitiosè; enimverò postulat tum Gr. tum orationis series & sensus, ut legatur cum Mſ. Reg. *omnis tribus..... recessit*: & verò in præd. Germ. cod. 4. apparet eò loci liturræ vestigium, ut inde facilè conjicias pro *tribus*, inductam fuisse vocem *tribubus*, adjectâ syllabâ *bu*, ut legenti cuivis patebit; ac pro *recessit*, appositum fuisse *recessi*, deletâ litterâ *t*, ut revera

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſs. Reg. & Germ.

nes junior, omnis tribus Nepthalim patris mei receſſit de domo David, & ab Hieruſalem civitate, quæ eſt electa ex omnibus tribubus Iſraël, ubi altare conſtitutum eſt omnibus tribubus Iſraël, quod ſanctificatum eſt in ſæcula. Tunc cùm templum habitationis excelſi Dei ædificatum eſſet in Hieruſalem, ut ſacrificaret in ipſo omnis progenies in æternum,

5. & omnes fratres mei, omniſque domus Nepthalim patris mei, ſacrificabant in Dan vitulo aureo, quem fecit Hieroboam rex Iſraël, & omnibus altiſſimis montibus Galilææ:

6. ego autem ſolus ibam aliquoties in Hieruſalem diebus feſtis, ſicut ſcriptum eſt in toto Iſraël in præcepto ſempiterno: primitias, & decimas armentorum & pecorum, & initia tonſuræ pecorum meorum, hæc habens mecum, dabam ſacerdotibus filiis Aaron, & quod moris erat, de tritico, vino, & oleo, & ficu, malorum granatorum, & cæterorum pomorum dividebam Levitis & ſervientibus Domino, qui præſtò erant in Hieruſalem; & ſecundam decimationem commutans in pecunia ſex annorum, ibam, & conſummabam illam in Hieruſalem, in loco ſancto unoquoque anno:

7. & tertii ad decimationem ferebam proſelytis, & orphanis, & viduis, faciens omnia quæ præcepta ſunt in Iſraël; & dabam illis in tertio anno:

8. & manducabam illud ſecundùm præceptum quod ſcriptum eſt de eis in lege Moyſi, & ficut præcepit Debbora mater patris mei Thobihel, matri meæ & patri meo, qui orfanum me reliquit, & mortuus eſt.

9. Et poſtquam juvenis factus ſum, accepi uxo-

VULGATA NOVA.

thali, nihil tamen puerile geſſit in opere.

5. Denique cum irent omnes ad vitulos aureos, quos Jeroboam fecerat rex Iſraël, hic ſolus fugiebat conſortia omnium, 3. *Reg.* 12. 28.

6. ſed pergebat in Jeruſalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Iſraël, omnia primitiva ſua, & decimas ſuas fideliter offerens,

7. ita ut in tertio anno proſelytis & advenis miniſtraret omnem decimationem.

8. Hæc & his ſimilia ſecundùm legem Dei puerulus obſervabat.

9. Cùm verò factus eſſet vir, accepit uxorem

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſolis oculis teſtibus perſpicere eſt. In Græco totus ℣. ſic ſe habet: Καὶ ὅτε ἤμην ἐν τῇ χώρᾳ μου ἐν τῇ γῇ Ἰσραὴλ, νεωτέρῳ μοι ὄντος, πᾶσα φυλὴ τοῦ Νεφθαλὶ τοῦ πατρός μου ἀπέστη ἀπὸ τοῦ οἴκου Ἱεροσολύμων, τῆς ἐκλεγείσης ἀπὸ πασῶν τῶν φυλῶν Ἰσραὴλ, εἰς τὸ θυσιάζειν πάσας τὰς φυλάς. Καὶ ἡγιάσθη ὁ ναὸς τῆς κατασκηνώσεως τοῦ Ὑψίστου, καὶ ᾠκοδομήθη εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος. i. e. *Et quando eram in regione mea in terra Iſraël, cùm ego eſſem junior, univerſa tribus Nephthali patris mei receſſit à domo Hieroſolymorum, quæ fuerat electa ex omnibus tribubus Iſraël, ut omnes tribus ſacrificarent. Et ſanctificatum eſt templum habitationis Altiſſimi, & ædificatum eſt in omnes generationes ſæculi.* Similia leguntur in Mſ. Germ. n. 15. ſed deformata plurimùm: *Et ego eram in terram regionis Iſrael junior inter omnes in tribu Neptalim patris mei, & receſſi à domo David; & in Hieruſalem in totum ſplendida quadam parte ex omni tribu Iſrael ubi eram, conſtituerunt omnibus nationibus, quæ ſancta eſt in ſæculis. Tunc cùm templum habitationis ſanctificationis ædificatum eſt in Hieruſalem omnibus nationibus in ſæculis.* In Mſ. Regin. Suec. ſic: *Et cùm eſſem in terra mea Iſraël juvenis, tota tribus Neptalim patris mei receſſi* (l. *receſſit*) *à domo David, & civitate Hieruſalem, electa ex omnibus tribubus Iſrael, ubi aru omnibus tribubus ſanctificaverat in ſempiterno. Cùm templum excelſi Dei ædificatum eſt, ut ſacrificarent in ipſa in omni progenie ſempiterna.*

℣. 5. In Mſ. Germ. 15. deeſt hoc, *omniſque*, ante *domus*, ejuſque loco ponitur & ; ſimiliter omittitur vox *Nepthalim*, & pro *ſacrificabant*, habetur *ſupplicabant*, ut *eo*, pro *Dan*; loco verò ultim. iſtorum, *omnibus altiſſimis montibus*, ſic, *cum omnibus ſuperioribus partibus.* Mſ. Regin. Suec. concordat cum Regio, niſi quòd hab. & *domus Neptalim*, turſuſque infra *in Dan*, poſt *Iſrael*; deinde ſic, & *in excelſo omnium gentium Galilææ.* In Græco ſimpliciter: καὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ, αἱ συναποσᾶσαι, ἔθυον τῇ Βάαλ, τῇ δαμάλῃ, καὶ ὁ οἶκος Νεφθαλὶ τοῦ πατρός μου· & *omnes tribus, quæ ſimul receſſerant, ſacrificabant ipſi Baal, ipſi vitulæ*, & *domus Nephthali patris mei.*

℣. 6. Eadem prorſus leguntur in Mſ. Germ. n. 4. exceptis his duobus, *ſermone*, pro *ſempiterno*, & *primicitias*, loco *primitias*. At plura diſſimilia habentur in Germ. 15. nempe ſeqq. *in præceptum ſempiternum: primitiva*, & *decimas armenti & pecodum*, & *tonſas ovium mearum, habens*; exinde poſt vocem *tritico*, ſic, & *vinum*, & *oleum*, & *ficum*, & *mala granatorum*, & *cæterorum dividebam Levitis*, & *quodquod præſtò erant in Jerusalem*; & *ſecundùm decimationem commutabam pecuniam ſex annorum*, & *ibam*, & *conſumebam hanc eandem pecuniam in ſancto loco, altero unoquoque anno.* In Mſ. Reg. Suec. ſic habetur: *Ego ſolus ibam aliquoties in Hieroſolymam in diebus feſtis, ſicut ſcriptum eſt omnibus*, & *in mandatis ſempiternis, ut dem* (f. *dentur*) *initiæ primogenita pecorum*: & *proficiſcebar à me in Hieroſolyma*, & *dabam decimas ſacerdotibus filiis Aaron ad aram*, & *decimam frumenti*, & *vini*, & *olei*, & *fici*, & *mali granati*; & *grandis dabam filiis Levi ſervientibus Domino in Hieruſalem*; & *decimam dabam pecuniam*, & *ibam*, & *impendebam illam omnibus annis.* In Græco ſic: Κἀγὼ μόνος ἐπορευόμην πλεονάκις εἰς Ἱεροσόλυμα ἐν ταῖς ἑορταῖς, καθὼς γέγραπται παντὶ τῷ Ἰσραὴλ ἐν προσάγματι αἰωνίῳ· τὰς ἀπαρχὰς, καὶ τὰς δεκάτας τῶν γενημάτων, καὶ τὰς πρωτοκυρίας ἔχων, καὶ ἐδίδουν αὐτὰς τοῖς ἱερεῦσι τοῖς υἱοῖς Ἀαρὼν πρὸς τὸ θυσιαστήριον· πάντων τῶν γενημάτων τὴν δεκάτην ἐδίδουν τοῖς υἱοῖς Λευὶ τοῖς θεραπεύουσιν εἰς Ἱερουσαλὴμ· καὶ τὴν δευτέραν δεκάτην ἀπεπραλιζόμην, καὶ ἐπορευόμην, καὶ ἐδαπάνων αὐτὰ ἐν Ἱεροσολύμοις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν· *Et ego ſolus ibam multoties in Hieruſalem in feſtivitatibus, ſicut ſcriptum eſt omni Iſraël in præcepto æterno: primitias & decimas geniminum*, & *primas tonſuras habens*, & *dabam eas ſacerdotibus filiis Aaron ad altare; omnium geniminum decimam dabam filiis Levi miniſtrantibus in Jeruſalem*; & *ſecundam decimam divendebam*, & *ibam*, & *expendebam ea in Hieroſolymis per unumquemque annum.*

℣℣. 7. 8. Cod. Germ. 15. ipſo initio habet, *decimationem dabam*, loco & *tertii addecimationem ferebam*; poſtrema verò omittit ab hoc, & *dabam illis*, ad finem uſque verſûs 8. In Mſ. Regin. Suec. ſic: *Tertia autem decima dabam orphanis & proſelytis, adpoſitis in Iſraël inferebam; & dabam illis in tertio anno: & manducabam ſecundùm præceptum quod ſcriptum eſt de illis in lege Moyſi, ſecundùm mandata quæ mandaverat me Danibel, quoniam orphanum me dereliquerat pater meus moriens.* At in Græco habetur ſimpliciter: Καὶ τὴν τρίτην ἐδίδουν οἷς καθήκει, καθὼς ἐνετείλατο Δεββωρὰ ἡ μήτηρ τοῦ πατρός μου, διότι ὀρφανὸς καλεκείρθην ὑπὸ τοῦ πατρός μου. *Et tertiam dabam quibus conveniebat, ſicut mandaverat Debbora mater patris mei, properea quòd orphanus relictus ſum à patre meo.*

℣. 9. A Mſ. Germ. 15. abeſt hoc, *nomine Annam*, paulòque poſt pro *genui*, legitur *generavi*; cætera ut ſup.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
Annam de tribu ſua, genuitque ex ea filium, nomen ſuum imponens ei,	rem nomine Annam ex natione mea, & genui ex illa filium, & vocavi nomen ejus Tobiam. *Ex Mſ. Reg. & Germ.*
10. quem ab infantia timere Deum docuit, & abſtinere ab omni peccato.	
11. Igitur, cùm per captivitatem deveniſſet cum uxore ſua, & filio, in civitatem Niniven cum omni tribu ſua,	11. Et poſtquam in captivitatem deveni ad Aſſyrios in Niniven,
12. (cùm omnes ederent ex cibis gentilium) ipſe cuſtodivit animam ſuam, & nunquam contaminatus eſt in eſcis eorum.	12. & omnes fratres mei qui de genere meo erant, manducabant de panibus gentium; ego autem cuſtodivi animam meam, ut ne manducarem de eſcis illorum.
13. Et quoniam memor fuit Domini in toto corde ſuo, dedit illi Deus gratiam in conſpectu Salmanaſar regis,	13. Et quoniam memor eram Dei in toto corde meo, dedit mihi Dominus ſummus gratiam penes Salmannaſſar regem Aſſyriorum,
14. & dedit illi poteſtatem quòcunque vellet ire, habens libertatem quæcunque facere voluiſſet.	14. & comparabam illi omnia quæcunque volebat in uſu ſuo,
15. Pergebat ergo ad omnes qui erant in captivitate, & monita ſalutis dabat eis.	
16. Cùm autem veniſſet in Rages civitatem Medorum, & ex his, quibus honoratus fuerat à rege, habuiſſet decem talenta argenti:	16. iens in regionem Mediam uſque dum moreretur.
17. & cùm in multa turba generis ſui Gabelum egentem videret, qui erat ex tribu ejus, ſub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti.	17. Et commendavi Gabelo fratri meo filio Gabahel, in Rages civitate regionis Medorum, decem talenta argenti.
18. Poſt multum verò temporis, mortuo Salmanaſar rege, cùm regnaret Sennacherib filius ejus pro eo, & filios Iſraël exoſos haberet in conſpectu ſuo:	18. Et poſtquam mortuus eſt Salmannaſſar rex Aſſyriorum, regnavit Sennacherim filius ejus pro eo; & viæ terræ Medorum conſtantes erant, & nemo poterat illuc ire poſtea.
19. Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem ſuam, & conſolabatur eos, dividebatque unicuique, prout poterat, de facultatibus ſuis:	19. Et in diebus Salmannaſſar regis, multas eleemoſynas feci omnibus de natione mea,
20. eſurientes alebat, nudiſque veſtimenta præbebat, & mortuis atque occiſis ſepulturam ſollicitus exhibebat.	20. panem meum dividens eſurientibus, & nudos veſtiens; & qui projecti erant poſt murum Ninive ex natione mea mortui, ſepeliebam illos,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Mſ. Regin. Suec. habet: *Et ſic factus ſum juvenis, & accepi Annam uxorem ex ſemine patrum noſtrorum, & genuavi ex illa filium, & vocavi nomen illius Tobiam.* Græc. Καὶ ὅτε ἐγενόμην ἀνὴρ, ἔλαβον Ἄνναν γυναῖκα ἐκ τοῦ σπέρματος τῆς πατρίας ἡμῶν, καὶ ἐγέννησα ἐξ αὐτῆς Τωβίαν. *Et quando factus ſum vir, ſumpſi Annam uxorem de ſemine patriæ meæ, & genui ex ea Tobian.*

℣. 11. In Mſ. Germ. 15. legitur *ubi*, loco *poſtquam*, ſicut *abii*, loco *ad Aſſyrios*; item in fine addit *civitatem*, ad *Nineven*. In Mſ. Regin. Suec. ſic: *Poſtquam captus eſſem ab Aſſyriis, & cùm captivus ibi moraver in Ninive:* pro quibus ita Græcè: Καὶ ὅτε ᾐχμαλωτίσθημεν εἰς Νινευῆ· *Et quando captivi ducti ſumus in Nineve;* in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. ᾐχμαλωτίσθην, in ſingul.

℣. 12. Similiter hab. Hypogn. l. 3. append. to. 10. Aug. 24. d. ab hoc, *ego autem*, uno excepto *ne*, pro *ut ne*. In Mſ. Germ. 15. initio deeſt &, ſed transfertur poſt *mei*; exinde pro *panibus gentium*, habetur *pane ethnicorum*, abſque *ut*, ante *ne*; in Germ. 4. legitur *ut non*. In Mſ. Regin. Suec. ſic: *Et omnes fratres mei manducabant ex panibus gentium; ego autem conſervavi animam meam, ne manducarem panes gentium.* In Græco: Πάντες οἱ ἀδελφοί μου, καὶ οἱ ἐκ τοῦ γένους μου, ἤσθιον ἐκ τῶν ἄρτων τῶν ἐθνῶν· ἐγὼ δὲ ζυνετήρησα τὴν ψυχήν μου, μὴ φαγεῖν.

℣. 13. Similiter habet Mſ. Germ. n. 15. præter hoc, *ſummus Deus*, loco *Dominus ſummus*, omiſſo nomine *Aſſyriorum* in fine. Huic Mſ. favet ad verbum Hypognoſt. l. 3. app. Aug. to. 10. col. 24. d. In Mſ. Regin. Suec. ſic: *Et memor eram Dei in tota anima mea, & dedit mihi Dominus excelſus Deus gratiam & ſpeciem ante conſpectum Salmanaſſar regis Aſſyriorum.* Gr. Καθότι ἐμεμνήμην τοῦ Θεοῦ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ μου, καὶ ἔδωκεν ὁ Ὕψιστος χάριν καὶ μορφὴν ἐνώπιον Ἐνεμεσσάρου.

℣. 14. Mſ. Germ. n. 15. ſimpliciter habet *emebam illi omnia*: ſimiliter Hypognoſt. l. 3. app. Auguſt. to. 10. 24. d. poſito uno &, ante *emebam*. Item Græcè: καὶ ἤμην αὐτοῦ ἀγορασής, & *eram ejus emptor*, nec plura. In Mſ. Regin. Suec. & *emebam illi quacunque volebat in uſus ſuos.*

℣. 16. Similiter hab. Hypognoſt. l. 3. app. Aug. to. 10. 24. d. uno excepto *mortuus eſt*, pro *moreretur*. Item Mſ. Germ. 15. *iens in regionem Medorum uſque dum mortuus eſt.* In Græco ſimpliciter, καὶ ἐπορευόμην εἰς τὴν Μηδίαν, & *ibam in Mediam*, abſque ſeqq. In Mſ. Reg. Suec. ſic: *Et ibam in Medis, & emebam illi inde omnia quæ jubebat, uſque dum moreretur.*

℣. 17. In Mſ. Germ. 4. hæc variant tria: *commodavi... fratre..... civitatem*; alter Germ. n. 15. delet voces *fratri meo, & regionis*; item pro *Gabahel*, ſcribit *Gabeli*, haberque *in auro*, loco *argenti*. Mſ. Reg. Suec. ſic: *Et commendavi Gabelo fratri & Gabin, in terra Medorum, pecuniam, talenta decem argenti.* Græc. Καὶ παρεθέμην Γαβαήλῳ τῷ ἀδελφῷ Γαβρία, ἐν Ῥάγοις τῆς Μηδίας, ἀργυρίου τάλαντα δέκα· *Et depoſui Gabaelo fratri Gabriæ, in Ragis Mediæ, argenti talenta decem.* Vide Ambroſ. l. de Tob. c. 2. n. 7. 593. a. b.

℣. 18. Mſ. Regin. Suec. *Et cùm defunctus eſſet Salmanaſar rex Aſſyriorum, regnavit Sennacherim filius illius pro illo; & viæ terræ Medorum receſſerant, & nemo poterat ire jam in Mediam in diebus quibus defunctus eſt.* Germ. 15. *Et poſtquam mortuus eſt Salmanaſar, regnavit Nachor filius ejus loco ejus; & viæ regionis Medorum inconſtantes erant, & non potui illuc ire.* Græc. Καὶ ὅτε ἀπέθανεν Ἐνεμεσσάρ, ἐβασίλευσε Σενναχηρὶμ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ· καὶ αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ ἠκλασάθησαν, καὶ οὐκ ἔτι ἠδυνάσθην πορευθῆναι εἰς τὴν Μηδίαν· i. e. *Et quando mortuus eſt Emeneſſar, regnavit Sennacherim filius ejus pro eo; & viæ ejus inſtabiles fuerunt* (Nobil. *infirmatæ ſunt*) & *non ultra potui ire in Mediam.* Mſ. Alex. pro ἠκλασάθησαν, habet κατέσησαν.

℣. 19. Mſ. Reg. Suec. *Ego autem multas eleemoſynas feci:* ſequentia legi non potuerunt, exceptis his in fine, *qui erant in gente mea.* In Germ. n. 15. ſic: *Poſtea autem feci eleemoſynas multas, in diebus Alcarim, omnibus de natione mea.* Græc. Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις Ἐνεμεσσάρ ἐλεημοσύνας πολλὰς ἐποίουν τοῖς ἀδελφοῖς μου.

℣. 20. Mſ. Germ. 4. leg. *mortuos*, non *mortui*: alter n. 15. delet hoc, *poſt murum Ninive*, & pro *ſepeliebam illos*, hab. ſimpliciter *ſepeliens*. Mſ. Regin. Suec. ſic: *Et*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſs. Reg. & Germ.

21. quos occidiſſet Sennacherim rex, de Judæa fugiens propter defenſionem, quam fecit Dominus cœli de illo, ob blaſphemias illius; multos enim filiorum Iſraël occidit in ira ſua. Ego corpora illorum involvebam, & ſepeliebam; & quærebat illa rex, & non inveniebat.

22. Et renuntiatum eſt illi, quoniam ego ſepeliebam illos, & quærebat me occidere.

23. Ego autem fugi, & direpta eſt omnis ſubſtantia mea; & nihil mihi remanſit plus quàm uxor mea Anna, & Thobias filius meus.

24. Et contigit dum laterem, poſt dies quadraginta quinque occiderunt regem illum duo filii ſui, & fugerunt in montem Ararath. Et regnavit poſt eum Archedonaſſar filius ejus pro illo, & conſtituit Achicarum filium fratris mei Annanihel, ſuper omnem curam regni; & ipſe habebat poteſtatem ſuper omnem regionem. Tunc petiit Achicarus regem pro me, erat enim conſobrinus meus;

25. & deſcendi in Ninive in domum meam, & reddita eſt mihi uxor mea Anna, & filius meus Thobias.

VULGATA NOVA.

21. Denique cùm reverſus eſſet rex Sennacherib, fugiens à Judæa plagam, quam circa eum fecerat Deus propter blaſphemiam ſuam, & iratus multos occideret ex filiis Iſraël, Tobias ſepeliebat corpora eorum. 4. Reg. 19. 35. *Eccli.* 48. 24. 2. Mac. 8. 19.

22. At ubi nunciatum eſt regi, juſſit eum occidi, & tulit omnem ſubſtantiam ejus.

23. Tobias verò cum filio ſuo & cum uxore fugiens, nudus latuit, quia multi diligebant eum.

24. Poſt dies verò quadraginta quinque occiderunt regem filii ipſius, 4. Reg. 19. 37. 2. Par. 32. 21. *Iſa.* 37. 38. 2. Mach. 8. 19.

25. & reverſus eſt Tobias in domum ſuam, omniſque facultas ejus reſtituta eſt ei.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

panes meos dabam eſurientibus, & dabam veſtimenta nudis orphanis; & ſi quem ex gente mea videbam mortuum projectum poſt murum Ninive, ſepeliebam illum. Similiter in Græco: Τὺς ἄρτυς μυ ἐδίδυν τοῖς πεινῶσι, καὶ ἱμάτια τοῖς γυμνοῖς· καὶ εἴ τινα ἐκ τῦ γένυς μυ ἐθεώρυν τεθνηκότα, καὶ ἔρριμμένον ὀπίσω τῦ τείχυς Νινευΐ, ἔθαπτον αὐτόν. *Panes meos dabam eſurientibus, & veſtimenta nudis; & ſi quem è genere meo aſpiciebam mortuum, & projectum poſt murum Nineve, ſepeliebam eum.*

℣. 21. Mſ. Reg. Suec. *Et ſi quem occidiſſet Sennacherim rex, tunc ibam, fugiens in diebus judicii, quod fecit Dominus rex cœli de blaſphemiis quibus blaſphemavit; multos enim jugulavit in ira ſua ex filiis Iſraël. Et curabam corpora illorum, & ſepeliebam; & quærebat illa Sennacherim rex, & non inveniebat.* Alter Germ. n. 15. *Et ubi venit Nacharim, ab Judæa fugiens propter defenſionem, quam fecit illi Deus pro blaſphemiis illorum; & occidit illos in ira ſua, & multorum ex filiis Iſraël. Ego corpora occultè auferebam, & ſepeliebam*, omiſſis ſeqq. Huic ſuffragatur Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. 231. d. ita legendo: *Ubi venit Senuacherib rex, de Judæa fugiens propter defenſionem, quam fecit ex illis Dominus propter blaſphemias illius quæ blaſphemavit; & occidit in ira ſua multos ex filiis Iſraël. Ego autem corpora illorum involabam, & ſepeliebam.* Græcè: Καὶ εἴ τινα ἀπέκλεινε Σενναχυρὶμ ὁ βασιλεὺς, ὅτε ἦλθε φεύγων ἐκ τῆς Ἰυδαίας, ἔθαψα αὐτὺς κλέπτων· πολλὺς γὰρ ἀπέκλεινεν ἐν τῷ θυμῷ αὐτῦ. Καὶ ἐζητήθη ὑπὸ τῦ βασιλέως τὰ ζώματα, καὶ ὐχ εὑρέθη. *Et ſi quem interfecit Sennacherim rex, quando venit fugiens de Judæa, ſepelivi eos furatus; multos enim occidit in furore ſuo. Et quæſita ſunt à rege corpora, & non ſunt inventa.*

℣. 22. Mſ. Germ. 15. hab. *regi*, pro *illi*, uti *ſepelio*, loco *ego ſepeliebam*, demto ſeq. &. Lucif. Calar. l. de non parc. in De. del. 231. d. ſic: *Et renuntiatum eſt regi, quia ſepeliebam, & quærebat ut occideret me.* In Mſ. Reg. Suec. ita: *Et abiit quidam ex Ninive, indicavit regi de me, quòd ego ſepeliebam mortuos; quòd cùm receſſiſſem* (l. *reſciſſem*) *abſcondi me, quoniam requiri me juſſerat rex, & occidere.* Similiter Græcè: Πορευθεὶς δὲ εἷς τῶν ἐν Νινευΐ, ὑπέδειξε τῷ βασιλεῖ περὶ ἐμῦ, ὅτι θάπτω αὐτὺς, καὶ ἐκρύβην. *Profectus autem unus ebrum qui in Ninive, indicavit regi de me, quia ſepelio eos, & occultatus ſum*: Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. hab. ἔθαπτον, *ſepeliebam.* His alludit Ambroſ. l. de Tob. c. 1. to. 1. 591. d. dicens: *Meruit editum* (Tobias) *ne quis ex filiis captivitatis mortuum ſepulturæ daret: at ille interdicto non revocabatur magis quàm incitabatur.*

℣. 23. Sic habet Lucif. Calar. ad verbum l. de non parc. in De. del. 131. d. excepto pronom. *mea*, ante *Anna*, cum ſeq. &, quæ delet. Abeſt autem à Mſ. Germ. 15. vox *omnis*, ante *ſubſtantia*, & loco *plus quàm*, legitur *niſi*. In Mſ. Reg. Suec. ſic: *Et timui, & refugi, & direpta ſunt omnia, quæcunque habui in fiſco regis; & non eſt derelictum mihi nihil, niſi Anna uxor mea, & Tobias filius meus.* Græc. Ἐπιγνὺς δὲ ὅτι ζητῶμαι ἀποθανεῖν, φοβηθεὶς ἀνεχώρησα, καὶ διηρπάγη πάντα τὰ ὑπάρχοντά μυ, καὶ ὐ καταλείφθη μοι ὐδὲν, πλὴν Ἄννας τῆς γυναικός μυ, καὶ Τωβίυ τῦ υἱῦ μυ. *Cognoſcens autem quia quærer ut moriar, territus receſſi; & direptæ ſunt omnes poſſeſſiones meæ, & non relictum eſt mihi quidquam, præter Annam uxorem meam, & Tobiam filium meum.*

℣. 24. Eadem leguntur in Mſ. Germ. 4. præter hoc, *matris meæ*, loco *fratris mei*, poſt *Achicarum filium.* In Mſ. verò Regin. Suec. ſic: *Et latui diebus quadraginta quinque, quouſque filii illius occidiſſent illum, & fugiſſent in montem Arach. Et regnavit Achenoſſar filius illius pro illo, & conſtituit Achicarum filium Anael fratris mei, ſuper exactionem regni; & ipſe habebat poteſtatem ex* (l. *in*) *omnem regionem. Tunc locutus eſt Achicarus pro me: tuno deſcendi in Ninive, & erat amicus meus, qui erat præpoſitus ſuper annulis, & procurator: & ſuaſit regi Aſſyriorum, & præſtituit me rex Acedonaſſar iterum: erat autem Achicarus compatruelis meus ex cognatione mea, & ex cognatione regis.* In Mſ. Germ. n. 15. multò pauciora exſtant nempe ſeqq. *Et contigit ut poſt dies quadraginta & quinque, occiderunt regem illum filii ipſius, & ſub Sarcedonaſſar regem;* abſque omnibus aliis. Similiter apud Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. col. 231. d. *Et contigit poſt dies quadraginta quinque, occiderunt regem illum filii ejus. Et regnavit Arcedonoſar filius ejus pro eo illic.* At in Græco multò plura ut ſupra: Καὶ ὑ διῆλθον ἡμέρας πεντήκοντα (edd. Ald. & Compl. ἡμέραι πεντήκοντα πέντε,) ἕως ἔ ἀπέκλειναν αὐτὸν οἱ δύο υἱοὶ αὐτῦ, καὶ ἔφυγον εἰς τὰ ὄρη Ἀραράθ. Καὶ ἐβασίλευσε Σαχερδόνος υἱὸς αὐτῦ ἀντ' αὐτῦ, καὶ ἔταξεν Ἀχιάχαρον τὸν Ἀναὴλ υἱὸν τῦ ἀδελφῦ μυ ἐπὶ πᾶσαν τὴν ἐκλογισίαν τῆς βασιλείας αὐτῦ, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν διοίκησιν. Καὶ ἠξίωσεν Ἀχιάχαρος περὶ ἐμῦ, καὶ ἦλθον εἰς Νινευΐ· Ἀχιάχαρος δὲ ἦν ὁ οἰνοχόος, καὶ ἐπὶ τῦ δακτυλίυ, καὶ διοικητὴς, καὶ ἐκλογιςής· καὶ κατέςησεν αὐτὸν ὁ Σαχερδόνος ἐκ δευτέρας· ἦν δὲ ἐξάδελφός μυ· i. e. *Et non tranſierunt dies quinquaginta* (al. *quinquag. quinque*,) *donec interfecerunt eum duo filii ejus, & fugerunt in montes Araratb. Et regnavit Sacherdonus filius ejus pro eo, & conſtituit Achiacharum Anael filium fratris mei, ſuper omnem computationem regni ſui, & ſuper omnem adminiſtrationem. Et poſtulavit Achiacharus pro me, & veni in Nineve: Achiacharus autem erat pincerna, & ſuper annulum, & adminiſtrator, & computator: & conſtituit eum Sacherdonius ſecundò; erat autem filius fratris mei.*

℣. 25. Mſ. Regin. Suec. *Et deſcendi in domum meam, & reddita mihi eſt Anna uxor mea, & Tobias filius meus.* Germ. 15. *Et cùm perveniſſem in domum meam, & reddita eſt mihi uxor mea Anna, & Thobias filius meus.* Similiter apud Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. 231. d. *Et cùm veniſſem in domo mea, & reddita eſt mihi uxor mea Anna, & filius meus Tobias.* Item Græcè: Ὅτε δὲ κατῆλθον εἰς τὸν οἶκόν μυ, καὶ ἀπεδόθη μοι Ἄννα ἡ γυνή μυ, καὶ Τωβίας ὁ υἱός μυ. His quoque alludit Ambroſ. l. de Tob. c. 1. col. 591. d. dicens: *Talis flagitii deprehenſus reus, vix tandem per amicum potuit, direpto patrimonio, egenus & exul reſtitui ſuis.*

Digitized by Google

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. POst hæc verò, cùm esset dies festus Domini, & factum esset prandium bonum in domo Tobiæ,

2. dixit filio suo: Vade, & adduc aliquos de tribu nostra, timentes Deum, ut epulentur nobiscum.

3. Cùmque abiisset, reversus nunciavit ei, unum ex filiis Israël jugulatum jacere in platea. Statimque exsiliens de accubitu suo, relinquens prandium, jejunus pervenit ad corpus:

4. tollensque illud, portavit ad domum suam occultè, ut, dum sol occubuisset, cautè sepeliret eum.

5. Cùmque occultasset corpus, manducavit panem cum luctu & tremore,

6. memorans illum sermonem, quem dixit Dominus per Amos prophetam: Dies festi vestri convertentur in lamentationem & luctum.

Amos, 8. 10. 1. *Mach.* 2. 41.

VERSIO ANTIQUA.

1. IN Pentecosten die festo nostro, qui est sanctus à septem annis, & factum est mihi prandium bonum, & discubui ut pranderem; & posita est mihi mensa, & vidi pulmentaria complura, *Ex Mss. Reg. & Germ.*

2. & dixi Thobiæ filio meo: Vade, & adduc quemcunque pauperem inveneris ex fratribus nostris, qui sunt captivi in Ninive, qui tamen habet Deum in mente in toto corde suo; hunc adduc, ut manducet pariter nobiscum prandium hoc: ecce sustineo te fili, donec venias.

3. Et abiit Thobias quærere aliquem pauperem captivum ex fratribus nostris; & reversus, dixit mihi: Pater: & ego dixi: Quid est fili? & ait mihi: Ecce unus ex fratribus nostris occisus laqueo circumdato, projectus jacet in publico. Et exsilivi relicto prandio meo, antequam quicquam ex illo gustarem:

4. & sustuli illum de platea in domum apud me, donec sol occideret, ut illum sepelirem.

5. Et reversus, lavi, & manducavi prandium meum cum luctu,

6. & rememoratus sum sermonum prophetæ Amos, quod locutus est in Bethleem, dicens: Convertentur omnes dies festi vestri in luctum, & omnia cantica vestra in lamentationem: & lacrymatus sum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter habet Mss. Germ. n. 15. paucis immutatis: *In Pentecosten die festo nostro, qui est sanctus à septimanis, factum est mihi prandium bonum, & accubui ut pranderem; & adposita est mihi mensa, & vidi pulmentaria plurima.* Mss. verò Reg. Suec. sic: *Et in Pentecosten, quæ est sola sancta septimanarum, factum est mihi prandium bonum, & recubui prandere; posita est mihi mensa;* nec addit plura. Lucif. Calar. l. de non parc. in De. del. col. 232. d. prioribus tribus Mss. favet, ita legendo: *In Pentecoste die festo nostro, qui est sanctus ex septimanis, factum est mihi prandium bonum, & discubui ut pranderem; & posita est mihi mensa, & vidi pulmentaria quamplurima.* Aug. quoque l. 22. cont. Faust. to. 8. col. 415. c. ait, *de septimanis constare eundem festum diem.* In Græco: Ἐν τῇ Πεντηκοστῇ ἑορτῇ, ἥ ἐστιν ἁγία ἑπτὰ ἑβδομάδων, ἐγενήθη ἄριστον καλόν μοι, καὶ ἀνέπεσα (Mss. Alex. ἀνεπαυσάμην) τοῦ φαγεῖν· καὶ εἶδεν ἅμην ὄψα πολλά.

℣. 2. Eadem exhibet Mss. Germ. n. 15. his mediis solùm immutatis: *qui tamen in mente habent Deum toto corde suo; hominem hunc adduc, & manducet panem nobiscum, & prandium hoc.* In Mss. Regin. Suec. sic: *Et dixi Tobiæ filio: Vade, adduc quemcunque inveneris pauperem ex fratribus nostris, qui sunt in Ninive captivi, qui reminiscuntur in toto corde suo Dominum suum; ut manducent nobiscum prandium, quod est: sustineo te fili, donec venias.* Apud Cypr. l. 3. Testim. p. 302. b. *Et dixi Tobiæ filio meo: Vade, & adduc quemcunque pauperem inveneris ex fratribus nostris, qui tamen in mente habeat Deum ex toto corde suo; hunc adduc, & manducabit pariter meum prandium hoc: ecce sustineo te fili, donec venias.* Item ap. Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. col. 231. d. *Et dixi Tobiæ filio meo: Vade, & adduc quemcunque pauperem inveneris ex fratribus nostris, qui sunt captivi in Ninive, qui tamen in mente habet Deum in toto corde suo; hunc adduc, & manducet pariter mecum prandium hoc: ecce sustineo te fili, donec venias.* In Græco simpliciter: Καὶ εἶπα τῷ υἱῷ μου· Βάδισον, καὶ ἄγαγε ὃν ἂν εὕρῃς τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ἐνδεῆ, ὃς μέμνηται τοῦ Κυρίου· καὶ ἰδοὺ μένω σε· *Et dixi filio meo: Vade, & adduc quemcunque inveneris fratrum nostrorum egentem, qui meminerit Domini: & ecce exspecto te.* Ambr. l. de Tob. c. 1. to. 1. 592. a. sic narrat: *Et si quid alimenti foret, peregrinum, cum quo cibum sumeret, quærebat. Itaque cùm fessus à sepultura revertisset munere, appositis sibi (f. cibi) edendi subsidiis, misso filio, quærebat consortem convivii.*

℣. 3. Similiter in Mss. Germ. 15. præter ista: *Et exiit Tobias inquirere..... Ecce unus de natione nostra occisus..... jacet in foro. Et exsilii.* Item in Mss. Reg. Suec. *Et abiit Tobias quærere aliquem pauperum ex fratribus nostris; & reversus, dixit mihi: Pater: & dixi illi: Ecce sum fili: & respondens, dixit: Ecce unus ex fratribus nostris occisus projectus; & ipsum vidi quomodo suffocatus est. Et prosilii, & reliqui prandium, antequam gustarem ipsum.* Apud Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. col. 231. d. e. *Et exiit Tobias inquirere aliquem pauperem captivum ex fratribus nostris; & reversus dixit mihi: Pater: & dixi: Quid est fili? & dixit mihi: Ecce unus de natione nostra occisus laqueo circumdato, projectus est. Et exii relicto prandio meo, antequam aliquid ex illo gustarem.* In Græco multò pauciora; en verba: Καὶ ἐλθὼν, εἶπε· Πάτερ, εἷς ἐκ τῶν γένες ἡμῶν ἐσπαγαλωμένος ἔρριπται ἐν τῇ ἀγορᾷ. Κἀγὼ ἀνεστὰς γενέσθαί με, ἀναπηδήσας, ἀνειλόμην, &c. Et veniens, *dixit: Pater, unus de genere nostro strangulatus projectus est in foro. Et ego antequam gustarem, exsiliens, sustuli,* &c. quibus favet Ambr. l. de Tob. c. 1. to. 1. 592. a. dicens: *Dum conviva accersitur, nunciatis insepulti corporis reliquiis, convivium deserebat; nec putabat pium, ut ipse cibum sumeret, cùm in publico corpus jaceret exanime.*

℣. 4. Ita Lucif. Cal. habet l. de non parc. in De. del. 231. e. præter hoc, *unum locum*, pro *domum*: similiter in Mss. Germ. 15: *Et tollo illum de platea in unum locum apud me, donec,* &c. ut sup. In Mss. verò Reg. Suec. ut supra: *Et sustuli illum de platea in domum, usque dum sol occideret, ut sepelirem illum.* Græcè, Ἀνειλόμην αὐτὸν εἴς τι οἴκημα, ἕως δὲ ἔδυ ὁ ἥλιος· *Sustuli eum in quandam domum, donec occidit sol;* absque seqq.

℣. 5. Sic habet ad verbum Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. 231. e. In Mss. Germ. 15. hoc unum variat *lotus sum*, pro *lavi*: in Mss. Regin. Suec. sic: *Et reversus sum, & manducavi panem meum cum luctu & tremore;* deinde *memoratus sum*, &c. fortè pro *tremore*, *memoratus sum*, legendum est cum Mss. al. *rememoratus sum.* Gr. Καὶ ἐπιστρέψας, ἐλυσάμην, καὶ ἤσθιον τὸν ἄρτον μου ἐν λύπῃ. *Et reversus, lavi me, & edebam panem meum in tristitia.*

℣. 6. Concinit Lucif. ad verbum l. de non parc. in De. del. 231. e. nisi quòd legit, *quos locutus est in Bethel*, pro *quod locutus est in Bethleem*, deleta voce *omnes*, ante *dies*. In Mss. Germ. 15. hæc variant pauca: *sermonis..... quos..... convertentur dies..... in luctu, & omnes viæ vestræ in planctu: & lacrymatus sum.* In Græco, loco *sermonum prophetæ*, simpliciter τῆς προφητείας, *prophetiæ*, ut & καθὼς εἶπε, *sicut dixit*, pro *quod locutus est*, *dicens*, absque seq. *omnes*; item pro *cantica*, sic, αἱ εὐφροσύναι, *lætitiæ*; cætera ut in textu. In Mss. Regin. Suec. ita:

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſſ. Reg. & Germ.

7. Et poſtquam ſol occidit, abii, & fodi, & ſepelivi eum.

8. Et omnes proximi mei deridebant me, dicentes: Quomodo non timet hic homo? jam enim inquiſitus eſt hujus rei causâ ut occideretur, & fugit, & perdidit ſubſtantiam ſuam, & iterum ſepelire cœpit mortuos.

9. Et iterum lavi eâ horâ, poſtquam ſepelivi.

10. Et introivi in domum meam, & dormivi circa parietem, facie nudâ propter æſtum;

11. & ignorabam quoniam paſſeres in pariete ſuper me reſidebant, quorum ſtercora oculis meis calida & induxerunt albugines.

VULGATA NOVA.

7. Cùm verò ſol occubuiſſet, abiit, & ſepelivit eum.

8. Arguebant autem eum omnes proximi ejus, dicentes: Jam hujus rei causâ interfici juſſus es, & vix effugiſti mortis imperium, & iterum ſepelis mortuos?

9. Sed Tobias plus timens Deum, quàm regem, rapiebat corpora occiſorum, & occultabat in domo ſuâ, & mediis noctibus ſepeliebat eâ. *Sup.* 1, 21.

10. Contigit autem ut quadam die fatigatus à ſepultura, veniens in domum ſuam, jactaſſet ſe juxta parietem, & obdormiſſet,

11. & ex nido hirundinum dormienti illi calida ſtercora inciderent ſuper oculos ejus, fieretque cæcus.

VERSIO ANTIQUA.

* Et ibam cæcus ad medicos ut curarer, & quantò mihi medicamenta imponebant, tantò magis excæcabantur oculi mei maculis, donec perexcæcatus ſum. Et eram inutilis oculis meis, annis quatuor.

VULGATA NOVA.

12. Hanc autem tentationem ideo permiſit Dominus evenire illi, ut poſteris daretur exemplum patientiæ ejus, ſicut & ſancti Job.

13. Nam cùm ab infantia ſua ſemper Deum timuerit, & mandata ejus cuſtodierit, non eſt contriſtatus contra Deum, quòd plaga cæcitatis evenerit ei,

14. ſed immobilis in Dei timore permanſit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ ſuæ.

VERSIO ANTIQUA.

15. Et omnes fratres & amici mei dolebant pro me: Achicarus autem paſcebat me annis duobus, priuſquam iret in Limaidam.

VULGATA NOVA.

15. Nam ſicut beato Job inſultabant reges, ita iſti parentes & cognati ejus irridebant vitam ejus, dicentes:

VULGATA NOVA.

16. Ubi eſt ſpes tua, pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas?

17. Tobias verò increpabat eos, dicens: Nolite ita loqui:

18. quoniam filii ſanctorum ſumus, & vitam illam exſpectamus, quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Memoratus ſum verborum prophetæ, quod locutus eſt ad Moyſen in Bethel, dicens: Convertentur omnes viæ veſtræ in luctum, & ſemitæ veſtræ in planctum: & ploravi.

℣. 7. Ita Lucif. habet ubi ſup. cum cod. Germ. 15. ſic etiam Mſ. Regin. Suec. exceptis his, *Et cùm occidiſſet ſol.* Item Græcè: Καὶ ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος, ὠχόμην, καὶ ὀρύξας, ἔθαψα αὐτόν.

℣. 8. Mirè concordat Lucif. loco cit. deletis tamen his, *& perdidit ſubſt. ſuam*, quæ ſimiliter abſunt à cod. Germ. 15. præterea idem cod. tollit vocem *mei*, poſt *proximi*, ſicut *enim*, poſt *jam*, atque *&*, ante *iterum*; loco verò *hic homo*, hab. *omnino*. In Mſ. Regin. Suec. ſic: *Et propinqui mei deridebant, dicentes: Non timet hic jam qui quærebatur ut occideretur propter hanc rem? & fugerat, & ecce ſepelit iterum mortuos.* In Mſ. etiam Floriac. inter fragmenta nonnulla Verſionis antiq. iſtud habetur: *Omnes proximi mei deridebant me, dicentes: Quomodo non timet hic, quia quæſitus eſt ut occideretur hujus rei causâ, & fugit? quomodo iterum ſepelire cæpit mortuos? Ego autem intentus in mandatis Dei non timebam quid loqueretur homo.* In Græco: Καὶ οἱ φιλοῖ ἐπεγέλων, λέγοντες· Οὐκ ἔτι φοβεῖται (edd. Ald. & Compl. add. ὅτος) φονευθῆναι περὶ τοῦ πράγματος τούτου· καὶ ἀπέδρα, καὶ ἰδοὺ πάλιν θάπτει τοὺς νεκρούς. *Et proximi irridebant, dicentes: Non adhuc timet interfici pro re hac; & aufugit, & ecce iterum ſepelit mortuos.*

℣. 9. Cod. Germ. 15. *Et iterum in illa hora lotus ſum, poſtquam illum ſepelivi.* Mſ. Reg. Suec. *Et ea nocte locutus ſum* (l. *lotus ſum*) *poſtquam ſepelivi illum.* Gr. Καὶ ὑποστραφεὶς ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ ἀνέλυσα θάψας. *Et in illa nocte reverſus ſum cum ſepeliſſem*: legiſſe videntur Lat. Interpretes ἀνέλυσα.

℣. 10. In Mſ. Germ. 15. *Et intravi..... & obdormivi*; cæt. ut ſup. In Græco ſic: Καὶ ἐκοιμήθην μεμιαμμένος παρὰ τὸν τοῖχον τῆς αὐλῆς, καὶ τὸ πρόσωπόν μου ἀκάλυπτον ἦν. *Et cubui pollutus juxta parietem atrii, & facies mea diſcooperta erat.* In Mſ. Regin. Suec. *Et intravi in domum meam, & dormiebam juxta parietem domus meæ, & faciem meam nudam habebam propter æſtum.* Unde Ambroſ. l. de Tob. c. 2. col. 592. d. ait: *Tam ſancto feſſus officio propheta dum requieſcit in cubiculo ſuo*, &c.

℣. 11. Mſ. Germ. 15. delet hoc, *in pariete*, ſed addit verbum *inſiderunt*, voci *ſtercora*; item loco *induxerunt albugines*, hab. *fecerunt maculas*. Mſ. Regin. Suec. ſic: *Et neſciebam quoniam paſſeres ſuper me erant, quorum ſtercora reſiderunt calida in oculis meis; & contigit ut induerent albuginem oculi mei.* Gr. Καὶ οὐκ ἤδειν ὅτι σρυθία ἐν τῷ τοίχῳ εἰσὶ· καὶ τῶν ὀφθαλμῶν μου ἀνεῳγότων, ἀφῶδευσαν τὰ σρυθία θερμὰ εἰς τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ ἐγενήθη λευκώματα ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς μου. *Et non noveram quia paſſerculi in muro erant; & oculis meis apertis, dejecerunt paſſerculi calidum in oculos meos, & factæ ſunt albugines in oculis meis.* Ambroſ. l. de Tob. c. 2. 592. d. *Cadente*, inquit, *de paſſerum nido albugine*, (ſeu juxta cod. Colb. *Cadente de ſtercore paſſerum nido albuginis*) *cæcitatem incidit, nec conqueſtus ingemuit, nec dixit: Hæc merces laborum meorum; fraudari magis ſe doluit obſequiorum, quàm oculorum munere*: quæ ult. nonnihil reſpondent verſui 13. Vulg.

* Pro his omnibus legitur Græcè, Καὶ ἐπορεύθην πρὸς ἰατροὺς, καὶ οὐκ ὠφέλησάν με. *Et ivi ad medicos, & non profuerunt mihi.* At in Mſ. Germ. 15. cuncta habentur ut ſup. niſi quòd initio deeſt vox *cæcus*, uti poſt paulò iſtud, *ut curarer*; loco verò *quantò mihi medicamenta*, ſic, *quantùm mihi medicamina*; & infra pro *inutilis*, ita, *debilis*, abſque ſeq. *meis*. In Mſ. Regin. Suec. ſic: *Quotidie autem Abamad medicus aderat ut curarer, & quando inunguebar cum medicamentis, tantò magis excæcabantur oculi mei & albicabant, quoadusque excæcaverunt me. Et eram inutilis per annos quatuor.*

℣. 15. In Mſ. Germ. 15. loco *dolebant pro me*, exſtat *contriſtabantur propter me*; reliqua verò deſunt: contra à Græco abſunt priora verba ab hoc, & *omnes*, uſque ad *pro me*; loco verò cæterorum, ſic, Ἀχιάχαρος δὲ ἔτρεφέ με, ἕως οὗ ἐπορεύθην εἰς τὴν Ἐλυμαΐδα. *Achiacharus autem nutriebat me, quoadusque profectus ſum in Elymaida.* In Mſ. Regin. Suec. ita: *Et omnes fratres mei & amici dolebant pro me: & Achicarus paſcebat me, & pavit me biennium, antequam irent in Elimaida.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

19. Anna verò uxor ejus ibat ad opus textrinum quotidie, & de labore manuum suarum victum, quem consequi poterat, deferebat.

20. Unde factum est, ut hœdum caprarum accipiens detulisset domi:

21. cujus cùm vocem balantis vir ejus audisset, dixit: Videte, ne fortè furtivus sit, reddite eum dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. *Deut. 22. 1.*

22. Ad hæc uxor ejus irata respondit: Manifestè vana facta est spes tua, & eleemosynæ tuæ modò apparuerunt. *Job. 2. 9.*

23. Atque his & aliis hujuscemodi verbis exprobrabat ei.

VERSIO ANTIQUA.

19. In illo tempore, Anna uxor mea deserviebat operibus mulierum, lanam faciens & telam, & ex mercedibus suis pascebat me: & mittebant, & adducebant illam ad texendum, & dabant ei mercedem suam. Septima autem die mensis Distri consummavit texturam, & reddidit dominis suis; & dederunt illi mercedem suam totam, *Ex Mss. Reg. & Germ.*

20. & insuper dederunt ei pro detexto, ad manducandum, hœdum de capris.

21. Et cùm introisset ad me hœdus, cœpit clamare; & vocavi ad me uxorem, & dixi illi: Unde est hic hœdus qui balat? vide, ne fortè furtivus sit, redde illum dominis suis; nobis enim non licet manducare nihil furtivum. Et respondit mihi, & dixit: Munere mihi datus est supra mercedem. Et ego non credebam, sed magis dicebam illi: Furtivus est, redde illum dominis suis: & contendebam, & erubescebam coram illa, hujus rei causâ.

22. Et irata est, quoniam non credebam illi; & respondens, dixit mihi: Ubi sunt justitiæ tuæ?

23. ecce quæ pateris, omnibus nota sunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 19. Mss. Germ. 15. delet ista: *lanam faciens & telam, & ex mercedibus suis pascebat me;* loco verò *deserviebat*, habet *mercede serviebat;* & inf. pro *adducebant illam*, simplic. *ducebant eam*, uti paulò post, *Et septimo die*, absque seq. voce *Distri*. In Mss. Regin. Suec. sic: *Et in illo tempore, Anna uxor mea operabatur operibus mulieribus* (l. *muliebribus*,) *lanam faciens, & conducens telas texendas, & ex mercedibus suis pascebat me: quæ accipiebat, & texebat; & cùm detexisset, remittebat domino rerum, & ille mercedem dabat ei. Et in septimo die detexuit telam, & misit; & illi dederunt ei mercedem totam.* In Græco multò pauciora, nempe seqq. Καὶ ἡ γυνή μου Ἄννα ἠργάζετο ἐν τοῖς γυναικείοις, καὶ ἀπέστελλε τοῖς κυρίοις· καὶ ἀπέδωκαν αὐτῇ καὶ αὐτοὶ τὸν μισθόν. *Et uxor mea Anna lanam tractabat in Gynæceis, & mittebat dominis; & reddiderunt ei & ipsi mercedem;* prætermissis aliis. Vide Ambros. inf. ad ℣. 21.

℣. 20. Mss. Germ. 15. *Et insuper dederunt ei telaticum hœdum de capris.* Alter Regin. Suec. *Et insuper dederunt ei, ad manducandum, hœdum.* Gr. simpliciter, προσδόντες καὶ ἔριφον, *addentes & hœdum.*

℣. 21. In Mss. Germ. 15. dissimilia hæc pauca: *cœpit balare..... uxorem meam, & dixi: Unde..... qui clamat? vide, ne furtivus sit, & redde..... super mercedem. Cui ego... sed eò magis dicebam: Redde eum dominis suis: & erubescebam coram.* In Mss. Regin. Suec. sic: *Et cùm intrasset ad me, cœpit hœdus bellare; & vocavi illam, & dixi: Unde est hœdus hic qui bellat? ne fortè furtivus sit, redde eum dominis suis; non licet nobis manducare furtivum. Et illa dixit: Mihi datus est pro mercede mea. Et non credebam, ut restitueret illam dominis suis: & contendebam cum illa propter hœdum.* In Græco ita: Ὅτε δὲ ἦλθε πρός με, ἤρξατο κράζειν· καὶ εἶπα αὐτῇ· Πόθεν τὸ ἐρίφιον; μὴ κλεψίμαιόν ἐστιν; ἀπόδος αὐτὸ τοῖς κυρίοις· οὐ γὰρ θεμιτόν ἐστι φαγεῖν κλεψίμαιον. Ἡ δὲ εἶπε· Δῶρον δέδοταί μοι ἐπὶ τῷ μισθῷ. Καὶ οὐκ ἐπίστευον αὐτῇ, καὶ ἔλεγον ἀποδιδόναι αὐτὸ τοῖς κυρίοις· καὶ ἠρυθρίων πρὸς αὐτήν. *Quando autem venit ad me, cœpit clamare; & dixi ad eam: Unde hœdulus? nunquid furtivus est? redde eum dominis; non enim licitum est manducare furtivum. Illa autem dixit: Donum datum est mihi super mercedem. Et non credebam ei, & dicebam reddere ipsum dominis: & erubescebam adversùs eam.* Ambr. l. de Tob. c. 2. 593. a. alludens, dicit: *Et cùm vitium mercede levaret conjugis, ne quid furtivum domum suam intraret, cavebat: uxor hœdum pro mercede acceperat; at ille plus honestati, quàm pietati consulens, cui suam debebat alimoniam*, &c.

℣. 22. Absunt à Mss. Germ. 15. sicut à Græco ista: *Et irata est, quoniam non credebam illi;* loco verò & *respondens, dixit mihi*, &c. in cod. Germ. sic, *quæ mihi respondit, dicens: Ubi sunt eleemosynæ tuæ, quas faciebas?* Similiter in Mss. Regin. Suec. hæc tantùm leguntur: *Et respondens, dixit mihi: Ubi sunt eleemosynæ tuæ?* Item in Græco: Ἡ δὲ ἀποκριθεῖσα, εἶπέ μοι· Πῦ εἰσιν αἱ ἐλεημοσύναι σου, καὶ αἱ δικαιοσύναι σου; *Illa verò respondens, dixit mihi: Ubi sunt eleemosynæ tuæ, & justitiæ tuæ?* Apud Cypr. l. de mortal. p. 231. c. & l. 3. Testim. 306. b. *Ubi sunt justitiæ tuæ?*

℣. 23. Mss. Regin. Suec. *Ecce omnia super te nota sunt.* Græcè: Ἰδοὺ γνωστὰ πάντα μετὰ σοῦ· Cypr. verò ubi sup. post hoc, *justitiæ tuæ*, proximè addit: *Ecce quæ pateris*, ut supra.

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. TUnc Tobias ingemuit, & cœpit orare cum lacrymis,

2. dicens: Justus es Domine, & omnia judicia tua justa sunt, & omnes viæ tuæ, misericordia, & veritas, & judicium.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET contristatus animo, ingemui lacrymans; & introivi in atrium meum, & cœpi orare cum gemitu animæ meæ, *Ex Mss. Reg. & Germ.*

2. & dixi: Justus es Domine, & omnia opera tua magna sunt, & omnes viæ tuæ misericordiæ & veritatis plenæ sunt, & judicium verum judicas in sæcula.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic est in Mss. Germ. 15. exceptis his, *intravi*, pro *introivi*, & *rogare*, loco *orare*, absque seq. *meæ*. In Mss. Regin. Suec. ita: *Et tristi factus sum animo, & suspirans ploravi; & intravi in aulam meam, & cœpi orare cum suspirio animæ meæ.* In Gr. Καὶ λυπηθεὶς ἐκλαυσα· καὶ προσευξάμην μετ' ὀδύνης. *Et tristatus ploravi; & deprecatus sum cum dolore.*

℣. 2. Mss. Germ. 15. hab. *justa*, pro *magna*, absque seqq. *viæ tuæ;* loco verò & *veritatis plenæ sunt*, simpliciter, *tuæ veritas*, ut inf. *sæculum*, pro *sæcula*. In Græco habetur λέγων, *dicens*, pro & *dixi*, omisso inf. *magna sunt;* exinde loco *misericordiæ & veritatis plenæ sunt*, sic, ἐλεημοσύναι καὶ ἀλήθεια, *misericordiæ & veritas*, addito isto, καὶ δικαίαν σύ, & *justum tu*, ad *verum;* demum pro *sæcula*, τὸν αἰῶνα, *sæculum*. In Mss. Regin. Suec. ita: *Et dixit: Justus es Domine, & omnia opera tua magna sunt, & viæ tuæ veritate plenæ sunt, & tu judicabis sæculum.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſſ. Reg. & Germ.

3. Et nunc Domine memor eſto mei, & reſpice in me: ne vindictam ſumas de peccatis meis, & de negligentia mea, & parentum meorum qui peccaverunt ante te.

4. Quoniam non obedierunt præceptis tuis, & tradidiſti nos in direptionem, & captivitatem, & mortem, in exemplum, & fabulas, & improperium omnibus nationibus, in quibus nos diſperſiſti.

5. Et nunc Domine, multa ſunt judicia tua & vera, quæ de me exigas, & de peccatis meis, & parentum meorum, quia non egimus ſecundùm præcepta tua, non ambulavimus ſinceriter coram te.

6. Et nunc Domine, ſecundùm quod tibi placet, fac mecum, & præcipe recipi ſpiritum meum, ut jam dimittar deſuper terra: quia expedit mihi mori magis quàm vivere, quoniam improperia falſa audio, & in magno ſum tædio. Præcipe ergo Domine ut dimittar ab hac neceſſitate, & da mihi refrigerium in locum æternum: & noli avertere à me faciem tuam, quia expedit mihi mori magis quàm vivere, & pati tantam neceſſitatem in vita mea, ne jam improperium audiam hominum.

7. Eadem die contigit ut & Sarra filia Raguhelis, quæ erat Exbatanis civitate Medorum, ut & ipſa audiret improperium ab una ex ancillis patris ſui,

8. quoniam jam tradita erat viris ſeptem, & Aſmodæus dæmonium nequiſſimum occidebat eos, eâ horâ qua ad illam introiebant ad concumbendum, ſicut eſt ſolitum mulieribus.

9. Et dixit illi ancilla ſua: Tu es quæ ſuffocas viros tuos; ecce jam tradita es viris ſeptem, &

VULGATA NOVA.

3. Et nunc Domine memor eſto mei, & ne vindictam ſumas de peccatis meis, neque reminiſcaris delicta mea, vel parentum meorum.

4. Quoniam non obedivimus præceptis tuis, ideo traditi ſumus in direptionem, & captivitatem, & mortem, & in fabulam, & in improperium omnibus nationibus, in quibus diſperſiſti nos. *Deut.* 28. 15.

5. Et nunc Domine magna judicia tua, quia non egimus ſecundùm præcepta tua, & non ambulavimus ſinceriter coram te.

6. Et nunc Domine ſecundùm voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi ſpiritum meum: expedit enim mihi mori magis quàm vivere.

7. Eadem itaque die contigit, ut Sara filia Raguelis in Rages civitate Medorum, & ipſa audiret improperium ab una ex ancillis patris ſui,

8. quoniam tradita fuerat ſeptem viris, & dæmonium nomine Aſmodæus occiderat eos, mox ut ingreſſi fuiſſent ad eam.

9. Ergo cùm pro culpa ſua increparet puellam, reſpondit ei, dicens: Ampliùs ex te non vi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. In Mſ. Germ. 15. deeſt hoc, & *reſpice in me*, ſicut *de*, ante vocem *negligentia*, cum hoc ſeq. *mea* &; loco verò *qui*, ita, *ſi quid*. A Græco abeſt iſtud, *Et nunc Domine*; exinde loco *ne vindictam ſumas de*, ſic, μή με ἐκδικῆς ταῖς, &c. & pro *negligentia*, τῖς ἀγνοήμασι, *ignorantiis*; item iſtud, πατέρων μȣ, ἃ, *patrum meorum*, *quæ*, loco *parentum..... qui*; in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. οἳ. In Mſ. Regin. Suec. ſic: *Et nunc Domine memor eſto mei, reſpice me; & noli nocere me ſecundùm peccata mea, & ſecundùm ignorantiam meam, & patrum meorum, quia peccavimus ante conſpectum tuum.*

℣. 4. Ita in Græco, niſi quòd initio deeſt *quoniam*, pro quo inf. hab. γάρ; loco verò *in exemplum*, & *fabulas*, & *improp.* ſic, ἐν παραβολὴν ὀνειδισμῦ, & *parabolam improperii*; item ἐσκορπίσμεθα, *diſperſi ſumus*, pro *nos diſperſiſti*. In Mſ. Germ. n. 15. variant iſta: *Quia non obaudierunt..... in direptione, & captivitate, & morte, & in exemplum..... diſparſiſti*, Mſ. Regin. Suec. ſic habet: *Et contempſimus præcepta tua, & dediſti nos in diremptionem, & captivitatem, & mortem, & in parabolam, & in fabulam, & in improperium & in omnibus gentibus, in quibus nos diſperſiſti.*

℣. 5. Mſ. Germ. 15. iterum ponit *de*, ante *parentum*, ſicut &, poſt *præcepta tua*; cætera ut ſup. Græc. etiam paulùm differt, nempe delet initio vocem *Domine*, paulòque poſt hab. ἐξ ἐμῦ ποιῆσαι, *ex me ad faciendum*, loco *quæ de me exigas*, &; item inf. πατέρων, loco *parentum*, ut & ἐποιήσαμεν, *fecimus*, pro *egimus*, abſque ſeq. *ſecundùm*; præponit etiam γὰρ, verbo *ambulavimus*, & loco *ſinceriter*, hab. ἐν ἀληθείᾳ, *in veritate*. In Mſ. Regin. Suec. ſic: *Et nunc Domine, multa bona judicia ſuperſunt, ut facias in me pro peccatis meis, quoniam non fecimus præcepta tua, & non ambulavimus verè ante conſpectum tuum.*

℣. 6. Mſ. Germ. 15. delet vocem *Domine*, initio & circa medium; item pro *terra*, habet *terram*, ſicut infra, *jam* pro 2. *Domine*, & *loco æterno*, pro *locum æternum*; paulò verò poſt tollit vocem *magis*, cum ſeq. *vivere* &; & loco *improperium*, habet *improperio*, abſque voce *hominum*, in fine. In Mſ. Regin. Suec. multò plura variant; en verba: *Et nunc ſecundùm quod tibi placet, fac mecum, & impera recipi ſpiritum meum ex me, ut non* (l. *jam*) *dimittar à facie terræ, ut fiat terra: quoniam expedit mihi magis mori quàm vivere, quoniam improperia falſa audivi, & triſtitia multa eſt in me. Domine impera ut requieſcam ab hac neceſſitate, mitte me in locum ſempiternum: & noli avertere faciem tuam à me Domine, quoniam expedit mihi mori magis quàm vivere cum neceſſitate magna in vita mea, & ne audiam improperia jam.* Similiter in Græco, paucis exceptis: Καὶ νῦν κατὰ τὸ ἀρεσὸν ἐνώπιόν Cȣ ποίησον μετ' ἐμῦ· ἐπίταξον ἀναλαβεῖν τὸ πνεῦμά μȣ, ὅπως ἀπολυθῶ, ἐν γέναμαι γῆ· διότι λυσιτελεῖ μοι ἀποθανεῖν ἢ ζῆν, ὅτι ὀνειδισμὸς ψευδεῖς ἤκȣσα, καὶ λύπη ἐστὶ πολλὴ ἐν ἐμοί. Ἐπίταξον ἀπολυθῆναί με τῆς ἀνάγκης ἤδη εἰς τὸν αἰώνιον τόπον· μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν Cȣ ἀπ' ἐμῦ· reliqua deſunt.

℣. 7. Mſ. Germ. 15. habet *filia Raguel*, paulòque poſt, *in civitate*; ſubinde ſic, & *ut ipſa*, cum *ſuis* in fine, loco *patris ſui*. Mſ. Regin. Suec. ſic: *Eadem die contigit Sarra filiæ Raguelis, quæ Ecbatanis in Medica, ut ipſa audiret improperia ab ancilla patris ſui.* Græc. Ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Cυνέβη τῇ θυγατρὶ Ραγουὴλ Σάρρᾳ ἐν Ἐκβατάνοις τῆς Μηδίας, ἐν ταύτην ὀνειδισθῆναι ὑπὸ παιδισκῶν πατρὸς αὐτῆς· *In illa die evenit filiæ Raguel Sarræ in Ecbatanis Mediæ, & ipſam improperari ab ancillis patris ſui.*

℣. 8. Variant hæc pauca in Mſ. Germ. 15. ſcilicet: *dæmon* (al. *dæmoniorum*) *nequiſſimus occidit illos, qua hora introibant ad illam.* A Græco abeſt *jam*, & loco *nequiſſimum*, legitur τὸ πονηρὸν, *malum*; exinde pro *eâ horâ*, & ſeqq. ita, πρὶν γενέσθαι αὐτὸς μετ' αὐτῆς, ὡς ἐν γυναῖξὶ· *antequam illi fuiſſent cum ea, ut in uxoribus.* In Mſ. verò Regin. Suec. ſic habetur: *Quia tradita erat viris ſeptem, & non ſinebat Aſmodæus malus dæmon, ſed occidebat illos, antequam fierent cum illa in conjugio, ſicut traduntur mulieres.*

℣. 9. In Mſ. Germ. 15. deeſt initio *ancilla ſua*, & infra pro *nullo*, habetur *nullum*; item poſt pauca, *aut abi*, loco *vade* & *tu*, abſque ſeq. &; loco verò *videamus*, ſic, *videam*, & in fine, *perpetuo*, non *perpetuum*. In Mſ. Regin. Suec. ita: *Et dixit ad illam ancilla: Tu ſuffocaſti viros tuos; & ecce jam tradita es ſeptem viris, & unum ex illis non es frunita. Qui nos flagellas pro viris tuis, quia mortui ſunt? & tu vade cum illis, & non videamus ex te filium, aut filiam in ſempiterno.* Græc. Καὶ εἶπαν αὐτῇ· Οὐ Cυνιεῖς, ἀποπνίγουσά Cȣ τȣς ἄνδρας; ἤδη ἑπτὰ ἔχες, ἐν ἐνὸς αὐτῶν οὐκ ὠνομάσθης. Τί ἡμᾶς μαστιγοῖς; εἰ τέθνηκεν, βάδιζε μετ' αὐτῶν, μὴ ἴδοιμέν Cȣ υἱὸν, ἢ θυγα-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

deamus filiam, aut filiam super terram, interfectrix virorum tuorum.

10. Nunquid & occidere me vis, sicut jam occidisti septem viros? Ad hanc vocem perrexit in superius cubiculum domus suæ: & tribus diebus, & tribus noctibus non manducavit, neque bibit:

11. sed in oratione persistens, cum lacrymis deprecabatur Deum, ut ab isto improperio liberaret eam.

12. Factum est autem die tertia, dum compleret orationem, benedicens Dominum,

13. dixit: Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorum: qui cùm iratus fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his, qui invocant te.

14. Ad te Domine faciem meam converto, ad te oculos meos dirigo.

15. Peto Domine ut de vinculo improperii hujus absolvas me, aut certè desuper terram eripias me.

16. Tu scis Domine, quia nunquam concupivi virum, & mundam servavi animam meam ab omni concupiscentia.

VERSIO ANTIQUA.

nullo eorum fruita es. Quid nos flagellas, aut causâ virorum tuorum, qui mortui sunt? vade & tu cum illis, & nunquam ex te videamus filium, neque filiam in perpetuum. *Ex Mſs. Reg. & Germ.*

10. Eâdem horâ contristata est anima puellæ, & lacrymans, ascendit in locum superiorem patris sui, & voluit laqueo vitam finire: & cogitavit: Ne fortè improperent patri meo, & dicant: Unicam habuisti filiam carissimam, & hæc collum sibi ligavit: & incipiam deducere senectutem patris mei cum tristitia animi ad inferos; non est utile animam laqueo fugare:

11. at bonum est potiùs deprecari Dominum, ut moriar, & jam nullum improperium audiam in vita mea, neque ego, neque pater meus.

12. Eodem tempore, exporrectis manibus ad fenestram, deprecata est,

13. & dixit: Benedictus es Domine Deus misericordiarum, & benedictum est nomen tuum sanctum, & honorabile in omnia sæcula. Benedicant tibi omnia opera tua in æternum.

14. Et nunc Domine, ad te faciem meam levo, & oculos meos dirigo.

15. Jube jam me dimitti desuper terra, ne audiam improperia hominum.

16. Tu scis Domine, quia munda sum ab omni immunditia viri, & non coinquinavi corpus meum, neque dehonestavi nomen patris mei in terra captivitatis meæ. Unica sum patri meo, & non habet alium filium, vel filiam, qui possideat hæreditatem illius: neque frater est illi quisquam, vel proximus aut propinquus, ut custodiat me illi uxorem. Jam perierunt mihi viri septem; & quò mihi adhuc vivere? & si non tibi videtur Domine perdere me, aspice in me, & miserere mei, ut nullum jam improperium audiam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

τίσχε εἰς τὸν αἰῶνα. Et dixerunt ei, (Mſ. Alex. *εἶπε, dixit* :) *Non intelligis, suffocans tuos viros? ecce septem habuisti,* (Ald. & Compl. add. *ἄνδρας, viros,*) *& unius eorum non es nominata,* (Mſ. Alex. *ὠράθης, fruita.*) *Quid nos flagellas?* (Ald. & Compl. add. *περὶ αὐτῶν, pro his:*) *si mortui sunt, vade cum eis, non videamus tuum filium, aut filiam in ævum.*

℣. 10. Mſ. Regin. Suec. *In illa die facta est tristis anima ejus, & ploravit, & ascendit in superiora patris sui, & voluit laqueo se suspendere: & iterum cogitabat, dicens: Ne fortè improperent patri meo, & dicant: Una superfuit tibi filia, & illa laqueo se suspendit ex malis: & adduco senectutem patris mei cum tristitia ad inferos; non est hoc mihi bonum ut laqueo suspendam me.* Græcè sensus idem, sed paucioribus exprimitur verbis, ita nempe: *Ταῦτα ἀκούσασα, ἐλυπήθη σφόδρα, ὥστε ἀπάγξασθαι· καὶ εἶπε· Μία μέν εἰμι τῷ πατρί μου, ἐὰν ποιήσω τοῦτο, ὀνειδος αὐτῷ ἔσαι, καὶ τὸ γῆρας αὐτοῦ κατάξω μετ' ὀδύνης εἰς ᾅδου. Hæc audiens, tristata est valde, adeo ut suffocaretur: & dixit: Una quidem sum patri meo, si fecero hoc, opprobrium illi erit, & senectutem ejus deducam cum dolore ad infernum.* Mſ. Germ. 15. concordat cum Regio, his tantùm mutatis: *in illa hora*, pro *eadem hora*, ut & *puella animo*, pro *anima puellæ*; subinde addit *dicens*, ad *cogitavit*; omittit verò inf. *carissimam*: item legit *senecta*, non *senectutem*, tollitque hoc, *ad inferos*; demum loco *animam laqueo fugare*, habet *animam in laqueo finire.*

℣. 11. In Mſ. Germ. 15. *sed deprecabor potiùs Dominum*; reliqua ut sup. nisi quòd deest *jam*, cum hoc, *in vita mea*; cuncta verò absunt à Græco. In Mſ. Regin. Suec. sic: *Sed bonum est orare Dominum, ut moriar, & non audiat improperia pater meus amplius.*

℣. 12. Sic habet Mſ. Germ. 15. excepto uno *loco*, pro *tempore*. In Græco hoc tantùm legitur, *Καὶ ἐδεήθη πρὸς τὴν θυρίδα· Et oravit ad fenestram.* In Mſ. Regin. Suec. sic: *In illo tempore aperuit manus ad fenestram, & oravit ad Dominum.*

℣. 13. Absunt à Mſ. Germ. 15. ista: *Benedictus es Domine Deus misericordiarum*, &, quæ tamen Græc. admittit cum reliquis, excepta voce *misericordiarum*, cujus loco ponit *μῦ*, detracto seq. *est*, cum voce *omnia*, ante *sæcula*; pro *tibi* verò, ponit *ζέ*, cum Mſ. Germ. 15. & loco *æternum*, habet *αἰῶνα*, *ævum*. Mſ. Regin. Suec. *Et dixit: Benedictus, Domine Deus misericors, & benedictum est nomen tuum in omnibus sæculis sæculorum. Benedicant te omnia opera tua in sæcula sæculorum.*

℣. 14. Mſ. Germ. 15. hab. *verto*, pro *levo*; cætera ut sup. Alter Regin. Suec. sic: *Et nunc ad te est facies mea, & oculi mei ad te respiciunt.* Græc. *Καὶ νῦν Κύριε, τὰς ὀφθαλμούς μου, καὶ τὸ πρόσωπόν μου εἰς ζέ δέδωκα. Et nunc Domine, oculos meos, & faciem meam in te dedi.*

℣. 15. Initio deest *jam*, in Mſ. Germ. 15. sicut *hominum*, in fine; loco verò *desuper terra*, *ne*, hab. *de terris*, *ut non jam*. Mſ. Regin. Suec. *Dimittar à terra, ut non audiam improperia jam.* Græc. *Εἶπον ἀπολῦσαί με ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ μὴ ἀκοῦσαί με μηκέτι ὀνειδισμόν. Dixi.* (f. *dic*, *εἰπὸν*) *ut absolvas me à terra, & non audiam ego ultra improperium.* Nobil. *& non facias me audire ultra*, &c.

℣. 16. In Mſ. Germ. 15. pro *immunditia viri*, legitur *immunditia virili*; paulò verò post omittuntur ista: *corpus meum, neque dehonestavi*; item infra deest hoc, *vel filiam*, ut *est*, post *frater*, nec non *adhuc*, ante *vivere*; anteponitur autem *sed*, huic *et si*, detracta voce *Domine*, post *videtur*, sicut *in me*, post *aspice*. Gr. discrepat à textu Lat. longè plurimis; nempe hab. *ἁμαρτίας*, *peccato*, pro *immunditia*; item *ὄνομα*, *nomen*, pro *corpus*, absque seq. *dehonestavi*; exinde sic, *μονογενὴς*, *unigenita*, pro *unica*, paulòque post loco *non habet alium filium*, *vel filiam*, *qui possideat hæredit. illius*, ita, *οὐχ ὑπάρχει αὐτῷ παιδίον, ὁ κληρονομήσει αὐτόν, non adest ei puer, qui hæreditabit eum*, (edit. Compl. *κληρονομήσῃ*) exinde sic, *οὐδὲ ἀδελφὸς ἐγγὺς, οὐδὲ ὑπάρχων αὐτῷ υἱὸς, ἵνα ζυνλημφθῶ ἐμαυτὴν αὐτῷ γυναῖκα, neque frater propinquus, neque existens ei filius, ut conservem me ipsam illi uxorem:* subinde deest *viri*, ante *septem*, & pro *& quò*, sic, *ἵνα τί*, *ut quid*, absque seq. *adhuc*, ut & inf. *Domine*; (ed. Compl. pro *adhuc*, hab. *λοιπόν*;) dein pro *perdere*, in Vatic. & al. sic, *ἀποκτεῖναι*, *interficere*, & pro *aspice in me*, ita, *ἐπίβλεψον ἐπιβλέψαι ἐπ' ἐμέ*, *præcipe respicere in me:* ultimò sic, *καὶ μηκέτι ἐλεῆσαί με, καὶ ἀκοῦσαί με ὀνειδισμόν.* Nobil. *& non ultra miserabilem me facere* (f. *movere misericordiam*,) *& audire me improperium*; sed in Mſ. Alex. ac ed. Compl. deest *μηκέτι*, ante *ἐλεῆσαι*, & in Ald. loco *μὲ*, ponitur *ἐπ' ἐμέ*; tum sequitur in Alex. *καὶ μηκέτι ἀκοῦσαί με ὀνει-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

17. Nunquam cum ludentibus miscui me : neque cum his, qui in levitate ambulant, participem me præbui.

18. Virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea consensi suscipere.

19. Et, aut ego indigna fui illis, aut illi forsitan me non fuerunt digni : quia forsitan viro alii conservasti me.

20. Non est enim in hominis potestate consilium tuum.

21. Hoc autem pro certo habet omnis qui te colit, quòd vita ejus, si in probatione fuerit, coronabitur : si autem in tribulatione fuerit, liberabitur : & si in correptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit.

22. Non enim delectaris in perditionibus nostris : quia post tempestatem, tranquillum facis : & post lacrymationem & fletum, exsultationem infundis.

23. Sit nomen tuum Deus Israël benedictum in sæcula.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſs. Reg. & Germ.

24. In illo tempore exauditæ sunt preces amborum ab ipsa claritate summi Dei :

25. & missus est Raphahel angelus sanare duos, id est, Thobin curare à maculis oculorum, & reddere ei aspectum luminis ; & Sarram filiam Raguhelis dare Thobiæ filio Thobis uxorem, & colligare Asmodæum dæmonium nequissimum ab illa : quoniam Thobiæ destinata erat hæreditas ejus, super omnes qui illam concupierant. Uno igitur tempore, reversus est Thobi de atrio in domum suam, & Sarra filia Raguhelis descendit & ipsa de loco superiori.

VULGATA NOVA.

24. In illo tempore exauditæ sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi Dei :

25. & missus est angelus Domini sanctus Raphael, ut curaret eos ambos, quorum uno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

δισμόν, vel cum editt. Ald. & Compl. ἀ μὴ ἀκῦσαί με μηκέτι ὀνειδισμόν· quæ textui favent. In Mſ. Regin. Suec. eadem referuntur hoc modo : *Tu scis Domine, quoniam munda sum ab omni immunditia viri, & non coinquinavi nomen meum, nec nomen patris mei in terra captivitatis meæ. Unica sum patri meo, & non supereſt illi filius alius, qui possideat hæreditatem illius : nec frater est illi juxta, neque cognatus meus supereſt, qui conservet me illi, & tradat in matrimonium. Ecce perierunt mihi septem viri ; & ut quid mihi adhuc vivere ? & si non tibi videtur Domine occidere me, impera, & respice, & miserere mei, ut jam non audiam improperium.*

℣. 24. Mſ. Regin. Suec. sic habet : *In ipso tempore exaudita est oratio amborum ante conspectum honoris Domini.* Gr. Καὶ εἰσηκούσθη προσευχὴ ἀμφοτέρων ἐνώπιον τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Ῥαφαήλ. *Et exaudita est deprecatio amborum coram gloria magni Raphael :* editt. Ald. & Compl. loco Ῥαφαήλ, hab. Θεοῦ, *Dei.*

℣. 25. Nonnulla variant in Mſ. Germ. 15. scilicet ista : *curare eos, Tobi sanare*, loco *sanare duos, id est, Thobin curare ;* subinde deest *ei*, post *reddere*, & loco *Raguhelis*, constanter habetur *Raguel*, sicut *Tobi*, pro *Thobis ;* infra tamen *Tobis*, non *Thobi*, paulòque post ita, & *ipsa descendit*, pro *descendit & ipsa.* A Græco abest *Raphael angelus ;* (in editt. tamen Ald. & Compl. legitur Ῥαφαήλ, sed absque *angelus ;*) exinde loco *id est, Thobin curare à maculis*, simpliciter, τῷ Τωβὶτ λεπίσαι τὰ λευκώματα, *Tobit desquamare albugines*, demtis his, *oculorum*, & *reddere ei aspectum luminis ;* sicut infra hoc, *ab illa*, post *nequissimum*, pro quo ult. τὸ πονηρὸν, *malum ;* subinde loco *destinata erat hæreditas ejus*, ita, ἐπιβάλλ κληρονομῆσαι αὐτήν, *pertinet hæreditare eam*, prætermissis seqq. usque ad hoc, *uno igitur ;* deinde sic habetur : Ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ ἐπιστρέψας Τωβὶτ, εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, &c. *In illo tempore revertens Tobit, intravit in domum suam*, &c. ut sup. sed absque hoc, & *ipsa*, addita tamen voce, αὐτῆς, in fine. In Mſ. Regin. Suec. sic : *Et missus est angelus Raphael sanare duos ; Tobin, desquamare albugines* (Mſ. vitiosè *de squamamaris albuginis*) *ab oculis illius, ut videat lumen cœli ; & ad Sarram filiam Raguel, dare Tobiæ filio Tobi uxorem, & alligare Asmodæum malum dæmonem ab illa ; quem Tobiam contigit possidere eam, præter omnibus qui volebant accipere eam. In illo tempore reversus Tobias ab aula in domo sua, & Sarra filia Raguelis descendit de superiora.*

CAPUT IV.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſs. Reg. & Germ.

1. EAdem die rememoratus est Thobis commendasse se pecuniam Gabelo, in Rages civitate Medorum : & dixit in corde suo cogitans : Ecce ego postulavi mortem, cur non voco Thobian filium meum, & indicabo illi de hac pecunia quam commendavi, antequam moriar ? Et vocavit filium suum,

2. & dixit illi : Fili : & ille respondit : Quid est, pater ? Et Thobis dixit :

3. Fili, cùm mortuus fuero, sepeli me diligen-

VULGATA NOVA.

1. IGitur cùm Tobias putaret orationem suam exaudiri ut mori potuisset, vocavit ad se Tobiam filium suum,

2. dixitque ei : Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo, quasi fundamentum construe.

3. Cùm acceperit Deus animam meam, cor-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Germ. 15. hæc pauca dissimilia hab. nempe sub finem : *Quid non vocabo Tobiam..... & indico illi de pecunia antequam moriar ?* deinde, *Et vocavi filium meum.* In Græco sic : Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐμνήσθη Τωβὶτ περὶ τοῦ ἀργυρίου, ὃ παρέθετο Γαβαήλ (Ald. & Compl. Γαβαήλῳ) ἐν Ῥάγοις τῆς Μηδίας· καὶ εἶπεν ἐν ἑαυτῷ· Ἐγὼ, &c. ut in textu Lat. nisi quòd ante *indicabo*, loco & , habetur ἵνα, *ut*, omissis his, *de hac pecunia quam commendavi*, vel ut in Mſ. Germ. 4. *commodavi*. Alter Regin. Suec. hab. *In tempore illo rememoratus est Tobias pro pecunia, quam commendaverat Gabelo, in Rages civitate Medorum : & dixit in corde suo : Ecce ego petii mortem, quid non voco Tobiam filium meum, & demonstro illi pro pecunia, quam commendavi, antequam moriar ? Et vocavit filium suum.* Gr. extremò, Καὶ καλέσας αὐτὸν, *Et vocans eum*, loco *Et vocavit*, &c. Ambros. l. de Tob. c. 2. to. 1. 593. a. *Commendaverat*, inquit, *proximo suo pecuniam quandam, quam toto vitæ suæ tempore in tanta indigentia non popposcit : vix ubi se fessum vidit, & depositum senectute, insinuavit filio*, &c.

℣. 2. Mſ. Germ. 15. *Et dixi : Fili : ille respondit : Quid est, pater ? Et dixi :* alter Regin. Suec. simpliciter, *Et dixit illi :* sic etiam in Græco : εἶπε, *dixit*, prætermissis omnibus aliis.

℣. 3. Mſ. Germ. 15. initio sic habet : *Sepeli me fili, cùm mortuus fuero ;* item ponit *omnibus*, ante *diebus*, uti *quidquid*, pro *quod*, absque seq. *in conspectu ejus ;* loco verò *contristari*, scribit *centristare*, & *parte*, in fine, pro

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

pus meum sepeli: & honorem habebis matri tuæ
Exod. 20. 12. omnibus diebus vitæ ejus:
Eccli. 7. 29.

4. memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in utero suo.

5. Cùm autem & ipsa compleverit tempus vitæ suæ, sepelias eam circa me.

6. Omnibus autem diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum: & cave ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta Domini Dei nostri.

Prov. 3. 9. 7. Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere: ita enim
Eccli. 4. 1. & 14. 13. fiet ut nec à te avertatur facies Domini.

8. Quomodo potueris, ita esto misericors.

Luc. 14. 13. 9. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue:
Eccli. 35. 12. si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude.

10. Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis:

Eccli. 29. 15. 11. quoniam eleemosyna ab omni peccato &

VERSIO ANTIQUA.

ter: & honorem habe matri tuæ, & noli derelinquere illam *omnibus diebus vitæ suæ; & quod illi placet, hoc fac in conspectu ejus, & noli contristari spiritum ejus in ulla re.

Ex Mss. Reg. & Germ.

* *In Mss. Reg. deest* omnibus.

4. Memor esto fili, quanta pericula passa sit pro te in utero suo:

5. & cum mortua fuerit, sepeli illam circa me in uno sepulcro.

6. Et omnibus diebus vitæ tuæ fili, Deum in mente habe: & noli velle peccare, vel præterire præcepta illius. Justitiam fac omnibus diebus vitæ tuæ, & noli ire in viam iniquitatis: quoniam agente te ex veritate, erit respectus in opéribus tuis, & omnibus qui faciunt justitiam.

7. Ex substantia tua fili, fac eleemosynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere: & ita fiet, ut nec avertatur à te facies Dei.

8. Quomodo habueris fili, sic fac eleemosynam.

9. Si tibi largior fuerit substantia, plus ex illa fac eleemosynam: si exiguum habueris, ex hoc ipso exiguo communica; & ne timueris fili, cùm facies eleemosynam.

10. Præmium bonum repones tibi in die necessitatis:

11. quoniam eleemosyna à morte liberat, &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

re; similiter habet Mss. Germ. 4. sup. *omnibus diebus.* In Græco sic: Παιδίον, ἐὰν ἀποθάνω, θάψον με· καὶ μὴ ὑπερίδῃς τὴν μητέρα σου· τίμα αὐτὴν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου; καὶ ποίει τὸ ἀρεστὸν αὐτῇ, καὶ μὴ λυπήσῃς αὐτήν. *Puer, si mortuus fuero, sepeli me: & ne despexeris matrem tuam; honora eam omnibus diebus vitæ tuæ, & fac quod placitum ei, & ne contristaveris eam.* In Mss. Regin. Suec. ita: *Fili, cùm mortuus fuero, sepeli me bene: & honorifica matrem tuam, & non derelinquas illam omnibus diebus vitæ ejus; & fac quòd bonum est ante conspectum ejus, & noli tristem facere spiritum ejus in quacunque.*

℣. 4. Loco *passa sit*, Mss. Germ. 15. hab. *viderit*, Gr. ἑώρακεν, *vidit;* item supra, ὅτι πολλὰς, *quia multa*, pro *quanta*, absque *suo*, in fine. Mss. Reg. Suec. habet similiter: *Memor esto fili, quoniam multa pericula vidit ex te in utero suo.*

℣. 5. Mss. Germ. 15. postponit *ergo*, verbo *fuerit*, deletque & initio, cum præpos. *in*, ante *uno*. Græcè, ὅταν, *quando*, pro & *cum*, uti παρ' ἐμοὶ, *juxta me*, pro *circa me;* reliqua ut in textu Lat. cui etiam favet Mss. Regin. Suec. ad verbum.

℣. 6. Eadem prorsus habet Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. col. 297. d. nisi quòd pro *noli ire in*, legit *noli ambulare per*; & loco *respectus*, sic, *respectio*, absque seq. *in*. Cypr. l. 3. Testim. p. 302. b. similiter: *Omnibus diebus vitæ tuæ fili, Deum in mente habe, & noli præterire præcepta ejus. Justitiam fac omnibus diebus vitæ tuæ, & noli ambulare viam iniquitatis: quoniam agente te ex veritate, erit respectus operum tuorum:* eadem iterum refert l. de op. & eleem. p. 244. a. addita tantùm voce *dilectissime*, ad hanc, *fili*. Cæsar. Arelat. hom. 40. *Omnibus diebus vitæ tuæ Dominum habe in mente; & noli ambulare in viam iniquitatis.* Ambros. l. de Tob. c. 2. col. 593. c. *Monebat*, inquit, *filium, ne præceptum Domini præteriret.* In Mss. Regin. Suec. sic: *Et omnibus diebus tuis fili, Dominum tuum in mentem habe: ne velis peccare, & præterire præcepta ejus. Justitiam fac omnibus diebus vitæ tuæ, & noli ire in viam iniquitatis: quoniam facientem* (l. *faciente*) *te veritatem, bene tibi erit in omnibus operibus tuis, in substantia tua; & in omnibus facientibus justitiam, bene erit.* In Germ. 15. *Et omnibus diebus fili, Deum in mente habeto: & noli velle peccare, nec præterire præcepta illius; & noli ascendere viam iniquitatis: quoniam agente te ex veritate*, &c. ut in Mss. Regio: alter Germ. n. 4. eidem Regio accinit ad verbum, nisi quòd habet *in veritate*, non *ex veritate*. Græc. his tantùm discrepat ab ipso Regio: Πάσας τὰς ἡμέρας παιδίον, Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν μνημόνευε.... καὶ φυλάσσου τοῦ ἁμαρτάνειν.... καὶ μὴ πορεύῃ ταῖς ὁδοῖς τῆς ἀδικίας· διότι ποιῶν σὺ τὴν ἀλήθειαν, εὐοδίαι ἔσονταί σοι τοῖς, &c.

℣. 7. Ita Cypr. ad verbum l. de op. & eleem. 244. a. demto tamen uno *fili*, circa initium, sicut &, post vocem *paupere;* eodem rursus modo legit l. 3. Testim. 302. b. sed omittit *tuam*, post *faciem:* priori loco suffragatur ad verbum S. Leo serm. 9. 59. b. Eidem quoque favet Ambros. l. de Tob. c. 2. to. 1. 593. c. Chromac. verò Aquil. in Matth. 985. c. sic hab. *Vide ne avertas faciem*, &c. ut sup. Cæsar. Arelat. hom. 40. *Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere, ne à te avertatur facies Dei.* Gr. Ἐκ τῶν ὑπαρχόντων σοι ποίει ἐλεημοσύνην, καὶ μὴ φθονησάτω σου ὁ ὀφθαλμὸς ἐν τῷ ποιεῖν σε ἐλεημοσύνην· μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ παντὸς πτωχοῦ, καὶ ἀπὸ σοῦ οὐ μὴ ἀποστραφῇ τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ. *Ex propriis tuis fac eleemosynam, & ne invideat tuus oculus in faciendo te eleemosynam: ne avertas faciem tuam ab omni mendico, & à te non avertetur facies Dei.* Mss. verò Germ. 15. constanter leg. ut sup. in textu, nisi quòd ipso initio apponit &, tollitque seq. *fili;* & pro *ab ullo*, leg. *à nullo*, absque seq. &. Phæbad. Agin. l. cont. Arian. 301. d. retinet *fili*. In Mss. Regin. Suec. sic: *Fili, fac eleemosynam, & noli avertere faciem tuam ab omni paupere, & à te non avertetur facies Domini.*

℣. 8. Similiter habet Cypr. l. 3. Testim. 302. b. sed absque voce *eleemosynam*, quam rursus delet l. de op. & eleem. 244. a. præterea ibid. pro *quomodo*, legit *prout:* Mss. Germ. 15. *quomodo* &, absque seq. *eleemosynam*. Cæsar. Arelat. hom. 40. simpliciter habet: *Quomodo habueris, sic fac.* Mss. Regin. Suec. *Fili, secundùm quod habes, fac eleemosynam.* Gr. Ὡς σοὶ ὑπάρχει κατὰ τὸ πλῆθος, ποίησον ἐξ αὐτῶν ἐλεημοσύνην. *Quomodo tibi fuerit secundùm multitudinem, fac ex ipsis eleemosynam.*

℣. 9. Eadem leguntur apud Cypr. cùm l. 3. Testim. 302. b. tum l. de op. & eleem. p. 244. a. his tantùm exceptis, *copiosa*, pro *largior*, & *facis*, pro *facies*, absque voce *fili*. In Mss. Germ. 15. sic: *Si tibi fuerit abundè substantia*, &c. & infra similiter *facis;* solus Mss. Germ. 4. addit *quia*, post *fili*. Phæbad. Agin. l. cont. Arian. 301. d. *Si fuerit tibi copiosa substantia.* Cæsar. Arelat. hom. 40. *Licet exiguum, ex hoc ipso communica, & ne timueris.* Gr. Ἐὰν ὀλίγον σοι ὑπάρχῃ, κατὰ τὸ ὀλίγον μὴ φοβοῦ ποιεῖν ἐλεημοσύνην· *Si paucum tibi fuerit, secundùm hoc paucum ne timeas facere eleemosynam:* à Mss. Reg. Suec. totus hic versiculus abest.

℣. 10. Mss. Germ. 15. hab. *in diem*, cum Gr. Similiter Cypr. l. 3. Testim. 302. b. ac præterea *reponis*, pro *repones*, ut & l. de op. & eleem. 244. a. ibi etiam addit *enim*, post *præmium*, juxta Græc. ubi θέμα, pro *præmium*, & θησαυρίζεις, pro *repones*. Mss. Reg. Suec. hab. *Præmium bonum thesaurizat sibi homo in die necessitatis.* Cæsar. Arelat. hom. 40. sic: *Cùm facis eleemosynam, præmium bonum reponis tibi in die necessitatis.*

℣. 11. Ita legit Cypr. ad verbum, l. 3. Testim. 302. b. sed l. de op. & eleem. 244. a. hab. *gehennam*, non *tenebras*, Gr. εἰς τὸ σκότος; item sup. οὐκ ἐᾷ εἰσελθεῖν, *non finit introire*, pro *non patitur ire.* Ambros. l. 6. in Luc. to. 1. 1370. a. leg. ut sup. *Eleemosyna à morte liberat:* sic etiam in Græco, ut & rursus ap. Cypr. ep. 52. 72. b.

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Ex Mſs. Reg. & Germ. non patitur ire in tenebras.	à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.
12. Munus bonum eſt eleemoſyna omnibus qui faciunt illam, coram ſummo Deo.	12. Fiducia magna erit coram ſummo Deo, eleemoſyna, omnibus facientibus eam.
13. Adtende tibi fili ab omni fornicatione: uxorem proximam accipe ex ſemine parentum tuorum, & noli ſumere uxorem alienam, quæ non eſt ex tribu parentum tuorum: quoniam filii prophetarum ſumus, qui in veritate prophetaverunt priores. Noe prophetavit prior, & Abraham, & Iſaac, & Jacob, parentes noſtri à principio ſæculi. Rememorare fili, quoniam hi omnes acceperunt uxores ex genere patrum ſuorum, & benedicti ſunt in filiis ſuis, & ſemen filiorum poſſidebit hæreditatem terræ.	13. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione, & præter uxorem tuam nunquam patiaris crimen ſcire. *1. Theſſ. 4. 3.*
14. Et tu fili, dilige fratres tuos; & noli ſuperbo corde agere cum filiabus filiorum populi tui, ut non accipias unam ex illis: quoniam ſuperbia, perditio & inconſtantia magna eſt; & luxuria, diminutio & impietas magna eſt.	14. Superbiam nunquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo, dominari permittas: in ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio. *Gen. 3. 5.*
15. Mercedem omni homini, quicunque penes te operatus fuerit, redde eadem die, & non maneat penes te merces hominis: & non minorabitur merces tua, ſi ſervieris Deo in veritate.	15. Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedem reſtitue, & merces mercenarii tui apud te omnino non remaneat. *Lev. 19. 13. Deut. 24. 14.*
16. Adtende tibi fili in omnibus operibus tuis, & eſto ſapiens in omnibus ſermonibus tuis: & quod oderis, alio ne feceris. Noli bibere vinum in ebrietate, & non comitetur tecum ulla nequitia in omni vita tua.	16. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. *Matth. 7. 12. Luc. 6. 31.*
17. De pane tuo communica eſurientibus, &	17. Panem tuum cum eſurientibus & egenis *Luc. 14. 13.*

Notæ ad Versionem antiquam.

Cæſar. Arelat. hom. 40. habet: *Quia eleemoſyna à morte liberat, & operarium ſuum non patitur ire in tenebras.* Auctor l. de promiſſ. apud Proſp. p. 131. e. *Eleemoſyna à morte liberat, & ipſa purgat peccata; eleemoſyna non patitur ire in tenebris.* Mſ. verò Regin. Suec. habet: *Quoniam eleemoſyna à morte liberat, & non ſinit intrare in tenebras.*

℣. 12. Eadem iterum refert ad verbum Cypr. cùm l. de op. & eleem. p. 244. a. tum l. 3. Teſtim. p. 302. b. Ita quoque exſtat in Mſ. Germ. n. 15. niſi quòd deeſt vox *omnibus*, & loco ſeq. *illam*, legitur *illa*. In Mſ. verò Regin. Suec. ſic: *Bonum donum recipiunt qui faciunt eam, ante conſpectum Domini.* Græcè: Δῶρον γὰρ ἀγαθόν ἐστιν ἐλεημοσύνη πᾶσι τοῖς ποιοῦσιν αὐτὴν, ἐνώπιον τοῦ Ὑψίστου. Similiter apud Cæſar. Arelat. hom. 40. *Munus bonum eſt omnibus qui faciunt eam, coram ſummo Deo.*

℣. 13. Mſ. Germ. 15. *Adtende tibi fili ab omni fornicatione: uxorem primò accipe ex ſemine parentum tuorum, & noli ſumere uxorem alienam, quæ non eſt ex tribu parentum tuorum: quoniam filii prophetarum ſumus. Noe prophetа fuit prior, & Abraham, & Iſaac, & Jacob, parentes noſtri à principio ſæculi. Commemorare fili, quoniam hi omnes duxerunt uxores ex ſemine fratrum ſuorum, & benedicti ſunt in filiis ſuis, & ſemen illorum poſſidet hæreditatem.* Ita quoque in Græco, exceptis his: Καὶ γυναῖκα πρῶτον λάβε ἀπὸ τοῦ..... τῶν πατέρων σου, μὴ λάβῃς, (Mſ. Alex. καὶ μὴ) ..... ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ πατέρος σου· διότι..... ἐσμέν. Νῶε, Ἀβραὰμ, Ἰσαὰκ, Ἰακὼβ, οἱ πατέρες ἡμῶν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος. Μνήσθητι..... ἔλαβον γυναῖκας ἐκ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν, καὶ..... κληρονομήσει γῆν. Mſ. Regin. Suec. habet: *Attende fili ab omni fornicatione: accipe primùm uxorem à ſemine patrum tuorum: quoniam filii prophetarum ſumus, & ſecundùm veritatem ambulamus: quia prophetavit primus Abraham, & Iſaac, & Jacob, patres noſtri à ſæculo. Memor eſto fili, quoniam omnes iſti acceperunt uxores ex ſemine patrum ſuorum, & benedicti ſunt in filiis, & ſemen illorum poſſidebit terram.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 323. a. hab. ut ſupra: *Uxorem accipe ex ſemine parentum tuorum, & noli ſumere alienam mulierem, quæ non eſt ex tribu parentum tuorum.*

℣. 14. Mſ. Germ. 15. ſimiliter habet, exceptis his circa medium, *cum filiabus filiorum tuorum populi tui*, & in fine ſimpliciter, *quoniam ſuperbia perditio magna eſt, & ad inferos deducit.* Alter Regin. Suec. ſic: *Et nunc fili, dilige fratres tuos, & noli faſtidire in corde tuo à filiis & filiabus populi tui; accipe unam ex illis: quoniam in faſtidio perditio eſt, & diſcordia magna; & jugalitas mater eſt inopiæ.* Græc. Καὶ νῦν παιδίον, ἀγάπα ἰῦς..... καὶ μὴ ὑπερηφανεύου τῇ καρδίᾳ σου ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν σου, καὶ τῶν υἱῶν, καὶ θυγατέρων τοῦ λαοῦ σου, λαβεῖν σεαυτῷ ἐξ αὐτῶν γυναῖκα· διότι ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ ἀπώλεια καὶ ἀκαταστασία πολλή, καὶ ἐν τῇ ἀχρειότητι ἐλάττωσις, καὶ ἔνδεια μεγάλη· ἡ γὰρ ἀχρειότης μήτηρ ἐστὶ τοῦ λιμοῦ· i. e. *Et nunc fili, dilige fratres tuos; & noli ſuperbire corde tuo præ fratribus tuis, & filiis, & filiabus populi tui, accipere tibi ex eis uxorem: quoniam in ſuperbia perditio & perturbatio multa, & in nequitia diminutio, & egeſtas magna; nequitia enim mater eſt famis.* Ambroſ. l. de eleem. & jejun. c. 8. to. 1. 542. c. habet: *Luxuria mater eſt famis:* ſimiliter libro de Tob. cap. 24. 622. b.

℣. 15. Ita legit ad verbum Ambroſ. l. de Tob. c. 24. to. 1. 622. b. uſque ad hæc, *ſi ſervieris*, &c. uno tamen excepto *qui*, pro *quicunque*. Mſ. Germ. 15. conſtantet habet *apud te*, loco *penes te*, & pro *non minorabitur*, &c. ſic: *Et mercis tua non morabitur, ſi ſervieris alicui in veritate.* Mſ. Regin. Suec. ſic: *Mercedem hominis, qui fecerit opus, apud te noli retinere, ſed redde; & mercedes tuæ non retinebuntur à Domino Deo cui ſervis.* Græc. Μισθὸς παντὸς ἀνθρώπου, ὃς ἐὰν ἐργάσηταί σοι μὴ αὐλισθήτω, ἀλλ' ἀπόδος αὐτῷ παρ' αὐτίκα· ἐὰν δουλεύσῃς τῷ Θεῷ, ἀποδοθήσεταί σοι. *Merces omnis hominis, quicunque operatus fuerit, apud te non pernoctet, ſed redde ei ſtatim: ſi ſervieris Deo, reddetur tibi.*

℣. 16. In Mſ. Germ. 15. ſic: *Adtende tibi fili, omnibus eſto ſapiens: & quod oderis, alii ne feceris; & non commiſtis te in nequitia in omni vita tua.* In altero Regin. Suec. *Fili, adtende tibi in omnibus operibus, & eſto doctus in omnibus cogitationibus tuis: fili, quod odis fieri tibi, non facias alio; ab ebrietate abſtine:* reliqua deſunt. Græc. textui Regio favet, niſi quòd loco *ſapiens in omnib. ſerm. tuis*, habet πεπαιδευμένος ἐν πάσῃ ἀναστροφῇ σου, *eruditus in omni converſatione tua*; & pro *alio*, μηδενὶ, *nemini*: item loco *Noli bibere*, &c. ſic: Οἶνον εἰς μέθην μὴ πίῃς, καὶ μὴ πορευθήτω μετὰ σοῦ μέθη ἐν τῇ ὁδῷ σου. *Vinum ad ebrietatem ne biberis, & non eat tecum ebrietas in via tua.* S. Paulin. ep. 32. 205. c. hæc hab. *Quod tibi nolueris, alii ne feceris.* S. Valer. hom. 11. Sirm. to. 1. 670. c. *Quod tibi non vis, alio ne facias.* Ambr. l. de Tob. c. 24. 622. b. *Noli vinum bibere in ebrietatem.*

℣. 17. Similiter habet Mſ. Germ. n. 4. præter ultima, *& non videat oculus*, &c. quæ delet: alter verò Germ. n. 15. ſic: *De pane tuo communica eſurienti, & de veſtimentis tuis nudum veſti. Ex omni quodcunque tibi abundaverit, fac eleemoſynam fili; non invideat oculus tuus, cùm facit eleemoſynam.* Mſ. Regin. Suec. *Et de pane tuo da eſurientibus, & ex veſtimentis tuis da nudis; & ex omni*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

comede, & de vestimentis tuis nudos tege.

18. Panem tuum & vinum tuum super sepulturam justi constitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus.

19. Consilium semper à sapiente perquire.

20. Omni tempore benedic Deum : & pete ab eo, ut vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant.

21. Indico etiam tibi fili mi, dedisse me decem talenta argenti, dum adhuc infantulus esses, Gabelo, in Rages civitate Medorum, & chirographum ejus apud me habeo :

22. & ideo perquire quomodo ad eum pervenias, & recipias ab eo supra memoratum pondus argenti, & restituas ei chirographum suum.

23. Noli timere fili mi : pauperem quidem vi-
Rom. 8. tam gerimus, sed multa bona habebimus si timue-
17. rimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.

VERSIO ANTIQUA.

vestimentis tuis nudos tege. Ex omnibus quæ- *Ex Mss. Reg. &*
cunque tibi abundaverint fili, fac eleemosynam ; *Germ.*
& non videat oculus tuus, cùm facis eleemosynam.

18. Funde vinum tuum & panem tuum super sepulcra justorum, & noli illud dare peccatoribus.

19. Consilium ab homine sapiente inquire, & noli contemnere ; quoniam omne consilium utile est.

20. Omni tempore benedic Deo : & postula ab illo, ut dirigantur viæ tuæ, & omnes semitæ tuæ & cogitationes bene disponantur : quoniam cæteræ nationes non habent bonam cogitationem. Quem ergo voluerit, ipse allevat ; & quem voluerit, ipse demergit usque ad inferos deorsum : & nunc fili mi, memor esto præceptorum meorum, & non deleantur de corde tuo.

21. Nunc igitur fili, indico tibi commendasse me decem talenta argenti Gabelo filio Gabahel, in Rages civitate Medorum.

23. Noli ergo vereri fili, quia pauperem vitam gessimus : habebis multa bona, si timueris Deum, & recesseris ab omni peccato, & bene egeris.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

nibus quæ supersunt tibi, fac eleemosynam. Ambros. l. de Tob. c. 24. col. 622. b. ut in Regio sup. *De pane tuo communica esurientibus, & de vestimentis tuis nudos tege. Ex omnibus quæ abundaverint tibi, fac eleemosynam ;* tum proximè addit : *Omni tempore benedic Dominum*, ut infra ℣. 20. Græc. Ἐκ τῦ ἄρτυ Ϛυ δίδυ πεινῶντι, καὶ ἐκ τῶν ἱματίων Ϛυ, τοῖς γυμνοῖς. Πᾶν ὃ ἐὰν περισσεύσῃ Ϛοι, ποίει ἐλεημοσύνην· καὶ μὴ φθονησάτω Ϛυ ὁ ὀφθαλμὸς, ἐν τῷ ποιεῖν Ϛε ἐλεημοσύνην. *De pane tuo da esurienti, & de vestibus tuis, nudis. Omne quodcunque superfuerit tibi, fac eleemosynam ; & ne invideat oculus tuus, in faciendo te eleemosynam.*

℣. 18. Mss. Germ. 15. *Frange panem tuum, & funde vinum tuum supra sepulcra sanctorum*, &c. ut sup. Alter Regin. Suec. *Fili, panem tuum & vinum tuum distribue cum justis, & non des peccatoribus.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 26. col. 115. b. *Effunde vinum tuum super sepulcra justorum, & non dederis peccatori.* Græc. Ἔχεον τὸς ἄρτυς Ϛυ ἐπὶ τὸν τάφον τῶν δικαίων, καὶ μὴ δῷς τοῖς ἁμαρτωλοῖς.

℣. 19. Similiter in Mss. Germ. 15. præter unum *omne*, pro *hominis*. In Mss. verò Regin. Suec. ita : *Consilium ab omnibus sapientibus accipe, & noli contemnere consilium bonum.* In Græco sic : Συμβυλίαν παρὰ παντὸς φρονίμυ ζήτησον, καὶ μὴ καταφρονήσῃς ἐπὶ πάσης συμβυλίας χρησίμης.

℣. 20. Mss. Germ. 15. habet initio, *Benedic Deum*, non *Deo*, omissis istis infra, & *omnes semitæ tuæ ;* mox ita, & *cogitationes tuæ ;* & post pauca, *quem ergo voluerit Deus, allevat ;* nec multò post, *deprimet*, pro *demergit*, absque seq. *deorsum ;* item *nunc igitur*, loco & *nunc*, absque seq. *mi.* In Mss. verò Regin. Suec. sic : *Omni tempore benedic Dominum*, & *pete ab illo, ut dirigantur viæ tuæ : consilia tua bona sint, quoniam omnes gentes non habent consilium bonum, sed Dominus dat nobis omnibus. Quemcunque vult Dominus, exaltat ; quemcunque vult, humiliat*, & *deponit usque ad inferos sub terram : Fili, memor esto mandatorum meorum*, & *non dejiciantur à corde tuo.* Ambros. etiam l. de Tob. c. 24. col. 622. b. legit : *Omni tempore benedic Dominum.* Græc. Καὶ ἐν παντὶ καιρῷ εὐλόγει Κύριον τὸν Θεὸν· καὶ παρ' αὐτῦ αἴτησον, ὅπως αἱ ὁδοί Ϛυ εὐθεῖαι γένωνται, καὶ πᾶσαι αἱ τρίβοι, (Ald. & Compl. add. Ϛυ) καὶ βυλαί Ϛυ (Mss. Alex. del. Ϛυ) εὐοδωθῶσι· διότι πᾶν ἔθνος οὐκ ἔχει βυλήν· ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος δώσει πάντα τὰ ἀγαθὰ, καὶ ὃν ἐὰν θέλῃ, ταπεινοῖ καθὼς βούλεται· καὶ νῦν παιδίον, μνημόνευε τῶν ἐντολῶν μυ, καὶ μὴ ἐξαλειφθήτωσαν ἐκ, &c. *Et in omni tempore benedic Dominum Deum : & ab eo pete, ut viæ tuæ rectæ fiant, & omnes semitæ, & consilia tua prosperentur : quoniam omnis gens non habet consilium ; sed ipse Dominus dat omnia bona, & quemcunque voluerit, humiliat sicut vult : & nunc fili, recordare mandatorum meorum, & non deleantur de corde tuo.*

℣. 21. Mss. Germ. 15. ipso initio habet, *ecce ergo*, loco *nunc igitur*, paulòque post, *in auro*, loco *argenti*, & *Gabeli*, pro *Gabahel ;* demum *civitatem*, pro *civitate.* Mss. Regin. Suec. sic : *Dico tibi, quoniam pecuniam commendavi, decem talenta, Gabelo filio Gabrin, in Rages civitate Medorum.* Gr. Καὶ νῦν ὑποδείκνυώ Ϛοι τὰ δέκα τάλαντα τῷ ἀργυρίῳ, ἃ παρεθέμην Γαβαήλῳ τῷ τῦ Γαβρία, ἐν Ῥάγοις τῆς Μηδίας. *Et nunc indico tibi decem talenta argenti, quæ deposui apud Gabaelum filium Gabria, in Ragis Mediæ.*

℣. 23. Similiter in Græco, nisi quòd pro *Noli ergo*, exstat Καὶ μὴ, *Et ne ;* item pro *habebis multa bona ;* vel cum Mss. Germ. 4. *habes*, sic, ὑπάρχει Ϛοι πολλά, *sunt tibi multa*, & loco *bene egeris*, ita, ποιήσῃς τὸ ἀρεστὸν ἐνώπιον αὐτῦ, *feceris quod placitum coram eo.* Mss. Regin. Suec. *Et noli mærere fili, quoniam pauperem vitam gerimus : sed multa bona habebimus, si timueris Dominum*, & *recesseris ab omni peccato*, & *feceris bene.* Cælestius Pelag. apud Mar. Merc. Garn. p. 386. *Noli timere fili : pauperem vitam gerimus ; sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum*, & *recesserimus ab omni peccato*, & *fecerimus bona.*

CAPUT V.

VULGATA NOVA.

1. TUnc respondit Tobias patri suo, & dixit : Omnia quæcunque præcepisti mihi faciam, pater.

VERSIO ANTIQUA.

1. TUnc Thobias respondit Thobi patri suo, *Ex Mss. Reg. &*
dicens : Omnia quæcunque præcepisti mi- *Germ.*
hi pater, sic faciam.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Nomen *Thobi* abest à Mss. Germ. 15. *pater* verò transfertur post *faciam*, demto seq. *sic.* In Mss. Regin. Suec. ita : *Tunc respondit Tobias patri suo : Omnia quæcunque mandasti mihi faciam, pater.* Item in Græco, Καὶ

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Mſ. Reg. & Germ. 2. Quomodo autem potero hanc pecuniam recipere ab illo? neque enim me ille novit, neque ego illum: vel quod ſignum dabo illi, ut me cognoſcat, & credat, & det mihi hanc pecuniam? Sed neque vias regionis illius novi.	2. Quomodo autem pecuniam hanc requiram, ignoro: ille me neſcit, & ego eum ignoro: quod ſignum dabo ei? Sed neque viam, per quam pergatur illuc, aliquando cognovi.
3. Et reſpondit Thobi filio ſuo, dicens: Chirographum ſuum dedit mihi, & meum ſimiliter accepit, & diviſit in duas partes: unum accepi ego, & alium poſui cum ipſa pecunia; & jam anni ſunt viginti, ex quo penes illum depoſui hanc pecuniam.	3. Tunc pater ſuus reſpondit illi, & dixit: Chirographum quidem illius penes me habeo; quod dum illi oſtenderis, ſtatim reſtituet.
4. Nunc itaque fili, inquire aliquem hominem fidelem, qui eat tecum accepta mercede: & dum adhuc vivo, recipe pecuniam ab illo.	4. Sed perge nunc, & inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum ſalva mercede ſua: ut, dum adhuc vivo, recipias eam.
5. Et exiit Thobias quærere hominem, qui eum duceret in regionem Mediam, & qui maximè haberet notitiam viæ regionis illius: & invenit Raphahel angelum ſtantem.	5. Tunc egreſſus Tobias, invenit juvenem ſplendidum, ſtantem præcinctum, & quaſi paratum ad ambulandum.
6. Et ignorans illum angelum Dei eſſe, dixit illi: Unde es juvenis?	6. Et ignorans quòd angelus Dei eſſet, ſalutavit eum, & dixit: Unde te habemus bone juvenis?
7. Et ille reſpondit, dicens: Ex filiis Iſraël fratrum tuorum veni huc, ut operer. Et dixit illi Thobias: Noſti viam, quæ ducit in regionem Mediam?	7. At ille reſpondit: Ex filiis Iſraël. Et Tobias dixit ei: Noſti viam, quæ ducit in regionem Medorum?
8. Et ille dixit: Multa ego novi: & teneo vias omnes, & aliquoties ivi in illam regionem; & manſi apud Gabelum fratrem noſtrum, qui commoratur in Rages civitate Medorum: & eſt iter bidui ex Bathanis, uſque Rages civitatem Phagar, quæ poſita eſt in monte; & eſt Bathanu in medio campo.	8. Cui reſpondit: Novi: & omnia itinera ejus frequenter ambulavi, & manſi apud Gabelum fratrem noſtrum, qui moratur in Rages civitate Medorum, quæ poſita eſt in monte Ecbatanis.
9. Et dixit illi Thobias: Suſtine juvenis, donec intrem, & hoc ipſum patri meo nunciem: neceſſarium eſt enim ut eas mecum, & dabo tibi mercedem tuam. Et reſpondens Raphahel angelus, * dixit: Ecce ſuſtineo te, noli tardare.	9. Cui Tobias ait: Suſtine me, obſecro, donec hæc ipſa nunciem patri meo.

* *Mſ. 2.* dicens.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἀποκριθεὶς Τωβίας, εἶπεν αὐτῷ· Πάτερ, σωίσω πάντα ὅσα ὠφέλησαί μοι.

℣. 2. In Mſ. Germ. 15. deeſt hoc, *ab illo*, uti *vel* infra, cum ſeqq. voculis *illi*, & *me*, & *hanc*. In Mſ. Regin. Suec. ſic: *Sed quomodo potero accipere pecuniam à Gabelo? ille neſcit me, & ego neſcio illum: vel quod ſignum dabo illi, ut credat mihi, & reddat pecuniam? Sed & viam, quæ ducit in Mediam, neſcio.* In Græco multò pauciora exſtant, ſcilicet: Ἀπὸ πῶς δυνήσομαι λαβεῖν τὸ ἀργύριον; καὶ οὐ γινώσκω αὐτόν. *Sed quomodo potero accipere argentum? & non cognoſco eum.*

℣. 3. Horum omnium loco legitur Græcè: Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ τὸ χειρόγραφον, καὶ εἶπεν αὐτῷ. *Et dedit ei chirographum, & dixit ei.* At in Mſ. Germ. 15. cuncta referuntur ut ſupra, præter ſeqq. *Tunc reſpondit Tobis*, loco *Et reſp. Thobi*; & infra, non *viginti* ſimpliciter, ſed *viginti ſex*, abſque hoc ult. *hanc pecuniam*; Mſ. Germ. 4. leg. *pecunia*. In Mſ. Regin. Suec. ſic: *Et reſpondens Tobias, dixit Tobiæ filio ſuo: Cyrographum ſuum mihi dedit, & cyrographum meum accepit, in quo poſui pecuniam apud illum, & alterum habeo; & ex illo tempore ſunt anni viginti, ex quo commendavi pecuniam illam.*

℣. 4. Mſ. Regin. Suec. *Nunc fili, quære tibi hominem fidelem, qui eat tecum, & dabimus illi mercedem: Vade fili, dum vivo, accipe pecuniam illam.* Græc. Ζήτησον σεαυτῷ ἄνθρωπον, ὃς συμπορεύσεταί σοι, καὶ δώσω αὐτῷ μισθόν, ἕως ζῶ, καὶ λάβε πορευθεὶς τὸ ἀργύριον. *Quære tibi hominem, qui ſimul ibit tecum, & dabo ei mercedem, dum vivo, & accipe vadens argentum.*

℣. 5. In Mſ. Germ. 15. *Tunc exivit*, loco *Et exiit*, uti *Medorum*, loco *Mediam*; ſubinde loco *haberet notitiam*, &c. ſic, *in notitiam haberet vias regionis*, abſque ſeq. *illius*; cætera ut ſup. In Mſ. Regin. Suec. ſimpliciter: *Et exiit Tobias ut quæreret hominem: & invenit Raphael angelum ſtantem.* Similiter in Græco hæc ſolùm exſtant: Καὶ ἐπορεύθη ζητῆσαι ἄνθρωπον· καὶ εὗρε Ῥαφαὴλ, ὃς ἦν ἄγγελος. *Et ivit quærere hominem: & invenit Raphael, qui erat angelus.*

℣. 6. Mſ. Regin. Suec. *Et neſciebat quòd angelus Domini eſſet; & dixit ei: Unde es juvenis?* Pro his omnibus Græcè ſimpliciter, Καὶ οὐκ ᾔδει, *& neſciebat.*

℣. 7. Similiter in Mſ. Germ. 15. exceptis his, *De filiis Iſraël ex fratribus tuis*, loco *Ex filiis Iſr. fratrum tuorum*, & in fine *Medorum*, loco *Mediam*. Mſ. Regin. Suec. hab. *Qui ait: Ex filiis Iſraël unus de fratribus tuis; veni autem operari. Et dixit ei: Noſti ire in Mediam?* In Gr. Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Εἰ δύναμαι πορευθῆναι μετὰ σοῦ εἰς Ῥάγοις τῆς Μηδίας, καὶ εἰ ἔμπειρος εἶ τῶν τόπων; *Et dixit ei: Si poſſum ire tecum in Ragis Mediæ, & ſi peritus es locorum?* in ed. Compl. Εἰ δύνασαι πορευθῆναι μετ' ἐμοῦ; *Si potes ire mecum?*

℣. 8. Mſ. Germ. 15. circa initium hab. *cognovi*, non *novi*, paulòque poſt, *in regione illa*, pro *in illam regionem*; item *penes Gabelo*, loco *apud Gabelum*, ut & *moratur*, pro *commoratur*; exinde & *eſt bidui iter à Batanis, uſque ad Rages*, abſque ſeq. *civitatem Phagar*; ultimò ſimpliciter & *hæc*, loco & *eſt Bathanu*; Mſ. Germ. 4. legit ſup. *civitate*, non *civitatem*. Alter Regin. Suec. ita: *Et dixit: Multa ſunt quæ ſcio: & vias omnes novi, & in Mediam fui ſæpius; & hoſpitatus ſum apud Gabelum fratrem noſtrum, qui moratur in Rages civitate Mediæ: & continet Ecbatanis dierum duo ſtadiorum: Rages poſita eſt in montem Ecbattana; Ecbattana autem in medio campo.* In Græco hæc tantùm leguntur: Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος· Πορεύσομαι μετὰ σοῦ· καὶ τῆς ὁδοῦ ἔμπειρός, καὶ παρὰ Γαβαὴλ τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν ηὐλίσθην. *Et dixit ei angelus: Ibo tecum: & viæ peritus ſum, & apud Gabael fratrem noſtrum diverſatus ſum.*

℣. 9. In Græco ſimpliciter: Καὶ εἶπεν αὐτῷ Τωβίας· Ὑπόμεινόν με, καὶ ἐρῶ τῷ πατρί, (Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. add. μου.) Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Πορεύου, καὶ μὴ χρονίσῃς. *Et dixit ei Tobias: Suſtine me, & dicam patri. Et dixit ei: Vade, & ne tardaveris.* Mſ. verò Germ. 15. nil differt à Regio, niſi quòd habet *reſpondit illi*, pro *reſpondens*, abſque ſeq. *dixit* vel *dicens*; deinde ſic: *Ecce ſuſtineo te, tantùm noli tardare.* Mſ. Regin. Suec. ita: *Et dixit: Suſtine juvenis, quouſque annuntio patri meo: deſidero enim ut eas mecum, & dabo tibi mercedem. Et dixit: Ecce ſuſtineo te, tantùm ne demoreris.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

10. Tunc ingressus Tobias, indicavit universa hæc patri suo. Super quæ admiratus pater, rogavit ut introiret ad eum.

11. Ingressus itaque salutavit eum, & dixit: Gaudium tibi sit semper.

12. Et ait Tobias: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video?

13. Cui ait juvenis: Forti animo esto, in proximo est ut à Deo cureris.

14. Dixit itaque illi Tobias: Nunquid poteris perducere filium meum ad Gabelum in Rages civitatem Medorum? & cùm redieris, restituam tibi mercedem tuam.

15. Et dixit ei angelus: Ego ducam & reducam eum ad te.

16. Cui Tobias respondit: Rogo te, indica mihi, de qua domo, aut de qua tribu es tu?

17. Cui Raphael angelus dixit: Genus quæris mercenarii, an ipsum mercenarium, qui cum filio tuo eat?

18. Sed ne fortè sollicitum te reddam, ego sum Azarias Ananiæ magni filius.

19. Et Tobias respondit: Ex magno genere es tu. Sed peto ne irascaris quòd voluerim co-

VERSIO ANTIQUA.

10. Et introivit Thobias, & renuntiavit Tobi patri suo, dicens: Ecce inveni hominem ex fratribus nostris, qui eat mecum. Et ille dixit: Roga mihi hominem fili, ut sciam ex qua tribu sit; & an fidelis sit, cui tu committaris. Et exiit Thobias, & vocavit illum, dicens: Juvenis intra, pater meus te rogat. *Ex Mſs. Reg. & Germ.*

11. Et cùm intrasset, prior Thobis salutavit eum. Et ille dixit: Gaudium tibi semper sit, frater.

12. Et respondit Thobis, & dixit: Ut quid mihi gaudium? homo sum invalidus oculis, & non video lumen cœlorum, sed in tenebris positus sum, sicut mortuus inter vivos: vocem hominum audio, & ipsos non video.

13. Et dixit illi Raphahel angelus: Forti animo esto, in proximo est ut à Deo cureris.

14. Et respondit illi Thobis: Thobias filius meus vult ire in regionem Mediam; si poteris ire cum illo, & deducere illum, dabo tibi mercedem tuam, frater.

15. Et dixit Raphahel angelus: Potero ire cum illo: quoniam novi omnes vias, & aliquoties ivi in regionem Mediam; & perambulavi omnes campos ejus, & montes, & omnes commeatos ejus bene teneo.

16. Et dixit Thobis: Frater, ex quo genere es, & ex qua tribu? narra mihi.

17. Et ille dixit: Quid necesse est te scire genus meum, vel tribum meam? mercenarium desideras; genus & tribum meam cur quæris?

18. Sed si valde exigis, ego sum Azarias Ananiæ magni filius, ex fratribus tuis.

19. Et dixit illi Thobis: Salvus & sanus venias frater. Sed peto ne irascaris quòd voluerim verè

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Absunt à Mſ. Germ. 15. voces *Tobi*, & *dicens*, cum seqq. *Ecce inveni hominem ex fratribus nostris, qui eat mecum*; paulò verò post, loco *ex qua tribu*, exstat *quo genere*; cætera similia. In Mſ. Regin. Suec. ista solùm leguntur: *Et introivit Tobias*, & *adnuntiavit patri suo, dicens: Ecce inveni hominem de fratribus nostris, qui eat mecum. Et exiit Tobias*, & *vocavit eum.* In Græco sic: Καὶ εἰσελθὼν, εἶπε τῷ πατρί· Ἰδὲ εὕρηκα, ὃς συμπορεύσεταί μοι. Ὁ δὲ εἶπε· Φώνησον αὐτὸν πρός με, ἵνα ἐπιγνῶ πόλας φυλῆς ἐστι, ἢ εἰ πιστὸς τῷ πορευθῆναι μετά σε. Καὶ ἐκάλεσεν αὐτόν. *Et ingressus, dixit patri: Ecce inveni, qui ibit mecum. At ille dixit: Voca ipsum ad me, ut agnoscam cujus tribus est; & si fidelis ad eundum tecum. Et vocavit eum:* in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. additur ἐστίν, voci πιστός, *fidelis.*

℣. 11. In Mſ. Germ. 15. habetur initio, *Qui cùm introisset*, deest verò in fine *frater.* In Græco hæc pauciſſima leguntur: Καὶ εἰσῆλθε, καὶ ἠσπάσαντο ἀλλήλους. *Et intravit*, & *salutarunt se invicem.* In Mſ. Regin. Suec. sic: *Et introivit ad eum*, & *salutavit eum*, & *dixit: Pax super te.*

℣. 12. Sic habet Mſ. Germ. 15. excepto verbo *dicens*, pro & *dixit:* præterea deest infra vox *oculis*, cum verbo *positus.* In Mſ. Regin. Suec. sic: *Et dixit Tobias: Quis dixit mihi, pax? ego homo inutilis oculis*, & *lumen cœli non video; vocem hominum audio*, & *ipse non possum videre, sed jaceo in tenebris:* nihil horum habetur in Græco.

℣. 13. Ista pariter absunt à textu Græco. In Mſ. verò Germ. 15. hæc tantùm dissimilia: *Fortis esto animo, prope est ut.* In altero Regin. Suec. sic: *Et dixit: Facile est Domino ut sanet te; æquo animo esto.*

℣. 14. Sic habet Mſ. Germ. 15. exceptis his: *Vult ire in regione Medorum; potes ire cum eo*, & *ducere eum?* & *dabit tibi mercedem tuam;* omissa voce *frater;* at horum nihil exstat in Græco. In Mſ. verò Regin. Suec. legitur hoc modo: *Et dixit Tobias ad eum: Tobi filius meus vult proficisci in Mediam; poteris comitare ei?* & *dabimus mercedem tuam.*

℣. 15. Et hæc similiter absunt à Græco: habentur verò in Mſ. Germ. 15. exceptis his, *possum*, loco *potero*, & infra, *aliquotiens abii in regione Medorum*, absque seq. & *montes*, ut & *commeatos ejus.* In Mſ. Regin. Suec. ita: *Et dixit: Potero: sæpiùs abii*, & *vias novi*, & *omnes campos ejus perambulavi*, & *montana ejus scio.*

℣. 16. Mſ. Regin. Suec. *Et dixit Tobias: Ex qua tribu es*, & *ex qua patria, frater?* Græc. Καὶ εἶπεν αὐτῷ Τωβίτ· Ἀδελφὲ, ἐκ ποίας φυλῆς, ἢ ἐκ ποίας πατρίας εἶ σύ; ὑπόδειξόν μοι. *Et dixit ei Tobit: Frater, ex qua tribu*, & *ex qua patria es tu? indica mihi.*

℣. 17. Mſ. Germ. 15. initio habet *respondit*, pro *ille dixit*, & in fine *aut tribum & patriam meam*, loco *genus & tribum meam*, absque seq. *cur quæris?* In Mſ. Reg. Suec. ita: *Et dixit: Patriam quæris, aut mercenarium, qui eat cum filio tuo? Et dixit: Frater, scire volo nomen tuum ex veritate*, & *ex quo genere sis tu.* Græc. Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Φυλὴν ἢ πατρίαν σὺ ζητεῖς, ἢ μίσθιον, ὃς συμπορεύσεταί μετὰ τοῦ υἱοῦ σου; Καὶ εἶπεν αὐτῷ Τωβίτ. Βούλομαι ἀδελφὲ, ἐπιγνῶναι τὸ γένος σου καὶ τὸ ὄνομα. *Et dixit ei: Tribum & patriam tu quæris, an mercenarium, qui simul ibit cum filio tuo? Et dixit ei Tobit: Volo frater, agnoscere genus tuum & nomen.*

℣. 18. Ita Græcè, nisi quòd loco *Sed si valde exigis*, habetur Ὃς δὲ εἶπε, *Qui autem dixit*, absque seq. *sum.* In Mſ. Germ. 15. constanter *Ananiæ*, sicut in Græco. In Mſ. Regin. Suec. ita: *Et dixit: Ego sum Azarias filius Ananiæ, de domo Selemniæ magni viri, ex fratribus tuis.*

℣. 19. In Mſ. Germ. 15. nonnulla sic variant: *Et dixit illi Thobis: Salvus & sanus, frater. Sed peto frater, ne irascaris quòd voluerim verum scire de genere tuo. Et tu ergo ex fratribus meis es, de genere bono & optimo: Nosti tu Ananiam & Athaniam in Hierusalem? Et dixit illi angelus: Et ipsi orabant ibi mecum*, & *non exerraverunt. Hi omnes fratres nostri. Et Thobis dixit: Omnino ex bona radice es frater, salvus sis. Et addidit, dicens: Ego tibi dabo mercedis nomine, dragmam diurno*, & *quæcunque necessaria sunt tibi*, & *filio meo: & vade cum illo*, & *adjiciam tibi mercedem.* In Mſ. Regin. Suec. multò plura dissimilia de more, en illa: *Et dixit Tobias: Salvus venias & sanus. Peto frater, ne mihi irascaris quoniam volui scire veritatem generis tui. Sed ecce frater meus, ex genere bono & benigno es: (uno vero foderas:) Ananiam & Nathaniam, duos filios Sellemiel novi, magni viri; & ipsi comitabantur mihi in Jerusalem*, & *adorabant mecum. Ex stirpe bona es, cum pace veniat: & ego dabo tibi mercedem tuam diurnam*, & *quæ opus sunt tibi, erunt tibi similiter, sicut filio meo:* &

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Mſs. Reg. & Germ. ſcire de genere tuo. Tu ergo ex fratribus meis es, de genere bono & optimo: Noſti Annaniam & Nathan, duos filios Semeiæ magni viri, qui & ipſi mecum ibant in Hieruſalem, & adorabant ibi mecum, & non exerraverunt? Hi omnes fratres noſtri, optimi ſunt. Ex bona radice es frater, ſalvus eas, & ſalvus venias. Et adjecit, dicens: Ego tibi dabo mercedis nomine, didragmam diurnam, & quæcunque neceſſaria ſunt tibi, & filio meo ſimiliter: & vade cum illo, & adjiciam tibi ad mercedem tuam.	gnoſcere genus tuum.
20. Et dixit illi Raphahel angelus: Ibo cum illo, ne timueris: ſalvi ibimus, & ſalvi revertemur ad te cum pace, quoniam via tuta eſt.	20. Dixit autem illi angelus: Ego ſanum ducam, & ſanum tibi reducam filium tuum.
21. Et Thobis dixit: Bene iter age frater, & contingat tibi. Et vocavit Thobiam filium ſuum, & dixit illi: Præpara te, & exi cum fratre tuo: Deus autem qui in cœlo eſt, perducat vos ibi cum pace, & reducat ſalvos, & angelus illius comitetur vobiſcum cum ſanitate.	21. Reſpondens autem Tobias, ait: Bene ambuletis, & ſit Deus in itinere veſtro, & angelus ejus comitetur vobiſcum.
22. Et præparavit ſe ad viam Thobias, & exiit ut iret: & oſculatus eſt patrem ſuum & matrem; & dixit illi Thobis pater ſuus: Vade fili, ſalvus & ſanus venias.	22. Tunc paratis omnibus, quæ erant in via portanda, fecit Tobias vale patri ſuo & matri ſuæ, & ambulaverunt ambo ſimul.
23. Et lacrymata eſt mater illius, & dixit patri ejus: Quò miſiſti filium noſtrum? Nonne ipſa eſt virga manus noſtræ, & ipſe intrat & exit coram nobis?	23. Cùmque profecti eſſent, cœpit mater ejus flere, & dicere: Baculum ſenectutis noſtræ tuliſti, & tranſmiſiſti à nobis. *Inf.* 10. 4.
24. Nunquam eſſet pecunia illa, ſed purgamento ſit.	24. Nunquam fuiſſet ipſa pecunia, pro qua miſiſti eum.
25. Quo modo datum eſt à Domino vivere, hoc ſufficiebat nobis.	25. Sufficiebat enim nobis paupertas noſtra, ut divitias computaremus hoc, quòd videbamus filium noſtrum.
26. Et dixit illi Thobis: Noli vereri, ſalvus ibit filius noſter, & ſalvus revertetur ad nos, & oculi tui videbunt illum illa die qua venerit.	26. Dixitque ei Tobias: Noli flere, ſalvus perveniet filius noſter, & ſalvus revertetur ad nos, & oculi tui videbunt illum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

adhuc adaugam mercedem tuam. Græcè: Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ὑγιαίνων ἔλθοις ἀδελφέ. Καὶ μή μοι ὀργισθῇς ὅτι ἐζήτησα τὴν φυλήν σου, καὶ τὴν σαλείαν σου ἐπιγνῶναι. Καὶ εὗ τυγχάνεις ἀδελφός μου, ἐκ τῆς καλῆς καὶ ἀγαθῆς γενεᾶς· ἐπεγίνωσκον γὰρ ἐγὼ Ἀνανίαν καὶ Ἰωνάθαν, (al. Ἰάθαν) τοὺς υἱοὺς Σεμεῖ τοῦ μεγάλου, ὡς ἐπορευόμεθα κοινῶς εἰς Ἱεροσόλυμα προσκυνεῖν, ἀναφέροντες τὰ πρωτόγονα, καὶ τὰς δεκάτας τῶν γεννημάτων· καὶ οὐκ ἐπλανήθησαν ἐν τῇ σωλήνι τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν. Ἐκ ῥίζης καλῆς εἶ ἀδελφέ· ἀλλὰ εἰπόν μοι, Τίνα σοι ἔσομαι μισθὸν δώσω; δραχμὴν τῆς ἡμέρας, καὶ τὰ ὀψώνιά σοι, ὡς καὶ τῷ υἱῷ μου· καὶ ἔτι προσθήσω σοι ἐπὶ τὸν μισθὸν, ἐὰν ὑγιαίνοντες ἐπιστρέψητε. Καὶ εὐδόκησαν ὕτως. *Et dixit ei:* (editt. Ald. & Compl. add. Τωβίτ·) *Sanus venias frater. Et ne mihi iraſcaris quia quæſivi tribum tuam, & patriam tuam agnoſcere. Et tu es frater meus, ex pulchra & bona progenie: cognoſcebam enim ego Ananiam & Jonathan, filios Semei magni, quomodo ibamus unà in Jeroſolyma adorare, offerentes primogenita, & decimas geniminum; & non erraverunt in errore fratrum noſtrorum. Ex radice bona es frater: ſed dic mihi, Quam tibi ero mercedem daturus? drachmam die, & neceſſaria tibi, ſicut & filio meo: & adhuc adjiciam tibi ſuper mercedem, ſi ſani reverteritis. Et acquieverunt ita.*

℣. 20. Ita referunt Mſs. Reg. & Germ. 4. excepto ultimo *tuta eſt*, pro quo ambo ſcribunt *tua eſt*, ſed aperto mendo, ut opinor, quod emendavimus ex altero Mſ. Germ. 15. in quo legitur *tuta eſt*; præterea in eodem Mſ. Germ. 15. deeſt initio vox *illi*, poſt *dixit*, uti poſt paulò iſtud, *ſalvi ibimus*, & hoc infra, *cum pace*. In Mſ. Regin. Suec. hæc tantùm leguntur: *Et dixit: Noli timere, ego proficiſcar cum eo; & ibimus, & revertemur in pace.* Cuncta verò abſunt à textu Græco.

℣. 21. In Mſ. Germ. 15. loco *age frater*, exſtat *agere*, abſque ſeq. & *:* deeſt etiam *illi*, ante *præpara*, & pro *Deus autem qui in cœlo*, ſic, & *Deus qui in cœlis*, omiſſo ſeq. *cum pace;* loco verò *reducat*, legitur *revocet*, ut & *angelus Domini*, loco *angelus illius*. In Mſ. Reg. Suec. ita, prætermiſſis his quæ antecedunt: *Et vocavit Tobias filium ſuum, & dixit: Fili, præpara te, & exi cum fratre tuo: Dominus autem qui in cœlo eſt, perducat vos ibi in pace, & ad nos revertimini ſalvi, & angelus ipſius comitetur vobiſcum.* Græcè: Καὶ εἶπε πρὸς Τωβίαν· Ἕτοιμος γίνου πρὸς τὴν ὁδὸν, καὶ εὐοδωθείησε. Καὶ ἡτοίμασεν ὁ υἱὸς αὐτοῦ τὰ πρὸς τὴν ὁδόν. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ πατὴρ αὐτοῦ· Πορεύου μετὰ τοῦ ἀνθρώπου τούτου· ὁ δὲ ἐν τῷ οὐρανῷ οἰκῶν Θεὸς, εὐοδώσῃ τὴν ὁδὸν ὑμῶν, καὶ ὁ ἄγγελος αὐτοῦ συμπορευθήτω ὑμῖν. *Et dixit ad Tobiam: Paratus eſto ad viam, & proſperemini. Et paravit filius ejus quæ ad viam. Et dixit ei pater ejus: Vade cum homine hoc: qui autem in cœlo habitat Deus, proſperabit* (edit. Ald. εὐοδώσει, *proſperet*) *viam veſtram, & angelus ejus eat vobiſcum.*

℣. 22. Ita Mſ. Germ. 15. hab. excepto verbo *vade*, quod delet cum ultimo *venias*, cujus loco reponit *fili*. In Mſ. Regin. Suec. ſic: *Et præparaverunt ea quæ in itinere haberent, & egreſſi ſunt, ut proficiſcerentur: & oſculatus eſt patrem ſuum & matrem ſuam; & dixerunt ei: Perge cum ſalute.* In Græco pauciora, nempe: Καὶ ἐξῆλθαν ἀμφότεροι ἀπελθεῖν, καὶ ὁ κύων τῷ παιδαρίῳ μετ' αὐτῶν. *Et exierunt ambo ad abeundum, & canis pueruli cum eis:* inf. c. 6. ℣. 1. memoratur canis.

℣. 23. Diſſimilia hæc habet Mſ. Germ. 15. *Quò dimiſiſti..... nonne ipſe eſt..... & ipſe introibat & exiebat coram nos.* In Mſ. Regin. Suec. ita: *Et ploravit mater hujus, & dixit ad Tobiam: Ut quid miſiſti puerum? Num ipſe eſt baculus manus noſtræ, ipſe egreditur & ingreditur apud nos?* Græc. Ἐκλαυσε δὲ Ἄννα (in Mſ. Alex. deeſt Ἄννα) ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ εἶπε πρὸς Τωβίτ· Τί ἐξαπέστειλας τὸ παιδίον ἡμῶν; οὐχὶ ἡ ῥάβδος τῆς χειρὸς ἡμῶν ἐστιν, ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι αὐτὸν καὶ ἐκπορεύεσθαι ἐνώπιον ἡμῶν;

℣. 24. Mſ. Germ. 15. addit hoc, *filio meo*, in fine; nec malè, nam Græcè ita legitur: Ἀργύριον τῷ ἀργυρίῳ μὴ φθάσαι, ἀλλὰ περίψημα τοῦ παιδίου ἡμῶν γένοιτο. *Argentum argento non antevertat, ſed peripſema pueri noſtri ſit.* In Mſ. Regin. Suec. ſimpliciter: *Omnis pecunia purgamento.*

℣. 25. In Mſ. Germ. 4. *ſufficiat*, non *ſufficiebat*. In altero Regin. Suec. ita: *Sicut datum eſt nos vivere à Domino, ſic vivamus.* Græcè: Ὡς γὰρ δέδοται ἡμῖν ζῆν παρὰ τοῦ Κυρίου, τοῦτο ἱκανὸν ἡμῖν ὑπάρχει. *Sicut enim datum eſt nobis vivere à Domino, hoc ſufficiens nobis eſt.*

℣. 26. In Mſ. Germ. 15. additur *ſoror*, verbo *vereri*, & pro *ibit*, habetur *vadit;* cætera ut ſup. In Mſ. Reg. Suec. ita: *Et dixit ei: Æquo animo eſto, ſalvus ibit, & ſalvus revertetur ad nos filius noſter.* Græcè: Καὶ εἶπεν αὐτῇ Τωβίτ· Μὴ λόγον ἔχε ἀδελφὴ, ὑγιαίνων ἐλεύσεται, καὶ

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

27. Credo enim quòd angelus Dei bonus comitetur ei, & bene disponat omnia, quæ circa eum geruntur, ita ut cum gaudio revertatur ad nos.

28. Ad hanc vocem cessavit mater ejus flere, & tacuit.

VERSIO ANTIQUA.

27. Nihil timueris de illo soror, angelus bonus comitatur cum illo, & bene disponet viam illius, & revertetur sanus. *Ex Mß. Reg. & Germ.*

28. Et cessavit plorare.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

οἱ ὀφθαλμοί σου ὄψονται αὐτόν. *Et dixit ei Tobit: Ne sollicitudinem habeas soror, sanus veniet, & oculi tui videbunt eum.*

℣. 27. Unum tantùm variat in Mſ. Germ. 15. nempe *vadit*, pro *comitatur*. In Mſ. Regin. Suec. ſic: *Noli timere soror, angelus Domini bonus comitetur cum eo, & dirigetur iter ipsius, & revertetur salvus.* In Græco ſimpliciter: Ἄγγελος γὰρ ἀγαθὸς συμπορεύσεται αὐτῷ, καὶ εὐοδωθήσεται ἡ ὁδὸς αὐτοῦ, καὶ ὑποστρέψει ὑγιαίνων. *Angelus enim bonus ibit cum eo, & prosperabitur iter ejus, & revertetur sanus*; omiſſis his quæ antecedunt.

℣. 28. Hoc abeſt à Mſ. Germ. 15. In Mſ. verò Regin. Suec. exſtat: *Et cessavit plorare, & siluit.* In Græco: Καὶ ἐπαύσατο κλαίουσα, *& cessavit plorans.*

CAPUT VI.

VULGATA NOVA.

1. PRofectus est autem Tobias, & canis secutus est eum, & mansit prima mansione juxta fluvium Tigris.

2. Et exivit ut lavaret pedes suos, & ecce piscis immanis exivit ad devorandum eum.

3. Quem expavescens Tobias clamavit voce magna, dicens: Domine, invadit me.

4. Et dixit ei angelus: Apprehende branchiam ejus, & trahe eum ad te. Quod cùm feciſſet, attraxit eum in siccum, & palpitare cœpit ante pedes ejus.

5. Tunc dixit ei angelus: Exentera hunc piscem, & cor ejus, & fel, & jecur repone tibi: sunt enim hæc necessaria ad medicamenta utiliter.

6. Quod cùm feciſſet, assavit carnes ejus, & secum tulerunt in via: cætera salierunt, quæ sufficerent eis, quousque pervenirent in Rages civitatem Medorum.

7. Tunc interrogavit Tobias angelum, & dixit ei: Obsecro te Azaria frater, ut dicas mihi, quod remedium habebunt ista, quæ de pisce servare jussisti?

VERSIO ANTIQUA.

1. ET profectus est filius illorum, & angelus cum illo, & canis secutus est eos: & ibant pariter, & comprehendit illos proxima nox, & manserunt super flumen Tigrim. *Ex Mß. Reg. & Germ.*

2. Et descendit Thobias lavare pedes suos in flumine, & exsilivit piscis de aqua magnus, & circumplexus est pedes ejus: pene puerum devoraverat.

3. Et exclamavit puer.

4. Et dixit illi angelus: Comprehende & tene illum. Et comprehendit puer piscem, & eduxit illum in terram.

5. Et dixit angelus puero: Exintera hunc piscem, & tolle fel, & cor, & jecor illius, & repone & habe tecum: sunt enim necessaria hæc ad medicamenta utilia: & cætera interanea projice.

6. Et exinteravit puer piscem illum, & tulit fel, & cor, & jecor: & partem piscis assaverunt, & tulerunt in via; cætera autem salierunt: & cœperunt iter agere, donec pervenirent in regionem Medorum.

7. Et interrogavit puer angelum, dicens: Azarias frater, quod remedium est hoc fel, cor, & jecor piscis?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic in Mſ. Germ. 15. præter ſeqq. & *canis ſecutus ibat pariter*, & *adprehendit illos prima nox..... Tigris.* In Mſ. Regin. Suec. *Et profectus est puer, atque angelus, & canis ſecutus eſt eis*: & *venerunt usque ad Tigrim flumen, & demorati sunt ut manerent ibi.* Græc. Οἱ δὲ πορευόμενοι τὴν ὁδὸν, ἦλθον ἐσπέρας ἐπὶ τὸν Τίγριν ποταμὸν, καὶ ηὐλίζοντο ἐκεῖ. *Illi autem euntes viam, venerunt veſperi ad Tigrim flumen, & manſerunt ibi.* Ambroſ. Hexa. 6. to. 1. 119. c. *Canis*, inquit, *viator, & comes angeli eſt, quem Raphael..... non otiosè ſibi & Tobiæ filio adjungendum putavit.* Similiter Paul. Oroſ. l. 1. hiſt. 378. d. *Tobias ducem angelum ſequens, canem comitem habere non ſprevit.*

℣. 2. A Mſ. Germ. 15. abeſt vox *ſuos*, uti paulò poſt iſta, *circumplexus eſt pedes ejus*; loco verò *devoraverat*, ſic, *devoravit*. In Mſ. Regin. Suec. ita: *Et deſcendit Tobi ad flumen ut lavaret pedes, & ſubitò exſiliit piſcis, ut puerum deveraret.* Græc. Τὸ δὲ παιδάριον κατέβη ἀφυκλύσασθαι, καὶ ἀνεπήδησεν ἰχθὺς ἀπὸ τῆ ποταμῆ, καὶ ἠθέλη καταπιεῖν τὸ παιδάριον. *Puer autem deſcendit ad lavandum ſe, & proſiliit piſcis è flumine, & voluit deglutire puerum.*

℣. 3. Hoc deeſt in Græco. In Mſ. verò Regin. Suec. ſic hab. *Et exclamavit puer: Domine, piſcis invadit me.*

℣. 4. Abeſt à Mſ. Germ. 15. iſtud, & *comprehendit puer piſcem*; loco verò *comprehende & tene*, ſic eſt, *adprehende & exſupera*; & in fine *terra*, ut in Mſ. Germ. 4. *non terram.* In Mſ. Regin. Suec. *Et dixit ei angelus: Adprehende & tene eum. Comprehendit puer piſcem, & traxit eum ſuper terram.* Similiter Græcè: Ὁ δὲ ἄγγελος εἶπεν αὐτῷ· Ἐπιλαβοῦ τοῦ ἰχθύος. Καὶ ἐκράτησε τὸν ἰχθὺν τὸ παιδάριον, καὶ ἀνέβαλεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν.

℣. 5. Horum loco, ita Græcè: Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος· Ἀνάτεμε τὸν ἰχθὺν καὶ λαβὼν τὴν καρδίαν, καὶ τὸ ἧπαρ, καὶ τὴν χολὴν, θὲς ἀσφαλῶς. *Et dixit ei angelus: Incide piſcem; & ſumens cor, & jecur, & fel, pone tutò.* In Mſ. verò Germ. 15. ad verbum ut ſup. præter ſeqq. *Cui angelus ſic dixit*; & infra *valde*, pro *hæc*, uti *cætera verò*, loco & *cætera*. In Mſ. Regin. Suec. ita: *Et dixit angelus ad puerum: Finde eum medium, & tolle cor, & fel, & jecor ejus, & repone: ſunt enim utilia in medicamentis.*

℣. 6. Deeſt vox *illum*, in Mſ. Germ. 15. & pro *tulit*, legitur *abſtulit*; loco verò *aſſaverunt, & tulerunt in via; cætera autem*, ſic, *adſumptos ſuſtulerunt in viâtu, & cætera*; item infra, *regione*, non *regionem*. In Mſ. Regin. Suec. ita: *Et fecit ſic puer: piſcem verò aſſavit, & manducaverunt; reliquum autem ejus in viam reliquit: & abierunt utrique quoaduſque venerunt in Mediam.* Græc. Καὶ ἐποίησε τὸ παιδάριον, ὡς εἶπεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος· τὸν δὲ ἰχθὺν ὀπτήσαντες, ἔφαγον· καὶ ᾤδευον ἀμφότεροι, ἕως οὗ ἤγγισαν εἰς Ἐκβατάνοις· *Et fecit puer, ſicut dixit ei angelus: piſcem verò aſſantes, manducaverunt: & pergebant ambo, quoaduſque appropinquaverunt Ecbatanis.*

℣. 7. Ipſo initio Mſ. Germ. 15. hab. *Et tunc*, ſicut *Azaria*, pro *Azarias*; paulòque poſt ita, *in ſelle, & cor, & jocinera*, loco *fel, cor, & jecor*. Gr. pene ſimiliter: Καὶ εἶπε τὸ παιδάριον τῷ ἀγγέλῳ· Ἀζαρία ἀδελφὲ, τί ἐστιν ἡ καρδία, καὶ τὸ ἧπαρ, καὶ ἡ χολὴ τῦ ἰχθύος; Mſ. verò Reg. Suec. habet: *Et dixit Tobi ad angelum: Quod eſt medicamentum in his, quæ de piſce ſervare juſſiſti?*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſs. Reg. & Germ.

8. Et angelus dixit: Cor & jecor fumigatur coram viro, & muliere, qui incurſum dæmonis, aut ſpiritum immundum habet; & fugiet ab illo omnis incurſus, & non apparebit in æternum.

9. Et fel facit ad unguendos oculos homini, cui fuerint albugines, vel ad flandum in ipſis oculorum maculis, ut ad ſanitatem perveniat.

10. Et poſtquam intraverunt in regionem Mediam, adpropinquaverunt civitati Bathanis.

11. Et dixit Raphahel angelus: Raguhel, penes quem hac nocte manere nos oportet, homo eſt propinquus tuus, & habet filiam ſpecioſam nomine Sarram, ſed neque maſculum ullum, neque feminam aliam præter illam habet.

12. Et tu proximus es illius ſuper omnes homines, ut poſſideas eam, & hæreditatem illius, & omnem ſubſtantiam patris ejus: accipe illam uxorem. Etenim puella hæc ſapiens, fortis & bona valde, & conſtabilita; & pater ipſius diligit illam, & quæcunque poſſedit, illi tradet. Tibi ergo deſtinata eſt hæreditas patris ejus, & te oportet accipere illam.

13. Et nunc audi me frater, & loquere de illa hac nocte, & accipiemus tibi illam uxorem: & cum regreſſi fuerimus ex Rages, faciemus nuptias ejus. Scio autem quia Raguhel non negabit illam tibi: novit enim quia ſi dederit illam viro alio, morte periet ſecundùm judicium libri Moyſi: & quia ſcit tibi maximè aptam eſſe hæreditatem illius, magis quàm alicui homini. Nunc ergo frater audi me, & loquamur de hac puella, & deſponſemus illam tibi: & reverſi ex Rages, ducemus eam nobiſcum in domum tuam.

14. Tunc reſpondit Thobias Raphahel angelo, & dixit: Azarias frater, audivi quoniam jam tradita eſt viris ſeptem, & mortui ſunt in cubiculo nocte, ea hora qua cum illa fuerunt: audivi etiam quoſdam dicentes, quoniam dæmonium eſt quod illos occidit.

VULGATA NOVA.

8. Et reſpondens angelus, dixit ei: Cordis ejus particulam ſi ſuper carbones ponas, fumus ejus extricat omne genus dæmoniorum, ſive à viro, ſive à muliere, ita ut ultra non accedat ad eos.

9. Et fel valet ad ungendos oculos, in quibus fuerit albugo, & ſanabuntur.

10. Et dixit ei Tobias: Ubi vis ut maneamus?

11. Reſpondenſque angelus, ait: Eſt hic Raguel nomine, vir propinquus de tribu tua, & hic habet filiam nomine Saram, ſed neque maſculum, neque feminam ullam habet aliam præter eam.

12. Tibi debetur omnis ſubſtantia ejus, & oportet eam te accipere conjugem. *Num. 27. 8. & 36. 8.*

13. Pete ergo eam à patre ejus, & dabit tibi eam in uxorem.

14. Tunc reſpondit Tobias, & dixit: Audio quia tradita eſt ſeptem viris, & mortui ſunt: ſed & hoc audivi, quia dæmonium occidit illos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. Hæc variant pauca in Mſ. Germ. 15. ſcilicet: *viro, vel muliere, qui occurſum dæmonis habent, aut ſpiritum nequiſſimum; & fugiet ab eo omnis occurſus.* In Mſ. verò Regin. Suec. ita: *Et dixit ei: Cor ejus atque jecor, ad vincendum in conſpectu hominis; ſi fuerit in eum incurſio dæmonis, vel ſpiritus malignus, fugabit ab eo.* Græcè: Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἡ καρδία καὶ τὸ ἧπαρ, ἐάν τινα ὀχλῇ δαιμόνιον, ἢ πνεῦμα πονηρὸν, ταῦτα δεῖ καπνίσαι ἐνώπιον ἀνθρώπου, ἢ γυναικός· καὶ μηκέτι ὀχληθῇ. *Et dixit ei: Cor & jecur, ſi quem turbaverit dæmonium, aut ſpiritus malus, hæc oportet ſuffire coram homine, vel muliere; & non ultra turbabitur.*

℣. 9. In Mſ. Germ. 15. ita: *Sed & fel facit ad inunguendos oculos hominis, cui candicaverint, vel ad fiendum in ipſis oculorum*, &c. ut ſup. In altero verò Reg. Suec. *De fel, ad unguendos oculus; in quibuſcunque fuerit albugo, ſanabuntur.* In Græco: Ἡ δὲ χολὴ, ἔγχεισαι ἀνθρώπου, οὗ ἔχῃ λευκώματα ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ ἰαθήσεται. *Fel autem, inunge hominem, qui habet albugines in oculis, & ſanabitur:* al. ἐγχρίσαι, *ad inungendum.*

℣. 10. In Græco ſimpliciter: Ὡς δὲ προσήγγισαν τῇ Ῥάγῃ, *Ut autem appropinquaverunt Rage.* Mſ. verò Germ. 15. hab. ut ſup. *Et poſtquam introierunt in regione Medorum, & adpropiaverunt civitati Exbathanis;* Germ. 4. *civitatem Bethanis.* In Mſ. Regin. Suec. hoc ſolum legitur: *Et venerunt in Ecbattana.*

℣. 11. Mſ. Germ. 15. ipſo initio ſic habet: *Dixit Raphael angelus: Tobias frater. Ille dixit: Quid eſt? Cui dixit: Penes Raguele nocte hac manere nos oportet, & homo eſt*, &c. ut ſup. præter voces *ullum* & *aliam*, quæ deſunt. In Mſ. Reg. Suec. ſic: *Et dixit angelus ad Tobi: In eis quæ ſunt Raguel, hodie neceſſe eſt nos manere, & homo ex fines tuos* (l. *affinis tuus*) *eſt, & filia unica eſt ei, & hæc ſpecioſa formâ: & aquitas eſt ejus, ut poſſideat hæreditatem patris ſui.* Gr. Εἶπεν ὁ ἄγγελος τῷ παιδαρίῳ· Ἀδελφὲ, σήμερον αὐλισθησόμεθα παρὰ Ῥαγουήλ· καὶ αὐτὸς συγγενής σου ἐστὶ, καὶ ἔστιν αὐτῷ θυγάτηρ ὀνόματι Σάρρα· λαλήσω περὶ αὐτῆς, τοῦ δοθῆναί σοι αὐτὴν εἰς γυναῖκα. *Dixit angelus puero: Frater, hodie manebimus apud Ragouel; & ipſe cognatus tuus eſt, & eſt ei filia nomine Sarra: loquar de ea, ut detur tibi ipſa in uxorem.*

℣. 12. Mſ. Germ. 15. delet hoc, *eam* &, poſt verbum *poſſideas*; & infra habet *eſt autem*, loco *etenim*; exinde addit &, poſt *ſapiens*, delet verò infra ante vocem *quæcunque*; dein loco *poſſedit*, &c. ſic hab. *poſſidet*, *dabit ei*, ut & ſup. *illius*, loco *ipſius*; cætera ſimilia. Mſ. Germ. 4. ſimiliter hab. *poſſidet*, non *poſſedit*. Gr. Καὶ ὅτι σοι ἐπιβάλλει ἡ κληρονομία αὐτῆς, καὶ σὺ μόνος εἶ ἐκ τῆς γένους αὐτῆς· καὶ τὸ κοράσιον καλὸν καὶ φρόνιμόν ἐστι. *Et quia ad te pertinet hæreditas ejus, & tu ſolus es de genere ejus; & puella pulchra & prudens eſt;* omiſſis aliis. In Mſ. Regin. Suec. hæc tantùm habentur. *Et tibi convenit accipere eam conjugem.*

℣. 13. Eadem leguntur in Mſ. Germ. 15. præter ſeqq. *tunc cùm reverſi fuerimus..... faciemus illi nuptias. Scio.... tibi illam: certus ſum autem quoniam ſi dederit..... morte perient..... Moſi:* & *quia ſcio maximè tibi aptam eſſe hæredit. acceptâ filiâ illius, magis quàm..... puella*, & *deſponſa illam tibi*, &c. ut ſup. abſque ſeq. *nobiſcum.* Mſ. Germ. 4. hab. ſub finem, *loquar*, non *loquamur*. His accedunt Græca hoc modo: Καὶ νῦν ἄκουόν μου, καὶ λαλήσω τῷ πατρὶ αὐτῆς· καὶ ὅταν ὑποστρέψωμεν ἐκ Ῥαγῶν, ποιήσομεν τὸν γάμον· δμότι ἐπίσαμαι Ῥαγουὴλ ὅτι οὐ μὴ δῷ αὐτὴν ἀνδρὶ ἑτέρῳ, κατὰ τὸν νόμον Μωυσῆ, ἢ ὀφειλήσει θάνατον· ὅτι τὴν κληρονομίαν σοι καθήκει λαβεῖν, ἢ πάντα ἄνθρωπον. *Et nunc audi me, & loquar patri ejus: & quando revertemus ex Ragis, faciemus nuptias: quoniam novit Ragouel quia non dabit eam viro alteri, ſecundùm legem Moyſi, vel reus erit mortis; quia hæreditatem tibi convenit accipere, quàm omnem hominem:* deſunt alia. In Mſ. Regin. Suec. multò pauciora, nempe: *Pete ergo à patre ejus, & dabit tibi eam uxorem*, ut in Vulg.

℣. 14. Similiter in Mſ. Germ. 15. exceptis his: *Tobias, dicens Raſael angelo: Azaria..... quoniam tradita eſt..... noctis*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

15. Timeo ergo, ne fortè & mihi hæc eveniant: & cùm sim unicus parentibus meis, deponam senectutem illorum cum tristitia ad inferos.

16. Tunc angelus Raphael dixit ei: Audi me, & ostendam tibi qui sunt, quibus prævalere potest dæmonium.

17. Hi namque qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum à se & à sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus: habet potestatem dæmonium super eos.

18. Tu autem cùm acceperis eam, ingressus cubiculum, per tres dies continens esto ab ea, & nihil aliud, nisi orationibus vacabis cum ea.

19. Ipsa autem nocte, incenso jecore piscis, fugabitur dæmonium.

20. Secunda verò nocte, in copulatione sanctorum patriarcharum admitteris.

21. Tertia autem nocte benedictionem consequeris, ut filii ex vobis procreentur incolumes.

22. Transacta autem tertia nocte, accipies virginem cum timore Domini, amore filiorum magis quàm libidine ductus, ut in semine Abrahæ benedictionem in filiis consequaris.

VERSIO ANTIQUA.

15. Et nunc timeo hoc dæmonium, quoniam diligit illam: & ipsam quidem non vexat, sed eum qui illi adplicitus fuerit, ipsum occidit. Unicus sum patri meo; ne fortè moriar, & deducam patris mei vitam, & matris meæ cum dolore ad inferos: sed neque habent alium filium, qui sepeliat illos, & possideat hæreditatem illorum. *Ex Mſs. Reg. & Germ.*

16. Et dixit Raphahel angelus: Memor esto mandatorum patris tui, quoniam præcepit tibi accipere te debere uxorem de domo patris tui. Et nunc audi me frater, noli computare dæmonium illud: sed postula illam, & scio quoniam dabitur tibi hac nocte uxor.

18. [19.] Et cùm intraveris in cubiculum, tolle jecor & cor piscis illius, & pone super carbones: & odor manabit, & odorabitur illud dæmonium, & fugiet, & non apparebit circa illam omnino in perpetuum.

19. [18.] Et cùm cœperis velle esse cum illa, surgite primò ambo, & deprecamini Dominum cœli, ut detur vobis misericordia & sanitas.

20. Noli timere, tibi enim destinata est ante sæcula: & tu illam sanabis, & ibit tecum;

21. & credo quoniam habebis ex illa filios, & erunt tibi sicut fratres.

22. Et cùm audisset Thobias sermones Raphahel angeli, quoniam soror est illius, & de domo seminis patris illius, hæsit cordi ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

bora qua cum illa secedunt, sed audivi quosdam. In Græco simpliciter: Τότε εἶπε τὸ παιδάριον τῷ ἀγγέλῳ· Ἀζαρία ἀδελφὲ, ἀκήκοα ἐγὼ τὸ κοράσιον δεδόσθαι ἑπτὰ ἀνδράσι, καὶ πάντας ἐν τῷ νυμφῶνι ἀπολωλότας. *Tunc dixit puer angelo: Azaria frater, audivi ego puellam datam fuisse septem viris, & omnes in nuptiali thalamo periisse.* Mſ. Regin. Suec. Vulgatæ favet.

℣. 15. Hæc variant in Mſ. Germ. 15. *Et timeo hoc.... diliget illam..... sed qui illi adplicitus fuerit, illum occidet. Unicus sum ego..... cum dolore in sepulturam: sed nec habent alium filium qui sit eis hæres. Et dixit*, &c. Eadem pene in Græco, sed perturbato ordine: Καὶ νῦν ἐγὼ μόνος εἰμὶ τῷ πατρὶ, καὶ φοβοῦμαι μὴ εἰσελθὼν ἀποθάνω καθὼς καὶ οἱ πρότεροι· ὅτι δαιμόνιον φιλεῖ αὐτὴν, ὃ οὐκ ἀδικεῖ οὐδένα πλὴν τῶν προσαγόντων αὐτῇ· καὶ νῦν ἐγὼ φοβοῦμαι μὴ ἀποθάνω, καὶ κατάξω τὴν ζωὴν τοῦ πατρός μου, καὶ τῆς μητρός μου μετ' ὀδύνης ἐπ' ἐμοὶ εἰς τὸν τάφον αὐτῶν· καὶ υἱὸς ἕτερος οὐκ ὑπάρχει αὐτοῖς εἰς θάψαι αὐτούς. *Et nunc ego solus sum patri, & timeo ne ingressus moriar sicut & priores: quia dæmonium diligit eam, quod non lædit quemquam præter accedentes ad eam: & nunc ego vereor ne moriar, & deducam vitam patris mei, & matris mea cum dolore super me in sepulcrum ipsorum: & filius alius non est eis qui sepeliet eos.*

℣. 16. Mirè concinit Auctor l. de voc. Gent. l. 2. c. 36. p. 35. c. d. nisi quòd delet hoc, *te debere*, & pro seq. *domo*, legit *genere*, ut & infra *scito*, pro *scio*. In Mſ. Germ. 15. sic: *Et dixit illi Raphael angelus: Non es memor mandatorum patris tui? Et nunc audi me frater, & noli timere dæmonium illum*, &c. ut sup. Eòdem recidunt Græca ista: Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ ἄγγελος· Οὐ μέμνησαι τῶν λόγων ὧν ἐνετείλατό σοι ὁ πατήρ σου, ὑπὲρ τοῦ λαβεῖν σε γυναῖκα ἐκ τῆς γένης σου; Καὶ νῦν ἄκουσόν μου ἀδελφὲ, ὅτι σοι ἔσται εἰς γυναῖκα· καὶ τοῦ δαιμονίου μηδένα λόγον ἔχε, ὅτι τὴν νύκτα ταύτην δοθήσεταί σοι αὕτη εἰς γυναῖκα. *Dixit autem ei angelus: Non meministi verborum quæ mandavit tibi pater tuus, super accipiendo te uxorem ex genere tuo? Et nunc audi me frater, quoniam tibi erit in uxorem; nec dæmonii ullam rationem habe, quia nocte ista dabitur tibi hæc ipsa in uxorem.*

℣℣. 18..... 22. Eadem prorsus refert Auct. l. de voc. Gent. l. 2. c. 36. p. 35. c. d. usque ad hoc, & *ibit tecum*; excipienda tamen hæc pauca circa initium: *Tolle de jecore piscis illius, & impone..... & odor manebit*; item infra, *Et nolite timere*, pro *noli timere*; reliqua ad verbum. Nonnulla pariter dissimilia in Mſ. Germ. 15. videlicet ista: *Et cùm intraveris in cubiculo, tolle de jocinera, & cor..... super carbones ignis ardentis: & odorabit illo dæmonium, & fugit, & non apparebit circa illam in perpetuo..... surgite ambo primùm, &..... Et nolite timere, tibi enim destinata est, & dispesita ante sæcula: &..... tecum; crede quoniam hab.....sicut fratres; noli vereri. Et cùm audisset Thobias Raphael angelum, quoniam soror..... hæsit cordi illius.* In Græco sic: Καὶ ἐὰν εἰσέλθῃς εἰς τὸν νυμφῶνα, λήψῃ τέφραν θυμιαμάτων, καὶ ἐπιθήσεις ἀπὸ τῆς καρδίας καὶ τοῦ ἥπατος τοῦ ἰχθύος, καὶ καπνίσεις· καὶ ὀσφρανθήσεται τὸ δαιμόνιον, καὶ φεύξεται, καὶ οὐκ ἐπανελεύσεται εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ὅταν δὲ προσπορεύῃ αὐτῇ, ἐγέρθητε ἀμφότεροι, καὶ βοήσατε πρὸς τὸν ἐλεήμονα Θεὸν, καὶ σώσει ὑμᾶς, καὶ ἐλεήσει. Μὴ φοβοῦ, ὅτι σοὶ αὕτη ἡτοιμασμένη ἦν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος· καὶ σὺ αὐτὴν σώσεις, καὶ πορεύσεται μετὰ σοῦ· καὶ ὑπολαμβάνω ὅτι σοὶ ἔσται ἐξ αὐτῆς παιδία. Καὶ ὡς ἤκουσε Τωβίας ταῦτα, ἐφίλησεν αὐτὴν, καὶ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐκολλήθη ὀφόδρα αὐτῇ· i. e. *Et si ingressus fueris in thalamum, sumes cinerem thymiamatum, & superpones de corde & jecore piscis, & facies fumigare; & olfaciet dæmonium, & fugiet, & non redibit iterum in sæculum sæculi. Quando autem accedes ad eam, surgite utrique, & clamate ad misericordem Deum, & salvabit vos, & miserebitur. Ne timeas, quoniam tibi hæc parata fuit à sæculo: & tu ipsam salvabis, & ibit tecum; & præsumo quia tibi erunt ex ipsa filii. Et ut audivit Tobias hæc, dilexit eam, & anima ipsius adhæsit valde ei.*

Digitized by Google

CAPUT VII.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Ex Mſs. Reg. & Germ. 1. ET cùm veniſſent in civitatem Ecbatanan, dicit Thobias angelo : Azarias frater, duc me viam rectam ad Raguhelem. Et venerunt, & invenerunt illum ſedentem in atrio, circa oſtium domus ſuæ, & ſalutaverunt illum priores. Et dixit Raguhel : Bene valeatis fratres, intrate ſalvi & ſani : & induxit illos in domum ſuam.	1. INgreſſi ſunt autem ad Raguelem, & ſuſcepit eos Raguel cum gaudio.
2. Et dixit Annæ uxori ſuæ : Quàm ſimilis eſt hic juvenis Thobis conſobrini mei !	2. Intuenſque Tobiam Raguel, dixit Annæ uxori ſuæ : Quàm ſimilis eſt juvenis iſte conſobrino meo !
3. Et interrogavit illos Anna, dicens : Unde eſtis fratres ? Et illi dixerunt : Ex filiis Nepthalim nos ſumus, ex captivis Ninive.	3. Et cùm hæc dixiſſet, ait : Unde eſtis juvenes fratres noſtri ? At illi dixerunt : Ex tribu Nephthali ſumus, ex captivitate Ninive.
4. Tunc illa dixit : Noſtis Thobin fratrem noſtrum ? Et dixerunt : Novimus. Et illa dixit : Fortis eſt ? Et illi dixerunt : Fortis eſt & vivit.	4. Dixitque illis Raguel : Noſtis Tobiam fratrem meum ? Qui dixerunt : Novimus.
5. Tunc Thobias dixit : Pater meus eſt, de quo quæris.	5. Cùmque multa bona loqueretur de eo, dixit angelus ad Raguelem : Tobias, de quo interrogas, pater iſtius eſt.
6. Et exſiliit Raguhel, & oſculatus eſt illum lacrymans,	6. Et miſit ſe Raguel, & cum lacrymis oſculatus eſt eum, & plorans ſupra collum ejus,
7. & dixit : Benedictio tibi ſit fili, quoniam boni & optimi viri filius es tu. O infelicitas malorum, quia excæcatus eſt vir juſtus, & faciens eleemoſynas ! Et incubuit lacrymans ſuper collum Thobiæ filii fratris ſui.	7. dixit : Benedictio ſit tibi fili mi, quia boni & optimi viri filius es.
8. Et Anna uxor ejus, & Sarra filia eorum, lacrymatæ ſunt.	8. Et Anna uxor ejus, & Sara ipſorum filia, lacrymatæ ſunt.
9. Et occiderunt arietem, & ſuſceperunt illos libenter : & poſtquam laverunt, diſcubuerunt ad cœnandum.	9. Poſtquam autem locuti ſunt, præcepit Raguel occidi arietem, & parari convivium. Cùmque hortaretur eos diſcumbere ad prandium,
10. Et dixit Thobias ad Raphahel angelum : Azarias frater, dic Raguheli ut det mihi Sarram ſororem meam. Et audivit Raguhel hunc ſermonem, & dixit illi : Manduca & bibe, & ſuaviter tibi ſit hac nocte : non eſt enim alius cui oporteat accipere Sarram filiam meam, quàm tu ; ſimiliter & mihi non licet illam dare alio viro, quàm tibi : tu proximus mihi es, & tibi Sarra.	10. Tobias dixit : Hic ego hodie non manducabo neque bibam, niſi priùs petitionem meam confirmes, & promittas mihi dare Saram filiam tuam.
11. Verum autem tibi dicam fili : tradidi illam	11. Quo audito verbo Raguel, expavit, ſciens

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Similiter in Mſ. Germ. 15. præter iſta : *Et cùm veniſſent..... Exbathanis, dixit..... Azaria fr. deduc me rectò in domum Raguel..... ſedentem circa oſtium, & ſalutaverunt..... Et ille dixit : Bene valeatis.* Græcè : Καὶ ἦλθεν εἰς Ἐκβάτανα, καὶ παρεγένετο εἰς τὴν οἰκίαν Ραγουήλ· καὶ Σάρρα δὲ ὑπήντησεν αὐτῷ, καὶ ἐχαιρέτισεν αὐτὸν, καὶ αὐτὸς αὐτούς· καὶ εἰσήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὴν οἰκίαν. *Et venit in Ecbatana, & advenit in domum Ragouel ; & Sarra verò occurrit ei, & ſalutavit eum, & ipſe eos ; & introduxit eos in domum.* Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. initio habet, Καὶ ἦλθεν, paulòque poſt, παρέγενοντο : exinde Alex. Σάρρα δὲ ὑπήντησεν αὐτοῖς, καὶ ἐχαρέτισεν αὐτούς, καὶ αὐτοὶ αὐτήν.

℣. 2. Ita Græcè, præter hoc, Ραγουὴλ Ἐδνα, loco *Annæ* ; item loco *Thobis conſobrini mei*, ſic, Τωβὶτ τῷ ἀνεψιῷ μου, abſque præced. *hic*, ante *juvenis* ; in Mſ. Alex. deeſt Ραγουήλ ; & in Germ. 15. Lat. exſtat *Tobi conſobrino meo.*

℣. 3. Mſ. Germ. 15. addit *vos*, poſt *unde*, ſicut ἀ, poſt *captivis* ; item ſcribit *Neptalim*, & *Nineve*. Græc. pro *Anna*, hab. Ραγουὴλ, omiſſo verbo *dicens*, uti paulò poſt, *illi* ; ſed poſt *dixerunt*, addit αὐτῷ, *ei*, ſicut ὦ, poſt *captivis*, deletque *nos ſumus ex.*

℣. 4. Græc. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Γινώσκετε Τωβὶτ τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν ; Οἱ δὲ εἶπαν· Γινώσκομεν. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ὑγιαίνει ; Οἱ δὲ εἶπαν· Καὶ ζῇ, καὶ ὑγιαίνει· *Et dixit eis : Noſcitis Thobit fratrem noſtrum ? Illi autem dixerunt : Noſcimus. Et dixit eis : Valet ? At illi dixerunt : Et vivit, & valet.* Mſ. Germ. 15. textui Lat. favet, niſi quòd delet vocem *illi*, ante 2. *dixerunt.*

℣. 5. Itidem in Mſ. Germ. 15. excepto ult. *interrogas*, pro *quæris*. In Græco, ipſo initio habetur καὶ, pro *tunc*, & in fine ſimpliciter, πατήρ μου ἐστί, abſque ſeq. *de quo quæris.*

℣. 6. Ita Græcè, excepto uno, ἠ ἔκλαυσε, & *ploravit*, pro *lacrymans*. In Mſ. Germ. 15. ad verbum ut ſup.

℣. 7. Mſ. Germ. 15. delet *tu*, poſt hoc, *filius es* ; cætera verbum è verbo, ut ſup. Græc. Καὶ εὐλόγησεν αὐτὸν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ὁ τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ ἀνθρώπου υἱός. Καὶ ἀκούσας ὅτι Τωβὶτ ἀπώλεσε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἑαυτοῦ, ἐλυπήθη, καὶ ἔκλαυσε. *Et benedixit ei, & dixit illi : Honeſti & boni hominis filius. Et audiens quia Tobit amiſit oculos ſuos, triſtatus eſt, & ploravit.*

℣. 8. Similiter in Mſ. Germ. 15. Græcè conſtanter Ἔδνα, pro *Anna* ; item αὐτοῦ, *ejus*, loco *eorum* ; cætera ut ſupra.

℣. 9. Mſ. Germ. 15. leg. *diligenter*, non *libenter*, uti *loti ſunt*, pro *laverunt*, & pro *diſcubuerunt*, ita, *tunc accubuerunt.* Græc. Καὶ ὑπεδέξαντο αὐτοὺς προθύμως· καὶ ἔθυσαν κριὸν προβάτων, καὶ παρέθηκαν ὄψα πολλά. *Et ſuſceperunt eos promptè ; & immolaverunt arietem ovium, & appoſuerunt obſonia plura.*

℣. 10. Ita Mſ. Germ. 15. habet, exceptis his : *Et dixit Tob. Rafaelo angelo : Azaria..... dic Raguelo..... quem oporteat..... ſiquidem non mihi illam licet dare alio.* Gr. Εἶπε δὲ Τωβίας τῷ Ῥαφαὴλ· Ἀζαρία ἀδελφὲ, λάλησον ὑπὲρ ὧν ἐλέγες ἐν τῇ πορείᾳ, καὶ τελεσθήτω τὸ πρᾶγμα. Καὶ μετέδωκε τὸν λόγον τῷ Ραγουήλ· καὶ εἶπε Ραγουὴλ πρὸς Τωβίαν· Φάγε, πίε, καὶ ἡδέως γίνου· Σοὶ γὰρ καθήκει τὸ παιδίον μου λαβεῖν. *Dixit autem Tobias Raphaeli : Azarias frater, loquere de quibus dicebas in itinere, & perficiatur negotium. Et communicavit verbum ipſi Ragouel : & dixit Ragouel ad Tobian : Manduca, bibe, & jucundè eſto : tibi enim convenit filiolam meam accipere.*

℣. 11. A Mſ. Germ. 15. abeſt *jam*, ante *viris*, ſicut *ergo*, ante *fili* ; exinde loco iſtorum, *hîc ego non edam*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

quid evenerit illis ſeptem viris, qui ingreſſi ſunt ad eam: & timere cœpit ne fortè & huic ſimiliter contingeret: & cùm nutaret, & non daret petenti ullum reſponſum,

12. dixit ei angelus: Noli timere dare eam iſti, quoniam huic timenti Deum debetur conjux filia tua: propterea alius non potuit habere illam.

13. Tunc dixit Raguel: Non dubito quòd Deus preces & lacrymas meas in conſpectu ſuo admiſerit.

14. Et credo quoniam ideo fecit vos venire ad me, ut iſta conjungeretur cognationi ſuæ ſecundùm legem Moyſi: & nunc noli dubium gerere quòd tibi eam tradam.

Num. 36. 6.

15. Et apprehendens dexteram filiæ ſuæ, dextræ Tobiæ tradidit, dicens: Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob vobiſcum ſit, & ipſe conjungat vos, impleatque benedictionem ſuam in vobis.

16. Et acceptâ chartâ, fecerunt conſcriptionem conjugii.

17. Et poſt hæc epulati ſunt, benedicentes Deum.

18. Vocavitque Raguel ad ſe Annam uxorem ſuam, & præcepit ei ut præpararet alterum cubiculum.

19. Et introduxit illuc Saram filiam ſuam, & lacrymata eſt.

20. Dixitque ei: Forti animo eſto filia mea: Dominus cœli det tibi gaudium pro tædio quod perpeſſa es.

VERSIO ANTIQUA.

jam viris ſeptem, fratribus noſtris; & omnes mortui ſunt, dum cum illa ſecedunt. Nunc ergo fili, manduca & bibe. Et dixit Thobias: Hic ego non edam quicquam neque bibam, donec mecum rem confirmes. *In Mſs. Reg. & Germ.*

13. Et Raguhel dixit: Ne dubites fili, facio quod vis. Et his dictis adjecit, dicens:

14. Tibi Sarra deſtinata eſt ſecundùm judicium libri Moyſi, & de cœlo judicatum eſt tibi illam dari. Accipe ſororem tuam, amodo tu illius frater es, & hæc tua ſoror eſt: datur tibi ex hodierno & in æternum. Et Dominus cœli bene diſponat vobis hanc noctem, & faciat vobis miſericordiam & pacem.

15. Et accerſivit Raguhel Sarram filiam ſuam, & acceſſit ad illum: & adprehenſa manu virginis, tradidit eam illi, & dixit: Ecce, accipe ſecundùm legem & judicium quod ſcriptum eſt in lege Moyſi, dare tibi hanc uxorem. Habe itaque, & duc illam ad patrem tuum fili, ſalvus & ſanus: & Deus de cœlo det vobis bonum iter, & pacem.

16. Et vocavit matrem & puellam, & præcepit afferri chartam, ut faceret conſcriptionem conjugii, quemadmodum tradidit illam uxorem ſecundùm judicium libri Moyſi. Et attulit mater illius chartam, & ille ſcripſit, & ſignavit.

17. Et ex illa hora cœperunt manducare & bibere.

18. Et vocavit Raguhel Annam uxorem ſuam, & dixit illi: Præpara cubiculum aliud, & introduc illuc puellam. Et abiit in cubiculum, & ſtravit ſicut illi dictum eſt.

19. Et introduxit filiam ſuam, & lacrymata eſt causâ illius: & exterſit lacrymas,

20. & dixit illi: Forti animo eſto filia: Dominus cœli det tibi gaudium pro tædio tuo. Et exiit inde.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

quicquam, ſimpliciter, *neque edam*; cætera ut ſup. In Græco ſic: Πλὴν ὑποδείξω σοι τὴν ἀλήθειαν· ἔδωκα τὸ παιδίον μου ἑπτὰ ἀνδράσι, καὶ ὁπότε ἐὰν εἰσεπορεύοντο πρὸς αὐτὴν, ἀπεθνήσκεν ὑπὸ τὴν νύκτα. Ἀλλὰ τὸ νῦν ἔχον ἡδέως γίνου. Καὶ εἶπε Τωβίας· Οὐ γεύσομαι οὐδὲν ὧδε, ἕως ἂν ποιήσῃς καθὼς εἶπε πρός με. *Veruntamen indicabo tibi veritatem: dedi puellam meam* (Mſ. Alex. delet μου) *ſeptem viris; & ſimul atque ingrediebantur ad eam, moriebantur ſub noctem. Sed in præſentia jucundè eſto. Et dixit Tobias: Non guſtabo quicquam hic, quoadusque ſteteris & ſtatuatis ante me.*

℣. 13. In Mſ. Germ. 15. hæc tantùm leguntur: *Et Raguel dixit: Facio*; omiſſis aliis. Item Græcè, Καὶ εἶπε Ῥαγουήλ· abſque ſeqq.

℣. 14. Similiter habet Mſ. Germ. 15. præter iſta: *Moſi*, pro *Μωυσῆ*, & infra ſic, & *hæc ſoror tua: datur tibi ex hodierna die*, & ..... *vobis hac nocte*, & *faciat vobiſcum*, &c. In Græco hæc ſolùm leguntur: Κομίζου αὐτὴν ἀπὸ τοῦ νῦν κατὰ τὴν κρίσιν· σὺ δὲ ἀδελφὸς εἶ αὐτῆς, καὶ αὐτή σου ἐστίν. Ὁ δὲ ἐλεήμων Θεὸς εὐοδώσει ὑμῖν τὰ κάλλιστα. *Duc illam ex nunc juxta judicium: tu vero frater es illius, & ipſa tui eſt. Miſericors autem Deus proſperabit vobis optima.*

℣. 15. Mſ. Germ. 15. delet *ecce*, circa medium; infra autem ſic hab. *in libro Moſi, dari tibi*..... *Habe*, & *duc illam*..... *ſalvus ies* & *ſanus: Deus cœli det tibi bonum iter* & *pacem*; cætera ut ſup. Græc. Καὶ ἐκάλεσε Σάῤῥαν τὴν θυγατέρα αὐτοῦ καὶ λαβὼν τῆς χειρὸς αὐτῆς, παρέδωκεν αὐτὴν Τωβίᾳ γυναῖκα, καὶ εἶπεν· Ἰδοὺ, κατὰ τὸν νόμον Μωυσέως κομίζου αὐτήν, καὶ ἄπαγε, πρὸς τὸν πατέρα σου. Καὶ εὐλόγησεν αὐτούς. *Et vocavit Sarram filiam ſuam: & ſumens manum ejus, tradidit eam Tobiæ uxorem, & dixit: Ecce, ſecundùm legem Moyſi duc eam, & adduc ad patrem tuum. Et benedixit eis.*

℣. 16. Una vox tantùm variat in Mſ. Germ. 15. nempe iſta, *puellæ*, loco & *puellam*. Græc. Καὶ ἐκάλεσεν Ἔδναν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ λαβὼν βιβλίον, ἐγράψε συγγραφὴν, καὶ ἐσφραγίσατο. *Et vocavit Ednam uxorem ſuam: & ſumens librum, ſcripſit ſyngraphum, & obſignavit.*

℣. 17. Græcè ſimpliciter: Καὶ ἤρξαντο ἐσθίειν.

℣. 18. Vox *aliud* abeſt à Mſ. Germ. 15. legitur autem *induc*, pro *introduc*, ſicut inf. *in ſecretum*, pro *in cubiculum*; cætera ut ſup. Græc. conſtanter ſcribit Ἔδναν, non *Annam*, præponitque vocem ἀδελφὴ, *ſoror*, verbo *præpara*; loco verò *cubiculum aliud*, hab. ἕτερον ταμεῖον, quod idem valet; ut & αὐτὴν, *eam* ſimpliciter, loco *illuc puellam*; dein & ultimò, καὶ ἐποίησεν ὡς εἶπε, & *fecit ſicut dixit*; prætermiſſis aliis.

℣. 19. In Mſ. Germ. 15. conſtanter *induxit*, pro *introduxit*, cæt. ut ſup. Græc. loco *filiam ſuam*, hab. αὐτὴν ἐκεῖ, *eam illuc*, abſque ſeq. *causa illius*; loco verò *exterſit*, ἀπεδέξατο, *ſuſcepit*, hoc addito in fine, τῆς θυγατρὸς αὐτῆς, *filiæ ſuæ*.

℣. 20. Græc. initio hab. Θάρσει, *Confide*, pro *Forti animo eſto*, addito iſto, καὶ τῆς γῆς, & *terræ*, ad vocem *cœli*; item hab. χάριν, *gratiam*, non *gaudium*; editt. verò Ald. & Compl. legunt χαρὰν; demum pro *tædio tuo*, ſic, τῆς λύπης σου ταύτης, *triſtitia tua hac*, abſque ſeq. & *exiit inde*; hujus tamen ult. loco repetit, Θάρσει θύγατερ, *Confide filia*.

Digitized by Google

CAPUT VIII.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Mſ. Reg. & Germ. 1. ET poſtquam conſummaverunt cœnam, voluerunt dormire; & deduxerunt juvenem, & induxerunt illum in cubiculum.	1. POſtquam verò cœnaverunt, introduxerunt juvenem ad eam.
2. Et rememoratus eſt Thobias ſermonum Raphahel angeli: & ſuſtulit de ſacculo quem habebat, cor & jecor piſcis, & impoſuit ſuper carbones vivos.	2. Recordatus itaque Tobias ſermonum angeli, protulit de caſſidili ſuo partem jecoris, poſuitque eam ſuper carbones vivos.
3. Et odor piſcis prohibuit dæmonium, & refugit in ſuperiores partes Ægypti. Et abiit Raphahel angelus, & conligavit eum ibi, & reverſus eſt continuò.	3. Tunc Raphael angelus apprehendit dæmonium, & religavit illud in deſerto ſuperioris Ægypti.
4. Et exierunt, & clauſerunt oſtium cubiculi. Et ſurrexit Thobias de lecto, & dixit Sarræ: Surge ſoror, oremus & deprecemur Deum, ut faciat miſericordiam nobiſcum.	4. Tunc hortatus eſt virginem Tobias, dixitque ei: Sara, exſurge, & deprecemur Deum hodie, & cras, & ſecundum cras: quia his tribus noctibus Deo jungimur: tertia autem tranſacta nocte, in noſtro erimus conjugio:
	5. filii quippe ſanctorum ſumus, & non poſſumus ita conjungi, ſicut gentes quæ ignorant Deum.
6. Et ſurrexerunt, & cœperunt orare & deprecari Dominum, ut daretur illis ſanitas.	6. Surgentes autem pariter, inſtanter orabant ambo ſimul, ut ſanitas daretur eis.
7. Et dixerunt: Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum, & benedictum nomen tuum in omnia ſæcula ſæculorum: & benedicant tibi cœli, & omnis creatura tua.	7. Dixitque Tobias: Domine Deus patrum noſtrorum, benedicant te cœli & terræ, mareque, & fontes, & flumina, & omnes creaturæ tuæ, quæ in eis ſunt.
8. Tu feciſti Adam, & dediſti illi adjutorium Evam, & ex his multiplicaſti ſemen hominum.	8. Tu feciſti Adam de limo terræ, dediſtique ei adjutorium Hevam. *Gen. 2. 7.*
9. Et nunc Domine tu ſcis, quoniam non luxuriæ causâ accipio uxorem ſororem meam, ſed ipſa veritate,	9. Et nunc Domine tu ſcis, quia non luxuriæ causâ accipio ſororem meam conjugem, ſed ſola poſteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in ſæcula ſæculorum.
10. ut miſererearis noſtri Domine, & conſeneſcamus pariter ſani cum pace; & da nobis filios in benedictione. Et dixerunt, Amen: & receperunt ſe.	10. Dixit quoque Sara: Miſerere nobis Domine, miſerere nobis, & conſeneſcamus ambo pariter ſani.
11. Et ſurrexit Raguhel, & accerſivit ſervos ſuos, & abierunt cum illo, & foderunt foveam per noctem.	11. Et factum eſt circa pullorum cantum, accerſiri juſſit Raguel ſervos ſuos, & abierunt cum eo pariter ut foderent ſepulcrum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Germ. 15. delet hoc, & *deduxerunt juvenem*, unà cum Græco, à quo præterea abeſt iſtud, *voluerunt dormire*; loco verò *cœnam*, legitur ibid. Δειπνῆσαι, *cœnantes*, ut & loco *illum in cubiculum*, ſic, Τωβίαν πρὸς αὐτήν, *Tobiam ad eam*, abſque præced. & ; deeſt pariter & initio, ſed ejus loco ſubjicitur δέ.

℣. 2. Abeſt nomen *Tobias*, à Mſ. Germ. 15. & in fine loco *vivos*, exſtat *ignis:* in Græco ſic: Ὁ δὲ πορευόμενος, ἐμνήσθη τῶν λόγων Ῥαφαὴλ· καὶ ἔλαβε τὴν τέφραν τῶν θυμιαμάτων, καὶ ἐπέθηκε τὴν καρδίαν τοῦ ἰχθύος καὶ τὸ ἧπαρ, καὶ ἐκάπνισεν. *Ille autem vadens, recordatus eſt verborum Raphael: & ſumpſit cinerem thymiamatum, & ſuperpoſuit cor piſcis & jecur, & fecit fumigare.*

℣. 3. Concinit Mſ. Germ. 15. Græc. Ὅτε δὲ ὠσφράνθη τὸ δαιμόνιον τῆς ὀσμῆς, ἔφυγεν εἰς τὰ ἀνώτατα Αἰγύπτου, καὶ ἔδησεν αὐτὸ ὁ ἄγγελος. *Quando autem olfecit dæmonium odorem, fugit in ſuperiora Ægypti, & ligavit ipſum angelus.*

℣. 4. Mſ. Germ. 15. ſcribit *cluſerunt*, non *clauſerunt*, omittitque &, poſt *cubiculi;* tum addit *exſurrexit*, ponitque *à*, pro *de*, & *Dominum*, loco *Deum*. Græcè pro his, *Et exierunt..... cubiculi*, ſic, Ὡς δὲ ζυνεκλείσθησαν ἀμφότεροι, *Ut autem concluſi ſunt utrique*, abſque ſeq. &, nec non vocibus *Sarræ*, & *oremus*, & *Deum;* loco verò ultim. *ut faciat miſericordiam nobiſcum*, ita, ἵνα ἐλεήσῃ ἡμᾶς ὁ Κύριος, *ut miſereatur noſtri Dominus.*

℣. 6. Mſ. Germ. 15. delet vocem *Dominum*, habetque *detur*, pro *daretur;* nihil autem iſtorum habetur in Græco.

℣. 7. Eadem refert Auguſt. l. 3. de doctr. Chr. to. 3. col. 53. e. niſi quòd pro & *dixerunt*, hab. *ait enim*, ut infra, *benedicant te*, non *tibi*, abſque præced. &. In Mſ. Germ. 15. deeſt & *dixerunt*, uti paulò poſt vox *omnia;* at infra legitur, *benedicat te cœlum*, abſque præced. &, nec non *tua*, in fine. In Græco ſic: Καὶ ἤρξαντο Τωβίας λέγειν, *Et cœpit Tobias dicere*, loco & *dixerunt;* deinde ut in Lat. ſupra, demtis tamen vocibus ſeqq. *Domine*, & *omnia*, & *ſæculorum;* additis verò his, poſt *tuum*, τὸ ἅγιον καὶ ὑψηλόν, *ſanctum & glorioſum:* ultimò etiam ſic, πᾶσαι αἱ κτίσεις σου, num. plurali.

℣. 8. Ita legitur apud Aug. l. 3. de doctr. Chr. to. 3. 53. e. & in Mſ. Germ. 15. ſed utrobique omittuntur ſeqq. & *ex his multiplicaſti ſemen hominum.* Græcum etiam cum textu concinit, niſi quòd loco *adjutorium*, habet βοηθὸν, *adjutricem*, additis his ad *Evam*, σύστημα τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, *firmamentum uxorem ejus*, abſque ſeq. &; item loco *multiplicaſti*, ſic, ἐγενήθη, *natum eſt.*

℣. 9. Sic habet Auguſt. ad verbum, tum l. 3. de doctr. Chr. to. 3. 53. e. tum l. 22. cont. Fauſt. to. 8. col. 383. a. præter vocem *uxorem*, quam delet. Sic etiam in Mſ. Germ. 15. à quo pariter abeſt vox *uxorem*. Gr. nonnihil differt; deletis nempe his, *tu ſcis*, *quoniam*, ſic hab. οὐ διὰ πορνείαν ἐγὼ λαμβάνω, *non propter fornicationem ego accipio*, & in fine, ἐπ' ἀληθείας, *in veritate;* tollit verò præced. *uxorem*, additque ταύτην, *iſtam*, ad *meam*. Auctor op. imp. in Matth. hom. 1. p. 24. b. legit: *Domine tu ſcis, quia non propter libidinem accepi uxorem, ſed propter liberos procreandos.*

℣. 10. Similiter apud Aug. l. 3. de doctr. Chr. 53. e. *ut miſererearis noſtri Domine.* A Mſ. Germ. 15. abeſt *ut*, ſed reponitur infra, loco ſeq. &: abſunt pariter iſta: *cum pace;* & *da nobis filios in benedictione.* In Græco ſic: Ἐπίταξον ἐλεηθῆναί με, καὶ αὐτῇ συγκαταγηρᾶσαι. Καὶ εἶπε μετ' αὐτῆς, Ἀμήν· καὶ ἐκοιμήθησαν ἀμφότεροι τὴν νύκτα. *Præcipe miſereri mei, & ei conſeneſcere. Et dixit ſecum, Amen:* & *dormierunt utrique nocte.*

℣. 11. Mſ. Germ. 15. hab. *vocavit*, pro *accerſivit*, abſque præced. &; item infra, *fodiit foſſa*, loco *foderunt foveam*, detracto ult. *per noctem*. In Græco ſimpliciter: Καὶ ἀναστὰς Ῥαγουὴλ ἐπορεύθη, καὶ ὤρυξε τάφον, λέγων· Εἰ

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

12. Dicebat enim : Ne fortè ſimili modo evenerit ei, quo & cæteris illis ſeptem viris, qui ſunt ingreſſi ad eam.

13. Cùmque paraſſent foſſam, reverſus Raguel ad uxorem ſuam, dixit ei :

14. Mitte unam ex ancillis tuis, & videat ſi mortuus eſt, ut ſepeliam eum antequam illuceſcat dies.

15. At illa miſit unam ex ancillis ſuis. Quæ ingreſſa cubiculum, reperit eos ſalvos & incolumes, ſecum pariter dormientes.

16. Et reverſa, nunciavit bonum nuncium : & benedixerunt Dominum, Raguel videlicet, & Anna uxor ejus,

17. & dixerunt : Benedicimus te Domine Deus Iſraël, quia non contigit quemadmodum putabamus.

18. Feciſti enim nobiſcum miſericordiam tuam, & excluſiſti à nobis inimicum perſequentem nos.

19. Miſertus es autem duobus unicis. Fac eos Domine plenìùs benedicere te : & ſacrificium tibi laudis tuæ & ſuæ ſanitatis offerre, ut cognoſcat univerſitas gentium, quia tu es Deus ſolus in univerſa terra.

20. Statimque præcepit ſervis ſuis Raguel, ut replerent foſſam, quam fecerant, priuſquam eluceſceret.

21. Uxori autem ſuæ dixit ut inſtrueret convivium, & præpararet omnia, quæ in cibos erant iter agentibus neceſſaria.

22. Duas quoque pingues vaccas, & quatuor arietes occidi fecit, & parari epulas omnibus vicinis ſuis, cunctiſque amicis.

23. Et adjuravit Raguel Tobiam, ut duas hebdomadas moraretur apud ſe.

24. De omnibus autem, quæ poſſidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobiæ, & fecit

VERSIO ANTIQUA.

12. Dicebat enim : Ne fortè moriatur Thobias, & omnibus fiam deriſio & opprobrium. *Ex Mſ. Reg. & Germ.*

13. Et conſummaverunt foſſuram. Reverſus eſt Raguhel domum, & vocavit uxorem ſuam, & dixit :

14. Mitte unam ex ancillis ad cubiculum, & videat ſi vivit, an mortuus eſt, ut ſepeliamus illum nemine ſciente.

15. Et miſit unam ex ancillis. Et accenſâ lucernâ, aperuit oſtium, & intravit, & invenit illos pariter dormientes.

16. Et reverſa, nunciavit illum vivere, & nihil mali paſſum : & benedixit Raguhel Deum cœli,

17. dicens : Benedictus es Domine omni benedictione ſancta & munda : & benedicant tibi omnes electi tui, & omnis creatura tua benedicat tibi, in omnia ſæcula ſæculorum. Benedictus es, quoniam lætificaſti me, & non contigit mihi ſicut putabam ;

18. ſed ſecundùm magnam miſericordiam tuam egiſti nobiſcum.

19. Benedictus es, quia miſertus es duorum unicorum. Fac cum illis Domine miſericordiam, & da ſanitatem : & conſumma vitam eorum cum miſericordia, & lætitia.

20. Et præcepit ſervis ſuis, ut replerent foſſam quam fecerant, priuſquam luceſceret.

21. Et præcepit uxori ſuæ, ut faceret panes multos.

22. Et abiit ipſe ad gregem, & adduxit vaccas duas, & quatuor arietes, & juſſit præparari.

23. Et vocavit Thobiam, & juravit illi, dicens : His diebus quatuordecim hinc non recedes ; ſed hîc eris manducans & bibens mecum, & lætificabis animam filiæ meæ, multis adflictam doloribus.

24. Et ex eo quod poſſideo, accipe partem dimidiam, & vade ſalvus & ſanus cum pace ad

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſurgens Raguel ivit, & fodit ſepulcrum, dicens.

℣. 12. In Mſ. Germ. 15. habetur *deriſus ſum*, loco *fiam deriſio*, abſque hoc in fine, & *opprobrium :* Græcè ſimpliciter : λέγων· Μὴ ὧδε ἔτος ἀποθάνῃ; *dicens : Nonne & hic morietur ?*

℣. 13. Mſ. Germ. 15. ipſo initio hab. *Et ut*, ſicut *foſſam*, loco *foſſuram*, detracta voce *domum*. Græc. omiſſis antecedentibus, hab. Καὶ ἦλθε Ῥαγουὴλ εἰς τὸν οἶκον ἑαυτοῦ, καὶ εἶπεν Ἔδνα τῇ γυναικὶ αὐτοῦ. *Et venit Raguel in domum ſuam, & dixit Ednæ uxori ſuæ.*

℣. 14. Abeſt à Mſ. Germ. 15. iſtud, *ad cubiculum*, ſicut à Græco textu ; item pro ſeq. &, exſtat *ut*, uti *aut*, loco *an*. In Græco ſic, καὶ ἴδωσιν, & *videant*, (in edit. tamen Compl. εἰδέτω ;) ſubinde loco *an mortuus eſt*, ita, εἰ δὲ μή, *ſi autem non ;* & in fine ſic, καὶ μηδεὶς γνῷ, & *nemo ſciat.*

℣. 15. Græcè ſimpliciter : Καὶ εἰσῆλθεν ἡ παιδίσκη ἀνοίξασα τὴν θύραν, καὶ εὗρε τοὺς δύο καθεύδοντας. *Et intravit ancilla aperiens januam, & invenit ambos dormientes.*

℣. 16. In Mſ. Germ. 15. legitur *regreſſa*, non *reverſa ;* item omittitur *Raguel*, & loco *Deum*, hab. *Dominum*. In Græco ſic : Καὶ ἐξελθοῦσα, ἀπήγγειλεν αὐτοῖς ὅτι ζῇ· *Et egreſſa, annuntiavit eis quia vivit ;* omiſſis his, & *nihil mali paſſum*, cum voce ult. *cæli.*

℣. 17. Mſ. Germ. 15. *Benedictus Deus omni benedictione, ſancte & munde : benedicant te omnes ſancti tui, in ſæculum ſæculi. Benedictus es, quoniam*, &c. ut ſup. Græc. initio pro *Domine*, hab. Σὺ ὁ Θεὸς ὢν, *tu Deus in*, & infra, loco *tibi omnes electi*, &c. ita : Σὲ οἱ ἅγιοί Σου, καὶ πᾶσαι αἱ κτίσεις Σου, καὶ πάντες οἱ ἄγγελοί Σου, καὶ οἱ ἐκλεκτοί Σου εὐλογείτωσάν Σε· εἰς τοὺς αἰῶνας· *te ſancti tui, & omnes creaturæ tuæ, & omnes angeli tui, & electi tui benedicant te, in ſæcula ;* deinde ut in Lat. ſupra.

℣. 18. Ita Græcè, præter unum πολὺ, *multam*, loco *magnam ;* neutrum legitur in Mſ. Germ. 15.

℣. 19. In Mſ. Germ. 15. ita : *Et benedictus es, quoniam..... duobus unicis ;* exinde deletur *da*, ut & inf. vox *miſericordia*. Græc. his tantùm differt à textu Lat. nempe habet μονογενεῖς, *unigenitorum*, loco *unicorum*, deletque *cum*, poſt *fac ;* item infra tollit hoc, & *da ſanitatem* & ; ſed poſt *eorum*, addit ἐν ὑγιείᾳ, *in ſanitate*, deinde μετ' εὐφροσύνης, &c. ut ſup.

℣. 20. Mſ. Germ. 15. *Tunc præcepit..... ut implerent foveam quam fecerunt, priuſquam luciſceret.* Græcè ſimpliciter : Ἐκέλευσε δὲ τοῖς οἰκέταις χῶσαι τὸν τάφον· *Juſſit autem famulos exaggerare ſepulcrum.*

℣. 21. Hæc abſunt à Græco : in Mſ. verò Germ. 15. habetur *facere*, loco *ut faceret.*

℣. 22. Horum loco Græcè legitur : Καὶ ἐποίησεν αὐτοῖς γάμον ἡμερῶν δεκατεσσάρων· *Et fecit eis nuptias diebus quatuordecim.* In Mſ. Germ. 15. omnia ut in Lat. ſup. præter duo, *greges*, pro *gregem*, & in fine, *parari prandium.*

℣. 23. Hæc pauca variant ſub finem in Mſ. Germ. 15. nempe *penes me*, pro *mecum ;* deinde ſic, & *conlætabis animam meam & filiæ*, &c. Græc. Καὶ εἶπεν αὐτῷ Ῥαγουὴλ, πρὶν συντελεσθῆναι τὰς ἡμέρας τοῦ γάμου, ἐνόρκως μὴ ἐξελθεῖν αὐτὸν, ἐὰν μὴ πληρωθῶσιν αἱ δεκατέσσαρες ἡμέραι τοῦ γάμου. *Et dixit ei Raguel, antequam conſummarentur dies nuptiarum, cum juramento non exire eum, niſi impleti fuerint quatuordecim dies nuptiarum.*

℣. 24. Similiter in Mſ. Germ. 15. exceptis his, *ibis*,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

In Mſs. Reg. & Germ. patrem tuum; & alia dimidia pars, cùm mortui fuerimus, ego, & uxor mea, veſtra erit. Forti animo eſto fili, ego pater tuus ſum, & Anna mater tua; tui ſumus nos, & ſororis tuæ, amodo, & in perpetuo.

VULGATA NOVA.

ſcripturam, ut pars dimidia, quæ ſupererat poſt obitum eorum, Tobiæ dominio deveniret.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

pro *vade*, abſque ſeq. *cum pace*; item infra, *amodo*, loco *ſum*, paulòque poſt, *nunc*, pro *amodo*. In altero Germ. 4. legitur *ſoreri*, non *ſororis*. In Græco hæc tantùm exſtant: Καὶ τότε λαβόντα τὸ ἥμισυ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ, πορεύεσθαι μετ' ὑγείας πρὸς τὸν πατέρα· καὶ τὰ λοιπὰ, ὅταν ἀποθάνω, καὶ ἡ γυνή μου. *Et tunc accipientem dimidium poſſeſſionum ejus, ire cum ſanitate ad patrem; & reliqua cùm mortuus fuero, & uxor mea.*

CAPUT IX.

VERSIO ANTIQUA.

In Mſs. Reg. & Germ. 1. TUnc accerſivit Thobias Raphahel angelum, & dixit illi:

3. Azarias frater, adſume tecum hinc ſervos quatuor, & camelos duos, & perveni in civitatem Rages ad Gabelum: & da illi chirographum ſuum, & recipe pecuniam, & accerſi illum ad nuptias.

4. Scis enim quoniam numerat dies pater meus: & ſi tardavero una plus die, contriſtabo animam ejus.

5. Sed vides quomodo Raguhel juraverit, cujus jusjurandum ſpernere non poſſumus.

6. Et abiit Raphahel angelus cum quatuor ſervis, & duobus camelis, in civitatem Rages: & manſerunt penes Gabelum, & dedit illi Raphahel chirographum ſuum.

7. Et indicavit illi de Thobia filio Thobi, quoniam accepit uxorem filiam Raguhel, & rogat illum ad nuptias. Et continuò ſurrexit, & adſignavit illi ſaccos cum ſuis ſigillis, & compoſuerunt illos ſupra camelos; & vigilaverunt ſimul, & venerunt ad nuptias.

8. Et invenit Gabelus Thobiam diſcumbentem: & exſilivit, & ſalutavit, & oſculatus eſt eum: & lacrymatus eſt Gabelus, & benedixit Deum,

9. dicens: Benedictus Dominus qui dedit tibi pacem, bone & optime vir, quoniam boni, & optimi, & juſti viri, eleemoſynas facientis filius es: & benedictus tu fili.

10. Det tibi benedictionem Dominus cœli, &

VULGATA NOVA.

1. TUnc vocavit Tobias angelum ad ſe, quem quidem hominem exiſtimabat, dixitque ei: Azaria frater, peto ut auſcultes verba mea.

2. Si me ipſum tradam tibi ſervum, non ero condignus providentiæ tuæ.

3. Tamen obſecro te, ut aſſumas tibi animalia ſive ſervitia, & vadas ad Gabelum in Rages civitatem Medorum: reddaſque ei chirographum ſuum, & recipias ab eo pecuniam, & roges eum venire ad nuptias meas.

4. Scis enim ipſe quoniam numerat pater meus dies: & ſi tardavero una die plus, contriſtatur anima ejus.

5. Et certè vides quomodo adjuravit me Raguel, cujus adjuramentum ſpernere non poſſum.

6. Tunc Raphael aſſumens quatuor ex ſervis Raguelis, & duos camelos, in Rages civitatem Medorum perrexit: & inveniens Gabelum, reddidit ei chirographum ſuum, & recepit ab eo omnem pecuniam.

7. Indicavitque ei de Tobia filio Tobiæ, omnia quæ geſta ſunt: fecitque eum ſecum venire ad nuptias.

8. Cùmque ingreſſus eſſet domum Raguelis, invenit Tobiam diſcumbentem: & exſiliens, oſculati ſunt ſe invicem: & flevit Gabelus, benedixitque Deum,

9. & dixit: Benedicat te Deus Iſraël, quia filius es optimi viri, & juſti, & timentis Deum, & eleemoſynas facientis:

10. & dicatur benedictio ſuper uxorem tuam,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. In Græco ſic: Καὶ ἐκάλεσε, *Et vocavit*, loco *Tunc accerſivit*, abſque ſeq. *angelum*; in Mſ. Germ. 15. omnia ut ſup. præter ultimum, *dicens*, pro & *dixit illi*.

℣. 3. Variant nonnulla in Mſ. Germ. 15. videlicet, *Azaria..... tibi hinc..... duo*, & *perge in civitatem.....* & *redde illi chirographum.....* & *voca illum ad nuptias*. Græc. hab. παῖδα, *puerum*, loco *hinc ſervos quatuor*; paulòque poſt, ἐν Ῥάγοις τῆς Μηδίας, pro *in civitatem Rages*, prætermiſſis his, & *da illi chirogr. ſuum*; loco verò *recipe*, ita, κόμισαί μοι, *affer mihi*; & pro *accerſi illum*, αὐτὸν ἄγε μοι, *ipſum adduc mihi*; cætera ut ſup.

℣. 4. Mſ. Germ. 15. ſic habet, *Dies pater numerat*. Gr. ita: Διότι ὀμώμοκε Ῥαγουὴλ μὴ ἐξελθεῖν με· καὶ ὁ πατήρ μου ἀριθμεῖ τὰς ἡμέρας· καὶ ἐὰν χρονίσω μέγα, ὀδυνηθήσεται λίαν. *Quoniam juravit Raguel non exire me: & pater meus numerat dies; & ſi tardavero valde, triſtabitur nimis.*

℣. 5. Græcè nil habetur de his, præter hoc quod legitur ℣. præced. In Mſ. verò Germ. 15. omnia ut in Lat. ſup. exceptis his, *Vides enim quoniam Raguel..... cujus juramentum.*

℣. 6. Abeſt nomen *Raphahel* ſub finem, à Mſ. Germ. 15. ſicut à Græco textu iſta, *angelus cum quatuor ſervis*, & *duobus camelis in civitatem Rages*; loco verò verbi *manſerunt*, legitur ηὐλίσθη, *manſit*, abſque ſeqq. *Raphahel*, & *ſuum*.

℣. 7. Mſ. Germ. 15. delet hoc, *filiam Raguel*; loco verò *rogat*, hab. *rogavit*; item pro his, *ſurrexit* & *adſignavit*, &c. iſta: *reſtituit illi pecuniam cum ſaculis ſuis* & *ſigillis*; & *venerunt ad nuptias*, omiſſis intermediis. In Græco etiam pauciora, nempe ſeqq. Ὃς δὲ προήνεγκε τὰ θυλάκια ἐν ταῖς ἁμαξαγίσι, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ. Καὶ ὠρθρευσαν κοινῶς, καὶ ἦλθον εἰς τὸν γάμον. *Ille autem protulit arculas in ſigillis*, & *dedit ei. Et diluculo ſurrexerunt unà*, & *venerunt ad nuptias*; cætera verò deſunt.

℣. 8. De his omnibus, ne verbum quidem exſtat in Græco. In Mſ. verò Germ. 15. ita: *Et invenit Tobiam accumbentem*: & *exſilivit*, & *ſalutavit illum*, & *lacrymatus eſt*; prætermiſſis aliis.

℣. 9. Mſ. Germ. 15. hæc admittit ſola: *dicens: Boni*, & *optimi*, & *juſti viri*, & *elimoſyna facientis filius*. In Græco verò textu etiam iſta deſunt cum aliis.

℣. 10. Rurſum pauciora leguntur in Mſ. Germ. 15. nempe ſic: *Benedictionem det tibi Dominus cœli*, & *uxori tuæ*: & *benedicat Deus Tobi conſubrinum meum*. In Græco hoc ſolum: Καὶ εὐλόγησε Τωβίας τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· *Et benedixit Tobias uxori ſuæ.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& ſuper parentes veſtros:

VERSIO ANTIQUA.

uxori tuæ, & patri & matri uxoris tuæ: & benedictus Deus, quoniam video Thobi conſubrini mei ſimilem. *Ex Mſs. Reg. & Germ.*

VULGATA NOVA.

11. & videatis filios veſtros, & filios filiorum veſtrorum, uſque in tertiam & quartam generationem: & ſit ſemen veſtrum benedictum à Deo Iſraël, qui regnat in ſæcula ſæculorum.

12. Cùmque omnes dixiſſent, Amen, acceſſerunt ad convivium: ſed & cum timore Domini nuptiarum convivium exercebant.

CAPUT X.

VULGATA NOVA.

1. CUm verò moras faceret Tobias, causâ nuptiarum, ſollicitus erat pater ejus Tobias, dicens: Putas quare moratur filius meus, aut quare detentus eſt ibi?

2. Putaſne Gabelus mortuus eſt, & nemo reddet illi pecuniam?

3. Cœpit autem contriſtari nimis ipſe, & Anna uxor ejus cum eo: & cœperunt ambo ſimul flere: eò quòd die ſtatuto minimè reverteretur filius eorum ad eos.

Sup. 5. 23. 4. Flebat igitur mater ejus irremediabilibus lacrymis, atque dicebat: Heu heu me fili mi, utquid te miſimus peregrinari, lumen oculorum noſtrorum, baculum ſenectutis noſtræ, ſolatium vitæ noſtræ, ſpem poſteritatis noſtræ.

5. Omnia ſimul in te uno habentes, te non debuimus dimittere à nobis.

6. Cui dicebat Tobias: Tace, & noli turbari, ſanus eſt filius noſter: ſatis fidelis eſt vir ille, cum quo miſimus eum.

7. Illa autem nullo modo conſolari poterat, ſed quotidie exſiliens circumſpiciebat, & circuibat vias omnes, per quas ſpes remeandi videbatur, ut procul videret eum, ſi fieri poſſet, venientem.

8. At verò Raguel dicebat ad generum ſuum: Mane hìc, & ego mittam nuncium ſalutis de te ad Tobiam patrem tuum.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET quotidie computabat Thobis dies, quibus iret & reverteretur filius ejus. Et poſtquam conſummati ſunt dies, & filius ejus non veniebat, dixit: Nunquid detentus eſt Thobias? *Ex Mſs. Reg. & Germ.*

2. Aut fortè Gabelus mortuus eſt, & nemo illi reddidit pecuniam.

3. Et contriſtari cœpit; & Anna uxor illius dicebat: Periit filius meus, & jam non eſt inter vivos: quare tardat?

4. Et cœpit plorare, & lugere filium ſuum, dicens: Væ mihi fili, quæ te dimiſi ire, lumen oculorum meorum.

6. Cui Thobis dicebat: Tace, noli contriſtari ſoror, ſalvus eſt filius noſter; ſed aliqua forſitan mora detinet illos: homo enim, qui cum illo ivit, fidelis eſt, & ex fratribus noſtris. Noli tædiari pro illo ſoror, jam venit.

7. Et illa dicebat: Tace, moleſtus es mihi: noli me ſeducere, periit filius meus. Et exſiliens circumſpiciebat viam, qua filius ejus profectus erat, & nihil guſtabat: & cùm occidiſſet ſol, introibat, & lugebat lacrymans tota nocte, & non dormiebat.

8. [9.] Et ut conſummati ſunt quatuordecim dies nuptiarum, de quibus juraverat Raguhel, exiit ad illum Thobias, & dixit illi: Dimitte me; ſcio enim, quia pater meus & mater mea non credunt ſe viſuros me. Nunc itaque peto pater, & dimittas me, ut eam ad patrem meum: jam tibi indicavi quomodo illum reliquerim.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter in Mſ. Germ. 15. uſque ad hæc, & *filius ejus non veniebat*, quæ abſunt; horum tamen loco habetur, & *pater illius dixit;* deinde ſic, *Ne fortè detentus eſt ibi.* In Græco: Καὶ Τωβὶτ ὁ πατὴρ αὐτῦ ἐλογίζετο ἑκάστης ἡμέρας. Καὶ ὡς ἐπληρώθησαν αἱ ἡμέραι τῆς πορείας, καὶ οὐκ ἤρχετο, εἶπε· Μήποτε καθήχυνται; *Et Tobit pater ejus computabat unumquemque diem. Et poſtquam impleti ſunt dies itineris, & non veniebat, dixit: Nunquid fortè confuſi fuerunt?*

℣. 2. In Mſ. Germ. 15. ſic: *Aut nunquid Gabelus mortuus eſt, & nemo illi reddet pecuniam?* Germ. 4. habet *illis*, non *illi*. Græc. Ἢ μήποτε ἀπέθανε Γαβαὴλ, καὶ οὐδεὶς αὐτῷ δίδωσι τὸ ἀργύριον;

℣. 3. Mſ. Germ. 15. tollit *jam*, poſt vocem *meus*, & pro *tardat*, hab. *tardatur*. In Græco ſic: Καὶ ἐλυπεῖτο λίαν· εἶπε δὲ αὐτῷ ἡ γυνή· Ἀπώλετο τὸ παιδίον, διότι κεχρόνικε. *Et triſtabatur nimis; dixit autem ei uxor: Periit puer, quandoquidem tardavit.*

℣. 4. Mſ. Germ. 15. habet *lacrymari*, loco *plorare*; & infra, *qui te dimittebam*, pro *quæ te dimiſi*. In Græco ſic: Καὶ ἤρξατο θρηνεῖν αὐτὸν, καὶ εἶπεν· Οὐ μέλει μοι τέκνον, ὅτι ἀπῆκά σε, τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν μου. *Et cœpit flere eum, & dixit: Non mihi curæ eſt fili, quia dimiſi te, lumen oculorum meorum.*

℣. 6. Hæc ſolùm habentur Græcè: Καὶ Τωβὶτ λέγει αὐτῇ· Σίγα, μὴ λόγον ἔχε, γύναι· *Et Tobit dicit ei: Tace, ne ſollicita ſis, valet.* At in Mſ. Germ. 15. leguntur ut ſup. exceptis ſeqq. & initio, pro *cui*, paulòque poſt, *feſtinare*, pro *contriſtari*, demtis his, *ſoror*, & *filius noſter;* ſubinde ſic, *fortaſſe mora tenet illos: ſed & homo qui*, loco *forſitan mora detinet illos: homo enim qui;* tollitur etiam & poſt *fidelis eſt;* & in fine legitur, *veniet*, non *venit.*

℣. 7. Hæc variant in Mſ. Germ. 15. *Moleſtus mihi eſſe noli, nec me ſeducere..... proſpiciebat viâ, qua filius...,* & *nihil guſtabat, lacrymans*, & *noctu tota non dormiebat.* In Græco ſic: Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Σίγα, μὴ πλάνα με, ἀπώλετο τὸ παιδίον μου. Καὶ ἐπορεύετο καθ' ἡμέραν εἰς τὴν ὁδὸν ἔξω, εἰας ἀπῆλθεν· ἡμέρας τε ἄριστον οὐκ ἤσθιε, τὰς δὲ νύκτας οὐ διελίμπανε, θρηνῶσα Τωβίαν τὸν υἱὸν αὐτῆς· *Et dixit ei: Tace, ne decipias me, periit puer meus. Et ibat per diem ad viam foras, qua abierat: diebus quidem panem non manducabat, noctibus autem non intermittebat, flens Tobiam filium ſuum.*

℣. 8. (9.) Nonnulla tantùm variant in Mſ. Germ. 15. ſcilicet iſta, circa medium, *Pater, peto dimittas me;* & in fine, *jam enim tibi indicavi quomodo illum reliquero.* Concordant etiam Græca, exceptis his: ἕως ὅ, *quoadusque*, pro & *ut;* paulòque poſt, ἃς, *quas*, loco *de quibus*, additis ad *Raguel* his, ποιῆσαι αὐτὸν ἐκεῖ, *facere eum ibi;* deinde ſic: εἶπε δὲ Τωβίας τῷ Ραγουήλ, *dixit autem Tobias ad Raguel*, loco *exiit ad illum Tob.* & *dixit illi*,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſſ. Reg. & Germ.

9. [8.] Et dixit Raguhel Thobiæ : Remane hîc penes me, & ego nuncios mittam patri tuo, & indicabunt illi de te. Et ille dixit : In totum pater peto, ut dimittas me hinc ad patrem meum.

10. Et continuò ſurgens Raguhel, tradidit Thobiæ Sarram filiam ſuam, & dimidiam partem ſubſtantiæ ſuæ, pueros & puellas, oves & boves, aſinos & camelos, veſtem, vaſa, & pecuniam : & dimiſit illum ſalvum ſanum, & vale illi fecit,

11. & dixit : Vade fili ſalvus ſanus, Dominus cœli bene diſponat iter tuum, & Sarræ uxori tuæ, & videam ex vobis filios antequam moriar.

12. Et adprehendit illam, & ſalutans oſculatus eſt Sarram filiam ſuam,

13. & dixit illi : Filia, honorem habe ſocero tuo, & ſocrui tuæ : ipſi amodo ſunt parentes tui, tanquam pater tuus & mater tua, qui te genuerunt. Vade ſalva filia, audiam de te auditionem bonam in vita mea, & gaudium : & oſculatus eſt eam, & dimiſit illam. Et Anna dixit Thobiæ : Fili & frater dilecte, ſalvum te perducat Dominus cœli, & det mihi ut videam filios de Sarra filia mea antequam moriar, ut delecter coram Domino cœli. Ego trado tibi Sarram filiam meam, tanquam bonum depoſitum ; & non vexes eam omnibus diebus vitæ tuæ. Vade fili ſalvus & ſanus : ego mater tua amodo, & Sarra uxor tua. Diligat te Dominus & illam, ut ſitis in loco ſanctitatis omnibus diebus vitæ veſtræ. Et oſculata eſt utroſque, & dimiſit illos ſanos. Et diſceſſit Thobias à Raguhele, gaudens & benedicens Deum cœli & terræ, regem omnium, quia direxit viam ejus : & benedixit Raguheli, & Annæ uxori illius, & dixit : Injunctum eſt mihi à Domino, honorari vos omnibus diebus vitæ veſtræ.

VULGATA NOVA.

9. Cui Tobias ait : Ego novi, quia pater meus & mater mea modò dies computant, & cruciatur ſpiritus eorum in ipſis.

10. Cùmque verbis multis rogaret Raguel Tobiam, & ille eum nulla ratione vellet audire, tradidit ei Saram, & dimidiam partem omnis ſubſtantiæ ſuæ in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, & in vaccis, & in pecunia multa : & ſalvum atque gaudentem dimiſit eum à ſe,

11. dicens : Angelus Domini ſanctus ſit in itinere veſtro, perducatque vos incolumes, & inveniatis omnia rectè circa parentes veſtros, & videant oculi mei filios veſtros priuſquam moriar.

12. Et apprehendentes parentes filiam ſuam, oſculati ſunt eam, & dimiſerunt ire :

13. monentes eam honorare ſoceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & ſe ipſam irreprehenſibilem exhibere.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

abſque ſeq. *ſcio enim* ; loco verò *non credunt*, &c. ita, οὐκέτι ἐλπίζουσιν ὄψεσθαί με, *ultra non ſperant aſpicere me* ; reliqua deſunt.

℣. 9. (8.) Mſ. Germ. 15. hæc pauca diſſimilia habet : *ego mittam nuncium patri tuo, qui indicet illi* ; deeſt quoque *meum*, in fine. Græc. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ πενθερός· Μεῖνον παρ' ἐμοὶ, κἀγὼ ἐξαποστελῶ πρὸς τὸν πατέρα σου, καὶ δηλώσουσιν αὐτῷ τὰ κατά σε. Καὶ Τωβίας λέγει· Ἐξαπόστειλόν με πρὸς τὸν πατέρα μου. *Dixit autem ei ſocer : Mane apud me, & ego mittam ad patrem tuum, & declarabunt ei quæ circa te. Et Tobias dicit : Dimitte me ad patrem meum.*

℣. 10. Vox *ſurgens*, initio abeſt à Mſ. Germ. 15. ſicut &, poſt *pueros* ; at reponitur &, ante *aſinos*, uti paulò poſt, ante *ſanum* ; poſt *vale* autem, deletur *illi* : Mſ. Reg. leg. *pecuniam*, non *pecunia*. In Græco ſic : Ἀναστὰς δὲ Ραγουὴλ, ἔδωκεν αὐτῷ Σάρραν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὰ ἥμισυ τῶν ὑπαρχόντων, σώματα, καὶ κτήνη, καὶ ἀργύριον· καὶ εὐλογήσας αὐτοὺς, ἐξαπέστειλε· i. e. *Surgens autem Raguel, dedit ei Sarram uxorem ejus, & dimidium poſſeſſionum, corpora, & pecora, & argentum : & benedicens eos, dimiſit.*

℣. 11. In Mſ. Germ. 15. legitur, *dicens*, loco & *dixit*, abſque ſeq. *ſalvus* ; item *pignora*, loco *filios* ; cætera ut ſup. In Græco hæc pauca exſtant : λέγων· Εὐοδώσῃ ὑμᾶς τέκνα, ὁ Θεὸς τοῦ οὐρανοῦ, πρὸ τοῦ με ἀποθανεῖν· *dicens : Proſperabit vos filii, Deus cœli, antequam moriar.*

℣. 12. Mſ. Germ. 15. hab. *illum*, abſque verbo *ſalutans*, ponitque &, ante *Sarram* ; cuncta verò deſiderantur in Græco.

℣. 13. Similia leguntur in Græco, ſed paucioribus verbis ; ita nempe : Καὶ εἶπε τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ· Τίμα τοὺς πενθερούς σου· αὐτοὶ νῦν γονεῖς σου εἰσίν. Ἀκούσαιμί σου ἀκοὴν καλήν· καὶ ἐφίλησεν αὐτήν. Καὶ Ἔδνα εἶπε πρὸς Τωβίαν· Ἀδελφὲ ἀγαπητὲ, ἀποκαλασῆσαί σε ὁ Κύριος τοῦ οὐρανοῦ, καὶ δώη μοι ἰδεῖν σου παιδία ἐκ Σάρρας τῆς θυγατρός μου, ἵνα εὐφρανθῶ ἐνώπιον τοῦ Κυρίου. Καὶ ἰδοὺ παραδίδωμί σοι τὴν θυγατέρα μου ἐν παρακαλαθήκῃ· καὶ μὴ λυπήσῃς αὐτήν. Μετὰ ταῦτα ἐπορεύετο καὶ Τωβίας, εὐλογῶν τὸν Θεὸν, ὅτι εὐώδωσεν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ· καὶ καλευλόγει Ραγουὴλ, καὶ Ἔδναν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. *Et dixit filiæ ſuæ : Honora ſoceros tuos : ipſi nunc parentes tui ſunt. Audiam de te auditionem bonam : & oſculatus eſt eam. Et Edna dixit ad Tobiam : Frater dilecte, reſtituat te Dominus cœli, & det mihi videre tuos filios ex Sarra filia mea, ut læter in conſpectu Domini. Et ecce depono apud te filiam meam in depoſito ; & ne contriſtaveris eam. Poſt hæc ibat & Tobias, benedicens Deum, quia proſperaverat viam ipſius : & benedicebat Raguel, & Ednam uxorem ejus.* Mſ. Germ. 15. non differt à Mſ. Regio, niſi his levibus : *Et dixit illi : Honorem habe..... Exi ſalva filia..... & dimiſit. Et Anna dixit..... & frater, ſalvum ducat te.... & det tibi ut filios videam..... coram Dominum cœli. Et ego tradam tibi filiam meam Sarram, ut non vexes eam omnibus diebus vitæ ſuæ..... & Sarra ſoror tua.* (Mſ. etiam Germ. 4. *ſoror.*) *Dirigat te Dom..... diebus veſtris. Et..... à Raguel..... Dominum cœli..... viam illius.... Injunctum eſt mihi à Dom. honorare vos..... vita mea.*

Digitized by Google

CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

1. CUmque reverterentur, pervenerunt ad Charan, quæ eſt in medio itinere contra Niniven, undecimo die.

2. Dixitque angelus: Tobia frater, ſcis quemadmodum reliquiſti patrem tuum.

3. Si placet itaque tibi, præcedamus, & lento gradu ſequantur iter noſtrum familiæ, ſimul cum conjuge tua, & cum animalibus.

4. Cùmque hoc placuiſſet ut irent, dixit Raphael ad Tobiam: Tolle tecum ex felle piſcis: erit enim neceſſarium. Tulit itaque Tobias ex felle illo, & abierunt.

5. Anna autem ſedebat ſecus viam, quotidie in ſupercilio montis, unde reſpicere poterat de longinquo.

6. Et dum ex eodem loco ſpecularetur adventum ejus, vidit à longè, & illico agnovit venientem filium ſuum: currenſque nunciavit viro ſuo, dicens: Ecce venit filius tuus.

7. Dixitque Raphael ad Tobiam: At ubi introieris domum tuam, ſtatim adora Dominum Deum tuum: & gratias agens ei, accede ad patrem tuum, & oſculare eum.

8. Statimque lini ſuper oculos ejus ex felle iſto piſcis, quod portas tecum: ſcias enim quoniam mox aperientur oculi ejus, & videbit pater tuus lumen cœli, & in aſpectu tuo gaudebit.

9. Tunc præcucurrit canis, qui ſimul fuerat in via: & quaſi nuncius adveniens, blandimento ſuæ caudæ gaudebat.

10. Et conſurgens cæcus pater ejus, cœpit offendens pedibus currere: & data manu puero, occurrit obviam filio ſuo.

11. Et ſuſcipiens oſculatus eſt eum cum uxore ſua, & cœperunt ambo flere præ gaudio.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET profecti ſunt, & ibant donec venirent Charam, quæ civitas eſt contra Niniven. *Ex Mſſ. Reg. & Germ.*

2. Tunc dixit Raphahel: Thobias frater, neſcis quomodo reliqueris patrem tuum?

3. Præcedamus uxorem tuam, & eamus, & præparemus domum, dum proſequitur nos puella.

4. Et præceſſerunt pariter, & dixit illi angelus: Tolle tecum de felle illo, & habe. Et abiit cum illis & canis.

5. Et Anna ſedebat in via, circumſpiciens adventum filii ſui.

6. Et cognovit illum venientem, & dixit patri ejus: Ecce filius tuus venit, & homo qui cum illo erat.

7. Et Raphahel dixit Thobiæ: Antequam adpropinquemus patri tuo, ſcio enim quia oculi ejus aperientur;

8. adſperge ergo oculis ejus fel piſcis, & inſidet medicamentum; & decoriabis albugines ab oculis ejus, & reſpiciet pater tuus, & videbit lumen.

9. Et adcurrit ei mater ſua, & irruit collo filii ſui, & dixit illi: Fili video te, amodo libenter moriar; & lacrymata eſt: Thobias etiam lacrymatus eſt.

10. Et ſurrexit Thobis, & offendebat pedibus: & egreſſus eſt atrium, & occurrit illi Thobias, ferens fel piſcis in manibus ſuis.

VULGATA NOVA.

12. Cùmque adoraſſent Deum, & gratias egiſſent, confederunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Germ. 15. *Et profectus ibat Caracha, quæ eſt civitas in Nineve.* Gr. Καὶ ἐπορεύετο μεχρις ἧς ἐγγίσαι αὐτοὺς εἰς Νινευή. *Et ibat quoadusque appropinquarunt ipſi in Nineve.*

℣. 2. Mſ. Germ. 15. *Et tunc dixit Rafael angelus Tobiæ: Frater, neſcis*, &c. ut ſup. Græc. Καὶ εἶπε Ῥαφαὴλ πρὸς Τωβίαν· Οὐ γινώσκεις ἀδελφὲ, πῶς ἀφῆκας τὸν, &c.

℣. 3. Ultima tantùm vox *puella*, abeſt à Mſ. Germ. 15. In Græco ſic: Προδράμωμεν ἔμπροσθεν, *Præcurramus ante*, loco *præcedamus*, hoc omiſſo, & *eamus*, cum poſterioribus, *dum proſequitur nos puella.*

℣. 4. A Mſ. Germ. 15. abeſt vox *angelus*, uti paulò poſt, iſtud, & *habe*: Græcè ita: Λάβε δὲ τὴν καρὰ χεῖρα τὴν χολὴν τοῦ ἰχθύος. Καὶ ἐπορεύθησαν, καὶ ζυνῆλθεν ὁ κύων ὀπίσθεν αὐτῶν. *Sume autem ad manum fel piſcis. Et iverunt, & ſimul venit canis poſt eos;* omiſſis aliis.

℣. 5. In Mſ. Germ. 15. legitur, *Anna autem*, pro *Et Anna*; reliqua ut ſup. Græc. transfert iſtud, εἰς τὴν ὁδὸν, *in viam*, poſt verbum *circumſpiciens*, & loco *adventum filii ſui*, habet ſimpliciter, τὸν παῖδα αὐτῆς, *puerum ſuum.*

℣. 6. Græc. habet προσενόησεν, *intellexit*, vel *proſpexit*, pro *cognovit*; paulòque poſt, ὁ υἱός μου, *filius meus*, non *filius tuus*; at in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. ὁ υἱός σου; demum loco *qui cum illo erat*, ſic, ὁ πορευθεὶς μετ' αὐτοῦ, *qui ivit cum eo.* Mſ. Germ. 15. habet *veniet*, non *venit*, ſed in Græco, ἔρχεται.

℣. 7. A Mſ. Germ. 15. abeſt *enim*, poſt *ſcio*; & in fine legitur *adaperientur.* In Græco ſimpliciter: Καὶ Ῥαφαὴλ εἶπεν· Ἐπίσταμαι ἐγὼ ὅτι ἀνοίξει τὰς ὀφθαλμὰς ὁ πατήρ σου. *Et Raphael dixit: Scio ego quia aperiet oculos pater tuus.*

℣. 8. Mſ. Germ. 15. *Aſperge itaque fellem piſcis in oculis illius; & inſidet medicamentum, & detrahet albuginem ab oculis ipſius, & reſpiciet pater*, &c. ut ſup. Græc. Σὺ ἔγχεισον τὴν χολὴν εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ διατρῖψει, καὶ ἀποβαλεῖται τὰ λευκώματα, καὶ ὄψεταί σε· Nobil. *Tu unge fel in oculos ejus, & eroſus deteret, & abjiciet albugines; & videbit te.* Quod autem hîc transfertur à Nobilio *eroſus*, minus intelligitur, niſi ſubaudias *oculum*, ita vertendo, *eroſus oculo*, vel potiùs, *eroſo oculo*; vix meliùs enim reddi poteſt verbum Gr. δηχθεὶς, à verbo inuſitato δήκω, vel δάκνω, δήξα, *mordeo*; niſi dicas fortè mendum irrepſiſſe in edit. LXX. & malè ſcriptum fuiſſe δηχθεὶς, pro δεχθεὶς, vel potiùs δεχθεῖσα, per relationem ad χολὴν, à δέχομαι, *ſuſcipio*; tunc enim intelligendum eſſet, & *ſuſceptum fel deteret*, &c. cui lectioni ſuffragari videntur Mſs. noſtri, in quibus conſtanter legitur, & *inſidet medicamentum*, à verbo *inſideo*: non malè etiam legeretur *inſidet*, in fut. à præſ. *inſido*, quod idem ſonat: legi etiam poſſet *incidet*, à *cædo*, quæ vox etiam non ambiguitate vacat, ſiquidem ſumitur aliquando pro *incido*, ſeu *cado*: at infra ℣. 13. non ſtaret conjectura, cùm ibi legatur ζυνεδήχθησαν, *eroſi ſunt*, per relat. ad præced. ὀφθαλμὲς, *oculos*: at in Mſ. Germ. 15. ita, *momordit medicamentum.*

℣. 9. Mſ. Germ. 15. *Et Anna cucurrit, & inruit collo filii ſui, & dixit: Video te fili, amodo..... & Thobias lacrymatus eſt.* Græc. Καὶ προσδραμοῦσα Ἄννα, ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον τοῦ υἱοῦ αὐτῆς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Εἶδόν σε παιδίον, ἀπὸ τοῦ νῦν ἀποθανοῦμαι· καὶ ἔκλαυσαν ἀμφότεροι. *Et accurrens Anna, cecidit ſuper collum filii ſui, & dixit ei: Vidi te fili, ex nunc moriar: & ploraverunt utrique.* Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1106. b. *Video te fili, amodo libentius moriar.*

℣. 10. Mſ. Germ. 15. *Et exſurrexit Tobis, & offendebat pedibus ſuis: & egreſſus eſt oſtium atrii, & occurrit illi Tobias; & geſtabat fel in manibus ſuis.* Græc. Καὶ Τωβὶτ ἐξήρχετο πρὸς τὴν θύραν, καὶ προσέκοπτεν· ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ προσέδραμεν αὐτῷ, καὶ ἐπελάβετο τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. *Et Tobit exibat ad januam, & prolapſus eſt: filius autem ejus accurrit ei, & apprehendit patrem ſuum.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſs. Reg. & Germ.

13. Et inſufflavit in oculis Thobis patris ſui, & adprehendit eum, & dixit illi : Forti animo eſto pater : & injecit medicamentum in oculis ejus, & morſum illi præbebat.

14. Et decoriavit duabus manibus albugines oculorum illius,

15. & vidit filium ſuum, & irruit collo ejus, & lacrymatus eſt.

16. Et benedixit Deum,

17. & dixit : Video te fili : Benedictus Deus, & benedictum nomen illius magnum, & benedicti omnes ſancti angeli ejus. Sit nomen illius ſanctum in omnia ſæcula ſæculorum, quoniam ipſe flagellavit me, & ipſe miſertus eſt mei : ecce ego video Thobiam filium meum.

18. Et introivit Thobias, & Anna uxor ejus in domum, gaudentes, & benedicentes Deum toto ore ſuo, pro omnibus quæ ſibi evenerant.

19. Et indicavit patri ſuo Thobias, quoniam perfecta eſt via illius bene à Domino Deo, & quia adtulit pecuniam ; & quemadmodum accepit Sarram filiam Raguhelis uxorem, & quia venit & ipſa, & jam proximò eſt portæ Ninive.

VULGATA NOVA.

13. Tunc ſumens Tobias de felle piſcis, li nivit oculos patris ſui.

14. Et ſuſtinuit quaſi dimidiam ferè horam : & cœpit albugo ex oculis ejus, quaſi membrana ovi, egredi.

15. Quam apprehendens Tobias traxit ab oculis ejus, ſtatimque viſum recepit.

16. Et glorificabant Deum, ipſe videlicet, & uxor ejus, & omnes qui ſciebant eum.

17. Dicebatque Tobias : Benedico te Domine Deus Iſraël, quia tu caſtigaſti me, & tu ſalvaſti me : & ecce ego video Tobiam filium meum.

18. Ingreſſa eſt etiam poſt ſeptem dies Sara uxor filii ejus, & omnis familia ſana, & pecora, & cameli, & pecunia multa uxoris : ſed & illa pecunia, quam receperat à Gabelo :

19. & narravit parentibus ſuis omnia beneficia Dei, quæ feciſſet circa eum per hominem qui eum duxerat.

VERSIO ANTIQUA.

* Et gaviſi ſunt Thobis & Anna, & exierunt in obviam nurui ſuæ : & videbant Thobin, qui erant in porta Ninive, venientem, & ambulantem cum omni virtute ſua, nemine dante ei manum ; & mirabantur.

** Et confitebatur Thobis, & benedicebat magna voce Deum, & ambulabat cum gaudio coram omnibus, quoniam miſertus eſt illius Deus, & aperuit oculos ejus.

*** Et ut adpropinquavit Thobias, adducens Sarram uxorem ſuam, benedixit illi Thobis, dicens : Intra ſana Sarra filia. Benedictus Deus, qui adduxit te ad nos, & benedictus pater tuus, & mater tua : & benedictus Thobias filius meus, & benedicta tu filia ; intra in domum tuam ſana, in benedictione & gaudio. In illa die erat gaudium magnum omnibus Judæis, qui erant in Ninive.

VERSIO ANTIQUA.

20. Et venit Achicarus, & Nabal avunculus

VULGATA NOVA.

20. Veneruntque Achior & Nabath conſobri-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 13. Similiter habet Mſ. Germ. 15. exceptis his : *Et injecit oculis Tobi patris ſui.....* & *introivit medicamentum in oculis illius*, & *momordit eum.* Gr. Καὶ ϖερϵϐαλϵν τὸν χολὴν ἐπὶ τὰς ὀφθαλμὰς τοῦ ϖατρὸς αὐτοῦ, λέγων· Θάρϸϵι ϖάτϵρ· ὡς δὲ ζυνϵδήχθησαν, *Et adſperſit fel ſuper oculos patris ſui, dicens : Confide pater : ut autem eroſi ſunt,*

℣. 14. Mſ. Germ. 15. *Et depoſuit albuginem ab oculis ejus.* Græc. Διέϸριψϵ τὰς ὀφθαλμὰς αὐτοῦ, καὶ ἐλϵπίδϵν ἀϖὸ τῶν χαλάζων τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ τὰ λϵυκώμαϛα. *Detrivit oculos ejus,* (Nobil. *ſuos*) & *decorticatæ ſunt ab angulis oculorum ejus albugines.*

℣. 15. Itidem in Mſ. Germ. 15. Græcè, Καὶ ἰδὼν τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ἐϖέϖϵϲϵν ἐϖὶ τὸν, &c. ut ſup.

℣. 16. Hoc abeſt à Mſ. Germ. 15. ſicut à Græco.

℣. 17. In Mſ. Germ. 15. deeſt vox *ſancti*, ante *angeli*, paulòque poſt ſic habetur : *Sit ſanctum nomen ejus benedictum in omnibus ſæculis, quoniam flagellavit me*, &c. ut ſup. Abeſt à Græco iſtud circa initium, *video te fili ;* ſed additur *ſi*, *es*, poſt *benedictus*, præterquam in Compl. loco verò *illius magnum*, ſic, ζῷ εἰς τὸς αἰῶνας, *tuum in ſæcula*, ut & pro *angeli ejus*, ζῷ ἀγγελοι, *tui angeli ;* deinde omittuntur ſeqq. uſque ad hoc, *quoniam ;* loco verò, *ipſe flagellavit me*, & *ipſe miſertus eſt mei*, ita legitur, ἐμαϛίγωσας, καὶ ἠλέησάς μϵ, *flagellaſti*, & *miſertus es mei*, abſque *ego*, poſt *ecce*. In Mſ. Floriac. annor. circiter 1100. inter plura Scripturæ fragmenta, iſtud habetur : *Benedictus Dominus Deus noſter, quia ecce video te fili :* & *benedictum nomen illius quod eſt magnum*, & *benedicti omnes ſancti angeli ejus. Et ſit nomen illius ſanctum*, & *benedictum in omnia ſæcula ſæculorum, quia ipſe flagellavit me in redargutione mea ; ipſe miſertus eſt mei*, & *reddidit lumen oculis meis, ut viderem filium meum.*

℣. 18. Pauciora leguntur in Mſ. Germ. 15. videlicet : *Et introivit Tobis gaudens*, & *benedixit Deum ore ſuo ;* prætermiſſis aliis. In Græco pauciſſima : Καὶ εἰσῆλθϵν ὁ υἱὸς αὐτοῦ χαίρων, *Et intravit filius ejus gaudens.*

℣. 19. Hæc ſolùm variant in Mſ. Germ. 15. *via illius apud Dominum Deum*, & ..... *filiam Raguel.....* & *ipſa eſt jam in proximo portæ.* Mſ. Reg. pro & *jam*, ſcribit *etiam.* In Græco ſimpliciter : Καὶ ἀϖήγγϵιλϵ τῷ ϖαρὶ αὐτοῦ τὰ μϵγαλϵῖα τὰ γϵνόμϵνα αὐτῷ ἐν τῇ Μηδίᾳ· *Et annuntiavit patri ſuo magnalia facta ſibi in Media ;* omiſſis aliis.

* Ab hoc initium ducit Mſ. Germ. 15. *Et videbant Tobiam*, omiſſis antecedentibus ; exinde loco *venientem* & *ambulantem*, hab. *euntem* & *aſcendentem ;* extremò, & *à nemine deduci mirabantur*, pro *nemine dante*, &c. In Gr. ſic : Καὶ ἐξῆλθϵ Τωβὶτ εἰς ζυνάντησιν τῇ νύμφῃ αὐτοῦ, χαίρων καὶ εὐλογῶν τὸν Θϵὸν ϖρὸς τῇ ϖύλῃ Νινευή· καὶ ἐθαύμαζον οἱ θϵωροῦντϵς αὐτὸν ϖορϵυόμϵνον, ὅτι ἐβλέψϵ. *Et exiit Tobis in obviam nurui ſuæ, gaudens* & *benedicens Deum ad portam Ninevæ :* & *mirabantur ſpectantes eum euntem, quia vidit.*

** Hæc tantùm refert Mſ. Germ. 15. *Et Tobis confitebatur coram omnibus, quia miſertus eſt illi Deus :* nec plura in Græco, niſi quòd pro *omnibus*, legitur αὐτοῦ, *eo*, ut infra αὐτὲς, pro *illi*, vel *illius ;* in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. αὐτῶν..... αὐτόν.

*** Mſ. Germ. 15. *Et cùm adpropinquavit Tobias, adducens Sarram ad eum, benedixit illam, dicens : Intra Sarra filia. Et ego pater tuus benedictus*, & *benedictus Tobias filius meus*, & *benedicta tu femina : intra in domum tuam ſana, in benedictione gaudium. In illo die erat gaudium*, &c. ut ſup. Græc. Καὶ ὡς ἤγγιϲϵ Τωβὶτ Σάῤῥᾳ τῇ νύμφῃ αὐτοῦ, καλϵυλόγησϵν αὐτὴν, λέγων· Ἐλθοις ὑγιαίνουσα θύγαϖϵρ. Εὐλογητὸς, ὁ Θϵὸς, ὃς ἤγαγϵ Ϲϵ ϖρὸς ἡμᾶς, καὶ ὁ ϖατὴρ Ϲου, καὶ ἡ μήτηρ Ϲου. Καὶ ἐγένϵτο χαρὰ ϖᾶσι τοῖς ἐν Νινευὴ, ἀδελφοῖς αὐτοῦ. *Et ut appropinquavit Tobit Sarræ nurui ſuæ, benedixit eam, dicens : Venias ſana filia. Benedictus Deus, qui adduxit te ad nos*, & *pater tuus*, & *mater tua. Et factum eſt gaudium omnibus, qui in Nineve, fratribus ejus :* in Ald. ed. deeſt hoc, & *mater tua.*

℣. 20. Mſ. Germ. 15. vitiosè : *Et venit Achiacar, in*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ni Tobiæ, gaudentes ad Tobiam, & congratulantes ei de omnibus bonis, quæ circa illum ostenderat Deus.

21. Et per septem dies epulantes, omnes cum gaudio magno gavisi sunt.

VERSIO ANTIQUA.

illius, gaudentes ad Thobin. *Ex Mß. Reg. & Germ.*

21. Et consummatæ sunt nuptiæ cum gaudio septem diebus, & data sunt illi munera multa.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

navis soceri illius, gaudens ad Tobiam. Græc. Καὶ παρεγένετο Ἀχιάχαρος, ὁ Ναβὰς ὁ ἐξάδελφος αὐτοῦ· *Et advenit Achiacharus, & Nasbas filius fratris ipsius.*

℣. 21. Una tantùm voce differt Mſ. Germ. 15. à Regio, nempe istâ, *hilaritate*, pro *gaudio*; in Græco, εὐφροσύνης; item supra Græcè, Καὶ ἦχθη ὁ γάμος Τωβίᾳ, *Et factæ sunt nuptiæ Tobiæ*, &c. omissis posterioribus, & *data sunt illi*, &c.

CAPUT XII.

VULGATA NOVA.

1. TUne vocavit ad se Tobias filium suum, dixitque ei: Quid possumus dare viro isti sancto, qui venit tecum?

2. Respondens Tobias, dixit patri suo: Pater, quam mercedem dabimus ei? aut quid dignum poterit esse beneficiis ejus?

3. Me duxit & reduxit sanum, pecuniam à Gabelo ipse recepit, uxorem ipse me habere fecit, & dæmonium ab ea ipse compescuit, gaudium parentibus ejus fecit, me ipsum à devoratione piscis eripuit, te quoque videre fecit lumen cœli, & bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi ad hæc poterimus dignum dare?

4. Sed peto te pater mi, ut roges eum, si fortè dignabitur medietatem de omnibus, quæ allata sunt, sibi assumere.

5. Et vocantes eum, pater scilicet & filius, tulerunt eum in partem: & rogare cœperunt, ut dignaretur dimidiam partem omnium, quæ attulerant, acceptam habere.

6. Tunc dixit eis occultè: Benedicite Deum cœli, & coram omnibus viventibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam.

7. Etenim sacramentum regis abscondere bonum est: opera autem Dei revelare & confiteri honorificum est.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET postquam consummatæ sunt nuptiæ, vocavit Thobis Thobiam filium suum, & dixit illi: Homini illi qui tecum fuit, reddamus honorem suum, & adjiciamus illi ad mercedem. *Ex Mß. Reg. & Germ.*

2. Et ille dixit: Pater, quantum illi dabo? non enim satis est, si dedero illi ex his quæ mecum adtuli, dimidiam partem.

3. Duxit enim me sanum & reduxit, & uxorem meam curavit, & pecuniam mecum adtulit, & te curavit. Quantum illi dabo mercedem?

4. Et dixit Thobis: Justum est illum fili, dimidium horum quæ tecum attulit, accipere.

5. Et vocavit illum Thobias, & dixit ei: Accipe dimidium horum quæ tecum adtulisti: hæc erit merces tua, & vade sanus.

6. Tunc Raphahel vocavit ambos absconditè, & dixit illis: Deum benedicite, & illi confitemini, & ipsius majestati date honorem: & confitemini illi coram omnibus viventibus, quia fecit vobiscum bona, ut benedicatis Deo, & decantetis nomini ejus; & sermones de operibus ejus honorificè ostendite, & confitemini illi.

7. Quoniam sacramentum regis bonum est abscondere: opera autem Dei revelare & confiteri honorificum est.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. noster Germ. 15. habet *ierat*, loco *fuit*, statimque, *reddamus*, & *adponamus ad mercedem ejus*; cætera ut sup. A Græco absunt priora ista, *postquam consummatæ sunt nuptiæ*; posteriora verò, *homini illi*, &c. sic habentur: Ὅσα τέκνον, μισθὸν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ συνελθόντι σοι, ᾧ προσῆκεν αὐτῷ δεῖ. *Vide fili, mercedem homini qui venit unà tecum, & adjicere illi oportet.*

℣. 2. Itidem in Mſ. Germ. 15. nisi quòd transfertur vox *pater*, post verbum *dabo*. In Græco sic: Καὶ εἶπε· Πάτερ, ᾧ βλάπτομαι, δὸς αὐτῷ τὸ ἥμισυ ὧν ἐνήνοχα· *Et dixit: Pater, non lædor, dans ei dimidium eorum quæ attulit.*

℣. 3. Mſ. Germ. 15. initio habet, *Ipse enim me duxit sanum*, absque seq. & *reduxit*, quod etiam abest à Græco; ita nempe legitur Græcè: Ὅτι με ἀγήγοχέ σοι ὑγιῆ, καὶ τὴν, &c. *Quoniam me tibi reduxit sanum, & uxorem*; reliqua ut sup. nisi quòd additur μοῦ, ad *pecuniam*, loco *mecum*; paulòque post, ὁμοίως, *similiter*, ante *curavit*, deletis seqq. *Quantum illi dabo mercedem?* Mſ. Germ. 15. hîc habet, *Et quantam illi dabo*, &c.

℣. 4. In Mſ. Germ. 15. pro *attulit*, legitur *adtulisti*. In Græco hæc tantùm leguntur: Καὶ εἶπεν ὁ πρεσβύτης· Δικαίως αὐτῷ· *Et dixit senex: Juste sit ei.* Mſ. Germ. 4. scribit *dimidiam*, non *dimidium*.

℣. 5. Nomen *Thobias*, abest à Mſ. Germ. 15. uti paulò post, vox *ei*, cum hoc infra, *tecum*. Græc. loco *illum Thobias*, hab. τὸν ἄγγελον, *angelum*; item πάντων, *omnium*, loco *horum*, omisso seq. *tecum*, cum his, *hæc erit merces tua*; loco verò *adtulisti*, scribit pluraliter, ἐνήνοχατε, & pro *vade*, ὕπαγε, Nobil. *abduc.*

℣. 6. Mſ. Germ. 15. circa initium delet *absconditè*, cum reliquis, nempe ab hoc, *Deum benedicite*. At Græc. cuncta pene retinet, his tantùm mutatis, videlicet καλέσας, *vocans*, pro *vocavit*, absque præced. *Raphahel*, ut & seq. &; item infra sic, μεγαλωσύνην δίδοτε αὐτῷ, *magnificentiam date ei*, loco *ipsius majestati date honorem*; & post pauca, περὶ ὧν ἐποίησε, *pro iis quæ fecit*, loco *quia fecit*, absque seq. *bona*; loco verò seqq. *ut benedicatis Deo*, &c. ita: Ἀγαθὸν τὸ εὐλογεῖν τὸν Θεὸν, καὶ ὑψοῦν τὸ ὄνομα αὐτοῦ, τοὺς λόγους τῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ ἀξίως ὑποδεικνύοντες· καὶ μὴ ὀκνεῖτε ἐξομολογεῖσθαι αὐτῷ. *Bonum est benedicere Deo, & exaltare nomen ejus, verba operum Dei honorificè demonstrantes: & ne cunctemini confiteri ei*; quæ idem sonant.

℣. 7. Ista non leguntur in Mſ. Germ. 15. exstant tamen Græcè, nisi quòd prima vox *quoniam*, deest, sicut infra istud, & *confiteri*; loco verò seq. *honorificum est*, habetur simpliciter ἐνδόξως, *honorificè*; at in edit. Compl. legitur ἐνδεξιον. Hilarius in Ps. 118. col. 253. b. leg. *Mysterium regis bonum est abscondere.* Similiter Hieron. in Eccles. to. 2. col. 758. c. juxta Græc. Μυστήριον βασιλέως καλὸν κρύψαι, Mſ. Alex. κρύπτειν. Auct. q. ex utroque Test. p. 2. q. 8. apud Aug. to. 3. p. 158. e. legit: *Opera Dei revelare & confiteri honorificum est.* S. Paulin. ep. 49. 283. a. *Opera Domini prædicare honorificum est.* Vide inf. Cypr. ℣. 11. Græc. addit: Ἀγαθὸν ποιήσατε, καὶ κακὸν οὐχ εὑρήσει ὑμᾶς, *Bonum facite, & malum non inveniet vos*; quæ desiderantur in Mſs. nostris Lat. sicut in Græco Alex.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Mſſ. Reg. & Germ. 8. Bona eſt oratio cum jejunio, & eleemoſyna cum juſtitia: ſuper utrumque autem melius eſt modicum cum juſtitia, quàm plurimum cum iniquitate. Bonum eſt facere eleemoſynam magis quàm theſauros auri condere:	8. Bona eſt oratio cum jejunio, & eleemoſyna magis quàm theſauros auri recondere:
9. quia eleemoſyna à morte liberat, & ipſa purgat peccata. Qui faciunt eleemoſynam, & miſerationem, & juſtitiam, ſaturabuntur vitâ æternâ.	9. quoniam eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt, quæ purgat peccata, & facit invenire miſericordiam & vitam æternam.
10. Qui faciunt peccatum, & iniquitatem, hoſtes ſunt animæ ſuæ.	10. Qui autem faciunt peccatum, & iniquitatem, hoſtes ſunt animæ ſuæ.
11. Omnem veritatem vobis manifeſtabo, & non abſcondam à vobis ullum ſermonem. Et jam vobis demonſtravi & dixi, quia ſacramentum regis bonum abſcondere, opera autem Dei revelare & confiteri honorificum eſt.	11. Manifeſto ergo vobis veritatem, & non abſcondam à vobis occultum ſermonem.
12. Et tunc quando orabas tu, & Sarra, ego obtuli memoriam orationis veſtræ in conſpectu claritatis Dei, & legi: & cùm ſepelires mortuos, ſimiliter; & quia non es cunctatus exſurgere, & relinquere prandium tuum, & abiiſti, & ſepeliſti mortuum.	12. Quando orabas cum lacrymis, & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.
13..... *Vide Not.*	13. Et quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit ut tentatio probaret te.
14. Et miſſus ſum tentare te, & Sarram nurum tuam.	14. Et nunc miſit me Dominus ut curarem te; & Saram uxorem filii tui à dæmonio liberarem.
15. Ego enim ſum Raphahel, unus de ſeptem angelis ſanctis, qui adſiſtimus & converſamur ante claritatem Dei.	15. Ego enim ſum Raphael angelus, unus ex ſeptem, qui aſtamus ante Dominum.
16. Et conturbati ſunt utrique, & ceciderunt in faciem, & timuerunt.	16. Cùmque hæc audiſſent, turbati ſunt, & trementes ceciderunt ſuper terram in faciem ſuam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. Græcè tollitur *eſt*, poſt primam vocem *bona*, uti *cum*, ante *juſtitia*; ſed ejus loco habetur *&*; exinde reponitur ἀγαθὸν, *bonum*, loco *melius eſt*, demtis præced. *ſuper utrumque autem*; loco verò *plurimum*, habetur ſimpliciter πολὺ, *multum*, ſicut ἢ θησαυρίσαι χρυσίον, *quàm theſaurizare aurum*, loco *magis quàm theſauros*, &c. Cypr. l. de orat. Dom. 214. a. leg. ut ſup. *Bona eſt oratio cum jejunio, & eleemoſyna.* Similiter Aug. epiſt. 36. ad Caſulan. to. 2. 75. a. rurſumque Cypr. l. de op. & eleem. 238. c. ubi ſic pergit: *quia eleem. à morte liberat*, &c. de ℣. ſeq. omiſſis aliis intermediis: abſunt omnia à Mſ. Germ. 15. ſed apud Auct. quæſt. ex utroque Teſt. q. 120. col. 130. c. legitur ut ſupra: *Bona eſt oratio cum jejunio, & eleemoſyna cum juſtitia.* Ita etiam Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 125. e. omiſſo ult. *cum juſtitia.*

℣. 9. Hæc omnia prætermittit Mſ. Germ. 15. ſed habentur in Græco ut ſup. niſi quòd pro *quia*, poſtponitur γὰρ, *enim*, voci *eleemoſyna*, legiturque ἀποκαθαίρει, ſeu cum Compl. ἀποκαθαίρᾳ πᾶσαν ἁμαρτίαν, *emundat omne peccatum*, loco *purgat peccata*; dein pluraliter, Οἱ ποιοῦντες ἐλεημοσύνας, καὶ δικαιοσύνας, πλησθήσονται ζωῆς, abſque hoc medio, & *miſerationem*, necnon voce *æternâ*, in fine. Cypr. l. de op. & eleem. 238. c. ſimiliter hab. *Quia eleemoſyna à morte liberat, & ipſa purgat peccata.* Ambroſ. l. 11. in Luc. to. 1. 1434. f. *Eleemoſyna enim à morte liberat*; at l. de elee. & jej. c. 20. 559. c. legit *à peccato liberat*, ſicut epiſt. 63. to. 2. 1026. e. in Mſſ. Gemet. *à pœna.* Gaud. Brix. præf. ad Benev. 943. e. *Eleemoſyna à morte liberat, & ipſa mundat ab omni peccato.*

℣. 10. Hæc pariter deſunt in Mſ. Germ. 15. At in Græco ſic: Οἱ δὲ ἁμαρτάνοντες, πολέμιοί εἰσι τῆς ἑαυτῶν ζωῆς. *Peccantes autem, hoſtes ſunt ſuæ ipſorum vitæ.*

℣. 11. Rurſus nil horum exſtat in Mſ. Germ. 15. At in Græco pene ad verbum ab hoc, *non abſcondam*, antecedentia enim deſunt: loco tamen iſtius, *ullum ſermonem*, habetur πᾶν ῥῆμα, *omne verbum*, quod idem valet; item ſimpliciter, εἴρηκα δὲ Μυστήριον, *dixi jam: Myſterium*, loco & *jam vobis demonſtravi & dixi, quia ſacramentum*; extremò, ἐνδόξως, *honorificè*, loco *honorificum eſt*, abſque hoc, & *confiteri*; ſola Compl. hab. ἔνδοξον, ut ſup. ℣. 7. Vide Hilar. & Paulin. ibid. ac præcipuè Cypr. qui l. de orat. Domin. 214. b. & l. de mortal. p. 231. c. habet ut ſup. *Opera Dei revelare & confiteri honorificum eſt.*

℣. 12. Eadem refert Cypr. l. de orat. Dom. p. 214. b. niſi quòd initio pro & *tunc*, ponit *nam*, omiſſo infra & *legi*, addito verò *tu*, ad *ſepelires*; ſubinde leg. *ſimpliciter*, loco *ſimiliter*, & *derelinquere*, pro *relinquere*, abſque ſeq. &, ſed hujus loco ponit *ſed*, uti *condidiſti*; loco *ſepeliſti*. Eadem rurſus habet idem Cypr. l. de mortal. 231. c. ſed addit hoc, *nurus tua*, ad *Sarra*, legitque, & *abiiſti*, non *ſed abiiſti*. Aug. ep. 130. ad Prob. to. 2. 389. d. ita: *Et nunc quando orabas tu, & Sarra, ego obtuli orationem veſtram in conſpectu claritatis Dei*: mel. ep. 140. ad Honorat. 448. f. *ego obtuli memoriam orationis veſtræ.* Similiter habet Caſſiod. in Pſ. 21. 78. b. ſed addit, *ante Dominum*: Auct. op. imp. in Matth. hom. 13. p. 74. c. *Ego ſum qui orationem tuam obtuli ante Deum.* Mſ. Germ. 15. hæc pauca habet: *Quia non te piguit exſurgere, & relinquere prandium tuum, & bene ſepeliſti mortuum.* At in Græco cuncta referuntur hoc modo: Καὶ νῦν ὅτε προσηύξω σὺ, καὶ ἡ νύμφη σου Σάρρα, ἐγὼ προσήγαγον τὸ μνημόσυνον τῆς προσευχῆς ὑμῶν ἐνώπιον τοῦ Ἁγίου· καὶ ὅτε ἔθαπτες τοὺς νεκρούς, ὡσαύτως συνεπαρήμην σοι· καὶ ὅτε οὐκ ὤκνησας ἀναστῆναι, καὶ καταλιπεῖν τὸ ἄριστόν σου, ὅπως ἀπελθὼν ταφείσης τὸν νεκρόν, οὐκ ἐλάβες με ἀγαθοποιῶν, ἀλλὰ σὺν σοὶ ἦμην. *Et nunc quando orasti tu, & nurus tua Sarra, ego obtuli memoriale orationis veſtræ coram Sancto: & quando ſepeliebas mortuos, ſimiliter aderam tibi; & quando non piger eras ſurgere, & relinquere prandium tuum, ut abiens cooperires mortuum, non latuiſti me benefaciens, ſed tecum eram.*

℣℣. 13. 14. Meliùs in Mſ. Germ. 15. *Ideoque miſſus ſum tentare te, & miſit me Dominus curare te, & Sarram nurum tuam.* Sic etiam legitur apud Cypr. cùm l. de orat. Dom. 214. b. tum l. de mortal. p. 231. c. niſi quòd initio deeſt *ideoque*, paulòque poſt, habetur *iterum*, ante *miſit*. Similiter in Gr. Καὶ νῦν ἀπέστειλέ με ὁ Θεὸς ἰάσασθαί σε, καὶ, &c. ut ſup. omiſſis tamen prioribus his, *Et miſſus ſum tentare te.*

℣. 15. Ita Cypr. habet verbum pro verbo, cùm l. de mortal. p. 232. a. tum etiam l. de orat. Dom. 214. b. niſi quòd hoc poſteriori loco leg. *juſtis*, pro *ſanctis*. In Mſ. Germ. 15. additur vox *angelus*, ad *Raphael*; reliqua ut in textu. Græcè deeſt *enim* initio, & loco poſteriorum, *qui adſiſtimus*, &c. habetur: οἳ προσαναφέρουσι τὰς προσευχὰς τῶν ἁγίων, καὶ εἰσπορεύονται ἐνώπιον τῆς δόξης τοῦ Ἁγίου· *qui offerunt orationes ſanctorum, & ingrediuntur in conſpectu gloriæ Sancti.* Hilar. in Pſ. 129. p. 439. f. his alludit, dicens: *Sunt angeli aſſiſtentes ante claritatem Dei, & orationes deprecantium ad Deum deferentes.* Auct. l. quæſt. Vet. Teſt. q. 41. p. 55. c. *Ego ſum, inquit, unus ex ſeptem angelis ſanctis qui adſtamus & converſamur ante majeſtatem Dei.*

℣. 16. Concinit Mſ. Germ. 15. Sic etiam in Græco, his exceptis, ὅτι, *quia*, pro &, ante *timuerunt*, & ſupra

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

17. Dixitque eis angelus: Pax vobis, nolite timere.

18. Etenim cùm essem vobiscum, per voluntatem Dei eram: ipsum benedicite, & cantate illi.

19. Videbar quidem vobiscum manducare, & bibere: sed ego cibo invisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, utor.

20. Tempus est ergo ut revertar ad eum, qui me misit: vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia ejus.

21. Et cùm hæc dixisset, ab aspectu eorum ablatus est, & ultra eum videre non potuerunt.

22. Tunc prostrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deum: & exsurgentes narraverunt omnia mirabilia ejus.

VERSIO ANTIQUA.

17. Et dixit illis Raphahel: Nolite timere, pax vobiscum, Deum benedicite in omni ævo. *Ex Mss. Reg. & Germ.*

18. Etenim cùm essem vobiscum, non meâ gratiâ eram, sed voluntate Dei: ipsi ergo benedicite, & omnibus diebus decantate ei.

19. Et videbatis me quia manducabam; sed visu vestro videbatis.

20. Et nunc surgite à terra, & confitemini Deo. Ecce ego ascendo ad eum, qui me misit: scribite ergo omnia quæ contigerunt vobis.

21. Et ascendit: & surrexerunt, & non potuerunt illum videre.

22. Et benedicebant & decantabant Deo, & confitebantur illi in omnibus operibus magnis illius, quia apparuit illis angelus Dei.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

λύο, pro *utrique*.

℣. 17. In Ms. Germ. 15. simpliciter *pax vobis*, absque seqq. *Deum benedicite*, &c. Gr. delet nomen *Raphahel*, & pro *vobiscum*, hab. ὑμῖν ἔσαι, *vobis erit*, addito δὲ, ad seq. *Deum*; extremò pro *in omni ævo*, sic, εἰς τὸν αἰῶνα, *in sæculum*.

℣. 18. In Ms. Germ. 4. intra textum legitur *gratiâ Dei*, non *voluntate Dei*; sed ad marg. ead. ma. sic emendatur, *voluntate*: alter Germ. 15. hæc tantùm refert: *Deum benedicite omnibus diebus*, & *decantate illi*, omissis aliis. At in Græco sic: Ὅτι ὐ τῇ ἐμαυτῦ χάριτι, ἀλλὰ τῇ θελήσει τῦ Θεῦ ἡμῶν ἦλθον· ὅθεν εὐλογεῖτε αὐτὸν εἰς τὸν αἰῶνα. *Quia non meâ ipsius gratiâ, sed voluntate Dei nostri veni: unde benedicite eum in sæcula.*

℣. 19. Hîc mutili videntur esse Mss. duo Reg. & Germ. n. 4. in quibus hoc tantùm legitur, *Et videbatis me*; reliqua supplevimus ex Ms. Germ. 15. qui sic hab. *Videbatis enim me, quia manducabam*, &c. quæ sup. Similiter apud August. l. 13. de civit. Dei, c. 22. to. 7. 342. c. *Videbatis me manducare; sed visu vestro videbatis.* Item Græcè: Πάσας τὰς ἡμέρας ὠπτανόμην ὑμῖν, καὶ ὐκ ἔφαγον, ὐδὲ ἔπιον· ἀλλὰ ὄψιν ὑμεῖς ἐθεωρεῖτε. *Omnibus diebus apparebam vobis, & non manducabam, neque bibebam; sed visionem vos spectabatis.*

℣. 20. Ms. Germ. 15. *Et nunc benedicite in terra, & confitemini Domino. Et ego ascendo ad Deum, qui me misit: scribite omnia hæc, quæ contigerunt vobis.* A Græco absunt ista, *surgite a terra* &; loco verò *ecce ego*, sic, διότι, *quoniam*, & pro *scribite ergo*, &c. καὶ γράψατε πάντα τὰ συντελεσθέντα, εἰς βιβλίον· & *scribite omnia quæ consummata sunt, in libro.*

℣. 21. Ista omnia prætermittuntur in Ms. Germ. 15. sed in Græco deest tantùm *Et ascendit*; loco vero seqq. & *non potuerunt*, &c. sic, καὶ ὐκ ἔτι εἶδον αὐτόν· & *non ultra viderunt eum.*

℣. 22. Græcè: Καὶ ἐξωμολογῦντο τὰ ἔργα τὰ μεγάλα καὶ θαυμαστὰ αὐτῦ, ὡς ὤφθη αὐτοῖς ὁ ἄγγελος Κυρίου. *Et confitebantur opera magna & mirabilia ejus, quomodo apparuit eis angelus Domini*; quæ omnia absunt à Ms. Germ. 15.

CAPUT XIII.

VULGATA NOVA.

1. APeriens autem Tobias senior os suum, benedixit Dominum, & dixit: Magnus es Domine in æternum, & in omnia sæcula regnum tuum:

Deut. 32. 39. 1. Reg. 2. 6. Sap. 16. 13.

2. quoniam tu flagellas & salvas: deducis ad inferos, & reducis: & non est qui effugiat manum tuam.

3. Confitemini Domino filii Israël, & in conspectu gentium laudate eum:

4. quoniam ideo dispersit vos inter gentes, quæ ignorant eum, ut vos enarretis mirabilia ejus, & faciatis scire eos, quia non est alius Deus omnipotens præter eum.

5. Ipse castigavit nos propter iniquitates nostras: & ipse salvabit nos propter misericordiam suam.

VERSIO ANTIQUA.

1. TUnc locutus est Thobis, & scripsit orationem in lætitia, & dixit: Benedictus es Deus, quia magnus es, & vivis in æternum. Quoniam in omnia sæcula regnum est illius: *Ex Mss. Reg. & Germ.*

2. quia ipse flagellat & miseretur: deducet usque ad inferos deorsum, & reducet à perditione majestate sua: & non est qui effugiat manum ejus.

3. Confitemini illi filii Israël coram nationibus,

4. quia ipse dispersit vos in illis; & ibi adnuntiate misericordiam ejus, & exaltate illum coram omni vivente: quoniam ipse est Dominus Deus noster, & ipse pater noster, & Deus in omnia sæcula sæculorum.

5. Flagellavit vos ob iniquitates vestras: & omnium miserebitur vestrûm, & colliget vos ab omnibus nationibus ubicunque dispersi fueritis. Cùm conversi fueritis ad illum ex totò corde vestro,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ms. Germ. 15. *Angelus enim Dei tunc locutus est Tobi, & scripsit orationem in lætitiam, & dixit: Benedictus est Deus, qui magnus est in ævum. Quoniam omnia sæcula regnum est illius.* Græc. Καὶ Τωβὶτ ἐγραψε προσευχὴν εἰς ἀγαλλίασιν, καὶ εἶπεν· Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ ζῶν εἰς τὺς αἰῶνας, ὅτι ἡ βασιλεία αὐτῦ. *Et Tobit scripsit orationem in exsultationem, & dixit: Benedictus Deus vivens in sæcula, & regnum ejus.*

℣. 2. Similiter in Græco, exceptis his, κατάγει εἰς ᾅδην, καὶ ἀνάγει, *deducit ad infernum*, & *reducit*; & infra, ἐκφευξεῖται, *effugiet*, pro *effugiat*, demtis his sup. *à perditione majestate sua*; in Ms. Germ. 4. legitur *majestati suæ*. In altero Germ. 15. variant ista: *Qui flagellat..... deducit.....* & *ipse reducit à perditionem*; cætera ut supra. In hoc etiam versu terminatur liber Tob. in præd. Ms. cùm ibi scriptum legatur: *Explicit Tobi justus.*

℣. 3. Similiter habetur in Græco.

℣. 4. Ita Græcè, exceptis levibus his, ἡμᾶς, *nos*, non *vos*, ante hoc, *in illis*; deinde loco & *ibi adnuntiate miseric. ejus*, ita, ἐκεῖ ὑποδείξατε τὴν μεγαλωσύνην αὐτῦ, *ibi demonstrate magnificentiam ejus*, omisso seq. &, quod tamen habetur in edd. Ald. & Compl. demum pro *quoniam*, legitur καθότι, *sicut*, absque seq. *est*; transfertur etiam vox *Deus*, post seq. &, deletur verò infra, cum ultima voce, *sæculorum*.

℣. 5. Græc. initio habet: Καὶ μαστιγώσει ἡμᾶς ἐν ταῖς ἀδικίαις ἡμῶν, καὶ πάλιν ἐλεήσει. *Et flagellabit nos in iniquitatibus nostris*, & *iterum miserebitur*, absque seq. *vestrûm*; subinde ἡμᾶς, *nos*, non *vos*, hoc addito ἐν αὐτοῖς, verbo *fueritis*; mox ita, ἐὰν, *si*, pro *cùm*, paulòque post,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſſ. Reg. & Germ. ut faciatis coram illo veritatem; tunc revertetur ad vos, & non avertet faciem ſuam à vobis ampliùs.

6. Et nunc aſpicite quæ fecit Dominus vobis, & confitemini illi ex toto corde veſtro, ut faciatis coram illo veritatem: & benedicite Domino in juſtitia, & exaltate regem ſæculorum.

7. Ego in terra captivitatis meæ confiteor illi, & oſtendo virtutem ipſius, & majeſtatem ejus coram natione peccatrice.

8. Convertimini peccatores, & facite juſtitiam coram illo: qui ſcit ſi velit ut faciat vobiſcum miſericordiam?

9. Ego, & anima mea, regi cœli lætationem dicimus, & anima mea lætabitur omnibus diebus vitæ meæ.

10. Benedicite Domino omnes electi, & omnes laudate majeſtatem ejus: agite dies lætitiæ, & confitemini illi.

11. Hieruſalem civitas ſancta, flagellavit te in operibus manuum tuarum.

12. Confitere Domino in bono, & benedic Domino ſæculorum, ut iterum tabernaculum tuum ædificetur in te cum gaudio, & lætos faciat in te omnes captivos, & diligat omnes miſeros in omnia ſæcula ſæculorum.

13. Luce ſplendida fulgebunt, in omnibus finibus terræ.

14. Nationes multæ venient tibi ex longinquo, habitare à noviſſimis partibus terræ ad nomen Dei mei; & munera ſua in manibus habentes, regi cœli & terræ in lætitia offerentes.

15. Et nomen magnum erit in ſæcula ſæculorum.

16. Maledicti omnes qui ſpernunt te, & omnes qui blaſphemant te: maledicti erunt omnes qui odiunt te, & omnes qui dixerint verbum durum, & omnes qui deponunt te, & deſtruunt muros tuos, & omnes qui ſubvertunt turres tuas, & omnes qui incendunt habitationes tuas: & benedicti erunt omnes qui ædificant te, in ævum.

17. Tunc gaude & lætare in filiis juſtorum,

VULGATA NOVA.

6. Aſpicite ergo quæ fecit nobiſcum, & cum timore & tremore confitemini illi: regemque ſæculorum exaltate in operibus veſtris.

7. Ego autem in terra captivitatis meæ confitebor illi: quoniam oſtendit majeſtatem ſuam in gentem peccatricem.

8. Convertimini itaque peccatores, & facite juſtitiam coram Deo, credentes quòd faciat vobiſcum miſericordiam ſuam.

9. Ego autem, & anima mea, in eo lætabimur.

10. Benedicite Dominum omnes electi ejus: agite dies lætitiæ, & confitemini illi.

11. Jeruſalem civitas Dei, caſtigavit te Dominus in operibus manuum tuarum.

12. Confitere Domino in bonis tuis, & benedic Deum ſæculorum, ut reædificet in te tabernaculum ſuum, & revocet ad te omnes captivos, & gaudeas in omnia ſæcula ſæculorum.

13. Luce ſplendida fulgebis: & omnes fines terræ adorabunt te.

14. Nationes ex longinquo ad te venient: & munera deferentes, adorabunt in te Dominum, & terram tuam in ſanctificationem habebunt. *Iſa. 60. 5.*

15. Nomen enim magnum invocabunt in te.

16. Maledicti erunt qui contempſerint te: & condemnati erunt omnes qui blaſphemaverint te: benedictique erunt qui ædificaverint te.

17. Tu autem lætaberis in filiis tuis, quoniam

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἐν, *in*, pro *ex*, additis his, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ ὑμῶν, & *in tota anima veſtra*, poſt *veſtro*; item infra κρύψῃ, *abſcondet*, pro *avertet*, omiſſa voce *ampliùs*, in fine. In Mſ. Germ. 4. legitur *convertimini*, loco *cùm converſi fueritis*, Gr. ἐὰν ἐπιστρέψητε.

℣. 6. In Græco deeſt *nunc*, cum his circa med. *ut faciatis coram illo veritatem*; ſup. verò pro *fecit vobis*, legitur ποιήσῃ μεθ' ὑμῶν, *faciet vobiſcum*, demta voce *Dominus*; item infra, ἐν ὅλῳ τῷ στόματι, *in toto ore*, pro *ex toto corde*, uti τὸν Κύριον τῆς δικαιοσύνης, *Dominum juſtitiæ*, pro *Domino in juſtitia*.

℣. 7. Aptè ad Græc. deeſt tamen ibi vox *ipſius* ſub finem, & loco *coram natione peccatrice*, habetur ἐθνει ἁμαρτωλῶν, *genti peccatorum*; ſola Compl. ſcribit ἁμαρτωλῷ, ut ſup. Cum textu concinit Cypr. ep. ad Fortun. p. 269. c. niſi quòd habet in fine, *virtutem ejus in natione peccatrice*, abſque his mediis, & *majeſtatem ejus*.

℣. 8. In Græco τίς, *quis*, pro *qui*, uti εἰ θελήσῃ ὑμᾶς, καὶ ποιήσῃ ἐλεημοσύνην ὑμῖν; *ſi volet vos*, & *faciet miſericordiam vobis?* loco *ſi velit ut faciat vobiſcum miſericordiam?*

℣. 9. Græc. Τὸν Θεόν μου ὑψῶ, καὶ ἡ ψυχή μου τῷ βασιλεῖ τῷ οὐρανῷ, καὶ ἀγαλλιάσεται τὴν μεγαλωσύνην αὐτοῦ. *Deum meum exalto*, & *anima mea regi cœli*, & *exſultabit magnificentiam ejus*.

℣. 10. Græcè ſimpliciter: Λεγέτωσαν πάντες, καὶ ἐξομολογείσθωσαν αὐτῷ ἐν Ἱερουσολύμοις· *Dicant omnes*, & *confiteantur ei in Jeroſolymis*.

℣. 11. Gr. Ἱερουσόλυμα (editt. Ald. & Compl. Ἱερυσαλὴμ) πόλις Ἁγίου, (Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. ἁγία) μαστιγώσῃ (Compl. addit Ce) ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν υἱῶν Cu, καὶ πάλιν ἐλεήσῃ τοὺς υἱοὺς τῶν δικαίων· *Jeroſolyma civitas Sancti, flagellabit ſuper opera filiorum tuorum, & rurſus miſerebitur filiorum juſtorum.*

℣. 12. Ita Græcè, his exceptis, ἀγαθῷ, *bene*, pro *in bono*, paulòque poſt, τὸν βασιλέα, *regem*, pro *Domino ſæculorum*; & inf. αὐτοῦ, *ejus*, loco *tuum*; exinde detracto utroque *omnes*, rurſum additur ἐν Coi, *in te*, verbo *diligat*, & loco *ſæcula ſæculorum*, hab. τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος, *generationes ſæculi*.

℣. 13. In Græco iſta non leguntur. In Breviar. Moz. ſic ad vigil. Epiph. p. 47. *Luce clara fulgebis in omnibus finibus terræ.*

℣. 14. Abeſt à Græco vox *tibi*; deſunt pariter iſta, *habitare à noviſſimis partibus terræ*; præponitur autem Κυρίου, voci *Dei*, deletâ ſeq. *mei*, cum his, *ſua in manibus habentes*, necnon iſtis, & *terræ in lætitia offerentes*. In Breviar. Moz. ſic: *Nationes multæ de longinquo venient tibi*, & *habitatores à noviſſimis partibus terræ ad nomen Domini Dei*: & *munera ſua in manibus habentes, regi cœlorum offerunt cum lætitia.* Auct. l. de promiſſ. col. 168. a. *Nationes multæ de longinquo venient, habitatores à noviſſimis partibus terræ ad nomen Domini Dei*: & *munera ſua in manibus habentes, regi cœlorum offerent cum lætitia.*

℣. 15. Græcè: Γενεαὶ γενεῶν δώσουσι Coi ἀγαλλίαμα, *Generationes generationum dabunt tibi exſultationem.* Breviar. Moz. *Et nomen Domini magnum erit in omnibus ſæculis ſæculorum.*

℣. 16. Breviar. Moz. *Maledicti omnes qui ſpernunt te*, & *omnes qui blaſphemant te: maledicti omnes qui oderunt te, omnes qui dixerunt in te verbum durum: maledicti omnes qui deponunt te*, & *omnes qui deſtruunt muros tuos*, & *omnes qui ſubvertunt turres tuas*, & *omnes qui ſuccendunt habitationes tuas*: & *benedicti erunt in te omnes qui ædificant te, in æternum.* Græcè iſta ſolummodo leguntur: Ἐπικαλέσθωσαν πάντες οἱ μισοῦντές Ce· εὐλογημένοι ἔσονται πάντες οἱ ἀγαπῶντές Ce, εἰς τὸν αἰῶνα. *Maledicti omnes qui odio habent te: benedicti erunt omnes diligentes te, in ſæculum.*

℣. 17. Mſ. Germ. 4. habet in fine, *Domino in æterno*, ſed alia manu emendatum eſt *in æternum*. In Breviar. Moz. ita: *Tunc gaude & lætare cum filiis juſtorum, quoniam omnes colligentur*, & *benedicent Dominum in æterno*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

omnes benedicentur, & congregabuntur ad Dominum.

18. Beati omnes qui diligunt te, & qui gaudent ſuper pace tua.

19. Anima mea benedic Dominum, quoniam liberavit Jeruſalem civitatem ſuam à cunctis tribulationibus ejus, Dominus Deus noſter.

20. Beatus ero, ſi fuerint reliquiæ ſeminis mei ad videndam claritatem Jeruſalem.

Apoc. 21. Portæ Jeruſalem ex ſapphiro & ſmaragdo ædificabuntur: & ex lapide pretioſo omnis circuitus murorum ejus.
21. 18.

22. Ex lapide candido & mundo omnes plateæ ejus ſternentur: & per vicos ejus Alleluia cantabitur.

23. Benedictus Dominus, qui exaltavit eam, & ſit regnum ejus in ſæcula ſæculorum ſuper eam. Amen.

VERSIO ANTIQUA.

quoniam omnes colligentur, & benedicent Domino æterno. *Ex Mſs. Reg. & Germ.*

18. Felices qui diligunt te, & qui gaudent in pace tua. Beati omnes homines qui contriſtabuntur in omnibus flagellis tuis, quoniam in te gaudebunt, & videbunt omne gaudium tuum in æternum.

19. Anima mea benedic Domino regi magno, quia liberavit Hieruſalem, & ædificabit iterum domus illius in omnia ſæcula ſæculorum.

20. Felix ero, ſi fuerint reliquiæ de ſemine meo ad videndam claritatem tuam, & confitendum nomini regis cœli.

21. Oſtia Hieruſalem ſapphiro & zmaragdo ædificabuntur: ex lapide pretioſo omnes muri tui, & turres Hieruſalem auro ædificabuntur, & propugnacula ejus auro mundo.

22. Et plateæ Hieruſalem carbunculo lapide ſternentur: & oſtia illius canticum lætitiæ dicent, & omnes vici ejus loquentur.

23. Benedictus Dominus, qui exaltat te, & benedictus in omnia ſæcula ſæculorum: quoniam in te benedicet nomen ſanctum ſuum in æternum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

num. Græc. Χάρηθι καὶ ἀγαλλίασαι ἐπὶ τοῖς υἱοῖς τῶν δικαίων, ὅτι συναχθήσονται, καὶ εὐλογήσουσι τὸν Κύριον τῶν δικαίων. *Gaude & exſulta ſuper filiis juſtorum, quoniam congregabuntur, & benedicent Dominum juſtorum.*

℣. 18. Græc. ipſo initio hab. Ὦ, O, paulòque poſt, χαρήσονται, *gaudebunt*, loco *& qui gaudent*; item ὅσοι ἐλυπήθησαν, *quicunque triſtati ſunt*, loco *omnes homines qui contriſtabuntur*, & in fine, θεασάμενοι πᾶσαν τὴν δόξαν σου, καὶ εὐφρανθήσονται εἰς τὸν αἰῶνα· *videntes omnem gloriam tuam, & lætabuntur in ſæculum*, loco, *& videbunt omne gaud.* &c. cætera ut ſup. In Breviar. Moz. ſic: *Felices qui diligunt te, felices qui gaudent in pace tua. Et felices omnes homines qui contriſtabuntur in omnibus flagellis tuis, quoniam gaudebunt, & videbunt omne gaudium tuum in ſæcula.*

℣. 19. Mſ. Germ. 4. ſcribit *ædificavit*, non *ædificabit*. In Breviar. Moz. ſic: *Anima mea benedicet Dominum regem magnum, quia liberavit Hieruſalem, & ædificabitur iterum domus ejus in omnibus ſæculis ſæculorum.* Horum omnium loco, Græcè ita: Ἡ ψυχή μου εὐλογείτω τὸν Θεὸν τὸν βασιλέα τὸν μέγαν, prætermiſſis aliis.

℣. 20. Verba iſta deſiderantur in Græco. In Breviar. Moz. hæc ſequuntur pauca: *Confitebitur nomini regis cælorum.*

℣. 21. Breviar. Moz. *Oſtia Jeruſalem ſmaragdo & ſapphiro fabricabuntur: & lapides pretioſi omnes muri tui, turres Jeruſalem auro ædificabuntur, & propugnacula ejus auro mundo.* Græc. Ὅτι οἰκοδομηθήσεται Ἰερουσαλὴμ σαπφείρῳ καὶ σμαράγδῳ· καὶ λίθῳ ἐντίμῳ τὰ τείχη σου, καὶ οἱ πύργοι, καὶ οἱ προμαχῶνες ἐν χρυσίῳ καθαρῷ· i. e. *Quoniam ædificabitur Jeruſalem ſapphiro & ſmaragdo: & lapide pretioſo muri tui, & turres, & propugnacula in auro mundo.*

℣. 22. In Mſ. Germ. 4. poſt verbum *dicent*, nota quædam eſt, quâ indicantur verba hæc in margine poſita, *is populus ejus all.* ſyllaba verò iſta *is*, eſt, opinor, extrema pars vocis *omnis*; reſectâ quippe margine, reſecta etiam eſt prima vocis *omnis* ſyllaba; atque adeo legendum eſt, ni fallor, *omnis populus ejus*, *Alleluya*. Græcè ita: Καὶ αἱ πλατεῖαι Ἰερουσαλὴμ ἐν βηρύλλῳ, καὶ λίθῳ ἐκ Σωφὶρ ψηφολογηθήσονται· καὶ ἐρροῦσι πᾶσαι αἱ ῥύμαι αὐτῆς, Ἀλληλούϊα, καὶ αἰνέσουσι (Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. καὶ αἰνέσουσι) λέγοντες· *Et plateæ Jeruſalem in beryllo, & carbunculo, & lapide de Suphir ſternentur: & dicent omnes vici ejus, Alleluya, & laudem,* (vel *laudabunt*) *dicentes.* In Breviar. Moz. iſta ſolummodo leguntur: *Plateæ Jeruſalem canticum lætitiæ dicunt, & omnis vicus ejus, Alleluya.*

℣. 23. Horum loco, pauca iſta habentur Græcè: Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὃς ὕψωσε πάντας (Mſ. Alex. εἰς πάντας) τοὺς αἰῶνας. *Benedictus Deus, qui exaltavit omnia ſæcula.* In Breviar. verò Moz. ſic: *Benedictus Dominus, qui exaltat te, & benedictus in omnibus ſæculis ſæculorum: quoniam in te benedicetur omne ſanctum in æternum.*

CAPUT XIV.

VULGATA NOVA.

1. ET conſummati ſunt ſermones Tobiæ. Et poſtquam illuminatus eſt Tobias, vixit annis quadraginta duobus, & vidit filios nepotum ſuorum.

2. Completis itaque annis centum duobus, ſepultus eſt honorificè in Ninive.

3. Quinquaginta namque & ſex annorum lumen oculorum amiſit, ſexagenarius verò recepit.

4. Reliquum verò vitæ ſuæ in gaudio fuit, & cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET ut conſummati ſunt ſermones confeſſionis Thobi, *Ex Mſs. Reg. & Germ.*

2. mortuus eſt in pace, annorum centum duodecim, & ſepultus eſt præclarè in Ninive.

3. Quinquaginta autem & octo annorum erat, cùm oculis captus eſt; & quinquaginta quatuor annis, poſtquam lucem recepit, vixit, in omnibus faciens eleemoſynas.

4. Et propoſuit magis Deum colere, & confiteri magnitudinem ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. Καὶ ἐπαύσαλο ἐξομολογούμενος Τωβίτ· *Et ceſſavit confitens Tobit.*

℣. 2. Hic verſiculus non legitur Græcè.

℣. 3. Græc. Καὶ ἦν ἐτῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ὀκτὼ, ὅτε ἀπώλεσε τὰς ὄψεις· καὶ μετὰ ἔτη ὀκτὼ ἀνέβλεψε, καὶ ἐποίει ἐλεημοσύνας. *Et erat annorum quinquaginta octo, quando amiſit viſum; & poſt annos octo viſum recuperavit, & faciebat eleemoſynas.*

℣. 4. Græc. Καὶ προσέθετο φοβεῖσθαι Κύριον τὸν Θεὸν, καὶ ἐξωμολογεῖτο αὐτῷ. *Et adjecit timere Dominum Deum, & confitebatur ei:* Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. ἐξομολογεῖσθαι, *confiteri.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Mſſ. Reg. & Germ. 5. Et cùm moriretur Thobis, accerſiit Thobiam filium ſuum, & ſeptem filios ejus, & præcepit illis, dicens:	5. In hora autem mortis ſuæ vocavit ad ſe Tobiam filium ſuum, & ſeptem juvenes filios ejus nepotes ſuos, dixitque eis:
6. Fili, dilige filios tuos, & recurre in regionem Medorum: quoniam credo ego verbo Dei, quod locutus eſt in Niniven; quia omnia erunt, & veniet adhuc ſuper Aſſur & Niniven, quæ locuti ſunt prophetæ Iſraël, quos miſit Dominus. Omnia evenient, nihilque minuetur ex omnibus verbis: ſed omnia contingent temporibus ſuis, & in Media erit ſalus, magis quàm in Aſſyriis, & quàm in Babylone: quia ſcio ego, & credo quoniam omnia quæ dixit Dominus, erunt, & perficientur; & non excedet verbum de ſermonibus Dei. Et fratres noſtri, qui habitant in terra Iſraël, omnes diſpergentur, & ex illis captivi ducentur ad terram optimam.	6. Prope erit interitus Ninive: non enim excidit verbum Domini: & fratres noſtri, qui diſperſi ſunt à terra Iſraël, revertentur ad eam. *1. Eſdr. 3. 8.*
7. Et erit omnis terra Iſraël deſerta, & domus Dei, quæ in illa eſt, incendetur; & erit deſerta uſque in tempus. Et iterum miſerebitur illorum Deus in terra Iſraël, & iterum ædificabunt domum, ſed non ut priùs; quoaduſque repleatur tempus maledictionum. Et poſtea revertentur à captivitate ſua, & omnes ædificabunt Hieruſalem honorificè, & domus Dei ædificabitur in ea, & in omnia ſæcula ſæculorum ædificabitur, ſicut locuti ſunt de illa omnes prophetæ Iſraël. Et tunc omnes nationes terræ convertentur ad timendum Deum verè,	7. Omnis autem deſerta terra ejus replebitur, & domus Dei, quæ in ea incenſa eſt, iterum reædificabitur: ibique revertentur omnes timentes Deum,
8. & relinquent omnia idola ſua, quæ ſeducunt illos falſo errore: & omnes benedicent Dominum in æternum, & in juſtitia. Et omnes filii Iſraël, qui liberabuntur in diebus illis, memores erunt Dei in veritate: & colligentur, & venient in Hieruſalem, & habitabunt in æternum. In die illa, cùm diligentia & omnis juſtitia in illis erit,	8. & relinquent gentes idola ſua, & venient in Jeruſalem, & inhabitabunt in ea,
9. & gaudebunt qui diligunt Deum verum: qui autem faciunt iniquitatem & peccatum, deficient de terris omnibus.	9. & gaudebunt in ea omnes reges terræ, adorantes regem Iſraël.
10. Et nunc filii, vobis mando: Servite Domino in veritate, & facite coram illo quod ipſi placet:	10. Audite ergo filii mei patrem veſtrum: Servite Domino in veritate, & inquirite ut faciatis quæ placita ſunt illi:
11. & filiis veſtris mandate, ut faciant juſtitias & eleemoſynas, & ſint memores, & benedicant nomini ipſius in omni tempore, in veritate, in toto corde ſuo, & in tota virtute ſua.	11. & filiis veſtris mandate ut faciant juſtitias & eleemoſynas, ut ſint memores Dei, & benedicant eum in omni tempore in veritate, & in tota virtute ſua.
12. Nunc verò fili exi à Ninive, & noli manere hîc: ſed quacunque die ſepelieris matrem	12. Nunc ergo filii audite me, & nolite manere hîc: ſed quacunque die ſepelieritis matrem

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Græc. Μεγάλως δὲ ἐγήρασε, καὶ ἐκάλεσε τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, (Mſ. Alex. τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ) καὶ εἶπεν αὐτῷ· *Magnopere autem ſenuit, & vocavit filium ſuum, & filios ejus, & dixit ei.*

℣. 6. Græcè pauciora leguntur, videlicet: Τέκνον, λάβε τοὺς υἱούς σου· ἰδοὺ γεγήρακα, καὶ πρὸς τὸ ἀποδρέχειν ἐκ τοῦ ζῆν εἰμί· Ἀπελθε εἰς τὴν Μηδίαν, τέκνον· ὅτι πέπεισμαι ὅσα ἐλάλησεν Ἰωνὰς ὁ προφήτης περὶ Νινευή, ὅτι καταστραφήσεται. Ἐν δὲ τῇ Μηδίᾳ ἔσαι εἰρήνη μᾶλλον ἕως καιροῦ, καὶ ὅτι οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν ἐν τῇ γῇ σκορπισθήσονται ἀπὸ τῆς ἀγαθῆς γῆς· *Fili, accipe filios tuos; ecce ſenui, & ad exeundum è vita ſum. Abi in Mediam fili: quia credidi quæcunque locutus eſt Jonas propheta de Nineve, quoniam ſubvertetur. In Media autem erit pax magis uſque ad tempus, & quia fratres noſtri in terra diſpergentur à bona terra.*

℣. 7. Nonnullis diſcrepat Gr. à textu Lat. nempe initio hab. Ἱεροσόλυμα, loco *omnis terra Iſraël*, abſque ſeqq. vocibus *quæ, & eſt*; item infra pro *in terra Iſraël*, hab. καὶ ἐπιστρέψει αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν, *& reducet eos in terram*, demto ſeq. *iterum*; loco verò *ſed non ut priùs*, ita, οὐχ οἷος ὁ πρότερος, *non qualis prior*; deinde ſic, ἕως πληρωθῶσι καιροὶ τοῦ αἰῶνος, *donec impleti fuerint tempora ſæculi*; paulòque poſt, ἐκ τῶν αἰχμαλωσιῶν, in plurali, abſque ſeqq. *ſua, & omnes*; exinde loco & *in omnia ſæcula ſæculorum ædificabitur*, ſimpliciter ἐνδόξως, *gloriosè*, demtis ſimiliter vocibus, *omnes, & Iſrael*. Mſ. tamen Alex. cum editt. Ald. & Compl. retinet iſta, εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος εἰκοδομὴ ἔνδοξος, *in omnes generationes ſæculi ædificium glorioſum*; Alex. & Ald. εἰκοδομὴ ἐνδόξως: demum detractis vocibus his, *tunc, & terræ*, Gr. addit ἀληθινῶς, *verè*, verbo *convertentur*, tollitque in fine; & ante *Deum*, ponit *Dominum*.

℣. 8. Græc. Καὶ καταρύξονται τὰ εἴδωλα αὐτῶν, καὶ εὐλογήσουσι πάντα τὰ ἔθνη Κύριον. Καὶ ὁ λαὸς αὐτοῦ ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ· καὶ ὑψώσει Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ· *Et defodient idola ſua, & benedicent omnes gentes Dominum. Et populus ejus confitebitur Deo: & exaltabit Dominus populum ſuum*; omiſſis aliis.

℣. 9. Græc. Καὶ χαρήσονται πάντες οἱ ἀγαπῶντες Κύριον τὸν Θεὸν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ δικαιοσύνῃ, ποιοῦντες ἔλεος τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν· *Et gaudebunt omnes qui diligunt Dominum Deum in veritate, & juſtitia, facientes miſericordiam fratribus noſtris.*

℣. 10. Sic habet Cypr. l. de op. & eleem. 243. c. ſed ſingulariter: *Et nunc fili, mando tibi: Servi Deo in veritate, & fac coram illo quod illi placet.* Hæc autem abſunt à textu Græco.

℣. 11. Cyp. de op. & eleem. 244. a. ſic pergit: *Et filiis tuis manda, ut faciant juſtitiam & eleemoſynas, & ſint memores Dei, & benedicant nomen ejus omni tempore.* Hæc pariter deſunt in Græco cum reliquis additis ſup.

℣. 12. Ita Græcè: Καὶ νῦν τέκνον ἀπελθε ἀπὸ Νινευὴ,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

veſtram circa me in uno ſepulcro, ex eo dirigite greſſus veſtros ut exeatis hinc :

13. video enim quia iniquitas ejus finem dabit ei.

VERSIO ANTIQUA.

tuam circa me, eodem die noli manere in finibus ejus : *Ex Mſs. Reg. & Germ.*

13. video enim quia multa iniquitas eſt in illa, & fictio multa perficitur, & non confunduntur.

VERSIO ANTIQUA.

* Ecce filius Nabad, quid fecit Achicaro qui eum nutrivit, quem vivum deduxit in terram deorſum? ſed reddidit Deus malitiam illius ante faciem ipſius : & Achicar exiit ad lucem, Nabad autem intravit in tenebras æternas, quia quæſivit Nabad Achicarum occidere.

VULGATA NOVA.

14. Factum eſt autem poſt obitum matris ſuæ, Tobias abſceſſit ex Ninive cum uxore ſua, & filiis, & filiorum filiis, & reverſus eſt ad ſoceros ſuos :

15. invenitque eos incolumes in ſenectute bona : & curam eorum geſſit, & ipſe clauſit oculos eorum : & omnem hæreditatem domus Raguelis ipſe percepit : viditque quintam generationem, filios filiorum ſuorum.

16. Et completis annis nonaginta novem in timore Domini, cum gaudio ſepelierunt eum.

17. Omnis autem cognatio ejus, & omnis generatio ejus, in bona vita, & in ſancta converſatione permanſit, ita ut accepti eſſent tam Deo, quàm hominibus, & cunctis habitantibus in terra.

VERSIO ANTIQUA.

14. Et abiit Thobias, poſtquam ſepelivit parentes ſuos, & uxor ejus, & filii in regionem Medorum, & habitavit in civitate Ecbathana, cum Raguhele ſocero ſuo :

15. & curam habebat ſenectutis eorum honorificè : & ſepelivit illos Ecbathanis in regione Mediâ : & hæreditatem percepit domûs Raguhel, & Thobis patris ſui.

16. Et mortuus eſt annorum centum decem & ſeptem cum claritate.

17. Et antequam moriretur, audivit perditionem Ninives ; & vidit captivitatem illius adductam in civitatem Medorum, quam adduxit Achicar rex Medorum : & benedixit Dominum, in omnibus quæ fecit in filiis Ninive & Aſſur, & gaviſus eſt antequam moriretur in terra Ninive.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ὅτι φάιλως ἔσαι ἃ ἐλάλησεν ὁ προφήτης Ἰωνάς. Σὺ δὲ τήρησον τὸν νόμον καὶ τὰ προσάγματα, καὶ γινοῦ φιλελεήμων, καὶ δίκαιος, ἵνα σοι καλῶς ᾖ· καὶ θάψον με καλῶς, καὶ τὴν μητέρα σου μετ' ἐμοῦ, καὶ μηκέτι αὐλισθῆτε εἰς Νινευή. *Et nunc fili diſcede à Nineve, quia omnino erunt quæ locutus eſt prophetа Jonas. Tu autem ſerva legem & præcepta, & eſto amator miſericordiæ, & juſtus, ut tibi bene ſit : & ſepeli me honeſtè, & matrem tuam mecum, & non ultra maneatis in Nineve.*

℣. 13. Iſta non habentur Græcè.

* Mſ. Reg. ſcribit *Achirum* in fine, non *Achicarum*. Græc. Ἔκνον, ἴδε τί ἐποίησεν Ἀμὰν Ἀχιαχάρῳ, τῷ θρέψαντι αὐτὸν, ὡς ἐκ τοῦ φωτὸς ἤγαγεν αὐτὸν εἰς τὸ σκότος, καὶ ὅσα ἀνταπέδωκεν αὐτῷ· καὶ Ἀχιάχαρον μὲν ἔσωσεν, ἐκείνῳ δὲ τὸ ἀνταπόδομα ἀπεδόθη, καὶ αὐτὸς κατέβη εἰς τὸ σκότος. *Fili, vide quid fecit Aman Achiacharo, qui nutriverat eum, quomodo è luce adduxit eum in tenebras, & quæcunque retribuit ei : & Achiacharum quidem ſalvavit, illi autem retributio retributa eſt, & ipſe deſcendit in tenebras.* Poſt hæc ſequuntur alia plura, quæ omittunt Mſs. Reg. & Germ. 4. en ipſa : Μανασσῆς ἐποίησεν ἐλεημοσύνην, καὶ ἐσώθη ἐκ παγίδος θανάτου ἣν ἔπηξεν αὐτῷ· Ἀμὰν δὲ ἐνέπεσεν εἰς τὴν παγίδα, καὶ ἀπώλετο. Καὶ νῦν παῖδες, ἴδετε τί ἐλεημοσύνη ποιεῖ, καὶ δικαιοσύνη ῥύεται. Καὶ ταῦτα αὐτοῦ λέγοντος, ἐξέλιπεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐπὶ τῆς κλίνης· ἦν δὲ ἐτῶν ἑκατὸν πενηκονταοκτώ· καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐνδόξως. i. e. *Manaſſes fecit miſericordiam, & ſalvatus eſt de laqueo mortis quem fixerat ei : Aman autem incidit in laqueum, & periit. Et nunc filii, videte quid eleemoſyna faciat, & juſtitia liberat. Et hæc ipſo dicente, deficit anima ejus ſuper lectum : erat autem annorum centum quinquaginta octo ; & ſepelierunt eum gloriosè.*

℣. 14. Græc. Καὶ ὅτε ἀπέθανεν Ἄννα, ἔθαψεν αὐτὴν μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· ἀπῆλθε δὲ Τωβίας μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, εἰς Ἐκβάτανα πρὸς Ῥαγουὴλ τὸν πενθερὸν αὐτοῦ. *Et quando mortua eſt Anna, ſepelivit eam cum patre ſuo : abiit autem Tobias cum uxore ſua, & filiis ſuis, in Ecbatana ad Raguel ſocerum ſuum.*

℣. 15. Græc. Καὶ ἐγήρασεν εὐτίμως· καὶ ἔθαψε τοὺς πενθερεῖς αὐτοῦ ἐνδόξως· καὶ ἐκληρονόμησε τὴν οὐσίαν αὐτῶν, καὶ Τωβὶτ τὸν πατρὸς αὐτοῦ. *Et ſenuit honorificè : & ſepelivit ſoceros ſuos gloriosè : & hæreditavit ſubſtantiam eorum, & Tobit patris ſui.*

℣. 16. Græc. Καὶ ἀπέθανεν ἐτῶν ἑκατὸν εἰκοσιεπτὰ ἐν Ἐκβατάνοις τῆς Μηδίας· *Et mortuus eſt annorum centum viginti ſeptem in Ecbatanis Mediæ.*

℣. 17. In Græco hæc ſola leguntur : Καὶ ἤκουσε, πρὶν ἀποθανεῖν αὐτὸν, τὴν ἀπώλειαν Νινευὴ, ἣν ᾐχμαλώτισε Ναβυχοδονόσορ, καὶ Ἀσύηρος· καὶ ἐχάρη, πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν, ἐπὶ Νινευή. *Et audivit, priuſquam ipſe moreretur, perditionem Nineve, quam captivavit Nabuchodonoſor, & Aſueros : & gaviſus eſt, antequam moreretur, ſuper Nineve.* Mſ. Reg. ſub finem habet, ſed alia manu, *eò quòd non*, loco *antequam ;* paulòque poſt, *in terram*, pro *in terra*. In Germ. 4. clauditur liber his verbis : *Explicit liber Thobi ſecundùm Hieronymum ;* ineptè ſanè : at in Regio deeſt hoc, *ſecundùm Hieronymum.*

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugenſi.

LIBER TOBIÆ.

CAP. I. ℣. 19. Tobias quotidie pergebat. *Non oportet omittere vocem* quotidie.

CAP. III. ℣. 6. Et nunc Domine, ſecundùm voluntatem tuam fac mecum. *Non eſt addenda vox* miſericordiam.

℣. 19. Aut illi forſitan me non fuerunt digni. *Non mutes ſextum caſum* me, *in tertium* mihi.

CAP. V. ℣. 4. Ut dum adhuc vivo recipias eam. *Non eſt transferendum* ut *è primo loco in antepenultimum.*

℣. 15. Ego ducam & reducam eum ad te. *Non addas* ſanum *ante* ad te.

CAP. VI. ℣. 9. Et fel valet ad ungendos oculos in quibus fuerit albugo, & ſanabuntur. *Injuriâ hæc à quibuſdam jugulantur & præteruntur.*

CAP. VIII. ℣. 10. Dixit quoque Sara. *Non mutes* quoque *cum* itaque.

℣. 24. Et fecit ſcripturam. *Non addas pronomen demonſtrativum* hanc.

CAP. X. ℣. 5. Te non debuimus dimittere à nobis. *Nec hîc addas alterum infinitivum* ire *ante* à nobis.

CAP. XI. ℣. 18. Et omnis familia ſana, & pecora. *Non transferas adjectivum* ſana *in locum ultimum, poſt* pecora.

CAP. XIV. ℣. 5. Tobiam filium ſuum, & ſeptem juvenes filios ejus nepotes ſuos. *Malè quidam, etiam nomini* filios, *addunt pronomen reciprocum* ſuos, *cùm* ejus *non reciprocum loco quadret.*

Digitized by Google

IN LIBRUM JUDITH

ADMONITIO PRÆVIA.

PRÆTER duos veteres Mſs. nempe Regium, num. 3564. annorum circiter 900. & Sangermanenſem, num. 4. ejuſdem ætatis, quorum ope nunc primùm emittimus librum Judith ſecundùm Verſionem antiquam; alii tres Mſs. præſtò nobis fuere, ſcilicet unus itidem Sangerman. num. 15. non minoris antiquitatis; alter Corbeienſis, num. 7. bonæ notæ, quamvis ætate inferioris; tertius denique annorum plùs quàm 800. ſed mutilus magna ſui parte, & pluribus in locis decurtatus, quem olim clariſſimus vir DD. PECH, S. Pauli Narbonenſis Canonicus, accuratè deſcriptum ad Martianæum noſtrum tranſmiſit. Illi autem Mſs. codices, excepto uno Sangerman. n. 4. qui probè concordat cum Regio; hi, inquam, ſinguli ſingularem referunt Verſionem Latinam, non equidem tam diverſam, ut una plerumque, in rebus ſaltem præcipuis, non congruat cum alia; ſed nec etiam ita parem ac ſimilem, ut una ab alia in verbis ſæpe ſæpius non diſcrepet, ac etiam verborum conſtructione. Uno ex fonte omnes, ſcilicet è Græco, prodiiſſe videntur, ut doctiſſimo cuique, paulò diligentiùs attendenti & comparare volenti, manifeſtum erit; ſed forſitan unaquæque non ex uno eodemque codice. Id in primis affirmari poteſt de Mſ. Corbeienſi, qui in pluribus locis contractior eſt cæteris aliis, ac etiam textu Græco. Alii duo Mſs. Sangerman. n. 15. & Pechianus, magis accedere videntur ad Regium, ſicut ad Sangermanenſem alterum n. 4. ipſi Regio ſimillimum. Porro duplicem illum poſteriorem Mſ. ad edendum contextum præ cæteris adhibendum duximus, tum quòd Verſio Latina ex utroque deſcripta, non multùm à Græco deflectat, imo propiùs ſæpe ad Græcum accedat, tum quòd amborum una eademque ſit; nihil eſt enim unum uni tam ſimile, tam par, ſi pauca excipias, quàm hi duo Mſs. ſunt inter ſe; tum denique quòd fragmenta ex libro Judith prolata ab antiquis Scriptoribus, nempe Lucifero, Auguſtino, Fulgentio, Vigilio Tapſ. huic interpretationi plerumque reſpondeant. Auguſtino quidem v. g. cap. 5. ℣℣. 7. 8. & 9. Fulgentio autem cap. 8. ℣℣. 4. 5. 6. 7. Lucifero denique cap. 9. ℣℣. 2. 3. 4. & ſic de cæteris. Præterea Canticum Judith, quod ſubjunximus in Notis è veteri Mſ. ab Em. Cardin. Thomaſio edito Romæ, anno 1697. ad calcem Pſalterii antiqui, in multis etiam concordare videtur cum Verſione noſtra. Porro tam prædicta fragmenta, quàm illæ Verſiones quæ habentur in aliis tribus Mſs. plurimùm diſtant à Vulgata Verſione, interprete Hieronymo, quod ſanè permirum cuique videbitur. Tantæ diſſimilitudinis cauſam inquirere, aut rationem reddere, eruditorum ſit.

Si tamen nobis de hujus varietatis origine aliquid proponere licet, aliquantum ſuſpicionis ducemus ex his quæ ſcribit Hieronymus præfat. in lib. Judith ab ipſo translatum; ubi hæc habet: Liber Judith inter Hagiographa legitur..... Chaldæo ſermone conſcriptus inter hiſtorias computatur. Sed quia hunc librum Synodus Nicæna in numero ſanctarum Scripturarum legitur computaſſe, acquievi poſtulationi veſtræ, imo exactioni, & ſepoſitis occupationibus, quibus vehementer arctabar, huic unam lucubratiunculam dedi, magis ſenſum è ſenſu, quàm ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vitioſiſſimam amputavi; ſola ea, quæ intelligentiâ integrâ in verbis Chaldæis invenire potui, Latinis expreſſi. *Idem etiam innuere videtur Hieron. præfat. in Tobiam ſimiliter ab ipſo è Chaldæo translatum:* Exigitis, *inquit*, ut librum Chaldæo ſermone conſcriptum ad Latinum ſtylum traham, librum utique Tobiæ..... feci ſatis deſiderio veſtro..... & quia vicina eſt Chaldæorum lingua ſermoni Hebraïco, utriuſque linguæ peritiſſimum loquacem reperiens, unius diei laborem arripui, & quidquid ille mihi Hebraïcis verbis expreſſit, hoc ego accito Notario, ſermonibus Latinis expoſui. *Porro ſi vel unius diei ſpatio brevi, librum integrum Tobiæ Latinè tranſtulit Hieronymus; ſi in libro Judith pariter transferendo magis ſenſum è ſenſu, quàm ex verbo verbum reddidit; ſi denique ſola ea, quæ intelligentiâ integrâ in verbis Chaldaïcis invenire potuit, Latinis expreſſit; vix mirum jam videri debet tales interpretationes, ut pote contractiores, multùm diſtare, remotaſque eſſe & ſejunctas ab aliis longè productioribus cùm Græcis, tum Latinis, quæ verbum è verbo, ut facilè credimus, textum primigenium exhibent. Abſit tamen ut judices inde quidquam minuendum eſſe de auctoritate & præſtantia Vulgatæ noſtræ; cujus dignitatem, & authenticitatem ut aiunt, his in libris, ſicut & in aliis, ultro agnoſcimus & profitemur. Vide Monitum ſeq. in lib. Eſther.*

Digitized by Google

SUMMA CAPITA LIBRI JUDITH,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Verſioni antiquæ reſpondeant.

CAP. I. *Nabuchodonoſor victo rege Medorum, cunctis regnis imperare cupiens, nuncios ad ea mittit; quibus abſque honore remiſſis, indignatus jurat ſe id ulturum.*

CAP. II. *Holofernes à Nabuchodonoſor mittitur, omnia regna & populos vaſtaturus: deſcribitur potentia exercitus ipſius; multiſque locis per ipſum expugnatis, vehemens timor univerſos invaſit.*

CAP. III. *Holoferni ſe ultro dedunt univerſarum urbium ac provinciarum principes, ex quibus auxiliares ſibi aſſumit; & tamen ipſorum civitates ac deos deſtruit, quò ſolus Nabuchodonoſor deus habeatur.*

CAP. IV. *Filii Iſraël vehementer Holofernem metuentes, hortatu Eliachim ſacerdotis, ſeſe jejuniis ac oratione humiliant & affligunt, auxiliumque à Domino implorant.*

CAP. V. *Rogatus ab Holoferne Achior dux Ammonitarum de genere Iſraëlitarum, enarrat Dei mirabilia circa populum Iſraëliticum, monetque ne temerè contra illos pugnet: quibus auditis, indignantur ipſi Achior principes Holofernis.*

CAP. VI. *Iratus Holofernes jubet Achior duci in Bethuliam, ut eâ devictâ ſimul puniatur; at ſervi à fundibulariis repulſi, eum arbori alligant: quem ſolutum filii Iſraël cognitâ causâ benignè conſolantur, Deum humiliter implorantes.*

CAP. VII. *Holofernes Bethuliam obſidet, ac preciſo aquæductu, jubet fontes omnes cuſtodiri: quapropter cives ſiti cruciati, civitatem tradere cupiunt; Ozias tamen princeps populi perſuadet ut adquinque dies hoc differatur.*

CAP. VIII. *Judith, cujus laus deſcribitur, vacillantes presbyteros, & præ anguſtia deditionem quinto die meditantes, objurgat, quòd tempus Domini miſerationi præſcripſerint; eoſque hortatur ut patrum exemplo, populum ad patientiam animent, ac pro ſe Deum precentur, nec factum ſuum ſcrutentur.*

CAP. IX. *Judith ſeſe affligens ac humilians, pro populi liberatione proſtrata precatur, utque ſibi virtus detur evertendi Holofernem.*

CAP. X. *Judith pulcherrima, aptiſſimè ornata, Bethuliâ cum ſua ancilla egreditur, & ab exploratoribus deprehenſa ducitur ad Holofernem, qui mox ejus capitur pulchritudine.*

CAP. XI. *Judith ab Holoferne ſuper cauſa fuga ſua interrogata, imponit illi, ſpecioſam pollicens victoriam.*

CAP. XII. *Judith in locum theſaurorum Holofernis introducta, facultatem obtinet propriis veſcendi cibis, nocteque ad orationem egrediendi: quarto autem die in convivium inducta, coram Holoferne comedit & bibit; qui ejus concupiſcentiâ ardens, vehementer inebriatur.*

CAP. XIII. *Judith facta ad Deum oratione, præſcindit caput ebrii Holofernis; quod ad concives Bethuliæ deferens, eos ad gratiarum actionem hortatur: ipſa verò ab omnibus benedicitur; & Achior, viſo Holofernis capite, obſtupeſcit.*

CAP. XIV. *Holofernis capite in muro ſuſpenſo, Achiorque circumciſo, Judæi in Aſſyrios irruunt; qui Holofernem excitantes, mortuumque invenientes, vehementi timore concutiuntur.*

CAP. XV. *Aſſyrii perſequentes Hebræos, omnibus relictis, fugiunt; at illi ſpoliis collectis, plurimùm ditati ſunt: Judith autem à pontifice & populo benedicitur; & quæ Holofernis propria fuerant, ipſi traduntur.*

CAP. XVI. *Canticum Judith ob victoriam: venit populus Jeruſalem holocauſta cum gratiarum actionibus oblaturus: tandemque Judith plena dierum moritur; & dies hujus victoriæ perpetuo apud Judæos in numero ſanctorum dierum celebratur.*

Digitized by Google

LIBER
JUDITH.

CAPUT PRIMUM.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. cod. Regio num. 3564. annor. circ. 900. optimæ notæ, & Sangerm. n. 4. ejuſd. ætatis.

1. ANNO duodecimo regni Nabuchodonoſor, qui regnavit Aſſyriis in Ninive civitate magna, in diebus Arfaxath regis, qui regnavit in Medis in Ecbathana civitate, & ædificavit turrem in Ecbathana,

2. & in circuitu muros ejus, ex lapidibus exciſis, latitudine cubitorum trium, & longitudine cubitorum ſex: & fecit altitudinem muri cubitorum ſexaginta, & turres conſtituit ſupra portas ejus cubitorum centum:

3. altitudinem & latitudinem earum fundavit in cubitis ſexaginta: & fecit portas ejus exſurgentes in altum cubitis ſexaginta, & latitudinem earum cubitis quadraginta,

4. ad exitum quadrigarum ſuarum.

5. Et fecit bellum in diebus illis rex Nabuchodonoſor adversùs regem Arfaxath

VULGATA NOVA.

1. RPHAXAD itaque, rex Medorum, ſubjugaverat multas gentes imperio ſuo, & ipſe ædificavit civitatem potentiſſimam, quam appellavit Ecbatanis,

2. ex lapidibus quadratis & ſectis: fecit muros ejus in latitudinem cubitorum ſeptuaginta, & in altitudinem cubitorum triginta, turres verò ejus poſuit in altitudinem cubitorum centum.

3. Per quadrum verò earum, latus utrumque vicenorum pedum ſpatio tendebatur, poſuitque portas ejus in altitudinem turrium:

4. & gloriabatur quaſi potens in potentia exercitus ſui, & in gloria quadrigarum ſuarum.

5. Anno igitur duodecimo regni ſui, Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum, qui regnabat in Ninive civitate magna, pugnavit contra Arphaxad,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Corb. ſic habet: *Anno duodecimo regni Nabuchod. qui regnavit ab Aſſyriis in Ninive civitate magna, in diebus Arfaxath regis, qui regnavit ſuper Medos in Egbatanis, & ædificavit Egbatana.* Ita quoque in Græco, niſi quòd circa med. legitur ſimpliciter Ἀσσυρίων, loco *ab Aſſyriis*, abſque voce *regis*, poſt nomen *Arfaxath*; & in fine ſic, ἐπ' Ἐκβατάνων, *ſuper Echatana*, pro *in Egbatana*. In Mſ. Germ. 15. ita: *Anno duodecimo regni Nabuchod. is qui fuit rex Aſſyriorum in Nineven civitatem magnam, in diebus Arfaxath, qui regnavit Medis in Ecbathanis civitatem, & ædificavit Ecbathanis.* In Mſ. Pechiano caput 1. integrum deſideratur, ſicut tres priores verſus capitis ſecundi.

℣. 2. Mſ. Germ. 15. hab. *In circuitum muros, lapidibus excelſis, in latitudinem cubitorum trium, & longitudo cubitorum ſex: & fecit altitudinem muri, cubitos ſeptuaginta, & turres illius poſuit in portis ipſius, cubitorum centum.* Corb. *Et in circuitu muros ejus, in lapidibus inſtructis, latis cubitorum ternum, & altis cubitorum ſenum: & fecit altitudinem muri cubitorum ſexaginta, & latitudinem cubitorum quinquaginta, & turres ejus conſtituit & ſuper portas ejus, cubitorum centum.* Græc. Καὶ κύκλῳ τείχη, ἐκ λίθων λελαξευμένων, εἰς πλάτος πηχῶν τεσσάρων, καὶ εἰς μῆκος πηχῶν ἑξήκοντα· καὶ ἐποίησε, &c. ut in Lat. Corb. niſi quòd pro *ſexaginta*, legitur ἑβδομήκοντα, *ſeptuaginta*, addita voce αὐτῆ, *ejus*, poſt *latitudinem*, delero verò &, poſt verbum *conſtituit*, pro quo ſimpliciter, ἔστησε, *ſtatuit*, quod idem ſonat.

℣. 3. Mſ. Germ. 15. *Altitudinem & latitudinem illius fundavit in cubitis ſexaginta: & fecit portas illius elevatas in altitudine cubitorum octoginta, & latitudinem earum cubitorum quadraginta.* Corb. *Et altitudines turrium fundavit in cubitis ſexaginta, & latitudinem illarum cubitorum quadraginta.* Græc. Καὶ τὸ πλάτος αὐτῆς ἐθεμελίωσεν εἰς πήχεις ἑξήκοντα· καὶ ἐποίησε τὰς πύλας αὐτῆς πύλας ὑπερηφανείας εἰς ὕψος πηχῶν ἑβδομήκοντα, καὶ τὸ πλάτος αὐτῶν πήχεις τεσσαράκοντα.

℣. 4. Mſ. Corb. *In exitu quadrigarum ſuarum.* Germ. 15. *Ad exitum curruum ipſorum.* Græc. Εἰς ἐξόδους δυνάμεων δυνατῶν αὐτῆ, καὶ διατάξεις τῶν πεζῶν αὐτῆ. i. e. *Ad exitus exercituum potentium ipſius, & ordines peditum ipſius.*

℣. 5. Ad verbum è Græco. Sic etiam in Mſ. Corb. præ-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& obtinuit eum

6. in campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphraten, & Tigrin, & Jadaſon, in campo Erioch regis Elicorum.

7. Tunc exaltatum eſt regnum Nabuchodonoſor, & cor ejus elevatum eſt: & miſit ad omnes qui habitabant in Cilicia, & Damaſco, & Libano,

8. & ad gentes quæ ſunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galilæam in campo magno Eſdrelon,

9. & ad omnes qui erant in Samaria, & trans flumen Jordanem uſque ad Jeruſalem, & omnem terram Jeſſe, quouſque perveniatur ad terminos Æthiopiæ.

10. Ad hos omnes miſit nuncios Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum:

11. qui omnes uno animo contradixerunt, & remiſerunt eos vacuos, & ſine honore abjecerunt.

12. Tunc indignatus Nabuchodonoſor rex adversùs omnem terram illam, juravit per thronum & regnum ſuum, quòd defenderet ſe de omnibus regionibus his.

VERSIO ANTIQUA.

6. in campo magno, hic eſt campus Ragau. Et convenerunt in pugnam omnes habitantes in montanis, & Euphrate, & Tigri, & Ydaſpi, in campis Arioth regis Elimeorum: & collegerunt ſe gentes multæ ad bellum filiorum Chelleuth. *Ex Mſ. Reg. & Germ.*

7. Et miſit Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum ad omnes inhabitantes Jamnæ, Perſidis, & Ciliciam, & Damaſcum, Libanum & Antelibanum, & contra faciem maris,

8. & qui ſunt in nationibus Carmeli & Galaad, & ſuperiori Galilææ in campo magno Eſdrelon,

9. & ad omnes qui in Samaria, & in civitatibus ejus, & trans Jordanem uſque Hieruſalem, & Bathana, & Chelus, & Cades, & flumina Ægypti, & Tafnas, & Rameſſes, & omnem terram Geſſen, donec veniatur ſupra Thaneos & Memphis, & omnes qui inhabitant Galilæa maritima in Jordanen, in totam terram Ægypti, donec veniatur ad fines Æthiopiæ.

11. Et contempſerunt omnes inhabitantes terram illam, verbum Nabuchodonoſor regis Aſſyriorum, neque convenerunt cum illo in prælium, quia non timuerunt eum: ſed erat adversùs eos quaſi vir unus. Et remiſerunt legatos ejus vacuos, ſine honore * facies eorum. * *f.* faciei.

12. Et iratus eſt rex Nabuchodonoſor ad omnem terram illam vehementer, & juravit per ſedem regni ſui, animadverſurum ſe in omnes fines Ciliciæ, & Damaſci, & Scythiæ, & interfecturum gladio ſuo inhabitantes Moab, & filios Ammon, & omnem Judæam, & omnes qui in Ægypto ſunt, uſque dum veniatur montanam, & ad finitima duorum æquorum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ter hoc ult. *ad Arphaxath regem.* In Germ. 15. *Et commiſit bellum in diebus illis rex Nabuchod. cum rege Arfaxat.* Græc. πρὸς βασιλέα Ἀρφαξάδ.

℣. 6. Græcè, ἐν τοῖς ὁρίοις Ῥαγαῦ, *in finibus Ragau*, non *campus Ragau*; ſubinde pro *convenerunt in pugnam*, ſic, ζυνήλθαν πρὸς αὐτὸν, *concurrerunt ad eum*; dein πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν ὀρεινὴν, καὶ πάντες οἱ καλοικοῦντες τὸν Εὐφράτην, καὶ τὸν Τίγριν, καὶ τὸν Ὑδάσπην, καὶ πεδίον Ἐριωὸχ ὁ βασιλεὺς (Compl. τῆς βασιλέως) Ἐλυμαίων· καὶ ζυνήλθον ἔθνη πολλὰ σφόδρα εἰς παράταξιν υἱῶν Χελεήλ. Mſ. Germ. 15. *In campum magnum, hic eſt campus Ragao. Et convenerunt ad bellum omnes inhabitantes montana, & Euphraten, & Tigri, & Hydnas, & campos Arioch regis Elymeorum: & congregatæ ſunt nationes multæ valde ad pugnam filiorum Celleuth.* Mſ. Corb. *In campo magno, hic eſt campus magnus Ragavet. Et convenerunt in pugnam omnes inhabitantes in montanis, & omnes inhabitantes Euphraten, & Tigrin, & Idas, & in campis Jericho Elimeorum: & collegerunt gentes multas ad bellum filiorum Iſrael Chesleuth.* Mſ. Germ. 4. ſcribit *Celleuth*, cum altero ſup. n. 15.

℣. 7. Mſ. Germ. 4. ſcribit *Jamne*, vel *Lamne*: in Mſ. verò Corb. deeſt hoc, *Jamnæ*, *Perſidis*, cum ſeq. &, reponitur autem &, poſt *Damaſcum*, & loco *contra faciem maris*, rurſus habetur, *ad omnes inhabit. circa faciem maris*; cætera ut ſup. In Mſ. Germ. 15. ita: *Et miſit Nabuchod. rex Aſſyriorum ad omnes qui incolebant Cilicia, & Damaſcum, & Libanum, & Antelibanum, & omnes qui habitant contra faciem maris.* Græcè: Καὶ ἀπέστειλε Ναβεχοδονόσορ ὁ βασιλεὺς Ἀσσυρίων ἐπὶ πάντας τοὺς καλοικοῦντας τὴν Περσίδα, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς καλοικοῦντας πρὸς δυσμαῖς, τοὺς καλοικοῦντας Κιλικίαν, καὶ Δαμασκὸν, τὸν Λίβανον, καὶ Ἀντιλίβανον, καὶ πάντας τοὺς καλοικοῦντας κατὰ πρόσωπον θαλάσσης.

℣. 8. Similiter in Græco, præter ultima iſta, καὶ τὴν ἄνω Γαλιλαίαν, καὶ τὸ μέγα πεδίον Ἐσδρηλών. In Mſ. Germ. 15. ſic: *Et eos qui in regionibus Carmeli & Galaad, & in ſuperiorem Galilæam, & magno campo Eſdrelon.* In Corb. *Et ad gentes quæ ſunt in Carmelo & Chedam, & inhabitantes ſuper Galilæam & in campo Eſdrelon.*

℣. 9. Concordant iſta cum Græco, niſi quòd initio Græcè deeſt *ad*, uti paulò poſt *in*, ante vocem *civitatibus*; exinde loco *Bathana*, & *Chelus*, legitur Βετάνη, καὶ Χαμὰς, & loco *flumina*, ſingulariter τῦ ποταμῦ, *fluminis*; item infra Γεσὲμ, pro *Geſſen*, & loco *Galilæa maritima in Jordanen, in totam terram Ægypti*, ſimpliciter, τὴν Αἴγυπτον. Mſ. Corb. habet: *Et ad omnes in Samaria, & in civitatibus ejus, & trans flumen Jordanis uſque ad Jeruſalem, Egbatanam, & Celleto, & Cades, ad flumen Ægypti, & Tafnas, & Rames, & omnem terram Geſſen, uſquequo veniatur ad fines montanæ Æthiopiæ.* Mſ. Germ. 15. *Et omnes qui in Samaria, & civitatibus ipſius, & ultra Jordanem uſque Hieruſalem, & Ecbathana, & Thelos, & Cades, & flumina Ægypti, & Tafnas, & Rameſſem, & omnem gentem qui inhabitant, donec veniatur ſupra Thaneos & Memphis, & omnes qui incolebant Galilæam, & omnem terram Ægypti, donec veniatur ad fines Æthiopiæ*; Græc. ἐπὶ τὰ ὅρια.

℣. 11. Græc. loco *terram illam*, hab. πᾶσαν τὴν γῆν, & poſt plura, loco *vir unus*, ſic, ἀνὴρ ἴσος, *vir æqualis*, ſed in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. legitur εἷς, *unus*; extremò ſic: ἐν ἀτιμίᾳ πρὸ προσώπου αὐτῶν, *in ignominia ante faciem ſuam*; cætera ſimilia. Mſ. Corb. habet: *Et contempſerunt omnes inhabitantes in univerſa terra, verba Nabuchod. regis Aſſyriorum, & non convenerunt ad illum* (Græc. αὐτῶ) *in pugnam, quoniam timuerunt illum: ſed magis adversùs illum contradixerunt quaſi vir unus. Et remiſerunt nuncios vacuos, ſine honore perſonarum illorum.* Germ. 15. *Et contempſerunt omnes qui colebant omnem terram, dictu* (l. *dictum*) *Nabochodonoſor regis Aſſyriorum, & non convenerunt illi ad bellum, quia non timuerunt eum: ſed erant quaſi vir unus. Et adverſati ſunt nuncios ipſius, diſpicientes perſonas illorum.*

℣. 12. Græcè deeſt *rex* initio, & pro ſeq. *ad*, habetur ἐπὶ, *ſuper*, uti loco *regni ſui*, ſic, καὶ τῆς βασιλείας αὐτῦ, & *regnum ſuum*; mox ita, εἰ μὴν ἐκδικήσειν (Ald. & Compl. addunt αὐτὸν) *nimirum ultorum ſe*, abſque ſeq. *in*: item loco *Damaſci*, ſic, Δαμασκηνῆς, ſed in Ald. & Compl. Δαμασκῦ, tum Συρίας, *Syriæ*, non *Scythiæ*, demto ſeq. &, quod tamen retinet edit. Compl. demum verbo *inhabitantes*, præponitur id, καὶ πάντας, poſtponiturque ἐν γῇ; loco verò *montanam*, & *ad finitima*, &c. ſimpliciter, ἐπὶ τὰ ὅρια, *ſuper fines*. In Mſ. Germ. 15. ſic legitur: *Et iratus eſt Nabochodonoſor in omnem terram hanc*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſs. Reg. & Germ.

* Et præparavit ſe in virtute ſua adversùs regem Arfaxath in anno ſeptimo decimo: & invaluit in pugna ſua, & redegit in poteſtate ſua omnem virtutem regis Arfaxath, & omnem equitatum ejus, & omnes currus ipſius, & dominatus eſt civitatum ejus.

** Et abiit uſque Ecbatham, & obtinuit turres ejus, & prædatus eſt plateas ejus, & ornamenta ejus, & poſuit ea in opprobrio: & cepit regem Arfaxath in montibus Ragau, & percuſſit illum in lanceis ſuis, & diſperdidit eum uſque in hodiernum diem.

*** Et reverſus eſt Nabuchodonoſor rex in Niniven, ipſe & exercitus, multitudo virorum bellatorum copioſa nimis: & erat illic ſecurus habitans; & epulatus eſt ipſe, & virtus ejus per dies centum viginti.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

valde, & juravit per thronum regni ſui, vindicaturum ſe omnes fines Ciliciæ, & Damaſcbi, & Scithiæ, interfecturum ſe gladio & omnes qui habitant in terra Moab, & filios Ammon, & omnem Judæam, & omnes qui in Ægypto, donec veniatur ad finitima, ad duo maria. In Mſ. Corb. *Et indignatus eſt irâ Nabuchod. rex ad omnem terram illam valde, & juravit per thronum & regnum ſuum, ut defenderet ſe de omnibus Ciliciæ regionibus, & Damaſci, & Scithiæ, & interfecturum illos gladio ſuo, & omnes inhabitantes in terra Moab, & filios Aman, & omnem Judæam, & omnes in Ægyptum, uſque dum veniatur ad fines montanæ, & duo maria.*

* Hæc pauca variant Græcè, nempe παρεσκάξαλο, *aciem inſtruxit*, loco *præparavit ſe*; & infra, loco *redegit in poteſtate ſua*, ſic, ἀνέτρεψε, *evertit*, abſque ſeq. voce *regis*. Mſ. Germ. 15. habet: *Et paravit ſe in virtute ſua adversùs regem Arfaxath in anno ſeptimo decimo: & valuit in ſuo bello*, (Græc. πολέμῳ) *& redegit omnem multitudinem Arſaxat, & omnem*, &c. ut ſup. Mſ. Corb. *Et comparavit ſe in virtute ſua adversùs regem anno ſeptimo decimo: invaluit in pugna ſua, & redegit in virtute ſua omnem poteſtatem regis Arſaxath, & omnem equitatum, & currus illius;* reliqua deſunt.

** Græc. initio habet, Καὶ ἀφίκετο ἕως Ἐκβατάνων, *Et pervenit uſque Ecbatana*, abſque *ejus*, poſt *turres*; paulòque poſt ſingulariter, τὸν κόσμον, *ornamentum*, deletis voculis ſeqq. &, ac *ea*; ſubinde addit αὐτῆς, *ejus*, ad accuſat. ὄντιδος, tollitque *regem*, ante *Arfaxath*, & in fine habet ἐκείνης, loco *hodiernum*. Mſ. Corb. ſic: *Et devaſtavit illos uſque Egbatana, & obtinuit turres, & prædavit civitates eorum, & ornamenta ejus, & poſuit in improperium: & accepit regem Arfaxath in montibus Ragua, & jaculatus* (Græc. καθηκόντισεν) *eum jaculis ſuis, & diſperdidit eum*, &c. ut ſup. Mſ. Germ. 15. *Et progreſſus eſt uſque Ecbathana, & obtinuit muros, & diviſit plateas ipſius, ut magis ad ſementes apta eſſent, quam ad ſter faciendum; & ornatum ipſius diſſipatum eſt, & conlocavit eam in infamiam: & accepit Arfaxat in montibus Ragau, & percuſſit eum in lancis ſuis, & perdidit eum uſque in hunc diem.* Græc. pro *lancis* ſeu *lanceis*, hab. ζιζύναις.

*** Græc. loco *Nabuchodonoſor rex in Niniven*, ſcribit μετ' αὐτῶν, *cum eis* (ſolus Alex. addit εἰς Νινευή;) ſubinde pro *exercitus*, πᾶς ὁ ζύμμικτος αὐτοῦ, *omnis commiſtus ejus*, & loco *ſecurus habitans*, & *epulatus eſt*, ita, ῥᾳθυμῶν, καὶ εὐωχούμενος, *torpens*, & *epulans*. Mſ. Germ. 15. hab. *Et reverſus eſt in Nineven; ſed & exercitus ipſius, multitudo hominum belligeratorum multa valde: & erat ibi morans, & epulans, & ipſe, & multitudo ejus per dies centum viginti.* Mſ. Corb. *Et reverſus eſt Nabuchod. rex in Ninive, ipſe & exercitus ejus, multitudo hominum pugnatorum multa valde* (Græc. πολὺ σφόδρα) *& erat ibi incolumis, & lætus ipſe, & virtus ejus diebus centum & viginti.*

CAPUT II.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſs. Reg. & Germ.

1. ET anno octavo decimo, ſecundo & viceſimo die menſis, factum eſt verbum in domo Nabuchodonoſor regis Aſſyriorum, ut defenderet omnem terram, ſicut locutus eſt.

2. Et conſedit cum omnibus famulis & principibus ſuis, & expoſuit illis myſterium conſilii ſui:

3. & factum eſt, cùm conſummaſſet malitiam terræ ex ore ſuo, & ipſi judicaverunt exterminari omnem carnem, qui non ſunt obſecuti verbo oris ejus.

4. Cùm autem conſummaſſet loquens conſilium ad eos, vocavit Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum Olofernem principem militiæ ſuæ, qui erat ſecundus ab eo,

5. & dixit ad eum: Hæc dicit rex magnus, univerſæ terræ dominus: Ecce tu exies ante faciem

VULGATA NOVA.

1. ANno tertio decimo Nabuchodonoſor regis, vigeſima & ſecunda die menſis primi, factum eſt verbum in domo Nabuchodonoſor regis Aſſyriorum, ut defenderet ſe.

2. Vocavitque omnes majores natu, omneſque duces, & bellatores ſuos, & habuit cum eis myſterium conſilii ſui:

3. dixitque cogitationem ſuam in eo eſſe, ut omnem terram ſuo ſubjugaret imperio.

4. Quod dictum cùm placuiſſet omnibus, vocavit Nabuchodonoſor rex Holofernem principem militiæ ſuæ,

5. & dixit ei: Egredere adversùs omne regnum occidentis, & contra eos præcipuè, qui

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Καὶ ἐν τῷ ἑνὶ τῷ ὀκλωκαιδεκάτῳ, Δευτέρᾳ καὶ εἰκάδι τοῦ πρώτου μηνὸς, &c. ut in Lat. ſup. niſi quòd habet ἐκδικῆσαι, pro *defenderet*. Mſ. noſter Corb. cum textu Regio pariter concinit, exceptis his paucis: *Et in anno..... ut defenderet ſe de omni terra.* In Germ. 15. ita: *Et in anno octavo decimo, die ſecunda & viceſima menſis, fuit verbum in* (ſupp. *domo*) *Nabochodonoſor regis, vindicandi omnem terram, ſicut dixit.*

℣. 2. Mſ. Germ. 15. *Et in unum conlocavit* (f. *convocavit*) *omnes famulos & potentes, & poſuit inter ipſos ſacramentum regni ſui.* Corb. *Et conſedit cum omnibus ſervis ſuis, & cum omnibus majoribus natu ſuis, & poſuit cum illis myſterium cogitationis ſuæ.* Græc. Καὶ συνεκάλεσε πάντας τοὺς θεραπόντας αὐτοῦ, καὶ πάντας τοὺς μεγιστᾶνας αὐτοῦ, καὶ ἔθετο μετ' αὐτῶν τὸ μυστήριον τῆς βουλῆς αὐτοῦ.

℣. 3. Græc. Καὶ συνετέλεσε πᾶσαν τὴν κακίαν, &c. ut in Lat. ſup. Mſ. Germ. 15. *Et factum eſt, cùm conſummaret omnem malitiam terræ ore ſuo, & ipſi judicaverunt perdere omnem carnem eorum, qui non ſunt ſecuti dictum oris ipſius.* Mſ. Germ. 4. hab. *qui non ſunt ſecuti verbo.* Græc. οἳ οὐκ ἠκολούθησαν τῷ λόγῳ. Mſ. Corb. nihil habet aliud præter iſta: *Et ipſi judicaverunt exterminari omnes, qui non obaudierunt verbum regis.*

℣. 4. Ad verbum è Græco, exceptis prioribus his: Καὶ ἐγένετο, ὡς συνετέλεσε τὴν βουλὴν αὐτοῦ, deinde ἐκάλεσε, &c. Mſ. Germ. 15. *Et factum eſt, cùm conſummaſſet conſilium eorum, vocavit Nabuchod. rex Aſſyriorum Olofernem principem exercitus ſui, ſecundo loco abs ſe.* Corb. *Et factum eſt, & (f. ut) conſummatum conſilium eorum, vocavit Nabuchodonoſor Olofernem principem*, &c. ut in textu. Mſ. Pechian. ab his initium ducit: *Vocavit Nabochodonoſor rex Aſſyriorum Olofernem principem exercitus ſui, qui erat ſecundo loco poſt ſe.*

℣. 5. Vix meliùs è Græco, nonnullis tamen exceptis, videlicet, *ante faciem meam*, pro quo ἐκ τοῦ προσώπου μου, *à facie mea*; paulòque poſt, εἰς χιλιάδας ἑκατὸν εἴκοσι, *ad millia centum viginti*, loco *centum viginti millia*, & infra pro *duodecim millia*, rurſus μυριάδων δώδεκα δύο, con-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

contempſerunt imperium meum.

VERSIO ANTIQUA.

meam, & accipies tecum viros fidentes in virtute ſua, peditum centum viginti millia, & multitudinem equorum cum aſcenſoribus duodecim millia: & exies in obviam univerſæ terræ ad occaſum, qui contempſerunt verba oris mei. *Ex Mſ. Reg. & Germ.*

VERSIO ANTIQUA.

* Et denuntiabis illis, ut præparent mihi terram & aquam, quia exibo in ira mea adversùs illos, & cooperiam faciem totius terræ pedibus exercitus mei: & dabo eos in direptionem, & vulneratis eorum implebuntur valles eorum, & omnis torrens & fluvius inundans, mortuis eorum implebuntur; & adducam captivitatem eorum ad ultima terræ.

** Tu autem exiens, præoccupabis mihi omnes fines eorum; & illi ſi tradiderint ſe tibi, ſervabis eos mihi in diem increpationis ipſorum.

VULGATA NOVA.

6. Non parcet oculus tuus ulli regno, omnemque urbem munitam ſubjugabis mihi.

VERSIO ANTIQUA.

6. Super eos autem qui non obediunt, non parcet oculus tuus, ut des illos in occiſionem, & in rapinam univerſæ terræ: quoniam vivo ego, & virtus regni mei, quæ locutus ſum ut faciam omnia iſta in manu mea. Et tu non præteries unum verbum domini tui: ſed conſummans conſummabis, ſicut præcepi tibi, & non prolongabis facere ea.

7. Tunc Holofernes vocavit duces, & magiſtratus virtutis Aſſyriorum: & dinumeravit viros in expeditionem, ſicut præcepit ei rex, centum viginti millia peditum pugnatorum, & equitum ſagittariorum duodecim millia.

7. Exiit Olofernes à facie domini ſui, & vocavit duces, & magiſtratus, & præpoſitos virtutis Aſſyriorum: & numeravit electos viros in acie, quemadmodum præceperat ei dominus ſuus, centum viginti millia peditum, & equitatum ſagittariorum duodecim millia.

8. Omnemque expeditionem ſuam fecit præire in multitudine innumerabilium camelorum, cum his quæ exercitibus ſufficerent copioſè, boum quoque armenta, gregeſque ovium, quorum non

8. Et diſpoſuit eos quemadmodum ad bellum multitudo conſtituitur: & accepit camelos, & aſinos, & mulas ad utenſilia eorum, multitudinem magnam valde; oves, & boves, & capras

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tum viginti millia; at in Mſ. Alex. ac edit. Compl. habetur χιλιάδας δεκαδύο; demum pro *qui contempſerunt verba*, ſic in Vatic. & al. ὅτι ἠπείθησαν τῷ ῥήματι, *quia non paruerunt verbo.* Mſ. Germ. 15. hab. *Et dixit illi: Hæc dicit Rex magnus, dominus orbis terræ: Ecce tu exies ante faciem meam, & accipies tecum viros confidentes in virtute ſua, peditum centum viginti millia, & multitudinem equorum cum equitibus duodecim millia: & exies obviam omni terræ quæ eſt ad occaſum, qui non crediderunt dicto oris mei.* Corb. *Et dixit ad eum: Hæc dicit Rex magnus, univ. terræ dom. Ecce exies ante faciem meam, & accipies tecum viros confidentes in virtute ſua, pedites centum vig. mil. & multitudinem equorum cum aſcenſoribus ſuis, id eſt, millia duodecim: & exies adversùs omnem terram occidentem, qui contempſerunt omne verbum meum.* Mſ. Pechian. *Et dixit illi: Hæc dicit Rex magnus, dominus omnis terræ: Ecce tu exibis ante faciem meam, & accipies tecum viros fidentes in virtute ſua, peditum centum vig. mil. & multitudinem equorum, & cum equitibus duodecim millia;* reliqua deſunt.

* Mſ. Germ. 15. *Et nunciabis illis, parare mihi terram & aquam, quoniam proficiſcar in ira mea ad illos, & operiam omnem faciem terræ pedibus multitudinis: & dabo eos in rapinam;* reliqua ut ſup. excepto ult. ſing. *implebitur,* & in fine, *ad extrema omnis terræ.* Corb. *Et nunciabis illis, ut præparent terram & aquam, quoniam exeo in ira ad illos, & cooperiam faciem totius terræ pedibus* (Mſ. *preditus*) *univerſæ virtutis meæ: & dabo illis in rapinam, & vulnerati illorum replebuntur; & adducam captivitatem illorum ab extrema parte univerſæ terræ.* Tota iſta abſunt à Mſ. Pech. In Græco ſic: Καὶ ἀπαγγελεῖς αὐτοῖς, ἑτοιμάζειν (editt. Ald. & Compl. add. μοι) γῆν καὶ ὕδωρ, ὅτι ἐξελεύσεμαι ἐν θυμῷ μου ἐπ' αὐτοὺς, καὶ καλύψω πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς ἐν τοῖς ποσὶ τῆς δυνάμεώς μου· καὶ δώσω αὐτοὺς εἰς διαρπαγὴν αὐτοῖς, καὶ οἱ τραυματίαι αὐτῶν πλησθήσονται τὰς φάραγγας, καὶ τοὺς χειμάρρους αὐτῶν, καὶ ποταμὸς (Mſ. Germ. 4. ſolus *omnis fluvius*,) ἐπικλύζων τοῖς νεκροῖς αὐτῶν πλησθήσεται· καὶ ἄξω τὴν αἰχμαλωσίαν αὐτῶν ἐπὶ τὰ ἄκρα πάσης τῆς γῆς.

** Abſunt pariter iſta à Mſ. Pech. In Corb. verò habentur ſic: *Tu autem exies, & præoccupabis mihi omnem regionem illorum, & dabis eos in redargutiones illorum.* In Germ. 15. *Tu autem cùm exieris, præoccupabis mihi omnes fines eorum; & ſi tradiderint ſe tibi, conſervabis mihi in diem redargutionis illorum.* Germ. 4. ſcribit, *increpationes eorum*, loco *increpationis*, Mſs. more. Græc. Σὺ δὲ ἐξελθὼν προκαλαλήψῃ μοι πᾶν ὅριον αὐτῶν, καὶ ἐκδώσουσί σοι ἑαυτοὺς, καὶ διαλυμήσεις ἐμοὶ αὐτοὺς εἰς ἡμέραν ἐλεγμοῦ αὐτῶν.

¥. 6. Hæc omnia deſunt in Mſ. Pech. In Corb. verò ſic: *Super contemnentes autem, non parcet oculus tuus, & dabis illos in occiſionem, & rapinam in totam terram: quoniam vivo ego, & virtus imperii mei, quia faciam omnia quæ locutus ſum, in manu mea. Et tu non declinabis à verbo domini tui regis: ſed conſummans, ſicut præcipio tibi, & non differens facere iſta.* In Germ. 15. *Super contemnentes autem, non parcet oculus tuus, uſquequo des illos in mortem, & in rapinas omni terræ: quoniam vivo ego, & poteſtas regni mei, quæ locutus ſum, & faciam omnia iſta in manu mea. Et tu non tranſgredieris unum verbum domini tui: ſed conſummans conſummabis, ſicut præcepi tibi, & non in longum tempus differs hæc faciendi.* Gr. Ἐπὶ δὲ τοὺς ἀπειθοῦντας, μὴ φεισθῇ ὁ ὀφθαλμός σου, δοῦναι αὐτοὺς εἰς φόνον, καὶ ἁρπαγὴν ἐν πάσῃ τῇ γῇ σου· ὅτι ζῶν ἐγὼ, καὶ τὸ κράτος τῆς βασιλείας μου, λελάληκα, (editt. Ald. & Compl. ὅσα λελάληκα) καὶ ποιήσω ταῦτα ἐν χειρί μου. Καὶ σὺ δὲ οὐ παρελεύσῃ ἓν τι τῶν ῥημάτων τοῦ κυρίου σου· ἀλλ' ἐπιτελῶν ἐπιτελέσεις, καθότι προστέταχά σοι, καὶ μὴ μακρυνεῖς τοῦ ποιῆσαι αὐτά.

¥. 7. Mſ. Germ. 15. *Et exiit Olofernes à facie regis, & vocavit ſatrapas, & duces ipſius, & magiſtratus, & multitudinis Aſſyriorum, & numeravit electos viros ad pugnam: quoniam quidem imperaverat illi dominus ipſius, in centum viginti millia peditum, & equitum ſagittariorum duodecim millia.* Corb. *Et exiit Olofernes à facie Nabuchodonoſor, & vocavit duces, & magiſtros virtutis Aſſyriorum: & dinumeravit viros in expeditionem, ſicut præcepit ei dominus ſuus, centum viginti millia peditum, & equites ſagittarios duodecim millia.* Mſ. Pech. *Et exiit Oloſernis à facie regis, & vocavit præfectos, & duces, & magiſtros exercitûs Aſſyriorum: & numeravit electos ad pugnam, ſicut imperaverat illi dominus ipſius, centum viginti millia peditum, & equitum ſagittariorum duodecim millia.* Græc. Καὶ ἐξῆλθεν Ὀλοφέρνης ἀπὸ προσώπου τοῦ κυρίου αὐτοῦ, καὶ ἐκάλεσε φάλαγας τοὺς δυνάσας, καὶ τοὺς στρατηγοὺς, καὶ ἐπισάτας τῆς δυνάμεως Ἀσσὺρ· καὶ ἠρίθμησεν ἐκλεκτοὺς ἀνδρας εἰς παράταξιν, καθότι ἐκέλευσεν (Mſ. Alex. προστέταξεν) αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ, εἰς μυριάδας δεκαδύο, καὶ ἱππεῖς τοξότας μυρίους χιλίους.

¥. 8. Mſ. Germ. 15. *Et diſpoſuit eos quemadmodum multitudo belli diſponi ſolet: & accepit camelos, & aſinos, & mulas in adjunctionem eorum, multitudinem magnam valde; & oves,* &c. ut ſup. Græc. Καὶ διέταξεν αὐτοὺς ὃν τρό-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Mſſ. Reg. & Germ. & in apparatum eorum, quorum non erat numerus:	erat numerus.
9. & frumenta omni homini ad ſatietatem;	9. Frumentum ex omni Syria in tranſitu ſuo parari conſtituit.
10. & aurum, & argentum de domo regis, multum nimis.	10. Aurum verò, & argentum, de domo regis aſſumpſit multum nimis.
11. Et profectus eſt de Ninive Olofernes, ipſe & omnis virtus ejus, ſicut præceperat rex Nabuchodonoſor, * ut cooperiret faciem terræ, quæ eſt ad occaſum, quadrigis, & equitibus, & peditibus electis ſuis. Et multus comitatus, ſicut locuſtæ, profectus eſt cum eis, & ſicut arena: nec enim poterat numerari multitudo eorum. Et exiit de Ninive viam trium dierum ſuper faciem campi in Bethuliam.	11. Et profectus eſt ipſe, & omnis exercitus, cum quadrigis, & equitibus, & ſagittariis, qui cooperuerunt faciem terræ, ſicut locuſtæ.
** Mſ. Reg. &c.*	
12. Et conſedit exercitus ejus contra Bithilat, juxta montem Agge, qui eſt in ſiniſtra ſuperioris partis Ciliciæ: & accepit omnem exercitum ſuum, pedites, & equites, & currus ſuos.	12. Cùmque pertranſiſſet fines Aſſyriorum, venit ad magnos montes Ange, qui ſunt à ſiniſtro Ciliciæ, aſcenditque omnia caſtella eorum, & obtinuit omnem munitionem.
13. Et abiit inde in montana, & concîdit Tafuth & Luth, & vaſtavit omnes filios Thiras & Raſis, & filios Iſmael, qui inhabitabant contra faciem deſerti, ad auſtrum Cheleonis terræ Chaldæorum.	13. Effregit autem civitatem opinatiſſimam Melothi, prædavitque omnes filios Tharſis, & filios Iſmael, qui erant contra faciem deſerti, & ad auſtrum terræ Cellon.
14. Et tranſiit Euphraten à Meſopotamia, & ſubvertit omnes civitates excelſas, quæ erant ad torrentem Beccon, donec veniatur ad mare:	14. Et tranſivit Euphraten, & venit in Meſopotamiam: & fregit omnes civitates excelſas, quæ erant ibi, à torrente Mambre uſquequo perveniatur ad mare:
15. & occupavit fines Ciliciæ, & occîdit omnes reſiſtentes ſibi, & venit uſque ad terminos Joſeth ad auſtrum, contra faciem terræ Arabiæ.	15. & occupavit terminos ejus, à Cilicia uſque ad fines Japheth, qui ſunt ad auſtrum.
16. Et circumierunt omnes filios Madian, & ſuccenderunt tabernacula eorum, & prædati ſunt, & vaſtaverunt omnia cubilia eorum.	16. Abduxitque omnes filios Madian, & prædavit omnem locupletationem eorum, omneſque reſiſtentes ſibi occîdit in ore gladii.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

πρὸ πολέμου πλῆθος ζευγάσεται· καὶ ἔλαβε καμήλους, καὶ ὄνους, καὶ ἡμιόνους εἰς τὴν ἀπαρτίαν αὐτῶν, πλῆθος πολὺ σφόδρα, καὶ προβατα, &c. ut in Lat. ἀπαρτία, propriè eſt ſupellex qua ſe inſtruunt proficiſcentes. Mſ. Corb. cum textu Regio concinit, niſi quòd delet & *mulas*, cum edd. Ald. & Compl. Item ſub finem idem Mſ. habet: *& capras ad præparationem illorum, & oves, & boves, quorum non erat numerus.* Mſ. Pech. initio ſimpliciter habet: *Et diſpoſuit illis quemadmodum manus belli diſponi ſolet*, prætermiſſis aliis uſque ad ℣. 11.

℣. 9. Mſ. Germ. 15. *Et apparatum eſcæ omni homini in ſaturitate.* Corb. *Et frumentum in multitudinem.* Græc. Καὶ ἐπισιτισμὸν παντὶ ἀνδρὶ εἰς πλῆθος.

℣. 10. Similiter habet Mſ. Germ. 15. præter hoc, *ex domo*, loco *de domo*, & in fine *valde*, pro *nimis*. Ita quoque in Græco eſt; in Mſ. Corb. deeſt vox *valde*, aut *nimis*.

℣. 11. Mſ. Germ. 15. *Et exivit ex Nineve, ipſe & multitudo ipſius in viam, ut præoccuparet, ſicut dixerat rex Nabuchod. & operiret omnem, quæ eſt ad occaſum, faciem terræ, in curribus, & peditibus, cum electis ipſorum. Et multitudo miſtûs, ſicut locuſtæ, cum illis exivit, & ſicut arena maris; non enim erat numerus multitudinis ipſorum. Et exivit ex Nineven viam trium dierum ad faciem campi Bethuliæ.* Mſ. Corb. *Et exivit de Nineve, ipſe & omnis virtus ejus in profectione, ut procederent ante regem Nabuchod. & cooperiret faciem terræ, quæ eſt ad occidentem, in quadrigis, & equitibus ſuis electis. Et multa miſtura, ſicut locuſtæ, profecta eſt cum illis, vel ſicut arena terræ; & non poterat numerari multitudo eorum. Et exiit de*, &c. ut in textu Regio. Mſ. Pech. ab his initium ducit: *Et multi commiſti, ut locuſtæ, cum illis exierunt, & quaſi pulvis terræ; nec enim poterant numerare præ multitudinem ipſorum. Et exivit ex Nineven viam trium dierum*; cætera deſunt. Græc. Καὶ ἐξῆλθεν αὐτὸς, καὶ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτοῦ εἰς πορείαν, τοῦ προελθεῖν βασιλέως Ναβυχοδονόσορ, καὶ (Mſ. Alex. delet καὶ) καλύψαι πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, πρὸς νότοις, ἐν ὁπλοις, καὶ ἱππεῦσι, καὶ τοξόταις ἐπιλέκτοις αὐτῶν. Καὶ πολὺς ὁ ἐπιμιγὰς, ὡς ἀκρὶς, συνεξῆλθον (Ald. & Compl. συνεξῆλθεν) αὐτοῖς, καὶ ὡς ἡ ἄμμος τῆς γῆς· οὐ γὰρ ἦν ἀριθμὸς ἀπὸ πλήθους αὐτῶν. Καὶ ἀπῆλθεν (Mſ. Alex. ἐξῆλθεν) ἐκ Νινευὴ ὁδὸν τριῶν ἡμερῶν ἐπὶ πρόσωπον τοῦ πεδίου Βακτιλαίθ.

℣. 12. Græc. initio ipſo ſic hab. Καὶ ἐπεξελθόντευσεν ἀπὸ Βακτιλαίθ, *Et caſtra fecit à Bactilaith*; paulò verò poſt delet nomen *Agge*, ſicut infra vocem *partis*; reliqua ut in Lat. ſup. In Mſ. Germ. 15. ita: *Et conſedit juxta montem Ageant, qui eſt in ſiniſtra ſuperioris partis Ciliciæ: & præcepit omni multitudini ſuæ, peditibus, & equitibus.* In Corb. *Et obſiderunt contra montes Ange, quod eſt in ſiniſtram contra Ciliciam: & ſumpſit omnem virtutem* (Græc. δύναμιν) *ſuam, pedites, & equites, & quadrigas ſuas.* In Mſ. Pech. deſunt iſta tota, ut & ſeqq. uſque ad ℣. 18.

℣. 13. Mſ. Germ. 15. *Et currus ſuos promovit ad ordinem, & ſubvertit Afuth & Luth, & vaſtaverunt omnes filios, omnia Sthiras & Raſis, & filios Iſmael, qui inhabitant contra faciem deſerti, ad auſtrum Celeon.* Mſ. Germ. 4. *Celeonis.* Corb. *Et abiit illic in montana, & præcidit Photh & Loth, & prædavit omnes filios Tharſis, & filios Iſmahel, qui erant contra faciem deſerti, ad auſtrum terræ Celleon.* Græc. Καὶ ἀπῆλθεν ἐκεῖθεν εἰς τὴν ὀρεινὴν, καὶ διέκοψε τὸ Φὺθ καὶ Λὺθ, καὶ ἐπρονόμευσαν (Mſ. Alex. cum edit. Ald. ἐπρονόμευσεν, Compl. προνομόμευσεν) πάντας υἱοὺς Ῥαεσὶς, καὶ υἱοὺς Ἰσμαὴλ, τοὺς κατὰ πρόσωπον τῆς ἐρήμου, πρὸς νότου τῆς Χελαίων. Mſ. Alex. Χελέων.

℣. 14. Mſ. Germ. 15. *Et tranſgreſſus eſt Euſraten, & tranſivit Meſopotamiam, & ſubvertit omnes civitates altas, quæ erant in torrentem, donec veniatur ad mare.* Corb. *Et tranſiit Eufraten, & tranſiit Meſopotamiam, & deſtruxit omnes civitates excelſas, quæ erant ad torrentem Mambre, uſquequo veniatur ad mare.* Græc. Καὶ παρῆλθε τὸν Εὐφράτην, καὶ διῆλθε τὴν Μεσοποταμίαν, καὶ διέκαψε (Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. κατέσκαψε) πόλεις τὰς ὑψηλὰς, τὰς ἐπὶ τῷ χειμάῤῥῳ Ἀβρωνᾶ, ἕως τοῦ ἐλθεῖν ἐπὶ θάλασσαν.

℣. 15. Similiter in Græco, exceptis his levibus, κατεκοψε, *concidit*, pro *occidit*, paulòque poſt, Ἰάφεθ, pro *Joſeth*, dein τὰ πρὸς νότου κατὰ πρόσωπον τῆς Ἀσελίας, *qui ad auſtrum ſuper faciem Arabiæ.* Mſ. Germ. 15. *Et comprehendit fines Ciliciæ, & occidit omnes qui contra illum ſteterunt*, (Græc. τοὺς ἀντιστάντας αὐτῷ) *& venit uſque ad fines Joſeth ad auſtrum, contra faciem Arabiæ.* Mſ. Corb. *Et occupavit terminos Ciliciæ, & conſcidit omnes qui ante ſteterunt illis, & uſque ad terminos Japhet, quæ eſt ad auſtrum, contra omnem terram Arabiæ.*

℣. 16. Mſ. Germ. 15. *Et circumdederunt omnes fines Madian, & incenderunt tabernacula ipſorum, & diſpartiti ſunt tabernacula pecorum eorum.* Mſ. Corb. ſimpliciter habet: *Et circuivit omnes filios Madian, & prædavit ſtabula eorum.* Græc. Καὶ ἐκύκλωσε πάντας τοὺς υἱοὺς Μαδιὰμ, καὶ

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

17. Et post hæc descendit in campos Damasci in diebus messis, & succendit omnia sata, omnesque arbores & vineas fecit incidi:

18. & cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram.

VERSIO ANTIQUA.

17. Et descenderunt ad campos Damasci in diebus tritici, & succenderunt omnes agros illorum, & campos eorum: & extirpaverunt domicilia eorum, & greges & armenta dederunt in interitum; & civitates eorum deprædati sunt, & spoliaverunt, & percusserunt omnes juvenes eorum in ore gladii: *Ex Mſs. Reg. & Germ.*

18. & cecidit timor & tremor ejus super omnes inhabitantes maritima, qui erant in Sidone, & Tyro, & Sur, & Gemna, & Azoto, & Ascalona, & Gaza, & timuerunt eum valde.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἀνέπρησε τὰ σκηνώματα αὐτῶν, καὶ ἐπεγρόμενος τὰς μάνδρας αὐτῶν.

℣. 17. Mſ. Germ. 15. *Et descendit in campum Damasci in die messis frumenti, & incendit omnes agros illorum, & campos ipsorum paulatim vastaverunt: & stabula ipsorum, & oves & boves dedit in interitum; & civitates illorum spoliaverunt, & percussit omnes juvenes eorum gladio.* Corb. *Et descendit in campum Damasci in diebus messis frumenti, & succendit omnes agros, & campos exterminaverunt: & ovilia eorum, & greges eorum, & armenta eorum dederunt in exterminium; & civitates eorum depradaverunt, & omnes habitantes, & percussit omnes juvenes eorum gladio.* Græc. Καὶ κατέβη εἰς πεδίον Δαμασκοῦ ἐν ἡμέραις θερισμοῦ πυρῶν, καὶ ἐνέπρησε πάντας τοὺς ἀγροὺς αὐτῶν· καὶ τὰ κοίμηνα, καὶ τὰ βουκόλια ἔδωκεν εἰς ἀφανισμόν· καὶ τὰς πόλεις αὐτῶν ἐσκύλευσε, καὶ τὰ πεδία αὐτῶν ἐξελίμηνεν, καὶ ἐπάταξε πάντας τοὺς νεανίσκους αὐτῶν ἐν στόματι ῥομφαίας.

℣. 18. Mſ. Germ. 15. *Et cecidit timor & tremor ejus in omnes qui incolebant maritima, & qui erant Sydona, & Tyro, & qui incolebant Sor, & omnes qui inhabitabant Jamne, & omnes qui erant in Azotum, & Ascalonam, & Gaza; timuerunt enim illum valde.* Corb. *Et cecidit timor & tremor ejus super omnes inhabitantes maritimam, & qui erant Sidoniis, & Tyro, & inhabitantes Sur & Lamna, & inhabitantes in Azoto, & in Ascalona; & timuerunt illum valde.* Mſ. Pech. hæc tantùm refert: *Et cecidit tremor & timor ejus super omnes qui colebant maritima.* In Græco sic: Καὶ ἐπέπεσεν ὁ φόβος καὶ ὁ τρόμος αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας τὴν παραλίαν, τοὺς ὄντας ἐν Σιδῶνι, καὶ Τύρῳ, καὶ τοὺς κατοικοῦντας Σὼρ, καὶ Ὀκινά, καὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας Ἰεμναάν· καὶ οἱ κατοικοῦντες ἐν Ἀζώτῳ, καὶ Ἀσκάλωνι, ἐφοβήθησαν αὐτὸν σφόδρα.

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. TUnc miserunt legatos suos, universarum urbium ac provinciarum reges ac principes, Syriæ scilicet Mesopotamiæ, & Syriæ Sobal, & Libyæ, atque Ciliciæ, qui venientes ad Holofernem, dixerunt:

2. Desinat indignatio tua circa nos: Melius est enim ut viventes serviamus Nabuchodonosor regi magno, & subditi simus tibi, quàm morientes cum interitu nostro ipsi servitutis nostræ damna patiamur.

3. Omnis civitas nostra, omnisque possessio, omnes montes, & colles, & campi, & armenta boum, gregesque ovium, & caprarum, equorumque & camelorum, & universæ facultates nostræ, atque familiæ, in conspectu tuo sunt:

4. sint omnia nostra sub lege tua.

5. Nos, & filii nostri, servi tui sumus.

6. Veni nobis pacificus dominus, & utere servitio nostro, sicut placuerit tibi.

7. Tunc descendit de montibus cum equitibus in virtute magna, & obtinuit omnem civitatem,

VERSIO ANTIQUA.

1. ET miserunt ad illum nuncios pacificis verbis, dicentes: *Ex Mſs. Reg. & Germ.*

2. Ecce nos pueri Nabuchodonosor regis magni adstamus tibi, ut simus in conspectu tuo: utere nobis sicut placet ante faciem tuam.

3. Ecce possessiones nostræ, & universus ager, & omnis campus frumenti, greges, & armenta, & universa stabula jumentorum nostrorum, subjacent ante faciem tuam:

4. utere eis sicut placet tibi.

5. Ecce civitates nostræ, & qui habitant in illis, servi tui sunt:

6. veniens occurre eis miserans, sicut bonum est in oculis tuis.

7. Et venerunt nuncii ad Olofernem, & nunciaverunt illi secundùm verba ista. Et descendit jux-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ad verbum è Græco: similiter habent Mſs. Corb. & Germ. 15. solus Pech. *legatos*, pro *nuncios*, Græc. ἀγγέλους.

℣. 2. Itidem Græcè, nisi quòd pro *adstamus tibi, ut simus*, habetur simpliciter, παρακείμεθα, & loco *placet ante*, ἀρεσόν ἐστι τῶ, quod idem valet. Mſ. Germ. 15. habet: *Nos servi Nabochodonosor regis magni in conspectu tuo sumus: utere nobiscum sicut placet ante faciem tuam.* Mſ. Corb. *Ecce nos servi sumus Nabuchod. regis magni, & subditi sumus coram te: utere nos quemadmodum placet ante*, &c. ut sup. Mſ. Pech. *Ecce nos servi Nabuchod. regis magni in conspectu tuo sumus: utere nobis ut placet ante*, &c.

℣. 3. Græcè, αἱ ἐπαύλεις, *villæ* loco *possessiones*, absque seq. & *universus ager*; in Mſ. tamen Alex. ac editt. Ald. & Compl. additur καὶ πᾶς τόπος ἡμῶν; exinde in Vatic. & al. πυρῶν, *triticorum*, loco *frumenti*, cui subjicitur καί; item infrà, σκηνῶν, *tabernaculorum*, loco *jumentorum*, uti παράκεινται, *adjacent*, vel *adsunt*, pro *subjacent*. Mſ. Corb. habet: *Ecce possessiones nostræ; & omnis locus noster, & omnis campus frumenti, & greges, & armenta, & oves, ovilia pecorum nostrorum, subdita sunt ante faciem tuam.* Mſ. Germ. 15. *Ecce possessiones nostræ, & omnes campos* (l. *omnis campus*) *tritici, & oves, & boves, & omnia stabula pecorum nostrorum, ante faciem tuam sunt.* Absunt hæc à Mſ. Pech. ut & seqq. usque ad finem capitis.

℣. 4. A Mſ. Corb. abest vox *eis*, sicut à Græco, ubi sequitur, καθ' ὃ ἂν ἀρέσκῃ σοι, in edit. Compl. καθώς. In Mſ. Germ. 15. ita: *Utere quemadmodum tibi placet.*

℣. 5. Ita Græcè, addito καί, post *ecce*. Similiter habet Mſ. Germ. 15. *ecce &*; reliqua ut sup. Mſ. Corb. *Ecce civitates nostræ, & qui inhabitant in ipsis*, &c. ut sup. Græc. οἱ κατοικοῦντες.

℣. 6. Similiter in Græco, præter unum *miserans*, quod deest; abest etiam à Mſ. Germ. 15. extremò verò legitur *in conspectu tuo*. In Mſ. Corb. sic: *Et veni in obviam nobis, sicut est bonum ante oculos tuos.*

℣. 7. Græc. initio hab. Καὶ παρεγένοντο οἱ ἄνδρες πρὸς Ὀλοφέρνην, καὶ ἀπήγγειλαν, &c. paulòque post, ἐπί, *super*, pro *juxta*, detractis his, *secundùm nuncium illorum*; item loco *prædatus est*, sic, ἐφρούρησε, *præsidio tenuit*; legisse videtur Interp. ἐπεγρόμενος. Mſ. Corb. *Et venerunt viri ad Olofernem, & nunciaverunt illi secundùm hæc verba.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſs. Reg. & Germ.

ta maritimam, ſecundùm nuncium illorum, ipſe & exercitus ejus, & prædatus eſt civitates excelſas.

8. Et accepit ex eis in auxilium viros electos.

10. Et exceperunt illum ipſi, & omnis regio eorum cum coronis, & choris, & tymphanis.

12. Et deſtruxit omnes terminos eorum, & excidit:

13. quoniam datum illi erat in miniſterio, exterminare omnes deos terræ, ut ipſi ſoli Nabuchodonoſor ſervirent, & adorarent univerſæ gentes; & omnes linguæ, & tribus eorum invocarent illum Deum.

14. Et venit ſecus faciem Eſdrelon, juxta Dothea, quæ eſt contra Prionem magnam Judææ:

15. & obſedit inter medium Gabe, & Scytarum * civitatis, & erat ibi diebus triginta, ad colligendum omnem exercitum ſuum.

* Mſ. civitates.

VULGATA NOVA.

& omnem inhabitantem terram.

8. De univerſis autem urbibus aſſumpſit ſibi auxiliarios viros fortes, & electos ad bellum.

9. Tantuſque metus provinciis illis incubuit, ut univerſarum urbium habitatores principes, & honorati ſimul cum populis, exirent obviam venienti,

10. excipientes eum cum coronis, & lampadibus, ducentes choros in tympanis, & tibiis.

11. Nec iſta tamen facientes, ferocitatem ejus pectoris mitigare potuerunt:

12. nam & civitates eorum deſtruxit, & lucos eorum excîdit:

13. præceperat enim illi Nabuchodonoſor rex, ut omnes deos terræ exterminaret, videlicet ut ipſe ſolus diceretur Deus ab his nationibus, quæ potuiſſent Holofernis potentiâ ſubjugari.

14. Pertranſiens autem Syriam Sobal, & omnem Apameam, omnemque Meſopotamiam, venit ad Idumæos in terram Gabaa,

15. accepitque civitates eorum, & ſedit ibi per triginta dies, in quibus diebus adunari præcepit univerſum exercitum virtutis ſuæ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Et deſcendit ſecundùm nuncium eorum cum virtute ſua, & cepit civitates excelſas. Germ. 15. *Et cùm veniſſent nuncii ad Olofernem, indicaverunt illi ſecundùm hæc verba. Et deſcendit ſecundùm maritimam, ipſe & multitudo ipſius* (Gr. Νύναμις,) *& cuſtodivit civitates altiſſimas.*

℣. 8. Concinit Mſ. Corb. ſicut etiam Mſ. Germ. 15. niſi quòd hab. *ad auxilium*, Græc. εἰς ζυμμαχίαν, *in belli ſocietatem.*

℣. 10. Similiter in Mſ. Germ. 15. ſicut etiam in Græco, niſi quòd legitur ἡ περίχωρος αὐτῶν, *regio adjacens eorum*, non ſimpliciter *regio eorum*; à Mſ. Corb. abeſt vox *ipſi*, cum ſeq. *&*; cætera ut ſup.

℣. 12. Mſ. Germ. 15. *Et ſuffodivit omnes fines eorum, & templa eorum excîdit.* Corb. *Et deſtruxit omnes regiones illorum, & excîdit lucos eorum.* Græc. Καὶ κατέσκαψε πάντα τὰ ὅρια αὐτῶν, καὶ τὰ ἄλση αὐτῶν ἐξέκοψε.

℣. 13. Ipſo initio legitur Græcè, Καὶ ἦν δεδογμένον αὐτῷ, *Et erat decretum ei*, abſque ſeq. *in miniſterio*; at in Mſ. Alex. eſt δεδομένον exinde in Vatic. & al. omittitur hoc, *& adorarent*, poniturque πᾶσαι, *omnes*, ante vocem *tribus*, ſicut in fine εἰς, *in*, ante *Deum*; ſed ab editt. Ald. & Compl. utrumque abeſt, à Mſ. verò Alex. tantùm πᾶσαι. In Mſ. Germ. 15. ſic: *Quoniam datum erat illi in juramentum, exterminare omnes deos terra, ut ipſi ſoli Nabuchod. ſerviant omnes gentes; & omnes linguæ, & tribus eorum invocent illum Deum.* In Corb, hæc ſola leguntur: *Quoniam mandatum erat illi, exterminare deos terræ, ut ipſe ſoli Nabuchod. ſervirent omnes gentes, & omnes tribus.*

℣. 14. Similiter in Græco, ubi loco *Prionem*, legitur πρίονος, quod Nobilius vertit *ſerram.* Mſ. Germ. 15. leg. *Et venit contra faciem Eſdrelon, prope Dothain, contra Priornis magni Judæa.* Mſ. Reg. pariter habet *Dothain*, ſed ſecunda manu; Græc. Δωταίας. Corb. ſic: *Et venit contra faciem Eſdrelon, prope Clotheas, quæ eſt contra Prionos magni, contra Idumæos.*

℣. 15. Mſ. Corb. *Et obſedit inter Gabe, & Cythiorum civitatem, & erat ibi diebus triginta, ad colligendum omnem exercitum virtutis ſuæ.* Mſ. Germ. 15. *Et caſtra vocaverunt* (l. *locaverunt*) *in medio Gabeæ, & Scytarum civitates* (l. *civitatis*,) *& erat ibi menſem dierum, ut colligeret omnem alienem virtutis ſuæ multitudinis.* Græc. Καὶ κατεσκήνωσεν (Mſ. Alex. καὶ ἐσκηνοπέδευσαν) ἀναμέσον Γαιβαὶ, καὶ Σκυθῶν πόλεως, καὶ ἦν ἐκεῖ μῆνα ἡμερῶν, εἰς τὸ ζυλλέξαι πᾶσαν τὴν ἀπαρτίαν τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. Hæc ultima Nobil. vertit, *ad colligenda omnia impedimenta virtutis ſuæ*, i. e. *omnem ſupellectilem exercitus ſui.*

CAPUT IV.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſs. Reg. & Germ.

1. ET audierunt filii Iſraël, qui habitabant in Judæa, omnia quæ fecit inter gentes Olofernis princeps militiæ Nabuchodonoſor regis Aſſyriorum; & quemadmodum exſpoliavit univerſa templa eorum, & dedit ea in interitum: & timuerunt valde à facie ejus.

2. Et propter Hieruſalem & templum Domini Dei ſui & turbati ſunt, quia nuper aſcenderant de captivitate: & propter ipſum quòd collectus erat omnis populus in Judæa; & vaſa, & altare, & domus de profanatione nuper ſanctificata erat.

VULGATA NOVA.

1. TUnc audientes hæc filii Iſraël, qui habitabant in terra Juda, timuerunt valde à facie ejus.

2. Tremor & horror invaſit ſenſus eorum, ne hoc faceret Jeruſalem & templo Domini, quod fecerat cæteris civitatibus & templis earum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mirè concordant omnia cum Græco, niſi excipias iſta leviſſima, ὅσα, *quæcunque*, non ſimpliciter *quæ*, ante *fecit*; item τοῖς ἔθνεσι, *gentibus*, pro *inter gentes*; & ſub finem, σφόδρα σφόδρα, *valde valde*, poſt *timuerunt*; at in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. non duplicatur σφόδρα. In Mſ. Germ. 15. ita: *Et audierunt filii Iſraël, qui inhabitabant Judæam, omnia quæcunque fecit inter gentes Olofernis princeps exercitus Nabuchodonoſor regis Aſſyriorum; & quemadmodum ſpoliavit omnia ſacraria eorum*, &c. ut ſup. In Corb. ſic: *Et audierunt filii Iſraël, qui habitabant in terra Judæa, omnia quæcunque fecit Olofernis princeps militiæ Nabuchod. regis Aſſyriorum; & quemadmodum exterminaverunt ſancta illorum, & dederunt illa in exterminium: & timuerunt valde à facie ejus.* Deſunt autem iſta in Mſ. Pech. cum tribus ſeqq. verſibus.

℣. 2. Græc. tollit &, poſt hoc, *Dei ſui*; loco verò *propter ipſum quòd*, rurſum habet νεωστὶ, *nuper*, ſicut infra, τῆς Ἰουδαίας, *Judææ*, pro *in Judæa*; extremò pluraliter

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

3. Et miſerunt in omnem Samariam per circuitum uſque Jericho, & præoccupaverunt omnes vertices montium:

4. & muris circumdederunt vicos ſuos, & congregaverunt frumenta in præparationem pugnæ.

5. Sacerdos etiam Eliachim ſcripſit ad univerſos qui erant contra Eſdrelon, quæ eſt contra faciem campi magni juxta Dothain, & univerſos, per quos viæ tranſitus eſſe poterat,

6. ut obtinerent aſcenſus montium, per quos via eſſe poterat ad Jeruſalem, & illic cuſtodirent ubi anguſtum iter eſſe poterat inter montes.

7. Et fecerunt filii Iſraël, ſecundùm quod conſtituerat eis ſacerdos Domini Eliachim.

8. Et clamavit omnis populus ad Dominum inſtantiâ magnâ, & humiliaverunt animas ſuas in jejuniis, & orationibus, ipſi & mulieres eorum.

9. Et induerunt ſe ſacerdotes ciliciis, & infantes proſtraverunt contra faciem templi Domini, & altare Domini operuerunt cilicio:

VERSIO ANTIQUA.

3. Et miſerunt in omnem finem Samariæ, & in caſtella & vicos, & Boccha, & Bethorom, & Abelmam, & Hiericho, & Choban, & Belon, & Aulona, & Artoſia, & Selem in porticum Hieruſalem; & præoccupaverunt omnia cacumina montium excelſorum: *Ex Mſ. Reg. & Germ.*

4. & muris circumdederunt caſtella quæ in viis ſunt, & repoſuerunt copias equitibus ad apparatum belli, quia nuper erant campi eorum demeſſi.

5. Et ſcripſit Joachim ſacerdos magnus, qui erat in diebus illis in Hieruſalem, * qui habitabant Bethuliam, & Betomaſten quæ eſt ſuper Prionem contra Eſdrelon, ante faciem campi magni juxta Dothain, dicens, * *Supp.* his.

6. ut occuparent aſcenſus montium; quia per ipſos erat introitus in Judæam, & erat facile prohibere aſcendentes, eò quòd anguſtus eſſet aſcenſus in viris non ampliùs quàm duobus.

7. Et fecerunt filii Iſraël, ſicut conſtituit illis Joachim ſacerdos magnus, & ſeniores totius populi Iſraël, qui ſedebant in Hieruſalem.

8. Et proclamaverunt viri Iſraël ad Dominum inſtantiâ mgnâ, & humiliaverunt animas ſuas in jejunio magno, ipſi & mulieres, & parvuli eorum, & omnis advena, qui erat mercenarius & emptitius eorum,

9. & impoſuerunt cilicia ſuper lumbos ſuos. Et omnes viri Iſraël, & mulieres, & pueri qui inhabitabant Hieruſalem, prociderunt in faciem contra templum; & cinerem poſuerunt ſuper capita ſua, contra faciem templi Domini, & cooperuerunt altare cilicio:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἡγιασμένα ἦν, abſque præced. *nuper.* Mſ. Corb. habet: *Et pro Hieruſalem, & pro templo Domini Dei ſui & turbati ſunt, quoniam nuper aſcenderant de captivitate, & nuper collectus fuerat omnis populus Judææ; & vaſa altarii, & domus maculationis ſanctificata erant.* Germ. 15. *Et quia circa Hieruſalem & templum Domini Dei ipſorum, qui inhabitabant, turbati ſunt, quoniam tantùm quod venerant de captivitate, & nuper omnis populus collectus erat in Judæam; & altarium, & domus inmaculationis nuper ſanctificata erat.*

℣. 3. Græcè, loco ſeqq. *& in caſtella & vicos, & Boccha*, ſimpliciter habetur, καὶ Κωνας, *& Conas*; in editt. Ald. & Compl. καὶ κώμας, *& vicos*: tum in Vatic. & al. καὶ Βαιθωρὼν, καὶ Βελμὲν, καὶ Ἰεριχὼ, καὶ εἰς Χωβὰ, καὶ Αἰσωρὰ, καὶ τὸν αὐλῶνα Σαλήμ· deinde hoc omiſſo, *in porticum Hieruſalem*, ſequitur, καὶ περικαθέζοντο, &c. ut ſup. Mſ. Germ. 15. habet: *Et miſerunt in omnes fines Samariæ, & in Coegat, & in Betbroion, & Abilma, & in Hiericho, & in Chiba, & in Bethura, & in aulona Salem; & præoccupaverunt omnes vertices montium altiſſimorum.* Corb. *Et miſerunt in omnem Samariam, & Cocca, & Bothoron, & Abelma, & Hiericho, & Incoba, & Belur, & aulona in Jeruſalem; & præoccupaverunt omnes vertices montium.*

℣. 4. Græc. Καὶ ἐτειχίσαντο τὰς ἐν αὐτοῖς κώμας, καὶ παρέθεντο εἰς ἐπισιτισμὸν εἰς παρασκευὴν πολέμου, ὅτι περσφάτως ἦν τὰ, &c. ut ſup. Mſ. Germ. 15. habet: *Et murum circumdederunt, & miſerunt in vicos illorum, & adpoſuerunt adparatum eſcæ ad ſtrutionem belli, quoniam nuper erant,* &c. ut ſup. Mſ. Corb. *Et muros circumdederunt vicos ſuos, & præparaverunt frumenta in præparationem pugnæ, quia reſcindentes campum illorum erant demenſi;* in Mſ. Germ. 4. ſcriptum legitur *dimiſſi*, ſicut in Regio prima manu, at ſecundà *demeſſi*, è Græco τεθερισμένα. Porro Scribis antiquis uſitatum vocalem *e* vocali *i* commutare.

℣. 5. Mſ. Germ. 15. *Et ſcripſit Joachim ſacerdos magnus, qui erat in diebus illis in Hieruſ. habitantibus Bethuliæ, & Bethomaſtel quæ eſt contra Priornis contra Eſdrelom, ad faciem campi magni prope Dotham, dicens:* Corb. *Et ſcripſit Eliachim ſacerdos hæc, qui erat in diebus illis in Hieruſ. & habitantibus in Bethulia, & Bapomaſal quæ eſt contra Prionos* (Germ. 4. *contra Prionem*) *contra Eſdrelon, contra faciem campi magni juxta Dothaim, & dixit:* Mſ. Pech. *Et ſcripſit Joachim ſacerdos magnus, qui erat diebus illis in Jeruſ. habitantibus Bitholiam, dicens:* ſic etiam in Græco, niſi quòd præponitur ἐν, *in*, voci *diebus*, & loco *Bitholiam*, ſcriptum legitur, Βεθυλύα; ſequuntur etiam iſta, καὶ Βετομεσθαλμὰ ἥ ἐστιν ἀπέναντι Ἐσδρηλών, κατὰ πρόσωπον τοῦ πεδίου τοῦ πλησίον Δωθαΐμ, λέγων·

℣. 6. Mſ. Germ. 15. *Ut detinerent aſcenſiones montanas, quoniam per ipſas erat introitus in Judæam, & erat facile prohibere eos aſcendere qui tranſibant, quoniam ita eſt anguſta aſcenſio, ut ſupra quàm duo non tranſirent.* Mſ. Corb. *Ut obtinerent aſcenſum montium; quoniam per illos erat via in Judæam, & facile prohiberent aſcendentes, propter anguſtias aſcenſionis in viris duobus.* Mſ. Pech. *Et obtinerent aſcenſiones montium; quam* (l. *quoniam*) *per ipſos erat introitus in Judæam, & erat facile prohiberi aſcendentes, quoniam ita eſt anguſta aſcenſio, & plus quam duo non tranſirent.* Græc. Διαφυλάξειν τὰς ἀναβάσεις τῆς ὀρεινῆς· ὅτι δι' αὐτῶν ἦν ἡ εἴσοδος εἰς τὴν Ἰουδαίαν, καὶ ἦν εὐχερὲς διακωλύσαι αὐτὲς προσβαίνοντας, στενῆς τῆς προσβάσεως οὔσης, ἐπ' ἄνδρας τὰς πάντας δύο.

℣. 7. Itidem Græcè, niſi excipiatur vox, ἡ γερουσία, *ſenatus*, loco *ſeniores*. Mſ. Pech. habet: *Et fecerunt filii Iſraël, ſicut conſtituit Joachim ſacerdos magnus, & majores natu domûs Iſraël, qui ſedebant in Hieruſalem.* Mſ. Corb. *Et fecerunt filii Iſraël, ſecundùm quod conſtituit illis ſacerdos mag. & ſeniores totius populi Iſr.* &c. ut ſup. Mſ. Germ. 15. *Et fecerunt Judæi, ſicut conſtituit ſacerdos magnus, & ætas major domûs Iſr.* &c. ut ſup.

℣. 8. Mſ. Corb. *Et clamavit omnis Iſraël ad Dominum inſtantiâ magnâ, & humiliaverunt animas ſuas in jejunio magno, ipſi & mulieres illorum, & omnis vicinus, & mercenarius, & emptitius.* Germ. 15. *Et exclamavit omnis vir Iſrael ad Dominum cum ſufficientia magna, & humiliaverunt animas ſuas in jejunio magno, ipſi & conjuges eorum, & parvuli eorum, & jumenta eorum, & omnis vicinus quæ* (l. *qui*) *erat, & mercenarius, & argento emptus ipſorum.* Mſ. Pech. *Et exclamavit omnis vir Iſrael ad Dominum cum inſtantia magna, & humiliaverunt animas ſuas in jejunio magno, ipſi & conjuges eorum, & infantes eorum, & jumenta eorum, & omnis advena, mercenarius & emptitius ipſorum.* Græc. Καὶ ἀνεβόησαν πᾶς ἀνὴρ Ἰσραὴλ πρὸς τὸν Θεὸν ἐν ἐκτενείᾳ μεγάλῃ, καὶ ἐταπείνωσαν τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐν ἐκτενείᾳ μεγάλῃ, αὐτὸὶ καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν, καὶ τὰ νήπια αὐτῶν, καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν, καὶ πᾶς προσήλυτος, καὶ μισθωτὸς, καὶ ἀγοραῖος αὐτῶν.

℣. 9. Mſ. Corb. *Et impoſuerunt cilicia ſuper lumbos ſuos. Et omnes viri Iſraël, & mulieres, & pueri, prociderunt contra faciem templi; & miſerunt cinerem in capita ſua, & extenderunt cilicia ſua contra faciem Domini, & aram operuerunt cilicio.* Germ. 15. *Et impoſuerunt cilicia ſupra ſcapulas ſuas. Et omnis juvenis Iſraël, & mulieres, & infantes, & qui habitant Hieruſalem, ceciderunt contra faciem tem-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſs. Reg. & Germ. 10. & clamaverunt ad Dominum Iſraël unianimes, ut non daret in direptionem parvulos eorum, & mulieres in prædam, & civitates hæreditatis illorum in exterminium, & ſancta in conviolationem, & improperium, & opprobrium gentibus. Exaudivit Dominus voces eorum, & vidit tribulationem illorum: & erat plebs jejunans diebus multis in tota terra Judææ & Hieruſalem, & prociderunt contra faciem ſanctorum Domini omnipotentis.

11. Et Joachim ſacerdos magnus,

VULGATA NOVA.

10. & clamaverunt ad Dominum Deum Iſraël unanimiter, ne darentur in prædam infantes eorum, & uxores eorum in diviſionem, & civitates eorum in exterminium, & ſancta eorum in pollutionem, & fierent opprobrium gentibus.

11. Tunc Eliachim, ſacerdos Domini magnus, circuivit omnem Iſraël, allocutuſque eſt eos,

VULGATA NOVA.

12. dicens: Scitote quoniam exaudiet Dominus preces veſtras, ſi manentes permanſeritis in jejuniis, & orationibus in conſpectu Domini.

Exod. 17. 12. 13. Memores eſtote Moyſi ſervi Domini, qui Amalec confidentem in virtute ſua, & in potentia ſua, & in exercitu ſuo, & in clypeis ſuis, & in curribus ſuis, & in equitibus ſuis, non ferro pugnando, ſed precibus ſanctis orando dejecit:

14. ſic erunt univerſi hoſtes Iſraël: ſi perſeveraveritis in hoc opere, quod cœpiſtis.

VERSIO ANTIQUA.

15. & omnes qui adſtabant coram Domino

16. ſacerdotes, præcincti ciliciis circa lumbos ſuos, offerebant immolationem inſtantiæ, & vota, & conſueta dona plebis; & erat cinis ſuper cidarim eorum.

17. Et clamabant ad Dominum in omni virtute ſua, ut in bono viſitaret omnem domum Iſraël.

VULGATA NOVA.

15. Ad hanc igitur exhortationem ejus deprecantes Dominum, permanebant in conſpectu Domini,

16. ita ut etiam hi, qui offerebant Domino holocauſta, præcincti ciliciis offerrent ſacrificia Domino, & erat cinis ſuper capita eorum.

17. Et ex toto corde ſuo omnes orabant Deum, ut viſitaret populum ſuum Iſraël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

pli; & cinere capita ſua impleverunt, & extenderunt cilicios ſuos contra faciem templi Domini, & altare cilicio operuerunt. Mſ. Pech. *Et impoſuerunt cilicia ſuper ſcapulas ſuas. Et omnes viventes Iſraël, & mulieres, & infantes, qui habitabant in Hieruſ. prociderunt contra faciem templi, & cinere capita ſua impleverunt;* reliqua deſunt. Græc. Ἐπέθεντο Ζάκχους ἐπὶ τὰς ὀσφύας αὐτῶν. Καὶ πᾶς ἀνὴρ Ἰσραὴλ, καὶ γυνὴ, τὰ (Mſ. Alex. καὶ τὰ) παιδία, καὶ οἱ κατοικοῦντες ἐν Ἰερουσαλὴμ, ἔπεσον κατὰ πρόσωπον τοῦ ναοῦ· καὶ ἐσποδώσαντο τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ ἐξέτειναν τὸς Ζάκκους αὐτῶν κατὰ πρόσωπον Κυρίου, καὶ τὸ θυσιαστήριον Ζάκκῳ περιέβαλον.

℣. 10. Mſ. Corb. *Et clamaverunt ad Dominum Iſraël unanimes, ut non daret in rapinam infantes eorum, & mulieres in prædam, & civitates, & hæreditates in exterminationem, & ſancta in maculationem, & ne venirent in opprobrium gentibus. Et exaudivit Dominus vocem eorum, & vidit anxietatem eorum: & populus erat jejunans,* &c. ut ſupra. Germ. verò 15. ita: *Et clamaverunt ad Deum Iſraël unianimes, ne ſervirent diis alienis, & ne det in rapina filios eorum, & civitatem hæreditatis eorum ad interitum, & ſacra in profanationem, & improperium, & in gladium* (f. *gaudium*) *regionibus. Et exaudivit Dominus vocem eorum, & reſpexit tribulationem eorum: & erat populus jejunans dies plures in omni Judæa & in Hieruſ. contra faciem eorum, quæ conſecrata ſunt Domino.* Mſ. Pech. hæc tantùm refert: *Et exaudivit Dominus vocem eorum, & reſpexit tribulationem eorum: & erat populus jejunans dies plures in omni Juda & Hieruſalem.* Græc. Καὶ ἐβόησαν πρὸς τὸν Θεὸν Ἰσραὴλ ὁμοθυμαδὸν ἐκτενῶς, τοῦ μὴ δοῦναι εἰς διαρπαγὴν τὰ νήπια αὐτῶν, καὶ τὰς γυναῖκας εἰς περιτομὴν, καὶ τὰς πόλεις τῆς κληρονομίας αὐτῶν εἰς ἀφανισμὸν, καὶ τὰ ἅγια εἰς βεβήλωσιν, καὶ ὀνειδισμὸν, ἐπίχαρμα τοῖς ἔθνεσι. Καὶ εἰσήκουσεν Κύριος τῆς φωνῆς αὐτῶν, καὶ εἶδεν τὴν θλῖψιν αὐτῶν· καὶ ἦν ὁ λαὸς νηστεύων ἡμέρας πολλὰς ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Ἰερουσαλὴμ, κατὰ πρόσωπον τῶν ἁγίων Κυρίου παντοκράτορος.

℣. 11. Concinit Mſ. Germ. 15. unà cum Græco. In Mſ. Corb. habetur *Heliachim*, non *Joachim*, abſque ſeq. *ſacerdos magnus.* In Mſ. verò Pech. deſunt iſta & ſeqq. uſque ad finem capitis.

℣. 15. Mſ. Germ. 15. *Et omnes qui adſtabant in conſpectu Domini.* Corb. *Et omnes aſtantes ante conſpectum Domini;* ſic etiam in Græco.

℣. 16. Mſ. Corb. *Et omnes precantes Dominum, præcincti ciliciis in lumbis ſuis, offerentes holocauſta inſtantiæ; & erat cinis ſupra cidares eorum.* Germ. 15. *Sacerdotes & miniſtri, ciliciis amicti ſcapulas ſuas, movebant hoſtias, quas holocauſta erant facturi ex conſuetudine ſecundùm vota, & voluntarias verborum donationes; & cinis erat in capita eorum.* Græc. Ἱερεῖς καὶ οἱ λειτουργοῦντες Κυρίῳ, Ζάκκους περιεζωσμένοι τὰς ὀσφύας αὐτῶν, προσέφερον τὴν ὁλοκαύτωσιν τοῦ ἐνδελεχισμοῦ, καὶ τὰς εὐχὰς, καὶ τὰ ἑκούσια δόματα τοῦ λαοῦ· καὶ ἦν σποδὸς ἐπὶ τὰς κιδάρεις αὐτῶν.

℣. 17. Mſ. Corb. *Et clamabant ad Dominum omnipotentem in omni virtute, ut in bonum viſitaret,* &c. ut ſup. Germ. 15. ſic: *Et clamabant ad Dom. ex omni virtute, ut in bonum viſitaret,* &c. Ita quoque in Græco ad verbum.

CAPUT V.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſs. Reg. & Germ. 1. ET renuntiatum eſt Oloferni principi militiæ Aſſyriorum, quoniam filii Iſraël præparaverunt ſe ad pugnam, & itinera montium concluſerunt, & muri cinxerunt omnes vertices eorum, & poſuerunt in campis offendicula:

VULGATA NOVA.

1. NUnciatumque eſt Holoferni principi militiæ Aſſyriorum, quòd filii Iſraël præpararent ſe ad reſiſtendum, ac montium itinera concluſiſſent:

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Καὶ ἀνηγγέλη Ὀλοφέρνῃ ἀρχιστρατήγῳ δυνάμεως Ἀσσὲρ, διότι οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ παρεσκευάσαντο εἰς πόλεμον, καὶ τὰς διόδους τῆς ὀρεινῆς συνέκλεισαν, καὶ ἐτείχισαν πᾶσαν κορυφὴν ὄρους ὑψηλοῦ, καὶ ἔθηκαν ἐν τοῖς πεδίοις χάρδακα. Mſ. Germ. 15. *Et nunciatum eſt Oloferni principi multitudinis Aſſyriorum, quoniam filii Iſraël paraverunt ſe ad bellum, & tranſitum montis percluſerunt, & munierunt omnem montis cacumen altiſſimi, & poſuerunt in campis tabernacula.* Corb. *Et renuntiatum eſt Oloferni principi militiæ virtutis Aſſyriorum, quoniam filii Iſraël præparantes ſe ad pugnam, & concluſiſſent itinera montium, & muris cinxiſſent omnem verticem montium excelſorum, & quod poſuiſſent in campis offendicula.* In Mſ. Pech. ſic: *Et renuntiatum eſt Oloferni principi exercitus Aſſyriorum, quoniam filii*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

2. & furore nimio exarsit in iracundia magna, vocavitque omnes principes Moab & duces Ammon,

3. & dixit eis: Dicite mihi quis sit populus iste, qui montana obsidet: aut quæ, & quales, & quantæ sint civitates eorum: quæ etiam sit virtus eorum, aut quæ sit multitudo eorum: vel quis rex militiæ illorum:

4. & quare præ omnibus, qui habitant in oriente, isti contempserunt nos, & non exierunt obviam nobis, ut susciperent nos cum pace?

5. Tunc Achior dux omnium filiorum Ammon respondens, ait: Si digneris audire domine mi, dicam veritatem in conspectu tuo, de populo isto, qui in montanis habitat, & non egredietur verbum falsum ex ore meo.

6. Populus iste ex progenie Chaldæorum est:

Gen. 11. 31. 7. hic primùm in Mesopotamia habitavit, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldæorum.

8. Deserentes itaque cæremonias patrum suorum, quæ in multitudine deorum erant,

Gen. 12. 1. 9. unum Deum cœli coluerunt, qui & præcepit eis ut exirent inde, & habitarent in Charan.

Gen. 46. 6. Cùmque operuisset omnem terram fames, descenderunt in Ægyptum, illicque per quadringentos

VERSIO ANTIQUA.

2. & iratus est iracundiâ Olofernis valde, & vocavit omnes principes Moab, & duces Ammon, & omnes magistratus maritimæ regionis, *Ex Mss. Reg. & Germ.*

3. & dixit eis: Renuntiate mihi filii Chanaan, Qui est iste populus, qui sedit in montana: quæ sunt autem, quibus inhabitant, civitates: & quæ est multitudo virtutis eorum: in quo est autem potestas virtutis illorum: & quis præest illis dux militiæ eorum:

4. quare autem non cucurrerunt in obviam mihi, præ omnibus, qui habitant in occidente?

5. Et dixit ad illum Achior dux filiorum Ammon: Audiat nunc verbum dominus meus ex ore servi sui, & dicam tibi veritatem, de populo hoc, qui inhabitat juxta montana ista, & non exiet mendacium de ore servi sui.

6. Populus hic est ex progenie Chaldæorum,

7. qui habitaverunt primùm in Mesopotamia Syriæ. Quoniam ergo noluerunt obedire diis patrum suorum, qui fuerunt in terra Chaldæorum honorificè,

8. sed declinaverunt de via parentum suorum,

9. & adoraverunt Deum cœli, Deum quem cognoverunt; & ejecerunt illos à facie deorum suorum, & fugerunt in Mesopotamiam, & habitaverunt ibi dies multos. Et dixit illis Deus eorum,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Israël paraverunt se ad bellum; nec adduntur plura.

℣. 2. Eadem sunt in Græco, nisi quòd ibi deest nomen *Olofernis*, sicut infra vox *regionis*: pro *iracundia* verò, legitur θυμῶ, & loco *magistratus*, Σατράπας. Mss. Germ. 15. habet: *Et iratus est animo Olofernis valde, & vocavit omnes principes Moab, & duces Ammon, & præfectos parsabias*, (Gr. τῆς παραλίας.) Ms. Corb. *Et iratus est iracundiâ magnâ, & vocavit omnes principes Moab, & duces Amon, & omnes duces maritimæ.* Ms. Pech. *Et irâ concitatus est valde, & vocavit omnes principes Moab, & duces Amon, & præfectos omnes maritimæ.*

℣. 3. Ms. Corb. *Et dixit eis: Renuntiate mihi filii Chanaan, Qui est hic populus, qui obsidet in montanis, quibus inhabitantur civitates: & quæ est multitudo virtutis eorum: & qui surrexit rex omnium dux militiæ eorum?* Germ. 15. *Et dixit illis: Referte mihi filii Chanaan, Quis est iste populus, qui insidet montana: aut quis inhabitat in civitates: & multitudo exercitus eorum: & in quo imperio est multitudo eorum: & quis est princeps constitutus super illos, qui præbet illis ducatum?* Ms. Pech. *Et dixit eis: Referte mihi filii Chanaan, Quis est iste populus, qui insedit montania ista: aut quæ sunt, quas inhabitant, civitates: & quæ multitudo exercitus ipsorum: & in quo est fortitudinis eorum: & quis est constitutus princeps super illos, qui præbet eis ducatum?* Græc. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἀναγγείλατε (Ald. & Compl. Ἀπαγγείλατε) μή μοι υἱοὶ Χαναάν, Τίς ὁ λαὸς ἔθνος, ὁ καθήμενος ἐν τῇ ὀρεινῇ· καὶ τίνες, αἱ κατοικήσεις, πόλεις· καὶ τὸ (Ald. καὶ τί τὸ) πλῆθος τῆς δυνάμεως αὐτῶν· καὶ ἐν τίνι τὸ κράτος αὐτῶν, καὶ ἡ ἰσχὺς αὐτῶν· καὶ τίς ἀνέστηκεν ἐπ' αὐτῶν βασιλεὺς, ἡγούμενος στρατηγίας αὐτῶν;

℣. 4. Græc. Καὶ διὰ τί καθεντωτίσαντο τῷ μὴ ἐλθεῖν εἰς ἀπάντησίν μοι παρὰ πάντας τοὺς καθοικοῦντας ἐν δυνάμαις; Ms. Corb. *Et quare non consideraverunt ut venirent in obviam nobis, præ omnibus, qui habitant in orientem?* Germ. 15. *Et quare non consideraverunt ne mihi obviam venirent, ex omnibus, qui inhabitant ad occasum?* fortè legerunt hi duo Interpretes καθενοήσαντο, à κατανοέω, *consido*; & verò in editt. Ald. & Compl. est καθεγνώσαντο. In Ms. Pech. sic: *Et quare tergiversati sunt soli, ne mihi obviam venirent, ex omnibus, qui inhabitant ad occasum?* nec malè verbum καθενωτίσαντο, redditur isto, *tergiversati sunt*, à ὠτίζω, *tergum obverto*, unde καθανωτίζομαι, *dorso fero*: unde autem istud, *cucurrerunt*, quod legitur in Ms. Regio, vix divinari potest, nisi quòd apud Robertum Constantin. καθενήνοθεν, idem est quod καθεῖρεχε, *percurrebat*, id est, 3. sing. præt. med. à καθενθέω; κατειθεῖν, Dor. pro καθελθεῖν, *descendere*; Schrevel.

℣. 5. Similia leguntur Græcè, nonnullis tamen exceptis; nempe voci *filiorum*, præponitur πάντων, *omnium*; paulòque post loco *servi sui*, ita, δούλου σου, *servi tui*, ut & in fine: item pro *dicam*, habetur ἀναγγελῶ, *annuntiabo*, tolliturque *hoc* infra, post vocem *populo*, sicut *juxta*, ante *montana ista*, vel potiùs *montanam istam*, è Græco, τὴν ὀρεινὴν ταύτην, cui subjicitur, πλησίον σου εἰκοῦντος, *prope te habitantem*: Ms. Alex. cum editt. Ald. & Compl. habet supra, περὶ τοῦ λαοῦ τούτου, cum Ms. Regio. In Germ. 15. ita: *Et dixit ad illum Achior princeps filiorum Ammon: Audiat verbum dominus noster ex ore servi, & referam tibi veritatem, de multitudine qui habitat juxta montanam hanc, & non exiet mendacium de ore servi tui.* Corb. *Et dixit ad illum Achior dux omnium filiorum Ammon: Audiat à me verbum, dicam tibi deus meus veritatem, de populo hoc, qui in montanis habitat, & non exiet mendacium de ore servi tui.* Ms. Pech. *Et dixit ad illum Achior princeps filiorum Ammon: Audiat ergo verbum dominus noster servi tui, & referam tibi veritatem, de populo qui incolit montana ista, & non exibit mendum ore servi tui.* Eisdem Mss. suffragatur August. l. 16. de civit. Dei, c. 13. to. 7. col. 429. b. ubi sic: *Audiat dominus noster verbum de ore pueri sui, & referam tibi veritatem, de populo qui habitat juxta te montanam hanc, & non exibit mendacium de ore servi tui.*

℣. 6. Similiter habet Ms. Corb. translato verbo *est*, post vocem *Chaldæorum*. Germ. verò 15. legit: *Multitudo hæc est ex genere Chaldæorum.* August. l. 16. de civit. Dei, c. 13. col. 429. b. *Hæc enim progenies populi est Chaldæorum.* Græc. Ὁ λαὸς ἔθνός εἰσιν ἀπόγονοι Χαλδαίων. Hæc autem absunt à Ms. Pech. cum aliis seqq. usque ad ℣. 24.

℣. 7. Ms. Corb. *Et habitaverunt primùm in Mesopotamia, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum, qui fuerunt in terra Chaldæorum.* Itidem in Græco. Ms. verò Germ. 15. habet: *In uno habitaverunt antea ex Mesopotamia. Et qui noluerunt sequi deos patrum suorum, qui fuerunt in terram Chaldæorum præclari.* August. l. 16. de civit. Dei, c. 13. col. 429. b. *Et antea habitaverunt Mesopotamiam, quia noluerunt sequi deos patrum suorum, qui fuerunt in terra Chaldæorum gloriosi.*

℣. 8. Ita August. ad verbum, l. 16. de civ. Dei, c. 13. col. 429. c. Ms. Germ. 15. sic: *Et declinaverunt de via patrum suorum.* Corb. *Et profecti sunt ex via patrum suorum.* Græc. Καὶ ἐξέβησαν ἐξ ὁδοῦ τῶν γονέων αὐτῶν· in ed. Compl. γενεῶν.

℣. 9. Mirè concordant ista plurima cum Græco, nisi quòd ibi circa med. deest *illis*, post *dixit*, additurque vox αὐτῶν, ad hanc *peregrinatione*, pro qua legitur παροικίας, *incolatu*; exinde pro *inhabitarent*, sic, κατῴκησαν, sicut ἐπληθύνθησαν, *multiplicati sunt*, pro *repleti sunt*; paulòque post, καὶ ἐν κτήνεσι, *& in pecoribus*; demum infra, εἰς πλῆθος πολύ, pro *in multitudine magna*. Ms. Germ. 15. habet: *Et adoraverunt Deum cœli, Deum quem cognoverunt; & ejecerunt illos à facie deorum suorum, &*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſs. Reg. & Germ. ut exirent de peregrinatione, & irent in terram Chanaan, & inhabitarent ibi: & repleti ſunt auro & argento, & pecoribus multis valde. Et deſcenderunt in Ægyptum, cooperuerat enim fames faciem terræ Chanaan, & commorati ſunt ibi uſque dum nutrirentur. Et facti ſunt ibi in multitudine magna, nec erat numerus generis illorum.

10. Et inſurrexerunt ſuper illos Ægyptii, & oppreſſerunt eos, & gravaverunt illos in luto & latere, & humiliaverunt illos, & poſuerunt eos in ſervis: & exclamaverunt ad Deum ſuum, & percuſſa eſt tota terra Ægypti plagis, in quibus non erat ſanitas.

11. Et ejecerunt eos Ægyptii à facie ſua:

12. & exſiccavit Deus ante eos rubrum mare,

14. & eduxit illos in viam Sina, in viam Cadeſbarne: & ejecit omnes habitantes in eremo, omnes qui erant in terra Amorræorum; & omnes Eſebonitas & Baſanitas extirpaverunt in virtute ſua. Et cùm tranſiſſent Jordanen, poſſederunt totam terram montanam,

VULGATA NOVA.

annos ſic multiplicati ſunt, ut dinumerari eorum non poſſet exercitus.

10. Cùmque gravaret eos rex Ægypti, atque in ædificationibus urbium ſuarum in luto & latere ſubjugaſſet eos, clamaverunt ad Dominum ſuum, & percuſſit totam terram Ægypti plagis variis,

11. Cùmque ejeciſſent eos Ægyptii à ſe, & ceſſaſſet plaga ab eis, & iterum eos vellent capere, & ad ſuum ſervitium revocare, *Exod.* 12. 33.

12. fugientibus his Deus cœli mare aperuit, ita ut hinc inde aquæ quaſi murus ſolidarentur, & iſti pede ſicco fundum maris perambulando tranſirent. *Exod.* 14. 29.

13. In quo loco dum innumerabilis exercitus Ægyptiorum eos perſequeretur, ita aquis cooperti ſunt, ut non remaneret vel unus, qui factum poſteris nunciaret.

14. Egreſſi verò mare rubrum, deſerta Sina montis occupaverunt, in quibus nunquam homo habitare potuit, vel filius hominis requievit. *Jerem.* 2. 6.

VULGATA NOVA.

15. Illic fontes amari obdulcati ſunt eis ad bibendum, & per annos quadraginta annonam de cœlo conſecuti ſunt.

16. Ubicunque ingreſſi ſunt ſine arcu & ſagitta, & abſque ſcuto & gladio, Deus eorum pugnavit pro eis, & vicit.

17. Et non fuit qui inſultaret populo iſti, niſi quando receſſit à cultu Domini Dei ſui.

18. Quotieſcunque autem præter ipſum Deum ſuum, alterum coluerunt, dati ſunt in prædam, & in gladium, & in opprobrium.

19. Quotieſcunque autem pœnituerunt ſe receſſiſſe à cultura Dei ſui, dedit eis Deus cœli virtutem reſiſtendi.

VERSIO ANTIQUA.

20. & ejecerunt à facie ſua Chananæum, & Ferezæum, Jebuſæum, Sichem, & Gergeſæum, & habitaverunt in ea diebus multis;

VULGATA NOVA.

20. Denique Chananæum regem, & Jebuſæum, & Pherezæum, & Hethæum, & Hevæum, & Amorrhæum, & omnes potentes in Heſebon proſtraverunt, & terras eorum, & civitates eorum ipſi poſſederunt:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

fugerunt in Meſopot. & ſimul habitaverunt ibi diebus multis. Et dixit illis Dominus ipſorum, ut exirent de habitatione ſua, & irent in terram Chanaan: & habitaverunt ibi, & dilatati ſunt auro & argento, & pecoribus multis valde. Et deſcenderunt in Ægypto, operuerat enim faciem terræ fames, & inhabitaverunt ibi donec nutriti ſunt, (Gr. μέχρις ἂν διατραφῶσιν.) *Et facti ſunt illic in multitudinem magnam, & non erat numerus generis ipſorum.* Mſ. Corb. *Et adoraverunt Deum cœli, quem cognoverunt; & ejecit illos Deus à facie deorum illorum, & fuerunt in Meſopotamia, & habitaverunt ibi multis annis. Et dixit illis Deus eorum, ut exirent ex commemoratione* (l. *commoratione*) *illorum, & irent in terram Chanaan: & inhabitaverunt ibi, & repleti ſunt auro & argento, & jumentis multis. Et deſcenderunt in Ægyptum, cooperuerat enim fames faciem totius terræ Chanaan, & commorati ſunt ibi uſque dum perpaſcerentur. Et facti ſunt ibi multitudo magna, & non erat numerus generis illorum.* Similiter Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 13. col. 429. c. *Et adoraverunt Deum cœli, quem cognoverunt; & projecerunt eos à facie deorum ſuorum, & fugerunt in Meſopotamiam, & habitaverunt ibi dies multos. Dixitque illis Deus eorum, ut exirent de habitatione ſua, & irent in terram Chanaan; & illic habitaverunt.*

℣. 10. Mſ. Corb. *Et ſurrexit ſuper eos rex Ægypti alius, & gravante illos in luto & latere; & humiliaverunt illos Ægyptii, & poſuerunt illos in ſervos: & ad Dominum ſuum clamaverunt, & percuſſit Deus totam terram Ægypti in plagis, quibus non erat ſanitas in illis.* Germ. 15. *Et inſurrexerunt in eos Ægyptii, & circumvenerunt eos, & in ſervitutem eos redigerunt luto & latere, & humiliaverunt multitudinem eorum, & poſuerunt illos in ſervitutem: & exclamaverunt ad Dominum ſuum, & percuſſit omnem terram Ægypti plagis, in quibus ſanitas non erat.* Græc. Καὶ ἐπανέστη αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου, καὶ κατεσοφίσαντο αὐτὸς ἐν πόνῳ (Interp. Lat. leg. πήλῳ) καὶ ἐν πλίνθῳ, (à Mſ. Alex. abeſt ἐν) καὶ ἐταπείνωσαν αὐτούς, καὶ ἔθεντο αὐτοὺς εἰς λύπας· καὶ ἀνεβόησαν πρὸς τὸν Θεὸν αὐτῶν, καὶ ἐπάταξε πᾶσαν τὴν γῆν Αἰγύπτου πληγαῖς, ἐν αἷς οὐκ ἦν ἴασις.

℣. 11. Ita Mſs. Germ. & Corb. unà cum Græco.

℣. 12. Mſ. Germ. 15. *Et exſiccavit Deus ante faciem eorum mare rubro.* Corb. *Et exſiccavit mare rubrum Deus ante illos.* Græc. Καὶ καταξήρανεν ὁ Θεὸς τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ἔμπροσθεν αὐτῶν.

℣. 14. Mſs. Reg. & Germ. 4. ſcribunt *Sanam*, pro *Sina*, ſed aperto mendo, quod emendavi ex aliis duobus Mſs. & Græco. Ita verò Germ. 15. habet: *Et eduxit illos in viam Sina, & Cadesbarne: & ejecit omnes qui inhabitabant in deſerto, & quicunque erant in terra Amorræorum; & Eſebon perdiderunt in virtute ſua. Et cùm tranſiſſent Jordanen, hæreditatem acceperunt omnem montanam.* Mſ. Corb. *In monte Sina, & in via Cadesbarne: & ejecerunt omnes habitantes in civitatibus ſuis, omnes qui erant in terra Amorræorum, & omnes in Eſebon; & interfecerunt virtute ſua. Et tranſierunt Jordanem, & poſſederunt montana.* Græc. Καὶ ἤγαγεν αὐτοὺς εἰς ὁδὸν τῷ Σινᾶ, καὶ Κάδης βαρνή· καὶ ἐξέβαλον (Ald. & Compl. ἐξέβαλε) πάντας τοὺς καθοικοῦντας ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ᾤκησαν ἐν τῇ Ἀμορραίων· καὶ πάντας τοὺς Ἐσεβωνίτας (Mſ. Alex. cum edit. Ald. τοὺς Ἐσεβών, Compl. τῷ Ἐσεβών) ἐξωλόθρευσαν ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτῶν. Καὶ διαβάντες τὸν Ἰορδάνην, ἐκληρονόμησαν πᾶσαν τὴν ὀρεινήν.

℣. 20. Græcè habetur καὶ, ante & poſt *Jebuſæum*; loco verò *Gergeſæum*, ſic, πάντας τοὺς Γεργεσαίους; & in fine,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

21. & usque dum non peccarent in conspectu Dei sui, erant cum illis bona: Deus enim illorum odit iniquitatem.

22. Nam & ante hos annos, cùm recessissent à via, quam dederat illis Deus, ut ambularent in ea, exterminati sunt præliis à multis nationibus, & plurimi eorum captivi abducti sunt in terram non suam.

23. Nuper autem reversi ad Dominum Deum suum, ex dispersione qua dispersi fuerant, adunati sunt, & ascenderunt montana hæc omnia, & iterum possident Jerusalem, ubi sunt sancta eorum.

24. Nunc ergo mi domine, perquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorum: ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & subjugati erunt sub jugo potentiæ tuæ.

25. Si verò non est offensio populi hujus coram Deo suo, non poterimus resistere illis: quoniam Deus eorum defendet illos: & erimus in opprobrium universæ terræ.

26. Et factum est, cùm cessasset loqui Achior verba hæc, irati sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum, dicentes ad alterutrum:

27. Quis est iste, qui filios Israël posse dicat resistere regi Nabuchodonosor, & exercitibus ejus, homines inermes, & sine virtute, & sine peritia artis pugnæ?

28. Ut ergo agnoscat Achior quoniam fallit

VERSIO ANTIQUA.

21. usquequo non peccarent in conspectu Dei sui, & erant cum ipsis bona: quoniam Deus odiens iniquitatem est. *Ex Mss. Rol. & Germ.*

22. Sed cùm recesserunt à via, quam disposuerat eis, affecti sunt in bello multùm valde, & captivi ducti sunt in terram non suam; & templum Dei illorum devenit ad solum, & civitates eorum obtentæ sunt ab adversariis eorum.

23. Et nunc revertentes ad Deum suum, clamaverunt à dispersione qua dispersi sunt ibi, & iterum possederunt Hierusalem in qua sanctimonium eorum est, & habitant in montanis quæ erant deserta.

24. Et nunc domine, si est ignorantia aliqua in plebe hac, & peccat in Deum sum; visitabimus eos, quia est in iliis scandalum hoc, & ascendemus, & expugnabimus eos.

25. Si autem non est iniquitas in eis, prætereat dominus meus illos; ne fortè protegat illos Deus eorum pro se, & erimus improperium coram omni terra.

26. Et factum est, cùm cessasset loqui Achior verba hæc, murmuravit omnis populus qui erat in circuitu tabernaculi, & dixerunt principes Oloferni, & omnes qui habitabant ad mare Moab, ut occiderent illum, dicentes:

27. Non enim timebimus à facie filiorum Israël; ecce enim populus, in quo non est potestas, neque virtus in pugna valida.

28. Propter hoc ascendemus, & erunt in con-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἡμέρας τομάς. In Ms. Corb. *Et ejecerunt à facie sua Chananæum, Pherezæum, Jebusæum, & Sichem, & omnes Gergesæos, & inhabitaverunt ipsi diebus multis.* In Germ. 15. *Et ejecerunt à facie sua Chananæum, & Ferezæum, & inhabitaverunt in ea diebus multis.*

℣. 21. Græc. initio hab. Καὶ ἕως οὐχ ἥμαρτον, paulòque post detracto &, addit: ἦν τὰ ἀγαθὰ μετ' αὐτῶν· ὅτι Θεὸς μισῶν ἀδικίαν μετ' αὐτῶν ἐστίν. Ms. Germ. 15. *Et cùm non peccarent in conspectu Dei sui, erant cum illis bona: quoniam Deus est odiens iniquitatem.* Corb. *Et usque dum peccarent in conspectu Dei, erant cum illis bona: quoniam Deus odit iniquitatem.*

℣. 22. Similiter in Græco, exceptis his, ἐξωλοθρεύθησαν ἐν πολλοῖς πολέμοις ἐπὶ πολύ, loco *affecti sunt in bello multùm;* nec ita multò post, εἰς γῆν οὐκ ἰδίαν, *in terram non propriam*, absque voce *eorum*, in fine. Ms. Germ. 15. hab. *Postquam autem recesserunt de via, quam disposuerat eis, dispersi sunt in multa prælia nimis, & captivi ducti sunt in terra non sua; & templum Dei ipsorum factum est in planitie,* (Græc. εἰς ἔδαφος) *& civitates eorum obsessæ sunt* (Gr. ἐκρατήθησαν) *ab hostilibus.* Corb. *Sed cùm discessissent à via, quam disposuerat illis Deus, exterminati sunt multis bellis plurimi eorum, & captivi ducti sunt in terram non suam; & templum Dei illorum;* reliqua desunt.

℣. 23. Ms. Germ. 15. *Et reversi sunt ad Deum suum, & ascenderunt ex dispersione ubi dispersi fuerant, & possederunt Hierusalem ubi sanctimonia eorum sunt, & conlocati sunt in montanam, quoniam erat deserta.* Corb. *Et nunc reversi sunt ad Dominum suum, & ascenderunt dispersione qua dispersi fuerant, & iterum possident Hierusalem ubi sunt sanctimonia illorum, & inhabitant in montana quæ erant deserta.* Græc. Καὶ νῦν ἐπιστρέψαντες ἐπὶ τὸν Θεὸν αὐτῶν, ἀνέβησαν (Interp. Reg. leg. ἀνεβήσαν) ἐκ τῆς διασπορᾶς ἧ διεσπάρησαν ἐκεῖ, καὶ κατέσχον τὴν Ἱερουσαλὴμ οὗ τὸ ἁγίασμα αὐτῶν, καὶ κατῳκίσθησαν ἐν τῇ ὀρεινῇ, ὅτι ἦν ἔρημος.

℣. 24. Græc. initio habet, Δέσποτα κύριε, *Dominator domine;* deinde εἰ μέν ἐστιν, *siquidem est*, absque seq. *aliqua;* paulòque post, ἁμαρτάνουσι, num. plur. & pro *visitabimus*, καὶ ἐπισκεψόμεθα, deleto seq. *eos;* al. ἐπισκεψώμεθα absque καὶ, & sic deinceps, ἀναβησώμεθα, καὶ πολεμήσωμεν, teste Nobilio. Ms. Germ. 15. *Et nunc domine, siquidem est ignorantia in populo isto, & peccant in Deum suum; consideremus, quoniam est illis scandalum hoc, & ascendamus, & debellamus illos.* Corb. *Et nunc domine, siquidem est ignorantia in populo hoc, & peccant in Deum suum; observabimus, quoniam si est in eis offensio hæc, ascendamus, & expugnemus eos.* Ms. Pech. *Et nunc domine, siquidem ignorantiam & ignorantiam in populo isto, & peccant in Dominum suum; consideremus, quoniam est illis scandalum hoc, & ascendemus, & debellabimus illos.* (Ms. antiquo more, *ascendimus, & debellavimus.*)

℣. 25. Græc. Εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἀνομία ἐν τῷ ἔθνει αὐτῶν· παρελθέτω δὴ ὁ κύριός μου· μήποτε ὑπερασπίσῃ ὁ Κύριος αὐτῶν καὶ ὁ Θεὸς αὐτῶν ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ ἐσόμεθα εἰς ὀνειδισμὸν ἐναντίον πάσης τῆς γῆς. Ms. Germ. 15. *Sin autem est justitia in ipsa gente, transeat eos dominus; ne fortè protegat eos Deus ipsorum, & erimus in opprobrium omni terræ.* Corb. *Si autem non est iniquitas in genere illorum, transeat dominus meus; ne fortè protegat eos Deus illorum, & defendat illos, & erimus improperium in conspectu omnis terræ.* Ms. Pech. *Si autem non est injustitia in ipsa gente, transeat dominus meus; ne fortè protegat illos Deus ipsorum, & erimus opprobrium in omni terra.*

℣. 26. Ms. Germ. 15. *Et factum est, ut desiniit loqui Achior sermones istos, murmuravit omnis multitudo stans in circuitu tabernaculi, & dixerunt potentiores Olofernis, & omnes qui habitabant maritima & Moab, concidere illum.* Corb. *Ut factum est, cùm cessasset loquendo Achior hæc verba, murmuravit omnis populus qui erat in gyro tabernaculi, & dixerunt majores natu Oloferni, & qui inhabitant in maritima, ut concideret illum, dicentes:* Ms. Pech. *Et factum est, ut desistit loqui Achior verba hæc, murmuravit omnis multitudo quæ tabernaculum circumstabant, & dixerunt potentiores Olofirni, & omnes qui incolebant maritimam & Moab, interficere debere eum.* Græc. Καὶ ἐγένετο, ὡς ἐπαύσατο Ἀχιὼρ λαλῶν τοὺς λόγους τούτους, καὶ (editt. Ald. & Compl. delent καὶ) ἐγόγγυσε πᾶς ὁ λαὸς ὁ κυκλῶν τὴν σκηνὴν καὶ περιεσὼς, (Ms. Alex. cum editt. Ald. & Compl. ὁ κύκλῳ τῆς σκηνῆς περιεσὼς) καὶ εἶπαν οἱ μεγιστᾶνες Ὀλοφέρνου, καὶ πάντες οἱ καθοικοῦντες τὴν παραλίαν καὶ τὴν Μωάβ, συγκόψαι αὐτόν.

℣. 27. Ms. Germ. 15. *Non enim timebimus à facie filiorum Israël; ecce enim est multitudo, in qua neque virtus una, neque potestas est in pugna forti.* Corb. *Nos enim si timebimus à filiis Israël; ecce enim est populus, in quo non est populus, neque virtus in pugna valida.* Ms. Pech. *Non enim timebimus à filiis Israël; hic enim est populus, in quo neque virtus, neque potestas est in pugna.* Græc. Οὐ γὰρ φοβηθησόμεθα ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ· ἰδοὺ γὰρ λαός, ὧ δύναμις οὐκ ἔστι δύναμις, οὐδὲ κράτος εἰς παράταξιν ἰσχυρόν.

℣. 28. Ms. Germ. 15. *Propter quod ascendemus ad eos, & erunt in esca omni exercitu tuo, domine Olofernes.* Corb. *Propter hoc ascendamus, & erunt in consummatione omni militia tua;* omissis aliis. In Ms. Pech. totus hic versus deest.

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Ex Mſs. Reg. & Germ. ſummatione omni militiæ tuæ, domine Olofernis.	nos, aſcendamus in montana : & cùm capti fuerint potentes eorum, tunc cum eiſdem gladio tranſverberabitur : 29. ut ſciat omnis gens, quoniam Nabuchodonoſor Deus terræ eſt, & præter ipſum alius non eſt.

CAPUT VI.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Ex Mſs. Reg. & Germ. 1. ET cùm ceſſaſſet turbatio virorum qui erant in circuitu concilii, dixit Olofernis princeps virtutis Aſſyriorum ad Achior, præſentibus univerſis populis alienigenarum :	1. FActum eſt autem cùm ceſſaſſent loqui, indignatus Holofernes vehementer, dixit ad Achior :
2. Quis es tu Achior, & omnes filii Moab, & mercenarii Ammon, quoniam prophetaſti nobis ſicut hodie, & dixiſti, quoniam genus filiorum Iſraël defendetur à Deo, & non expugnatur, quia Deus eorum protexit illos? Et quis Deus, niſi Nabuchodonoſor rex omnis terræ? hic mittet exercitum ſuum, & diſperdet eos à facie terræ, & non	2. Quoniam prophetaſti nobis dicens, quòd gens Iſraël defendatur à Deo ſuo, ut oſtendam tibi quoniam non eſt Deus, niſi Nabuchodonoſor :
* *Mſ.* liberavit. * liberabit eos Deus eorum :	
3. ſed nos ſervi Nabuchodonoſor, percutiemus illos, ſicut hominem unum ; nec ſuſtinebunt ſpumam equorum noſtrorum : delebimus enim eos, & montes eorum inebriabuntur ſanguine ipſorum, & campi illorum replebuntur mortuis, nec reſiſtent veſtigia pedum eorum contra faciem noſtram, ſed perditione perient,	3. cùm percuſſerimus eos omnes, ſicut hominem unum, tunc & ipſe cum illis Aſſyriorum gladio interibis, & omnis Iſraël tecum perditione diſperiet ;
4. dicit Nabuchodonoſor rex, dominus univerſæ terræ : dixit, & non fruſtrabuntur verba oris ejus. Tu autem Achior, mercenarii Ammon, qui locutus es verba hæc in die iniquitatis tuæ, non videbis faciem meam jam nunc ex hac die, quoadusque ulciſcar gentem eorum quæ aſcendit ex Ægypto : & tunc pertranſiet gladius militiæ meæ, & lancea famulorum meorum per latera tua, & cades cum vulneratis eorum cùm venero. Nunc verò deducent te ſervi mei hodie in montana, & ponent te in aſcenſum unius civitatis, & non peries, donec exterminеris cum eis.	4. & probabis quoniam Nabuchodonoſor dominus ſit univerſæ terræ : tuncque gladius militiæ meæ tranſiet per latera tua, & confixus cades inter vulneratos Iſraël, & non reſpirabis ultra, donec exterminеris cum illis.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Mſ. Corb. *Et cùm ceſſaſſet turbatio eorum qui erant in concilio, dixit Olofernes dux militiæ Aſſyriorum ad Achior, præſente omni populo Allophylorum, & præſentibus filiis Moab, & mercenariis Ammon.* Germ. 15. *Et cùm deſiſſet tumultus virorum qui in circuitu erant concilii, dixit Olofernes dux multitudinis virorum Aſſyriorum, coram omni populo alienigenarum.* Mſ. Pech. *Et cùm dixiſſet* (l. *deſiſſet*) *tumultus virorum qui erat in circuitu, conſilium dixit Olofernis dux exercitus Aſſyriorum ad Achior, coram omni populo alienigenarum.* Græc. Καὶ ὡς κατέπαυσεν ὁ θόρυβος τῶν ἀνδρῶν τῶν κύκλῳ τῆς ζυνεδρείας, καὶ εἶπεν Ὀλοφέρνης ὁ ἀρχισράλτης δυνάμεως Ἀσσὺρ πρὸς Ἀχιὼρ, ἐναντίον παντὸς τοῦ δήμου Ἀμμανίτου, καὶ πρὸς πάντας υἱοὺς Μωάβ.

℣. 2. Mſ. Corb. *Quis es tu Achior, quoniam prophetaſti nobis, & dixiſti, quoniam genus Iſraël defendetur à nobis, & Deus illorum proteget illos? Et quis eſt Deus, niſi Nabuchodonoſor, qui mittet exercitum ſuum, & diſperdet eos à facie terræ, & non lucrabit Deus illorum?* Germ. 15. *Et quis eſt Achior, ad omnes filios Moab, quoniam prophetaſti nobis hodie, & dixiſti : Genus filiorum Iſrael non debellabitur, quoniam Deus ipſorum proteget illos? Et qui eſt Deus, niſi Nabuchodonoſor deus univerſæ terræ? hic mittet poteſtatem ſuam, & perdet illos à facie terræ, & non liberabit eos Deus eorum.* Mſ. Pech. *Et quis es tu Achior, ad omnes filios Moab, quoniam divinaſti nobis, & dixiſti genus filiorum Iſraël non debellandum, quoniam Deus ipſorum protegit illos? Et quis eſt Deus, niſi Nabuchodonoſor? hic mittit poteſtatem ſuam, & perdet eos à facie terræ, & non defendit illos Deus eorum.* Græc. Καὶ τίς εἶ ζὺ Ἀχιὼρ, καὶ οἱ μιθωτοὶ τῷ Ἐφραὶμ, ὅτι προεφήτευσας ἐν ἡμῖν καθὼς ζήμερον, καὶ εἶπας, τὸ γένος Ἰσραὴλ μὴ πολεμῆσαι, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτῶν ὑπερασπιεῖ αὐτῶν ; Καὶ τίς ὁ Θεὸς, εἰ μὴ Ναβυχοδονόσορ ; οὗτος ἀποστελεῖ τὸ κράτος αὐτοῦ, καὶ ἐξολεθρεύσει αὐτοὺς ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, καὶ ῥύσεται αὐτοὺς ὁ Θεὸς αὐτῶν.

℣. 3. Mſ. Corb. *Sed nos ſervi illius, percutiemus illos, ſicut hominem unum ; & non reſiſtent adversùs virtutem equorum noſtrorum : comminuemus enim illos in ipſis, & montes eorum inebriabuntur ſanguine, & campi illorum replebuntur mortuis, nec reſiſtent veſtigia pedum eorum contra faciem noſtram, ſed perditione perdentur.* Mſ. Germ. 15. *Sed nos ſervi Nabuchodonoſor, percutiemus illos, ſicut hominem unum ; & non ſuſtinebunt vim equorum noſtrorum : concidimus enim illos, & montes eorum inebriabuntur à ſanguine eorum, & campi ipſorum implebuntur cadaveribus eorum, & non ſtabit veſtigium pedum ipſorum ante faciem noſtram, ſed perditione peribunt.* Mſ. Pech. *Sed & nos ſervi ipſius, percutiemus illos, ſicut hominem unum ; & non ſuſtinebunt vim equorum noſtrorum : delebimus enim eos, & montes eorum inebriabuntur ſanguinem illorum, & campos ipſorum implebimus cadavere, & non ſtabit veſtigium pedum ipſorum ante faciem noſtram, ſed perditione peribunt.* Græc. Ἀλλ' ἡμεῖς οἱ δοῦλοι αὐτοῦ, παλάξομεν αὐτοὺς, ὡς ἄνθρωπον ἕνα· καὶ οὐχ ὑποσήσονται τὸ κράτος τῶν ἵππων ἡμῶν· παλακαύσομεν (Ald. & Compl. καλαπαλήσομεν) γὰρ αὐτοὺς ἐν αὐτοῖς, καὶ τὰ ὄρη αὐτῶν μεθυσθήσεται ἐν τῷ αἵματι αὐτῶν, καὶ τὰ πεδία αὐτῶν πλησθήσεται νεκρῶν αὐτῶν, καὶ οὐκ ἀνῆσήσεται τὸ ἴχνος τῶν ποδῶν αὐτῶν κατὰ πρόσωπον ἡμῶν, ἀλλὰ ἀπωλεία ἀπολοῦνται.

℣. 4. Mſ. Corb. *Dicit Nabuchodonoſor rex, dominus univerſæ terræ : dixit enim, non fruſtrabuntur verba chriſti mei. Tu autem Achior, mercenari* (Mſs. *mercenarii*) *Amon, ſicut locutus es verba hæc in die iniquitatis tuæ, non videbis faciem meam, uſque dum ulciſcar genus qui fuit ex Ægypto : & tunc tranſiet gladius militiæ meæ latera tua, & configet te, & cades cum vulneratis eorum cùm venero. Et deducent te ſervi mei in montana, & ponent tunicas centum* (vitiosè, pro *te in aſcenſum*) *unius civitatis, & non diſperiet, donec exterminеris cum eis.* Mſ. Germ. 15. *Dicit Nabechodonoſor dominus omnis terræ : dixit, & non erunt*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

5. Porro autem si prophetiam tuam veram existimas, non concidat vultus tuus, & pallor, qui faciem tuam obtinet, abscedat à te, si verba mea hæc putas impleri non posse.

6. Ut autem noveris quia simul cum illis hæc experieris, ecce ex hac hora illorum populo sociaberis, ut, dum dignas mei gladii pœnas exceperint, ipse simul ultioni subjaceas.

7. Tunc Holofernes præcepit servis suis ut comprehenderent Achior, & perducerent eum in Bethuliam, & traderent eum in manus filiorum Israël.

8. Et accipientes eum servi Holofernis, profecti sunt per campestria: sed cùm appropinquassent ad montana, exierunt contra eos fundibularii.

9. Illi autem divertentes à latere montis, ligaverunt Achior ad arborem manibus & pedibus, & sic vinctum restibus dimiserunt eum, & reversi sunt ad dominum suum.

10. Porro filii Israël descendentes de Bethulia, venerunt ad eum: quem solventes duxerunt ad Bethuliam, atque in medium populi illum statuentes, percunctati sunt quid rerum esset, quòd illum vinctum Assyrii reliquissent.

VERSIO ANTIQUA.

5. Et si tu speras corde tuo, quoniam non capientur, non concidat facies tua. Locutus sum, & nihil decidet verborum meorum. *Ex Mſs. Reg. & Germ.*

7. Et præcepit Olofernis servis suis, qui erant adstantes, ut comprehenderent Achior, & reducerent eum in Bethuliam, & traderent illum in manus filiorum Israël.

8. Et comprehenderunt eum servi ejus, & duxerunt illum extra castra in campum: & profecti sunt à medio campo in montana, & venerunt ad fontes qui erant sub Bethulia. Et ut viderunt eos viri civitatis, sumpserunt arma sua, & exierunt foras extra civitatem super cacumen montis, & omnis vir fundibularius custodiebat ascensum, & mittebant lapides super eos.

9. Et accedentes super montem, alligaverunt Achior, & reliquerunt eum projectum sub radice montis, & reversi sunt ad dominum suum.

10. Descendentes autem filii Israël de civitate sua, venerunt ad illum: & solventes eum duxerunt in Bethuliam, & adduxerunt illum ad principes civitatis suæ,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

irrita verba ejus. Tu autem Achior, mercenari Amon, propter quod locutus es verba ista in die vindictæ, non videbis faciem meam ultra à die ista, quousque vindicabo in genus eorum qui ascenderunt ex Ægypto: & tunc intrabit ferrum exercitus mei & lanciæ servorum meorum in latera tua, & cades cum vulneratis eorum cùm venero. Et educent te servi mei in hac die, & ponent te in unam ascensionem montanam civitatum, & non peries, donec cum illis pereas. Mſ. Pech. *Dicit Nabochodonosor dominus omnis terræ; dixit enim, & non erunt irrita verba ejus. Tu autem Achior, mercenari Ammon, qui locutus es verba ista ad diem vindictæ, non videbis faciem meam ex hac die, & usquequo ulciscar gentem quæ ascendit ex Ægypto: & tunc pertransibit ferrum exercitus mei latera tua, & cades cum vulneratis eorum cùm venero. Et deducent te servi mei in hac die, & ponent te in una ascensione montanæ civitatis, & non peribis, donec cum illis pereas.* Græc. Λέγει ὁ βασιλεὺς Ναβυχοδονόσορ ὁ κύριος πάσης τῆς γῆς· εἶπε γὰρ, ὅτι μαλαιωθήσεται τὰ ῥήματα τῶν λόγων αὐτοῦ. Σὺ δὲ Ἀχιὼρ μισθωτὲ τοῦ Ἀμμὼν, ὃς ἐλάλησας τοὺς λόγους τούτους ἐν ἡμέρᾳ ἀδικίας σου, οὐκ ὄψει ἔτι τὸ πρόσωπόν μου ἀπὸ τῆς ἡμέρας ταύτης, ἕως οὗ ἐκδικήσω τὸ γένος τῶν ἐξ Αἰγύπτου· καὶ τότε διελεύσεται ὁ σίδηρος τῆς σχοινίας μου καὶ ὁ λαὸς τῶν θεραπόντων μου τὰς πλευράς σου, καὶ πεσῇ ἐν τοῖς τραυματίαις αὐτῶν ὅταν ἐπιστρέψω. Καὶ ἀποκαλασιοῦσί σε οἱ δοῦλοί μου εἰς τὴν ὀρεινὴν, καὶ θήσουσί σε ἐν μιᾷ τῶν πόλεων τῶν ἀναβάσεων, καὶ οὐκ ἀπολῇ, ἕως οὗ ἐξολοθρευθῇς μετ' αὐτῶν.

℣. 5. Itidem Græcè, nisi hoc leviſſimum excipias, Καὶ εἴπερ, Et ſiquidem, pro Et ſi tu. Mſ. Germ. 15. *Et ſi ſperas cordi tuo, quoniam* (ſupp. *non*) *capientur, non concidat facies tua. Locutus ſum, & nihil præteriet verborum meorum.* Corb. *Si autem ſperas in corde tuo, quoniam non accipientur, non concidet facies tua: quoniam ex his quæ locutus ſum, nihil decidet verborum meorum.* Abeſt hic verſus à Mſ. Pech.

℣. 7. Mſ. Corb. *Et præcepit Olofernes ſervis, qui erant aſtantes ipſi, ut comprehenderent Achior, & deducerent eum in Bethuliam, & traderent in manibus filiorum Iſraël.* German. 15. *Et imperavit Olofernes ſervis ſuis, qui ſtabant in tabernaculo ejus, comprehendere Achior, & deducere eum in Bethulia, & tradere eum in manus filiorum Iſraël.* Mſ. Pech. *Et imperavit Olofernis ſervis ſuis, comprehendere Achior, & deducere eum in Bethuliam, & tradere filiis Iſraël.* Græc. Καὶ προσέταξεν Ὀλοφέρνης τοῖς δούλοις αὐτοῦ, οἳ ἦσαν παρεγκείμενοι ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ, συλλαβεῖν τὸν Ἀχιὼρ, καὶ ἀποκαλασῆσαι αὐτὸν εἰς Βαιτυλούα, καὶ παραδῶναι εἰς χεῖρας υἱῶν Ἰσραήλ.

℣. 8. Mſ. Germ. 15. *Et ſervi ejus comprehenderunt eum, & adduxerunt illum extra caſtra in campum: & promoverunt à medio campo in montanam, & venerunt ad fontes qui erant ſubtus Bethulia. Et cùm viderunt eos viri civitatis, ſumpſerunt arma ſua, & exierunt extra civitatem ad verticem montis, & omnis vir fundibalarius mittens, occupavit aſcenſum eorum, & miſerunt lapides in illos.* Mſ. Corb. *Et comprehenderunt ſervi illius, deduxerunt illum extra in campum: & profecti ſunt de campo medio in montana, & venerunt ad fontes qui erant ſubtus Bethuliam. Et viderunt illos viri civitatis, & acceperunt arma, & exierunt foras extra civitatem in frontem montis, omnis vir fundibularius, & tutabant aſcenſum, & mittebant lapides ſuper illos.* Mſ. Pech. *Et comprehenderunt illum, & adduxerunt extra caſtra in campum: & promoverunt à medio campo in montana, & venerunt ad fontes qui erant ſubtus Bethuliam. Et ut viderunt eos viri civitatis, ſumpſerunt arma ſua, & exierunt extra civitatem ad verticem montis, & omnis vir fundibalis occupavit aſcenſum eorum, & mittebant lapides ſuper eos.* Græc. Καὶ συνέλαβον αὐτὸν οἱ δοῦλοι αὐτοῦ, καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἔξω τῆς παρεμβολῆς εἰς τὸ πεδίον· καὶ ἀπῆραν ἐκ μέσου τῆς πεδινῆς εἰς τὴν ὀρεινὴν, καὶ παρεγένοντο ἐπὶ τὰς πηγὰς, αἳ ἦσαν ὑποκάτω Βαιτυλούα. Καὶ ὡς εἶδαν αὐτοὺς οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους, ἀνέλαβον τὰ ὅπλα αὐτῶν, καὶ ἀπῆλθον ἔξω τῆς πόλεως ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους, καὶ πᾶς ἀνὴρ σφενδονητὴς διεκράτησαν τὴν ἀνάβασιν αὐτῶν, καὶ ἔβαλον ἐν λίθοις ἐπ' αὐτούς· editt. Ald. & Compl. ſcribunt ſingulariter διεκράτησε, ſicut Mſ. Alex. infra, ἔβαλεν.

℣. 9. Mſ. Corb. *Et introierunt illi ſub montem, & alligaverunt Achior, & reliquerunt eum projectum ad imum montem, & reverſi ſunt ad dominum ſuum.* Germ. 15. *Et cùm recepiſſent ſe ſubtus montem, alligaverunt Achior, & reliquerunt eum projectum ſubtus montem, & reverſi ſunt ad,* &c. Similiter habet Mſ. Pech. præter hoc, *ſub radice montis*, loco poſterioris *ſubtus montem.* Græc. Καὶ ὑποδύσαντες ὑποκάτω τοῦ ὄρους, ἔδησαν τὸν Ἀχιὼρ, καὶ ἀφῆκαν ἐρριμένον ὑπὸ τὴν ῥίζαν τοῦ ὄρους, καὶ ἀπώχοντο πρὸς, &c. ut ſup. Mſ. Germ. 4. initio hab. *aſcendentes*, non *accedentes.*

℣. 10. Similiter in Græco, exceptis his, ἐπέσησαν αὐτῷ, ſeu cum Mſ. Alex. & Compl. ἐπ' αὐτόν, *ſteterunt ſuper eum*, loco *venerunt ad illum*; & infra, κατέσησαν αὐτὸν ἐπὶ, ſeu cum Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. εἰς, *conſtituerunt eum ſuper*, pro *adduxerunt illum ad.* In Mſ. Germ. 15. ſic: *Deſcendentes autem filii Iſraël de civitate, advenerunt ad eum: & ſolventes duxerunt Bethulia, & abierunt ad principes civitatis ſuæ.* In Mſ. Pech. *Deſcendentes autem filii Iſraël de civitate, venerunt ad illum: & ſolventes perduxerunt illum in Bethuliam, ad principes civitatis ſuæ.* In Corb. *Deſcenderunt autem filii Iſraël, & venerunt ad illum: & adduxerunt in Bethuliam, & deduxerunt illum ad principes civitatis.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Mſſ. Reg. & Germ. 11. qui erant in illis diebus, Ozias filius Michiæ de tribu Simeon, & Chabris filius Gothonihel, & Charmis filius Melchiel; & convocaverunt omnes ſeniores civitatis, & concurrerunt omnes viri eorum, & mulieres, & pueri in concilium,	11. In diebus illis erant illic principes, Ozias filius Micha de tribu Simeon, & Charmi, qui & Gothoniel.
12. & ſtatuerunt Achior in medio populo ipſorum. Et interrogavit Ozias quid contigiſſet ei: & indicavit illi omnia verba concilii Olofernis,	12. In medio itaque ſeniorum, & in conſpectu omnium, Achior dixit omnia quæ locutus ipſe fuerat ab Holoferne interrogatus: & qualiter populus Holofernis voluiſſet propter hoc verbum interficere eum,
13. & omnia quæcunque locutus eſt in medio principum Aſſur, & quæ magna locutus eſt Olofernis ſuper domum Iſraël.	13. & quemadmodum ipſe Holofernes iratus juſſerit eum Iſraëlitis hac de cauſa tradi: ut, dum vicerit filios Iſraël, tunc & ipſum Achior diverſis jubeat interire ſuppliciis, propter hoc quòd dixiſſet: Deus cœli defenſor eorum eſt.
14. Et procidit omnis populus, & adoravit Dominum Deum, & clamaverunt,	14. Cùmque Achior univerſa hæc expoſuiſſet, omnis populus cecidit in faciem, adorantes Dominum, & communi lamentatione & fletu unanimes preces ſuas Domino effuderunt, *Sup. 5. 6.*
15. dicentes: Domine Deus cœli & terræ, reſpice ad ſuperbiam eorum, & miſerere humilitati generis noſtri, & reſpice ad faciem ſanctorum tuorum in hac die.	15. dicentes: Domine Deus cœli & terræ, intuere ſuperbiam eorum, & reſpice ad noſtram humilitatem, & faciem ſanctorum tuorum attende, & oſtende quoniam non derelinquis præſumentes de te: & præſumentes de ſe, & de ſua virtute gloriantes, humilias.
16. Et conſolati ſunt Achior, & laudaverunt eum valde,	16. Finito itaque fletu, & per totam diem oratione populorum completa, conſolati ſunt Achior,
17. 18. dicentes: Quomodo viſum fuerit Deo de nobis, erit & tecum.	17. dicentes: Deus patrum noſtrorum, cujus tu virtutem prædicaſti, ipſe tibi hanc dabit viciſſitudinem, ut eorum magis tu interitum videas. 18. Cùm verò Dominus Deus noſter dederit hanc libertatem ſervis ſuis, ſit & tecum Deus in medio noſtri: ut ſicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus converſeris nobiſcum.
19. Et eduxit eum Ozias de concilio, & duxit illum in domum ſuam; 20. & fecit cœnam ſenioribus.	19. Tunc Ozias, finito conſilio, ſuſcepit eum in domum ſuam, & fecit ei cœnam magnam. 20. Et vocatis omnibus presbyteris, ſimul expleto jejunio refecerunt.
21. Et invocaverunt Deum Iſraël in adjutorium tota nocte.	21. Poſtea verò convocatus eſt omnis populus, & per totam noctem intra eccleſiam oraverunt, petentes auxilium à Deo Iſraël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. Eadem leguntur Græcè, ſi pauca excipias, videlicet τῷ Μιχὰ, loco *Michiæ*, & Ἀβρὶς, pro *Chabris*; (in Mſ. Alex. Χαβρεὶς, in editt. Ald. & Compl. Χαβρὶς;) item infra, πᾶς νεανίσκος, *omnis juvenis*, loco *omnes viri*, abſque ſeq. & *pueri*. Mſ. Germ. 15. hab. *Qui erant in illis diebus, Ozias filius Michæ de tribu Simeon, & Chabris filius Gothoniel, & Charmis filius Machiel; & convocaverunt omnes ſeniores civitatis, & concurrit omnis vir illorum, & mulieres, & pueri eorum in eccleſiam*: ſimiliter in Græco ἐκκλησίαν. Mſ. Corb. *Qui erant in illis diebus, Ozias filius Micha de tribu Simeon, & Carmi qui & Gothoniel, & Charu filius Mechiel; & convocaverunt omnes ſeniores civitatis, & concurrerunt viri illorum, & mulieres, & infantes in eccleſiam.* Mſ. Pech. ſimpliciter habet: *Qui erant in diebus illis*, prætermiſſis aliis.

℣. 12. Mſ. Corb. *Et ſtatuerunt Achior in medio populi. Et interrogavit eum Ozias quid contigit ei*, &c. ut ſupra. Germ. 15. *Et ſtatuerunt Achior in eccleſiam in medio omni populo ipſorum. Et interrogavit eum Ozias quid contigerit ei: & reſpondens dixit eis omnia verba concilii Olofernis.* Mſ. Pech. ab his tantùm initium ducit: *Et interrogavit Ozias quid contigerat ei: & reſpondens dixit eis omnia*, &c. ut ſup. Græc. Καὶ ἔστησαν τὸν Ἀχιὰρ ἐν μέσῳ πανλὸς τῦ λαῦ αὐτῶν. Καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν Ὀζίας τὸ Συμβεβηκός· καὶ ἀποκριθεὶς ἀπήγγειλεν αὐτοῖς τὰ ῥήματα τῆς Συνεδρίας Ὁλοφέρνυ.

℣. 13. Mſ. Germ. 15. *Et omnia quæcunque locutus eſt in medio principum Aſſyriorum, & omnia quæcunque magna ſuperbè locutus eſt Olof.* &c. ut ſup. Itidem in Mſ. Pech. excepta una voce *magna*, quæ deeſt. Mſ. Corb. hæc tantùm refert, *quæcunque locutus eſt in domum Iſraël.* Græc. Καὶ πάνλα τὰ ῥήματα ὅσα ἐλάλησεν ἐν μέσῳ τῶν ἀρχόνλων υἱῶν Ἀσσὼρ, καὶ ὅσα ἐμεγαλορρήμονησεν Ὀλοφέρνης εἰς, &c. ut ſup.

℣. 14. Mſ. Germ. 15. *Et procidens omnis populus, adoravit Dominum Deum, & proclamaverunt.* Corb. *Et procidit omnis populus, & adoravit Dominum, & clamaverunt.* Similiter Pechian. exceptis his duobus, *adoraverunt, & proclamaverunt.* Græc. Καὶ πεσόνλες ὁ λαὸς, προσεκύνησαν τῷ Θεῷ, καὶ ἐβόησαν.

℣. 15. Ita in Græco, niſi quòd deeſt hoc, & *terræ*; loco etiam, *ad ſuperbiam*, habetur pluraliter, ἐπὶ τὰς ὑπερηφανείας; item infra, ἐπὶ τὸ πρόσωπον τῶν ἡγιασμένων σοι, *in faciem ſanctificatorum tibi*, loco *ad faciem ſanctorum tuorum.* Mſ. Germ. 15. habet: *dicentes: Domine Deus cœli, reſpice ad ſuperbiam eorum, & miſerere humilitati generis noſtri, & reſpice ad faciem ſanctorum tuorum in hunc diem.* Corb. *dicentes: Domine Deus cœli & terræ, reſpice in ſuperbiam eorum, & reſpice ad humilitatem generis noſtri, & reſpice in faciem ſanctorum tuorum in diem hunc.* Mſ. Pech. *dicentes: Domine Deus cœli, reſpice ſuperbiam eorum, & miſerere humilitatem generis noſtri, & reſpice ad faciem ſanctorum tuorum in hunc diem.*

℣. 16. Similiter in Mſ. Corb. & Græco. In Mſ. verò Germ. 15. ita: *Et interrogantes Achior, laudaverunt eum valde.* In Mſ. Pech. deſunt hæc, cum ſequentibus uſque ad verſum 4. capitis 7.

℣℣. 17. 18. Mſ. Corb. *dicentes: Quomodo placuerit Deo pro bonis*, (f. *nobis*) *ſic & tecum erit.* Abſunt verò iſta à Mſ. Germ. 15. ſicut à Græco.

℣. 19. Mſ. Germ. 15. *Et ſuſcepit eum Ozias de eccleſia in domum ſuam.* Corb. *Et ſuſcepit eum Ozias de concilio in domum ſuam.* Græc. Καὶ παρέλαβεν αὐτὸν Ὀζίας ἐκ τῆς ἐκκλησίας εἰς οἶκον αὐτῦ.

℣. 20. Mſ. Germ. 15. *Et fecit epulum ſenioribus.* Corb. *Et fecit cœnam presbyteris.* Græc. Καὶ ἐποίησε πότον τοῖς πρεσβυτέροις.

℣. 21. Concinunt Mſs. Corb. & Germ. 15. nec aliter in Græco, niſi quòd add. ἐκεῖνον, *illâ*, in fine.

Digitized by Google

CAPUT VII.

VULGATA NOVA.

1. HOlofernes autem altera die præcepit exercitibus ſuis, ut aſcenderent contra Bethuliam.

2. Erant autem pedites bellatorum centum viginti millia, & equites viginti duo millia, præter præparationes virorum illorum, quos occupaverat captivitas, & abducti fuerant de provinciis & urbibus univerſæ juventutis.

3. Omnes paraverunt ſe pariter ad pugnam contra filios Iſraël, & venerunt per crepidinem montis uſque ad apicem, qui reſpicit ſuper Dothain, à loco qui dicitur Belma, uſque ad Chelmon qui eſt contra Eſdrelon.

4. Filii autem Iſraël ut viderunt multitudinem illorum, proſtraverunt ſe ſuper terram, mittentes cinerem ſuper capita ſua, unanimes orantes ut Deus Iſraël miſericordiam ſuam oſtenderet ſuper populum ſuum.

5. Et aſſumentes arma ſua bellica, ſederunt per loca, quæ ad anguſti itineris tramitem dirigunt inter montoſa, & erant cuſtodientes ea tota die & nocte.

6. Porro Holofernes, dum circuit per gyrum, reperit quòd fons, qui influebat, aquæductum illorum à parte auſtrali extra civitatem dirigeret: & incidi præcepit aquæductum illorum.

7. Erant tamen non longè à muris fontes, ex quibus furtim videbantur haurire aquam, ad refocillandum potiùs quàm ad potandum.

8. Sed filii Ammon & Moab acceſſerunt ad Holofernem, dicentes: Filii Iſraël, non in lancea nec in ſagitta confidunt, ſed montes defen-

VERSIO ANTIQUA.

1. ALio autem die præcepit Olofernis omni militiæ ſuæ, & omni populo ſuo, qui adfuerunt in auxilio ejus, parare ſe ad Bethuliam, & aſcenſus montis occupare, & facere pugnam adversùs filios Iſraël. *Ex Mſſ. Reg. & Germ.*

2. Et profecti ſunt in illa die omnis potens eorum: & virtus peditum eorum erat centum ſeptuaginta millia, & equitum viginti duo millia, præter apparatum virorum, qui erant cum eis comitantes, multitudo magna valde.

3. Et applicuerunt ſe in aulonam ſecus Bethuliam ad fontem, & prætenderunt in circuitu Dothaim uſque Abelme, & extenderunt longitudinem à Bethulia, uſque Chelmona quæ eſt contra Eſdrelon.

4. Filii autem Iſraël ut viderunt multitudinem eorum, turbati ſunt valde. Et dixit unuſquiſque ad proximum ſuum: Nunc elident iſti faciem totius terræ; & neque montes alti, neque colles, neque valles ſuſtinebunt pondus eorum.

5. Et accepit unuſquiſque vaſa ſua bellica, & incendentes ignem ſuper turres murorum, manebant cuſtodientes tota nocte illa.

6. Alia autem die duxit Olofernis omnem virtutem ſuam contra faciem filiorum Iſraël qui erant in Bethulia, & viſitavit aſcenſus civitatis eorum.

7. Et fontes aquarum perambulaverunt, & occupaverunt eos, & ſtatuerunt ſuper eos caſtra virorum bellatorum; & ipſe egreſſus eſt cum plebe ſua.

8. Et accedentes ad eum omnes principes filiorum Eſau, & omnes duces populi Moab, & magiſtratus maritimæ, dixerunt: Audiat itaque

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Corb. *Alia autem die præcepit Olof. omni militiæ, & omni populo ſuo, qui venerant ei ad auxilium, ut aſcenderent in Bethuliam, & apprehenderent ut facerent pugnam ad filios Iſraël.* Germ. 15. *Altera autem die præcepit Olof. omni militiæ ſuæ, & omni populo ſuo, qui adfuerant in auxilium ei, ut pararent ſe ad Bethulia, & aſcenſum montis præoccuparent, & facerent pugnam adversùs filios Iſraël.* Græc. Τῇ δ' ἐπαύριον παρήγγειλεν Ὀλοφέρνης πάσῃ τῇ στρατιᾷ αὐτοῦ, καὶ παντὶ τῷ λαῷ αὐτοῦ, οἱ παρεγένοντο ἐπὶ τὴν συμμαχίαν αὐτοῦ, ἀναζευγνύειν ἐπὶ Βετυλύα, καὶ τὰς ἀναβάσεις τῆς ὀρεινῆς προκαταλαμβάνεσθαι, καὶ πολεμεῖν πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ.

℣. 2. Mſ. Germ. 15. *Et profecti ſunt in illa die omnis vir eorum: & virtus peditum eorum erat in centum ſeptuaginta duo millia, & equitum viginti duo millia, præter apparatus & virorum, qui erant cum eis comitantes, multitudo valde copioſa.* Corb. *Et profectus eſt illo die omnis potens illorum: erat centum viginti millia, & equitum viginti duo millia, præter præparatio virorum, qui erant profecti cum eis, multitudo magna valde.* Græc. Καὶ ἀνέζευξεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ πᾶς ἀνὴρ δυνατὸς αὐτῶν· καὶ ἡ δύναμις αὐτῶν ἀνδρῶν πολεμιστῶν, χιλιάδες ἀνδρῶν (à Mſ. Alex. ac edit. Ald. abeſt ἀνδρῶν) πεζῶν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα, καὶ ἱππέων χιλιάδες δεκαδύο, χωρὶς τῆς ἀποσκευῆς καὶ τῶν ἀνδρῶν, εἰ ἦσαν πεζοὶ ἐν αὐτοῖς, πολὺς σφόδρα.

℣. 3. Græc. Καὶ παρενέβαλον ἐν τῷ αὐλῶνι πλησίον Βετυλύα ἐπὶ τῆς πηγῆς, καὶ παρέτειναν εἰς εὖρος ἐπὶ Δοθαὶμ καὶ ἕως Βελθέμ, (Mſ. Alex. Δωθαεὶμ ἕως Βελβαὶμ) καὶ εἰς μῆκος ἀπὸ Βετυλύα, ἕως Κυαμῶνος ἥ ἐστιν ἀπέναντι Ἐσδρηλώμ. Mſ. Germ. 15. *Et miſerunt ſe in aulona juxta Bethuliam ad fontem, & prætenderunt à Dothain uſque Velmain, & longitudo à Bethulia, uſque Cyamone quæ eſt contra Eſdrelon.* Corb. *Et commiſerunt ad populum cura* (l. *contra*) *Bethuliam ſuper terram, & venerunt in altitudinem ſuper Dothaim uſque Abelmia, & in longitudinem à Bethulia, uſque Delmon quæ eſt*, &c. ut ſup.

℣. 4. Similia prorſus in Græco, excepto verbo ἐκλείξουσιν, *exſorbebunt*, pro *elident*, à λείχω, *lambo*, *lingo*; in edit. Compl. ἐκκλείσουσιν, *excludent*, quod Nobilius vertit *occupabunt*. Mſ. Germ. 15. habet: *Filii autem Iſraël ut viderunt multitudinem eorum, turbati ſunt valde. Et dixerunt unuſquiſque ad prox. ſuum: Nunc elident iſti faciem totius terræ; nec enim montes alti, neque valles ſuſtinebunt pondus eorum.* Corb. *Filii autem Iſrael ut viderunt multitud. illorum, dixerunt unuſquiſque proximo ſuo: Nunc deficientem facient iſti faciem totius terræ; non enim montes ſuſtinebunt pondus illorum.* Mſ. Pech. *Filii autem Iſrael ut viderunt multitud. eorum, turbati ſunt valde. Et dixerunt unuſquiſque ad proxim. ſuum: Nunc ambigent iſti faciem totius terræ; nec enim montes alti, neque valles, neque colles ſuſtinebunt pondus eorum;* Gr. τὸ βάρος.

℣. 5. Mſ. Germ. 15. *Et acceperunt unuſquiſque vaſa bellica ſua, & facientes ignem in turribus murorum ſuorum, manebant cuſtodientes totam noctem illam.* Corb. *Et acceperunt unuſquiſque vaſa ſua bellica, & erant cuſtodientes tota nocte.* Græc. Καὶ ἀναλαβόντες ἕκαστος τὰ σκεύη τὰ πολεμικὰ αὐτῶν, καὶ ἀναψάντες πυρὰς ἐπὶ τοὺς πύργους αὐτῶν, ἔμενον φυλάσσοντες ὅλην τὴν νύκτα ἐκείνην. Abſunt hæc tota à Mſ. Pech. uſque ad ℣. 10.

℣. 6. Græc. Τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ δευτέρᾳ ἐξήγαγεν Ὀλοφέρνης πᾶσαν τὴν ἵππον αὐτοῦ κατὰ πρόσωπον, &c. ut in Lat. ſup. Mſ. Germ. 15. habet: *Alia autem die eduxit Olofernes omnem virtutem ſuam contra faciem filiorum Iſraël qui erant Bethuliâ: & conſiderabant aſcenſum civitatis eorum.* Corb. verò ita: *Alia autem die eduxit Olof. omnem equitatum ſuum contra faciem filiorum Iſrael*, & *viſitabat* (Gr. ἐπεσκέψαλο) *aſcenſum civitatis.*

℣. 7. Mſ. Germ. 15. *Et fontes aquarum perambulavit*, & *præoccupavit eos*, & *præpoſuit eis in tabernaculis viros belligeratores*; & *ipſe convertit in populum ſuum.* Corb. *Et fontem aquarum avertit*, & *apprehendit aquas*, & *præpoſuit eis viros pugnatores*; & *promovit populum ſuum.* Græc. Καὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων αὐτῶν ἐφώδευσεν, καὶ περικαιτελάβετο αὐτὰς, καὶ ἐπέστησεν αὐταῖς (edit. Ald. αὐτὸς) παρεμβολὰς ἀνδρῶν πολεμιστῶν· καὶ αὐτὸς ἀνεζεύξεν εἰς τὸν λαὸν αὐτοῦ.

℣. 8. Mſ. Germ. 15. *Accedentes autem ad eum omnes principes filiorum Ejau*, & *omnes duces populi Moab ex civi-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſs. Reg. & Germ.

nunc verbum dominus noſter, ne fiat diſcuſſio in virtute tua: populus enim hic filiorum Iſraël non confidit in armis nec in lanceis, ſed in altitudine montium in quibus habitant; non enim eſt facile aſcendere vertices montium.

9. Et nunc domine, noli pugnare adversùs eos ſicut pugnatur in bello, & non cadet ex populo tuo vir unus: ſed mane in caſtris tuis, cuſtodiens omnem exercitum tuum; & obtineant pueri tui fontes aquarum qui exeunt à radice montis, quia inde implent omnes habitantes Bethuliam; & interficies eos ſiti, & tradent civitatem ſuam.

VULGATA NOVA.

dunt illos, & muniunt illos colles in præcipitio conſtituti.

9. Ut ergo ſine congreſſione pugnæ poſſis ſuperare eos, pone cuſtodes fontium, ut non hauriant aquam ex eis, & ſine gladio interficies eos, vel certè fatigati tradent civitatem ſuam, quam putant in montibus poſitam ſuperari non poſſe.

VERSIO ANTIQUA.

* Et nos, & populus tuus aſcendemus ſuper vertices montium, & obſidebimus in eis cuſtodientes, ut non exeat de civitate vir unus. Et diſtillabunt fame & ſiti, & ipſi, & mulieres eorum, & filii illorum: & priuſquam veniat gladius ſuper eos, proſternentur in plateis civitatis ſuæ; & retribues eis redditionem malignam, pro quibus contempſerunt te, & non obviaverunt in conſpectum tuum cum pace.

VERSIO ANTIQUA.

10. Et placuerunt verba eorum coram Oloferne, & coram omnibus famulis ejus, & conſtituit facere ſecundùm quæ locuti ſunt. Et promoverunt caſtra filiorum Moab, & cum illis ex Aſſyriis quinque millia peditum, & caſtra conſtituerunt in aulon, & præoccupaverunt fontes aquarum filiorum Iſraël.

VULGATA NOVA.

10. Et placuerunt verba hæc coram Holoferne, & coram ſatellitibus ejus, & conſtituit per gyrum centenarios per ſingulos fontes.

VERSIO ANTIQUA.

** Et aſcenderunt filii Ammon, filii Eſau, & cum eis plebis Aſſyriorum duodecim millia, & caſtra conſtituerunt in montana contra Dothaim: & miſerunt ex eis ad auſtrum & ad aquilonem contra Etrebel, quæ eſt juxta Chus, ad rivum Machur; & reliqui milites Aſſyriorum & caſtra conſtituerunt in campo, & operuerunt omnem faciem terræ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tatibus maritimis, & dixerunt: Verum (l. verbum) nunc audiat dominus noſter, ne fiat contractio (f. confractio) in virtute tua: populus enim hic non fidet in armis ſed nec in lanceis, ſed in altitudinem montium in quibus inhabitant in ipſis fident (f. fidenter;) non enim eſt facile aſcendere verticem montis ipſorum. Corb. *Et acceſſerunt ad illum omnes principes filiorum Aſcai, & omnes duces populi Moab, dicentes: Audiat nunc verbum dominus noſter, ne fiat confractio in virtute tua: hic enim populus non confidit in armis & lanceis, ſed in altitudine montium; non enim eſt facile aſcendere ad vertices montium.* Græc. Καὶ προσελθόντες αὐτῷ πάντες οἱ ἄρχοντες τῶν υἱῶν Ἡσαῦ, καὶ πάντες οἱ ἡγούμενοι τοῦ λαοῦ Μωάβ, καὶ οἱ σταλησόμενοι τῆς παρεμβολῆς, εἶπαν· Ἀκουσάτω δὴ λόγον ὁ δεσπότης ἡμῶν, ἵνα μὴ γένηται θραῦσμα ἐν τῇ δυνάμει σου· ὁ γὰρ λαὸς οὗτος τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ οὐ πέποιθαν ἐπὶ τοῖς δόρασιν αὐτῶν, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ὑψεσι τῶν ὀρέων αὐτῶν ἐν οἷς αὐτοὶ οἰκοῦσιν ἐν αὐτοῖς· οὐ γάρ ἐστιν εὐχερὲς προσβῆναι ταῖς κορυφαῖς τῶν ὀρέων αὐτῶν.

℣. 9. Mſ. Germ. 15. ſimiliter habet, exceptis his levibus, *vir neque unus*, loco *vir unus*; paulòque poſt, *virum virtutis tuæ*, loco *exercitum tuum*; item infra, *à radicibus*, pro *à radice*, & *aquâ inhabitantes in Bethulia*, loco *omnes habitantes Bethuliam.* Corb. ita: *Et nunc domine, noli pugnare ad illum*, (Germ. 4. *ad eos*,) *& cadet vir ex populo tuo: ſed mane in caſtris tuis, & cuſtodi omnem virum virtutis tuæ; & obtineant pueri tui fontes aquarum, quoniam inde ſumunt aquam omnes inhabitantes Bethuliam*, &c. ut ſupra. Græc. Καὶ νῦν δέσποτα, μὴ πολέμῳ πρὸς αὐτὲς καθὼς γίνεται πόλεμος παρατάξεως, καὶ ὃ πεσεῖται ἐκ τοῦ λαοῦ σου ἀνὴρ εἷς· ἀάμεινον ἐστὶ τῆς παρεμβολῆς σου, διαφυλάσσων πάντα ἄνδρα ἐκ τῆς δυνάμεώς σου· καὶ ἐπικρατησάτωσαν οἱ παῖδές σου τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος ἡ ἐκπορεύεται ἐκ τῆς ῥίζης τοῦ ὄρους, διότι ἐκεῖθεν ὑδρεύονται πάντες οἱ καθοικοῦντες Βετυλούα, καὶ ἀνελεῖ αὐτὸς ἡ δίψα, καὶ ἐκδώσουσι τὴν πόλιν ἑαυτῶν.

* Nonnulla tantùm diſſimilia in Mſ. Germ. 15. nempe *aſcendimus*, pro *aſcendemus*; & infra loco *Et diſtillabunt fame*, &c. ſic: *Et tabeſcent in fame & ſiti, ipſi, & mulieres, & filii eorum: priuſquam veniat ſuper illos gladius, & cadent in plateas*; extremò ita, *in conſpectu tuo in pace.* Mſ. Corb. *Et nos aſcendimus ſuper verticem montium, & obſidebimus cuſtodientes, ut non exeat de civitate unus vir. Et deſtilliſcent famâ ſuâ, & mulieres illorum, & filii eorum: & priuſquam veniat gladius ſuper eos, proſternentur in plateis civitatis ſuæ; & retribuos eis retributionem ſuam multam, pro quibus contempſerunt te, & non venerunt in obviam ad faciem tuam in pace.* Græc. Καὶ ἡμεῖς, καὶ ὁ λαὸς ἡμῶν ἀναβησόμεθα ἐπὶ τὰς πλησίον κορυφὰς τῶν ὀρέων, καὶ παρεμβαλοῦμεν ἐπ' αὐταῖς εἰς φρουρακὴν, τοῦ μὴ ἐξελθεῖν ἐκ τῆς πόλεως ἄνδρα ἕνα. Καὶ ταχήσονται ἐν τῷ λιμῷ αὐτοὶ, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν· καὶ πρὶν ἐλθεῖν τὴν ῥομφαίαν ἐπ' αὐτὺς, καταρωθήσονται ἐν ταῖς πλατείαις τῆς οἰκήσεως αὐτῶν· καὶ ἀνταποδώσεις αὐτοῖς ἀνταπόδομα πονηρὸν, ἀνθ' ὧν ἐσοφίσαντο, καὶ οὐκ ἀπήντησαν τῷ προσώπῳ σου ἐν εἰρήνῃ.

℣. 10. Mſ. Germ. 15. *Et placuerunt verba eorum Oloſernen, & coram omnibus famulis ejus, & conſtituit facere ſecundùm quæ locuti ſunt. Et promovit caſtra filiorum Moab, & miſerunt ſe in aulone, & præoccupaverunt aquas & fontes filiorum Iſraël.* Corb. *Et placuerunt hæc verba coram Oloſerne, & coram omnibus ſervis ejus, & conſtituit facere ſecundùm quæ locutus eſt. Et promovit caſtra filiorum Ammon, & filiorum Aſſur, & conſtituerunt caſtra in aulonam, & præoccupaverunt fontes aquarum filiorum Iſrael.* Mſ. Pech. prætermiſſis his quæ antecedunt, ſic hab. *Et promovit Oloſernis caſtra filiorum Ammon, & cum eis quinque millia ex Aſſyriis, & caſtra poſuerunt in alona, & præoccupaverunt aquas & fontes filiorum Iſrael.* Græc. Καὶ ἤρεσαν οἱ λόγοι αὐτῶν ἐνώπιον Ὀλοφέρνου, καὶ ἐνώπιον πάντων τῶν θεραπόντων αὐτοῦ, καὶ συνέταξαν (Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. συνέταξε) ποιεῖν καθὼς ἐλάλησαν. Καὶ ἀπῆρε (Mſ. Alex. cum editt. ſup. ἀπῆραν) παρεμβολὴ υἱῶν Ἀμμὼν, καὶ μετ' αὐτῶν χιλιάδες ἀνδρῶν υἱῶν Ἀσσὺρ, καὶ παρενέβαλον ἐν τῷ αὐλῶνι, καὶ προκατελάβοντο τὰ ὕδατα καὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Vide Auct. l. de promiſſ. col. 167. c. d.

** Mſ. Germ. 15. *Et aſcenderunt filii Eſau, & filii Ammon, & cum eis de plebe Aſſur duodecim millia, & caſtra conſtituerunt in montana & contra Dothaim: & miſerunt cum eis millia peditum quinque filiorum Aſſur ex eis ad auſtrum & ad aquilonem contra Ecrebæc, quæ eſt contra Chus, quæ eſt in torrentem Pochor; & reliqui milites Aſſyriorum caſtra conſtituerunt in campum, & cooperuerunt omnem faciem terræ.* Mſ. Corb. hæc tantùm exhibet: *Et filii Eſau caſtra conſtituerunt in montanis contra Dotaim: & miſit ex illis ad auſtrum & aquilonem; & reliqui milites Aſſyriorum caſtra conſtituerunt in campo, & cooperuerunt omnem faciem terræ.* Cuncta iſta omittit Mſ. Pech. In Gr. verò ſic: Καὶ ἀνέβησαν υἱοὶ Ἡσαῦ, καὶ οἱ υἱοὶ Ἀμμὼν, καὶ παρενέβαλον ἐν τῇ ὀρεινῇ ἀπέναντι Δωθαίμ· καὶ ἀπέστειλαν ἐξ αὐτῶν πρὸς νότον καὶ ἀπηλιώτην ἀπέναντι Ἐκρεβὴλ, ἥ ἐστι πλησίον Χοῦς,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

* Et tabernacula, & rapinæ conſtitutæ ſunt in medio eorum, & apparatus eorum erant copioſi valde. Filii autem Iſraël clamaverunt ad Dominum Deum ſuum, quoniam minorabatur ſpiritus eorum: circumdederant enim illos omnes inimici eorum, & non poterant effugere de medio illorum. *Ex Mſſ. Reg. & Germ.*

VULGATA NOVA.

11. Cùmque iſta cuſtodia per dies viginti fuiſſet expleta, defecerunt ciſternæ, & collectiones aquarum, omnibus habitantibus Bethuliam, ita ut non eſſet intra civitatem unde ſatiarentur vel una die, quoniam ad menſuram dabatur populis aqua quotidie.

12. Tunc ad Oziam congregati omnes viri, feminæque, juvenes, & parvuli, omnes ſimul una voce

13. dixerunt: Judicet Deus inter nos & te, quoniam feciſti in nos mala, nolens loqui pacificè cum Aſſyriis, & propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum. *Exod. 5. 21.*

14. Et ideo non eſt qui adjuvet, cùm proſternamur ante oculos eorum in ſiti, & perditione magna.

15. Et nunc congregate univerſos qui in civitate ſunt, ut ſponte tradamus nos omnes populo Holofernis.

16. Melius eſt enim ut captivi benedicamus Dominum, viventes, quàm moriamur, & ſimus

VERSIO ANTIQUA.

11. Et manſerunt omnia caſtra filiorum Aſſur in circuitu eorum, pedites, & quadrigæ, & equites eorum diebus triginta quatuor. Et defecerunt omnes inhabitantes Bethuliam: omnia enim vaſa aquaria eorum, putei & ciſternæ, evacuata ſunt, & non habebant quod biberent in ſatietate in una die, quoniam ad menſuram dabant eis aquam bibere. Et anxiabant infantes eorum & mulieres, & juvenes deficiebant ſiti, & cadebant in plateis civitatis, & in tranſitu portarum, & non erat virtus jam in eis.

12. Et collegit ſe omnis populus ad Oziam, & ad omnes principes civitatis, juvenes, & mulieres, & infantes; & clamaverunt voce magna,

13. & dixerunt ad illos coram omnibus ſenioribus: Judicet Dominus inter vos & nos, quoniam feciſtis nobis iniquitatem magnam, non loquentes pacifica cum Aſſyriis.

14. Et nunc non eſt qui nos adjuvet, ſed tradet nos Deus in manus eorum, ut proſternamur ante illos ſiti in perditione magna.

15. Et nunc convocate eos, & tradite civitatem totam in captivitatem populo Olofernis, & omni virtuti ejus.

16. Melius eſt enim nos fieri illis in traditionem: erimus enim illis in ſervis & ancillis, & vivet ani-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ᾗ ἐστιν ἐπὶ τῦ χειμάῤῥυ Μεχμὲρ· ᾗ ἡ λοιπὴ στρατιὰ τῶν Ἀσσυρίων παρεσκάλει ἐν τῷ πεδίῳ, ᾗ ἐκάλυψαν πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς.

* Mſ. Germ. 15. *Et tabernacula eorum conſtituerunt in medio ſuo, & erant in multitudine magna valde. Et filii Iſrael clamaverunt ad Dom. Deum ſuum, quoniam minorabatur ſpiritus eorum: quia circumdederant eos omnes inimici eorum, & non poterant effugere de medio ipſorum.* Similiter in Mſ. Pech. ab his: *Et clamaverunt ad*, &c. In Corb. ſic: *Et profecti ſunt poſt illos. Et filii Iſraël clamaverunt ad Dominum ſuum, quoniam minorabatur ſpiritus illorum: quia gyraverunt illos omnes inimici eorum, & non poterant effugere de medio illorum.* In Græco ſic: Καὶ αἱ σκηναὶ, ᾗ αἱ ἀπαρχαὶ αὐτῶν καλεσκαλοπέδευσαν ἐν ὄχλῳ πολλῷ, ᾗ ἦσαν εἰς πλῆθος πολὺ σφόδρα. Καὶ οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀνεβόησαν πρὸς Κύριον Θεὸν αὐτῶν, ὅτι ὠλιγοψύχησε τὸ πνεῦμα αὐτῶν· ὅτι ἐκύκλωσαν πάντες (Mſ. Alex. αὐτὸς πάντες) οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν, ᾗ οὐκ ἦν διαρυγεῖν ἐκ μέσου αὐτῶν.

℣. 11. Mſ. Germ. 15. *Et manſerunt in circuitu omnia caſtra ſua filii Aſſur, pedites, & quadrigæ, & equites eorum diebus quatuor & menſibus duobus. Et defecerunt inhabitantes Bethulia, & vaſa aquaria eorum, & laci evacuabantur; & non habebant aquam quòd biberent in ſatietate in una die, quoniam in menſuram dabant eis aquam bibere. Et anxiebantur parvuli eorum, & mulieres, & juvenes, & deficiebant à ſiti, & cadebant in plateas civitatis, & in tranſitus portarum, & non erat virtus in illis.* Mſ. Corb. *Et manſerunt caſtra eorum in gyro illorum, pedites, & currus, & equites eorum diebus viginti & quatuor. Et defecerunt omnibus inhabitantibus Bethuliam omnia vaſa aquarum; putei enim & lacus evacuati erant, & non habebant quod biberent in ſatietate una die, quoniam ad menſuram dabant eis aquam bibere. Et anxiebantur infantes eorum & mulieres, & deficiebant ſiti, & cadebant in plateis, & non erat virtus illis.* Mſ. Pech. *Et manſerunt in circuitu omnia caſtra Aſſyriorum, pedites, & quadrigæ, & equites eorum diebus triginta quatuor. Et defecerunt habitantes Bethulia: & vaſa aquaria eorum, & lacus evacuabantur, & non habebant quod biberent ad ſaturitatem in una die, quoniam ad menſuram dabant eis aquam bibere. Et infantes eorum, & mulieres, & juvenes deficiebant ſiti;* reliqua deſunt. In Græco ſic: Καὶ ἔμεινε κύκλῳ αὐτῶν πᾶσα παρεμβολὴ Ἀσσὼρ, οἱ τροχοὶ, ᾗ τὰ ἅρματα, ᾗ οἱ ἱππεῖς αὐτῶν ἡμέρας ἑβδομηκονθαπέντε. Καὶ ἐξέλιπεν (Mſ. Alex. ἐξέλειπαν, Ald. & Compl. ἐξέλιπον) πάντας τοὺς καλοκἀγαθίας Βεθυλούα πάντα (edit. Ald. καὶ πάντα) τὰ ἀγγεῖα αὐτῶν τῶν ὑδάτων· ᾗ οἱ λάκκοι ἐξεκενώθησαν, ᾗ οὐκ εἶχον πιεῖν εἰς πλησμονὴν ὕδωρ ἡμέρας μίαν, ὅτι ἐν μέτρῳ ἐδίδοσαν αὐτοῖς πιεῖν. Καὶ ἠθύμησαν τὰ νήπια αὐτῶν, ᾗ αἱ γυναῖκες αὐτῶν (Mſ. Alex. delet αὐτῶν,) ᾗ οἱ νεανίσκοι ἐξέλιπον ἀπὸ τῆς διψύης, ᾗ ἔπιπτον ἐν ταῖς πλατείαις τῆς πόλεως, ᾗ ἐν ταῖς διόδοις τῶν πυλῶν, ᾗ οὐκ ἦν κεφαλαίωσις ἔτι ἐν αὐτοῖς.

℣. 12. Ita in Græco, excepto verbo, ἐπισυνήχθησαν, *congregati ſunt*, pro *collegit ſe*, detracto infra, *ad omnes*. Mſ. Germ. 15. hab. *Et convenit omnis populus ad Oziam, & ad principes*, &c. ut ſup. præter hoc, *exclamaverunt*, è Gr. ἀνεβόησαν; in Mſ. tamen Alex. ἐβόησαν. Mſ. Corb. *Et collegerunt ſe omnis populus ad Oziam, & principes civitatis, juvenes, & mulieres, & pueri;* ſequentia deſunt. Mſ. Pech. *Et collegit ſe omnis populus ad Oziam, & ad principes*, &c. ut in Germ. 15.

℣. 13. Mſ. Germ. 15. *Et dixerunt coram omnibus ſenioribus: Judicet Deus inter vos & nos, quoniam feciſtis in nobis iniquitatem magnam, non loquendo pacificè cum filiis Aſſur.* Ita quoque in Græco, præter unum, εἰρηνικὰ, *pacifica*, loco *pacificè*. Mſ. Corb. *Et dixerunt ad illos coram omnibus ſenioribus: Judicet Deus inter nos & vos, quoniam feciſtis in nobis iniquitatem magnam, non loquentes cum filiis Aſſyriorum.* Mſ. Pech. *Et dixerunt coram omnibus ſenioribus: Judicet Dominus inter nos & vos, quoniam feciſtis in nobis iniquitat. magnam, non loquentes pacificum filii* (l. *filiis*) *Aſſur.*

℣. 14. Mſ. Germ. 15. *Et nunc non eſt qui nos adjuvet, ſed Deus tradidit nos in manibus eorum, ut proſternamur ante illos in ſiti, & perditione magna.* Sic etiam in Græco, exceptis his, βοηθὸς ἡμῶν, ἀλλὰ πεπρακεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς εἰς λᾶς χεῖρας, *adjutor noſter, ſed vendidit nos Deus in manus.* Mſ. Pech. *Et nunc non eſt qui nos adjuvet, ſed tradidit nos Deus in manus eorum, ut proſternamur ante illos in ſiti, & perditione magna.* Mſ. Corb. *Et nunc non eſt Deus qui nos adjuvet, ſed vendidit nos*, &c. ut in Mſ. Pech.

℣. 15. Ita ferunt Mſs. Germ. 15. & Pech. excepto uno *vocate*, pro *convocate*. Corb. habet *convocate*, ſed in fine ponit *militiæ*; non *virtuti*. Græc. Καὶ νῦν ἐπικαλέσασθε αὐτὸς, ᾗ ἐκδοσθε τὴν πόλιν πᾶσαν εἰς σφαγὴν τῷ, &c. ut in Mſ. Reg.

℣. 16. Mſ. Germ. 15. *Melius eſt enim nobis fieri illis in rapinam: & erimus in ſervos & ancillas, & vivet anima noſtra, & non videbimus mortem infantum ante oculos noſtros, & uxores, & filias noſtras deficientes animas eorum.* Græc. Κρεῖσσον γὰρ ἡμῖν γενηθῆναι αὐτοῖς εἰς διαρπαγήν· ἐσόμεθα γὰρ εἰς δούλας, ᾗ ζήσεται ἡ ψυχὴ ἡμῶν, ᾗ οὐκ ὀψόμεθα τὸν θάνατον τῶν νηπίων ἡμῶν ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ᾗ τὰς

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mß. Reg. & Germ. ma noſtra, ne videamus mortem infantum ante oculos noſtros, & mulieres, & filias noſtras deficientes.

17. Conteſtamur vobis cœlum & terram, & Deum eorum, & Dominum patrum noſtrorum, qui judicat nos ſecundùm peccata noſtra & patrum noſtrorum, ut faciatis ſecundùm verba hæc.

18. Et factus eſt fletus magnus in media eccleſia. Omnibus itaque conſentientibus, vociferati ſunt ad Dominum voce magna.

VULGATA NOVA.

opprobrium omni carni, cùm viderimus uxores noſtras, & infantes noſtros, mori ante oculos noſtros.

17. Conteſtamur hodie cœlum & terram, & Deum patrum noſtrorum, qui ulciſcitur nos ſecundùm peccata noſtra, ut jam tradatis civitatem in manu militiæ Holofernis, & ſit finis noſter brevis in ore gladii, qui longior efficitur in ariditate ſitis.

18. Et cùm hæc dixiſſent, factus eſt fletus & ululatus magnus in eccleſia ab omnibus, & per multas horas una voce clamaverunt ad Deum, dicentes:

VULGATA NOVA.

Pſ. 105. 6. 19. Peccavimus cum patribus noſtris, injuſtè egimus, iniquitatem fecimus.

20. Tu, quia pius es, miſerere noſtri, aut in tuo flagello vindica iniquitates noſtras, & noli tradere confitentes te, populo qui ignorat te,

21. ut non dicant inter gentes: Ubi eſt Deus eorum?

22. Et cùm fatigati his clamoribus, & his fletibus laſſati ſiluiſſent,

VERSIO ANTIQUA.

23. Et dixit ad illos Ozias: Æquo animo eſtote fratres, ſuſtineamus adhuc dies quinque, in quos convertet Dominus Deus noſter miſericordiam ſuam ſuper nos:

24. non enim derelinquet nos in finem.

25. Si autem tranſierint iſti quinque dies, & non fuerit ſuper nos adjutorium, faciam ſecundùm verba veſtra. Et diſperſit plebem, unumquemque in caſtra ſua, & ſuper muros, & ſuper turres civitatis: & mulieres & filios in domos ſuas dimiſerunt; & erant in magna humilitate valde.

VULGATA NOVA.

23. exſurgens Ozias infuſus lacrymis, dixit: Æquo animo eſtote fratres, & hos quinque dies exſpectemus à Domino miſericordiam.

24. Forſitan enim indignationem ſuam abſcindet, & dabit gloriam nomini ſuo.

25. Si autem tranſactis quinque diebus non venerit adjutorium, faciemus hæc verba, quæ locuti eſtis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

γυναῖκας, καὶ τὰ τέκνα ἡμῶν, ἐκλειπόσας τὰς ψυχὰς αὐτῶν. Mſ. Corb. *Melius eſt enim fieri nos in traditionem; ut vivat anima noſtra, & non videamus mortem infantum noſtrorum ante oculos noſtros, & mulieres noſtras, & filios noſtros deficientes.* Mſ. Pech. *Melius eſt enim nos fieri in rapinam: erimus enim in ſervos & ancillas, & vivit anima noſtra, & non videbimus mortem infantum noſtrorum ante oculos*, &c. ut in Mſ. Regio.

℣. 17. Mſ. Germ. 4. loco mediorum iſtorum, *qui judicat nos ſecundùm peccata noſtra & patrum noſtrorum*, ſimpliciter habet *in hanc diem.* Germ. 15. ita: *Conteſtamur vobis cœlum ac terram, & Dominum Deum patrum noſtrorum, qui vindicat in nos ſecundùm peccata noſtra, ut faciat ſecundùm verba noſtra in hac die.* Corb. *Conteſtamur vobis cœlum & terram, & Deum patrum noſtrorum, qui ulciſcimur* (l. *ulciſcitur*) *non ſecundùm peccata noſtra, & faciatis ſecundùm hac verba.* Mſ. Pech. *Conteſtamur vobis cœlum ac terram, & Deum patrum noſtrorum, ut faciatis ſecundùm verba noſtra in hac die.* Græc. Μαρτυρόμεθα ὑμῖν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ Κύριον τῶν πατέρων ἡμῶν, ὃς ἐκδικεῖ ἡμᾶς κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ κατὰ τὰ ἁμαρτήματα τῶν πατέρων ἡμῶν, ἵνα μὴ ποιήσῃ κατὰ τὰ ῥήματα ταῦτα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ σήμερον.

℣. 18. Ita Græcè, niſi quòd pro *omnibus itaque conſentientibus*, habetur πάντων ὁμοθυμαδόν, *omnium unanimiter*, abſque interpunctione anteced. tum ſequitur Καὶ, paulòque poſt additur Θεὸν, ad *Dominum.* In Mſ. Corb. ſic: *Et factus eſt fletus magnus in media eccleſia, omnibus convenientibus. Et clamaverunt ad Dominum voce magna.* Germ. 15. *Et factus eſt fletus mag. in media eccleſia, omnibus conſentientibus. Et vociferaverunt ad Deum voce magna.* Mſ. Pech. *Et factus eſt fletus mag. in mediam eccleſiam ab omnibus unanimiter. Et clamaverunt à Domino voce magna.* Mſ. Reg. cum Germ. 4. hab. *in media eccleſiæ*, pro *eccleſiâ*, quod ſup. correximus.

℣. 23. Græcè, θαρσεῖτε, *confidite*, pro *æquo animo eſtote*; ſubinde διακαρτερήσωμεν, *perduremus*, pro *ſuſtineamus*, quod idem ſonat, & ἐν αἷς, *in quibus*, pro *in quos*; reliqua concordant ad verbum. Mſs. Germ. 15. & Pech. cum Regio ſimiliter concinunt, niſi quòd Germ. hab. *& ſuſtineamus..... & in quibus..... & miſericordiam.* Pech. *& ſuſtineamus..... in quibus Deus convertit miſericordiam*, (Gr. Alex. ἐπιστρέφει.) In Mſ. Corb. ita: *Et dixit Ozias: Æquo animo eſtote fratres, & ſuſtineamus quinque dies, in quibus revocabit Deus miſericordiam ſuam.*

℣. 24. Similiter habet Mſ. Pech. unà cum Græco. German. 15. *Non enim derelinquet nos in conſummationem*, Corb. *in conſummatione.*

℣. 25. Mſ. Germ. 15. initio habet, *Si autem tranſierint quinque dies;* deinde ut ſup. exceptis his, *in caſtris ſuis*, pro *in caſtra ſua;* & infra, *in domibus dimiſerunt eos*, pro *in domos ſuas dimiſerunt.* Corb. ſic: *Si autem tranſierint quinque dies, & non venerit ſuper nos adjutorium, faciemus ſecundùm hæc verba. Et diſperſit populum in caſtra;* reliqua deſunt. Mſ. Pech. hæc tantùm refert: *Si autem tranſierint iſti quinque dies, & non fuerit ſuper nos adjutorium, faciam ſecundùm verba veſtra.* Græc. Ἐὰν δὲ διέλθωσιν αὗται, καὶ μὴ ἔλθῃ ἐφ' ἡμᾶς βοήθεια, ποιήσω κατὰ τὰ ῥήματα ὑμῶν. Καὶ ἐσκόρπισε τὸν λαὸν εἰς τὴν ἑαυτῦ (edit. Compl. ἑαυτῶν) παρεμβολήν· καὶ ἐπὶ τὰ τείχη, καὶ τὰς (Mſ. Alex. ἐπὶ τὰς) πύργες τῆς πόλεως αὐτῶν ἀπῆλθεν· καὶ τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα εἰς τὰς οἴκις αὐτῶν ἐξαπέστειλε, (Mſ. Alex. cum Compl. ἀπέστειλαν, Ald. ἐξαπέστειλαν·) καὶ ἦσαν ἐν ταπεινώσει πολλῇ ἐν τῇ πόλει.

CAPUT VIII.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mß. Reg. & Germ. 1. ET erat in civitate commorans in diebus illis Judith filia Merari, filii Ozi, filii Ofeth, filii Oziæ, filii Helchiæ, filii Anar, filii Gedeon,

VULGATA NOVA.

1. ET factum eſt, cùm audiſſet hæc verba Judith vidua, quæ erat filia Merari, filii Idox, filii Joſeph, filii Oziæ, filii Elai, filii

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Germ. 4. ſcribit conſtanter, *fili*, non *filii*. Similiter Germ. 15. nonnullis aliis mutatis, videlicet: *Et*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Jamnor, filii Gedeon, filii Raphaim, filii Achitob, filii Melchiæ, filii Enan, filii Nathaniæ, filii Salathiel, filii Simeon, filii Ruben:

2. & vir ejus fuit Manasses, qui mortuus est in diebus messis hordeaceæ:

3. instabat enim super alligantes manipulos in campo, & venit æstus super caput ejus, & mortuus est in Bethulia civitate sua, & sepultus est illic cum patribus suis.

4. Erat autem Judith relicta ejus vidua jam annis tribus, & mensibus sex.

5. Et in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur,

6. & habens super lumbos suos cilicium, jejunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter sabbata, & neomenias, & festa domus Israël.

7. Erat autem eleganti aspectu nimis, cui vir suus reliquerat divitias multas, & familiam copiosam, ac possessiones armentis boum & gregibus ovium plenas.

8. Et erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde, nec erat qui loqueretur de illa verbum malum.

9. Hæc itaque cùm audisset, quoniam Ozias promisisset quòd transacto quinto die traderet ci-

VERSIO ANTIQUA.

filii Raphain, filii Achitob, filii Heli, filii Melchiæ, filii Enar, filii Nathanahel, filii Salathiel, filii Symeon, filii Ruben, filii Israël: *Ex Mss. Reg. & Germ.*

2. & vir ejus Manasse, ex tribu & ex patria ejus: & mortuus est in diebus messis hordiariæ:

3. stabat enim super alligantes manipulos in campo, & æstus introierat in caput ejus, & decidit in lectum suum, & mortuus est in civitate sua Bethulia, & sepelierunt illum cum patribus suis in agro ejus, inter Dothain & Balamon.

4. Et erat Judith in domo sua vidua annis tribus, & mensibus quatuor.

5. Et fecit sibi tabernaculum super solarium domus suæ,

6. & imposuit super lumbos suos cilicium, & erant super eam vestimenta viduitatis suæ; & jejunabat omnibus diebus viduitatis suæ, præter cœnam puram, & sabbatum, & neomenias, & diebus festis & gaudii, & memoriæ domus Israël.

7. Et erat bona in aspectu, & formosa facie; prudens corde, & bona in sensu, & honesta valde. Quia reliquerat ei Manasses vir ejus filius Joseph, filii Achitob, filii Melchis, filii Elia, filii Nathanahel, filii Syrrasadac, filii Symeon, filii Israël, aurum & argentum, servos & ancillas, pecora & prædia; & mansit in eis.

8. Et non erat qui inferret ei verbum malum, quia timebat Deum valde.

9. Et audivit verba populi maligna adversùm principes, quoniam defecerunt animo super steri-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

erat in civitate illa habitans in illis diebus Judith filia Merari, fili Jacob, fili Oziæ, fili Anan, fili Gedeon, fili Elia, fili Rephan, fili Achitob, fili Eli, fili Machis, fili Enam, fili Nathanael, fili Samaliel, fili Symeon, fili Israël. Corb. *Et audivit in diebus illis Judith filia Merari, filia Idox, filia Joseph, filia Oziæ, filia Helchiæ, filia Anno, filia Gedeon, filia Raphaim, filia Achitob, filia Eli, filia Melchia, filia Enan, filia Natane, filia Salathiel, filia Simeon, filia Ruben.* Absunt hæc à Ms. Pech. ut & seqq. usque ad ℣. 9. In Græco sic: Καὶ ἦκουσεν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις Ἰουδὶθ θυγάτηρ Μεραρὶ, υἱοῦ Ὠξ, υἱοῦ Ἰωσὴφ, υἱοῦ Ὀζιὴλ, υἱοῦ Ἐλκία, υἱοῦ Ἠλιὰ, υἱοῦ Χελκίου, υἱοῦ Ἐλιὰβ, υἱοῦ Ναθαναὴλ, υἱοῦ Σαλαμιὴλ, υἱοῦ Σαρασαδαὶ, υἱοῦ Ἰσραήλ. Ms. Alex. cum edd. Ald. & Compl. post Ἐλκία, addit, υἱοῦ Ἀνανίου, υἱοῦ Γεδεὼν, υἱοῦ Ῥαφαὶν, υἱοῦ Ἀχιτὼβ (Ald. & Compl. Ἀχιβὼ) υἱοῦ Ἠλείου (Ald. & Compl. Ἠλιὰ) υἱοῦ Ἐλιαὲβ, υἱοῦ Ναθαναὴλ, υἱοῦ Σαλαμιὴλ (Ald. Σαμαὴλ,) υἱοῦ Σαλασαδαὶ (Ald. Σαλαδαὶ,) υἱοῦ Ἰεὴλ, (Ald. & Compl. Ἰσραήλ.)

℣. 2. Ms. Germ. 15. *Et vir ejus Manasses, ex tribu ejus: & mortuus est*, &c. ut sup. Corb. sic: *Et vir ejus fuit Manasses, qui mortuus fuit in*, &c. ut sup. Græc. Καὶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς Μανασσῆς, τῆς φυλῆς αὐτῆς, καὶ τῆς πατριᾶς αὐτῆς· καὶ ἀπέθανεν ἐν ἡμέραις θερισμοῦ κριθῶν.

℣. 3. Ms. Germ. 15. *Stabat enim super alligantes manipulos in campo, & æstus introivit in capite ejus, & recubuit in lecto suo, & mortuus est in Bethulia civitate sua, & sepelierunt illum cum patribus suis in agro, quod est in Dothain & Balamon.* Ms. Corb. *Instabat enim super alligantes manipulos in campo, & venit æstus super caput ejus, & mortuus est in Bethulia civitate sua, & sepelivit eum cum patribus suis*; reliqua desunt. Græc. Ἐπέκειτο γὰρ ἐπὶ τοῦ δεσμεύοντος τὸ δράγμα (Ms. Alex. cum edd. Ald. & Compl. τοὺς δεσμεύοντας τὰ δράγματα) ἐν τῷ πεδίῳ, καὶ ὁ καύσων ἦλθεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν κλίνην, (Ms. Alex. cum Compl. addit αὐτοῦ,) καὶ ἐτελεύτησεν ἐν Βετυλούᾳ τῇ πόλει αὐτοῦ, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ ἐν τῷ ἀγρῷ, τῷ ἀναμέσον Δωθαὶμ καὶ Βελαμών. Ms. Alex. Βαλαμών, Ald. & Compl. Βαλαμώ.

℣. 4. Similiter habet Ms. Germ. 15. sicut etiam Fulgent. ad verbum, ep. 2. ad Gallam, p. 158. In Ms. Corb. legitur *mensibus sex*, non *quatuor*; at in Græco, τέσσαρας, ut supra; pro *vidua* autem, sic, χηρεύουσα, *viduans*, vel *manens vidua*.

℣. 5. Itidem Fulgent. epist. 2. ad Gallam, p. 158. Sic etiam in Ms. Germ. 15. & Græco; solus Corb. habet, *super tectum domus*, absque seq. *suæ*.

℣. 6. Sic iterum legit Fulgent. epist. 2. ad Gall. p. 158. verbum pro verbo, ad hoc usque *præter cœnam*; addit tamen nomen *Judith*, ad verbum *jejunabat*. In Ms. Germ. 15. ita: *Et imposuit super lumbos suos cilicium; & jejunabat omnibus diebus viduitatis suæ, & erant super ea vestimenta vidualitatis ejus, præter cœna pura, & sabbatis, & pridie, & numeniæ, & numeniis, & dierum festorum, & gaudiorum, & memoriæ domus Israël.* In Corb. *Et imposuit super lumbos suos cilicium; & jejunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter sabbatis, & neomeniis, & gaudimoniis domus Israël.* Græc. Καὶ ἐπέθηκεν ἐπὶ τὴν ὀσφῦν, &c. ut in Ms. Regio supra, usque ad vocem *præter*, pro qua & seqq. ita: χωρὶς προσαββάτων, καὶ σαββάτων, καὶ προνεμηνιῶν, καὶ νεμηνιῶν, καὶ ἑορτῶν, καὶ χαρμοσυνῶν οἴκου Ἰσραήλ· i. e. *præter antesabbata, & sabbata, & anteneomenias, & neomenias, & festivitates, & lætas solemnitates domus Israël.*

℣. 7. Ms. Germ. 15. *Et erat bona in aspectu, & formosa facie valde; & prudens corde, & bona in intellectu; & erat honesta valde. Quia reliquerat ei Manasses vir ejus filius Achitob, filii Melchis, filii Ælia, filii Nathanahel, filii Sarisada, filii Symeon, filii Israël, aurum & arg. servos & ancillas, & pecora & prædia; & mansit in eis.* Similiter apud Fulgent. ep. 2. ad Gall. p. 158. *Et erat Judith bona aspectu, & formosa facie valde; & prudens corde, & bona intellectu; & erat honesta valde. Quia reliquerat ei Manasses vir ejus filius Achitob, filii Melchis, filii Heliab, filii Nathahel, filii Surisoda, filii Symeon, filii Israël, aurum & argentum, servos & ancillas, & pecora & prædia.* Ms. Corb. simpliciter habet: *Et erat bona facie valde. Et reliquerat vir ejus aurum & arg. multum, & servos & ancillas, & jumenta & agros.* Græc. Καὶ ἦν καλὴ τῷ εἴδει, καὶ ὡραία τῇ ὄψει σφόδρα. Καὶ ὑπελείπετο αὐτῇ Μανασσῆς ὁ ἀνὴρ αὐτῆς χρυσίον καὶ ἀργύριον, καὶ παῖδας καὶ παιδίσκας, καὶ κτήνη καὶ ἀγρούς· καὶ ἔμενεν ἐπ' αὐτῶν.

℣. 8. Ad verbum è Græco: nec aliter in Ms. Corb. In Germ. verò 15. ita: *Et non erat qui diceret de ea verbum malum, quia timebat Dominum valde.*

℣. 9. Ms. Germ. 4. loco *aquarum suarum*, habet *aquarum multarum*; reliqua ut sup. Ms. Pech. *Et audivit Judith verba populi, quæ locuti sunt contra principem suum, angustiantes pro* (l. *propter*) *sterilitatem aquarum; & omnia verba quæ locutus est ad eos Ozias*, &c. ut in Ms. Regio, hoc excepto, *& post quinque*, pro *ut post*, &c. omissisque his infra, *Oziam, & Cambrim & Charmin.* Germ. 15. *Et audivit Judith verba populi, quia defecerant in penuria aquarum; & quæ locutus est ad eos Ozias*, cum reliquis ut sup. In Ms. Regio, præter ista, *ancillam*, pro *abram*, & in-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Mſſ. Reg. & Germ. litatem aquarum ſuarum. Audivit etiam Judith omnia verba quæ locutus eſt ad illos Ozias, quemadmodum audierat & juraverat eis, ut poſt quinque dies traderet civitatem Aſſyriis. Et miſit abram ſuam, quæ erat ſupra omnia ejus, & vocavit Oziam, & Cambrim & Charmin majores natu civitatis ſuæ.	vitatem, miſit ad presbyteros Chabri & Charmi,
10. Et venerunt ad eam, & dixit ad illos: Audite me nunc principes & habitantes Bethuliam, quoniam non eſt rectum verbum veſtrum quod locuti eſtis coram plebe in hac die. Et ſtatuiſtis jusjurandum, quod locuti eſtis in medio ante Deum & ante vos, & dixiſtis tradituros vos civitatem inimicis noſtris, ſi non in illis converterit ſe Dominus Deus noſter in adjutorium nobis.	10. Et venerunt ad illam, & dixit illis: Quod eſt hoc verbum, in quo conſenſit Ozias, ut tradat civitatem Aſſyriis, ſi intra quinque dies non venerit vobis adjutorium?
11. Nunc verò qui eſtis vos, qui tentatis Deum Iſraël in hodierno die, & adſiſtitis pro Deo in medio filiorum hominum? & ſenſum Dei omnipotentis tentatis, quem nemo poteſt intelligere uſque in ſempiternum. Quoniam altitudo cordis hominum non intelligitur, & cogitatum ſensûs eorum non comprehenditis; & quomodo Deum qui fecit omnia invenietis, & ſenſum ejus cognoſcitis, & cogitationem ejus conſiderabitis?	11. Et qui eſtis vos, qui tentatis Dominum?
12. Nolite fratres, nolite exacerbare Dominum Deum noſtrum:	12. Non eſt iſte ſermo, qui miſericordiam provocet, ſed potiùs qui iram excitet, & furorem accendat.
13. quoniam ſi noluerit in his quinque diebus adjuvare nos, ipſe habet poteſtatem, in quibus velit, protegere nos à facie inimicorum noſtrorum.	13. Poſuiſtis vos tempus miſerationis Domini, & in arbitrium veſtrum, diem conſtituiſtis ei.
14. Vos autem nolite ignorare cogitationes Dei noſtri:	14. Sed quia patiens Dominus eſt, in hoc ipſo pœniteamus, & indulgentiam ejus fuſis lacrymis poſtulemus:
15. quoniam non ſicut homo, Dominus comminatur, aut ſicut filius hominis extollitur.	15. non enim quaſi homo, ſic Deus comminabitur, neque ſicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſtra, *Chabrim* & *Carmin*, & *majores natu*, &c. pro *Cambrim*, &c. Mſ. Corb. hæc tantùm refert: *Et audivit Judith omnia verba quæ locutus eſt Oxias, quoniam juravit illis, ut tradat civitatem Aſſyriis poſt dies quinque. Et miſit abram ſuam, & vocavit Cambri & Zambri presbyteros civitatis ſuæ.* Græc. Καὶ ἤκουσε τὰ ῥήματα τῦ λαῦ τὰ πονηρὰ ἐπὶ τὸν ἄρχοντα, ὅτι ὠλιγοψύχησαν ἐπὶ τῇ σπάνει τῶν ὑδάτων. Καὶ ἤκουσε πάντας τὺς λόγυς Ἰουδὶθ ὓς ἐλάλησε πρὸς αὐτὺς Ὀζίας, ὡς ὤμοσεν αὐτοῖς παραδῶναι τὴν πόλιν μετὰ ἡμέρας πέντε τοῖς Ἀσσυρίοις. Καὶ ἀποστείλασα τὴν ἄβραν αὐτῆς, τὴν ἐφεσῶσαν πᾶσι τοῖς ὑπάρχυσιν αὐτῆς, ἐκάλεσεν Ὀζίαν, καὶ Χαβρὶν καὶ Χαρμὶν τὺς πρεσβυτέρυς τῆς πόλεως αὐτῆς.

℣. 10. Vix meliùs è Græco, ſi nonnulla excipias, eaque leviſſima; nempe loco & *habitantes Bethuliam*, legitur Græcè, τῶν κατοικήντων ἐν Βεθυλούᾳ, *habitantium in Betulua*; item infra, pro *in medio ante Deum & ante vos*, ſimpliciter, ἀναμέσον τῦ Θεῦ καὶ ὑμῶν, *inter Deum & vos*; extremò βοηθῆσαι ἡμῖν, *ad adjuvandum nos*, loco *in adjutorium nobis*; ſupra verò prætermittitur *Deus noſter*, ut & *vos*, poſt *tradituros*. Mſs. Germ. 15. & Pech. ſic habent: *Et venerunt apud eam, & dixit illis: Audite me principes inhabitantes Bethulia* (Pech. *Betuliam*,) *quoniam non rectum cor veſtrum, nec verbum quod locuti eſtis ad plebem* (Pech. *in plebe*) *in hac die. Statuiſtis juramentum verbum* (Pech. *verbo*) *veſtrum, quod locuti eſtis in medio*; reliqua ut in textu Regio, hoc tamen excepto, *in quinque diebus*, pro *in illis*, & tranſlato ſeq. *ſe*, poſt *Deus noſter*. In Mſ. Corb. ſic: *Et venerunt ad illam, & dixit: Audite qui habitatis in Betulia, quoniam non eſt rectum verbum veſtrum. Et ſtatuiſtis jusjurandum in medio ante Deum & ante nos, & dixiſtis tradituros vos civitatem noſtram inimicis noſtris, ſi non venerit nobis à Deo in diebus quinque adjutorium.*

℣. 11. Mſs. Germ. 15. & Pech. ſic: *Et nunc qui eſtis vos, qui tentatis Deum Iſraël in hodierno die, & adſtitis* (Pech. *adſtetiſtis*) *pro eo? vos tentaſtis* (Pech. *tentatis*) *Deum Iſraël in medio filiorum hominum, ſenſum Domini omnipotentis tentaſtis*, (Pech. delet *tentaſtis*) *& nemo intelligit uſque in ſempiternum. Quoniam altitudo cordis hominum non invenietur, & cogitatum ſensûs ejus non comprehenditis; & quomodo Deum qui fecit omnia iſta, invenietis, & ſenſum ejus cognoſcitis*, (Pech. *cognoſcetis*,) *& cogitationem ejus intuemini?* Corb. verò ita: *Et qui eſtis vos, qui tentatis Deum Iſraël in hodierno die, & diffidiſtis de Domino noſtro in omnium conſpectu? & nunc Dominum Deum noſtrum omnipot. tentatis, & nemo intelliget uſque in ſempiternum: quoniam altitudinem & cogitationem ejus cito intelligitis.* Græc. Καὶ νῦν τίνες ἐστὲ ὑμεῖς, οἱ ἐπειράσατε τὸν Θεὸν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ σήμερον, καὶ ἵστασθε ὑπὲρ τῦ Θεῦ ἐν μέσῳ υἱῶν ἀνθρώπων; καὶ νῦν Κύριον παντοκράτορα ἐξετάζετε, καὶ οὐδὲν ἐπιγνώσεσθε ἕως τῦ αἰῶνος. Ὅτι βαθος καρδίας ἀνθρώπυ οὐχ εὑρήσετε, καὶ λόγυς τῆς διανοίας αὐτῦ οὐ λήψεσθε, (edd. Ald. & Compl. διαλήψεσθε·) καὶ πῶς τὸν Θεὸν ὃς ἐποίησε τὰ πάντα ταῦτα ἐρευνήσετε, καὶ τὸν νοῦν αὐτῦ ἐπιγνώσεσθε, καὶ τὸν λογισμὸν αὐτῦ καταλαβήσεσθε;

℣. 12. Mſ. Corb. *Nolite fratres, ad iram concitari Dominum Deum.* Germ. 15. cum Pech. *Nolite fratres, nolite errare, & exacerbare Dom. Deum noſtrum.* Græc. Μὴ δαμῶς ἀδελφοὶ, μὴ παροργίζεσθε Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν.

℣. 13. Similiter habet Mſ. Germ. 15. ad verbum. Sic etiam Pech. excepto uno *vellet*, pro *velit*. Corb. verò ita: *Quoniam ſi noluerit nos ſalvos facere in his diebus, ipſe habet poteſtatem diſperdere nos à facie inimicorum noſtrorum.* Græc. Ὅτι ἐαν μὴ βέλητε ἐν ταῖς πέντε ἡμέραις βοηθῆσαι ἡμῖν, αὐτὸς ἔχει τὴν ἐξυσίαν ἐν αἷς θέλει σκεπάσαι ἡμέρας, ἢ καὶ ὀλεθρεῦσαι ἡμᾶς πρὸ προσώπυ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν.

℣. 14. Mſ. Germ. 15. *Vos autem nolite præpignerare cogitationem Domini Dei noſtri.* Mſ. Pech. *nolite præpignorare cogitationes Domini noſtri*; Corb. verò ſic: *Vos autem voluntatem ignorantes Domini Dei noſtri.* Græc. Ὑμεῖς δὲ μὴ ἐνεχυράζεσθε τὰς βυλὰς Κυρίυ τῦ Θεῦ ἡμῶν. Ἐνεχυράζειν ad verbum, *pignus auferre* vel *capere* eſt; Complutenſes vertunt, *ne alienetis*, Flamin. Nobil. *ne extorqueatis conſilia*, &c. quaſi qui pignus extorquent: unde ſuſpicor mendum irrepſiſſe in Mſs. Reg. & Germ. 4. forſitanque legendum *pignorare*, non *ignorare*, ſicut in Corb. *pignorantes*, pro *ignorantes*.

℣. 15. Mſ. Corb. *Quoniam non ſicus homo, Deus mi*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

16. Et ideo humiliemus illi animas noſtras, & in ſpiritu conſtituti humiliato, ſervientes illi,

17. dicamus flentes Domino, ut ſecundùm voluntatem ſuam ſic faciat nobiſcum miſericordiam ſuam: ut ſicut conturbatum eſt cor noſtrum in ſuperbia eorum, ita etiam de noſtra humilitate gloriemur:

18. quoniam non ſumus ſecuti peccata patrum noſtrorum, qui dereliquerunt Deum ſuum, & adoraverunt deos alienos,

19. pro quo ſcelere dati ſunt in gladium, & in rapinam, & in confuſionem inimicis ſuis: nos autem alterum Deum neſcimus præter ipſum.

20. Exſpectemus humiles conſolationem ejus, & exquiret ſanguinem noſtrum de afflictionibus inimicorum noſtrorum, & humiliabit omnes gentes, quæcunque inſurgunt contra nos, & faciet illas ſine honore Dominus Deus noſter.

21. Et nunc fratres, quoniam vos eſtis preſbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium veſtrum corda eorum erigite, ut memores ſint, quia tentati ſunt patres noſtri ut probarentur, ſi verè colerent Deum ſuum.

VERSIO ANTIQUA.

16. Propter quod ſuſtinentes ſalvationem ab eo, invocemus ipſum in adjutorium noſtri, *Ex Mſ. Regio Germ.*

17. & exaudiet vocem noſtram, ſi fuerit ipſi placitum:

18. quoniam non exſurrexit in progeniem noſtram, nec eſt hodie tribus, neque patria, neque populus, neque civitas ex nobis, qui adorent deos manufactos, ſicut factum eſt in primis diebus,

19. pro quibus traditi ſunt in gladium, & rapinam patres noſtri, & ceciderunt in ruinam magnam ante conſpectum inimicorum ſuorum: nos autem alium Deum neſcimus præter eum, in quo ſperamus, quia non deſpiciet nos, nec auferet ſalvationem, & miſericordiam ſuam à nobis, & à genere noſtro.

20. Quoniam ſi nos captivi fuerimus, capietur omnis Judæa, prædabuntur ſancta noſtra, & inquiret Deus iniquitatem & coinquinationem eorum de ſanguine noſtro; & mortem fratrum noſtrorum, & captivitatem terræ, & deſertionem hæreditatis noſtræ; & convertet in caput noſtrum, in gentibus quibuſcunque ſervierimus ibi, & erimus in offenſionem, & in improperium ante omnes qui poſſederint nos: quoniam non dirigetur ſervitus noſtra in gratiam, ſed ſine honore in deprædationem ponet eam Dominus Deus noſter.

21. Et nunc fratres, ſuſcipiamus fratres noſtros, quoniam ex nobis pendet anima illorum, & ſancta, & * domus, & ſacrarium incumbit in nobis. Præter hæc omnia gratias agamus & placeamus Deo noſtro, qui tentat nos ſicut patres noſtros. ** Germ. 4. domos.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

natur, nec ſicut filius hominis tranſmutatur. Mſ. Pech. *Quoniam non ſicut homo, ſic & Deus minatur, nec ſicut filius hominis extolletur.* Germ. 15. *Quoniam non ſicut Deus, ſic & homo minatur, nec ſicut filius hominis extollitur.* Græc. Ὅτι οὐχ ὡς ἄνθρωπος ὁ Θεὸς, ἀπειλῆσαι, καὶ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου, διαιτηθῆναι. *Quoniam non ſicut homo Deus, ut minis terreatur, neque tanquam filius hominis, ut judicetur;* veluti arbitrorum nutu: at ſupra Numeror. 23. 19. unde iſta mutuò ſumpta ſunt, legitur: Οὐχ ὡς ἄνθρωπος ὁ Θεὸς, διαρτηθῆναι, καὶ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου, ἀπειλῆσαι. Nobil. *Non quaſi homo, Deus ſuſpenditur, neque quaſi filius hominis, minas patitur.*

℣. 16. Græc. Διόπερ ἀναμένοντες τὴν παρ' αὐτοῦ σωτηρίαν, &c. ut in Lat. ſup. Mſs. Germ. 15. & Pech. habent: *Propter quod ſuſtinete ab ipſo ſalvationem,* (Germ. *ſalutationem,*) *invocemus eum* (Pech. *ipſum*) *in adjutorium noſtrum.* In Corb. legitur ſimpliciter, *ſed invocavimus ipſum in adjutorium.*

℣. 17. Similiter habet Mſ. Germ. 15. unà cum Græco. Sic etiam in Mſ. Pech. præter unum *ipſum*, pro *ipſi*. In Corb. *Et exaudiet..... ſicut illi placet.*

℣. 18. Mſ. Germ. 15. cum Pech. *Quoniam exſurrexit* (Pech. *non exſurr.*) *in progeniem noſtram, nec eſt in hac die, neque tribus, neque patria, neque populus, neque civitas ex nobis, qui adoret deos manuf. ſicut factum eſt in priſtinis diebus.* Corb. *Quoniam non reſtitit in progenie noſtra, nec eſt hodie, neque tribus, neque populus multus ex noſtris, qui adorent deos alienos, ſicut factum eſt in primis diebus.* Græc. Ὅτι οὐκ ἀνέστη ἐν ταῖς γενεαῖς ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ σήμερον, οὔτε φυλὴ, οὔτε πατριὰ, οὔτε δῆμος, &c. ut in Mſ. Regio.

℣. 19. Mſs. Germ. 15. & Pech. *In quibus* (Pech. *Pro quibus*) *traditi ſunt in gladium, & rapinam patres noſtri, & ceciderunt in ruina magna ante conſpectu inimicorum ſuorum: nos autem alium Deum neſcimus; propter quod* (Pech. delet *propter*) *ſperamus, quia non decipiet* Pech. *diſpiciet*) *nos, ſed nec avertit* (Pech. *auferet*) *ſalutarem ſuam à genere noſtro.* Mſ. Corb. *Ex qua gratia dati ſunt in gladium, & rapinam patres noſtri, & accidit ruina ante conſpectum inimicorum noſtrorum: nos autem alium Deum neſcimus præter ipſum, & non deſpiciet nos;* reliqua deſunt. In Græco ſic; Ὧν χάριν ἐδόθησαν εἰς ῥομφαίαν, καὶ εἰς διαρπαγὴν οἱ πατέρες ἡμῶν, καὶ ἔπεσον πτῶμα μέγα ἐνώπιον τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν· ἡμεῖς δὲ ἕτερον Θεὸν οὐκ ἐπέγνωμεν (Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. ἐγνωμεν) πλὴν αὐτοῦ· ὅθεν ἐλπίζομεν, ὅτι οὐχ ὑπερόψεται ἡμᾶς, οὐδ' ἀπὸ τοῦ γένους ἡμῶν· ſed hîc poſt ἡμᾶς, ſupplenda videntur ea quæ leguntur ſupra in Lat. vel quidpiam ſimile; ſecus, quàm imperfecta & malè cohærens oratio!

℣. 20. Mſ. Germ. cum Pech. *Quoniam ſi capti fuerimus, capietur tota Judæa, & prædabuntur ſancta noſtra, & exquiret Deus iniquitatem illorum de ſanguine noſtro; & mortem patrum noſtrorum, & captivitatem terræ; & iniquitatem hæreditatis noſtræ reducet in capite noſtro, in gentibus in quibus ſervierimus eis ibi, & erimus in offendiculum, & improperium ante omnes qui poſſidebunt nos: quoniam non dirigetur ſervitus in gratiam* (Pech. *gratia*,) *ſed ſine honore ponet eam Dominus Deus noſter.* (In Mſ. Pech. deeſt *Deus.*) Corb. *Quoniam ſic gaudebit Judæa, & exquiret Dominus iniquitates illorum de ſanguine noſtro, & captivitatem terræ noſtræ; & in deſertum convertet gentes quibuſcunque ſervierimus, & erunt in improperium omnes qui perſequuntur nos: quoniam non deridetur ſervitus in gratia, ſed ſine honore ponet illos Dominus Deus noſter.* Græc. Ὅτι ἐν τῷ ληφθῆναι ἡμᾶς, ὕτως καθίσεται (Ald. & Compl. καθίσεται, *vocabitur;* fortè legit Interp. κλεφθήζεται, à κλέπτω, *furor;* al. καυθήσεται, *comburetur*) πᾶσα ἡ Ἰουδαία, καὶ προκομευθήζεται τὰ ἅγια ἡμῶν, καὶ ζητήσει (Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. ἐκζητήσει) τὴν βεβήλωσιν αὐτῶν ἐκ τοῦ στόματος (Mſ. Alex. αἵματος) ἡμῶν· καὶ τὸν φόνον τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τῆς γῆς· καὶ τὴν ἐρήμωσιν τῆς κληρονομίας ἡμῶν ἐπιστρέψει εἰς κεφαλὴν ἡμῶν, ἐν τοῖς ἔθνεσιν οὗ ἐὰν δουλεύσωμεν ἐκεῖ, καὶ ἐσόμεθα εἰς πρόσκομμα, καὶ εἰς ὀνειδος ἐναντίον τῶν κτωμένων ἡμᾶς· ὅτι οὐ κατευθυνθήσεται ἡ δουλεία ἡμῶν εἰς χάριν, ἀλλ' εἰς ἀτιμίαν θήσει αὐτὴν Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν.

℣. 21. Eadem leguntur in Mſ. Pech. præter hoc ſub finem, *gratias agamus*, quod deeſt; extremò etiam habetur, *ſicut & patres noſtros.* In Germ. 15. ſimiliter deeſt *gratias agamus*, ſed voci anteced. *omnia*, præponitur *autem*, & in fine legitur *fratres noſtros*, non *patres;* cætera ut ſup. In Corb. hæc leguntur ſola: *Et nunc fratres noſtri, quoniam ex nobis pendet anima illorum, gratias agimus Deo noſtro, qui tentat nos ſicut patres noſtros.* Græcè:

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſs. Reg. & Germ.

22. Memores eſtote, quanta fecerit cum Abraham & Iſaac,

23. & quæ facta ſint in Jacob in Meſopotamia Syriæ, paſcenti pecora Laban fratris matris ſuæ:

VULGATA NOVA.

22. Memores eſſe debent, quomodo pater noſter Abraham tentatus eſt, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus eſt. Gen. 22. 1.

23. Sic Iſaac, ſic Jacob, ſic Moyſes, & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes tranſierunt fideles.

VULGATA NOVA.

24. Illi autem, qui tentationes non ſuſceperunt cum timore Domini, & impatientiam ſuam, & improperium murmurationis ſuæ contra Dominum protulerunt,

25. exterminati ſunt ab exterminatore, & à ſerpentibus perierunt. 1. Cor. 10. 9.

VERSIO ANTIQUA.

* f. uſſit.

26. quia ſicut illos * juſſit interrogatione cordis ipſorum, ita & nos non in ultione,

27. ſed in monitione flagellat Dominus adpropinquantes ſibi.

28. Et dixit ad eam Ozias: Omnia quæcunque dixiſti, in bono corde locuta es, & non eſt qui reſiſtat verbis tuis: quoniam non ex hodierno ſapientia tua manifeſtata eſt, ſed ab initio dierum tuorum ſcit omnis populus prudentiam tuam, & quoniam bona ſunt figmenta cordis tui: nam populus ſitit valde, & ſuaſerunt nos facere ſicut locuti ſumus eis, inducere ſuper nos jusjurandum, quod non præteriemus.

29. Et nunc ora pro nobis, ſi fortè exaudiet te Dominus Deus noſter, quoniam mulier ſancta es tu. Et mittet Dominus pluviam in ſupplementum lacuum noſtrorum, & non deficiemus.

30. Et dixit ad illos Judith: Audite me, & faciam rem prudentem, quæ provulgabitur in progeniem generationis filiis generis noſtri.

VULGATA NOVA.

26. Et nos ergo non ulciſcamur nos pro his quæ patimur,

27. ſed reputantes peccatis noſtris hæc ipſa ſupplicia minora eſſe, flagella Domini, quibus quaſi ſervi corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem noſtram eveniſſe credamus.

28. Et dixerunt illi Ozias, & presbyteri: Omnia, quæ locuta es, vera ſunt, & non eſt in ſermonibus tuis ulla reprehenſio.

29. Nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier ſancta es, & timens Deum.

30. Et dixit illis Judith: Sicut quod potui loqui, Dei eſſe cognoſcitis:

31. ita quod facere diſpoſui, probate ſi ex Deo eſt, & orate ut firmum faciat Deus conſilium meum.

32. Vos ſtabitis ad portam hac nocte, &

32. Stabitis vos ad portam nocte iſta, & ego

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Καὶ νῦν ἀδελφοὶ, ἐπιδείξώμεθα τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν, ὅτι, &c. ut in textu Regio, niſi quòd loco *ſacrarium incumbit*, habetur θυσιαστήριον ἐπεστήκασι; paulòque poſt deleto & *placeamus*, præponitur Κυρίῳ, voci *Deo*, ſicut infra καὶ, huic ult. *patres noſtros*.

℣. 22. Mſ. Germ. 15. *Memores eſtote quæ fecit cum Abraham*, & *cum Iſaac*. Similiter in Mſ. Pech. præter hoc, *mementote*. In Corb. verò ſic: *Memores eſtote quæ fecit Abrahæ, quemadmodum tentaverit eum & Iſaac*. Græc. Μνήσθητε ὅσα ἐποίησε μετὰ Ἀβραὰμ, καὶ ὅσα ἐπείρασε τὸν Ἰσαάκ.

℣. 23. Græc. Καὶ ὅσα ἐγένετο τῷ Ἰακὼβ, &c. ut in Lat. ſup. niſi excipias vocem πρόβατα, *oves*, loco *pecora*. Mſ. Germ. 15. *Et quæ facta huic Jacob in Meſopotamiam Syriæ, paſcenti ei pecora Labæ*, &c. ut ſup. Mſ. Pech. *Et quæ facta ſunt Jacob in Meſopotamia Syriæ, paſcenti ei pecora Labæ fratris ſui*. Corb. *Et quæ facta ſunt in Jacob in Meſopot. Syriæ, cùm paſceret oves fratris matris ſuæ*.

℣. 26. Mſ. Pech. *Quoniam ſicut illos juſſit interrogationem cordis eorum, & nos non ultionem*. Similiter in Mſ. Germ. 15. excepto verbo *uſſit*, pro *juſſit*, & inf. *non in ultionem*. Corb. habet: *Quia ſic illos combuſſit interrogatione cordis eorum, & nos non ulciſcimur*. Græc. Ὅτι ὡς καθὼς ἐκείνους ἐπύρωσεν εἰς ἑτασμὸν τῆς καρδίας αὐτῶν, καὶ ἡμᾶς οὐκ ἐξεδίκησε. Nobil. *Quoniam non ſicut illos examinavit in examen cordis eorum, etiam nos non eſt ultus*; ἑτασμὸς propriè, *inquiſitio*, *tormentum*.

℣. 27. Græc. Ἀλλ' εἰς νουθέτησιν (Ald. & Compl. νουθεσίαν) μαστιγοῖ Κύριος, &c. ut ſup. Mſ. Germ. 15. cum Pech. *flagellat Dominus* (Pech. *Dominus noſter*) *non adpropinquantibus ſibi*. Corb. *ſed in monitione flagellatus populum ſuum*.

℣. 28. Similiter habet Mſ. Germ. 15. paucis immutatis; videlicet, *quoniam quidem non ex hodierna die*, pro *quoniam non ex hodierno*, paulòque poſt, *manifeſta*, pro *manifeſtata*; exinde *intellectum*, loco *prudentiam*, ut infra *ſitivit*, pro *ſitit*, & *coegerunt*, pro *ſuaſerunt*; extremò ſic, & *adducere ſuper nos juramentum, quod non præterimus*. Itidem in Mſ. Pech. niſi quòd habet ut ſup. *manifeſtata*, & in fine, *præteriemus* cum Mſ. Regio. In Corb. verò ita: *Et dixit illi Ozias: Omnia quæ locuta es, qui contradicat non eſt verbis tuis, & in ſapientia ſollicitudo præſagat. Nam ab initio ſcivit* (l. *ſitivit*) *omnis populus valde, & locutus ſum illi hæc; & adduxit in diebus quinque jusjurandum, quod non præteriemus*. Græcè: Καὶ εἶπεν πρὸς αὐτὸν Ὀζίας· Πάντα ὅσα εἶπας, ἀγαθῇ (Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. ἐν ἀγαθῇ) καρδίᾳ ἐλάλησας, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀντιστήσεται τοῖς λόγοις σου· ὅτι οὐκ ἀπὸ τῆς σήμερον ἡ σοφία σου πρόδηλός ἐστιν, ἀλλ' ἀπ' ἀρχῆς ἡμερῶν σου ἔγνω πᾶς ὁ λαὸς τὴν σύνεσίν σου, καθότι ἀγαθὸν ἐστὶ τὸ πλάσμα τῆς καρδίας σου· ἀλλ' ὁ λαὸς ἐδίψησε σφόδρα, καὶ ἠνάγκασαν ποιῆσαι ἡμᾶς καθὰ ἐλαλήσαμεν αὐτοῖς, καὶ ἀπαγαγεῖν ὅρκον ἐφ' ἡμᾶς, ὃν οὐ παραβησόμεθα· quæ omnia vix leviter differunt à textu Regio.

℣. 29. A Græco abſunt iſta, *ſi fortè exaudiet te Dominus Deus noſter*; loco verò *ſancta es tu*, habetur ſimpliciter, εὐσεβὴς εἶ, *pia es*, additurque ἔτι, *ultra*, verbo ult. *deficiemus*; cætera concordant. In Mſ. Germ. 15. ſic: *Et nunc ora pro nobis, & forte exaudiet te Dominus Deus noſter, quoniam mulier tu ſancta es. Et diſmittit Dominus pluvias in ſupplimentum lacorum noſtrorum, & non deficiemus ſiti*. In Pech. *Et nunc ora pro nobis, & pro te; exaudiet te Dom. Deus noſter, quoniam mulier tu ſancta es. Et dimittet*, &c. ut in Mſ. Regio, excepta voce *lacorum*. In Corb. verò ita: *Et nunc ora pro nobis, quoniam mulier ſancta es, in ſupplemento vaſorum noſtrorum, & non jam deficiemus*.

℣. 30. Ita Gr. habet, niſi quòd delet vocem *prudentem*, & loco *provulgabitur in progeniem generationis*, ponit ἀφίξεται εἰς γενεὰς γενεῶν, *perveniet in generationes generationum*. Mſ. Germ. 15. cum Pech. *Et dixit ad illos Judith: Audite me, & faciam rem prudentiæ, quæ provulgabitur in progenie & (Pech. progeniem) generationum filiorum generis noſtri*. Corb. *Et dixit illis Judith: Audite me, & faciam rem, quæ provulgetur in progenies filiis gentis noſtræ*.

℣. 32. Mſs. Germ. 15. & Pech. *Vos enim ſtabitis ad poſte* (Pech. *portam*) *hac nocte, & exeam ego cum ancilla*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

exeam cum abra mea : & orate ut, ſicut dixiſtis, in diebus quinque reſpiciat Dominus populum ſuum Iſraël.

33. Vos autem nolo ut ſcrutemini actum meum, & uſque dum renuntiem vobis, nihil aliud fiat, niſi oratio pro me ad Dominum Deum noſtrum.

34. Et dixit ad eam Ozias princeps Juda: Vade in pace, & Dominus ſit tecum in ultionem inimicorum noſtrorum. Et revertentes abierunt.

VERSIO ANTIQUA.

exeam ego cum ancilla mea : & in diebus, quibus dixiſtis civitatem tradituros vos inimicis noſtris, reſpiciet Dominus ad Iſraël in manu mea, ſicut ego fido. *Ex Mſ. Reg. & Germ.*

33. Vos autem non ſcrutabitis actum meum : non enim renuntiabo vobis, quouſque conſummentur quæ ego facio.

34. Et dixit Ozias, & principes ad eam : Vade in pace, & Dominus Deus erit ante te in ultionem inimicorum noſtrorum. Et revertentes deſcenderunt de tabernaculo ejus, & abierunt ad diſpoſitiones ſuas.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

mea : & in diebus, in quibus dixiſtis civitatem tradituros vos inimicis noſtris, reſpiciet Deus Iſraël in manu mea, ſicut ego confido. Corb. *Stabitis vos ad portam nocte, & ego exeam cum abra mea : in diebus enim quinque reſpiciet nos Dominus Iſraël in manu mea.* Græc. textui Regio conſonat, niſi quòd pro *diebus quibus*, hab. ἡμέρας μεθ' ἃς, *diebus poſt quos*, detracto ſeq. *vos* ; & pro *reſpiciet*, ἐπισκέψεται, *viſitabit*, abſque ſeq. *ad* ; deeſt quoque in fine τὸ *ſicut ego fido*, ut in Mſ. Corb.

℣. 33. Itidem Græcè, niſi excipias verbum ἐρῶ, *dicam*, pro *renuntiabo* ; at in Mſ. Alex. ἀναγγελῶ, & in edd. Ald. & Compl. ἀπαγγελῶ. Concinunt pariter Mſs. Germ. 15. & Pech. niſi quòd in fine hab. *quoaduſque conſumentur quæ ego cogito facere* : in Mſ. etiam Germ 4. *conſumentur*, in Germ. verò 15. ſicut in Regio, *conſummentur*, Gr. τὸ τελεσθῆναι. In Corb. hæc tantùm leguntur : *Vos autem non ſcrutabitis actum meum, uſque dum renuntiem vobis.*

℣. 34. Mſ. Germ. 4. habet *reverterunt*, pro *deſcenderunt*. Græcè neutrum legitur, nec etiam vox *ejus*, poſt *tabernaculo*, nec ſeq. & ; deeſt pariter ſup. verbum *erit*, poſt *Dominus Deus* ; cætera quadrant. Mſs. Germ. 15. & Pech. ferunt : *Et dixit ad eam Ozias : Vade in pace, Dominus Deus erit ante te in ultionem* (Pech. *ultione*,) &c. ut in Mſ. Regio. In Corb. ſic : *Et dixit Ozias*, & *principes : Vide, vade in pace* ; & *Dominus tecum ſit in ultionem inimicorum noſtrorum. Et revertentes abierunt.* Græc. ἐπορεύθησαν ἐπὶ τὰς διατάξεις αὐτῶν, ut ſup.

CAPUT IX.

VULGATA NOVA.

1. QUibus abſcedentibus, Judith ingreſſa eſt oratorium ſuum : & induens ſe cilicio, poſuit cinerem ſuper caput ſuum : & proſternens ſe Domino, clamabat ad Dominum, dicens :

Gen. 34. 26. 2. Domine Deus patris mei Simeon, qui dediſti illi gladium in defenſionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione ſua, & denudaverunt femur virginis in confuſionem :

3. & dediſti mulieres illorum in prædam, & filias illorum in captivitatem ; & omnem prædam

VERSIO ANTIQUA.

1. JUdith autem procidit in faciem ſuam, & impoſuit cinerem ſupra caput ſuum, & ſcidit tunicam ſuam qua ſe induerat, & veſtivit ſe cilicium ipſum, * quòd inferebatur in Hieruſalem in domum Domini incenſum veſpertinum : & clamavit voce magna ad Dominum, & dixit : *Ex Mſ. Reg. & Germ.* * *f.* quando.

2. Domine Deus patris mei Symeon, cui dediſti in manu gladium in ultionem alienigenarum, qui violaverunt vulvam virginis in coinquinatione, & denudaverunt femur in confuſione, & coinquinaverunt matricem in improperio : dixiſti enim : Non ſic erit : & feciſti : pro quibus egerunt in ſanguine virginis, & dediſti principes eorum in occiſionem, & thorum ejus, qui recepit dilectam, in ſanguinem ; & præpoſuiſti ſervos ſuper potentes, ſuper ſedes eorum :

3. & dediſti mulieres eorum in prædam, & filias in captivitatem ; & omnia ſpolia in diviſionem

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Germ. 15. cum Pech. *Judith autem projecit ſe* (Pech. *procidit*) *in faciem ſuam*, & *impoſuit cinus ſuper caput ſuum*, & *ſcidit tunicam ſuam*, & *denudavit quod induerat cilicium* ; & *erat* (Pech. *erat modò*) *oblatum in Jeruſalem in domo Domini incenſum veſperâ illâ* : & *clamavit Judith voce magna ad Dominum*, & *dixit.* In Corb. hæc ſolùm exſtant : *Judith autem cecidit in faciem*, & *impoſuit cinerem in caput ſuum*, & *clamavit voce magna ad Dom.* & *dixit.* At in Græco ſic : Ἰουδὶθ δὲ ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον, καὶ ἐπέθετο σποδὸν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, καὶ ἐγύμνωσεν ὃν ἐνεδύσκετο σάκκον· καὶ ἦν ἄρτι προσφερόμενον ἐν Ἰερουσαλὴμ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ (Mſ. Alex. Κυρίῳ (τὸ θυμίαμα τῆς ἑσπέρας ἐκείνης· καὶ ἐβόησε φωνῇ μεγάλῃ Ἰουδὶθ πρὸς Κύριον, καὶ εἶπε.

℣. 2. Mſs. Germ. 15. & Pech. *Domine Deus patris mei Symeon, qui dediſti* (Germ. *dediſti ei*) *gladium in ultionem inimicorum alienigenarum, qui violaverant* (Pech. *violaverunt*) *vulvam virginis in coinquinationem*, & *denudaverunt femur in confuſionem* (Pech. *confuſione*,) & *coinquinaverunt matricem in improperium* (Pech. *improperio* :) *dixiſti enim : Non ſic erit : & fecerunt : propter quod dediſti principes eorum in occiſionem* (Pech. *occiſione*) & *thronum* (Pech. *thorum*) *eorum, qui accipit dilectam*, (Pech. *accepit delictam*) *in ſanguine* ; & *præpoſuiſti ſervos ſuper potentes*, & *ſuper thronos eorum.* In Corb. multò pauciora de more : *Domine Deus patris mei Symeon, qui dediſti illi gladium in defenſionem alienigenarum, qui violaverant vulvam in coinquinatione*, & *denudaverunt femur in confuſionem*, & *percuſſerunt ſervos ſuper thronum illorum potentes.* Apud Lucif. verò Cal. l. de non parc. in De. del. col. 230. vel 232. d. ita : *Domine Deus patris mei Symeon, qui dediſti ei gladium in ultionem alienigenarum, qui violaverunt vulvam virginis in coinquinationem*, & *denudaverunt femur in conſummationem*, & *coinquinaverunt matricem in improperium : dixiſti enim : Non ſic erit :* & *feciſti : ſecus* (al. *propter*) *dediſti principes eorum in occiſionem*, & *thorum eorum, qui accepit dilectam, in ſanguinem* ; & *percuſſiſti ſervos ſuper potentes, ſuper thronos eorum.* Græcè : Κύριε ὁ Θεὸς τοῦ πατρός μου Συμεών, ᾧ ἔδωκας ἐν χειρὶ ῥομφαίαν εἰς ἐκδίκησιν ἀλλογενῶν, οἳ ἔλυσαν μήτραν παρθένου εἰς μίασμα, καὶ ἐγύμνωσαν μηρὸν εἰς αἰσχύνην, καὶ ἐβεβήλωσαν μήτραν εἰς ὀνειδος· εἶπας γάρ· Οὐχ οὕτως ἔσται· καὶ ἐποίησαν· καὶ ὧν ἔδωκας ἀρχοντας αὐτῶν εἰς φόνον, καὶ τὴν στρωσὴν αὐτῶν, ἣ ᾐσχύνθη τὴν ἀπάτην αὐτῶν, εἰς αἷμα· καὶ ἐπάταξας δούλους ἐπὶ δυνάσαις, καὶ δυνάσας ἐπὶ θρόνους αὐτῶν· in Mſ. Alex. deeſt hoc, καὶ δυνάσας.

℣. 3. Similiter habet Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. col. 230. d. paucis immutatis : *Et dediſti mulieres eorum in prædam*, & *filias in captivitatem* ; & *omnem prædam in diviſionem filiorum dilectorum, qui zelaverunt zelum tuum*, & *abominaverunt coinquinationem generis tui*, & *invocaverunt te in adjutorium tuum : Deus meus, exaudi me vi-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

In Mſſ. Reg. & Germ. filiorum dilectorum, qui zelaverunt zelum tuum, & abominati ſunt coinquinationem ſanguinis ſui, & invocaverunt te in adjutorium ſibi: Domine Deus meus, exaudi me viduam.

4. Tu enim feciſti priora illorum, & poſteriora, & nunc quæ futura ſunt: cogitaſti enim, & facta ſunt: recordatus es, & adſtiterunt tibi in concilio: vocaſti, & dixerunt: Ecce adſumus.

5. Omnes enim viæ tuæ paratæ, & judicia tua in providentia.

6. Ecce enim Aſſyrii repleti ſunt in virtute ſua, & exaltati ſunt in equo & aſcenſore.

VULGATA NOVA.

in diviſionem ſervis tuis, qui zelaverunt zelum tuum: ſubveni quæſo te Domine Deus meus mihi viduæ.

4. Tu enim feciſti priora, & illa poſt illa cogitaſti: & hoc factum eſt quod ipſe voluiſti.

5. Omnes enim viæ tuæ paratæ ſunt, & tua judicia in tua providentia poſuiſti.

6. Reſpice caſtra Aſſyriorum nunc, ſicut tunc caſtra Ægyptiorum videre dignatus es, quando poſt ſervos tuos armati currebant, confidentes in quadrigis, & in equitatu ſuo, & in multitudine bellatorum. *Exod.* 14. 9.

VULGATA NOVA.

7. Sed aſpexiſti ſuper caſtra eorum, & tenebræ fatigaverunt eos.

8. Tenuit pedes eorum abyſſus, & aquæ operuerunt eos.

VERSIO ANTIQUA.

9. Gloriati ſunt in brachio peditum, ſperaverunt in clypeis, & tenſo arcu, & fundibalis,

10. & neſcierunt quoniam tu es Dominus, qui conteris bella; Dominus enim nomen eſt tibi.

11. Tu contere virtutem illorum, Deus æterne: comminue multitudinem illorum in virtute tua, confringe poteſtatem eorum in ira tua: cogitaverunt enim contaminare ſancta tua, & coinquinare tabernaculum requiei nominis majeſtatis tuæ, & dejicere ferro cornu altaris tui.

12. Reſpice in ſuperbiam eorum, & mitte iram in capita illorum.

VULGATA NOVA.

9. Sic fiant & iſti, Domine, qui confidunt in multitudine ſua, & in curribus ſuis, & in contis, & in ſcutis, & in ſagittis ſuis, & in lanceis gloriantur,

10. & neſciunt quia tu ipſe es Deus noſter, qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen eſt tibi.

11. Erige brachium tuum ſicut ab initio, & allide virtutem illorum in virtute tua: cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt ſe violare ſancta tua, & polluere tabernaculum nominis tui, & dejicere gladio ſuo cornu altaris tui.

12. Fac Domine, ut gladio proprio ejus ſuperbia amputetur:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſuam. Lucifero conſonant Mſs. Germ. 15. & Pech. niſi quòd habent *ſanguinis ſui*, ut ſup. loco *generis tui*, delentque *tuum*, poſt *adjutorium*. In Corb. verò hæc tantùm leguntur: *Et dediſti mulieres eorum in prædam, & filias eorum in captivitatem; & omnem prædam in diviſionem filiorum dilectorum, qui zelaverunt zelum tuum: Deus meus, ſubveni mihi viduæ.* Græcè: Καὶ ἔδωκας γυναῖκας αὐτῶν εἰς προγομὸν, καὶ θυγατέρας εἰς αἰχμαλωσίαν καὶ πᾶσα τὰ σκῦλα εἰς διαίρεσιν υἱῶν ἠγαπημένων ὑπὸ Σοῦ, οἳ ἐζήλωσαν τὸν ζῆλόν Σου, καὶ ἐβδελύξαντο μίασμα αἵματος αὐτῶν, καὶ ἐπεκαλέσαντό Σε εἰς βοηθὸν· ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς ὁ ἐμὸς, καὶ εἰσάκουσον ἐμοῦ τῆς χήρας· in Mſ. Alex. deeſt καὶ, poſt ἐμός.

℣. 4. Mſ. Germ. 15. cum Pech. *Tu enim feciſti priora illorum cum illis, & illa poſteriora, & nunc quæ* (Pech. & quæ) *futura ſunt: cogitaſti, & factum* (Pech. *factum eſt*) *ſicut voluiſti: & dixerunt: Ecce veniemus.* Corb. *Tu enim feciſti priora, & illa poſt illa cogitaſti: & factum eſt ſicut voluiſti: & dixerunt: Ecce venimus.* Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. col. 230. d. *Tu enim feciſti priora eorum cum illis, & illa poſtea, & nunc, & quæ ſupervenientia.* Gr. Σὺ γὰρ ἐποίησας τὰ πρότερα ἐκείνων, καὶ ἐκεῖνα, καὶ τὰ μελλόντια, καὶ τὰ νῦν, καὶ τὰ ἐπερχόμενα διενοήθης· καὶ ἐγενήθησαν ἃ ἐνενοήθης· καὶ παρέστησαν ἃ ἐβουλεύσω· καὶ εἶπαν· Ἰδοὺ παρέσμεν.

℣. 5. Mſ. Corb. ſimpliciter: *Omnes enim viæ tuæ paratæ ſunt.* Similiter in Græco, ſed abſque verbo *ſunt*, additurque, καὶ ἡ κρίσις (vel ut in editt. Ald. & Compl. αἱ κρίσεις) Σου ἐν προγνώσει quidam legiſſe videntur κτίσις, vel κτίσεις, non κρίσις, nam in Mſ. Pech. ſic legitur: *Omnes enim viæ tuæ paratæ, & creatura tua in providentia.* Sic etiam in Mſ. Germ. 15. detracto verbo *paratæ*. Item ap. Lucif. ubi ſup. *Omnes enim viæ tuæ paratæ, creatura tua in providentia.*

℣℣. 6. 9. Eadem prorſus refert Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. col. 230. d. niſi quòd ponit & ante *gloriati ſunt*, & in fine ſcribit *fundibulis*. Eadem quoque exſtant in Mſs. Germ. 15. & Pech. exceptis his, *intenſo arco*, & *fundibalis*; unus Pech. tollit &, ante *gloriati ſunt*. In Corb. ſic: *Ecce enim Aſſyrii repleti ſunt in virtute ſua, & exaltati ſunt in equis & aſcenſoribus. Et gloriati ſunt in brachio peditum, & ſperaverunt in fundibula, & tenſa ſagitta, & lancea.* Græc. Ἰδοὺ γὰρ Ἀσσυρίων πεπληθύνθησαν ἐν δυνάμει αὐτῶν, ὑψώθησαν ἐφ' ἵππῳ καὶ ἀναβάτῃ. Ἐγαυρίασαν ἐν βραχίονι ποδῶν, ἠλπίσαν ἐν ἀσπίδι, καὶ ἐν γαισῷ, καὶ τόξῳ, καὶ σφενδόνῃ· γαισὸς autem, armaturæ genus eſt, de quo vide Rob. Conſtant.

℣. 10. Sic etiam habet Lucif. Cal. ubi ſup. præter unum *conteres*, pro *conteris*, abſque *enim*, poſt *Dominus*. In Mſs. Germ. 15. & Pech. ſic: *Et neſcierunt quoniam tu es Deus, qui conteres bella; Domine* (Pech. *Dominus*) *enim nomen eſt tibi.* In Corb. *Et neſciunt quoniam tu Dominus, qui conteres bella; Dominus nomen eſt tibi.* Græc. Καὶ οὐκ ἔγνωσαν ὅτι Σὺ εἶ Κύριος Συντρίβων πολέμους· Κύριος ὄνομά Σου. Unde Hilar. in Pſ. 125. col. 409. c. ait: *Cantantes ex Lege: Dominus conterens bella; Dominus nomen eſt illi.*

℣. 11. Mſ. Germ. 15. *Tu contere virtutem illorum, æterne Deus: comminue multitudinem illorum in virtute tua, & deduc virtutem illorum in ira tua: cogitaverunt enim fruſtrare ſancta tua, coinquinaverunt tabernaculum requiſitionis tuæ, & nominis honorifici tui, adprehendere ferrum* (l. *ferro*) *cornum altaris tui.* Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. col. 230. d. *Tu projice illorum vires, Æterne: contere illorum plenitudinem virtute tua, & deduc eorum tenacitatem in ira tua: cogitaverunt enim fruſtrare ſancta tua, coinquinare tabernaculum requietionis tuæ, nominis honorifici tui, apprehendere ferro cornu altaris tui.* Mſ. Pech. *Tu contere virtutem illorum in ira tua: cogitaverunt enim fruſtrare*, &c. ut ſup. apud Lucif. excepto uno, & *omnis*, loco *nominis*. In Corb. verò ſic: *Tu allide virtutem illorum in virtute tua, & detur virtus illorum in ira tua: volnerunt enim infirmare ſancta tua, & tabernaculum honoris ; & dejecerunt gladio cornu altaris tui.* Græcè: Σὺ βάξον αὐτῶν τὴν ἰσχὺν ἐν δυνάμει Σου, καὶ κατάξον τὸ κράτος αὐτῶν ἐν τῷ θυμῷ Σου· ἐβδελύξαντο γὰρ βεβηλῶσαι τὰ ἁγιά Σου, μιᾶναι τὸ σκήνωμα τῆς καταπαύσεως τῆ ὀνομαζῆς τῆς δόξης Σου, καὶ (Mſ. Alex. delet καὶ) καθελεῖν Σου ἤρῳ κέρας θυσιαστηρίου Σου.

℣. 12. Mſ. Germ. 15. cum Pech. *Reſpice in faſtigia eorum, dimitte* (Pech. *demitte*) *iram tuam in capita illorum.* Corb. ſimpliciter hab. *Mitte iram tuam in illos*, omiſſis his quæ antecedunt. Lucif. verò Calar. priora tantùm legit, *Reſpice in faſtigio eorum*, abſque ſeqq. Græcè: Βλέψον εἰς ὑπερηφανίαν αὐτῶν, ἀπόστειλον τὴν ὀργήν Σου εἰς κεφαλὰς αὐτῶν.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

13. capiatur laqueo oculorum ſuorum in me, & percuties eum ex labiis charitatis meæ.

14. Da mihi in animo conſtantiam, ut contemnam illum; & virtutem, ut evertam illum.

Jud. 4. 21. & 5. 26. 15. Erit enim hoc memoriale nominis tui, cùm manus feminæ dejecerit eum.

16. Non enim in multitudine eſt virtus tua Domine, neque in equorum viribus voluntas tua eſt, nec ſuperbi ab initio placuerunt tibi: ſed humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio.

17. Deus cœlorùm, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi me miſeram deprecantem, & de tua miſericordia præſumentem.

18. Memento Domine teſtamenti tui, & da verbum in ore meo, & in corde meo conſilium corrobora, ut domus tua in ſanctificatione tua permaneat:

19. & omnes gentes agnoſcant, quia tu es Deus, & non eſt alius præter te.

VERSIO ANTIQUA.

13. [14.] Da in manum meam viduæ quam cogitavi virtutem, *Ex Mſs. Reg. & Germ.*

14. [13.] & percuties eos ex labiis ſuaſionis meæ, principem, & principem ſuper ſervum ſuum.

15. Quaſſa ſubſtantiam ejus in manu viduæ, ut ſciant omnia regna, quoniam tu es Deus.

16. Non enim in multitudine virtus tua eſt, neque in potentia, nec datum tuum in fortibus prævalet: ſed humilium Deus es, & infirmorum adjutor, & humilium ſuſceptor, & deſperatorum ſalvator.

17. Itaque Domine Deus patris mei, & Deus hæreditatis Iſraël, dominator Domine cœlorum & terræ, creator aquarum, rex totius creaturæ, tu exaudi obſecrationem meam,

18. & da, verſutiam in ſuaſione, & vulnus & livorem eorum, qui ſunt adversùs teſtamentum tuum, & domum tuam ſanctam, & vertices Sion, & domum poſſeſſionis filiorum tuorum, qui cogitaverunt dura. Inſpice, & fac ſuper omnem gentem, & omnem tribum ſcientiam:

19. ut ſciant, quoniam tu es Deus univerſæ poteſtatis & virtutis, & non eſt alius defenſor generis Iſraël præter te.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 13. (14.) Similiter in Mſs. Germ. 15. & Pech. ſicut ap. Lucif. Cal. loco cit. uno excepto, *manu meæ*; in Corb. verò ſimpliciter: *Da in manu meæ viduæ*, prætermiſſis aliis. Græcè: Δὸς ἐν χειρί μου τῆς χήρας ὃ διενοήθην κράτος.

℣. 14. (13.) Mſ. Germ. 4. hab. *percuties eum*, non *eos*. Germ. 15: *Et percute eos ex labiis ſuaſionis meæ, in principes ſuper ſervum ſuum.* Mſ. Pech. *Et percute os eorum & labiis ſuaſionis meæ, in principes ſuper ſervum tuum.* Corb. *Et percute eum ex labiis charitatis meæ, & præcipe ut evertam eum.* Apud Lucif. verò Cal. ubi ſup. *Et percute eos labiis perſuaſionis meæ, in principe, & principem ſuper ſervum ſuum.* Græc. Πάταξον λόγῳ ἐκ χειλέων ἀπάτης μου, ἐπ' ἄρχοντι, καὶ ἀρχοντία ἐπὶ θεράποντι αὐτοῦ.

℣. 15. Mſ. Pech. cum Lucifero Cal. *Quaſſa ſubſtantiam ejus in manu viduæ*, abſque ſeqq. *ut ſciant*, &c. Similiter in Germ. 15. iiſdem pariter omiſſis, ut & voce *ejus*, poſt *ſubſtantiam*. In Corb. ſic: *Et allide ſurrectionem illorum in manu feminæ*; nec adduntur ſeqq. Similiter in Græco: Θραῦσον αὐτῶν τὸ ἀνάστημα (Alex. ἀνάσημα) ἐν χειρὶ θηλείας.

℣. 16. In Mſ. Germ. 4. legitur *virtutis tuæ*, non *virtus tua*. In Germ. 15. & Pech. *Non enim in multitudine virtutis*, (Pech. *virtus tua*) *ſed potentia*, (Pech. *ſed nec potentia*) *neque datum tuum in fortibus: ſed humilium es Deus, & infirmorum adjutor, infirmium ſuſceptor, deſperatorum ſalvator.* In Corb. *Non enim in multitudine eſt virtus tua Domine: ſed humilium & minorum Deus, adjutor infirmorum, defenſor ignorantium.* Apud Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. col. 230. d. *Non enim in multitudine virtus tua, ſed nec potentia, neque datum tuum in fortibus: ſed humilium es Deus, infirmorum adjutorium, infirmorum ſuſceptor, deſperatorum ſalvator.* Apud Ferrand. Diac. ep. ad Regin. p. 158. *Non in multitudine eſt fortitudo tua, neque virtus tua in potentatibus: ſed humilium es Deus*, &c. ut in textu Regio. Græcè: Οὐ γὰρ ἐν πολλῇ τὸ κράτος σου, οὐδὲ ἡ δυναστεία σου ἐν ἰσχύσιν· ἀλλὰ ταπεινῶν εἶ θεὸς, ἐλαττόνων εἶ βοηθὸς, ἀντιλήπτωρ ἀδυνάτων, σωτὴρ ἀπογνωσμένων.

℣. 17. Græc. ipſo initio hab. Ναὶ, ναὶ ὁ θεὸς τοῦ πατρός μου, reliqua ut in Lat. ſup. deleta voce *Domine*, ante *cœlorum*, addito verò σου, poſt hanc, *creaturæ*. In Mſ. Germ. 15. ita: *Etiam, etiam Domine patris mei, & Deus hæreditatis Iſraël, dominator Domine cœlorum & terræ, creator aquarum, rex totius creaturæ, exaudi deprecationem meam.* Similiter in Pech. exceptis his prioribus, *Etiam Domine Deus patris*; & infra, *cœlorum, terræ & creator..... tu exaudi obſecrat. meam.* In Corb. verò ſic: *Adjutor etiam patris mei, Domine Deus cœlorum & terræ, creator aquarum, & rex totius creaturæ, exaudi obſecrationem.* Apud Lucif. Cal. ubi ſup. *Etiam Deus patris mei, & Deus hæreditatis Iſraël, Domine dominator cœlorum & terræ, creator aquarum, rex totius creaturæ, exaudi obſecrationem meam.* In Mſ. Germ. 4. *tu ipſe exaudi*, &c.

℣. 18. Mſs. Germ. 15. & Pech. *Et da verſutiam & ſuaſionem in vulnere & livore eorum, qui adversùs teſtamentum tuum, & domum tuam ſanctam, & vertices Sion, & domui retentionis filiorum tuorum cogitaverunt dura. Fac ſuper omnem gentem, & ſuper* (Pech. del. *ſuper*) *omnem tribum ſcientiam.* In Corb. contractiùs de more, nempe: *Et da verbum in vulnera illorum; & ſecundùm teſtamentum, & domum tuam ſanctam, inſpice, & fac ſuper omnem gentem.* Apud Lucif. verò ubi ſup. ſic: *Da verſutiam & ſuaſionem in vulnere, & in livorem eorum, qui adversùs teſtamentum, & domum ſanctam tuam, & vertices Sion, & domui retenſionis filiorum tuorum cogitaverunt dura facta, ſuper omnem gentem & tribum omnem.* Græcè: Καὶ λόγον μου ἐν ἀπάτην εἰς (Ald. & Compl. καὶ) τραῦμα ἐν μώλωπα αὐτῶν, οἱ κατὰ τῆς διαθήκης σου, καὶ εἴκῃ ἠγιασμένῃ σου, καὶ κορυφῆς Σιὼν, καὶ οἴκου καταχέσεως υἱῶν σου ἐβουλεύσαντο σκληρά. Καὶ ποίησον ἐπὶ πᾶν τὸ ἔθνος σου, καὶ πάσης φυλῆς ἐπίγνωσιν.

℣. 19. Sic habet Mſ. Pech. ad verbum: ſic etiam in Germ. 15. excepto uno *generi*, loco *generis*. Apud Lucif. Cal. omnia pariter exſtant quæ ſup. præter primam vocula *ut*, quæ deeſt. In Mſ. Corb. ſic: *Ut ſciant, quoniam tu es Dominus univerſæ poteſtatis, & non eſt alius defenſor generis Iſraël, niſi tu Domine.* Græcè: Τοῦ εἰδῆναι, ὅτι σὺ εἶ ὁ θεὸς πάσης δυνάμεως καὶ κράτους, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος ὑπερασπίζων τοῦ γένους Ἰσραὴλ, εἰ μὴ σύ.

CAPUT X.

VULGATA NOVA.

1. FActum eſt autem, cùm ceſſaſſet clamare ad Dominum, ſurrexit de loco, in quo jacuerat proſtrata ad Dominum.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET factum eſt, cùm ceſſaſſet clamans ad Deum Iſraël, conſummavit omnia verba iſta, & ſurrexit de loco quo prociderat. *Ex Mſs. Reg. & Germ.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter habet Mſ. Pech. Sic etiam Germ. 15. niſi quòd legit *Dominum*, loco *Deum*, ponitque &, ante *conſummavit*, detracto eo inf. ante *ſurrexit*; in Pechiano utrumque & deeſt. In Mſ. Corb. ſic: *Et factum eſt, cùm ceſſaſſet clamare ad Dominum Iſraël, ſurrexit de loco quò procederat.* Græcè: Καὶ ἐγένετο, ὡς ἐπαύσατο βοῶσα πρὸς τὸν θεὸν Ἰσραὴλ, καὶ συνετέλεσε πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα, καὶ ἀνέστη ἀπὸ τῆς πλώσεως.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſs. Reg. & Germ. 2. Et vocavit abram ſuam, & deſcendit in domum ſuam, in qua commorabatur in diebus ſabbatorum, & in diebus feſtis ſuis, & abſtulit cilicium quod induerat, & exuit ſe veſtimenta viduitatis ſuæ,

3. & lavit corpus ſuum aquâ, & unxit ſe unguento ſpiſſo, & pectinavit capillos capitis ſui, & impoſuit mitram ſuper caput ſuum, & induit ſe veſtem jocunditatis ſuæ, qua veſtiebatur in diebus viri ſui Manaſſe, & accepit ſoleas in pedes ſuos, & impoſuit periſcelides, & dextralia, & liliolum, & annulos, & inaures, & omnia ornamenta ſua;

4. & compoſuit ſe nimis in rapinam virorum quicunque viderent eam.

5. Et porrexit ancillæ ſuæ aſcopam vini, & vas olei; & peram implevit pulentâ, & maſſam fici, & panes, & immiſit in eam caſium; & plicuit omnia vaſa ſua, & impoſuit ei.

6. Abierunt uterque ſimul, & venerunt ad portam civitatis Bethuliæ, & invenerunt ſtantes ad eam Oziam & majores natu civitatis, Cambrim & Charmin.

7. Qui cùm vidiſſent eam immutata facie & veſte mutata, mirati ſunt ad ſpeciem ejus multùm valde.

8. Et dixerunt ad eam: Deus patrum noſtrorum det te in gratiam, & conſummet cogitationes tuas, in gloriam filiorum Iſraël, & in exſultationem Hieruſalem.

VULGATA NOVA.

2. Vocavitque abram ſuam, & deſcendens in domum ſuam, abſtulit à ſe cilicium, & exuit ſe veſtimentis viduitatis ſuæ,

3. & lavit corpus ſuum, & unxit ſe myro optimo, & diſcriminavit crinem capitis ſui, & impoſuit mitram ſuper caput ſuum, & induit ſe veſtimentis jucunditatis ſuæ, induitque ſandalia pedibus ſuis, aſſumpſitque dextraliola, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis ſuis ornavit ſe.

4. Cui etiam Dominus contulit ſplendorem: quoniam omnis iſta compoſitio, non ex libidine, ſed ex virtute pendebat: & ideo Dominus hanc in illam pulchritudinem ampliavit, ut incomparabili decore omnium oculis appareret.

5. Impoſuit itaque abræ ſuæ aſcoperam vini, & vas olei, & polentam, & palathas, & panes, & caſeum, & profecta eſt.

6. Cùmque veniſſent ad portam civitatis, invenerunt exſpectantem Oziam & presbyteros civitatis.

7. Qui cùm vidiſſent eam, ſtupentes mirati ſunt nimis pulchritudinem ejus.

8. Nihil tamen interrogantes eam, dimiſerunt tranſire, dicentes: Deus patrum noſtrorum det tibi gratiam, & omne conſilium tui cordis ſua virtute corroboret, ut glorietur ſuper te Jeruſalem, & ſit nomen tuum in numero ſanctorum & juſtorum.

VERSIO ANTIQUA.

* Et procidens in faciem Judith, adoravit Deum, & dixit ad eos: Faciat Dominus Deus

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Mſ. Germ. 15. habet *ancillam*, pro *abram*, deletque &, poſt *ſabbatorum*; item infra, loco *induerat*, ſcribit *induta erat*; cætera ut ſupra. In Mſ. Pech. deeſt tantùm &, ante *vocavit*; & infra legitur *induta erat*; ſequentia verò, & *exuit ſe*, &c. omittuntur. In Corb. ſic: *Et vocavit abram ſuam*, & *deſcendit in domo*, & *abſtulit à ſe cilicium*, & *exuit ſe veſtimenta viduitatis ſuæ*. Græcè: Καὶ ἐκάλεσε τὴν ἄβραν αὐτῆς, καὶ κατέβη εἰς τὸν οἶκον, ἐν ᾧ διέτριβεν ἐν αὐτῷ ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν σαββάτων, καὶ ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῆς, καὶ περιείλατο τὸν σάκκον ὃν ἐνεδέδυκει, καὶ ἐξεδύσατο τὰ, &c. ut ſup.

℣. 3. Eadem leguntur in Mſ. Germ. 15. nonnullis tamen exceptis, nempe, *ornavit*, pro *pectinavit*; item poſt pauca, huic voci *diebus*, additur τὸ *vitæ*; & infra loco *pedes ſuos*, legitur *pedibus ſuis*, uti pro *periſcelides*, ita, *ſibi periſcerides*, abſque ſeq. & *liliolum*. In Corb. ſic: *Et lavit corpus ſuum aquâ*, & *unxit ſe unguento bono*, & *diſcriminavit capillos capitis ſui*, & *impoſuit mitram ſuper caput ſuum*, & *induit ſe veſtimenta jocunditatis*, & *accepit ſoleas in pedibus ſuis*, & *impoſuit liliolum*, & *dextralia*, & *annulos*, & *inaures*, & *omnia ornamenta ſua*. In Pech. hæc tantùm leguntur: *Et induit ſe veſte jocunditatis ſuæ*, *quam veſtiebatur in diebus viri ſui Manaſſe*. In Græco: Καὶ περιεκλύσατο τὸ σῶμα ὕδατι, καὶ ἐχρίσατο μύρῳ παχεῖ, καὶ διέταξε τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς αὐτῆς, καὶ ἐπέθετο μίτραν ἐπ' αὐτῆς, καὶ ἐνεδύσατο τὰ ἱμάτια τῆς εὐφροσύνης αὐτῆς, ἃ οἷς ἐστολίζετο ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ζωῆς τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς Μανασσῆ, καὶ ἔλαβε σανδάλια εἰς τοὺς πόδας αὐτῆς, καὶ περιέθετο τοὺς χλιδῶνας, καὶ τὰ ψέλια, καὶ τοὺς δακτυλίους, καὶ τὰ ἐνώτια, καὶ πάντα τὸν κόσμον αὐτῆς.

℣. 4. Mſ. Germ. 15. *Et compoſuit ſe in abalienationem virorum quicunque vidiſſent eam.* Corb. *Et compeſuit ſe in ſpecie in viam virorum quicunque viderant illam.* Abſunt hæc à Mſ. Pech. At in Græco ſic: Καὶ ἐκαλωπίσατο σφόδρα εἰς ἀπάτησιν ὀφθαλμῶν ἀνδρῶν, ὅσοι ἂν ἴδωσιν αὐτήν. Mſ. Alex. non ἀπάτησιν habet, i. e. *captionem*, vel *deceptionem*, ſed ἀπάντησιν, *occurſum*, ut vertit Nobil. verbum autem ἐκαλωπίσατο, *fucum* bene, ſeu *ornatum peregrinum* & *accerſitum*, ſignificat.

℣. 5. Mſ. Germ. 15. loco *olei*, legit *oleo*, uti *ficus*, loco *fici*, & *caſeum*, non *caſium*; cætera ut ſup. Corb. verò ſic: *Et dedit abræ ſuæ aſcopam vini*, & *vas olei*; & *peram implevit polentâ*, & *lapſaces*, & *panes*, & *caſeum*; & *duplicavit omnia vaſa ſua*. In Mſ. Pech. ſimpliciter: *Et peram implevit pulentâ*, & *impoſuit ei*. Græcè: Καὶ ἔδωκε τῇ ἄβρᾳ αὐτῆς ἀσκοπυτίνην οἴνου, καὶ καμψάκην ἐλαίου· καὶ πήρην ἐπλήρωσεν ἀλφίτων, καὶ παλάθης, καὶ ἄρτων καθαρῶν· καὶ περιεδίπλωσεν πάντα τὰ ἀγγεῖα αὐτῆς, καὶ ἐπέθηκεν ἐπ' αὐτῇ. Mſ. Alex. cum edit. Ald. ἐπέθηκεν αὐτῇ, Compl. ἐν αὐτῇ.

℣. 6. Græc. initio habet: Καὶ ἐξῆλθοσαν ἐπὶ (ed. Compl. ἐξῆλθον ὁμοῦ ἐπὶ) τὴν πύλην τῆς πόλεως Βεθυλούα, reliqua ut in Lat. ſup. præter unum, Χαβρὶν. Mſ. Germ. 15. *Et abierunt utraque ſimul*, & *venerunt ad portam civitatis Bethuliæ*, & *invenerunt adſtantem in eam Oziam*, & *majores natu civitatis*, *Chabrin* & *Charmin*. Corb. *Et abierunt ad portam civitatis*, & *invenerunt ibi aſtantem Oziam*, & *presbyteros civitatis*. Pech. *Et abierunt ad portam civitatis Betuliæ*, & *invenerunt ſtantem ad eam Oziam*, & *majores civitatis*. Græc. ἐφεστῶτας ἐπ' αὐτῆς, *inſiſtentes ſuper eam*; Mſ. verò Alex. ἐφεστῶτα αὐτῆς, ut ſup.

℣. 7. Mſ. Pech. *Qui cùm vidiſſent eam mutata facie* & *veſte mutata*, *mirati ſunt ſuper pulchritudinem ejus valde*. Germ. 15. *Qui cùm vidiſſent eam*, & *erat mutata facies ejus*, & *veſtem quam mutaverat*, & *mirati ſunt ad faciem ejus multùm valde*. In Corb. ſimpliciter: *Qui cùm vidiſſent mutatam faciem ejus*, *mirati ſunt ſpeciem ejus*. Græcè: Ὡς δὲ εἶδον αὐτὴν, καὶ ἦν ἠλλοιωμένον τὸ πρόσωπον αὐτῆς, καὶ τὴν στολὴν μεταβεβλημένην αὐτῆς, καὶ ἐθαύμασαν (in Mſ. Alex. deeſt καὶ) ἐπὶ τῷ κάλλει αὐτῆς ἐπὶ πολὺ σφόδρα.

℣. 8. Similiter habet Mſ. Germ. 15. præter hoc, *det tibi gratiam*, pro *det te in*, &c. & infra *altitudinem*, loco *exſultationem*. Mſ. Pech. *Et dixerunt ad eam: Deus patrum noſtrorum det tibi gratiam*, & *conſummet cogitat. tuas ad gloriam filior. Iſraël*, & *exſultatione Hieruſalem*. Corb. verò ſic: *Et dixerunt ad illam: Deus patrum noſtrorum det tibi gratiam*, & *adimpleat Deus petitionem tuam in excelſo Jeruſalem*. Græc. Καὶ εἶπαν αὐτῇ· Ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς (in Mſ. Alex. non geminatur) τῶν πατέρων ἡμῶν δῴη σε εἰς χάριν, καὶ τελειῶσαι τὰ ἐπιδεύμαλά σε εἰς ταυρίαμα υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ὕψωμα Ἱερουσαλήμ.

* Græcè legitur ſimpliciter: Καὶ προσεκύνησε (edd. Ald.

VERSIO ANTIQUA.

secundùm sermones vestros, & inveniat ancilla vestra gratiam in conspectu Dei.

** Præcipite nunc aperiri portam civitatis, ut exeam in consummationem verborum quæ loquti estis mecum. *Ex Mſs. Reg. & Germ.*

VULGATA NOVA.

9. Et dixerunt hi, qui illic erant, omnes una voce: Fiat, fiat.

10. Judith verò orans Dominum, transivit per portas ipsa & abra ejus.

11. Factum est autem, cùm descenderet montem, circa ortum diei, occurrerunt ei exploratores Assyriorum, & tenuerunt eam, dicentes: Unde venis? aut quò vadis?

12. Quæ respondit: Filia sum Hebræorum, ideo ego fugi à facie eorum, quoniam futurum agnovi, quòd dentur vobis in deprædationem, pro eo quòd contemnentes vos, noluerunt ultro tradere se ipsos, ut invenirent misericordiam in conspectu vestro.

13. Hac de causa cogitavi mecum, dicens: Vadam ad faciem principis Holofernis, ut indicem illi secreta illorum, & ostendam illi quo aditu possit obtinere eos, ita ut non cadat vir unus de exercitu ejus.

14. Et cùm audissent viri illi verba ejus, considerabant faciem ejus, & erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem ejus mirabantur nimis.

15. Et dixerunt ad eam: Conservasti animam tuam, eò quòd tale reperisti consilium, ut descenderes ad dominum nostrum.

16. Hoc autem scias, quoniam cùm steteris

VERSIO ANTIQUA.

9. Et constituerunt juvenibus aperire ei sicut locuti sunt: & fecerunt sic.

10. Et exiit Judith, ipsa & ancilla ejus cum ea: & speculabantur eam viri civitatis, quoadusque descendit montem; at ubi venerunt in atrium, jam non videbant eam in convalle.

11. Et abiit in aulonem in directum, & obviavit primis custodibus Assyriorum: & comprehenderunt eam, & interrogaverunt illam, dicentes: Quorum es? & unde venis? & quò vadis?

12. Et dixit eis: Filia ego sum Hebræorum, & fugio à facie ipsorum, quoniam incipient tradi vobis in consummationem.

13. Et ego venio ad faciem Olofernis principis virtutis vestræ, ut renuntiem ei verba veritatis, & ostendam ante faciem ipsius viam, per quam vadat, & dominetur universæ montanæ, & non intercidat de viris ejus caro una, neque spiritus vitæ.

14. Et cùm audissent viri verba ejus, consideraverunt faciem ejus, & erat ante illos mirabilis in specie nimis.

15. Et dixerunt ad eam: Salvasti animam tuam in bono, festinans descendere ad faciem domini nostri. Et nunc accede ad tabernaculum ejus, & ex nostris mittemus tecum, quousque tradant te in manus ejus.

16. Si autem steteris in conspectu ejus, noli ti-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& Compl. προσεκύνησαν) τῷ Θεῷ, ᾗ εἶπε πρὸς αὐτούς· omissis aliis. Similiter in Mſs. Germ. 15. & Pech. *Et procidens in faciem suam*, (Pech. delet *suam*) *adoravit Deum*, & *dixit ad eos*. In Corb. verò: *Et adoraverunt illam*, & *dixit illis Judith*; nec adduntur plura.

** Ad verbum è Græco, duobus tantùm exceptis, nempe τὸ *nunc aperiri*, pro quo, ἀνεῷξαί μοι, *aperire mihi*; & infra, ᾗ ἐξελεύσομαι, & *exibo*, loco *ut exeam*. In Mſ. Pech. sic: *Constituite nunc aperire portam civitatis*, & *eam in consummationem verborum quæ*, &c. ut sup. In Germ. 15. *Constituite mihi portam civitatis nunc aperire*, & *exeam in consummationem verborum meorum, quos locuti estis mecum*. In Corb. verò: *Aperite mihi portam*, & *veniam in consummationem verborum meorum*; nec plura.

℣. 9. Itidem Græcè. Nec aliter in Mſ. Germ. 15. excepto uno *aperire eis*, pro *ei*. In Pech. *Et constituerunt juvenibus aperire*: & *sicut locuti sunt*, *ita fecerunt*. In Corb. simpliciter: *Et constituit juvenibus*: & *fecerunt*.

℣. 10. Græc. loco & *speculabantur*, habet ἀπεσκόπευον δέ; paulòque post, loco *at ubi venerunt in atrium*, &c. sic, ἕως ἦλθε τὸν αὐλῶνα, ᾗ οὐκ ἔτι ἐθεώρων αὐτήν· *donec transiit vallem*, & *non ultra aspiciebant eam*, absque seq. *in convalle*; cætera ut sup. Mſ. etiam Germ. 15. cum textu Regio concinit, nisi quòd habet in fine, *descendit in montem*; & *ecce at ubi descendit in palude*, *jam non videbant eam*; nec addit *in convalle*. In Mſ. Pech. sic: *Tempore illo exivit Judith de Bethulia*, *ipsa* & *ancilla ejus cum ea*: & *speculabantur eam viri civitatis*, *quoadusque descendit montem*; reliqua desunt. In Corb. hæc pauca: *Et abiit ipsa* & *abra ejus*: & *speculabantur illam viri civitatis*, & *non videbant illam*. In Mſ. etiam Alex. deest hoc, μετ' αὐτῆς, post *abra ejus*.

℣. 11. Mſ. Germ. 15. *Et abiit in adria in directam*, & *obviavit vigilibus Assyriorum*; reliqua ut sup. detracto uno *dicentes*. Mſ. Corb. *Et abiit illa rectà*, & *obviaverunt ei exploratores Assyriorum*: & *comprehenderunt*, &c. ut sup. excepto sing. *Cujus es?* loco plur. *Quorum es?* In Mſ. Pech. hæc tantùm leguntur: *Et obviavit vigilibus Assyriorum*: & *comprehenderunt eam*. Græcè: Καὶ ἐπορεύοντο ἐν τῷ αὐλῶνι εἰς εὐθεῖαν, ᾗ συνήντησεν αὐτῇ φρουρὰ τῶν Ἀσσυρίων· reliqua ut in textu Regio, nisi quòd deest τὸ *illam*, *dicentes*.

℣. 12. Similiter habet Mſ. Germ. 15. præter hoc, *eorum*, loco *ipsorum*, detracto sup. *eis*, post *dixit*. In Corb. verò sic: *At illa dixit*: *Filia sum Hebræorum*, & *ego recedo à facie illorum*, *quoniam futurum est ut dentur vobis in consummationem*. Græcè: Καὶ εἶπε· Θυγάτηρ εἰμὶ τῶν Ἑβραίων, ᾗ ἀποδιδράσκω ἀπὸ..... ὅτι μέλλουσι δίδοσθαι ὑμῖν εἰς καῦσιν· nihil istorum habetur in Mſ. Pech. nec seqq. usque ad ℣. 16.

℣. 13. Eadem leguntur Græcè, paucis immutatis; nempe tollitur *ei*, post verbum τῷ ἀναγγεῖλαι, vel ut in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. ἀπαγγεῖλαι, *renuntiem*; paulòque post, pro *vadat*, & *dominetur*..... & *non intercidat*, habetur: πορεύσεται, ᾗ κυριεύσει..... ᾗ οὐ διαφωνήσει, *ibit*, & *dominabitur*..... & *non dissonabit*: legisse videtur Interp. Lat. διαφωνεύσει. In Mſ. Germ. 15. sic: *Et ego veni ad faciem Olof. principis virtutis vestræ*, *ut renuntiem illi verba veritatis*, & *ostendere ante faciem ejus viam*, *per quam vadat*, & *dominetur univ. montanæ*, & *non disperiet de*, &c. ut sup. In Corb. verò. *Et ego venio ad faciem Olof. principis virtutis*, *ut renuntiem illi hæc verba*, & *ostendam illi viam*, *per quam vadat*, & *dominetur in universa montana*, & *non clamabunt virorum illorum caro una*; nec plura. Mſ. etiam Germ. 4. leg. *universa montana*, sed absque præpos. *in*.

℣. 14. Mſ. Germ. 15. *Cùm autem audissent viri verba ejus*, *considerabant faciem ejus*, & *erat in conspectu eorum mirabilis specie valde*. Corb. *Et cùm audissent*, &c. ut in Germ. 15. omissa tantùm voce *specie*. Græc. Ὡς δὲ ἤκουσαν οἱ..... ᾗ καλενόησαν (in Compl. deest ᾗ) τὸ πρόσωπον αὐτῆς, ᾗ ἦν ἐναντίον αὐτῶν θαυμάσιον τῷ κάλλει σφόδρα.

℣. 15. Similiter Græcè, nisi quòd deest τὸ *in bono*, post *animam tuam*; & infra, loco *ex nostris mittemus*, &c. legitur, ἀφ' ἡμῶν πεμπέμψουσί σε, ἕως φαγεδαίσωσι σε, &c. i. e. *à nobis præmittent te*, *donec tradent te*, &c. In Mſ. Germ. 15. omnia ut in textu Regio, immutatis tamen his: *Et nunc ecce ad tabernac. ejus perducent te nostri*, *usquequo*. In Corb. verò sic: *Et dixerunt ad illam*: *Conservasti animam tuam in bonum*, *quòd festinaveris descendere ad dominum nostrum*. *Et nunc veni ad tabernaculum meum*; reliqua desiderantur.

℣. 16. Similia prorsus in Græco, nisi excipiatur unum, ἀνάγγειλον, *annuntia*, pro *refer ei*. Eadem quoque in Mſ.

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Ex Mſs. Reg. & Germ. mere corde tuo, ſed refer ei ſecundùm verba tua, & bene tibi faciet. Et elegerunt ex ipſis viros centum, & adjunxerunt ei & puellæ ejus, & perduxerunt illas ad tabernaculum Olofernis.	in conſpectu ejus, bene tibi faciet, & eris gratiſſima in corde ejus. Duxeruntque illam ad tabernaculum Holofernis, annuntiantes eam.
17. Et factus eſt concurſus in tota caſtra, & innotuit in tabernaculo adventus ejus: & venerunt & circumdederunt eam cùm ſtaret ante tabernaculum Olofernis, quoaduſque nunciaverunt ei de illa; & mirabantur ad ſpeciem ejus, & percipiebant verba ejus, quia erant valde bona; & laudabant filios Iſraël in ea.	17. Cùmque intraſſet ante faciem ejus, ſtatim captus eſt in ſuis oculis Holofernes.
18. Et dixit unuſquiſque ad proximum ſuum: Quis contemnet populum iſtum, qui habent mulieres tales? quoniam non eſt bonum derelinquere ex eis viros, ne qui relicti fuerint, poſſint ſuperare omnem terram. Et exierunt omnes deſervientes Oloferni, & omnes famuli ejus, & induxerunt illam in tabernaculum ejus.	18. Dixeruntque ad eum ſatellites ejus: Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, ut non pro his meritò pugnare contra eos debeamus?
19. Et erat Olofernis requieſcens in lecto ſuo in conopeo, quod erat ex purpura, & auro, & zmaragdo, & lapidibus pretioſis contextum: & nunciaverunt ei de illa. Qui cùm audiſſet, exiit ante tabernaculum, & lampades argenteæ præcedebant eum multæ valde: & induxerunt eam ad illum.	19. Videns itaque Judith Holofernem ſedentem in conopeo, quod erat ex purpura, & auro, & ſmaragdo, & lapidibus pretioſis intextum:
20. Cùm autem adſtitiſſet ante faciem ejus Judith, & famulorum ejus, procidens in faciem, adoravit eum. Et levaverunt eam ſervi ejus, & mirabantur omnes ad ſpeciem vultus ejus.	20. & cùm in faciem ejus intendiſſet, adoravit eum, proſternens ſe ſuper terram. Et elevaverunt eam ſervi Holofernis, jubente domino ſuo.

Notæ ad Versionem antiquam.

Germ. 15. exceptis levibus his, *cordi*, pro *corde*; *referes*, pro *refer*; *ex ſe ipſos*, pro *ex ipſis*; & *ancilla ejus cum ea*, loco *puellæ ejus*. In Corb. hæc ſola leguntur: *Et ſi ſteteris in conſpectu ejus, noli timere corde tuo, & bene tibi faciet: & adduxerunt eam ad tabernaculum Olofernis.* In Pech. poſteriora tantùm: *Et elegerunt ex ipſis viros centum, & adjunxerunt ei & abræ ejus, & perduxerunt*, &c. quæ ſup.

℣. 17. Mſ. Germ. 15. hæc ſola immutat: *in totam caſtram*, corruptè pro *tota caſtra*, deinde *innotuit enim in tabernaculis*; neque multò poſt, *ſtantem*, loco *cùm ſtaret*; item infra, *nunciarent*, pro *nunciaverunt*; paulòque poſt, *pulchritudinem*, loco *ſpeciem*; & in fine, *ab ea*, pro *in ea*. In Corb. hæc ſolùm exſtant: *Et nunciaverunt illi de ea; & mirabantur ſpeciem ejus.* In Pech. nil omnino ad finem uſque hujus capitis. In Græco verò ſic: Καὶ ἐγένετο ζυνδρομὴ ἐν παύῃ τῇ παρεμβολῇ, διεβοήθη γὰρ εἰς τὰ σκηνώματα ἡ παρουσία αὐτῆς· καὶ ἐλθόντες, ἐκύκλων αὐτὴν ὡς εἰσήκει ἔξω τῆς σκηνῆς Ὀλοφέρνου, ἕως προσήγγειλαν αὐτῷ περὶ αὐτῆς· καὶ ἐθαύμαζον ἐπὶ τῷ κάλλει αὐτης, καὶ ἐθαύμαζον τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἀπ' αὐτῆς· edit. Ald. ἐπ' αὐτῆς.

℣. 18. Nonnullis tantùm differt Mſ. Germ. 15. hiſque levibus, nempe *habet*, pro *habent*, ante *mulieres*; & infra, *relinquere*, pro *derelinquere*, detracto præced. *bonum*; exinde *ut*, pro *ne*, & in fine, *tabernaculo ejus*, non *tabernaculum*. In Corb. verò ſic: *Et dixit unuſquiſque ad proximum ſuum: Quis contemnet iſtum populum, qui tales habet mulieres? quoniam bonum eſt ex eis relinquere ſemen in viros, ut qui nati fuerint, poſſint poſſidere totam terram. Et exierunt cubicularii Olofernis, & introduxerunt illam in tabernaculum.* Græcè: Καὶ εἶπεν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ· Τίς καταφρονήσῃ τοῦ λαοῦ τούτου, ὃς ἔχει ἐν ἑαυτῷ γυναῖκας τοιαύτας; ὅτι ὐ καλόν ἐστιν ὑπολείπεσθαι ἐξ αὐτῶν ἄνδρα ἕνα, ὃς ἀφεθέντες, δυνήσονται κατασοφίσασθαι πᾶσαν τὴν γῆν. Καὶ ἐξῆλθον οἱ παρακαθεύδοντες Ὀλοφέρνῃ, καὶ πάντες οἱ θεράποντες αὐτοῦ, καὶ εἰσήγαγον αὐτὴν εἰς τὴν σκηνήν.

℣. 19. Ad verbum è Græco, ad hoc uſque, *Qui cùm audiſſet*; excipiendum tamen τὸ *contextum*, pro quo κατυφασμένον, *intextis*; at in editt. Ald. & Compl. legitur καθυφασμένον, ut ſup. Loco verò ſeqq. *Qui cùm audiſſet*, &c. ita: Καὶ ἐξῆλθεν εἰς τὸ παρεμβόλιον, καὶ λαμπάδες ἀργυραῖ παρήγοντο αὐτῷ· nec ſubnectuntur plura. In Mſ. Germ. 4. loco *contextum*, habetur *juxta eum*. In Germ. 15. omnia ut in Regio ſupra, præter ſeqq. nempe initio, *Et erat Olofernes recumbens*; exinde circa medium, *exiit de tabernaculo*, loco *ante tabernaculum*; extremò, *apud eum*, loco *ad illum*. In Corb. hæc ſolùm exſtant: *Et erat Olof. requieſcens in lectulo ſuo in conopeo, quod erat ex purpura, auro, ſmaragdo, & lapidibus pretioſis intextum.*

℣. 20. Mſ. Germ. 15. verborum ordinem ſic immutat: *Cùm autem adſtitiſſet ante faciem ejus Judith, & famulorum ejus, laudaverunt omnes pulchritudinem formæ ejus. Et procidens in faciem, adoravit eum: & elevaverunt eam ſervi ejus.* Corb. verò ſimpliciter hab. *Et cùm vidiſſet faciem ejus, procidit, & adoravit illum: & levaverunt illam ſervi ejus.* Græc. Germanenſi 15. favet his: Ὡς δὲ ἦλθε καὶ κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ Ἰουδὶθ, καὶ τῶν θεραπόντων αὐτοῦ, ἐθαύμασαν πάντες ἐπὶ τῷ κάλλει τοῦ προσώπου αὐτῆς. Καὶ πεσοῦσα ἐπὶ πρόσωπον, προσεκύνησεν αὐτῷ· καὶ ἤγειραν αὐτὴν οἱ δοῦλοι αὐτοῦ.

CAPUT XI.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Ex Mſs. Reg. & Germ. 1. ET dixit ad eam Olofernis: Conſtans eſto mulier, & noli timere corde tuo: quia ego non nocui hominem, cui placuit ſervire Nabuchodonoſor regi totius terræ.	1. TUnc Holofernes dixit ei: Æquo animo eſto, & noli pavere in corde tuo: quoniam ego nunquam nocui viro, qui voluit ſervire Nabuchodonoſor regi.
2. Et nunc plebs tua, quæ habitat in montanis, niſi fefelliſſet me, non elevaſſem lan-	2. Populus autem tuus, ſi non contempſiſſet me, non levaſſem lanceam meam ſuper eum.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Similiter in Græco, niſi quòd pro *conſtans eſto*, legitur θάρσησον, *confide*, abſque ſeq. &, & pro *cui placuit*, ſic, ὅσις ἤρέτικε, *quiſquis elegit*; quæ idem ſonant. In Germ. 15. ita: *Et dixit ad eam Olof. Animiquior eſto mulier, & noli pavere cordi tuo: quoniam ego non nocui virum, cuicunque placuit ſervire*, &c. ut ſup. Sic etiam in Corb. his tantùm mutatis, *Et dixit illi..... Animaquior eſto..... corde tuo*; extremò tamen deeſt, *regi totius terræ*. In Mſ. Pech. totum pene caput deſideratur.

℣. 2. Mſ. Germ. 15. *Et nunc plebs tua, quæ habitat in montana, niſi fefelliſſent me, non elevaſſem frameam meam*, &c. ut ſup. Corb. *Et nunc populus tuus, ſi non contempe-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

3. Nunc autem dic mihi, qua ex causa recessisti ab illis, & placuit tibi ut venires ad nos?

4. Et dixit illi Judith: Sume verba ancillæ tuæ, quoniam si secutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet Dominus tecum.

5. Vivit enim Nabuchodonosor rex terræ, & vivit virtus ejus, quæ est in te ad correptionem omnium animarum errantium: quoniam non solùm homines serviunt illi per te, sed & bestiæ agri obtemperant illi.

6. Nunciatur enim animi tui industria universis gentibus, & indicatum est omni sæculo, quoniam tu solus bonus & potens es in omni regno ejus, & disciplina tua omnibus provinciis prædicatur.

Sup. 5. 5. 7. Nec hoc latet, quod locutus est Achior; nec illud ignoratur, quod ei jusseris evenire.

8. Constat enim Deum nostrum sic peccatis offensum, ut mandaverit per prophetas suos ad populum, quòd tradat eum pro peccatis suis.

9. Et quoniam sciunt se offendisse Deum suum filii Israël, tremor tuus super ipsos est.

VERSIO ANTIQUA.

ceam meam super illos; sed ipsi fecerunt sibi hæc. *Ex Mss. Reg. & Germ.*

3. Et nunc dic mihi, qua ex causa recessisti ab eis, & venisti ad nos? venisti enim ad salutem animæ tuæ. Animæquior esto, in hac nocte vives, & deinceps: nec enim est qui te noceat, sed bene faciam tibi, sicut fit servis domini mei.

4. Et dixit ad eum Judith: Sume verba ancillæ tuæ, & loquatur ancilla tua ante faciem tuam, & non loquetur mendacium domino meo in hac nocte. Et si secutus fueris verba mea, consummabis omnia in manibus tuis, quæ faciet Deus tecum; & non excedet dominus meus de cogitationibus suis, quoadusque vivet.

5. Vivit enim Nabuchodonosor rex totius terræ, & vivit virtus ejus, qui misit te in correctionem omnium animarum: quoniam non solùm homines per te servient ei, sed bestiæ agri, & jumenta, & volucres cœli; & per virtutem tuam sciet Nabuchodonosor, & omnis domus ejus.

6. Audivimus enim sapientiam tuam, & astutiam tuam; & nunciatum est universæ terræ, quia tu solus bonus es in regno, & potens in militia belli, & mirabilis in providentia, & laudabilis in disciplina.

7. Et nunc domine mi, verbum quod locutus es ad Achior in concilio tuo, audivimus: quoniam circumierunt eum viri in Bethulia, & nunciavit illis omnia quæ locutus est apud te. Propter quod dominator domine, non transeas verbum ejus, sed conde illud corde tuo, quia verum est.

8. Non enim defendetur genus nostrum, neque dominatur gladius super eos, nisi peccent in Deum suum.

9. Et nunc ne fiat dominus meus frustratus ante faciem illorum in actu suo: cecidit enim timor super illos, & comprehendit eos peccatum magnum, in quo exacerbaverunt Dominum Deum suum:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

fisset me, non allevassem lanceam meam super illum; omissis aliis. Græcè: Καὶ νῦν ὁ λαός Ϛυ, ὁ καθοικῶν τὴν ὀρεινὴν, εἰ μὴ ἐφαύλισάν με, οὐκ ἂν ἦρα τὸ δόρυ μου ἐπ' αὐτούς· ἀλλ' αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐποίησαν ταῦτα.

℣. 3. Eadem prorsus leguntur in Mss. Germ. 15. nisi quòd deest τὸ ἀδίκημα τυὰ, post *salutem*; & sub finem habetur *feci*, non *fit*; in Ms. etiam Regio scriptum est *feci*, sed posteriori manu. In Corb. verò sic: *Et nunc dic mihi, qua ex causa recessisti ab illo? & venisti enim ad nos in salute*; reliqua desunt. Græcè: Καὶ νῦν λέγε μοι, τίνος ἕνεκεν ἀπέστρεψας ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἦλθες πρὸς ἡμᾶς; ἦκεις γὰρ εἰς Ϛωτηρίαν. Θάρσει, ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ ζήσῃ, καὶ εἰς τὸ λοιπόν· οὐ γάρ ἐστιν ὃς ἀδικήσει Ϛε, ἀλλ' εὖ Ϛε ποιήσει, καθὰ γίνεται τοῖς δούλοις τοῦ κυρίου μου βασιλέως Ναβυχοδονόσορ.

℣. 4. Eadem rursus habet Ms. Germ. 15. his tantùm mutatis; nempe post *faciem tuam*, addit *veritatem*, statimque & *non loqui mendacium*, &c. exinde pro *excedet*, scribit *excidet*, ut in fine *vivit*, pro *vivet*. Græcum etiam textui Regio consonat ad hoc usque, *verba mea*, uno tamen excepto, ἀναγγελῶ, *annuntiabo*, pro *loquetur*; loco verò *verba mea*, & seqq. sic habet: τοῖς λόγοις τῆς παιδίσκης Ϛυ, τελείως πρᾶγμα ποιήσει μετὰ Ϛυ ὁ Θεός· καὶ οὐκ ἀποστραφεῖται ὁ κύριός μου τῶν ἐπιθυμημάτων αὐτοῦ. Mss. Corb. *Et dixit illi Judith: Sume verba ancillæ tuæ, & non loquatur mendacium domino meo in hac nocte. Et si secutus fueris verba mea, consummatam rem faciat Dominus tecum*; nec addit plura.

℣. 5. Ms. Germ. 15. *Vivit enim Nabochodonosor rex totius terræ, & vivit virtus ejus, qui misit te ad correptionem animarum: quoniam non solùm homines per te servient ei, sed & bestiæ agri, & jumenta, & volatilia cœli; & per virtutem tuam sciet Nabochodonosor*; reliqua desunt. In Corb. ista tantùm leguntur: *Vivit enim Nabuchod. rex terræ, & vivit virtus illius, qui misit te* (supp. *ad*) *correptionem omnium animarum: quoniam non solùm homines per te servient ei, sed & bestia agri.* Græc. verò habet: Ζῇ γὰρ βασιλεὺς Ναβυχοδονόσορ πάσης τῆς γῆς, καὶ ζῇ τὸ κράτος αὐτοῦ, ὃς ἀπέστειλέ Ϛε εἰς παιδεύσιν πάσης ψυχῆς· ὅτι καὶ μόνον ἄνθρωπον διά Ϛε ἐλεύσει αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ τὰ θηρία τῆς ἀγρᾶς, καὶ τὰ κτήνη, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, διὰ τῆς ἰσχύος Ϛυ ζήσονται ἐπὶ Ναβυχοδονόσορ, καὶ πάντα τὸν οἶκον αὐτοῦ..... *per fortitudinem tuam vivent super Nabuchodonosor, & omnem domum ejus.*

℣. 6. Ms. Germ. 15. sic habet: *Audivimus enim sapientiam tuam, & adinventiones tuas: adnuntiatum est enim universæ terræ, quoniam tu solus bonus in regno es, & laudabilis in disciplina, & potens in militia belli.* Ms. Corbeiens. *Audivimus enim industriam animi tui; & nunciatum est universæ terræ, quoniam tu solus bonus es in omni regno, & potens in disciplina, & mirabilis* (Ms. *miserabilis*) *in milibus belli.* Græc. Ἠκούσαμεν γὰρ τὴν Ϛοφίαν Ϛυ, καὶ τὰ φαντασιώματα τῆς ψυχῆς Ϛυ· καὶ ἀνηγγέλη πάσῃ τῇ γῇ, ὅτι Ϛὺ μόνος ἀγαθὸς ἐν πάσῃ βασιλείᾳ, καὶ δυνατὸς ἐν ἐπισύμῃ, καὶ θαυμαστὸς ἐν στρατεύμασι πολέμου.

℣. 7. Ms. Germ. 15. *Et nunc domine, verbum quod locutus est Achior in concilio tuo, audivimus verba ejus: quoniam susceperunt eum in Bethulia, & nunciavit eis omnia quæcunque locutus est apud te. Propter quod dominator domine, non transeat verbum ejus, sed conde eos in corde tuo, quia verum est.* Huic Germ. Ms. Græcum favet, nisi quòd initio delet vocem *domine*, & infra, pro *susceperunt eum in Bethulia*, hab. συνεποιήσαντο αὐτὸν οἱ ἄνδρες Βαιτυλούα, *servaverunt eum viri Betulua*; item post pauca, loco *transeat*, scribit παρέλθῃς, *transgrediaris*, necnon καλάθου αὐτὸν, *depone illud*, pro *conde eos*. In Corb. ita: *Et nunc verbum suum quod locutus est Achior in concilio: quoniam circuiverunt eum viri in Betuliam, & nunciavit illis omnia verba tua. Propter quod domine, non transiet verbum ejus.*

℣. 8. Similiter in Ms. Germ. 15. exceptis his, *Non enim defenditur..... neque dominabitur.* In Corb. sic: *Non enim defenditur genus nostrum, nec invalesceret gladios* (l. *gladius*) *in illos, nisi peccarent in Deum suum.* Græc. Οὐ γὰρ ἐκδικᾶται τὸ γένος ἡμῶν, οὐ καλιχύσῃ ῥομφαία ἐπ' αὐτοὺς, ἐὰν μὴ ἁμάρτωσιν, &c. ut sup.

℣. 9. Ms. Germ. 15. *Et nunc ne fiat dominus meus sine actu: ecce enim cecidit mors ante faciem illorum, & comprehendit eos*, &c. ut sup. Græcè: Καὶ νῦν ἵνα μὴ γένηται

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Mſs. Reg. & Germ. 10. mox enim ut fecerint illud, erunt tibi in conſummationem. Quoniam quidem defecerunt illis eſcæ, & ablatæ ſunt ab eis aquæ,	10. Inſuper etiam fames invaſit eos, & ab ariditate aquæ jam inter mortuos computantur.
11. cogitaverunt injicere manus jumentis ſuis, & bibere ſanguinem eorum, & omnia quæ præcepit illis Deus ne manducarent, ſtatuerunt conſumere.	11. Denique hoc ordinant, ut interficiant pecora ſua, & bibant ſanguinem eorum:
12. Initia frumenti, & vini, & olei, quæ conſtituit ſanctificare omnibus ſacerdotibus, qui præſunt altario in Hieruſalem contra faciem Dei noſtri, cogitaverunt conſumere ea, quæ nec manibus licet tangere cuiquam ex populo. Et miſerunt in Hieruſalem (quia & qui habitant ibi fecerunt omnia hæc) qui tranſtulerunt in relationem ſenioribus. Et erit, cùm nunciatum fuerit, mox ut fecerint, dabuntur tibi in perditionem in die illa.	12. & ſancta Domini Dei ſui, quæ præcepit Deus non contingi, in frumento, vino, & oleo, hæc cogitaverunt impendere, & volunt conſumere quæ nec manibus deberent contingere: ergo quoniam hæc faciunt, certum eſt quòd in perditionem dabuntur.
13. Unde ego ancilla tua, cùm cognoviſſem hæc omnia, refugi à facie eorum, & miſit me Deus facere tecum hanc rem, in qua mirabitur tota terra, quæ audierit ea:	13. Quod ego ancilla tua cognoſcens, fugi ab illis, & miſit me Dominus hæc ipſa nunciare tibi.
14. quoniam ancilla tua Deum colit, orans nocte ac die Deum cœli. Et nunc manebo penes te dominum meum, & exiens ancilla tua noctu ad vallem, orabo ad Deum,	14. Ego enim ancilla tua Deum colo, etiam nunc apud te: & exiet ancilla tua, & orabo Deum,
15. & indicabit mihi quando facient peccatum ſuum, & veniens indicabo illud tibi: & exies in virtute tua, & non erit qui reſiſtet tibi ex eis; & deducam te per mediam Judæam, uſquequo veniam contra Hieruſalem, & ponam ſedem tuam in medio ejus; & deduces illos ſicut oves quibus non eſt paſtor, & non latrabit canis linguâ ſuâ contra te:	15. & dicet mihi quando eis reddat peccatum ſuum, & veniens nunciabo tibi, ita ut ego adducam te per mediam Jeruſalem, & habebis omnem populum Iſraël, ſicut oves quibus non eſt paſtor, & non latrabit vel unus canis contra te:
16. quoniam hæc oſtenſa ſunt mihi ſecundùm ſcientiam meam,	16. quoniam hæc mihi dicta ſunt per providentiam Dei.
17. & miſſa ſum nunciare tibi.	17. Et quoniam iratus eſt illis Deus, hæc ipſa miſſa ſum nunciare tibi.
18. Et placuerunt verba ejus coram Oloferne,	18. Placuerunt autem omnia verba hæc co-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ὁ κύριός μου ἔκβολος καὶ ἄπρακτος· καὶ ἐπιπεσεῖται (ed. Compl. ἐπέπεσε) θάνατος ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, καὶ καλελάβετο αὐτὸς ἁμάρτημα, ἐν ᾧ παρωργίσθη τὸν Θεὸν αὐτῶν. Mſ. Corb. *Et nunc ut non faciat* (l. *fiat*) *dominus meus fruſtratus ante faciem illorum in actu ſuo: comprehendit enim illos peccatum, ex quo in iram concitaverunt Deum ſuum.*

℣. 10. Mſ. Germ. 15. *Mox fecerint illud, erunt tibi in conſummationem. Quoniam quidem defecit in eis eſca*, &c. ut ſup. Corb. ultima tantùm verba exhibet: *Quoniam defecit illis eſca, & ablatæ ſunt illis aquæ.* Græc. Ὀπωνίκα ἂν ποιήσωσιν ἀτοπίαν. Ἐπεὶ γὰρ ἔξέλιπεν αὐτὸς τὰ βρώματα, καὶ ἐσταλήθη πᾶν ὕδωρ. *Quandocunque fecerint abſurditatem. Quoniam enim defecerunt eos eſcæ, & rareſacta eſt omnis aqua.*

℣. 11. Mſ. Germ. 15. *Cogitaverunt injicere manus jumentis ſuis, & omnia quæ ſeparavit eis Deus in Lege ne manducarent, cogitaverunt conſumere.* Corb. *Et cogitaverunt interficere pecora ſua, & bibere ſanguinem illorum, & omnia quæ ſeparavit* (Mſ. *ſuperavit*) *illis Deus in Lege ne manducarent;* ſequentia deſunt. In Græco ſic: Ἐβουλεύσαντο ἐπιβαλεῖν τοῖς κτήνεσιν αὐτῶν, καὶ πάντα ὅσα διεστείλατο αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐν τοῖς νόμοις αὐτοῦ μὴ φαγεῖν, διέγνωσαν παναρῆσαι.

℣. 12. Mſ. Germ. 15. *Initia frumenti, & vini, & olei, quæ conſtituit ſanctificare omnibus ſacerdotibus, qui præſunt in Hieruſ. contra faciem Dei noſtri, cogitaverunt conſumere, quæ nec manibus licet tangere neminem ex populo. Et miſerunt in Hieruſ.* (*quia & ibi qui inhabitant fecerunt hæc omnia*) *qui abſtulerunt eis inlationem à ſenioribus. Et erit, cùm nunciaverint, & fecerint, dabuntur in perditionem in illa die.* Corb. *Initia tritici, & vini, & olei, & quæ præcepit illis ſanctificari, cogitaverunt conſummare, quæ nec manibus debuerunt contingere. Et miſerunt in Jeruſalem, quoniam & ibi fecerunt hæc. Et erit, cùm fecerint, dabuntur in perditione in illo die.* Græc. Καὶ τὰς ἀπαρχὰς τοῦ σίτου, καὶ τὰς δεκάτας τοῦ οἴνου, καὶ τοῦ ἐλαίου, ἃ διεφύλαξαν ἁγιάσαντες τοῖς ἱερεῦσι, τοῖς παρεστηκόσιν ἐν Ἰερουσαλὴμ ἀπέναντι τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, κεκρίκασιν ἐξαναλῶσαι, ὧν ἅπτεσθαι ταῖς χερσὶν καθῆκεν ἅψασθαι ἑνὸς τῶν ἐκ τοῦ λαοῦ. Καὶ ἀπεστάλκασιν εἰς Ἰερουσαλὴμ (ὅτι καὶ οἱ ἐκεῖ κατοικοῦντες ἐποίησαν ταῦτα) τοὺς μεταστήσαντας αὐτοῖς τὴν ἀφεσιν παρὰ τῆς γερουσίας. Καὶ ἔσται, ὡς ἀναγγείλῃ αὐτοῖς, καὶ ποιήσωσι, παραδοθήσονται σοι εἰς ἐλεθρον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.

℣. 13. Ita Græcè, poſterioribus tantùm mutatis, nempe, πράγματα ἐφ' οἷς ἐκρίθησαν πᾶσα ἡ γῆ, ὅσοι ἐὰν ἀκούσωσιν αὐτά· loco *hanc rem in qua*, &c. at in editt. Ald. & Compl. legitur πρᾶγμα, ut ſupra. Mſ. Germ. 15. habet: *Ego autem ancilla tua, cùm cognoviſſem hæc omnia, refugi à facie eorum, & miſit me Deus facere rem, quam ſi audierint, omnes mirabantur & laudabant.* Corb. verò ſic: *Et ego ancilla tua cognovi hæc, & fugi ab illis, & miſit me Deus facere tecum hanc rem;* omiſſis aliis.

℣. 14. Similiter in Græco, præter ſeqq. Θεοσεβὴς ἐστι, καὶ θεραπεύουσα, *Dei cultrix eſt, & miniſtrans*, pro *Deum colit, orans;* & infra, κύριέ μου, *domine mi*, loco *dominum meum;* dein καὶ ἐξελεύσεται..... καὶ προσεύξομαι, &c. & *exibit.....* & *deprecabor*, &c. In Mſ. Germ. 15. ita: *Quoniam ancilla tua Deum colens eſt, & orans die ac nocte Deum cœli. Et nunc manebo penes te dominum meum, & exiet ancilla tua noctu ad vallem, & orabo ad Dominum.* In Corb. verò: *Quoniam ancilla tua Dominum colo, & diligo Deum cœli. Et nunc maneo apud te, & exiet ancilla tua in valle, & orabo Dominum.*

℣. 15. Concinit Mſ. Germ. 15. his tamen mutatis, *quando fecerint peccatum eorum*, pro *quando facient peccatum ſuum;* nec multò poſt, *reſiſtat*, pro *reſiſtet;* item infra, *adducam*, pro *deducam*, ut & *adduces eos*, pro *deduces illos.* In Corb. ſic: *Et indicabit mihi quando fecerint peccatum ſuum; & veniam, & nunciabo tibi: & exies cum omni virtute tua, & non erit qui tibi reſiſtat ex illis; & adducam te per mediam Jeruſalem, & habebis illos ſicut oves quibus non eſt paſtor, & non latrabit canis de lingua ſua contra te.* Græc. Καὶ ἐρεῖ μοι (Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. ἀναγγελεῖ μοι) πότε ἐποίησαν τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν, καὶ ἐλθοῦσα προσανοίσω σοι· ἐξελεύσῃ (Mſ. Alex. καὶ ἐξελεύσῃ) σὺν πάσῃ τῇ δυνάμει σου, καὶ ὄψει ἔσῃ, &c. ut in textu Regio.

℣. 16. Mſ. Germ. 15. cum Corb. *Quoniam hæc mihi dicta ſunt ſecundùm providentiam.* Græc. Ὅτι ταῦτα ἐλαλήθη μοι κατὰ πρόγνωσίν μου, καὶ ἀπηγγέλη μοι.

℣. 17. Concinit Mſ. Corb. In Germ. verò ſic: *Et miſſa ſum ut nunciarem tibi;* Græc. ἀναγγεῖλαί σοι.

℣. 18. Itidem Græcè, niſi quòd præponitur ibi πάντα

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ram Holoferne, & coram pueris ejus, & mirabantur ſapientiam ejus, & dicebant alter ad alterum:

19. Non eſt talis mulier ſuper terram in aſpectu, in pulchritudine, & in ſenſu verborum.

20. Et dixit ad illam Holofernes: Benefecit Deus, qui miſit te ante populum, ut des illum tu in manibus noſtris:

21. & quoniam bona eſt promiſſio tua, ſi fecerit mihi hoc Deus tuus, erit & Deus meus, & tu in domo Nabuchodonoſor magna eris, & nomen tuum nominabitur in univerſa terra.

VERSIO ANTIQUA.

& coram famulis ejus, & mirati ſunt in ſpecie & in ſapientia ejus, & dixerunt: *Ex Mſs. Reg. & Germ.*

19. Non eſt talis mulier, à cacumine montium uſque ad ſummum terræ, in vultu, & ſapientia ſermonum.

20. Et dixit ad eam Olofernis: Benefecit Deus, qui miſit te à filiis plebis tuæ, ut fiat in manibus noſtris virtus, in illis autem qui nos ſpreverunt, perditio; quia abominati ſunt me, & dominum meum Nabuchodonoſor:

21. & nunc tu decens in aſpectu, & bona in verbis tuis, quia ſi feceris ſecundùm quod locuta es, Deus tuus Deus meus erit, & tu in domo regis ſedebis, & eris nominata in omni terra.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ων, voci *famulis*, deleturque infra, *in ſpecie &*. Mſ. Germ. 15. ſic hab. *Et placuerunt verba ejus coram Olofernen, & coram ſervis ejus, & mirati ſunt in ſpeciem, & ſapientiam ejus, & dixerunt.* Corb. *Et placuerunt hæc verba coram Oloferne, & coram ſervis ejus, & mirati ſunt ad ſapientiam mulieris, & dixerunt.*

℣. 19. A Græco abeſt vox *montium*; loco verò, *in vultu, & ſapientia*, legitur, καλῷ προσώπῳ, ᾗ ζυνέσει, *pulchra ſpecie, & intellectu*: Mſ. Alex. hab. ἐν καλῷ, edd. Ald. & Compl. ἐν κάλλει προσώπου. Mſ. Germ. 15. *Quia non eſt talis mulier, à cacumine montium uſque ad ſummum terræ, in ſpeciem faciei, & ſenſum verborum.* Corb. *Non eſt talis mulier in ſpecie, & facie, & ſenſu verborum.*

℣. 20. Græc. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὴν Ὀλοφέρνης· Εὖ ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἀποστείλας σε ἔμπροσθεν τοῦ λαοῦ, τοῦ γενηθῆναι ἐν χερσὶν ἡμῶν κράτος, ἐν δὲ τοῖς φαυλίσασι τὸν κύριόν μου, ἀπώλειαν (Mſ. Alex. ἀπώλειαι) reliqua deſunt. Mſ. Germ. 15. cum Pech. ſic habet: *Et dixit ad eam Olofernes,* (Pech. *ad eos Olofernis:*) *Benefecit Deus tuus, qui miſit te ante filios plebis tuæ, ut fiat in nobis virtus; in eos autem qui ſpreverunt dominum meum, perditio:* ſolus Germ. addit hîc *eris*, nec plura. In Corb. etiam pauciora, videlicet: *Et dixit ad illam Olofernes: Benefecit Deus, qui miſit te ante populum, ut des illum in manibus noſtris.*

℣. 21. Similiter in Græco, exceptis his, ἀσεῖα εἶ σὺ ἐν τῷ εἴδει σου, *venuſta es tu in ſpecie tua*, loco *tu decens in aſpectu*; item infra ad vocem *regis*, additur nomen Nαβυχοδονόσορ; & in fine pro *in omni terra*, legitur παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν, *apud omnem terram*. Mſ. Germ. 15. ſic habet: *Et nunc tu ſpecioſa in aſpectu, & bona in verbis, quoniam ſi feceris ſecundùm quod locuta es, Deus tuus erit Deus meus, & tu in domum regis*, &c. ut in textu Regio. Corb. *Et nunc bona es tu in verbis, ſecundùm quod locuta es: Deus tuus erit Deus meus; & tu in domo Nabuchodonoſor nominata eris in omni terra.* In Pech. hæc ſola: *Et nunc tu decens es in aſpectu, & bona in verbis;* omittunturque ſeqq. uſque ad ℣. 10. capitis ſeq.

CAPUT XII.

VULGATA NOVA.

1. TUnc juſſit eam introire ubi repoſiti erant theſauri ejus, & juſſit illic manere eam, & conſtituit quid daretur illi de convivio ſuo.

2. Cui reſpondit Judith, & dixit: Nunc non potero manducare ex his, quæ mihi præcipis tribui, ne veniat ſuper me offenſio: ex his autem, quæ mihi detuli, manducabo.

3. Cui Holofernes ait: Si defecerint tibi iſta, quæ tecum detuliſti, quid faciemus tibi?

4. Et dixit Judith: Vivit anima tua domine meus, quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea hæc quæ cogitavi. Et induxerunt illam ſervi ejus in tabernaculum, quod præceperat.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET juſſit introduci eam ubi reponebant argentum ejus pueri ipſius, & præcepit ſterni ei, & dare illi ex obſoniis ſuis, & de vino ſuo bibere. *Ex Mſs. Reg. & Germ.*

2. Et dixit illi Judith: Non manducabo ex eis, neque bibam, ne ſit mihi in ſcandalum: ſed de his, quæ mecum ſunt, manducabo.

3. Et dixit ad illam Olofernis: Si defecerint ea, quæ tecum ſunt, unde habemus dare tibi ſimilia eorum? nec enim eſt homo nobiſcum de populo tuo, qui habeat talia.

4. Et dixit Judith ad eum: Vivit anima tua domine mi, quoniam non impendet ancilla tua hæc, quæ ſunt cum ea, quoadùſque faciat Deus in manu mea quæ cogitavi. Et induxerunt illam ſervi Olofernis in tabernaculum, & dormivit uſque in mediam noctem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter habet Mſ. Germ. 15. præter iſta: *& dari ei ex obſoniis ſuis ut ederet, & ex vino ſuo ut biberet.* Corb. verò contractiùs pro more: *Et juſſit introire eam, ubi repoſita erat pecunia ejus, & præcepit ſterni, & dare ei ab obſonio ſuo.* Græcè: Καὶ ἐκέλευσεν εἰσαγαγεῖν αὐτὴν οὗ ἐτίθεσο τὰ ἀργυρώματα αὐτῆς, ᾗ ζυνέταξε καλασρῶσαι (edd. Ald. & Compl. καλασρωθῆναι) αὐτῇ ἀπὸ τῶν ὀψοποιημάτων, &c. ut in textu Regio.

℣. 2. Mſ. Germ. 15. *Et dixit Judith: Non manducabo ex eis, ne fiat offenſio: ſed ex eis, quæ mecum ſunt, manducabo.* Corb. *Et dixit Judith: Non manducabo ex eis, ne fiat mihi offenſio: ſed ex eis, quæ mecum attuli, manducabo.* Græc. Καὶ εἶπεν Ἰουδίθ· Οὐ φάγομαι ἐξ αὐτῶν, ἵνα μὴ γένηται σκάνδαλον· ἀλλ' ἐκ τῶν ὑπολειφθέντων μοι χορηγηθήσεται..... *ſed ex his, quæ ſecuta ſunt me, ſuppeditabitur.*

℣. 3. Mſ. Germ. 15. *Et dixit ad illam Olofernes: Si autem defecerint quæ tecum ſunt, unde habemus tibi dare ſimiles eis? nec enim eſt homo nobiſcum de genere tuo, qui habeat ſimilia.* Corb. *Et dixit ad illam Olof. Quòd ſi defecerint unde attuliſti tecum, quid faciemus tibi? non enim eſt nobiſcum ex genere tuo aliquid.* Græc. Καὶ εἶπε.... Ἐὰν δὲ (in Mſ. Alex. deeſt δὲ) ἐκλίπῃ τὰ ὄντα μετά σου, πόθεν ἐξοίσομέν (Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. ἔξομέν) σοι ὅμοια αὐτοῖς, (Ald. & Compl. αὐτῶν;) οὐ γάρ ἐστι μεθ' ἡμῶν ἐκ τοῦ ἔθνους σου. Mſ. Alex. cum Ald. & Compl. γένους σου.

℣. 4. Eadem leguntur in Mſ. Germ. 15. exceptis his, *vivit anima domini mei*, paulòque poſt, *expendet*, pro *impendet*, abſque ſeq. *hæc*. In Corb. ſic: *Et dixit Judith: Vivit anima tua domine meus, quoniam non impendet ancilla tua hæc, uſque dum faciat Deus in manu mea quæ cogitavi. Et induxerunt illam ſervi ejus in tabernaculum, & dormivit.* Mſ. Germ. 4. addit pronom. *ſuum*, ad *tabernaculum*. Græc. Καὶ εἶπεν Ἰουδὶθ πρὸς αὐτόν· Ζῇ ἡ ψυχή σου κύριέ μου, ὅτι οὐ διαπαύσει ἡ δούλη σου τὰ ὄντα μετ' ἐμοῦ, ἕως ἂν ποιήσῃ Κύριος ἐν χειρί μου ἃ ἐβουλεύσατο. Καὶ ἤγαγε-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Reg. & Germ.

5. Et ſurrexit ante lucem, & miſit ad Olofernem, dicens: Præcipiat nunc dominus meus, & permittat ancillam ſuam exire ad orationem.

6. Et præcepit Olofernis cubiculariis ſuis, ne prohiberent eam. Et manſit in caſtris triduo,

7. & exiebat per noctem in vallem Bethuliæ, & baptizabat ſe in fonte aquæ.

8. Et ut aſcendebat, orabat Dominum Deum Iſraël, ut dirigeret viam ejus in liberationem populi ſui Iſraël.

9. Et introiens, munda manebat in tabernaculo, uſque dum adferretur ei eſca ad veſperum.

10. Et factum eſt, quarto die fecit Olofernis cœnam famulis ſuis ſolis, & neminem vocavit ad cœnam de neceſſariis: & dixit Bagoe ſpadoni, qui erat ſuper omnia ipſius: Vade nunc ad mulierem illam Hebræam, quæ eſt apud te, & ſuade ei, ut veniat manducare & bibere nobiſcum.

11. Fœdum eſt enim in conſpectu noſtro, ut mulierem talem omittamus non fabulantes ei: quoniam ſi non illam adduxerimus ad nos, deridebit nos.

12. Et exiit Bagoas ſpado à facie Olofernis, & introivit ad illam, & dixit ei: Non pigeat puellam bonam venire ad dominum meum, ut honorificetur ante faciem ejus; & bibes cum eo vinum in jocunditate, & fies in hodierno die honorifica, ſicut una filiarum principum Aſſyriorum, qui adſiſtunt in domo Nabuchodonoſor.

13. Et dixit ad illum Judith: Quæ ſum ego, ut contradicam domino meo?

14. quoniam omne quod erit optimum ante oculos ejus feſtinans faciam, & erit hoc mihi

VULGATA NOVA.

5. Et petiit dum introiret, ut daretur ei copia nocte & ante lucem egrediendi foras ad orationem, & deprecandi Dominum.

6. Et præcepit cubiculariis ſuis, ut ſicut placeret illi, exiret & introiret ad adorandum Deum ſuum, per triduum.

7. Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ, & baptizabat ſe in fonte aquæ.

8. Et ut aſcendebat, orabat Dominum Deum Iſraël, ut dirigeret viam ejus ad liberationem populi ſui.

9. Et introiens, munda manebat in tabernaculo, uſque dum acciperet eſcam ſuam in veſpere.

10. Et factum eſt, in quarto die Holofernes fecit cœnam ſervis ſuis, & dixit ad Vagao eunuchum ſuum: Vade, & ſuade Hebræam illam, ut ſponte conſentiat habitare mecum.

11. Fœdum eſt enim apud Aſſyrios, ſi femina irrideat virum, agendo ut immunis ab eo tranſeat.

12. Tunc introivit Vagao ad Judith, & dixit: Non vereatur bona puella introire ad dominum meum, ut honorificetur ante faciem ejus, ut manducet cum eo, & bibat vinum in jucunditate.

13. Cui Judith reſpondit: Quæ ego ſum, ut contradicam domino meo?

14. Omne quod erit ante oculos ejus bonum & optimum faciam. *Quidquid autem illi placue-*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ων αὐτὴν οἱ θεράποντες, &c. ut in textu Regio.

℣. 5. Similiter habetur Græcè, niſi hoc excipias, *πρὸς τὴν ἑωθινὴν φυλακήν*, *ad matutinam vigiliam*, loco *ante lucem*; item infra *ἐᾶσαι*, pro & *permittat*. In Mſ. Germ. 15. ita: *Et ſurrexit ante lucem, & miſit ad Olof. dicens: Præcipiat nunc dom. meus permitti ancillæ ſuæ ad orationem.* In Corb. *Et ſurrexit ante lucem, & miſit ad Olof. dicens: Permitte mihi exire ad orationem.*

℣. 6. Concinit Mſ. Germ. 15. niſi quòd delet pronom. *ſuis*, paulòque poſt hab. *permanſit*, non *manſit*. Corb. ſimpliciter: *Et præcepit Olof. cubiculariis ſuis*, abſque ſeqq. Græcè: Καὶ προσέταξεν Ὀλοφ. τοῖς ζωμαλοφύλαξι μὴ διακωλύειν αὐτήν. Καὶ παρέμεινεν, &c. ut ſup.

℣. 7. Similiter habet Mſ. Germ. 15. præter unum *in fontem*, pro *in fonte*: ſic etiam in Germ. 4. In Corb. verò ſimpliciter: *Et exiebat, & baptizabat ſe in caſtrorum*; omiſſis aliis. Græc. Καὶ ἐξεπορεύετο κατὰ νύκτα εἰς τὴν φάραγγα Βεθυλούα, καὶ ἐβαπτίζετο ἐν τῇ παρεμβολῇ, ἐπὶ τῆς σκηνῆς τοῦ ὕδατος.

℣. 8. Itidem in Mſ. Germ. 15. deleta voce ult. *Iſraël*. In Corb. verò ſic: *Et uti aſcendebat, adorabat Dominum Deum Iſraël, ut dirigeret opera ejus in liberationem populi Iſraël.* Græc. Καὶ ὡς ἀνέβη, ἐδέετο τοῦ Κυρίου..... καθευθύναι τὴν ὁδὸν αὐτῆς, εἰς ἀπάσεμα τῶν υἱῶν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.

℣. 9. Mſ. Germ. 15. *Et introiens, munda manebat in tab. uſque dum adferretur eſca ejus in veſpera.* Corb. *Et introiebat munda in tabernaculum, uſque dum afferretur eſca ejus veſpere.* Græc. Καὶ εἰσπορευομένη, καθαρὰ παρέμενε τῇ σκηνῇ, μέχρις οὗ κατεκοιμήθη τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην αὐτῆς πρὸς ἑσπέραν.

℣. 10. Mſ. Germ. 15. *Et factum eſt, in quarta die fecit Olofernes cœnam famulis ſuis ſolis, & neminem vocavit ad cœnam de neceſſariis: & dixit Bagoæ ſpadoni ſuo, qui erat ſuper omnia ipſius ſua: Denuntiens* (l. *denunties*) *ad mulierem Hebræam, quæ eſt apud te, & veniat manducare & bibere nobiſcum.* Corb. *Et factum eſt, quarta die fecit Olof. cœnam ſervis ſuis, & dixit ad Bagoam: Vade, & ſuade Hebræam iſtam, ut manducet & bibat nobiſcum.* Pech. *Et fecit cœnam famulis ſuis ſolis, & neminem vocavit ad cœnam de neceſſariis: & dixit Bagoa ſpadoni, qui erat ſuper omnia ejus: Suade nunc mulierem iſtam Hebr. quæ eſt apud te, ut veniat manducare & bibere nobiſcum.* Græc. Καὶ ἐγένετο ἐν τῇ..... ἐποίησεν Ὀλοφ. πότον τοῖς φίλοις αὐτοῦ μόνοις, καὶ

οὐκ ἐκάλεσεν εἰς τὸν χρῆσιν (Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. κλῆσιν) οὐδένα τῶν πρὸς ταῖς χρείαις· καὶ εἶπε Βαγώᾳ τῷ εὐνούχῳ, ὃς ἦν ἐφεστηκὼς ἐπὶ πάντων τῶν αὐτοῦ· Πεῖσον δὴ πορευθεὶς τὴν γυναῖκα τὴν Ἑβραίαν, ἣ ἐστι παρὰ σοί, τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς, καὶ φαγεῖν καὶ πιεῖν μεθ' ἡμῶν.

℣. 11. Similiter habent Mſs. Germ. 15. & Pech. præter iſta duo, *conſabulantes*, pro *ſabul.* & *comprehenderimus*, pro *adduxerimus ad nos*. Corb. verò ſic: *Fœdum eſt enim in conſp. noſtro, ſi talem mulierem ſic dimiſerimus; illa deridebit nos.* Græc. Ἰδοὺ γὰρ αἰσχρὸν τῷ πρεσβυτέρῳ ἡμῶν, εἰ γυναῖκα τοιαύτην παρήσομεν οὕτως ὁμιλήσαι ἐς αὐτήν· ὅτι ἐὰν ταύτην μὴ ἐπισπασώμεθα, καταγελάσεται ἡμῶν.

℣. 12. Similiter in Mſ. Germ. 15. exceptis ſeqq. *dicet ei*, pro *dixit ei*; paulòque poſt, *introire*, pro *venire*; item infra, *in jucunditate*, & *fiere in hodierna die honorificata*; extremò, *quæ ſtant in domo Nabochod.* Mſ. Pech. *Et exiet Bagoas à facie Olof.* & *introivit ad illam*, & *dixit ei: Non pigeat te, puella bona, introire ad dom. meum, ut honorificeris ante faciem ejus*, & *bibas cum eo vinum in jocunditatem*, & *fieri hodierna die honorificata, ſicut una filiarum principum Aſſur, quæ adſiſtunt in domo Nabochod.* Corb. *Et introivit Bagoas*, & *dixit ad illam: Non reveretur bona puella introire ad dom. meum*, & *honorificetur ante faciem ejus*; & *bibas cum illo vinum in jucunditate*; reliqua deſunt. Mſ. Germ. 4. vitiosè, *non pigeat puella bona.* Græc. Καὶ ἐξῆλθε Βαγώας ἀπὸ προσώπου Ὀλοφ. καὶ εἰσῆλθε πρὸς αὐτὴν, καὶ εἶπε· Μὴ ὀκνησάτω δὴ ἡ παιδίσκη ἡ καλὴ αὕτη ἐλθοῦσα πρὸς τὸν κύριόν μου, δοξασθῆναι κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ· καὶ φιέσαι μεθ' ἡμῶν εἰς εὐφροσύνην οἶνον, καὶ γενηθῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, ὡς θυγάτηρ μία τῶν υἱῶν Ἀσσὼρ, αἱ παρεστήκασιν ἐν οἴκῳ Ναβυχοδονόσορ.

℣. 13. Sic habent Mſs. Germ. 15. Corb. & Pech. præter hoc, *Et quæ ſum ego*: ſic etiam in Græco, ut & infra ἀντιστῆσαι, loco *ut contradicam*.

℣. 14. Itidem Græcè, niſi quòd vox ἀρεστὸν, *placitum*, loco *optimum*, transfertur poſt *oculos ejus*, (legiſſe videtur Interp. ἄριστον:) item infra deeſt *mihi*, præterquam in Mſ. Alex. ubi legitur μοι τοῦτο; mox in Vatic. & al. ἀγαλλίαμα, pro *gaudium*; mel. *exſultatio*. In Mſ. Germ. 15. omnia ut in textu Regio, præter ſeqq. *feſtinabo* & *faciam*, & *erit mihi gaudium uſque in diem.* In Pech. ſic: *Quoniam omnia* (l. *omne*) *quod erat optimum ante oculos ejus, feſtinabo* & *faciam*; & *erit mihi hoc gaudium uſque in diem*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

rit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ.

15. Et surrexit, & ornavit se vestimento suo, & ingressa stetit ante faciem ejus.

16. Cor autem Holofernis concussum est: erat enim ardens in concupiscentia ejus.

17. Et dixit ad eam Holofernes: Bibe nunc, & accumbe in jucunditate, quoniam invenisti gratiam coram me.

18. Et dixit Judith: Bibam domine, quoniam magnificata est anima mea hodie præ omnibus diebus meis.

19. Et accepit, & manducavit, & bibit coram ipso, ea quæ paraverat illi ancilla ejus.

20. Et jucundus factus est Holofernes ad eam, bibitque vinum multum nimis, quantum nunquam biberat in vita sua.

VERSIO ANTIQUA.

gaudium usque ad diem mortis meæ. *Ex Mſs. Reg. & Germ.*

15. Et surgens, ornavit se vestibus, & omni muliebri ornatu. Et accessit ancilla ejus, & stravit illi contra Olofernem in terra stragula, quæ acceperat à Bagoa spadone in quotidianum usum, ut manducaret discumbens super ea. Et introiens Judith, discubuit.

16. Et expavit cor Olofernis in ea, & commota est anima ejus: quia erat cupiens valde ut concumberet cum illa, & quærebat tempus ut occurreret illi, ex die qua viderat eam.

17. Et dixit ad illam Olofernis: Bibe nunc nobiscum in jocunditate.

18. Et dixit Judith: Bibam domine, quia magnificata est vita mea in me hodie, præ omnibus diebus nativitatis meæ.

19. Et accipiens, manducavit & bibit coram illo, ea quæ præparaverat ei ancilla sua.

20. Et jocundatus est Olofernis super eam, & bibit multum vinum, quantum nunquam biberat ulla die ex qua natus est.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

mortis meæ. In Corb. *Omne quod erit ante oculos ejus bonum & optimum faciam, & erit mihi hoc bonum usque in diem mortis meæ.*

℣. 15. Græcè: Καὶ διανοηθεῖσα, ἐκοσμήθη τῷ ἱματισμῷ, καὶ πᾶντι τῷ, &c. ut in Lat. sup. nisi excipias vocem κώδια, loco *stragula*, quam Nobil. ita vertit, *pelles*; exinde post *Bagoa*, Græcè non additur *spadone*; post *usum* verò subjicitur αὐτῆς; paulòque post ita, εἰσελθοῦσα, *ingressa*, pro *introiens*. In Mſ. Germ. 15. sic: *Et exsurgens, ornavit se vestibus suis, & omnem muliebrem ornamentum. Et accessit ancilla ejus, stravit econtra Olofernen in terram stragulis, quibus acceperat à Bagoa spadone in quotidianum diem, ut manducaret discumbens super eis. Et introivit Judith, & discubuit.* Mſ. Pech. *Et surgens, & exornavit se vestibus suis, & omni muliebri ornatu. Et accessit ancilla ejus, & stravit illi contra Olofernen in terra stracolis, quæ accepit à Bagoa. Et ingressa Judith, accubuit.* Corb. *Et surrexit, & ornavit se vestimento suo: & stravit sibi in terram contra ipsum, & recubuit.*

℣. 16. Similiter habet Mſ. Germ. 15. præter ista, *in illam*, pro *in ea*; paulòque post, *& erat concupiscens*, pro *qui erat cupiens*; extremò, *quo viderat illum*, pro *qua viderat eam*. Mſ. Pech. *Et expavit Olofernis in illam, & commota est anima ejus: & erat concupiscens valde*, &c. ut in textu Regio. Corb. verò sic: *Et concussum est cor Olofernis in illam, & commota est anima ejus: & erat concupiscens ut concumberet cum illa, & quærebat tempus delectationis ejus, ex die quo viderat illam.* Græc. Καὶ ἐξέστη ἡ καρδία Ὀλοφ. ἐπ' αὐτὴν, καὶ ἐσαλεύθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ· καὶ ἦν καλὲπιθυμος σφόδρα τοῦ συγγενέσθαι μετ' αὐτῆς, καὶ ἐτήρει καιρὸν τοῦ ἀπατῆσαι αὐτὴν, ἀφ' ἧς ἡμέρας εἶδεν αὐτήν. Interp. Reg. legisse videtur ἀπαντῆσαι, non ἀπατῆσαι αὐτὴν, quod propriè significat *decipiendi eam.*

℣. 17. Mſs. Germ. 15. & Pech. *Et dixit..... Bibe nunc, & esto nobiscum in jucunditate.* Corb..... *Bibe nunc, & concumbe mecum in jucunditate.* Græc..... Πίε δὴ, καὶ γενήθητι μεθ' ἡμῶν εἰς εὐφροσύνην.

℣. 18. Ad verbum è Græco, præter unum *bibam*, pro quo, πίομαι δή, *bibam nunc.* Eadem habet Mſ. Pech. quæ supra, absque *nunc.* Ita quoque in aliis duobus Mſs. Germ. 15. & Corb. excepta voce *anima*, pro *vita*; Gr. τὸ ζῆν μου; in Corb. tamen deest seq. *in me*, & in fine legitur simpliciter, *diebus meis.*

℣. 19. Aptè ad Græc. detractis tamen voculis *ea*, & *ei*. Mſ. Pech. cum Regio concinit ad verbum. Germ. 15. unum tantùm mutat, nempe *paraverat*, Græc. ἡτοίμασεν. In Corb. ita: *Et accepit, & manducavit, & bibit coram ipso, ea quæ præparaverat ancilla ejus.*

℣. 20. Mſ. Germ. 15. *Et jucundatus est Olofernes super illam, & bibit multum vinum valde, quantum nunquam bibit nulla die ex quo natus est.* Similiter in Pech. exceptis his, *pro illam*, loco *super illam*, & in fine, *ulla die ex qua*, ut in Regio. In Corb. verò sic: *Et jucundus factus est Olofernes ad illam, & bibit multum vinum valde, quantum nunquam biberat;* reliqua desunt. Græcè: Καὶ ἠυφράνθη Ὀλοφ. ἀπ' αὐτῆς, καὶ ἔπιεν οἶνον πολὺν σφόδρα, ὅσον οὐκ ἔπιε πώποτε ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ ἀφ' οὗ ἐγεννήθη.

CAPUT XIII.

VULGATA NOVA.

1. UT autem serò factum est, festinaverunt servi illius ad hospitia sua, & concluſit Vagao ostia cubiculi, & abiit:

2. erant autem omnes fatigati à vino:

3. eratque Judith sola in cubiculo.

4. Porro Holofernes jacebat in lecto, nimia

VERSIO ANTIQUA.

1. ET ut serò factum est, satagerunt servi ejus abire, & Bagoas concluſit tabernaculum à foris, & dimisit adstantes à facie domini sui, & abierunt omnes in cubilia sua: *Ex Mſs. Reg. & Germ.*

2. erant enim omnes fatigati & soporati, quoniam plurimus factus erat potus:

3. derelicta est autem sola Judith in tabernaculo.

4. Et Olofernis prociderat supra lectum suum:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter hab. Mſ. Pech. præter *ferum*, pro *sero*; & infra, *eas stantes*, pro *adstantes*. In Germ. 15. tria tantùm variant, scilicet, *festinaverunt*, pro *satagerunt*; item *à foras*, pro *à foris*, detracto inf. *à facie*; extremò *in cubilibus suis*, loco *in cubilia sua*. In Corb. verò sic: *Et ut serò factum est, festinaverunt servi illius ad hospitia sua, & Bagoas concluſit tabernac. à foris, & clausit ante faciem domini sui, & reversus est.* Græcè: Ὡς δὲ ὀψία ἐγένετο, ἐσπούδασαν οἱ δοῦλοι αὐτοῦ ἀπαλύειν, καὶ Βαγώας ζυνέκλεισε τὴν σκηνὴν ἔξωθεν, καὶ ἀπέκλεισε τοὺς, &c. ut in textu Regio, sublata voce *omnes*.

℣. 2. Ita ferunt Mſs. Germ. 15. & Pech. præter hoc, & *soporati*, quod delent; Germ. etiam infra legit *saltus fuerat*, non *erat*. In Corb. simpliciter: *Et erant fatigati à vino.* Græcè: Ἦσαν γὰρ πάντες κεκοπωμένοι, διὰ τὸ ἐπὶ πλεῖον γεγονέναι τὸν πότον.

℣. 3. Sic etiam habet Mſ. Pech. unà cum Græco. In Germ. 15. deest tantùm *sola*. In Corb. sic: *Et erat Judith sola in tabernaculo.*

℣. 4. Similiter in Mſs. Germ. 15. Corb. & Pech. præter

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Mſs. Reg. & Germ. erat enim ſolutus à vino.	ebrietate ſopitus.
5. Et dixit Judith ancillæ ſuæ, ut ſtaret foris ante cubiculum, & obſervaret introitum & exitum ejus ſicut quotidie: exire enim ſe dixerat ad orationem ſuam, & Bagoe locuta eſt ſecundùm verba hæc. Et diſceſſerunt omnes à facie, & nemo relictus eſt in cubiculo ejus, magnus vel puſillus.	5. Dixitque Judith puellæ ſuæ, ut ſtaret foris ante cubiculum, & obſervaret.
6. Et ſtetit Judith ad caput ejus, & dixit in corde ſuo:	6. Stetitque Judith ante lectum, orans cum lacrymis, & labiorum motu in ſilentio,
7. Domine Deus omnium virtutum, reſpice in hac hora ad opera manuum mearum, ut exaltetur Hieruſalem, quia nunc eſt tempus ſuſcipiendi hæreditatem tuam: & fac cogitationem meam in quaſſationem gentium, quæ inſurrexerunt ſuper nos.	7. dicens: Confirma me Domine Deus Iſraël, & reſpice in hac hora ad opera manuum mearum, ut, ſicut promiſiſti, Jeruſalem civitatem tuam erigas: & hoc, quod credens per te poſſe fieri cogitavi, perficiam.
8. Et accedens ad columnam tabernaculi, quæ erat ad caput Olofernis, depoſuit pugionem ejus ab illa.	8. Et cùm hæc dixiſſet, acceſſit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli ejus, & pugionem ejus, qui in ea ligatus pendebat, exſolvit.
9. Et accedens ad lectum, comprehendit comam capitis ejus, & dixit: Domine confirma me Deus Iſraël in hodierno die:	9. Cùmque evaginaſſet illum, apprehendit comam capitis ejus, & ait: Confirma me Domine Deus in hac hora:
10. & percuſſit in cervice ejus bis in virtute ſua, & abſtulit caput ejus ab illo, & involvit corpus ejus à toro ipſius, & abſtulit conopeum ejus à columnis.	10. & percuſſit bis in cervicem ejus, & abſcidit caput ejus, & abſtulit conopeum ejus à columnis, & evolvit corpus ejus truncum.
11. Et poſt puſillum exiit, & tradidit ancillæ ſuæ caput Olofernis, & miſit illud in peram eſcarum ſuarum.	11. Et poſt puſillum exivit, & tradidit caput Holofernis ancillæ ſuæ, & juſſit ut mitteret illud in peram ſuam.
12. Et exierunt duæ ſimul, ſecundùm conſuetudinem ſuam, quaſi ad orationem; & tranſeuntes caſtra, gyraverunt totam vallem illam, & aſcenderunt montem, & venerunt ad portam Bethuliæ.	12. Et exierunt duæ, ſecundùm conſuetudinem ſuam, quaſi ad orationem, & tranſierunt caſtra, & gyrantes vallem, venerunt ad portam civitatis.
13. Et dixit Judith à longè eis qui cuſtodiebant in turribus: Aperite, aperite nunc portam; no-	13. Et dixit Judith à longè cuſtodibus murorum: Aperite portas, quoniam nobiſcum eſt

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

hoc, *ſuper lectum ſuum;* Corb. tamen delet *ſuum*, & Pech. legit *in lectulum*. Græc. Καὶ Ὀλορ. πεφεπτωκὼς ἐπὶ τὴν κλίνην αὐτῆς· ἦν γὰρ πεφεικχυμένος αὐτῷ ὁ οἶνος.

℣. 5. Similia leguntur Græcè, præter ſeqq. σῆναι ἐξω τῆ κοιτῶνος αὐτῆς, καὶ ἐπιμηρεῖν τὴν ἔξοδον αὐτῆς, *ſtare extra cubiculum ipſius, & obſervare exitum ejus;* & in fine, ἐν τῷ κοιτῶνι, ἀπὸ μικρῦ ἕως μεγάλου· *in cubiculo, à parvo uſque ad magnum.* Mſ. Germ. 15. hab. *Et dixit Judith ancillæ ſuæ, ut ſtaret foris ante cubic. & obſervaret profectionem ejus, ſicut quotidie: advenire enim ſe dixit ad orationem ſuam, & Bagoa locuta eſt ſecundùm verba hæc. Et diſceſſerunt à facie Olofernis, & nemo relictus eſt in cubiculum ejus, à minimo uſque ad maximum.* Corb. *Et dixit Judith ancillæ ſuæ, ut ſtaret foris extra cubiculum ſuum, & obſervaret viam ſuam; & Bagoæ locuta eſt ſecundùm hæc verba. Et nemo derelictus eſt in cubiculo, à majore uſque ad minorem.* Pech. *Et dixit Judith ancillæ ſuæ, ut ſtaret foris ante cubiculum, & obſervaret egreſſum ejus: exire enim ſe dixerat ad orat. ſuam, & Bagoe locuta eſt ſecundùm verba hæc. Et diſceſſerunt omnes à facie ejus, & nemo relictus eſt in cubiculo ejus.*

℣. 6. Sic habet Mſ. Germ. 15. ſed abſque hoc, *in corde ſuo.* Corb. verò: *Et ſtetit ad caput Olofernis, & dixit in corde ſuo.* Pech. ſimpliciter, *Et dixit*, omiſſis aliis. Gr. Καὶ ἔστη Ἰουδὶθ παρὰ τὴν κλίνην αὐτῆ, εἶπεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς.

℣. 7. Ita ferunt Mſs. Germ. 15. & Pech. præter poſteriora, quæ ſic habentur in Germ. *Quia nunc eſt tempus ſuſcipere hæreditatis tuæ, & facere cogitationem meam in quaſſationem gentium, qui conſurrexerunt ſuper nos.* In Pech. verò ſic: *Quia nunc eſt tempus ut opem feras hæreditatis tuæ, & facias cogitat. meam in quaſſationem inimicorum, qui inſurrexerunt ſuper nos.* In Corb. denique. *Confirma me Domine Deus Iſraël, & reſpice in hodierna die ad opera manuum mearum, ut exaltetur Jeruſalem, & fiat cogitatio mea adversùs inimicos, qui inſurrexerunt ſuper nos.* Germ. 4. pro *hodierna die*, hab. *hanc horam.* Græc. Κύριε ὁ Θεὸς πάσης δυνάμεως, ἐπίβλεψον ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν μυ, εἰς ὕψωμα Ἱερουσαλὴμ, ὅτι νῦν καιρὸς ἀντιλαβέσθαι τῆς κληρονομίας σου, καὶ ποιῆσαι τὸ ἐπιτήδευμά μυ εἰς θραῦμα ἐχθρῶν, οἱ ἐπανέστησαν ἡμῖν.

℣. 8. Similiter habet Mſ. Germ. 15. præter hoc initio, *Et aſcendens ad*, ut in fine, *illius ab ea:* ſic etiam in Mſ. Pech. ſed cum verbo *accedens*, non *aſcendens*. In Corb. ſic: *Et ſtetit ad columnam lecti ad caput ejus, & eduxit pugionem ejus.* Græc. Καὶ περιελξασα τῶ κανόνι τῆς κλινης, ὃς ἦν πρὸς κεφαλῆς Ὀλορ. καθεῖλε τὸν ἀκινάκην αὐτῆ ἀπ' αὐτῆ· Ἀκινάκη autem, propriè *gladius Perſicus* eſt.

℣. 9. Concinit Mſ. Germ. 15. ad verbum. In Pech. verò variant iſta: *comprehendit comam capite illius, & dixit: Confirma, confirma me Deus Iſr.* &c. In Corb. ſimpliciter: *Et apprehendit caput ejus, & dixit: Confirma me Domine Deus Iſraël in hodierna die.* Græc. Καὶ ἐγγίσασα τῆς κλίνης, ἐδράξατο τῆς κόμης τῆς κεφαλῆς αὐτῆ, καὶ εἶπε· Κραταίωσόν με ὁ Θεὸς (Mſ. Alex. Κύριος ὁ Θεὸς) Ἰσραὴλ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ.

℣. 10. Mſ. Pech. *Et percuſſit cervicem illius bis in virtute ſua, & abſtulit caput ejus ab eo, & volutavit corpus illius à toro ipſius, & abſtulit conopeum à columnis.* German. 15. *Et percuſſit in cervicem illius bis in virtute ſua, & abſtulit caput ejus ab illo, & volutavit corpus illius ab eo toro ipſius, & abſtulit conopeum illis* (f. *illius*) *à columnis.* Corb. *Et percuſſit bis in cervice ejus, & abſtulit caput ejus, & volutavit corpus ejus, & abſtulit conopeum à columnis.* Gr. Καὶ ἐπάταξεν εἰς τὸν τράχηλον αὐτῆ δὶς ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτῆς, καὶ ἀφεῖλε τὴν κεφαλὴν αὐτῆ ἀπ' αὐτῆ, καὶ ἀπεκύλισε τὸ σῶμα αὐτῆ ἀπὸ τῆς στρωμνῆς, καὶ ἀφεῖλε τὸ κωνωπεῖον ἀπὸ τῶν στύλων.

℣. 11. Simliter in Græco, niſi excipias verbum ἐνέβαλεν, *injecit*, pro *miſit*. Mſ. Germ. 15. hab. *inmiſit*, cum cæteris ut ſup. Pech. etiam Regio conſonat, niſi quòd hab. *abræ*, loco *ancillæ*. In Corb. hæc ſolùm variant, & *illa miſit illud in peram ſuam.*

℣. 12. Græc. delet hoc, *quaſi ad orationem*, ut & inf. *totam*, ante *vallem;* addit verò Βεθυλούα, ad *montem;* & in fine ſic, πρὸς τὰς πύλας αὐτῆς. Mſ. Germ. 15. hab. *Et exierunt ambo ſimul, ſecundùm conſuetud. ſuam, quaſi ad orationem; & tranſierunt caſtra, & gyraverunt totam vallem illam, & aſcenderunt Bethuliam, & venerunt ad portas ejus.* Corb. *Et exierunt duæ, ſecundùm conſuetud. ſuam, quaſi ad orationem; & tranſierunt caſtra, & gyraverunt vallem, & venerunt ad portam ſuam.* Pech. *Et exierunt ambæ ſimul, & aſcenderunt ad Bethuliam, & venerunt ad portas ejus.*

℣. 13. Ita ferunt Mſs. Germ. 15. & Pech. his tantùm mutatis; nempe Germ. hab. *longè bis*, Pech. *à longè illis;*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Deus, qui fecit virtutem in Israël.

14. Et factum est, cùm audissent viri vocem ejus, vocaverunt presbyteros civitatis.

15. Et concurrerunt ad eam omnes, à minimo usque ad maximum: quoniam sperabant eam jam non esse venturam.

16. Et accendentes luminaria, congyraverunt circa eam universi: illa autem ascendens in eminentiorem locum, jussit fieri silentium. Cùmque omnes tacuissent,

17. dixit Judith: Laudate Dominum Deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se:

18. & in me ancilla sua adimplevit misericordiam suam, quam promisit domui Israël: & interfecit in manu mea hostem populi sui hac nocte.

19. Et proferens de pera caput Holofernis, ostendit illis, dicens: Ecce caput Holofernis principis militiæ Assyriorum, & ecce conopeum illius, in quo recumbebat in ebrietate sua, ubi per manum feminæ percussit illum Dominus Deus noster.

20. Vivit autem ipse Dominus, quoniam custodivit me angelus ejus, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc revertentem, & non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati revocavit me vobis, gaudentem in victoria sua, in evasione mea, & in liberatione vestra.

Psl. 105. 1. & 106. 1. 21. Confitemini illi omnes, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.

22. Universi autem adorantes Dominum, dixerunt ad eam: Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros.

23. Porro Ozias princeps populi Israël, dixit

VERSIO ANTIQUA.

biscum est Deus noster, qui dedit virtutem in Israël, & potestatem adversùs inimicos, sicut hodie fecit & facturus est. Ex Mss. Reg. & Germ.

14. Et factum est, cùm audissent viri civitatis vocem ejus, festinaverunt descendere ad portam civitatis suæ, & convocaverunt majores natu plebis.

15. Et concurrerunt omnes, à minimo usque ad maximum: quoniam mirum erat eis reversam illam.

16. Et aperuerunt portas, & susceperunt eas; & incendentes ignem ad lumen, congyraverunt illam:

17. quæ dixit ad eos voce magna: Laudate Deum, laudate Dominum nostrum,

18. qui non abstulit misericordiam suam à domo Israël: sed quassavit inimicos nostros per manum meam in hac nocte.

19. Et proferens caput ejus de pera, ostendit, & dixit eis: Ecce caput Olofernis principis virtutis Assyriorum, & ecce conopeum, in quo recumbebat in ebrietate sua, & percussit illum Dominus in manu feminæ.

20. Vivit Dominus, qui custodivit me in via mea qua profecta sum, quoniam seduxit eum facies mea in perditionem ipsius, & non fecit peccatum mecum in coinquinatione, & in confusione.

22. Et obstupuit omnis populus valde, & inclinantes se adoraverunt Deum, & dixerunt universi: Benedictus es Domine Deus noster, qui ad nihilum redegisti inimicos nostros hodie.

23. Et dixit ad eam Ozias: Benedicta tu filia à

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& infra ambo, *portas*, non *portam*; nec multò post, *Dominus Deus noster*; exinde *potentiam*, loco *potestatem*, hoc omisso in fine, & *facturus est*. Corb. hab. *Et dixit Judith à longe custodibus murorum: Aperite portam; nobiscum Dominus, qui fecit virtutem in Israël*, & *potentiam de inimicis nostris*. Græcè: Καὶ εἶπεν Ἰουδὶθ μακρόθεν τοῖς φυλάσσουσιν ἐπὶ τῶν τειχῶν· Ἀνοίξατε, ἀνοίξατε δὴ τὴν πύλην, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ποιῆσαι ἔτι ἰσχὺν ἐν Ἰσραὴλ, καὶ κράτος κατὰ τῶν ἐχθρῶν, καθὰ καὶ σήμερον ἐποίησε.

℣. 14. Concinunt Mss. Germ. 15. & Pech. ad verbum. Sic etiam habetur Græcè, præter vocem αὐτῆς, additam isti, *civitatis*; & in fine rursus τῆς πόλεως, loco *plebis*. In Ms. Corb. ita: *Et factum est, cùm audissent viri vocem ejus, convocaverunt presbyteros civitatis.*

℣. 15. Similiter in Mss. Germ. 15. & Pech. præter unum *esse*, adjectum in fine, puta in Germ. nam in Pech. sic habetur, *quòd reversa est*. In Corb. verò ita: *Et concurrerunt ad illam omnis populus, à minimo usque ad maximum: quia non sperabant illam venturam.* Græcè: Καὶ συνέδραμον πάντες, ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου· ὅτι παράδοξον ἦν αὐτοῖς τὸ ἐλθεῖν αὐτήν.

℣. 16. Sic habet Ms. Germ. 15. præter seqq. *exceperunt eas*..... & *congyraverunt*. Pech. ita: *Et aperuerunt portam*, & *receperunt eas*; & *accendentes lumen, circumsteterunt eas*. Corb. *Et aperuerunt*, & *accenderunt lumen*, & *congyraverunt illam*. Græc. Καὶ ἠνοίξαν τὴν πύλην, καὶ ὑπεδέξαντο αὐτάς· καὶ ἅψαντες πῦρ εἰς φαῦσιν, περιεκύκλωσαν αὐτάς.

℣. 17. Mss. Germ. 15. & Pech. *At illa voce magna dixit ad eos: Laudate Dominum nostrum, laudate Deum*; Pech. *Dominum*. Corb. simpliciter: *Et dixit illis Judith: Laudate Deum nostrum.* Græc. Ἡ δὲ εἶπε πρὸς αὐτὰς φωνῇ μεγάλῃ· Αἰνεῖτε τὸν Θεὸν, αἰνεῖτε, αἰνεῖτε τὸν Θεόν· Ms. Alex. τὸν Κύριον.

℣. 18. Itidem Græcè. In Mss. Germ. 15. & Pech. ita: *Quoniam non abstulit misericordiam de* (Pech. *suam à*) *domo Israël: sed quassavit* (Pech. *extinxit*) *inimicos nostros in hac nocte.* In Corb. verò sic: *Qui non dereliquit misericordiam suam à domo Isr.* & *interfecit* (Gr. ἔθραυσε) *inimicos nostros in manu mea in hac nocte.*

℣. 19. A Græco abest vox *ejus*, post *caput*; loco verò *Assyriorum*, legitur Ἀσσούρ; & infra pluraliter ἐν ταῖς μέθαις αὐτῶν, *in ebrietatibus suis*; cætera concordant ad verbum. Ms. Pech. similiter delet vocem *ejus*; at loco *virtutis*, ponit *exercitus*, absque *in* infra ante *manu*; reliqua ut in Ms. Regio. In Germ. 15. ita: *Et proferens caput, ostendit*, & *dixit: Ecce caput Olofernis principis virtutis Assyriorum*, & *ecce conopeum sub quo bibebat in ebrietate*, &c. ut in textu Regio. In Corb. verò sic: *Et protulit de pera caput ejus*, & *ostendit illis*, & *dixit: Ecce caput Olof. principis militiæ virtutis Assyriorum*, & *ecce conopeum illius, in quo recumbebat in ebrietate sua, ubi* & *percussit illum Dom.* &c. ut sup.

℣. 20. Græc. ipso initio hab. Καὶ, & in fine, εἰς μίασμα, καὶ αἰσχύνην; cætera ut in Lat. supra. Similiter in Ms. Pech. *Et vivit Dominus*; deinde ut in Regio supra, nisi quòd legitur, *decepit illum*, pro *seduxit eum*, paulòque post, *in perditionem sui*; & in fine *in coinquinationem*, & *in confusionem.* In Corb. & Germ. 15. ita: *Vivit* (Germ. *Et vivit*) *Dominus, qui custodivit me in via* (Germ. add. *mea*) *qua profecta sum, quoniam delectavit* (Germ. *dementavit*) *illum facies mea in perditionem* (Germ. *perditione*) *illius*, & *non fecit peccatum meum in coinquinationem*, & *turpitudinem*; Germ. *mecum in inquinatione*, & *confusione.*

℣. 22. Similiter in Græco, nonnullis tamen mutatis; videlicet κύψαντες, *procumbentes*, pro *inclinantes se*; paulòque post, ὁμοθυμαδὸν, *unanimiter*, pro *universi*, absque seq. *Domine*; & in fine sic: ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ σήμερον τοὺς ἐχθρούς τοῦ λαοῦ σου, loco *inimicos nostros hodie.* In Ms. German. 15. ita: *Et expavit omnis pop. valde*, & *inclinantes se adoraverunt Dominum*, & *dixerunt universi: Benedictus est Deus noster, quia in nihilum redegit inim. nostros in hodierna die.* In Corb. verò hæc leguntur sola: *Et inclinantes se adoraverunt Deum*, & *dixerunt universi: Benedictus est Deus noster, qui ad nihilum redegit inimicos nostros hodierna die.* In Pech. desunt tota.

℣. 23. Ita Ms. Germ. 15. habet cum Pech. addito unò

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſs. Reg. & Germ.

Deo excelſo, præ omnibus mulieribus quæ ſunt ſuper terram.

24. Et benedictus Deus noſter, qui creavit cœlum & terram, & direxit te in vulnus capitis principis inimici noſtri:

25. quoniam non diſcedet laus tua à corde hominum, memorantium virtutis Dei uſque in ſempiternum. Et det tibi Deus benedictionem in æternum, & viſitet te in bonis, pro eo quòd non pepercisti animæ tuæ, propter humilitatem generis noſtri, ſed proſiliſti in caſum ruinæ noſtræ in directum in conſpectu Dei noſtri.

26. Et dixit omnis populus: Fiat, fiat.

VULGATA NOVA.

ad eam: Benedicta es tu filia à Domino Deo excelſo, præ omnibus mulieribus ſuper terram.

24. Benedictus Dominus, qui creavit cœlum & terram, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorum noſtrorum:

25. quia hodie nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum, pro quibus non pepercisti animæ tuæ, propter anguſtias & tribulationem generis tui, ſed ſubveniſti ruinæ ante conſpectum Dei noſtri.

26. Et dixit omnis populus: Fiat, fiat.

VULGATA NOVA.

* Hic & ſeqq. ℣℣. in Verſ. antiquâ transferuntur poſt ℣. 5. capitis XIV. ſeq.

27. * Porro Achior vocatus venit, & dixit ei Judith: Deus Iſraël, cui tu teſtimonium dediſti quòd ulciſcatur ſe de inimicis ſuis, ipſe caput omnium incredulorum incidit hac nocte in manu mea.

28. Et ut probes quia ita eſt, ecce caput Holofernis, qui in contemptu ſuperbiæ ſuæ Deum Iſraël contempſit, & tibi interitum minabatur, dicens: Cùm captus fuerit populus Iſraël, gladio perforari præcipiam latera tua.

29. Videns autem Achior caput Holofernis, anguſtiatus præ pavore, cecidit in faciem ſuam ſuper terram, & æſtuavit anima ejus.

30. Poſtea verò quàm reſumpto ſpiritu recreatus eſt, procidit ad pedes ejus, & adoravit eam, & dixit:

31. Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Jacob, quoniam in omni gente, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur ſuper te Deus Iſraël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

es, poſt *tu*; ſolus Germ. delet ſeq. *à*, cum Græco, in quo præterea legitur ὑψίςῳ, *altiſſimo*, abſque præced. *es*; in Gr. tamen Alex. habetur εἶ Ϛὺ, in Compl. Ϛὺ εἶ. In Mſ. Corb. ſic: *Et dixit ad illam Ozias: Benedicta es tu filia à Domino excelſo, præ omnibus mulieribus in terra.*

℣. 24. In Mſ. Germ. 15. id unum variat: *qui direxit te in vulnere.* In Corb. verò ſic: *Et benedictus Dominus Deus, qui creavit cœlum & terram, qui te direxit in vulnera capitis inimicorum noſtrorum.* Græc. huic ultimo accedit, niſi quòd habet τὸς ὐρανὸς, *cœlos*, non *cœlum*; & infra, εἰς τραῦμα κεφαλῆς ἀρχοντος, *in fractionem capitis principis*, loco *in vulnera capitis.* Cuncta iſta abſunt à Mſ. Pech. ut & reliqua uſque ad finem capitis.

℣. 25. Mſ. Germ. 15. ſic habet: *Quoniam non diſcedimus à te, & non diſcedit laus tua à corde hominum, memorantium virtutis Dei uſque in ſempit. ut faciat tibi illa Deus in excelſis æternus, ut viſitet te in bonis, pro quibus non pepercisti animæ tuæ, propter humilit. generis noſtri, ſed proſpexisti in ruinam noſtram, per directum iens ante conſpectum Dei noſtri.* Corb. *Quoniam non recedet laus tua de corde hominum, qui memores ſunt virtutis Dei in ſempit. pro quibus non pepercisti animæ tuæ* (Mſ. *meæ*,) *propter humilit. generis noſtri ſed ſubveniſti ruinæ noſtræ in directionem, ante conſpectum Dei noſtri.* Græc. Ὅτι οὐκ ἀποςήσεται ἡ ἐλπὶς σου ἀπὸ καρδίας ἀνθρώπων, μνημονευόντων ἰσχὺν Θεοῦ ἕως αἰῶνος. Καὶ ϖοιήσαι Ϛοι αὐτὰ ὁ Θεὸς εἰς ὕψος αἰώνιον, τοῦ ἐπισκέψασθαί Ϛε ἐν ἀγαθοῖς, ἀνθ' ὧν οὐκ ἐφείσω τῆς ψυχῆς Ϛου, διὰ τὴν ταπείνωσιν τοῦ γένους ἡμῶν, ἀλλ' ἐπεξῆλθες ϖλημμέλει ἡμῶν ἐπ' εὐθείας ϖορευθεῖσα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

℣. 26. Similiter hab. Mſ. Corb. Sic etiam in Græco, niſi excipias verbum εἶπαν, *dixerunt*, pro *dixit*. In Germ. 15. ita: *Et dixit omnis populus unianimis: Fiat, fiat.*

CAPUT XIV.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſs. Reg. & Germ.

1. ET dixit Judith ad illos: Audite fratres, accipite caput hoc, & ſuſpendite illud ſuper faſtigium muri noſtri:

2. & cùm lucere cœperit, & exierit ſol in terram, ſumat unuſquiſque veſtrûm arma bellica ſua, & exeat omnis vir in fortitudine potens extra civitatem, & date priores impetum in illos, tanquam deſcendentes in campum ad bellum adversùs cuſtodiam filiorum Aſſur.

3. Et mox ut deſcendetis in campum, accipient illi arma ſua, & ibunt in caſtra ſua.

4. Et levabunt ſe duces eorum, & concurrent

VULGATA NOVA.

1. DIxit autem Judith ad omnem populum: Audite me fratres, ſuſpendite caput hoc ſuper muros noſtros:

2. & erit, cùm exierit ſol, accipiat unuſquiſque arma ſua, & exite cum impetu, non ut deſcendatis deorſum, ſed quaſi impetum facientes.

3. Tunc exploratores neceſſe erit ut fugiant ad principem ſuum excitandum ad pugnam.

4. Cùmque duces eorum cucurrerint ad taber-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Germ. 15. cum Pech. *Et dixit ad illos Judith: Audite nunc me* (Pech. *me nunc*) *fratres*, & *accipientes caput hoc, ſuſpendite ſupra muros veſtros*, (Pech. *ſuper muros noſtros.*) Itidem Græcè, exceptis poſterioribus his, κρεμάσαΐε αὐτὴν ἐπὶ τῆς ἐπάλξεως τῶ τείχους ὑμῶν· quæ textui Regio favent. In Corb. verò ſic: *Et dixit illis Judith: Audite me fratres mei, accipite caput hoc, & ſuper muros noſtros.*

℣. 2. Mſ. Germ. 15. *Et erit, mox ut luxerit manè, & exierit ſol ſuper terram, accipite unuſquiſque vaſa bellica ſua, & exietis omnis vir potens extra civitatem*, (Germ. 4. *civitate*) & *dabitis iter in eis, ſicut deſcendentes in campum adversùs exploratores filiorum Aſſur.* Pech. *Et mox ut inluxerit manè, exierit ſol ſuper terram, ſumat unuſquiſque veſtrûm arma ſua, & exibitis omnis vir potens extra civitatem, & ſtatuetis ducem inter vos, ſicut decidentes in campum adversùs exploratores filiorum Aſſur.* Corb. *Et erit, cùm exierit ſol, accipiat unuſquiſque vaſa bellica, & exite extra civitatem, & date in illos priores impetum, ſicut deſcendentes ad bellum adversùs exploratores filiorum Aſſyriorum.* Græc. Καὶ ἔσαι, ἡνίκα ἂν διαφαύση ὁ ὄρθρος, καὶ ἐξέλθη ὁ ἥλιος ἐπὶ τὴν γῆν, ἀναλήψεσθε ἕκαςος τὰ σκεύη τὰ ϖολεμικὰ ὑμῶν, καὶ ἐξελεύσεσθε (Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. ἐξελεύσεται) ϖᾶς ἀνὴρ ἰσχύων ἔξω τῆς ϖόλεως, καὶ δώσεσθε ἀρχηγὸν εἰς αὐτὺς, ὡς καταβαίνοντες ἐπὶ τὸ ϖεδίον εἰς τὴν ϖροφυλακὴν υἱῶν Ἀσσύρ.

℣. 3. Græcè, loco *Et mox ut*, habetur ſimpliciter καὶ ὡ, & *non*, abſque ſeq. *in campum*; mox ita: καὶ ἀναλαβόντες ἕτοι τὰς ϖανοπλίας αὐτῶν, ϖορεύσονται, &c. ut ſup. Mſ. Germ. 15. ſic: *Et mox deſcendetis, accipientes illi arma, abibunt in caſtra ſua.* Corb. *Et non deſcendetis; & accipientes illi arma ſua*; reliqua deſunt, ſicut in Pech. tota cum. ſeqq. uſque ad ℣. 27.

℣. 4. Græcè legitur: Καὶ ἐγερθήσεται τὸς ϛρατηγὸς τῆς δυνάμεως Ἀσσὺρ, καὶ συνδραμεῖται, &c. ut in Lat. ſup. detracta voce *magnus*, poſt *timor*. In Germ. 15. ita: *Et ſuſcitabunt duces virtutis ſuæ, & concurrent ad tabernaculum*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

naculum Holofernis, & invenerint eum truncum in ſuo ſanguine volutatum, decidet ſuper eos timor.

5. Cùmque cognoveritis fugere eos, ite poſt illos ſecuri, quoniam Dominus conteret eos ſub pedibus veſtris.

VERSIO ANTIQUA.

ad tabernaculum Olofernis, & non invenient eum, & incidet in illos timor magnus, & fugient à facie veſtra. *Ex Mſſ. Reg. & Germ.*

5. Et ſubſecuti omnes vos, & univerſi qui incolunt omnem finem Iſraël, proſternite illos in viis ſuis.

VULG. CAP. XIII. ℣.

VERSIO ANTIQUA.

27. Et antequam faciatis iſta, vocate mihi Achior Ammoniten,

28. & cùm viderit, recognoſcat eum, qui vituperavit Deum Iſraël, & ipſum quaſi in mortem miſit ad nos.

29. Et vocavit Achior de domo Ozia: qui cùm introiſſet, vidit caput Olofernis in manu viri unius in eccleſia populi, & cecidit in faciem ſuper terram, & reſolutus eſt ſpiritus ejus.

30. Sed poſtquam reſumpſit vires, cecidit ad pedes Judith, & adoravit faciem ejus, & dixit illi:

31. Benedicta tu in omni tabernaculo Juda, & in omni gente; quicunque audierit nomen tuum, turbabitur. Et nunc refer mihi quæcunque feciſti in diebus iſtis.

* Et retulit illi Judith omnia quæcunque fecit à die qua exiit, ſicut locuta eſt illis. Et poſtquam deſiit loqui, clamavit omnis populus voce magna, & dedit vocem lætitiæ in civitate ſua.

VULGATA NOVA.

6. Tunc Achior videns virtutem, quam fecit Deus Iſraël, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circumcidit carnem præputii ſui, & appoſitus eſt ad populum Iſraël, & omnis ſucceſſio generis ejus uſque in hodiernum diem.

7. Mox autem ut ortus eſt dies, ſuſpenderunt ſuper muros caput Holofernis, accepitque unuſquiſque vir arma ſua, & egreſſi ſunt cum grandi ſtrepitu & ululatu.

8. Quod videntes exploratores, ad tabernaculum Holofernis cucurrerunt.

VERSIO ANTIQUA.

6. Poſtea verò quàm vidit Achior omnia quæcunque fecit Dominus in Iſraël, credidit Deo valde, & circumcîdit carnem præputii ſui, & adpoſitus eſt ad domum Iſraël uſque in hunc diem.

7. Et poſtquam factum eſt diluculum, ſubierunt, & ſuſpenderunt caput Olofernis in muro, & accepit omnis vir arma ſua, & exierunt ſecundùm ordinem ad aſcenſum montis.

8. Filii verò Aſſyriorum, ut viderunt illos, miſerunt ad duces, & ad tribunos ſuos, & ad omnes principes.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Olof. & non invenient eum, & decidet timor ſuper eos, &, &c. ut ſup. In Corb. verò: *Et dicent ducibus virtutis, & illi concurrent ad tabernac. Olof. & non invenient eum, & decidet mors ſuper illos*, &c. ut ſup.

℣. 5. Mſ. Germ. 15. *Et inſequentes omnes vos, & omnes qui inhabitant omnem*, &c. ut ſup. Corb. verò hæc ſola exhibet: *Et inſequentes proſternetis illos in viis ſuis.* Græc. Καὶ ἐπακολουθήσαντες ὑμεῖς, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες πᾶν ὄρος, &c. ut in textu Regio.

℣. 27. Verſus iſte, & quatuor ſubſequentes reſpondent his quæ leguntur ſupra in Vulg. poſt verſum 26. capitis XIII. In Græco verò transferuntur iſtuc, ſicut in Mſs. noſtris: primò itaque ſic habetur Græcè: Πρὸ δὲ τοῦ ποιῆσαι ταῦτα, καλέσατέ μοι Ἀχιὼρ τὸν Ἀμμανίτην. Similiter in Mſs. Germ. 15. & Pech. *Priùs autem quàm faciatis hæc, vocate mihi Achior Ammoniten*, Pech. *Amanitem.* In Corb. *Sed antequam faciatis hæc, vocate mihi Achior Ammanitem.*

℣. 28. Mſ. Pech. *Ut videns, cognoſcat eum, qui*, &c. ut ſup. Similiter hab. Germ. 15. *Ut videns, cognoſcat eum*, ſed addit: *qui contempſit Deum Iſr. & ipſum quaſi ad mortem dimiſit apud nos.* In Corb. ſimpliciter: *Et videat illum, qui contempſit Deum Iſraël*; abſque ſeqq. Græcè verò ſic: Ἵνα ἰδὼν, ἐπιγνῷ τὸν ἐκφαυλίσαντα τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ αὐτὸν ὡς εἰς θάνατον ἀποστείλαντα εἰς ἡμᾶς.

℣. 29. Similiter in Græco, niſi quòd habetur pluraliter, ἐκάλεσαν, *vocaverunt*, non *vocavit*; paulòque poſt ita, ὡς δὲ ἦλθε, καὶ εἶδε, *ut autem venit, & vidit*, loco *qui cùm introiſſet, vidit*; detracta infra conjunct. &, ante *cecidit*, cum iſto ſeq. *ſuper terram.* In Mſs. Germ. 15. & Pech. ita: *Et vocaverunt Achior de domo Oziæ: qui cùm veniſſet, & vidiſſet caput Olof. in manum* (Pech. *manu*) *unius viri in eccleſiam populi*, (Pech. *populo*) *cecidit in faciem ſuam, & deficiebat ſpiritus ejus*, Pech. & *reſoluta eſt anima ejus.* In Corb. verò ſic: *Et vocaverunt Achior: qui cùm veniſſet, & vidiſſet caput Olof. in manu viri, procidit in faciem in terram, & æſtuavit anima ejus.*

℣. 30. Mſs. Corb. & Pech. *Sed poſtquam reſumpſit, procidit ad*, &c. ut ſup. Pech. in fine leg. *ad illam*, non *illi.* Germ. 15. *Et refocillaverunt eum, & cecidit ad pedes*, &c. ut in Pech. Græcè: ὡς δὲ ἀνέλαβον αὐτὸν, προσέπεσε τοῖς, &c. ut ſup. detracto tamen *illi*, vel *ad illam*, in fine.

℣. 31. Similiter in Græco, exceptis his mediis, οἵτινες ἀκούσαντες τὸ ὄνομά σου, ταραχθήσονται. Καὶ τῶν ἀπαγγει-

λόν μοι· *qui quidem audientes nomen tuum, turbabuntur. Et nunc annuntia mihi.* Mſ. Corb. habet, *qui audient nomen tuum, turbabuntur*; cætera ut ſup. German. verò 15. ita: *Benedicta tu in tabernaculo omnis Juda, & in omni gente; qui audierint nomen tuum, turbabuntur. Et nunc indica mihi quæ feceris in diebus iſtis.* Mſ. Pech. priora verba admittit, *Benedicta tu in omni tabernaculo*; ſequentia verò ſilentio premit.

* Rurſum abſunt iſta à Mſ. Pech. nec leguntur ſup. in Vulg. vel quidpiam ſimile. In Mſ. verò Germ. 15. habentur hoc modo: *Et indicavit illi omnia quæ fecerit, ex qua die profecta eſt, uſque in diem qua loquebatur illi. Quæ cùm ceſſaſſet, exſultavit omnis populus voce magna, & dederunt vocem jucunditatis in civitate ſua.* In Corb. ſic: *Et indicavit illi Judith omnia quæ fecerat. Quæ cùm ceſſaſſet loquendo, ululavit omnis populus magna voce*, &c. ut in Germ. 15. Græc. Καὶ ἀπήγγειλεν αὐτῷ Ἰουδὶθ ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ πάντα ὅσα ἦν πεποιηκυῖα, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐξῆλθεν ἕως οὗ ἐλάλει αὐτοῖς. Ὡς δὲ ἐπαύσατο λαλοῦσα, ἠλάλαξεν ὁ λαὸς φωνῇ μεγάλῃ, καὶ ἔδωκεν φωνὴν εὐφρόσυνον (Mſ. Alex. εὐφροσύνης) ἐν τῇ πόλει αὐτῶν.

℣. 6. Itidem Græcè, præter unum ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, loco *Dominus in Iſraël.* In Mſ. Germ. 15. ita: *Audiens autem Achior omnia quæ fecit Deus Iſraël, credidit Deo ex animo, & circumcîdit carnem præputii ſui, & adpoſitus eſt ad populum Iſraël uſque in hodiernam diem.* In Corb. *Videns autem* (Gr. ἰδὼν δὲ) *Achior omnia quæ fecit Dominus in Iſraël, credidit Deo, & circumcidit carn. præputii ſui, & adpoſitus eſt ad Dominum Iſraël uſque in hodiernum diem.* Nihil iſtorum omnium eſt in Mſ. Pech.

℣. 7. Mſ. Germ. 15. *Ut autem lux orta eſt, ſuſpenderunt caput Olofernis ſuper muros, & omnis vir ſumpſit arma ſua, & exierunt ſecundùm cohortes ſuas aſcenſionem montis.* Similiter in Pech. exceptis his prioribus, *ſed ut lux orta eſt, ſubierunt*, &. In Corb. verò ſic: *Et ut lux orta eſt, ſuſpenderunt caput Olof. ſuper muros, & accepit omnis vir arma ſua, & exierunt ſecundùm ſpinas* (l. *ſpiras*) *aſcenſionis montis.* Græcè: Ἡνίκα δὲ ὁ ὄρθρος ἀνέβη, καὶ ἐκρέμασαν τὴν κεφαλὴν Ὀλοφ. ἐκ τοῦ τείχους, καὶ ἀνέλαβε πᾶς ἀνὴρ Ἰσραὴλ τὰ ὅπλα αὐτοῦ, καὶ ἐξῆλθοσαν κατὰ σπείρας ἐπὶ τὰς ἀναβάσεις τοῦ ὄρους.

℣. 8. Mſs. Germ. 15. & Pech. *Filii autem Aſſyriorum, ut viderunt illos, miſerunt ad duces ſuos, & ad tribunos, & ad omnes principes ſuos.* Corb. *Filii autem Aſſyrior. ut viderunt illos, miſerunt ad duces ſuos; & illi venerunt ad duces, & tribunos.* Græc. Οἱ δὲ υἱοὶ Ἀσσὺρ, ὡς εἶδον αὐτὸν,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

9. Porro hi, qui in tabernaculo erant, venientes, & ante ingreſſum cubiculi perſtrepentes, excitandi gratiâ, inquietudinem arte moliebantur, ut non ab excitantibus, ſed à ſonantibus Holofernes evigilaret.

10. Nullus enim audebat cubiculum virtutis Aſſyriorum pulſando aut intrando aperire.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſs. Reg. & Germ.

11. Et venerunt ad tabernaculum Olofernis, & dixerunt ad Bagoe, qui erat ſuper omnia ejus:

12. Suſcita dominum noſtrum, quoniam auſi ſunt filii Iſraël deſcendere ad nos in bellum, ut pereant uſque in finem.

13. Et introivit Bagoas, & pulſavit januam quæ ante tabernaculum erat: ſuſpicabatur enim illum adhuc cum Judith dormire.

14. Poſtquam verò nullus reſpondebat, aperuit, & introivit in cubiculum, & invenit illum jacentem nudum in teſtudine, & caput ejus ſublatum ab eo: & exclamavit voce magna cum lacrymis & luctu, & ſcidit veſtimenta ſua.

15. Et intravit in tabernaculum ubi erat Judith, & non invenit eam; & egreſſus eſt ad populum,

16. & dixit: Neglexerunt heri ſervi ejus, & fecit confuſionem una mulier Hebræa in domo regis Nabuchodonoſor, quoniam ecce Olofernis in terra jacet, & caput ipſius non eſt in eo.

17. Et audierunt verba hæc presbyteri Aſſyriorum, ſciderunt tunicas ſuas, & conturbata eſt anima eorum valde.

18. Et factus eſt clamor eorum in medio caſtrorum.

VULGATA NOVA.

11. Sed cùm veniſſent ejus duces ac tribuni, & univerſi majores exercitus regis Aſſyriorum, dixerunt cubiculariis:

12. Intrate, & excitate illum, quoniam egreſſi mures de cavernis ſuis, auſi ſunt provocare nos ad prælium.

13. Tunc ingreſſus Vagao cubiculum ejus, ſtetit ante cortinam, & plauſum fecit manibus ſuis: ſuſpicabatur enim illum cum Judith dormire.

14. Sed cùm nullum motum jacentis ſenſu aurium caperet, acceſſit proximans ad cortinam, & elevans eam, videnſque cadaver abſque capite Holofernis in ſuo ſanguine tabefactum jacere ſuper terram, exclamavit voce magna cum fletu, & ſcidit veſtimenta ſua.

15. Et ingreſſus tabernaculum Judith, non invenit eam, & exſiliit foras ad populum,

16. & dixit: Una mulier Hebræa fecit confuſionem in domo regis Nabuchodonoſor, ecce enim Holofernes jacet in terra, & caput ejus non eſt in illo.

17. Quod cùm audiſſent principes virtutis Aſſyriorum, ſciderunt omnes veſtimenta ſua, & intolerabilis timor & tremor cecidit ſuper eos, & turbati ſunt animi eorum valde.

18. Et factus eſt clamor incomparabilis in medio caſtrorum eorum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. Mſs. Germ. 15. & Pech. *Qui cùm veniſſent* (Pech. *conveniſſent*) *ad tabernac. Olof. dixerunt ad Bagoam* (Pech. *Bacua*) *qui erat ſuper omnia illius.* Corb. *Qui cùm veniſſent ad tabernac. Olof. dixerunt ad cubicularios illius.* Græc. Καὶ παρεγένοντο ἐπὶ τὴν σκηνὴν Ὀλοφ. καὶ εἶπαν τῷ ὄντι ἐπὶ πάντων τῶν αὐτοῦ.

℣. 12. Mſs. Germ. 15. & Pech. *Suſcita nunc dominum noſtrum, quoniam auſi ſunt Judæi deſcendere ad nos in* (Pech. *ad*) *pugnam, ut exterminentur in* (Pech. *ad*) *conſummationem.* Corb. cum Germanenſi concinit, niſi quòd hab. *excitate*, pro *ſuſcita nunc*, & *exterminent*, pro *exterminentur*. Græcè: Ἔγειρον δὴ τὸν κύριον ἡμῶν, ὅτι ἐτόλμησαν οἱ ἄλλοι καταβαίνειν ἐφ' ἡμᾶς εἰς πόλεμον ἵνα ἐξολοθρευθῶσιν εἰς τέλος.

℣. 13. Mſ. Germ. 15. *Introivit Bagoas, & pulſavit oſtium tabernaculi: ſuſpicabatur autem dormire illum adhuc cum Judith.* Corb. *Et introiit Bagoas, & plauſit manibus ſuis: ſuſpicabatur enim dormire illum cum Judith.* Pech. *Et introiit Bagoas, & pulſavit oſtium tabernaculi: ſuſpicabatur enim dormire illum.* Huic ultimo conſonat Græcum, niſi excipias vocem *oſtium*, cujus loco hab. τὴν αὐλαίαν, *aulam*, hoc ſuperaddito in fine, μετὰ Ἰουδίθ.

℣. 14. Mſ. Germ. 15. *Et cùm non audiretur, poſt puſillum introivit in cubiculum, & invenit illum projectum de teſtudineo lecto nudum in terra, & caput illius ablatum ab eo: exclamavit voce magna cum fletu magno, & conſcidit veſtimenta ſua.* Pech. *Et cùm non audiretur, intermiſſo ſpatio, introiit in cubiculum, & invenit illum projectum nudum in terra, & caput illius ablatum ab eo: & clamavit voce magna cum fletu, & gemitu, & ululato magno, & ſcidit veſtimenta ſua.* Corb. *Et cùm non audiret, aperuit, & introivit cubiculum, & invenit illum projectum in terra, & caput ablatum ab illo: & clamavit voce magna cum fletu, & conſcidit veſtimenta ſua.* Græc. Ὡς δὲ οὐδεὶς ἐπήκουσε, διαστείλας εἰσῆλθεν εἰς τὸν κοιτῶνα, καὶ εὗρεν αὐτὸν ἐπὶ τῆς χελωνίδος ἐρριμένον νεκρὸν, καὶ ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἀφῄρητο ἀπ' αὐτοῦ· καὶ ἐβόησε φωνῇ μεγάλῃ μετὰ κλαυθμοῦ, καὶ στεναγμοῦ, καὶ βοῆς ἰσχυρᾶς, καὶ διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ.

℣. 15. Ita Græcè, præter duo, καλαλύψασα additum ad *Judith*, & ἐξεπήδησε, *proſiliit*, pro *egreſſus eſt*. In Mſ. Germ. 15. ſic: *Et introivit in tabernaculo ubi erat Judith divertens, & non invenit illam; & egrediens ad populum.* In Pech. *Et introiit tabernaculum ubi fuerat Judith hoſpitata, & non invenit illam; & egreſſus ad populum.* In Corb. *Et introivit in tabernaculum Judith, & non invenit illam; & exſilivit ad populum.*

℣. 16. Mſ. Germ. 15. *Dixit: Peccaverunt ſervi, fecit confuſionem una mulier Hebræa, intravit in domum Nabochod. queniam ecce Olofernes in terram jacet, & caput illius non eſt in eum.* Pech. *Dixit: Peccaverunt ſervi, fecit confuſionem una mulier Hebræa in domo regis Nabochod. quoniam ecce Olofernis in terra, & caput illius non eſt in eo.* Corb. *Et dixit illi: Una mulier Hebræa fecit confuſionem in domo Nabuchod. quoniam ecce Olof. jacet in terra, & non eſt caput in illo.* Græc. Κράζω, (Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. Καὶ ἐβόησεν) Ἠθέτησαν οἱ ἄλλοι, ἐποίησεν αἰχύνην μία γυνὴ τῶν Ἑβραίων εἰς τὸν οἶκον τοῦ βασιλέως Ναβυχοδ. ὅτι ἰδοὺ Ὀλοφέρνης κάμαι, καὶ ἡ κεφαλὴ οὐκ ἔστιν ἐπ' αὐτῷ.

℣. 17. Mſs. Germ. 15. & Pech. *Et factum eſt, cùm audiſſent principes virtutis Aſſyriorum verba hæc, conſciderunt* (Pech. *ſciderunt*) *veſtimenta ſua, & conturbabatur animus* (Pech. *anima*) *eorum valde.* Corb. *Quod cùm audiſſent principes virtutis Aſſyriorum, conſciderunt veſtimenta ſua, & conturbata eſt anima illorum valde.* Græc. Ὡς δὲ ἤκουσαν ταῦτα τὰ ῥήματα οἱ ἄρχοντες τῆς δυνάμεως Ἀσσὺρ, τὰς χιτῶνας αὐτῶν διέῤῥηξαν, &c. ut in textu Reg.

℣. 18. Mſ. Pech. *Et levatus clamor illorum ingens in medio caſtrorum.* Corb. *Et factus eſt clamor magnus in mediis caſtris eorum.* Germ. 15. ſimpliciter habet, *in media caſtra*, omiſſis aliis. Græc. verò: Καὶ ἐγένετο αὐτῶν κραυγὴ καὶ βοὴ μεγάλη σφόδρα ἐν μέσῳ τῆς παρεμβολῆς.

Digitized by Google

CAPUT XV.

Vulgata nova.

1. CUmque omnis exercitus decollatum Holofernem audiſſet, fugit mens & conſilium ab eis, & ſolo tremore & metu agitati, fugæ præſidium ſumunt,

2. ita ut nullus loqueretur cum proximo ſuo, ſed inclinato capite, relictis omnibus, evadere feſtinabant Hebræos, quos armatos ſuper ſe venire audiebant, fugientes per vias camporum & ſemitas collium.

3. Videntes itaque filii Iſraël fugientes, ſecuti ſunt illos. Deſcenderuntque clangentes tubis, & ululantes poſt ipſos.

4. Et quoniam Aſſyrii non adunati, in fugam ibant præcipites: filii autem Iſraël uno agmine perſequentes, debilitabant omnes, quos invenire potuiſſent.

5. Miſit itaque Ozias nuncios per omnes civitates & regiones Iſraël.

6. Omnis itaque regio, omniſque urbs, electam juventutem armatam miſit poſt eos, & perſecuti ſunt eos in ore gladii, quouſque pervenirent ad extremitatem finium ſuorum.

7. Reliqui autem qui erant in Bethulia, ingreſſi ſunt caſtra Aſſyriorum, & prædam, quam fugientes Aſſyrii reliquerant, abſtulerunt, & onuſtati ſunt valde.

8. Hi verò, qui victores reverſi ſunt ad Be-

Versio antiqua.

1. ET ut audierunt ii qui in tabernaculis erant, admirati ſunt, & inquiſierunt quid eſſet facti: & incidit in illis timor & tremor, *Ex Mſ. Reg. & Germ.*

2. & non erat homo qui ſtaret ante proximum ſuum, ſed diffuſi unianimes fugiebant in omnem viam campi & montis: & qui caſtra collocaverant circa Bethuliam, in fuga converſi ſunt.

3. Tunc filiorum Iſraël omnis vir bellator diffuſus eſt ſuper illos.

5. Et miſit Ozias Bethumas, Tebel, Melichoba, & Joab, & in omnem montem Iſraël, ut cognoſcerent de his rebus quæ geſta erant, & omnes in hoſtes diffundantur ad ſummam victoriam bellorum.

6. Et poſtquam audierunt filii Iſraël, omnes ſimul incubuerunt in illos, & conciderunt illos uſque Choba. Similiter autem & qui in Hieruſalem erant, venerunt ex omni montana; renuntiata ſunt enim illis quæ facta ſunt inimicis eorum: & qui in Galaad, & qui in Galilæa erant, conſecuti ſunt eos, & interfecerunt illos plagâ magnâ, quouſque tranſirent Damaſcum & terminos eorum.

7. Reliqui autem qui inhabitabant Bethuliam, incubuerunt in caſtra Aſſyriorum, & ſpoliaverunt eos, & locupletati ſunt valde.

8. Filii autem Iſraël reverſi à cacumine mon-

Notæ ad Verſionem antiquam.

℣. 1. Mſ. Germ. 15. *Et ut audierunt hi qui in tabernaculis erant, expaverunt quod factum eſſet: & decidit ſuper eos timor & tremor.* Itidem Græcè, niſi excipias unum ἐπὶ τὸ γεγονός, *ſuper factum*, loco *quod factum eſſet.* Similiter in Mſ. Pech. his tantùm mutatis, poſt *erant: Quid facti eſſet, expaverunt: & decidit ſuper illos*, &c. In Corb. verò ſic: *Et audierunt illi qui in tabernaculo erant, & expaverunt, & exquiſierunt quid eſſet factum: & decidit ſuper illos*, &c. ut ſup.

℣. 2. Mſs. Germ. 15. & Pech. *Et non erat homo qui* (Pech. *erat qui*) *ſtaret contra faciem proximi ſui adhuc, ſed* (Pech. *ſui, ſed*) *diffuſi ſunt unianimes* (Pech. *effuſi ſunt ſimul omnes,*) *& fugiebant in omnem viam campi, & per montanam* (Pech. *montana:*) *& qui poſuerant caſtra in omnibus* (Pech. *in montibus*) *circa Bethuliam, converſi ſunt in fugam.* Corb. *Et non erat homo qui conſtaret contra faciem proximi ſui, ſed fugiebant in omnem viam campi, & extraicientes* (f. *caſtra jacientes*) *in montana, converſi ſunt in fugam.* Græc. Καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος μένων κατὰ πρόσωπον τοῦ πλησίον ἔτι, ἀλλ' ἐκχυθέντες ὁμοθυμαδὸν ἔφευγον ἐπὶ πᾶσαν ὁδὸν τοῦ πεδίου καὶ τῆς ὀρεινῆς· καὶ οἱ παρεμβεβληκότες ἐν τῇ ὀρεινῇ κύκλῳ Βετυλούα, καὶ ἐτράπησαν εἰς φυγήν. In Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. deeſt καὶ, poſt Βετυλούα.

℣. 3. Mſ. Germ. 15. *Et tunc filii Iſraël, & omnis bellator eorum, diffuſi ſunt ſuper illos.* Pech. *Tunc filii Iſraël, omnis vir bellator eorum, diffuſi ſunt*, &c. Item Græcè: Καὶ τότε οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, πᾶς ἀνὴρ πολεμιστὴς ἐξ αὐτῶν, ἐξεχύθησαν, &c. ut ſup. Corb. verò ſimpliciter habet: *Quoniam omnis vir bellator exarſerat ſuper illos.*

℣. 5. Mſ. Germ. 15. *Et miſit Ozias in Bethumaſten, & Bebem, & Achom, & Zebon, & in omnem regionem Iſraël, qui nunciarent de conſummatis, & omnes diffundentur bellatores in conſummationem illorum.* Græcè: Καὶ ἀπέστειλεν Ὀζίας εἰς Βαιλομαθτὶμ, καὶ Χωβαὶ, καὶ Χωλὰ, καὶ εἰς πᾶν ὅριον Ἰσραὴλ, τοὺς ἀπαγγέλλοντας ὑπὲρ τῶν συντελεσμένων, καὶ ἵνα πάντες ἐπεκχυθῶσι τοῖς πολεμίοις εἰς τὴν ἀναίρεσιν αὐτῶν. In Mſ. verò Pech. ſic: *Et miſit Ogias in omnem regionem Iſraël, qui renuntiarent de rebus geſtis, & ut omnes diffundantur ſuper hoſtes ad interficiendos eos.* In Corb. *Et miſit Oxias in omnem regionem Iſraël, & nunciavit quæ contigiſſent, ut omnes convenirent in pugnam ad conſummationem illorum.*

℣. 6. Nonnulla variant Græcè, ſed parvi ponderis; videlicet initio habetur ὡς δὲ, *ut autem*, loco & *poſtquam*; paulòque poſt, ὁμοθυμαδὸν ἐπέπεσον, pro *ſimul incubuerunt*, ut & ἐκοπίασον, pro *conciderunt*; item pro *in Hieruſalem erant, venerunt*, ita, ἐξ Ἰερουσαλὴμ παρεγενήθησαν καὶ; ſubinde pro *renuntiata ſunt*, ἀνήγγειλαν, nec ita multò poſt, τῇ παρεμβολῇ τῶν ἐχθρῶν, pro *inimicis*; rurſum infra, ὑπερεκέχυσαν, *diſſipaverunt*, pro *interfecerunt*, detractis his quæ ſup. *erant, conſecuti ſunt eos*, &; demum pro *tranſirent*, habetur παρῆλθον, & in fine, αὐτῆς, loco *eorum.* In Mſs. Germ. 15. & Pech. bene: *Ut audierunt autem* (Pech. *Quod ut audierunt*) *filii Iſraël, omnes unianimes irruerunt ſuper illos, & conciderunt* (Pech. *caderunt*) *illos uſque in Chobam* (Pech. *uſque Choba.*) *Similiter autem & qui in Jeruſalem erant, advenerunt* (Pech. *venerunt*) *ex omni regione montana; nunciatum autem* (Pech. delet *autem*) *erat eis quæ facta fuerant in caſtris inimicorum ſuorum: & qui in Galaad, & qui in Galilæa, ſecuti ſunt illos*, (Pech. *ſecuti erant, admiſti ſunt illis,*) *& percuſſerunt eos plagâ magnâ, uſque dum tranſirent Damaſcum & fines ejus.* In Corb. ſic: *Quòd cùm audiſſent filii Iſraël, omnes unanimes irruerunt ſuper illos, & conciderunt illos uſque Coba. Similiter autem ex Jeruſalem venerunt ex omni regione; nunciatum enim erat illis quæ facta eſſent in caſtris inimicorum ſuorum: & qui in Galaad, & qui in Galilæa erant, interfecerunt illos plagâ magnâ, uſque dum tranſirent Damaſcum & terminos illorum.*

℣. 7. Mſs. Germ. 15. & Pech. *Reſidui autem inhabitantes Bethulia* (Pech. *Bethuliam*) *irruerunt in caſtra Aſſyriorum, & prædaverunt illa, & honeſtati ſunt valde*, (Pech. *prædati ſunt eam, & ditati ſunt valde.*) Corb. *Reliqui autem inhabitantes Bethuliam irruerunt in caſtris Aſſyrior. & prædaverunt illos, & dehoneſtati ſunt valde.* Gr. Οἱ δὲ λοιποὶ οἱ καθοικοῦντες Βετυλούα ἐπέπεσαν τῇ παρεμβολῇ Ἀσσούρ, καὶ ἐπεσκόμευσαν αὐτὸς, καὶ ἐπλούτησαν σφόδρα.

℣. 8. Mſ. Germ. 15. *Filii autem Iſraël reverſi ſunt de*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

In Mſ. Reg. & Germ. tis, dominati ſunt reliquorum, & vicos, & civitates, & omnes campos obtinuerunt, & multa ſpolia poſſederunt; multitudo enim fuit magna.

9. Et venit Joachim ſacerdos magnus, & majores natu filiorum Iſraël qui inhabitabant in Hieruſalem, ut viderent bona quæ fecit Dominus Iſraël, & ut viderent Judith, & loquerentur cum illa in pace.

10. Et exiit ad eos Judith: & benedixerunt Dominum, & dixerunt ad illam: Tu *exultatio Hieruſalem, tu gaudium Iſraël, tu gloria gentis noſtræ:

*f. pro exaltatio.

11. quia feciſti omnem adinventionem tuam, & feciſti bona cum Iſraël, & benefecit ſuper nos Deus, benedicta es mulier apud Deum omnipotentem in æternum tempus.

12. Et dixit omnis populus: Fiat, fiat.

13. Et ſpolia collegit populus multa per dies triginta.

14. Et dederunt Judith tabernaculum Olofernis, & omne argentum, & lectum, & apparatum illius: & cùm accepiſſet Judith, impoſuit ſuper mulas ſuas, & junxit currus ſuos, & congeſſit illa ſimul.

15. Et concurrerunt omnes mulieres Iſraël ad eam, ut viderent illam: & benedixerunt ei, & fecerunt illi choros ex ſe. Et accepit Judith tyrſos in manu ſua, & dedit mulieribus quæ cum ea erant; & coronavit ſe olivâ, & eos qui ſecum erant.

* Et omnes principes plebis Iſraël præibant ante populum: imperans omnibus mulieribus: & ſequebantur eam omnes viri Iſraël cum armis & coronis, & hymni erant in ore ipſorum.

VULGATA NOVA.

thuliam, omnia quæ erant illorum attulerunt ſecum, ita ut non eſſet numerus in pecoribus, & jumentis, & univerſis mobilibus eorum, ut à minimo uſque ad maximum omnes divites fierent de prædationibus eorum.

9. Joacim autem ſummus pontifex, de Jeruſalem venit in Bethuliam cum univerſis presbyteris ſuis, ut videret Judith.

10. Quæ cùm exiſſet ad illum, benedixerunt eam omnes una voce, dicentes: Tu gloria Jeruſalem, tu lætitia Iſraël, tu honorificentia populi noſtri:

11. quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum, eò quòd caſtitatem amaveris, & poſt virum tuum, alterum neſcieris: ideo & manus Domini confortavit te, & ideo eris benedicta in æternum.

12. Et dixit omnis populus: Fiat, fiat.

13. Per dies autem triginta, vix collecta ſunt ſpolia Aſſyriorum à populo Iſraël.

14. Porro autem univerſa, quæ Holofernis peculiaria fuiſſe probata ſunt, dederunt Judith in auro, & argento, & veſtibus, & gemmis, & omni ſupellectili, & tradita ſunt omnia illi à populo.

15. Et omnes populi gaudebant, cum mulieribus, & virginibus, & juvenibus, in organis & citharis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Cæde, & dominati ſunt reliquorum, & vicos, & civitates quæ in montana, & omnes campeſtres dominati ſunt multarum prædarum. Græc. Οἱ δὲ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀναρρέψαντες ἀπὸ τῆς κοπῆς, ἐκυρίευσαν τῶν λοιπῶν καὶ κῶμαι, καὶ ἐπαύλεις (Mſ. Alex. cum Ald. & Compl. αἱ πόλεις) ἐν τῇ ὀρείνῃ καὶ πεδιάδι ἐκράτησαν πολλῶν λαφύρων· ἦν γὰρ πλῆθος πολὺ σφόδρα. In Corb. hæc tantùm leguntur: *Filii autem Iſraël reverſi à cæde, abſtulerunt cætera;* à Pech. verò abſunt omnia uſque ad ℣. 13.

℣. 9. Similiter in Græco, translato verbo ἦλθον, *venerunt*, non *venit*, poſt *Jeruſalem;* item ſup. loco *majores natu*, habetur ἡ γερουσία, *ſenatus*, & in fine, εἰρήνην, *pacem*, pro *in pace*. Mſ. Germ. 15. Regio conſonat uſque ad vocem *Jeruſalem*, cui addit: *& viderunt bona quæ fecit Deus Iſraël cum Judith;* nec plura. In Corb. verò ſic: *Et venit Joachim ſac. mag. & ſeniores filiorum Iſr. qui inhabitabant Jeruſalem, ut viderent bona quæ fecit Dom. in Iſraël, ut viderent Judith, & loquerentur ad illam pacificè.*

℣. 10. Nonnulla diſſimilia in Græco, ubi ſic: Ὡς δὲ εἰσῆλθον πρὸς αὐτὴν, εὐλόγησαν αὐτὴν πάντες ὁμοθυμαδὸν, καὶ εἶπαν πρὸς αὐτήν· Σὺ ὕψωμα Ἰερουσαλὴμ, σὺ γαυρίαμα μέγα τῷ Ἰσραὴλ, σὺ καύχημα μέγα τῷ γένει ἡμῶν. In Mſ. Corb. ita: *Quæ cùm exiſſet ad illos, benedixerunt illam omnes ſimul, & dixerunt ad illam: Tu es gloria Jeruſalem, tu es gaudium Iſraël, tu honorifica populi noſtri.* In Germ. 15. *Et cùm exiſſet ad eos, dixerunt ad illam omnes ſimul: Tu exaltaſti Jeruſalem, tu glorificaſti Iſraël, tu gaudium generis noſtri.*

℣. 11. Mſ. Germ. 15. *Feciſti hæc omnia in manu tua, & feciſti bona cum Iſraël, & placuit in eis Deo: benedicta tu eſto apud Deum omnip. in ſempiterno tempore.* Sic etiam in Græco, deleto &, poſt *manu tua;* loco tamen horum, & *placuit*, &c. ſic habetur: καὶ εὐδόκησαι ἐπ' αὐτοῖς ὁ Θεός· εὐλογημένη γίνῃ παρὰ τῷ παντοκράτορι Κυρίῳ εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον· & *bene ſentiat ſuper eis Deus*, &c. In Mſ. Corb. ita: *Quia feciſti bona cum Iſraël, & benedixit ſuper eos Deus, benedicta es tu apud omnip. Deum in ſempiternum tempus.*

℣. 12. Ita Mſ. Germ. 15. cum Corb. In Græco verò ſemel, γένοιτο.

℣. 13. Mſ. Corb. *Et collegit ſpolia omnis populus multa*, &c. ut ſup. Germ. verò 15. *Et prædavit populus caſtra per dies triginta.* Similiter in Pech. præter hoc, & *prædatus eſt.* Item Græcè: Καὶ ἐλαφύρευσε πᾶς ὁ λαὸς τὴν παρεμβολήν, &c. ut ſup. A Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. abeſt πᾶς.

℣. 14. Mſ. Germ. 15. *Et dederunt Judith tabernac. Oloſ. & omne argentum ejus, & ſuperlectilem, & vaſa illius: & accipiens, impoſuit eas ſuper mulas ſuas, & junxit vehicula ſua, & congregavit ea deſuper.* Pech. *Et dederunt Judith tabernac. Oloſ. & omne argentum, & ſupellectilem, & omnem apparatum ejus: & accipiens, impoſuit ſuper mulas ſuas, & junxit vehicula ſua, & oneravit ea in ipſis.* Mſ. Germ. 4. legit *famulas*, non *mulas*, ſed malè. In Corb. verò ſic: *Et dederunt Judith tabernac. Oloſ. & omne argentum, & ſupellectilem ejus: & accipiens Judith, impoſuit in jumentum ſuum, & junxit vehicula ſua, & impoſuit ſuper illa.* Græc. Καὶ ἔδωκαν τῇ Ἰουδὶθ τὴν σκηνὴν Ὀλοφ. καὶ πάντα τὰ ἀργυρώματα, καὶ τὰς κλίνας, καὶ τὰ ὅλκια, καὶ πάντα τὰ σκευάσματα αὐτῆς· καὶ λαβοῦσα αὐτὴ ἐπέθηκεν ἐπὶ τὴν ἡμίονον αὐτῆς, καὶ ἔζευξε τὰς ἁμάξας αὐτῆς, καὶ ἐσώρευσεν αὐτὰ ἐπ' αὐτῶν.

℣. 15. Mſ. Germ. 15. *Et concurſit omnis mulier Iſraël apud illam: & benedixerunt illam, & dixerunt adclamantes, & benedicentes cum mulieribus quæ cum ipſa erant, & fecerunt chorum illic ex ſe ipſas. Et accepit ramos in manu ſua, & dedit mulieribus quæ erant cum ipſa; & coronavit ſe de oliva, ipſa, & quæ cum illa erant.* Corb. *Et concurrit omnis mulier, ut viderent illam: & benedixerunt illam, & fecerunt ſibi chorum magnum. Et accepit thyrſos, & dedit mulieribus quæ erant cum illa;* reliqua deſunt. In Pech. multò contractiùs, ſcilicet: *Et concurrit omnis mulier ex Iſraël ad eam, & benedixerunt illam;* nec plura. Græcè verò ita: Καὶ συνέδραμε πᾶσα γυνὴ Ἰσραὴλ, τοῦ ἰδεῖν αὐτὴν καὶ εὐλόγησαν αὐτὴν, (Mſ. Alex. αὐτῇ) καὶ ἐποίησαν αὐτῇ χορὸν ἐξ αὐτῶν. Καὶ ἔλαβε θύρσους ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῆς, καὶ ἔδωκε ταῖς γυναιξὶ ταῖς μετ' αὐτῆς· καὶ ἐστεφανώσαντο τὴν ἐλαίαν, αὐτὴ, καὶ αἱ μετ' αὐτῆς. Mſ. Alex. hab. ἐστεφανώσατο, ed. Compl. ἐστεφάνωσαν τὴν ἐλαίαν αὐτῆ, καὶ τῇ, &c. Ald. αὐτῇ καὶ ᾗ, &c.

* In Mſ. Germ. 4. media iſta, *imperans* (ſupp. *ipſa*) *omnibus mulieribus*, licet eraſa omnino non ſint, lituris tamen nonnullis inſperſa ſunt; in Regio autem eadem ſunt manu. In Germ. 15. ita: *Et prodivit, & omnes principes ple-*

Digitized by Google

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

bis Israël : & ipsa dux omnium mulierum Israël : & sequebatur omnis vir Israël armati & coronati, & hymnum in ore eorum. Græcè : Καὶ προῆλθεν παντὸς τοῦ λαοῦ ἐν χορείαις, ἡγουμένη πασῶν τῶν γυναικῶν· καὶ ἠκολούθει πᾶς ἀνὴρ Ἰσραὴλ ἐνωπλισμένοι, μετὰ στεφάνων καὶ ὕμνων ἐν τῷ στόματι αὐτῶν. Mſ. Corb. non malè : *Et prodivit ante populum, dux ipsa omnium mulierum : & sequebatur omnis vir Israël ornatus (f. armatus) cum coronis, & hymnus erat in ore illorum.* Deſiderantur hæc tota in Mſ. Pech.

CAPUT XVI.

VULGATA NOVA.

1. TUnc cantavit canticum hoc Domino Judith, dicens :

2. Incipite Domino in tympanis, cantate Domino in cymbalis, modulamini illi pſalmum novum, exaltate, & invocate nomen ejus.

3. Dominus conterens bella, Dominus nomen eſt illi.

4. Qui poſuit caſtra ſua in medio populi ſui, ut eriperet nos de manu omnium inimicorum noſtrorum.

5. Venit Aſſur ex montibus ab aquilone in multitudine fortitudinis ſuæ : cujus multitudo obturavit torrentes, & equi eorum cooperuerunt valles.

6. Dixit ſe incenſurum fines meos, & juvenes meos occiſurum gladio, infantes meos dare in prædam, & virgines in captivitatem.

7. Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus feminæ, & confodit eum.

8. Non enim cecidit potens eorum à juvenibus, nec filii Titan percuſſerunt eum, nec excelſi gigantes oppoſuerunt ſe illi, ſed Judith filia Merari in ſpecie faciei ſuæ diſſolvit eum.

9. Exuit enim ſe veſtimento viduitatis, &

VERSIO ANTIQUA.

1. ET præibat Judith in confeſſione ſua ante omnem Iſraël, & ſuccłamabat omnis populus laudem Domino. Et dixit Judith : *Ex Mſſ. Reg. & Germ.*

2. Incipite Domino in tympanis, cantate Deo in cymbalis, modolamini illi pſalmum novum, exaltate, & invocate nomen ejus.

3. Quia Deus conterens bella, Dominus nomen eſt illi.

4. Qui ponit caſtra ſua in medio populi ſui, ut eripiat me de manibus perſequentium me.

5. Venit Aſſur de montibus ab aquilone, venit in millibus exercitus ſui : cujus multitudo obturavit torrentes, & equi eorum cooperuerunt valles.

6. Dixit incenſurum ſe fines meos, & juvenes meos occiſurum gladio, parvulos meos daturum in prædam, & virgines ſpoliaturum.

7. Dominus omnipotens nocuit eum, & tradidit illum in manu feminæ, & confodit eum.

8. Non enim cecidit potens eorum à juvenibus, neque filii Dathan percuſſerunt illos, nec filii gigantium inſidiati ſunt eis, ſed Judith filia Merari in pulchritudine faciei debilitavit illum.

9. Exuit enim ſe cultu viduitatis ſuæ, in exſul-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. Germ. 15. ſic habet : *Et ſuſtulit Judith confeſſionem ſuam in omnem Iſraël, & clamabat omnis populus laudem Domino. Et dixit Judith canticum.* Gr. verò : Καὶ ἐξῆρχεν Ἰουδὶθ τὴν ἐξομολόγησιν ταύτην ἐν παντὶ Ἰσραὴλ, καὶ ὑπεφώνει πᾶς ὁ λαὸς τὴν αἴνεσιν ταύτην. In Mſ. Pech. hoc unum legitur : *Et dixit Judith.*

℣. 2. Hoc etiam canticum editum eſt cum aliis nonnullis ad calcem Pſalterii antiqui, ſtudio & opera Em. Cardin. Thomaſii Romæ, anno 1697. ubi primò ſic legitur : *Incipite Domino in tympanis, cantate & in cymbalis, imponite ei pſalmum novum, exſultate, & invocate nomen ejus.* Mſ. Pech. *Incipite Deo meo in tympanis, canite Deo meo in cymbalis, modolamini illi pſalmum novum, & exaltate eum, & invoc.* &c. Mſ. Germ. 15. *Extollite Deo meo in tympanis, canite Deo meo in cymbalis, cantate illi pſalmum novum, & exaltate eum, & invocate nom. ejus.* Corb. *Canite ei in cymbalis, facite ei pſalmum, & exaltate ei, invoc.* &c. Germ. 4. *exultate.* Græc. Manuſcripto Pech. conſonat ad verbum, niſi quòd habet τῷ Κυρίῳ, *Domino*, cum Germ. 4. non *Deo*, poſt *canite*, tollitque &, ante *exaltate*, cum ſeq. *eum.*

℣. 3. Itidem in Mſ. Germ. 4. præter unum *Deus*, loco *Dominus*. In Corb. ſic : *Quoniam Deus contribulat bella, Dominus nomen eſt ei.* In Pſalt. Thom. *Deus qui conteret bella, Dominus nomen eſt illi.* In Mſ. Germ. 15. *Tu es Deus conterens bella Dominus*, abſque ſeqq. Sic etiam in Pech. detracta inſuper voce *Dominus*. In Græco ſic : Ὅτι Θεὸς συντρίβων πολέμους Κύριος· in editt. Ald. & Compl. deeſt Κύριος.

℣. 4. Similiter in Pſalt. Thom. exceptis his, *ut eripiat nos de manibus perſeq. nos.* In Mſ. Germ. 15. ſic : *Qui ponens caſtra in medio populi tui, ut educeres de manu perſeq. me.* In Corb. *Qui miſit, & poſuit caſtra ſua in medio caſtrorum filiorum Iſraël, ut educeret me de manu perſeq. me.* Græcè : Ὅτι εἰς παρεμβολὰς αὐτοῦ ἐν μέσῳ λαοῦ ἐξείλατό με ἐκ χειρὸς τῶν, &c. ut ſup. In Mſ. Pech. prætermittuntur iſta cum ſeqq. uſque ad ℣. 7.

℣. 5. Mſ. Germ. 15. *Venit Aſſur à montibus tutium* (f. *virtutum*) *ſuarum : quorum multitudo occupavit torrentes, & equis ſuis cooperuit colles.* Corb. *Venit Aſſir ex montibus ab aquilone, in millia virtutum ſuarum : quorum multitudo obturavit torrentes, & equi ipſorum cooperuerunt colles.* Pſalt. Thom. *Aſſur de montibus ab aquilone venit, cum millibus exercitus ſui : cujus multitudo occupavit torrentes, & equi eorum operuerunt valles.* Græc. Ἦλθεν Ἀσσὺρ ἐξ ὀρέων ἀπὸ Βορρᾶ, ἦλθεν ἐν μυριάσι δυνάμεως αὐτοῦ· ὧν τὸ πλῆθος αὐτῶν ἐνέφραξε (Ald. & Compl. ἔφραξε) χειμάρρους, καὶ ἡ ἵππος αὐτῶν ἐκάλυψε βυθούς.

℣. 6. Similia Græc. habet, niſi quòd initio delet *ſe*, paulòque poſt præponit ἐν, voci *gladio*, & ſub finem addit μὴ, ad *virgines*; inter vocem autem *gladio*, & ſeq. *parvulos*, incluſa leguntur iſta, καὶ τὰ θηλάζοντά μου θεῖναι εἰς ἔδαφος, καὶ. Similiter in Mſ. Germ. 15. *Dixit ſuccendere fines meos, & juvenes meos occidere in gladio, & lactentes meos dare ad pavimentum, & parvulos meos dare ad prædam, & virgines in captivitatem.* In Corb. verò ſic : *Dixit ut incenderet fines meos, ut interficeret gladio natos meos, & daret eos in captivitatem, & virgines in præda.* In Pſalt. Thom. *Dixit enim ſe incenſurum fines meos, & juvenes meos occiſurum gladio, infantes meos adducere in prædam, & virgines in captivitate.*

℣. 7. Pſalt. Thom. *Dominus autem nocuit eum, & tradidit eum in manus feminæ, confundit eum.* Mſ. Germ. 15. *Dominus autem omnipotens prævenit eum, & in manu feminæ confudit eum.* Corb. *Deus omnip. tradet illos in manu feminæ, & confundit illos.* Pech. *Dominus autem omnip. ſprevit eum, in manu feminæ confudit eum.* In Gr. ſimpliciter : Κύριος παντοκράτωρ ἠθέτησεν αὐτὸς ἐν χειρὶ θηλείας.

℣. 8. Mſ. Germ. 4. loco *gigantium*, ſcribit *gigantis*, vel etiam *gigantes*; nam in Mſſ. antiquis promiſcuè ponitur *e*, pro *i*, & *i*, pro *e*. In altero Germ. 15. ita : *Non enim cecidit potens illorum à juvenibus, neque filii bellatorum percuſſerunt illum, nec excelſi gigantes ſuperpoſuerunt ſe illis, ſed Judith filia Merari in ſpecie faciei diſſolvit illum.* Similiter in Pſalt. Thom. paucis mutatis : *Non enim cecidit potens eorum à juvenibus, nec filii Tela percuſſerunt eum, nec excelſi gigantes impoſuerunt ſe illi, ſed Judith filia Merarıs ſpecie faciei ſuæ diſſolvit illum.* Itidem Græcè, exceptis levibus his, Τιτάνων, loco *Tela*; paulòque poſt, ἐπέθεντο αὐτῷ, loco *impoſuerunt ſe illi*, & ἐν κάλλει, *in pulchritudine*, pro *facie*. In Mſ. Corb. ſic : *Non enim ceciderunt potentes illorum à juvenibus, neque filii Titan percuſſerunt illos, neque gigantes, ſed Judith filia Merari in ſpecie ſolvit eum :* à Pech. verò abſunt iſta, ut & ſeqq. uſque ad ℣. 15.

℣. 9. Similiter habet Mſ. Germ. 15. præter duo, *veſ-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſs. Reg. & Germ.

tatione doloris Iſraël.

10. Unxit faciem ſuam unguento, conligavit capillos ſuos mitrâ, & accepit ſtolam novam ad decipiendum illum.

11. Sandalia ejus rapuerunt oculos ipſius, pulchritudo illius captivam fecit animam ejus, amputavit gladius caput ejus.

12. Horruerunt Perſæ conſtantiam ejus, & Medi audaciam ejus.

13. Turbata ſunt tunc omnia caſtra Aſſur, & ululaverunt humiles mei: & exclamaverunt ægrotantes in ſiti, & exclamaverunt voce ſua, & convertit aquam.

14. Filii puellarum compunxerunt eos, & ſicut pueros fugientes vulneraverunt illos: perierunt in prælio à facie Domini mei.

15. Hymnum dicamus Deo noſtro, hymnum novum cantemus Domino.

16. Adonai Domine magnus es tu, & clarus, mirabilis in virtute, & quem ſuperare nemo poſſit.

17. Tibi ſerviat omnis creatura tua: quoniam dixiſti, & factum eſt: miſiſti ſpiritum tuum, & ædificata ſunt, & non eſt qui contra voluntatem tuam faciat.

18. Montes à radicibus movebuntur cum aquis: petræ autem à facie tua, ſicut cera, liqueſcent.

19. Illis autem qui timent te, propitius eris: quoniam puſillum eſt omne ſacrificium ad odorem

VULGATA NOVA.

induit ſe veſtimento lætitiæ in exſultatione filiorum Iſraël.

10. Unxit faciem ſuam unguento, & colligavit cincinnos ſuos mitrâ, accepit ſtolam novam ad decipiendum illum.

11. Sandaliâ ejus rapuerunt oculos ejus, pulchritudo ejus captivam fecit animam ejus, amputavit pugione cervicem ejus.

12. Horruerunt Perſæ conſtantiam ejus, & Medi audaciam ejus.

13. Tunc ululaverunt caſtra Aſſyriorum, quando apparuerunt humiles mei, areſcentes in ſiti.

14. Filii puellarum compunxerunt eos, & ſicut pueros fugientes occiderunt eos: perierunt in prælio à facie Domini Dei mei.

15. Hymnum cantemus Domino, hymnum novum cantemus Deo noſtro.

16. Adonai Domine magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem ſuperare nemo poteſt.

17. Tibi ſerviat omnis creatura tua: quia dixiſti, & facta ſunt: miſiſti ſpiritum tuum, & creata ſunt, & non eſt qui reſiſtat voci tuæ. *Gen. 1. Pſ. 32. 9.*

18. Montes à fundamentis movebuntur cum aquis: petræ, ſicut cera, liqueſcent ante faciem tuam.

19. Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tem, pro *cultu*, & *exſultationem*, pro *exſultatione*. Pſalt. Thom. hab. *veſte*, non *veſtem*; cætera ut in textu Regio. Mſ. Corb. ſic: *Exuerat enim ſe ſtolam viduitatis ſuæ, in excelſo dolore Iſraël.* Græc. Ἐξεδύσατο γὰρ στολὴν χηρεύσεως αὐτῆς, ἀφ' ὑψηλῶν τῶν ἀνηκόντων ἐν Ἰσραήλ.

℣. 10. Similiter in Pſalt. Thom. exceptis his, & *conligavit cincinnos ſuos mitrâ, accepit.* In Mſ. Germ. 15. *Unxit faciem ſuam unguento, & obligavit crines ſuos, & miram impoſuit ſibi, & accepit veſtem ſuam in perſuaſionem illis, (f. illius.)* In Corb. Et *unxit caput ſuum & capillos ſuos unguento, & ornavit capillos ſuos, & ſumpſit veſtem novam in ſeductionem ejus.* Græcè: Ἠλείψατο τὸ πρόσωπον αὐτῆς ἐν μυρίῳ, καὶ ἐδήσατο τὰς τρίχας αὐτῆς ἐν μίτρᾳ, καὶ ἔλαβε στολὴν καινὴν εἰς ἀπάτην αὐτῷ.

℣. 11. Mſ. Germ. 15. *Et rapuerunt oculi illius ſpeciem ejus, & capuit (l. cepit) animam illius, diviſit pugio cervicem illius.* Corb. *Scandalum (l. ſandalium) ejus cepit oculis (l. oculos) ejus, & tranſivit gladius cervicem ejus.* In Pſalt. Thom. media tantùm leguntur: *Pulchritudo ejus captivam fecit animam ejus.* Græcè: Τὸ σανδάλιον αὐτῆς ἥρπασεν ὀφθαλμοὺς αὐτῷ, καὶ τὸ κάλλος αὐτῆς ἠχμαλώτισε ψυχὴν αὐτῷ, διῆλθεν ὁ ἀνυάκης τὸν τράχηλον αὐτῷ.

℣. 12. Itidem in Pſalt. Thom. cui etiam favet Mſ. German. 15. niſi quòd ponit *audaciam*, loco *conſtantiam*, & *conſtantiam*, loco *audaciam*. Græcè ita: Ἔφριξαν Πέρσαι τὴν τόλμαν αὐτῆς, καὶ Μῆδοι τὸ θράσος αὐτῆς, ſubjuncto verbo ἐρράχθησαν, *diſrupti ſunt*, abſque ulla interpunctione media: Nobilius etiam ſic vertit, & *Medi confidentiâ ipſius diſrupti ſunt.* Mſ. Alex. non ἐρράχθησαν ſcribit, ſed ἐταράχθησαν; unde Corb. habet: *Horruerunt Perſæ audaciam ejus, & Medi conturbati ſunt:* at in Germ. 15. hoc ultimum verbum penitus tollitur.

℣. 13. Græc. ſic pergit: Τότε ἠλάλαξαν οἱ ταπεινοί μου, καὶ ἐφοβήθησαν (Ald. & Compl. ἐβόησαν) οἱ ἀδυνατοῦντές μου, καὶ ἐπλησθήσαν· ὕψωσαν τὴν φωνὴν αὐτῶν, καὶ ἀνεπράπησαν. Similiter in Mſ. Corb. *Ululaverunt humiles mei, & timuerunt infirmi in ſitim: & exaltaverunt vocem ſuam, & reverſi ſunt.* In Germ. 15. *Tunc ejulaverunt humiles mei, infirmi territi ſunt: & ceciderunt, & veriti ſunt.* Pſalt. verò Thom. ad textum Regium propiùs accedit, cùm legat: *Tunc turbata ſunt omnia caſtra Aſſur, & ululaverunt humiles mei: & exaltaverunt ægrotantes in ſiti vocem ſuam, & exclamaverunt, & converſa eſt aqua.*

℣. 14. Pſalt. Thom. *Filii puellarum compunxerunt eum, & ſicut pueros fugientes occiderunt eos: perierunt in prælio à facie Domini.* Mſ. Germ. 15. *Sicut filios puellarum interfecerunt illos, & ſicut pueros refugas occiderunt illos: & perierunt à præparatione Domini mei.* Corb. contractiùs: *Sicut filios puellarum interfecerunt illos, perierunt præpoſiti eorum.* Græc. verò: Υἱοὶ κεφαλίων καθηκενήθησαν αὐτούς, καὶ ὡς παῖδας αὐτομολήσαντας ἐτιτρώσκον αὐτούς· ἀπώλοντο ἐκ παρεμβάσεως Κυρίου μου, i. e. *ab acie Domini*, non *à facie*, quod ultimum irrepere facilè potuit ſup. in Mſs. propter ſimilitudinem vocum.

℣. 15. Pſalt. Thom. *Hymnum dicamus Domino, hymnum novum cantemus Domino.* Mſ. verò Corb. *Dominum meum laudabo, laudabo Deum laude bona.* Germ. 15. ſimpliciter: *Cantabo Deo meo canticum novum.* Item Pech. *Hymnum novum cantabo Deo meo.* Græc. Ὑμνήσω τῷ Θεῷ μου ὕμνον.

℣. 16. Similiter in Pſalt. Thom. exceptis his, & *præclarus in virtute tua, quem ſuperare nemo poteſt.* In Germ. 15. ita: *Adonai Domine magnus es, & præclarus, & laudabilis in virtute, & inviſibilis.* Nil horum in Mſ. Pech. at in Græco ſic: Κύριε μέγας εἶ, καὶ ἔνδοξος, θαυμαστὸς ἐν ἰσχύϊ, ἀνυπέρβλητος. In Mſ. Corb. *Domine magnus es, & præclarus, & virtute invictus.* Apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 749. b. *Magnus es tu, & clarus, & admirabilis in virtute.*

℣. 17. Tria ſolummodo variant Græcè, nempe ἐγενήθησαν, *facta ſunt*, loco *factum eſt*, paulòque poſt, ᾠκοδόμησε, *ædificavit*, pro *ædificata ſunt*; extremò ἀντιστήσεταί τῇ φωνῇ σου, *reſiſtet voci tuæ*, loco *contra voluntatem tuam faciat.* Græco reſpondent Mſs. Germ. 15. & Pech. cum Pſalt. Thom. niſi quòd habent *renovata ſunt*, pro *ædificata ſunt*, & *reſiſtat voci tuæ*, pro *reſiſtet*, &c. In Corb. ſic: *Tibi ſerviat omnis creatura tua: quoniam dixiſti ſic, & factum eſt: miſiſti ſpiritum tuum, & non eſt qui reſiſtat iræ tuæ.* Apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 742. f. *Tibi ſerviat omnis creatura tua: quoniam tu mandaſti, & creata ſunt: miſiſti ſpiritum tuum, & ædificata ſunt:* at inf. a, p. 749. b. *Tibi ſerviat omnis creatura: quia tu dixiſti, & facta ſunt, miſiſti*, &c. ut ſup.

℣. 18. Græc. Ὄρη γὰρ ἐκ θεμελίων σὺν ὕδασι σαλευθήσεται, &c. ut in Lat. ſup. Similiter in Mſs. Germ. 15. & Pech. *Montes à fundamentis movebuntur cum aquis: petræ autem ante faciem tuam, ſicut cera, liqueſcent*, Pech. *liqueſcit.* In Pſalt. Thom. ſic: *Montes à fundamento movebuntur cum aquis: petræ autem, ſicut cera, liqueſcunt à facie tua.* In Corb. *Et petræ, ſicut cera, liqueſcent a facie tua*, prætermiſſis aliis.

℣. 19. Mſ. Germ. 15. *Timentibus autem te, propitiaberis illis: quoniam puſillum eſt omne ſacrificium in odorem ſuavitatis, & minimi omnes adipes in holocauſto: qui autem timet Domino, magnus erit apud eum per omnia.* Similiter Græcè: Ἔσῃ δὲ τοῖς φοβουμένοις σε, σὺ εὐπαλήσῃ αὐτοῖς.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

20. Væ genti insurgenti super genus meum: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die judicii visitabit illos.

21. Dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum, ut urantur, & sentiant usque in sempiternum.

22. Et factum est post hæc, omnis populus post victoriam venit in Jerusalem adorare Dominum: & mox ut purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, & vota, & repromissiones suas.

23. Porro Judith, universa vasa bellica Holofernis, quæ dedit illi populus, & conopeum, quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in anathema oblivionis.

24. Erat autem populus jucundus secundùm faciem sanctorum, & per tres menses gaudium hujus victoriæ celebratum est cum Judith.

25. Post dies autem illos unusquisque rediit in domum suam, & Judith magna facta est in Bethulia, & præclarior erat universæ terræ Israël.

26. Erat etiam virtuti castitas adjuncta, ita ut non cognosceret virum omnibus diebus vitæ suæ, ex quo defunctus est Manasses vir ejus.

27. Erat autem diebus festis procedens cum magna gloria.

28. Mansit autem in domo viri sui annos centum quinque, & dimisit abram suam liberam, & defuncta est, ac sepulta cum viro suo in Bethulia.

29. Luxitque illam omnis populus diebus septem.

VERSIO ANTIQUA.

suavitatis tuæ, & in minimo est omnis adeps ad holocaustum: qui autem timet Dominum, magnus est apud eum semper. *Ex Mss. Reg. & Germ.*

20. Væ gentibus insurgentibus generi meo: Dominus omnipotens vindicabit in illos, in die judicii visitabit eos.

21. Da ignem, & vermes in carnes ipsorum, ut * comburantur, & sentiant usque in æternum. * *Mss.* comburentur.

22. Et postquam venerunt in Hierusalem, adoraverunt Dominum: & postquam mundatus est populus, obtulerunt holocaustum Domino, & vota, & solemnia sua.

23. Et donum dedit Judith omnia vasa Olofernis, quæcunque dederat ei plebs; & conopeum, quod sustulit ipsa de cubiculo, dedit in consecrationem Domino.

24. Et erat plebs epulans in Hierusalem ante faciem sanctorum mensibus tribus, & Judith cum illis mansit.

25. Post illos autem dies rediit unusquisque ad tabernacula sua, & Judith abiit in Bethuliam, & demorata est in re familiari sua, & facta est clara in omni terra, & multi concupierunt eam.

26. Et nescivit illam vir omnibus diebus vitæ ejus, ex quo mortuus est Manasses maritus ejus, & adpositus est ad populum suum.

27. Et procedente tempore clara facta est.

28. Et senuit in domo mariti sui annos agens vitæ centum quinque, & mortua est in Bethulia, & sepulta est in monumento mariti sui.

29. Et planxerunt illam omnis domus Israël diebus septem. Et divisit bona sua, priusquam mo-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ὅτι μικρὸν πᾶσα θυσία εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, ὃ ἐλάχιστον πᾶν κἂν εἰς ὁλοκάυτωμά σοι· ὁ δὲ φοβούμενος τὸν Κύριον, μέγας διαπαντός. In Mss. Pech. *Timentibus autem te propitius eris*; reliqua desunt. Psalt. verò Thom. initio habet: *Quia minimum est omne sacrificium in odorem suavitatis, & minimus omnis aries ad holocaustum: qui autem timet Dominum, magnus erit apud illum per omnia.* Corb. ita: *Omnia sacrificia tua, odor suavitatis: qui autem timet Dominum, magnus est per omnia.*

℣. 20. Mss. Corb. *Væ gentibus quæ surgunt super genus meum: Deus omnip. ulciscitur eos, in die judicii visitabit illos.* Germ. 15. *Væ genti insurgenti super genus nostrum: Dominus omnip. ulciscitur illos, in die judicii vindicabit in illos, visitabit eos.* Psalt. Thom. *Væ genti insurgenti super genus meum: Dominus autem omnip. vindicavit in illis, in die judicii vindicabit illos.* Cuncta desunt in Mss. Pech. In Græco verò sic: Οὐαὶ ἔθνεσιν ἐπαισχυμένοις τῷ γένει μου· Κύριος παντοκράτωρ ἐκδικήσει αὐτοὺς ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.

℣. 21. Psalt. Thom. *Dare ignem, & vermes in carnes eorum, & urentur, ut sentiant in sempiternum.* Similiter in Mss. Germ. 15. exceptis his, & *sentient usque in sempiternum, & in saculum saculi.* In Corb. *Dare ignem, & vermes in carnes eorum, & ardebunt, ut sentiant usque in sempiternum.* Ista rursum absunt à Mss. Pech. At in Græco sic: Δῶναι πῦρ, καὶ σκώληκας εἰς σάρκας αὐτῶν, καὶ καυσοῦνται ἐν αἰσθήσει ἕως αἰῶνος· legisse videntur Interpretes Lat. καύσονται, non κλαύσονται.

℣. 22. Mss. Pech. *Ut autem venerunt Jerusalem, adoraverunt Deum: & postquam purificatus est populus, obtulerunt holocausta sua, & voluntaria, & munera.* Itidem Græcè, præposito εἰς, *in*, voci *Jerusalem*, additoque inf. αὐτῶν, *sua*, ad ἑκούσια, *voluntaria*, seu *spontanea*. In Mss. Germ. 15. ita: *Et factum est ut venerunt in Jerus. adoraverunt Deum: mox autem purificatus est populus, & adtulerunt holocausta sua.* In Corb. verò: *Et ut venerunt in Jerus. adoraverunt Deum: mox autem purificatus est populus, obtulerunt holocausta, & vota, & repromissiones suas.* Gr. ultimò hab. τὰ δόματα αὐτῶν. Mss. Alex. δόματα αὐτῶν.

℣. 23. Græc. initio habet ἀνέθηκε, pro *donum dedit*, addito infra αὐτῇ, ad vocem *cubiculo*, ultimòque ita, εἰς ἀνάθημα τῷ Θεῷ ἔδωκε· cætera ut in Lat. sup. Mss. Pech. legit: *Et posuit Judith omnia vasa Olof. quæ dedit ei populus, & conopeum, quod sustulerat de cubiculo ipsius, & dedit eam* (l. *ea*) *Domino.* Corb. *Et posuit Judith omnia vasa Olof. quæ dederat illi populus: & conopeum, quod sustulerat de cubiculo ejus, in oblivionem anathema.* Germ. verò 15. ita: *Et adtulit Judith omnia vasa Oloforn. & culicarem, quod detraxerat de cubiculo ejus, donum Deo Israël.*

℣. 24. Mss. Germ. 15. *Et erat populus lætans in Jerus. contra faciem sanctorum per menses tres, & Judith cum illis permansit.* Corb. *Et erat populus jucundus secundùm faciem*, &c. ut in Germ. 15. In Pech. sic: *Et lætabantur in Jerus. contra faciem*, &c. ut sup. Gr. Καὶ ἦν ὁ λαὸς εὐφραινόμενος, &c. ut in Lat.

℣. 25. Mss. Germ. 15. *Post istos autem dies reversus est unusquisque in possessionem suam, & Judith abiit in Bethulia in possessiones suas, & facta est secundùm tempus præclara in omni terra, & cum multi cupiebant illam,* (l. *multi concupiebant.*) Similiter habet Mss. Pech. usque ad hoc, & *facta est*, præter *Bethuliam*, pro *Bethulia*; reliqua verò omittit. In Corb. sic: *Post dies autem illos reversi sunt unusquisque ad possessionem suam, & Judith abiit in Bethuliam, & facta est secundùm tempus suum præclara in omni terra, & multi concupierunt illam.* Græcè: Μετὰ δὲ τὰς ἡμέρας ταύτας ἀνέζευξεν ἕκαστος εἰς τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, καὶ Ἰουδὶθ ἀπῆλθεν εἰς Βετυλούα, καὶ ἐγένετο ἐπὶ τῆς ὑπάρξεως αὐτῆς, καὶ ἐγένετο κατὰ τὸν καιρὸν ὡραῖος, &c. ut in Lat. sup.

℣. 26. Ita Græcè, nisi quòd habetur ἀφ' ἧς ἡμέρας, pro *ex quo*. In Mss. Germ. 15. & Corb. ita: *Et non cognovit eam vir omnibus diebus vitæ suæ, ex qua die* (Corb. *ex quo*) *defunctus est Manasses vir ejus, & adpositum est ad honestatem ejus,* (Corb. *appositus est ad populum suum.*) In Pech. deest ℣. totus cum seq.

℣. 27. Mss. Germ. 15. *Et procedens fiebat magna valde.* Corb. *Et erat procedens cum gloria magna.* Græc. Καὶ ἦν προβαίνουσα μεγάλη σφόδρα.

℣. 28. Mss. Germ. 15. cum Pech. *Et senuit in domum* (Pech. *domo*) *viri sui annis centum quinque, & mortua est in Bethulia, & sepelierunt eam in spelæo* (Pech. *sepulcrum*) *cum Manasse viro suo.* Corb. verò: *Et mansit in domo viri sui annis centum quinque, & dimisit abram suam liberam; & mortua est in Bethulia, & sepelierunt illam in sepulcro viri sui Manasse.* Itidem Græcè, duobus tantùm exceptis, nempe ἐγήρασε, *senuit*, pro *mansit*, & σπηλαίῳ *spelunca*, pro *sepulcro*.

℣. 29. Græc. Καὶ ἐπένθησαν (Mss. Alex. ἐπένθησαν) αὐ-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſs. Reg. & Germ.

riretur, omnibus proximis viri ſui Manaſſe, & proximis ex genere ſuo, & reliquit ancillam ſuam liberam.

30. Et non fuit adhuc qui in timore mitteret filios Iſraël in diebus vitæ Judith, & poſt mortem ejus diebus multis.

VULGATA NOVA.

30. In omni autem ſpatio vitæ ejus non fuit qui perturbaret Iſraël, & poſt mortem ejus annis multis.

31. Dies autem victoriæ hujus feſtivitatis, ab Hebræis in numero ſanctorum dierum accipitur, & colitur à Judæis ex illo tempore uſque in præſentem diem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

τὴν οἶκος Ἰσραὴλ ἡμέρας ἑπτά. Καὶ ἀπέλιπε τὰ ὑπάρχοντα αὐτῆς, &c. ut in Lat. ſupra, deletis tamen ult. his, & *reliquit ancillam*, &c. quæ inſerta ſunt ℣. anteced. Mſs. Germ. 15. & Pech. ſic hab. *Et luxerunt eam omnis domus Iſraël diebus ſeptem. Et diviſit ſubſtantiam ſuam, priuſquam moriretur, omnibus proximis Manaſſe viri ſui, & proximis ex genere ſuo, & dimiſit puellam* (Pech. *abram*) *ſuam liberam.* Corb. *Et luxit illam domus Iſr. diebus ſeptem. Et diviſerunt ſubſtantiam ejus proximis Manaſſe viri ejus, & proximis generis ejus ;* abſque ſeqq. quæ retulit ſupra.

℣. 30. Mſ. Germ. 15. *Et non erat jam qui perturbaret filios Iſr. in diebus Judith, & poſt mortem ejus pro multo tempore.* Corb. & Pech. *Et non erat* (Pech. *Et non fuit ultra*) *qui perturbaret filios Iſraël in diebus Judith*, &c. ut in Regio ſup. Græc. Καὶ οὐκ ἦν ἔτι ὁ ἐκφοβῶν τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰουδὶθ, καὶ μετὰ τὸ ἀποθανεῖν αὐτὴν ἡμέρας πολλάς.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugenſi.

LIBER JUDITH.

CAP. I. ℣. 2. Fecit muros ejus in latitudinem cubitorum ſeptuaginta, & in altitudinem cubitorum triginta. *Cùm alii plerique libri, murorum altitudini ſive ſublimitati tribuant cubitos* ſeptuaginta, *latitudini verò ſive ſpatioſitati* triginta, *minori numero ; Sixtina Biblia è diverſo, huic* ſeptuaginta, *illi* triginta *adſcribunt.*

℣. 12. Adversùs omnem terram illam. *Non ſcribas* ad *loco* adversùs.

CAP. III. ℣. 1. Syriæ ſcilicet Meſopotamiæ. *Non interjicias conjunctionem* & *ante* Meſopotamiæ.

℣. 9. Exirent obviam venienti. *Non addas* in *præpoſitionem ante* obviam. *Idem infra* 5. ℣. 4.

CAP. V. ℣. 24. Aſcendamus ad illos. *Non eſt præponenda his verbis conjunctio* &.

CAP. VI. ℣. 9. Et ſic vinctum reſtibus. *Non eſt addenda præpoſitio* de *ante* reſtibus.

CAP. VII. ℣. 12. Juvenes & parvuli. *Non interponas* ſeneſque, *quod quidam.*

CAP. VIII. ℣. 17. Sic faciat nobiſcum miſericordiam ſuam. *Superfluit, quod quidam addunt, adverbium* citò.

CAP. X. ℣. 3. Et unxit ſe myro optimo. *Locus egregiè correctus* myro, *quod eſt unguento, pro* myrto, *quod vulgò legitur additâ unâ litterâ, & arboris ſeu plantæ genus eſt. Hanc emendationem præterieram, niſi Reverendiſſimus Epiſcopus noſter Blaſæus ſuggeſſiſſet : ut & quædam aliæ à quibuſdam aliis viris doctis ſuggeſtæ ſunt.*

℣. 5. Impoſuit itaque abræ ſuæ aſcoperam vini. *Malè plerique libri ſcribunt* aſcopam, *quod nihil ſignificat :* aſcoperam *rectè emendarunt Correctores, quod, penultimâ longâ, compoſitum ex* ἀσκὸς, *uter, &* πήρα *pera, ſignificat peram utri perſimilem, aut utris loco ſervientem, quæ nimirum vinum de collo geſtatur.*

Ibidem. Et vas olei, & polentam, & palathas. *Pro* palathas, *quod maſſam ficuum ſignificat, id eſt, ficus invicem connexas, quidam ineptè, inverſis ſyllabis, ſcripſerunt* lapathes.

CAP. XI. ℣. 18. Et mirabantur ſapientiam ejus. *Vocì* ſapientiam *non eſt præponenda præpoſitio* ad.

CAP. XIII. ℣. 13. Qui fecit virtutem in Iſraël. *Non addas* magnam.

℣. 15. Et concurrerunt ad eam omnes. *Ita rectiùs, quàm, ut in aliis libris eſt,* occurrerunt, *quod eſt, obviam cucurrerunt.*

CAP. XV. ℣. 2. Quos armatos ſuper ſe venire audiebant. *Non mutes imperfectum* audiebant, *cum pluſquamperfecto* audierant.

℣. 8. Omnia quæ erant illorum attulerunt ſecum. *Non eſt mutandum* attulerunt *in* abſtulerunt, *id eſt,* at *in* abs.

CAP. XVI. ℣. 2. Exaltate & invocate nomen ejus. *Verbum* exaltate *derivatum à nomine* altus, *huic loco convenit, non* exſultate, *compoſitum à* ſalto.

℣. 7. Et confodit eum. *Melius eſt* confodit, *quod eſt, jugulavit, quàm* confudit, *turbavit.*

℣. 8. Nec excelſi gigantes oppoſuerunt ſe illi. *Legendum eſt* oppoſuerunt, *quod eſt, reluctati ſunt, non* impoſuerunt.

℣. 23. Quod ipſa ſuſtulerat de cubili ipſius, obtulit in anathema oblivionis. *Quidam libri emittunt hæc verba,* de cubili ipſius, obtulit ; *minus rectè.*

Variæ Lectiones VULGATÆ, rurſum ab eodem FRANCISCO LUCA obſervatæ.

LIBER JUDITH.

CAP. V. ℣. 28. Ut ergo cognoſcat Achior quoniam fallit nos. *Alii legunt,* quia non fallit nos.

CAP. VII. ℣. 6. Qui influebat aquæductum illorum. *Quidam libri præponunt* in *nomini* aquæductum.

CAP. VIII. ℣. 13. Poſuiſtis vos tempus miſerationis Domini, & in arbitrium veſtrum diem conſtituiſtis ei ? *Quidam libri, loco genitivi, ſcribunt dativum* Domino, & *loco præpoſitionis* in, *legunt* ad.

℣. 21. Ad eloquium veſtrum corda eorum erigite. *Loco trium vocum* ad eloquium veſtrum, *quidam ſcribunt duas duntaxat, & ablativo caſu :* alloquio veſtro corda eorum erigite.

CAP. XV. ℣. 7. Et onuſtati ſunt valde. *Veriſimile eſt legendum eſſe* honeſtati, *pro eo quod eſt, ditati ; ſic enim legitur Græcè,* ἐπλούτησαν : *at ſolet Interpres uti voce* honeſti, *pro* divitis. *Sap.* 10. ℣. 11. Honeſtum fecit eum. *Ibid.* ℣. 10. Honeſtavit illum in laboribus. *Eccli.* 11. ℣. 14. Paupertas & honeſtas à Deo ſunt. & 13. ℣. 2. Pondus ſuper ſe tollit, qui honeſtiori ſe communicat, &c.

Digitized by Google

IN LIBRUM ESTHER

ADMONITIO PRÆVIA.

Librum Esther integrum ſuppeditavit nobis Mſ. Corbeienſis num. 7. annorum circiter 500. *Eundem quoque mutuati ſumus partim à Mſ. codice Orator. B. VII. edito Romæ cura & ſtudio Joſephi Mariæ Cari presb. unà cum veteribus S. Scripturæ capitulis; partim à Mſ. cod. clariſſimi viri DD. Pech, canonici Narbonenſis, quem accuratè tranſcriptum reperimus inter ſchedas alterius è noſtris D. Johannis Martianai.*

Mſ. Orator. tria ſolum priora libri capita complectitur in ſe; poſteriora verò felici quadam ſorte Mſ. Pechianus ſupplevit, ita ut ex ambobus codd. totus liber exſurgat, poſteriorque codex ſit quaſi pars ſecunda, ſeu continuatio alterius.

Mſ. noſtrum Corbeienſem duobus aliis prætulimus, tum quòd Verſio Latina quam præbet, unius ejuſdemque ſit Interpretis aut Scribæ; tum maximè quòd illa integra ſit magis, & paucioribus mutila ac decurtata. Hoc autem affirmari non poteſt de Mſ. Pechiano, in quo longè plurima deſunt.

Quod ſpectat ad genus ſeu characterem proprium hujus interpretationis Latinæ, qualis nempe habetur, ſive in Mſ. Corb. ſive in Mſs. Orator. & Pech. vix ulla magis antiquam Verſionem ſapit, ſeu ut aiunt, Italicam: imo illam ipſam diceres Hieronymum ipſum in manibus tenuiſſe, & habuiſſe præ oculis, cùm præf. in lib. Eſth. ita ſcribebat: Librum Eſther variis translatoribus conſtat eſſe vitiatum, quem ego, *inquit*, de archivis Hebræorum relevans, verbum è verbo, preſſiùs tranſtuli: quem librum editio Vulgata laciniosis hinc inde verborum funibus (*al.* ſinibus) trahit, addens ea quæ ex tempore dici poterant & audiri, ſicut ſolitum eſt ſcholaribus diſciplinis, ſumpto themate excogitare, quibus verbis uti potuit qui injuriam paſſus eſt, vel ille qui injuriam fecit. *Enim verò cuncta iſta, quemadmodum hic recitantur ſeu exponuntur ab Hieronymo, aptè quadrant in Mſs. noſtros.* Tot enim, *inquit noſter Martianæus*, tantaque ibi addita leguntur, quæ ex tempore dici poterant & audiri, ut vix ea conjecturis aſſequi potuiſſemus, niſi adhuc ſcripta nobis ſupereſſent in prædictis Mſs.

Præterea eadem capitula quæ Hieronymus obelis notavit, velut Hebræo contextu aliena; illa ipſa, inquam, ſi unum aut alterum excipias, ſimilibus verbis expreſſa, iiſdemque locis inſerta reperiuntur in Mſs. noſtris. Exempli gratiâ, Mardochæi ſomnium, quod Hieronymus docet principium libri fuiſſe in editione Vulgata, id ipſum initium eſt in Mſs. duobus Corbeienſi & Orator. Ejuſdem quoque ſomnii declaratio, quam poſt finem *libri inveniſſe ſe monet S. Doctor in editione Vulgata, hanc quoque in fine libri exhibent Mſs. noſtri. Uno verbo pleraque capitula illa quæ Hieronymus teſtatur in Hebræo non extitiſſe unquam, ſed in ſola editione Vulgata, ut vocat, à ſe fuiſſe reperta, v. g. exemplar Epiſtolæ pro cade Judæorum, Orationem Mardochæi & Eſther, ingreſſum ejuſdem Reginæ in Regis cubiculum, exemplar ejuſdem Epiſtolæ pro ſalute Judæorum, cuncta, inquam, iſta, iiſdem locis ab Hieronymo indicatis, & poſt eadem ferme ſignificata verba, Mſs. noſtri repræſentant: ut mirum videatur quo pacto, vel qua ratione ductus Martianæus noſter, Not. b. ad præfat. Hieron. in Heſt. to. 1. col.* 1135. *affirmare potuerit ſe*, curioſiſſima contentione facta hujus Mſ. Corbeienſis cum Græco, deprehendiſſe in illa editione Latina LXX. Interpretum ordinem ac morem hiſtoriæ Hebraïcæ. *Id, inquam, paulùm temerè, & nulla certa ratione aſſertum à Martianæo videtur, ut cuivis vel leviter attendenti, aut legenti promptum erit.*

Nec juvant exempla duo ab ipſo allata ad aſſertionem ſuam confirmandam: Exempli causâ, *inquit*, duorum eunuchorum Gabathæ & Tharræ machinatio parricidalis in regem Artaxerxem, quæ apud LXX. narratur initio libri Eſther, legitur in noſtro Mſ. codice, juxta morem Hebraïcum, poſt celebratas nuptias Eſtheris cum rege Artaxerxe. *Quid tum inde? Hoc pariter modo rurſus habetur eadem narratio ibid. apud LXX. nempe cap. 2. ℣. 21. nihilque aliud intereſt Græcum LXX. Interp. inter, & veterem noſtram Verſionem Latinam, niſi quòd in Mſ. Corbeienſi id prætermittitur initio libri, quod ibidem fortaſſe abundat apud LXX. Sed ex eo quòd* machinatio *illa referatur poſt celebratas Reginæ nuptias in Mſ. noſtro, non inde ſequitur in aliis ſervari morem Hebraïcum; vel ſi ſervatum fuiſſe, ſaltem eò loci, hunc morem contendas, quod non ierim inficias, eundem etiam & in Græco ſervatum fuiſſe eodem jure reponam, cùm res eadem poſt celebratas eaſdem nuptias iterum narretur apud LXX.*

Digitized by Google

Idem judicandum credimus de altero exemplo à Martianæo prolato : Iterum, *inquit*, quæ de Mardochæi captivitate, & translatione in Babylonem leguntur cap. 1. editionis LXX. ea retinet Mſ. Latinus cap. 2. juxta morem Hebræorum codicum. *Imo non tantùm juxta morem Hebræorum, ſed etiam Græcorum LXX. apud quos quod relatum fuit ſupra cap.* 1. *(Vulg.* 11.*) idem prorſus iterum narratur infra cap.* 2. ℣. 6. *At verò quæ initio libri prætermittuntur in Mſ. noſtro Corb. perinde ac in textu Hebraïco, non ſolùm infra cap.* 2. ℣. 6. *leguntur ut in Hebræo, ſed etiam initio capitis* 11. ℣. 3. *Quinimo Mſ. Orator. qui paſſim concordat cum Mſ. Corb. eandem captivitatem memorat initio libri, ſicut editio LXX. Interpretum.*

Id unum tantùm movere poteſt, quòd Verſio Latina Mſ. Corbeienſis Græci contextûs ſenſum magis reddat quàm verba, quod etiam notavimus ſupra, ubi actum eſt de Verſione Latina libri Judith, quam Mſ. ille pariter continebat. Sed hîc non agitur niſi de Græco hodierno juxta exemplar Vaticanum Romæ edito, non verò de aliis codicibus Græcis, qui tunc temporis uſu recepti erant, quique à ſe invicem diſcrepabant in multis. Id genus plures Mſs. codices etiamnum exſtant in diverſis Bibliothecis; & nonnullorum variantes lectiones collectæ ſunt ab eruditis viris. Hujuſmodi lectionum plurimas ſubjicimus in Notis, quales videlicet invenimus in editione Græca LXX. Interpretum, ſtudio & cura Lamberti Boz, Franequeræ non multis ab hinc annis adornatâ. Præterea (& hoc in primis obſervatum velim) alia erat editio, ut ait Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. quam Origenes, & Cæſarienſis Euſebius, omneſque Græciæ Tractatores, Κοινὴν, id eſt, *Communem* appellant atque *Vulgatam*, & à pleriſque nunc Λουκιανὸς dicitur; alia LXX. Interpretum, quæ & in Ἑξαπλοῖς codicibus reperitur..... Κοινὴ autem iſta, hoc eſt, Communis editio, ipſa eſt quæ & LXX. ſed hoc intereſt inter utramque, quòd Κοινὴ pro locis & temporibus, & pro voluntate Scriptorum, vetus corrupta editio eſt; ea autem quæ habetur in Ἑξαπλοῖς..... ipſa eſt quæ in eruditorum libris incorrupta & immaculata LXX. Interpretum translatio reſervatur. *Porro editionem Latinam veterem ad editionem Græcam* Κοινὴν, *non ad puram Hexaplarem LXX. Interpretum elaboratam fuiſſe nunquam diffitebimur.*

Unum jam inveſtigandum ſupereſt, nempe quid ſentiendum de capitulis illis variis quæ habentur in Vulgata noſtra à ℣. 4. *cap.* 10. *ad finem uſque libri, quæque addita fuere ab Hieronymo ex* editione Vulgata, *ut vocat; an ſcilicet eodem modo, iiſdemque verbis expreſſa fuerint in antiqua Verſione Latina, an non potiùs translata fuerint Latinè ab ipſo è Græca Verſione LXX. Interpretum, quam etiam ſæpe Comment. in Proph.* Vulgatam editionem *nominat. Enim verò ſi per* editionem Vulgatam *intelligenda illic eſſet Vulgata Latina quæ vigebat tunc temporis in Eccleſia, non ſolùm eadem res iiſdem in locis deprehenderentur in Vulgata noſtra, quæ in Mſs. noſtris, verùm etiam eadem voces, eadem plerumque verba utrobique adhibita legerentur : attamen hoc ita non invenitur, ſi contentio & comparatio fiat : quinimo ſi non rebus, aut ſenſu rerum, ſaltem verbis, vel conſtructione vocum ita differunt inter ſe Vulgata nova & Mſs. noſtri, ut translationes diſtinctæ, & planè diſpares eſſe videantur etiam his ipſis in locis. Concludendum igitur eſt* Vulgatæ editionis *nomine ibi non ſignificari Vulgatam veterem Latinam quam quærimus, ſed Verſionem Græcam* Communem *LXX. Interpretum, à quibus capitula varia, quæ in Hebræo non erant, mutuatus eſt S. Doctor, quæque Latinè reddita, novæ ſuæ interpretationi ex Hebræo attexuit. Quoniam verò antiqua Verſio Latina ex eodem fonte Græco derivata fuerat, non mirum ſi illa ipſa additamenta, rerum ſimilis diſtributio atque diſpoſitio, imo confuſio ac perturbatio eadem, in illa ipſa nunc deprehendantur, quæ olim in Vulgata editione Græca animadverterat Hieronymus, quæque etiamnum inveniuntur in textu Græco.*

Nec à vero noſtram longè aberrare conjecturam vel ex hoc uno inferri poteſt, quod in Vulgata legitur ex Hieronymo, ſcilicet poſt ℣. 3. *cap.* 10. Quæ habentur, *inquit*, in Hebræo, plena fide expreſſi; hæc autem, quæ ſequuntur, ſcripta reperi in editione Vulgata, quæ Græcorum linguâ & litteris continentur. *Porro de Græcis hîc, non de Latinis loqui videtur Hieronymus : enim verò poſteriora verba,* quæ Græcorum lingua & litteris continentur, *juncta cum antecedentibus his,* in editione Vulgata, *ſatis apertè commonſtrant,* editionem Vulgatam *illam unum eſſe & idem cum* Græcorum lingua & litteris: *hoc tantùm ſollicitare poſſet, quòd Hieronymus Verſionem illam* Vulgatam *vocitet, quòdque ſubjuncta proximè verba plurali numero exprimantur, non ſingulari; quaſi verò S. Doctor dixiſſet :* Quæ ſequuntur, ſcripta reperi in editione Vulgata, quæ *quidem ſcripta (ſupp. in edit. Vulg.)* Græcorum *etiam* linguâ & litteris continentur. *Verùm præterquam quòd non ita diſtinctè expreſſa ſunt hæc verba ab Hieronymo, non etiam in editis omnibus habetur plurale iſtud,* continentur; *in Bibliotheca enim divina S. Hieronymi, quam ad Mſs. codd. edidit D. noſter Martianæus, non legitur pluraliter* continentur, *ſed hoc ſingulare* continetur.

Digitized by Google

Præterea, ut jam notavi ſupra, Hieronymus Comment. in Proph. editionis Vulgatæ *nomine, non aliud aliquoties ſignificare videtur præter Græcam Verſionem LXX. Interpretum: exempli gratiâ, in Amos 5. ℣. 7. & ſeqq. præmiſſo duplici contextu Latino, & ſecundùm Hebraicum, & ſecundùm edit. LXX. ſubnectit iſta, col. 1410. f.* Multùm in hoc loco ab Hebraïca veritate *editio Vulgata* diſcordat; *& poſt pauca, quid intelligat per* editionem Vulgatam, *ita explicat:* Itaque, *inquit*, exponamus primùm juxta Hebræos, & poſtea quid nobis videatur in translatione LXX. *Non negaverim tamen uſurpatam ab Hieronymo in hiſce Commentariis Verſionem Latinam è Græco LXX. primigeniam illam fuiſſe interpretationem Latinam, quæ publicè legebatur tunc temporis in Eccleſia, ſi non perpetuò & in omnibus, ſaltem plerumque & majori ex parte. Quinimo & iſtud aſſeritur à nobis infra, variiſque ac idoneis argumentis confirmari poſſe creditur Admonit. prævia in Prophetas, ad quam remittimus: ſed impræſentiarum non agitur de ipſa Verſione Latina è Græco proximè derivata, ſed de vocabulo ipſo, ſeu nomine, quo appellabatur alterutra, vel Græca vel Latina, ab Hieronymo. At verò inficias nemo ierit, Græcam LXX. interpretationem ſæpenumero* Vulgatam editionem *ab ipſo in Commentariis vocitatam fuiſſe; eo videlicet ſenſu, quo ſupra in epiſt. ad Sunniam & Fretelam: & qui pervicaciter & obſtinatè de hoc refragari vellet, vel ex eo altero Commentariorum loco convinci poſſet, nimirum in Oſe, cap. 7. ℣. 13. ubi Hieronymus col. 1284. a. ad hoc Vulgatæ verbum,* vaſtabuntur, *ita diſſerit:* Pro eo quod nos diximus, *vaſtabuntur*, & in Hebræo ſcriptum eſt, *ſod laem*, id eſt, *vaſtatio eis*, Symmachus *interitum*, Theodotio *miſeriam*, interpretati ſunt. Porro in *editione Vulgata* dupliciter legimus: quidam enim codices habent δῆλοί εἰσιν, hoc eſt, *manifeſti ſunt*, alii δειλαῖοί εἰσιν, hoc eſt, *meticuloſi*, ſive *miſeri ſunt.*

Sed de his, inquies, quid certò poteſt colligi quantùm ad illa quæ ab Hieronymo inſerta ſunt capiti 10. *& aliis ſubſequentibus libri Eſther? Ad ſummum vera conjectura, argutè fortaſſe à vobis excogitata; ſed ſi penitiùs inſpiciatur, mera ſuſpicio, imo incerta & obſcura divinatio eſt: quominus enim ipſi aſſentiatur non parum obſtant atque officiunt quæ Hieronymus addit infra ſub finem capitis* 12. Quæ ſequuntur, in eo loco poſita erant, ubi ſcriptum eſt in volumine: *& diripuerunt bona, vel ſubſtantias eorum;* quæ in ſola Vulgata editione reperimus; *deinde ſic:* Epiſtolæ autem hoc exemplar fuit. *Item infrà poſt ℣. 7. capitis* 13. Quæ ſequuntur, *inquit*, poſt eum locum ſcripta reperi, ubi legitur; *Pergenſque Mardochæus, fecit omnia quæ ei mandaverat Heſter:* nec tamen habentur in Hebraïco, & apud nullum penitus feruntur Interpretum. *Clara iſta, inquies, & plana, eaque Latinam Verſionem manifeſtò arguunt, non Græcam, quid repones?*

Fatendum quod res eſt, verba iſta aliquantùm importuna, imo in ipſis potiſſimùm difficultas vertitur: ſed præterquam quòd multa concurrunt ſupra, quibus hic nodus expediri poteſt & ſolvi, hoc inſuper addam: Si illa ipſa quæ citat Hieronymus ſupra, Et diripuerunt bona, *vel* ſubſtantias eorum, *&c. ut & iſta,* Pergenſque Mardochæus, fecit omnia quæ ei mandaverat Heſter, *eodem planè modo, totidemque vocibus reperirentur in Latinis Mſs. noſtris, danda eſſet manus, victumque me lubens faterer: ſed quia ſupradicta verba, prout jacent, ſtrictimque ſumpta, nonniſi in textu Græco, (nam hic de Hebraïco non agitur) ita inveniuntur, ſaltem poſteriori loco, in integro manet difficultas: en verba quo pacto ſe habent utroque loco, cùm in Latinis codicibus noſtris, tum in textu Græco: In Mſs. Corb. & Pech. ita legitur in fine captis* 12. Et eripere eorum ſubſtantiam; *vel* Et diripere omnem ſubſtantiam eorum: *deinde ſic:* Epiſtola autem ſcripta eſt duodecima ſimilitudine (*vel* ſimilitudinem hanc) cujus eſt exemplum hoc, *vel* cujus exemplar tale erat: *In Græco verò:* Καὶ διαρπάσαι τὰ ὑπαρχοντα αὐτῆς· *ſtatimque,* Τῆς ὃ ἐπιστολῆς ἐστι τὸ ἀντίγραφον τόδε· *quæ licet proximè accedant Latinis Mſs. Corb. & Pech. tamen Vulgatæ verba ſtrictiùs exprimunt. Ad alterum locum ab Hieronymo indicatum quod ſpectat, nempe medio capite* 13. *ſic habetur in Mſ. Corb. ut & in altero Pech. paucis immutatis:* Et vadens Mardochæus, prædicavit ſanitatem; ſponſi autem de thalamis exierunt, & ſponſæ de paſcis ſuis, *& alia multa; mox ita:* Mardochæus autem, *&c. In Græco verò multò contractiùs:* Καὶ βαδίσας Μαρδοχαῖος, ἐποίησεν ὅσα ἐνετείλατο αὐτῷ Ἐσθήρ· *tum proximè,* Καὶ ἐδιήθη Κυρίῳ, *&c. quæ ipſiſſima ſunt Vulgatæ verba ab Hieronymo adnotata. In Latinis codicibus noſtris, ſaltem poſteriori loco, res quidem exſtant, in Græco verò textu verba pro verbis.*

Nonnullos fortè reperias qui exiſtiment verba de quibus ſupra: Et diripuerunt bona, vel ſubſtantias eorum; *& inf.* Pergenſque Mardochæus, *&c. textûs eſſe Hebraïci, vel Vulgatæ novæ ab ipſo derivatæ, cùm videlicet eadem etiamnum legantur cap. 3. ℣. 13. & cap. 4. ℣. 17. quaſi Hieronymus ad alterutrum textuum illorum reſpexerit, non verò ad verba translationi Græcæ LXX. iiſdem locis pariter inſerta: ſed hæc inconſulta & præceps exiſtimatio eſt: in hanc tamen abductus fuiſſe videtur in primis doctiſſimus vir Lucas Brugenſis, cum ad hæc Vulgatæ verba, cap. 12. ℣. 6.* & diripuerunt bona, *id ob-*

Digitized by Google

ſervat : Interpres hîc reſpiciens ad locum ſupra cap. 3. ℣. 13. vix dubium quin repetierit eadem, quibus eo loco uſus fuerat, *& diriperent bona*, potiùs quàm mutarit *diriperent*, in præteritum *diripuerunt. Hoc ſanè non ſatis attendit vir doctus, quòd hæc verba ab Hieronymo non fuerint repetita ex Vulgata, cap. 3. ℣. 13. ſed potiùs ex textu Græco quem tunc fortaſſe præ manibus habebat : id maximè innuunt quæ ait Hieronymus infra :* Quæ ſequuntur, *inquit*, in eo loco poſita erant, ubi ſcriptum eſt in volumine : *Et diripuerunt bona* vel *ſubſtantias eorum. Et ſanè non loqui videtur hîc Hieronymus niſi de volumine, in quo ſequebantur multa quæ non reperiebantur in aliis : porro additamenta id genus neque in Hebraïco legebantur cap. 3. ℣. 13. neque etiam ibidem in Vulgata nova, ex quo textu proximè derivata erat ; reſtat igitur à ſolo textu Græco vel editione Vulgata, quam vocat, Hieronymum hæc verba*, & diripuerunt, *&c. fuiſſe mutuatum. Quinimo illa ipſa Hieronymum Latinè reddidiſſe, & ſua, ſi ita loquî fas eſt, feciſſe, vel ex hoc uno affirmari poteſt, quod ad vocem* bona, *addit* vel ſubſtantias eorum : *ſi enim verba ipſa retuliſſet Hieronymus, quomodo legebantur in Græco, vel etiam in Vulgata nova, ut gratis aſſeruit Lucas Brug. ſimpliciter poſuiſſet* bona eorum ; *cùm autem ſubdiderit & vocem* ſubſtantias, *alterius ſimilem, præpoſitâ disjunctivâ* vel, *luce meridiana clarius eſt Hieronymum tunc è Græco reddidiſſe Latinum, non verò ipſiſſima verba protuliſſe : quæ enim legimus Græcè τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν, Latinorum iſtorum alterutro pereaquè reddi poſſunt, vel* bona, *vel* ſubſtantias eorum ; *τὰ ὑπάρχοντα enim, verbum è verbo,* quæ quis habet.

De variis etiam capitulis ſuperadditis in conſequentibus, hoc ſtudiosè animadvertendum quod addit Hieronymus ibid. ea ipſa in ſola Vulgata editione ſcripta *ſe reperiſſe*, nec tamen *haberi* in Hebraïco, *&* apud nullum penitus *ferri* Interpretum ; *quibus manifeſtè apparet hîc opponi ab Hieronymo Hebraïcum fontem cæteris ejuſdem interpretationibus, uniuſque cum aliis nonnullam comparationem inſtitui : at verò Hebraïci fontis tum cùm Hieronymus ſcribebat, non alia exſtabant interpretationes præter Græcas, videlicet LXX. Interpretum, Symmachi, Theodotionis, &c. quarum prior, nempe LXX. cæteris antecellens, in uſu communi erat : cùm igitur Hieronymus ait prædicta capitula ſe reperiſſe in Vulgata editione ſola, perinde eſt ac ſi dixiſſet, eadem ſe inveniſſe apud ſolos Interp. Græcos LXX. non verò apud alios itidem Græcos, puta Symmachum, Theodotionem, &c. maximè cùm addat ipſa &* apud nullum penitus *ferri* Interpretum.

Nec reponere juvat, hoc ſemel conſtituto, inde ſequi, ut antiqua Verſio Latina ſimul cum Græcis, præter unam LXX. excludi debeat ; ut enim variæ illæ translationes Græcæ ſuum habebant Interpretem, ita & ſuum habebat Verſio Latina ; cùm autem Hieronymus dicat prædicta capitula nec in Hebraïco legi, nec apud ullum ferri Interpretum præterquam apud LXX. ergo nec apud veterem Interpretem Latinum pariter legenda erant : quod tamen falſum eſt, ut & fidem faciunt Mſs. Latini ſuperſtites. Concluſio vana & futilis : cùm enim Vulgata Latina vetus è Græca editione LXX. puta Communi, prodierit, non mirum ſi quidquid in una legitur, plerumque reperiatur & in alia : nequaquam igitur Hieronymus alteram ab altera tunc ſecernere debuit, quarum utraque unum & eundem contextum referebat. Præterea, ut jam dixi, non agebat Hieronymus de Latinis, ſed de Græcis interpretationibus oppoſitis fonti Hebraïco.

His omnibus adde capitula iſta ſuperaddita ab Hieronymo, Latinam Verſionem antiquam non redolere, quin potiùs Latinum Vulgatæ novæ ſtylum referre, eandem dictionis characterem, eandem dicendi ſcribendive rationem. Elocutio autem veteris Interpretis Latina, non ita facilis & expolita, minùs plerumque lenis & ornata, nonnunquam etiam fœdata mendis & corrupta. Ex his itaque & aliis quæ recenſuimus ſupra, ſi non certò, ſaltem pluſquam probabiliter confici debet, poſteriora iſta capitula libri Eſther translata fuiſſe in Latinum ab Hieronymo ex editione Græca LXX. Interpretum, non verò deſcripta fuiſſe ab ipſo, verbum è verbo, ex editione Vulgata veteri Latina. Et eò quidem confidentiùs id affirmamus, quòd Hieronymo, qui tunc temporis in id potiſſimum incumbebat, ut è fonte Hebraïco in Latinum verteret librum Eſther, nihil magis conduceret, quàm ut, translatis jam decem ferè prioribus capitibus, quæ ſola in eodem fonte reperiebantur, alia ſuperaddenda ex illo potiùs contextu repeteret, qui in cæteris propior ad ipſum accedebat, nempe è Græco LXX. quàm ex editione veteri Latina, quæ ab Hebraïco, media interpretatione Græca, longiùs recedebat.

Ad inſcriptionem hujus libri quod attinet, ita legitur in Mſ. Corb. Incipit liber Ediſſæ, qui dicitur Eſther : *iiſdem quoque verbis terminatur in eodem Mſ.* Explicit liber Ediſſæ, qui dicitur Eſther. *In Mſ. Pech. initio habetur ſimpliciter :* Incipit liber Eſther. *Apud Joſephum Carum ita :* Incipit translatio libri Eſther juxta LXX. Interpretes. *Porro utroque nomine ſic vocatur Vulgatæ cap. 2. ℣. 7.* Mardochæus..... qui fuit nutritius filiæ fratris ſui Ediſſæ, quæ altero nomine vocabatur Eſther.

Digitized by Google

SUMMA CAPITA LIBRI ESTHER,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Verſioni antiquæ reſpondeant.

CAP. I. *Aſſuero ad potentiæ & gloriæ ſuæ oſtentationem ſplendidum celebrante convivium, regina Vaſthi accerſita venire recuſat, ideoque repudiatur: & ſapientum conſilio edictum promulgatur, ut uxores maritis deferant honorem.*

CAP. II. *Præ cæteris virginibus Aſſuero quæſitis Eſther neptis occulta Mardochæi Judæi placens, regina loco Vaſthi facta eſt, celebrato nuptiarum magnifico convivio, ac datis muneribus. Porro Mardochæus ad oſtium palatii manens, eunuchos regi inſidiantes prodit; quod factum Mardochæi annalibus inſcribitur.*

CAP. III. *Aman à rege ſublimatus, indignatur quòd ſolus Mardochæus Judæus ipſum non adoret: quapropter omnium Judæorum interitum ab Aſſuero impetrat, mittitque ad univerſas provincias litteras regis annulo ſignatas, ut tertio decimo die menſis duodecimi univerſi ubique Judæi occidantur.*

CAP. IV. *Luctus Mardochæi ac reliquorum Judæorum ob paratum ipſis interitum: Eſther autem ut juſſu Mardochæi Judæorum neci occurrat, & non vocata ad regem ingrediatur, jubet cum jejunio pro ſe triduo orari, idem ipſa faciente.*

CAP. V. *Eſther ad regem ingreſſa poſtulat, ut cum Aman ad ſuum veniat convivium; in quo ab exhilarato rege de ſua petitione interrogata, rurſum utrumque ad ſequentis diei convivium invitat: interea Aman indignatus ſe à Mardochæo non honorari, crucem illi parat.*

CAP. VI. *Rex in lectis ſibi nocte annalibus Mardochæi fidelitatem in detectis adverſùs regem eunuchorum inſidiis reperiens, jubet ipſum ut ſecundum à rege, per Aman honorari.*

CAP. VII. *Eſther in convivio regem pro ſuâ & populi ſui vita precatur, & Aman Judæorum adverſarium accuſat; quem rex in cruce ab illo parata Mardochæo ſuſpendi jubet.*

CAP. VIII. *Eſther, exaltato Mardochæo, veteres Aman litteras novis irritans, Judæis ſecuritatem impetrat, & ut ſe de ſuis inimicis ulciſcantur; unde maxima ubique lætitia exoritur.*

CAP. IX. *Judæi paſſim hoſtes ſuos trucidant; & ſuſpenſis decem filiis Aman, diem Phurim, hoc eſt, Sortium, perpetuò ſolemnem Mardochæus inſtituit.*

CAP. X. *Somnii Mardochæi declaratio, reducto Judæorum populo in libertatem.*

CAP. XI. *Somnium Mardochæi.*

CAP. XII. *Manifeſtatio inſidiarum eunuchorum in regem à Mardochæo, ex ſecundo capite repetita.*

CAP. XIII. *Exemplar epiſtolæ quam miſit Aman ad principes provinciarum ſuper cæde Judæorum, & Mardochæi oratio pro eorum liberatione.*

CAP. XIV. *Plangit Eſther, Deum in ſpiritu humilitatis obſecrans.*

CAP. XV. *Mandante Mardochæo, intrat Eſther ad regem, vultu illius exterrita.*

CAP. XVI. *Aſſueri epiſtola pro Judæorum ſalute cum inimicorum ſuorum interemptione, ad ſingulas regni provincias, irritando epiſtolam miſſam ab Aman.*

Digitized by Google

LIBER
ESTHER.

VERSIO ANTIQUA.

(Vulg. Cap. XI.)

* *Vide Not.*

Ex Mſ. Corb. n. 2. 7. ann. circ. 500.

ANno ſecundo, regnante Aſſuero rege majore, principio menſis Niſi, qui eſt Andicus, viſum vidit Mardochæus, qui fuit Jarim, qui Semei, qui Ciſæi, ex tribu Benjamin;

3. homo magnus, curans in aula regis.

4..... *Vide Not.*

5. Hoc erat ipſius viſum: Et ecce voces, & tumultus, & tonitrua, & terræ motus, & conturbatio magna ſuper terram: *Ex Mſ. Corb.*

6. & duo dracones magni, parati prodierunt uterque luctari.

7. Et facta eſt illorum magna pugna,

8. & dominabantur die tenebroſo & malo, & ſtrepitus magnus in his qui ſunt ſuper terram.

9. Et timuerunt in perditionem.

10. A voce clamoris eorum factus eſt fons unus, & ex fonte illo prodiit flumen magnum

Notæ ad Versionem antiquam.

* Initium libri Eſther in antiqua iſta Verſione Latina, ſicut apud LXX. Interpretes, ducitur ab his quæ leguntur in Vulgata capite XI. ℣. 2. Idipſum obſervavit Hieronymus, ſicut etiamnum ex ipſo legitur ibid. in omnibus Vulgatæ editionibus: *Hoc quoque*, inquit, *principium erat in editione Vulgata, quod nec in Hebræo, nec apud ullum fertur Interpretum.*

℣. 2. Eadem leguntur in Mſ. Orat. exceptis his, *regnante Artaxerxe rege magno, prima menſe*, (l. *menſis*) *qui eſt Xandici*; & infra, *Chiſſæus*, loco *Ciſai*. Item in Græco Vat. Ἔτους δευτέρου βασιλεύοντος, Ἀρταξέρξου τοῦ μεγάλου βασιλέως, τῇ μιᾷ τοῦ Νισὰν, ἐνύπνιον εἶδε Μαρδοχαῖος, ὁ τοῦ Ἰαίρου, τοῦ Σεμείου, τοῦ Κισαίου, &c. ut ſup. At in alio vet. legitur, βασιλεύοντος Ἀσυήρου τοῦ μεγάλου, μιᾷ μηνὸς Ἀδαρισὰν, ὅ ἐστι Δύστρος Ξανθικός.

℣. 3. Hic verſiculus mutilus eſſe videtur dimidia ſui parte eò loci, ſed integer legitur infra ſub finem capitis 3. ubi ſic habetur: *Erat homo Judæus inhabitans Suſis, curans in regia regis, homo magnus apud regem, de tribu Benjamin.* In Mſ. tamen Orator. hîc habetur ſimpliciter ut ſup. *Homo magnus curans in aula regis.* At in Græco ſic: Ἄνθρωπος Ἰουδαῖος οἰκῶν ἐν Σούσοις τῇ πόλει, ἄνθρωπος μέγας, θεραπεύων ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ βασιλέως.

℣. 4. Iſte verſus prætermiſſus in Mſ. Corb. habetur infra in fine capitis 3. hoc modo: *Homo juſtus, de captivitate quam ceperat Nabuchodonoſor rex Babylonis ab Jeruſalem cum Jechonia rege Judæorum.* In Mſ. verò Orator. non transfertur infra, ſed hîc ita ſequitur: *Et erat ex captivitate, quam adduxit Nabugodonoſor rex cum Jechonia rege Judææ.* Item in Græco: Ἦν δὲ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας, ἧς ἠχμαλώτευσε Ναβυχοδονόσορ βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐξ Ἰερουσαλὴμ μετὰ Ἰεχονίου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας· in vet. edit. deeſt hoc, ἐξ Ἰερουσαλήμ.

℣. 5. Mſ. Orator. ipſo initio hab. conjunctionem καὶ, quam delet poſt *viſum*; reliqua ut ſupra. In Græco utrumque habetur καὶ, ſed abſque verbo *erat*; nec repetitur καὶ, ante *tonitrua*, neque poſt *motus*; deeſt etiam vox *magna*; cætera ut ſup. In Mſs. Alex. & Or. ac edit. Ald. præponitur καὶ, voci *conturbatio*; at pro *viſum*, legitur ubique ἐνύπνιον, *ſomnium*.

℣. 6. In Mſ. Orator. *Et ecce duo..... utrique luctari.* Similiter in Græco, Καὶ ἰδοὺ, cum voce ἀμφότεροι; reliqua ut ſup.

℣. 7. Concinit Mſ. Orator. Sed in Græco pro *magna pugna*, habetur φωνὴ μεγάλη, *vox magna*; tum ſequuntur iſta: Καὶ τῇ φωνῇ αὐτῶν ἡτοιμάσθη πᾶν ἔθνος εἰς πόλεμον, ὥστε πολεμῆσαι δικαίων ἔθνος. *Et voce eorum parata eſt omnis gens ad bellum, ut impugnarent juſtorum gentem*; quæ abſunt à Lat. ſup.

℣. 8. Poſt verbum *dominabantur*, hoc additur in Mſ. Orator. & *populus adunabatur*; reliqua ut in textu. Græcè verò ita: Καὶ ἰδοὺ ἡμέρα σκότους καὶ γνόφου, θλῖψις καὶ στενοχωρία, κάκωσις καὶ τάραχος μέγας ἐπὶ τῆς γῆς. *Et ecce dies tenebrarum & caliginis, tribulatio & anguſtia, afflictio & turbatio magna ſuper terram.*

℣. 9. Mſ. Orator. habet, *Et timuerunt perditionem.* Gr. verò: Καὶ ἐταράχθη πᾶν ἔθνος δίκαιον φοβούμενοι τὰ ἑαυτῶν κακὰ, καὶ ἡτοιμάσθησαν ἀπολέσθαι. *Et turbata eſt omnis gens juſta timentes ſua mala, & parati erant perire.*

℣. 10. In Mſ. Orat. ſic: *Et clamaverunt ad Dominum: & à voce clamoris eorum factus eſt ſonitus, & fons unius, & ex fonte illo exiit flumen magnum, aqua multa.* In Græco: Καὶ ἐβόησαν πρὸς τὸν Θεόν· ἀπὸ δὲ τῆς βοῆς αὐτῶν ἐγένετο ὡσανεὶ ἀπὸ μικρᾶς πηγῆς ποταμὸς μέγας, ὕδωρ πολύ. *Et clamaverunt ad Deum: à clamore autem eorum factum eſt tanquam à parvo fonte flumen magnum, aqua multa.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Corb. aquæ multæ.

11. Lux ſolis illuxit, & humiles exaltati ſunt, ut comederent glorioſiùs.

12. Et ſurrexit Mardochæus viſo ſomno, & dixit: Quid Deus cogitat facere? & erat viſum conjunctum in ſenſu ipſius, quouſque revelaretur. *Ex Mſ. Corb.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. Mſ. Orator. *Et lux ſolis eluxit, & humiles exaltati ſunt, & comederunt glorioſos.* Græc. Καὶ φῶς, ᾗ ὁ ἥλιος ἀνέτειλε, &c. ut in Mſ. Orat.

℣. 12. Similiter legit Mſ. Orator. præter ſeqq. *ſomnio*, pro *ſomno*, *occultum*, pro *conjunctum*, *ejus*, loco *ipſius*, & *donec*, pro *quouſque*. In Græco verò ſic: Καὶ διεγερθεὶς Μαρδοχαῖος, ὁ ἑωρακὼς τὸ ἐνύπνιον τοῦτο, ᾗ τί ὁ Θεὸς βεβούλευται ποιῆσαι, εἶχεν αὐτὸ ἐν τῇ καρδίᾳ· ᾗ ἐν παντὶ λόγῳ ἤθελεν ἐπιγνῶναι αὐτὸ ἕως τῆς νυκτός. *Et excitatus Mardochæus, qui viderat ſomnium hoc, & quid Deus deliberaverat facere, habebat illud in corde; & in omni verbo volebat cognoſcere illud uſque ad noctem.* Tum ſequitur in Græco idipſum quod legitur inf. in Vulg. cap. 12. ℣℣. 1..... 6. videlicet patefactio inſidiarum eunuchorum duorum in regem, ex capite 2. ejuſdem Vulg. ℣. 21. & ſeqq. repetita. Hanc etiam patefactionem Hieronymus reſtatur adjunctam fuiſſe his antecedentibus, cùm addat in fine, ſcilicet poſt ℣. 6. cap. 12. Vulg. *Huc uſque proœmium.* Sed neque in Mſ. Corb. neque in Mſ. Orat. nec etiam in Mſ. Pech. hoc additamentum reperitur.

CAPUT I. (*ſec. VULG.*)

VULGATA NOVA.

1. IN diebus Aſſueri, qui regnavit ab India uſque Æthiopiam, ſuper centum viginti ſeptem provincias:

2. quando ſedit in ſolio regni ſui, Suſan civitas regni ejus exordium fuit.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET factum eſt in diebus Artarxerxis, (ipſe eſt Artarxerxes regnans ab India uſque Ethiopiam centum viginti ſeptem regionibus) *Ex Mſ. Corb.*

2. quando ſedit rex Artarxerxes in tribunali regni ſui,

VULGATA NOVA.

3. Tertio igitur anno imperii ſui, fecit grande convivium cunctis principibus, & pueris ſuis, fortiſſimis Perſarum, & Medorum inclytis, & præfectis provinciarum coram ſe, 3..... 4. *Vide Not.*

4. ut oſtenderet divitias gloriæ regni ſui, ac magnitudinem, atque jactantiam potentiæ ſuæ, multo tempore, centum videlicet & octoginta diebus.

VULGATA NOVA.

5. Cùmque implerentur dies convivii, invitavit omnem populum, qui inventus eſt in Suſan, à maximo uſque ad minimum: & juſſit ſeptem diebus convivium præparari in veſtibulo horti, & nemoris, quod regio cultu & manu conſitum erat.

VERSIO ANTIQUA.

5. fecit potum his qui erant inventi in Suſis Thebari.

6. Et pendebant ex omni parte tentoria aerii coloris, & carbaſini ac hyacinthini, ſuſtentata funibus byſſinis, atque purpureis, qui eburneis circulis inſerti erant, & columnis marmoreis fulciebantur. Lectuli quoque aurei & argentei, ſuper pavimentum ſmaragdino & pario ſtratum lapide, diſpoſiti erant: quod mira varietate pictura decorabat.

6. Erant autem ſtrata ſtragula regis derpina, & carbaſina, & byſſina, & hyacinctina; & ſuper, organa extenſa funibus carbaſeis, & purpureis ſubrotis; columna eparina; * lecti aurei & argentei ſuper lapides marmoratos, & pictura varia: * *Mſ.* electa.

7. Bibebant autem qui invitati erant, aureis

7. vinum multum & ſuave valde, de quo ipſe

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣ 1. In Mſ. Orator. additur vox *regis*, nomini *Artaxerxis*; ſubinde, minimè repetito *Artaxerxes*, poſt *regnans* ſubjungitur *rex*, ut & *in Aſia*, loco *ab India*. Græc. poſt *factum eſt*, hab. μετὰ τοὺς λόγους τούτους, quæ tamen abſunt ab ed. Compl. & in ed. Hex. Orig. notantur cum veru ÷; exinde poſt *ipſe*, deeſt *eſt*, cum verbo *regnans*; apud Orig. tamen legitur ὁ βασιλεύων; tum pro *India*, conſtanter habetur τῆς Ἰνδικῆς, ſed abſque ſeq. *uſque Æthiopiam*; demum in fine additur ἐκράτησεν, *imperavit*, ſeu *obtinuit*; ſolus Orig. hab. ἕως Αἰθιοπίας ἑπτὰ ᾗ εἴκοσι, ᾗ ἑκατὸν χωρῶν, abſque ult. ἐκράτησε.

℣. 2. Græc. præfert iſtud, ἐν αὐταῖς ταῖς ἡμέραις, tum addit, ὅτε ἐθρονίσθη βασιλεὺς Ἀρταξ. ἐν Σούσοις τῇ πόλει· ſolus Orig. hab. ἐπὶ θρόνου βασιλείας αὐτοῦ, ὃς ἦν ἐν, &c. Mſ. Orator. *In illis diebus quando ſedit rex Artax. in tribunali regni ſui, quod erat in Suſis Tebari.*

℣℣. 3. & 4. Omittuntur in Mſs. Corb. & Orator. ita verò ſequuntur Græcè: Ἐν τῷ τρίτῳ ἔτει, βασιλεύοντος αὐτοῦ, δοχὴν ἐποίησε τοῖς φίλοις, ᾗ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι, ᾗ τοῖς Περσῶν ᾗ Μήδων ἐνδόξοις, ᾗ τοῖς ἄρχουσι τῶν Χατεσπῶν· deinde, ᾗ μετὰ ταῦτα, μετὰ τὸ δεῖξαι αὐτοῖς τὸν πλοῦτον τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ᾗ τὴν δοξαν τῆς εὐφροσύνης τοῦ πλούτου αὐτοῦ, ἐν ἡμέραις ἑκατὸν ὀγδοήκοντα. *In tertio anno, regnante ipſo, convivium fecit amicis, & reliquis gentibus, & Perſarum ac Medorum inclytis, & principibus ſatraparum: & poſt hæc, poſtquam oſtendit eis divitias regni ſui, & gloriam lætitiæ opulentiæ ſuæ, in diebus centum octoginta.*

℣. 5. Mſ. Orator. *In anno duodecimo regni ſui fecit potum*, &c. ut in textu, addito tantùm *in aula*, pro *Thebari*. Græc. verò ſic: Ὅτε δὲ ἀνεπληρώθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ γάμου, ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς πότον τοῖς ἔθνεσι τοῖς εὑρεθεῖσιν εἰς τὴν πόλιν ἐπὶ ἡμέρας ἑξ, ἐν αὐλῇ οἴκου τοῦ βασιλέως, vet. al. verbo εὑρεθεῖσιν, addit ἐν Σούσοις τῇ πόλει. *Quando autem impleti ſunt dies nuptiarum, fecit rex convivium gentibus inventis in civitate, per dies ſex in atrio domus regis.*

℣. 6. In Mſ. Orat. ſic: *Erant enim ſtrata ſtragula regis diſpina, & carpaſina, & ſacchinna; organa extenta funibus carpaſinis, & purpureis ſubrotatis; columnæ variæ viperninæ; lecti aurei & argentei ſuper lapidem marmorati ſtrati, & pictura varia.* Græc. his ult. ℣. præced. ἐν αὐλῇ οἴκου τοῦ βασιλέως, ſubdit: κεκοσμημένη (al. ᾗ κεκοσμημένοι) βυσσίνοις ᾗ καρπασίνοις, τελαμένοις (Orig. ᾗ ὑακινθίνοις, τσλαγμένοις) ἐπὶ χοινίοις βυσσίνοις ᾗ πορφυροῖς, ἐπὶ κύβοις χρυσοῖς ᾗ ἀργυροῖς, ἐπὶ σύλοις παρίνοις ᾗ λιθίνοις· κλίναι χρυσαῖ ᾗ ἀργυραῖ ἐπὶ λιθοστρώτου σμαραγδίτου λίθου, ᾗ σωσίνου, ᾗ παρίου λίθου· ᾗ στρωμναὶ διαφανεῖς ποικίλως διανθισμέναι· κύκλῳ ῥόδα πεπασμένα. i. e. *ornata byſſinis & carpaſinis, extentis ſuper funibus byſſinis & purpureis, ſuper cubos aureos & argenteos, ſuper columnas parias & lapideas; lecti aurei & argentei ſuper pavimentum ſmaragdini lapidis, & pinnini, & parii lapidis; & ſtrata pellucida variè ornata floribus; in circuitu roſæ ſparſæ.* Vet. al. Καὶ καρπάσιμα, ᾗ ὑακίνθινα, ᾗ κόκκινα ἐμπεπλεγμένα ἐν ἄνθεσιν· ᾗ σκηνὴ τελαμένη ἐν σχοινίοις βυσσίνοις ᾗ πορφυροῖς, ἐπὶ κύβοις ἀργυροῖς, ᾗ σύλοις παρίνοις ᾗ περιχρυσοῖς· ᾗ κλίναι χρυσαῖ ἐπὶ λιθόστρωτον σμαράγδου. ᾗ κύκλῳ ῥόδα πεπασμένα. Poſteriora hæc, ᾗ κύκλῳ, &c. abſunt ab edit. Compl.

℣. 7. Concinit Mſ. Orator. niſi quòd initio habet, & vi-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Corb. rex bibebat.

8. Et præcepit actoribus domui nemini vim fieri, ſed facere voluntatem recumbentium, ad jucunditatem bibere ſecundùm legem.

9. Et Vaſthi regina fecit potum magnum mulieribus, in regno Artarxerxis.

10. Die autem ſeptimo, jucundus factus rex, juſſit Maoſma, & Narbona, & Nabattha, & Zathi, & Achedes, & Thares, & Tarecta, ſeptem ſpadonibus, qui miniſtrabant in conſpectu regis Artarxerxis,

11. ut inducerent reginam ad eum, ut regnaret ipſa, & imponeret ei diadema, & demonſtraret eam omnibus principibus & gentibus, ut videretur ſpecies ejus: formoſa enim erat.

12. Et noluit regina venire cum eis. Et contriſtatus eſt rex, & iratus eſt valde.

13. Et dixit rex amicis ſuis: Secundùm hæc locuta eſt Vaſthi: & dixit rex omnibus principibus legem & judicium,

14. (& acceſſit ad eum Mardochæus, & Soratha, & Eas, & Pabataleus, & Maleſath, & Mucheas, principes Perſarum & Medorum, qui proximi erant regi aſſidentes:)

15. ſecundùm legem quemadmodum oportuerit fieri reginæ, quoniam non obedit his quæ à rege dicta erant per ſpadones.

16. Et dixit Mardochæus ad regem, & ad principes: Non ſolùm nocuit regem Vaſthi regina, ſed etiam principes regis, & gentes regni Artarxerxis.

17. Audita eſt autem eò contumelia regis, etiam ab omnibus mulieribus, quòd contemnat virum

VULGATA NOVA.

poculis, & aliis atque aliis vaſis cibi inferebantur. Vinum quoque, ut magnificentiâ regiâ dignum erat, abundans, & præcipuum ponebatur.

8. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum, ſed ſicut rex ſtatuerat, præponens menſis ſingulos de principibus ſuis, ut ſumeret unuſquiſque quod vellet.

9. Vaſthi quoque regina fecit convivium feminarum, in palatio, ubi rex Aſſuerus manere conſueverat.

10. Itaque die ſeptimo, cùm rex eſſet hilarior, & poſt nimiam potationem incaluiſſet mero, præcepit Maumam, & Bazatha, & Harbona, & Bagatha, & Abgatha, & Zethar, & Charchas, ſeptem eunuchis, qui in conſpectu ejus miniſtrabant,

11. ut introducerent reginam Vaſthi coram rege, poſito ſuper caput ejus diademate, ut oſtenderet cunctis populis & principibus pulchritudinem illius: erat enim pulchra valde.

12. Quæ renuit, & ad regis imperium, quod per eunuchos mandaverat, venire contempſit. Unde iratus rex, & nimio furore ſuccenſus,

13. interrogavit ſapientes, qui ex more regio ſemper ei aderant, & illorum faciebat cuncta conſilio, ſcientium leges ac jura majorum.

14. (erant autem primi & proximi, Charſena, & Sethar, & Admatha, & Tharſis, & Mares, & Marſana, & Mamuchan, ſeptem duces Perſarum atque Medorum, qui videbant faciem regis, & primi poſt eum reſidere ſoliti erant)

15. cui ſententiæ Vaſthi regina ſubjaceret, quæ Aſſueri regis imperium, quod per eunuchos mandaverat, facere noluiſſet.

16. Reſponditque Mamuchan, audiente rege, atque principibus: Non ſolùm regem læſit regina Vaſthi, ſed & omnes populos, & principes, qui ſunt in cunctis provinciis regis Aſſueri.

17. Egredietur enim ſermo reginæ ad omnes mulieres, ut contemnant viros ſuos, & dicant:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

num, cum Orig. abſque ſeq. *valde*. In Græco antecedunt iſta: Ποτήρια χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, καὶ ἀνθράκινον κυλίκιον πεγκείμενον, ἀπὸ ταλάντων τεσσαρίων· deinde οἶνος, &c. ut in Lat. ſup. omiſſo tantùm adverb. *valde*: i. e. *Pocula aurea & argentea, & gemmatus calix propoſitus, è talentis triginta millibus*: ſed apud Orig. obelo notantur iſta, καὶ ἀνθράκινον κυλίκιον, &c. quæ etiam abſunt ab edit. Compl. In alia vet. legitur ſimpliciter: Χρυσᾶ ἔξαλλα, καὶ οἶνος βασιλικὸς, ὃν ὁ βασιλεὺς πίνει.

℣. 8. In Mſ. Corb. pro *nemini vim*, corruptè legitur, *ne miriuum*, quod ſenſu caret; ſubſtituimus autem *nemini vim*, ex Mſ. Orat. qui etiam Mſ. habet *domûs*, non *domui*, addito paulò poſt adverbio *ſecundùm*, verbo *facere*; item ſcribit *jocunditatem*, pro *jucundit.* necnon *ut biberent*, loco *bibere*. Græc. paulò plus differt, en verba: Ὁ δὲ πότος ἦτος ἦ κατὰ προκείμενον νόμον ἐγένετο· ἦτως δὲ ἠθέλησεν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐπέταξε τοῖς οἰκονόμοις ποιῆσαι τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ τῶν ἀνθρώπων. *Potus verò hic non ſecundùm propoſitam legem fiebat; ſic enim voluit rex, & præcepit œconomis facere voluntatem ipſius, & hominum.* In vet. al. deeſt ἠθέλησεν, ut & inf. αὐτοῦ.

℣. 9. Similiter habet Mſ. Orator. uno excepto *Vaſthis*; Græc. Ἀσὶν, abſque ſeq. *magnum*, (vet. al. hab. δοχὴν μεγάλην, non πότον;) ſubinde pro *in regno Artax.* ſic in Vat. ἐν τοῖς βασιλείοις, ὅπου ὁ βασιλεὺς Ἀρταξέρξης· ſed in al. vet. ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ βασιλέως.

℣. 10. Nonnulla immutata in Mſ. Orator. maximè nomina, ita nempe: *Die autem ſept. jocundus factus eſt Artaſerſis rex, & juſſit Maoſinan, Arbona, Abathan, Azaïai, Cedes, Tharas, & Tharecta, ſeptem ſpad. qui miniſtrabant in conſp. ejus.* In Græco: Ἐν δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, ἡδέως γενόμενος ὁ βασιλεὺς, εἶπε τῷ Ἀμὰν (Orig. Μαυμὰν,) καὶ Βαζὰν, καὶ Θάῤῥα, καὶ Βαραζὶ, καὶ Ζαθολθὰ, καὶ Ἀβαλαζὰ, καὶ Θαραβὰ, τοῖς ἑπτὰ εὐνούχοις, τοῖς διακόνοις τοῦ βασιλέως Ἀρταξέρξου. Orig. τοῖς διακόνοις πρὸ προσώπου τοῦ Ἀρταξέρξου.

℣. 11. Similiter habet Mſ. Orator. præter hæc pauca, *ut inducerent ad ſe reginam, ut regnaret & ipſam*; & in fine, *quoniam formoſa erat.* Item Græcè: Εἰσαγαγεῖν τὴν βασίλισσαν πρὸς αὐτὸν, βασιλεύειν αὐτὴν, καὶ περιθεῖναι αὐτῇ τὸ διάδημα, καὶ δεῖξαι αὐτὴν τοῖς (Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. πᾶσι τοῖς) ἄρχουσι καὶ τοῖς ἔθνεσι τὸ κάλλος αὐτῆς· ὅτι καλὴ ἦν.

℣. 12. Mſ. Orator. *Et non obedivit regina venire cum eis*; reliqua ad verbum ut ſup. Græc. Καὶ οὐκ εἰσήκουσεν αὐτοῦ Ἀσὶν ἡ βασίλισσα ἐλθεῖν μετὰ τῶν εὐνούχων, &c. ut ſup. omiſſo ult. *valde*; Orig. tamen retinet σφόδρα; Vet. al. edit. hab. initio, Καὶ οὐκ ἠθέλησεν Ἀσὶν, &c.

℣. 13. In Mſ. Orat. deeſt 1. *rex*; poſt *hæc* verò additur *quæ*; exinde *Vaſtis*, non *Vaſthi*; ſtatimque, *dixit autem omnibus*, &c. ut ſup. Similiter abeſt à Græco 1. *rex*, præterquàm à Mſ. Alex. Orig. ſubinde hab. Ἀσὶν, pro *Vaſthi*, dein ποιήσατε οὖν περὶ τούτου, *facite igitur de hoc*, loco & *dixit rex omnibus principibus.*

℣. 14. In Mſ. Orat. *Et acceſſerunt ad eum Mardochæus, Soratheas, Pabathaleus, Maleſar, & Mucheas princeps Perſarum..... adſedentes ei.* Græc. Καὶ προσῆλθεν (Orig. προσῆλθον) αὐτῷ Ἀρχεσαῖος, καὶ Σαρσαθαῖος, καὶ Μαλισεὰρ, (Alex. Σασεσθέος, καὶ Μαλησεὰρ) οἱ ἄρχοντες..... οἱ ἐγγὺς τῆς βασιλέως, οἱ πρῶτοι παρακαθήμενοι τῷ βασιλεῖ.

℣. 15. Mſ. Orat. ſic hab. *Et reſponderunt ſecundùm legem quemadmodum oporteret*, &c. ut ſup. niſi quòd pro *obedit*, ſcribit vitiosè *obedivit*, legendum forſan *obedivit.* Similiter in Græco legitur initio, Καὶ ἀπήγγειλαν αὐτῷ, ſed hoc apud Orig. notatur obelo; deinde ſic: κατὰ τὸς νόμους ὡς δεῖ ποιῆσαι Ἀσὶν τὴν βασίλισσαν, ὅτι οὐκ ἐποίησε τὸ ὑπὸ τοῦ βασιλέως προσαχθέντα διὰ τῶν εὐνούχων.

℣. 16. Sic eſt in Mſ. Orator. hoc excepto, *Micheus*, loco *Mardochæus*; & poſt paulò ita, *regi nocuit Vaſtis.* In Gr. ſimiliter Μεχαῖος, ſeu cum Orig. Μαμεχαῖος; exinde pro *nocuit*, ἠδίκησε, conſtanterque Ἀσὶν; item καὶ πάντας, loco *etiam*, abſque ſeq. *regis*, (vet. edit. del. πάντας) & pro *gentes regni*, ſic, τὰς ἡγεμονίας τοῦ βασιλέως, ſolus Orig. addit Ἀρταξέρξου.

℣. 17. Deeſt in Mſ. Orat. vocula *eò*, cum ſeq. *etiam*; paulòque poſt pro *quòd contemnat virum ſuum regina*, &c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Rex Assuerus jussit ut regina Vasthi intraret ad eum, & illa noluit.

18. Atque hoc exemplo omnes principum conjuges Persarum atque Medorum, parvipendent imperia maritorum: unde regis justa est indignatio.

19. Si tibi placet, egrediatur edictum à facie tua, & scribatur juxta legem Persarum atque Medorum, quam præteriri illicitum est, ut nequaquam ultra Vasthi ingrediatur ad regem, sed regnum illius, altera, quæ melior est illâ, accipiat.

20. Et hoc in omne (quod latissimum est) provinciarum tuarum divulgetur imperium, & cunctæ uxores tam majorum, quàm minorum, deferant maritis suis honorem.

21. Placuit consilium ejus regi, & principibus: fecitque rex juxta consilium Mamuchan,

22. & misit epistolas ad universas provincias regni sui, ut quæque gens audire & legere poterat, diversis linguis & litteris, esse viros principes ac majores in domibus suis: & hoc per cunctos populos divulgari.

VERSIO ANTIQUA.

fuum regina; neglexit enim & contempsit. *Ex Mſ. Corb.*

18. Quomodo non & primæ mulieres Persarum negligent, & contumeliam facient viris suis? aut quomodo non infamia tradetur adversùs regem, etiam his qui extra regnum sunt?

19. Si ergo placebit tibi maximè rex, & optimum est sensui tuo, jube, & scribatur secundùm legem Persarum & Medorum, & de malitia Vasthi reginæ, quomodo abusa sit te, quoniam non introit ad regem Artarxerxem; & regnum ejus tradat rex mulieri digniori & meliori:

20. obedietur enim verbo regis, quod faciet in regno suo, quoniam verum est: & omnes mulieres habebunt honorem viris suis, à pauperibus usque ad honestas.

21. Et placuit verbum regi, & principibus: & fecit rex secundùm ea quæ locutus est Mardochæus,

22. & misit rex in omni regno suo litteras per singulas quasque regiones suas, secundùm interpretationes eorum, ut esset unusquisque in domum suam: & fuit timor magnus in omni muliere.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ita, *quæ contemnerent viros suos; ecce enim regina neglexit & contempsit.* Aliter in Græco, nempe: Καὶ γὰρ διηγήσατο αὐτοῖς τὰ ῥήματα τῆς βασιλίσσης, ἃ ὡς ἀνεῖπε τῷ βασιλεῖ ὡς ἓν ἀνεῖπε τῷ βασιλεῖ Ἀρταξέρξῃ. *Etenim narravit eis verba reginæ, & quemodo contradixit regi: sicut igitur contradixit regi Artaxerxi.* At in al. vet. sic: Καὶ εἰς πάσας τὰς λαὰς ἡ ἀδικία αὕτη ἐζῆλθεν, ὅτι ἠκύρωσε τὸ πρόσταγμα τῆ βασιλέως.

℣. 18. Mſ. Orator. loco *primæ*, hab. *per me*, sed mendosè, sicut infra istud, *non infamiam tradentur*; subinde omittit conjunct. *etiam*; sup. verò post *Persarum*, addit, & *Medorum*. In Græco sic: Οὕτω σήμερον αἱ τυραννίδες αἱ λοιπαὶ τῶν ἀρχόντων Περσῶν καὶ Μήδων, ἀκούσασαι τὰ τῆ βασιλεῖ λεχθέντα ὑπ' αὐτῆς, τολμήσουσι ὁμοίως ἀτιμάσαι τοὺς ἄνδρας αὐτῶν. *Sic hodie dominæ reliquæ principum Persarum & Medorum, audientes quæ regi dicta sunt ab ea, audebunt pariter contemnere viros suos.*

℣. 19. Nonnulla tantùm variant in Mſ. Orator. nempe seqq. *Si ergo placet tibi..... jubeat rex*, & *scribat secundùm leg... Medorum, de malitia Vastis reg. quomodo abusa est*, & *quoniam..... mulieri meliori quàm illa est.* In Gr. Εἰ οὖν δοκεῖ τῷ βασιλεῖ, σφράγιζέτω βασιλικὸν, καὶ γεγράφθω κατὰ τοὺς νόμους Μήδων καὶ Περσῶν, καὶ μὴ ἄλλως χρηνάτω, μηδὲ εἰσελθέτω ἔτι ἡ βασίλισσα πρὸς αὐτὸν, καὶ τὴν βασιλείαν αὐτῆς δότω ὁ βασιλεὺς γυναικὶ κρείττονι αὐτῆς. *Si igitur videtur regi, signetur edictum regium, & scribatur secundùm leges Medorum & Persarum, & non aliter utatur, neque ingrediatur ultra regina ad eum, & regnum illius det rex mulieri meliori eâ.*

℣. 20. Mſ. Orator. sic: *Et cùm auditum fuerit verbum regis, quod fecit in regno suo, quoniam verum est, omnes mulieres ponent honorem viris suis, à pauperibus usque honestas.* Græcè: Καὶ ἀκουσθέντος ὁ νόμος ὁ ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ὃν ἐὰν ποιῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ· καὶ ὕτως πᾶσαι αἱ γυναῖκες περιθήσουσι τιμὴν τοῖς ἀνδράσιν ἑαυτῶν, ἀπὸ πλουσίου ἕως πτωχοῦ.

℣. 21. Similiter in Mſ. Orator. nisi quòd habetur constanter *Michæus*, non *Mardochæus*: item Græcè, καθὰ ἐλάλησεν ὁ Μιχαῖος· reliqua ad verbum ut sup.

℣. 22. Variant ista sola in Mſ. Orator. *Et misit rex litteras in omne regnum suum per..... regiones, secundùm... unusquisque princeps in domo sua.* In Gr. simpliciter: Καὶ ἀπέστειλεν εἰς πᾶσαν τὴν βασιλείαν κατὰ χώραν, κατὰ τὴν λέξιν αὐτῶν, ὥστε εἶναι φόβον αὐτοῖς ἐν ταῖς οἰκίαις αὐτῶν. In Mſ. Alex. Καὶ ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς ἐν πάσῃ τῇ βασιλείᾳ εἰς χώραν καὶ χώραν κατὰ, &c. ut sup.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. His ita gestis, postquam regis Assueri indignatio deferbuerat, recordatus est Vasthi, & quæ fecisset, vel quæ passa esset:

2. dixeruntque pueri regis, ac ministri ejus: Quærantur regi puellæ virgines ac speciosæ,

3. & mittantur qui considerent per universas provincias puellas speciosas & virgines: & adducant eas ad civitatem Susan, & tradant eas in domum feminarum sub manu Egei eunuchi, qui est præpositus & custos mulierum regiarum: & accipiant mundum muliebrem, & cætera ad usus necessaria.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET post verba ista, requievit rex ab ira. *Ex Mſ. Corb.*

2. Dixerunt amici ejus: Quærantur virgines elegantes specie,

3. & perducantur in Susis Thebari in conspectu mulierum, & tradentur Oggeo spadoni regis, servatori mulierum, & dentur & * nitores. * *Mſ.* nitoris.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. In Græcè. Mſ. Orator. pro *ista*, leg. *sua*, rursusque addit *sua*, post *ira*, tum pergit ita: & *commoratus est quæ fecit Vastis*, & *quemadmodam respondit*: & *ut requievit rex ab ira*: quæ absunt à Corb. Græcè verò subnectuntur ista: καὶ ὡς ἔτι ἐμνήσθη τῆς Ἀσὶν, μνημονεύων οἷα ἐλάλησε, καὶ ὡς κατέκρινεν αὐτήν. Apud Orig. in Hex. obelo transfigitur istud, ὡς ἔτι. In Mſ. Alex. sic: ἐμνήσθη γὰρ (ed. Compl. καὶ ἐμνήσθη) τὴν Ἀσὶν καθὰ ἐτολμησε, καὶ ὅτι αὐτῇ κατεκρίθη.

℣. 2. Mſ. Orator. addit *illi*, verbo *dixerunt*, ultimòque ista: & *statuit* (l. *statuet*) *rex speculatores in omni regione regni*. Similiter in Græco: Καὶ εἶπαν οἱ διάκονοι τοῦ Βασιλέως· Ζητηθήτω τῷ Βασιλεῖ κοράσια ἄρθρα καλὰ τῷ εἴδει, καὶ καταστήσει ὁ βασιλεὺς χωμάρχας ἐν πάσαις ταῖς χώραις τῆς βασιλείας αὐτοῦ. Vet. al. Ζητήσωμεν παρθένας καλὰς τῷ εἴδει, absque seqq.

℣. 3. In Mſ. Orator. *Et eligantur virgines*, & *adducantur in Susis Tebari in conventu mulierum*, & *dentur et nitores*. Græc. Καὶ ἐπισκεψάτωσαν κοράσια παρθενικὰ καλὰ τῷ εἴδει εἰς Σοῦσαν τὴν πόλιν εἰς τὸν γυναικῶνα, καὶ παραδοθήτωσαν τῷ (Orig. Γωραίῳ τῷ) εὐνούχῳ τῷ βασιλέως, τῷ φύλακι τῶν γυναικῶν, καὶ δοθήτω σμῆγμα, (Orig. σμῆγμα-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Corb. 4. Et ſi placuerit regi, quæ inventa fuerit ſpecioſior, regnet pro Vaſthi. Et placuit regi verbum: & fecit ſic.

Vid. inf. cap. 11. vſ. 3. 4. 5. Et homo erat in Suſis Thebari, & nomen ei Mardochæus,

6. ex captivitate Jeruſalem, de captivitate quam ceperat Nabuchodonoſor rex Babyloniæ:

7. & erat illi filia fratris ejus, & nutrierat eam Mardochæus ſicuti adoptatam filiam, quoniam erat orphana. Erat autem hæc puella ſpecioſa nimis aſpectu, & poſt obitum parentum ejus, Mardochæus nutrivit eam ut filiam propriam: nomen autem ejus Heſter.

8. Cùm autem audita eſſent verba regis, adunatæ ſunt virgines multæ in Suſis civitate, ſub manu Oggei; & apprehenſa eſt Heſter ab Oggeo cuſtode mulierum.

9. Et invenit Heſter gratiam ante eum. Et feſtinavit ad omnes nitores ejus, & ſeptem puellæ conſtitutæ de domo ejuſdem, ætatis * ipſius, in conventu mulierum.

** Mſ.* ipſis.

10. Et non oſtendit Heſter genus ſuum nec patriam: quoniam Mardochæus præceperat ei ne indicaret.

11. Et quotidianis diebus Mardochæus circuibat in atrio muliebri, ſpeculans Heſter quid eveniret ei, & quando eſſet tempus quo introiret ad regem.

12. Cùm autem impletum eſſet tempus puellæ, menſium XI. (ita enim replebantur dies curationis, menſibus ſex in oleo ſmirnino)

13. & tunc introibat ad regem.

VULGATA NOVA.

4. Et quæcunque inter omnes oculis regis placuerit, ipſa regnet pro Vaſthi. Placuit ſermo regi: & ita, ut ſuggeſſerant, juſſit fieri.

5. Erat vir Judæus in Suſan civitate, vocabulo Mardochæus, filius Jair, filii Semei, filii Cis, de ſtirpe Jemini, *Inf. 11. 2.*

6. qui translatus fuerat de Jeruſalem eo tempore, quo Jechoniam regem Juda Nabuchodonoſor rex Babylonis tranſtulerat, *4. Reg. 24. 15. Inf. 11. 4.*

7. qui fuit nutritius filiæ fratris ſui Ediſſæ, quæ altero nomine vocabatur Eſther: & utrumque parentem amiſerat: pulchra nimis, & decora facie. Mortuiſque patre ejus ac matre, Mardochæus ſibi eam adoptavit in filiam.

8. Cùmque percrebruiſſet regis imperium, & juxta mandatum illius multæ pulchræ virgines adducerentur Suſan, & Egeo traderentur eunucho; Eſther quoque inter cæteras puellas ei tradita eſt, ut ſervaretur in numero feminarum.

9. Quæ placuit ei, & invenit gratiam in conſpectu illius. Et præcepit eunucho, ut acceleraret mundum muliebrem, & traderet ei partes ſuas, & ſeptem puellas ſpecioſiſſimas de domo regis, & tam ipſam, quàm pediſſequas ejus ornaret atque excoleret.

10. Quæ noluit indicare ei populum & patriam ſuam: Mardochæus enim præceperat ei, ut de hac re omnino reticeret:

11. qui deambulabat quotidie ante veſtibulum domus, in qua electæ virgines ſervabantur, curam agens ſalutis Eſther, & ſcire volens quid ei accideret.

12. Cùm autem veniſſet tempus ſingularum per ordinem puellarum, ut intrarent ad regem, expletis omnibus quæ ad cultum muliebrem pertinebant, menſis duodecimus vertebatur: ita duntaxat, ut ſex menſibus oleo ungerentur myrrhino, & aliis ſex quibuſdam pigmentis & aromatibus uterentur.

13. Ingredienteſque ad regem, quidquid poſtulaſſent ad ornatum pertinens, accipiebant, &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

τα) καὶ ἡ λοιπὴ ἐπιμέλεια. Vet. al. ſimpliciter: Καὶ ἐσθήτωσαν ὑπὸ χεῖρα Γωραίου τοῦ εὐνύχου, τοῦ φύλακος τῶν γυναικῶν, omiſſis his quæ antecedunt & ſequuntur.

℣. 4. Mſ. Orator. ſimpliciùs. *Et quæ placuerit regi, regnet pro Vaſti;* deinde *Et placuit*, &c. ut ſup. Græcè: Καὶ ἡ γυνὴ, ἣ ἂν ἀρέσῃ τῷ βασιλεῖ, βασιλεύσει ἀντὶ Ἀσίν· reliqua ut in Lat. ſup. niſi quòd legitur, τὸ πρᾶγμα, *res*, non *verbum*.

℣. 5. Mſ. Orator. *Et erat homo Judæus in Suſis Tebari, & nomen ei Mardocheus, qui Chis, ex tribu Benjamin.* Græc. Καὶ ἄνθρωπος ἦν Ἰουδαῖος ἐν Σούσοις τῇ πόλει, καὶ ὄνομα αὐτῷ (Alex. αὐτῶ) Μαρδοχαῖος, ὁ τοῦ Ἰαΐρου, τοῦ Σεμεΐν, τοῦ Κισαΐν, ἐκ φυλῆς Βενιαμίν.

℣. 6. Ita Mſ. Orator. hab. deleto uno *de captivitate.* Item Græcè: Ὃς ἦν αἰχμάλωτος ἐξ Ἰερουσαλὴμ ἣν ᾐχμαλώτευσε Ναβυχοδ. Βασιλεὺς Βαβυλῶνος.

℣. 7. Mſ. Orator. *Et erat illi filia fratris patris ſui, & nutrierat eam Mardoch. ſibi in filiam, quoniam erat orphana. Erat autem hæc puella ſpecioſa effigie; & quoniam obierunt pater ejus & mater, nutrivit eam Mardoch. ſibi in filiam: & nomen ejus Heſter.* In Græco ſic: Καὶ ἦν τὸ τοῦτο παῖς θρεπτὴ, θυγάτηρ Ἀμιναδὰβ (in edit Compl. deeſt Ἀμιναδὰβ) ἀδελφοῦ πατρὸς αὐτῆ, καὶ ὄνομα αὐτῇ Ἐσθήρ· ὡς δὲ τὸ μεταλλάξαι αὐτὴς τοὺς γονεῖς, ἐπαίδευσεν αὐτὴν ἑαυτῷ εἰς γυναῖκα. Καὶ ἦν τὸ κοράσιον καλὸν τῷ εἴδει. Mſ. Alex. addit: καὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς Ἐσθήρ. Apud Orig. ita: ὅτι οὐκ εἶχε πατέρα, — καὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς Ἐσθήρ. Subinde poſt ἐπαίδευσεν idem Orig. hab. αὐτὴν Μαρδοχαῖος ἑαυτῷ εἰς θυγατέρα, & in fine add. καὶ ὡραῖον τῇ ὄψει σφόδρα.

℣. 8. In Mſ. Orator. *Et quando audita ſunt verba regis, annuntiatæ ſunt virgines multæ, quæ in Suſis erant civitate, ſub manibus Oggei*, &c. ut ſup. in Gr. Καὶ ὅτε ἠκούσθη τὸ τοῦ βασιλέως πρόσταγμα, συνήχθησαν πολλὰ κοράσια εἰς Σοῦσαν τὴν πόλιν, ὑπὸ χεῖρα Γαΐ· καὶ ἦχθη Ἐσθὴρ πρὸς Γαΐ τὸν φύλακα τῶν γυναικῶν. Vet. al. ἠλήφθη τὸ κοράσιον εἰς τὸν οἶκον τοῦ βασιλέως.

℣. 9. Similiter in Mſ. Orator. præter ultima iſta: *de domo ejus, ætatis ipſius, in conſpectu mulierum.* Græcè: Καὶ ἤρεσεν αὐτῷ τὸ κοράσιον, καὶ εὗρε χάριν ἐνώπιον αὐτοῦ. Καὶ ἔσπευσε δοῦναι αὐτῇ τὸ σμῆγμα, καὶ τὴν μερίδα, καὶ τὰ ἑπτὰ κοράσια τὰ ὑποδεδειγμένα αὐτῇ ἐκ βασιλικοῦ· καὶ ἐχρήσατο αὐτῇ καλῶς, καὶ ταῖς ἕξεσιν αὐτῆς ἐν τῷ γυναικωνι. *Et placuit ei puella, & invenit gratiam in conſpectu ejus. Et feſtinavit dare ei unguentum, & partem, & ſeptem puellas aſſignatas ei è domo regia: & uſus eſt illâ bene, & ancillis ejus in gynæceo.*

℣. 10. Sic habet Mſ. Orator. excepto ult. *ne renuntiaret*, abſque præced. *ei.* Græcè, ὁ γὰρ Μαρδοχ. ἐντεῖλατο αὐτῇ μὴ ἀπαγγεῖλαι· cætera ut in Lat.

℣. 11. Similiter habet Mſ. Orator. præter hoc, *in atrium muliebre*, (Gr. κατὰ τὸν &c.) & infra, *ut pro quo.* In Græco transfertur *Heſter*, poſt vocem *quid*, detracto ſeq. *ei*; reliqua verò, & *quando eſſet*, &c. vide ℣. ſeq.

℣. 12. Mſ. Orator. *Quando autem adimpletum eſt tempus puellæ, menſes duodecim, (ſic enim replebantur dies curationis, menſes ſex in aromatis, & nitoribus mulierum, & menſes ſex in oleo exmyrneo.)* In Græco: Οὕτως δὲ ἦν καιρὸς κοραςίῳ εἰσελθεῖν πρὸς τὸν βασιλέα, ὅταν ἀναπληρώσῃ μῆνας δεκαδύο· (ὅλως γὰρ ἀναπληροῦνται αἱ ἡμέραι τῆς θεραπείας, μῆνας ἓξ ἀλειφομέναις ἐν Σμυρνίνῳ ἐλαίῳ, καὶ μῆνας ἓξ ἐν τοῖς ἀρώμασι, καὶ ἐν τοῖς σμήγμασι τῶν γυναικῶν.) *Hoc autem erat tempus puellæ intrandi ad regem, cùm impleverit menſes duodecim; (ſic enim implentur dies cultûs, menſes ſex unctis in oleo myrrhino, & menſes ſex in aromatibus, & in unguentis mulierum.* Mſ. Alex. Καὶ ὅταν ᾖ καιρὸς κοραςίῳ..... ὅταν ἀναπληρώθῃ καιρὸς κοράσια, μῆνες δεκαδύο, &c.

℣. 13. Non plura leguntur in Mſ. Orator. at in Græco ſic: Καὶ τότε εἰσπορεύεται πρὸς τὸν βασιλέα· καὶ ᾧ ἐὰν εἴπῃ, παραδώσει αὐτὴν ἐκ συνεισέρχεσθαι αὐτῷ ἀπὸ τοῦ γυναικω-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ut eis placuerat, compositæ de triclinio feminarum ad regis cubiculum transibant.

14. Et quæ intraverat vespere, egrediebatur manè, atque inde in secundas ædes deducebatur, quæ sub manu Susagazi eunuchi erant, qui concubinis regis præsidebat: nec habebat potestatem ad regem ultra redeundi, nisi voluisset rex, & eam venire jussisset ex nomine.

15. Evoluto autem tempore per ordinem, instabat dies, quo Esther filia Abihail fratris Mardochæi, quam sibi adoptaverat in filiam, deberet intrare ad regem. Quæ non quæsivit muliebrem cultum, sed quæcunque voluit Egeus eunuchus custos virginum, hæc ei ad ornatum dedit. Erat enim formosa valde, & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratiosa & amabilis videbatur.

16. Ducta est itaque ad cubiculum regis Assueri mense decimo, qui vocatur Tebeth, septimo anno regni ejus.

17. Et adamavit eam rex plus quàm omnes mulieres, habuitque gratiam & misericordiam coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite ejus, fecitque eam regnare in loco Vasthi.

18. Et jussit convivium præparari permagnificum cunctis principibus, & servis suis, pro conjunctione & nuptiis Esther. Et dedit requiem universis provinciis, ac dona largitus est juxta magnificentiam principalem.

19. Cùmque secundò quærerentur virgines & congregarentur, Mardochæus manebat ad januam regis:

20. necdum prodiderat Esther patriam, & populum suum, juxta mandatum ejus. Quidquid enim ille præcipiebat, observabat Esther: & ita cuncta faciebat, ut eo tempore solita erat, quo eam parvulam nutriebat.

21. Eo igitur tempore, quo Mardochæus ad regis januam morabatur, irati sunt Bagathan & Thares duo eunuchi regis, qui janitores erant, & in primo palatii limine præsidebant: voluerunt insurgere in regem, & occidere eum.

VERSIO ANTIQUA.

14. Et cùm introiret mulier ad domum regis, ad diem unum, & recurrebat in muliebri secundo: non enim habebat spado potestatem inducendi, si non vocaretur secundùm nomen. *Ex Mſ. Corb.*

15. Cùm adveniſſet autem tempus introeundi, Hester filia Chihel fratris patris Mardochæi, introibat ad regem. Et factum est cùm introiret ad regem, nihil postulavit ab eo ex quibus dixerat ei spado. Erat autem Hester inveniens gratiam ab omnibus qui invenerant eam.

16. Et introducta est Hester ad regem duodecimo mense Adar, mense septimo regni ejus.

17. Et adamavit rex Hester, & invenit gratiam in conspectu ejus præ omnibus virginibus, & imposuit ei diadema, & reginam eam fecit pro Vasthi.

18. Et fecit rex convivium omnibus amicis suis, & omni virtuti suæ nuptias Hester, & remissionem fecit omnibus regionibus.

19. Mardochæus autem sedebat in atrio regis:

20. Hester verò non indicavit genus suum, neque patriam, secundùm quæ præceperat ei Mardochæus, ut omnia servaret ac si cum eo esset, & timeret Deum omni die.

21. In diebus illis, Mardochæus sedebat in aula regis: & post hæc, quæsierunt Bartageus & Thedestes duo spadones regis, qui servabant atrium, interficere regem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

χῶνος ἕως τῶν βασιλείων. *Et tunc ingreditur ad regem: & cuicunque dixerit, tradet eam, ut simul ingrediatur ad se de gynæceo usque ad regias.*

℣. 14. Mſ. Orator. *Et cùm introiret de atrio muliebri in domum regis, ac die una, recurrebat in atrium muliebre secundo die: non enim habebat spado potestatem in atrio ducendi, si non*, &c. ut sup. In Gr. Δεῖλης εἰσπορεύεσθαι, καὶ πρὸς ἡμέραν ἀποστρέφει εἰς τὸν γυναικῶνα τὸν δεύτερον, ὃ Γαὶ ὁ εὐνοῦχος τοῦ βασιλέως, ὁ φύλαξ τῶν γυναικῶν· καὶ οὐκ ἔτι εἰσπορεύεσθαι πρὸς τὸν βασιλέα, ἐὰν μὴ κληθῇ ὀνόματι. *Vespere ingreditur, & versùs diem recurrit in gynæceum secundum, ubi Gai eunuchus regis, custos mulierum: & non ultra ingreditur ad regem, nisi vocata fuerit nomine.*

℣. 15. Mſ. Orator. *Cùm autem expletum esset tempus introeundi, Hester filia Abihel fratris patris Mardochæi, qui nutrierat eam sibi in filiam, factum est ut introiret ad regem. Et Nicheus* (l. *nichil*, seu *nihil*) *postulavit ab eo ex quibus dicebat ei spado. Erat autem Hester inveniens gratiam ab omnibus qui intuebantur eam.* Græc. Ἐν δὲ τῷ ἀναπληροῦσθαι τὸν χρόνον Ἐσθὴρ τῆς θυγατρὸς Ἀμιναδὰβ (ed. Compl. Ἀβιχαῖλ) ἀδελφοῦ πατρὸς Μαρδοχαίου (Orig. add. ἣν ἔλαβεν αὐτῷ εἰς θυγατέρα, τοῦ) εἰσελεύσεσθαι πρὸς τὸν βασιλέα, ὃ δὲν ἠβούλετο ὧν ἐνετείλατο (Mſ. Alex. ἂν αὐτῇ ἔλεγεν) ὁ εὐνοῦχος ὁ φύλαξ τῶν γυναικῶν. Ἦν γὰρ Ἐσθὴρ εὑρίσκουσα χάριν παρὰ πάντων τῶν βλεπόντων αὐτήν.

℣. 16. Sic est in Mſ. Orator. excepto uno *qui est Adar*, juxta Gr. præterea idem Gr. hab. εἰσήχθη, loco *introducta est*, cum nomine Ἀρταξέρξην, ante *regem*; exinde pro *mense septimo*, sic, ἑβδόμῳ ἔτει, *septimo anno*; reliqua ut in Lat.

℣. 17. Similiter in Mſ. Orat. exceptis his, *Et amavit Hester rex*, ut inf. *pro*, loco *præ*. Item Gr. initio hab. Καὶ ἠράσθη ὁ βασιλεὺς Ἐσθήρ· paulò verò post deest hoc, *in conspectu ejus*; extremò addit τὸ γυναικεῖον, *muliebre*, ad vocem *diadema*, detractis seqq. *& reginam eam*, &c. Apud Orig. tamen in Hex. subjicitur: γυναικεῖοι αὐτῇ, καὶ ἐβασιλεύσεν αὐτὴν ἀντὶ Οὐασθί.

℣. 18. Mſ. Orator. hab. *ad nuptias Hester*; cætera ut sup. Græc. πότον, loco *convivium*, & post paulò, ταῖς δυνάμεσι, pro *omni virtuti suæ*; tum addit: ἐπὶ ἡμέρας ἑπτὰ, καὶ ὕψωσε τὰς γάμους Ἐσθήρ, &c. ultimòque, τοῖς ὑπὸ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, *iis qui sub regno ipsius*, pro *omnibus regionibus*. Ap. Orig. obelo transfigitur istud, ἐφ' ἡμέρας ἑπτά, *per dies septem*.

℣. 19. Ita Mſ. Orator. habet. Gr. verò ἐθεράπευε, *serviebat*, loco *sedebat*, absque ult. voce *regis*; addit tamen Orig. βασιλέως.

℣. 20. Post hoc, *Mardochæus*, Mſ. Orator. addit ista: *cùm esset cum illo: & jussit illi ut omnia servaret ac si esset cum eo, & time* (l. *timere*) *Dominum in omni die*; cætera ut sup. Græc. habet simpliciter, τὴν πατρίδα αὐτῆς, absque eo quod antecedit, *genus suum neque*; (ap. Orig. tamen in Hex. hoc additur, καὶ λαὸν αὐτῆς;) mox ita, ὕτως γὰρ, *sic enim*, pro *secundùm quæ*; subinde loco *ut omnia*, &c. sic: φοβεῖσθαι τὸν Θεὸν, καὶ ποιεῖν τὰ προσλάγματα αὐτοῦ, καθὼς ἦν μετ' αὐτοῦ· καὶ Ἐσθὴρ οὐ μετήλλαξε τὴν ἀγωγὴν αὐτῆς· *timere Deum, & facere præcepta ejus, sicut erat cum eo: & Esther non mutavit educationem suam.* Ap. Orig. in Hex. obelo configitur istud, φοβεῖσθαι τὸν Θεὸν, cum postremis his, καὶ Ἐσθὴρ. &c.

℣. 21. Similiter in Mſ. Orator. uno excepto, *Rastageus*: at in Græco sic: Καὶ ἐλυπήθησαν (Orig. add. Γαβαθὰν καὶ Θαρὰς) οἱ δύο εὐνοῦχοι τοῦ βασιλέως οἱ ἀρχισωματοφύλακες, ὅτι προῆχθη Μαρδοχαῖος· καὶ ἐζήτουν ἀποκτεῖναι Ἀρταξέρξην τὸν βασιλέα. *Et trisțati sunt duo eunuchi regis principes custodum corporis, quoniam provectus fuerat Mardochæus; & quærebant interficere Artaxerxem regem.* Ap. Orig. obelo notatur istud, ὅτι προῆχθη Μαρδοχαῖος.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Corb. 22. Et cognitum eſt negotium Mardochæo, & oſtendit Mardochæus Heſter; & Heſter indicavit regi, & nomen Mardochæi.

23. Et inquiſivit negotium, & invenit ſic: & ſuſpenſi ſunt ambo. Et ſcriptum eſt memoriale * legis.

* *f.* regis.

VULGATA NOVA.

22. Quod Mardochæum non latuit, ſtatimque nunciavit reginæ Eſther; & illa regi, ex nomine Mardochæi, qui ad ſe rem detulerat,

23. Quæſitum eſt, & inventum: & appenſus eſt uterque eorum in patibulo. Mandatumque eſt hiſtoriis, & annalibus traditum coram rege.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 22. Sic etiam in Mſ. Orator. exceptis ult. his: *& Heſter demonſtravit regi in nomine Mardochæi.* Græcè: Καὶ ἐδηλώθη Μαρδοχαίῳ ὁ λόγος, ᾗ ἐσήμανεν Ἐσθὴρ, ᾗ αὐτὴ ἐνεφάνισε τῷ βασιλεῖ τὰ τῆς ἐπιβουλῆς.

℣. 23. Mſ. Orator. habet: *inventum eſt ſic*, in quo ultimo deſinit idem Mſ. poſteriora verò capita ſupplet Mſ. Pechianus. In Gr. ſic: Ὁ δὲ βασιλεὺς ἤτασε τὺς δύο εὐνούχους, ᾗ ἐκρέμασεν αὐτούς. Καὶ προσέταξεν ὁ βασιλεὺς καταχωρίσαι εἰς μνημόσυνον ἐν τῇ βασιλικῇ βιβλιοθήκῃ ὑπὲρ τῆς εὐνοίας Μαρδοχαίου, ἐν ἐγκωμίῳ. *Rex autem examinavit duos illos eunuchos, & ſuſpendit eos. Et præcepit rex ſeponere in commentario in regia bibliotheca pro benevolentia Mardochæi, in encomio.*

CAPUT III.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Corb. 1. ET factum eſt poſt hæc verba, glorificavit rex Artarxerxes Aman: & prætulit eum, & primâ ſellâ fecit eum * inter omnes amicos ſuos.

* *Supp.* ſedere.

2. Et omnes qui in atrio, adorabant Aman: ſic enim præceperat rex fieri: Mardochæus autem non adorabat eum.

3. Et locuti ſunt qui erant in atrio regis, Mardochæo, dicentes: Quare non audis quæ à rege dicuntur, & * non adoras Aman? Et non reſpondit eis.

* *Mſ. vitiosè*, & adoras.

4. Et factum eſt cùm dicerent * & quotidie, & non obediret eis, indicaverunt Aman, quoniam Mardochæus non obedit regi, ut adoret te, eò quòd ſit Judæus.

* *f.* ei.

5. Et vidit Aman, quoniam non adorabat eum Mardochæus, & iratus eſt vehementer,

6. & quærebat ei manus injicere, ut perderet eum. * Oſtenderunt autem ei genus * Mardochæi, & cogitavit Aman perdere univerſos Judæos, qui erant in regno Artarxerxis regis, & Mardochæum, & genus ejus.

* *Mſ.* Oſtendere.
* *Mſ.* Mardochæus.

7. Menſe autem primo neomeniæ (qui eſt Niſan) duodecimo anno, regnante Artarxerxe, decretum fecit, & miſit ſortem in die, & menſe ex menſe perdere genus Mardochæi: quæ cecidit ſors in quarta decima die, duodecimo menſe, qui eſt Adar.

VULGATA NOVA.

1. POſt hæc rex Aſſuerus exaltavit Aman filium Amadathi, qui erat de ſtirpe Agag: & poſuit ſolium ejus ſuper omnes principes, quos habebat.

2. Cunctique ſervi regis, qui in foribus palatii verſabantur, flectebant genua, & adorabant Aman: ſic enim præceperat eis imperator: ſolus Mardochæus non flectebat genu, neque adorabat eum.

3. Cui dixerunt pueri regis, qui ad fores palatii præſidebant: Cur præter cæteros non obſervas mandatum regis?

4. Cùmque hoc crebriùs dicerent, & ille nollet audire, nunciaverunt Aman, ſcire cupientes utrùm perſeveraret in ſententia: dixerat enim eis ſe eſſe Judæum.

5. Quod cùm audiſſet Aman, & experimento probaſſet quòd Mardochæus non flecteret ſibi genu, nec ſe adoraret, iratus eſt valde,

6. & pro nihilo duxit in unum Mardochæum mittere manus ſuas: audierat enim quòd eſſet gentis Judææ: magiſque voluit omnem Judæorum, qui erant in regno Aſſueri, perdere nationem.

7. Menſe primo (cujus vocabulum eſt Niſan) anno duodecimo regni Aſſueri, miſſa eſt ſors in urnam, quæ Hebraïcè dicitur phur, coram Aman, quo die & quo menſe gens Judæorum deberet interfici: & exivit menſis duodecimus, qui vocatur Adar.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Mſ. D. Pech Canonici Narb. ſic habet: *Glorificavit rex Artaxerxis Aman, & exaltavit eum, & primam ſellam eum fecit ſedere inter omnes amicos ſuos.* Gr. Μετὰ δὲ ταῦτα, ἐδόξασεν ὁ βασιλεὺς Ἀρταξέρξης Ἀμὰν Ἀμαδαθῦ Βυγαῖον· ᾗ ὕψωσεν αὐτὸν, ᾗ ἐπρωτοκάθεδρα πάντων τῶν φίλων αὐτοῦ. Apud Orig. initio ita: Μετὰ δὲ τὰ ῥήματα ταῦτα· & in vet. al. Gr. Καὶ ἐγένετο μετὰ τοὺς λόγους τούτους· & infra, pro ὕψωσεν, &c. ſic, ἐπῆρεν αὐτὸν, ᾗ ἔθηκεν αὐτὸν, θρόνον αὐτοῦ ὑπεράνω τῶν, &c.

℣. 2. Sic in Mſ. Pech. eſt, excepto uno *facere*, pro *fieri*, Græcè, ποιῆσαι; item ſupra, αὐτῷ, pro *Aman*; in Mſ. tamen Alex. legitur Ἀμάν· reliqua ad verbum ut in Lat.

℣. 3. Itidem in Mſ. Pech. etiam cum iſto medio, *& non adoras*, intra textum. In Græco ſic: Καὶ ἐλάλησαν οἱ ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ βασιλέως, τῷ Μαρδοχαίῳ· Μαρδοχαῖε, τί παρακούεις τὰ ὑπὸ τοῦ βασιλέως λεγόμενα; nec plura. Apud Orig. obelo configitur vox Μαρδοχαῖε. In vet. al. Gr. ſic: Τί οὐ παρακούεις τῶν βασιλέως, ᾗ ὃ προσκύνεις τὸν Ἀμάν; nec ſequuntur alia.

℣. 4. Mſ. Pech. ſic hab. *Et factum eſt quomodo dicebant ei, & non obaudiebat eos: & oſtenderunt Aman, quoniam Mardochæus non obaudit regi, ut adoraret Aman.* In Græco: Καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐλάλουν αὐτῷ, (Orig. Ἔλεγον δὲ αὐτῷ καθ' ἑκάστην ἡμ.) ᾗ οὐχ ὑπήκουεν αὐτῶν· ᾗ ὑπέδειξαν τῷ Ἀμὰν, Μαρδοχαῖον τοῖς τοῦ βασιλέως λόγοις ἀντιλαμβάνεσθαι, ᾗ ὑπέδειξεν (Mſ. Alex. Μαρδοχαῖον μὴ ὑπακούοντα τοῖς τοῦ βασιλέως λόγοις, ὑπέδειξεν γὰρ) αὐτοῖς ὁ Μαρδοχαῖος, ὅτι Ἰουδαῖός ἐστι.

℣. 5. Græcè ſimiliter præter hoc, initio, Καὶ ἐπιγνοὺς Ἀμὰν, abſque ſequenti & ; at in Mſ. Alex. Καὶ ἐπέγνω Ἀμὰν..... καί. In Mſ. Pech. deeſt hoc, *vidit Aman*; & infra ſic, *& iratus factus eſt Aman valde*: Mſ. etiam Alex. hîc addit Ἀμάν.

℣. 6. Mſ. Pech. bene, *Oſtenderunt autem ei genus Mardochæi*, &c. ſed omittit inf. vocem *regis*, cum hoc ult. *& genus ejus.* Græcè ſimpliciter: Καὶ ἐβουλεύσαντο ἀφανίσαι πάντας, τοὺς ὑπὸ τὴν Ἀρταξέρξου βασιλείαν, Ἰουδαίους. Ap. Orig. tamen præponuntur iſta: Καὶ ἔξυδένωσεν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἐπιβάλειν χεῖρας αὐτοῦ ἐπὶ Μαρδοχαίῳ μονώταλον, ὅτι ἀπήγγειλαν αὐτῷ τὸν λαὸν Μαρδοχαίου· ᾗ ἐβουλεύσατο Ἀμὰν, &c.

℣. 7. Mſ. Pech. hæc tantùm legit: *Et miſit ſortem in diem & menſem perdere genus Mardochæi: & cecidit ſors..... qui erat Adar.* In Gr. Καὶ ἐποίησε ψήφισμα ἐν ἔτει δωδεκάτῳ τῆς βασιλείας Ἀρταξέρξου, ᾗ ἔβαλε κλήρους ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, ᾗ μῆνα ἐκ μηνὸς (Mſ. Alex. Ἕως δωδεκάτου, βασιλεύοντος Ἀρταξέρξου, ψήφισμα ἐποίησε, ᾗ ἔλαβε κλήρους ἡμέρας, ᾗ μῆνα ἐκ μηνὸς) ὥστε ἀπολέσαι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τὸ γένος Μαρδοχαίου· ᾗ ἔπεσεν ὁ κλῆρος εἰς τὸν τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ μηνὸς, ὅς ἐστιν Ἀδάρ.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

8. Dixitque Aman regi Assuero : Est populus per omnes provincias regni tui dispersus, & à se mutuò separatus, novis utens legibus & cæremoniis, insuper & regis scita contemnens. Et optimè nosti quòd non expediat regno tuo ut insoleſcat per licentiam :

9. si tibi placet, decerne ut pereat, & decem millia talentorum appendam arcariis gazæ tuæ.

10. Tulit ergo rex annulum, quo utebatur, de manu sua, & dedit eum Aman filio Amadathi de progenie Agag, hosti Judæorum,

11. dixitque ad eum : Argentum, quod tu polliceris, tuum sit : de populo age quod tibi placet.

12. Vocatique sunt scribæ regis mense primo Nisan, tertia decima die ejusdem mensis : & scriptum est, ut jusserat Aman, ad omnes satrapas regis, & judices provinciarum, diversarumque gentium, ut quæque gens legere poterat, & audire pro varietate linguarum, ex nomine regis Assueri : & litteræ signatæ ipsius annulo,

13. missæ sunt per cursores regis ad universas provincias, ut occiderent atque delerent omnes Judæos, à puero usque ad senem, parvulos & mulieres, uno die, hoc est, tertio decimo mensis duodecimi, qui vocatur Adar, & bona eorum diriperent.

VERSIO ANTIQUA.

8. Et locutus est ad regem ficto corde propter genus Judæorum, & dixit : Est genus dispersum in omni regno incredibile, extraneas leges habens, legibus autem tuis non obediens ; qui cognoscuntur in omni pestilentia, & præcepta tua spernunt in diem munitionis gloriæ tuæ : *Ex Mſ. Corb.*

9. si ergo tibi placet rex, & optimum est sensui tuo, detur mihi genus hoc in perditionem, & describam in gazophylacio tuo talenta decem millia.

10. Et detractum annulum * dedit in manu Aman, * *Supp. rex.*

11. dicens : Argentum quidem habe : populo autem utere sicut vis.

12. Et vocati sunt scribæ regis mense primo, tertia decima die : & scripta sunt quæ præceperat Aman scribis, & ducibus regis, & principibus per omnem regionem, ab India usque in Æthiopiam, centum viginti septem regionibus, uniuscujusque loci præpositis gentium, secundùm interpretationem eorum, per Artarxerxem : & scriptum est, & signatum est annulo regis,

13. & dimissæ sunt litteræ per librarios, * Artarxerxis regno, perire genus Judæorum, in die primo, mense XI. qui est Adar, & eripere eorum substantiam. * *Supp. in.*

VERSIO ANTIQUA.

Vulg. cap. 12. in fine. * Epistola autem scripta est duodecima similitudine, cujus est exemplum hoc.

VULG. CAP. XIII. 1. Rex magnus Artarxerxes eis qui in India usque Æthiopiam, CXXVII. regionibus, principibus, & satrapis, subditis his, qui verè, qui propriè sentiunt quæ in nos, salutem.

2. Omnium dominans gentium, & omnis satrapæ orbis terrarum, scribo igitur non audacia potestatis utens, sed clementiùs & domesticè agens, * qui subjecti sunt execrabilis per omne stratum vitæ : sed & regnum nostrum pertinens usque ad extremum terræ, præstans renovare quæ desiderantur ab omni. * *Multa hic & infra misere corrupta.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. Similiter habet Mſ. Pech. nisi quòd addit *tuo*, voci *regno*, sicut ℭ, post *incredibile* ; item legit pluraliter, *habentes..... obedientes* ; subsequentia verò prætermittit. In Græco sic : Καὶ ἐλάλησε πρὸς τὸν βασιλέα Ἀρταξέρξην, λέγων· Ὑπάρχει ἔθνος διεσπαρμένον ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐν πάσῃ τῇ βασιλείᾳ Ϲου· οἱ δὲ νόμοι αὐτῶν ἐξαλλοι παρὰ πάντα τὰ ἔθνη, τῶν δὲ νόμων τῶ βασιλέως παρακούουσι· ϗ ἐ Ϲυμφέρῃ τῷ βασιλεῖ ἐᾶσαι αὐτούς· at in vet. al. sic : Διεσπαρμένον ἐν πάσαις ταῖς βασιλείαις, λαὸς πολέμιος ϗ ἀπειθὴς, ἔξαλλα νόμιμα ἔχων, τοῖς δὲ νόμοις Ϲου βασιλεῦ, ϗ παρεύχεσι γνωριζόμενοι ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι πονηροὶ ὄντες, ϗ τὰ πρόσταγμά Ϲου ἀθετοῦσι πρὸς καθαίρεσιν τῆς δόξης Ϲου.

℣. 9. Una vox tantùm variat in Mſ. Pech. nempe ista, *argenti*, loco *talenta*. In Græco utraque habetur, sicut βασιλέως, *regis*, pro *tuo* ; loco verò istorum : *si ergo..... in perditionem*, ita simpliciter : εἰ δοκεῖ τῷ βασιλεῖ, δογματισάτω ἀπολέσαι αὐτούς· deinde κἀγὼ διαγράψω, &c. ut sup. at in vet. al. εἰ δοκεῖ ἐν τῷ βασιλεῖ, ϗ ἀγαθὴ ἡ κρίσις ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, δοθείτω μοι τὸ ἔθνος εἰς ἀπώλειαν, ϗ διαγράψω, &c.

℣. 10. Ita Mſ. Pech. habet. Græc. verò : Καὶ περιελόμενος ὁ βασιλεὺς τὸν δακτύλιον, ἔδωκεν εἰς χεῖρας τῷ Ἀμάν, σφραγίσαι κατὰ τῶν γεγραμμένων κατὰ τῶν Ἰουδαίων. *Et tollens rex annulum, dedit in manus Aman, ad obsignandum super iis quæ scripta contra Judæos.* Al. σφραγίσαι πάντα τὰ γεγραμμένα, al. κατὰ τὸ γεγραμμένον.

℣. 11. Similiter in Mſ. Pech. Græcè ita : Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς τῷ Ἀμάν, loco *dicens* ; item pro *populo*, ἔθνει, ut & βούλῃ, pro *vis* ; in Compl. ἂν θέλῃς.

℣. 12. Ita fert Mſ. Pech. paucis exceptis ; videlicet, omissis his, *mense primo*, *tertia decima die*, subdit, ϗ *scriptum est quæcunque*, Gr. ϗ ἐγραψαν ὡς, mel. Alex. ϗ ἐγράψαν ὡς, Orig. κατὰ πάντα ὡς : exinde Mſ. Pech. habet, *usque Æthiopia*, additque inf. *regem*, ad *Artarxerxem*, unà cum Græco. Idem Gr. post *Aman*, delet hoc, *scribis* ϗ, cum seq. voce *regis* ; apud Orig. tamen servatur τῦ βασιλέως ; item Gr. scribit ἀπὸ Ἰνδικῆς, & inf. omittit *uniuscujusque loci* ; pro seq. verò *præpositis*, hab. τοῖς τε ἄρχουσι, ut & λέξιν, *dictionem*, vel *linguam*, loco *interpretationem* : extremò tollit ista : ϗ *scriptum est*, ϗ *signatum est annulo regis* ; sed apud Orig. totidem verba subnectuntur, ϗ ἐγράφη, ϗ ἐσφραγίδη ἐν τῷ δακτυλίῳ τῦ βασιλέως.

℣. 13. In Mſ. Pech. deest vox *litteræ* ; præponitur verò *in*, nomini *Artarxerxis* ; exinde pro *primo*, legitur *uno*, & pro XI. *duodecimo* ; extremò ita, ϗ *diripere omnem substantiam eorum*. In Græco sic : Καὶ ἀπεστάλη διὰ βιβλιαφόρων εἰς τὴν Ἀρταξέρξου βασιλείαν, ἀφανίσαι τὸ γένος τῶν Ἰουδαίων, ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ μηνὸς δωδεκάτου, ὅς ἐστιν Ἀδάρ, ϗ διαρπάσαι τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν.

* In Mſ. Pech. sic : *Epistola autem scripta est similitudinem hanc, cujus exemplar tale erat.* Græcè : Τῆς δὲ ἐπιστολῆς ἐστι τὸ ἀντίγραφον τόδε. In fine etiam capitis 12. Vulg. leguntur ista ex Hieronymo, typis distinctis, seu ut aiunt, Italicis, excusa : *Quæ sequuntur, in eo loco posita erant, ubi scriptum est in volumine* : Et diripuerunt bona, vel substantias eorum : *quæ*, inquit, *in sola Vulgata editione reperimus* ; videlicet, *Epistolæ autem hoc exemplar fuit*, &c. de cap. 13. Hæc autem adnotatio Hieronymi aptè respondet his quæ reperiuntur eò loci in Mſs. nostris : enim verò post ultima verba capitis anteced. ϗ *eripere eorum substantiam*, vel juxta Mſ. Pech. ϗ *diripere omnem substantiam eorum* ; proximè sequitur ibid. Epistola regis, *cujus est exemplum hoc*, vel *cujus exemplum tale erat* : *Rex magnus Artarxerxes*, &c. ut inf. quæ illa ipsa sunt superiùs ab Hieronymo indicata & observata.

℣. 1. Ita Mſ. Pech. habet, exceptis his, *ab India usque Æthiopia* ; item infra corruptè, *principis*, ϗ *satrapis*, *subditi sitis his propriè qui verè sentiunt quæ nos*, *salutem*. Græcè : Βασιλεὺς μέγας Ἀρταξέρξης τοῖς ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς ἕως τῆς Αἰθιοπίας, ἑκατὸν εἰκοσιεπτὰ χωρῶν ἄρχουσι, ϗ τοῖς παρχαις ὑποτεταγμένοις, τάδε γράφει.

℣. 2. Tota ista absunt à Mſ. Pechiano. In Græco sic : Πολλῶν ἐπάρξας ἐθνῶν, ϗ πάσης ἐπικρατήσας οἰκουμένης, οὐκ ἐπήρθην μὴ τῷ θράσει τῆς ἐξουσίας ἐπαιρόμενος, ἐπιεικέστερον δὲ ϗ μετὰ πιότητος ἀεὶ διεξαγων, τὸς τῶν ὑποτεταγμένων ἀκυμάντους διαπαντὸς κατασῆσαι ζῆς, τὴν τε βασιλειαν ἄμωμον (Alex. cum Ald. & Compl. ἀρεμον) ϗ πορευτὴν μέχρι τε-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Corb. 3. Inquirente autem me cum conſiliariis, quemadmodum adduceretur * hoc ad terminationem, quod prudentiâ penes nos aperuit, & ſenſu ſine æmulatione, & firma uſus fide, & ſequente ſignorum ad finem, aſſumpſit Aman:

* Mſ. hæc.

4. oſtendit autem nobis in omnibus, quæcunque in orbem terrarum tribus, immiſtum eſſe odioſum quidem * legibus noſtris non ambulantes, alias autem leges habentes, * regum autem prætermittentes ſupervacuè ad res: nam ante propter quod non componerent, quod à nobis regitur ſine querela,

* Supp. populum. * Mſ. regnum.

5. diſparſum hoc genus ſingulare, contra eos eſtote, propter quod * regnum firmum non contingere:

* Supp. accidit.

6. addimus * qui ſignificati ſunt nobis ab Aman, * præpoſito in rebus, & ſequente patre veſtro, omnes cum mulieribus & filiis perire à radice inimicorum gladiis, qui legibus non parent, non miſerentes, neque parcentes, quarta decima die, duodecimo menſe Adar, inſtante anno:

* Supp. eos. * Mſ. præpoſiti.

Ex Mſ. Corb.

7. ut qui ante, & nunc adverſarii, * in una die fortiter in infernum intereuntes, in * poſterum tempus ſtabiles & quietas præbeant nobis uſque ad finem res. Qui autem * celaverit gentes Judæorum, inhabitabilis, non ſolùm inter homines, ſed nec inter aves; & igni ſancto comburetur, & ſubſtantia ejus in regnum conferetur. Vale.

* Mſ. nona. * Mſ. proſperum. * Mſ. vitiosè, celaverint... inhabitacilis..... & ignis acto comburetur, &... conferetur.

VULG. CAP. III.

12. Et ſignavit rex annulo ſuo regali,

13. & dedit equitibus velociſſimis: & ubicunque proponebatur exemplum epiſtolæ, turbatio ingens erat per regionem.

VERSIO ANTIQUA.

14. Et imperatum eſt omnibus præparatos eſſe in diem ſtatutum,

15. quoniam feſtinatò res agebatur. Et in Suſis propoſitum erat exemplum, & convivium fecerunt omnes gentes: Aman autem cùm introiſſet regiam, cum amicis luxuriabatur. Ubicunque igitur proponebatur exemplum epiſtolæ, ploratio & luctus ingens fiebat apud omnes Judæos.

VULGATA NOVA.

14. Summa autem epiſtolarum hæc fuit, ut omnes provinciæ ſcirent, & pararent ſe ad prædictam diem.

15. Feſtinabant curſores, qui miſſi erant, regis imperium explere. Statimque in Suſan pependit edictum, rege & Aman celebrante convivium, & cunctis Judæis, qui in urbe erant, flentibus.

VERSIO ANTIQUA.

* Et invocabant Judæi Deum patrum ſuorum, & dicebant: Domine Deus, tu ſolus

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ῥάτων παρεξόμενος, ἀναπεύσασθαί τε τὴν σοβημένην τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις εἰρήνην· i. e. *Multis cùm imperarem gentibus, & univerſum obtinuiſſem orbem, volui confidentiâ poteſtatis non elatus, ſed mitiùs & cum manſuetudine ſemper gubernans, ſubjectorum tranquillas perpetuò reddere vitas, & regnum placidum & pervium uſque ad fines præbens, renovare etiam optatam omnibus hominibus pacem.*

℣. 3. Et hæc pariter deſunt in Mſ. Pech. præter poſtrema, *ad finem adſumpſi Ainan.* Græc. verò habet: Πυθομένου δέ μου τῶν ϛυμβούλων, πῶς ἂν ἀχθείη τοῦτο ἐπὶ πέρας, ὁ ϛωφροσύνη παρ' ἡμῖν διενέγκας, καὶ ἐν τῇ εὐνοίᾳ ἀπαραμάκτως, καὶ βεβαίᾳ πίϛει ἀποδεδειγμένος, καὶ δευτερεύων τῶν βασιλείων γέρας ἀπενηνεγμένος, Ἀμάν, dein ἐπέδειξε, &c. *Percunctante autem me conſiliarios, quomodo perducatur hoc ad finem, is qui moderatione apud nos præcellit, & in benevolentia immutabilis, & ſtabili fide probatus, & ſecundum à rege honorem adeptus, Aman,* ſtatimque, *indicavit,* &c.

℣. 4. In Mſ. Pech. ſic: *Oſtendit autem nobis in omnibus, quicunque in orbe terrarum ſunt tribus, immiſtum eſſe populum odioſum, legibus quidem noſtris non ambulantem;* nec plura adſunt. In Gr. Ἐπέδειξεν ἡμῖν ἐν πάσαις, ταῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην φυλαῖς, ἀναμεμίχθαι δυσμενῆ λαόν τινα, τοῖς νόμοις ἀντίθετον πρὸς πᾶν ἔθνος, τά τε τῶν βασιλέων παραπέμποντας διηνεκῶς διατάγματα, πρὸς τὸ μὴ καταπίθεσθαι τὴν ὑφ' ἡμῶν καθευθυνομένην ἀμέμπτως, ϛυναρχίαν. i. e. *Indicavit nobis in omnibus, quæ per orbem tribubus, admiſtum eſſe odioſum populum quemdam, legibus oppoſitum adversùs omnes gentes, & regum prætermittentes aſſiduè conſtitutiones, ut non componatur is, qui à nobis dirigitur ſine vitio, concors principatus.*

℣. 5. Abſunt hæc à Mſ. Pech. At in Græco ita ſequitur: Διειληφότες οὖν τόδε τὸ ἔθνος μονώταλον ἐν ἀνθιπαραγωγῇ παντὶ διαπαντὸς ἀνθρώπῳ κείμενον, διαγωγὴν νόμων ξενίζουσαν παρεγκλάσει, καὶ δυσκόλων τοῖς ἡμετέροις πράγμασι, τὰ χείρισα ϛυνελὼν κακὰ, καὶ πρὸς τὸ, μὴ τὴν βασιλείαν εὐσταθείας τυγχάνειν· i. e. *Cùm igitur acceperimus hanc ipſam gentem ſolam ex adverſo omni ſemper homini poſitam, inſtitutionem legum peregrinam commutantem, & diſſentientem noſtris rebus, peſſima conſummare mala, & ad id, ut regnum bonum ſtatum non conſequatur.*

℣. 6. Mſ. Pech. *Significamus vobis in litteris ab Aman, præpoſito* (Mſ. *præpoſitum*) *in tribus, & ſequente patre noſtro, omnes cum mulieribus ſuis & filiis perire à radice inimicorum gladiis, qui legibus non parent, non miſerentes, neque parcentes;* nec addit plura. In Græco verò ſic: Προστετάχαμεν οὖν τοὺς ϛιμαιομένους ὑμῖν (Orig. ἡμῖν) ἐν τοῖς γεγραμμένοις (Orig. addit ἡμῖν) ὑπὸ Ἀμὰν, τὸν τεταγμένον ἐπὶ τῶν πραγμάτων, καὶ δευτέρου πατρὸς ἡμῶν, πάντας ϛὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἀπολέσαι ὀλοεθρίᾳ ταῖς τῶν ἐχθρῶν μαχαίραις, ἄνευ παντὸς οἴκτου καὶ φειδοῦς, τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ δωδεκάτου μηνὸς Ἀδαρ, τοῦ ἐνεστῶτος ἔτους. *Præcipimus igitur eos, qui ſignificantur vobis in ſcriptis ab Aman, præpoſito ſuper negotia, & ſecundo patre noſtro, omnes cum uxoribus & filiis perdere radicitus ipſis inimicorum gladiis, ſine ulla miſericordia & clementia,* XIV. *die* XII. *menſis Adar, præſentis anni.*

℣. 7. Græc. Ὅπως οἱ πάλαι, καὶ νῦν δυσμενεῖς, ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ βιαίως εἰς τὸν ᾅδην καταπεσόντες, εἰς τὸν μετέπειτα χρόνον εὐσταθῆ καὶ ἀτάραχα παρέχωσιν ἡμῖν διὰ τέλους τὰ πράγματα. i. e. *Ut qui olim, & nunc inimici, in die una violenter ad infernum deſcendentes, in poſterum tempus bene conſtitutas & tranquillas præbeant nobis perfectè res;* reliqua deſunt. E contrario Mſ. Pech. antecedentia hæc verba prætermittit, ſubſequentia verò retinet, ſed paulùm vitiata: *Quicunque autem celaverit genus eorum, inhabitabilis* (ſupp. *ſit*, vel *erit*) *non ſolùm inter homines, ſed nec in terra ve* (l. *inter aves;*) *& in igne ſancto comburetur, & ſubſtantia eorum in regnum conferetur. Valete.* Hæc tamen non leguntur in Vulgata, ſed priora tantùm, quibus id ſubditur ex Hieronymo: *Hucuſque exemplar epiſtolæ.*

℣. 12. Similiter habetur hic verſiculus in Mſ. Pech. deeſt verò in Græco.

℣. 13. Mſ. Pech. hoc unum admittit, ac vitiosè, *Et dedit equitibus velociſſimos;* ſequentia delet. Græcè ita: Τὰ δὲ ἀντίγραφα τῶν ἐπιϛολῶν ἐξετίθετο κατὰ χώρας. *Exemplaria autem epiſtolarum edita ſunt per regionem;* nec adduntur alia.

℣. 14. Hæc abſunt à Mſ. Pech. Græcè verò ſequitur: Καὶ προσετάγη πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἑτοίμους εἶναι εἰς τὴν ἡμέραν ταύτην· quæ reſpondent textui Lat.

℣. 15. In Mſ. Pech. poſteriora tantùm leguntur: *Ubicunque igitur,* &c. quæ ſup. prætermiſſis antecedentibus. In Græco hæc pauca: Ἐσπεύδετο δὲ τὸ πρᾶγμα καὶ εἰς Σοῦσαν, (Mſ. Alex. ἐν Σούσις.) Ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ Ἀμὰν ἐκωθωνίζοντο· ἐταράσσετο δὲ ἡ πόλις· i. e. *Urgebatur autem negotium & in Suſa. Rex autem & Aman epulabantur: turbabatur autem civitas.* Sed in al. vet. ſic legitur, cap. 4. ℣. 1. Ἡ πόλις Σοῦσα ἐταράσσετο ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις· καὶ πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις ἦν πένθος μέγα, καὶ πικρὸν ἐν πάσῃ πόλει· quæ reſpondent ultimis verbis textûs Lat.

* Hæc Judæorum humilis precatio, neque in Græco,

Digitized by Google

Versio antiqua.

Ex Mſ. Corb. Deus in cœlo ſurſum, & non eſt alius Deus præter te. Si enim feciſſemus legem tuam & præcepta, habitaſſemus forſitan cum pace omne tempus vitæ noſtræ: nunc autem, quoniam non fecimus præcepta tua, ſupervenit in nos omnis tribulatio iſta. Juſtus es, & tranquillus, & excelſus, & magnus, Domine, & omnes viæ tuæ judicia. Et nunc Deus, non des filios tuos in captivitatem, neque uxores noſtras in violationem, neque in perditionem: qui factus es nobis propitius ab Ægypto, & uſque nunc, miſerere principali tuæ, parce, & non des hæreditatem noſtram in inſaniam, *Et Mſ. Corb.* ut hoſtes dominentur noſtri.

* Et in Suſis, in civitate proxima regi, propoſitum erat exemplum, & cognita erant ſcripta.

3. Et erat homo Judæus inhabitans Suſis, curans in regia regis, homo magnus apud regem, de tribu Benjamin: *Vulg. Cap. xi. Vid. etiam ſup. cap. 2. ℣. 5. 6.*

4. homo juſtus, de captivitate quam ceperat Nabuchodonoſor rex Babylonis ab Jeruſalem cum Jechonia rege Judæorum.

Notæ ad Versionem antiquam.

neque in Vulgata noſtra legitur; non etiam reperta fuiſſe memoratur ab Hieronymo in Vulgata editione, ut vocat, quamvis illa editio multò productior eſſet & liberior textu Hebraïco. Veruntamen hæc oratio optimè quadrat cum his quæ Hieronymus ſcribit de editione Vulgata, tamque illa ipſi interſerta eſſe potuit, quàm & alia plura id genus additamenta, quæ Hieronymus teſtatur à ſe in hac editione fuiſſe reperta, v. g. Eſtheris orationem, ut & alteram Mardochæi, Judaicæ noſtræ maximè geminas, quarum tamen neutra, teſte Hieron. *habetur in Hebraïco, & apud ullum penitus fertur Interpretum.* Eſtheris etiam *librum*, inquit, *editio Vulgata lacinioſis hinc inde verborum funibus trahit, addens ea quæ ex tempore dici poterant & audiri, ſicut ſolitum eſt ſcholaribus diſciplinis, ſumpto themate, excogitare, quibus uti potuit qui injuriam paſſus eſt, vel ille qui injuriam fecit.* Porro idipſum eſt quod eò loci exhibet Mſ. noſter: *Statim ut* enim *in Suſan pependit edictum*, terror Judæos invaſit; inde *ploratio & luctus ingens apud omnes:* in his anguſtiis quid aptius ad levandum dolorem, quid Judæis metu fractis magis conſentaneum, quàm Deo ſummo preces fundere; eumque humili ac ſupplici oratione obteſtari ut ſubveniret ipſis, & liberaret ab inſidiis impiiſſimi Aman. Ut hæc ſunt facta, illa pia precatio non tantùm exſtat in Mſ. noſtro Corb. ſed etiam in Pechiano, nec unus differt ab altero niſi paucis, & levis momenti; nempe Mſ. Pech. initio, poſt vocem *Judæi*, addit *excelſum*, & poſt paulò ita, *Domine Domine, ſolus tu es Deus in cœlo*, &c. item infra nonnulla ſic variant: *habitaſſemus forſitan cum ſecuritatem & pacem omne tempus..... nunc autem qui non fecimus..... ſupervenit ſuper nos omnis..... Juſtus es, Domine, &..... non des filios noſtros in captivitate, neque uxores noſtras in conviolationem..... quia factus es..... miſerere principali tuæ parti, & non des hæredit. noſtram in infamiam;* cæt. ut ſup.

* Nihil horum pariter exſtat in Græco. In Mſ. verò Pech. ſic: *Et in Suſis civitatem proxima regi, propoſitum eſt exemplum, & cognita ſunt ſcripta.*

℣℣. 3. 4. Hæc pertinent ad ℣℣. 3. & 4. capitis, quod quidem undecimum eſt in Vulgata noſtra, ſed quod inſtar proœmii exſtabat in Editione veteri, teſte Hieronymo: & verò eadem leguntur ſupra in Græco, ut & in Mſ. Lat. Orat. deſunt autem in Mſ. noſtro Corb. ſaltem majori ex parte; nec fortaſſe, niſi ab imperito ſcriba, vel interpolatore quodam, huc advecta ſunt atque translata. Attamen illa ipſa refert eò loci Mſ. Pech. qui videtur unus eſſe & idem cum Mſ. Orat. de quo ſupra. Porro ita Pech. habet: *Et erat homo Judæus habitans in Suſis, curans in aula regis, homo magnus..... homo natus ex captivitate quam cepit Nabuchod. rex Babilonis de Jeruſ.* &c. ut ſup.

CAPUT IV.

Vulgata nova.

1. QUæ cùm audiſſet Mardochæus, ſcidit veſtimenta ſua, & indutus eſt ſacco, ſpargens cinerem capiti: & in platea mediæ civitatis voce magna clamabat, oſtendens amaritudinem animi ſui,

2. & hoc ejulatu uſque ad fores palatii gradiens. Non enim erat licitum indutum ſacco aulam regis intrare.

3. In omnibus quoque provinciis, oppidis, ac locis, ad quæ crudele regis dogma pervenerat, planctus ingens erat apud Judæos, jejunium, ululatus, & fletus, ſacco & cinere multis pro ſtrato utentibus.

4. Ingreſſæ autem ſunt puellæ Eſther & eunuchi, nunciaveruntque ei. Quod audiens conſternata eſt: & veſtem miſit, ut ablato ſacco indue-

Versio antiqua.

1. ET hic audivit ſcripta quæ erant in epiſtola, & ſcidit veſtimenta ſua, & cinerem ſuper caput ſuum effudit, & ſaccum veſtitus eſt: & ibat clamans & vociferans per totam plateam, ab aula virili uſque ad portam muliebrem clamans: Gens perit nihil mali faciens. *Ex Mſ. Corb.*

2. Et ſedit in atrio aulæ muliebris: non enim poterat introire in aulam cum ſacco.

3..... *Vide Not.*

4. Et audivit Heſter regina vocem Mardochæi fratris ſui Hebraïca voce lingua: & miſit ſpadonem, qui præſtò erat in conſpectu ipſius, dicens:

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Priora verba ſic adulterata in Mſ. Pech. *Et hic audivit epiſtola ſcripta quæ erat in exemplum, & ſcidit*, &c. exinde addit *multum*, ad *cinerem*; extremòque, loco *clamans*, &c. ſic legit: *Et dicebat: Gens periit nihil malè faciens;* cæt. ut ſupra. Græcè paulò contractiùs: Ὁ δὲ Μαρδοχαῖος ἐπιγνὺς τὸ συνελθόμενον, διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια ἑαυτοῦ, καὶ ἐνεδύσατο σάκκον, καὶ καλεπάσατο σποδόν· καὶ ἐκπηδήσας διὰ τῆς πλατείας τῆς πόλεως, ἐβόα φωνῇ μεγάλῃ· Αἴρεται ἔθνος μηδὲν ἠδικηκός· i. e. *Mardochæus autem cognoſcens id quod conſummatum fuerat, diſcidit veſtimenta ſua, & indutus eſt ſacco, & conſperſit ſe cinere: & exſiliens per plateam civitatis, clamabat voce magna: Tollitur gens quæ nihil injuſtè egit.*

℣. 2. Mſ. Pech. *Et ſtetit in atrio aulæ muliebri*, &c. ut ſup. excepto uno *in aula*. Græc. Καὶ ἦλθεν ἕως τῆς πύλης τοῦ βασιλέως, καὶ ἔστη· οὐ γὰρ ἦν αὐτῷ ἐξὸν εἰσελθεῖν εἰς τὴν αὐλὴν, σάκκον ἔχοντι καὶ σποδόν. *Et venit uſque ad portam regis, & ſtetit: non enim erat ei licitum ingredi in aulam, ſaccum habenti & cinerem.* Vet. al. οὐ γὰρ ἐδύνατο εἰσελθεῖν εἰς τὰ βασίλεια ἐν σάκκῳ· quæ magis reſpondent textui Latino.

℣. 3. Hic ℣. deeſt in utroque Mſ. Corb. & Pech. ſic autem legitur Græcè: Καὶ ἐν πάσῃ χώρᾳ, ὅ ἐξετίθετο τὰ γράμματα, κραυγὴ, καὶ κοπετὸς, καὶ πένθος μέγα τοῖς Ἰουδαίοις· σάκκον καὶ σποδὸν ἔστρωσαν ἑαυτοῖς· i. e. *Et in omni regione, ubi edita fuerant litteræ, clamor, & planctus, & luctus magnus Judæis; ſaccum & cinerem ſtraverant ſibi.*

℣. 4. Mſ. Pech. hab. *patris fratris ſui*, non ſimpliciter *fratris*, paulòque poſt delet vocem *lingua*; item infra ſic leg. *Vade exhinc celeriùs, & affer veſtimenta quæ eſt veſti-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Corb. Vade, exi celeriùs hinc, & auferes veſtimenta quæ eſt indutus, & indue illum veſtimenta alia,

5. & veni ad me, ut ſciam quid vult frater meus, quoniam vocem fratris mei audio, magnam vocem tribulationis & planctus, & plorationis & anguſtiæ, & neceſſitatis.

6. Et exiit ſpado, & dixit ei. Et noluit Mardochæus deponere ſaccum, & omnem humiliationem ſuam:

Vide cap. 15. Vulg. ℣℣. 1. 2. 3. 7. & dixit ſpadoni: Vade, dic reginæ: Surge, quid ſedes & taces? quoniam venundata es, tu & domus tua & patris tui, & gens & omnis progenies: ſurge, ſi poterimus pro gente noſtra laborare & pati, ut Deus propitius fiat genti noſtræ. Simul de decem millibus talentorum, quæ dedit Aman pretium perditionis Judæorum;

8. & exemplum epiſtolæ miſit confeſtim.

9. Factum eſt autem cùm legiſſet Heſter litteras fratris ſui, ſcidit veſtimentum ſuum, & exclamavit voce amara & gravi, & ploravit ploratione magna, & corpus ejus formidoloſum factum eſt, & caro ipſius concidit valde.

10. Et miſit ſpadonem ſuum ad eum, dicens:

11. Quoniam omnis homo omnis gentis, Artarxerxes rex dixit, ſi introierit ad regem in aulam interiorem, non vocatus, non eſt illi ſalus, præter hunc, cui rex virgam auream dederit; hic liberabitur. Et ego non ſum vocata, ut introeam ad regem; hic dies triceſimus, & quomodo introibo ad regem?

12. Et exiit ſpado, & nunciavit illi verba ipſius. Et iratus eſt Mardochæus,

VULGATA NOVA.

rent eum: quam accipere noluit.

5. Accitoque Athach eunucho, quem rex miniſtrum ei dederat, præcepit ei ut iret ad Mardochæum, & diſceret ab eo cur hoc faceret.

6. Egreſſuſque Athach, ivit ad Mardochæum ſtantem in platea civitatis, ante oſtium palatii:

7. qui indicavit ei omnia quæ acciderant, quomodo Aman promiſiſſet, ut in theſauros regis pro Judæorum nece inferret argentum:

8. exemplar quoque edicti, quod pendebat in Suſan, dedit ei, ut reginæ oſtenderet, & moneret eam, ut intraret ad regem, & deprecaretur eum pro populo ſuo.

9. Regreſſus Athach, nunciavit Eſther omnia, quæ Mardochæus dixerat.

10. Quæ reſpondit ei, & juſſit ut diceret Mardochæo:

11. Omnes ſervi regis, & cunctæ, quæ ſub ditione ejus ſunt, norunt provinciæ, quòd ſive vir, ſive mulier, non vocatus, interius atrium regis intraverit, abſque ulla cunctatione ſtatim interficiatur: niſi fortè rex auream virgam ad eum tetenderit pro ſigno clementiæ, atque ita poſſit vivere. Ego igitur quomodo ad regem intrare potero, quæ triginta jam diebus non ſum vocata ad eum?

12. Quod cùm audiſſet Mardochæus,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

eus; cæt. prorſus ſimilia. Græc. Καὶ εἰσῆλθον αἱ ἅβραι, καὶ οἱ εὐνοῦχοι τῆς βασιλίσσης, καὶ ἀνήγγειλαν αὐτῇ. Καὶ ἐταράχθη ακούσασα τὸ γεγονός· καὶ ἀπέστειλε στολίσαι τὸν Μαρδοχαῖον, (Origen. præponit ἱμάτια) καὶ ἀφελέσθαι αὐτοῦ τὸν Σάκκον· ὁ δὲ οὐκ ἐπείθη. *Et intraverunt ancillæ & eunuchi reginæ, & annuntiaverunt ei. Et turbata eſt audiens factum: & miſit ad induendum ſtolâ Mardochæum, & auferendum ejus ſaccum: ille autem perſuaſus non eſt.*

℣. 5. Itidem in Mſ. Pech. præter hoc circa medium, *vocem magnam, vocem tribulationis.* Græcè verò ita: Ἡ δὲ Ἐσθὴρ προσεκαλέσατο Ἀχραθαῖον τὸν εὐνοῦχον αὐτῆς, ὃς παρειστήκει αὐτῇ, καὶ ἀπέστειλε μαθεῖν αὐτὰ παρὰ τοῦ Μαρδοχαίου τὸ ἀκριβές. *Eſther autem advocavit Achrathæum eunuchum ſuum, qui aſſiſtebat ei, & miſit ut diſceret ipſa à Mardochæo rem ipſam exquiſitè.*

℣. 6. Horum nihil habetur in Græco. In Mſ. verò Pech. leguntur ad verbum, præter unum *ei*, quod deeſt poſt *dixit.*

℣. 7. Similiter in Mſ. Pech. exceptis his paucis: *Vade, & dic..... Exſurge, quid ſedis..... & gens & omnis populus: ſurge..... pro gentis laborare & patria, ut Deus..... Simul decem millia talentorum, quem dedit Aman propter perditionem Judæorum.* Græcè ita: Ὁ δὲ Μαρδοχαῖος ὑπέδειξεν αὐτῷ τὸ γεγονὸς, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν ἣν ἐπηγγείλατο Ἀμὰν τῷ βασιλεῖ εἰς τὴν γάζαν ταλάντων μυρίων, ἵνα ἀπολέσῃ τοὺς Ἰουδαίους. *Mardochæus autem indicavit ei factum, & promiſſionem quam promiſerat Aman regi in gazam talentorum decem millium, ut perdat Judæos.* Vide Not. ſeq.

℣. 8. Itidem in Mſ. Pech. addito uno *ei*, ad verbum *miſit*, nec plura. In Græco ſic: Καὶ τὸ ἀντίγραφον τοῦ ὡς Σύσοις ἐκτεθὲν ὑπὲρ τοῦ ἀπολέσθαι αὐτοὺς, ἔδωκεν αὐτῷ δεῖξαι τῇ Ἐσθήρ. *Et exemplar in Suſis editum de ipſis perdendis, dedit ei ad oſtendendum ipſi Eſther.* Tum ſequuntur multa quæ reſpondent verſui antecedenti, maximè verò, & pene ad verbum, tribus prioribus verſibus capitis 15. Vulgatæ noſtræ, quæ Hieronymus *addita* reperiſſe ſe dicit *in editione Vulgata*; en illa: 1. Καὶ εἶπεν αὐτῷ, ἐντείλασθαι αὐτῇ εἰσελθοῦσα παραστῆσαι τὸν βασιλέα, καὶ αἰτῆσαι αὐτὸν περὶ τοῦ λαοῦ, 2. μνησθεῖσα ἡμερῶν ταπεινώσεώς σου, ὡς ἐτράφης ὑπ' χειρί μου, ὅτι Ἀμὰν ὁ δευτερεύων τῷ βασιλεῖ ἐλάλησε καθ' ἡμῶν εἰς θάνατον· 3. ἐπικαλέσαι τὸν Κύριον, καὶ λάλησον τῷ βασιλεῖ περὶ ἡμῶν, ῥῦσαι ἡμᾶς ἐκ θανάτου. 1. *Et dixit ei, ut mandaret illi ingredienti deprecari regem, & orare eum pro populo, 2. memor dierum humiliationis tuæ, quomodo nutrita es in manu mea, quoniam Aman ſecundus à rege locutus eſt contra nos ad mortem: 3. invoca Dominum, & loquere regi pro nobis, libera nos à morte.*

℣. 9. In Mſ. Pech. additur vox *regina*, ad *Eſther*, paulòque poſt numero plurali, *veſtimenta ſua*; exinde loco *amara*, &c. ſic: *terribile* (l. *terribili*) *& grandi, & ploravit, & cor illius formidoloſum factum eſt, & caro illius concidit valde.* Græcè verò ſimpliciter: Εἰσελθοῦσα δὲ ὁ Ἀχραθαῖος, ἐλάλησεν αὐτῇ πάντας τοὺς λόγους τούτους. *Ingreſſus autem Achrathæus, locutus eſt ei omnia verba hæc;* quæ reſpondent Vulgatæ.

℣. 10. Mſ. Pech. *Et miſit eunuchum ſuum ad ipſum, dicens:* Gr. Εἶπε δὲ Ἐσθὴρ πρὸς Ἀχραθαῖον· Πορεύθητι πρὸς Μαρδοχαῖον, καὶ εἰπόν. *Dixit autem Eſther ad Achrathæum: Vade ad Mardochæum, & dic:*

℣. 11. Mſ. Pech. *Quoniam omnis homo, & omnes gentes regis Artaxerxis ſciunt, quia ſi quis introierit ad regem in aula interiore, non vocatus, non eſt illi ſalus, præter hunc, cui rex auream virgam oſtendit; hic ſalvabitur. Et ego non vocata, non poſſum introire ad regem; hi ſunt dies* XXX. *& quomodo nunc introibo ad regem?* Græc. Ὅτι τὰ ἔθνη πάντα τῆς βασιλείας γινώσκει, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος, ἢ γυνὴ, ὃς εἰσελεύσεται πρὸς τὸν βασιλέα εἰς τὴν αὐλὴν τὴν ἐσωτέραν, ἄκλητος, οὐκ ἔστιν αὐτῷ ζωὴ πλὴν, ᾧ ἐκτείνῃ ὁ βασιλεὺς τὴν χρυσῆν ῥάβδον, ἵνα ζωὸς ᾖ· κἀγὼ οὐ κέκλημαι εἰσελθεῖν πρὸς τὸν βασιλέα· εἰσὶν αὗται ἡμέραι τριάκοντα. *Quia gentes omnes regni ſciunt, quoniam omnis homo, vel mulier, qui ingredietur ad regem in aulam interiorem, non vocatus, non eſt illi ſalus; tantùm, cui extenderit rex auream virgam, hic ſalvabitur. Et ego non ſum vocata ad ingrediendum ad regem; ſunt ipſi dies triginta;* ſequentia deſunt.

℣. 12. Hic verſus, & alii duo ſequentes abſunt à Mſ. Pechiano. In Græco ſic: Καὶ ἀπήγγειλεν Ἀχραθαῖος Μαρδοχαίῳ πάντας τοὺς λόγους Ἐσθήρ. *Et annuntiavit Achrathæus Mardochæo omnia verba Eſther.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

13. rursum mandavit Esther, dicens: Ne putes quòd animam tuam tantùm liberes, quia in domo regis es præ cunctis Judæis:

14. si enim nunc silueris, per aliam occasionem liberabuntur Judæi: & tu, & domus patris tui, peribitis. Et quis novit, utrùm idcirco ad regnum veneris, ut in tali tempore parareris?

15. Rursumque Esther hæc Mardochæo verba mandavit:

16. Vade, & congrega omnes Judæos, quos in Susan repereris, & orate pro me. Non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus: & ego cum ancillis meis similiter jejunabo, & tunc ingrediar ad regem, contra legem faciens, non vocata, tradensque me morti & periculo.

17. Ivit itaque Mardochæus, & fecit omnia, quæ ei Esther præceperat.

VERSIO ANTIQUA.

13. & dixit spadoni: Intra, dic ei: Noli dicere intra te: Quoniam sola regno, præter omnes Judæos salva fiar, quoniam uxor regis sum: *Ex Mſ. Corb.*

14. si igitur non præmiseris in hoc tempore, aliunde auxilium & defensor Judæis erit: tu autem, & domus patris tui, perituri. Et qui scit * in hoc tempore regnas, ut gentem tuam liberes? * *Supp.* an non; *f. scr.* si non, *è Gr.*

15. Et introiit spado, & renuntiavit verba Mardochæi Hester reginæ. Et dixit Hester denuo, cùm misisset qui ad eam venerat à Mardochæo: *al.*

16. Domine frater, si tibi videtur, introibo, licet moriar. Prædica igitur sanitatem, & annuntia jejunium; & dicito presbyteris ut faciant jejunium, lactantes autem separent nocte à matribus suis, boves & pecora non pascantur: quibus diebus ego & ancilla mea jejunabimus, & introibo ad regem post hæc, habens in manu animam meam.

17. Et exiit spado, & dixit verba ejus. Et vadens Mardochæus, prædicavit sanitatem: sponsi autem de thalamis exierunt, & sponsæ de pascuis suis; presbyteri autem & anus exierunt ad deprecandum: boves & pecora præcepit, ut tribus diebus, & tribus noctibus non pascerentur. Omnes autem acceperunt cinerem, & invocabant excelsum Dominum, ut propitius illorum fieret humilitati.

VERSIO ANTIQUA.

VULG. CAP. XIII.

8. Mardochæus verò conscidit vestimenta sua, & substravit cilicium, & cecidit super faciem suam in terram, & presbyteri populi à manè usque ad vesperam;

9. & dixerunt: Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, benedictus es.

10..... 11..... *Vide Not.*

12. 13. Tu scis Domine, quoniam non mihi placet plantas pedum Aman adorare in salutem Israël:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 13. Græcè: Καὶ εἶπε Μαρδοχαῖος πρὸς Ἀχραθαῖον· (Mſ. Alex. delet πρὸς Ἀχραθ.) Πορεύθητι, καὶ εἰπὸν αὐτῇ· Ἐσθήρ, μὴ εἴπῃς σεαυτῇ, ὅτι σωθήσῃ (Alex. σωθήσομαι) μόνη ἐν τῇ βασιλείᾳ παρὰ (Alex. ὑπὲρ) πάντας τοὺς Ἰουδαίους. *Et dixit Mardochæus ad Achrathæum: Vade, & dic ei: Esther, ne dixeris tibi, quia salvaberis* (vel *salvabor*) *sola in regno præter omnes Judæos.*

℣. 14. Græc. initio hab. Ὡς ὅτι ἐὰν παρακούσῃς, *Quoniam si neglexeris audire*, (à Mſ. Alex. abest ὡς;) exinde σκέπη, *protectio*, loco *defensor*; & post paulò ἀπολεῖσθε, *peribitis*, loco *perituri*; extremò sic, καὶ τίς οἶδεν εἰ (Mſ. Alex. delet εἰ) εἰς τὸν καιρὸν τοῦτον ἐβασίλευσας; Nobil. *& quis novit si ad tempus hoc facta es regina?* detractis his, *ut gentem*, &c. alia verò ut in Lat. sup.

℣. 15. Græc. hæc tantùm legit: Καὶ ἐξαπέστειλεν Ἐσθὴρ τὸν ἥκοντα πρὸς αὐτὴν, πρὸς Μαρδοχαῖον, λέγουσα· *Et misit Esther eum qui veniebat ad se, ad Mardochæum, dicens:* Mſ. Alex. Καὶ εἶπεν Ἐσθήρ, ἐξαποστείλαι πάλιν τὸν ἥκοντα πρὸς Μαρδοχαῖον. In Mſ. Pech. *Et dixit Esther Mardochæum;* nec alia plura.

℣. 16. In Mſ. Pech. initio ipso, deest vox *domine*, & in subsequentibus hæc variant: *Frater, introibo, si tibi videtur, licet moriar.....* & *enuntia jejunium;* & *dic presbyteris, & faciant.....* *lact. autem separate tres noctes à.....* & *pecora non pascantur tribus diebus:* & *ego, & ancillæ meæ jejun..... habens in manu mea animam meam.* Græc. Βασίσας ἐκκλησίασον τοὺς Ἰουδαίους, τοὺς ἐν Σούσοις, καὶ νηστεύσατε ὑπ' ἐμοῦ. Καὶ μὴ φάγητε, μηδὲ πίητε ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς, νύκτα καὶ ἡμέραν· κἀγὼ δὲ καὶ αἱ ἅβραι μου ἀοίκησομεν, καὶ τότε εἰσελεύσομαι πρὸς τὸν βασιλέα, παρὰ τὸν νόμον, ἐὰν καὶ ἀπολέσθαι με δέῃ. *Vadens convoca Judæos, qui in Susis, & jejunate super me. Et non comedatis, neque bibatis per dies tres, nocte & die:* & *ego verò & ancillæ meæ abstinebimus à cibo, & tunc ingrediar ad regem, præter legem, etiamsi perire me oporteat.*

℣. 17. Similiter in Mſ. Pech. his tantùm immutatis: *Et exiet* (l. *exiit*) *eunuchus*, & *dixit verba ipsius;* & post pauca, pro *pascuis suis*, scrib. *cubiculis suis*, subditque, *infantes autem separaverunt à matribus suis;* mox ita, *seniores autem & anus exierunt ad deprecationem*, ut & inf. *tres dies & tres noctes*, pro ablativo, *tribus diebus*, &c. subinde & *omnes acceperunt*, &c. ultimòque, *excelsum Deum, ut illi propitius fieret humilitatis.* In Græco hæc tantùm leguntur: Καὶ βασίσας Μαρδοχαῖος, ἐποίησεν ὅσα ἐνετείλατο αὐτῷ Ἐσθήρ. Hieronym. quoque post ℣. 7. capitis 13. Vulgatæ, ait: *Quæ sequuntur* (nempe oratio Mardochæi) *post eum locum scripta reperi* (in edit. Vulgata) *ubi legitur:* Pergensque Mardochæus, fecit omnia quæ ei mandaverat Esther.

℣. 8. Hunc versum & alios subsequentes monet Hieron. ibid. se in sola edit. Vulgata reperisse: *Quæ sequuntur*, inquit, *post eum locum* (℣. 17. c. 4.) *scripta reperi... nec tamen habentur in Hebraïco, & apud nullum penitus feruntur Interpretum;* deinde *Mardochæus autem*, &c. ℣. 8. cap. 13. Vulg. In Græco simpliciter: Καὶ ἐδεήθη (Mſ. Alex. Μαρδοχαῖος ἐδεήθη) Κυρίῳ, μνημονεύων πάντα τὰ ἔργα Κυρίῳ. *Et deprecatus est* (*Mardochæus*) *Dominum, memor omnium operum Domini.* Mſ. autem Pech. constanter hab. cum Corb. *Marduchæus verò scidit vestimenta sua, & substravit cilicium, & procidit*, &c. quæ supra.

℣. 9. Ita fert Mſ. Pech. ad verbum, nec plura. Græc. verò cum Vulg. Καὶ εἶπε· Κύριε Κύριε βασιλεῦ πάντων κρατῶν, ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ σου τὸ πᾶν ἐστι, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἀντιδοξῶν σοι, ἐν τῷ θέλειν σε σῶσαι τὸν Ἰσραήλ. *Et dixit: Domine Domine rex omnipotens, quia in potestate tua sunt omnia, & non est qui dissentiat à te, cùm tu volueris salvare Israël.* In Missali etiam Rom. ad Introit. Dom. 21. post Pent. hæc leguntur: *In voluntate tua, Domine, universa sunt posita, & non est qui possit resistere voluntati tuæ.* Ita quoque ad verbum legit Cassiod. in Ps. 103. p. 352. b.

℣℣. 10. 11. Hi duo versiculi absunt à Mſs. nostris Corb. & Pech. In Græco verò sequuntur ita: Ὅτι σὺ ἐποίησας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ πᾶν θαυμαζόμενον ἐν τῇ ὑπ' οὐρανόν· deinde: Καὶ Κύριος εἶ πάντων, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀντιτάξεταί σοι τῷ Κυρίῳ. *Quia tu fecisti cœlum & terram, & omne quod suspicitur in subcœlesti. Et Dominus es omnium, & non est qui resistat tibi Domino.* In Missali etiam Rom. ubi sup. subnectuntur ista: *Tu enim fecisti omnia, cœlum & terram, & universa quæ cœli ambitu continentur. Dominus universorum tu es.*

℣℣. 12. 13. Similiter habet Mſ. Pech. nisi quòd delet vocem *plantas*, & pro *adorare*, leg. *osculare.* Græcè: Σὺ πάντα γινώσκεις, Σὺ οἶδας Κύριε, ὅτι οὐκ ἐν ὕβρει, οὐδὲ ἐν ὑπερηφανείᾳ, οὐδὲ ἐν φιλοδοξίᾳ, ἐποίησα τοῦτο, τὸ μὴ προσκυνεῖν τὸν ὑπερήφανον Ἀμάν, (ὅτι ἡσπάσθην φιλεῖν πέλματα ποδῶν αὐτοῦ, πρὸς σωτηρίαν Ἰσραήλ.) *Tu omnia cognoscis, tu nosti Domine, quia non in contumelia, neque in superbia, neque in cupiditate gloriæ, feci hoc, ut non adorarem superbum Aman,* (*quia bene affectus eram osculari vestigia pedum ejus, ad salutem Israël.*)

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Corb. 14. ſed hoc non ita feci, ne gloriam ponam hominis ſuper gloriam Dei mei, & non adorabo alium, niſi te Domine Deus: & non facio ea in arrogantia, nec in intemperatione Domine. Appare Domine, cognoſcere Domine.

15. Et nunc Domine rex, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob, parce, parce populo tuo: aſcendunt enim ſuper nos in perditionem, & concupierunt perdere principalem tuam hæreditatem.

16. Noli avertere ea parte, quam liberaſti de terra Ægypti.

17. Audi Domine preces meas, & eſto propitius ſorti tuæ, & converte luctum noſtrum in lætitiam noſtram, ut viventes honorificent nomen tuum Domine, & ne extermines os benedicentium te.

18. Et omnis populus ſupervixit in fortitudine ſua, cùm eſſet mors in oculis eorum.

VULG. CAP. XIV. 1. ET Heſter regina,

* *Vide Not.* 2. & ipſa exuit veſtimenta gloriæ ſuæ, & induta eſt veſte ſordida, & abſtulit omne aurum à ſe, & ſubſtravit ſibi cilicium, & pro ambitioſis odoraminibus, implevit caput ſuum cinere, & humiliavit omne corpus ſuum valde: & cecidit ſuper terram cum ancillis ſuis, à manè uſque ad veſperam. *Ex Mſ. Corb.*

3. Et dixit: Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob, benedictus es. Suffraga mihi ſoli, & non habenti defenſorem, præter te Domine,

4. quoniam periculum in manu mea eſt.

5. Ego audivi in libris paternis meis Domine, quoniam Noe in aqua diluvii conſervaſti. Ego audivi in libris paternis meis Domine, quoniam tu Abrahæ in trecentis & decem octo viris, novem reges tradidiſti. Ego audivi in libris paternis meis Domine, quoniam tu Jonam de ventre ceti liberaſti. Ego audivi in libris paternis meis Domine, quoniam tu Ananiam, Azariam, Miſahel, de camino ignis liberaſti. Ego audivi in libris paternis meis Domine, quoniam tu Daniel de lacu leonum eruiſti. Ego audivi in libris paternis meis Domine, quoniam tu Ezechiæ regi Judæorum, morte damnato, & orante pro vita, miſertus es, & donaſti ei vitæ annos quindecim. Ego audivi in libris paternis meis Domine, quoniam tu Annæ petenti in deſiderio animæ, filii generationem donaſti. Ego audivi in libris paternis meis Domine, quoniam tu complacentes tibi liberas Domine uſque in finem.

6..... 12. *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 14. Eadem leguntur in Mſ. Pech. præter pauca, videlicet, *nec gloriam*, pro *ne gloriam*, & inf. *Domine Deus meus*, non ſimpliciter *Domine Deus*; extremò ſic, *in tentatione dico*, pro *in intemperatione*, detractis his quæ adduntur ſupra. Græcè pariter: Ἀλλ' ἐποίησα τοῦτο, ἵνα μὴ δῶ δόξαν ἀνθρώπου ὑπεράνω δόξης Θεοῦ (Orig. cum Mſ. Alex. add. μου,) καὶ οὐ προσκυνήσω οὐδένα, πλὴν σοῦ τοῦ Κυρίου μου· καὶ οὐ ποιήσω αὐτὰ ἐν ὑπερηφανείᾳ. *Sed feci hoc, ut non ponerem gloriam hominis ſuper gloriam Dei (mei,) & non adorabo quemquam, præter te Dominum meum: & non faciam hæc in ſuperbia;* Orig. addit οὐδὲ ἐν φιλοδοξίᾳ, *neque in cupiditate gloriæ;* quæ omnia reſpondent Lat. ſup. exceptis tamen his quæ ſuperadduntur.

℣. 15. Verſus iſte totus prætermittitur in Mſ. Pech. In Gr. deſunt tantùm iſta, & *Deus Iſaac*, & *Deus Jacob*, cum uno ex ſeqq. *parce*; at ſup. additur ὁ Θεὸς, *Deus*, voci *Domine*; in Mſ. tamen Alex. & ap. Orig. detrahitur: exinde pro *aſcendunt enim ſuper nos*, ſic, ἐπιβλέπουσιν ἡμῖν, *intuentur nos*, ut & inf. τὴν ἐξ ἀρχῆς, *eam quæ à principio*, loco *principalem*; cætera ut in Lat. ſup.

℣. 16. A Mſ. Pech. rurſus abeſt verſiculus iſte. In Græcò verò ſic: Μὴ ὑπερίδῃς τὴν μερίδα σου, ἣν ἐκτήσω σεαυτῷ ἐλυτρώσω ἐκ γῆς Αἰγύπτου· quæ Vulgata noſtra reddit pene ad verbum. In vet. al. Gr. deeſt σεαυτῷ.

℣. 17. Nil horum etiam exſtat in Mſ. Pech. At in Gr. pauca immutantur: nempe pro *Audi Domine preces meas*, leg. ſimpliciter, Ἐπάκουσον τῆς δεήσεώς μου, *Exaudi deprecationem meam*, nec inf. addit *noſtram*, ad *lætitiam*, cujus loco ponit εὐωχίαν, i. e. *convivium*, *epulum*; exinde ὑμνῶμεν, *celebremus*, pro *honorificent*; extremòque αἰνούντων σε Κύριε, *laudantium te Domine*, loco *benedicentium te*; quæ omnia idem ſonant. In Mſ. Alex. & ap. Orig. deeſt vox ult. Κύριε.

℣ 18. Mſ. Pech. habet: *Et omnis populus exclamavit in fortitudinem ſuam, quoniam mors in oculis eorum erat.* Gr. Καὶ πᾶς Ἰσραὴλ ἐκέκραξεν ἐξ ἰσχύος αὐτῶν, ὅτι θάνατος αὐτῶν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῶν· *Et omnis Iſraël vociferatus eſt ex fortitudine ſua, quoniam mors ſua in oculis ipſorum.*

* Hoc etiam integrum caput de illis eſt, quæ addita ſe reperiſſe teſtatur Hieron. in editione Vulgata, quæque *nec habentur in Hebraïco, & apud nullum penitus feruntur Interpretum.*

℣℣. 1. 2. Mſ. Pech. addit *ſe*, verbo *exuit*, haberque infra, *veſtimentis anguſtiæ*, pro *veſte ſordida*; item poſt pauca ponit *ſacco*, loco *ſibi cilicium*, paulòque poſt, *cinerem* vitiosè, pro *cinere*; demum pro *cum ancillis ſuis*, leg. & *ancillæ illius*; cætera ut ſupra. In Græco ſic: Καὶ Ἐσθὴρ ἡ βασίλισσα καθέφυγεν ἐπὶ τὸν Κύριον, ἐν ἀγῶνι θανάτου καθειλημμένη. Καὶ ἀφελομένη (al. ἀφειλατο) τὰ ἱμάτια τῆς δόξης αὐτῆς, ἐνεδύσατο ἱμάτια στενοχωρίας καὶ πένθους, καὶ ἀντὶ τῶν ὑπερηφάνων ὑγυσμάτων, ἐσθῆτι καὶ κοπρίων ἐνέπλησε τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, καὶ τὸ σῶμα αὐτῆς ἐταπείνωσε σφόδρα· καὶ πάντα τόπον κόσμου ἀγαλλιάματος αὐτῆς ἔπλησε θρεπτῶν τε χῶν αὐτῆς. *Et Eſther regina confugit ad Dominum, in agone mortis comprehenſa. Et auferens veſtimenta gloriæ ſuæ, induit veſtimenta anguſtiæ & luctus, & pro ſuperbis ſuavitatibus, cinere & ſtercore implevit caput ſuum, & corpus ſuum humiliavit valde: & omnem locum ornatûs exſultationis ſuæ replevit laceratis capillis ſuis.*

℣. 3. Itidem in Mſ. Pech. præter hoc, *in adjutorium eſto*, pro *ſuffraga*. Græcè ita: Καὶ ἐδεήθη Κυρίου Θεοῦ Ἰσραὴλ, καὶ εἶπεν· Κύριε μου, βασιλεὺς ἡμῶν σὺ εἶ μόνος, βοήθησόν μοι τῇ μόνῃ, καὶ μὴ ἐχούσῃ βοηθὸν εἰ μὴ σέ. *Et deprecata eſt Dominum Deum Iſraël, & dixit: Domine mi, rex noſter tu es ſolus, adjuva me ſolam, & non habentem adjutorem niſi te.*

℣. 4. Concinit Mſ. Pech. ad verbum. Græc. addit μοῦ, ad *periculum*, deletque ult. *eſt*; cæt. ut ſup.

℣. 5. Hæc omnia prorſus deſiderantur in Mſ. Pech. In Gr. verò leguntur iſta ſola: Ἐγὼ ἤκουον ἐκ γενετῆς μου ἐν φυλῇ πατριᾶς μου, ὅτι σὺ Κύριε ἐλάβες τὸν Ἰσραὴλ ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν, καὶ τοὺς πατέρας ἡμῶν ἐκ πάντων τῶν προγόνων αὐτῶν, εἰς κληρονομίαν αἰώνιον, καὶ ἐποίησας αὐτοῖς ὅσα ἐλάλησας. *Ego audiebam à nativitate mea in tribu patriæ meæ, quia tu Domine aſſumpſiſti Iſraël ex omnibus gentibus, & patres noſtros ex omnibus majoribus eorum, in hæreditatem æternam, & feciſti eis quæcunque locutus es.* Similiter hab. Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 734. d. *Ego audivi in libris meis Domine, quia tu aſſumpſiſti tibi Iſraël ex omnibus gentibus, in hæreditatem æternam:* in vet. etiam al. Gr. legitur initio, Ἐγὼ δὲ ἤκουσα παλαιᾶς μου βίβλου, ὅτι ἐλυτρώσω, &c. Porro his quæ ſuperadduntur ſupra in Mſ. Corb. & quodammodo ſuperfluunt, valde prope accedunt illa quæ retulimus ſup. ex Hieronymo de forma & notione Eſtheris libri in editione Vulgata, quæ, inquit, hunc *librum lacinioſis hinc inde verborum funibus trahit, addens ea quæ ex tempore dici poterant*, &c.

℣℣. 6..... 12. Hi ſeptem verſus prætermittuntur in Mſs. noſtris Corb. & Pech. Ita verò leguntur Græcè: ℣. 6. Καὶ νῦν ἡμάρτομεν ἐνώπιόν σου, καὶ παρέδωκας ἡμᾶς εἰς χεῖρας τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν· 7. ἀνθ' ὧν ἐδοξάσαμεν τοὺς θεοὺς αὐτῶν. Δίκαιος εἶ Κύριε· 8. καὶ νῦν οὐκ ἐκανώθησαν ἐν πικρασμῷ δουλείας ἡμῶν, ἀλλ' ἔβηκαν τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ τὰς χεῖρας τῶν εἰδώλων αὐτῶν, 9. ἐξάραι ὁρισμὸν στόματός σου, καὶ ἀφανίσαι κληρονομίαν σου, καὶ ἐμφράξαι στόμα αἰνούντων σοι, καὶ σβέσαι δόξαν οἴκου σου καὶ θυσιαστηρίου σου, 10. καὶ ἀνοῖξαι στόμα ἐθνῶν εἰς ἀρετὰς ματαίων, καὶ θαυμασθῆναι βασιλέα σάρκινον εἰς αἰῶνας. 11. Μὴ παραδῷς Κύριε, τὸ σκῆπτρόν σου τοῖς μὴ οὖσι, καὶ μὴ καταγελασάτωσαν ἐν τῇ πτώσει ἡμῶν· ἀλλὰ στρέψον τὴν βουλὴν αὐτῶν ἐπ' αὐτούς, τὸν δὲ ἀρξάμενον ἐφ' ἡμᾶς (vet. al. add. εἰς κακὰ,) παραδειγμάτισον. 12. Μνήσθητι Κύριε, γνώσθητε ἐν καιρῷ θλίψεως ἡμῶν, καὶ ἐμὲ θάρσυνον βασιλεῦ τῶν θεῶν, καὶ πάσης ἀρχῆς ἐπικρατῶν. i. e. ℣. 6. *Et nunc peccavimus coram te, & tradidiſti nos in manus inimicorum noſtrorum: 7. eò quòd glorificavimus deos eorum. Juſtus es Domine: 8. & nunc non ſatis habuerunt in amaritudine ſervitutis*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Corb.

14. Et nunc mihi ſoli, & neminem habenti, niſi te Domine Deus, Domine Deus ſubveni.

15. Tu noſti, quoniam abominata eſt ancilla tua concubitum incircumciſorum.

17. Deus tu noſti, quoniam non manducavi menſam exſecrationum, & vinum libationum non bibi.

18. Tu noſti, quoniam à via converſationis meæ, non ſum lætata Domine, niſi in te ſolo.

[16.] Tu ſcis Deus, quoniam ex quo veſtimentum hoc ſupra caput meum eſt, * exſecror illud tanquam pannum fluxuationis muliebris, & non * indui illud in die bona.

** Mſ. exſecro.*

** Mſ. Induit.*

[13.] Et nunc ſubveni orphanæ mihi, & verbum concinnum in os meum in conſpectu leonis da, & gratiam da in conſpectu meo, & converte cor ejus in odium oppugnantis nos, in perditionem ejus, & qui conſentiunt ei.

19. Nos autem libera de manu inimicorum noſtrorum, transfer luctum noſtrum in lætitiam, dolores autem noſtros in hilaritatem: ſurgentes autem ſupra partem tuam, Deus palam facito, aperi Domine; cognoſcere Domine.

Ex Mſ. Corb.

VULG. CAP. XV.

1..... 2..... 3. *Vide Not.*

Vide etiam cap. 5. ℣. 1.

4. Et factum eſt in die tertia, cùm finem orationis feciſſet, depoſuit omnia veſtimenta operationis ſuæ, & lavavit corpus ſuum aquâ, & unxit ſe * unctione, & induit ſe veſtimento gloriæ ſuæ, & ornata eſt ornamentis;

** Mſ. unctionia.*

5. & facta eſt præcipua, invocato Domino, * qui omnia conſpicit Deus. Et accepit duas ancillas,

** Mſ. quæ.*

6. in una incumbebat, quaſi ſoluta à deliciis:

7. alia autem ſequebatur, allevans veſtimentum ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

noſtræ, ſed poſuerunt manus ſuas ſuper manus idolorum ſuorum, 9. ad toliendam determinationem oris tui, & delendam hæreditatem tuam, & obturandum os laudantium te, & extinguendam gloriam domus tuæ & altaris tui, 10. & aperiendum os gentium ad virtutes vanorum, & admirationi habendum regem carneum in ſæculum. 11. Ne tradas Domine, ſceptrum tuum iis qui non ſunt, & non irrideant in ruina noſtra; ſed verte conſilium eorum ſuper eos, & in eum, qui cœpit ſuper nos, exempla ſtatue. 12. Memento Domine, oſtende te in tempore tribulationis noſtræ, & da mihi fiduciam Rex deorum, & omni principatui imperans. Nonnulla de ℣. undecimo refert Ambroſ. in Pſ. 36. to. 1. col. 813. b. hoc modo: *Eſther ait: Non des virgam regni tui iis qui non ſunt.* Item Hieron. in Ezech. 27. to. 3. col. 892. c. *Et Eſther*, inquit, *juxta LXX. Interpretes: Ne tradas ſceptrum tuum his qui non ſunt:* eadem rurſus hab. in Oſe. 7. 1285. c. iiſdemque præmiſſis: *Juxta illud quod in Eſther legimus, in LXX. duntaxat: Ne tradas*, &c. Vide etiam in Joel. 1. ℣. 1. col. 1337. at epiſt. apolog. pro lib. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 237. ita legit: *Ne tradas hæreditatem tuam his qui non ſunt.* Pauca etiam de ℣. 12. habentur in Miſſali Rom. ad Offert. Dom. 22. poſt Pent. videlicet: *Recordare mei Domine, omni potentatui dominans;* quibus ſubjiciuntur iſta ex ℣. 13. & *da ſermonem*, &c. ut infra. Eadem quoque leguntur in Mſ. S. Germ. n. 592. ad verbum. Apud Vigil. Tapſ. autem, l. 4. contra Varim. p. 748. c. ſic: *Conſorta me Rex deorum, omnem principatum tenens.*

℣℣. 13. 14..... 19. Poſteriorum horum ſeptem verſuum non eadem eſt diſpoſitio in Mſ. noſtro Corb. quæ in Vulgata & Græco: qui enim verſus hîc tertium decimum locum occupat, illic proximè antecedit ultimum 19. qui autem in eadem Vulg. & Gr. ſextus decimus ℣. eſt, in Mſ. Corb. transfertur poſt ℣. 18. quem proximè ſequitur. Hos autem omnes ℣℣. hîc in unum colligimus, ne ſuboriatur confuſio; ut etiam textui multiplici & vario ſuus cuique ſerveturordo, quidve quiſque diverſo loco collocatum exhibeat, nullo negotio à lectore deprehendatur, & ut unus cum alio faciliùs comparetur. In Mſ. Pechiano præter multa ex antecedentibus, hîc rurſum omittuntur ea quæ reſpondent verſibus 14. & 15. Mſ. Corb. necnon ipſe ℣. 16. qui in eodem Corb. ſequitur proximè verſum 18. Sic itaque poſt ultima verba ſup. verſûs 4. continuò ſequitur in hoc Mſ. Pech. ℣. 17. *Et dixit: Deus tu noſti, quoniam non manducavit ancilla tua de menſa exſecrationum, & vinum libationis eorum non bibi.* Tum ſubjicitur ℣. 18. *Tu noſti, quoniam à die converſationis meæ non ſum lætata, niſi in te ſolo Domino*, vel *Deo*. Dein ℣. 13. *Et nunc ſubveni orphanæ mihi, & verbum concinnum in os meum in conſpectu leonis da, & gratiſſimam me in conſpectu ejus facito, & converte cor ejus in odio expugnantes nos, in perditione ejus, & qui cum eo conſentiunt.* Demum ℣. 19. *Nos autem libera de manu inimicorum, transfer luctum noſtrum in lætiziam, dolores autem noſtros in alacritatem: ſurgentem autem ſupra partem tuam, Deus palam facito; appare Domine, cognoſcere Domine.* Quæ omnia paucis differunt à Mſ. Corb. Græcum verò, ſi verſuum ordo ſpectetur, & ſeries rerum, rite concinit cum Vulgata: ita nempe totum ſe habet: ℣. 13. Δὸς λόγον εὔρυθμον εἰς τὸ στόμα μου (vet. al. add. καὶ χαρίτωσον τὰ ῥήματά μου) ἐνώπιον τοῦ λέοντος, καὶ μετάθες (vet. al. μεθάρμοσον) τὴν καρδίαν αὐτοῦ εἰς μῖσος τοῦ πολεμοῦντος ἡμᾶς, εἰς συντέλειαν αὐτοῦ, καὶ τῶν ὁμονοούντων αὐτῷ. 14. Ἡμᾶς δὲ ῥῦσαι ἐκ χειρὸς σου, καὶ βοήθησόν μοι τῇ μόνῃ, καὶ μὴ ἐχούσῃ εἰ μὴ σέ, Κύριε. Πάντων γνῶσιν ἔχεις, 15. καὶ οἶδας ὅτι ἐμίσησα δόξαν ἀνόμων, καὶ βδελύσσομαι κοίτην ἀπεριτμήτων, καὶ παντὸς ἀλλοτρίου. 16. Σὺ οἶδας τὴν ἀνάγκην μου, ὅτι βδελύσσομαι τὸ σημεῖον τῆς ὑπερηφανείας μου, ὅ ἐστιν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς μου ἐν ἡμέραις ὀπτασίας μου· βδελύσσομαι αὐτὸ ὡς ῥάκος καταμηνίων, καὶ οὐ φορῶ αὐτὸ ἐν ἡμέραις (vet. al. cum Orig. εἰ μὴ ἐν ἡμέρᾳ) ἡσυχίας μου, 17. καὶ οὐκ ἔφαγεν ἡ δούλη σου τράπεζαν Ἀμάν, καὶ οὐκ ἐδόξασα συμπόσιον βασιλέως, οὐδὲ ἔπιον οἶνον σπονδῶν· 18. καὶ οὐκ ἠυφράνθη ἡ δούλη σου, ἀπ' ἡμέρας μεταβολῆς μου μέχρι νῦν, πλὴν ἐπὶ σοὶ Κύριε ὁ Θεὸς Ἀβραάμ. 19. Ὁ Θεὸς ὁ ἰσχύων ἐπὶ πάντας, εἰσάκουσον φωνὴν ἀπηλπισμένων, καὶ ῥῦσαι ἡμᾶς ἐκ χειρὸς τῶν φονευομένων, καὶ ῥῦσαί με ἐκ τοῦ φόβου μου. Ita Græc. verbis conjunctis & continuatis, quæ Vulgatæ noſtræ vix diſſimilia ſunt, imo tam gemina & paria, ut ipſa in Latinum transferre pene ſit ſupervacaneum. Mſ. Germ. Lat. n. 592. poſt hæc ult. verba ℣. 12. *Recordare mei Domine, omni potentatui dominans*, iſta de ℣℣. 13. & 14. ſic reddit: *& da ſermonem rectum, & bene ſonantem in os meum in conſpectu principis, everte cor ejus in odium repugnantium nobis, & in eos qui conſentiunt eis. Nos autem libera in manu tua, Deus noſter in æternum.* Item in Miſſ. Rom. ad Offert. Dom. 22. poſt Pent. præmiſſis his ex ℣. 12. *Recordare..... dominans*, proximè ſequitur: *da ſermonem rectum in os meum, ut placeant verba mea in conſpectu principis.* Aug. quoque l. 1. contra epiſt. 2. Pelag. to. 10. 428. b. c. ita legit: *Da ſermonem concinnum in os meum, & verba mea clarifica in conſpectu leonis, & converte cor ejus in odium impugnantis nos.* Hieron. verò in Iſai. 64. to. 3. col. 475. b. verſum 16. è Gr. quaſi ad verbum ſic reddit: *Tu ſcis neceſſitatem meam, quoniam deteſtor ſignum ſuperbiæ meæ, quod eſt ſuper caput meum in diebus oſtenſionis meæ: abominor illud ſicut pannum menſtruum*, (Gr. καταμηνίων, *menſtruorum*) *nec porto in diebus quietis* (Gr. ἡσυχίας) *meæ.*

℣℣. 1. 2. 3. Quæ reſpondent his tribus prioribus verſibus, quæque Hieron. *addita* ſe reperiſſe ait *in editione Vulgata*, illa, inquam, ſaltem eò loci, non leguntur in Mſs. noſtris Corb. & Pech. nec etiam in textu Græco: memorantur tamen ſup. cap. 4. ℣. 7. (Gr. 8.) quæ vide, ut & cap. 5. ℣. 5.

℣. 4. Et hæc *ſubdita* erant cum ſeqq. teſte Hieronymo, in edit. Vulgata. In Mſ. etiam Pech. ſequuntur iſta: *Factum eſt in die tertia*, &c. ut ſup. niſi quòd additur nomen *Eſther*, ad verbum *feciſſet*, paulòque poſt legitur *curationis*, loco *operationis*, ut & *lavit*, pro *lavavit*; ultimòque ita: *& unxit unguento; & induta eſt veſtimenta gloriæ ſuæ.* Item Græcè: Καὶ ἐγενήθη ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, ὡς ἐπαύσατο προσευχομένη, ἐξεδύσατο τὰ ἱμάτια τῆς θεραπείας, καὶ περιεβάλετο τὴν δόξαν αὐτῆς. *Et factum eſt..... ut ceſſavit orans, exuit veſtimenta ſervitutis, & circumdata eſt gloriâ ſuâ;* prætermiſſis aliis, ut in Vulg.

℣. 5. Mſ. Pech. tollit *eſt*, poſt *facta*, & poſt paulò rectè ſcribit *qui*, non *quæ*; cæt. ad verbum ut ſup. Græcè ita: Καὶ γενηθεῖσα ἐπιφανὴς, ἐπικαλεσαμένη τὸν πάντων ἐποπτὴν Θεὸν, καὶ Σωτῆρα, παρέλαβε, &c. ut ſup. *Et facta ſplendens, invocans omnium inſpectorem Deum, & ſalvatorem, aſſumpſit*, &c.

℣. 6. Mſ. Pech. vitiosè: *Et in unam incumbebat, quaſi ſola deliciis.* Gr. prope ut ſup. Καὶ τῇ μὲν μιᾷ ἐπηρείδετο ὡς τρυφερευομένη.

℣. 7. Similiter in Græco: ita etiam in Mſ. Pech. præ-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Corb.

8. Et ipſa rubens impetu formæ ſuæ, & facies ejus lætata, quaſi amabilis; oculi autem gratiſſimi: * cor illius conſtipatum à timore, & formidans à domino in terrore mortis, quoniam mors erat ante oculos ejus.

* *Mſ. vitioſè* corpus.

Vid. cap. 5. ℣. 1.

9. Et ingrediens omnia oſtia, introiit in aulam interiorem, & invenit Artarxerxem regem ſedentem in ſedili gloriæ ſuæ: & ipſe erat veſtitus purpurâ, & omni lapide pretioſo, & aurea virga in manu ejus.

10. Et reſpiciens oculis ſuis, vidit eam ſicut taurus in impetu iræ ſuæ, & iratus eſt ei: & cogitabat perdere eam rex, & erat ambiguus clamans, & dixit: Quis auſus eſt introire in aulam non vocatus? Et timens regina cecidit, & convertit color ipſius in fletum, & inclinavit ſe ſupra caput abræ, quæ antecedebat.

11. Deus autem iram convertit in miſerationem, & furorem ipſius in tranquillitatem; & conterritus exſiliit de ſedili ſuo, & accepit eam ſub alis ſuis, donec apud ſe rediret, & rogabat eam in verbis pacificis, dicens:

Ex Mſ. Corb.

12. Heſter regina, ſoror mea Heſter es, & conſors regni. Ego frater tuus, eſto fortis.

13. Non morieris: quoniam præceptum commune eſt noſtrûm, non adversùs te.

14. Ecce ſceptrum, in manu mea eſt.

Vid. cap. 5. ℣. 2.

15. Et ſuſtulit virgam auream, & extendit in manu ipſius, & ſalutavit eam, & dixit: Loquere mihi.

16. Et dixit illi Heſter: Vidi te domine tanquam angelum Dei, & turbatum eſt cor meum à timore gloriæ tuæ.

17. Quàm præclarus es domine, & facies tua gratiarum plena!

18. Ea autem cùm fabularetur cum rege, deficiente ejus ſpiritu,

19. rex turbatur, & omnis * curia ipſius.

* *Mſ.* cura.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ter unum *veſtimenta*, numero plur. Gr. ἐνδύσιν, vet. al. ἔνδυμα.

℣. 8. In Mſ. Pech. variant pauca, videlicet *in impetum*, pro *impetu*, & *lætæ*, pro *lætata*; exinde *cor ipſius*, bene, loco *corpus illius*, & inf. *ad dominum in terrorem*, pro *à domino in terrore*. In Græco deſunt poſteriora, & *formidans à domino*, &c. priora verò vix diſſimilia; en verba: Καὶ αὐτὴ ἐρυθριῶσα ἀκμῇ κάλλους αὐτῆς, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῆς ἱλαρὸν, ὡς προσφιλές· ultimò ἡ δὲ καρδία αὐτῆς ἀπεστενωμένη ἀπὸ τοῦ φόβου, omiſſo membro intermedio.

℣. 9. Eadem refert Mſ. Pech. præter hæc leviſſima, *thronum*, pro *ſedili*, detracto *erat*, ante *veſtitus*; & poſt paulò ſic, *omnem lapidem pretioſum*; ultimòque *ipſius*, loco *ejus*. Græcè ità: Καὶ εἰσελθοῦσα πάσας τὰς θύρας, κατέσχε ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, (ed. Compl. inf. N. ad ℣℣. 1. 2. c. 5. καὶ ἔσχε ἐν αὐλῇ τοῦ οἴκου βασιλέως τῇ ἐσωτέρᾳ·) καὶ αὐτὸς ἐκάθητο ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ πᾶσαν στολὴν τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ ἐνδεδύκει, ὅλος διὰ χρυσίου, καὶ λίθων πολυτελῶν· καὶ ἦν φοβερὸς ὁράσει. *Et ingreſſa omnes januas, ſtetit in conſpectu regis*, (Compl. inf. & *ſtetit in aula domus regis interiori:*) & *ipſe ſedebat ſuper thronum regni ſui*, & *omnem ſtolam ſplendoris ſui induerat, totus in auro*, & *lapidibus pretioſis*; & *erat terribilis valde.*

℣. 10. Mſ. Pech. initio hab. *Et reſpiciens, vidit eam oculus* (f. *oculis*) *ſicut*, &c. ut ſup. deeſt tamen *rex* circa medium, & poſt paulò legitur *ambiguè*, non *ambiguus*; exinde nonnullis interjectis, *aula*, non *aulam*; & poſt pauca, ſic, & *convertit colorem ſuum in fletu*. Gr. prætermittit media iſta, & *iratus eſt*, &c. ad hoc uſque, & *timens*; reliqua ſic leguntur: Καὶ ἄρας τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πεφυρωμένον δόξῃ, ἐν ἀκμῇ θυμοῦ ἔβλεψε. Καὶ ἔπεσεν ἡ βασίλισσα, καὶ μετέβαλε τὸ χρῶμα αὐτῆς ἐν ἐκλύσει, καὶ καλπέκυψεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τῆς ἄβρας τῆς προπορευομένης. *Et elevans faciem ſuam inflammatam gloria, in vigore furoris aſpexit. Et cecidit regina*, & *mutavit colorem ſuum in diſſolutione*, & *procubuit ſuper*, &c. ut ſup. Orig. in Hex. legit, πεφυρωμένον δόξῃ, ἀκμῇ θυμοῦ ἔβλεψεν αὐτὴν ὡς ταῦρος. Καὶ, &c. vet. al. Gr. πεφυρωμένον ἐν δόξῃ, ἐνέβλεψεν αὐτῇ ὡς ταῦρος ἐν ἀκμῇ τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐφοβήθη, &c. Similiter Auguſt. l. 1. cont. epiſt. 2. Pelag. to. 10. col. 428. d. & l. de gra. & lib. arb. col. 741. g. *Et intuitus eſt eam velut* (al. *tanquam*) *taurus in impetu indignationis ſuæ*: & *timuit regina*, & *converſus eſt color ejus per diſſolutionem*, & *inclinavit ſe ſuper caput delicatæ ſuæ, quæ præcedebat eam.*

℣. 11. Eadem profert Mſ. Pech. exceptis his: *Judæorum autem Deus*, & *univerſæ creaturæ Dominus, iram ejus convertit in.....* & *furorem ejus in..... exſiliit de ſedilio ſuo*, & *accepit eam ſub aſcellas ſuas, donec in ſemetipſa rediret*, & *..... à verbis.....* Auguſt. ubi ſup. *Et convertit Deus*, & *tranſtulit indignationem ejus in lenitatem.* Græc. Καὶ μετέβαλεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ βασιλέως εἰς πραότητα, (vet. Gr. al. cum Orig. Καὶ μετέθηκε τὸν θυμὸν αὐτοῦ εἰς πραότητα,) καὶ ἀγωνιάσας ἀνεπήδησεν ἀπὸ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, καὶ ἀνέλαβεν αὐτὴν ἐπὶ τὰς ἀγκάλας αὐτοῦ, μέχρις οὗ κατέσχε, καὶ παρεκάλει αὐτὴν λόγοις εἰρηνικοῖς, καὶ εἶπεν αὐτῇ. Quæ omnia non plurimùm diſſident à Lat. Corb.

℣. 12. Similiter in Mſ. Pech. præter unum, & *hæres*, loco *Heſter es*. Græcè ſimpliciter: Τί ἐστιν Ἐσθήρ; Ἐγὼ ὁ ἀδελφός σου, θάρσει.

℣. 13. Itidem in Mſ. Pech. excepto ult. *adversùm te*, abſque præced. negatione. A Gr. Vatic. abeſt utrumque, *non*, & *adversùs te*; cæt. ut in Lat. mutato tantùm ordine vocum. Orig. tamen addit in fine, καὶ οὐ πρός σε ἡ ἀπειλή, *non contra te minæ.*

℣. 14. Concinit Mſ. Pech. ad verbum, niſi quòd ipſo initio hab. *Et ecce*: in Gr. ſimpliciter, Πρόσελθε, *Accede.*

℣. 15. Eadem ſunt in Mſ. Pech. verbum pro verbo. Græcè: Καὶ ἄρας τὴν χρυσῆν ῥάβδον, ἐπέβηκεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτῆς, καὶ ἐσπάσατο αὐτὴν, &c. ut in Lat. *Et elevans auream virgam, impoſuit ſuper cervicem ejus*, & *ſtrinxit eam*, &c. legiſſe videtur Interp. Lat. ἠσπάσατο, à verbo ἀσπάζομαι, *ſaluto, amplector, oſculor*; non verò ἐσπάσατο, à σπάω, i. e. *trabo, extrabo, vello*, med. σπάομαι, quod eſt, *diſtringo, ſtringo.*

℣. 16. Similiter in Mſ. Pech. nec aliter in Græco, detracto nomine *Eſther.*

℣. 17. Ita Mſ. Pech. habet: Græc. verò, ὅτι θαυμαστὸς, *quoniam mirabilis es*, pro *quàm præclarus*; reliqua ut in Lat. ſup.

℣. 18. Mſ. Pech. *In eo autem cùm fabularem, deficienti ejus ſpiritu.* Gr. Ἐν δὲ τῷ διαλέγεσθαι αὐτὴν (al. αὐτῇ,) ἔπεσεν ἀπὸ ἐκλύσεως. *Dum autem ipſa loqueretur, cecidit præ diſſolutione.*

℣. 19. Mſ. Pech. *Rex turbabatur*, & *omnis caro ipſius.* Gr. Καὶ ὁ βασιλεὺς ἐταράσσετο, καὶ πᾶσα ἡ θεραπεία αὐτοῦ παρεκάλει αὐτήν, ut in Vulg.

CAPUT V.

VULGATA NOVA.

1. Die autem tertio induta eſt Eſther regalibus veſtimentis, & ſtetit in atrio domus regiæ, quod erat interius, contra baſilicam regis: at ille ſedebat ſuper ſolium ſuum in conſiſtorio palatii contra oſtium domus.

1..... 2. *Vide Not.*

2. Cùmque vidiſſet Eſther reginam ſtantem, placuit oculis ejus, & extendit contra eam virgam auream, quam tenebat manu. Quæ accedens, oſculata eſt ſummitatem virgæ ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. His duobus prioribus verſibus reſpondent quæ leguntur ſup. cap. 15. ℣℣. 9. 11. 14. & 15. Hujus ultimi loco edit. Compl. hæc habet: Ἐγεδύσαλο ἡ Ἐσθὴρ βασιλικοῖς, καὶ ἔστη ἐν αὐλῇ τοῦ οἴκου βασιλέως, τῇ ἐσωτέρᾳ, ἐξεναντίας τῆς βασιλικῆς τοῦ βασιλέως· ὁ δὲ βασιλεὺς ἐκάθητο ἐν θρόνῳ τῆς βασιλείας ἐν τῷ οἴκῳ βασιλικῷ ἐξεναντίας τῆς θύρας τοῦ οἴκου. Ὡς δὲ εἶδεν ὁ βασιλεὺς Ἐσθὴρ τὴν βασίλισσαν ἱσταμένην ἐν τῇ αὐλῇ, εὗρε δὲ χάριν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ· καὶ ἐκτείνας ὁ βασιλεὺς τῇ Ἐσθὴρ τὴν ῥάβδον τὴν χρυσῆν, τὴν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ προσῆλθεν ἡ Ἐσθὴρ, καὶ ἥψατο τῆς ἄκρας τῆς ῥάβδου. Quæ omnia pene ad verbum exprimunt Vulgatæ verba ℣℣. 1. & 2. hujus capitis. Vide etiam Auct. l. de

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

3. Dixitque ad eam rex: Quid vis Esther regina? quæ est petitio tua? etiam si dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi.

4. At illa respondit: Si regi placet, obsecro ut venias ad me hodie, & Aman tecum, ad convivium quod paravi.

5. Statimque rex, Vocate, inquit, citò Aman, ut Esther obediat voluntati. Venerunt itaque rex & Aman ad convivium, quod eis regina paraverat.

VERSIO ANTIQUA.

3. Et ipse precabatur eam, dicens: Succedanea & consors regni mei, quæ est postulatio tua, & quod est desiderium tuum? usque ad dimidium regni mei, & faciam. *Ex Mss. Corb.*

4. Et dixit regina: Postulatio mea rex, in convivium quod faciam: cras cœnabis apud me, tu & amicus tuus.

5. Et dixit rex: Fiat secundùm desiderium reginæ.

VULGATA NOVA.

6. Dixitque ei rex; postquam vinum biberat abundanter: Quid petis ut detur tibi? & pro qua re postulas? etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis.

7. Cui respondit Esther: Petitio mea, & preces

6... 7... 8. *Vide Not.*

sunt istæ:

8. Si inveni in conspectu regis gratiam, & si regi placet ut det mihi quod postulo, & meam impleat petitionem, veniat rex & Aman ad convivium quod paravi eis, & cras aperiam regi voluntatem meam.

VULGATA NOVA.

9. Egressus est itaque illo die Aman lætus & alacer. Cùmque vidisset Mardochæum sedentem ante fores palatii, & non solùm non assurrexisse sibi, sed nec motum quidem de loco sessionis suæ, indignatus est valde:

10. & dissimulatâ irâ, reversus in domum suam, convocavit ad se amicos suos, & Zares uxorem suam:

11. & exposuit illis magnitudinem divitiarum suarum, filiorumque turbam, & quantâ eum gloriâ super omnes principes & servos suos rex elevasset.

12. Et post hæc ait: Regina quoque Esther nullum alium vocavit ad convivium cum rege, præter me: apud quam etiam cras cum rege pransurus sum.

13. Et cùm hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quandiu videro Mardochæum Judæum sedentem ante fores regias.

14. Responderuntque ei, Zares uxor ejus,

VERSIO ANTIQUA.

9. Reversus est autem Aman à cœna, & trecenti viri cum eo, & omnes adoraverunt eum: Mardochæus autem non adoravit eum.

10. Ascendit autem Aman in domum suam tristis, & misit ad amicos suos, & ad Zosarram uxorem suam:

11. & narravit eis epulentiam gloriæ suæ,

12. & gloriabatur, dicens: Neminem rex invitavit, nisi me solum; regina autem nullius mentionem fecit, nisi mei: & ego sum necessarius * tuus inter omnes amicos ejus, sedile autem meum supra omnes, & ab omnibus adoratur. * *f.* suus.

13. Et hæc omnia non sufficiunt mihi, cùm videam Mardochæum Judæum non adorantem me.

14. Et dixit Zosarra uxor sua, & amici ejus ad

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

promiss. ap. Prosp. p. 166. e. 167. a.

℣. 3. Sic etiam hab. Mss. Pech. nisi quòd scribit *deprecabatur*, non *precabatur*; item post pauca, tollit *est*, ante *desiderium*, extremòque leg. *dic*, & *faciam*. Græc. simpliciter cum Vulg. Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς· Τί θέλεις Ἐσθήρ; καὶ τί ἐστὶ τὸ αἴτημά σου; ἕως τῆς ἡμίσους τῆς βασιλείας μου, καὶ ἔσται σοι..... *Quid vis Esther? & quod tuum est postulatum? usque ad dimidium regni mei, & erit tibi:* ed. Compl. delet hoc ult. & , cum *tibi*.

℣. 4. Itidem in Mss. Pech. præposito uno *Aman*, ultimis his, *amicus tuus*. Græcè verò ita: Εἶπε δὲ Ἐσθήρ· Ἡμέρα μου ἐπίσημος σήμερόν ἐστιν· εἰ οὖν δοκεῖ τῷ βασιλεῖ, ἐλθάτω καὶ αὐτὸς, καὶ Ἀμὰν, εἰς τὴν δοχὴν ἣν ποιήσω σήμερον. *Dixit autem Esther: Dies mea insignis hodie est: si igitur videtur regi, veniat & ipse, & Aman, ad convivium quod faciam hodie.*

℣. 5. Ita rursum in Mss. Pech. præter ult. *tuum*, loco *reginæ*. Græc. Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς· Καλασπεύσατε Ἀμὰν, ὅπως ποιήσωμεν τὸν λόγον Ἐσθήρ. Καὶ παρεγίνοντο ἀμφότεροι εἰς τὴν δοχὴν, ἣν εἶπεν Ἐσθήρ. *Et dixit rex: Vocate citò Aman, ut faciamus verbum Esther. Et adveniunt utrique ad convivium, quod dixit Esther.*

℣℣. 6. 7. 8. Hi versus tres absunt à Mss. nostris Corb. & Pech. sed in iis eadem ferme repetuntur quæ dicta sunt sup. ℣℣. 3. & 4. Ne tamen & ipsi penitus desiderentur, ita supplemus ex Græco: ℣. 6. Ἐν δὲ τῷ πότῳ εἶπεν ὁ βασιλεὺς πρὸς Ἐσθήρ· Τί ἐστι βασίλισσα Ἐσθήρ; καὶ ἔσται ὅσα αἰτήσῃ. 7. Καὶ εἶπε· Τὸ αἴτημά μου, καὶ τὸ αἴτημα· 8. Εἰ εὗρον χάριν ἐνώπιον τῆς βασιλέως, ἐλθάτω ὁ βασιλεὺς καὶ Ἀμὰν ἔτι τὴν αὔριον εἰς τὴν δοχὴν ἣν ποιήσω αὐτοῖς, καὶ αὔριον ποιήσω τὰ αὐτά· i. e. ℣. 6. *In potatione autem dixit rex ad Esther: Quid est regina Esther? & erunt quæcunque postulaveris. 7. Et dixit: Petitio mea, & postulatum: 8. Si inveni gratiam in conspectu regis, veniat rex & Aman adhuc cras ad convivium quod faciam eis, & cras faciam ea.*

℣. 9. Mss. Pech. vitiosè *ad cœnam*, pro *à cœna*; & infra, *adoraverunt ei*, non *eum*; mox ita, *Marduceus*, cæt. ut sup. In Græco sic: Καὶ ἐξῆλθεν ὁ Ἀμὰν ἀπὸ τῆς βασιλέως ὑπερχαρὴς εὐφραινόμενος. Ἐν δὲ τῷ ἰδεῖν Ἀμὰν Μαρδοχαῖον τὸν Ἰουδαῖον ἐν τῇ αὐλῇ, ἐθυμώθη σφόδρα. *Et exiit Aman à rege alacer lætus. In videndo autem Aman Mardochæum Judæum in aula, indignatus est valde.*

℣. 10. Mss. Pech. ipso initio hab. *Et ascendit Aman*, & infra scribit *Gozarram*; cæt. ad verbum ut sup. Græc. Καὶ εἰσελθὼν εἰς τὰ ἴδια, ἐκάλεσε τοὺς φίλους, καὶ Ζωσάραν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. *Et ingressus in propria, vocavit amicos, & Zosaram uxorem suam.* Orig. post ἴδια, subdit καὶ ἀποστείλας ÷ Ἀμὰν, deinde ἐκάλεσε, &c.

℣. 11. Itidem in Mss. Pech. præter hanc vocem, *opolentiam*, more antiquo; nec plura. Græc. Vulgatæ magis respondet; en verba: Καὶ ὑπέδειξεν αὐτοῖς τὸν πλοῦτον αὐτοῦ, καὶ τὴν δόξαν ἣν ὁ βασιλεὺς αὐτῷ περιέθηκε, καὶ ὡς ἐποίησεν αὐτὸν πρωτεύειν, καὶ ἡγεῖσθαι τῆς βασιλείας. *Et demonstravit eis divitias suas, & gloriam quam rex ei circumposuerat, & quomodo fecerat eum tenere primum locum, & præesse regno.*

℣. 12. Vox una *tuus* abest à Mss. Pech. post hanc, *necessarius*, & sanè redundare videtur, nec bene sonat, mel. legeretur *ejus*; item inf. post hoc, *supra omnes*, additur *stat*; cætera concordant ad verbum. Græc. multò contractiùs: Καὶ εἶπεν Ἀμάν· Οὐ κέκληκεν ἡ βασίλισσα μετὰ τοῦ βασιλέως ἄλλα εἰς τὴν δοχὴν, ἀλλ' ἢ ἐμέ· καὶ εἰς τὴν αὔριον κέκλημαι. *Et dixit Aman: Non vocavit regina cum rege quemquam ad convivium, nisi me: etiam in craſtinam vocatus sum.*

℣. 13. Ita Mss. Pech. habet, exceptis his duobus, *cùm video*, & in fine, *non adorare me*. Gr. verò sic: Καὶ ταῦτά μοι οὐκ ἀρέσκει, ὅταν ἴδω Μαρδοχαῖον τὸν Ἰουδαῖον ἐν τῇ αὐλῇ. Orig. in Hex. addit, καὶ μὴ προσκυνοῦντά με, ut sup. sed cum obelo.

℣. 14. Variant hæc pauca in Mss. Pech. *Et dixit Gossarra uxor ipsius..... ad illum..... pedum quinquaginta*, &...

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Corb. eum : Præcidatur tibi lignum pedum * quinquaginta, & ſuſpendatur craſtina die Mardochæus in eo. Et præciſum eſt lignum in ipſa nocte.

* Deeſt quinquaginta &, in Mſ. Corb. ſupplev. ex Mſ. Pecb. & Gr.

VULGATA NOVA.

& cæteri amici : Jube parari excelſam trabem ; habentem altitudinis quinquaginta cubitos, & dic manè regi ut appendatur ſuper eam Mardochæus, & ſic ibis cum rege lætus ad convivium. Placuit ei conſilium, & juſſit excelſam parari crucem.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Marducens in eum. cæt. ut ſupra. Græcè verò ita : Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν Ζωσάρα..... ᾗ οἱ φίλοι· Κοπήτω Ϛοι ξύλον πηχῶν πεντήκοντα· ὄρθρου δὲ εἶπον τῷ βασιλεῖ, ᾗ κρεμασθήτω Μαρδοχαῖος ἐπὶ τοῦ ξύλου· Ϛὺ δὲ εἴσελθε εἰς τὴν δοχὴν Ϛὺν τῷ βασιλεῖ, ᾗ εὐφεσίνου. Καὶ ἤρεσε τὸ ῥῆμα τῷ Ἀμάν, ᾗ ἡτοιμάσθη τὸ ξύλον. *Et dixit ad eum Zoſara..... & amici : Cædatur tibi lignum cubitorum quinquaginta ; manè autem dic regi, & ſuſpendatur Mardochæus ſuper lignum : tu autem intra ad convivium cum rege, & lætare. Et placuit verbum ipſi Aman, & paratum fuit lignum.*

CAPUT VI.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Corb. 1. JUdæorum autem Deus gubernavit manum lectoris ad librum, quem ſcripſerat rex memoriam facere Mardochæo :

2. quoniam liberavit eum de periculis, de duobus ſpadonibus Haſtageo & Thedeſteo, qui voluerant eum interficere : & legit lector benefactum Mardochæi.

3. Et commemoratus rex, dixit : Dic, nondum fecimus huic homini ſecundùm quod fecit nobis ?

4. Vigilavit autem Aman in regia regis, & trecenti viri cum eo. Et interrogavit rex qui eſſet in regia.

5. Et dixerunt ei pueri : Aman. Et rex dixit : Vocetur.

6. Introiit autem Aman ad regem, & cogitabat dicere regi, ut ſuſpenderetur Mardochæus ſupra præparato à ſe ligno : & non eum permiſit Dominus loqui. Dixit autem rex ad Aman : Quid fiet homini ei, qui regem honorificat ? Et dixit cum cogitatione ſua Aman : Neminem habet rex neceſſarium, niſi me.

VULGATA NOVA.

1. NOctem illam duxit rex inſomnem, juſſitque ſibi afferri hiſtorias & annales priorum temporum. Quæ cùm illo præſente legerentur,

2. ventum eſt ad illum locum ubi ſcriptum erat quomodo nunciaſſet Mardochæus inſidias Bagathan & Thares eunuchorum, regem Aſſuerum jugulare cupientium.

3. Quod cùm audiſſet rex, ait : Quid pro hac fide honoris ac præmii Mardochæus conſecutus eſt ? Dixerunt ei ſervi illius ac miniſtri : Nihil omnino mercedis accepit.

4. Statimque rex, Quis eſt, inquit, in atrio ? Aman quippe interius atrium domus regiæ intraverat, ut ſuggereret regi, & juberet Mardochæum affigi patibulo, quod ei fuerat præparatum.

5. Reſponderunt pueri : Aman ſtat in atrio. Dixitque rex : Ingrediatur.

6. Cùmque eſſet ingreſſus, ait illi : Quid debet fieri viro, quem rex honorare deſiderat ? Cogitans autem in corde ſuo Aman, & reputans quòd nullum alium rex, niſi ſe, vellet honorare,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. In Mſ. Pech. antecedunt iſta : *Judæorum autem Deus, & univerſæ creaturæ Dominus, percuſſit regem vigilantiâ ; & dixit rex : Librum mihi legite, & oculi mei ſomnum capiant : & extendit lector manum ſuam in bibliotheca :* tum ſequitur : *Judæorum autem Deus gubernavit*, &c. quæ ſupra, niſi quòd habetur *ſcripſit*, pro *ſcripſerat*, & in fine *Marducei*, pro *Mardochæo*. In Græco ſic : Ὁ δὲ Κύριος ἀπέστησε τὸν ὕπνον ἀπὸ τοῦ βασιλέως τὴν νύκτα ἐκείνην· ᾗ εἶπε τῷ διακόνῳ αὐτοῦ εἰσφέρειν γράμματα μνημόσυνα τῶν ἡμερῶν, ἀναγινώσκειν αὐτῷ. *Dominus autem amovit ſomnum à rege nocte illa ; & dixit miniſtro ſuo afferre litteras memoriales dierum, ad legendum ei.*

℣. 2. Mſ. Pech. *Quoniam liberavit eum de periculis ; nunciavit enim de..... Baſtageo & Thedeſte, qui volebant regem occidere : & legit lector bonum factum Mardocei.* Græcè verò ita : Εὗρε δὲ τὰ γράμματα τὰ γραφέντα περὶ Μαρδοχαίου, ὡς ἀπήγγειλε τῷ βασιλεῖ περὶ τῶν δύο εὐνούχων τοῦ βασιλέως, ἐν τῷ φυλάσσειν αὐτούς, ᾗ ζητῆσαι ἐπιβαλεῖν τὰς χεῖρας Ἀρταξέρξῃ. *Invenit autem litteras ſcriptas de Mardochæo, quomodo annuntiarat regi de duobus eunuchis regis, dum illi cuſtodias agerent, & quærerent inferre manus Artaxerxi.*

℣. 3. Græc. Εἶπε δὲ ὁ βασιλεύς· Τίνα δόξαν ἢ χάριν ἐποιήσαμεν τῷ Μαρδοχαίῳ ; *Dixit autem rex : Quam gloriam vel gratiam fecimus Mardochæo ?* tum addit cum Vulg. Καὶ εἶπαν οἱ διάκονοι τοῦ βασιλέως· Οὐκ ἐποίησας αὐτῷ οὐδέν. *Et dixerunt miniſtri regis : Non feciſti ei quidquam ;* quæ abſunt à Mſ. Corb. at in Mſ. Pech. productiora alia, & longiùs excurrentia, nempe : *Et retinens rex, dixit : Fidelis homo Marducæus ad cuſtodiendam animam meam, quando ipſe fecerit me vivere uſque nunc : & ſedeo hodie in throno meo, & non feci ei quidquam, & non rectè feci. Et dixit pueris ſuis : Quid faciamus Mardochæo ſalutare ſermonum horum ? Et cùm intellexiſſent juvenes, invidebant illi ; inruebat enim timore* (l. *timor*) *Aman in præcordia ipſorum. Et intellexit rex, & dixit : Nondum benefecimus huic homini ?*

℣. 4. Ita Mſ. Pech. niſi quòd initio ſcribit *evigilavit*, & ſub finem, *quis eſt*, loco *qui eſſet ;* circa medium verò ſic, *ecce*, loco *trecenti ;* forſitan primò ſcriptum erat *ccc.* quòd facilè converti potuit in *ecce*. Græc. ſic habet : Ἐν δὲ τῷ συνθάνεσθαι τὸν βασιλέα περὶ τῆς εὐνοίας Μαρδοχαίου, ἰδοὺ Ἀμὰν ἐν τῇ αὐλῇ. Εἶπε δὲ ὁ βασιλεύς· Τίς ἐν τῇ αὐλῇ ; Ὁ δὲ Ἀμὰν εἰσῆλθεν εἰπεῖν τῷ βασιλεῖ, κρεμάσαι τὸν Μαρδοχαῖον ἐπὶ τῷ ξύλῳ, ᾧ ἡτοίμασε. *Dum autem percunctaretur rex de benevolentia Mardochæi, ecce Aman in aula. Dixit autem rex : Quis in aula ? Aman autem intraverat ad dicendum regi, ut ſuſpenderet Mardochæum in ligno, quod paraverat ei.* Hæc autem poſteriora Mſs. noſtri Lat. transferunt inf. in ℣. 6.

℣. 5. Itidem in Mſ. Pech. addito pronom. *ſui*, ad vocem *pueri*. Græcè ita : Καὶ εἶπαν οἱ διάκονοι τοῦ βασιλέως (Orig. add. πρὸς αὐτόν·) Ἰδοὺ Ἀμὰν ἕστηκεν ἐν τῇ αὐλῇ. Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς· Καλέσατε αὐτόν. *Et dixerunt miniſtri regis (ad eum :) Ecce Aman ſtat in aula. Et dixit rex : Vocate eum.*

℣. 6. Mſ. Pech. initio hab. *Et introivit Aman ;* & poſt paulò, *dicere ei ut ;* exinde *ſupra præparatum ab Aman lignum ;* demum *Quid faciendum eſt homini huic, quem rex honorificat ?* cæt. ad verbum ut ſup. Græcè ſimpliciter : Εἶπε δὲ ὁ βασιλεὺς τῷ Ἀμάν· Τί ποιήσω τῷ ἀνθρώπῳ, ὃν ἐγὼ θέλω δοξάσαι ; Εἶπε δὲ ἐν ἑαυτῷ Ἀμάν· Τίνα θέλει ὁ βασιλεὺς δοξάσαι, εἰ μὴ ἐμέ ; *Dixit autem rex ad Aman : Quid faciam homini, quem ego volo glorificare ? Dixit autem in ſe ipſo Aman : Quem vult rex glorificare, niſi me ?* Orig. ipſo initio ponit, Καὶ εἰσῆλθεν Ἀμάν, deinde Εἶπε δὲ ὁ, &c. intermediâ verò quæ hîc omittuntur, leguntur ſup. Not. ad ℣. 4. quam vide.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

7. respondit: Homo, quem rex honorare cupit,

8. debet indui vestibus regiis, & imponi super equum, qui de sella regis est, & accipere regium diadema super caput suum,

9. & primus de regiis principibus ac tyrannis teneat equum ejus, & per plateam civitatis incedens clamet, & dicat: Sic honorabitur, quemcunque voluerit rex honorare.

10. Dixitque ei rex: Festina, & sumptâ stolâ & equo, fac, ut locutus es, Mardochæo Judæo, qui sedet ante fores palatii. Cave ne quidquam de his, quæ locutus es, prætermittas.

11. Tulit itaque Aman stolam & equum, indutumque Mardochæum in platea civitatis, & impositum equo præcedebat, atque clamabat: Hoc honore condignus est, quemcunque rex voluerit honorare.

12. Reversusque est Mardochæus ad januam palatii: & Aman festinavit ire in domum suam, lugens, & operto capite:

13. narravitque Zares uxori suæ, & amicis, omnia quæ evenissent sibi. Cui responderunt sapientes, quos habebat in consilio, & uxor ejus: Si de semine Judæorum est Mardochæus, ante quem cadere cœpisti, non poteris ei resistere, sed cades in conspectu ejus.

14. Adhuc illis loquentibus, venerunt eunuchi regis, & citò eum ad convivium, quod regina paraverat, pergere compulerunt.

VERSIO ANTIQUA.

7. Et dixit: Domine rex, * honorificanti regem — *Ex Mſ. Corb.* * *Mſ. vitiose* honorificant: *addidi ſyllab.* ti.

8. accipiatur stola regalis, & corona aurea, & equo regali vehatur, indutus quæ supra dixi;

9. & unus de glorioſis regis prædicet ante eum in tota civitate, & dicat: Omni* honorificanti regem, sic erit: — * *Mel. f.* honorificante rege. *Vid. inf.* ℣. 11.

10. Et dixit rex ad Aman: Bene locutus es: propera, sicut dixisti, fac Mardochæo curanti in aula regis, & non * decidat verbum tuum, ex his quæ locutus es. Et doluit Aman in his verbis. — * *Mſ.* decidit.

11. Et accepit Aman omnia hæc, & dedit Mardochæo, & dixit ei: Surge serve Dei, & esto honorificatus. Accepit autem Aman stolam & equum, & circumdedit Mardochæo, & imposuit eum super equum, & præibat eum per plateam civitatis, & prædicabat, dicens: Hæc erunt omni homini, quem rex honorificat.

12. Et ibat Aman in infamiam sibi, & Mardochæus honorificatus valde; & Deus confregit cor Aman. Reversus est autem Mardochæus in aulam regis: Aman verò properavit in domum suam dolens:

13. & percusso corde, misit ad Zosarram uxorem suam, & ad amicos suos, & narravit eis omnia quæcunque ei contigerant. Et dixerunt ei amici, & uxor ipsius: Si de genere Judæorum est Mardochæus, incipe humiliari in conspectu ejus: non poteris repugnare ei, quia jam propheta est.

14. Adhuc loquentibus his, venerunt spadones reginæ præfestinanter ad Aman, ad cœnam illi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. A Mſ. Pech. abest hoc, & *dixit*; sequitur verò: *Domine mi rex, omni homini honorificante regem.* Gr. Εἶπε δὲ πρὸς τὸν βασιλέα· Ἄνθρωπον, ὃν ὁ βασιλεὺς θέλῃ δοξάσαι, *Dixit autem ad regem: Hominem*, (vel *homini*) *quem rex vult glorificare*, &c.

℣. 8. Gr. subdit: ἐνεγκάτωσαν οἱ παῖδες τῆ βασιλέως στολὴν βυσσίνην ἣν ὁ βασιλεὺς περιβάλλεται, καὶ ἵππον ἐφ' ὃν ὁ βασιλεὺς ἐπιβαίνῃ, *afferant pueri regis stolam byssinam qua rex circumdatur*, & *equum super quem rex insc*endit. Mſ. Alex. initio hab. ἐνεγκάτω στολὴν βυσσίνην, &c. Lat. Pech. *Accipiat stolam regalis*, & *coronam auream*, & *ascendat in equum regalem.*

℣. 9. Mſ. Corb. vitiosè hab. *Omni honorificante regem*, absque seq. *sic erit*: correximus ut sup. scribendo *honorificanti*, addendoque *sic erit*, ex Mſ. Pech. qui etiam hab. *omni homini honorificante*; ut & alia quæ supra. Græcè ita: Καὶ δότω ἐπὶ τῶν φίλων τῆ βασιλέως τῶν ἐνδόξων, καὶ στολισάτω τὸν ἄνθρωπον, ὃν ὁ βασιλεὺς ἀγαπᾷ, καὶ ἀναβιβασάτω αὐτὸν ἐπὶ τὸν ἵππον, καὶ κηρυσσέτω διὰ τῆς πλατείας τῆς πόλεως, λέγων· Οὕτως ἔσαι παντὶ ἀνθρώπῳ, ὃν ὁ βασιλεὺς δοξάζῃ. *Et det uni amicorum regis honoratorum*, & *induat stolâ hominem, quem rex diligit*, & *ascendere faciat eum super equum*, & *prædicet per plateam civitatis, dicens: Sic erit omni homini, quem rex glorificat.*

℣. 10. Nonnulla addita & immutata in Mſ. Pech. nempe ista media: *propera citò*, & *accipe equum*, & *stolam*, & *coronam*, *sicut dixisti*, & *fac sic Marducæo coronante* (l. *curanti*) *in aula regis*, & *non decidat..... de his quæ...* extremò superaddit ista: & *volebat transvertere regem*; *Deus autem non permisit*; cæt. verò ut in Corb. sup. In Græco Vat. sic: Εἶπε δὲ ὁ βασιλεὺς τῷ Ἀμάν· Καλῶς ἐλάλησας· ὕτως ποίησον τῷ Μαρδοχαίῳ τῷ Ἰουδαίῳ τῷ θεραπεύοντι ἐν τῇ αὐλῇ, καὶ μὴ παραπεσάτω ἓν λόγος ὧν ἐλάλησας· quæ mediocriter differunt à Lat. Corb. saltem ad hoc usque, & *doluit*, &c. quod ult. membrum non habetur in Gr. Vatic. At Orig. in Hex. magis respondet Mſ. Pech. prætermissaque cùm in Corb. tum in Gr. Vat. aliqua ratione supplet; videlicet superioribus his, Καλῶς ἐλάλησας, subdit Orig. Ἀμάν, ταχέως λάβε σὺ τὸ ἔνδυμα, καὶ τὸν ἵππον, καθὼς ἐλάλησας, καὶ ποίησον ὕτως τῷ, &c. extremò etiam huic, ὧν ἐλάλησας, subjungit ista, sed cum obelis: Ὡς δὲ ἔγνω Ἀμάν, ὅτι οὐκ ἦν δυνατὸν ὁ δοξαζόμενος, ἀλλ' ὅτι Μαρδοχαῖός ἐστι, συνετρίβη ἡ καρδία αὐτῦ σφόδρα, καὶ μετεβάλετο χρῶμα αὐτῦ εἰς σίκλον. Hæc etiam ult. verba reperiuntur in al. vet. Gr. nisi quòd loco οὐκ ἦν δυνατὸν, &c. est οὐκ ἔστιν αὐτὸς ὁ δοξαζόμενος, statimque, Συνετρίβη ἡ, &c. detractis mediis ἀλλ' ὅτι Μαρδοχαῖός ἐστι.

℣. 11. Eadem leguntur in Mſ. Pech. his tantùm immutatis: *Marducæo*, & *dixit: Surge servus Dei*; subinde post 1. *equum*, ita sequitur: & *coronam circumdedit Marducæo*, & *imposuit illum supra equum*, & *præibat ante eum præco per plateas..... Hæc erit.....* A Græco absunt priora verba ad hoc usque *honorificatus* incl. subsequentia verò vix dissimilia; nempe pro *circumdedit*, ponitur ἐστόλισε τὸν, quod idem sonat; exinde loco *præibat eum*, simpliciter διῆλθε, *transivit*; ultimòque ita: ὕτως ἔσαι παντὶ..... ὃν..... θέλῃ δοξάσαι, *sic erit omni..... quem rex vult glorificare.*

℣. 12. Similiter habet Mſ. Pech. præter hæc pauca: *Et ibit Aman.....* & *Marducæus honorificatus est valde.* In Græco posteriora tantùm leguntur hoc modo: Ἐπέστρεψε δὲ ὁ Μαρδοχαῖος εἰς τὴν αὐλήν· Ἀμὰν δὲ ὑπέστρεψεν εἰς τὰ ἴδια λυπούμενος κατὰ κεφαλῆς· quæ eòdem recidunt: in vet. al. Gr. sic invertuntur duo membra: Καὶ ὁ μὲν Ἀμὰν ἀπῆλθε πρὸς ἑαυτὸν ἐσκυθρωπακὼς· ὁ δὲ Μαρδοχαῖος ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῦ.

℣. 13. In Mſ. Pech. sic variant pauca: *Et percussus corde, misit ad uxorem suam*, & *ad..... suos; narravit illis omnia quæ evenerunt ei. Et dixerunt ad illum.....* & *uxor illius: Si de..... Marducæus, incipe humiliare in..... non enim poteris..... quoniam propheta est.* Item Græcè: Καὶ διηγήσατο Ἀμὰν τὰ (Orig. σύμπαντα) συμβεβηκότα αὐτῦ, Ζωσάρα τῆ γυναικὶ αὐτῦ, καὶ τοῖς φίλοις. Καὶ εἶπαν πρὸς αὐτὸν οἱ..... καὶ ἡ γυνὴ (Orig. addit αὐτῦ) Εἰ ἐκ γένους Ἰουδαίων Μαρδοχαῖος, ἤρξαι ταπεινῦσθαι ἐνώπιον αὐτῦ· πεσὼν πεσῇ, καὶ δὲ μὴ δύνῃ αὐτὸν ἀμύνασθαι, ὅτι Θεὸς ζῶν μετ' αὐτῦ. *Et narravit Aman quæ sibi acciderant, Zosaræ uxori suæ*, & *amicis. Et dixerunt ad eum amici*, & *uxor: Si de genere Judæorum Mardochæus, cœpisti humiliari coram eo; cadens cades*, & *non poteris eum ulcisci, quoniam Deus vivens cum eo.* Verbum autem ἀμύνασθαι, quod reddit Nobil. isto *ulcisci*, ad litteram significat *auxiliari*, si Schrevelio fides, ab ἀμύνω, aor. 1. inf. med. ἀμύνασθαι, unde ἀμύνη, *auxilium*; hîc tamen sonat *persequi*, & ἀμυνα, eodem Schrevelio teste, *propulsatio injuriæ* est.

℣. 14. Mſ. Pech. *Adhuc loquentibus his, præfestinantes rogaverunt* Naaman (l. *Aman*) *ad cœnam, quam faciebat*

Digitized by Google

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Esther regina. Græc. Ἔτι αὐτῶν λαλούντων, παραγίνονται οἱ σὺν Ἐσθήρ· quæ cum Vulgata noſtra ſatis conveniunt. εὐνοῦχοι ἐπιστρεύδοντες τὸν Ἀμὰν ἐπὶ τὸν πότον, ὃν ἡτοίμα-

CAPUT VII.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET introiit rex, & Aman cum eo ad cœnam.

Ex Mſ. Corb. 2. Factum eſt autem in bona propinatione, dixit rex ſecundò ad Heſter reginam: Quod eſt deſiderium tuum, & * quæ relatio? uſque ad dimidiam partem regni mei, & faciam tibi.

* *Mſ.* qua.

3. Reſpondens dixit: Si inveni gratiam in conſpectu tuo rex, & ſi videtur animæ tuæ, detur deſiderium meum. Neque aurum, neque argentum ego peto:

4. venit enim tam ego quàm populus meus in perditionem, & direptionem, & ſervitutem, & filii noſtri in captivitatem: & non eſt dignum regiæ regis.

5. Dixit autem rex reginæ Heſter: Quis eſt hic, aut quis auſus fuit facere hanc rem?

6. Dixit autem Heſter: Homo inimicus regis Aman, malus hic. Aman autem audiens verba, confuſus eſt, & cecidit vultus ejus.

7. Rex autem ſurrexit de loco ſuo projiciens mappham, & exiit in hortum. Aman autem rogabat reginam; videbat enim ſe in malis eſſe.

8. Reverſus eſt autem rex de horto ad locum ſuum: Aman verò conciderat in thorum reginæ, & deprecabatur eam tenens. Videns autem rex eum in thoro Heſteris, iratus eſt, & dixit: Non ſufficit quoniam ſuper me & regnum meum manus auſus fuit mittere: nunquid & uxorem meam violare?

9. Dixit autem Buzatas, unus de ſpadonibus regis: Domine rex, ecce eſt lignum, quod præparaverat

VULGATA NOVA.

1. INtravit itaque rex & Aman, ut biberent cum regina.

2. Dixitque ei rex etiam ſecunda die, poſtquam vino incaluerat: Quæ eſt petitio tua Eſther, ut detur tibi? & quid vis fieri? etiam ſi dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis.

3. Ad quem illa reſpondit: Si inveni gratiam in oculis tuis ô rex, & ſi tibi placet, dona mihi animam meam, pro qua rogo, & populum meum, pro quo obſecro.

4. Traditi enim ſumus ego & populus meus, ut conteramur, jugulemur, & pereamus. Atque utinam in ſervos & famulas venderemur: eſſet tolerabile malum, & gemens tacerem: nunc autem hoſtis noſter eſt, cujus crudelitas redundat in regem.

5. Reſpondenſque rex Aſſuerus, ait: Quis eſt iſte, & cujus potentiæ, ut hæc audeat facere?

6. Dixitque Eſther: Hoſtis & inimicus noſter peſſimus iſte eſt Aman. Quod ille audiens, illico obſtupuit, vultum regis ac reginæ ferre non ſuſtinens.

7. Rex autem iratus ſurrexit, & de loco convivii intravit in hortum arboribus conſitum. Aman quoque ſurrexit ut rogaret Eſther reginam pro anima ſua, intellexit enim à rege ſibi paratum malum.

8. Qui cùm reverſus eſſet de horto nemoribus conſito, & intraſſet convivii locum, reperit Aman ſuper lectulum corruiſſe, in quo jacebat Eſther, & ait: Etiam reginam vult opprimere, me præſente, in domo mea. Necdum verbum de ore regis exierat, & ſtatim operuerunt faciem ejus.

9. Dixitque Harbona, unus de eunuchis, qui ſtabant in miniſterio regis: En lignum, quod pa-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Verſus iſte prior abeſt à Mſ. Corb. niſi fortè huc revocari poſſint ultima verba capitis ſup. *Ad cœnam illi*, per relationem ad regem & Aman, ſubaudito verbo *venerunt*. Meliùs in Mſ. Pech. *Et introiit rex*, &c. quæ ex ipſo ſupplevimus. Item Græcè: Εἰσῆλθε δὲ ὁ βασιλεὺς, καὶ Ἀμὰν, συμπιεῖν τῇ βασιλίσσῃ· quæ Vulgatæ conſonant.

℣. 2. Mſ. Pech. ſimiliter habet, exceptis his, *in bonam propitiationem*, deinde *dixit rex ſecunda die Eſther reginæ*; paulòque poſt, *poſtulatio tua*, loco *relatio*; extremò *dic*, & *faciam tibi*. Græc. Vat. Εἶπε δὲ ὁ βασιλεὺς Ἐσθὴρ τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ, ἐν τῷ πότῳ· Τί ἐστιν Ἐσθὴρ βασίλισσα; καὶ τί τὸ αἴτημά σου, καὶ τί τὸ ἀξίωμά σου; καὶ ἔσω σοι ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας μου. *Dixit autem rex ad Eſther ſecunda die, in potatione: Quid eſt Eſther regina? & quæ petitio tua, & quod poſtulatum tuum? & eſto tibi uſque ad dimidium regni mei.* At in Vet. al. Gr. ita: Ὡς δὲ παρῆγεν ἡ παρόποσις, εἶπεν ὁ βασιλεὺς τῇ Ἐσθήρ· Τίς ἐστιν ὁ κίνδυνος; καὶ τί τὸ αἴτημά σου, ἕως τοῦ ἡμίσους, &c. quæ Lat. Corb. favent.

℣. 3. Mſ. Pech. *Et reſpondens Eſther cum fiducia, dixit.....* *Non aurum*, &c. ut ſup. Græc. verò ita: Καὶ ἀποκριθεῖσα εἶπεν· Εἰ εὗρον χάριν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, δοθήτω ἡ ψυχὴ τῷ αἰτήματί μου, καὶ ὁ λαός μου τῷ ἀξιώματί μου· nec plura. *Et reſpondens dixit: Si inveni gratiam in conſpectu regis, detur anima petitioni meæ, & populus meus poſtulationi meæ.* Vide ſis Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 166. e. 167. a.

℣. 4. Mſ. Pech. ipſo initio hab. *Veni* primâ perſonâ, detractis his in fine, & *non eſt dignum regiæ regis*; intermedia verò ut ſupra. Græcè ita: Ἐπράθημεν γὰρ ἐγώ τε καὶ ὁ λαός μου εἰς ἀπώλειαν, καὶ διαρπαγὴν, καὶ δουλείαν, ἡμεῖς καὶ τὰ τέκνα ἡμῶν εἰς παῖδας καὶ παιδίσκας· καὶ ἐπαρήκησα· ὁ γὰρ ἄξιος ὁ διάβολος τῆς αὐλῆς τοῦ βασιλέως. *Venditi enim ſumus & ego & populus meus in perditionem..... nos & filii noſtri in ſervos & ancillas: & non audivi; non enim dignus calumniator aulæ regis.*

℣. 5. In Mſ. Pech. præponitur *Eſther*, voci *reginæ*; in Gr. neutrum adeſt: poſt paulò in Pech. ſic, & *qui auſus eſt*, &c. In Gr. Τίς ἔστις, ὅσις ἐτόλμησε, &c. quæ ſupra. Apud Orig. ita: Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ βασιλεὺς Ἀρταξέρξης, εἶπε τῇ Ἐσθὴρ τῇ βασιλίσσῃ· Τίς ἐστιν οὗτος, καὶ ποῦ ἐστιν οὗτος, ὃς ἐτόλμησε, &c.

℣. 6. Mſ. Pech. tollit *autem*, poſt *dixit*; paulòque poſt addit, *facit hoc*, loco *hic*, poſt vocem *malus*; demum ita, *decidit*, pro *cecidit*; cætera ut ſupra. Græc. etiam textui Corb. conſonat, niſi quòd caret voce *regis*, ut & his inf. *audiens verba*; ſubdit verò ἐταράχθη ἀπὸ τοῦ βασιλέως καὶ τῆς βασιλίσσης, *turbatus eſt ex rege & regina*, loco *confuſus eſt*, & *cecidit*, &c.

℣. 7. Mſ. Pech. hab. *calicem meri*, loco *mappham*, & inf. tollit *enim*, poſt *videbat*; cæt. ut ſupra. Græcè ſimpliciter: Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐξανέστη ἀπὸ τοῦ συμποσίου εἰς τὸν κῆπον, &c. *Rex autem ſurrexit à ſympoſio in hortum*; reliqua ut in Lat. Corb.

℣. 8. Mſ. Pech. non differt niſi his paucis ac levibus: *Et reverſus eſt rex..... Aman verò cecidit in.....* & *deprecab. eam*, & *genua illi tenebat. Et videns rex eum in thorum Eſther.....* & *ſuper regnum meum auſus eſt manum immittere: nunquid* &..... *violare vis?* Græc. Ἐπέστρεψε δὲ ὁ βασιλεὺς ἐκ τοῦ κήπου· Ἀμὰν δὲ ἐπιπεπτώκει ἐπὶ τὴν κλίνην, ἀξιῶν τὴν βασίλισσαν. Εἶπε δὲ ὁ βασιλεύς· Ὥστε καὶ τὴν γυναῖκα βιάζῃ (Orig. βιάζειν) ἐν τῇ οἰκίᾳ μου; Ἀμὰν δὲ ἀκούσας, διέλαβε τοῦ προσώπου. *Revertit autem rex de horto: Aman autem procubuerat ſuper lectum, orans reginam. Dixit autem rex: Ut etiam uxori vim afferat in domo mea? Aman autem audiens, confuſus eſt facie.*

℣. 9. Mſ. Pech. *Dixit autem Bagnas unus..... Domine mi rex, ecce lignum, quod præparavit Aman* (ſupp. *ad*) *Marducæum qui te ſervavit de inſidiis, ut illum ſuſpende-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

raverat Mardochæo, qui locutus est pro rege, stat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit rex: Appendite eum in eo.

10. Suspensus est itaque Aman in patibulo quod paraverat Mardochæo: & regis ira quievit.

VERSIO ANTIQUA.

Aman Mardochæo, ut illum suspenderet, erectum pedum quinquaginta. Et dixit rex: Suspendatur super illud Aman, & uxor ejus, & decem filii ejus. *Ex Mſ. Corb.*

10. Et suspensi sunt, sicut præceperat rex, supra lignum quod præparaverat Mardochæo: cessavit autem rex de ira sua.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ret; & erectum est lignum pedum 50. Et dixit rex: Suspendatur in illum, & uxor ejus, & filii ipsius. Gr. Εἶπε δὲ Βιγαθὰν, εἰς τῶν (Orig. ἀπὸ τῶν) εὐνούχων, πρὸς τὸν βασιλέα (Mſ. Alex. τῷ βασιλεῖ) Ἰδοὺ ξύλον ἡτοίμασεν (Alex. ὁ ἡτοίμ.) Ἀμὰν Μαρδοχαίῳ τῷ λαλήσαντι περὶ τοῦ βασιλέως, καὶ ὠρθῶσθαι ἐν τῇ Ἀμὰν ξύλον πηχῶν πεντήκοντα. Εἶπε δὲ ὁ βασιλεύς· Σταυρωθήτω ἐπ' αὐτοῦ· nec alia plura. Hæc autem licet non valde differant à textu Corb. magis tamen accedunt ad Vulgatam.

℣. 10. Græc. Καὶ ἐκρεμάσθη Ἀμὰν ἐπὶ τοῦ ξύλου ὃ ἡτοιμάσθη (Mſ. Alex. ᾧ ἡτοίμασε) Μαρδοχαίῳ· καὶ τότε ὁ βασιλεὺς ἐκόπασε τοῦ θυμοῦ. In Mſ. Pech. productiora: *Et suspensus, sicut præcepit rex, in lignum quod præparavit Mardocæo Judæo ad portam Susi. Et dixit rex: Dentur decem millia talentorum Mardochæo: & cessavit de ira sua.*

CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

1. Die illo dedit rex Assuerus Esther reginæ domum Aman adversarii Judæorum, & Mardochæus ingressus est ante faciem regis. Confessa est enim ei Esther quòd esset patruus suus.

2. Tulitque rex annulum, quem ab Aman recipi jusserat, & tradidit Mardochæo. Esther autem constituit Mardochæum super domum suam.

3. Nec his contenta, procidit ad pedes regis, flevitque, & locuta ad eum oravit, ut malitiam Aman Agagitæ, & machinationes ejus pessimas, quas excogitaverat contra Judæos, juberet irritas fieri.

4. At ille ex more sceptrum aureum protendit manu, quo signum clementiæ monstrabatur: illaque consurgens stetit ante eum,

5. & ait: Si placet regi, & si inveni gratiam in oculis ejus, & deprecatio mea non ei videtur esse contraria, obsecro, ut novis epistolis, veteres Aman litteræ, insidiatoris & hostis Judæorum, quibus eos in cunctis regis provinciis perire præceperat, corrigantur.

6. Quomodo enim potero sustinere necem & interfectionem populi mei?

7. Respondit que rex Assuerus Esther reginæ, & Mardochæo Judæo: Domum Aman concessi

VERSIO ANTIQUA.

1. ET ipsa die donavit Artarxerxes rex Hester reginæ omnia quæcunque erant Aman. Cognoverat autem rex quòd Mardochæus erat de genere reginæ. *Ex Mſ. Corb.*

2. Et detracto annulo, quem abstraxerat rex ab Aman, dedit eum Mardochæo. Et constituit Hester in omnibus quæ erant Aman, Mardochæum.

3. Et adjungens, dixit ad regem, inclinata ad pedes ejus, de quo impetraverat Aman adversùs genus Judæorum.

4. Extendit autem rex ad Hester virgam auream: & surrexit Hester, & stetit in conspectu regis,

5. & dixit regi: Si placet domino meo, & si inveni gratiam in conspectu tuo, mittantur à te litteræ, ut tollantur epistolæ, quas scripserat Aman, ut perderet Judæos omnes in regia tua, in nomine tuo.

6. Quomodo enim potero ego intueri tribulationem populi mei? & quemadmodum potero liberari sola de patria mea?

7. Et dixit illi rex: Omnes facultates Aman donavi tibi, & ipsum suspendi in ligno cum omni

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter in Mſ. Pech. nisi excipias ista media, *cognovit autem rex quoniam.* Nec valde differunt Græca seqq. Καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ὁ βασιλεὺς Ἀρταξέρξης ἐδωρήσατο Ἐσθὴρ ὅσα ὑπῆρχεν Ἀμὰν τῷ διαβόλῳ. Καὶ Μαρδοχαῖος προσεκλήθη ὑπὸ τοῦ βασιλέως· ὑπέδειξε γὰρ Ἐσθὴρ ὅτι ἐνοικείωται αὐτῇ. *Et in eadem die rex Artax. largitus est Esther quæcunque fuerant Aman calumniatori. Et Mardochæus accersitus est à rege: indicavit enim Esther quia sibi propinquus erat.* Orig. initio hab. Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐδωρήσατο ὁ βασιλεὺς Ἀρταξ. Ἐσθὴρ τῇ βασιλίσσῃ ὅσα, &c. quæ Latino textui favent.

℣. 2. Mſ. Corb. scriptum ostendit in fine, *in omnibus quæ erant Mardochæo*, sed aperto mendo quod abstulimus, nixi auctoritate Mſ. Pech. qui addit cum Gr. *Aman*, ad *erant*, scribitque *Marducæum*, pro *Mardochæo*. Præterea initio hab. idem Pech. *Et tracto anolo, quem abstulerat ab Aman*, &c. quæ sup. addita voce *regina*, ad *Esther*. Gr. Ἔλαβε δὲ ὁ βασιλεὺς τὸν δακτύλιον, ὃν ἀφείλατο Ἀμὰν, καὶ ἔδωκεν αὐτὸν Μαρδοχαίῳ. Καὶ καθέστησεν Ἐσθὴρ Μαρδοχαῖον ἐπὶ πάντων τῶν Ἀμάν. *Sumpsit autem rex annulum... & dedit eum*, &c. ut supra.

℣. 3. Itidem in Mſ. Pech. exceptis his mediis, & *impetravit auferre mala quæ cogitavit*, pro *de quo impetraverat*. Græcè ita: Καὶ προσθεῖσα, ἐλάλησε πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ προσέπεσε πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ. καὶ ἤξιν ἀφελεῖν τὴν Ἀμὰν κακίαν, καὶ ὅσα ἐποίησε τοῖς Ἰουδαίοις. *Et adjiciens, locuta est ad regem, & procidit ad pedes ejus, & postulavit auferre malum ipsius Aman, & quæcunque fecerat Judæis.*

℣. 4. Mſ. Pech. initio habet, *Et extendit*, absque seq. *autem rex*; tollit etiam conjunct. &, ante *stetit*; cæt. ut sup. Græc. textui Corb. favet, nisi quòd hab. in fine, ἐξηγέρθη δὲ Ἐσθὴρ παρεστικέναι τῷ βασιλεῖ· *surrexit autem Esther ad adstandum regi*; quæ idem valent: Orig. tamen scribit, καὶ παρέστηκε, ut in Lat. sup. non παρεστικέναι.

℣. 5. Mſ. Pech. eadem profert, immutatis paucis, iisque levissimis: videlicet initio hab. & *dixit ei*, non *regi*; exinde & *inveni*, absque medio *si*; post paulò etiam tollit *à te*, ante *litteræ*, & inf. leg. *scripsit*, pro *scripserat*; demum sic, *in regno tuo*, pro *in regia tua*. Græcè ita: Καὶ εἶπεν Ἐσθήρ· (Orig. ÷ Ἐσθήρ) Εἰ δοκεῖ σοι, καὶ εὗρον χάριν, (Mſ. Alex. add. ἐνώπιόν σου,) πεμφθήτω ἀποσταφῆναι τὰ γράμματα τὰ ἀπεσταλμένα ὑπὸ Ἀμὰν, τὰ γεγραφέναι ἀπολέσθαι (Alex. ἀπολέσαι) τοὺς Ἰουδαίους, οἳ εἰσιν ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. *Et dixit Esther: Si videtur tibi, & inveni gratiam (coram te,) mittatur, ut revertantur litteræ missæ ab Aman, scriptæ ut perderentur Judæi, (vel ad perdendos Judæos) qui sunt in regno tuo.*

℣. 6. Ita legit Mſ. Pech. excepto uno *enim*, quod delet; scribit etiam inf. *intuere*, & *liberare*, sed vet. codd. more, qui hujusmodi litteras persæpe unam alterâ commutant. In Græco etiam vix dissimilia nonnulla, præter hæc ult. πῶς δυνήσομαι ζωθῆναι ἐν τῇ ἀπωλείᾳ τῆς πατρίδος μου; & *quomodo potero salvari in perditione patriæ meæ?* Græc. quidem Vat. tollit sup. *ego*, & pro seq. *intueri*, leg. *idein*, *videre*; sed Orig. in Hex. retinet ἐγὼ, Mſ. que Alex. hab. ἐπιδεῖν.

℣. 7. Ita rursum in Mſ. Pech. exceptis his levibus, *donavit*, pro *donavi*; item *in lignum*, pro *in ligno*; ultimòque;

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ea Mſ. Corb. domo ſua, quoniam cogitavit ſuper me mala inferre regno meo.

8. Scribe igitur epiſtolas, nomine meo, quemadmodum tibi placet & Mardochæo, & * ſignate annulo meo: quæcunque ſcribuntur * imperante rege, & ſignantur, non illis * contradicitur.

* *Mſ. vitiosè* ſignante, *ſicut inf.* impetrante, *ultimoque* contra elicitur.

9. Vocati ſunt autem ſcribæ regis in primo menſe, qui eſt *, tertia die ipſius menſis, & ſcriptum eſt Judæis, quæcunque imperavit actoribus, & principibus ſatrapum ab India uſque ad Æthiopiam, centum viginti ſeptem ſatrapis gentium * imperantibus ſecundùm gentem & gentem, ſecundùm uniuſcujuſque eorum linguam.

* *Supp.* Niſan, vigeſima.

* *Mſ. corruptè*, impera nobis. *Vid. inf.* ℣. 1.

10. Scriptum eſt per regem, & ſignatum eſt annulo ipſius: & miſit per librarios currentes in equis

11. quæcunque imperavit his, uti ſuis legibus

12. in omni regno Artarxerxis, quarta decima die duodecimi menſis, id eſt, Adar.

13. Eſt autem exemplum epiſtolæ, quod ſubjectum eſt, illud:

VULGATA NOVA.

Eſther, & ipſum juſſi affigi cruci, quia auſus eſt manum mittere in Judæos.

8. Scribite ergo Judæis, ſicut vobis placet, regis nomine, ſignantes litteras annulo meo. Hæc enim conſuetudo erat, ut epiſtolis, quæ ex regis nomine mittebantur, & illius annulo ſignatæ erant, nemo auderet contradicere.

9. Accitiſque ſcribis & librariis regis (erat autem tempus tertii menſis, qui appellatur Siban) vigeſima & tertia die illius, ſcriptæ ſunt epiſtolæ, ut Mardochæus voluerat, ad Judæos, & ad principes, procuratoreſque & judices, qui centum viginti ſeptem provinciis ab India uſque ad Æthiopiam præſidebant; provinciæ atque provinciæ, populo & populo, juxta linguas & litteras ſuas, & Judæis, prout legere poterant, & audire.

10. Ipſæque epiſtolæ, quæ regis nomine mittebantur, annulo ipſius obſignatæ ſunt, & miſſæ per veredarios: qui per omnes provincias diſcurrentes, veteres litteras novis nunciis prævenirent.

11. Quibus imperavit rex, ut convenirent Judæos per ſingulas civitates, & in unum præciperent congregari, ut ſtarent pro animabus ſuis, & omnes inimicos ſuos, cum conjugibus ac liberis & univerſis domibus, interficerent atque delerent, & ſpolia eorum diriperent.

12. Et conſtituta eſt per omnes provincias una ultionis dies, id eſt, tertia decima menſis duodecimi Adar.

13. Summaque epiſtolæ hæc fuit, ut in omnibus terris ac populis, qui regis Aſſueri ſubjacebant imperio, notum fieret, paratos eſſe Judæos ad capiendam vindictam de hoſtibus ſuis.

* VERSIO ANTIQUA. (*VULG. CAP. XVI.*)

Rurſus hæc epiſtola depravata in multis.

1. REx magnus Artarxerxes, his qui ab India uſque Æthiopiam, centum viginti ſeptem ſatrapis gentium imperantibus, habete.

2. Multi abundè humanitate eorum, qui eos honorificant, malè ſperantes,

3. non ſolùm ſubditos nobis volunt lædere, finem verò non poſſunt portare, & ſuis bene-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cogitavit mala ſuper regnum meum, pro *cogitavit ſuper me*, &c. Græcè ita: Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς πρὸς Ἐσθήρ· Εἰ πάντα τὰ ὑπάρχοντα Ἀμὰν ἔδωκα καὶ ἐχαρισάμην σοι, καὶ αὐτὸν ἐκρέμασα ἐπὶ ξύλου, ὅτι τὰς χεῖρας ἐπήνεγκε τοῖς Ἰουδαίοις, τί ἔτι ἐπιζητεῖς; *Et dixit rex ad Eſther: Si omnem ſubſtantiam Aman dedi & gratificatus ſum tibi, & ipſum ſuſpendi ſuper lignum, quoniam manus intulerat Judæis; quid adhuc quæris?*

℣. 8. Nonnulla hîc depravata in Mſ. Corb. reſtituuntur ex Mſ. Pech. qui ſic habet: *Scribe igitur epiſt. in nomine meo..... & ſignate anulo meo: quæcunque enim ſcrib. imperante rege..... non illis contradicitur.* Græc. bene: Γράψατε καὶ ὑμεῖς ἐκ τῆς ὀνόματος μου, ὡς δοκεῖ ὑμῖν, καὶ σφραγίσατε τῷ..... ὅσα γὰρ γράφεται τῷ βασιλέως ἐπιτάξαντος, καὶ σφραγισθῇ τῷ δακτυλίῳ μου, οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ἀνείπειν.

℣. 9. Similiter in Mſ. Pech. paucis immutatis: *Et vocati ſunt ſcribæ regis in primo menſe, qui eſt menſis* (ſupp. Niſan,) *tertia & vigeſima ipſius menſis..... quodcunque imperavit act..... ſatrafarum ab India uſque Æthiopia, centum vig. & ſeptem regionibus, ſatrafis gentium imperantibus*, &c. ut ſup. Item Græcè: Ἐκλήθησαν δὲ οἱ γραμματεῖς ἐν τῷ πρώτῳ μηνὶ, ὅς ἐστι Νισὰν, τρίτη καὶ εἰκάδι τοῦ αὐτοῦ ἔτους, καὶ ἐγράφη τοῖς Ἰουδαίοις, ὅσα ἀνεγείλατο τοῖς οἰκονόμοις..... Σατράπαις κατὰ χώρας καὶ χώρας, κατὰ τὴν αὐτῶν λέξιν· Orig. add. καὶ λαῷ κατὰ τὴν γλῶσσαν αὐτῶν.

℣. 10. Mſ. Pech. non præponit &, verbo *ſignatum eſt*, addit verò *litteras*, iſti *miſit*; extremò leg. *equos*, non *equis*. Græc. addit δὲ, *autem*, poſt *ſcriptum eſt*, & inf. ſcribit numero plur. καὶ ἐξαπέστειλαν τὰ γράμματα διὰ βιαλεφόρων, nec plura. Mſ. Alex. hab. καὶ ἐξαπέστειλεν, ut ſup. & Orig. addit in fine, ἐν ἵπποις τοῖς ἐπιβάταις τῶν ἁρμάτων οἱ μεγισᾶνες υἱοὶ τῶν Ῥαμαχείμ.

℣. 11. Mſ. Pech. ſimpliciter hab. *quæcunque imperavenit illis*, abſque ſeqq. *uti ſuis*, &c. In Gr. multò plura, videlicet: Ὡς ἐπέταξεν αὐτοῖς χρῆσαι τοῖς νόμοις αὐτῶν ἐν πάσῃ πόλει, βοηθῆσαί τε αὐτοῖς, καὶ χρῆσαι τοῖς ἀντιδίκοις αὐτῶν, καὶ τοῖς ἀντικειμένοις αὐτῶν, ὡς βέλονται· i. e. *Quomodo præcepit eis uti legibus ſuis in omni civitate, & auxiliari illis, & uti inimicis ipſorum, & adverſariis ipſorum, ſicut volunt.*

℣. 12. Græc. ſubdit: ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ, *in una die*, deinde ἐν πάσῃ τῇ βασιλείᾳ, &c. ut in Lat. exceptis duobus, τρισκαιδεκάτῃ, *tertia decima*, & ὅς ἐστι, *qui eſt*, pro *id eſt*. In Mſ. Pech. verſus iſte totus deſideratur.

℣. 13. Hic verſus pariter omittitur à Mſ. Pech. At in Græco ita ſequitur: Ὧν ἐστιν ἀντίγραφον τῆς ἐπιστολῆς τὰ ὑπογεγραμμένα.

* Quam hîc proferimus epiſtolam, Hieronymus teſtatur *in Hebraïco volumine* non haberi; addita nempe ab ipſo fuit ex editione Vulgata, ut vocat: tota tamen prætermittitur à Mſ. Pech. ſed in Græco legitur cum varietatibus plurimis, quas infra ſubjicimus de more. Mirum autem quot mendis & fœditatibus reſperſa ſit hæc epiſtola in Mſ. noſtro Corb. intolerabiliores ſaltem, & quæ ſenſum magis infirmant, aut penitus excludunt, diluere conamur, vel intra textum, vel notulis è regione cautè appoſitis, vel in Notis fuſioribus textui ſubjectis. Id jam ſupra tentatum à nobis fuit, ſed parcè admodum & rarò; non enim id unquam nobis permiſimus, niſi cùm vis neceſſitatis ad id coegit: quam legem deinceps obſervabimus, ne Mſs. codicum elevetur auctoritas, aut quidquam de fide ipſis habenda detrahatur.

℣. 1. Similiter in Græco, exceptis his paucis, Σαλεαπείαις, *provinciis*, pro *ſatrapis*, (in editt. tamen Ald. & Compl. Σατράπαις, ap. Orig. Σαλεαπίαις;) mox ita, χωρῶν ἀρχοῦσι, *regionum principibus*, loco *gentium imper.* ſtatimque, καὶ τοῖς τὰ ἡμέτερα φρονοῦσι, χαίρειν, & *iis qui noſtra curant, valere.*

℣. 2. Mſ. Corb. ipſo initio ſcribit ***multa***, non ***multi***, ſed aperto mendo, quod emendandum duximus; item infra poſuimus *malè*, loco *malos*, quod præferebat idem Mſ. cod. fortaſſe meliùs legeretur *majus*, quam *malè*; nam in Græco ſic: Πολλοὶ τῇ πλείστῃ τῶν εὐεργετήτων χρηστότητι φυκνότερον τιμώμενοι, μεῖζον ἐφρόνησαν· i. e. *Multi plurimâ benefacientium bonitate frequentiùs honorati, majus ſapuerunt*: Vet. al. extremò hab. φρονήσαντες, non ἐφρόνησαν.

℣. 3. Mſ. Corb. hab. ***poſſunt portare***, abſque præced. ne-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Corb. factoribus audent moliri [a] malum.

4. Gratiam non ſolùm de hominibus auferentes, ſed & avidorum præſumptionibus inflammati, Dei ſemper omnia [b] conſpicientis, malignitatem concipientes, putant ſe evadere. [c]

5. Sæpe autem & multos in dignitate præſidentes, eorum qui crediti ſunt adminiſtrare negotia amicorum, [d] conſultationes conſcios ſanguinis [e] innocentis conſtituentes, circumdederunt calamitatibus intolerabilibus;

6. [f] malignitatis mendacio fruſtrantes [g] tenentium illibatam benignitatem.

7. Intueri autem licet, (non tantùm de veteribus, quomodo tradidimus, [h] hiſtoriis) quot ſunt, ad pedes [i] vos ſcrutantes, [k] exſecrabiliùs perfecta, [l] digna dominantium peſtilentiâ;

8. & proſpicere in poſterum, regnum [m] quietum hominibus cum pace præbeamus;

9. non utentes varietatibus, ſed quæ in faciem veniunt, judicantes ſemper cum clementiſſima occurſione.

10. Sicut enim Aman Amadathi, Macedo, revera alienus à genere Perſarum, & multùm [n] ferens à noſtra bonitate, inhabitans apud nos, obtinuit [o] eis, quam habemus apud omnem gentem, humanitatem;

Ex Mſ. Corb.

11. in tantum, ut etiam pater noſter *, & ab omnibus ſubditis nobis honoratus, & ſecundum habens ſedile:

* *Supp.* appellaretur.

12. non ſufferens autem ambitionem, auſus eſt nos dignitate & ſpiritu privare,

13. & noſtrum ſervatorem, & in omnibus benefactorem Mardochæum, & *invocabilem regni participem Heſter, cum omni ejus gente, variis circumventionibus petens in exitium.

* *f.* inviolabilem.

14. Per hæc autem conſilia arbitrabatur, deſertos nos accipiens in alienationem, Perſarum obtinentia in Macedones perferre;

15. nos autem ab exſecrabili & impio * proditos in perniciem Judæorum, qui non inveniuntur maligni, ſunt autem juſti viventes, & ſancti legibus;

* *Supp.* illo.

16. filii Dei excelſi, dirigentis nobis & poſteris regnum, ſicut volumus.

17. Bene igitur facietis, non attendentes his quæ ab Aman litteris ſcripta ſunt.

18. Propter hoc & ipſum *, qui hæc injuſtè fecerat, crucifixum cum omni domo ſuâ ad portas Suſis, dignè, omnia * conſiderantis & continentis Dei, per celeritatem illi reddentis judicium.

* *Supp.* ſciatis.

* *Mſ.* conſiderantes..... reddentes, *pro* conſiderante... continente Deo... reddente.

19. Exemplum hujus epiſtolæ exponens in omni loco, permitte omnes Judæos ſuis uti

[a] *Mſ.* malam.
[b] *Mſ.* conſpicientes.
[c] *Supp.* ſententiam.
[d] *Mſ.* conſultationibus, *f.* conſolationes.
[e] *Mſ.* innocentes.
[f] *Mſ.* malignitatibus.
[g] *Pro* imperantium.
[h] *Mſ.* his terribilibus.
[i] *Mſ.* non.
[k] *Mſ.* exſecrabilium.
[l] *Pro* dignè.
[m] *Mſ.* quietem.
[n] *Gr.* diſtans.
[o] *f.* eam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

gatione, quam ſupplevimus è Græco, in quo ſic legitur: Καὶ (al. deeſt ἐ) ὐ μόνον τὺς ὑπολελαγμένες ἡμῖν ζητῆσι κακοποιεῖν, τὸν τε κόρον ὐ δυνάμενοι φέρειν, ἐ τοῖς ἑαυτῶν εὐεργέταις ἐπιχειρῆσι μηχανᾶσθαι· quæ Latino ſup. ſatis reſpondent, niſi quòd Interp. legiſſe videtur ὅρον, *finem, terminum*, pro κόρον, *ſatietatem*: vox etiam ult. *malum*, quæ abeſt à Gr. Vat. additur in al. vet. & ap. Orig. in Hexapl. ubi ſic, μηχανᾶσθαι κακά.

℣. 4. Græc. Καὶ τὴν εὐχαρισίαν ὐ μόνον ἐκ τῶν ἀνθρώπων ἀνλαναιρυνλες, ἀλλὰ ἐ τοῖς τῶν ἀπειραγάθων κόμποις ἐπαρθένλες, τῦ τὰ παρὰ λαλοπλεύονλος ἀεὶ Θεῦ μισοπόνηρον ὑπολαμβάνειν ἐκφεύξεδαι δίκην. *Et gratitudinem non ſolùm ex hominibus auferentes, ſed etiam inſolitorum bonorum pompis elati, illius omnia inſpicientis ſemper Dei inimicam malignis exiſtimant ſe vitaturos ſententiam.*

℣. 5. Sic emendavimus hunc ℣. in multis, quæ vix intelligebantur præ nimia depravatione vel ſtili barbarie; at è ſubjecto Græco planiora fiunt; ſic itaque ſe habet: Πολλάκις δὲ ἐ πολλὺς τῶν ἐπ' ἐξεσίαις τελαγμένων, τῶν πιστευθέντων χειρίζειν φίλων τὰ πράγματα, παρανυσία μετόχυς (Orig. μεταιτίυς) αἱμάτων ἀθώων καλασήσασα, περιέβαλε (Orig. cum al. vet. Gr. καλασήσανλες περιέβαλον) ζυμφορᾶις ἀηκέσις. *Sæpe autem & multos eorum, qui in poteſtatibus ſunt conſtituti, qui perſuaſi ſunt ſuſcipere amicorum negotia, blanditia* (vel *ſolatium*) *participes ſanguinum innocentum eos reddens, circumdedit calamitatibus incurabilibus.*

℣. 6. Græc. addit: Τῶ τῆς κακοηδείας ψευδεῖ παραλογισμῶ παραλογισαμένων τὴν τῶν ἐπικρατύντων ἀκέραιον εὐγνωμοσύνην· i. e. *Fallaci malignitatis deceptione decipientibus imperantium ſimplicem probitatem.* Vet. al. Τῶ τῆς κακοπισίας ψεύδη παραλογισάμενοι τὴν τῶν, &c. quæ Latino Corb. propiùs accedunt.

℣. 7. Rurſum hîc vitiata plura, quæ reſtituimus è Gr. ut videtur ſupra. Ita verò verſus totus legitur Græcè: Σκοπεῖν δὲ ἔξεσιν (ὃ τοῦτον ἐκ τῶν παλαιοτέρων, ὡς παρεδώκαμεν, ἱσορεῶν,) ὅσα ἐσὶ, παρὰ πόδας ὑμᾶς ἐκζητῦντας (al. ἐκζητῆντες,) ἀνοσίως (legiſſe videtur Interp. ἀνοσίων) συντελεσμένα, τῇ τῶν ἀναξίᾳ δυνασευόντων λοιμότητι. *Contemplari autem licet (non tam ex veteribus, ut tradidimus, hiſtoriis,) quæcunque ſunt, ad pedes vos exquirentes, impiè conſummata, eorum, qui indigna dominatione premunt, peſtiferâ corruptelâ.* Orig. ultima iſta ſic reddit, τῇ ἀξίᾳ τῶν δυνασευσμένων ὠμότητι, &c. Mſ. Alex. τῇ τῶν ἀξιοδυνασευόντων λυμότητι· quæ Lat. Corb. favent.

℣. 8. Græc. ut in Lat. ſup. Καὶ προσέχειν εἰς τὰ μετὰ ταῦτα, εἰς τὸ τὴν βασιλείαν ἀτάρακτον τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις μετ' εἰρήνης παρεχόμεθα.

℣. 9. Græcè ſimiliter: Χρώμενοι (Mſ. Alex. cum al. vet. & Orig. Οὐ χρώμενοι) ταῖς μεγαλοναῖς, τὰ δὲ ὑπὸ τὴν ὄψιν ἐρχόμενα διακρίνονσες ἀεὶ μετ' ἐπιεικεσέρας ἀπαντήσεως.

℣. 10. Priora verba ſic depravata miſerè in Mſ. Corb. *Sicut enim Aman à Media datum à Macedonibus veritatibus alienis*, quibus ſubſtituimus quæ leguntur ſupra, nempe è Græco, ubi ſic: Ὡς γὰρ Ἀμὰν Ἀμαδαθῆ, Μακεδὼν, ταῖς ἀληθείαις ἀλότριος τῦ τῶν Περσῶν αἵματος, ἐ πολὺ διεσηκὼς τῆς ἡμετέρας χρησότηλος, ἐπιξενωθεὶς ἡμῖν, ἔτυχεν ἧς ἔχομεν πρὸς πᾶν ἔθνος φιλανθρωπίας.

℣. 11. Græc. Ἐπὶ τοσῦτον, ὥσε ἀναγορεύεσθαι ἡμῶν πατέρα, ἐ σεφανυμένον ὑπὸ πάντων, τὸ δεύτερον τῆ βασιλικῆ θρόνῳ πρόσωπον διαλελεῖν. *Eò uſque, ut appellaretur noſter pater, & adoratus ab omnibus, ſecundam regalis throni perſonam gereret.*

℣. 12. Græc. leg. ὑπερηφανίαν, *ſuperbiam*, loco *ambitionem*; ſtatimque ἐπετήδευσε τῆς ἀρχῆς, *ſtuduit principatu*, loco *auſus eſt dignitate*; cæt. ut ſup.

℣. 13. Ita Græcè pene ad verbum, niſi quòd loco *invocabilem*, hab. ἄμεμπλον, *inculpatam*; unde ſuſpicor legendum eſſe ſup. *inviolabilem*; exinde Gr. hab. τύτων ἔθνι, *horum gente*, non *ejus*; ſtatimque πολυπλόκοις μεθόδων παραλογισμοῖς, *multiplicibus artificiorum deceptionibus*, quæ idem ſonant quæ ſupra.

℣. 14. Vitioſa conſtructio, minùſque ad intelligentiam accommodata: Græcè ita: Διὰ γὰρ τῶν τρόπων τύτων ὠήθη, λαβὼν ἡμᾶς ἐρήμυς, τὴν τῶν Περσῶν ἐπικράτησιν εἰς τὺς Μακεδόνας μετάξαι· i. e. *Per hos enim modos putavit, nactus nos deſolatos, Perſarum imperium ad Macedonas transferre.*

℣. 15. Græc. Ἡμεῖς δὲ τὺς ὑπὸ τῦ τοιαλίτηρίυ παραδεδομένυς εἰς ἀφανισμὸν Ἰυδαίυς, εὑρίσκομεν ὐ κακύργυς ὄνλας, δικαιοτάτοις δὲ πολιτευομένυς νόμοις. *Nos autem traditos à ter exitiali illo ad perditionem Judæos, invenimus non eſſe maleficos, ſed juſtiſſimis gubernari legibus.*

℣. 16. Græc. non longè: Ὄνλας δὲ ὑὺς τῦ ὑψίσυ μεγίσυ ζῶνλος Θεῦ, τῦ καλευθύνονλος ἡμῖν τε ἐ τοῖς σεγόνοις ἡμῶν τὴν βασιλείαν, ἐ τῇ καλλίσῃ διαθέσῃ. *Eſſe autem filios altiſſimi maximi viventis Dei, qui direxit & nobis & majoribus noſtris regnum, in pulcherrima diſpoſitione.*

℣. 17. Similiter Græcè: Καλῶς ὖν ποιήσελε, μὴ σεσεχρημένοι τοῖς ὑπὸ Ἀμὰν Ἀμαδαθῆ ἀποσαλεῖσι γράμμασι. i. e..... *non utentes miſſis ab Aman Amadathi litteris*; at in vet. al. ſic, μὴ σεσέχονλες τοῖς, &c. abſque nomine Ἀμαδαθῆ, ut in Lat. ſup.

℣. 18. Rurſus hîc verborum conſtructio à latinitate aliena: Græcè ita: Διὰ τὸ αὐτὸν, τὸν ταῦτα (vet. al. Διὰ τὸ ἐ αὐτὸν, τὸν τὰ) ἐξεργασάμενον, πρὸς ταῖς Σύσων πύλαις ἐσαυρῶσθαι ζὺν τῇ πανοικίᾳ, τὴν καλάξιαν τῦ τὰ πάντα ἐπισκατύντος Θεῦ διατάχυς ἀποδόντος αὐτῶ κρίσιν. i. e. *Propter quod ipſe*, (vel ὃ *ipſe*) *qui hæc molitus eſt, apud Suſarum portas crucifixus eſt cum tota familia, dignum, eo, qui omnia tenet Deo, velociter reddente ei judicium.*

℣. 19. Gr. plurali num. Τὸ δὲ ἀνλίγραφον τῆς ἐπισολῆς ταύτης ἐκθέντες ἐν παντὶ τόπῳ, μετὰ παῤῥησίας ἐᾶν τὺς Ἰυδαίυς χρῆσθαι τοῖς ἑαυτῶν νομίμοις, Mſ. Alex. cum vet. al.

Digitized by Google

Versio antiqua.

Ex Mſ. Corb. legibus,

* *Supp.* qui. 20. & conſortiari cum omnibus, ut eos * in neceſſitate tribulationis * his ſuppoſiti ſunt, defendant quarta decima, duodecimo menſe, qui eſt Adar, die:

* *Mſ.* hi.

* *Mſ.* præes. 21. hanc enim, qui omnibus * præeſt Deus, pro exſecrabili electi generis, fecit lætitiam.

* *Supp.* veſtris feſtivitatibus. 22. Et vos, in celebertimis * notam diem cum omni voluptate agite: & nunc & poſtea,

Ex Mſ. Corb. 23. ſalutem quidem benefacientium Perſis; qui autem his inſidiati ſunt, memoriam perditionis.

* *Mſ. vitiosè* qui, *ut & inf.* conſumptus. 24. Omnis civitas & regio in totum, * quæ ſecundùm hæc non fecerit, * haſtâ & igni conſumpta cum ira, non ſolùm hominibus, ſed & feris, & volatilibus in omne tempus abominabilis relinquetur. Valete.

* *Mſ. hic addit* quem, *malè.*

Versio antiqua.

Vulg. Cap. viii. 14. Equites igitur exierunt feſtinanter præcepta regis perficere: propoſitum erat autem exemplum epiſtolæ in Suſis civitate regis.

15. Mardochæus verò prodiit, ſtolam habens regalem, & coronam auream, & diadema, & byſſinum. Videntes autem qui erant in Suſis, lætati ſunt.

16. Judæis verò factum eſt lumen, & alacritas.

17. Secundùm civitatem, & regionem, ubicunque propoſitum erat exemplum epiſtolæ, gaudium & voluptas: & multi gentilium circumcidebant ſe, & judaizabant, propter timorem qui factus erat adversùs inimicos Judæorum.

Vulgata nova.

14. Egreſſique ſunt veredarii celeres nuncia perferentes, & edictum regis pependit in Suſan.

15. Mardochæus autem, de palatio, & de conſpectu regis egrediens, fulgebat veſtibus regiis, hyacinthinis videlicet & aereis, coronam auream portans in capite, & amictus ſerico pallio atque purpureo. Omniſque civitas exſultavit, atque lætata eſt.

16. Judæis autem nova lux oriri viſa eſt, gaudium, honor, & tripudium.

17. Apud omnes populos, urbes, atque provincias, quòcunque regis juſſa veniebant, mira exſultatio, epulæ atque convivia, & feſtus dies: in tantum ut plures alterius gentis & ſectæ, eorum religioni & cæremoniis jungerentur. Grandis enim cunctos Judaici nominis terror invaſerat.

Notæ ad Versionem antiquam.

& Orig. νόμοις.

℣. 20. Vix intelliguntur iſta minùs Latina; en Græca: Καὶ ζυνεπιχύειν αὐτοῖς, ὅπως τοὺς ἐν καιρῷ θλίψεως ἐπιθεμένης αὐτοῖς, ἀμύνωνται τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ δωδεκάτου μηνὸς Ἀδὰρ, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ· i. e. *Et adminiculo ſitis eis, ut illos, qui in tempore tribulationis in ſe inſurrexerant, ulciſcantur die tertia decima menſis Adar, eadem die.* Vet. al. poſt hoc, ἀμύνωνται, ſubdit: Ἐκρίθη δὲ ὑπὸ τῶν κατὰ τὴν βασιλείαν Ἰουδαίων ἄγειν τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ μηνὸς, ὅς ἐστιν Ἀδὰρ, ᾗ τὴν πεντεκαιδεκάτην ἑορτάσαι.

℣. 21. Gr. Ταύτην γὰρ ὁ τὰ πάντα δυνασεύων Θεὸς, ἀντ' ἐλευθερίας τοῦ ἐκλεκτοῦ γένους, ἐποίησεν αὐτοῖς εὐφροσύνην· i. e. *Hanc enim omnium dominator Deus, pro perditione electi generis, fecit eis lætitiam.*

℣. 22. Græc. Καὶ ὑμεῖς οὖν, ἐν ταῖς ἐπωνύμοις ὑμῶν ἑορταῖς ἐπίσημον ἡμέραν μετὰ πάσης εὐωχίας ἄγετε, ὅπως καὶ νῦν, καὶ μετὰ ταῦτα, &c. quæ reſpondent Lat. ſup. hoc excepto ὅπως, *ut*, ante & *nunc.*

℣. 23. Vitioſa Latinitas: Græcum magis intelligitur; præmiſſis nempe his, quæ leguntur in fine ℣. præced. Ὅπως καὶ νῦν, καὶ μετὰ ταῦτα, continuò addit, Σωτήρια ἦ ἡμῖν, καὶ τοῖς εὐνοῦσι Πέρσαις· τοῖς δὲ ἡμῖν ἐπιβουλεύσι, μνημόσυνον τῆς ἀπωλείας· i. e. *Ut & nunc, & poſt hæc ſalus ſit nobis, & iis qui benevoli ſunt Perſis; iis autem qui nobis inſidiantur, memoriale perditionis.* In Mſ. Alex. ſic: Σωτηρία μὲν ὑμῶν, καὶ τῶν εὐνοούντων τοῖς Πέρσαις· τῶν δὲ τύραννοις ἐπιβουλευσάντων, &c.

℣. 24. Græc. pene ad verbum ut ſup. Πᾶσα δὲ πόλις ἢ χώρα τὸ ζυνόλον, ἥτις κατὰ ταῦτα..... πορεύσεται καὶ πυρὶ καὶ μαχαιρωθήσεται μετ' ὀργῆς, οὐ μόνον ἀνθρώποις ἄβατος, ἀλλὰ καὶ θηρίοις..... ἔχθιστος καταστήσεται. Mſ. Alex. cum Orig. αἴσχιστος, pro ἔχθιστος. Græc. non addit *Valete*, ſed ejus loco, ſeqq. Τὰ δὲ ἀντίγραφα ἐκλέξωσαν ὀφθαλμοφανῶς ἐν πάσῃ τῇ βασιλείᾳ, ἑτοίμους τε εἶναι πάντας τοὺς Ἰουδαίους εἰς ταύτην τὴν ἡμέραν, πολεμῆσαι αὐτῶν τοὺς ὑπεναντίους· i. e. *Exemplaria autem proponantur viſibiliter in omni regno, paratique ſint omnes Judæi in hanc diem, debellare ſuos adverſarios.*

℣. 14. Similiter habet Mſ. Pech. exceptis his, *efficere*, loco *perficere*, & poſt paulò, *eſt*, pro *erat*; extremò ſic, *per ſuis civitatis regis*, ſed aperto mendo. In Græco ſic: Οἱ μὲν οὖν ἱππεῖς ἐξῆλθον σπεύδοντες τὰ ὑπὸ τοῦ βασιλέως λεγόμενα ἐπιτελεῖν· ἐξετέθη δὲ τὸ πρόσταγμα (vet. al. cum Orig. ἔκθεμα) καὶ ἐν Σούσοις.

℣. 15. Eadem leguntur in Mſ. Pech. præter hoc, *byſſum*, loco *byſſinum*, deinde ſic, & *videntes*; extremò verò omittuntur iſta, *in Suſis lætati ſunt.* In Græco tota ut in Lat. ſup. niſi excipias iſta, ἐσταλμένος, *ornatus*, vel *amictus*, pro *habens*, repetito verbo ἔχων, poſt *coronam*; ſubinde ſic, καὶ διάδημα βύσσινον πορφυροῦν, & *diadema byſſinum purpureum*, dein ἰδόντες δὲ οἱ, &c. ut ſup.

℣. 16. Sic habet Mſ. Pech. cum Græco.

℣. 17. Eadem prorſus in Mſ. Pech. detracto uno *ſe*, poſt *circumcidebant.* In Græco pauca diſſimilia: nempe locò *exemplum epiſtolæ*, habetur πρόσταγμα, *mandatum*, iteratis his proximè, οὗ ἂν ἐξετέθη τὸ ἔκθεμα, *ubicunque propoſitum erat edictum*; deinde ſic, χαρὰ, καὶ εὐφροσύνη τοῖς Ἰουδαίοις, κῶθων, καὶ εὐφροσύνη, *gaudium*, & *lætitia Judæis*, *epulatio*, & *lætitia*; ultimòque ſimpliciter, τῶν Ἰουδαίων, *Judæorum*, abſque his mediis, *qui factus erat adversùs inimicos*: ap. Orig. in Hex. extremò legitur, διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων τὸν ἐπ' αὐτούς· ex Mſ. verò Alex. ſupra, necnon ex editt. Ald. & Compl. hoc membrum detrahitur, οὗ ἂν ἐξετέθη τὸ πρόσταγμα.

CAPUT IX.

Vulgata nova.

1. IGitur duodecimi menſis, quem Adar vocari ante jam diximus, tertia decima die, quando cunctis Judæis interfectio parabatur, & hoſtes eorum inhiabant ſanguini, verſa vice Judæi ſuperiores eſſe cœperunt, & ſe de adverſariis vindicare.

1... 2. *Vide Not.*

2. Congregatique ſunt per ſingulas civitates, oppida, & loca, ut extenderent manum contra inimicos & perſecutores ſuos. Nulluſque auſus eſt reſiſtere, eò quòd omnes populos magnitudinis eorum formido penetrarat.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣℣. 1. 2. Duos priores verſiculos, prætermiſſos in Mſs. Corb. & Pech. ita ſupplemus ex Græco: ℣. 1. Ἐν γὰρ τῷ δωδεκάτῳ μηνὶ, τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς, ὅς ἐστιν Ἀδὰρ, παρῆν τὰ γράμματα τὰ γεγραμμένα ὑπὸ τοῦ βασιλέως. 2. Ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἀπώλοντο οἱ ἀντικείμενοι τοῖς Ἰουδαίοις· οὐδεὶς γὰρ ἀντέστη, φοβούμενος αὐτούς. *In duodecimo enim menſe, tertiâ decimâ menſis, qui eſt Adar, aderant litteræ ſcriptæ à rege.* 2. *In eadem die perierunt qui adverſabantur Judæis: nullus enim contra ſtetit, timens eos.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

3. Nam & provinciarum judices, & duces, & procuratores, omnisque dignitas quæ singulis locis ac operibus præerat, extollebant Judæos timore Mardochæi:

4. quem principem esse palatii, & plurimùm posse cognoverant: fama quoque nominis ejus crescebat quotidie, & per cunctorum ora volitabat.

VERSIO ANTIQUA.

3. Et principes satrapum, & tyranni, & regis * scribæ, honorificabant Deum; timor enim Mardochæi institerat:

Ex Mſ. Corb.
* *Mſ. vitiosè*; regis, & scribæ, &c.

4. præceptum enim erat, timorem regis nominari in omni civitate ejus.

VULGATA NOVA.

5. Itaque percusserunt Judæi inimicos suos plagâ magnâ, & occiderunt eos, reddentes eis quod sibi paraverant facere:

5..... 19. *Vide Not.*

6. in tantum ut etiam in Susan quingentos viros interficerent, extra decem filios Aman Agagitæ hostis Judæorum: quorum ista sunt nomina:

7. Pharsandatha, & Delphon, & Esphatha,

8. & Phoratha, & Adalia, & Aridatha,

9. & Phermesta, & Arisai, & Aridai, & Jezatha.

10. Quos cùm occidissent, prædas de substantiis eorum tangere noluerunt.

11. Statimque numerus eorum, qui occisi erant in Susan, ad regem relatus est.

12. Qui dixit reginæ: In urbe Susan interfecerunt Judæi quingentos viros, & alios decem filios Aman: quantam putas eos exercere cædem in universis provinciis? Quid ultra postulas, & quid vis ut fieri jubeam?

13. Cui illa respondit: Si regi placet, detur potestas Judæis, ut sicut fecerunt hodie in Susan, sic & cras faciant, & decem filii Aman in patibulis suspendantur.

14. Præcepitque rex ut ita fieret. Statimque in Susan pependit edictum, & decem filii Aman suspensi sunt.

15. Congregatis Judæis quarta decima die mensis Adar, interfecti sunt in Susan trecenti viri: nec eorum ab illis direpta substantia est.

16. Sed & per omnes provincias, quæ ditioni regis subjacebant, pro animabus suis steterunt Judæi, interfectis hostibus ac persecutoribus suis: in tantum ut septuaginta quinque millia occisorum implerentur, & nullus de substantiis eorum quidquam contingeret.

17. Dies autem tertius decimus mensis Adar, primus apud omnes interfectionis fuit, & quarta decima die cædere desierunt. Quem constituerunt esse solemnem, ut in eo omni tempore deinceps vacarent epulis, gaudio atque conviviis.

18. At hi qui in urbe Susan cædem exercuerant, tertio decimo & quarto decimo die ejusdem mensis in cæde versati sunt: quinto decimo autem die percutere desierunt. Et idcirco eundem diem constituerunt solemnem epularum atque lætitiæ.

19. Hi verò Judæi, qui in oppidis non muratis ac villis morabantur, quartum decimum diem mensis Adar conviviorum & gaudii decreverunt, ita ut exsultent in eo, & mittant sibi mutuò partes epularum & ciborum.

VULGATA NOVA.

20. Scripsit itaque Mardochæus omnia hæc, & litteris comprehensa misit ad Judæos, qui in omnibus regis provinciis morabantur, tam in vicino positis, quàm procul,

VERSIO ANTIQUA.

20. Scripsit ergo Mardochæus verba hæc in libro, & misit * Judæis, quicunque erant Artarxerxis regno, his qui proximi erant, & qui longè;

* *Mſ.* Judæos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Ita Mſ. Pech. sed corruptè: *Et principes satrasarum, & tyranni, & reges, & scribæ, honorificabant Deum; timor enim Mardochæi institutus erat.* Græc. etiam respondet, paucis immutatis: Οἱ γὰρ ἄρχοντες τῶν..... καὶ οἱ βασιλικοὶ γραμματεῖς, ἐτίμων τὸν Ἰουδαίους· ὁ γὰρ..... ἐνέκειτο αὐτοῖς.

℣. 4. Mſ. Pech. *Quoniam præceptum* (supp. *erat*) *regis imperium nominare in*, &c. Græc. Προσέπεσε γὰρ τὸ πρόσταγμα τοῦ βασιλέως, ὀνομασθῆναι ἐν πάσῃ τῇ βασιλείᾳ. *Advenerat enim edictum regis, ut nominatus esset in omni regno.*

℣℣. 5..... 19. Hi versus decem & quinque absunt à Mſs. nostris Corb. & Pech. Ne autem mutilus hisce videatur liber & quasi decurtatus, disjuncta quæque atque hiantia ita suppleri possunt è Græco: ℣℣. 5. & 6. Καὶ ἐν Σούσοις τῇ πόλει ἀπέκτειναν οἱ Ἰουδαῖοι ἄνδρας πεντακοσίους, 7. τόν τε Φαρσαννὲς, καὶ Δελφὼν, καὶ Φασγὰ, 8. καὶ Φαραδαθὰ, καὶ Βαρεὰ, καὶ Σαρβακὰ, 9. καὶ Μαρμασιμὰ, καὶ Ῥαφαῖον, καὶ Ἀρζαῖον, καὶ Ζαβουθαῖον, τοὺς δέκα υἱοὺς Ἀμὰν Ἀμαδαθὶ Βυγαίου τοῦ ἐχθροῦ τῶν Ἰουδαίων. 10. Καὶ (Compl. καὶ) διήρπασαν ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ. 11. Ἐπεδόθη τε ὁ ἀριθμὸς τῷ βασιλεῖ, τῶν ἀπολωλότων ἐν Σούσοις. 12. Εἶπε δὲ ὁ βασιλεὺς πρὸς Ἐσθήρ· Ἀπώλεσαν οἱ Ἰουδαῖοι ἐν Σούσοις τῇ πόλει ἄνδρας πεντακοσίους· ἐν δὲ τῇ περιχώρῳ πῶς εἰς ἐχρήσαντο; Τί οὖν αἰτεῖς ἔτι, καὶ ἔσαι σοι; 13. Καὶ εἶπεν Ἐσθὴρ τῷ βασιλεῖ· Δοθήτω τοῖς Ἰουδαίοις, χρῆσθαι ὡσαύτως τὴν αὔριον, ὥστε τοὺς δέκα υἱοὺς Ἀμὰν κρεμάσαι. 14. Καὶ ἐπέτρεψεν οὕτως γενέσθαι. Καὶ ἐξέβικε τοῖς Ἰουδαίοις τῆς πόλεως, τὰ σώματα τῶν υἱῶν Ἀμὰν κρεμάσαι. 15. Καὶ συνήχθησαν οἱ Ἰουδαῖοι ἐν Σούσοις τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ Ἀδὰρ, καὶ ἀπέκτειναν ἄνδρας τριακοσίους, καὶ ὕβρεν διήρπασαν. 16. Οἱ δὲ λοιποὶ τῶν Ἰουδαίων, οἱ ἐν τῇ βασιλείᾳ, συνήχθησαν, καὶ ἑαυτοῖς ἐβοήθουν, καὶ ἀνεπαύσαντο ἀπὸ τῶν πολεμίων· ἀπώλεσαν γὰρ αὐτῶν μυρίους πεντακισχιλίους, τῇ τρισκαιδεκάτῃ τοῦ Ἀδὰρ, καὶ ὕβρεν διήρπασαν. 17. Καὶ ἀνεπαύσαντο τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς· καὶ ἦγον αὐτὴν ἡμέραν ἀναπαύσεως μετὰ χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης. 18. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι ἐν Σούσοις τῇ πόλει συνήχθησαν καὶ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ· καὶ ἀνεπαύσαντο. Ἦγον δὲ καὶ τὴν πεντεκαιδεκάτην μετὰ χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης. 19. Διὰ τοῦτο οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, οἱ διεσπαρμένοι ἐν πάσῃ χώρᾳ τῇ ἔξω, ἄγουσι τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ Ἀδὰρ ἡμέραν ἀγαθὴν μετ' εὐφροσύνης, ἀποστέλλοντες μερίδας ἕκαστος τῷ πλησίον. Cuncta verò ista sic vertit Nobilius: ℣℣. 5. 6. *Et in Susis civitate interfecerunt Judæi viros quingentos, 7. & Pharsannes, & Delphon, & Phasga, 8. & Pharadatha, & Barea, & Sarbaca, 9. & Marmasima, & Ruphæum, & Arsæum, & Zabuthæum, decem filios Aman Amadathi Bugæi inimici Judæorum. 10. Et (non) diripuerunt in eadem die. 11. Et datus est regi numerus eorum, qui perierant in Susis. 12. Dixit autem rex ad Esther: Peremerunt Judæi in Susis civitate viros quingentos: in adjacente autem quomodo putas usi sunt? Quid igitur postulas amplius, & erit tibi? 13. Et dixit Esther regi: Detur Judæis, ut utantur similiter cras, ut decem filios Aman suspendant. 14. Et permisit (rex) sic fieri. Et permisit Judæis civitatis, corpora filiorum Aman suspendere. 15. Et congregati sunt Judæi in Susis quartâ decimâ Adar, & occiderunt viros trecentos, & nihil diripuerunt. 16. Cæteri autem ex Judæis, qui in regno, congregati sunt, & se ipsos adjuvabant, & requieverunt ab hostibus; peremerunt enim ex eis quindecim millia, die tertia decima Adar, & nihil diripuerunt. 17. Et requieverunt quartâ decimâ ejusdem mensis; & egerunt diem illum requietis cum gaudio & lætitia. 18. Judæi autem qui in Susis civitate, congregati sunt etiam quartâ decimâ: & requieverunt. Egerunt autem & quintam decimam cum gaudio & lætitia. 19. Propter hoc igitur Judæi, qui disseminati sunt in omni regione quæ extra muros, agunt quartam decimam Adar diem bonam cum lætitia, mittentes partes unusquisque proximo.* In plerisque libris subnectuntur ista, teste Nobilio: Οἱ δὲ καλοικοῦντες ἐν ταῖς μεγαπόλεσι, καὶ τὴν πεντεκαιδεκάτην ἡμέραν τοῦ Ἀδὰρ εὐφροσύνην ἀγαθὴν ἄγουσι, ἐξαποστέλλοντες μερίδας τοῖς πλησίον. *Qui verò habitant in metropolibus, etiam quintam decimam diem Adar lætitiam bonam agunt, mittentes partes proximis.* Nonnulli tollunt ἀγαθὴν, *bonam*, post εὐφροσύνην, & edit. Compl. legit ἐν εὐφροσύνῃ, *in lætitia.*

℣. 20. Similiter in Mſ. Pech. exceptis his levibus: *Scripsit igitur Marducæus..... in Artaxerxis regno, proximis*, &c. Gr. Ἔγραψε δὲ Μαρδοχαῖος, &c. ut sup.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Corb. 21. ponere hos dies bonos, celebrare quartâ decimâ & quintâ decimâ Adar * duodecimi menſis,

* *Mſ.* duodecimo.

22. in diebus in quibus erraverunt Judæi, & ſervati ſunt * ab inimicis ſuis, ſecundùm menſem qui ſcriptus eſt illis, à triſtitia in gaudium, & luctu in bonam diem; celebrare hos dies * nuptiarum & lætitiæ, mittere dona & * partes ſacerdotibus, & amicis, & pauperibus, & orphanis, & viduis.

* *In Mſ. deeſt* ab.

* *Mſ.* nuntiare.

* *Mſ.* patris.

23. Et ſuſceperunt Judæi, & poſuerunt in memoratione, * & ut ſcripſit illis hæc *

* *l.* ſicut.

* *Supp.* Mardochæus.

VULGATA NOVA.

21. ut quartam decimam & quintam decimam diem menſis Adar pro feſtis ſuſciperent, & revertente ſemper anno, ſolemni celebrarent honore:

22. quia in ipſis diebus ſe ulti ſunt Judæi de inimicis ſuis, & luctus atque triſtitia in hilaritatem gaudiumque converſa ſunt; eſſentque dies iſti epularum atque lætitiæ, & mitterent ſibi invicem ciborum partes, & pauperibus munuſcula largirentur.

23. Suſceperuntque Judæi in ſolemnem ritum cuncta quæ eo tempore facere cœperant, & quæ Mardochæus litteris facienda mandaverat.

VULGATA NOVA.

24. Aman enim, filius Amadathi, ſtirpis Agag, hoſtis & adverſarius Judæorum, cogitavit contra eos malum, ut occideret illos, atque deleret: & miſit phur, quod noſtrâ linguâ vertitur in ſortem.

25. Et poſtea ingreſſa eſt Eſther ad regem, obſecrans ut conatus ejus litteris regis irriti fierent: &

24..... 26. *Vide Not.*

malum, quod contra Judæos cogitaverat, reverteretur in caput ejus. Denique & ipſum & filios ejus affixerunt cruci,

26. atque ex illo tempore dies iſti appellati ſunt phurim, id eſt ſortium: eò quòd phur, id eſt ſors, in urnam miſſa fuerit. Et cuncta quæ geſta ſunt, epiſtolæ, id eſt libri hujus, volumine continentur:

VERSIO ANTIQUA.

27. & diei mentionem fecit per progeniem, & patriam, & civitatem, & regionem;

28. indicens vigilias, * quas celebrarent omni tempore, ut memoria eorum non deficeret de progenie.

* *Mſ.* que.

29. Et ſcripſit Heſter regina filia *..... & Mardochæus fecit firmamentum epiſtolæ * cuſtodientium.

* *Supp.* Aminadab.

* *f.* cuſtodiendum.

VULGATA NOVA.

27. quæque ſuſtinuerunt, & quæ deinceps immutata ſunt, ſuſceperunt Judæi ſuper ſe & ſemen ſuum, & ſuper cunctos qui religioni eorum voluerunt copulari, ut nulli liceat duos hos dies abſque ſolemnitate tranſigere: quos ſcriptura teſtatur, & certa expetunt tempora, annis ſibi jugiter ſuccedentibus.

28. Iſti ſunt dies, quos nulla unquam delebit oblivio: & per ſingulas generationes cunctæ in toto orbe provinciæ celebrabunt: nec eſt ulla civitas, in qua dies phurim, id eſt ſortium, non obſerventur à Judæis, & ab eorum progenie, quæ his cæremoniis obligata eſt.

29. Scripſeruntque Eſther regina filia Abihail & Mardochæus Judæus, etiam ſecundam epiſtolam, ut omni ſtudio dies iſta ſolemnis ſanciretur in poſterum:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 21. Græc. bene: Στῆσαι τὰς ἡμέρας ταύτας ἀγαθὰς, ἄγειν τε τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην καὶ τὴν πενταεκαιδεκάτην τοῦ Ἀδάρ. Mſ. Pech. *Ponere hoſtias* (f. *hos dies*) *bonas, celebrare quartam decimam & quintam decimam Adar duodecimam menſis.*

℣. 22. Corrupta hîc plura, vel malè conſtructa, ac digeſta; quorum nonnulla reſtituere conati ſumus ope Mſ. Pechiani, ſed in ipſo etiam fœdata multa, & miſerè depravata: ita nempe ſe habet: *In diebus quibus ceſſaverunt Judæi, & ſervati ſunt ab inimicis ſuis, ſecundùm menſem qui ſcriptus eſt illis, à triſtitia in gaudio, & luctu in bonam diem; celebrare hoſtias, nunciare lætitiâ, & mittit dona & partes ſacerdotes, & amicis*, &c. ut ſup. Quæ autem ſupra vix intelligi queunt præ ſtili barbarie, liquidiora fient cùm Vulgatæ ſubſidio è regione editæ, tum etiam textus Græci, in quo ſic: Ἐν γὰρ ταύταις ταῖς ἡμέραις ἀνεπαύσαντο (Orig. add. ἐν αὐτοῖς) οἱ Ἰουδαῖοι ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν· καὶ τὸν μῆνα ἐν ᾧ ἐστράφη (Mſ. Alex. cum Orig. ἐγράφη) αὐτοῖς, ὃς ἦν Ἀδάρ, (Alex. delet hoc, ὃς ἦν Ἀδὰρ, Orig. notat obelo,) ἀπὸ πένθους εἰς χαρὰν, καὶ ἀπὸ ὀδύνης εἰς ἀγαλλίαν ἡμέραν· ἄγειν ὅλον, ἀγαθὰς ἡμέρας (Alex. ἄγειν αὐτὰς ἡμέρας) γάμων καὶ εὐφροσύνης, ἐξαποστέλλοντες μερίδας τοῖς φίλοις, καὶ (Orig. add. δώματα) τοῖς πτωχοῖς· i. e. *In his enim diebus requieverunt Judæi ab inimicis ſuis; & menſem in quo facta eſt eis converſio* (vel *ſcriptio*,) *qui erat Adar, ex luctu in gaudium, & ex dolore in bonam diem; celebrarent totum, bonos dies nuptiarum & lætitiæ, mittentes partes amicis, & (dona) mendicis.* At imprimis conſulenda eſt Vulgata nova.

℣. 23. Mſ. Pech. *Et ſuſceperunt Judæi, & poſuerunt in commemoratione, & ſcripſit illis ipſa.* Græc. Καὶ προσεδέξαντο οἱ Ἰουδαῖοι, καθὼς ἔγραψεν αὐτοῖς ὁ Μαρδοχαῖος. *Et ſuſceperunt Judæi, ſicut ſcripſit eis Mardochæus.*

℣℣. 24. 25. 26. Hi verſus tres non leguntur in Mſs. noſtris Corb. & Pech. ita verò ſequuntur Græcè: ℣. 24. Πῶς Ἀμὰν Ἀμαδαθῦ ὁ Μακεδὼν ἐπολέμει αὐτὸς, καθὼς ἔβλεπτο ψήφισμα καὶ κλῆρον ἀφανίσαι αὐτὸς, 25. καὶ ὡς εἰσῆλθε πρὸς τὸν βασιλέα, λέγων, κρεμάσαι τὸν Μαρδοχαῖον. Ὅσα δὲ ἐπεχείρησεν ἐπάξαι ἐπὶ τοὺς Ἰουδαίους κακὰ, ἐπ' αὐτὸν ἐγένοντο. Καὶ ἐκρεμάσθη αὐτὸς, καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ· 26. διὰ τοῦτο ἐπεκλήθησαν αἱ ἡμέραι αὗται φρουραὶ, διὰ τοὺς κλήρους· ὅτι τῇ διαλέκτῳ αὐτῶν καλοῦνται φρουραὶ· διὰ τοὺς λόγους τῆς ἐπιστολῆς ταύτης· i. e. 24. *Quomodo Aman Amadathi Macedo impugnabat eos, ſicut poſuerat decretum & ſortem delendi eos,* 25. *& ut intravit ad regem, dicens, ſuſpenderet Mardochæum. Quæcunque verò aggreſſus eſt inducere ſuper Judæos mala, ſuper ipſum evenerunt. Et ſuſpenſus eſt ipſe, & filii ejus;* 26. *propter hoc vocati ſunt dies illi phruræ, propter ſortes: quoniam linguâ eorum vocantur phruræ: per verba epiſtolæ hujus.*

℣. 27. Hæc antecedunt in Græco: Καὶ ὅσα μετόνθασι διὰ ταῦτα, καὶ ὅσα αὐτοῖς ἐγένετο· καὶ ἔστησε, καὶ προσεδέχοντο οἱ Ἰουδαῖοι ἐφ' ἑαυτοῖς καὶ ἐπὶ τῷ σπέρματι αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τοῖς προσεθειμένοις ἐπ' αὐτῶν· ὧν δὲ μὲν ἄλλως χρήσονται· i. e. *Et quæcunque paſſi ſunt propter hæc, & quæcunque ipſis evenerunt; & ſtatuit, & ſuſceperunt Judæi ſuper ſe & ſuper ſemen ſuum, & ſuper appoſitos ad ipſos; nec ſanè aliter utentur.* Deinde ſubjiciuntur iſta quæ reſpondent Latino ſup. Αἱ δὲ ἡμέραι αὗται μνημόσυνον ἐπιτελούμενον κατὰ γενεὰν καὶ γενεὰν, καὶ πόλιν, καὶ παλαιὰν, καὶ χώραν. *Dies autem hi memoriale perfectum per progeniem & progeniem*, &c. quæ ſup. In Mſ. verò Pech. etiam hæc poſteriora deſunt, ſicut in ed. Compl. teſte Nobilio.

℣. 28. Hæc rurſus abſunt à Mſ. Pech. In Græco verò ſic: Αἱ δὲ ἡμέραι αὗται τῶν φρουραὶ (in Compl. deeſt hoc, τῶν φρουραὶ) ἀχθήσονται εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον, καὶ τὸ μνημόσυνον αὐτῶν οὐ μὴ ἐκλίπῃ ἐκ τῶν γενεῶν. *Dies autem hi ipſorum phruræ celebrabuntur in omne tempus, & memoria eorum non deficiet à generationibus.*

℣. 29. Deſunt & iſta in Mſ. Pech. at in Græco leguntur hoc modo: Καὶ ἔγραψεν Ἐσθὴρ ἡ βασίλισσα θυγάτηρ Ἀμιναδὰβ, καὶ Μαρδοχαῖος ὁ Ἰουδαῖος, ὅσα ἐποίησαν, τό τε

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

30. & miſerunt ad omnes Judæos, qui in centum viginti ſeptem provinciis regis Aſſueri verſabantur, ut haberent pacem, & ſuſciperent veritatem,

31. obſervantes dies ſortium, & ſuo tempore cum gaudio celebrarent: ſicut conſtituerant Mardochæus & Eſther, & illi obſervanda ſuſceperunt à ſe, & à ſemine ſuo, jejunia & clamores, & ſortium dies,

32. & omnia, quæ libri hujus, qui vocatur Eſther, hiſtoriâ continentur.

30..... 32. *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

σαρέωμα τῆς ἐπιστολῆς τῶν φρυτά. *Et ſcripſit Eſther regina filia Aminadab, & Mardochæus Judæus, quæcunque fecerunt, & firmamentum epiſtolæ ipſorum pheruræ:* vet. al. ſcribit ἐποίησε, non ἐποίησαν; Mſ. verò Alex. delet ſeq. τά. ℣℣. 30. 31. 32. Abſunt hi tres verſiculi à Mſs. Corb. & Pech. In Græco hæc tantùm leguntur: Καὶ Μαρδοχαῖος καὶ Ἐσθὴρ ἡ βασίλισσα ἔστησαν ἑαυτοῖς καθ' ἑαυτῶν καὶ τότε στήσεις κατὰ τῆς ὑγιείας ἑαυτῶν, καὶ τὴν βίβλον αὐτῶν. Καὶ Ἐσθὴρ λόγῳ ἔστησεν εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ἐγράφη εἰς μνημόσυνον· i. e. *Et Mardochæus & Eſther regina ſtatuerunt ſibi per ſe: & tunc ſtatuentes per ſanitatem ſuam, & conſilium ipſorum. Et Eſther verba ſtatuit in ſæculum: & ſcriptum eſt in memoriali.* Edit. Compl. loco τῆς ὑγιείας, hab. τὴν νηστείαν, *ſecundùm jejunium ipſorum.*

CAPUT X.

VULGATA NOVA.

1. REx verò Aſſuerus, omnem terram & cunctas maris inſulas fecit tributarias:

2. cujus fortitudo & imperium, & dignitas atque ſublimitas, qua exaltavit Mardochæum, ſcripta ſunt in libris Medorum, atque Perſarum:

3. & quomodo Mardochæus Judaici generis ſecundus à rege Aſſuero fuerit: & magnus apud Judæos, & acceptabilis plebi fratrum ſuorum, quærens bona populo ſuo, & loquens ea quæ ad pacem ſeminis ſui pertinerent.

* Hæc & alia quæ ſequuntur alio charactere ſcripta, ſunt Hieronymi verba, de *Vulgata editione* loquentis.

* *Quæ habentur in Hebræo, plena fide expreſſi. Hæc autem, quæ ſequuntur, ſcripta reperi in editione Vulgata, quæ Græcorum linguâ & litteris continentur: & interim poſt finem libri hoc capitulum ferebatur: quod juxta conſuetudinem noſtram obelo, id eſt veru, prænotavimus.*

4. **Dixitque Mardochæus: A Deo facta ſunt iſta.**

5. Recordatus ſum ſomnii, quod videram, hæc eadem ſignificantis: nec eorum quidquam irritum fuit.

6. Parvus fons, qui crevit in fluvium, & in lucem ſolemque converſus eſt, & in aquas plurimas redundavit: Eſther eſt, quam rex accepit uxorem, & voluit eſſe reginam.

Inf. 11. 6. 7. Duo autem dracones: ego ſum, & Aman.

8. Gentes, quæ convenerant: hi ſunt, qui

VERSIO ANTIQUA.

1..... *Vide Not.*

2. Et annuntiata eſt gloria Mardochæi, quemadmodum illum rex honorificaverat in regno ſuo, ſicut ſcriptum eſt in libro regis Medorum in memoriam: *Ex Mſ. Corb.*

3. Mardochæus enim ſuſcipiebat regem Artarxerxem in die illa, & magnus erat in regno, & magnificatus à Judæis, & ex ducatu præerat omni genti ſuæ.

4. Et dixit Mardochæus ad omnes: A Deo facta ſunt iſta.

5. Commemoratus eſt enim Mardochæus ſomnii ſui quod viderat, & de verbis his nihil tranſivit eum.

6. Puſillus fons: Heſter eſt.

7. Duo enim dracones: ego eram, & Aman.

8. Flumina autem: gentes, quæcunque venerant

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Græc. Ἔγραψε δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὴν βασιλείαν τῆς τε γῆς καὶ τῆς θαλάσσης· deinde: καὶ τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ καὶ ἀνδρεγαθίαν, καλόν τε καὶ δόξαν τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἰδοὺ γέγραπται ἐν βιβλίῳ βασιλέων Περσῶν καὶ Μήδων εἰς μνημόσυνον· i. e. *Scripſit autem rex ad regnum terræ & maris: & fortitudinem ejus & magnificentiam, & divitias & gloriam regni ejus, ecce ſcripta ſunt in libro regum Perſarum & Medorum in memoriam.* Orig. poſt hanc vocem δόξαν, proximè addit, Μαρδοχαίῳ ὅσα ἐμεγάλυνεν αὐτὸν ἐπὶ, dein τῆς βασιλείας, &c. quæ reſpondent Lat. Corb. Mſ. etiam Pech. habet cum ipſo: *Et annuntiata eſt gloria Marducæi, ſicut illum honorificavit rex in regno ſuo; & ecce ſcriptum eſt in libro regis Perſarum & Medorum in memoriam.*

℣. 3. Mſ. Pech. ſimpliciter hab. *Marducæus enim..... à die illa..... & honorificatus à Judæis;* abſque ſeqq. & *ex ducatu*, &c. Græc. Ὁ δὲ Μαρδοχαῖος διεδέχετο τὸν βασιλέα Ἀρταξ. καὶ μέγας ἦν..... καὶ διεδοξασμένος ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, καὶ φιλούμενος διηγεῖτο τὴν ἀγωγὴν παντὶ τῷ ἔθνει αὐτοῦ. *Mardochæus autem ſecundus erat à rege Artax. & magnus..... & glorificatus à Judæis, & amatus narrabat educationem omni*, &c. Mſ. Alex. cum Orig. ſcribit ἠγεῖτο, non διηγεῖτο. Porro hoc ultimo verſu claudebatur totus Eſtheris liber in Hebraïco textu, teſte Hieronymo: *Quæ habentur*, inquit, *in Hebræo, plena fide expreſſi;* reliqua verò complura ſuperaddita à S. Doctore, in editione Vulgata, ut vocat, diſperſa erant per diverſa loca, unde petita & ſimul coacta, ab ipſo translata ſunt in finem totius libri, indicatis nimirum variis locis, quibus ipſa inſerta erant.

℣. 4. Hic verſiculus cum aliis ſubſequentibus novem hoc pariter loco reperiebatur in editione Vulg., teſte Hieronymo ſup. *Interim*, inquit, *poſt finem libri hoc capitulum ferebatur, quod..... veru prænotavimus.* In Mſ. Pech. ℣. 4. legitur ut ſupra, excepto uno *dicebat*, pro *dixit*; in Gr. Καὶ εἶπε, &c. ut in Lat. hoc tamen detracto medio, *ad omnes.*

℣. 5. Mſ. Pech. *Commemoratus eſt enim Maad. ſomno ſuo quod vidit, & de verbis his nihil tranſeunt.* Græc. verò: Ἐμνήσθην γὰρ περὶ τῆς ἐνυπνίου, οὗ εἶδον περὶ τῶν λόγων τούτων· οὐδὲ γὰρ παρῆλθεν ἀπ' αὐτῶν λόγος. i. e. *Recordatus ſum enim ſomnii, quod videram de verbis his: neque enim præteriit de eis verbum.* At in vet. al. ſic: Ἐμνήσθη γὰρ τοῦ... οὗ εἶδε· καὶ ἀπελελέσθη, καὶ εἶπε.

℣. 6. In Mſ. Pech. valde plura, nempe: *Puſillus* (Mſ. *poſillos*) *factus eſt fluvius grandis; erat lumen & ſol, & aqua multa: Eſther eſt fluvius, quam dixit* (l. *duxit*) *rex, & fecit regina* (l. *reginam.*) Græcè ſimiliter: Ἡ μικρὰ πηγὴ ἡ (in Mſ. Alex. & Compl. deeſt ἡ) ἐγένετο ποταμός· καὶ ἦν φῶς καὶ ἥλιος, καὶ ὕδωρ πολύ· Ἐσθὴρ ἐστιν ὁ ποταμός, ἣν ἐγάμησεν ὁ βασιλεύς, καὶ ἐποίησε βασίλισσαν.

℣. 7. Itidem in Mſ. Pech. præter hoc, *duo autem*: legitur etiam Græcè, οἱ δὲ δύο; cæt. ut ſup. niſi excipiatur verbum εἰμὶ, *ſum*, pro *eram.*

℣. 8. Mſ. Pech. *Gentes autem, quæ convenerant perdere*, &c. ut ſup. Ita quoque in Gr. Vat. ſed in vet. al. ut ſup. Ποταμοὶ, τὰ ἔθνη τὰ ζυναχθέντα, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Corb. perdere nomen Judæorum.

9. Sol & luna : erant Judæi : hoc judicium fecit Deus : ſigna & prodigia iſta non ſunt facta in gentibus.

* *Supp.* Dei. 10. Et fecit ſortes duas, unam populo *, & unam genti.

11. Et acceſſerunt hæ duæ ſortes in hora ſecundùm tempus, & dies judicii in omnibus gentibus in conſpectu Dei :

12. & commemoratus eſt populi ſui, & ſervavit hæreditatem ſuam.

13. Et erunt in illis diebus in menſe Adar, quartâ decimâ duodecimi menſis, dies ſynagogæ cum lætitia & voluptate, in progenie veſtra in populo Iſraël.

VULGATA NOVA.

conati ſunt delere nomen Judæorum.

9. Gens autem mea : Iſraël eſt, quæ clamavit ad Dominum, & ſalvum fecit Dominus populum ſuum : liberavitque nos ab omnibus malis, & fecit ſigna magna atque portenta inter gentes :

10. & duas ſortes eſſe præcepit, unam populi Dei, & alteram cunctarum gentium.

11. Venitque utraque ſors in ſtatutum ex illo jam tempore diem coram Deo univerſis gentibus :

12. & recordatus eſt Dominus populi ſui, ac miſertus eſt hæreditatis ſuæ.

13. Et obſervabuntur dies iſti in menſe Adar, quarta decima & quinta decima die ejuſdem menſis, cum omni ſtudio & gaudio in unum cœtum populi congregati, in cunctas deinceps generationes populi Iſraël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. In Mſ. Pech. præmittuntur iſta : *Mea gens : eſt Iſraël, exclamantes ad Deum, & ſalvavit eos, & liberavit illos de manibus omnium malorum :* deindeſic : *Sol & lumen erit Judæis : hoc judicium fecit Deus ; ſigna & prodigia iſta, quæ non ſunt facta in gentibus.* Græcè ita : Τὸ δὲ ἔθνος τὸ ἐμὸν ἑτός ἐστιν Ἰσραὴλ, οἱ βοήσαντες πρὸς τὸν Θεὸν καὶ σωθέντες, καὶ ἔσωσε Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ· καὶ ἐρρύσατο Κύριος ἡμᾶς ἐκ πάντων τῶν κακῶν τούτων· καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ σημεῖα καὶ τὰ τέρατα τὰ μεγάλα, ἃ οὐ γέγονεν ἐν τοῖς ἔθνεσι. *Gens autem mea : hic eſt Iſraël, qui clamantes ad Deum & ſalvati, & ſalvavit Dominus populum ſuum : & eruit Dominus nos ex omnibus malis his ; & fecit Deus ſigna & prodigia magna, quæ non ſunt facta in gentibus.* At in vet. al. Gr. ſic legitur : Ἥλιος καὶ φῶς, οἱ ἐγένοντο τοῖς Ἰουδαίοις, ἐπιφανία τοῦ Θεοῦ· τοῦτο τὸ κρίμα· καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ σημεῖα καὶ τὰ τέρατα ταῦτα, ἃ οὐ, &c. quæ favent Lat. Corb. Huc etiam redeunt quæ refert Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 5. p. 3. a. *Gratias tibi Domine, quoniam feciſti nova ſigna & prodigia, qualia non ſunt facta in gentibus.*

℣. 10. Similiter in Mſ. Pech. præter hæc ult. *unam populum* (l. *populo*) *Dei, & aliam genti.* Græcè : Διὰ τοῦτο ἐποίησε κλήρους δύο, ἕνα τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἕνα πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. Auct. l. de voc. gent. ubi ſup. ſic pergit : *Dividens omne ſæculum in ſortes duas, elegiſti unam tibi populi tui, relinquens aliam gentibus.*

℣. 11. Sic etiam in Mſ. Pech. exceptis his, *hæc duæ gentes in hora..... & die.* In Gr. Καὶ ἦλθον οἱ δύο κλῆροι οὗτοι εἰς ὥραν καὶ καιρὸν, καὶ εἰς ἡμέραν κρίσεως ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι· ed. Compl. hab. ἡμέραν, abſque præp. εἰς, & inf. cum Ald. ἐν πᾶσι, &c. Ver. al. initio hab. Καὶ προσῆλθον, paulòque poſt, εἰς ὥρας καὶ καιρὸν, καὶ ἡμέρας κυριεύσεως τοῦ αἰωνίου, ἐν πᾶσι, &c.

℣. 12. Mſ. Pech. *Et in his commemoratus eſt*, &c. ut ſup. Græc. Καὶ ἐμνήσθη ὁ Θεὸς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐδικαίωσε, &c. *Et recordatus eſt populi ſui, & juſtificavit*, &c. ut ſup.

℣. 13. In Mſ. Pech. legitur *duodecima*, non *duodecimi*, & infra *in progenies veſtras* ; reliqua ad verbum ut ſup. Græcè ita : Καὶ ἔσονται αἱ ἡμέραι αὗται ἐν μηνὶ Ἀδὰρ, τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ καὶ τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς, μετὰ συναγωγῆς καὶ χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ γενεὰν εἰς τὸν αἰῶνα ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ Ἰσραήλ. *Et erunt eis dies hi in menſe Adar, die quarta decima & quinta decima menſis, cum ſynagoga & gaudio & lætitia, coram Deo, per progeniem in ſæculum in populo ejus Iſraël.*

CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

Somnium Mardochæi.

1. ANno quarto, regnantibus Ptolemæo & Cleopatra, attulerunt, Doſithæus, qui ſe ſacerdotem & Levitici generis ferebat, & Ptolemæus filius ejus, hanc epiſtolam phurim, quam dixerunt interpretatum eſſe Lyſimachum, Ptolemæi filium in Jeruſalem.

1..... *Vide Not.*

Hoc quoque principium erat in editione Vulgata, quod nec in Hebræo, nec apud ullum fertur Interpretum.

Vid. Verſ. antiq. ipſo initio libri, & p. 805. 2. Anno ſecundo, regnante Artaxerxe maximo, primo die menſis Niſan, vidit ſomnium Mardochæus filius Jairi, filii Semei, filii Cis, de tribu Benjamin :

3. homo Judæus, qui habitabat in urbe Suſis, vir magnus, & inter primos aulæ regiæ.

4. Reg. 24. 15. *Sup.* 2. 6. 4. Erat autem de eo numero captivorum, quos tranſtulerat Nabuchodonoſor rex Babylonis de Jeruſalem cum Jechonia rege Juda :

5. & hoc ejus ſomnium fuit : Apparuerunt voces ; & tumultus, & tonitrua, & terræ motus, & conturbatio ſuper terram :

6. & ecce duo dracones magni, paratique contra ſe in prælium. *Sup.* 10. 7.

7. Ad quorum clamorem cunctæ concitatæ ſunt nationes, ut pugnarent contra gentem juſtorum.

8. Fuitque dies illa tenebrarum & diſcriminis, tribulationis & anguſtiæ, & ingens formido ſuper terram.

9. Conturbataque eſt gens juſtorum timentium mala ſua, & præparata ad mortem.

10. Clamaveruntque ad Deum : & illis vociferantibus, fons parvus crevit in fluvium maximum, & in aquas plurimas redundavit.

11. Lux & ſol ortus eſt, & humiles exaltati ſunt, & devoraverunt inclytos.

12. Quod cùm vidiſſet Mardochæus, & ſurrexiſſet de ſtrato, cogitabat quid Deus facere vellet : & fixum habebat in animo ſcire cupiens quid ſignificaret ſomnium.

NOTA.

℣. 1. Quæ leguntur hîc in Vulg. penitus deſiderantur in Mſs. noſtris Corb. & Pech. In Græco tamen pene exſtant ad verbum, ſed in fine capitis decimi, quibus etiam ibid. totus clauditur liber. Nonnullæ ſunt varietates, quas hîc ſubjicimus ; videlicet, pro *regnantibus*, Gr. habet ſingulari numero βασιλεύοντος, *regnante*, ut & inf. εἰσήνεγκε, *attulit* ; exinde loco *qui ſe ſacerd..... ferebat*, ita, ὃς ἔφη εἶναι ἱερεὺς καὶ Λευίτης, *qui dicebat ſe eſſe ſacerdotem & Levitam* ; item poſt paulò, loco *hanc ep. phurim*, ſic, τὴν προκειμένην ἐπιστολὴν τῶν φρεναί, *propoſitam epiſtolam ipſorum phrurae* ; deinde ac ultimò, ἣν ἔφασαν εἶναι, καὶ ἡρμηνευκέναι Λυσίμαχον Πτολεμαίου, τὸν ἐν Ἱερουσαλήμ· *quam dixerunt eſſe, & interpretatum eſſe Lyſimachum Ptolemæi, qui in Jeruſalem.* Quod autem ſequitur in Vulg. nempe ſomnium Mardochæi, præponitur toti libro, cùm in Mſs. Corb. & Orat. tum in Græco : *Hoc quoque*, inquit Hieronymus ſup. *principium erat in editione Vulgata.*

Digitized by Google

CAPUT XII.

VULGATA NOVA.

Sup. 2. 21. & 6. 2.

1. MOrabatur autem eo tempore in aula regis, cum Bagatha & Thara eunuchis regis, qui janitores erant palatii.

2. Cùmque intellexisset cogitationes eorum, & curas diligentiùs pervidisset, didicit quòd conarentur in regem Artaxerxem manus mittere; & nunciavit super eo regi.

3. Qui de utroque habita quæstione, confessos jussit duci ad mortem.

4. Rex autem quod gestum erat, scripsit in commentariis: sed & Mardochæus rei memoriam litteris tradidit.

5. Præcepitque ei rex, ut in aula palatii moraretur, datis ei pro delatione muneribus.

6. Aman verò filius Amadathi Bugæus, erat gloriosissimus coram rege, & voluit nocere Mardochæo & populo ejus, pro duobus eunuchis regis qui fuerant interfecti.

Hucusque proœmium.

Quæ sequuntur, in eo loco posita erant, ubi scriptum est in volumine,

Et diripuerunt bona, vel substantias eorum.

Quæ in sola Vulgata editione reperimus.

Epistolæ autem hoc exemplar fuit. *Vid. Vers. antiq. sup. pag. 803.*

CAPUT XIII.

VULGATA NOVA.

Vid. Vers. antiq. sup. pag. 803.

1. REx maximus Artaxerxes ab India usque Æthiopiam, centum viginti septem provinciarum principibus & ducibus, qui ejus imperio subjecti sunt, salutem.

2. Cùm plurimis gentibus imperarem, & universum orbem meæ ditioni subjugassem, volui nequaquam abuti potentiæ magnitudine, sed clementia & lenitate gubernare subjectos, ut absque ullo terrore vitam silentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur.

3. Quærente autem me à consiliariis meis, quomodo posset hoc impleri, unus qui sapientia & fide cæteros præcellebat, & erat post regem secundus, Aman nomine,

4. indicavit mihi in toto orbe terrarum populum esse dispersum, qui novis uteretur legibus, & contra omnium gentium consuetudinem faciens, regum jussa contemneret, & universarum concordiam nationum sua dissensione violaret.

5. Quod cùm didicissemus, videntes unam gentem rebellem adversùs omne hominum genus perversis uti legibus, nostrisque jussionibus contraire, & turbare subjectarum nobis provinciarum pacem atque concordiam,

6. jussimus, ut quoscunque Aman, qui omnibus provinciis præpositus est, & secundus à rege, & quem patris loco colimus, monstraverit, cum conjugibus ac liberis deleantur ab inimicis suis, nullusque eorum misereatur, quarta decima die duodecimi mensis Adar anni præsentis:

7. ut nefarii homines uno die ad inferos descendentes, reddant imperio nostro pacem, quam turbaverant.

Hucusque exemplar epistolæ.

Quæ sequuntur, post eum locum scripta reperi, ubi legitur,

Pergensque Mardochæus, fecit omnia quæ ei mandaverat Esther.

Nec tamen habentur in Hebraïco, & apud nullum penitus feruntur Interpretum.

8. Mardochæus autem deprecatus est Dominum, memor omnium operum ejus, *Vid. Vers. antiq. sup. pag. 807. & 808.*

9. & dixit: Domine Domine rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta sunt posita, & non est qui possit tuæ resistere voluntati, si decreveris salvare Israël.

10. Tu fecisti cœlum & terram, & quidquid cœli ambitu continetur.

11. Dominus omnium es, nec est qui resistat majestati tuæ.

12. Cuncta nosti, & scis, quia non pro superbia & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate, fecerim hoc, ut non adorarem Aman superbissimum,

13. (libenter enim pro salute Israël etiam vestigia pedum ejus deosculari paratus essem,)

14. sed timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quemquam adorarem, excepto Deo meo.

15. Et nunc Domine rex, Deus Abraham, miserere populi tui, quia volunt nos inimici nostri perdere, & hæreditatem tuam delere.

16. Ne despicias partem tuam, quam redemisti tibi de Ægypto.

17. Exaudi deprecationem meam, & propitius esto sorti & funiculo tuo, & converte luctum nostrum in gaudium, ut viventes laudemus nomen tuum Domine, & ne claudas ora te canentium.

18. Omnis quoque Israël pari mente & obsecratione clamavit ad Dominum, eò quòd eis certa mors impenderet.

CAPUT XIV.

VULGATA NOVA.

Vid. Vers. antiq. sup. pag. 808.

1. ESther quoque regina confugit ad Dominum, pavens periculum, quod imminebat.

2. Cùmque deposuisset vestes regias, fletibus & luctui apta indumenta suscepit, & pro unguentis variis, cinere & stercore implevit caput, & corpus suum humiliavit jejuniis: omniaque loca, in quibus antea lætari consueverat, crinium laceratione complevit.

3. Et deprecabatur Dominum Deum Israël, dicens: Domine mi, qui rex noster es solus, adjuva me solitariam, & cujus præter te nullus est auxiliator alius.

4. Periculum meum in manibus meis est.

5. Audivi à patre meo, quòd tu Domine tulisses Israël de cunctis gentibus, & patres nostros ex omnibus retro majoribus suis, ut possideres hæreditatem sempiternam, fecistique eis sicut locutus es. *Deut. 4. 20. 34. & 32. 9.*

6. Peccavimus in conspectu tuo, & idcirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum:

7. coluimus enim deos eorum. Justus es Domine:

8. & nunc non eis sufficit, quòd durissima nos opprimunt servitute, sed robur manuum suarum, idolorum potentiæ deputantes,

9. volunt tua mutare promissa, & delere hæredi-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tatem tuam, & claudere ora laudantium te, atque extinguere gloriam templi & altaris tui,

10. ut aperiant ora gentium, & laudent idolorum fortitudinem, & prædicent carnalem regem in sempiternum.

11. Ne tradas Domine sceptrum tuum his, qui non sunt, ne rideant ad ruinam nostram: sed converte consilium eorum super eos, & eum, qui in nos cœpit sævire, disperde.

12. Memento Domine, & ostende te nobis in tempore tribulationis nostræ, & da mihi fiduciam Domine rex deorum, & universæ potestatis:

13. tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis, & transfer cor illius in odium hostis nostri, ut & ipse pereat, & cæteri qui ei consentiunt.

14. Nos autem libera manu tua, & adjuva me, nullum aliud auxilium habentem, nisi te, Domine, qui habes omnium scientiam,

15. & nosti quia oderim gloriam iniquorum, & detester cubile incircumcisorum, & omnis alienigenæ.

16. Tu scis necessitatem meam, quòd abominer signum superbiæ & gloriæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ, & non portem in diebus silentii mei,

17. & quòd non comederim in mensa Aman, nec mihi placuerit convivium regis, & non biberim vinum libaminum:

18. & nunquam lætata sit ancilla tua, ex quo huc translata sum usque in præsentem diem, nisi in te Domine Deus Abraham.

19. Deus fortis super omnes, exaudi vocem eorum qui nullam aliam spem habent, & libera nos de manu iniquorum, & erue me à timore meo.

CAPUT XV.

VULGATA NOVA.

Hæc quoque addita reperi in editione Vulgata.

Vid. Vers. antiq. sup. pag. 806.

2. ET mandavit ei (haud dubium quin Esther Mardochæus) ut ingrederetur ad regem, & rogaret pro populo suo & pro patria sua.

2. Memorare (inquit) dierum humilitatis tuæ, quomodo nutrita sis in manu mea, quia Aman secundus à rege locutus est contra nos in mortem:

3. & tu invoca Dominum, & loquere regi pro nobis, & libera nos de morte.

Necnon & ista quæ subdita sunt.

Vid. Vers. antiq. sup. pag. 809.

4. Die autem tertio depositi vestimenta ornatus sui, & circumdata est gloria sua.

5. Cùmque regio fulgeret habitu, & invocasset omnium rectorem & salvatorem Deum, assumpsit duas famulas,

6. & super unam quidem innitebatur, quasi præ deliciis & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens:

7. altera autem famularum sequebatur dominam, defluentia in humum indumenta sustentans.

8. Ipsa autem roseo colore vultum perfusa, & gratis ac nitentibus oculis, tristem celabat animum, & nimio timore contractum.

9. Ingressa igitur cuncta per ordinem ostia, stetit contra regem, ubi ille residebat super solium regni sui, indutus vestibus regiis, auroque fulgens, & pretiosis lapidibus, eratque terribilis aspectu.

10. Cùmque elevasset faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicasset, regina corruit, &, in pallorem colore mutato, lassum super ancillulam reclinavit caput.

11. Convertitque Deus spiritum regis in mansuetudinem, & festinus ac metuens exsilivit de solio, & sustentans eam ulnis suis, donec rediret ad se, his verbis blandiebatur:

12. Quid habes Esther? Ego sum frater tuus, noli metuere.

13. Non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.

14. Accede igitur, & tange sceptrum.

15. Cùmque illa reticeret, tulit auream virgam, & posuit super collum ejus, & osculatus est eam, & ait: Cur mihi non loqueris?

16. Quæ respondit: Vidi te domine quasi angelum Dei, & conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ.

17. Valde enim mirabilis es domine, & facies tua plena est gratiarum.

18. Cùmque loqueretur, rursus corruit, & pene exanimata est.

19. Rex autem turbabatur, & omnes ministri ejus consolabantur eam.

CAPUT XVI.

VULGATA NOVA.

Exemplar epistolæ regis Artaxerxis, quam pro Judæis ad totas regni sui provincias misit: quod & ipsum in Hebraïco volumine non habetur.

Vid. Vers. antiq. sup. pag. 816.

1. REX magnus Artaxerxes ab India usque Æthiopiam, centum viginti septem provinciarum ducibus ac principibus, qui nostræ jussioni obediunt, salutem dicit.

Sup. 3. 10.

2. Multi bonitate principum, & honore qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiam:

3. & non solùm subjectos regibus nituntur opprimere, sed datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos, qui dederunt, moliuntur insidias.

4. Nec contenti sunt gratias non agere beneficiis, & humanitatis in se jura violare, sed Dei quoque cuncta cernentis arbitrantur se posse fugere sententiam.

5. Et in tantum vesaniæ proruperunt, ut eos, qui credita sibi officia diligenter observant, & ita cuncta agunt ut omnium laude digni sint, mendaciorum cuniculis conentur subvertere,

6. dum aures principum simplices, & ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt.

7. Quæ res & ex veteribus probatur historiis, & ex his quæ geruntur quotidie, quomodo malis quorumdam suggestionibus regum studia depraventur.

8. Unde providendum est paci omnium provinciarum.

9. Nec putare debetis, si diversa jubeamus, ex animi nostri venire levitate; sed pro qualitate & necessitate temporum, ut reipublicæ poscit utilitas, ferre sententiam.

10. Et ut manifestiùs, quod dicimus, intelligatis: Aman filius Amadathi, & animo & gente Macedo, alienusque à Persarum sanguine, & pietatem nostram *Sup. 3. 1.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ſua crudelitate commaculans, peregrinus à nobis ſuſceptus eſt:

11. & tantam in ſe expertus humanitatem, ut pater noſter vocaretur, & adoraretur, ab omnibus poſt regem ſecundus:

12. qui in tantum arrogantiæ tumorem ſublatus eſt, ut regno privare nos niteretur & ſpiritu.

13. Nam Mardochæum, cujus fide & beneficiis vivimus, & conſortem regni noſtri Eſther, cum omni gente ſua, novis quibuſdam atque inauditis machinis expetivit in mortem:

14. hoc cogitans, ut illis interfectis, inſidiaretur noſtræ ſolitudini, & regnum Perſarum transferret in Macedonas.

15. Nos autem, à peſſimo mortalium Judæos neci deſtinatos, in nulla penitus culpa reperimus, ſed è contrario juſtis utentes legibus,

16. & filios altiſſimi & maximi, ſemperque viventis Dei, cujus beneficio & patribus noſtris & nobis regnum eſt traditum, & uſque hodie cuſtoditur.

17. Unde eas litteras, quas ſub nomine noſtro ille direxerat, ſciatis eſſe irritas.

18. Pro quo ſcelere ante portas hujus urbis, id eſt, Suſan, & ipſe qui machinatus eſt, & omnis cognatio ejus pendet in patibulis: non nobis, ſed Deo reddente ei quod meruit.

19. Hoc autem edictum, quod nunc mittimus, in cunctis urbibus proponatur, ut liceat Judæis uti legibus ſuis.

20. Quibus debetis eſſe adminiculo, ut eos, qui ſe ad necem eorum paraverant, poſſint interficere tertia decima die menſis duodecimi, qui vocatur Adar:

21. hanc enim diem, Deus omnipotens, mœroris & luctus, eis vertit in gaudium.

22. Unde & vos, inter cæteros feſtos dies, hanc habetote diem, & celebrate eam cum omni lætitia, ut & in poſterum cognoſcatur,

23. omnes, qui fideliter Perſis obediunt, dignam pro fide recipere mercedem; qui autem inſidiantur regno eorum, perire pro ſcelere.

24. Omnis autem provincia & civitas, quæ noluerit ſolemnitatis hujus eſſe particeps, gladio & igne pereat, & ſic deleatur, ut non ſolùm hominibus, ſed etiam beſtiis invia ſit in ſempiternum, pro exemplo contemptus, & inobedientiæ.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugenſi.

LIBER ESTHER.

CAP. I. ℣. 6. Tentoria aerei coloris. *Scribendum eſt* aerei *quadriſyllabum, derivatum ab aere, non triſyllabum* ærei, *ab ære.*

CAP. II. ℣. 12. Oleo ungerentur myrrhino. *Germana lectio eſt* myrrhino, *adjectivum à myrrha deductum, non* myrtino *à myrto.*

℣. 14. Atque inde in ſecundas ædes deducebatur. *Servandum eſt ſingulare* deducebatur, *non mutandum plurali* deducebantur.

℣. 23. Et appenſus eſt uterque eorum in patibulo. *Quod ſubjiciunt exemplaria quædam*, Et juſſit rex ut in libro memoriali ſcriberetur, ut pro vita ſua aliquid repenſaret ei, *ſuperfluum eſt.*

CAP. III. ℣. 3. Qui ad fores palatii præſidebant. *Pro* præſidebant, *alii ſcribunt* reſidebant: *nam hujuſmodi aliquid Hebraïcè ſupplere oportet.*

CAP. IV. ℣. 3. Sacco & cinere multis pro ſtrato utentibus. *Incongruè quidam, quarta declinatione, ſcribunt* ſtratu. *Idem uſu venit infra* 11. ℣. 12. *Job.* 7. ℣. 13. & *alibi.*

℣. 4. Ut ablato ſacco induerent eum. *ſ. Mardochæum veſtem. Præferendus eſt numerus pluralis* induerent *cum pronomine maſculino* eum, *ſingulari* indueret *cum pronomine feminino* eam, *ſubaudito, Mardochæus veſtem.*

CAP. VIII. ℣. 4. At ille ex more ſceptrum aureum protendit manu. *Non mutes* protendit *cum* prætendit, *id eſt*, pro *cum* præ, *vocalem quartam cum diphthongo prima.*

℣. 11. Interficerent atque delerent, & ſpolia eorum diriperent. *Non omittas poſtremum* & ſpolia eorum diriperent.

℣. 15. Hyacinthinis videlicet & aeriis. *Quadriſyllabum eſt* aeriis, *ut ſupra* 1. ℣. 6. *nec commutandum cum* aerinis.

CAP. IX. ℣. 2. Eò quòd omnes populos magnitudinis eorum formido penetrarat. *Retinendum præteritum pluſquam perfectum indicativi* penetrarat, *non ſubſtituendum optativi præſens* penetraret.

℣. 10. Prædas de ſubſtantiis eorum tangere noluerunt. *Germana lectio eſt* tangere, *non, omiſſis duabus litteris*, agere.

℣. 17. Primus apud omnes. *Pro* primus *ordinali numero, alii ſcribunt* unus *cardinalem.*

℣. 22. Et luctus atque triſtitia in hilaritatem gaudiumque converſa ſunt. *Pro neutro* converſa, *non eſt ſcribendum maſculinum* converſi.

℣. 27. Et certa expetunt tempora. *Cave ne ſcribas* cætera, *id eſt, reliqua, pro* certa, *quod eſt definita.*

CAP. XIV. ℣. 14. Nos autem libera manu tua. *Non addas præpoſitionem* in *ante* manu.

CAP. XV. ℣. 1. Haud dubium quin Eſther Mardochæus. *Nomen proprium* Eſther, *cave mutes in verbum ſubſtantivum* eſſet.

CAP. XVI. ℣. 5. Mendaciorum cuniculis conentur ſubvertere. *Non eſt legendum* funiculis, *pro* cuniculis, *id eſt*, f *digamma, pro* c *muta.*

Variæ Lectiones VULGATÆ, rurſum ab eodem FRANCISCO LUCA obſervatæ.

LIBER ESTHER.

CAP. I. ℣. 6. Et carbaſini & hyacinthini. *Plura Mſſ. etiam unum hujus Eccleſiæ, cum aliis Epanorthota noſtri, ſcribunt* carpaſſini, *non* carbaſini, *ſicut Hebraïcè eſt* carpas; *ac monet Epanorthotes per* p *mutam tenuem ſcribendum eſſe, non per* b *mediam.*

CAP. III. ℣. 15. Et cunctis Judæis qui in urbe erant flentibus. *Complura Mſſ. omittunt* Judæis, *conſentaneè Hebræo & Græco.*

CAP. XII. ℣. 6. Ubi ſcriptum eſt in volumine, Et diripuerunt bona vel ſubſtantias eorum. *Interpres hîc reſpiciens ad locum ſupra* 3. ℣. 13. *vix dubium quin repetierit eadem, quibus eo loco uſus fuerat, verba*, Et diriperent bona, *potiùs quàm mutarit* diriperent *in præteritum* diripuerunt.

CAP. XV. ℣. 4. Die autem tertio depoſuit veſtimenta ornatus ſui, & circumdata eſt gloriâ ſuâ. *Sententia ſe ipſam evertere videtur, niſi pro* ornatus, *abjectâ* n *liquidâ, legatur* oratus, *(quod conjiciunt quidam) quod eſt, orationis, qua voce utitur inter alios Hieronymus, Præfatione in libros Didymi de Spiritu S. à ſe verſos. Veſtimenta autem orationis, ſunt veſtimenta lugubria, qualia decent orantem ac ſupplicem, de quibus dictum fuerat ſupra* 14. ℣. 2. Cùmque depoſuiſſet veſtes regias, fletibus & luctui apta indumenta ſuſcepit. *Hæc illic ſuſcepiſſe Eſther, hîc depoſuiſſe narratur: nam & Græca hîc habent*, Ut ceſſavit orans, depoſuit veſtimenta τῆ πένθης, luctûs, *ſeu (ut quædam exemplaria)* τῆς θεραπείας ſervitutis, *ſeu* cultûs, *quemadmodum Baruch* 4. ℣. 20. *legimus* ſaccum obſecrationis.

Digitized by Google

IN LIBRUM JOB

ADMONITIO PRÆVIA.

Latina vetus Interpretatio libri Job, *quam hîc ſubjicimus, primùm edita eſt à D. noſtro Johanne Martianæo to.* 1. *nov. editionis op. S. Hieronymi, col.* 1189. *ſcilicet è Mſ. codice Majoris Monaſterii, annorum circiter* 600. « *Ut verò, inquit, ad nos pervenit pretioſum illud antiquitatis ſacræ monumentum, maxima ſtatim aviditate integrum revolvimus; curioſiſque oculis cuncta perluſtrantes, ipſiſſimum hunc eſſe librum comperimus, quem ſuo tempore tanti fecit Auguſtinus, ut admirabilem prædicarit interpretis Hieronymi diligentiam ac fidem. Quantum autem incuriæ & cladis volumen Jobi inceſſerit, priuſquam apud Græcos Origenes, apud Latinos verò Hieronymus, ipſum ſartum tectum effeciſſent, non ſolùm ejuſdem Hieronymi præfatiunculæ, ſed Originis etiam Adamantii, ac quorumdam aliorum antiquorum Scriptorum atteſtantur verba.* »

Et verò Origenes ſcribens ad Africanum, ita diſſerit de hoc libro : Ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰὼβ, τὰ ἀπὸ τοῦ· Γέγραπται ὃ ἀυτὸν πάλιν ἀνασήσεσθαι, μεθ' ὧν ὁ Κύριος ἀνίσησιν, ἄχρι τέλους, ἃ κεῖται παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα..... Καὶ ἄλλα δ' πλεῖα εὕρομεν ἐν τῷ Ἰὼβ, καὶ κατ' ὀλίγον, καὶ ἔτι πλέον ἐν τοῖς μετέπειτα ἀντιγράφοις, ἢ ἐν τοῖς παρὰ Ἰουδαίοις..... Πάλιν τε αὖ πλεῖστά τε ὅσα δι' μέσου ὅλου τοῦ Ἰὼβ παρ' Ἑβδομήκοντα μὲν κεῖται, παρ' ἡμῖν δ' ἀχί· καὶ πολλάκις μὲν ἕπτα τέσσαρα, ἢ ξία· ἕως ὅτε δ' καὶ δεκατέσσαρα, καὶ δεκαεννέα, καὶ δεκαέξ· ἃ τί με δεῖ καταλέγειν, ἃ μετὰ πολλοῦ κάματου ἀνελεξάμθα, ὑπὲρ τοῦ μὴ λανθάνειν ἡμᾶς τὴν διαφορὰν τῶν παρὰ Ἰουδαίοις πρὸς ἡμῖν ἀντιγράφων; Sed & in Job, ab his verbis : *Scriptum eſt autem ipſum reſurrecturum, cum quibus Dominus reſurgit*, quæ ſequuntur uſque ad finem, apud Hebræos non exſtant..... Innumera quòque alia invenimus in Job, quæ in noſtris exemplaribus ultra Hebraïcum textum redundant, modò parum, modò multùm..... Rurſum plurima in medio toto libro Job apud Hebræos reperiuntur, quæ in exemplaribus noſtris deſiderantur : ſæpiùs quidem verſiculi quatuor, vel tres; interdum verò quatuordecim, novemdecim, vel ſexdecim : & quid me oportet hîc enumerare, quæ multo labore collegimus, ne nos lateret diſcrimen, quod Judaica inter & noſtra exemplaria intercedit? *Idem quoque ſcribit Hieronymus, tum prologo in edit. Lat. libri Job ſecundùm LXX. tum præfat. in translat. ejuſdem libri ex Hebraïco, ut videbitur infra. Utramque etiam hanc Jobi Interpretationem memorat Auguſtinus, ac in primis Latinam priorem ex LXX. laudat epiſt.* 71. *al.* 10. *ad Hieronymum :* In hac autem epiſtola, *inquit*, hoc addo, quod poſtea didicimus, ex Hebræo Job à te interpretatum, cùm jam quandam haberemus Interpretationem tuam ejuſdem Prophetæ ex Græco eloquio verſam in Latinum. Ubi tamen aſteriſcis notaſti quæ in Hebræo ſunt, & in Græco deſunt; obelis autem quæ in Græco inveniuntur, & in Hebræo non ſunt; tam mirabili diligentia, ut quibuſdam in locis ad verba ſingula ſingulas ſtellas videamus, ſignificantes eadem verba eſſe in Hebræo, in Græco autem non eſſe. *Hanc utique Verſionem oſtendit Auguſtinus quanti penderet, cùm illam ipſam ad librum ſuum Annotationum in Job adhibuerit; quo in opere non tantùm particulæ ejuſdem referuntur plurimæ, ſed & capita pene integra reperiuntur : lac lacti non ſimilius eſt, quàm iſta plerumque ſunt inter ſe.*

Jam verò circa hanc Interpretationem, quam vulgamus poſt Hieronymum, duo potiſſimum occurrunt nobis examinanda : primò utrùm in ejuſdem Interpretationis Editione procuranda Verſio planè, ſeu omni ex parte nova, ſubſtituta fuerit à S. Doctore pro antiqua; an verò, ſervata ut plurimùm veteri Interpretatione Latina, illa ſolùm loca, quæ ab Origene addita fuerant ſub aſteriſcis ex Theodotione aut aliis, Latinè reddiderit Hieronymus, & eidem Verſioni antiquæ inſeruerit, præmiſſis nempe iiſdem ſignis? uno, verbo an Hieronymus aliud præſtiterit in Editione ſua Latina procuranda, præter id quod & Origenes ipſe præſtiterat in paranda & adornanda Editione Græca LXX. Interpretum.

Secundò an loca illa inſititia & mutuò ſumpta à Theodotione, aut aliis, in Verſione primigenia LXX. Interpretum, imo & in Latina veteri ex ipſa proximè derivata, olim unquam interfuerint; ita ut deinceps, vel negligentiâ librariorum, vel imperitorum temeritate, vel etiam malevolorum quorumdam improbitate & malitia, ex ambobus, cùm Græco tum Latino, contextibus exciderint, aut ab iiſdem ſubducta fuerint vel abraſa?

Ad primum quod attinet, vix credibile eſt Hieronymum plus operæ ſibi impoſuiſſe

Digitized by Google

quàm decebat, & aliam ab integro condidiſſe Verſionem, dum vetus correcta ſolummodo & emendata, aut novis acceſſionibus aucta ſufficere potuiſſet; illud enim fuiſſet magni laboris, ſed minimè neceſſarii, quem plerique fugimus.

Neque verò id tantummodo conjectamus, ſed facilè colligi poſſe credimus ex epiſtola ipſa Auguſtini ad Hieron. ubi ſic ait : Didicimus ex Hebræo Job à te interpretatum, cùm jam quandam haberemus Interpretationem tuam ejuſdem Prophetæ ex Græco eloquio verſam in Latinum. *Vox enim iſta*, quandam, *poſita ante* Interpretationem, *poſterioris vocis hujus ambiguitatem explicare videtur : quod enim primitus, & novè, & de integro ab aliquo compoſitum eſt*, quodam modo, *vel* aliquo modo *ab eo conſtructum non dicitur; ſecus, ſi opus incæptum jam diu, aut infeliciter actum, novis curis ab alio elaboretur, augeatur, & expleatur; tunc enim aptè ab ipſo* quodam modo *compoſitum dici poteſt. Nec aliud etiam ſignificare videtur Hieronymus ipſe, prologo in Edit. Lat. libri Job ſecundùm LXX. ubi ſic habet :* Nunc autem quia..... volo antiquam divinorum Voluminum viam ſentibus virgultiſque purgare..... corrector vitiorum falſarius dicor, & errores non auferre, ſed ſerere. Tanta eſt enim vetuſtatis conſuetudo, ut etiam confeſſa pleriſque vitia placeant, dum magis pulchros habere malunt codices, quàm emendatos. Quapropter, ô Paula & Euſtochium..... Beatum Job, qui adhuc apud Latinos jacebat in ſtercore, & vermibus ſcatebat errorum, integrum immaculatumque gaudete : quomodo enim probatione atque victoria dupliciter univerſa ei ſunt reddita, ita ego in lingua noſtra, audacter loquor, feci eum habere quæ amiſerat. Igitur..... rogo ut ubicunque præcedentes virgulas (÷) videritis, ſciatis ea quæ ſubjecta ſunt, in Hebræis voluminibus non haberi; porro ubi ſtellæ (※) imago fulſerit, ex Hebræo in noſtro ſermone addita : necnon & illa quæ habere videbamur, & ita corrupta erant, ut ſenſum legentis tollerent, orantibus vobis, magno labore correxi. *Hæc verba ſanè perſpicua, & expreſſa, nec puto illa explicationis indigere. Is enim non novam prorſus Verſionem inſtruxiſſe dicendus eſt, qui antiquam ſolùm purgandam & emendandam ſibi propoſuit; qui* correctoris *perſonam agens, nonnullos præpoſtero* vetuſtatis *amore captos redarguit, eò quòd* pulchros *mallent* habere codices, quàm emendatos; *qui librum valde imperfectum & mutilum*, in lingua ſua fecit habere quæ amiſerat, *reddendo videlicet Latinè & adjiciendo ea quæ in codicibus Græcis deerant, & in textu Hebraïco repericbantur; vel emendando & corrigendo quæ in Latinis* ita corrupta erant *& depravata*, ut ſenſum legentis tollerent. *Id etiam rurſum innuit Hieronymus præfat. in lib. Job, ſecundùm Hebr. cùm dicit :* Habeant qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis auro argentoque deſcriptos, vel uncialibus, ut vulgò aiunt, litteris, onera magis exarata, quàm codices; dummodo mihi, meiſque permittant pauperes habere ſchedulas, & non tam pulchros codices, quàm emendatos. *Nec obſtare debent vel officere quæ addit :* Utraque editio, & LXX. juxta Græcos, & mea juxta Hebræos, in Latinum meo labore translata eſt, eligat unuſquiſque quod vult : *non enim verba iſta, quantùm attingunt Editionem Latinam ſecundùm LXX. ita premi arctè aut urgeri debent, ut credatur translationem planè novam pro veteri ab Hieronymo fuiſſe ſubſtitutam; ſed benigniùs & clementiùs ſunt accipienda; nec intelligenda ſunt, niſi de correctione mendorum, vel potiùs de acceſſione, ac interpretatione nova octingentorum ferme verſiculorum illorum, qui deerant in antiqua Verſione Latina libri Job, quique ipſi inſerti fuerant ab Hieronymo ex Editione Hexaplari LXX. Id etiam pene unum innuere videtur Auguſtinus, epiſt. 28. al. 8. ad Hieron. cùm ſcribit :* De vertendis in Latinam linguam ſanctis Litteris canonicis laborare te nollem, niſi eo modo quo Job interpretatus es, ut ſignis adhibitis, quid inter hanc tuam & LXX. quorum eſt graviſſima auctoritas, Interpretationem diſtet, appareat.

Eodem quippe modo judicandum eſſe credimus de Editione illa Latina libri Job, curante Hieronymo, ac de Interpretatione Latina Pſalmorum, ſimiliter edita ab ipſo cum aſteriſcis & obelis. Hoc enim, opinor, non ambigitur inter peritiſſimos, aut ſaltem controverſia eſſe non debet, utrùm Hieronymus Pſalterium è Græco LXX. de integro tranſtulerit, necne; an verò ejuſdem Pſalterii Translationem veterem tantummodo correxerit & emendaverit. Porro quod ait ſupra, prologo in Job ſecundùm Editionem LXX. idem pariter dicit præfat. in Pſal. juxta Edit. eandem : Pſalterium, *inquit*, Romæ dudum poſitus, emendaram, & juxta LXX. Interpretes, licet curſim, magna illud ex parte correxeram. Quod quia rurſum videtis, ô Paula & Euſtochium, Scriptorum vitio depravatum..... cogitis ut veluti quodam novali, ſciſſum jam arvum exerceam, & obliquè ſulcis renaſcentes ſpinas eradicem..... Unde conſueta præfatione commoneo, tam vos..... quàm eos qui exemplaria iſtiuſmodi habere voluerint, ut quæ diligenter emendavi, cum cura & diligentia tranſcribantur. Notet ſibi unuſquiſque vel jacentem lineam, vel ſigna radiantia, id eſt obelos, vel aſteriſcos; & ubicunque viderit virgulam præcedentem, ab ea uſque ad duo puncta quæ impreſſimus, ſciat in LXX. Translatoribus plus haberi : ubi autem ſtellæ ſimilitudinem perſpexerit, de Hebræis voluminibus additum noverit æquè uſque ad duo puncta, juxta

Digitized by Google

Theodotionis duntaxat Editionem, qui ſimplicitate ſermonis à LXX. Interpretibus non diſcordat. *Attamen de duplici illa correctione ſeu emendatione Pſalmorum diſſerens in epiſt. ad Sunniam & Fretelam ita ſcribit :* Quæritis à me rem magni operis, ut..... in opere Pſalterii juxta digeſtionem ſchedulæ veſtræ, ubicunque inter Latinos Græcoſque contentio eſt, quid magis Hebræis conveniat, ſignificem; in quo illud breviter admoneo, ut ſciatis aliam eſſe Editionem quam Origenes, & Cæſarienſis Euſebius, omneſque Græciæ tractatores Κοινὴν, id eſt, Communem appellant..... aliam LXX. Interpretum, quæ & in Ἑξαπλοῖς codicibus reperitur, & à nobis in Latinum ſermonem fideliter verſa eſt, & Jeroſolymæ, atque in Orientis eccleſiis decantatur. *At verò quo ſenſu hîc, agens de correctione Pſalterii, ait Editionem LXX. Hexaplarem « in Latinum ſermonem à ſe fideliter verſam eſſe, » quid obſtat quominus eodem ſenſu accipiatur quod ait ſupra, diſſerens de emendatione libri Job, « utramque Editionem, & LXX. juxta Græcos, & ſuam juxta Hebræos, in Latinum ſuo labore eſſe translatam? »*

Id etiam quod ſentimus hac de re, ritè confirmari poteſt ex lib. Moral. S. Gregorii PP. in Job : qui ſcribens de hoc opere ad Leandrum epiſcopum, hæc ait : Novam Translationem differo : ſed cùm probationis cauſa exigit, nunc Novam, nunc Veterem per teſtimonia aſſumo. *Et ſanè ad cap.* 3. ℣. 8. *libri Job, prolatis his Vulgatæ verbis :* Maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati ſunt ſuſcitare Leviathan; *hæc ſubnectit :* In Translatione veteri ita non dicitur, ſed : Maledicat eam qui maledixit diem, qui capturus eſt grandem cetum. *Porro hæc verba vix unâ aut alterâ voculâ diſcrepant ab iſtis, quæ leguntur infra in Editione noſtra Latina :* Sed maledicat illi maledicens diei (illi) qui magnum cetum capturus eſt. *Rurſum infra, ad hoc Vulgatæ, cap.* 4. ℣. 11. Tigris periit, *hæc addit :* Translatione LXX. Interpretum nequaquam tigris dicitur, ſed myrmicoleon periit. *Hoc etiam vocabulum habetur in Editione Latina Hieronymi. Unde colligi poſſe exiſtimo Hieronymianam iſtam Editionem, & Verſionem Latinam veterem, non hoc differre inter ſe quòd unâ poſthabitâ, & penitus repudiatâ ab Hieronymo, altera prorſus nova pro veteri ſubſtituta fuerit; ſed quòd Vetus ab ipſo reſtituta fuerit, acceſſionibuſque quàm plurimis, petitis videlicet ex Editione Græca Hexaplari, locupletata fuerit, & ornata. Uno verbo cùm in Pſalmorum, tum in libri Job Editione Latina è Græco LXX. nihil aliud, proportione ſervata, præſtitiſſe Hieronymum autumamus, quàm quod & ipſe feciſſe ſe dicit in corrigendis & emendandis IV. Evangeliis :* Quæ, *inquit*, ne multùm à lectionis Latinæ conſuetudine diſcreparent, ita calamo temperavimus, ut his tantùm, quæ ſenſum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pateremur ut fuerant. *Emendavit igitur duntaxat Hieronymus, correctionem adhibuit, non novum opus excudit : attamen Auguſtinus epiſt.* 71. *al.* 10. *ad Hieronymum de hac emendatione IV. Evangeliorum perinde ſcribit ac ſi opus recudiſſet, & novum planè effeciſſet :* Non parvas, *inquit*, Deo gratias agimus de opere tuo, quo Evangelium ex Græco interpretatus es, quia pene in omnibus nulla offenſio eſt, cùm Scripturam Græcam contulerimus : *liquet ergo, ut jam diximus ſupra, hujus verbi*, interpretatus es, *ſignificationem ultra quàm id quod veriſimile occurrit, trahi non debere, ſed de correctione, vel acceſſione plurimorum verſiculorum facta in Job, intelligendam eſſe.*

Ad alterum quod ſpectat, videlicet utrùm plurima illa quæ aberant ab Editione LXX. temporibus Origenis, vel etiam à Latina, Hieronymi ætate; quæque diverſis illis temporibus ab utroque fuerant reſtituta ex variis Interpretibus Græcis, ac imprimis ex Theodotione, ſtelluliſque ſignata; an illa ipſa, inquam, ſive Græcè, ſive Latinè primitus exſtiterint in utraque Editione; ita ut temporum decurſu fuerint elapſa, aut quoquomodo perierint : an verò à LXX. Interpretibus conſultò ac de induſtria cuncta illa prætermiſſa fuerint, nec Verſioni utrique primitivæ, cùm Græcæ tum Latinæ, unquam fuerint intermiſta; unde neceſſe habuerit Origenes cum Hieronymo, facta utriuſque textus comparatione, diverſis ſignis notare quæ redundarent in uno, deeſſent verò in altero, & vice verſa? Poſteriorem ſententiam, ut magis idoneam, ac difficultatibus minùs impeditam, amplectimur : nobis enim non fit veriſimile ut tot & tanta ex libello uno ſimul elapſa, deperdita fuerint : vel enim caſu & fortuitò id contigiſſet, vel cogitatè & doditâ operâ : at neutrum vix aut ullo modo aſſeverari poteſt; quorſum enim unius libri Job tam mala ſors, tam diſpar fortuna, præ cæteris Scripturarum libris, qui tantam jacturam non tulerunt?

Præterea ſi verſiculi pluſquam ſeptingenti de Græcis codicibus exciderunt, totidem & de Latinis eodem caſu, eâdemque fortunâ excidiſſe neceſſe fuit, quod difficile captu eſt : concludendum igitur eſt perplures hujuſmodi verſiculos in uno Hebraïco textu & ſolo ſemper exſtitiſſe; à Græco verò, ut & à Latino nunquam non abfuiſſe. Satis nequeo mirari, *inquit Auguſt. epiſt.* 28. *ad Hieron.* ſi aliquid adhuc in Hebræis exemplaribus invenitur, quod tot Interpretes illius Linguæ peritiſſimos fugerit. « *Tanti defectus cauſa, inquit Montfalconius noſter prælimin. in Hexap. c.* 4. *p.* 37. *ſi augurari liceat, hinc petenda eſt,*

Digitized by Google

quòd tam obſcuri libri vertendi difficultate deterriti Interpretes, multa prætermiſerint. » *Nobis etiam apertè ſuffragari videtur Hieronymus præfat. in lib. Job juxta Hebr. dicens:* Omnia Veteris Inſtrumenti volumina Origenes obelis, aſteriſciſque diſtinxit, quos vel additos, vel de Theodotione ſumptos Translationi antiquæ inſeruit; probans defuiſſe quod additum eſt. Diſcant igitur obtrectatores mei recipere in toto, quod in partibus ſuſceperunt; aut Interpretationem meam cum aſteriſcis ſuis radere: neque enim fieri poteſt, ut quos plura intermiſiſſe conſpexerint, non eoſdem etiam in quibuſdam erraſſe fateantur, præcipuè in Job, cui ſi ea, quæ ſub aſteriſcis addita ſunt, ſubtraxeris, pars maxima voluminis detruncabitur; & hoc duntaxat apud Græcos: cæterùm apud Latinos, ante eam Translationem, quam ſub aſteriſcis & obelis nuper edidimus, ſeptingenti ferme, aut octingenti verſus deſunt, ut decurtatus, & laceratus, corroſuſque liber fœditatem ſui publicè legentibus præbeat. *His ſanè nihil clarius & promptius in rem noſtram adduci poteſt. Nec enim multùm movet quod ait Richardus Simon. l. 1. crit. Vet. Teſt. c. 1. p. 5. & 6. Hieronymi textum eò loci fuiſſe corruptum, legendumque eſſe,* ſeptuaginta ferme, aut octoginta verſus, *non* ſeptingenti ferme, aut octingenti: « *Neque enim, inquit, probabile eſt librum* « *eum, qui verſibus mille nunc omnino conſtat, octingentis verſibus caruiſſe. Breviores porro* « *tunc erant hi verſus, nunc verò longiores ſunt.* » *Sed hîc de ſuo conjecturam facit Scriptor ille: conjecturâ autem, quæ nullâ, maximè his in rebus, nititur Mſs. codd. auctoritate, nihil incertius. Ut ut hæc ſunt, librum iſtum Hieronymus* decurtatum, laceratum, & corroſum *vocat. Deerant itaque plura in Editione LXX. quæ ab iiſdem Interpretibus Græcis conſultò fuerant prætermiſſa; ſi autem deerant in Græca, ita pariter & in Latina, quæ ex Græca tanquam rivus ex fonte proximè manavit. Quiſquis igitur Verſionem antiquam libri Job, ſeu, ut aiunt, Italicam, perſequitur, illam, ſi non puram putamque, qualis nempe publicè legebatur in Eccleſia ante Hieronymum, ſaltem ab ipſo emendatam & correctam habet in Editione illa quam denuo pervulgamus, modò tamen ſecernantur illi verſiculi omnes, quos Origenes addiderat ex Theodotione, aut aliis, quoſque Hieronymus, Latinè poſtea redditos, ſuæ novæ Editioni Latinæ attexuit.*

Nihil hîc diſſimulabimus & obtegemus; conſilium noſtrum erat, idque diu nec parum arriſit nobis, ſcilicet verſiculos illos omnes aſteriſcis notatos ab Hieronymo in Editione Latina, ſi non excludere penitus, ſaltem diſtrahere, & ablatos de gremio in ſubjectas Notas amandare. At, re conſulta & explorata, non diu ac multùm hæſitavimus quid facere deberemus: pigebat enim non modicùm egregiam illam Editionem Hieronymi mutilare ac decurtare: mutato igitur conſilio ac mente, quos primùm verſiculos de ordine aliorum ac numero excerpſeramus, ipſoſmet derepente reſtituendos, ac cæteris adnectendos eſſe judicavimus. Ne tamen illud eveniret, quod verebamur, ut verſiculi illi plurimi confunderentur cum aliis, illos imprimi diſſimili charactere, ſeu, ut vocant, Italico, curavimus. Itaque verſus illi omnes qui typis vulgaribus, vel ut aiunt, Romanis, videntur impreſſi, Verſionem antiquam Latinam referunt: qui verò eduntur characteribus Italicis, reſpondent illis verſiculis, qui ab Origene additi fuerant ex Theodotione in Editione Hexaplari LXX. quoſque Hieronymus Latinè poſtea reddidit, & inſeruit Verſioni Latinæ, quam publicamus. Non autem pariter diſtinguendos duximus illos, qui tam in Editione Latina, quàm in Hexaplis, ſignantur obelis; quia licet verſiculi illi non habeantur in textu Hebraico, tamen reperiuntur apud LXX. Interpretes, perindeque in antiqua Editione Latina, à quibus proximè derivata eſt. Si quis autem & iſtos ab aliis diſtinguere ac internoſcere velit, conſulat Hieronymianorum operum to. 1. nov. edit. in quo Latina iſta Jobi translatio à Martianæo noſtro tum primùm edita eſt cum aſteriſcis & obelis, ſcilicet è Mſ. Majoris Monaſt. de quo ſupra. Obſervat tamen eruditus Editor noſter, ſupradicta ſigna in hoc codice non ſolum interdum eſſe prætermiſſa, ſed etiam librarii incuriâ & oſcitatione, ita malè appoſita eſſe, ut ſæpe vix aſſignari queat quid ſervandum ſit, quidve tollendum; nec tantùm de aſteriſcis & obelis id affirmat Martianæus, ſed etiam de punctis craſſioribus inductis ad præfinienda vel reſtringenda ea, quæ ſub aſteriſcis & obelis poſita erant. Hanc autem confuſionem ac perturbationem ſuſtulit ipſe, noſque poſt eum, quantùm licuit; nec infeliciter quandoque id contigit nobis, maximè Hexaplorum ope, anno 1713. editorum ſtudio & operâ D. noſtri Bernardi de Montfaucon. In his nempe accuratè notantur ea, quæ addita fuerunt ab Origene in libro Job ex Theodotione, aut aliis Interpretibus Græcis, præmiſſis etiam aſteriſcis: nec plus in hoc opere perficiendo lucis obtulit, quàm Colbertinus codex unus, in quo non tantùm additamenta illa reperiuntur aſteriſcis ſignata, ſed etiam Interpretis nomen, & verſiculorum adjunctorum numerus, ita ſcilicet, ἐκ Θ. οἱ ς'. *id eſt,* hi ſex verſiculi ex Theodotione, *vel* ἐκ Θ. οἱ ιγ'. *id eſt,* ex Theodotione tredecim verſiculi, *& ſic de aliis. In Editione autem Latina Hieronymi, ſingulis id genus verſiculis ſinguli ſæpe præponuntur aſteriſci, v. g. cap. 21. ℣. 33. hoc modo:* ※ Dulces ei fuerunt lapilli torrentis, ※ & poſt eum omnis homo ſequitur, ※ & ante eum innumerabiles : *qui tres*

Digitized by Google

ςτίχοι, ſeu commata, nonniſi unum verſum conficiunt in Vulgata noſtra: unde fit ut ſi prætermittantur ſæpe in Mſ. codice puncta duo craſſiora in fine verſiculorum illorum, facilè ſuppleri queant ab intelligenti lectore, ope aſteriſcorum proximè ſubſequentium.

SUMMA CAPITA LIBRI JOB,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Verſioni antiquæ reſpondeant.

CAP. I. *Job ſanctus & dives, pro filiis viciſſim convivia celebrantibus Domino ſacrificat; cujus poſſeſſiones petenti ſatanæ Dominus diripiendas exponit; per quem perditâ omni illius ſubſtantiâ, interemptiſque filiis, ipſe cum ſignis mœſtitiæ patiens, in Dei laudes prorumpit.*

CAP. II. *Satanas, obtenta à Deo facultate, percutit Job ulcere peſſimo; cui etiam propria uxor inſultat: tres autem ipſius amici eum viſitantes, ſeptem diebus compatientes, in terra cum eo taciti ſedent.*

CAP. III. *Job maledicit diei nativitatis ſuæ præſentique vitæ, oſtendens à quot malis liberatur qui hac luce ſtatim privatus eſt.*

CAP. IV. *Eliphaz arguit Job impatientiæ; quòdque propter peccata ſua flagelletur à Deo, qui innocenti adverſa non immittit.*

CAP. V. *Eliphaz rurſum arguit Job iniquitatis, quòd nemo ſine culpa ſua à Deo puniatur: ideoque hortatur Job ut ad Deum convertatur, & ita cuncta fore illi proſpera pollicetur, ac divinæ providentiæ opera circa creaturas extollit.*

CAP. VI. *Oſtendit Job ſe longè graviora pati quàm meritus ſit, conquerens ſe ab amicis deſeri, graviter arguens & hos tres qui ad ſe venerant; ac ſe quoque patienter audiri petit.*

CAP. VII. *Job humanæ vitæ ſuaſque calamitates varias explicat, nec reditum ſibi fore veriſimilem ad præſentis vitæ felicitatem: petit quoque à Deo liberari à miſeriis, admirans Dei erga miſerum hominem providentiam.*

CAP. VIII. *Baldad Job de impio ſermone arguit, & eum ut ad Deum melioremque vitam ſe convertat hortatur, atque ita fore omnia illi feliciora promittit: explicat etiam quàm ſit vana ſpes hypocritarum, aſſerens Deum bonis bona, & malis mala tantùm tribuere.*

CAP. IX. *Homo, inquit Job, comparatus Deo non poteſt juſtificari: divinæ potentiæ ac ſapientiæ magnitudo oſtenditur, ut nemo ei reſiſtere aut reſpondere valeat: porro Deus & impium percutit & innocentem: ſuam quoque innocentiam contra amicos tuetur, commemorans ſuam afflictionem.*

CAP. X. *Job ſuam afflictionem lamentatur, illius cauſam à Deo inquirens: quam oſtendit non fuiſſe ſuam malitiam, neque Dei ignorantiam, qui creatum à ſe hominem exactè novit; rurſumque propter pœnarum exuberantiam plangit ſe natum.*

CAP. XI. *Sophar iniquè aſſerit Job propter multa ipſius peccata, quæ recenſet, fuiſſe à Deo percuſſum, oſtendens Deum incomprehenſibilem: reſipiſcenti tamen Job feliciſſima quæque pollicetur.*

CAP. XII. *Job, ut amicorum confundat jactantiam, aſſerit neminem ignorare Dei potentiam ac ſapientiam ex creaturarum gubernatione, quarum ſtatus pro ſuo variat arbitrio.*

CAP. XIII. *Job amicos ſuos ex ipſorum verbis confutans, à Deo arguendos aſſerit; ſuam quoque juſtitiam ac patientiam contra amicos tuetur, quærens à Deo propter quæ peccata tam graviter affligatur.*

CAP. XIV. *Job, conſiderata fragilitate humana, admiratur Dei in hominem providentiam, quòd poſt hanc vitam exſpectet aliam, & corporum vaticinatur reſurrectionem.*

CAP. XV. *Eliphaz Job arguit jactantiæ, impatientiæ, & blaſphemiæ in Deum; apud quem dicit neminem mundum inveniri, deſcribens impiorum ac hypocritarum maledictionem.*

CAP. XVI. *Job amicorum auctoritate commotus, dolorem ſuum plangit, calamitatis magnitudinem oſtendens, ſeque pati citra iniquitatem, cujus conſcium eſſe Deum aſſerit.*

CAP. XVII. *Job ex afflictionis ſuæ magnitudine ſibi hîc nihil præter mortem reſtare contendit; & amicos præſentem tantùm remunerationem ſtatuentes inſipientiæ arguens, ipſe futuram requiem præſtolatur.*

CAP. XVIII. *Baldad arguens Job jactantiæ & impatientiæ, deſcribit impiorum maledictiones, ut ſuam contra Job ſententiam ſtatuat, nempe ipſum tantùm propter peccata ſua puniri.*

CAP. XIX. *Job crudelitatis amicos arguens, ſe à Deo flagellari dicit immeritò, oſtendens afflictionis acerbitatem, & ſe ab amicis deſtitutum; ac ſuper futura reſurrectione ſe ipſum conſolatur.*

CAP. XX. *Sophar verbis Job motus, correptionem ipſius ſe dicit auditurum; & quæ ſit apud Deum pars impii, multis verbis proſequitur.*

CAP. XXI. *Job patienter ab amicis audiri poſtulans, cauſam inquirit, quare impiorum nonnulli in finem uſque vitæ proſperentur, alii contrà adverſis cadantur; & reſpondet, impium in diem perditionis à Deo ſervari, falſam amicorum conſolationem per hoc convellens.*

CAP. XXII. *Eliphaz arguit Job immiſericordiæ in pauperum oppreſſione, & aliorum facinorum; oſtendens ipſum de divina providentia non rectè ſentire, ac pœnitenti bona promittens.*

CAP. XXIII. *Job divinum judicium humiliter invocans, oſtendit ſe non puniri propter peccata ſua, rectèque ſentire de providentia Dei incomprehenſibilis, omnia pro ſua voluntate facientis.*

CAP. XXIV. *Job, ut rectè ſe ſentire oſtendat de divina providentia, dicit Deo nota eſſe tempora; & hominum varias recenſet iniquitates, ab ipſo puniendas.*

CAP. XXV. *Baldad ex Dei ſublimitate, & hominis humilitate, negat hominem Deo comparatum juſtificari poſſe.*

CAP. XXVI. *Job dicit nullum Deo ab homine auxilium præſtari poſſe, Dei incomprehenſibilem potentiam ex ipſius operibus demonſtrans.*

CAP. XXVII. *Job perpetuò conſtans in ſui juſtificatione, rejectâ amicorum calumniâ, oſtendit quomodo impii ex præſentis vitæ brevi proſperitate in mortem rapiantur à Deo ad ſupplicia.*

CAP. XXVIII. *Job ſapientiam oſtendit auro longè eſſe præſtantiorem, tum origine tum rei dignitate; Deo autem perſpecta eſſe quæque occultiſſima naturæ,*

Digitized by Google

& ſapientiam è cœlo dari, non auro emi.

CAP. XXIX. *Job priſtinæ cupiens reſtitui felicitati, multis verbis illam enarrat, unà cum bonis ſuis operibus, quò ſe de contraria amicorum calumnia vindicet.*

CAP. XXX. *Plangit Job priſtinam illam felicitatem, verſam ſibi, permittente Deo, in ſummam calamitatem.*

CAP. XXXI. *Job, ut de amicorum calumnia ſe purget, ſummum judicem innocentiæ ſuæ teſtem invocans, ſuas enarrat virtutes.*

CAP. XXXII. *Job. ſilentio amicis impoſito, arguitur unà cum illis inſipientiæ ab Eliu, qui ſuam jactat ſapientiam.*

CAP. XXXIII. *Eliu ex ſermonibus Job oſtendere nititur eum non eſſe juſtum, docens quomodo Deus homini loquatur ut erudiat & increpet, ac reſipiſcenti propitietur.*

CAP. XXXIV. *Eliu rurſum ex verbis Job accuſat eum blaſphemiæ aliorumque criminum, æquitatem oſtendens divini judicii, ejus quoque potentiæ & notitiæ cuncta ſubeſſe.*

CAP. XXXV. *Eliu, colligens Job dixiſſe Deo non placere quod rectum eſt, oſtendit non Deo, ſed homini & pietatem prodeſſe, & impietatem obeſſe.*

CAP. XXXVI. *Eliu æquitatem divini judicii tuetur, qui percutit ut erudiat, loquitur ut ad ſe redeant, redeuntes à flagellis liberat: hortatur itaque Job ad reſipiſcentiam, promittens cuncta proſpera.*

CAP. XXXVII. *Eliu ex mirabilibus Dei operibus declarat Dei ſapientiam, potentiam ac juſtitiam, & inſcrutabile judicium ipſius: quibus vult Job detraxiſſe.*

CAP. XXXVIII. *Deus arguit Job, oſtendens ex conditis à ſe operibus non poſſe illum divinam potentiam ac ſapientiam comprehendere.*

CAP. XXXIX. *Deus ipſi Job oſtendit mirabilia opera ſua in ibicibus, onagro, rhinocerote, ſtruthione, equo, & aquila; arguens eum quòd cum ipſo contendere voluerit: quibus Job commotus, agnoſcit ſe temerè locutum.*

CAP. XL. *Deus arguens Job quòd viſus ſit juſtitiæ ipſius detraxiſſe, oſtendit ei ſuam potentiam in Behemoth & Leviathan. ſilentium ei imponens.*

CAP. XLI. *Malitia Behemoth arguitur juxta illius membra, duritiam, & ſuperbiam.*

CAP. XLII. *Agnoſcit Job ſe inſipienter locutum, & à Domino præfertur amicis, ac pro illis orat, duplicia recipiens eorum quæ amiſerat; tandemque plenus dierum in pace quievit.*

Digitized by Google

LIBER JOB.

CAPUT PRIMUM.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
1. HOMO quidam erat in regione Ausitide, nomine Job: erat homo ille verax, sine crimine, justus, Dei cultor, abstinens se ab omni re mala.	1. VIR erat in terra Hus, nomine Job, & erat vir ille simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo.
2. Habuit autem septem filios, & tres filias.	2. Natique sunt ei septem filii, & tres filiæ.
3. Et erant pecora ejus multa nimis: oves septem millia, cameli tria millia, juga boum quinquaginta, & asinæ gregales quingentæ, & ministerium copiosum nimis; & opera magna erant ei super terram: & erat homo ille nobilis de filiis Orientis.	3. Et fuit possessio ejus, septem millia ovium, & tria millia camelorum, quingenta quoque juga boum, & quingentæ asinæ, ac familia multa nimis: eratque vir ille magnus inter omnes Orientales.
4. Convenientes autem filii ejus ad invicem, faciebant convivium quotidie; convocatis secum sororibus suis, ut secum vescerentur & biberent.	4. Et ibant filii ejus, & faciebant convivium per domos, unusquisque in die suo. Et mittentes vocabant tres sorores suas, ut comederent & biberent cum eis.

Ex Mſ. cod. Majoris Monaſt. annor. circ. 600. edito to. 1. nova edit. Hieron.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter habetur in Græco, præter hoc, ᾧ ὄνομα Ἰώβ, pro *nomine Job*, mox addita conjunctione καὶ. Sic etiam apud Ambroſ. l. 1. Hex. col. 14. a. *Homo erat in Auſitide regione, cui nomen Job.* Hieron. verò in Jer. 25. to. 3. col. 648. f. conſtanter hab. ut ſup. *Homo quidam erat in regione Auſitidi, nomine Job:* ſimiliter l. 1. contra Pelag. to. 4. col. 489. f. additis tamen his: *Et erat homo ille verax, & ſine crimine, verus Dei cultor*, &c. & ad Algaſ. quæſt. 8. to. 4. col. 201. f. ſic: *Erat ille homo verus, & immaculatus, juſtus, Dei cultor, recedens ab omni opere malo.* Cypr. l. de op. & eleem. p. 243. b. *Job homo verus, & juſtus:* & l. de mortal. ita, ſi Nobilio fides: *Homo ſine querela, verus Dei cultor.* Cæleſtius Pelag. ap. Mar. Mercat. Garnerii: *Erat vir habitans in regione Auſitide, nomine Job, verax, ſine crimine, juſtus, Dei cultor, abſtinens ſe ab omni re mala.* Auct. l. de promiſſ. apud Proſp. p. 106. d. *Vir juſtus, ac ſine querela.* Gr. ἄμεμπτος, δίκαιος.

℣. 2. Cypr. ſimiliter l. de op. & eleem. p. 243. b. *Habuit filios ſeptem, & filias tres.* Græc. Ἐγένετο δὲ αὐτῷ υἱοὶ ἑπτὰ, καὶ θυγατέρες τρεῖς. *Nati ſunt autem ei filii ſeptem, & filiæ tres.*

℣. 3. Duæ voces iſtæ, *multa nimis*, quæ obelo notantur in edit. Lat. abſunt à Græco, ſicut ab Hebraïco contextu: ſubinde in eodem Græco, loco *quinquaginta*, legitur πεντακόσια, *quingenta*, abſque ſeq. καὶ, quod tamen retinent edd. Ald. & Compl. mox ita, θήλειαι ὄνοι νομάδες, i. e. *feminæ aſinæ paſcuales*, vel *in paſcuis degentes*, loco *aſinæ gregales*; paulòque poſt, πολλὴ σφόδρα, *multum valde*, pro *copioſum nimis*; & in fine, τῶν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν, *inter eos qui à ſolis ortu*, loco *de filiis Orientis.* In Cat. Græc. PP. in Job legitur ex Chryſoſt. hæc verba, *miniſterium multum valde*, abeſſe ab Hebraïco: *Quoniam verò*, inquit, *obeliſco notatur illud*, miniſterium multum valde, *ſciendum eſt, quæ obeliſco ſignantur, in Hebraïco non haberi, verùm perſpicuitatis causâ à LXX. poſita eſſe.* Sed mendum hîc ſuſpicor in Chryſoſtomi codice, ſiquidem verba iſta, *vaavudda rabba meod*, etiamnum leguntur in fonte Hebraïco. Lapſus fortè contigit incuriâ librarii, qui obelum præfixit his, *miniſterium multum valde*, quem paulò ultra transferre debuerat, nempe ante iſta ſubſeqq. *& opera magna erant ei ſuper terram*, quæ in ſolo leguntur Græco. Apud Auguſt. etiam annot. in Job, to. 3. part. 1. col. 625. a. exſtant: *& opera magna erant ei ſuper terram.*

℣. 4. Auguſt. in Job, col. 625. a. *Faciebant convivium quotidie, donec eorum numerus impleretur;* quæ ult. *donec eorum*, &c. quoniam aliubi ita non leguntur, fortè ab Aug. ad compendium dicta ſunt. Græcè ut ſup. Συμπορευόμενοι δὲ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ πρὸς ἀλλήλους, ἐποίησαν πότον καθ' ἑκάστην ἡμέραν· ζυμπαραλαμβάνοντες ἅμα καὶ τὰς τρεῖς ἀδελφὰς αὐτῶν, ἐσθίειν καὶ πίνειν μετ' αὐτῶν.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

5. Cùmque in orbem transiſſent dies convivii, mittebat ad eos Job, & ſanctificabat illos, conſurgenſque diluculo, offerebat holocauſta pro ſingulis. Dicebat enim: Ne fortè peccaverint filii mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis. Sic faciebat Job cunctis diebus.

6. Quadam autem die, cùm veniſſent filii Dei ut aſſiſterent coram Domino, affuit inter eos etiam Satan.

7. Cui dixit Dominus: Unde venis? Qui reſpondens, ait: Circuivi terram, & perambulavi eam.

8. Dixitque Dominus ad eum: Nunquid conſideraſti ſervum meum Job, quòd non ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo?

9. Cui reſpondens Satan, ait: Nunquid Job fruſtra timet Deum?

10. nonne tu vallaſti eum, ac domum ejus, univerſamque ſubſtantiam per circuitum, operibus manuum ejus benedixiſti, & poſſeſſio ejus crevit in terra?

11. Sed extende paululùm manum tuam, &

VERSIO ANTIQUA.

5. Et cùm finiti eſſent dies convivii, mittebat Job, & purificabat eos, conſurgens manè, & offerebat pro eis victimas ſecundùm numerum eorum, & vitulum unum pro peccato animarum ipſorum. Dicebat enim Job: Ne fortè peccaverint filii mei, & maledixerint Domino in cordibus ſuis. Sic faciebat Job omnibus diebus. *Ex Mſ. Maj. Mon.*

6. Factum eſt in his diebus, & ecce venerunt angeli, ut adſtarent coram Domino; & venit *equidem* diabolus cum eis.

7. Et dixit Dominus diabolo: Unde ades? Et reſpondens diabolus Domino, dixit: Circumiens terram, & peragrans quæ ſub cœlo ſunt, adſum.

8. Et dixit ei Dominus: Animadvertiſti in puerum meum Job, quia non eſt quiſquam ſimilis illi ſuper terram, homo ſine crimine, verax, Dei cultor, abſtinens ſe ab omni malo?

9. Reſpondens diabolus Domino, dixit: Nunquid gratis colit Job Dominum?

10. non tu circumſepiſti quæ ſunt extra domum ejus, & intra domum ejus, & quæ foris ſunt omnia in circuitu ejus, operibus manuum ejus benedixiſti, & pecora ejus multa feciſti ſuper terram?

11. Sed mitte manum tuam, & tange omnia

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Similia leguntur Græcè, ſi tamen ſequentia excipias, Συνετελέσθησαν, *conſummati ſunt*, pro *finiti eſſent*; item circa medium, περὶ ἁμαρτίας περὶ τῶν ψυχῶν αὐτῶν, *pro peccato pro animabus eorum*; paulòque poſt: Μήποτε οἱ υἱοί μου ἐν τῇ διανοίᾳ (Mſ. Alex. καρδίᾳ) αὐτῶν κακὰ ἐνενόησαν πρὸς Θεόν· *Ne forte filii mei in mente ſua cogitaverint mala erga Deum*; deinde, Οὕτως οὖν, &c. *Sic igitur*, &c. ut ſup. in edit. tamen Compl. habetur: Μήποτε ἥμαρτον, καὶ κατέλογισαν Θεὸν ἐπὶ καρδίας αὐτῶν οἱ υἱοί μου· quæ Vulgatæ favent. Cypr. l. de op. & eleem. p. 243. b. poſt hæc, *filios ſeptem*, & *filias tres* (ſup. ℣. 2.) proximè addit: *Et emundabat illos, offerens pro eis hoſtias Deo ſecundùm numerum illorum*, & *pro peccatis eorum vitulum unum*. Auguſt. in Job, col. 625. a. *Et offerebat pro eis victimas ſecundùm eorum numerum*; & infra: *Ne fortè peccaverint filii mei*, & *maledixerint Deo in cordibus ſuis*. Verba autem media, & *vitulum unum pro peccato animarum ipſorum*, quæ obelo notantur in edit. Lat. abſunt ab edit. Compl. ſicut ab Hebræo, ſed leguntur conſtanter in Mſs. Vatic. Alex. & al. ut & apud Chryſoſt. & Olymp. ſi Nobilio fides. Origenes etiam epiſt. ad Afric. to. 1. nov. edit. col. 15. a. ait: Καὶ ἄλλα δὲ μυρία εὕροιμεν ἂν τῷ Ἰὼβ, καὶ κατ' ὀλίγον, καὶ ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀντιγράφοις, ἢ ἂν τοῖς παρὰ Ἑβδομήκοντα· καὶ ὀλίγον μέν, ὅτε Ἀνισάμενος τὸ πρωῒ προσέφερε περὶ αὐτῶν θυσίας κατὰ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν, τόν· Μόσχον ἕνα περὶ ἁμαρτίας περὶ τῶν ψυχῶν αὐτῶν· i. e. *Innumera quoque alia invenimus in Job, quæ in noſtris exemplaribus ultra Hebraïcum textum redundant, modò parum, modò multùm: parum quidem, ut cùm his verbis:* Surgens manè offerebat pro illis ſacrificia ſecundùm numerum eorum, *additur*, vitulum unum pro peccato pro animabus eorum.

℣. 6. Græc. ipſo initio hab. Καὶ ἐγένετο ὡς (in ed. Ald. deeſt ὡς) ἡ ἡμέρα αὕτη, *Et factum eſt ſicut dies hæc*; deinde ſic, καὶ ἰδού, &c. vox autem *ecce*, veru transfigitur in Mſ. Maj. Mon. non habetur tamen in Gr. Alex. ſubinde Græc. Vat. addit τοῦ Θεοῦ, ad vocem *angeli*, tollitque *equidem*, poſt *venit*; legitur quidem adverbium iſtud, *equidem*, in ed. Lat. ſed cum prævia ſtellula, quæ denotat hanc vocem abundare in Hebræo. Auguſt. tamen in Job, col. 625. b. legit: *Et ecce venerunt angeli Dei, ut ſtarent coram Deo*; & *venit equidem diabolus cum eis*: at ſer. 12. to. 5. col. 72. c. ſic: *Ecce venerunt angeli in conſpectum Dei*, & *diabolus in medio eorum*. Similiter apud Aquil. καὶ γε Σατὰν ἐν μεσῳ αὐτῶν· item in ed. Compl. ἐν μέσῳ αὐτῶν. Origenes autem epiſt. ad Afric. col. 15. b. inter innumera illa quæ redundaſſe ait ultra Hebraïcum textum in exemplaribus ſuis, obſervat, his: *Venerunt angeli Dei ut adſtarent coram Deo*; & *venit diabolus cum eis*; iſta ſubnecti: *circumiens terram*, & *perambulans in ea*; quæ tamen abſunt hîc à Græco perinde ac Hebraïco textu: leguntur quidem inf. ℣. ſeq. ſed in utroque textu cùm Gr. tum Hebr. excipiendus tamen eſt Mſ. Alexandrinus, in quo poſt verba μετ' αὐτῶν, ſequuntur iſta: περιελθὼν τὴν γῆν, καὶ ἐμπεριπατήσας τὴν ὑπ' οὐρανόν· καὶ εἶπεν ὁ Κύριος, &c. quæ rurſum leguntur ℣. ſeq. 7.

℣. 7. Similiter habet Oroſ. l. contra Pelag. p. 453. h. Ita quoque in Græco, niſi excipias iſta, περιελθὼν τὴν γῆν, καὶ ἐμπεριπατήσας τὴν ὑπ' οὐρανόν· *poſtquam circuivi terram*, & *perambulavi eam quæ ſub cœlo*. Apud Aug. annot. in Job, col. 625. b. hæc pauca leguntur ut ſup. *Et dixit Dominus diabolo: Unde ades?* at ſer. 12. to. 5. col. 72. c. ſic: *Et Deus ait diabolo: Unde venis? Qui reſpondens, dixit: Circuiens totum orbem, adveni huc.*

℣. 8. Ita Græcè, exceptis his: Προσέσχες τῇ διανοίᾳ σου κατὰ τοῦ..... ὅτι οὐκ ἔστι κατ' αὐτὸν ἐπὶ, &c. *Attendiſti mente tua ſuper puerum..... quia non eſt juxta eum ſuper*, &c. quæ idem valent: item in fine legitur πονηρὸν πρᾶγμα ὁ λος, *mala re*, pro *malo*. Mſ. Alex. loco οὐκ ἔστι κατ' αὐτὸν, hab. οὐκ ἔστι ἄνθρωπος ὅμοιος αὐτῷ τῶν ἐπὶ, &c. S. Cypr. l. de mortal. p. 231. c. legit: *Animadvertiſti puerum meum Job? non enim eſt ſimilis illi quiſquam in terris, homo ſine querela, verus Dei cultor.* Aug. l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 49. e. *Animo advertiſti in puerum meum Job? non enim eſt illi homo ſimilis ſuper terram, ſine querela, juſtus, verus Dei cultor, abſtinens ſe ab omni opere malo.* Cæleſtius Pelag. apud Mar. Merc. Garn. p. 386. col. 2. *Nunquid conſideraſti ſervum meum Job? non enim eſt ei ſimilis quiſquam in terris, homo ſine querela, verus Dei cultor, abſtinens ſe ab omni opere malo.* Auct. quæſt. ex utroque Teſt. q. 118. ap. Aug. to. 3. col. 128. e. *Animadvertiſti ad puerum meum Job? non eſt enim ſimilis ei quiſquam in terris, verus Dei cultor.* Itidem Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. part. 1. c. 22. uſque ad vocem *verus*. Leo M. ſer. 26. p. 82. c. habet: *Homo ſine querela*, & *continens ſe ab omni re mala.*

℣. 9. Græc. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ διάβολος, καὶ εἶπεν ἐναντίον τοῦ Κυρίου, &c. *Reſpondit autem diabolus*, & *dixit coram Domino*, &c. ut ſup. In edit. Ald. deeſt δέ. Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 1234. a. hæc pariter hab. *Nunquid gratis colit Job Dominum?* Similiter Aug. in Pſ. 29. to. 4. col. 137. f. Auct. verò l. de promiſſ. ap. Proſp. part. 1. c. 22. ſic: *Et diabolus: Nunquid Job gratis colit Deum?* Mſ. etiam Alex. cum editt. Ald. & Compl. ponit τὸν Θεόν, in fine. Rurſum Ambr. in Pſ. 37. col. 824. b. his alludens, dicit: *Legimus quòd, cùm in concilio angelorum S. Job ſervulum ſuum Dominus converſus ad diabolum prædicaret..... reſponderit diabolus, quia non gratis Job Dominum veneraretur, qui nutu Dei omnibus abundaret.*

℣. 10. Aug. in Pſ. 29. to. 4. col. 137. f. cum Vulgata concinit ad verbum, niſi quòd hab. circa medium, *univerſamque ſubſtantiam ejus per circumitum.* Similiter Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1234. a. cum Vulg. *Nonne tu vallaſti eum?* vide etiam in Pſ. 1. col. 752. f. Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 1. c. 22. poſt hoc ℣. præced. *colit Deum*, ſubdit: *Nonne tu benedixiſti domum ejus*, & *pecora ejus multiplicaſti?* Græc. Οὐ σὺ περιέφραξας τὰ ἔξω αὐτοῦ, καὶ τὰ ἔσω τῆς οἰκίας αὐτοῦ, καὶ τὰ ἔξω φαύλων τῶν ὄντων αὐτῷ κύκλῳ, τὰ δὲ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ εὐλόγησας, καὶ τὰ, &c. ut in textu Lat.

℣. 11. Similiter habet Hieron. in Iſai. 5. col. 56. e. præ-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. quæ habet, niſi in facie tua benedixerit tibi.

12. Tunc dixit Dominus diabolo: Ecce, omnia quæcunque habet, do in manu tua: ſed ipſum noli tangere. Et diſceſſit diabolus à facie Domini.

13. In eo die filii Job & filiæ ejus *comedebant & bibebant vinum in domo fratris ſui ſenioris:*

14. & ecce nuncius venit ad Job, & dixit ei: Juga boum arabant, & aſinæ paſcebantur juxta eos,

15. & venerunt hoſtes, & ceperunt eas, & ſervos occiderunt gladiis, & liberatus ego ſolus veni ut renuntiarem tibi.

16. Adhuc eo loquente, venit & alius nuncius, & dixit ad Job: Ignis *Dei* cecidit de cœlo, & concremavit oves, & paſtores conſumpſit ſimiliter; & liberatus ſum ego ſolus, & veni ut nunciarem tibi.

17. Adhuc eo loquente, venit alius nuncius, & dixit ad Job: Equites fecerunt nobis tres ordines, & cinxerunt camelos, & ceperunt eos, & ſervos occiderunt gladiis, & liberatus ego ſolus veni ut nunciarem tibi.

18. Adhuc eo loquente, alius nuncius venit, dicens Job: Filii tui & filiæ tuæ dum comedunt & bibunt vinum apud fratrem ſuum ſeniorem,

19. ſubitò ſpiritus malignus irruit à deſerto, & tetigit quatuor angulos domus, & ruit, & liberatus ſum ego ſolus, & veni ut nunciarem tibi.

20. Tunc ſurrexit Job, & conſcidit veſtimenta ſua, & totondit comam capitis ſui, & procidens

VULGATA NOVA.

tange cuncta quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi.

12. Dixit ergo Dominus ad Satan: Ecce, univerſa quæ habet, in manu tua ſunt: tantùm in eum ne extendas manum tuam. Egreſſuſque eſt Satan à facie Domini.

13. Cùm autem quadam die filii & filiæ ejus comederent & biberent vinum in domo fratris ſui primogeniti,

14. nuncius venit ad Job, qui diceret: Boves arabant, & aſinæ paſcebantur juxta eos,

15. & irruerunt Sabæi, tuleruntque omnia, & pueros percuſſerunt gladio, & evaſi ego ſolus ut nunciarem tibi.

16. Cùmque adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit: Ignis Dei cecidit è cœlo, & tactas oves pueroſque conſumpſit, & effugi ego ſolus ut nunciarem tibi.

17. Sed & illo adhuc loquente, venit alius, & dixit: Chaldæi fecerunt tres turmas, & invaſerunt camelos, & tulerunt eos, necnon & pueros percuſſerunt gladio, & ego fugi ſolus ut nunciarem tibi.

18. Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intravit, & dixit: Filiis tuis & filiabus veſcentibus & bibentibus vinum in domo fratris ſui primogeniti,

19. repente ventus vehemens irruit à regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruens oppreſſit liberos tuos, & mortui ſunt, & effugi ego ſolus ut nunciarem tibi.

20. Tunc ſurrexit Job, & ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruens in terram, ado-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ter hoc, *in faciem*, pro *in facie tua*; ita rurſum in Ezech. 16. col. 798. d. ſed cum hoc, *in facie*, abſque *tua*. Concinit ad verbum Aug. annot. in Job, col. 625. c. ſed legit, *in faciem tuam*; ſic etiam in Pſ. 29. col. 137. f. hoc inſuper excepto, *ſunt ejus*, pro *habet*. Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 1234. a. legit: *Mitte manum tuam in omnia quæ habet, ſi non in faciem te benedicit*; at in Pſ. 37. col. 824. ita: *Sed mitte manum tuam, & tange omnia quæ habet; videamus ſi non in faciem te benedicat*: & in Pſ. 48. col. 954. b. *Sed mitte man..... & tange ea quæ poſſidet; videamus ſi in faciem te benedicet*: & in Pſ. 36. col. 791. d. *Mitte manum tuam in eum, & videamus ſi in faciem te non benedicat*; tum addit: *Non enim auſus eſt dicere* maledicat, *ſed hoc intelligendum reliquit.* Auct. l. de promiſſ. p. 1. c. 22. *Sed mitte manum tuam, & tange omnia quæ habet; & ſcies an in facie benedicat tibi.* Itidem Græcè, niſi quòd pro & *ſcies*, &c. legitur, ἢ μὴν εἰς πρόσωπόν σε εὐλογήσῃ, *certè in faciem te benedicet.* In Mſ. Alex. εἰ μήν, in edit. Compl. εἰ μή; extremò tam in ipſa quam in Ald. ſic, σε εὐλογήσῃ σε. Vide Hilar. in Pſ. 128. col. 431. a. b.

℣. 12. Tertul. l. de fuga in perſec. p. 969. b. *Ecce, omnia quæ ſunt ei, in manu tua do: in ipſum autem ne extenderis manum.* Cypr. de orat. Dom. p. 212. b. *Ecce, omnia quæcunque habet, in manus tuas do: ſed ipſum cave ne tangas.* Itidem Auct. l. de promiſſ. p. 1. c. 22. excepto uno *quæ*, loco *quæcunque*. Aug. annot. in Job, col. 625. c. ut ſup. *Et diſceſſit diabolus à facie Domini.* Vide etiam Cypr. in Pſ. 37. p. 824. c. Græc. Τότε εἶπεν ὁ Κύριος τῷ διαβόλῳ· Ἰδοὺ, πάντα ὅσα ἐστὶν αὐτῷ, δίδωμι ἐν τῇ χειρί σου· πλὴν αὐτοῦ μὴ ἅψῃ. Καὶ ἐξῆλθεν ὁ διάβολος παρὰ τοῦ Κυρίου. Mſ. Alex. cum edit. Ald. ἀπὸ προσώπου Κυρίου, ut in Lat. ſup.

℣. 13. Græc. initio habet, Καὶ ἦν ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, *Et erat ſicut dies hæc*, pro *In eo die*; reliqua ad verbum ut ſup. ſed abſque hoc medio, *comedebant* &, quod etiam in Mſ. Lat. notatur aſteriſco ut redundans in Hebræo. In Mſ. tamen Alex. legitur ſimiliter, ἤσθιον καὶ ἔπινον; item apud Orig. in Hex. ἔφαγον, ſed præmiſſo aſteriſco.

℣. 14. Ita Græcè, niſi quòd voci *aſinæ*, præponitur θήλειαι, *feminæ*; & in fine, loco *juxta eos*, habetur ἐχόμεναι αὐτῶν, *conjunctæ eis*, quod idem ſonat.

℣. 15. Auguſt. in Job, 625. c. *Et venerunt hoſtes*, & *ceperunt eos*, non *eas*. Græc. verò ſic: Καὶ ἐλθόντες εἰ αἰχμαλωτεύοντες ᾐχμαλώτευσαν αὐτὰς, (Mſ. Alex. αὐτοὺς) καὶ τοὺς παῖδας ἀπέκτειναν ὁν μαχαίρᾳ· Σωθεὶς δὲ ἐγὼ μόνος ἦλθον σοι, &c. *Et venientes prædones prædati ſunt eas*, & *pueros interfecerunt in gladiis; ſalvatus autem*, &c. ut ſup. Mſ. Alex. καὶ ἐσώθην..... καὶ ἦλθον. Iiſdem alludunt Tertul. l. de pat. c. 14. p. 203. b. & Hilar. in Pſ. 128. col. 431. a. b. quos vide.

℣. 16. Similiter in Græco, paucis tantùm mutatis, & levis momenti, nempe, ἔτι τοῦτο, *adhuc iſto*, pro *adhuc eo*, abſque &, poſt *venit*, ut & nomine *Dei*, poſt *ignis*; cui nomini Mſ. noſter Lat. ſtellam præponit; item infra, Græc. hab. κατέφαγε, *devoravit*, pro *conſumpſit*, paulòque poſt ita, Σωθεὶς δὲ ἐγὼ μόνος ἦλθον σοι, &c. *Salvatus autem ego ſolus veni ut*, &c. at in Mſ. Alex. καὶ ἐσώθην..... καὶ ἦλθον; in editt. Ald. & Compl. καὶ Σωθεὶς..... ἦλθον. Ambr. l. 2. offic. to. 2. col. 75. d. huc alludens, ait: *Quid laborioſius autem ſancto Job, vel in domûs incendio, vel filiorum decem interitu?*

℣. 17. Diſſimilia pauca Græcum habet, nempe ſeqq. τοῦτο, *iſto*, pro *eo*, & κεφαλὰς τρεῖς, *capita tria*, loco *tres ordines* (Aquila, τάγματα τρία;) ſubinde ᾐχμαλώτευσαν, *captivos duxerunt*, pro *ceperunt*, ut ἐν μαχαίρᾳ, pro *gladiis*; ſtatimque ἐσώθην δὲ ἐγὼ μόνος, καὶ ἦλθον σοι, &c. *ſalvatus autem ſum ego ſolus*, & *veni ut*, &c. at in Mſ. Alex. καὶ ἐσώθην, ut ſup.

℣. 18. Itidem Græcè, niſi quòd conſtanter habetur τοῦτο, *iſto*, pro *eo*, deleturque *vinum*, poſt *bibunt*. In ed. Lat. obelo configitur vox *alius*, ſed malè; non enim redundat vox iſta apud LXX. ſed nomen *Job*, poſt *dicens*, quod deeſt in Hebræo. Huc revocari poſſunt quæ Tertul. ait l. de pat. c. 14. p. 203. b. *O feliciſſimum illum..... quem non abacti greges, non illæ in pecore divitiæ, non filii uno ruinæ impetu ademti, non ipſius corporis in vulnere cruciatus à patientia excluſit.*

℣. 19. Græc. Ἐξαίφνης πνεῦμα μέγα ἐπῆλθεν ἐκ τῆς ἐρήμου, καὶ ἥψατο τῶν τεσσάρων γωνιῶν τῆς οἰκίας, καὶ ἔπεσεν ἡ οἰκία ἐπὶ τὰ παιδία σου, καὶ ἐτελεύτησαν· ἐσώθην δὲ ἐγὼ μόνος, καὶ, &c. *Repente ſpiritus magnus acceſſit è deſerto, &..... & cecidit domus ſuper parvulos tuos, & mortui ſunt; ſalvatus autem ſum ego ſolus*, &c. ut ſup. Mſ. Alex. cum edit. Ald. habet, καὶ ἐσώθην.

℣. 20. Græc. initio hab. Οὕτως ἀναστὰς Ἰὼβ, ἔρρηξε, *Sic exſurgens Job, conſcidit*; & in fine, καὶ ἐπὶ χαμαὶ, πεσὼν

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ravit,

21. & dixit : Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc : Dominus dedit, Dominus abſtulit : ſicut Domino placuit, ita factum eſt : ſit nomen Domini benedictum.

22. In omnibus his non peccavit Job labiis ſuis, neque ſtultum quid contra Deum locutus eſt.

VERSIO ANTIQUA. *Ex Mſ. Maj. Mon.*

in terram, oravit,

21. & dixit : Nudus exii de utero matris meæ, & nudus vadam illuc : Dominus dedit, Dominus abſtulit : ſicut Domino placuit, ita factum eſt : ſit nomen Domini benedictum.

22. In omnibus his, quæ contigerunt ei, non peccavit Job coram Domino, & non dedit inſipientiam Deo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

κύψας, & *procumbens humi*, *adoravit ;* tollit autem vocem *ſui*, poſt *capitis ;* ſed Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. hab. κεφαλῆς αὐτῦ.

℣. 21. Græc. Καὶ εἶπεν· Αὐτὸς γυμνὸς ἐξῆλθον ἐκ κοιλίας μητρός μκ, γυμνὸς κὴ ἀπελεύσομαι ἐκεῖ· reliqua ad verbum ut ſup. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 306. a. legit : *Nudus exivi de utero matris meæ, nudus etiam ibo ſub terram : Dominus dedit, Dominus abſtulit : ſicut Domino placuit, ita factum eſt : ſit nomen Domini benedictum :* ita rurſum l. de mortal. p. 231. b. niſi quòd delet vocem *meæ*, poſt *matris ;* & pro *placuit*, hab. *viſum eſt ;* Græc. ἔδοξε. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1123. b. *Nudus exivi de utero matris meæ, nudus ibo eò : Dominus dedit, Dom. abſtulit : ſicut Domino placuit, ita*, &c. ut ſup. at infra, col. 1146. b. *Nudus natus ſum, nudus exibo : Dominus dedit*, &c. & col. 1196. e. *Nudus natus ſum, nudus & moriar : Dominus dedit*, &c. ſimiliter in Pſ. 48. col. 953. d. ſed l. 1. offic. to. 2. col. 51. d. *Nudus ſum natus, nudus exibo : quæ Dominus dedit, Dominus abſtulit ;* paulòque poſt : *ſicut Domino placuit, ita factum eſt*, &c. & l. de inſtit. virg. col 254. b. *Nudus exivi de ventre matris meæ, nudus & hinc abibo :* & in Pſ. 35. to. 1. col. 777. a. *Nudus ibi pergam.* Nota ap. Ambr. nonniſi his duobus ſupra memoratis locis, nempe in Pſ. 118. col. 1123. b. & l. 1. offic. col. 51. d. referri hæc verba, *ſicut Domino placuit*, &c. quæ cùm redundent in Græco, veru transfiguntur in Mſ. Maj. Mon. Obſervat quoque Origenes ep. ad Afric. apud Hebræos hæc verba non legi ; notantur etiam obelo in Hexaplis. S. Hilar. in Pſ. 118. col. 261. b. hab. *Dominus dedit, Dominus abſtulit : ſit nomen ejus benedictum in ſæcula.* Similiter in Mſ. Alex. ac edit. Ald. εὐλογημένον εἰς τὸς αἰῶνας. Hieron. l. 3. in ep. ad Epheſ. to. 4. col. 387. f. legit : *Nudus exivi de utero matris meæ, nudus & redeam : ſicut placuit Domino, ita factum eſt : ſit nomen Domini benedictum :* vide etiam ep. 18. ad Euſtoch. to. 4. part. 2. col. 43. f. S. Aug. in Pſ. 30. col. 168. c. ſic : *Nudus exii de utero matris meæ, nudus revertar in terram : Dominus dedit, Dom. abſtulit : ſicut Domino placuit, ita factum eſt : ſit nomen Dom.* &c. ſimiliter l. 1. de civit. Dei, c. 10. to. 7. col. 10. f. & epiſt. ad Honorat. to. 2. col. 435. a. & ſer. 14. to. 5. col. 85. c. Lib. verò annot. in Job, col. 625. d. hæc tantùm refert : *Nudus exii de utero matris meæ.* Similiter hab. S. Paulin. ep. 13. p. 80. b. ſed addit : *nudus oportet in terram revertar.* Concinit Ambroſiaſt. in epiſt. 1. ad Timot. col. 302. f. detracto tamen verbo *oportet.* Item Gaud. Brix. præfat. ad Benevol. p. 944. c. *Nudus exivi de utero matris meæ, nudus iterum revertar in terram : Dominus dedit, Dominus abſt. ſicut Domino placuit*, &c. ut in textu. Itidem Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. col. 106. e. deleta voce *iterum*, additâ verò conjunct. & , poſt *dedit.* Vide ſis Tertul. l. de pat. c. 14. p. 203. b.

℣. 22. Itidem Græcè, niſi excipias unum οὐδέν, pro *non*, ante *peccavit ;* in Mſ. Alex. ac edit. Ald. οὐχ. Apud Cypr. l. 3. Teſtim. p. 306. a. ſic : *In his omnibus, quæ contigerunt ei, nihil peccavit Job labiis ſuis in conſpectu Domini.* Similiter ait Aug. l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 48. g. *In omnibus quæ contigerunt ei, non eum peccaſſe labiis ſuis ante Dominum.* Item Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 997. c. *Ille non peccavit labiis ſuis.* In Mſ. etiam Alex. eſt : Ἐν οὐχ ἥμαρτεν Ἰὼβ οὐδὲν ἐναντι Κυρίυ, οὐδὲ ἐν τοῖς χίλεσιν αὐτῦ, &c.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. FActum eſt autem, cùm quadam die veniſſent filii Dei, & ſtarent coram Domino, veniſſet quoque Satan inter eos, & ſtaret in conſpectu ejus,

2. ut diceret Dominus ad Satan : Unde venis? Qui reſpondens, ait : Circuivi terram, & perambulavi eam.

3. Et dixit Dominus ad Satan : Nunquid conſideraſti ſervum meum Job, quòd non ſit ei ſimilis in terra, vir ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commoviſti me adversùs eum, ut affligerem eum fruſtra.

4. Cui reſpondens Satan, ait : Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima ſua :

VERSIO ANTIQUA. *Ex Mſ. Maj. Mon.*

1. ET factum eſt in illis diebus, venerunt filii Dei, ut adſtarent ante Dominum ; & venit diabolus in medio eorum, ut ſtaret coram Domino :

2. & dixit Dominus diabolo : Unde tu venis? Et reſpondit diabolus Domino, *& dixit* : Circuivi quæ ſub cœlo ſunt, & peragrato toto orbe, adſum.

3. Et dixit Dominus ad diabolum : Animadvertiſti ergo famulum meum Job, quia non eſt quiſquam ſimilis illi ſuper terram, homo innocens, verax, Dei cultor, abſtinens ſe ab omni malo ; & adhuc perſeverat in innocentia? Tu verò dixiſti ut ſubſtantiam ejus fruſtra perderem.

4. Reſpondens autem diabolus Domino, dixit : Corium pro corio, & omnia quæcunque habuerit homo, dabit pro anima ſua :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Ἐγένετο δὲ ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, καὶ ἦλθον οἱ ἄγγελοι τῦ Θεῦ παραστῆναι ἐναντι Κυρίυ, &c. In edit. autem Lat. aſteriſco notatur hoc ult. membrum, *ut ſtaret coram Domino*, ac ſi in Hebraïco ſolo haberetur ; ſequitur tamen in Græco edit. Rom. & al. καὶ ὁ διάβολος ἦλθεν ἐν μέσῳ αὐτῶν παραστῆναι ἐναντίον τῦ Κυρίυ.

℣. 2. Editio Lat. poſt vocem *Domino*, hoc addit, & *dixit*, præpoſitâ ſtellulâ ; abeſt etiam & *dixit*, à Græco : loco verò iſtorum, *Et reſpondit*, &c. habentur ſeqq. Τότε εἶπεν ὁ διάβολος ἐνώπιον τῦ Κυρίυ· mox ita : Διαπορευθεὶς τὴν ὑπ' ὐρανὸν, καὶ ἐμπεριπαλήσας τὴν ζύμπασαν, πάρειμι· i. e. *Tunc dixit diabolus in conſpectu Domini : Poſtquam peragravi eam quæ ſub cœlo, & obambulavi univerſam, adſum.*

℣. 3. Græcè ipſo initio habetur Εἶπε δὲ, *Dixit autem ;* pauciſque interjectis, κατ' αὐτὸν τῶν, *juxta eum de his qui ſunt*, pro *quiſquam ſimilis illi ;* exinde additur vox ἀμέμπλος, *irreprehenſibilis*, poſt hanc, *verax ;* & infra ſic : ἔτι δὲ ἔχεσθαι ἀκακίας, *adhuc autem retinet innocentiam*, loco, & *adhuc perſeverat in innocentia ;* cætera quadrant. Apud Cypr. l. 3. Teſtim. p. 309. a. ita : *Animadverſiſti ad puerum meum Job? non enim eſt ſimilis illi quiſquam in terris, homo ſine querela, verus, Dei cultor, abſtinens ab omni malo.* Eadem memorat Ambr. in Pſ. 37. n. 21. col. 824. d. dicens : *Iterum Dominus ad diabolum dixit, illudens ei, quòd diſſipaſſet omnia quæ habuerat Job, filios ejus interemiſſet, ipſum tamen nequaquam movere potuiſſet.*

℣. 4. Græc. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ διάβολος, εἶπε τῷ Κυρίῳ· Δέρμα ὑπὲρ δέρματος, ὅσα (Mſ. Alex. cum edit. Compl. καὶ πάντα ὅσα, Ald. πάντα ὅσα) ὑπάρχῃ ἀνθρώπῳ, ὑπὲρ τῆς ψυχῆς αὐτῦ ἐκλίσῃ. Mſ. Alex. cum Compl. δώσῃ. Ambr. in Pſ. 37. col. 824. d. *Et ille reſpondit : Quæcunque ha-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
In Mſ. Maj. Mon. 5. ſed extende manum tuam, & tange oſſa & carnes ejus, niſi in facie tua benedixerit tibi.	5. alioquin mitte manum tuam, & tange oſſa ejus & carnem, & tunc videbis quòd in faciem benedicat tibi.
6. Dixit autem Dominus diabolo: Ecce trado illum tibi, tantùm animam ejus cuſtodi.	6. Dixit ergo Dominus ad Satan: Ecce in manu tua eſt, veruntamen animam illius ſerva.
7. Et egreſſus diabolus à facie Domini, percuſſit Job vulnere peſſimo, à pedibus uſque ad caput.	7. Egreſſus igitur Satan à facie Domini, percuſſit Job ulcere peſſimo, à planta pedis uſque ad verticem ejus:
8. Et tulit *ſibi* teſtam, ut raderet ſaniem; & *ipſe* ſedebat in ſtercore, extra civitatem.	8. qui teſtâ ſaniem radebat, ſedens in ſterquilinio.
9. Tempore verò multo injecto, dixit illi uxor ſua: Quouſque ſuſtinebis, dicens: Ecce exſpecto parvò, ſuſtinens ſpem ſalutis? ecce enim exterminata eſt memoria tua à terra, filii & filiæ, mei ventris dolores & gemitus, quos fruſtra portavi cum labore: tuque in putredine vermium ſedes, pernoctans ſub divo: & oberrans & deprecans de loco in locum, & de domo in domum, exſpectans quando ſol occidat, & requiem agam laborum & gemituum, qui me nunc agunt: ſed dic aliquod verbum in Dominum, & morere.	9. Dixit autem illi uxor ſua: Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? benedic Deo, & morere.
10. At ille intuens, dixit ad eam: Tanquam una de ſtultis mulieribus locuta es: ſi bona ſuſcepimus de manu Domini, mala quare non ſuſtineamus? In omnibus his quæ acciderunt illi, nihil peccavit Job labiis *ſuis* ante Dominum.	10. Qui ait ad illam: Quaſi una de ſtultis mulieribus locuta es: ſi bona ſuſcepimus de manu Dei, mala quare non ſuſcipiamus? In omnibus his non peccavit Job labiis ſuis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

bet homo, pro anima ſua dabit.

℣. 5. Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. l. 1. c. 22. col. 107. a. *Mitte manum tuam, & tange carnes illius & oſſa, & ſcies an in facie* (Mſ. Rem. *in faciem*) *benedicat tibi.* Græc. Οὐ μὴν ἀλλὰ ἀποςείλας τὴν χεῖρά Ϛε, ἅψαι (ed. Compl. ἀπόςειλον..... ἢ ἅψαι) τῶν ὀςῶν αὐτοῦ καὶ τῶν Ϛαρκῶν αὐτοῦ, ἢ μὴν (Mſ. Alex. cum Compl. εἰ μὴ) εἰς πρόσωπόν Ϛε εὐλογήσῃ. Vide Ambroſ. ſup. Not. in cap. 1. ℣. 11.

℣. 6. Itidem Græcè. Similiter habet Tertul. l. de fuga in perſec. p. 969. b. *Ecce trado tibi illum, tantùm animam ejus cuſtodi.* Sic etiam Aug. annot. in Job, col. 625. d. cum Auct. l. de promiſſ. col. 107. b. niſi quòd iſte legit *animam illius.* Ambr. l. 1. de pœnit. to. 2. col. 407. a. *Ecce trado tibi illum, tantummodo animam ejus cuſtodi.* Græc. μόνον τὴν ψυχὴν, &c.

℣. 7. In Mſ. Maj. Mon. præponitur aſteriſcus vocibus his, *à facie Domini*, ac ſi redundarent; Græc. tamen hab. Ἐξῆλθε δὲ (edit. Compl. Καὶ ἐξῆλθεν) ὁ διάβολος ἀπὸ τοῦ Κυρίου, (edit. Ald. ἀπὸ τοῦ προσώπου τοῦ Κυρίου,) καὶ ἔπαισε τὸν Ἰὼβ ἕλκει πονηρῷ, ἀπὸ, &c. ut ſup. Ambroſ. l. 1. de pœnit. to. 2. col. 407. a. *Percuſſit Job ulcere malo, à pedibus uſque ad caput.*

℣. 8. Ita Græcè. In edit. Lat. additur *ſibi*, poſt verbum *tulit*, ſicut *ipſe*, ante *ſedebat*; ſed præmiſſis duobus aſteriſcis, & verò abſunt voces iſtæ à Græco. Vide infra Not. ad cap. 7. ℣. 5.

℣. 9. Verba iſta: *Dixit illi uxor ſua*, ponuntur in ed. Lat. ſub aſteriſco, ſed malè, cùm in Græco legantur ſicut in Hebraïco; cætera verò pleraque obelis rectè configuntur in eodem Mſ. cùm in ſolo textu Græco reperiantur: id etiam obſervat Orig. ep. ad Afric. col. 15. his verbis: Πλείονα δὲ ἐν τοῖς ἡμετέροις παρὰ τὰ ἑβραϊκὰ, ὅτε εἶπε τῷ Ἰὼβ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ· Μέχει τίνος καρτερήσεις, λέγων· Ἰδοὺ ἀναμένω χρόνον ἔτι μικρὸν, προσδεχόμενος τὴν ἐλπίδα τῆς Ϛωτηρίας μου; ἕως τοῦ· ἵνα ἀναπαύσωμαι τῶν μόχθων μου καὶ τῶν ὀδυνῶν, αἵ με νῦν Ϛυνέχουσι· μόνον γὰρ τὰ ῥηθὰ τῆς γυναικὸς ἀναγέγραπται τό· ἀλλ' εἶπόν τι ῥῆμα πρὸς Κύριον, καὶ τελεύτα· i. e. *Plura ſunt in noſtris quàm in Hebraïcis, quando dixit Jobo uxor ejus ab illo loco:* Quouſque perſeverabis, dicens: Ecce manebo adhuc parvo tempore, exſpectans ſpem ſalutis meæ? *uſque ad illud:* ut requieſcam ab ærumnis meis & à doloribus, qui me nunc detinent: *nam hæc tantùm uxoris verba ſcripta ſunt:* ſed dic verbum contra Dominum, & morere. Apud Cypr. etiam l. 3. Teſtim. p. 309. a. hæc ultima leguntur: *Dic verbum aliquod in Dominum, & morere.* Item ap. Ambr. ep. 20. to. 2. col. 856. c. *Dic aliquod verbum in Deum, & morere.* Similiter ap. Aug. in Pſ. 29. to. 4. col. 137. e. & in Pſ. 90. col. 963. b. cui accedit Auct. l. de promiſſ. col. 107. b. niſi quòd hab. *Dominum*, non *Deum*. Caſſiod. in Pſ. 37. p. 130. b. *Dic verbum in Domino, & morere*; at in Pſ. 38. p. 131. b. *Dic verbum in Deum*, &c. Gaud. Brix. p. 944. c. *Dic aliquem ſermonem contra Dominum, & morere.* Johannes verò Camerarius ita legebat in exempl. vet. libri Job juxta LXX. Badagienſis monaſterii: *Uſquequo tu nunc ſuſtines, & dices: Ecce exſpecto paucum tempus, adhuc ſperans ſpem ſalutis? ecce exterminata eſt & periit memoria tua de terra, filii tui & filiæ tuæ, ventris mei gemitus & dolores, quos in vacuum portavi cum labore: tu autem ipſe ecce ſedes in putredine vermium, pernoctans & vigilans ſub divo: & ego vaga & habitu ancillæ ambulans de loco in locum, & de domo in domum, operis cauſâ, exſpecto quando ſol occidat, ut requieſcam à gemitibus meis & laboribus, qui me nunc temporis his comprehendêrunt: ſed dic aliquod verbum, benedic in Domino, & morere.* Græcè nunc legitur: Χρόνῳ δὲ τινὶ τῷ προσβεβηκότος, εἶπεν αὐτῷ ἡ γυνὴ αὐτοῦ· Μέχει τίνος καρτερήσεις, λέγων· Ἰδοὺ ἀναμένω χρόνον ἔτι μικρὸν, προσδεχόμενος τὴν ἐλπίδα τῆς Ϛωτηρίας μου; ἰδοὺ γὰρ ἠφάνισαί Ϛου τὸ μνημόσυνον ἀπὸ τῆς γῆς, υἱοί μου καὶ θυγατέρες, ἐμῆς κοιλίας ὠδῖνες καὶ πόνοι, οὓς εἰς τὸ κενὸν ἐκοπίασα μετὰ μόχθων· Ϛὺ δὲ αὐτὸς ἐν Ϛαπρίᾳ σκωλήκων κάθησαι, διανυκτερεύων αἰθρίος· κἀγὼ πλανωμένη καὶ λάτρις τόπον ἐκ τόπου, καὶ οἰκίαν ἐξ οἰκίας, προσδεχομένη τὸν ἥλιον πότε δύσῃ, ἵνα ἀναπαύσωμαι τῶν μόχθων μου καὶ τῶν ὀδυνῶν, αἵ με νῦν Ϛυνέχουσι· ἀλλ' εἶπόν τι ῥῆμα εἰς Κύριον, καὶ τελεύτα.

℣. 10. Vix unum aut alterum variat Græcè, nempe iſtud, οὐχ ὑπομένομεν; *non ſuſtinebimus?* loco *quare non ſuſtineamus?* & in fine ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, *ante Deum*, non *Dominum.* In Mſ. Maj. Mon. additur *ſuis*, voci *labiis*, ſed cum aſteriſco; rectè quidem, cùm abſit à Græco. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 306. a. ita legit: *At ille intuitus eam, dixit: Tanquam una ex ineptis mulieribus locuta es: ſi bona excepimus de manu Domini, mala cur non tolerabimus? In his omnibus quæ acciderunt ei, nihil peccavit Job labiis ſuis in conſpectu Domini:* ſic iterum l. de mortal. p. 231. b. excepto uno *contigerunt*, pro *acciderunt.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1123. d. *Sicut una ex inſipientibus mulieribus locuta es:* & ep. 20. col. 856. d. *Tanquam una ex inſipientibus locuta es:* lib. verò 1. offic. col. 51. d. ita: *Sicut una inſipientium mulierum locuta es: ſi bona ſuſcepimus de manu Domini, quæ mala ſunt, non ſuſtinebimus?* Item l. 4. de interpel. Dav. c. 2. to. 1. col. 662. f. & l. de apol. Dav. col. 685. e. *Si bona accepimus de manu Domini, quæ mala ſunt, cur non ſuſtineamus?* Demum l. 4. in Luc. to. 1. col. 1345. b. addit: *In omnibus quæ acciderunt ei, nuſquam peccavit Job labiis ſuis in conſpectu Dei:* & l. 4 de interpel. Dav. col. 665. c. *In illis omnibus nihil peccavit labiis ſuis.* Aug. in Pſ. 29. to. 4. col. 137. e. & tract. 4. in Joh. to. 3. p. 2. col. 852. a. *Tanquam una ex inſipientibus mulieribus locuta es: ſi bona percepimus de manu Domini, mala non ſuſtinebimus?* Similiter in Pſ. 90. col. 963. b. præter iſta: *Dixit ei: Locuta es tanquam una de inſipientibus mulieribus: ſi bona ſuſcepimus de*, &c. Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. col. 107. c. *Tanquam una ex inſipientibus mulieribus locuta es: ſi bona accepimus de manu Domini, mala quare non toleramus?* Gaud. Brix. ſer. 8.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

11. Igitur audientes tres amici Job omne malum, quod accidiſſet ei, venerunt ſinguli de loco ſuo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites. Condixerant enim, ut pariter venientes viſitarent eum, & conſolarentur.

12. Cùmque elevaſſent procul oculos ſuos, non cognoverunt eum, & exclamantes ploraverunt, ſciſſiſque veſtibus ſparſerunt pulverem ſuper caput ſuum in cœlum.

13. Et ſederunt cum eo in terra ſeptem diebus & ſeptem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum: videbant enim dolorem eſſe vehementem.

VERSIO ANTIQUA.

11. Ut audierunt tres amici ejus omnia mala *hæc*, quæ acciderunt illi, convenerunt unuſquiſque de regione ſua ad eum, Eliphaz Themanites rex, Baldad Sauchites tyrannus, & Sophor *Namathites* Mineorum rex. Et venerunt ad eum ſimul, ut viſitarent, & conſolarentur. *Ex Mſ. Maj. Mon.*

12. Videntes autem eum procul, non agnoverunt; & exclamantes voce magna, fleverunt, ſcindentes ſinguli veſtimenta ſua, ſpargentes ſinguli pulverem ſuper caput ſuum *in cœlum*.

13. Sederunt cum eo *in terra* ſeptem diebus & ſeptem noctibus, & nemo eorum locutus eſt *ad eum verbum:* videbant enim vulnera ejus atrocia, & magnum dolorem valde.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

p. 944. c. *Velut una ex inſipientib. mul. locuta es: ſi bona ſuſcep. de manu Dom. mala cur non tolerabimus?* Maxim. Taurin. p. 44. b. *Si bona excipimus de manu Dom. quare non mala tolerabimus?* Vide Tertul. ſup. ad cap. 1. ℣. 18.

℣. 11. Edit. Lat. addit *hæc*, ad *mala*, ſicut hoc, *Namathites*, poſt *Sophor*; utraque vox ibid. notatur ſtellulâ, nec malè, cùm neutra habeatur in Græco, in quo ſic: Ἀκύσαντες δὲ οἱ τρεῖς φίλοι αὐτῦ τὰ κακὰ πάντα τὰ ἐπελθόντα αὐτῷ, παρεγένοντο ἕκαστος ἐκ τῆς ἰδίας χώρας πρὸς αὐτὸν, Ἐλιφὰζ ὁ Θαιμανῶν βασιλεὺς, Βαλδὰδ ὁ Σαυχέων τύραννος, Σωφὰρ Μιναίων βασιλεύς. Καὶ παρεγένοντο πρὸς αὐτὸν ὁμοῦ μαθόντες, τῦ παρακαλέσαι, καὶ ἐπισκέψασθαι αὐτόν. Ap. Ambr. etiam l. 3. de interpell. Job, c. 1. col. 653. d. memorantur *Eliphaz Themanorum rex*, & *Baldad Sauchæorum tyrannus*, & *Sophar Minæorum rex.*

℣. 12. Græcè ita: Ἰδόντες δὲ αὐτὸν πόρρωθεν, οὐκ ἐπέγνωζαν· καὶ βοήσαντες φωνῇ μεγάλῃ, ἐκλαυσαν, ῥήξαντες ἕκαστος τὴν ἑαυτῦ στολὴν, καὶ καταπασάμενοι γῆν. Edit. Lat. ſubdit, *ſuper caput ſuum in cœlum*, poſitâ tantùm ſtellulâ ante hoc, *in cœlum*, ſed malè, ni fallor; reponi enim debuerat ſuperiùs ante hoc, *ſuper caput ſuum*, quod etiam abeſt à Græco; niſi fortè obſtiterit Mſ. Alex. cum ed. Ald. in quibus etiamnum legitur, ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν.

℣. 13. In editione Lat. poſt hoc, *ſederunt cum eo*, additur *in terra*, præmiſſo aſteriſco; item infra poſt verbum *locutus eſt*, eodem ſigno notatur iſtud, *ad eum verbum*; extremò etiam ſtellula præponitur his verbis, & *magnum dolorem valde*, ſed malè, ut reor, cùm ita legatur Græcè: ἑώρων γὰρ τὴν πληγὴν δεινὴν οὖσαν, καὶ μεγάλην σφόδρα· *videbant enim plagam eſſe gravem*, & *magnam valde*: aſteriſcus ponendus erat ante *dolorem*, quæ ſola vox redundare videtur in textu Hebraïco; cætera Græca concordant cum Lat. ſup.

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. POſt hæc aperuit Job os ſuum, & maledixit diei ſuo,

2. & locutus eſt:

Jer. 20. 14. 3. Pereat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt: Conceptus eſt homo.

4. Dies ille vertatur in tenebras, non requirat eum Deus deſuper, & non illuſtretur lumine.

5. Obſcurent eum tenebræ, & umbra mortis, occupet eum caligo, & involvatur amaritudine.

6. Noctem illam tenebroſus turbo poſſideat, non computetur in diebus anni, nec numeretur in menſibus.

7. Sit nox illa ſolitaria, nec laude digna:

VERSIO ANTIQUA.

1. POſt hæc Job aperuit os ſuum, & maledixit diei ſuæ; *Ex Mſ. Maj. Mon.*

2. & *reſpondens Job*, dixit:

3. Pereat dies ille in quo natus ſum *in eo*, & nox in qua dictum eſt: Conceptus eſt homo.

4. Nox illa ſit tenebræ, nec requirat Dominus eam deſuper, nec inveniat eam lumen.

5. Sed excipiant eam tenebræ, & umbra mortis; veniat ſuper illam caligo, & conturbent eam quaſi amaritudines diei.

6. Et noctem illam ſuſcipiant tenebræ; non ſit in diebus anni, neque numeretur in diebus menſium.

7. Sed nox illa ſit dolor, nec veniat jocunditas, neque gaudium in ea:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Græcè, præter unum τῦτο, loco *hæc*; at in Mſ. Alex. legitur ταῦτα, ut ſup.

℣. 2. In editione Lat. huic voci duplici, *reſpondens Job*, præponitur ſtellula; & verò in Græco eſt ſimpliciter λέγων, *dicens*; in Mſ. tamen Alex. habetur ut ſup. καὶ ἀπεκρίθη Ἰωβ, λέγων, quorſus igitur hæc ſtellula?

℣. 3. A Græco abeſt *ille*, poſt *dies*, quæ tamen vox obelo configitur in edit. Lat. ac ſi in ſolo Hebraïco deſit; paulò verò poſt additur *in eo*, verbo *natus ſum*, in eodem codice, ſed antepoſitâ ſtellulâ; in Mſ. tamen Alex. legitur, ἐν αὐτῇ; deinde tam in ipſo, quàm in aliis, ἡ ἡμὲρα ἐκείνη ἦ (Compl. ἐν ἦ) εἶπαν· Ἰδοὺ ἄρσεν. Hieron. quoque in Jer. 20. t. 3. 624. d. legit: *Maledicta dies in qua natus ſum*, & *nox illa in qua dixerunt: Ecce maſculus.* Hilar. verò in Pſ. 119. col. 375. b. *Pereat dies ille in quo natus ſum*, & *nox in qua dixerunt: Ecce maſculus natus eſt.* Ambroſ. l. de bono mort. c. 2. col. 390. c. & l. 4. in Luc. col. 1345. b. & l. de fide Reſurr. col. 1114. d. *Pereat dies illa in qua natus ſum.* Similiter hab. Auguſt. l. 6. contra Jul. t. 10. col. 706. d. præter hoc, *ille in quo*; & annot. in Job, col. 625. e. addit: & *nox in qua dixerunt: Conceptus eſt homo.* Item ap. Symm. ἐν ἦ ἐκυήθη ἄνθρωπος.

℣. 4. Itidem Græcè, præter unum, ἔλθοι εἰς, pro *inveniat*. Auguſt. bene annot. in Job, col. 625. e. *Nox illa ſint tenebræ, neque requirat eam Dominus deſuper, nec veniat in eam lumen.*

℣. 5. Similiter in Græco, exceptis his: ἐπέλθοι, *ſuperveniat*, pro *veniat*; paulòque poſt, καταραθείη ἡ ἡμέρα ἐκ ἡ νὺξ ἐκείνη, *maledicta ſit dies* & *nox illa*, loco & *conturbent eam quaſi*, &c. In edit. Lat. conjunct. & notatur aſteriſco. In edit. Compl. ſic: καὶ ταραχθείη ἡ ἡμέρα, & *turbata ſit dies*; apud Aquil. verò, καὶ ἐκθαμβώσαισαν αὐτὴν ὡς πικραμμοί, & *exterreant eam quaſi amaritudines*, ut ſup. Item ap. Aug. in Job, col. 625. e. *Sed excipiant illam tenebræ*, & *umbra mortis*; & inf. col. 626. a. & *conturbent eam quaſi amaritudines diei*; media verò reticentur.

℣. 6. Græcè loco & *noctem illam*, id legitur, ἐκ ἡ νὺξ ἐκείνη, annexum ſupra verſui 5. deinde ſic: ἀπενέγκοιτο αὐτὴν σκότος, &c. *auferant eam tenebræ*; reliqua ut in Lat. ſup. In edit. Lat. aſteriſco fulget verbum *ſuſcipiant*, ſicut in fine iſta, *in diebus menſium*, ſed malè, ni fallor, cùm utrobique ſubjecta verba reperiantur in omnibus exemplaribus Græcis. Apud Aug. in Job, col. 626. a. ſic: *Et noctem illam accipiant tenebræ, non ſit in diebus anni; ſed nox illa ſit dolor, neque numeretur in diebus menſium.*

℣. 7. Itidem Græcè, niſi quòd additur ἐπ' αὐτὴν, *ſuper eam*, verbo *veniat*, tolliturque *in ea*, poſt *gaudium*. Vide Auguſt. ſup. ℣. 6.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 8. Sed maledicat illi maledicens diei illi, qui magnum cetum capturus eſt:

9. Tenebreſcant ſidera noctis illius: permaneat, & in lucem non veniat, neque videat luciferum orientem:

10. Quia non concluſit portas ventris matris meæ: abſcondiſſet enim laborem ab oculis meis.

11. Quare enim in ventre non obii; ex utero exiens, & non protinus perii?

12. Et ut quid conſtiterunt mihi genua? quare ubera ſuxi?

13. Nunc itaque, nunc dormiens quieſcerem, & ſomni ſecuritate fruerer:

14. Cum regibus honoratis terræ, qui gloriabantur in malis:

15. Aut cum principibus, quibus multum fuit aurum, qui compleverunt domos ſuas argento:

16. Aut tanquam abortivum prolapſum de vulva matris, aut tanquam infantes qui non viderunt lucem.

17. Ibi impii depoſuerunt furorem ſuum, ibi requieverunt fatigati corpore:

18. Simulque in æternum *abundaverunt*, nec audierunt vocem exactoris.

19. Puſillus & magnus ibi eſt, & ſervus metuens dominum ſuum.

20. Ut quid enim datur eis, qui in amaritudine ſunt, lux, & vita animabus, quæ ſunt in doloribus?

21. Quæ deſiderant mortem, & non contingit illis, quærentes eam tanquam theſaurum,

22. Et gaudio afficiuntur.

23. Mors viro requies, *cujus via abſcondita eſt*: concluſit enim Deus adversùs eum.

VULGATA NOVA.

8. Maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati ſunt ſuſcitare Leviathan:

9. Obtenebrentur ſtellæ caligine ejus: exſpectet lucem & non videat, nec ortum ſurgentis auroræ:

10. Quia non concluſit oſtia ventris, qui portavit me, nec abſtulit mala ab oculis meis.

11. Quare non in vulva mortuus ſum, egreſſus ex utero non ſtatim perii?

12. Quare exceptus genibus? cur lactatus uberibus?

13. Nunc enim dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem:

14. Cum regibus & conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines:

15. Aut cum principibus, qui poſſident aurum, & replent domos ſuas argento:

16. Aut ſicut abortivum abſconditum non ſubſiſterem, vel qui concepti non viderunt lucem.

17. Ibi impii ceſſaverunt à tumultu, & ibi requieverunt feſſi robore.

18. Et quondam vincti pariter ſine moleſtia, non audierunt vocem exactoris.

19. Parvus & magnus ibi ſunt, & ſervus liber à domino ſuo.

20. Quare miſero data eſt lux, & vita his, qui in amaritudine animæ ſunt?

21. Qui exſpectant mortem, & non venit, quaſi effodientes theſaurum:

22. Gaudentque vehementer cùm invenerint ſepulcrum:

23. Viro cujus abſcondita eſt via, & circumdedit eum Deus tenebris?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. Auguſt. in Job, col. 626. b. *Sed maledicat illam maledicens illi diei.* Ambroſ. l. 4. in Luc. t. 1. col. 1345. b. *Et maledicat ei is qui maledixit diem illam, qui habet magnum cetum opprimere:* & in Pſ. 43. col. 922. d. *qui habet magnum cetum captivum ducere.* Gregor. M. l. 4. moral. c. 9. t. 1. col. 110. b. relatis Vulgatæ verbis, ita ſubjungit: *In Translatione veteri ita non dicitur: ſed, Maledicat eam qui maledixit diem, qui capturus eſt grandem cetum.* Græcè: Ἀμὰ καταράσαιλο αὐτὴν ὁ καλαρώμενος τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ὁ μέλλων τὸ μέγα κῆτος χειρώσαθαι.

℣. 9. Ita Græcè ad verbum, niſi excipias iſtud, ὑπομείναι, loco *permaneat*, mel. *ſuſtineat.* Auguſt. annot. in Job, col. 626. b. ſimiliter habet: *Tenebreſcant ſidera noctis illius: permaneat, & in lucem non veniat.* Ambroſ. l. de inſtit. virg. t. 2. col. 263. a. *Intenebreſcant ſtellæ noctis illius*, mox ita, *quia non concluſit*, &c. de ℣. ſeq. omiſſis intermediis.

℣. 10. Ita legunt Ambroſ. l. de inſtit. virg. col. 263. a. & Auguſt. in Job, uſque ad hoc, *abſcondiſſet enim*, pro quo habetur Græcè, ἀπήμαξε γὰρ ἄν, *abſtuliſſet enim utique*; cætera ut in Lat. ſup.

℣. 11. Similiter habet Auguſt. in Job, col. 626. c. præter unum *exii*, pro *exiens*; Græc. ἐκ γαςρὸς δὲ ἐξῆλθον, cum cæteris ut ſup.

℣. 12. Itidem Auguſt. annot. in Job, col. 626. c. In Græco ſic: Ἱνατί δὲ συνήντησάν μοι τὰ γόνατα; ἱναλί δὲ μασθὸς ἐθήλασα; *Ut quid autem occurrerunt mihi genua? quare autem*, &c. Mſ. Alex. initio hab. Καὶ ἱναλί, ut ſup.

℣. 13. Auguſt. in Job, col. 626. c. hæc tantùm hab. *Nunc utique dormiens quieſcerem.* Item Græcè, Νῦν ἂν κοιμηθεὶς ἡσύχασα, dein verò, ὑπνώσας δὲ ἀνεπαυσάμην, *ſomnum autem capiens requieſcerem.*

℣. 14. Similiter ap. Auguſt. in Job, excepto ultimo, *gladiis*, pro *malis*, juxta Græc. ξίφεσι; pro *honoratis* verò, habetur Græcè, βυλευτῶν, *conſiliariis*; cætera ut in Lat.

℣. 15. Eadem prorſus habet Auguſt. in Job, col. 626. d. Ita quoque in Græco.

℣. 16. Ita Græcè præter unum ἐκπορευόμενον, *exiens*, loco *prolapſum.* Apud Auguſt. in Job, omnia ut in Lat. ſup.

℣. 17. Ita conſtanter apud Auguſt. in Job, 626. d. nec aliter Græcè, exceptis his, ἐξέχαυσαν θυμὸν ὀργῆς, *acconderunt furorem iræ*, loco *depoſuerunt furorem ſuum.* Mſ. Alex. non hab. ἐξέχαυσαν, ſed ἔπαυσαν, al. ἐξέπαυσαν. Hieron. in Eccleſ. t. 2. col. 737. c. *Ibi requieverunt laſſi corpore.*

℣. 18. In edit. Lat. aſteriſco diſtinguitur verbum *abundaverunt.* Græcè ita: Ὁμοθυμαδὸν δὲ οἱ αἰῶνιοι οὐκ ἤκουσαν φωνὴν φορολόγου. *Pariter autem ſeculares non audierunt*, &c. ut ſup. Mſ. Alex. habet, Ὁμοθυμαδὸν δὲ αἰῶνος ἐκεῖνοι ἤκουσαν. Hieron. in Eccleſ. t. 2. col. 737. c. *Cum his qui vinctis fuerant jam ſecuri, non audientes vocem exactoris.* Aquila, Ἅμα δέσμιοι εὐθύνησαν, *Simul vincti proſperati ſunt.* Symm. Ὁμοῦ δεσμῶται, ἀόχλητοι, *Simul in vinculis habiti, à turbatione liberi.*

℣. 19. Ita Græcè verbum è verbo. Sic etiam apud Auguſt. in Job, col. 626. e. præter hoc, *non timens*, loco *metuens*; & verò in Mſ. Alex. ac edit. Compl. legitur ὁ δεδοικώς. Similiter apud Hieron. in Iſai. 24. t. 3. col. 207. f. *Parvus & magnus ibi ſunt, & ſervus non timens dominum ſuum.*

℣. 20. Concinit Auguſt. ad verbum l. annot. in Job, 627. a. In Græco hoc unum variat, δέδοται, *data eſt*, pro *datur.* Hieron. in Jer. 20. t. 3. col. 624. e. legit: *Quare data eſt miſero lux*, &c. ut in Vulg. Mſ. etiam Alex. extremò hab. τοῖς ἐν πικρίᾳ ψυχῆς, non ταῖς ἐν ὀδύναις ψυχαῖς.

℣. 21. Similiter hab. Auguſt. in Job, col. 627. a. *Quæ deſiderant mortem, & non contingit illis.* Græc. Οἱ ἱμείρονλαι τῦ θανάτυ, καὶ ὐ τυγχάνουσιν, ἀνορύσσοντες ὡσπερ θησαυρύς. *Qui deſiderant mortem, & non obtinent, effodientes quaſi theſauros.* Mſ. verò Alex. ἀνορύσσονλες αὐτὸν ὡσπερ θησαυρόν, ut ſup.

℣. 22. Græc. Περιχαρεῖς δὲ ἐγένοντο, ἐὰν καλατύχωσι, *Læti autem facti ſunt, ſi fuerint conſecuti.*

℣. 23. Itidem apud Auguſt. in Job, 627. a. præter unum *vita*, pro *via.* In Græco ſimpliciter: Θάναλος ἀνδρὶ ἀνάπαυμα, συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς κατ' αὐτῦ. Nobilius tamen obſervat in pleriſque codicibus poſt ἀνάπαυμα, interponi, ℣ ἡ ὁδὸς ἀπεκρύβη· *atque ita etiam*, inquit, *teſtatur Olymp. in aliquibus legi cum iſta adjunctione*, ἀπ' αὐτῦ. Sic etiam nunc habetur in Hexapl. Orig. ex Theodot. ſed præfixo aſteriſco nec malè, nam in Mſ. Alex. ſic habetur cum ſtellula: ℣ ※ ἡ ὁδὸς ἀπεκρύβη. In Mſ. tamen Maj. Mon. deeſt aſteriſcus. Apud Ambroſ. l. 4. de interp. Dav. c. 3. col. 665. c. *Mors viro requies*, ut ſup.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

24. Antequam comedam ſuſpiro : & tanquam inundantes aquæ, ſic rugitus meus :

25. Quia timor, quem timebam, evenit mihi : & quod verebar accidit.

26. Nonne diſſimulavi ? nonne ſilui ? nonne quievi ? & venit ſuper me indignatio.

VERSIO ANTIQUA.

24. Ante eſcas quippe meas gemitus ad Domi- *Ex Mſ. Maj. Mon.*
num, & fleo coarctatus timore :

25. Timor enim, quem verebar, venit mihi : & quem timebam, comprehendit me.

26. Neque in pace fui, neque in ſilentio, neque in requie : venit autem mihi ira.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 24. Ita Auguſt. in Job, 627. b. excepto uno *adeſt*, loco *ad Dominum*. Græc. Πρὸ γὰρ τῶν σίτων μου στεναγμὸς ἥκει· δακρύω δὲ ἐγὼ συνεχόμενος φόβῳ.

℣. 25. Auguſt. in Job, col. 627. b. priora tantùm hab. *Timor enim, quem verebar, venit mihi.* Græc. Φόβος γὰρ, ὃν ἐφρόντισα, ἦλθέ μοι· deinde, ᾧ ὃν ὑπεδειλοίκειν, συνήντησέ μοι, & *quem metueram, occurrit mihi.*

℣. 26. Auguſt. in Job, delet verbum *fui*; & infra, pro *venit autem*, hab. *venit enim*; cætera ut ſup. Græcè, Οὔτε εἰρήνευσα, οὔτε ἡσύχασα, οὔτε ἀνεπαυσάμην, ἦλθε δὲ, &c. ut ſup.

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. RESpondens autem Eliphaz Themanites, dixit :

2. Si cœperimus loqui tibi, forſitan moleſtè accipies, ſed conceptum ſermonem tenere quis poterit ?

3. Ecce docuiſti multos, & manus laſſas roboraſti :

4. Vacillantes confirmaverunt ſermones tui, & genua trementia confortaſti :

5. Nunc autem venit ſuper te plaga, & deficiſti : tetigit te, & conturbatus es.

6. Ubi eſt timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum ?

7. Recordare obſecro te, quis unquam innocens periit ? aut quando recti deleti ſunt ?

8. Quin potiùs vidi eos, qui operantur iniquitatem, & ſeminant dolores, & metunt eos,

9. Flante Deo periſſe, & ſpiritu iræ ejus eſſe conſumptos :

10. Rugitus leonis, & vox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti ſunt.

11. Tigris periit, eò quòd non haberet prædam, & catuli leonis diſſipati ſunt.

12. Porro ad me dictum eſt verbum abſconditum, & quaſi furtivè ſuſcepit auris mea venas ſuſurri ejus.

13. In horrore viſionis nocturnæ, quando ſolet ſopor occupare homines,

VERSIO ANTIQUA.

1. RESpondens autem Eliphaz Themanites, *Ex Mſ. Maj. Mon.*
dixit :

2. Ne fortè loquamur tibi in moleſtia : pondus autem verborum tuorum quis ſuſtinebit ?

3. Quòd ſi tu monuiſti multos, & manus infirmium conſolatus es :

4. Et ægros corroboraſti ſermonibus, genibuſque infirmium valetudinem præſtitiſti :

5. Et nunc venit in te dolor, & penetravit te ; tu autem conturbatus es :

6. Nonne timor tuus ſtultus eſt, & ſpes tua, & ſimplicitas vitæ tuæ ?

7. Recordare itaque quis mundus perierit ? vel quando veraces radicitus interierint ?

8. Quemadmodum vidi arantes peſſima, & qui ſerunt ea, dolores metunt ſibi :

9. Præcepto Domini peribunt, & ſpiritu iræ ejus demolientur :

10. Fremitus leonis, & vox leænæ, & gladius draconum extinctus eſt.

11. Myrmicoleon periit, eò quòd non * habet eſcam, & catuli leonum diviſi ſunt ab invicem. * *l.* haberet.

12. Quòd ſi aliquod verbum verum fuiſſet in ſermonibus tuis, nihil horum tibi accidiſſet : nunquid non capit auris mea magnifica ab eo ?

13. Somnum & timorem nocturnum ? decidente timore in homines,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Græcè, niſi excipias verbum ὑπολαβὼν, *excipiens*, pro *reſpondens* ; & in fine, λέγει, *dicit*. Apud Auguſt. in Job, 627. c. ſimpliciter, *Verba Eliphaz*. Vide etiam Ambroſ. l. 3. de interpel. Job, c. 1. col. 653. d.

℣. 2. Græc. Μὴ πολλάκις σοὶ λελάληται ἐν κόπῳ ; ἰσχὺν δὲ &c. ut in Lat. ſup. *Num ſæpe tibi ſermo eſt habitus in moleſtia ? robur autem*, i. e. *pondus*, &c. Apud Auguſt. in Job, col. 627. c. poſterior tantùm pars habetur : *Pondus autem*, &c. ut ſup.

℣. 3. Græc. Εἰ γὰρ σὺ ἐνουθέτησας πολλὺς, ᾧ χεῖρας ἀδενεῖς παρεκάλεσας. Mſ. Alex. ᾧ χεῖρας ἀδενεύντων, &c.

℣. 4. Græc. Ἀδενεῖλας τε ἐξανέστησας ῥήμασι, γόνασί τε ἀδυνατοῦσι θάρσος περιέθηκας. *Et eos qui infirmabantur erexiſti verbis, genibuſque impotentibus fiduciam circumpoſuiſti.*

℣. 5. Græc. Νῦν δὲ ἥκει ἐπὶ σὲ πόνος, ᾧ ἥψατό σου· σὺ ἐσπούδασας. *Nunc autem venit ſuper te labor, & tetigit te : tu feſtinaſti*, vel *ſedulò egiſti* ; Mſ. Alex. cum Compl. σὺ δὲ ἐσπούδασας, ſchol. ἐθορυβήθης.

℣. 6. Auguſt. in Job, 627. c. *Nonne timor tuus ſtultus eſt, & ſpes tua, & ſimplicitas vitæ* (f. *viæ*) *tuæ quaſi ſtultitia ?* Græc. Πότερον οὐχ ὁ φόβος σου ἐστὶν ἐν ἀφροσύνῃ, ᾧ ἡ ἐλπίς σου, ᾧ ἡ κακία τῆς ὁδοῦ σου ; *Nonne timor tuus eſt in ſtultitia, & ſpes tua, & malitia* ſeu *iniquitas viæ tuæ ?* al. ᾧ ἡ ἀκακία τῆς ὁδοῦ σου. Aquila, ἡ ἁπλότης τῶν ὁδῶν σου, ut ſup.

℣. 7. Græc. Μνήσθητι δή, τίς καθαρὸς ὢν, ἀπώλετο ; ἢ πότε ἀληθινοὶ ὁλόῤῥιζοι ἀπώλοντο ; *Recordare igitur, quis cùm mundus eſſet, periit ? vel quando veraces radicitus perierunt ?*

℣. 8. Ita Græcè, præter Ieqq. ἄτοπα, *abſurda*, loco *peſſima* ; deinde, οἱ δὲ, pro & *qui* ; & infra, θερίσουσι, *metent*, pro *metunt*. Ambroſ. l. 1. de interpel. Job, c. 4. col. 629. b. eadem memorat : *Deſcribentes*, inquit, *impiorum ſupplicia, ut qui vitia ſererent, & meterent ſibi dolores.*

℣. 9. Græc. Similiter, exceptis his, Ἀπὸ πρσάγματος..... ἀπὸ δὲ πνεύματος, &c. *A præcepto..... à ſpiritu autem*, &c. Apud Ambroſ. ſup. *Quòd mandato perirent Dei, & ſpiritu vitæ ipſius interirent* ; Græc. ἀφανισθήσονται.

℣. 10. Aug. in Job, col. 627. c. *Fremitus leonis*, & *vox leænæ*, & *gaudium draconum extinctum eſt.* Græc. Στόμα λέοντος, φωνὴ δὲ λεαίνης, γαυρίαμα δὲ δρακόντων ἐσβέσθη.

℣. 11. Similiter ap. Auguſt. in Job, 627. d. e. præter unum *haberet*, pro *habet*. Ita quoque in Græco, niſi quòd pro *diviſi ſunt*, legitur ἔλιπον, *reliquerunt*. Gregor. M. l. 1. moral. t. 1. col. 158. d. ad hoc Vulg. *Tigris periit*, ait : *Translatione LXX. Interpretum nequaquam* tigris *dicitur, ſed* myrmicoleon periit, eò quòd non haberet prædam : *Myrmicoleon autem*, inquit, *Latinè dicitur, vel formicarum leo, vel certè expreſſius, formica pariter & leo.*

℣. 12. Græc. ipſo initio hab. Εἰ δέ τι, &c. *Si quod autem verbum*, paulòque poſt, οὐδὲν ἂν σοὶ τούτων κακὸν ἀπήντησε, *nihil tibi horum malum occurriſſet*, ſeu *contigiſſet* ; item pro *capit*, δέξεται, *capiet*, & pro *magnifica*, ἐξαλσια, i. e. *mediocritatem exuperantia* ; cæt. ut in Lat. ſup. Auguſt. in Job, col. 627. e. conſtanter : *Nihil horum tibi accidiſſet : nunquid non capit auris mea ab eo magnifica ?*

℣. 13. Græc. Φόβῳ δὲ ᾧ ἤχῳ νυκτερινῇ ἐπιπίπτων φόβος

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 14. Horror mihi accidit, & tremor, & validè oſſa mea commovit:

15. Et ſpiritus in faciem mihi occurrit: horruerunt capilli mei & carnes.

16. Exſurrexi, & non cognovi; inſpexi, & non erat figura ante faciem meam; ſed auram tantùm & vocem audiebam.

17. Quid enim? nunquid homo coram Domino mundus erit, aut ab operibus ſuis ſine macula vir?

18. Si contra ſervos ſuos non credit, & adversùs angelos ſuos pravum quid reperit:

19. Habitantes autem domos luteas, de quibus & nos ex eodem luto ſumus, percuſſit illos tanquam tinea:

20. Et à manè uſque ad veſperam ultra non ſunt: & quòd non poſſent ſibi ipſi ſubvenire, perierunt.

21. Afflavit enim eos, & aruerunt: interierunt, quia non habebant ſapientiam.

VULGATA NOVA.

14. Pavor tenuit me, & tremor, & omnia oſſa mea perterrita ſunt:

15. Et cùm ſpiritus me præſente tranſiret, inhorruerunt pili carnis meæ.

16. Stetit quidam, cujus non agnoſcebam vultum, imago coram oculis meis, & vocem quaſi auræ lenis audivi.

17. Nunquid homo, Dei comparatione juſtificabitur, aut factore ſuo purior erit vir? *Inf.* 25. 4.

18. Ecce qui ſerviunt ei, non ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis reperit pravitatem: *Inf.* 15. 15. 2. *Pet.* 2. 4.

19. Quantò magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, conſumentur velut à tinea?

20. De manè uſque ad veſperam ſuccidentur: & quia nullus intelligit, in æternum peribunt.

21. Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis: morientur, & non in ſapientia.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἐπ' ἀνθρώπους· *Timore autem & ſonitu nocturno incidens timor ſuper homines.*

℣. 14. Similiter in Græco, niſi excipias verbum ζυνήντησε, *occurrit*, pro *accidit*, quod idem ſonat. Hieron. in Iſai. 54. t. 3. col. 399. a. legit: *Horror & tremor venerunt ſuper me, & multùm mea oſſa concuſſit.* Græc. διέσεισε, Mſ. Alex. συνέσεισεν, ed. Compl. συνέσεισε.

℣. 15. Similiter habet Auguſt. in Job, 627. f. *Et ſpiritus in faciem mihi occurrit.* Græc. Καὶ πνεῦμα ἐπὶ πρόσωπόν μου ἐπῆλθε· deinde, ἔφριξαν δὲ, &c. ut in Lat. Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 748. d. legit: *Et ſpiritus occurrit in facie mea, & horruerunt capilli mei & carnes:* at infra, p. 751. b. *Et ſpiritus apparuit in oculis meis, & horruerunt capilli mei.* Græc. μοῦ τρίχες, *pili mei.*

℣. 16. Rectè è Græco, niſi quòd pro *inſpexi*, ſimpliciter eſt εἶδον, *vidi*, nec non ὀφθαλμῶν μου, *oculos meos*, loco *faciem meam*, abſque ſeq. *tantùm*, poſt *auram*. Vigil. Tapſ. ubi ſup. p. 748. d. & 751. b. ſic pergit: *Et vultum, & ſpeciem non vidi, ſed vocem tantùm audiebam.*

℣. 17. Similiter Aug. in Job, col. 627. f. *Quid enim? nunquid homo coram Domino mundus erit?* Hieron. l. 2. cont. Jovin. t. 4. part. 2. col. 197. c. *Quid enim? nunquid homo coram Deo mundus eſt, aut in operibus ſuis ſine macula vir?* & l. 2. cont. Pelag. ibid. col. 512. d. *Nunquid mundus erit homo coram Deo, aut in operibus ſuis irreprehenſibilis vir?* Græc. Τί γάρ; μὴ καθαρὸς ἔσαι βροτὸς ἐναντίον τοῦ Κυρίου, ἢ ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ ἀμέμπτος ἀνήρ.

℣. 18. Itidem Auguſt. in Job, col. 627. g. 628. a. Sic etiam Hieron. l. 2. contra Jovin. t. 4. p. 2. col. 197. c. ad verbum. Item l. 2. cont. Pelag. ibid. col. 512. f. niſi quòd hab. *adversùs famulos*, pro *contra ſervos*, paulòque poſt, & *contra angelos*, abſque ſeq. *ſuos*; at infra, col. 528. f. & in Iſai. 24. t. 3. col. 212. d. hab. *adversùm angelos ſuos perverſum quid reperit:* & ep. ad Damaſ. t. 4. col. 159. d. & *contra angelos ſuos perverſum quid intellexit.* Græc. Εἰ κατὰ παίδων αὐτοῦ οὐ πιστεύει, κατὰ δὲ ἀγγέλων αὐτοῦ σκολιόν τι ἐπενόησε. Vide inf. c. 15. ℣. 15.

℣. 19. Ita Græcè excepto uno αὐτοὶ, *ipſi*, pro *nos*. Similiter apud Auguſt. in Job, 628. a. *Habitantes autem domos luteas;* & poſt pauca, *percuſſit illos tanquam tinea.* Græc. αὐτὸς τρόπον, *ad modum tineæ.* Hieron. l. 2. contra Jovin. t. 4. part. 2. col. 197. c. *Quantò magis habitantes in domibus luteis, de quibus & nos ex eodem luto ſumus?* Iiſdem alludit Ambroſ. l. 1. de interpell. Job, c. 4. col. 629. b. dicens: *Qui infufflaret domos luteas inhabitantibus, & areſcerent.*

℣. 20. Ita legit Auguſt. in Job, 628. b. exceptis his, *eò quòd non poſſent ſibi ipſis*, pro & *quòd* &c. Ita quoque in Græco.

℣. 21. Græc. Ἐνεφύσησε γὰρ αὐτοῖς, καὶ ἐξηράνθησαν· *Inſufflavit enim eis, & exaruerunt*, &c. ut in Lat. ſup. Similiter Auguſt. in Job, col. 628. b. ab hoc, *interierunt;* Græc. ἀπώλοντο.

CAPUT V.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 1. INvoca autem, ſi quis tibi reſpondeat, aut ſi quem ſanctorum angelorum videas.

2. Etenim ſtultum interimit ira, errantem autem occidit zelus.

3. Ego autem vidi ſtultos radicem mittentes, ſed protinus comeſta eſt eorum converſatio.

4. Longè fiant filii eorum à ſalute, & conterantur ante januas impiorum, & non ſit qui eruat.

5. Quæ enim illi congregaverunt, juſti comedent; ipſi verò de malis non liberabuntur: exhauriatur fortitudo eorum.

6. Non enim prodiet de terra labor, nec de montibus germinabit dolor.

VULGATA NOVA.

1. VOca ergo, ſi eſt qui tibi reſpondeat, & ad aliquem ſanctorum convertere.

2. Verè ſtultum interficit iracundia, & parvulum occidit invidia.

3. Ego vidi ſtultum firma radice, & maledixi pulchritudini ejus ſtatim.

4. Longè fient filii ejus à ſalute, & conterentur in porta, & non erit qui eruat.

5. Cujus meſſem famelicus comedet, & ipſum rapiet armatus, & bibent ſitientes divitias ejus.

6. Nihil in terra ſine cauſa fit, & de humo non oritur dolor.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter Auguſt. in Job, 628. b. *Invoca autem, ſi quis tibi reſpondeat;* reliqua deſunt. Græc. Ἐπικάλεσαι δὲ, εἴ τις ὑπακούσεταί, ἢ, &c. ut in Lat. ſup.

℣. 2. Itidem Auguſt. in Job, 628. b. c. excepto verbo *perimit*, pro *interimit;* Græc. ἀναιρεῖ, cum reliq. ut ſupra. Chromat. Aquil. in Matth. col. 982. b. leg. *Stultum interficit iracundia, ſeductum autem occidit æmulatio.*

℣. 3. Ita è Græco, niſi excipiatur vox ultima *converſatio*, pro qua, Μάνα, Nobil. *habitatio.* Auguſt. in Job, 628. c. hoc unum hab. *Ego autem vidi ſtultos radicem mittentes.*

℣. 4. Similiter in Græco, niſi excipias iſta, κολαζομένων δὲ ἐπὶ θύραις πατρόνων, καὶ οὐκ ἔσαι, &c. Auguſt. in Job, 628. d. *Et conterantur ſuper januas infirmorum*, Gr. *minorum.*

℣. 5. Similiter hab. Auguſt. annot. in Job, 628. d. cui Græcum favet.

℣. 6. Sic etiam in Græco. Apud Auguſt. in Job, 628. d. prior pars habetur ut ſup. poſterior deeſt.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

7. Homo naſcitur ad laborem, & avis ad volatum.

8. Quamobrem ego deprecabor Dominum, & ad Deum ponam eloquium meum:

9. Qui facit magna & inſcrutabilia & mirabilia abſque numero:

10. Qui dat pluviam ſuper faciem terræ, & irrigat aquis univerſa:

11. Qui ponit humiles in ſublime, & mœrentes erigit ſoſpitate:

12. Qui diſſipat cogitationes malignorum, ne poſſint implere manus eorum quod cœperant:

1. Cor. 3. 19. 13. Qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium pravorum diſſipat:

14. Per diem incurrent tenebras, & quaſi in nocte ſic palpabunt in meridie.

15. Porro ſalvum faciet egenum à gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem.

16. Et erit egeno ſpes: iniquitas autem contrahet os ſuum.

17. Beatus homo, qui corripitur à Deo: increpationem ergo Domini ne reprobes:

18. Quia ipſe vulnerat, & medetur: percutit, & manus ejus ſanabunt.

19. In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non tanget te malum.

20. In fame eruet te de morte, & in bello de manu gladii.

21. A flagello linguæ abſcondêris, & non timebis calamitatem cùm venerit.

22. In vaſtitate & fame ridebis, & beſtias terræ non formidabis.

23. Sed cum lapidibus regionum pactum tuum,

VERSIO ANTIQUA.

7. Sed homo in labore naſcitur, pulli autem vulturis altiſſimè volant. *Ex Mſ. Maj. Mon.*

8. Unde & ego deprecabor Dominum, & Dominum omnium dominatorem invocabo:

9. Qui facit magna & inveſtigabilia, glorifica & ingentia, quorum non eſt numerus:

10. Qui dat pluviam ſuper faciem terræ, & mittit aquam ſub cœlo:

11. Qui facit infirmos in excelſo, & qui impeditos excitat *in ſalutem*:

12. Qui mutat conſilia aſtutorum, ut non faciat manus eorum veritatem:

13. Qui comprehendit ſapientes in prudentia, & conſilium veriutorum exterret.

14. In die occurrent illis tenebræ, & tanquam nocte palpabunt in meridie.

15. Et pereant in bello, & egrediatur de manu potentis infirmus.

16. Sit autem infirmo ſpes, & iniquus obſtruatur.

17. Beatus autem vir, quem arguit Dominus: correptionem ergo Omnipotentis ne abnueris:

18. Ipſe enim dolorem facit, & rurſum medetur: percutit, & manus ejus ſanat.

19. Sexies de neceſſitatibus liberabit te, & in ſeptimo non te tanget malum.

20. In fame liberabit te à morte, in prælio verò de manu inferni ſolvet te.

21. A flagello linguæ abſcondet te, neque timebis, neque ſupervenient tibi mala.

22. Injuſtos & iniquos deridebis, & ferocientes beſtias non timebis.

23. *Quia cum lapidibus agri habebis fœdus*, beſtiæ

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Eadem refert Auguſt. in Job, 628. e. præter unum *volitant*, pro *volant*. Græc. pro *in labore naſcitur*, hab. γενᾶται κόπῳ, *naſcitur labori*; Mſ. verò Alex. ἐν κόπῳ γενᾶται, ut ſup. reliqua quadrant.

℣. 8. Græc. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ ἐγὼ δεηθήσομαι Κυρίου, Κύριον δὲ &c. *Veruntamen ego deprecabor Dominum, Dominum autem*, &c. ut ſup.

℣. 9. Similia leguntur Græcè.

℣. 10. Similiter ap. Auguſt. in Job, 628. f. *Qui dat pluviam ſuper faciem terræ.* In Mſ. Maj. Mon. ponitur ſtellula ante vocem *ſuper*, ſed malè, ni fallor; nam Græc. hab. τὸν διδόντα ὑετὸν ἐπὶ τὴν γῆν· vel igitur ponenda ſtellula ante *faciem*, quæ vox ſola redundare videtur, vel potiùs tollenda. Græc. addit: ἀποστέλλοντα ὕδωρ ἐπὶ τὴν ὑπ' οὐρανόν, *qui mittit aquam ſuper eam quæ ſub cœlo.*

℣. 11. Græc. Τὸν ποιοῦντα ταπεινοὺς εἰς ὕψος, καὶ ἀπολωλότας ἐξεγείροντα. *Qui facit humiles in altitudinem, & ſuſcitat eos qui perierant.* In edit. Lat. τὸ *in ſalutem*, aſteriſco fulget, ſicut etiam in Hexapl. Orig.

℣. 12. Sic etiam in Græco, præter hoc, καὶ ἡ μὴ ποιήσουσιν, & *non facient*, loco *ut non faciat*. In edit. Lat. figuntur duo puncta craſſiora poſt vocem *veritatem*, ac ſi verſus totus redundans eſſet in Hebræo, vel in ipſo ſolo reperiretur; ſed malè, ut videtur, cùm idem etiam ℣. legatur in Græco: reponenda ſunt igitur puncta illa duo poſt *ſalutem*, quæ vox ultima eſt verſûs præced. quæque ſola abeſt à Græco. Apud Auguſt. in Job, 628. g. hoc tantùm legitur: *Ut non faciat manus eorum veritatem.*

℣. 13. Concinit Græcum, niſi quòd loco & *conſilium*, hab. βουλὴν δέ; & pro *exterret*, ἐξέσυρε, Nobil. *diſjecit.* Tertul. l. 5. contra Marc. p. 788. b. legit: *Deprehendens ſapientes in nequitia illorum*; at in Græco conſtanter, ἐν τῇ φρονήσει; ſolus Mſ. Alex. addit αὐτῶν. Huc redit quod Ambroſ. ait l. 1. de interpel. Job, c. 4. col. 629. b. *cogitationes deſtitueret verſutorum.*

℣. 14. In Græco poſteriora ſola ſic immutantur: Τὸ δὲ μεσημβρινὸν ψηλαφήσαισαν ἴσα νυκτί· *In meridie autem palpent tanquam in nocte.* Apud Auguſt. in Job, 628. g. pene ut ſup. *In die occurrent illis tenebræ, aut tanquam in nocte palpabunt in meridie:* & l. 2. contra epiſt. Parmen. t. 9. col. 29. c. *Nonne*, inquit, *iſti palpant in meridie quaſi in media nocte?*

℣. 15. Itidem Auguſt. in Job, 629. a. Græcè: Ἀπόλοιτο δὲ ἐν πολέμῳ, ἀλλ' ἄλλος δὲ ἐξέλθοι, &c. ut ſup.

℣. 16. Ita Græcè, præter hoc, ἀδίκῳ δὲ στόμα, *injuſti autem os*, loco & *iniquus.* Apud Auguſt. in Job, 629. a. legitur ſolùm, *Sit autem infirmo ſpes.* Apud Ambroſ. verò l. 1. de interpel. Job, c. 4. col. 629. b. per relat. ad ſeqq. *Os obſtrueret injuſti.*

℣. 17. Similiter habet Aug. in Job, 629. a. uſque ad vocem *correptionem.* Græcè, ἄνθρωπος, *homo*, loco *vir*; paulòque poſt ita: τελέτημα δὲ Παντοκράτορος μὴ ἀπαναινοῦ. Ambroſ. ep. 38. t. 2. col. 942. b. *Beatus vir, quem arguit Dominus: admonitionem autem Dei ne recuſaveris:* lib. verò de exhort. virg. col. 300. a. *Beatus homo, quem arguit Dominus: & ideo increpationes ejus non refugias.* Auct. l. de XLII. manſ. ap. Ambr. col. 18. f. *Beatus homo, quem corripuit Dominus: increpationem Omnipotentis ne renuas.*

℣. 18. Græc. Αὐτὸς γὰρ ἀλγεῖν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀποκαθίστησιν· ἔπαισε, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἰάσαντο. *Ipſe enim dolere facit, & rurſus reſtituit: percuſſit, & manus ejus ſanaverunt.* Ambr. l. de exhort. virg. t. 2. col. 300. a. *Ipſe enim percutit..... & manibus ſuis ſanat.*

℣. 19. Aptè ad Græc. niſi excipias verbum *liberabit*, pro quo, ἐξελεῖται, *eruet*, quod idem ſonat. Ambroſ. l. de exhort. virg. t. 2. col. 300. a. *Septies de neceſſitatibus te liberat, in ſeptimo autem non te continget malum.* Auguſt. in Job, 629. b. *Et in ſeptimo non te tanget malum*, ut ſup.

℣. 20. Similiter hab. Auguſt. in Job, 629. b. excepta una voce *ferri*, loco *inferni.* Ambroſ. quoque ep. 38. t. 2. col. 942. b. legit: *In fame liberabit te à morte, in prælio de manu ferri liberabit te:* at l. de exhort. virg. col. 300. a. b. *In fame eripit te à morte, in pugna autem de manu ferri te exuit.* Græc. Ἐν λιμῷ ῥύσεταί σε ἐκ θανάτου, ἐν πολέμῳ δὲ ἐκ χειρὸς σιδήρου λύσει σε· Mſ. Alex. ῥύσεταί σε.

℣. 21. Itidem Auguſt. in Job, 629. b. ad hoc uſque, *neque timebis.* Ambroſ. l. de exhort. virg. col. 300. b. *A flagello linguæ te abſcondit:* & epiſt. 38. col. 942. b. *A flagello linguæ te abſcondet.* Sic etiam in Græco, ſtatimque: καὶ ἡ μὴ φοβηθῇς ἀπὸ κακῶν ἐρχομένων, & *non timebis à malis venientibus.*

℣. 22. Sic etiam ap. Auguſt. in Job, 629. b. præter vocem *feroces*, loco *ferocientes.* Item Græcè exceptis his, ἀπὸ δὲ θηρίων ἀγρίων, *à beſtiis autem agreſtibus*, unde conjicio malè appoſitum eſſe aſteriſcum in edit. Lat. poſt verbum *deridebis*, quaſi ſubſequentia deeſſent in textu Græco, abundarent verò in Hebraïco.

℣. 23. Verba iſta: *Quia cum lapidibus*, &c. aſteriſco

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. enim feræ pacatæ erunt tibi.

24. Deinde ſcies quòd in pace erit domus tua, & tabernaculi tui converſatio non peccabit.

25. Et ſcies quòd multum erit ſemen tuum, & filii tui erunt tanquam herba omnis in campo.

26. Et venies in ſepulcrum tanquam frumentum maturum, quod in tempore ſuo metetur, aut tanquam acervus areæ in tempore ſuo congregatus.

27. Ecce, hæc ita exquiſivimus; hæc ſunt quæ audivimus: tu verò ſcito temetipſum, quid egeris.

VULGATA NOVA.

& beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi.

24. Et ſcies quòd pacem habeat tabernaculum tuum, & viſitans ſpeciem tuam, non peccabis.

25. Scies quoque quoniam multiplex erit ſemen tuum, & progenies tua quaſi herba terræ.

26. Ingredieris in abundantia ſepulcrum, ſicut infertur acervus tritici in tempore ſuo.

27. Ecce, hoc, ut inveſtigavimus, ita eſt: quod auditum, mente pertracta.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

prævio diſtinguuntur in edit. Lat. nec malè, cùm in Græco, ſaltem Vatic. etiamnum deſiderentur: at verò ineptè eadem edit. Lat. duo puncta craſſiora translata exhibet poſt vocem ult. *tibi*, perinde ac ſi verba ſequentia, *beſtiæ enim feræ*, &c. pariter redundarent; cùm ipſa, eaque ſola in eodem Græco reperiantur: enimverò poſt hoc ult. verſûs 22. ſup. ὑ μὴ φοβηθῇς, id unum ſequitur: Θῆρες γὰρ ἄγριοι εἰρηνεύσουσί ϛοι, detractis iis quæ ſup. intermediis. Similiter ap. Ambroſ. ep. 38. t. 2. col. 942. b. hæc leguntur pauca: *feræ beſtiæ pacificæ erunt tibi.* Attamen ap. Auguſt. in Job, 629. b. cuncta adſunt ut in Lat. ſup. *Quia cum lapidibus*, &c. imo & in Gr. Alex. ac ed. Ald. hæc etiam inveniuntur: Ὅτι μετὰ τῶν λίθων τῦ ἀγρῦ ἡ διαθήκη ϛυ, ἐν τὰ θηρία τῦ ἀγρῦ εἰρηνεύσουσί ϛοι· quæ ad verbum pene reſpondent Latino ſuperiori.

℣. 24. Similiter hab. Auguſt. in Job, 629. c. uſque ad vocem *tua* incluſam. Item apud Ambr. ubi ſup. *Et ſcies quod in pace erit domus tua.* Græcè: Εἶτα γνώσῃ ὅτι εἰρηνεύσει ϛυ ὁ οἶκος, ἡ δὲ ἐπισκοπὴ τῆς σκηνῆς ϛυ οὐ μὴ ἁμάρτῃ.

℣. 25. Eadem refert Auguſt. in Job, 629. c. ab hoc, *& filii tui.* At in Græco ut ſup. Γνώσῃ δὲ ὅτι πολὺ τὸ σπέρμα σου, τὰ δὲ τέκνα ϛυ ἔσαι ὥσπερ τὸ παμβόσκημα τῦ ἀγρῦ.

℣. 26. Sic etiam Auguſt. in Job, col. 629. c. ad hoc uſque, *quod in tempore.* Item Græcè: Ἐλεύσῃ δὲ ὡς τάφῳ..... καὶ καιρὸν λειτζόμενος, ἡ ὥσπερ, &c. ut ſup.

℣. 27. Ita Græcè, præter ultima, γνῶθι ϛεαυτῷ εἴ τι, ἐπραξας, *ſcito tibi ipſi, ſi quid egeris.* In edit. Ald. deeſt εἰ, in Mſ. Alex. ſic, τί ἐποίησας. Apud Auguſt. in Job, 629. d. ut in Lat. ſupra, exceptis his mediis, *hæc ſunt quæ audivimus*, quæ deſunt.

CAPUT VI.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 1. RESpondens autem Job, dixit:

2. Si quis appendens ponderet iram meam, & ſermones meos ponat in ſtatera ſimul,

3. Arenâ littorum inveniet graviores: ſed, ut videtur, verba mea ſunt mala:

4. Sagittæ enim Dei in corpore meo ſunt, quarum furor bibit ſanguinem meum; cùm enim incipio loqui, ſtimulant me.

5. Quid enim? nunquid fruſtra onager clamabit niſi eſcam quærens? aut bos mugiet cùm habeat in præſepe cibos?

6. Nunquid poteſt ſine ſale edi panis? aut eſt ſapor in ſermonibus vanis?

7. Sic nec anima mea poteſt ceſſare: fœtidas enim video eſcas meas, ſicut eſt odor leonis.

8. Quòd ſi det, & veniat poſtulatio mea, & ſpem meam det Dominus:

VULGATA NOVA.

1. RESpondens autem Job, dixit:

2. Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui: & calamitas, quam patior, in ſtatera.

3. Quaſi arena maris hæc gravior appareret; unde & verba mea dolore ſunt plena:

4. Quia ſagittæ Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum, & terrores Domini militant contra me.

5. Nunquid rugiet onager cùm habuerit herbam? aut mugiet bos cùm ante præſepe plenum ſteterit?

6. Aut poterit comedi inſulſum, quod non eſt ſale conditum? aut poteſt aliquis guſtare, quod guſtatum affert mortem?

7. Quæ priùs nolebat tangere anima mea, nunc præ anguſtia, cibi mei ſunt.

8. Quis det ut veniat petitio mea: & quod exſpecto, tribuat mihi Deus?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcè conſtanter, ὑπολαβὼν, *ſuſcipiens*, & λέγει, *dicit.* Ap. Auguſt. in Job, 629. d. ſimpliciter, *Verba Job*, nec plura.

℣. 2. Græc. Εἰ γάρ τις ἰσῶν ϛῆσαί μου τὴν ὀργὴν, τὰς δὲ ὀδύνας μου ἆραι ἐν ζυγῷ ὁμοῦ μαδύν. *Si enim quis appendens appenderet..... & dolores meos tolleret in ſtatera unanimiter.*

℣. 3. Græc. Καὶ δὴ ἄμμου παραλίας βαρυτέρα ἔσαι· ἀλλ' ὡς &c. ut ſup. i. e. *Et utique arena maris gravior erit* (ſupp. *calamitas*;) in Mſ. Alex. mel. numero plur. βαρύτεραί εἰσιν. Ap. Aug. in Job, 629. c. poſteriora tantùm leguntur: *ſed, ut videtur, verba mea ſunt mala*, Gr. φαῦλα, ad verbum *vilia*, *nugatoria.*

℣. 4. Eadem refert Aug. in Job, 629. d. excepto uno *Domini*, pro *Dei.* Sic etiam in Græco, niſi quòd poſt *furor*, additur αὐτῶν, *earum*, & pro *cùm enim incipio*, legitur ὅταν ἄρξωμαι. Similiter Ambr. l. de exhort. virg. t. 2. p. 294. a. *Sagittæ autem Domini in meo corpore ſunt, quarum furor ebibit ſanguinem meum; cùm cœpero loqui, compungunt me.* Ita rurſum in Pſ. 37. t. 1. p. 823. d. exceptis his, *ſagittæ enim..... in corpore meo... bibit..... cùm incipio loqui.* Vide etiam l. 1. de interpel. Job, c. 2. col. 627. a. Item Hilar. in Pſ. 119. p. 373. d. *Sagittæ enim Domini in corpore meo ſunt, quarum indignatio ebibit ſang. meum;* Gr. ἐκπίνει μου τὸ αἷμα. Hieron. in Iſai. 65. t. 3. 487. b. *Sagittæ Domini in corpore meo ſunt, quarum furor ebibit ſpiritum meum; cùm enim cœpero loqui, ſtimulant me.* Gaud. Brix. præf. ad Benevol. p. 944. b. *Sagittæ enim Dom. in corp. meo ſunt, quarum ira bibit ſang. meum; cùm enim incipio loqui, ſtimulant me.*

℣. 5. Duo tantùm variant ap. Aug. in Job, col. 629. d. nempe *requirens*, pro *quærens*; & ſub finem *præſepi.* Sic etiam in Græco, niſi quòd loco *eſcam*, legitur pluraliter, τὰ σῖτα, & pro *aut bos mugiet*, ſic, εἰ δὲ ἠ ῥήξει φωνὴν βοῦς; *nunquid & erumpet vocem bos?*

℣. 6. Itidem Aug. in Job, 629. e. Græcè, Εἰ βρωθήϛεται ἄρτος, &c. ut in Lat. ſup.

℣. 7. Sic habet Aug. ad verbum ubi ſup. Græc. Οὐ δύναῖαι γὰρ παύσαῦαί μου ἡ ὀργή· *Non poteſt enim ceſſare mea ira;* (in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. ἡ ψυχή ut ſup.) mox ita, βρόμον, *fœtorem*, loco *fœtidas*; & in fine, ὥσπερ ὀσμὴν λέοντος, *ſicut odorem leonis.*

℣. 8. Similiter apud Aug. in Job. Græcè hoc unum variat, εἰ γὰρ, *ſi enim*, pro *quòd ſi.* Ap. Gaud. Brix. præf. ad Benevol. p. 944. b. ita. *Quòd ſi tribuat Domi-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

9. Et qui cœpit, ipſe me conterat: ſolvat manum ſuam, & ſuccidat me?

10. Et hæc mihi ſit conſolatio, ut affligens me dolore, non parcat, nec contradicam ſermonibus Sancti.

11. Quæ eſt enim fortitudo mea, ut ſuſtineam? aut quis finis meus, ut patienter agam?

12. Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt.

13. Ecce, non eſt auxilium mihi in me, & neceſſarii quoque mei receſſerunt à me.

14. Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam, timorem Domini derelinquit.

15. Fratres mei præterierunt me, ſicut torrens qui raptim tranſit in convallibus.

16. Qui timent pruinam, irruet ſuper eos nix.

17. Tempore, quo fuerint diſſipati, peribunt: & ut incaluerit, ſolventur de loco ſuo.

18. Involutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum: ambulabunt in vacuum, & peribunt.

19. Conſiderate ſemitas Thema, itinera Saba, & exſpectate pauliſper.

20. Confuſi ſunt, quia ſperavi: venerunt quoque uſque ad me, & pudore cooperti ſunt.

21. Nunc veniſtis: & modò videntes plagam meam timetis.

22. Nunquid dixi: Afferte mihi, & de ſubſtantia veſtra donate mihi?

23. Vel, Liberate me de manu hoſtis, & de manu robuſtorum eruite me?

24. Docete me, & ego tacebo: & ſi quid fortè ignoravi, inſtruite me.

25. Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis, cùm è vobis nullus ſit qui poſſit arguere me?

26. Ad increpandum tantùm eloquia concinnus, & veniat petitio mea, & ſpem meam det mihi Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

9. Incipiens Dominus vulneret me; ſed non in perpetuum me interficiat. *Ex Mſ. Maj. Mona.*

10. Sit mihi civitas ſepulcrum, ſuper cujus muros ſaliebam: non parcam, non enim mentitus ſum verba ſancti Dei mei.

11. Quæ eſt enim virtus mea, ut ſufferam? aut quod tempus meum, ut ſuſtineat anima mea?

12. Nunquid virtus lapidum virtus mea, aut carnes meæ ſunt æreæ?

13. Aut non in ipſo confidebam? ſed adjutorium à me receſſit:

14. Averſa eſt à me miſericordia, & viſitatio Domini me deſpexit.

15. Propinqui mei non reſpexerunt me; tanquam torrens deficiens, aut ſicut fluctus tranſierunt me.

16. Qui me metuebant, nunc irruerunt ſuper me.

17. Sicut nix aut glacies conſtricta, cùm tabuerit in calore, non apparet quid fuerit:

18. Sic & ego derelictus ſum ab omnibus: perii, & exul de domo mea factus ſum.

19. Videte vias Themanorum, ſemitas Sabæorum intuemini:

20. Quia confuſionem conſequentur, qui in civitatibus, & in divitiis confidunt.

21. Nunc autem & vos inſurrexiſtis in me ſine miſericordia: ſed videntes vulnus meum, timete. *Aug. annot. in Job, 630. d.*

22. Quid enim? nunquid aliquid vos petii? aut fortitudine veſtra indigeo,

23. Ut me ſalvetis ab inimicis, aut de manu potentium eripiatis me?

24. Docete me, & ego obmuteſcam: ſi quid erravi, dicite mihi.

25. Sed ut video, prava veri hominis eſſe dicitis. Non enim à vobis auxilium peto;

26. Neque increpatio veſtra ſilentium imponit

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

nus, & veniat petitio mea, & ſpem meam det mihi Dominus.

℣. 9. Ita è Græco, exceptis his, *ſed non in perpet.* &c. quorum loco ſunt, εἰς τέλος δὲ μή με ἀνελέτω. Ambr. bene l. 1. de interpel. Job, c. 2. col. 627. a. *Incipiens Dominus vulneret; in fine autem non me perimat.* Mſ. etiam Alex. delet μὲ, poſt *vulneret*, cum ed. Compl. Gaud. Brix. præfat. ad Benev. p. 944. h. legit: *Qui cœpit Dominus, vulneret me; ſed non in perpetuum interficiat me.*

℣. 10. Eadem præfert Aug. in Job, 630. a. exceptis his in fine, *verba ſunt ſancta Dei mei;* at in Gr. ſimpliciter, ῥήματα ἅγια Θεοῦ μου· in Mſ. Alex. ἐν ῥήματι ἁγίῳ Θεοῦ μου. Item initio Græc. addit ἀλὲ, verbo *ſit*, ſtatimque μοῦ, *mea*, loco *mihi*: in Mſ. Alex. μοὶ ἡ πόλις μου· demum verbo *ſaliebam*, ſubjicitur ἐπ' αὐτῆς, *ſuper eam.*

℣. 11. Sic hab. Auguſt. ad verbum ubi ſup. Ambroſ. l. 1. de interpel. Job, c. 2. p. 627. a. *Quæ enim mea virtus, qui ſuſtineo? aut quod meum tempus, ut ſufferat anima mea?* Sic etiam in Græco, exceptis his, ὅτι, pro *qui*, rurſuſque ὅτι ἀνέχεται, loco *ut ſufferat*, abſque præced. *aut*, quod tamen retinent edd. Ald. & Compl.

℣. 12. Ad verbum è Græco. Similiter habet Ambroſ. l. 1. de interpel. Job, c. 2. col. 627. b. præter vocem *fortitudo*, pro *virtus*; Gr. ἰσχύς. Ap. Aug. in Job, conſtanter: *Nunquid virtus lapidum virtus mea?*

℣. 13. Sic iterum Ambr. ubi ſup. niſi quòd hab. *adjutorium autem*, loco *ſed adjut.* Gr. βοήθεια δὲ ἀπ' ἐμοῦ ἄπεσιν, (Compl. ἀπέσι;) item ſup. ἐπεποίθειν, *confiſus fueram.* Auguſt. in Job, poſt verbum *confidebam*, addit, *cùm mihi bene eſſet*, i. e. inquit, *cùm eſſem immortalis;* mox ita, *ſed adjutorium*, &c. ut ſup.

℣. 14. Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 2. col. 627. b. poſt verbum *receſſit*, quod eſt ult. verſûs præced. proximè addit: *Viſitatio autem ejus deſpexit me*, omiſſis intermediis. Similiter Aug. in Job, hæc ſola refert: *Et viſitatio Domini deſpexit me.* Gr. Ἀπείπατό με ἔλεος, ἐπισκοπὴ δὲ Κυρίου ὑπερεῖδέ μου· Mſ. Alex. ἡ ἐπισκοπή.

℣. 15. Similiter hab. Auguſt. in Job, 630. c. unà cum Græco.

℣. 16. Sic iterum apud Auguſt. in Job, 630. c. Græcè, Οἵτινές με διεψεύδοντο, &c. ut ſup.

℣. 17. Græc. priora iſta, ὥσπερ χιὼν ἢ κρύσταλλος πεπηγώς, annexa exhibet antecedentibus; huic etiam interpunctioni Vulgata favet: tum ſequitur: Καθὼς ταχεῖαν θέρμης γενομένης, οὐκ ἐπεγνώσθη ὅπερ ἦν· *ſicut nix aut gelu concretum. Quemadmodum quod liquefactum eſt calore exorto, non cognitum eſt quod erat; ſic*, &c.

℣. 18. Ita Græcè, addito uno δὲ, *autem*, verbo *perii.* Apud Auguſt. in Job, col. 630. d. hæc tantùm leguntur, *perii, & exul de domo mea factus ſum.*

℣. 19. Itidem Græcè, præter hoc, οἱ διοδεύοντες, *intuentes*, pro *intuemini.* Auguſt. in Job, 630. d. conſtanter: *Vias Themanorum videte, ſemitas Sabæorum intuemini.* Ambroſ. epiſt. 28. t. 2. col. 903. b. *Videte vias Themanorum, & ſemitas Sabæorum.*

℣. 20. Ambr. ep. 28. t. 2. col. 903. b. *Quia confuſionem incident, qui in civitatibus, & divitiis ſpem habent.* Gr. Καὶ αἰσχύνην ὀφειλήσουσιν, οἱ ἐπὶ πόλεσιν, καὶ χρήμασι πεποιθότες· id eſt, *Et confuſionem debebunt, qui in civitatibus, & pecuniis confiderunt.*

℣. 21. Hic verſiculus abeſt ab edit. Lat. hunc mutuati ſumus ab Aug. Exſtat ſimiliter in Græco, unâ exceptâ voculâ *ſed*, pro qua ὥσε, Nobil. *itaque.* Item ap. Ambr. ep. 28. t. 2. p. 903. b. *Ita & vos inſurrexiſtis in me ſine miſericordia: unde viſo vulnere meo, timete.*

℣. 22. Similiter apud Aug. in Job. Sic etiam in Græco, præter unum *aliquid*, quod deeſt.

℣. 23. Ita Græcè ad verbum.

℣. 24. Poſterior pars, *ſi quid*, &c. prætermittitur ab Aug. Græcè, tota ut in Lat. ſupra.

℣. 25. Sic ap. Aug. in Job, p. 630. f. præter duo, *parva*, loco *prava*, & *verba*, pro *eſſe*; nec malè: nam in Gr. φαῦλα ἀληθινῶν ῥημάτων, ſed abſque *dicitis*; in Mſ. Alex. ἀνδρὸς ἀληθινοῦ: præterea Græcè, ἔοικε, *videtur*, pro *video*; & ſub finem, ἰσχὺν, *fortitudinem*, loco *auxilium.*

℣. 26. Sic eſt in Græco, exceptis his circa med. ἡμῖν

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. mihi: neque enim elocutionem ſermonis veſtri ſuſtinebo.

27. Veruntamen ſuper pupillum irruiſtis, & inſiliſtis in amicum veſtrum.

28. Nunc autem aſpicientes *vacate mihi*: in facie veſtra non mentiar.

29. Sedete, & non ſit iniquitas, & rurſum juſtitiæ adeſtote.

30. Non eſt enim in ore meo iniquitas, & fauces meæ nonne ſapientiam meditantur?

VULGATA NOVA.

natis, & in ventum verba profertis.

27. Super pupillum irruitis, & ſubvertere nitimini amicum veſtrum.

28. Veruntamen quod cœpiſtis explete: præbete aurem, & videte an mentiar.

29. Reſpondete obſecro abſque contentione: & loquentes id quod juſtum eſt, judicate.

30. Et non invenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis ſtultitia perſonabit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

μετά με παύσει, verbis me ſedabit, loco *ſilentium imponit mihi*. In Mſ. Alex. ac ed. Ald. *τὰ ῥήματά μου παύσει, verba mea ſedabit*. Ap. Aug. in Job, poſteriora ſola exſtant, *neque enim elocutionem*, &c. Gr. *φθέγμα, ſonum*.

℣. 27. Græc. habet, *ἐπιπίπτετε, ἐπάλεσθε δὲ*, in præſ. reliqua ut in Lat. ſup. Ap. Aug. in Job, hæc ſola leguntur: *Veruntamen ſuper pupillum irruiſtis*.

℣. 28. Græc. *Νυνὶ δὲ εἰσβλέψας εἰς πρόσωπα ὑμῶν, οὐ ψεύσομαι. Nunc autem inſpiciens in facies veſtras, non mentiar*; in ed. Ald. *εἰς πρόσωπον*. In edit. Lat. iſtud, *vacate mihi*, habetur ſub aſteriſco, ſicut in Hexapl. Orig. Ap. Aug. in Job: *Veruntamen, nunc autem inſpicientes, vacate mihi*, nec plura: in editt. *veniunt tamen*; in cod. Reg. *ideo venerunt tamen*; in al. Mſs. *ideo veruntamen*.

℣. 29. Græc. initio ipſo hab. *Καθίσατε δὴ, Sedete obſecro*, & poſt paulò *ἄδικον, injuſtum*, loco *iniquitas* (Aq. *μὴ γένηται παρανομία*;) exinde ſic, *τῷ δικαίῳ, juſte*, loco *juſtitiæ*. Auguſt. priorem verſiculi partem reticet, poſteriorem verò admittit ut ſup.

℣. 30. Græcè conſtanter *ἄδικον*, loco *iniquitas*, ut & *γλώσσῃ, linguâ*, pro *ore* mox ita, *ἢ ὁ λάρυγξ, aut guttur*, loco & *fauces*, necnon *ζύσειν, intelligentiam*, loco *ſapientiam*. Ap. Aug. in Job, ut ſup. in textu, præter verbum ultimum, *meditabantur*; Gr. *μελετᾷ*. In Mſ. Floriac. inter plura fragmenta, hoc habetur: *Conſcius mihi ſum, quia non protulit lingua mea quidquam, & nunquam non guttur meum intellectum meditatur*.

CAPUT VII.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 1. NUnquid non tentatio eſt vita humana ſuper terram; & ſicut quotidiani mercenarii, vita ejus?

2. Aut tanquam ſervus metuens dominum ſuum, & conſecutus umbram? aut tanquam mercenarius, qui exſpectat mercedem operis ſui?

3. Sic & ego exſpectavi menſes vanos, & noctes dolorum datæ ſunt mihi.

4. Si dormiero, dico: Quando dies? & ſi ſurrexero, rurſum: Quando veſpera? replebor autem doloribus à veſpera uſque ad manè.

5. Et concreſcit corpus meum putredine vermium; infundo glebas terræ, radens ſaniem.

6. Et vita exilior eſt quàm loquela, & periit in vacuum ſpes.

VULGATA NOVA.

1. MIlitia eſt vita hominis ſuper terram: & ſicut dies mercenarii, dies ejus.

2. Sicut ſervus deſiderat umbram, & ſicut mercenarius præſtolatur finem operis ſui:

3. Sic & ego habui menſes vacuos, & noctes laborioſas enumeravi mihi.

4. Si dormiero, dicam: Quando conſurgam? & rurſum exſpectabo veſperam, & replebor doloribus uſque ad tenebras.

5. Induta eſt caro mea putredine & ſordibus pulveris, cutis mea aruit, & contracta eſt.

6. Dies mei velociùs tranſierunt quàm à texente tela ſuccidituſ, & conſumpti ſunt abſque ulla ſpe.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Aug. in Job, col. 631. a. rurſumque ep. 189. t. 2. 699. f. ad hoc uſque, & *ſicut*: item tract. 124. in Joh. t. 3. p. 2. col. 821. f. & l. 19. de civit. Dei, c. 8. t. 7. col. 552. e. 572. b. Sic etiam habetur in Græco, præter vocem *ἀνθρώπου*, pro *humana*. Ap. Ambr. l. de bono mor. c. 3. p. 394. f. *Nunquid non tentatio eſt vita hominis in terra? ſicut mercenarii merces, vita ejus*: at l. 1. de interpel. Job, c. 2. col. 627. b. *Nonne tentamentum* (Græc. *πειρατήριον*) *eſt vita hominis in terra; & ſicut mercenarii quotidiani, vita ejus?* ſimiliter l. de exhort. virg. t. 2. col. 282. a. exceptis his, *tentatio*, pro *tentamentum*, necnon *aut*, loco &. Hieron. l. 2. contra Pelag. t. 4. p. 512. f. hab. *Tentatio eſt vita hominis ſuper terram*. Auct. ep. ad Demetriad. *Vita hominis tentatio ſuper terram*. Auct. op. imp. in Matth. p. 123. a. *Omnis vita noſtra tentatio eſt*. In Mſ. Floriac. ſic legitur: *Probatio enim hominis in terra vita ejus eſt; & actus illius ſicut merces quotidiana*.

℣. 2. Ita è Gr. ad verbum, præter ult. iſta, *qui exſpectat mercedem operis ſui*, pro quibus ſimpliciter, *ἀναμένων τὸν μισθὸν αὐτοῦ*. Ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 2. col. 627. b. ſic: *Aut ſicut famulus* (Gr. *θεράπων*) *timens dominum ſuum, qui ſe ſub umbra obtegat? aut ſicut mercenarius exſpectans mercedem ſuam?* Item l. de exhort. virg. t. 2. p. 282. a. *Et ſicut ſervus timens dominum ſuum, qui umbram invenerit*, (Gr. *ᾧ τετευχὼς σκιᾶς;*) & *ſicut mercen. exſpectans merc. ſuam?* Ap. Aug. verò annot. in Job, omnia ut ſup. in textu.

℣. 3. Similiter ap. Aug. in Job, ut & in Græco, niſi excipias unum *νύκτες δὲ*, pro & *noctes*. Rectè Ambr. l. 1. de interp. Job, c. 2. p. 627. b. *Sic & ego menſes exſpectavi vacuos; noctes autem dolorum datæ ſunt mihi*: at. l. de exhort. virg. t. 2. col. 282. a. *Sic ego exſpectavi in vacuum; noctes autem*, &c. ut ſup.

℣. 4. Auguſt. in Job, col. 631. c. *Si dormiero, dico: Quando dies? & ſi ſurrexero, rurſum: Quando veſper? repleor autem doloribus à veſpere uſque ad manè*. Ita quoque in Græco, præter hoc, *πλήρης δὲ γίνομαι*, loco *repleor*, Mſ. Alex. *γίνωμαι*. Ambr. bene, l. 1. de interpel. Job, c. 2. col. 627. b. c. *Si quieſcam, dico: Quando dies? ſi ſurgam, iterum: Quando veſper? plenus ſum doloribus à veſpera uſque ad manè*: & l. de exhort. virg. t. 2. col. 282. a. *Si dormiero, dico: Quando dies? cùm ſurrexero, iterum: Quando veſper? plenus ſum dolore à veſpere uſque manè*.

℣. 5. Similiter habet Aug. in Job; cui etiam Gr. favet, paucis mutatis; nempe pro & *concreſcit*, hab. *φύρεται δὲ, conſpergitur autem*, præponitque *ἐν, in*, voci *putredine*; ſubinde pro *infundo*, ſic, *τήκω δὲ, mollio autem*, ſeu *liqueſacio*; & pro *radens ſaniem, ἀπὸ ἰχῶρος ξύων, à ſanie radens*. Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 2. t. 1. col. 627. b. c. legit: *Fermentatur mihi corpus in putredine vermium; liqueſacio autem glebas terræ, ſaniem radens ulcerum*: & l. 4. c. 3. p. 665. alludens dicit: *Job perfuſus erat ulceribus, & concutiebatur omnibus membris, & plenus erat totius corporis ſui doloribus, glebas terræ vulnerum ſuorum ſanie & humore diſſolvens*. Tertul. l. de pat. c. 14. p. 203. b. *Cùm Job*, inquit, *immundam ulceris ſui redundantiam magna æquanimitate diſtringeret; cùm erumpentes beſtiolas inde, in eoſdem ſpecus & paſtus foraminoſæ carnis ludendo revocaret*, &c.

℣. 6. Gr. *Ὁ δὲ βίος μου ἔξιν ἐλαφροτέρας λαλιᾶς, ἀπόλωλε δὲ ἐν κενῇ ἐλπίδι*. Ambr. l. de exhort. virg. t. 2. col. 282. a. ſic: *Vita autem mea levior quàm favilla, periit autem in vana ſpe*: at. l. 1. de interpel. Job, c. 2. t. 1. col. 627. b. c. *Vita autem mea levior eſt fabulâ, in ſpe*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

7. Memento quia ventus est vita mea, & non revertetur oculus meus ut videat bona.

8. Nec aspiciet me visus hominis: oculi tui in me, & non subsistam.

9. Sicut consumitur nubes, & pertransit: sic qui descenderit ad inferos, non ascendet.

10. Nec revertetur ultra in domum suam, neque cognoscet eum amplius locus ejus.

11. Quapropter & ego non parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei: confabulabor cum amaritudine animæ meæ.

12. Nunquid mare ego sum, aut cetus, quia circumdedisti me carcere?

13. Si dixero: Consolabitur me lectulus meus, & relevabor loquens mecum in strato meo:

14. Terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties.

15. Quamobrem elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea.

16. Desperavi, nequaquam ultra jam vivam: parce mihi, nihil enim sunt dies mei.

17. Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum?

18. Visitas eum diluculo, & subitò probas illum:

19. Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me ut glutiam salivam meam?

20. Peccavi, quid faciam tibi ô custos hominum? quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi gravis?

21. Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? ecce, nunc in pulvere dormiam: & si manè me quæsieris, non subsistam.

VERSIO ANTIQUA.

7. Recordare itaque quia spiritus est vita mea, & non ampliùs revertetur oculus meus videre bona. *Ex Mſ. Maj. Mon.*

8. *Nonne cognoscit oculus videntis? oculi tui in me, & non subsisto.*

9. Tanquam nubes expurgata de cœlo: si enim homo descenderit ad inferos, ultra non ascendet;

10. Et non revertetur ampliùs domum suam, neque cognoscet illum ultra locus suus.

11. Propterea itaque & ego non parcam ori meo, loquar in angustia positus spiritus mei: aperiam amaritudinem animæ meæ coarctatus.

12. Utrùmne mare sum ego, aut draco, quia * statui super me custodiam? * *Lege statuisti.*

13. Quia dixi: Consolabitur me lectulus meus, & referam ad me ipsum consolationem in thoro meo:

14. Exterres me per somnia, & per visionem obstupefacis,

15. Absolvens à spiritu meo animam meam, & à morte ossa mea.

16. *Repuli*. non enim in sempiternum vivam, ut patienter feram: discede à me, vana est enim vita mea.

17. Quid est enim homo, quòd exaltasti eum? aut quia sensu tuo intendisti ad eum?

18. Ut visitationem ejus facies in manè, & in requie judicabis eum.

19. Usquequo me non dimittis, neque deseris, donec glutiam salivam meam in dolore?

20. Ego peccavi, quid possum tibi facere? Tu qui scis sensum humanum, quare posuisti me ut loquar adversùm te, & sum tibi oneri?

21. Et quare non es oblitus iniquitatis meæ, & purgasti peccatum meum? nunc autem in terram ibo: manè vigilabo, & ultra non ero.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

vacua periit: vox autem *fabula*, quam admittunt ibid. codd. Thuan. & Laud. cum ed. Rom. firmatur etiam ex his quæ Ambr. hab. inf. de fabula, & fatui narratione; attamen aliæ edd. & Mſs. constanter legunt ut sup. *favilla*; Gr. Vat. λαλιᾶς, Mſ. Alex. δρομέως, *cursore*. Aug. in Job, ut sup. *Et vita mea exilior est quàm loquela.*

℣. 7. Græcè ponitur μὲν, post *spiritus*, detractis seqq. *est*, & *mea*; extremò autem legitur ἀγαθὸν, numero sing. reliq. ut in Lat. sup. Ap. Aug. in Job, 631. e. ita: *Recordare ergo quia spiritus est vita mea, & non revertar ad invisibilia.*

℣. 8. Editio Lat. subjungit ista, præfixis duobus astericis, nempe uno ante *nonne*, & altero ante *oculi*. Similiter habetur in Hexapl. Orig. ex Aquila & Theodot. cum asterisco: Οὐ περιβλέψεταί με ὀφθαλμὸς ὁρῶντός με· & infra cum simili signo: οἱ ὀφθαλμοί σου ἐν ἐμοί, κ' οὐκ ἔτι εἰμί. Eadem etiam verba transfiere in Græc. Vat. LXX. addito tantùm μὲ, ad verbum περιβλέψεται. Ap. Aug. in Job, 631. e. similiter: *Non me cognoscet oculus videntis: oculi tui*, &c. ut sup.

℣. 9. Sic habet Aug. in Job, col. 631. g. Sic etiam in Græco, nisi excipiatur unum ἄδυν, *infernum*, loco *inferos*.

℣. 10. Ita Aug. in Job, usque ad *neque*, posito tamen *in*, ante *domum*. Gr. delet adv. *ampliùs*, subditque εἰς τὸν ἴδιον οἶκον, *in propriam domum*, absque seq. *suam*; reliqua ut in Lat. sup.

℣. 11. Similiter apud Aug. in Job, usque ad verbum *loquar*, prætermissis aliis; cuncta verò exstant Græcè, præter hoc, *spiritus mei*, quod deest; in Mſ. tamen Alex. legitur, ἐν ἀνάγκῃ ὢν τοῦ πνεύματός μου, sicut in ed. Compl. In Mſ. Lat. Maj. Mon. præponitur asteriscus verbo *coarctatus*, sed malè; verbi enim hujus ne litterula quidem apparet in Hebræo; in Græco verò est Συνεχόμενος.

℣. 12. Ita Græcè, nisi quòd deest vox *ego*, & pro *statui*, habetur κατέταξας. Ap. Aug. in Job bene, *statuisti*; reliq. ut sup.

℣. 13. Itidem ap. Aug. in Job, præter vocem *lectus*, pro *lectulus*; in Græco ἡ κλίνη; initio autem legitur ibid. Εἶπα ὅτι, *Dixi quia*, non *Quia dixi*; exinde loco *consolationem in*, ita, ἰδίᾳ λόγον, *privatim sermonem*. Ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 2. t. 2. p. 627. c. hoc tantùm legitur: *Dicam: Consolabitur me lectulus meus.* In Mſ. Alex. habetur εἶπον, absque ὅτι; & verò 1. vox *quia*, asterisco notatur in Mſ. Maj. Mon.

℣. 14. Aug. in Job, rursus addit *me*, post *visionem*, cum Græco; reliqua ut sup. præterea in eodem Græco legitur ἐνυπνίοις, κ' ἐν ὁράσει, loco *per somnia*, & *per visionem*. Apud Ambr. l. 1. de interp. Job, c. 2. col. 627. c. *Terres me in somniis, & in visionibus me percellis.* Gr. καταπλήσσεις.

℣. 15. Aug. in Job, ipso initio leg. *absolves*, unà cum Græco; in fine autem addit *repuli*, quod ult. in Hebr. & Vulg. rejicitur in ℣. seq. at penitus tollitur in Gr.

℣. 16. Ita Græcè, detracto verbo *repuli*, quod etiam notatur asterisco in edit. Lat. sicut in Hexaplis. Eadem legit Aug. in Job, 632. b. verbum pro verbo.

℣. 17. Similiter ap. Aug. in Job, præter hoc ult. *in eum*. Apud Ambros. l. 2. de interpel. Dav. c. 6. to. 1. p. 646. c. *Quid est homo, nisi quia visitas eum?* Græcè, ἐμεγάλυνας, *magnificasti*, loco *exaltasti*; extremòque ita, ἢ ὅτι προσέχεις τὸν νοῦν εἰς αὐτόν; Nob. *aut quod adhibes mentem erga eum?*

℣. 18. In Græco ἢ, *aut*, loco *ut*; & sub finem, εἰς ἀνάπαυσιν, *in requiem*; cætera ut in Lat. Ap. Aug. in Job, posteriora tantùm leguntur: *Et in requie*, &c. ut sup.

℣. 19. Ita Aug. ad verbum, nisi quòd leg. *deglutiam*, à Gr. καταπίω; præterea in eodem Græco sic, οὐκ ἐᾷς με, οὐδὲ πρεῖῃ με, *non finis me, neque dimittis me*, detracto hoc ult. *in dolore*; Mſ. tamen Alex. add. ἐν ὀδύνῃ, cum edd. Ald. & Compl. Quare in noviſſ. ed. Aug. malè positum est punctum interrogans post vocem *meam*, quasi seqq. ista tota, *In dolore ac flagellis contineam*, ab Aug. addita fuissent explicationis gratiâ; at hîc redundare, *in dolore*, nemo non videt, cùm sejuncta hac duplici voce, annexâque antecedentibus, facilius multò sequantur aliæ, *ac flagellis contineam.*

℣. 20. Ap. Aug. in Job: *Si ego peccavi, quid possum tibi facere?* nec plura. In Græco sic: Εἰ ἐγὼ ἥμαρτον, τί δυνήσομαι πρᾶξαι; at in Mſ. Alex. & Compl. τί δύναμαί σοι πρᾶξαι; tum sequuntur ista: Ὁ ἐπισάμενος τὸν νοῦν τῶν ἀνθρώπων, διατί ἔθου με καταντευκτὴν σοι, εἰμὶ δὲ ἐπὶ σοὶ φορτίον; quæ Latinis respondent supra.

℣. 21. Augustinus in Job, reticet ista, & *purgasti peccatum meum*; loco verò *manè vigilabo*, habet *nam evi-*

Digitized by Google

Nota ad Versionem antiquam.

gilabo; cæt. ut sup. Hieronymus l. 2. contra Pelag. to. 4. col. 512. f. legit: *Quare oblitus es, nec feciſti iniquitatis meæ oblivionem, & emundationem peccati mei?* Græcè ita: Διατί ὐκ ἐσοιήσω τῆς ἀνομίας μυ λήθην, (Mſ. Alex. Καὶ διατί ὐ λήθην ἐσοιήσω τῆς, &c.) ϗ καθαρισμὸν τῆς ἁμαρτίας μυ; νυνὶ δὲ εἰς γῆν ἀπελεύϛομαι· ὀρθρίζων δὲ, ὐκ ἔτι εἰμί. *Quare non feciſti iniquitatis meæ oblivionem, & purgationem peccati mei? nunc autem in terram abibo: manè autem ſurgens, ultra non ſum.*

CAPUT VIII.

Versio antiqua.

Ex Mſ. Maj. Mon. 1. AD hæc Baldad Sauchites dixit:

2. Quouſque loqueris hæc, ſpiritus multiloquax eſt ori tuo?

3. Nunquid Dominus injuſtè agit cùm judicat? aut qui fecit omnia, turbabit quod juſtum eſt?

4. Si filii tui peccaverunt coram eo, miſit in manu iniquitates eorum.

5. Tu autem conſurge diluculo ad Dominum omnipotentem, & precare:

6. Si mundus & verax es *tu*, precem exaudiet tuam, & reſtituet tibi vitam juſtitiæ:

7. Et erunt priora tua, minima; noviſſima autem tua, infinita.

8. Interroga enim generationem priorem, & exquire genus parentum:

9. (Et heſterni ſumus, & neſcimus; & umbra eſt vita noſtra ſuper terram.)

10. Aut nunquid non hi docebunt te, & referent tibi; & ex corde ſuo proferent ſermones?

11. Nunquid vireſcit ſcirpus ſine aqua? aut creſcit juncus niſi irrigetur?

12. Adhuc in ſua radice conſiſtit, & non metetur: antequam * vivat omnis herba, nonne areſcit?

13. Sic igitur erunt noviſſima hominum, qui obliviſcuntur Dominum: ſpes enim impii peribit:

14. Et non habitabilis erit domus ejus, atque araneis complebitur tabernaculum ejus.

15. Quòd & ſi ſuffulſerit domum ſuam, non ſtabit; & cùm ceperit, non permanebit:

16. Humidus eſt enim ante ſolem, & de putredine germen ejus aſcendet.

* *Lege* bibat.

Vulgata nova.

1. REſpondens autem Baldad Suhites, dixit:

2. Uſquequo loquêris talia, & ſpiritus multiplex ſermones oris tui?

3. Nunquid Deus ſupplantat judicium? aut Omnipotens ſubvertit quod juſtum eſt?

4. Etiam ſi filii tui peccaverunt ei, & dimiſit eos in manu iniquitatis ſuæ:

5. Tu tamen ſi diluculo conſurrexeris ad Deum, & Omnipotentem fueris deprecatus:

6. Si mundus & rectus inceſſeris, ſtatim evigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum juſtitiæ tuæ:

7. In tantum, ut ſi priora tua fuerint parva, & noviſſima tua multiplicentur nimis.

8. Interroga enim generationem priſtinam, & diligenter inveſtiga patrum memoriam:

9. (Heſterni quippe ſumus, & ignoramus quoniam ſicut umbra dies noſtri ſunt ſuper terram.) *Inf.* 14. 2. *Pſ.* 143. 4.

10. Et ipſi docebunt te: loquentur tibi, & de corde ſuo proferent eloquia.

11. Nunquid virere poteſt ſcirpus abſque humore? aut creſcere carectum ſine aqua?

12. Cùm adhuc ſit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas areſcit:

13. Sic viæ omnium qui obliviſcuntur Deum, & ſpes hypocritæ peribit:

14. Non ei placebit vecordia ſua, & ſicut tela aranearum fiducia ejus.

15. Innitetur ſuper domum ſuam, & non ſtabit: fulciet eam, & non conſurget:

16. Humectus videtur antequam veniat ſol, & in ortu ſuo germen ejus egredietur.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Gr. Ὑπολαβὼν δὲ Βαλδὰδ ὁ Σαυχίτης, λέγϛ· *Excipiens autem*, ſeu *reſpondens Baldad*, &c. Aug. in Job, p. 632. e. *Verba Baldad Sauchitis*; nec plura uſque ad ℣. 4.

℣. 2. In Gr. τῷ ϛόματός ϛυ, *oris tui*, abſque præced. *eſt*; cæt. ut in Lat.

℣. 3. Vix meliùs è Græco, præter hoc præſ. *injuſtè agit*, pro fut. ἀδικήϛ.

℣. 4. Ad verbum è Græco. Ap. Aug. in Job, poſtrema tantùm leguntur: *miſit in manu*, &c. ut ſup.

℣. 5. Similiter in Gr. præter ult. δεόμενος, *deprecans*, loco ϗ *precare*.

℣. 6. Gr. Εἰ καθαρὸς εἶ, ϗ ἀληθινὸς, Mſ. Alex. rurſus hîc addit εἶ, ſed abſque ſeq. *tu*, quod etiam deeſt in Vat. exinde ſic, ἀσοκλασήϛ δέ ϛοι δίαιταν, &c. Nobil. *reſtituet autem tibi habitaculum*, &c. δίαιτα, propriè *vivendi inſtitutum*, ſeu *mos*, *genus vitæ*. Ap. Aug. in Job, ut ſup. ϗ *reſtituet tibi vitam juſtitiæ*, *id eſt*, inquit, *beatam*.

℣. 7. Similiter ap. Aug. in Job, *Et erunt priora tua*, *minima*; ſubſequentium verò loco, ſubdit, *in comparatione poſteriorum*, *quæ infinita erunt*. Gr. Ἔϛαι ὧν τὰ μὲν πρῶτά ϛυ, ὀλίγα· τὰ δὲ ἐσχατά ϛυ, ἀμύθητα· *Et erunt priora quidem tua*, *pauca*; *noviſſima autem tua*, *inenarrabilia*.

℣. 8. Sic etiam Græcè, niſi quòd extremò legitur, ἐξιχνίαϛον δὲ καλὰ γένος πατέρων· ad verbum, *inveſtiga autem per genus patrum*.

℣. 9. Gr. Χθιζοὶ γάρ ἐσμεν..... Ϛκιὰ γάρ ἐϛιν ἡμῶν ἐπὶ τῆς γῆς ὁ βίος. In Mſ. Alex. Ϛκιὰ δέ ἐϛιν ἡμῶν ὁ βίος ἐπὶ, &c. Ap. Ambr. l. de fug. ſæc. c. 5. to. 1. col. 429. b. *Umbra enim eſt noſtra hæc vita in terra*.

℣. 10. Gr. tollit *tibi*, poſt *referent*, pro quo ἀναγελοῦϛι; ſed Mſ. Alex. add. ϛοί, cum ed. Ald. Item *ſuo* tollitur poſt *corde*, quod etiam Mſ. Alex. retinet. Ap. Aug. in Job, priora tantùm leguntur ut ſup. ad hoc uſque, ϗ *ex corde*.

℣. 11. Aug. in Job, id unum profert, *Nunquid viret ſcirpus ſine aqua?* In Gr. πάπυρος, *papyrus*, pro *ſcirpus*; ut & inf. pro *juncus*, βύτομον, quod propriè herba paluſtris eſt, acutam habens aciem, à βῦ, particulâ augendi, ſeu *valde*, & τόμος, *ſcindens*; θάλομον etiam herba bobus grata, quam βόες τέμνϛι; Nobil. vertit *pratum*. Præterea pro *creſcit*..... *niſi irrigetur*, Græcè legitur ὑψωθήϛεται..... ἀνευ πόϛυ, i. e. *exaltabitur*..... *ſine potu*.

℣. 12. Græcè, Ἔτι ὂν ἐπὶ ῥίζης, *Adhuc exiſtens ſuper radicem*; & poſt paulò ſic, πρὸ τοῦ πιεῖν, *antequam bibat*, non *vivat*; quod tamen ita ſcribi potuit, videlicet Mſs. antiquorum more, qui hujuſmodi litteras, unam alterâ ſæpe commutant: Nobil. vertit *ſaliat*.

℣. 13. Ita Græcè, uno excepto πάντων, *omnium*, loco *hominum*. Nil horum ap. Aug. in Job.

℣. 14. Aug. in Job, poſtrema tantùm refert, *atque araneis*, &c. In Gr. ſic: Ἀοίκητος γὰρ αὐτῷ ἔϛαι ὁ οἶκος, ἀράχνη δὲ αὐτῷ ἀπαθήϛεται ἡ σκηνή. Nobil. *Inhabitabilis enim ejus erit domus*, *aranea autem evadet ejus tabernaculum*.

℣. 15. Græcè deeſt initio, *quòd* ϗ; reliqua ut ſup. Ap. Aug. in Job, *Quòd ſi* ϗ *ſuffulſerit domum ſuam*, *non ſtabit*; ϗ *cùm ceperit*, &c. Gr. ἐπιλαβομένη δὲ αὐτῆς, Alex. αὐτῆς, &c. ut ſup.

℣. 16. Succinit Aug. in Job, addita voce *ejus*, iſti, *putredine*. Sic etiam in Græco, in quo præterea, ὑπὸ ἡλίῳ, *ſub ſole*, loco *ante ſolem*; ſed hîc, *ante*, inquit Auguſt. *ſub*, ſignificat: demum pro *aſcendet*, exſtat ἐξελεύϛεται, *egredietur*, quod hîc idem ſonat.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

17. Super acervum petrarum radices ejus denſabuntur, & inter lapides commorabitur.

18. Si abſorbuerit eum de loco ſuo, negabit eum, & dicet: Non novi te.

19. Hæc eſt enim lætitia viæ ejus, ut rurſum de terra alii germinentur.

20. Deus non projiciet ſimplicem, nec porriget manum malignis:

21. Donec impleatur riſu os tuum, & labia tua jubilo.

22. Qui oderunt te, induentur confuſione: & tabernaculum impiorum non ſubſiſtet.

VERSIO ANTIQUA.

17. In congregationibus lapidum dormit, & in medio lapillorum vivet. *Ex Mſ. Maj. Mon.*

18. Si deglutierit, locus mentietur eum: non enim advertiſti hæc,

19. Quia everſio * imputabilis eſt: de terra autem alterutrum germinavit. * *f.* impii talis.

20. Dominus enim non reprobabit innocentem, nec ullum munus impii accipiet.

21. Veracium autem os implebit riſu, & labia eorum confeſſione:

22. Inimici autem eorum induentur confuſione, & tabernaculum impii non manebit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 17. Ita Aug. in Job. Græcè, Ἐπὶ συναγωγὰν, (Mſ. Alex. ἐπὶ ζυναγωγὴ, *in congregatione;*) exinde ſic, ὁ δὲ μέζῳ, *in medio autem*, &c. ut ſup.

℣. 18. Ita è Græco, niſi excipias ult. *advertiſti hæc*, pro quo, ἑώρακας τοιαῦτα, *vidiſti talia*, demto præced. *enim*. Ap. Aug. in Job, *Si deglutietur, locus mentietur eum;* nec plura.

℣. 19. Vox iſta *imputabilis* mendum redolet: facilè potuit ita ſcribi, paucis mutatis litteris, à librario oſcitante, loco *impii talis;* Græcè enim legitur ἀσεβὴς τοιαύτη, ſed abſque ſeq. *eſt:* item loco *alterutrum germinavit*, ſic, ἄλλων ἀναβλαστήσει; Aug. in Job rectè, *de terra autem alterum germinabit.*

℣. 20. Vix meliùs è Græco. Aug. in Job, legiſſe videtur *non probabit*, ſed quaſi dubitando; ait enim: *An*, non reprobabit? *vel illud:* Impium non probabit innocentem, nec ullum munus, *id eſt, ſacrificia.* Græcè: Ὁ γὰρ..... ὃ μὴ ἀποποιήσηται (Mſ. Alex. ἀποποιήσεται) τὸν ἄκακον, deinde, πᾶν δὲ δῶρον ἀσεβὴς ὃ δέξεται.

℣. 21. Ita in Gr. niſi quòd additur δὲ, poſt *labia*, detracto præced. ℣. Similiter ap. Aug. ad hoc usque, & *labia.* Ap. Hieron. in Eccleſ. t. 2. p. 734. b. ſic: *Veracium os replebitur gaudio.*

℣. 22. Gr. hab. αἰσχύνην, *confuſionem;* ſtatimque, δίαιτα δὲ ἀσεβὴς οὐκ ἔσται. Aug. conſtanter, & *tabernac. impii non permanebit*, ad litteram, *non erit.*

CAPUT IX.

VULGATA NOVA.

1. ET reſpondens Job, ait:

2. Verè ſcio quòd ita ſit, & quòd non juſtificetur homo compoſitus Deo.

3. Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei reſpondere unum pro mille.

4. Sapiens corde eſt, & fortis robore: quis reſtitit ei, & pacem habuit?

5. Qui tranſtulit montes, & neſcierunt hi quos ſubvertit in furore ſuo.

6. Qui commovet terram de loco ſuo, & columnæ ejus concutiuntur.

7. Qui præcipit ſoli, & non oritur: & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo.

8. Qui extendit cœlos ſolus, & graditur ſuper fluctus maris.

9. Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas,

VERSIO ANTIQUA.

1. ET reſpondens Job, dixit: *Ex Mſ. Maj. Mon.*

2. Verè ſcio quia ita eſt: quomodo enim poterit quis juſtus eſſe ante Dominum?

3. Si enim velit judicio contendere cum eo, non reſpondebit ei unum de mille.

4. Sapiens eſt enim ſenſu, & fortis, & magnus: quis durus fuit coram eo, & manſit?

5. Qui in vetuſtate perducet montes, & neſciunt; qui vertit eos in ira.

6. Qui commovet orbem à fundamentis, & columnæ ejus movebuntur.

7. Qui præcepit ſoli, & non oritur: & cætera ſidera ſignat.

8. Qui extendit cœlum ſolus, & ambulat, tanquam ſuper terram, ſuper mare.

9. Qui facit Arcturum, & Veſpertinum, &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. conſtanter, Ὑπολαβὼν δὲ Ἰὼβ, λέγ. Ap. Aug. *Verba Job.*

℣. 2. Ambr. l. 1. de interpell. Job, c. 4. to. 1. col. 628. f. 629. c. *In veritate novi, quia* (al. *quòd*) *ita eſt: quomodo enim erit juſtus mortalis apud Dominum?* Ita etiam Græcè. Apud Aug. l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 47. e. *In veritate ſcio, quia ita eſt: quemadmodum enim juſtus erit homo ante Dominum?* lib. verò annot. in Job, ut ſup. *Verè ſcio quia ita eſt.*

℣. 3. Paulò aliter Græcè, nempe, Ἐὰν γὰρ βούληται κελεῦσαι αὐτῷ (Alex. μετ' αὐτοῦ,) ὃ μὴ ὑπακούσῃ αὐτῷ, ἵνα μὴ ἀνθείπῃ πρὸς ἕνα λόγον αὐτοῦ ἐκ χιλίων. Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 4. 629. c. non malè: *Si enim voluerit judicio contendere cum eo, non audiet illum, ut non ad unum verbum ejus mille ſermonibus contradicat.* Vide Hex. Orig. to. 1. p. 407. Aug. l. 2. de pecc. mer. to. 10. p. 47. e. *Si autem velit contendere cum eo, non poterit obedire ei:* & l. annot. in Job, p. 633. c. *non reſpondebunt ei unum de mille.*

℣. 4. Vix unum aut alterum variat Græcè, nempe γενόμενος, *factus*, loco *fuit*, abſque &, ante *manſit*, pro quo ult. ὑπέμεινε, *permanſit*, in Compl. ὃ εἰρήνευσε. Ambroſ. l. de interpel. Job, c. 4. 629. c. ita leg. *Sapiens eſt enim intellectu, & fortis, & magnus: quis tam durus, ut in conſpectu ejus poſſit ſubſiſtere?* Similiter ap. Vigil. Tapſ. l. 1. de Trin. *Sapiens eſt Deus, & fortis, & magnus.*

℣. 5. Similiter hab. Aug. in Job, col. 633. c. præter hoc, *in vetuſtatem perducit*, Græc. παλαιῶν. Ambr. l. 1. de interpel. Job, p. 629. d. *Qui facit montes inveteraſcere, & neſciunt; & evertit eos in iracundia.* Gr. ὁ καθαιρέφων αὐτὰ ὀργῇ· Compl. ὃ καθαιρέφων· Mſ. Alex. ἐν ὀργῇ.

℣. 6. Ita Aug. in Job. Gr. loco *orbem*, hab. τὴν ὑπ' ὐρανόν, *eam quæ ſub cœlo;* ultimòque ζαλεύονται, ſchol. *cæteri*, περιπατοῦνται. Ambr. l. 1. de interpel. Job, col. 629. d. *Qui commovet orbem terrarum à fundamentis, & columnæ ejus quatiuntur.* Gr. loco &, conſtanter hab. δὲ, *autem*, poſt *columnæ;* unde rurſum Ambr. l. 1. Hex. to. 1. p. 11. f. leg. *Quia Dominus commovet eam à fundamentis, columnæ autem ejus exagitantur.*

℣. 7. Apud Aug. in Job: *Qui præcipit ſoli, & non oritur;* nec plura. In Gr. Ὁ λέγων τῷ ἡλίῳ, καὶ οὐκ ἀνατέλλει· καὶ ἀστέρων καθαφραγίζει. Rectè Ambr. l. 1. de interpel. Job, p. 629. d. *Qui dicit ſoli, & non oritur: adversùs autem ſidera conſignat.* Vigil. Tapſ. l. 1. de Trin. *Qui jubet ſoli, & non oritur: qui ſidera concluſit.*

℣. 8. Similiter in Græco, præter unum ἐδάφους, loco *terram.* Optimè Ambr. l. 1. de interpell. Job, c. 4. p. 629. d. *Qui extendit cœlum ſolus, & ambulat, ſicut in pavimento, ſupra mare:* & l. 5. de fide, to. 2. p. 556. d. *Extendens cœlum ſolus, & ambulans, quaſi in pavimento, ſuper mare:* (Gr. Ὁ ἁπλώσας..... καὶ περιπατῶν ὡς ἐπ' ἐδάφους, &c.) at l. de inſtit. virg. to. 2. p. 264. d. *Quia expandit cœlum ſolus, & ambulat, ſicut in terra, ſuper mare.* Aug. in Job, p. 633. d. e. cum Fulg. l. pro fide cathol. p. 538. *Qui extendit cœlum ſolus, & ambulat ſuper mare, tanquam ſuper terram.* In Mſ. Alex. ἐπὶ θαλάσσης, ὡς ἐπ' ἐδάφους. Vigil. Tapſ. l. 1. de Trin. *Et extendit cœlum quemadmodum pellem; qui ambulat ſuper mare, tanquam ſuper aridam.*

℣. 9. Ita Græcè, mutato vocum ordine: primùm enim

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Mſ. Maj. Mon. Pleiadas, & interiora auſtri.	& interiora auſtri.
10. Qui facit magna, atque inveſtigabilia, glorifica, & ingentia, quorum non eſt numerus.	10. Qui facit magna, & incomprehenſibilia, & mirabilia, quorum non eſt numerus.
11. Si tranſgreſſus me fuerit, non videbo: & ſi tranſierit me, nec ſic ſciam.	11. Si venerit ad me, non videbo eum: ſi abierit, non intelligam.
12. Si enim morti tradiderit, quis avertet? aut quis dicet illi: Quid feciſti?	12. Si repente interroget, quis reſpondebit ei? vel quis dicere poteſt: Cur ita facis?
13. Ipſius enim inavertibilis ira: ab ipſo ſubdita ſunt cætera ſub cœlo.	13. Deus, cujus iræ nemo reſiſtere poteſt, & ſub quo curvantur qui portant orbem.
14. Quòd ſi audiat me, & diſcernat ſermones meos *ſecum*;	14. Quantus ergo ſum ego, ut reſpondeam ei, & loquar verbis meis cum eo?
15. Quòd ſi etiam juſtus fuero, non exaudiet me: *judicium ejus rogabo.*	15. Qui etiam ſi habuero quippiam juſtum, non reſpondebo, ſed meum judicem deprecabor.
16. Si verò invocavero, & exaudierit, non credam quòd exaudivit vocem meam;	16. Et cùm invocantem exaudierit me, non credo quòd audierit vocem meam.
17. Ne fortè in turbine me conterat: multas enim tribulationes meas fecit ſine cauſa.	17. In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam ſine cauſa.
18. Non enim ſinit me reſpirare, ſed implevit me amaritudine.	18. Non concedit requieſcere ſpiritum meum, & implet me amaritudinibus.
19. Etenim quia poteſt, obtinet: nam judicio ejus quis adverſabitur?	19. Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt: ſi æquitas judicii, nemo audet pro me teſtimonium dicere.
20. Quòd & ſi fuero juſtus, os meum impia loquetur: quòd & ſi fuero ſine crimine, pravus inveniar.	20. Si juſtificare me voluero, os meum condemnabit me: ſi innocentem oſtendero, pravum me comprobabit.
21. Si enim & impiè egi in animam meam, neſcio; verùm autem aufertur vita mea.	21. Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ.
22. Unum eſt propter quod & dixi: Magnum & potentem diſperdidit ira.	22. Unum eſt quod locutus ſum, & innocentem & impium ipſe conſumit.
* *Ed.* neque. 23. Quia * nequam homines in magna morte erunt; ſed juſti hi deridentur.	23. Si flagellat, occidat ſemel, & non de pœnis innocentum rideat.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Πλειάδα, dein Ἕσπερον, mox Ἄρκτουρον, demum λαμπὰς Νότου. Ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, ſup. *Qui facit Vergilias, & Heſperum, & Septentrionem, & Auſtri miniſterium.* Ap. Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 713. h. *Qui fecit Pleiades, & Arcturum, & Heſperum, & Auſtrum, & Oriona, & Luciferum.*

℣. 10. Similiter ap. Ambroſ. l. 1. de interpell. Job, c. 4. p. 629. d. præter iſta, *glorioſaque, & immenſa*, pro *glorifica, & ingentia*; & verò in Gr. ἐνδοξά τε, καὶ ἐξαίσια· reliqua ut in Lat. ſup. Vigil. Tapſ. l. 1. de Trin. *Qui facit magnalia, & quæ inveſtigari non poſſunt.*

℣. 11. Ita in Græco, niſi quòd deeſt &, quod tamen retinet Mſ. Alex. item pro *tranſierit*, exſtat παρέλθῃ, *præterierit*, uti ἔγνων, *novi*, pro *ſciam*. Ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, ſup. *Si præterierit me, non videbo: & ſi me prætergreſſus fuerit, nec ſic ſciam.* Apud Aug. in Job, p. 633. e. *Si tranſgreſſus me fuerit, non videbo: ſi altior me fuerit, aut celeritate perſtrinxerit me* (f. *pertranſierit*,) *non eum agnoſcam.*

℣. 12. Græcè, pro *morti tradiderit*, ita, ἀπαμάξῃ, *dimiſerit*, ſeu *removerit*, abſque præced. *enim*; cæt. ut ſup. Apud Aug. in Job, conſtanter, *Si enim morti tradiderit, quis avertet?*

℣. 13. Ita Aug. in Job. In Græco verò ſic: Αὐτὸς γὰρ ἀπέστραπται ὀργήν· ὑπ' αὐτῷ ἐκάμφθησαν κάτω τὰ ὑπ' οὐρανόν. *Ipſe enim avertit iram: ab eo incurvati ſunt ceti qui ſub cœlo.* At in ed. Compl. Ὁ Θεὸς δ' ἀναπόστρεπτος ἡ ὀργή, quæ eſt ipſa Symm. verſio.

℣. 14. Græc. Ἐὰν δέ μου ὑπακούσεται, ἢ διακρίνῃ τὰ ῥήματά μου. *Si verò me audierit, vel dijudicat verba mea*; nec plura. Mſ. Maj. Mon. addit *ſecum*, cum aſteriſco.

℣. 15. Concinit Aug. ad verbum. Nec aliter in Græco, niſi quòd initio habetur ſimpliciter, Ἐὰν γάρ, *Si enim*, pro *Quòd ſi etiam*; in Mſ. Alex. Ἐάν τε γάρ. In ed. Lat. præfigitur aſteriſcus ultimis his, *judicium ejus rogabo*, nec malè; nam apud Orig. in Hexapl. illa ipſa non referuntur ex edit. LXX. ſed ex Theodot. præmiſſo ſimili aſteriſco. Veruntamen in edit. Rom. LXX. & al. nunc pariter leguntur, quia nimirum ita reperta ſunt in Mſ. Vatic. ſed procul dubio in ipſum tranſiere ex edit. Hexaplari Orig. ſicut & alia plura quæ notabuntur infra: eadem quoque intra textum noſtrum admittimus, ſed mutato charactere. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. col. 512. f. ſic leg. *Si fuero juſtus, non audiet me; ſed judicio ejus indigebo.*

℣. 16. Græcè, Ἐάν τε καλέσω, deinde καὶ μὴ ὑπακούσῃ, & *non audierit*; ſed in Mſ. Alex. ut in Lat. ſup. καὶ εἰσακούσῃ; in Compl. καὶ ὑπακούσῃ; reliqua ut in Lat. Aug. in Job: *Si verò invocavero, & non exaudierit, non credam quoniam*, &c. ut ſup.

℣. 17. Similiter apud Aug. in Job. Græc. pro *turbine*, hab. γνόφῳ, *caligine*, abſque hoc præced. *fortè in*; item in fine διακενῶς, *fruſtra*, *in vanum*, pro *ſine cauſa*; cæt. ut in Lat. Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 6. p. 632. b. legit: *Multas contritiones fecit mihi*: Gr. Συντρίμματα, ſolus Alex. add. μοι; mox Ambr. *Reſpirare me non ſinit*, &c. omiſſo medio *ſine cauſa*, quod tamen hab. quidam Gr. juxta Olympiod. nempe ἀναιτίως.

℣. 18. Sic eſt in Græco. Ap. Ambr. ſup. *Reſpirare me non ſinit, replevit me amaritudine.* Ap. Aug. in Job, ut ſup. *Non enim ſinit me reſpirare*; nec plura.

℣. 19. In Græco, ἰσχύϊ κράτους, *valet robore*, loco *poteſt*, *obtinet*; legiſſe videtur Interp. κρατεῖ; in Compl. etiam ἰσχύϊ κρατεῖ, apud Symm. ἐν τῇ ἰσχύϊ κραταιός ἐστι· tum in Gr. Vat. τίς δ' ἂν κρίμασιν αὐτοῦ ἀντισταίη. Ap. Aug. in Job, ut ſup. *Etenim quia poteſt, obtinet*, abſque aliis; at l. 2. de pecc. mer. to. 10. p. 47. e. 48. b. addit: *quis judicio ejus adverſabitur?* Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 6. to. 1. 632. b. ſic: *Et quia virtute eſt potens, nemo poteſt judicio ejus reſiſtere.*

℣. 20. Similiter hab. Aug. in Job, ad 2. uſque *quòd &* *ſi.* Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 194. b. *Si fuero juſtus, os meum impia loquetur: & ſi ſine crimine, pravus inveniar.* In Gr. Ἐὰν γὰρ ὦ..... ἐάν τε ὦ, cæt. ut in Lat. excepto ult. *inveniar*, pro quo ἀποβήσομαι, *evadam.* Aug. l. 2. de pecc. mer. to. 10. p. 47. e. 48. b. rurſus hab. *Quòd ſi fuero juſtus, os meum impiè loquetur.* Gr. ἀσεβήσω. Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 6. p. 632. b. *Si juſtus ſum corde, lingua mea errat.*

℣. 21. In Græco ponitur virgula poſt *egi*; tum ſequitur, οὐκ οἶδα τῇ ψυχῇ, *non novi animo*, &c. ut ſup. Ap. Aug. in Job, *veruntamen auferetur vita mea*; deinde ſic: *Quamvis neſciam ſi impiè egi, tamen auferetur vita mea.*

℣. 22. A Græco abeſt id, *unum eſt*, cum ſeq. &; loco verò *diſperdidit*, legitur ἀπολλύει. Ap. Aug. in Job: *Unum eſt quod dixi: Magnum & potentem diſperdit ira.* Similiter apud Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 6. to. 1. p. 632. b. *Magnum & pot. diſperdit ira.*

℣. 23. Erratum eſt, ni fallor, in Mſ. cod. vel ſaltem in edit. no. quæ hab. *neque*, pro *nequam*; nam in Gr. φαῦλοι. Similiter legit Aug. in Job: *Quia nequam homines in magna morte erunt*; tum addit: *non in mediocri, in qua ſunt etiam juſti, cùm tribulantur, & ab eis deridentur.* Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 6. p. 632. b. *Improbi in morte gravi, juſti autem irridentur.* Gr. Ὅτι φαῦλοι ἐν θανάτῳ ἐξαισίῳ, ἀλλὰ δίκαιοι καταγελῶνται. Mſ. Alex. poſt ἐξαισίῳ, ſubdit ἀπολλῦνται, ſed ſolus.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

24. Terra data eſt in manus impii, vultum judicum ejus operit: quòd ſi non ille eſt, quis ergo eſt?

25. Dies mei velociores fuerunt curſore: fugerunt, & non viderunt bonum.

26. Pertranſierunt quaſi naves poma portantes, ſicut aquila volans ad eſcam.

27. Cùm dixero: Nequaquam ita loquar: commuto faciem meam, & dolore torqueor.

28. Verebar omnia opera mea, ſciens quòd non parceres delinquenti.

29. Si autem & ſic impius ſum, quare fruſtra laboravi?

30. Si lotus fuero quaſi aquis nivis, & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ:

31. Tamen ſordibus intinges me, & abominabuntur me veſtimenta mea.

32. Neque enim viro qui ſimilis mei eſt, reſpondebo: nec qui mecum in judicio ex æquo poſſit audiri.

33. Non eſt qui utrumque valeat arguere, & ponere manum ſuam in ambobus.

34. Auferat à me virgam ſuam, & pavor ejus non me terreat.

35. Loquar, & non timebo eum: neque enim poſſum metuens reſpondere.

VERSIO ANTIQUA.

24. *Terra tradita eſt in manus impii, facies judicum ejus operit: quòd ſi non eſt, quis ergo eſt?* Ex Mſ. Maj. Mon.

25. *Vita autem mea levior eſt curſore:* fugerunt, & non viderunt *bonitatem.*

26. Abierunt quaſi veſtigium navis, aut quaſi aquilæ volantes, & quærentes eſcam.

27. Quòd ſi & locutus fuero, obliviſcor dum loquor; declinans in facie, ingemiſcam.

28. Commoveor omnibus membris: ſcio enim quia impunitum me non dimittis.

29. Et quia ſum impius, quare non ſum mortuus, ſed laboro?

30. Quòd ſi purificatus fuero in nive, & mundatus fuero mundis manibus:

31. Satis in ſorde me tinxi, & exſecratum me eſt veſtimentum meum.

32. Non eſt enim homo ſicut ego cui contradicam, ut veniamus pariter ad judicium.

33. Utinam eſſet nobis arbiter, & qui argueret, & qui audiret inter utroſque.

34. Avertat à me virgam *ſuam*, & timor ejus non me terreat.

35. Loquar, & non timeam eum: non enim nunc ſum mecum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 24. In edit. Lat. hi tres verſiculi totidem aſteriſcis ſignantur. Græca etiam verba ipſis reſpondentia, ex Theodotione proferuntur in Hexapl. cum iiſdem aſteriſcis, videlicet: Παεχλέδοται ἡ γῆ εἰς χεῖρας ἀσεβῶν, πρόσωπα κειτῶν αὐτῆς ζυγκαλύπλῃ· εἰ δὲ μὴ αὐτός ἐστι, τίς ἐστιν; Eadem quoque tranſierunt in edit. Rom. LXX. his tantùm mutatis, Παεχδέδοται γὰρ εἰς χεῖρας ἀσεβῶς. In Hexapl. tamen Orig. poſt allata verba illa ex Theodot. citatur vox πρόσωπα, quaſi ex LXX. ſicut hoc, τίς ἐστιν, abſque aſteriſco. Apud Aug. quoque in Job, ſic habetur: *Terra tradita eſt in manus impii, faciens judicium ejus operit: quòd ſi ipſe non eſt, quis ergo eſt?* Similiter in Pſ. 36. to. 4. col. 289. e. *Terra tradita eſt in manus impii.* Idem etiam legitur apud Auct. l. de promiſſ. col. 93. d. & apud Fulgent. l. 3. ad Traſim. c. 27. p. 133. Ap. Ambr. verò l. 1. de interpel. Job, c. 6. col. 632. b. ſic: *Dati ſunt enim in manus impii*, juxta Græc. ed. Rom.

℣. 25. In edit. Lat. prior verſiculus habetur cum aſteriſco. Similiter in Hexapl. Orig. iſta: Ὁ δὲ βίος μου ἐσὶν ἐλαφρότερος δρομέως, referuntur ex Theodot. uti ſeqq. αἱ ἡμέραι μου ἀπέδραμον, καὶ οὐκ εἶδοσαν, ex Symmacho, præpoſitis duobus aſteriſcis: attamen inf. in eiſdem Hexapl. hoc, ὁ δὲ βίος μου, citatur velut ex LXX. abſque aſteriſco. In edit. etiam Rom. LXX. cuncta leguntur quæ ſupra, his tantùm exceptis, αἱ ἡμέραι μου, quæ deſunt: & verò in Mſ. Maj. Mon. hæc habentur ſola, *fugerunt*, & *non viderunt*, nec apponitur ibi ſtellula, niſi poſt verbum *viderunt*, ſcilicet ante vocem *bonitatem*, quæ non legitur in Græco: nec addere juvat quòd verba etiam iſta, *fugerunt*, & *non viderunt*, redundare deberent, cùm ipſa ex Symmacho exhibeantur in Hexapl. pariter ſignata; non enim fortaſſe poſita eſt ibi ſtellula, propter verba ἀπέδραμον, καὶ οὐκ εἶδοσαν, ſed ob antecedentia duo, αἱ ἡμέραι μου, quæ aberant à Græco: vox etiam iſta, *bonitatem*, ſubnexa in Mſ. Maj. Mon. cum aſteriſco, additur in Hexapl. Orig. ex Theodot. & Symm. cum ſimili ſigno. Apud Ambroſ. quoque l. de fuga ſæc. c. 7. to. 1. col. 433. a. habetur ſimpliciter, *fugerunt*, & *non viderunt*: at l. 1. de interpel. Job, 632. c. hoc inſuper legitur: *Vita noſtra levior eſt curſore*; deinde ſic, *tranſivit*, & *nihil vidit*; vel ut epiſt. 28. to. 2. col. 902. e. *tranſivit*, & *non vidit.* Item ap. Aug. in Job: *Vita autem mea levior eſt curſore.*

℣. 26. Græc. Ἢ καί ἐστι ναυσὶν ἴχνος ὁδοῦ, ἢ ἀετῷ πεσομένῳ, ζητοῦντος βορᾶν; *Nunquid & eſt navibus veſtigium viæ, aut aquilæ volantis, quærentis eſcam?* Ap. Symm. Ἁπῆλθον ὁμοίως ναυσὶ σπευδούσαις, ὡς ἀετὸς ἱπτάμενος ἐπὶ βορᾶν. Ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 6. p. 632. c. *Tanquam navis veſtigium, aut aquilæ volantis, & quærentis eſcam.* Item ap. Aug. in Job, *aut quaſi aquilæ volantis, & quærentis eſcam.*

℣. 27. Ad verbum è Gr. niſi quòd hab. in fut. ἐπιλήσομαι, *obliviſcar*, cum hoc, λαλῶν, loco *dum loquor.* Similiter Aug. in Job, col. 634. f. *Quòd ſi & locut. fuero, obliviſcor dum loquor; declinans in faciem*, &c. ut ſup. Gr. ζυγκύψας τῷ προσώπῳ, &c.

℣. 28. Ita è Græco, præter ult. iſta, *impunitum me*, &c. quorum loco ſic, οὐκ ἀθῷόν με ἀφήσεις, *non inſontem me ſines.* Ap. Aug. in Job, ut ſup. *Commoveor omnib. membris*; nec plura ibid. at l. 2. de pecc. mer. to. 10. p. 47. e. add. *ſcio quia impunitum me non dimittis.* Ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, p. 632. d. ita: *Concutior omnib. membris* & Gr. Σείομαι.

℣. 29. Ita Aug. in Job, excepto uno &, pro *ſed*: ſimiliter l. 2. de pecc. mer. p. 47. e. niſi quòd initio omittit &, ſicut hoc in fine, *ſed laboro*; id etiam ult. abeſt à Gr. in principio ſic, ἐπειδὴ δὲ, loco & *quia*; cæt. ut in Lat. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. p. 512. f. habet: *Quia ſum impius, cur fruſtra laboro?*

℣. 30. Similiter in Gr. præter hæc priora, *Quòd ſi purific. fuero in nive*, pro quibus ita, Ἐὰν γὰρ ἀπολούσωμαι χιόνι, *Si enim lotus fuero nive.* Ap. Aug. l. 2. de pecc. mer. to. 10. p. 47. e. *Quòd ſi purificatus nive*, & *mundatus*, &c. ut ſup. ſimiliter l. annot. in Job, ab his, & *mundatus fuero.* Hieron. l. 2. cont. Pelag. p. 512. f. *Si lotus fuero nive*, & *mundis manibus*: & l. 2. cont. Jovin. col. 194. b. *Et ſi purificatus in nive*, & *lotus mundis manibus.*

℣. 31. In Græco, ἔβαψας, pro *tinxi*, abſque hoc ult. *meum*; in Mſ. tamen Alex. ac Ald. ed. ἡ ϛολή μου· Aug. in Job bene, *Satis in ſorde me tinxiſti*, &c. ut ſup. item l. 2. de pecc. mer. to. 10. p. 47. e. *Sufficienter in ſordibus me tinxiſti.* Hieron. l. 2. cont. Pelag. p. 512. f. *Satis me ſorde tinxiſti*: itidem l. 2. cont. Jovin. col. 194. b. additis al. & *exſecratum eſt me veſtim. meum.*

℣. 32. Vix mel. è Gr. excepto uno *eſt*, pro quo εἶ, *es*: item pro *pariter*, ὁμοθυμαδόν, mel. *unanimiter.* Ap. Aug. in Job, rectè: *Non es enim homo ſicut & ego, cui contradicam*; Gr. ᾧ ἀντικρινοῦμαι.

℣. 33. Similiter habet Aug. in Job, col. 635. a. præter hoc ult. *utrumque.* Item inf. col. 659. f. *Utinam eſſet nobis arbiter.* Gr. Εἴθε ἦν ὁ μεσίτης ἡμῶν, καὶ ἐλέγχων, καὶ διακούων ἀναμέσων ἀμφοτέρων. Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 6. p. 632. d. *Utinam ſit mediator noſter, arguens, & dijudicans inter utrumque noſtrûm.*

℣. 34. Edit. Lat. addit *ſuam*, poſt *virgam*, cum aſteriſco. A Gr. abeſt *ſuam*, uti ſeq. &, cujus loco ponitur δὲ, poſt *timor*. Mſ. tamen Alex. hab. ῥάβδον αὐτοῦ, καὶ ὁ φόβος αὐτοῦ. Item Græcè conſtanter, τροβείτω, pro *terreat*; Nobil. vertit, *tranſverſum agat*, nec malè. Aug. in Job, legit ſimiliter, *Avertat à me virg. ſuam*; ſed add. quaſi alludens, *tranſeat timor legis.*

℣. 35. Gr. Καὶ οὐ μὴ φοβηθῶ, ἀλλὰ λαλήσω· οὐ γὰρ οὕτω ξυνεπίσαμαι. *Et non timebo, ſed loquar: non enim ſic conſcius ſum.* Aug. in Job, *non enim ſum mecum*, ut ſup.

Digitized by Google

CAPUT X.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 1. DEfecit anima mea in vita mea, proferam contra me ſermones meos, loquar in amaritudine animæ coarctatus,

2. Et dicam ad Dominum: Noli me docere impium eſſe: quare me taliter judicaſti?

3. Aut bonum eſt tibi ſi iniquè egero? quia deſpicis opus quod manus tuæ fecerunt, & ad conſilium impiorum animadvertiſti.

4. Aut ſicut homo perſpicit, perſpicis: *aut ſicut videt homo, videbis?*

5. Aut humana eſt vita tua, aut anni tui ſunt tanquam *dies* hominis?

6. Quia perquiſiſti iniquitatem meam, & peccata mea inveſtigaſti.

7. Scis enim me nihil impii feciſſe: ſed quis eſt qui de manibus tuis eripiat?

8. Manus tuæ fecerunt me, & finxerunt me; poſtea verò mutatus percuſſiſti me.

9. Memor eſto quòd de luto finxiſti me, & in terram tantùm me convertes.

10. Nonne tanquam lac mulſiſti me, & coagulaſti me ut caſeum?

11. Et pelle & carne me induiſti: oſſibus & nervis me inſeruiſti:

12. Vitam & miſericordiam mihi dediſti, & inſpectio tua cuſtodivit ſpiritum meum.

13. Hæc ergo cùm in te ſint, ſcio quia omnia potes, nec eſt tibi impoſſibile quidquam.

14. Quòd ſi peccavero, cuſtodies me; ab ini-

VULGATA NOVA.

1. TÆdet animam meam vitæ meæ, dimittam adversùm me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ.

2. Dicam Deo: Noli me condemnare: indica mihi cur me ita judices.

3. Nunquid bonum tibi videtur, ſi calumnieris me, & opprimas me opus manuum tuarum, & conſilium impiorum adjuves?

4. Nunquid oculi carnei tibi ſunt: aut ſicut videt homo, & tu videbis?

5. Nunquid ſicut dies hominis dies tui, & anni tui ſicut humana ſunt tempora,

6. Ut quæras iniquitatem meam, & peccatum meum ſcruteris?

7. Et ſcias quia nihil impium fecerim, cùm ſit nemo qui de manu tua poſſit eruere.

8. Manus tuæ fecerunt me, & plaſmaverunt me totum in circuitu: & ſic repente præcipitas me?

9. Memento quæſo quòd ſicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me.

10. Nonne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulaſti?

11. Pelle & carnibus veſtiſti me: oſſibus & nervis compegiſti me:

12. Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi, & viſitatio tua cuſtodivit ſpiritum meum.

13. Licet hæc celes in corde tuo, tamen ſcio quia univerſorum memineris.

14. Si peccavi, & ad horam peperciſti mi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Paulò aliter Græcè, videlicet: Κάμνων τῇ ψυχῇ μου, σύνων ἐπαφήσω ἐπ' αὐτὸν τὰ ῥήματά μου, λαλήσω πικρίᾳ ψυχῆς μου ζυνεχόμενος· i. e. *Laborans animâ meâ, gemens dimittam adversùs eum verba mea, loquar amaritudine animæ meæ compreſſus.* In Mſ. Alex. ſic: Κάμνω δὲ τῇ..... ἐπ' ἐμαυτὸν ἐπαφήσω, &c. Item ap. Aug. in Job, *Proferam contra me ſermones;* nec plura.

℣. 2. Ita Græcè ad verbum, præter unum ἵνα τί, & *quare.* Concinit Aug. in Job, col. 635. b. ſed omittit poſtr. *quare me*, &c. ſimiliter inf. 658. f. *Nolite me docere impium eſſe;* deinde ſic: *aut bonum eſt tibi ſi iniquè egero*, prætermiſſis intermediis. Ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, to. 1. p. 632. d. *Dicam Domino: Quare ſic me judicas?* Gr. ὕτως ἔκεινας;

℣. 3. Græc. initio tollit *eſt;* (Alex. retinet;) exinde pro *deſpicis..... fecerunt*, hab. ſimpliciter, ἀπείπω ἔργα χειρῶν ζυ· ſtatimque βελῇ δὲ, &c. ut ſup. Ambr. l. 1. de interpel. Job, ſup. ſic: *An bonum tibi eſt ut injuſtus ego ſim? quia repuliſti opera manuum tuarum, & conſilio impiorum intendiſti;* Gr. σεσοέχες. Ap. Aug. in Job, omnia ut ſup. in textu. Vid. Not. ad ℣. 2.

℣. 4. In edit. Lat. habentur iſta, *aut ſicut videt homo, videbis?* ſub aſteriſco; adjunctaque videntur ex Theodotione; ſaltem ita referuntur ex ipſo, non ex LXX. in Hexapl. Orig. antepoſitâ ſtellulâ. Attamen in Græco nunc ita legimus: Ἢ ὥσπερ βροτὸς ὁρᾷ, καθορᾷς· ἢ καθὼς ὁρᾷ ἄνθρωπος, βλέψῃ; Ap. Aug. verò in Job, col. 635. c. hæc ſola: *Aut ſicut homo perſpicit, perſpicis?* Ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, col. 632. d. *Nunquid ſicut mortalis videt, ſic vides?* deinde, *Aut vita tua*, &c. ut inf. ℣. 5.

℣. 5. In Mſ. Maj. Mon. poſt *tanquam*, additur *dies* cum aſteriſco, quæ vox redundare videtur; nam Græcè habetur ſimpliciter, ἢ τὰ ἔτη ζυ ἀνδρός; *aut anni tui ſunt viri?* In Hexapl. verò Orig. ſic, præmiſſâ ſtellulâ, ὡς ἡμέραι ἀνθρώπου. Apud Ambr. l. 1. de interpel. Job, ſup. *Aut vita tua ſicut hominis, aut anni tui ſicut viri?* Apud Aug. in Job, *Aut humana eſt vita tua?* Gr. Ἢ ὁ βίος ζυ ἀνθρωπινός ἐσιν; à Mſ. Alex. abeſt ἐσί.

℣. 6. Optimè è Gr. Sic etiam ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, p. 632. d. exceptis his, *Quia exquiſivisti iniquitates meas.* Gr. Ὅτι ἀνεζήτησας τὴν, &c. Ap. Aug. in Job, poſteriora tantùm, *Et peccata mea inveſtigaſti.*

℣. 7. Concinit Aug. ad verbum, niſi quòd leg. *impiè*, loco *impii.* In Gr. Οἶδας γὰρ ὅτι οὐκ ἐποίησα, &c. ut in Lat. Ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, p. 632. d. ſic: *Noſti enim quia impiè non geſſi: ſed quis eſt qui de manibus tuis eruatur?* In editt. etiam Aug. legitur ſup. *eripiatur*, ſed in Mſs. omnibus *eripiat;* Gr. ἐξαιρήμενος.

℣. 8. Gr. ponit ἔπλασαν, ante ἐποίησαν; Mſ. verò Alex. ordine quo ſupra. Ap. Ambr. utroque modo, ſcilicet, in Pſ. 118. to. 1. p. 1090. f. ſic: *Manus tuæ plaſmaverunt me, & fecerunt me:* & l. 3. de Spir. S. to. 2. p. 671. d. ita: *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmav. me:* at l. 1. de interpel. Job, p. 632. f. omittit penitus, & *fecerunt me;* tum addit, *poſtea convertiſti, & percuſſiſti me.* In Gr. μελαβαλών με ἔπαισας· Mſ. Alex. μελαβαλὼν δὲ, &c. Ap. Aug. in Job, conſtanter: *Poſtea verò mutatus percuſſiſti me*, ut ſup. Ap. Petr. Chryſolog. ſer. 143. to. 7. p. 955. g. *Manus tuæ fecerunt, & finxerunt me.*

℣. 9. Ambr. l. de bono mort. c. 3. to. 1. p. 394. e. *Memento quia lutum me finxiſti.* Græc. Μνήθηθι ὅτι πηλόν με ἔπλασας. Rurſum Ambr. l. 1. de interpel. Job, p. 632. f. *Memento quia lutum me feciſti;* ſtatimque, & *in terra me reſolves.* Gr. εἰς δὲ γῆν με πάλιν ἀποστρέφεις. Aug. in Job: *Memor eſto quia de luto finxiſti me, in terram me iterum convertes.*

℣. 10. Ambr. l. 1. de interpel. Job, p. 632. f. *Nunquid non ut lac mulſiſti me, confeciſti me ſicut caſeum?* Gr. ἐτύρωσας δέ με ἴσα τυρῶ; & *coagulaſti me æquè ac caſeum?* in Mſ. Alex. ac Ald. ed. ἐπήξας. Ap. Aug. in Job, *Nonne tanq. lac mulſiſti me*, ut ſup. S. Petrus Chryſol. ſ. 143. p. 955. g. *ut caſeum coagulaſti me.*

℣. 11. In Gr. Δέρμα δὲ ᾧ..... ὀστέοις δὲ ᾧ, cæt. ut in Lat. Ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, p. 632. f. *Corium & carnem me induiſti: oſſibus & nervis me inſeruiſti:* ſimiliter l. de bon. mort. c. 3. p. 394. e. excepto ult. *intexuiſti*, abſque præced. *me.* Petr. Chryſol. ſ. 143. p. 955. g. *oſſibus & nervis inſeruiſti me.*

℣. 12. Græc. addit δὲ, *autem*, poſt *vitam;* loco verò *mihi dediſti*, hab. ἔθου παρ' ἐμοί; cæt. ut in Lat. Ambr. bene l. 1. de interpel. Job, p. 632. f. *Vitam & miſericordiam in me poſuiſti, & viſitatio tua protexit ſpiritum meum.* Græc. ἡ δὲ ἐπισκοπή ζυ ἐφύλαξε, &c. S. Petr. Chryſol. ſ. 143. *Vitam & miſericordiam dediſti mihi.*

℣. 13. Ambroſ. l. 1. de interpel. Job, p. 633. a. *Hæc habes in te, novi quia omnia potes, impoſſibile autem tibi nihil.* Ambroſio favet Gr. niſi quòd pro *habes*, ponit ἔχων, & ἔθὲν, pro *nihil;* Mſ. Alex. ac ed. Compl. ὑδέν. Aug. in Job, ut ſup. in textu, exceptis his, *nec eſt tibi*, &c. quæ deſunt.

℣. 14. Aug. in Job, *Quòd ſi & peccavero, cuſtodies me.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

hi: cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris?

15. Et si impius fuero, væ mihi est: & si justus, non levabo caput, saturatus afflictione & miseria.

16. Et propter superbiam quasi leænam capies me, reversusque mirabiliter me crucias.

17. Instauras testes tuos contra me, & multiplicas iram tuam adversùm me, & pœnæ militant in me.

18. Quare de vulva eduxisti me? qui utinam consumptus essem ne oculus me videret.

19. Fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum.

20. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? dimitte ergo me, ut plangam paululùm dolorem meum:

21. Antequam vadam & non revertar, ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine:

22. Terram miseriæ & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

VERSIO ANTIQUA.

quitate autem non impunitum fecisti me. *Ex Mſ. Maj. Mon.*

15. Quòd si & impiè fecero, væ mihi: & si justus fuero, non possum respirare; plenus enim sum opprobrio.

16. Et capior sicut leo ad occisionem, iterum autem commutatus sævissimè crucias me.

17. Restauras in me tormenta mea, irâ magnâ usus es in me, & importasti mihi tentationes.

18. Quare ergo de ventre eduxisti me, & non sum mortuus, ut nullius oculi me viderent,

19. Et essem tanquam non fuissem? quare autem à ventre non sum sepultus protinus?

20. Aut nunquid non est parum tempus vitæ meæ? attere me, ut requiescam pusillùm:

21. Antequam eam unde non revertar, in terram tenebrosam, & caliginosam;

22. In terram noctis æternæ, ubi non est lux, nec est videre vitam hominum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Græc. Ἐάν τε γὰρ ἁμάρτω, φυλάσσεις με· at in Mſ. Alex. φυλάξεις· reliq. ut in Lat. præter unum ἀθῶον, loco *impunitum*. Ap. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. p. 512. f. *Si peccavero, custodies me; ab iniquitate autem me non facies innocentem.* Ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, p. 633. a. *Si enim peccavero, custodies me; ab iniquitate autem immaculatum me non fecisti:* & l. de bo. mort. c. 3. p. 394. f. *ab iniquitate innocentem me non fecisti.*

℣. 15. Aptè ad Gr. præter unum *respirare*, pro quo ἀναπνύσαι, *suspicere*. Hieron. l. 2. cont. Pelag. p. 513. a. *Si impiè egero, væ mihi: & si fuero justus, non potero respirare; plenus enim ego sum ignominiæ.* Ambroſ. l. 1. de interpel. Job, p. 633. a. *Si impius fuero, væ mihi: si sim justus, non possum me erigere; plenus sum enim confusionis:* & l. de bo. mort. c. 3. p. 394. f. *Si enim impius fuero, væ mihi: si autem sim justus, non potero me reclinare; plenus enim confusionis sum:* Gr. ατιμίας. Ap. Aug. in Job, ut sup. in textu, *Et si justus fuero*, &c. nam priora desunt.

℣. 16. Ita Aug. in Job, ad verbum. Græcè, ἀγρεύομαι γάρ, &c. loco *& capior;* paulòque post, πάλιν γὰρ μεταβαλὼν δεινῶς με ὀλέκεις· *iterum enim commutans terribiliter me perdis.* Ap. Ambr. l. 1. de interpel Job, p. 633. a. *Investigor sicut leo ad necem;* nec plura.

℣. 17. Ap. Aug. in Job, *Instaurans in me tormenta mea;* nec adduntur alia. In Gr. Ἐπαναχαινίζων ἐπ' ἐμὲ τὴν ἔτασίν μου, *Instaurans in me inquisitionem meam;* dein additur δέ, post τρά; loco verò *importasti mihi*, &c. sic, ἐπήγαγες δὲ ἐπ' ἐμὲ, &c. Ap. Ambr. l. de bo. mort. c. 3. to. 1. p. 394. f. *Introduxisti super me tentationes.*

℣. 18. Ultima tantùm *ut nullius*, &c. leviter differunt à Gr. ubi sic, ὀφθαλμὸς δέ με οὐκ εἶδε· *oculus autem me non vidisset.* Ap. Aug. in Job, priora sola exstant ut sup. *Quare ergo de ventre eduxisti me?*

℣. 19. Similiter ap. Aug. in Job, 636. a. *Et essem tanquam non fuissem:* sic etiam in Græco; subinde habetur γὰρ, pro *autem*, ut inf. εἰς μνῆμα οὐκ ἀπενεχθήν; *in sepulcrum non sum translatus?* loco *non sum sepultus protinus?* In Mſ. Alex. οὐκ ἀπῆλθον, *non abii?*

℣. 20. Aug. in Job: *Aut nunquid non est tempus parvum vitæ meæ? patere me, donec requiescam pusillum.* Gr. Ἡ οὐκ ὀλίγος ἐστὶν ὁ βίος τοῦ χρόνου μου; ἔασόν με ἀναπαύσασθαι μικρόν. In Mſ. verò Alex. & al. ὁ χρόνος τοῦ βίου με, ut in Lat. sup.

℣. 21. Ita in Græco ad verbum. Ap. Aug. in Job, sic: *Antequam eam in pœnas, unde reverti non licet*, id est, inquit, *in pœnas æternas.*

℣. 22. Similiter in Græco, præter hoc, σκότους αἰωνίου, *tenebrarum æternarum*, loco *noctis æternæ;* ultimòque βροτῶν, *mortalium*, loco *hominum*, demto præced. *est.* Ap. Aug. in Job, *ubi non est lux*, &c. ut in textu.

CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

1. REspondens autem Sophar Naamathites, dixit:

2. Nunquid qui multa loquitur, non & audiet? aut vir verbosus justificabitur?

3. Tibi soli tacebunt homines? & cùm cæteros irriseris, à nullo confutaberis?

4. Dixisti enim: Purus est sermo meus, & mundus sum in conspectu tuo.

5. Atque utinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi:

VERSIO ANTIQUA.

1. REspondens Sofar Minæus, dixit: *Ex Mſ. Maj. Mon.*

2. Qui multa dicit, & audire debet: aut nunquid eloquens videbitur justus esse?

3. Beatus homo natus, homo brevis vitæ. Noli multus esse in verbis, cùm nemo sit qui contradicat tibi:

4. Neque dicas: Justus sum operibus, & sine crimine *fui ante eum.*

5. Sed quomodo Dominus loquatur ad te, *& aperiat labia sua tecum,*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Ὑπολαβὼν δὲ..... λέγει. Ap. Aug. in Job, col. 636. c. *Verba Sophar Minæi.*

℣. 2. Sic est in Gr. præter seqq. ἀνταχούσεται, *vicissim audiet*, pro *audire debet;* subinde pro *nunquid*, ita, ἢ, & pro *videbitur justus esse*, sic, δίεται εἶναι δίκαιος; *existimat se esse justum?* Ap. Aug. in Job, *Aut nunquid videbitur eloquens justus esse?*

℣. 3. Ap. Aug. in Job, deest 1. *homo;* desunt pariter ista media, *noli multus esse in verbis;* cæt. similia. In Gr. Εὐλογημένος γεννητὸς γυναικὸς ὀλιγόβιος, *Benedictus natus mulieris brevis vitæ;* reliqua ut in Lat. sup. hoc excepto, οὐ γάρ ἐστι, *non enim est*, pro *cùm nemo sit.*

℣. 4. Græcè nunc: Μὴ γὰρ λέγε, ὅτι καθαρός εἰμι τοῖς ἔργοις, ἢ ἄμεμπτος ἐναντίον αὐτοῦ. *Noli enim dicere, quia mundus sum operibus, & inculpatus ante eum.* In Hex. Orig. hoc, ἐναντίον αὐτοῦ, signatur asteriſco. Sic etiam in Mſ. Maj. Mon. notatur istud, *fui ante eum.*

℣. 5. Sic habet Aug. in Job, ad hoc usque, *& aperiat.* Sic etiam legitur Græcè, additis his, ἢ ἀνοίξῃ χείλη αὐτοῦ μετὰ σοῦ, *& aperiet labia sua tecum;* quæ asteriſco fulgent in Hexapl. Orig. sicut in Mſ. Maj. Mon. In edit. Ald. pro ἀνοίξῃ, habetur διανοίξαι, ut & sup. apud omnes, λαλήσαι.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Et Mſ. Maj. Mon. 6. Et doceat te virtutem ſapientiæ? quia duplex erit ſuper te, & tunc ſcies quia dignè reddita ſunt tibi à Deo pro eis quæ peccaſti.	6. Ut oſtenderet tibi ſecreta ſapientiæ, & quòd multiplex eſſet lex ejus, & intelligeres quòd multò minora exigaris ab eo, quàm meretur iniquitas tua.
7. Aut veſtigium Domini invenies, vel ad ultima veniſti eorum, quæ fecit Omnipotens?	7. Forſitan veſtigia Dei comprehendes, & uſque ad perfectum Omnipotentem reperies?
8. Sublimior eſt cœlo, & quid facies? profundior verò inferis, quid ſcis?	8. Excelſior cœlo eſt, & quid facies? profundior inferno, & unde cognoſces?
9. Aut longior à ſpatio, vel altitudine maris.	9. Longior terrâ menſura ejus, & latior mari.
10. Quòd ſi everterit omnia, *aut congregaverit*, quis dicet illi: Quid feciſti?	10. Si ſubverterit omnia, vel in unum coarctaverit, quis contradicet ei?
11. Ipſe enim novit opera iniquorum, & videns injuſta, non negliget.	11. Ipſe enim novit hominum vanitatem, & videns iniquitatem, nonne conſiderat?
12. Homo aliter nutat ſermonibus, & vir natus mulieris tanquam onager erit in deſerto.	12. Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tanquam pullum onagri ſe liberum natum putat.
13. Si enim tu mundum poſuiſti cor tuum, & extendes ad eum manus tuas.	13. Tu autem firmaſti cor tuum, & expandiſti ad eum manus tuas.
14. Si iniquum quid eſt in manu tua, longè facito illud à te, & iniquitas in domo tua non maneat:	14. Si iniquitatem, quæ eſt in manu tua, abſtuleris à te, & non manſerit in tabernaculo tuo injuſtitia:
15. Sic enim fulgebit facies tua tanquam aqua pura, & exſpoliabis ſorde, & non timebis;	15. Tunc levare poteris faciem tuam abſque macula, & eris ſtabilis, & non timebis.
16. Et laboris obliviſcêris, tanquam fluctûs qui præterit, & non terreberis;	16. Miſeriæ quoque obliviſcêris, & quaſi aquarum quæ præterierunt recordaberis.
17. Et oratio tua tanquam lucifer erit, & à meridiano orietur tibi vita.	17. Et quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam: & cùm te conſumptum putaveris, orieris ut lucifer.
18. Et confides quia eſt tibi ſpes; & pro ſollicitudinibus & curis, apparebit tibi pax:	18. Et habebis fiduciam, propoſita tibi ſpe, & defoſſus ſecurus dormies.
19. Requieſces enim, & non erit qui te expugnet; & rogabunt faciem tuam multi.	19. Requieſces, & non erit qui te exterreat: & deprecabuntur faciem tuam plurimi. *Levit.* 26. 6.
20. *Oculi autem impiorum tabeſcent*, ſalus autem relinquet eos; *ſpes enim eorum perditio eſt animæ.*	20. Oculi autem impiorum deficient, & effugium peribit ab eis, & ſpes illorum abominatio animæ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Similiter habet Aug. in Job., ab his, *quia duplex erit;* excipienda tamen iſta, *reddita ſint tibi à Domino quæ peccaſti.* Gr. initio hab. εἶτα ἀναγγελεῖ ζοι, *deinde annunciabit tibi*, loco & *doceat te;* &c. poſt paulò, pro *ſuper te*, ſic, τῶν κατὰ ζέ, Nobil. *ad ea quæ circa te;* in Compl. τῷ; demum pro *dignè reddita ſunt tibi à*, &c. ita, ἀξιά ζοι ἀπέϐη (Alex. παρέϐη) ἀπὸ Κυρίϑ ὧν ἡμάρτηκας, *digna tibi evenerunt à Domino quæ peccaſti.*

℣. 7. Ita in Græco, præter vocem *eorum*, quæ abeſt. Ap. Aug. in Job, hoc unum habetur: *Aut veſtigium Domini invenies?*

℣. 8. Aug. in Job, *Sublime eſt cœlum*, & *quid facies?* Græcè ſimiliter, Ὑψηλὸς ὁ ϑεσπὸς, &c. ſubinde βαθύτερα δὲ τῶν ὧδε, &c. *profundiora autem iis quæ in inferno*, &c. ut in Lat.

℣. 9. Græcè: Ἢ μακρότερα μέτρϑ γῆς, ἢ εὖρος ϑαλάσσης; *Aut longiora menſurâ terræ, vel latitudine maris?* Erratum forſan ſcribæ eſt ſup. *profundior*, ut & ℣. præſ. *longior à;* aptiùs legeretur, *profundiora..... aut longiora ſpatio*, juxta Gr.

℣. 10. Gr. Ἐὰν δὲ καλαςρέψῃ τὰ πάντα, τίς ἐρεῖ, &c. ut in Lat. In Mſ. Maj. Mon. medium iſtud, *aut congregaverit*, notatur ſtellulâ; nec malè, cùm hoc abſit à Græco. In Hexapl. etiam Orig. id, ἢ ζυναγάγῃ, aſteriſco ſubjicitur. Item ap. Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. col. 710. c. hæc tantùm leguntur: *Si autem deſtruxerit univerſa, quis ei dicet: Quid feciſti?* Ap. Aug. in Job, col. 636. e. *Quis dicet illi: Quid feciſti?*

℣. 11. Aug. in Job, *Ipſe enim novit opera hominum iniquorum.* In Gr. ſimplicit. ἀνόμων, ut & infra, ἄτοπα, *abſurda*, pro *injuſta*, necnon παρόψεται, in fine, pro *negliget*, Nobil. *deſpiciet.*

℣. 12. Sic ap. Aug. in Job, niſi quòd initio legitur *homo verò*, juxta Græc. ſed pro *nutat*, in eodem Gr. eſt πήχεται, *natat.* Auguſtinum tamen certò legiſſe *nutat*, vel ex his patet, quæ addit: *Modò illi placet Deus, modò illi diſplicet, cùm apud Deum ſit firmitas:* ſubinde Græcè, βροτὸς δὲ, pro & *vir;* & loco *tanq. onager erit in deſerto*, ſic, ὅτα ὄνω ἐρημίτῃ, *tanquam onager ſolitarius;* at in Mſ. Alex. ὄνῳ ἐρημεῖται.

℣. 13. Ad verbum è Gr. præter hoc, & *extendes*, pro quo ὑπλιάζεις δὲ, abſque ult. voce, *tuas.* Ap. Aug. in Job, & *extendens ad eum manus tuas;* Mſ. quoque Alex. hab. ὑπλιάσας δὲ τὰς χεῖράς ζϑ πρὸς, &c.

℣. 14. Similiter ap. Aug. in Job, præter hæc intermedia, *longè facito illud à te*, quæ deſunt. In Græco cuncta ut ſup. niſi quòd habetur pluraliter ὡν χερσί ζϑ, *in manibus tuis*, ut inf. διαίτῃ, pro *domo*, & αὐλισθήτω, pro *maneat*, quæ idem ſonant.

℣. 15. Poſtrema non refert Aug. in Job, ab hac voce, *pura.* Exſtant omnia in Græco, niſi quòd loco & *exſpoliabis ſorde*, habetur ἐκλύσῃ δὲ ῥύπον, *exues autem ſordem.*

℣. 16. Concinunt Græca. Auguſt. verò in Job, legit: *tanq. fluctum qui non præterit*, & *non terreris;* redundare videtur hîc negatio, nam Græcè conſtanter, ὥσπερ κῦμα παρελθόν, ut in Lat. ſup.

℣. 17. Ita Græcè, detracto verbo *erit;* loco etiam & *à meridiano*, ſic, ἐκ δὲ μεσημϐρίας, *de meridie autem.* Tichon. reg. 7. p. 64. g. *A meridiana parte germinabit ibi vita.* Ap. Aug. in Job, priora tantùm, *Et oratio tua tanq. lucifer erit:* id eſt, inquit, *ante illuminationem præibit.*

℣. 18. Similiter in Græco, præter hoc, πεποιθὼς τε ἔσῃ, *confidenſque eris;* nec multò poſt, ἐκ δὲ μερίμνης ἢ φϑορᾶς, *de cura autem & ſollicitudine*, loco & *pro ſollicitudinibus & curis.*

℣. 19. Concinunt priora cum Gr. poſteriora verò, & *rogabunt*, &c. ſic habentur ibid. μελαϑαλόμενοι δὲ πολλοὶ σὲ ἀνεκήσονται· *tranſmutati autem multi rogabunt te.* Ap. Aug. in Job, ut ſup. *Et rogabunt faciem tuam multi.*

℣. 20. In edit. Lat. verſiculus prior cum ultimo notatur aſteriſco. In Hexapl. etiam Orig. ille habetur, præmiſſâ ſtellulâ, ὀφθαλμοὶ δὲ ἀσεϐῶν ταχήσονται· item ex Theodot. ὀφθαλμοὶ δὲ ἀσεϐῶν ἐκλείψουσι· poſterior quoque tam ex Theod. quàm ex Symm. & Aquila, ita: ἡ γὰρ ἐλπὶς αὐτῶν ἀπώλεια, præpoſito ſimiliter aſteriſco; medius verò, *ſalus autem*, &c. non habetur. In ed. Rom. LXX. ſic immutato ordine: Σωτηρία δὲ αὐτὸς ἀποκείψῃ, ἡ γὰρ ἐλπὶς αὐτῶν ἀπώλεια· ὀφθαλμοὶ δὲ ἀσεϐῶν ταχήσονται.

Digitized by Google

CAPUT XII.

VULGATA NOVA.

1. REspondens autem Job, dixit:
2. Ergo vos estis soli homines, & vobiscum morietur sapientia?
Inf. 13. 2. & 20. 2. 3. Et mihi est cor, sicut & vobis, nec inferior vestri sum: quis enim hæc, quæ nostis, ignorat?
Prov. 14. 2. 4. Qui deridetur ab amico suo sicut ego, invocabit Deum, & exaudiet eum: deridetur enim justi simplicitas.
5. Lampas contempta apud cogitationes divitum, parata ad tempus statutum.

6. Abundant tabernacula prædonum, & audacter provocant Deum, cùm ipse dederit omnia in manus eorum.
7. Nimirum interroga jumenta, & docebunt te: & volatilia cœli, & indicabunt tibi.

8. Loquere terræ, & respondebit tibi: & narrabunt pisces maris.
9. Quis ignorat quòd omnia hæc manus Domini fecerit?
10. In cujus manu anima omnis viventis, & spiritus universæ carnis hominis.
Inf. 34. 3. 11. Nonne auris verba dijudicat, & fauces comedentis, saporem?
12. In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.
13. Apud ipsum est sapientia & fortitudo, ipse habet consilium & intelligentiam.
Isa. 22. 22. 14. Si destruxerit, nemo est qui ædificet: si incluserit hominem, nullus est qui aperiat.
Apoc. 3. 7. 15. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur: & si emiserit eas, subvertent terram.
16. Apud ipsum est fortitudo & sapientia: ipse novit & decipientem, & eum qui decipitur.
17. Adducit consiliarios in stultum finem, & judices in stuporem.
18. Balteum regum dissolvit, & præcingit fu-

VERSIO ANTIQUA.

1. REspondens autem Job, dixit: *En Mſ. Maj. Mon.*
2. Ergo vos estis soli homines? an vobiscum morietur sapientia?
3. Et mihi quoque est cor, sicut & vobis.

4. Sed justus vir, & sine crimine, venit ad risum:

5. In tempus enim certum præparatus erat, ut succumberet alius; & domus ejus, ut devastaretur ab iniquis. Imo verò nullus confidat, cùm sit nequam, se impunitum futurum,
6. Quòd in iracundiam provocat Deum; tanquam inquisitio in eo non sit futura.

7. Sed tamen interroga quadrupedia, si tibi responderint: aut volatilia cœli, si renuntiaverint tibi.
8. Et narra terræ, si loquetur ad te, *& referent tibi pisces maris.*
9. *Quis nescit in his omnibus, quia manus Domini fecit hæc?*
10. Si non in manus ejus est anima omnium viventium, & spiritus omnis *carnis* hominis?
11. Auris enim sermones dijudicat, fauces autem gustant escas *sibi.*
12. In multo tempore sapientia est, & in longa vita est scientia.
13. Apud eum est sapientia & virtus, ipsius est consilium & intellectus.
14. Si destruxerit, quis ædificat? si cluserit circum hominem, quis aperit?
15. *Si* prohibuerit aquam, siccabit terram: quòd si emiserit, prodiet evertens terram.
16. Apud ipsum imperium & fortitudo, & disciplina, & intelligentia.
17. Qui ducit consiliarios captivos, judices autem terræ in pavorem mittit.
18. Qui collocat reges super sedes, *& circumde-*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcè constanter, Ὑπολαβὼν δὲ Ἰὼβ, λέγει. Ap. Aug. de more, *Verba Job.*

℣. 2. Vix mel. è Græco, à quo tamen abest *soli.* In Mſ. Alex. Μὴ ὑμεῖς ἐστε ἄνθρωποι μόνοι;

℣. 3. Gr. Κἀμοὶ μὲν καρδία καθ' ὑμᾶς ἐστιν, *Et mihi quidem cor juxta vos est.*

℣. 4. Similiter ap. Aug. in Job, præter hoc ult. *venit in derisum.* Gr. ἐγεννήθη εἰς χλεύασμα, *natus est ad derisum;* cæt. ut sup.

℣. 5. Ita August. ad verbum, ab *his*, & *domus ejus*, nam priora silet. Græcè nulla desunt, nisi quòd pro *certum*, exstat ταχτὸν, *statutum*, quod idem sonat; item inf. πεσεῖν ὑπὸ ἄλλων, pro *ut succumb. alius;* legendum sup. *aliis;* mox ita, οἵτινες τε num. plurali, & sub finem ἀθῴους, *insontem*, loco *impunitum.*

℣. 6. Gr. Ὅσοι παροργίζουσι τὸν Κύριον, ὡς οὐχὶ ἐξ ἔτασις αὐτῶν ἔσαι, *Quicunque irritant Dominum*, addit Aug. in Job, *tanquam inquisitio in eos non sit futura.*

℣. 7. Ap. Aug. in Job, *Sed tamen interroga quadrup. si tibi responderint;* Gr. εἴπωσοι; statimque πετεινὰ δὲ, Mſ. Alex. τέ, Compl. ἢ πετεινά; cæt. ad verbum quadrant.

℣. 8. Gr. Vat. Ἐκδιήγησαι (Mſ. Alex. cum Compl. add. δὲ) γῇ, ἐάν σοι φράσῃ· deinde ἢ ἐξηγήσονταί σοι οἱ ἰχθύες τῆς θαλάσσης· quæ posteriora in Hexap. Orig. adduntur ex Theod. cum asteriſco prævio. Similiter etiam notantur in ed. Lat.

℣. 9. Gr. Vat. Τίς οὖν οὐκ ἔγνω ἐν πᾶσι τούτοις, ὅτι, &c. ut sup. Hæc tota rursum desumpta fuisse ex Theod. significant Hexapla; stellulâ quoque præfixâ fulgent in ed. Lat.

℣. 10. Similiter hab. Aug. in Job, excepto sing. *manu*, pro plurali *manus*, Gr. χειρὶ, absque seq. *est.* In ed. Lat. voci penult. *carnis*, præponitur asteriſcus; deest quoque vox ista in Græco; & in Hexapl. additur ex Aquila, præmisso eodem signo.

℣. 11. Vox ultima *sibi* stellâ fulget in edit. Lat. abest etiam à textu Gr. Ap. Aug. in Job, id unum exstat: *Auris enim sermones dijudicat*, ut in Lat. sup.

℣. 12. Sic etiam Græcè, detracto utroque *est*; item loco & *in longa*, sic, ἐν δὲ πολλῷ, *in multa autem*; sed in Mſ. Alex. ἐν δὲ μακρῷ. Ap. Aug. hoc tantùm legitur: *In multo tempore sapientia est*, ut sup.

℣. 13. Ita rursum Græcè, absque utroque *est*; habetur etiam αὐτῷ, *ipsi*, loco *ipsius.*

℣. 14. In ed. Lat. ponitur asteriſcus ante hoc, *circum hominem*; sed malè, nisi me fallo; nam Græcè nunc legitur κατ' ἀνθρώπου, & in Hexapl. Orig. id pariter exstat ex versione LXX. nullâ præmissâ stellulâ; in Mſ. Alex. κατ' ἀνθρώπου· ap. Aquil. ἐπ' ανδρα. Item supra Græcè, Τίς οἰκοδομήσῃ; sicut infra, τίς ἀνοίξῃ; in fut. Rectè Aug. in Job, col. 637. b. *Si destruxerit, quis ædificabit?*

℣. 15. Similiter in Græco, exceptis his ult. ἐὰν δὲ ἐκπορφῇ, ἀπώλεσεν αὐτὴν καταστρέψας· *si autem emiserit, perdidit evertens eam.* Ap. Aug. in Job: *Si prohibuerit aquam, siccabit eam: quòd si & emiserit, perdet evertens terram:* vox autem *prodiet*, quæ legitur sup. pro *perdet*, fortè mendum est imperiti librarii, vel chalcographi.

℣. 16. Græcè, κράτος, *potentia*, loco *imperium*, & infra αὐτῷ ἐπιστήμη, *ipsi scientia*, loco & *disciplina.*

℣. 17. Aug. in Job, *Qui ducit consultores captivos, judices autem terræ in pavorem mittit.* Græcè, Διάγων βουλευτὰς (Aq. Συμβόλους, Symm. βουλευτικοὺς) αἰχμαλώτους, κριτὰς δὲ γῆς ἐξέστησε.

℣. 18. Editio Lat. post vocem *sedes*, addit cum asteriſco, & *circumdedit*, &c. Eadem refert August. in Job, cum antecedentibus, præter unum *lumbos*, pro *renes.* In

Versio antiqua.	Vulgata nova.
In Mſ. Maj. Mon. dit balteo renes eorum.	ne renes eorum.
19. Qui emittit ſacerdotes captivos, & potentes terræ evertit.	19. Ducit ſacerdotes inglorios, & optimates ſupplantat :
20. Qui permutat labia fidelium, & intelligentiam ſenum cognovit :	20. Commutans labium veracium, & doctrinam ſenum auferens.
21. Effundens ignobilitatem ſuper principes, & humiles ſanans.	21. Effundit deſpectionem ſuper principes, eos, qui oppreſſi fuerant, relevans.
22. Qui revelat profunda de tenebris, & perduxit in lucem umbram mortis :	22. Qui revelat profunda de tenebris, & producit in lucem umbram mortis.
23. *Decipiens gentes, & perdens eas ; ſternens gentes, & in via deducens eas :*	23. Qui multiplicat gentes & perdit eas, & ſubverſas in integrum reſtituit.
24. Reconcilians corda principum *populi* terræ ; ſeduxit autem illos in via quam non noverant.	24. Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos ut fruſtra incedant per invium :
25. Tractabit tenebras, & non lucem ; & errabunt ſicut ebrius.	25. Palpabunt quaſi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quaſi ebrios.

Notæ ad Versionem antiquam.

quoque in Græco Vat. ad verbum : ſed in Hexapl. Orig. iſta, ᾗ πεφίδηκε ζώνη ὀσφύας αὐτῶν, notantur aſteriſco ut ſup.

℣. 19. Similiter in Gr. niſi quòd legitur λυπάσας δὲ, loco *& potentes*. Ap. Aug. hoc tantùm habetur : *Qui emittit ſacerdotes captivos.*

℣. 20. Itidem ap. Aug. in Job ; nec aliter Græcè, præter hoc, ζύνεσιν δέ, *intelligentiam autem.*

℣. 21. Ita Græcè, præter ſeqq. ἀτιμίαν, *ignominiam*, loco *ignobilitatem*, extremòque ταπεινὰς δὲ ἰάσατο, *humiles autem ſanavit.*

℣. 22. Itidem Græcè : ſic etiam apud Aug. in Job, uno excepto *preduxit*, loco *perduxit*, Gr. ἐξήγαγε δέ, editt. Aug. *eduxit.*

℣. 23. Eadem quoque leguntur ap. Aug. in Job, præter hoc, *in viam ducens*, loco *in via deducens ;* Gr. καθοδηγῶν : hic autem verſus totus notatur ſtellulâ in edit. Lat. & verò in Hexapl. ita legitur Græcè ex Theod. præfixo eodem ſigno, unde procul dubio translatus eſt in ed. LXX. ubi nunc legitur eo modo quo ſupra.

℣. 24. Similiter in Græco, præter verbum ἐπλάνησε, *errare fecit*, pro *ſeduxit ;* item inf. legitur ᾗ, *qua*, pro *quam :* vox autem *populi*, addita ſup. ad hanc, *principum*, rectè omittitur ibid. cùm ipſa notetur ſtellulâ in ed. Lat. Rufin. quoque in Symb. p. 181. c. hæc tantùm legit : *Dominus reconciliat corda principum terræ :* Auguſt. verò in Job, *Reconcilians corda principum populi terræ*, &c. quæ ſup. niſi hoc excipias, *eos in viam*, loco *illos in via.*

℣. 25. Ipſo initio Gr. habet ψηλαφήσασαν, *palpent*, pro *tractabit ;* ut & inf. πλανηθείησαν, *errent*, pro *errabunt*, abſque præced. & ; cæt. ut in Lat. ſup. Ap. Aug. in Job, 637. f. ita : *Quo errore tenebrati ſunt tanquam ebrius.*

CAPUT XIII.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
In Mſ. Maj. Mon. 1. ECce hæc omnia vidit oculus meus, & audivit auris mea.	1. ECce omnia hæc vidit oculus meus, & audivit auris mea, & intellexi ſingula.
2. Et novi quæ & vos noſtis : & *quidem ego* non ſum vobis inſipientior.	2. Secundùm ſcientiam veſtram & ego novi : nec inferior veſtri ſum.
3. Imo verò & ego ad Dominum loquar, & arguam in conſpectu ejus, ſi voluerit.	3. Sed tamen ad Omnipotentem loquar, & diſputare cum Deo cupio :
4. Vos autem eſtis medici iniqui, & curatores malorum omnes vos.	4. Priùs vos oſtendens fabricatores mendacii, & cultores perverſorum dogmatum.
5. Utinam contingat vobis obmuteſcere, & reputabitur vobis in ſapientiam.	5. Atque utinam taceretis, ut putaremini eſſe ſapientes.
6. Audite ergo objurgationem oris mei, judicio autem labiorum meorum intendite.	6. Audite ergo correptionem meam, & judicium labiorum meorum attendite.
7. Nonne ante conſpectum Domini loquimini, & ante conſpectum ejus profertis dolum ?	7. Nunquid Deus indiget veſtro mendacio, ut pro illo loquamini dolos ?
8. An ſubtrahitis vos ipſos judices fieri ?	8. Nunquid faciem ejus accipitis, & pro Deo judicare nitimini ?
9. Optimum erit, ſi diſcuſſerit vos : ſi enim omnia facientes adjiciemini ei,	9. Aut placebit ei quem celare nihil poteſt ? aut decipietur ut homo, veſtris fraudulentiis ?
10. Hic nihilominus *quia* arguet vos. Quòd ſi & occultè perſonas mirati fueritis,	10. Ipſe vos arguet, quoniam in abſcondito faciem ejus accipitis.
11. Nonne cenſura ejus terrebit vos, & timor	11. Statim ut ſe commoverit, turbabit vos,

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Sic eſt in Græco ad verbum, detracta voce *omnia.*

℣. 2. Gr. ὅσα, pro *quæ*, & loco *inſipientior*, ita, ἀσυνετώτερος, i. e. *minùs intelligens.* In edit. Lat. habetur, & *quidem ego non ſum*, ſed hoc, *quidem ego*, ſignatur aſteriſco ; nunc etiam Græcè non legitur.

℣. 3. Vix mel. è Græco. Eadem quoque leguntur ap. Aug. in Job, ab hoc, & *arguam.*

℣. 4. Ultima tantùm vocula *vos* abeſt à Gr. Ap. Aug. verò ut ſupra, ab hoc, & *curatores.*

℣. 5. Græcè, εἴη δὲ, *ſit autem*, loco *utinam contingat ;* & ſub fin. ἡ ἀποβήσεται ὑμῖν Σοφία, & *evadet vobis ſapientia :* in Mſs. Alex. & Compl. εἰς Σοφίαν.

℣. 6. Similiter in Græco. Apud Aug. ultima tantùm deſunt, *judicio autem*, &c.

℣. 7. Sic etiam in Græco, in quo φθέγξεσθε, loco *profertis.* Ap. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 323. c. *Nonne ante Dominum loquimini ?* Item ap. Aug. in Job, & *ante conſpectum ejus profertis dolum ?* ut ſup.

℣. 8. Itidem Aug. in Job, col. 637. f. Græcè verò : Ἢ ὑποστελεῖσθε ; ὑμεῖς δὲ αὐτοὶ κεῖσθαι γίνεσθε. *An ſubtrahetis vos ? vos autem ipſi judices ſitis.*

℣. 9. Ad verbum è Gr. præter duo, καλὸν, *bonum*, loco *optimum*, & ἐξιχνιάσῃ, *inveſtigaverit*, loco *diſcuſſerit ;* quæ idem ſonant. Ap. Aug. in Job, poſtrema tantùm adſunt : *ſi enim omnia facietis, adjiciemini ei.* Gr. προσθήσεις, ut ſup.

℣. 10. Græcè ſimpliciter : Οὐδὲν ἧττον ἐλέγξει ὑμᾶς. *Nihilominus arguet vos ;* cæt. ut ſup. In Mſ. Maj. Mon. ponitur ſtellula ante vocem *quia*, quæ abeſt ab Hebr. ſicut à Gr. Ap. Aug. ut ſupra : *Quòd ſi & occultè perſonas mirati fueritis.*

℣. 11. Pauca variant Græcè, nempe ſeqq. ἡ θλῖψα, *commotio*, pro *cenſura ;* ſubinde pro *terrebit*, ταραχήσει, ad litt. *verſabit, excutiet ;* dein ὁ φόβος δὲ παρ' αὐτοῦ, *timor autem ab eo*, loco & *timor ejus.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& terror ejus irruet ſuper vos.

12. Memoria veſtra comparabitur cineri, & redigentur in lutum cervices veſtræ.

13. Tacete pauliſper, ut loquar quodcunque mihi mens ſuggeſſerit.

14. Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meam porto in manibus meis?

15. Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo: veruntamen vias meas in conſpectu ejus arguam.

16. Et ipſe erit ſalvator meus: non enim veniet in conſpectu ejus omnis hypocrita.

17. Audite ſermonem meum, & ænigmata percipite auribus veſtris.

18. Si fuero judicatus, ſcio quòd juſtus inveniar.

19. Quis eſt qui judicetur mecum? veniat: quare tacens conſumor?

20. Duo tantùm ne facias mihi, & tunc à facie tua non abſcondar:

21. Manum tuam longè fac à me, & formido tua non me terreat.

22. Voca me, & ego reſpondebo tibi: aut certè loquar, & tu reſponde mihi.

23. Quantas habeo iniquitates & peccata, ſcelera mea & delicta oſtende mihi.

24. Cur faciem tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tuum?

25. Contra folium, quod vento rapitur, oſtendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris:

26. Scribis enim contra me amaritudines, & conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ.

27. Poſuiſti in nervo pedem meum, & obſervaſti omnes ſemitas meas, & veſtigia pedum meorum conſideraſti:

28. Qui quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum, quod comeditur à tinea.

VERSIO ANTIQUA.

ejus decidet in vos? *Ex Mſ. Maj. Mon.*

12. Et erit gaudium veſtrum in cinere, corpus autem luteum.

13. Obmuteſcite, ut loquar *ego*, & requieſcam ab ira,

14. Apprehendens carnes meas dentibus meis, & animam meam ponam in manu.

15. Licet occidat me ille qui potens eſt, quia & cœpit; tamen loquar, & coram eo arguam.

16. Et hoc mihi eveniet in ſalutem: non enim ante conſpectum ejus dolus introibit.

17. Audite, audite ſermones meos, quos referam vobis audientibus.

18. Ecce ego appropinquo judicio meo; ſcio ego quia juſtus inveniar.

19. Quis eſt qui dijudicetur mecum, ut nunc obmuteſcam, & deſinam?

20. Duo concede mihi; tunc à facie tua non abſcondar:

21. Manum aufer à me, & timor tuus non me terreat.

22. Deinde vocabis, & ego audiam: loquêris, & ego reſpondebo tibi.

23. Quot ſunt iniquitates meæ, & peccata mea quæ ſunt, doce me.

24. Quare à me abſcondis, aut putas me eſſe contrarium tibi?

25. Et quaſi folium, quod à vento movetur, vereris? an tanquam fœno, quod rapitur, contrarius es?

26. Quia conſcripſiſti adversùm me mala, & impoſuiſti mihi peccata juventutis;

27. Et impoſuiſti in compedes pedem meum, & obſervaſti omnia opera mea; radices pedum meorum contemplatus es:

28. Qui veteraſco ſicut uter, aut velut veſtimentum, quod à tineis comeſtum eſt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 12. Ita Græcè, niſi hæc excipias, ἀποβήσεται δὲ, *evadet autem*, loco ℣ *erit*; & ἴσα σποδῷ, *æquè ut cinis*, pro *in cinere*. Ap. Aug. in Job, id unum legitur: *Corpus autem luteum.*

℣. 13. Sic eſt in Græco: in edit. Lat. additur vox *ego*, ad *loquar*, ſed notata aſteriſco; & verò non legitur Græcè.

℣. 14. Ita in Græco, præter vocem *meis*, quæ deeſt; Mſ. tamen Alex. hab. τοῖς ὀδοῦσί μου; item poſt *animam*, exſtat δὲ, loco præced. ℣. Apud Aug. omnia ut in textu, excepta voce *mea*, addita in fine, perinde ut in Mſ. Alex.

℣. 15. Gr. Ἐάν με χειρώσηται ὁ δυνάστης, ἐπεὶ ἤρξαι, &c. ut in Lat. Apud Aug. in Job, omnia ut ſup. præter unum *qui*, pro *quia*; addit etiam *me*, in fine, poſt *arguam*.

℣. 16. Similiter in Græco.

℣. 17. Ita Græcè, ſi excipias unum, ἀναγγελῶ γὰρ, *annuntiabo*, vel *narrabo enim*, pro *quos referam*.

℣. 18. Similiter hab. Aug. in Job, *Ecce ego appropinquo judicio meo.* In Gr. ἐγγύς εἰμι, ultimòque ἀναφανοῦμαι, *apparebo*, loco *inveniar*; cæt. ut in Lat. Cæleſtius Pelag. ap. Garn. p. 386. *Ecce ipſe proximus ſum judicio meo*, ℣ *ſcio quia juſtus inveniar.*

℣. 19. Gr. Τίς γάρ ἐστιν ὁ κεκρινόμενός μοι, ὅτι νῦν κωφεύσω, ℣ ἐκλείψω; *Quis eſt enim qui judicium ſit factus mihi, quia nunc obmuteſcam, & deficiam?* In Mſ. Alex. habetur ἵνα, *ut*, pro ὅτι. In edit. verò Lat. ſtellula præponitur his, *ut nunc obmuteſcam*, ac ſi in Hebraïco textu abundarent; leguntur tamen ſup. in Græco; imo & in Hexapl. Orig. proferuntur ex edit. **LXX.** abſque ullo ſigno prævio. Ap. Ambr. ep. 37. to. 2. 936. e. ita: *Quis eſt qui mecum judicio contendat?* & l. 3. de interpel. Job, c. 3. col. 656. d. *nunc obmuteſcam*, ℣ *derelinquam.*

℣. 20. Gr. Δυεῖν δέ μοι χρήσῃ· τότε ἀπὸ σοῦ, &c. ut in Lat. Malè autem aſteriſcus appoſitus videtur in Mſ. Maj. Mon. ante hæc verba, *tunc à facie tua*, &c. cùm Græcè habeantur ſupra. Item ap. Ambroſ. l. 3. de interpel. Job, c. 3. col. 656. d. *Si nunc mihi præjudicium eſt, tunc à facie tua non abſcondar.* Similiter ap. Aug. in Job, *tunc à facie tua non abſcondar.*

℣. 21. Ita Aug. in Job, col. 638. b. Sic etiam in Græco. Ap. Ambr. ep. 37. to. 2. p. 936. e. *Tu ſolus manum tuam à me abſtine.* Mſ. etiam Alex. addit σοῦ, ad *manum*, & pro ἀπέχου, leg. ἀπόσχου; addit Ambr. horum explicandorum gratiâ: *A cujus conſpectu non potero me abſcondere*; deinde ſic, ℣ *timor tuus non me percellat.* Gr. μή με καταπλησσέτω.

℣. 22. Gr. Εἶτα καλέσεις, ἐγὼ δέ σοι ὑπακούσομαι· ἢ λαλήσεις, ἐγὼ δέ σοι ἀνταποκρίσιν· *Deinde vocabis, ego autem tibi obediam: aut loquêris, ego autem tibi dabo reſponſum.*

℣. 23. Sic eſt in Græco Vat. verbum pro verbo, niſi quòd nonnullarum vocum immutatur ordo; nempe vox *peccata* ponitur ante *iniquitates*, ut & *quæ ſunt*, poſt *doce me*: at in Mſ. Alex. ſic, τίνες εἰσί, διδαξόν με, ut ſupra. Ap. Aug. in Job, *Quot ſunt iniquitates meæ?* nec plura.

℣. 24. In Gr. κρύπτῃ, *abſconderis*; dein ἥγησαι δὲ, &c. ut in Lat. abſque verbo *eſſe*. Ap. Aug. in Job, id unum, *Aut putas me eſſe contrarium tibi?*

℣. 25. Ipſo initio Gr. hab. ἢ, loco ℣, ut & infra, loco *an*: item ſup. εὐλαβηθήσῃ, *vereberis*; paulòque poſt, φερομένῳ ὑπὸ πνεύματος, ἀντίκεισαί μοι; i. e. *quod fertur à ſpiritu, oppoſuiſti te mihi?* loco *quod rapitur, contrarius es?*

℣. 26. Ad verbum è Græco. Apud Aug. l. 2. de pecc. mer. to. 10. p. 47. f. ſic: *Quia conſcripſiſti adversùs me mala, & induiſti me juventutis meæ peccata*; at l. annot. in Job, 638. b. ℣ *impoſuiſti mihi peccata juventutis*, ut ſup. Gr. πεπέθηκας δέ μοι νεότητος ἁμαρτίας. Mſ. Alex. καὶ πεπέθηκας. Ambr. l. 1. de interpel. Job, p. 633. d. *Quare adſcripſiſti adversùm me mala, & appoſuiſti mihi adoleſcentiæ peccata?*

℣. 27. Gr. Ἔθου δέ μου τὸν πόδα ἐν κωλύμαῃ, ἐφύλαξας δέ μου πάντα τὰ ἔργα· εἰς δὲ ῥίζας τῶν ποδῶν μου ἀφίκου. Aug. l. 2. de pecc. mer. to. 10. p. 47. f. *Et poſuiſti pedem meum in prohibitione, ſervaſti omnia opera mea; & in radices pedum meorum inſpexiſti*: at l. annot. in Job, 638. c. *Et poſuiſti in compede pedem meum*; paulòque poſt, ℣ *radices pedum meorum contemplatus es*; ut ſupra.

℣. 28. Ita Græcè, ſi unum excipias παλαιοῦται, *veteraſcit*: in Mſ. Alex. οἱ παλαιοῦνται. Item ap. Aug. l. 2. de pecc. mer. p. 47. f. *Qui veteraſcunt ſicut uter, vel ſicut veſtimentum à tinea comeſtum*: lib. verò annot. in Job, ad verbum ut ſup. *Qui veteraſco*, &c. Græcè ſimiliter, ζητόβρωτον, *infine.*

Digitized by Google

CAPUT XIV.

Versio antiqua.

Ex Mſ. Maj. Mon. 1. HOmo natus de muliere, brevis vitæ, & plenus iracundiæ.

2. Et ſicut flos cùm floruerit, decidet; fugitque ut umbra, & non permanet.

3. Nonne etiam hujus curam habuiſti, & hunc venire feciſti in judicium coram te?

4. Quis enim erit mundus abſque ſorde? nec unus quidem, etiam ſi unius diei fuerit vita ejus ſuper terram.

5. Dinumerati enim ſunt menſes ejus apud te: tempus definiſti, & non tranſit.

6. Diſcede ab eo, ſine requieſcat, & placeat ei tanquam mercenario dies ſua.

7. Eſt enim arboris ſpes: quia ſi excidatur, iterum floriet, & germen ejus non deficiet.

Vulgata nova.

1. HOmo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miſeriis.

2. Qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. *Sup. 8. 9. Pſal. 143. 4.*

3. Et dignum ducis ſuper hujuſcemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in judicium?

4. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? nonne tu qui ſolus es? *Pſ. 50. 4*

5. Breves dies hominis ſunt, numerus menſium ejus apud te eſt: conſtituiſti terminos ejus, qui præteriri non poterunt.

6. Recede paululùm ab eo, ut quieſcat, donec optata veniat, ſicut mercenarii dies ejus.

7. Lignum habet ſpem: ſi præciſum fuerit, rurſum vireſcit, & rami ejus pullulant.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Similiter hab. Aug. ep. 190. & 193. to. 2. 702. e. 712. b. & l. 6. cont. Julian. to. 10. 706. d. Sic etiam annot. in Job, to. 3. 638. c. niſi quòd leg. *homo enim*, &c. Itidem l. 2. de nupt. & concup. to. 10. col. 327. g. Enchirid. verò to. 6. col. 209. b. tollit *enim*, & leg. *iræ*, loco *iracundiæ*: ſimiliter tract. 124. in Joh. to. 3. p. 2. col. 821. g. At l. 2. de pecc. mer. to. 10. 48. d. ita: *Homo enim natus ex muliere, parvi eſt temporis, & plenus iracundiâ.* In Hypognoſt. l. 5. app. to. 10. Aug. 38. c. eadem leguntur quæ ſup. in textu; & poſt pauca, id notatur: *Hæc ſecundùm LXX. editionem, quæ ex Græco in Latinum ſermonem verſa eſt, poſuimus.* Ambroſ. l. 1. de interpel. Job, c. 7. p. 633. f. leg. *Mortalis filius mulieris, brevis vitæ eſt; & plenus iracundiæ.* Fulg. de Incarn. ad Petr. Diac. p. 301. *Homo natus de muliere, brevis vitæ, plenus iræ.* Gr. Βροτὸς γὰρ γεννητὸς γυναικὸς, ὀλιγόβιος, καὶ πλήρης ὀργῆς.

℣. 2. Gr. Ἡ ὥσπερ ἄνθος ἀνθῆσαν ἐξέπεσεν· ἀπέδρα δὲ ὥσπερ σκιὰ, καὶ οὐ μὴ στῇ. Ambr. l. 1. de interpel. Job, p. 633. f. *Qui ſicut flos floruit, & decidit; diſcedit autem ut umbra, & non reſiſtit.* Aug. cùm l. 2. de nupt. col. 327. g. tum l. 6. cont. Jul. to. 10. col. 706. d. *Sicut flos fœni decidit; fugit autem ſicut umbra, & non ſtabit:* at l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 48. d. *Et ſicut flos cùm floruit, & decidit; diſceſſit ſicut umbra, non manet.* Hypognoſt. l. 5. app. to. 10. Aug. p. 38. c. ut ſup. in textu præter unum *decidit*, pro *decidet.*

℣. 3. Aug. l. 2. de nupt. & concup. col. 327. g. & l. 6. cont. Jul. to. 10. col. 706. e. *Nonne & hujus curam feciſti, & hunc feciſti intrare in conſpectu tuo in judicium?* Edit. Compl. ponit ſimiliter ἐν κρίματι, poſt ἐνώπιόν σου. Idem Aug. l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 48. d. legit: *Nonne & hujus curam feciſti venire in judicium tuum?* lib. verò annot. in Job, col. 638. d. *Et hunc feciſti venire in judicium coram te?* In Hypognoſt. l. 5. app. to. 10. Aug. col. 38. c. omnia ut ſup. in textu, excepto uno *venire*, poſito poſt *feciſti*, juxta Gr. Ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 7. p. 633. f. *Nonne & ab hoc ratio quæritur, & hunc feciſti intrare in judicium ſub conſpectu tuo?* Gr. Οὐχὶ καὶ τούτου λόγον ἐποιήσω, καὶ τοῦτον εἰσαγαγεῖν ἐν κρίματι ἐνώπιόν σου;

℣. 4. Similiter in Gr. præter ſeqq. ἀπὸ ῥύπου, *à ſorde;* ſtatimque, ἀλλ' οὐθείς, εἰ καὶ μία ἡμέρα ὁ βίος, &c. *ſed nemo, & ſi una dies vita*, &c. ut ſup. at in Mſ. Alex. οὐδὲ εἷς, ἐὰν καὶ μιᾶς ἡμέρας γένηται ὁ βίος, ut ſupra. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 319. c. leg. *Quis enim mundus à ſordibus? nec unus, etiam ſi unius diei ſit vita ejus in terra.* Itidem Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 211. d. excepta voce *nemo*, pro *nec unus.* Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 7. col. 634. a. *Quis autem mundus eſt à ſorde? ſed nemo, etiam ſi unius diei ſit vita ejus ſuper terram*: at l. 1. in Luc. t. 1. col. 1271. d. *Nemo mundus à ſorde, nec ſi una die vita ejus ſit in terra*: & l. 1. de pœnit. t. 2. col. 390. b. *Quia nemo mundus à peccato, nec unius diei infans.* Hilar. in Pſ. 58. col. 129. a. *Quis enim gloriabitur caſtum ſe habere cor coram Deo? nec ſi unius diei fuerit infans.* Gelaſ. 1. epiſt. 7. Conc. to. 4. 1177. c. *Quis gloriabitur caſtum ſe habere cor, aut mundum eſſe à peccatis? nec infans, cujus eſt unius diei vita ſuper terram.* Tum addit: *Hinc eſt quod item dicit Scriptura: Quis poteſt facere mundum de immundo*, &c. ut in Vulg. At poſt plura, p. 1241. d. conſtanter hab. *Nemo mundus à ſorde; nec infans, cujus eſt unius diei vita ſuper terram.* Tichon. reg. 3. col. 53. h. *Nemo eſt mundus à ſorte* (l. *ſorde;*) *nec ſi unius diei ſit vita ejus.* Hieron. in Iſai. 53. t. 3. col. 386. e. *Nemo mundus à ſordibus; nec ſi unius quidem diei fuerit vita ejus*: item in Iſai. 54. p. 395. a. niſi quòd leg. *à ſorde*, & add. in fine, *ſuper terram*: & in Ezech. 18. col. 817. f. *Nullus hominum ſine peccato; nec ſi unius quidem diei fuerit vita ejus*: & l. 2. contra Pelag. t. 4. p. 513. a. *Quis enim erit mundus à ſorde? ne unus quidem, etiam ſi unius diei fuerit vita ejus ſuper terram, & numerabiles menſes illius.* Aug. cùm l. 2. de nupt. col. 327. g. tum l. 6. cont. Jul. t. 10. col. 706. e. *Quis enim erit mundus à ſordibus? ne unus quidem, etiam ſi unius diei fuerit vita ejus ſuper terram*: quidam Mſs. ibid. *ne infans quidem*, ut & inf. cont. Jul. col. 710. d. Similiter l. 2. de pecc. mer. t. 10. col. 48. d. hoc excepto, *nemo, nec ſi unius*; at l. 20. de civit. Dei, c. 26. t. 7. col. 610. e. ſic: *Nemo mundus à ſorde; nec infans, cujus eſt vita unius diei ſuper terram*: & l. 2. cont. litt. Petil. t. 9. col. 289. c. *Nemo mundus à peccato in conſpectu tuo; nec infans, cujus eſt diei unius vita ſuper terram.* Similiter quæſt. in Luc. t. 3. p. 2. col. 264. g. & ep. 166. necnon 193. t. 2. col. 586. b. 712. b. & l. 6. de Gen. ad lit. t. 3. col. 202. g. & in Pſ. 50. t. 4. col. 467. d. In Hypognoſt. verò l. 5. app. t. 10. Aug. col. 38. c. ut ſup. in textu, præter iſtud, *à ſorde? ne unus.* Fulg. ep. 17. ad Petr. Diac. p. 303. *Quia non eſt mundus à ſorde; nec infans, cujus unius diei vita eſt ſuper terram*: & l. de fide ad Petrum, p. 507. ait, *Mundum à ſorde non eſſe hominem; nec ſi unius diei ſit vita ejus ſuper terram.* Leo M. ſerm. 20. p. 70. e. & Auct. ep. ad Demetriad. p. 43. e. *Nemo mundus à ſorde; nec infans, cujus eſt unius diei vita ſuper terram.* Similiter ap. Caſſiod. in Pſ. 1. p. 11. c. & in Pſ. 50. p. 171. a. ſi unum excipias, *ante te*, pro *à ſorde*; item in Pſ. 1. *nullus*, pro *nemo.* Auct. l. de promiſſ. apud Proſp. p. 94. b. *Nullus eſt immunis à ſorde; nec infans, cujus eſt unius diei vita ſuper terram.* Auct. quæſt. ex utroque Teſt. q. 101. apud Aug. t. 3. p. 95. f. *Nemo ſine ſorde; nec infans unius diei.* Cæleſtius Pelag. apud Garn. p. 386. *Quis mundus eſt à peccato? nec infans, cujus eſt unius diei vita ſuper terram.* Hoc autem ultimum, *ſuper terram*, notatur aſteriſco in Mſ. Maj. Mon. ſed ineptè, ni fallor, cùm hoc *ſuper terram*, abſit ab Hebraïco textu, reperiatur verò in Gr. ut notavimus ſup. Vid. Cotel. Not. in 1. ep. Clem. p. 87. b.

℣. 5. Ita Aug. in Job, uſque ad *tempus.* Similiter in Gr. niſi quòd pro *enim*, habetur δὲ, *autem*, ut & παρ' αὐτῷ, *ab eo*, pro *apud te*, (at in Mſ. Alex. παρ' αὐτῶ) mox ita, εἰς χρόνον ἔθου, καὶ οὐ μὴ ὑπερβῇ, *ad tempus poſuiſti, & non tranſgredietur.* Ap. Ambr. l. 1. in Luc. t. 1. col. 1271. d. *Numeroſi menſes ejus ab ipſo.* Ap. Hieron. in Ezech. 18. t. 3. p. 817. f. *Numerabiles autem anni vitæ illius.*

℣. 6. Eadem refert Aug. in Job, ad hoc uſque, *& placeat.* In Gr. ἵνα, *ut*, pro *ſine*; paulòque poſt ita, καὶ εὐδοκήσῃ τὸν βίον, ὥσπερ ὁ μισθωτός, *& bene velit vitam, ſicut mercenarius*, loco *& placeat ei..... dies ſua.*

℣. 7. Lapſu graphico ſcriptum videtur hîc *arboris*, pro *arbori*; & verò ap. Aug. in Job, legitur: *Eſt enim arbori ſpes*; & in Græco eſt, δένδρῳ ἐλπὶς· mox ita: ἐὰν γὰρ

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

8. Si ſenuerit in terra radix ejus, & in pulvere emortuus fuerit truncus illius,

9. Ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quaſi cùm primùm plantatum eſt.

10. Homo verò cùm mortuus fuerit, & nudatus atque conſumptus, ubi quæſo eſt?

11. Quomodo ſi recedant aquæ de mari, & fluvius vacuefactus areſcat:

12. Sic homo cùm dormierit, non reſurget; donec atteratur cœlum, non evigilabit, nec conſurget de ſomno ſuo.

13. Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus, & conſtituas mihi tempus, in quo recorderis mei?

14. Putaſne mortuus homo rurſum vivat? cunctis diebus, quibus nunc milito, exſpecto donec veniat immutatio mea.

15. Vocabis me, & ego reſpondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram.

Inf. 31. 4. & 34. 21. 16. Tu quidem greſſus meos dinumeraſti, ſed parce peccatis meis.

17. Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea, *Prov.* 5. 21. ſed curaſti iniquitatem meam.

18. Mons cadens defluit, & ſaxum transfertur de loco ſuo.

19. Lapides excavant aquæ, & alluvione paulatim terra conſumitur: & hominem ergo ſimiliter perdes.

VERSIO ANTIQUA.

8. Nam ſi ſenuerit radix ejus in terra, atque in petra fuerit mortuus truncus ejus, *Ex Mſ. Maj. Mon.*

9. Ab odore aquæ florebit, & faciet fructum ſicut novella.

10. Vir verò cùm mortuus fuerit, abiit; & cùm ceciderit homo, jam non erit.

11. Tempore enim minuetur mare, & flumen deſeritur, & ſiccatur:

12. Homo autem cùm dormierit, non exſurget; uſquequo cœlum eſt, non conſuetur, *& non ſuſcitabitur de ſomno ſuo.*

13. Atque utinam apud inferos me cuſtodiſſes, & abſcondiſſes me, donec requieſceret ira tua, & ſtatuiſſes mihi tempus, in quo memoriam mei faceres:

14. Si enim mortuus fuerit homo, vivet, conſummatis diebus vitæ ſuæ. Suſtinebo, uſquequo denuo faciam:

15. Deinde vocabis, & ego reſpondebo tibi: opera autem manuum tuarum ne improbes.

16. Cogitationes meas dinumeraſti, & nihil te latuit peccatorum meorum.

17. Signaſti in ſacculo iniquitates meas, adnotaſti, ſi quid invitus erravi.

18. *Equidem mons cadens defluit, & petra veteraſcit in loco ſuo:*

19. *Lapides conſumuntur aquis, & alluvione frequentium gurgitum minuitur arena terræ: ſpem verò hominis perdidiſti.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἐκκοπῇ, ἔτι ἐπαλθήσει, *ſi enim exciſa fuerit, adhuc ſuperflorebit*; cæt. ut ſup. Mſ. Alex. rectè, πάλιν ἀνθήσει. Ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, p. 634. b. ſic: *Eſt arbori ſpes: ſi enim fuerit exciſa, vireſcit*; tum ſequitur proximè, *& in petra mortuus ramus*, &c. de ℣. ſeq. omiſſis intermediis.

℣. 8. Ad verbum è Gr. ni excipias δὲ, poſt *petra*, detracto præced. *atque*. Ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, p. 634. b. ita: *& in petra mortuus ramus ejus fuerit.* Mſs. duo cum editt. pro *in petra*, hab. *in terra.*

℣. 9. Sic eſt in Gr. ſi excipias unum θερισμὸν, *meſſem*, pro *fructum*. Ambr. ubi ſup. *Ad odorem aquæ florebit; faciet autem meſſem ſicut novella*; Gr. νεόφυτον.

℣. 10. Ambr. ubi ſup. *Vir autem defunctus, abiit; cadens autem mortalis homo, non ultra eſt*: ſic etiam in Græco. Ap. Aug. in Job, ut ſup. *Vir verò cùm mortuus fuerit, abiit.*

℣. 11. Similiter ap. Aug. in Job, 638. e. *Tempore enim minuetur mare.* Ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, 634. b. *Tempore autem fluctuat mare.* Gr. Χρόνῳ γὰρ σπανίζεται θάλασσα, *rareſit mare*; deinde, ποταμὸς δὲ ἐρημωθεὶς, ἐξηράνθη· *fluvius autem deſolatus, exaruit.*

℣. 12. Græc. Ἄνθρωπος δὲ κοιμηθεὶς, οὐ μὴν ἀναστῇ· ἕως ἂν ὁ οὐρανὸς οὐ μὴ συρραφῇ, οὐ μὴ ἐξυπνισθήσονται ἐξ ὕπνου αὐτῶν. *Homo autem cùm dormierit, non utique reſurget; quoadusque cœlum non ſit conſutum, & non excitabuntur de ſomno ſuo.* Hæc autem poſtrema, οὐ μὴ ἐξυπνισθήσονται, &c. proferuntur in Hexapl. ex Theodot. antepoſito aſteriſco: ſimili quoque ſigno notantur in Mſ. Maj. Mon. Ambr. etiam l. 1. de interpel. Job, p. 634. c. hæc tantùm refert: *Cùm autem dormierit homo, non reſurgit, uſque dum cœlum non adſuatur.* Aug. in Job, ut ſup. *uſquequo cœlum eſt, non conſuetur.*

℣. 13. Similiter ap. Aug. in Job, ad hoc uſque, *& ſtatuiſſes.* Ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 8. col. 635. b. *Utinam in inferno me conſervares, abſconderes autem me, donec deſinat ira tua, & ſtatuas mihi tempus, in quo memoriam mei facias*: at l. de ob. Val. t. 2. col. 1186. d. ſic: *Utinam in inferno me cuſtodires, & abſconderes me, donec mitigetur ira tua, & conſtituas mihi tempus, in quo memor ſis mei.* In Gr. Εἰ γὰρ ὄφελον ἐν ᾅδῃ με ἐφύλαξας, ἐκρυψας δέ με, ἕως ἂν παύσηταί σου ἡ ὀργὴ, καὶ τάξῃ μοι χρόνον, ἐν ᾧ μνείαν μου ποιήσῃ.

℣. 14. Ita Græcè, excepto ult. verbo γένωμαι, *fiam*, pro *faciam*. Rectè Ambr. l. 1. de interpel. Job, 635. b. *Si enim mortuus fuerit homo, vivet, conſummans dies vitæ ipſius: ſuſtinebo, donec iterum fiam*: ita rurſum l. de ob. Val. t. 2. p. 1186. d. præter vocem *meæ*, loco *ipſius*. Græcè, συντελέσας ἡμέρας τοῦ βίου αὐτοῦ. Apud Auguſt. in Job, omnia ut in textu, uſque ad verbum *ſuſtinebo.*

℣. 15. Ambr. l. 1. de interpel. Job, p. 635. b. *Deinde vocabis me, ego autem te obaudiam: at opera manuum tuarum ne deſpicias.* Sic etiam habetur Græcè, deleto tantùm *me*, poſt *vocabis*, quod tamen Mſ. Alex. retinet. Eadem rurſum leg. Ambr. l. de ob. Val. t. 2. 1186. d. his exceptis: *Tunc vocabis, & ego tibi obediam: opera*, &c. Extremò Græc. hab. ἀποστοῖς, *repellas.* Aug. in Job, ut ſup. *Deinde vocabis, & ego reſpondebo tibi.*

℣. 16. Itidem Fulg. l. 1. de remiſſ. pecc. c. 27. p. 381. a. Ambr. verò l. 1. de interpel. Job, 635. b. ſic: *Numeraſti autem meas adinventiones, nec præteribit te quidquam ex peccatis meis.* Ita quoque in Græco. Ap. Aug. l. 2. de pecc. mer. t. 10. p. 47. g. ita: *Dinumeraſti neceſſitudines meas, & nihil te latuit de peccatis meis*: at l. de perf. juſt. t. 10. p. 179. f. ut ſup. *Nihil te latuit peccatorum meorum*: Gr. τῶν ἁμαρτιῶν μου.

℣. 17. Similiter habet Aug. in Job, col. 638. f. cui accinit Fulg. l. 1. de remiſſ. pecc. c. 27. p. 381. a. niſi quòd legit, *quaſi in ſacculo*; at in Mſ. 1. deeſt vocula *quaſi.* Rurſus Aug. l. de perf. juſt. t. 10. col. 179. f. *Signaſti iniquitates meas in ſacculo, & annotaſti, ſi quid invitus tranſgreſſus ſum*: at l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 48. e. ita: *Signaſti peccata mea in folliculo, & annotaſti, ſi quid invitus commiſi.* Ambr. l. 1. de interpel. Job, p. 635. b. *Signaſti autem iniquitates meas in ſacculo, & notaſti, ſi quid inſcius præterivi.* Gr. Ἐσφράγισας δέ μου τὰς ἀνομίας ἐν βαλαντίῳ, ἐπεσημήνω δὲ εἴτι ἄκων παρέβην.

℣. 18. In edit. Lat. proferuntur iſta cum duplici aſteriſco. Eadem quoque leguntur apud Auguſt. in Job, col. 638. g. præter hoc, *& quidem*, pro *equidem.* In Græco etiam Vatic. ſic: Καὶ πλὴν ὄρος πίπτον διαπεσεῖται, καὶ πέτρα παλαιωθήσεται ἐκ τοῦ τόπου αὐτῆς. Verùm hæc omnia referuntur in Hexapl. Orig. non ex LXX. ſed ex Theodot. notanturque duplici ſtellula, ut in Lat. ſupra.

℣. 19. In edit. Lat. prior σίχος, *Lapides conſumuntur aquis*, nullo notatur ſigno, licet antecedentes duo (verſûs 18.) ut & duo ſubſeq. *& alluvione*, &c. *ſpem verò*, &c. totidem ſignentur aſteriſcis; ſed errore forſan librarii id contigit, ut & alibi ſæpius, maximè cùm ultimæ voces ℣. 18. non ſubjecta videantur ibid. puncta duo craſſiora; quæ tamen ibi figi debuiſſent, ſi verſiculo ſubſeq. *Lapides conſum. aquis*, præmitti non deberet aſteriſcus. Et ſanè in Hexap. Orig. ſota iſta: Λίθες ἐλέαναν ὕδατα· καὶ κατέκλυσεν ὕδατα ὕπτια τῆς χώματος τῆς γῆς· καὶ ὑπομονὴν ἀνθρώπου ἀπώλεσας· ex Theodotione proferuntur, ſtelliſque totidem ſignantur, velut ex ipſo deſumpta, non ex LXX. Interp. Attamen inf. in iiſdem Hexap. ult. verſiculus, καὶ ὑπομονὴν, &c. proditur ex LXX. abſque ullo aſteriſco, ut & paulò ſup. vox ὕπτια. Allata autem Græca omnia nunc ad verbum leguntur in edit. Rom. quæ Nobil. ſic reddit: *Lapides levigaverunt aquæ, & demerſerunt aquæ ſupina cumuli terræ: & patientiam hominis perdidiſti.* Aug. verò in Job, col. 638. g. ut ſup. *Et alluvione frequentium gurgitum*: paulòque poſt, *ſpem verò hominis perdidiſti.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 20. Impuliſti enim in finem, & abiit; mutaſti faciem ejus, dimiſiſti eum:

21. Et cùm multi fuerint filii ejus, neſcit: ſi autem & pauci, ignorat *de eis*;

22. Sed carnes ejus *ſuper eum* doluerunt, & anima ejus ſuper eum luxit.

VULGATA NOVA.

20. Roboraſti eum paululùm ut in perpetuum tranſiret: immutabis faciem ejus, & emittes eum.

21. Sive nobiles fuerint filii ejus, ſive ignobiles, non intelliget.

22. Attamen caro ejus dum vivet dolebit, & anima illius ſuper ſemetipſo lugebit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 20. Eadem refert Auguſt. in Job, col. 639. a. præter unum & *abiit*, quod reticet. In Græco ſic: Ὧσας αὐτὸν εἰς τέλος, καὶ ἄχετο· ἐπέσεισας αὐτῷ τὸ πρόσωπον, καὶ ἐξαπέστειλας. *Impuliſti eum in finem, & abiit; adjeciſti ei faciem, & dimiſiſti.*

℣. 21. Auguſt. in Job: *Et cùm multi fuerunt filii ejus, neſcit.* Græc. Πολλῶν δὲ γενομένων τῶν υἱῶν αὐτοῦ, οὐκ οἶδεν· deinde ſic: ἐὰν δὲ ὀλίγοι γένωνται, οὐκ ἐπίσταται. Mſ. Maj. Mon. addit in fine, *de eis*, cum aſteriſco; hoc etiam, περὶ αὐτῶν, ſimiliter diſtinguitur in Hexapl. Orig.

℣. 22. Sic in Gr. Vat. præter utrumque *ſuper eum*, quod deeſt. In Mſ. Maj. Mon. primum notatur obelo, ſed errore manifeſto, quem emendavit noſter Martianæus, ſubſtituendo aſteriſcum. Alteri verò *ſuper eum*, nil præfigitur; & ſanè in Gr. Alex. ibid. additur ἐπ' αὐτῷ. Apud Auguſt. in Job, ut ſup. *Sed carnes ejus ſuper eum doluerunt.*

CAPUT XV.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 1. RESpondens autem Eliphaz Themanites, dixit:

2. Nunquid ſapiens reſpondebit in ſpiritu ſcientiæ, & implebit dolore ventrem:

3. Arguens in verbis quibus non oportet, in ſermonibus quibus nihil proderit *in eis*?

4. Nonne tu repuliſti timorem, & locutus es tales ſermones ante conſpectum Domini?

5. Quia reus es ſermonibus oris tui, & elegiſti linguam malorum:

6. Arguat te os tuum, & non ego, & labia tua contradicant tibi.

7. Quid enim? nunquid primus homo natus es, aut ante colles concretus es?

8. Aut arcana Domini audiſti, aut in te ſolo eſt ſapientia?

9. Quid enim noſti quod non novimus? aut quid intelligis quod non nobiſcum eſt?

10. *Sed & ſenex, & decrepitus in nobis eſt, antiquior patris tui diebus.*

11. Nunquid parum peccaſti, & vulneratus es graviter? nimis elatè locutus es.

12. Quid auſum fuit cor tuum, & quid ſuſtinuerunt oculi tui;

13. Quia in furore erupiſti contra Dominum, & protuliſti ex ore tuo ſermones tales?

14. Quid enim eſt homo, ut ſit ſine crimine,

VULGATA NOVA.

1. RESpondens autem Eliphaz Themanites, dixit:

2. Nunquid ſapiens reſpondebit quaſi in ventum loquens, & implebit ardore ſtomachum ſuum?

3. Arguis verbis eum qui non eſt æqualis tibi, & loqueris quod tibi non expedit.

4. Quantum in te eſt, evacuaſti timorem, & tuliſti preces coram Deo.

5. Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blaſphemantium.

6. Condemnabit te os tuum, & non ego, & labia tua reſpondebunt tibi.

7. Nunquid primus homo tu natus es, & ante colles formatus?

8. Nunquid conſilium Dei audiſti, & inferior te erit ejus ſapientia?

9. Quid noſti quod ignoremus? quid intelligis quod neſciamus?

10. Et ſenes & antiqui ſunt in nobis, multò vetuſtiores quàm patres tui. *Eccli.* 18. 8.

11. Nunquid grande eſt ut conſoletur te Deus? ſed verba tua prava hoc prohibent.

12. Quid te elevat cor tuum, & quaſi magna cogitans, attonitos habes oculos?

13. Quid tumet contra Deum ſpiritus tuus, ut proferas de ore tuo hujuſcemodi ſermones?

14. Quid eſt homo, ut immaculatus ſit, & ut

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. de more, Ἐλιφὰζ ὁ Θαιμανίτης..... λέγει· &c. Aug. in Job conſtanter, *Verba Eliphaz Themanitis.*

℣. 2. Gr. Πότερον σοφὸς ἀπόκρισιν δώσει συνέσεως πνεῦμα (Alex. cum Compl. πνεύματος,) καὶ ἐνέπλησε πόνου γαστρός; *Nunquid ſapiens reſponſionem dabit ſcientiæ ſpiritus, & implevit dolorem ventris?* Aug. in Job, *implevit dolore ventrem?*

℣. 3. Ita Græcè, niſi quòd additur καὶ, poſt *oportet*; & loco *nihil proderit*, habetur οὐδὲν ὄφελος, *nulla utilitas.* Mſ. Maj. Mon. ſubjungit *in eis*, cum aſteriſco, quod etiam abeſt à Græco.

℣. 4. Ita rurſum in Græco, addito uno καὶ, poſt *non-ne*; loco verò & *locutus es*, hab. συνετελέσω δὲ, *conſummaſti autem.* Ap. Auguſt. in Job, *Nonne tu repuliſti timorem?* ut ſup.

℣. 5. A Gr. abeſt *quia*; loco verò, & *elegiſti linguam malorum*, quod etiam habet Aug. in Job, exſtat, οὐδὲ διέκρινας ῥήματα δυναστῶν, *neque dijudicaſti verba potentum.*

℣. 6. Id unum diſcrepat à Græco, nempe ult. *contradicant tibi*, pro quo καταμαρτυρήσουσί σου, *teſtificabuntur contra te*; in edd. Ald. & Compl. καταμαρτυρήσαισαν.

℣. 7. Eadem refert Aug. in Job; nec ipſa variant Græcè, niſi quòd habetur ἀνθρώπων, *ex hominibus*, non *homo*: at in Mſ. Alex. ἄνθρωπος, ut ſup.

℣. 8. Græc. habet Σύνταγμα, *conſtitutionem*, non *arcana*, Theodot. μυστήριον; ſubinde ita Græcè: ἢ συμβάλλω σοι ἐχρήσατο ὁ Θεός, εἰς δέ σε ἀφίκετο σοφία; *aut conſiliario te uſus eſt Deus, & in te pervenit ſapientia?* ſed in Mſ. Alex. ſimpliciter, ἢ εἰς σε ἀφίκετο σοφία, abſque intermediis ἢ συμβάλλω, &c. quæ abſunt pariter ab ed. Compl.

℣. 9. Græcè additur σὺ, verbo *intelligis*; & loco *nobiſcum eſt*, habetur καὶ ἡμεῖς, & *nos*; cæt. ad verbum ut ſup.

℣. 10. In edit. Lat. ſubjiciuntur iſta duplici aſteriſco. Similiter habentur in Hexapl. Orig. ex Theodotione, non ex LXX. iiſdem ſignis diſtincta, videlicet, Καί γε πρεσβύτης, καί γε παλαιὸς ἐν ἡμῖν, βαρύτερος τῆ πατρός σου ἡμέρας. Eadem tamen leguntur in edit. Rom. LXX. quæ Nobilius ſic vertit: *Sed & ſenex, & antiquus in nobis eſt, patre tuo gravior diebus.* In Hexapl. etiam Orig. vox βαρύτερος, citatur infra velut ex LXX. Apud Aug. in Job, 639. c. *Sed & ſenex, & decrepitus in nobis eſt*, ut ſup.

℣. 11. Græc. Ὀλίγα ὧν ἡμάρτηκας, μεμαςίγωσαι· μεγάλως ὑπερβαλόντως λελάληκας· Nobil. *Pauca præ iis quæ peccaſti, accepiſti verbera: valde ſupra modum locutus es.*

℣. 12. Similiter habet Auguſt. in Job. Sic etiam legitur Græcè, niſi hoc excipias, ἢ τί ἐπήνεγκαν, loco & *quid ſuſtinuerunt*; in Hexapl. ὑπήνεγκαν.

℣. 13. Græc. Ὅτι θυμὸν ἐῤῥῆξας ἔναντι Κυρίου, ἐξήγαγες δὲ ἐκ στόματος ῥήματα τοιαῦτα; *Quòd furorem erupiſti ante Dominum, protuliſti autem ex ore verba talia?* Auguſt. l. 16. de civit. Dei, c. 4. t. 7. col. 419. f. *In furorem erupiſti contra Dominum*; Compl. ἐναντίον.

℣. 14. Græc. Τίς γὰρ ὢν βροτὸς (Mſ. Alex. βροτὸς ἔσται) ὅτι ἔσται ἄμεμπτος, ἢ ὡς ἐσόμενος δίκαιος γεννητὸς γυναικός; *Quis enim, cùm ſit mortalis, quia erit ſine crimine,*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
justus appareat natus de muliere ?	aut sit natus justus ex muliere ?	*Ex Mſ. Maj. Mon.*
Sup. 4. 15. Ecce inter sanctos ejus nemo immutabilis, & cœli non sunt mundi in conspectu ejus :	15. Si in sanctis *ejus* non est fides, & cœlum non est mundum ante eum ;	
16. Quantò magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem ?	16. Quantò magis abominabilis vir, bibens iniquitates ut potum ?	
17. Ostendam tibi, audi me : quod vidi narrabo tibi.	17. Narrabo tibi, audi me : & quæ vidi annuntiabo tibi ;	
18. Sapientes confitentur, & non abscondunt patres suos.	18. Quæ sapientes dixerunt, & non celaverunt parentes suos.	
19. Quibus solis data est terra, & non transivit alienus per eos.	19. Ipsis solis data est terra, nec supervenit illis quisquam extraneus.	
20. Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrannidis ejus.	20. Omnis vita impii in * sollicitudine est, & numerati anni dati sunt potenti.	* *Mſ. vel edit.* solitudine.
21. Sonitus terroris semper in auribus illius : & cùm pax sit, ille semper insidias suspicatur.	21. Et timor in auribus ejus : cùm putaverit se esse jam in pace, tunc eversio veniet ei.	
22. Non credit quòd reverti possit de tenebris ad lucem, circumspectans undique gladium.	22. Non credet converti à tenebris ; jam enim traditus est in manibus ferri, & decretus est in esca vulturum ;	
23. Cùm se moverit ad quærendum panem, novit quòd paratus sit in manu ejus tenebrarum dies.	23. Et novit in semetipso quòd servatur ad ruinam.	
24. Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut regem qui præparatur ad prælium.	24. Dies enim tenebrarum terrebit eum ; necessitas, & tribulatio tenebit eum. Sicut dux in prima acie decidet :	
25. Tetendit enim adversùs Deum manum suam, & contra Omnipotentem roboratus est.	25. Qui elevavit manus contra Dominum, & contra Dominum omnipotentem contumax fuit,	
26. Cucurrit adversùs eum erecto collo, & pingui cervice armatus est.	26. Et cucurrit contra eum contumeliosè, *in crassa cervice scuti sui.*	
27. Operuit faciem ejus crassitudo, & de lateribus ejus arvina dependet.	27. *Quia operuit faciem ejus in adipe suo, & fecit capistrum super femora.*	
28. Habitavit in civitatibus desolatis, & in domibus desertis, quæ in tumulos sunt redactæ.	28. Habitet civitates desertas, intret in domos quæ non habitantur : quæ enim ille paravit, alii auferent.	
29. Non ditabitur, nec perseverabit substantia ejus, nec mittet in terra radicem suam.	29. Et non ditabitur, nec permanebit substantia ejus ; non mittet super terram umbram,	
30. Non recedet de tenebris : ramos ejus arefaciet flamma, & auferetur spiritu oris sui.	30. Nec effugiet tenebras : sed stirpem ejus arefaciet ventus, & decidet ejus flos.	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

aut tanquam futurus justus natus de muliere ? Theodot. Τί ἐστιν ἄνθρωπος, &c. Augustin. in Job, ut sup. *Quid enim est homo, ut sit sine crimine ?*

℣. 15. Editio Lat. huic voci *sanctis*, subdit *ejus*, quod ult. abest à Græco ; & verò τό *ejus*, notatur asteriſco in eadem edit. Similiter apud August. in Job, 639. *Si in sanctis ejus*, &c. ut sup. Græcè ita : Εἰ κατὰ ἁγίων οὐ πιστεύῃ, θέαχὸς δὲ ὁ καθαρος ἐναντίον αὐτῦ. *Si in sanctis non credit, cœlum autem non mundum ante eum ;* Mſ. Alex. addit ἄστρα δὲ οὐκ ἀμέμπτα. Hieron. quoque ep. ad Damaſ. t. 4. col. 159. d. hab. *Sidera quippe non sunt munda in conspectu ejus.* Vide sup. c. 4. ℣. 18.

℣. 16. Græc. Ἔα δὲ, ἐβδελυγμένος καὶ ἀκάθαρτος ἀνὴρ, &c. *Sine verò, abominatus & immundus vir*, &c. ut sup. Symmach. loco ἔα δὲ, habet πόσῳ μᾶλλον, ut in Lat. sup.

℣. 17. Græc. Ἀναγγελῶ δέ σοι, ἄκουέ μου· ἃ δὲ μὴ ἑώρακα, ἀναγγελῶ σοι. *Annuntiabo autem tibi, audi me : quæ utique vidi, annuntiabo tibi.*

℣. 18. Itidem ap. Aug. in Job : nec dissimile Gr. est, si unum excipias ἐροῦσι, *dicent*, pro *dixerunt.*

℣. 19. Similiter habet Aug. in Job. Ita quoque in Græco, præter vocem *quisquam*, quæ abest.

℣. 20. Lapsu librarii scriptum videtur id, *solitudine*, pro *solicitudine*, quod substituimus ; Græcè constanter, φροντίδι (Aq. ὀδύνῃ ;) mox ita : ἔτη δὲ ἀριθμητὰ δεδομένα δυνάσῃ. Similiter ap. Ambr. l. 3. de interpel. Job, c. 1. t. 1. col. 653. e. *Omnis vita impii in sollicitudine :* & inf. de ob. Val. t. 2. col. 1187. b. *numerati anni dati sunt potenti.*

℣. 21. Græc. Ὁ δὲ φόβος αὐτῦ ἐν ὠσὶν αὐτῦ· ὅταν δοκῇ ἤδη εἰρηνεύειν, ἥξει αὐτῦ ἡ καταστροφή. Mſ. Alex. εἰρηνεύσαι, τότε ἥξει, &c. Similiter Ambr. de ob. Val. t. 2. p. 1187. b. *Timor autem ejus in auribus ejus : quando videtur habere pacem, tunc veniet ejus eversio.* Aug. ut sup. *cùm putaverit se esse jam in pace.*

℣. 22. Hæc variant in Gr. πιστεύετω, *credat*, pro *credet ;* ἀτέταλται, *decretus est*, pro *traditus est ;* necnon εἰς χεῖρας, *in manus*, pro *manibus ;* subinde sic, κατατέλαχται δὲ εἰς σῖτα γυψίν, *dispositus est autem in escas vulturum.* Aug. in Job, 639. e. *Non credit converti à tenebris ;* paulòque post, & *decretus est in escam vulturum.*

℣. 23. In Gr. οἶδε δὲ, *novit autem*, sicut μένει, *manet*, pro *servatur ;* cæt. ut sup.

℣. 24. Græc. Ἡμέρας δὲ σκοτεινὰ αὐτὸν προβήσεται· ἀνάγκη δὲ, καὶ θλῖψις αὐτὸν καθέξει, ὥσπερ στρατηγὸς πρωτοστάτης πίπτων. i. e. *Dies autem tenebrosa ipsum versabit ; angustiæ autem, & tribulatio ipsum comprimet, sicut dux in prima acie decidens.* Aug. in Job, ut sup. *sicut dux in prima acie decidet.*

℣. 25. Græc. initio hab. ὅτι, *quia*, pro *qui ;* loco verò & *contra*, sic, ἐναντι δὲ, ultimòque ἐτεχνιλίασε, pro *contumax fuit ;* Nobil. *induravit cervicem.* Ap. August. in Job, *Quia elevavit manus contra Deum ;* sed addit : *an quia elevavit ?* non *qua.*

℣. 26. Græcè : Ἔδεξατο δὲ ἐναντίον αὐτῦ ὕβρει, ἐν παχεῖ νώτῳ ἀσπίδος αὐτῦ. *Cucurrit autem contra eum injuriâ, in crassitudine dorsi scuti sui.* Hoc etiam ult. ἐν παχει, &c. in Hexapl. Orig. profertur quasi ex LXX. sed infra idem refertur ex Theodot. cum asteriſco. Ita quoque distinguitur in ed. Lat. Apud August. in Job, col. 639. e. omnia ut sup. adjuncto etiam κώλῳ ult. *in crassa cervice scuti sui.*

℣. 27. Hi duo versiculi totidem stellulis præviis notantur in edit. Lat. Leguntur etiam ap. Aug. in Job, col. 639. e. ut sup. Item Græcè ad verbum : Ὅτι ἐκάλυψε τὸ πρόσωπον αὐτῦ ἐν στέατι αὐτῦ, καὶ ἐποίησε πεῖσόμιον ἐπὶ τῶν μηρίων. Sed ista proferuntur in Hexapl. Orig. ex Theodot. cum duplici asteriſco. Attamen inf. id, ὅτι ἐκάλυψε, citatur velut ex LXX. item istud, τὸ πρόσωπον αὐτῦ, necnon ista, καὶ ἐποίησε πεῖσόμιον ἐπὶ τῶν μηρίων.

℣. 28. Similiter habetur Græcè, paucis exceptis ; nempe additur δὲ, *autem*, verbo *habitet*, ut & infra isti, *intret ;* exinde sic, ἃ δὲ ἐκεῖνοι ἡτοίμασαν, *quæ autem illi paraverunt*, &c. ut sup. sed in Mſ. Alex. est ἐκεῖνος ἡτοίμασεν, ut in Lat. sup. apud August. verò in Job, 639. f. *quæ enim illi paraverunt, alii auferunt.* Græc. ἀποίσονται.

℣. 29. Sic apud Aug. in Job, uno excepto *immittet*, pro *mittet.* Græcè, βάλῃ ; cætera quadrant.

℣. 30. In Gr. Οὐδὲ μὴ ἐκφύγῃ, &c. absq. seq. *sed ;* mox ita, τὸν βλαστὸν αὐτῦ μαράναι..... ἐκπέσοι δὲ, &c. ut sup. Ap. Aug. in Job, *sed stirpem ejus arefaciet ventus*, ut in

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 31. Non ſperet ſe permanere : vana enim evenient ei.

32. Præciſio ejus ante horam corrumpetur, & germen ejus non videbitur.

33. Vindemietur tanquam uva acerba ante tempus : decidat tanquam flos olivæ.

34. Teſtimonium enim impii, mors ; & ignis comburet domos eorum, qui munera accipiunt.

35. Concipiet in ventre gemitus, & evenient ei vana, & venter ejus portabit dolum.

VULGATA NOVA.

31. Non credet fruſtra errore deceptus, quòd aliquo pretio redimendus ſit.

32. Antequam dies ejus impleantur, peribit : & manus ejus areſcent.

33. Lædetur quaſi vinea in primo flore botrus ejus, & quaſi oliva projiciens florem ſuum.

34. Congregatio enim hypocritæ ſterilis, & ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt.

35. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & uterus ejus præparat dolos. *Pſal. 7. 15. Iſa. 59. 4.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Lat. ſup.

℣. 31. Gr. initio hab. Μὴ πιστευέτω ὅτι ὑπομενεῖ, *Non credat quòd ſuſtinebit* ; reliq. ut ſup.

℣. 32. Sic eſt in Græco, præter verbum ult. πυκάσει, *condenſabitur*, pro *videbitur*. Item ap. Aug. in Job, *Præciſio ejus antè horam corrumpetur* ; nec plura.

℣. 33. Gr. add. δὲ, utrique verbo *vindemietur*, & *decidat* ; cæt. ut ſup. Ap. Aug. in Job, poſteriora tantùm leguntur, *decidat tanquam flos olivæ.*

℣. 34. Ita Aug. ad verbum, ni excipias *domus*, pro *domos* : concinit Græcum, niſi quòd loco *eorum qui munera accipiunt*, ſimpliciter habet δωροδοκητῶν.

℣. 35. Similiter in Græco : initio tamen ſic habetur, Ἐν γαστρὶ δὲ λήψεται ὀδύνας· item poſt *evenient*, additur δὲ, demto præced. & , ut & poſt *venter*. Ap. Aug. in Job, *Concipiet & in ventre gemitus* ; nec plura.

CAPUT XVI.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 1. RESpondens autem Job, ait :

2. Audivi talia multa, conſolatores mali vos omnes.

3. Quid enim ? nunquid ordo eſt in ſermonibus ſpiritûs ? *aut in quo moleſtum tibi erit, quia reſpondebis ?*

4. Et ego ſecundùm vos loquar. Si ſubjecta eſſet anima veſtra pro mea,

5. Loquerer vobis ſermonibus, & moverem ſuper vos caput meum :

6. Eſſet virtus in ore meo, & labia moverem, & non parcerem.

7. Si enim loquar, non delebo vulnera : quòd ſi taceam, nihilominus terebrabor.

8. Nunc autem laſſavit me dolor, & fecit ſtultum, & putrem.

9. *Apprehendiſti me, & in teſtimonium factus ſum, & ſurrexit ſuper me mendacium meum ; contra faciem meam reſpondebit.*

10. Iracundiâ enim uſus defecit me, fremuit ſuper me dentibus : ſagittæ piratarum ejus ſuper me deciderunt, acie oculorum irruit.

VULGATA NOVA.

1. RESpondens autem Job, dixit :

2. Audivi frequenter talia, conſolatores oneroſi omnes vos eſtis.

3. Nunquid habebunt finem verba ventoſa ? aut aliquid tibi moleſtum eſt ſi loquaris ?

4. Poteram & ego ſimilia veſtri loqui : atque utinam eſſet anima veſtra pro anima mea :

5. Conſolarer & ego vos ſermonibus, & moverem caput meum ſuper vos :

6. Roborarem vos ore meo : & moverem labia mea, quaſi parcens vobis.

7. Sed quid agam ? Si loquutus fuero, non quieſcet dolor meus : & ſi tacuero, non recedet à me.

8. Nunc autem oppreſſit me dolor meus, & in nihilum redacti ſunt omnes artus mei.

9. Rugæ meæ teſtimonium dicunt contra me, & ſuſcitatur falſiloquus adversùs faciem meam contradicens mihi.

10. Collegit furorem ſuum in me, & comminans mihi, infremuit contra me dentibus ſuis ; hoſtis meus terribilibus oculis me intuitus eſt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. Ὑπολαβὼν, pro *Reſpondens*. Notat Martianæus noſter omitti ℣. hunc in Mſ. codice, ſed relictum à librario fuiſſe ſpatium vacuum ſufficiens ad hunc exſcribendum, cæterorum more, litteris majuſculis & minio. Apud Aug. *Verba Job.*

℣. 2. Ad verbum è Gr. præter hoc, *mali vos*, pro quo ſimpliciter κακῶν. Rectè Aug. in Job : *Audivi talia multa, conſolatores malorum omnes.* Similiter Ambr. in Pſ. 36. t. 1. 834. f. *Audite conſolatores malorum.*

℣. 3. Prior ſententia ſic habetur Græcè, detractâ unâ præp. *in*, ante *ſermonibus*. In Mſ. Maj. Mon. poſterior στίχος additur cum aſteriſco. Similiter habetur in Hex. Orig. ex Theodot. videlicet, ἢ τί παρεκχλίσει σοι, ὅτι ἀποκρίνῃ ; eadem quoque verba inſerta ſunt de more in Gr. edit. Rom. ex eodem fonte procul dubio deducta. Ap. Auguſt. quoque in Job, 640. a. *Quid enim ? nunquid ordo in ſermonibus eſt ſpiritûs ? aut in quo moleſtum tibi erit ?*

℣. 4. Ita Græcè ad verbum : concinit etiam Auguſt. in Job, niſi quòd leg. *loquor*, non *loquar* ; at in Gr. λαλήσω.

℣. 5. Ipſo initio Græc. hab. εἶτ' ἐναλεῖμαι, *deinde inſiliam*, pro *loquerer*, Nobil. *inſultabo* ; ἐνάλλεσθαι propriè, *calcibus infeſtis aliquem petere* eſt : exinde loco & *moverem ſuper*, ita, κινήσω δὲ κατὰ, *movebo autem contra*, deleta voce *meum*, in fine ; at in Compl. ᾧ ἐκίνησα ὰν ἐφ' ὑμῶν τὴν κεφαλήν μου.

℣. 6. In Gr. εἴη δέ, *ſit autem*, pro *eſſet* ; ſubinde ita : κίνησιν δὲ χειλέων οὐ φείσομαι, *motui autem labiorum non parcam.*

℣. 7. Aug. in Job, 640. b. ita ſcribit : *Si enim loquar, non delebo vulnere.* Gr. ſimiliter, Ἐὰν γὰρ λαλήσω, οὐκ ἀναμένω τὸ τραῦμα· deinde ſic : ἐὰν δὲ ἡσυχάσω, τί ἔλαττον τρωθήσομαι ; *ſi autem & filebo, quid minus vulnerabor ?* legiſſe videtur Interp. τορευθήσομαι, vel τερευθήσομαι, à τορέω, vel τερέω, *perforo, terebro.*

℣. 8. Apud Auguſt. in Job, deeſt vox *dolor* ; cætera verò ut ſup. Item Græcè : Νῦν δὲ καλάκοπόν με πεποίηκε, μωρὸν, ζεσηπότα. *Nunc autem defeſſum me fecit, fatuum, putrem.*

℣. 9. Hæc tota tribus aſteriſcis notantur in edit. Lat. Hexapla quoque Orig. Græca iiſdem reſpondentia exhibent totidem ſtellulis diſtincta, veluti redundantia, & ex alio Interprete deſumpta, puta ex Theodotione, unde poſtea invecta ſunt in edit. LXX. Ap. Aug. in Job, eadem quæ ſup. Latinè leguntur, præter hoc ult. *reſpondi*, pro *reſpondebit* ; Gr. ἀπεκρίθη, *reſpondit* ; item ſup. ἐγενήθη, *fuit*, pro *factus ſum* ; at in Hexap. Orig. necnon in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. ἐγενήθην.

℣. 10. In Gr. deeſt *enim*, poſt vocem *iracundia*, & pro *defecit*, habetur καθέλε. Bene Aug. in Job, *iracundiâ uſus dejecit me* ; cæt. ut ſup. Eadem quoque leguntur Græcè, niſi hoc plurale excipias ἀκίσι, *ſpiculis*, pro *acie* ; item ἐνήλατο, pro *irruit*, f. ἐνήρατο, *interfecit*, ab ἐναίρω, *occido*. Ambr. in Pſ. 37. t. 1. p. 824. e. *Job*, inquit, *ſagittas Domini eſſe memoravit, ſagittas piratarum.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

11. Aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes percusserunt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis.

12. Conclusit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit.

13. Ego ille quondam opulentus, repente contritus sum: tenuit cervicem meam, confregit me, & posuit me sibi quasi in signum.

14. Circumdedit me lanceis suis, convulneravit lumbos meos, non pepercit, & effudit in terra viscera mea.

15. Concidit me vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas.

16. Saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam.

17. Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligaverunt.

18. Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ, cùm haberem mundas ad Deum preces.

19. Terra ne operias sanguinem meum, neque inveniat in te locum latendi clamor meus.

20. Ecce enim in cœlo testis meus, & conscius meus in excelsis.

21. Verbosi amici mei: ad Deum stillat oculus meus.

22. Atque utinam sic judicaretur vir cum Deo, quomodo judicatur filius hominis cum collega suo.

23. Ecce enim breves anni transeunt, & semitam, per quam non revertar, ambulo.

VERSIO ANTIQUA.

11. Acriter percussit me * in genibus, & simul concurrerunt in me. *Ex Mſ. Maj. Mon.* * *Mſ. vel edit.* ingens.

12. Tradidit enim me Dominus in manus iniqui, & inter impios projecit me.

13. In pace cùm essem, discerpsit me, & tenens comam meam divellit; statuit me sicut signum.

14. Circumdederunt, lanceas emittentes in renes meos, & non pepercerunt; effuderunt in terra fel meum.

15. Dejecérunt me prostratione magna; cucurrerunt ad me potentes.

16. Cilicium affuerunt corio meo: virtus enim mea in terra extincta est.

17. Venter meus combustus est à fletu, & super palpebras meas umbra mortis.

18. Iniquitas nulla erat in manibus meis, sed oratio mea munda.

19. Terra ne operiat super sanguinem carnis meæ, nec sit locus clamori meo.

20. Et nunc ecce in cœlis est testis meus, & conscius meus in excelsis.

21. Ascendat deprecatio mea ad Dominum, & ante conspectum ejus distillet oculus meus.

22. Dijudicetur vir cum Domino, sicut filius hominis ad proximum suum.

23. Anni enim dinumerati venerunt mihi, & viam, qua non revertar, ingrediar.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. In Gr. ὄξει, pro *acriter*; in Mſ. Alex. ὄξει, ap. Nobil. *mucrone*; subinde sic, εἰς τὰ γόνατα, loco *ingens*, quod mendosè scriptum videtur in Mſ. Maj. Mon. vel in edit. Rectè Aug. in Job, *Acriter percussit me in genibus*; tum addit, & *simul*, &c. Gr. ὁμοθυμαδὸν δὲ, *concorditer autem*, &c.

℣. 12. Vix una aut altera vocula variat Græcè, nempè ἀδίκων plur. loco *iniqui*; at in Mſ. Alex. ἀδίκου; mox ita, ἐπὶ δὲ cum dativo, pro & *inter*, Nobil. vertit & *super*. Ap. Ambr. in Pſ. 37. t. 1. p. 824. e. sic: *Et tradidit me in manus injusti.*

℣. 13. Aptè ad Græc. nisi excipias ista, λαβών με τῆς κόμης, διέλιπε, *sumens me comâ, divulsit*; & in fine, σκοπόν, pro *signum*; σκοπὸς propriè, *scopus, finis*, id quod sagittarius v. g. acturus σκοπεῖ. Ap. Aug. in Job, omnia ut in textu, præter unum *divulsit*, pro *divellit.*

℣. 14. Aug. in Job, *Circumdederunt me lanceis, emittentes in renes meos, non pepercerunt*, &c. ut sup. Similiter in Gr. Ἐκύκλωσάν με λόγχας, &c. sed pro *pepercerunt*, est φειδόμενοι, *parcentes*, & pro *in terra*, εἰς τὴν γῆν.

℣. 15. Similiter ap. Aug. in Job, *Dejecerunt me prostratione magna*: Græcè, Καθεῖλόν με πτῶμα ἐπὶ πτώματι, *ruinam super ruinam*; reliqua ut sup.

℣. 16. Ita Græcè, ni excipias istud, τὸ δὲ θάρος, pro *virtus enim*; Nobil. vertit *robur autem*. Apud Aug. in Job, *Cilicium assuerunt corio meo*, ut sup. Græc. ἐπὶ βύρσης μου.

℣. 17. Ad verbum è Gr. detracta voce ult. *mortis*; in Mſ. tamen Alex. & Compl. legitur σκιὰ θανάτου. Similiter ap. Aug. in Job, & *super palpebras meas umbra mortis.*

℣. 18. Gr. Ἄδικον δὲ οὐδὲν ἦν, &c. *Injustum autem nihil*, &c. ut sup.

℣. 19. Ita Aug. ad verbum. In Gr. sic: Γῆ μὴ ἐπικαλύψῃς ἐφ' αἵματί, &c. ut in textu. Rectè Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 8. t. 1. p. 635. e. *Terra non cooperias in sanguine carnis meæ*: vet. ed. cum Mſs. nonnullis fert *carnes meas*; at in Gr. constanter, τῆς σαρκός μου.

℣. 20. Concinit Aug. in Job, 640. g. Ita quoque in Græco, deleto verbo *est.*

℣. 21. Similiter in Gr. nisi excipias verba ἀφίκοιτο, *perveniat*, loco *ascendat*, & σάσσι, *stillet*, pro *distillet.*

℣. 22. Itidem ap. Aug. in Job, 640. g. In Gr. Εἴη δὲ ἔλεγχος ἀνδρὶ ἐναντίον Κυρίου. i. e. *Sit autem redargutio viro coram Domino*; mox ita, ᾧ υἱῷ ἀνθρώπου τῷ, &c. ut sup. in Mſ. Alex. υἱὸς ἀνθρώπου: cur autem hìc in Mſ. Maj. Mon. præponatur asteriscus, id me latet; saltem in Hexap. Orig. nil horum habetur: nec putes hunc asteriscum apponi ob vocula *sicut*; neque enim ipsa vel in Hebr. reperitur, vel in Gr. sed ubique &.

℣. 23. A Gr. abest *mihi*, post *venerunt*, præterquam à Mſ. Alex. loco verò *enim*, exstat δὲ, uti post paulò, ὁδὸν δὲ, *viâ autem*, loco & *viam*; ac in fine πορεύσομαι, *ambulabo*, pro *ingrediar*. Ap. Aug. in Job, 641. a. omnia ut in Lat. sup. præter hoc, & *viam*, *per quam.*

CAPUT XVII.

VULGATA NOVA.

1. Spiritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, & solum mihi supereſt sepulcrum.

2. Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus.

3. Libera me Domine, & pone me juxta te,

VERSIO ANTIQUA.

1. Defeci agitatus spiritu: oro ut sepeliar, & non contingit mihi; preces adhibeo cum labore. *Ex Mſ. Maj. Mon.*

2. Et quid feci? furati sunt externi bona mea.

3. *Quis est iste? ad manum meam ligetur.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Auguſt. in Job, col. 641. a. In Gr. Ὀλέκομαι πνεύματι φερόμενος· δέομαι δὲ ταφῆς, καὶ οὐ τυγχάνω· λίσσομαι κάμνων· quæ Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 9. p. 635. f. sic reddit: *Pereo, & spiritu circumferor: oro autem sepulturam, & non impetro; precor laborans.*

℣. 2. Gr. initio hab. Καὶ τί ποιήσας; (Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. ποιήσω;) subinde additur δὲ, verbo *furati sunt.* Ap. Aug. in Job, omnia ut in Lat. sup. Ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 9. p. 636. a. *Et quid faciam?* mox ita, *Dies mei transierunt*, &c. omissis intermediis ℣℣. 3..... 10.

℣. 3. Similiter hab. Aug. in Job, 641. b. His autem præmittitur asteriscus in ed. Lat. & verò in Hexap. Orig. proferuntur ex Theod. non ex LXX. antepositâ pariter

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 4. *Quia cor eorum abſcondiſti à prudentia, propter hoc non exaltabis eos.*

5. *Parti annuntiantur mala*, & oculi ſuper filios eorum tabuerunt.

6. Poſuiſti autem me in loquelam nationibus, & in riſum illis deveni.

7. Obſcurati ſunt ab ira oculi mei, & expugnatus ſum valde ab omnibus.

8. Et mirati ſunt ſuper hæc veraces, juſtus autem ſuper inimicum conſurgat.

9. Et obtineat fidelis viam ſuam, & purus manibus ſumat audaciam.

10. Quapropter omnes convertimini, & venite; non enim invenio in vobis veritatem.

11. Dies mei tranſierunt in calamitatibus, & concuſſæ ſunt compages cordis mei.

12. Noctem in diem poſuerunt; lux prope faciem tenebrarum.

13. Si ſuſtinuero, inferi erunt domus mea; in tenebris ſtratus eſt lectus meus.

14. Interitum appellavi patrem meum; matrem meam, & ſororem, tabem.

15. Quæ eſt enim mihi jam ſpes? aut bona mea videbo?

16. Aut mecum ad inferos deſcendent? *aut pariter in cinerem deſcendemus?*

VULGATA NOVA.

& cujuſvis manus pugnet contra me.

4. Cor eorum longè feciſti à diſciplina, propterea non exaltabuntur.

5. Prædam pollicetur ſociis, & oculi filiorum ejus deficient.

6. Poſuit me quaſi in proverbium vulgi, & exemplum ſum coram eis.

7. Caligavit ab indignatione oculus meus, & membra mea quaſi in nihilum redacta ſunt.

8. Stupebunt juſti ſuper hoc, & innocens contra hypocritam ſuſcitabitur.

9. Et tenebit juſtus viam ſuam, & mundis manibus addet fortitudinem.

10. Igitur omnes vos convertimini, & venite, & non inveniam in vobis ullum ſapientem.

11. Dies mei tranſierunt, cogitationes meæ diſſipatæ ſunt, torquentes cor meum.

12. Noctem verterunt in diem, & rurſum poſt tenebras ſpero lucem.

13. Si ſuſtinuero, infernus domus mea eſt, & in tenebris ſtravi lectulum meum.

14. Putredini dixi: Pater meus es; mater mea, & ſoror mea, vermibus.

15. Ubi eſt ergo nunc præſtolatio mea, & patientiam meam quis conſiderat?

16. In profundiſſimum infernum deſcendent omnia mea: putaſne ſaltem ibi erit requies mihi?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſtellulâ, videlicet, Τίς ἐστιν θλος; τῇ χειρί μου ζυνδεθήτω· quæ etiam inſerta ſunt in ed. Rom. LXX. ut & alia id genus.

℣. 4. Hi duo σίχοι totidem aſteriſcis notantur in edit. Lat. Iidem etiam Græcè habentur in Hexap. Orig. cum duabus ſtellulis, non ex LXX. ſed ex Symm. & Theodot. unde derivati ſunt in edit. Rom. LXX. loco tamen *non exaltabis*, utrobique legitur, ὑ μὴ ὑψώσῃς, *ne exaltaveris*. Ap. Aug. in Job, omnia ut in Lat. ſup.

℣. 5. In edit. Lat. ponuntur duo craſſiora puncta poſt verbum *tabuerunt*, ac ſi antecedentia omnia redundarent; ſed malè, ni fallor; nam in Hexap. Orig. prior tantùm verſiculus, τῇ μερίδι ἀναγγελεῖ κακίας, profertur cum aſteriſco ex Symm. & Theod. poſterior autem, ὀφθαλμοὶ δὲ ἐφ' υἱοῖς ἐλάκησαν, ex edit. LXX. abſque aſteriſco. Apud Symm. & Theod. ita: ὀφθαλμοὶ δὲ τέκνων αὐτῶν ἐκλείψουσιν, *oculi autem filiorum eorum deficient*. In edit. Rom. legitur ut ſup. ex LXX. Apud Aug. in Job, 641. c. d. *Parti annuntientur mala*, & *oculi ſuper filios eorum tabuerunt*.

℣. 6. Ita Aug. in Job, cui favet Gr. LXX. niſi quòd præp. *in* Græcè transfertur poſt *loquelam*, cujus loco habetur ῥύμημα, i. e. *fabulam*, à ῥύμος, *ſuſurrus*, *murmur*; loco verò & *in riſum*, ſic, γέλως δὲ, *riſus autem*.

℣. 7. Sic hab. Aug. in Job, præter unum *ob iram*, loco *ab ira*; Græcè, πεπώρωνται γὰρ ἀπὸ ὀργῆς, *occalluerunt enim ab ira*, abſque ſeq. &; reliqua quadrant.

℣. 8. Gr. Θαῦμα ἔχει ἀληθινὸς ἐπὶ τούτῳ, δίκαιος δὲ ἐπὶ παρανόμῳ ἐπαναστήσεται. *Admiratio tenuit veraces ſuper hoc, juſtus autem ſuper iniquum conſurgat*. Apud Aug. ut ſup. in textu, excepto uno *hoc*, pro *hæc*.

℣. 9. Ita Græcè, niſi quòd deeſt &, ante *obtineat*, pro quo σχολὴ δὲ, *teneat autem*. Ap. Aug. in Job, poſterior tantùm σίχος habetur, & *purus*, &c. ut ſup.

℣. 10. Græc. initio habet, ὑ μὴν δὲ ἀλλὰ, *veruntamen*, ut & ἐρείδεσθε, *incumbite*, pro *convertimini*, addito δή, *quæſo*, poſt *venite*; reliqua ut ſup. In Hexap. Orig. exſtat ἐπιστράφητε, ex Aquila & Theodot. cum aſteriſco; at ibid. ex LXX. ἐρείδεσθε, ut ſup. Ap. Aug. in Job, deſunt priora verba; poſteriora verò ſic habentur: *Non enim invenit in vos veritatem*; Græcè conſtanter, Οὐ γὰρ εὑρίσκω ἐν ὑμῖν ἀληθές.

℣. 11. Græcè, pro *calamitatibus*, habetur βρόμῳ, *fremitu*, *fragore*; vel δρόμῳ, *curſu*, ut in Mſ. Alex. & Ald. ed. Dein loco & *concuſſæ ſunt compages*, ita, ἐρράγη δὲ τὰ ἄρθρα τῆς, &c. Similiter ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 9. t. 1. p. 636. a. rectè: *Dies mei tranſierunt in horrore, dirupti ſunt articuli cordis mei*; Mſs. tamen omnes Ambr. cum edit. antiq. ferunt *in honore*, ſolus Colb. *inhonori*. Auguſt. in Job, & *convulſæ ſunt compages cordis mei*.

℣. 12. Ap. Aug. in Job, priora tantùm leguntur: *Noctem in diem poſuerunt*; in Gr. Vat. ἔθηκα, *poſui*, ſolus Alex. hab. ἔθηκαν; ſubinde in Vatic. non *faciem* legitur, ſed ἀ *facie*, ἐγγὺς ἀπὸ προσώπου, &c. Hi verò duo σίχοι non ex LXX. ſed ex Theod. ſeu ex ed. Hexap. tranſiiſſe videntur in ed. Rom. ſaltem ita oſtendunt Hexap. Orig. cùm iiſdem verbis præponant aſteriſcos duos, qui tamen non habentur ſup. in edit. Lat.

℣. 13. Ipſo initio habetur Græcè, ἐὰν γὰρ, *ſi enim*, abſque ſeq. *erunt*; exinde ſic, ἐν δὲ γνόφῳ, *in caligine autem*, uti στρωμνὴ, *ſtratum*, pro *lectus*. Ap. Aug. in Job, non legitur poſterior ſententia, prior verò ut ſupra.

℣. 14. Ita Auguſt. ad verbum; cui Græc. conſonat, niſi quòd addit εἶναι, *eſſe*, ad *meum*, ſicut δὲ, *autem*, poſt *matrem*; extremò quoque habet ζαπρίαν, *cariem*, *putredinem*.

℣. 15. Concinit Aug. ad verbum, neque etiam Græc. differt niſi his, Πῦ οὖν μου ἔλπις ἐστὶν ἡ ἐλπίς; *Ubi igitur eſt mea jam ſpes?* In ed. Ald. μοὶ ἔτι.

℣. 16. Itidem Græcè: Mſ. Maj. Mon. addit in fine cum aſteriſco, *aut pariter in cinerem*, &c. quod etiam comma redundare videtur. Similiter habetur in ed. Rom. LXX. ἢ ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ χώματος καταβησόμεθα; quod in Hexapl. Orig. aſteriſco ſignatur.

CAPUT XVIII.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 1. RESpondens autem Baldad Sauchites, dixit:

2. Quouſque non es taciturus? cohibe te, ut & nos loquamur.

3. Cur ut quadrupedia tacuimus coram te?

VULGATA NOVA.

1. RESpondens autem Baldad Suhites, dixit:

2. Uſque ad quem finem verba jactabitis? intelligite priùs, & ſic loquamur.

3. Quare reputati ſumus ut jumenta, & ſorduimus coram vobis?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. conſtanter, Τσωλαβὼν δὲ..... λέγει. Ap. Aug. in Job, col. 642. a. *Verba Baldad Sauchitis*.

℣. 2. In Gr. ſimpliciter παύσῃ, *ceſſabis*, loco *es taciturus*, uti poſt paulò, ὠμοὶ, *ipſi*, pro *nos*.

℣. 3. Gr. Διατί δὲ ὥσπερ, *Cur autem tanquam*, &c. ut in Lat. ſup.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

4. Qui perdis animam tuam in furore tuo, nunquid propter te derelinquetur terra, & transferentur rupes de loco suo?

5. Nonne lux impii extinguetur, nec splendebit flamma ignis ejus?

6. Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, & lucerna, quæ super eum est, extinguetur.

7. Arctabuntur gressus virtutis ejus, & præcipitabit eum consilium suum.

8. Immisit enim in rete pedes suos, & in maculis ejus ambulat.

9. Tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum sitis.

10. Abscondita est in terra pedica ejus, & decipula illius super semitam.

11. Undique terrebunt eum formidines, & involvent pedes ejus.

12. Attenuetur fame robur ejus, & inedia invadat costas illius.

13. Devoret pulchritudinem cutis ejus, consumat brachia illius primogenita mors.

14. Avellatur de tabernaculo suo fiducia ejus, & calcet super eum, quasi rex, interitus.

15. Habitent in tabernaculo illius socii ejus, qui non est; aspergatur in tabernaculo ejus sulphur.

VERSIO ANTIQUA.

4. Abutitur te iracundia: quid enim? si tu mortuus fueris, sub cœlo non habitabitur, aut subvertentur montes à fundamentis? *Ex Mſ. Maj. Mon.*

5. Et lumen impiorum extinguetur, nec splendebit flamma eorum.

6. Lux ejus erit tenebræ in domo, & lucerna super eum extinguetur.

7. Capiant infirmi substantiam ejus, & erret consilium ejus.

8. Immissus est enim pes ejus in laqueo, & in rete implicabitur.

9. Veniant super eum laquei: *confortabit super eum sitientes.*

10. Absconditus est super terram funiculus ejus, *& captio ejus in semitis.*

11. Per circuitum perdant eum dolores, & multi circa pedes ejus veniant

12. In angustia famis: ruina enim ei præparata est magna.

13. Comedantur rami pedum ejus, & devoret decora ejus *matura* mors.

14. Rumpatur de habitaculo ejus sanitas, & teneat eum necessitas causæ regalis.

15. Habitet in tabernaculo ejus in nocte ejus: aspergentur speciosa ejus sulphure.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Gr. initio habet κέχρηλαί ϛοι, *usa est te*, pro *abutitur te*; subinde sic, ἀοίκητος ἢ ὑπ' οὐρανόν; *inhabitabilis erit ea quæ sub cœlo?* pro *sub cœlo non habitabitur*. Mſ. Alex. ἀοίκητος ἔσται ἢ, &c. ut sup.

℣. 5. Comma prius sic habetur ap. Aug. in Job, posterius deest. In Gr. id unum variat, ἀναβήσεσθαι, *procedet*, vel ut in Mſ. Alex. ἀναβήσεσθαι, *ascendet*, pro *splendebit*; solus Theod. hab. λάμψει. Ap. Ambr. in Ps. 118. *Scriptum est*, inquit, *Lumen justi semper inextinguibile est; lumen autem impiorum extinguetur.*

℣. 6. Ita Aug. in Job, hoc excepto, *fuerunt*, pro *erit*. In Gr. neutrum exprimitur; post paulò verò sic, ὁ δὲ λύχνος, &c. ut sup.

℣. 7. Ap. Aug. in Job, *Accipiant infimi subst. ejus*, vel ut inf. *humiles*. In Gr. θηρεύσαισαν ἐλάχιστοι, *venentur minimi*; item ϛραλαι δὲ, loco ϛ *erret*.

℣. 8. Aug. in Job, leg. *in laqueum*, nec sequentia addit. In Gr. Ἐμβέβληλαι δὲ..... ἐν παγίδι, absque seq. ϛ; pro ult. verò *implicabitur*, sic, ἐλιχθεὶη, *implicetur*, Nobil. *involvatur*. Mſ. Alex. habet, ϗ ἐν δικτύῳ, &c. ut sup.

℣. 9. Ita Græcè, nisi quòd additur δὲ, post *veniant*; post *laquei* etiam, sequuntur ista: Καὶ ἰσχύσει ἐπ' αὐτὸν δυνῶντας, quæ asteriſco notantur in Hexap. Orig. ut & sup. in edit. Lat. Apud August. in Job, *Confortavit super eum sitiens.*

℣. 10. Gr. hab. ἐν τῇ γῇ, *in terra*; subinde post 1. *ejus*, addit seqq. ϗ ἡ ϛύλληψις αὐτῦ ἐπὶ τρίϐον, Ald. & Compl. τρίϐων al. τρίϐους; quæ notantur stellulâ in Hexapl. sicut in edit. Lat. Hieron. Ap. Aug. in Job: ϛ *captio ejus in semita.*

℣. 11. Ita Aug. in Job, col 642. b. unà cum Græco.

℣. 12. Similiter hab. Aug. in Job, *in angustia famis.* Græc. ἐν λιμῷ ϛερῷ, *in fame arcta*; deinde sic: πῖῶμα δὲ αὐτῷ ἡτοίμασαι ἐξαίσιον, *ruina autem parata est ei insignis.*

℣. 13. Ita in Græco, nisi quòd posteriora sic leguntur: καὶ ϛέλλεσθαι δὲ αὐτῦ τὰ ὡραῖα θάνατος, absque voce *matura*; quæ etiam in edit. Lat. asteriſco notatur, ut & in Hexap. Orig. utpote ex Symm. ac Theod. desumpta. August. in Job, prius tantùm comma refert: *Comedantur rami pedum ejus.*

℣. 14. Sic habet Aug. in Job: nec differt Græc. nisi quòd ipso initio habet ἐκραϛεῖν δὲ, paulòque post, χοῖν δὲ, & in fine αἰτίᾳ βασιλικῇ, *causâ regali*; at in Mſ. Alex. ϗ αἰτία βασιλική.

℣. 15. Sic habet edit. Lat. Hieron. præmisso asteriſco uno; quam ob causam, mihi latet, quandoquidem Hexapla Orig. ita ferunt: Ὁ Ἑβραῖος· Κλασκηνώσει ἐν ϛκηναῖς ϗκ αὐτῦ· deinde sic ex edit. LXX. Κλασκηνώσει ἐν τῇ ϛκηνῇ αὐτῦ ἐν νυκτὶ αὐτῦ, nullo præfixo asteriſco. Mox ita ex Theodot. Κλασκηνώσει ἐν τῇ ϛκηνῇ αὐτῦ ἀνυπαρξία. Subinde eadem Hexapla sic habent, absque ullo asteriſco prævio: LXX. Κλασπαρήσονται τὰ εὐπρεπῆ αὐτῦ θείῳ· deinde sic ex Theod. cum asteriſco: Λιχμηθήσεται ἐπὶ ὡραιότητι αὐτῦ θεῖον. Demum ad ℣. seq. ita: Symm. ἡ χαίτη; LXX. θερισμὸς αὐτῦ; quæ omnia optimè quadrant, significantq; in edit. Lat. Hieron. ineptè appositum fuisse asteriſcum initio hujus versiculi, quasi verò verba ipsi subjecta in solo Hebraïco haberentur: ut enim suam lectionem habet Hebraïcus textus, ita suam hab. edit. LXX. rursusque suam Theodot. & sic de aliis. Non prætermittenda tamen ea quæ non incautè observat D. noster Bern. de Montfaucon, Hexapl. t. 1. p. 424. not. 15. « Magnam, *inquit*, hîc perturbationem affert Colb. codex, qui ad hunc locum notam hujusmodi affert præmisso asteriſco, ἐκ Θ. οἱ Λ.ω; ubi existimo illud Λ.ω mendosè poni pro Λ.ο, id est, Λοιποὶ, & tunc significabit, *Ex Theodot. reliqui versiculi.* Quinam verò sint illi reliqui versiculi, non difficile est assequi, scilicet ii qui consequenter ponuntur, antequam commentaria variorum adjiciat, ut facere solet: quod etiam indicat librarius, cùm ad ultimum versiculum notulam habet cum asteriſco, ut indicet asteriſcos huc desinere. Sunt autem illi versiculi tres numero, nempe:

Κλασκηνώσει ἐν τῇ ϛκηνῇ αὐτῦ ἐν νυκτὶ αὐτῦ,
Κλασπαρήσονται τὰ εὐπρεπῆ αὐτῦ θείῳ.
Ὑποκάτωθεν αἱ ῥίζαι αὐτῦ ξηρανθήσονται.

His verò tribus versiculis asteriſcum unum præmittit ed. Lat. Hieron. [*addam ego, contra morem consuetudinemque; nam passim ibi tot præponuntur asteriſci, quot subjiciuntur versiculi.*] Hinc autem videatur tres illos versiculos ex Theod. in edit. τῶν Ο. inductos fuisse de more, quia illa deficiebat. Attamen versûs primi versio alia Theodotionis affertur supra ex Drusio & Niceta, nempe Κλασκηνώσει ἐν τῇ ϛκηνῇ αὐτῦ ἀνυπαρξία. Hanc autem versionem nec Colb. nec alii codices habent: unde suspicio oritur illud ἀνυπαρξία, quod jacet pro ἐν νυκτὶ αὐτῦ, translatum huc fuisse ex versione Aquilæ præcedentis versûs (*ubi rursus legitur*) ac Theodotionem verè transtulisse ἐν νυκτὶ αὐτῦ; quamobrem hanc difficultatem non tanti esse putamus. Sed altera major oritur ex ipso Colb. codice, qui postquam notam illam, ἐκ Θ. οἱ Λ.οἱ posuerat, statim subjicit pro versu seq. præmisso asteriſco, Θ. Λιχμηθήσεται ἐπὶ ὡραιότητι αὐτῦ θεῖον, ubi legitur in ed. τῶν Ο. hodierna, Κλασπαρήσονται τὰ εὐπρεπῆ αὐτῦ θείῳ· unde sequatur versionem, quæ in τοῖς Ο. legitur, non desumptam fuisse ex Theodot. secus quàm in nota codicis Colb. dicitur, quandoquidem ipse Colb. & reliqui codd. aliam Theodotionis afferunt longè diversam ab ea, quam præferunt LXX. quæ tempore Hieronymi eadem erat, ut videre est in versione Latina sup. Libenter crederem hîc Theodotionis nomen substitutum fuisse pro alterius Interpretis nomine, quod sanè non infrequenter accidit: quia enim prima tantùm nominis littera præmittitur, facile est ut in aliam litteram commutetur. Veruntamen non rarò accidit ut ejusdem Interpretis diversæ non modò lectiones, sed etiam interpretationes ferantur, qua de re in prælimin. » Quin potiùs dicat vir eruditus mendum huc irrepsisse cùm in cod. Colb. tum in edit. Lat. Hieron. ubi asteriſcus malè repositus fuisse videtur; breviùs quidem dixisset, sed fortasse veriùs;

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Ex Mſ. Maj. Mon. 16. Subter radices ejus ſiccabuntur, & deſurſum irruet meſſio ejus.	16. Deorſum radices ejus ſiccentur, ſurſum autem atteratur meſſis ejus.
17. Memoria ejus pereat de terra, *& non ſit nomen ejus in facie platearum.*	17. Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen ejus in plateis. *Prov. 2. 22.*
18. Et pellatur de lumine in tenebras;	18. Expellet eum de luce in tenebras, & de orbe transferet eum.
19. Et non ſit cognoſcibilis in populo ſuo, nec reſalvetur ſub cœlo domus ejus; ſed in populo ejus vivant alteri.	19. Non erit ſemen ejus neque progenies in populo ſuo, nec ullæ reliquiæ in regionibus ejus.
* *Mſ. vel edit.* genuerunt. 20. Super eum * gemuerunt infimi, & proceres tenuit miraculum.	20. In die ejus ſtupebunt noviſſimi, & primos invadet horror.
21. Hæc ſunt domus impiorum, & hic eſt locus ignorantium Deum.	21. Hæc ſunt ergo tabernacula iniqui, & iſte locus ejus qui ignorat Deum.

Notæ ad Versionem antiquam.

nec verò multum impedimentum inferre debet hæc notula, *οἱ Λ.ω* quæ in uno reperitur codice Colb. quæque non niſi divinando, per illud *οἱ Λοιϖοὶ*, explicari potuit. Nec juvat obſervare hanc lectionem ex Theodot. *Καλασκινώσει ἐν τῇ ζκηνῇ ἀυτῦ ἀνυϖαρξία*, in nullis codicibus haberi; id enim non inficiabor; ſed hoc reponam, ſcilicet, aliam iſtam lectionem, *Λικμνιήσεται ἐϖὶ ὠραιότητι ἀυτῦ θεῖον*, ex eodem Theodotione in omnibus codd. inveniri cum aſteriſco; ſicut etiam hanc ex edit. LXX. *Κατασϖαρήσονται τὰ εὐϖρεϖῆ ἀυτῦ θείῳ*, nullo præmiſſo aſteriſco. Solvatur hic nodus. Apud Auguſt. in Job, omnia leguntur ut ſupra in textu Lat.

℣. 16. Similia Græcum habet: ſic etiam ap. Auguſt. in Job, poſterius comma tantùm. Vid. Not. ad ℣. præced.

℣. 17. In Gr. *τὸ μνημόσυνον*, *memoriale*, pro *memoria*; extremò ita: *ᾧ ὑϖάρξει* (Al. *ὑπάρχει*) *ὄνομα ἀυτῷ ἐϖὶ πρόσωϖον* (Al. *προσώϖῳ*) *ἐξωλέρω*· & *erit nomen ei ſuper faciem extra*; quæ apud Orig. in Hexap. proferuntur ex Theodot. præmiſſo aſteriſco. Quæ verò ſunt in ed. Lat. Hieron. & *non ſit nomen ejus in facie platearum*, leguntur in iiſdem Hexap. ex Symmacho, hoc modo: Σ. *ᾧ ὐκ ἔσαι* (Al. *ἐσὶ*) *ὄνομα ἀυτῷ ἐϖὶ πρόσωϖον ἀγορᾶς*. Ap. Aug. in Job, ita: & *non ſit nomen ejus in facie platearum; ubi erat, Tollatur de memoria populi.*

℣. 18. Græcè, *ἀϖωσέσιεν ἀυτὸν ἐκ*, &c. *expellat eum de*, &c. ut ſupra. In edit. Comp. poſt *tenebras* adduntur iſta: *Καὶ ἀϖὸ τῆς οἰκεμένης μεταϖώκισαν ἀυτόν*· quæ Vulgatæ reſpondent.

℣. 19. Similiter habet Aug. in Job, col. 642. d. Græc. *Οὐκ ἔσαι ἐϖίγνωσος ἐν λαῷ ἀυτῦ, ὃς δὲ ζεσωσμένος ἐν τῇ ὑϖ' ὐρανὸν ὃ οἶκος ἀυτῦ· ἀλλ' ἐν τοῖς ἀυτῦ ζήσονται ἕτεροι*· Nobil. *Non erit cognominatus in populo ſuo, neque domus ejus ſalvata in ea quæ ſub cœlo; ſed in rebus ejus vivent alii.*

℣. 20. In edit. noſtra Lat. non legitur *gemuerunt*, ſed *genuerunt*, aperto mendo, quod correximus: Græcè conſtanter, *ἐξέναξαν ἔχθροι*; mox ita, *πρώτους δέ*, *primos autem*, loco & *proceres*; cæt. ut ſup.

℣. 21. Ita Græcè, niſi excipias ſeqq. *τῶν μὴ εἰδότων τὸν Κύριον*, *eorum qui non noverunt Dominum*, loco *ignorantium Deum*; item ſup. *ἀδίκων*, *iniquorum*, loco *impiorum*.

CAPUT XIX.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Ex Mſ. Maj. Mon. 1. REſpondens autem Job, dixit:	1. REſpondens autem Job, dixit:
2. Quouſque fatigatis animam meam, & deſtruitis me verbis? ſcitote tantùm, quia Dominus fecit mihi ſic.	2. Uſquequo affligitis animam meam; & atteritis me ſermonibus?
3. Detrahitis me, & non erubeſcitis incumbere mihi.	3. En, decies confunditis me, & non erubeſcitis opprimentes me.
4. Sed eſto, verè ego erravi, & apud me habitat error, ut loquerer verbum quod non oportebat; & ſermones mei * errant, & non ſunt in tempore.	4. Nempe, etſi ignoravi, mecum erit ignorantia mea.
* *Edit.* erant. 5. Cur autem vos in me exaltamini, & exprobratis mihi opprobrium?	5. At vos contra me erigimini, & arguitis me opprobriis meis.
6. Scitote ergo quia Dominus eſt, qui me turbavit, & vallum ſuum circa me circumdedit.	6. Saltem nunc intelligite, quia Deus non æquo judicio afflixerit me, & flagellis ſuis me cinxerit.
7. Ecce rideor opprobrio, & non loquar: clamabo, & nuſquam eſt judicium.	7. Ecce clamabo vim patiens, & nemo audiet: vociferabor, & non eſt qui judicet.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Gr. pro more, *Ὑϖολαβὼν δὲ..... λέγει*· Aug. ſimpliciter, *Verba Job.* Vid. Ambr. l. 3. de interpell. Job, c. 2. t. 1. 654. b.

℣. 2. Ita in Græco, præter ſeqq. *ἔγκοϖον ϖοιήσεθε*, *moleſtiam facietis*, pro *fatigatis*; exinde *καθαιρεῖτε*, *deſtruetis*, pro *deſtruitis*; extremò *μὲ*, pro *mihi*; ſolus Mſ. Alex. *μοὶ*. Ap. Aug. in Job, & *deſtruitis me, verbis? ſcitote tantùm, quia Deus fecit mihi ſic.*

℣. 3. Gr. *Καταλαλεῖτέ μου, ὐκ αἰσχυνόμενοί με, ἐϖηρεάσθέ μοι. Loquimini contra me, non reveriti me, inſeſti eſtis mihi.* Mſ. Alex. *ᾧ ἐϖήρεάσθαί μοι.* Vid. Ambr. l. 3. de interpell. Job. c. 2. t. 1. 654. d.

℣. 4. Vix meliùs è Græco, niſi quòd pro *verè*, exſtat *ἐϖ' ἀληθείας*, *in veritate*; uti pro *habitat*, *αὐλίζεται*, ad litt. *diverſatur*, *pernoctat*, *moratur*; exinde *ῥήματα ἃ*, numero plur. at in ed. Compl. *ῥῆμα ὅ*, ut ſup. Demum inf. pro *errant*, editum legitur *erant*, ſed vitiosè, niſi me fallo; nam Græcè conſtanter *πλανῶται*, abſque ſeq. *ſunt*. Item ſup. legendum fortè eſt *erro*, non *error*, cùm in Græco ſit *πλάνος*, *ſeductor*, non *πλάνη*; al. tamen *ἀγνόημα*, *ignorantia*; ſed ap. Ambr. legitur *devius*: ita nempe l. 3. de interpell. Job, c. 2. t. 1. 654. e. Job loquentem inducit: *Eſto, inquit, ego erraverim, & apud me devius ille inhabitet, qui mentibus hominum offundit errores, ut loquar ſermones quos non oportet, ſicut vos dicitis, & errent verba mea, nec opportunè ſermo meus promatur.*

℣. 5. Gr. *Ἐα δὲ, ὅτι ἐϖ' ἐμοὶ μεγαλύνεσθε, ἐνάλλεσθε δέ μοι ὀνείδει*· *Sine autem, quia ſuper me magnificamini, & inſultatis mihi opprobrio.* Ambr. l. 3. de interpell. Job, c. 2. t. 1. 654. e. *Cur vos in me inſilitis, & conviciamini?*

℣. 6. Gr. Vat. delet *me*, ante *turbavit*; ſed in Mſ. Alex. *παράξας με*; extremò pro *circa me circumdedit*, ita, *ἐϖ' ἐμὲ ὕψωσε*, *ſuper me exaltavit*. Auguſt. in Job, ut ſup. *Et vallum ſuum circa me circumdedit.* Ambr. l. 3. de interpell. Job, ubi ſup. ſic pergit: *Non conſiderantes, quia à Domino mihi venit iſta tentatio, qui me vallo quodam perturbationum arbitratus eſt ſepiendum:* deinde ſic: *Exerceor adverſis, circumvallatus undique laboribus & periculis; & inſultatis adhuc volentes opprimere, quem deberetis juvare.*

℣. 7. Sic eſt in Græco, præter hoc, *γελῶ*, *rideo*, abſque ſeq. &; Mſ. tamen Alex. ibi add. *καί*; at nuſquam legitur *eſt*, ante *judicium*. Apud Aug. in Job, col. 642. e.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

8. Semitam meam circumsepsit, & transire non possum, & in calle meo tenebras posuit.

9. Spoliavit me gloriâ meâ, & abstulit coronam de capite meo.

10. Destruxit me undique, & pereo, & quasi evulsæ arbori abstulit spem meam.

11. Iratus est contra me furor ejus, & sic me habuit quasi hostem suum.

12. Simul venerunt latrones ejus, & fecerunt sibi viam per me, & obsederunt in gyro tabernaculum meum.

13. Fratres meos longè fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me.

14. Dereliquerunt me propinqui mei: & qui me noverant, obliti sunt mei.

15. Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ, sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum.

16. Servum meum vocavi, & non respondit, ore proprio deprecabar illum.

17. Halitum meum exhorruit uxor mea, & orabam filios uteri mei.

18. Stulti quoque despiciebant me, & cùm ab eis recessissem, detrahebant mihi.

19. Abominati sunt me quondam consiliarii mei: & quem maximè diligebam, aversatus est me.

20. Pelli meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos.

21. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.

VERSIO ANTIQUA.

8. *Circumseptus sum, nec evado:* in vultu meo tenebras posuit. *Ex Mss. Maj. Mon.*

9. Et gloriâ me exuit, & abstulit coronam de capite meo.

10. Et disrupit me undique, & abiit; excîdit tanquam arborem spem meam.

11. Sævissimè abusus est me in iracundia, & arbitratus est me tanquam inimicum.

12. Simul venerunt tentationes ejus, *& fecerunt per me viam suam, & circumdederunt tabernaculum meum.*

13. Fratres mei recesserunt, cognoverunt alienos magis quàm me; & amici mei immisericordes facti sunt.

14. Non curaverunt me proximi mei, & scientes nomen meum, obliti sunt me.

15. Vicini domûs, atque ancillæ meæ, *quasi alienum reputaverunt me*; extraneus eram coram eis.

16. Servum meum vocavi, & non respondit; os meum deprecabatur.

17. Et rogabam uxorem meam; invocabam blandiens filios *uteri mei:*

18. Et illi in perpetuum despexerunt me: cùm surrexero, loquentur ad me.

19. Abominati sunt me, qui noverant me; & quos dilexeram, consurrexerunt in me.

20. In cute computruerunt carnes meæ, & ossa mea in dentibus meis sunt.

21. Miseremini mihi, miseremini mei, ô amici: manus enim Domini est, quæ me tetigit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

sic: *Ecce rideo opprobria, & non loquor.* In Ms. Alex. λαλῶ ὀνείδη. Similiter apud Ambr. l. de exhort. virg. c. 13. t. 2. p. 300. f. *Ecce rideo opprobria, & non loquor: clamabo, & nusquam judicium:* at l. 3. de interpell. Job, c. 2. t. 1. p. 654. e. ita: *Ecce rideo in opprobriis, & non loquar:* & inf. cap. 3. 655. e. *clamabo, & nondum judicium:* sup. verò 654. f. post hoc, *non loquar*, alludens addit: *Nil respondebo conviciis vestris; non enim vos estis qui judicatis: sed qui judicat me, Dominus est; & ipsius tamen judicii tempus nondum advenit.*

℣. 8. Similiter hab. Aug. in Job, *in vultu meo tenebras posuit.* Græc. ἐπὶ πρόσωπόν μου, &c. antecedunt etiam ista ibid. Κύκλῳ περιῳκοδόμημαι, καὶ οὐ μὴ διαβῶ· i. e. *In circuitu circumædificatus sum, & non transibo:* quæ ap. Orig. in Hexap. distinguuntur asteriſco. Editionis Lat. verba similia, *Circumseptus sum, nec evado*, veru quidem confixa erant in Ms. Maj. Mon. sed ineptè, ut notavit Martianæus.

℣. 9. Gr. Τὴν δὲ δόξαν ἀπ' ἐμοῦ ἐξέδυσεν, ἀφεῖλε δὲ, &c. ut in Lat. Ap. Aug. in Job, posterius tantùm comma, *& abstulit*, &c. legitur ut sup.

℣. 10. Ipso initio deest & in Gr. Vat. In Ms. tamen Alex. ac ed. Compl. est ἀπέστασε δέ· subinde pro *abiit*, ita, ὠχέμην, *abii*, addito δέ, verbo seq. *excidit.* Similiter ap. August. in Job, *& disrupit me undique*, & *abii.* Erratum fortasse librarii est sup. *abiit.*

℣. 11. Gr. Δεινῶς δέ μοι ὠργὴ ἐχρήσατο, &c. *Graviter autem mihi irâ usus est*, &c. ut sup. Ms. Alex. del. δέ. Apud August. in Job, deest prior σίχος, posterior verò ut supra in textu.

℣. 12. Gr. Ὁμοθυμαδὸν δὲ ἦλθον τὰ πειρατήρια αὐτῶν ἐπ' ἐμοί. Hoc autem, τὰ πειρατήρια, posset etiam verti, *agmina piratarum.* Tum sequitur in edit. Rom. sicut ap. Orig. in Hexap. ex ed. LXX. ταῖς ὁδοῖς μου ἐκύκλωσαν ἐγκάθετοι, *viis meis in circuitu insedерunt insidiatores.* In edit. verò Lat. Hieron. hæc sententia deest; sed ejus loco adduntur istæ duæ, præmissis totidem asteriscis: *& fecerunt.....* & *circumdederunt*, &c. quas D. noster Bern. de Montfaucon Hexap. t. 1. p. 426. in editionem LXX. Hexaplarem invectas fuisse ait ex Theodot. vel Aquilâ, vel ex utroque simul. Apud Ambr. in Ps. 37. t. 1. p. 834. f. simpliciter habetur: *Simul mihi venerunt tentationes gravissimæ, circumdederunt me insidiantes;* quæ favent editioni Rom. LXX. Apud Aug. in Job, hæc pauca, & *circumdederunt tabernaculum meum.*

℣. 13. Ipso initio Græc. habet ἀπ' ἐμοῦ, *à me*; deinde ἀδελφεί μου, &c. ut in Lat. sup. si unum excipias *magis*, quod deest. Similiter apud Ambr. in Ps. 37. t. 1. p. 834. f. *Fratres mei discesserunt à me, cognoverunt extraneos magis quàm me; amici mei immisericordes facti sunt.* Sic etiam in Ps. 36. col. 802. f. nisi quòd delet *à me*, & leg. *agnoverunt*, Gr. ἔγνωσαν. Apud Aug. in Job, *Fratres mei recesserunt;* & post pauca, & *amici mei immisericordes facti sunt.*

℣. 14. Ita Græcè, uno excepto, προσεωποίησαντό με, pro *curaverunt me*, Nobil. *adhæserunt mihi.* Ap. Ambr. in Ps. 36. t. 1. p. 802. f. post hoc, *immisericord. facti sunt*, illico additur: & *qui me noverant, obliti sunt nomen meum*, omissis intermediis. Apud August. in Job, & *scientes nomen meum, obliti sunt me*, ut sup. Gr. οἱ εἰδότες, Ms. Alex. οἱ ἰδόντες.

℣. 15. Priora verba & posteriora sic habentur Græcè. In edit. verò Lat. Hieron. hæc adduntur media cum asteriscо, *quasi alienum reputaverunt me;* quæ in Græco non reperiuntur. Apud August. in Job, priora tantùm: *Vicini domûs*, & *ancillæ meæ.*

℣. 16. Ita Aug. in Job. In Gr. ὑπήκουσε, *obedivit*, pro *respondit*, addito δὲ, *autem*, post *os.*

℣. 17. Ed. Rom. LXX. post vocem *filios*, subdit πολλαχίδων μου, *pellicum mearum*: sic etiam legitur in Hexap. Orig. ex LXX. absque asteriscо prævio. In ed. verò Lat. additur sup. *uteri mei*, cum asteriscо; ap. Symm. παίδων μου. Similiter apud Aug. in Job: *Et rogabam uxorem meam; invocavi blandiens filios uteri mei.* Græcè nunc, προσεκαλούμην δέ, Ms. Alex. καὶ προσεκαλούμην, & *advocabam.*

℣. 18. Gr. Οἱ δὲ εἰς τὸν αἰῶνά με ἀπωσαντό, *Illi autem in sæculum me abjecerunt;* Nobil. *adversati sunt:* & in fine, κατ' ἐμοῦ λαλοῦσι, *contra me loquuntur.*

℣. 19. Ita Græcè, nisi hoc excipias, οἱ ἰδόντες, *qui videbant*, pro *qui noverant.* Ap. Aug. in Job, ut sup. & *quos dilexeram, consurrexerunt in me.*

℣. 20. Ita August. in Job. Sic etiam Græcè, si ultimum excipias verbum ἔχεται, loco *sunt*, Nobil. *hærent;* additur etiam sup. μου, post *cute*, sed tollitur inf. post *dentibus.*

℣. 21. Similiter hab. Aug. in Job, præter vocem *mei*, pro *mihi*, ut & *me* in fine post *tetigit*; Gr. ἡ ἁψαμένη μου ἐστί· cæt. ut in Lat. Ap. Ambr. l. 3. offic. t. 2. col. 139. f. sic: *Miseremini mei, amici, miseremini:* & in Ps. 36. t. 1. p. 791. c. *manus Domini tetigit me.* Item in Ps. 37. col. 824. e. *Job*, inquit, *manum Domini dixit esse, quæ se tetigerit.*

Digitized by Google

Versio antiqua.

Ex Mſ. Maj. Mon.

22. Quare me perſequimini ſicut & Dominus; de carnibus meis non ſatiamini?

23. Quis mihi tribuat ut ſcribantur ſermones mei, & ponantur in libro in perpetuum

24. *In ſtylo ferreo*, & plumbo; aut *in teſtimoniis* in petris ſculpantur?

25. Scio enim quia æternus eſt, qui me reſoluturus eſt: ſuper terram

26. Reſurget cutis mea, quæ hæc patitur: à Domino enim mihi hæc contigerunt,

27. Quorum ego mihi conſcius ſum; quæ oculus meus vidit, & non alius, & omnia mihi conſummata ſunt in ſinu.

28. Quòd & ſi dixeritis: Quid dicemus contra eum, & radicem ſermonis inveniemus in eo?

29. Timete & vos *à gladio*: ira enim ſuper iniquos veniet, & tunc cognoſcetis *quia eſt judicium*.

Vulgata nova.

22. Quare perſequimini me ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini?

23. Quis mihi tribuat ut ſcribantur ſermones mei? quis mihi det ut exarentur in libro

24. Stylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte ſculpantur in ſilice?

25. Scio enim quòd Redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrecturus ſum:

26. Et rurſum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum.

27. Quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius: repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

28. Quare ergo nunc dicitis: Perſequamur eum, & radicem verbi inveniamus contra eum?

29. Fugite ergo à facie gladii, quoniam ultor iniquitatum gladius eſt: & ſcitote eſſe judicium.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 22. Ad verbum è Gr. addito uno ὅ, poſt *Dominus*: pro *ſatiamini* verò eſt ἐμπίπλασθε, i. e. *implemini*, quod idem ſonat. Ap. Aug. in Job, omnia ut in Lat. ſup.

℣. 23. Græc. hab. γὰρ ἄν, *enim utique*, loco *mihi*; exinde verbo *ponantur*, addit αὐτά, *ipſa*; extremò τὸν αἰῶνα, *ſæculum*, loco *perpetuum*.

℣. 24. Similiter hab. Aug. in Job, præter unum *in teſtimonium*, pro *in teſtimoniis*. His autem, *in ſtilo ferreo*, & ſeq. *in teſtimoniis*, præponitur aſteriſcus in edit. Lat. Hexapla etiam Orig. id ferunt cum aſteriſco, ἐν γραφείῳ ζιδηρῷ, paulòque poſt ſub eodem ſigno, εἰς μαρτύριον; tum addunt ex LXX. ἢ ἐν πέτραις ἐγλυφῆναι· quæ ultima leguntur etiam in ed. Rom. ſed abſque hoc anteced. ſolo, εἰς μαρτύριον; nam ſup. id admiſſum eſt, ἐν γραφείῳ ζιδηρῷ.

℣. 25. Ita Auguſt. in Job, excepto ult. *ſuper terram*, quod reticet. Ita quoque in Græco, ubi id, ἐπὶ γῆς, ſicut in ed. Lat. Hieron. videtur pertinere ad verſum ſeq. Ap. Ambr. verò l. 1. de interpel. Job, c. 5. t. 1. p. 631. e. ſic: *Novi enim quia æternus & potens eſt, qui ſoluturus eſt me in terra.*

℣. 26. Vix mel. è Gr. niſi quòd pro *reſurget cutis mea*, habetur, ἀναστῆσαι τὸ δέρμα μου, *ad reſuſcitandam cutem meam*; & in fine, ζυνετελέσθη, *conſummata ſunt*, pro *contigerunt*. Ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, ſup. *Reſuſcitare pellem meam, quæ portavit hæc:* at in Pſ. 118. t. 1. col. 1092. f. *Reſuſcitabit corium meum:* & l. de fide Reſur. t. 2. col. 1152. a. *Suſcitabit corpus meum hoc, quod multa mala paſſum eſt.* In Mſ. Alex. Ἀναστήσει δὲ μου τὸ σῶμα τὸ ἀναλθὲν, &c. Vide Auguſt. l. 22. de civit. Dei, c. 29. t. 7. 698. c.

℣. 27. Similiter ap. Aug. in Job, ſicut etiam in Græco.

℣. 28. Sic ap. Auguſt. in Job, col. 643. d. niſi id excipias, *quòd ſi* ὅ, pro *quòd* ὅ *ſi*. Gr. εἰ δὲ ἐν, &c. ut ſup.

℣. 29. Græc. initio hab. Εὐλαβεῖσθε δὴ ἐν ὑμεῖς ἀπὸ ἐκκαλύμματος, *Cavete utique* ὅ *vos à tegmine*; deinde ſic, θυμὸς γὰρ, &c. ut ſup. extremò autem pro *cognoſcetis*, &c. ita: γνώσονται πᾶ ἐστιν αὐτῶν ἡ ὕλη, *cognoſcent ubi eſt eorum materia*; quæ omnia ſic ap. Orig. leguntur in Hexap. ex verſ. LXX. In ed. noſtra Lat. id, *à gladio*, ſignatur aſteriſco, ſicut iſtud in fine, *quia eſt judicium*: hæc etiam duo ex aliis Interpretibus, non ex edit. LXX. deſumpta ſunt. Ita nempe ferunt Hexapla Orig. Σ. εὐλαβεῖσθε ὑπὲρ ἑαυτῶν τὴν μάχαιραν· deinde θυμὸς γὰρ, &c. ut ſup. ex LXX. rurſus ita: A. Θ. ὅπως γνῶτε ὅτι ἐστὶ κρίσις, poſito aſteriſco poſt γνῶτε; ſequitur illico ex LXX. ἢ τότε γνώσονται, &c. ut ſup. Auguſt. in Job, hæc ſola memorat, *Ira enim ſuper iniquos veniet.*

CAPUT XX.

Versio antiqua.

Ex Mſ. Maj. Mon.

1. REſpondens autem Sophar Minæus, ait:

2. Non ſic ſperabam contradicturum te hæc; nec enim intelligis magis quàm ego.

3. *Eruditionem confuſionis meæ audiam, & ſpiritus ſapientiæ reſpondebit mihi?*

4. *Nunquid hæc noſti à ſæculis, ex quo poſitus eſt homo ſuper terram?*

5. Jocunditas impiorum ruina magna eſt, & gaudium iniquorum perditio eſt.

6. Si aſcenderint in cœlum munera ejus, & victima ejus nubes tetigerit;

7. Cùm putaverit ſe jam ſtabilem eſſe, in fine peribit: & qui noverunt eum, dicent: Ubi eſt?

Vulgata nova.

1. REſpondens autem Sophar Naamathites, dixit:

2. Idcirco cogitationes meæ variæ ſuccedunt ſibi, & mens in diverſa rapitur.

3. Doctrinam, qua me arguis, audiam, & ſpiritus intelligentiæ meæ reſpondebit mihi.

4. Hoc ſcio à principio, ex quo poſitus eſt homo ſuper terram,

5. Quòd laus impiorum brevis ſit, & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti.

6. Si aſcenderit uſque ad cœlum ſuperbia ejus, & caput ejus nubes tetigerit:

7. Quaſi ſterquilinium in fine perdetur: & qui eum viderant, dicent: Ubi eſt?

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Prætermiſſa iſta in Mſ. Turon. ſuppleviſſe ſe teſtatur Martianæus ex verſ. LXX. Apud Aug. in Job, ita: *Verba Sophar Minæi.*

℣. 2. Gr. Οὐχ ὕτως ὑπελάμβανον ἀντερεῖν ζε ταῦτα· ἢ οὐχὶ ζυνίεζε μᾶλλον ἢ ἐγώ. *Non ſic putabam contradicere te his; & non intelligitis magis quàm & ego.* Ap. Aug. in Job, *non enim intelligitis magis quàm ego.* Mſ. Alex. cum Compl. ἢ ἐγώ.

℣℣. 3. 4. Hæc omnia tribus aſteriſcis diſtinguuntur in edit. Lat. Ita quoque Græcè proferuntur in Hexap. Orig. cum aſteriſcis, non ex LXX. ſed ex Theod. unde procul dubio invecta ſunt in edit. Rom. LXX. Hexapla tamen deinceps ſic hab. Σ. ἀπ' αἰῶνος; Ο. ἀπὸ τοῦ ἔτι, ut ſup. apud Theod. Hieron. *à ſæculis.* Auguſt. in Job, hæc ſola memorat: *Eruditionem confuſionis meæ audiam;* ut & iſta: *Nunquid hæc noſti à ſæculis?*

℣. 5. Græcè, εὐφροσύνη δέ, loco *jocunditas*; reliqua ut in Lat. ſup. niſi id excipiatur, ἐξαίσιον, *inſignis*, pro *magna eſt*; ſtatimque χαρμονὴ δὲ, abſque *eſt* in fine. Ambr. l. 3. de interpel. Job, c. 1. t. 1. 653. e. ait, *Lætitiam autem impiorum eſſe graviorem ruinam, ideoque etiam ſanctum Job à proſperis in adverſa mutatum*, &c.

℣. 6. Vix meliùs è Græco.

℣. 7. Gr. Ὅλαι (γὰρ Alex. del. γὰρ) δοκῇ ἤδη καθεσυρίχθαι, τότε εἰς τέλος ἀπωλεῖται, &c. ut ſup. Ambr. l. 3. de interpel. Job, 653. e. ait, *Etiamſi in rebus proſperis ſit,*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

8. Velut ſomnium avolans non invenietur, tranſiet ſicut viſio nocturna.

9. Oculus, qui eum viderat, non videbit, neque ultra intuebitur eum locus ſuus.

10. Filii ejus atterentur egeſtate, & manus illius reddent ei dolorem ſuum.

11. Oſſa ejus implebuntur vitiis adoleſcentiæ ejus, & cum eo in pulvere dormient.

12. Cùm enim dulce fuerit in ore ejus malum, abſcondet illud ſub lingua ſua.

13. Parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture ſuo.

14. Panis ejus in utero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecus.

15. Divitias, quas devoravit, evomet, & de ventre illius extrahet eas Deus.

16. Caput aſpidum ſuget, & occidet eum lingua viperæ.

17. (Non videat rivulos fluminis, torrentes mellis, & butyri.)

18. Luet quæ fecit omnia, nec tamen conſumetur: juxta multitudinem adinventionum ſuarum, ſic & ſuſtinebit.

19. Quoniam confringens nudavit pauperes: domum rapuit, & non ædificavit eam.

Eccl. 5. 9. 20. Nec eſt ſatiatus venter ejus: & cùm habuerit quæ concupierat, poſſidere non poterit.

21. Non remanſit de cibo ejus, & propterea nihil permanebit de bonis ejus.

22. Cùm ſatiatus fuerit, arctabitur, æſtuabit, & omnis dolor irruet ſuper eum.

23. Utinam impleatur venter ejus, ut emittat in eum iram furoris ſui, & pluat ſuper illum bellum ſuum.

24. Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum.

25. Eductus, & egrediens de vagina ſua, &

VERSIO ANTIQUA.

8. Tanquam * ſomnus avolans nuſquam comparet, & volavit velut phantaſma nocturnum. *Ex Mſ. Maj. Mon.* ** Mſ. vel edit.* ſonus.

9. *Oculus videbit, & non adjiciet; & ultra non cernet eum locus ejus.*

10. Filios ejus diſperdat impius, & manus ejus ſuccendantur doloribus.

11. *Oſſa ejus repleta ſunt in juventute ejus, & cum illo in cinere dormient.*

12. *Si dulcis fuerit in ore ejus malitia, abſcondet eam ſub lingua ſua.*

13. Parcet ei, & non relinquet eam, & tenebit eam in medio gutture ſuo,

14. Et non poterit ſubvenire ſibi: *fel aſpidis in ventre ejus.*

15. Divitiæ iniquè congregatæ evomentur: de domo ejus protrahet eum angelus.

16. Et furorem draconum mulcebit: interficiat illum lingua colubri.

17. Et non videat mulcturam pecorum, neque pabula, mellis, & butyri.

18. In vanum & fruſtra laboravit: divitias, de quibus non eſt guſtaturus; quæ egerentur, ut durum quid, quod mandi non poteſt, nec glutiri.

19. Multorum enim validorum domos confregit, & habitacula diruit, nec inſtauravit.

20. Non eſt ſalus ſubſtantiæ ejus: in deſiderio ſuo non ſalvabitur.

21. *Non erunt reliquiæ de cibis ejus;* ideo non florebunt bona ejus.

22. Cùm putaverit ſe repletum eſſe, coarctabitur, & omnis neceſſitas ſuper eum veniet.

23. Si quomodo impleat ventrem ſuum, & emittet ſuper eum furorem iracundiæ: pluet ſuper eum dolorem,

24. Et non liberabitur de manu gladii: vulneret eum ſagitta ærea.

25. Pertranſeat corpus ejus jaculum; fulgura in

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

perpetuari ei ſecunda non poſſe.

℣. 8. In Mſ. vel edit. *ſonus*, non *ſomnus*, quam vocem repoſuimus è Græco, ubi conſtanter ἐνύπνιον, *ſomnium*; item infra ὃ μὴ εὑρεθῇ, *non invenietur*, pro *nuſquam comparet*; extremòque φάσμα, &c. at in Mſ. Alex. φάντασμα, ut ſup. Apud Ambr. l. 3. de interpel. Job, 653. e. legitur, hominem *tanquam ſomnium citò evaneſcere, ut non inveniatur locus ejus.*

℣. 9. Edit. Lat. Hieron. hæc profert cum duobus aſteriſcis: in edit. Rom. LXX. ſic: Ὀφθαλμὸς παρέβλεψε, καὶ οὐ προσθήσει, καὶ οὐκ ἔτι προσνοήσει, &c. ut ſup. Ap. Aug. in Job, hæc pauca, *Oculus vidit, & non adjiciet.*

℣. 10. Ita Aug. in Job. Græc. verò ſic habet num. plur. ὀλέσαισαν ἥτλονες, *diſperdant minores*; ultimòque, πυρσεύσαιεν ὀδύνας, *ſuccendant dolores.*

℣℣. 11. 12. Hi duo verſus triplici notantur aſteriſco in edit. Lat. ſicut etiam in Hexapl. Orig. Apud Auguſt. in Job hæc leguntur pauca: *Oſſa ejus impleta ſunt juventute ejus:* in Hexap. ſic habetur inf. *Symm.* παραβάσεως; *LXX.* νεότητος; tametſi vox iſta, νεότης, ſup. notetur aſteriſco cum aliis.

℣. 13. In Hexap. Orig. hæc ſententia, Φείσεται αὐτῆς, καὶ οὐκ ἐγκαλύψει αὐτὴν, notatur aſteriſco; non verò in edit. Lat. Hieron. In ed. Rom. LXX. eſt ὃ φείσεται, *non parcet*; reliqua ut in textu, ſi unum excipias, Συνάξει, *colliget*, pro *tenebit*: ſimiliter in Hexap. hoc habetur, καὶ Συνάξει, ex verſ. LXX. al. Συνέξει. Apud Aug. in Job, omnia ut ſup. in textu.

℣. 14. Ita Græcè ad verbum, ſicut apud Aug. in Job: ſed in Hexap. Orig. poſterior σίχος notatur aſteriſco, præmiſſis etiam his, O. Θ. ut indicetur ſeqq. χολὴ ἀσπίδος ἐν γαστρί, ex Theodot. eſſe deſumpta: at in ed. Lat. Hieron. nulla ibi fulget ſtellula.

℣. 15. Similiter habet Aug. in Job. Græcè vix unum variat, nempe ἐξελκύσει, *extrahet*, loco *protrahet*. Apud Ambr. l. 3. de interpel. Job, c. 1. p. 653. e. *Divitiæ injuſtè congregatæ evomentur.* Similiter ap. Hieron. in cap. 12. Oſe. t. 3. col. 1320. f. hoc excepto, *iniquè*, pro *injuſtè*.

℣. 16. Gr. θηλάσῃ, *ſugat*, pro *mulcebit*, addito δέ, *autem*, verbo *interficiat*; al. χολὴν ἀσπίδων μυζήσει. Ap. Aug. in Job, *Et furore draconum fulgebit*, quam lectionem ſubinde exponit; Mſs. tamen quidam ferunt ibid. *furorem*, ſed omnes conſtanter *fulgebit*; mox ita, *interficiat illum*, &c. ut ſup.

℣. 17. Ad verbum è Gr. deletâ primâ conjunct. & Ap. Aug. in Job, omnia ut in textu, præter *mulctram*, loco *mulcturam*; Gr. ἀμελξιν.

℣. 18. Ita Græcè, præter hoc, *quæ egerentur*, quod abeſt. Ap. Aug. in Job, col. 644. a. *quæ egerunt*; reliqua ut in textu. Quod verò hîc Interpres Lat. vertit, *durum quid*, Græcè eſt ſφίφος, i. e. *nervoſa boum caro*, & βοείαν ἄβρωτος, ex Orig. & Suida.

℣. 19. Concinit Gr. loco tamen *validorum*, hab. δυναστῶν *potentum*; paulòque poſt, δίαιταν δὲ ἔρρηξε, *habitaculum autem diripuit*; & pro *inſtauravit*, ἔστησε, *ſtatuit*; Symm. ἀνοικοδομήσει.

℣. 20. Gr. Οὐκ ἔστιν αὐτῷ σωτηρία τοῖς ὑπάρχουσι, *Non eſt ejus ſalus facultatibus*; reliqua ut in Lat. ſup. quæ tamen aſteriſco notantur in Mſ. Maj. Mon. ſed malè; nam in Hexap. Orig. ita legitur: *Symm.* Χὼν ἀ ἐπιθύμει ὐ διασώσει. *LXX.* ἐν ἐπιθυμίᾳ αὐτῷ ὐ σωθήσεται, nullâ præmiſsâ ſtellulâ. Similiter ap. Aug. in Job, *in deſiderio ſuo non ſalvabitur.*

℣. 21. In edit. Lat. Hieron. præponitur aſteriſcus his verbis, *Non erunt reliquiæ de cibis ejus*; quæ etiam leguntur ap. Aug. in Job. In Hexapl. Orig. ſimiliter habetur cum aſteriſco, Οὐκ ἔστιν ὑπόλειμμα τοῖς βρώμασιν αὐτοῦ· reliqua ut in Lat. ſup.

℣. 22. Græc. Ὅταν δὲ δοκῇ ἤδη πεπληρῶσθαι, ἐλιβήσεται· πᾶσα δὲ ἀνάγκη ἐπ' αὐτὸν ἐπεκεύσεται. Similiter apud Aug. in Job, *Cùm putaverit ſe repletum eſſe, coarctabitur.*

℣. 23. Græc. initio hab. Εἴ πως εἰ πληρῶσαι, *Si quomodo ſit implere*; ſubinde ἐπασσείλαι, abſque præced. &, ac in fine, νίψαι ἐπ' αὐτὸν ὀδύνας, *lavet ſuper eum dolores.* Symm. & Theod. ἐπιβρέξει. Mſ. Alex. ῥίψαι, *projiciat*; initio verò, καὶ πληρώσει, al. εἴ πως πληρώσαι. Apud Aug. in Job, *Si quomodo impleat ventrem ſuum*, & *immittet ſuper eum furorem iracundiæ*; nec plura.

℣. 24. Græcè Σωθῇ, *ſalvetur*, pro *liberabitur*; exindè Σιδήρου, *ferri*, loco *gladii*, & τόξου, *arcus*, pro *ſagitta*. Ap. Auguſtin. in Job, poſtrema tantùm, *vulneret eum ſagitta ærea*, ut ſup.

℣. 25. Similiter habet Auguſt. in Job, uſque ad ver-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. habitaculis ejus *diſcurrant ſuper eum terribiliter*,

26. Et omnes tenebræ in eo maneant: comedat eum ignis inexſtinguibilis; lædat advena domum ejus,

27. Et detegat cœlum iniquitates ejus: terra adverſetur ei.

28. Trahat domum ejus perditio in finem; dies iræ ſuperveniat illi.

29. Hæc pars hominis impii à Domino, & poſſeſſio bonorum ejus ab epiſcopo.

VULGATA NOVA.

fulgurans in amaritudine ſua: vadent & venient ſuper eum horribiles.

26. Omnes tenebræ abſconditæ ſunt in occultis ejus: devorabit eum ignis, qui non ſuccenditur; affligetur relictus in tabernaculo ſuo.

27. Revelabunt cœli iniquitatem ejus, & terra conſurget adversùs eum.

28. Apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris Dei.

29. Hæc eſt pars hominis impii à Deo, & hæreditas verborum ejus à Domino.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

bum *diſcurrant*, hoc tamen excepto, *tabernaculis*, pro *habitaculis*, Gr. σκηνώσεσι: item ipſo initio Græcè, Διεξέλθοι δὲ διὰ ζώματος, &c. *Pertranſeat autem per corpus*, &c. paulòque poſt, ἀστρα δὲ, *aſtra autem*, loco *fulgura*. Hexap. in fine addunt ex verſ. LXX. πτοιωθήσονται, abſque aſteriſco; ex Aquila verò & Theodot. ſic, καὶ ἀστραπὴ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πορεύσεται ἐπ' αὐτόν, *& fulgur à facie ejus ibit ſuper eum*: edit. noſtra Lat. *diſcurrant*, &c. præmiſſo aſteriſco; Rom. LXX. περιωθήσαισαν ἐπ' αὐτῷ φόβοι, *obambulent ſuper eum timores*. Vide Martianæi Not. d. in hunc locum.

℣. 26. Græcè, Πᾶν δὲ σκότος αὐτῷ ὑπομεῖναι, *Omnes autem tenebræ ei permaneant*; mox ita, καταφάγεται, *comedit*, & poſt paulò ἄκαυστον, loco *inexſtinguibilis*, Nobil. *qui non accenditur*; extremò ſic, κακώσαι δὲ, &c. ut ſup. Apud Aug. in Job, *lædat advena domum ejus*, ut ſup.

℣. 27. Ad verbum è Gr. ni excipias iſtud, *adverſetur*, pro quo ἐπαναστήσῃ, *inſurgat*, præpoſitâ conjunct. δέ. Apud Aug. in Job, prior tantùm στίχος habetur ut ſup.

℣. 28. Itidem Græcè. Vide Ambr. infra, ad ℣. 29.

℣. 29. Totidem verba in Græco. Apud Aug. in Job, poſteriora tantùm, *& poſſeſſio bonorum ejus ab epiſcopo*, editt. *ab ipſo*. Ambr. l. 3. de interpel. Job, c. 1. t. 1. p. 653. f. his alludens, dicit: *Cùm portio impii hujuſmodi ſit, ut ſuperveniens in eum à Domino indignatio jungat ei dolores, & interitus domum ejus involvat*, &c.

CAPUT XXI.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 1. RESpondens autem Job, ait:

2. Audite, audite ſermones meos, & non ſit mihi à vobis hæc conſolatio.

3. Sufferte me, ego autem loquar, & ita demum ridebitis me.

4. Quid enim? nunquid humana eſt caſtigatio mea? aut quare non iraſcar?

5. Reſpicite ad me, & admiramini, & ponite manum ſub mento:

6. Si enim recorder, perturbor, & tenentur carnes meæ doloribus.

7. Quare impii vivunt, & ſenuerunt in divitiis?

8. Semen eorum ſecundùm deſiderium animæ, & nepotes eorum ante oculos.

9. Domus eorum abundantes, & timor nuſquam, nec flagellum Domini eſt ſuper eos.

VULGATA NOVA.

1. RESpondens autem Job, dixit:

2. Audite quæſo ſermones meos, & agite pœnitentiam.

3. Suſtinete me, & ego loquar, & poſt mea, ſi videbitur, verba ridete.

4. Nunquid contra hominem diſputatio mea eſt, ut meritò non debeam contriſtari?

5. Attendite me, & obſtupeſcite, & ſuperponite digitum ori veſtro:

6. Et ego quando recordatus fuero, pertimeſco, & concutit carnem meam tremor.

7. Quare ergo impii vivunt, ſublevati ſunt, confortatique divitiis? *Jer. 12. 1.*

8. Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba & nepotum in conſpectu eorum. *Abac. 1. 13.*

9. Domus eorum ſecuræ ſunt & pacatæ, & non eſt virga Dei ſuper illos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hic verſiculus non legitur in Mſ. Maj. Mon. hunc ſupplevimus è Græco. Ap. Aug. in Job, *Verba Job.*

℣. 2. Ad verbum è Gr. præter conjunct. ἵνα, *ut*, pro &. Ap. Aug. in Job, *& non ſit mihi*, &c. Ap. Ambr. l. 3. de interpel. Job, c. 3. t. 1. p. 656. e. *Audite, audite verba mea; non ſit mihi à vobis conſolationem quærere.*

℣. 3. Ita in Græco, præter poſtrema, εἶτ' ἐὰ καταγελάσεταί μου, *deinde non deridebitis me.* Ap. Ambr. l. 1. offic. t. 2. p. 12. e. *Portate me, ego autem loquar, deinde ridete me.* Vide l. 3. de interpel. Job, t. 1. 656. e.

℣. 4. Sic habet Aug. in Job. Ita quoque in Græco eſt, ni excipias iſta, μὴ ἀνθρώπου μὴ ἡ ἔλεγξις; *num hominis eſt mea redargutio?* pro *nunquid humana*, &c. Apud Ambr. l. 1. offic. c. 12. t. 2. 12. e. *Nam & ſi arguor, quaſi homo arguor; portate ergo onus ſermonum meorum:* & poſt pauca: *Aut certè*, inquit, *quia ita eſt verſus: Quid autem? nunquid ab homine arguor?* Vide etiam l. 3. de interpel. Job, c. 3. t. 1. col. 656. e.

℣. 5. Gr. Εἰσβλέψαντες εἰς ἐμὲ, θαυμάσετε, χεῖρα θέντες ἐπὶ σιαγόνι. *Inſpicientes in me, admirabimini, manum ponentes ſuper maxillam*; in Mſ. Alex. θαυμάσατε. Ap. Aug. in Job, *Reſpicite ad me, & admiramini*, ut ſup.

℣. 6. Ita Auguſt. in Job; nec valde differt Græc. niſi quòd hab. initio, ἐάν τε γὰρ μνηθῶ, *ſi etenim recordatus fuero*; ſtatimque ἐσπάσθην, *ſollicitus fui*; Symm. θορυβεῖμαι, ut ſup. Ap. Lucif. Cal. l. de Reg. apoſt. col. 219. h. ita: *Audite me, quoniam dolores vulneris mei cogunt loqui.* Gr. ἔχουσι δέ μου τὰς σάρκας ὀδύναι.

℣. 7. Sic eſt in Gr. præter hoc, πεπαλαίωνται δὲ ἐν Ap. Ambr. l. 1. offic. t. 2. p. 12. d. bene: *Cur impii vivunt, inveteraverunt autem & in divitiis?* & l. 3. de interpell. Job, c. 4. t. 1. 657. b. alludens, dicit: *Sed dicite mihi: Si propter peccatum meum hoc patior, ſicut objicitis, quare impii vivunt? nec ſolùm vivunt, ſed etiam repleti ſunt divitiis, & fructus multiplicant, ſed etiam filiis potiuntur, abundant domus eorum*, &c. & poſt pauca: *Inveteraverunt in divitiis*, πεπαλαίωνται *dixit, ut non tam diuturna divitiarum*, &c. Similiter ap. Aug. in Job, *Quare impii vivunt?* Apud Lucif. Cal. l. de Reg. apoſt. col. 219. h. *Ut impii vivunt, & domus illorum*, &c. ut inf. ad ℣. 9. omiſſis intermediis. Apud Gild. Sap. l. de excid. Britann. p. 714. e. *Propter quid impii vivunt, ſenuerunt inhoneſtè?*

℣. 8. Græc. habet ſimpliciter, κατὰ ψυχὴν, abſque voce *deſiderium*; tum loco *nepotes*, τέκνα; ultimòque ἐν ὀφθαλμοῖς. Ambr. l. 3. de interpel. Job, c. 4. col. 657. e. bene: *Semen eorum ſecundùm animam, filii eorum in oculis:* & l. 1. offic. t. 2. col. 12. d. *Semen eorum ſecundùm voluntatem, filii eorum in oculis.* Gild. Sap. l. de excid. Britann. col. 714. e. *Et ſemen eorum ſecundùm deſiderium eorum, & filii eorum ante conſpectum eorum.*

℣. 9. Græcè, εὐθυνθῆναι, pro *abundantes*, paulòque poſt παρὰ Κυρίου, loco *Domini*; & in fine, ἐπ' αὐτοῖς. Optimè Ambr. l. 1. offic. t. 2. p. 12. d. *Domus ipſorum abundant, timor autem nuſquam; flagellum autem à Domino non eſt in ipſis:* & l. 3. de interpel. Job, c. 4. t. 1. p. 658. a. ſic: *Quia non eſt illis timor, non eſt flagellum à Domino.* Lucif. Cal. l. de Reg. apoſt. col. 219. h. *Et domus illorum non diſſipatæ ſunt, & timor ab illis longè eſt; vacca*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

10. Bos eorum concepit, & non abortivit: vacca peperit, & non est privata fetu suo.

11. Egrediuntur quasi greges parvuli eorum, & infantes eorum exsultant lusibus.

12. Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi.

13. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

14. Qui dixerunt Deo: Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus.

Malac. 3. 14. 15. Quis est Omnipotens ut serviamus ei? & quid nobis prodest si oraverimus illum?

16. Veruntamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longè sit à me.

17. Quoties lucerna impiorum exstinguetur, & superveniet eis inundatio, & dolores dividet furoris sui?

18. Erunt sicut paleæ ante faciem venti, & sicut favilla quam turbo dispergit.

19. Deus servabit filiis illius dolorem patris: & cùm reddiderit, tunc sciet.

VERSIO ANTIQUA.

10. Vaccæ eorum concipientes non abortant, *Ex Mſ. Maj. Mon.* & feta eorum salvavit, & peperit.

11. *Et mittunt sicut infantes suos*, & permanent sicut vetustæ oves eorum; & parvuli eorum ludo se provocant.

12. Tenent psalterium & citharam, & lætantur ad vocem *organi*.

13. Et finierunt in bonis vitam suam, atque in requie inferi dormierunt.

14. Dicunt autem Domino: Discede à nobis, nosse vias tuas nolumus.

15. *Quid est Dominus quia serviemus ei? aut quæ utilitas quia obediemus ei?*

16. Erant autem in manibus eorum bona; sed facta impiorum non respicit.

17. Imo verò lucerna impiorum exstinguetur, & superveniet eis eversio; dolores autem tenebunt eos ab ira.

18. Et erunt sicut palea in vento, & sicut pulvis quem abstulit turbo.

19. Deus, deficiant filii *ejus*, bona ejus; *redde ei, & sciet.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

illorum, &c. Gild. Sap. l. de excid. Britann. p. 714. e. *Et domus eorum fructuosa sunt, & timor nunquam, nec plaga Domini est super eos.*

℣. 10. Gr. Ἡ βῦς αὐτῶν οὐκ ὠμοτόκησε· διεσώθη δὲ αὐτῶν ἐν γαστρὶ ἔχουσα, καὶ οὐκ ἔσφαλε. *Vacca illorum non abortivit; salva autem evasit eorum prægnans, & non frustrata est.* Lucif. Cal. l. de Reg. apost. p. 219. h. *Vacca illorum nunquam abortavit, semper tulit ventrem suum.* Ambr. l. 3. de interpel. Job, c. 4. t. 1. 658. a. *Bucula eorum non abortit, sed parit.* Gild. Sap. l. de excid. Britann. col. 714. e. legit: *Vacca eorum non abortivit, & prægnans eorum pertulit partum, & non erravit.*

℣. 11. In Mſ. Maj. Mon. asteriſco notatur prior σίχος, & *mittunt*, &c. Et verò etiam nunc non legitur in textu Græco, sed simpliciter: Μένουσι δὲ ὡς πρόβατα αἰώνια, τὰ δὲ παιδία αὐτῶν προσπαίζουσιν. Item ap. Lucif. l. de Reg. apost. col. 219. h. *Ipsi verò permanent tanquam oves in perpetuum; & filii eorum, accepto organo, ludunt cum delectamento.* Apud Ambr. l. 3. de interpel. Job, col. 658. d. *Quia manent sicut oves æternæ; pueri autem eorum ludunt.* Ap. Gild. Sap. l. de excid. Britann. col. 714. e. *Sed permanent sicut oves æternæ, & pueri eorum gaudent.* Ap. Aug. in Job, col. 642. f. *Et permanent sicut vetustate oves eorum.*

℣. 12. Ita Græcè, nisi quòd initio pro *tenent*, habetur ἀναλαβόντες, *sumentes*; & in fine, φωνῇ ψαλμοῦ, *voce psalmi.* In edit. Lat. ult. voci *organi*, præponitur asteriſcus. In Hexap. Orig. sic, præmisso eodem signo: *Aquila* ὀργάνῳ, *Symm.* κιθάρᾳ, *LXX.* ψαλμῷ. Apud Ambr. l. 3. de interpel. Job, 658. d. bene: *Accipientes psalterium & citharam, & delectantur voce psalmi.* Gild. Sap. l. de excid. Britann. col. 714. e. *Et psalterium sumentes & citharam, finierunt*, &c. Vid. Lucif. Cal. ℣. præced.

℣. 13. Concinit Græc. nisi quòd habet, Συνετέλεσαν δὲ..... ἐν δὲ ἀναπαύσει, &c. Hæc autem Græca duobus asteriſcis signantur in Hexap. sed ineptè, ni fallor, cùm in edit. nostra Lat. legantur absque similibus signis; imo vox ultima *organi*, versûs præced. cui præmittitur asteriſcus, in eadem edit. quasi de industria clauditur ibidem duobus crassioribus punctis. Delendi igitur hi duo asteriſci in Hexap. t. 1. p. 429. sicut etiam subjecta Nota eruditi editoris, *Hi versus asteriſcis notantur in editione Lat.* Et verò Lucif. Cal. l. de Reg. apost. col. 219. h. allatis sup. ℣. 11. addit, *Ut vitam degerent in bonis.* Similiter apud Ambr. l. 3. de interpel. Job, 658. d. legitur: *Consummaverunt autem in bonis vitam suam, in requie autem inferni dormierunt.* Apud Gild. Sap. l. de excid. Britann. col. 714. e. *Finierunt in bonis vitam suam, in requiem inferorum dormierunt.*

℣. 14. Similiter habetur Græcè, sed num. singul. Λέγει δὲ Κυρίῳ· Ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ, ὁδοὺς σου εἰδέναι οὐ βούλομαι. In Mſ. Alex. Λέγει δὲ ὁ ἀσεβὴς τῷ Κυρίῳ. Ap. Lucif. Cal. l. de Reg. apost. col. 219. h. *Cùm dicat Dominus: Recedite à me iniqui, vias illorum nolo nosse.* Ambr. l. 1. offic. t. 2. col. 12. f. ait: *Videns ergo infirmus abundare injustos..... se autem adteri, dicit Domino: Discede à me, vias tuas scire nolo:* item l. 3. de interpel. Job, 659. c. *Discede à me*, &c. ut sup. Auct. op. imp. in Matth. hom. 41. col. 170. b. *Dicit impius Deo: Discede à me, quia vias tuas noscere nolo.*

℣. 15. In edit. nostra Lat. hæc signantur asteriſcis duobus. In Hexap. etiam Orig. similiter notantur ista: Τί ἰκανὸς ὅτι λατρεύσωμεν αὐτῷ; καὶ τίς ὠφέλεια ὅτι ἀπαντήσωμεν αὐτῷ; ad quæ erud. noster editor observat in Mſ. Colb. scribi, præmisso asteriſco, Ἐκ Θ. οἱ β'. id est, *Hi duo versiculi ex Theodotione*; postea sic, *Symm.* ἵνα, statimque præmisso item asteriſco, & ἐὰν, pro ὅτι. Verùm in iisdem Hexap. subinde legitur ex Symm. ἵνα λατρεύσωμεν; ex LXX. & Theodot. ὅτι λατρεύσομεν, mox ita: *LXX.* ὅτι ἀπαντήσομεν, Ἄμος, ἐὰν ἀπαντήσωμεν, quibus significatur horum nonnulla habuisse LXX. Apud Ambr. etiam l. 1. offic. c. 12. t. 2. col. 12. f. legimus: *Quid prodest quia servivimus ipsi? aut quæ utilitas quia occurrimus ipsi?* Item l. 3. de interpel. Job, c. 4. col. 659. c. *Manducemus & bibamus: quid enim prodest si serviamus ei? aut quæ utilitas si observemus eum?* Apud Lucif. l. de Regib. apost. col. 219. h. non habentur ista, sed post verbum *nosse*, quod legitur sup. ℣. 14. proximè sequitur, *quoniam lucerna*, &c. ut infra ℣. 17. Non leguntur etiam apud Aug. in Job, nec apud Gild. Sap. l. de excid. Britann. citato supra.

℣. 16. Ita Græcè, nisi quòd ordo vocum paulò immutatur. Ambr. l. 1. offic. c. 12. t. 2. p. 12. f. legit: *In manibus ipsorum omnia bona; opera autem impiorum non videt.* Aug. in Job, 644. f. ut sup. *Erant autem in manibus eorum bona.* Gild. Sap. l. de excid. Britann. p. 714. e. omissis his prioribus verbis, ita legit: *Nunquid Deus facta impiorum non respicit?*

℣. 17. Ipso initio Gr. hab. Οὐ μὴν δὲ καὶ ἡ ἀσεβῶν λύχνος, &c. ut in Lat. Lucif. Cal. l. de Reg. apost. col. 219. h. sic: *Quoniam lucerna impiorum exstinguetur, & gemitu dolebunt in vita sua.* Ambr. l. 3. de interpel. Job, c. 5. t. 1. 659. e. *Veruntamen etiam impiorum lucerna exstinguitur.* Augustin. in Job: *Imo verò impiorum lucerna exstinguetur; subinde, & ipsis*, inquit, *solet venire rerum conversio, & dolores ab ira.* Gild. Sap. l. de excid. Britann. p. 714. e. *Non ergo, sed lucerna impiorum exstinguetur, & superveniet eis eversio; & dolores tanquam parturientis eos ab ira tenebunt.*

℣. 18. Gr. initio habet, Ἔσονται δὲ ὥσπερ ἀχυρα ἀπὸ ἀνέμου (Mſ. Alex. & Compl. πρὸ ἀνέμου;) mox ita, ἢ, *aut*, pro & ; cætera ut in Lat. sup. Apud Lucif. Cal. l. de Reg. apost. col. 219. h. sic: *Erunt tanquam palea quæ à vento rapitur, aut tanquam pulvis qui à tempestate volvitur.* Ambr. quoque l. 3. de interpel. Job, p. 659. f. ait: *Ideo postquam dixit:* Erunt sicut paleæ à vento: *subtexuit versiculum, statim dicens:* Aut sicut pulvis quem abstulit ventus. Item in Ps. 118. t. 1. p. 1047. f. *Sicut paleæ jactantur à vento, & sicut pulvis turbine dissipantur.* Apud Gild. Sap. l. de excid. Britann. p. 714. e. *Et erunt sicut paleæ à vento, & sicut pulvis quem abstulit turbo;* Gr. λαίλαψ, id est, *ventus procellosus.*

℣. 19. A Gr. abest vox *Deus*, & loco *filii*, exstat υἱὸς, in Mſ. Alex. υἱοῖς; in ed. Lat. additur *ejus*, cum asteriſco, sicut in fine istud, *redde ei*, &c. præmisso simili signo. In Hexap. Orig. sic cum asteriſco: Ο. Θ. ἀνταποδώσει πρὸς αὐτὸν, καὶ γνώσεται· sic etiam fert edit. Rom. LXX. Apud Lucif. Cal. l. de Reg. apost. 219. h. totus versiculus deest.

Digitized by Google

Versio antiqua.

Ex Mj. Maj. Mon.

20. Videant oculi ejus necem ſuam, & à Domino non ſalvetur.

21. *Quia nulla voluntas ejus in domo ſua poſt eum, licet numerus menſium ejus dimidiatus ſit.*

22. Nunquid non Dominus, qui docet ſenſum & ſcientiam? ipſe etiam homicidas judicat.

23. *Hic morietur in robore ſimplicitatis ſuæ, totus in abundantia & felicitate.*

24. Inteſtina ejus plena ſunt adipe, & medulla eorum diffunditur:

25. Alius verò moritur ab amaritudine animæ ſuæ, non comedens quidquam boni.

26. Et ſimul in terra dormient, & putredo operiet eos.

27. Itaque ſcio vos audaciter mihi inſiſtere;

28. *Quia dicitis: Ubi eſt domus principis? & ubi eſt velamen in tabernaculis impiorum?*

29. *Interrogate eos qui tranſeunt per viam, & ſigna eorum non ignorabitis.*

30. *Quia in die perditionis ſalvatur malus, in diem iræ deducentur.*

31. *Quis annuntiabit coram eo viam ejus? & quæ ipſe fecit, qui reddet ei?*

32. *Et ipſe in ſepulcra deductus eſt, & ſuper acervum vigilavit.*

33. *Dulces ei fuerunt lapilli torrentis, & poſt eum omnis homo ſequitur, & ante eum innumerabiles.*

34. Quomodo ergo conſolamini me inaniter? requies enim mihi à vobis nulla eſt.

Vulgata nova.

20. Videbunt oculi ejus interfectionem ſuam; & de furore Omnipotentis bibet.

21. Quid enim ad eum pertinet de domo ſua poſt ſe, & ſi numerus menſium ejus dimidietur?

22. Nunquid Deum docebit quiſpiam ſcientiam, qui excelſos judicat?

23. Iſte moritur robuſtus & ſanus, dives & felix.

24. Viſcera ejus plena ſunt adipe, & medullis oſſa illius irrigantur:

25. Alius verò moritur in amaritudine animæ abſque ullis opibus.

26. Et tamen ſimul in pulvere dormient, & vermes operient eos.

27. Certè novi cogitationes veſtras, & ſententias contra me iniquas.

28. Dicitis enim: Ubi eſt domus principis? & ubi tabernacula impiorum?

29. Interrogate quemlibet de viatoribus, & hæc eadem illum intelligere cognoſcetis.

30. Quia in diem perditionis ſervatur malus, & ad diem furoris ducetur.

31. Quis arguet coram eo viam ejus? & quæ fecit, quis reddet illi?

32. Ipſe ad ſepulcra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit.

33. Dulcis fuit glareis Cocyti, & poſt ſe omnem hominem trahet, & ante ſe innumerabiles.

34. Quomodo igitur conſolamini me fruſtra, cùm reſponſio veſtra repugnare oſtenſa ſit veritati?

Notæ ad Versionem antiquam.

Apud Aug. in Job, id unum habetur: *Deficiant filii ejus, bona ejus.* Ap. Theodot. Ὁ Θεὸς καλαχρύψῃ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ ἀδικίας αὐτοῦ. *Deus abſcondet filiis ejus injuſtitias ejus.*

℣. 20. Ita Græcè. Apud Lucif. de Reg. apoſt. col. 219. b. ſic: *Videant autem oculi mortem.* Apud Aug. in Job, ut ſup. *Videant oculi ejus necem ſuam.*

℣. 21. In edit. noſtra Lat. ſubjiciuntur iſta duobus aſteriſcis. In Hexap. Orig. ita ex Theod. præmiſſo aſteriſco: Ὅτι τὸ θέλημα αὐτοῦ ἐν οἴκῳ αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ (Mſ. Alex. μετ' αὐτὸν,) ἐὰν ἀριθμοὶ μηνῶν αὐτοῦ διαπρίσθησαν· quæ etiam tranſiere in edit. Rom. LXX. Apud Aug. in Job, omnia ut ſup. in edit. Lat.

℣. 22. Græcè additur ἐστὶ, poſt *Dominus*; deinde ſic, ὁ διδάσκων σύνεσιν, *docens intelligentiam*, loco *qui docet ſenſum*; extremò, αὐτὸς δὲ φόνους διακρίνει. Apud Aug. in Job, *Ipſe enim homicidia judicat*; in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. σοφούς, *ſapientes*, non φόνους.

℣. 23. In edit. noſtra Lat. fulget initio ſtellula, cui ſubjiciuntur iſta: *Hic morietur*, &c. Similiter apud Orig. in Hexap. ex Theodotionis verſione, præmiſſoque aſteriſco: Οὗτος ἀποθανεῖται ἐν κράτει ἁπλοσύνης αὐτοῦ· ὅλος δὲ εὐθυνῶν καὶ εὐπαθῶν· (ed. Rom. εὐσαθῶν καὶ εὐθηνῶν·) infra tamen in Hexapl. id, ἐν κράτει ἀπλοσύνης, citatur velut ex LXX. Ap. Ambr. quoque l. 3. de interpel. Job, c. 5. col. 660. a. b. legitur: *Hic moritur in ſimplicitatis ſuæ potentia, totus in abundantia & gratia.* Apud Aug. in Job, ut ſup. *Hic morietur in robore ſimplicitatis ſuæ.*

℣. 24. Sic habet Aug. in Job. Gr. addit δὲ, voci *inteſtina*, deletque *ſunt*; ſubinde ſic, μυελὸς δὲ αὐτοῦ, &c. in edit. Ald. αὐτῶν· Similiter ap. Ambr. l. 3. de interpel. Job, c. 5. p. 660. b. *Interiora autem ejus plena ſunt adipis, medulla autem eorum ſupereffluit*; Gr. διαχεῖται.

℣. 25. Ita Græcè, niſi quòd pro *alius*, habetur ὁ δὲ, *ille verò*, abſque *ſua*, poſt *animæ*. Ambr. l. 3. de interpel. Job, c. 5. col. 660. b. alludens ait: *Ille autem concit in amaritudine animæ ſuæ curſum vitæ ipſius, nihilque boni epulatus finem accipit.* Item in Pſ. 118. t. 1. col. 1047. f. *Moriuntur autem cum amaritudine animæ ſuæ, nihil manducantes, nihilque boni habentes.*

℣. 26. Gr. Ὁμοθυμαδὸν δὲ ἐπὶ γῆς κοιμῶνται, καὶ σκώληξ δὲ αὐτοὺς ἐκάλυψε. *Simul autem ſuper terram dormiunt, putredo autem eos operuit.*

℣. 27. Gr. Ὥσε οἶδα ὑμᾶς ὅτι τόλμῃ ἐπίκειδέ μοι. Aug. in Job, *Itaque ſcio vos audaciter mihi inſiſtere.*

℣℣. 28..... 33. Hi omnes verſiculi ſic habentur in ed. Lat. cum variis ſtellulis prævios. Iidem quoque Græcè proferuntur in Hexaplis, ſcilicet ex Theodot. & cum iiſdem aſteriſcis; unde poſtea invecti ſunt in edit. Rom. LXX. In Mſ. etiam Colb. citato t. 1. Hexap. hæ præmittuntur notæ, ἐκ Θ. οἱ ιγ'. id eſt, *ex Theodotione tredecim verſiculi.* In edit. Rom. LXX. initio verſûs 28. habetur ὥσε ἐρεῖτε, *adeo ut dicetis*, pro *quia dicitis*; at in Hexap. ὅτι ἐρεῖτε; ſubinde ſic utrobique, τῶν σκηνωμάτων, *tabernaculorum*, pro *in tabernaculis*; & in fine ℣. 29. ἀπαλλοτριώσεσθε, *alienabitis*, pro *ignorabitis*; mox ita ℣. 30. Ὅτι εἰς ἡμέραν ἀπωλείας κυφίζεται ὁ πονηρὸς, εἰς ἡμέραν ὀργῆς αὐτοῦ ἀπαχθήσονται· *Quia in diem perditionis ſublimatur malignus, in diem iræ ejus abducentur*; (Apud Symm. non κυφίζεται, ſed συντηρεῖται, *conſervatur.*) Exinde ℣. 31. pro *coram eo*, habetur ἐναντι προσώπου αὐτοῦ, *in faciem ejus*, abſque ſeq. *quæ*, ante *ipſe fecit* & infra ℣. 32. loco *ſuper acervum*, ita, αὐτὸς ἐπὶ σωρῶν, *ipſe ſuper acervos*; demum ℣. 33. ἀπελεύσεται, *abibit*, pro *ſequitur*. Apud Auguſt. in Job, omnia exſtant ut ſup. in edit. Lat. excepto ℣. 30. qui deeſt cum paucis ex ℣. 31. item ℣. 32. legitur *ſepulcrum*, non *ſepulcra*; & ℣. 33. *lapides*, non *lapilli*; Græc. χάλικες.

℣. 34. Græc. hab. δὲ, *autem*, pro *ergo*, & loco *requies enim*, &c. ita: τὸ δὲ ἐμὲ καταπαύσασθαι ἀφ' ὑμῶν ὑδέν· Mſ. Alex. τὸ δὲ ἀφ' ὑμῶν καταπαῦσαί με ὑδέν ἐστιν. Ap. Aug. in Job, prior tantùm σίχος legitur ut ſup.

Digitized by Google

CAPUT XXII.

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
1. RESpondens autem Eliphaz Themanites, dixit:	1. RESpondit autem Eliphaz Themanites, & dixit: *Ex Mſ. Maj. Mon.*
2. Nunquid Deo poteſt comparari homo, etiam cùm perfectæ fuerit ſcientiæ?	2. Nonne Dominus eſt, qui docet ſenſum & ſcientiam, *& habitare facit ſuper nos intelligentiam?*
3. Quid prodeſt Deo ſi juſtus fueris? aut quid ei confers, ſi immaculata fuerit via tua?	3. Quid enim pertinet ad Dominum, ſi tu ſis in operibus abſque crimine? aut quid ei prodeſt, quia ſimplex eſt via tua?
4. Nunquid timens arguet te, & veniet tecum in judicium,	4. Aut timens te arguet te, & veniet tecum in judicium?
5. Et non propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas?	5. Nonne malitia tua eſt multa, & innumerabilia peccata tua?
6. Abſtuliſti enim pignus fratrum tuorum ſine cauſa, & nudos ſpoliaſti veſtibus.	6. *Quia pignus tuliſti fratrum tuorum ſine cauſa*, & veſtimentum pauperum abſtuliſti.
7. Aquam laſſo non dediſti, & eſurienti ſubtraxiſti panem.	7. Aquam ſitientibus non dediſti, & eſurientes privaſti pane.
8. In fortitudine brachii tui poſſidebas terram, & potentiſſimus obtinebas eam.	8. Habitare feciſti quemquam ſuper terram, aut miratus es perſonam aliquorum.
9. Viduas dimiſiſti vacuas, & lacertos pupillorum comminuiſti.	9. Viduas dimiſiſti vacuas, & pupillos afflixiſti.
10. Propterea circumdatus es laqueis, & conturbat te formido ſubita.	10. Igitur circumvenerunt te laquei, & contrivit te bellum magnum.
11. Et putabas te tenebras non viſurum, & impetu aquarum inundantium non oppreſſum iri?	11. Lumen tuum in tenebris converſum eſt, & dormientem te aqua operuit.
12. An non cogitas quòd Deus excelſior cœlo ſit, & ſuper ſtellarum verticem ſublimetur?	12. Nonne qui in excelſo manet, reſpicit, & injuriam facientes humiliat?
13. Et dicis: Quid enim novit Deus? & quaſi per caliginem judicat.	13. *Et dixiſti: Quid novit Deus? an per nebulam judicat?*
14. Nubes latibulum ejus, nec noſtra conſiderat, & circa cardines cœli perambulat.	14. *Nubes latibulum ejus, non videbitur, & ambitum cœli percurrit.*
15. Nunquid ſemitam ſæculorum cuſtodire cupis, quam calcaverunt viri iniqui?	15. *Ergone ſemitam ſæculi cuſtodis, quam calcaverunt viri iniqui,*
16. Qui ſublati ſunt ante tempus ſuum, & fluvius ſubvertit fundamentum eorum:	16. *Qui capti ſunt immaturi? fluminis decurrentis fundamenta eorum,*
17. Qui dicebant Deo: Recede à nobis: & quaſi nihil poſſet facere Omnipotens, æſtimabant eum:	17. Qui dicunt: Dominus quid faciet nobis? vel quid nobis importabit Omnipotens?
18. Cùm ille impleſſet domos eorum bonis: quorum ſententia procul ſit à me.	18. Et ipſe implevit domos eorum bonis, & cogitatio impii longè eſt ab eo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. de more, Ὑπολαβὼν δὲ..... λέγει. Aug. in Job, *Verba Eliphaz Themanitis.*

℣. 2. Ita Aug. in Job, unà cum Gr. niſi excipias vocem ξύνεσιν, loco *ſenſum*, ad verbum, *intelligentiam.* Edit. noſtra Lat. addit cum aſteriſco, & *habitare facit*, &c. quæ abſunt à Græco edit. Rom.

℣. 3. Ita Græcè, ſi excipiantur ſeqq. μέλει τῷ Κυρίῳ, *curæ eſt Domino*, loco *pertinet ad Dom.* item ἦθα, pro *ſis*, abſque ſeq. *in*; ſubinde ὠφέλεια, *utilitas*, pro *quid ei prodeſt?* demum ἁπλώσῃς τὴν ὁδόν ϛε; *ſimplicem feceris viam tuam?* loco *ſimplex eſt via tua?*

℣. 4. Gr. Ἢ λόγου ϛυ πεμφθεὶς ἐλέγξει, ὧ, &c. *Aut rationem tui habens arguet*, ϛ, &c. ut in Lat. Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. ἐλέγξει ϛε, ὧ, ut in Lat. ſup.

℣. 5. Sic eſt in Græco, addito uno *ſunt*, voci *innumerabilia*; ita ſcilicet, ἀναρίθμητοι δέ ϛυ εἰσὶν αἱ ἁμαρτίαι· in Mſ. tamen Alex. deeſt εἰσίν. Ab Hebraïco abeſt ſolum *eſt*, quod bene transfigitur obelo in Mſ. Turon. erratque Martianæus noſter, dicens reponendum eſſe ibi aſteriſcum.

℣. 6. Priora iſta notantur aſteriſco in ed. Lat. *Quia pignus tuliſti*, &c. In ed. Rom. ſic: Ἠνεχύραζες δὲ τοὺς ἀδελφούς ϛυ διακενῶς. *In pignus autem acccpiſti fratres tuos in vanum*; ap. Symm. ἀναιτίως, *ſine cauſa*, al. ἐπ' ἀναιτίως; reliqua quadrant, ſi excipias vocem γυμνῶν, *nudorum*, loco *pauperum.*

℣. 7. Græcè: Οὐδὲ ὕδωρ διψῶντας ἐπότισας, ἀλλὰ πεινώντων ἐξέρυσας ψωμόν. *Neque aquâ ſitientes potaſti, ſed eſurientium ſubtraxiſti buccellam*, vel *fruſtum.*

℣. 8. Commatum duorum ordo ſic invertitur Græcè: Ἐθαύμασας δέ τινων πρόσωπον, ὤκισας δὲ τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς. *Et admiratus es quorumdam perſonam, habitare autem feciſti eos qui ſuper terram.*

℣. 9. Ita in Græco, addito δὲ, poſt *viduas.*

℣. 10. Aptè ad Gr. præter unum *contrivit*, pro quo ἐπῆλθόσε, Nobil. *ſollicitavit*; Symm. ταράσσει ϛε φόβος ἐξαίφνης, & *turbabit te metus repente.*

℣. 11. Ita Græcè, hoc excepto, Τὸ φῶς ϛοι σκότος ἀπέϛη, Mſ. Alex. εἰς σκότος, *Lumen tibi in tenebras evaſit.* Auguſt. in Job, p. 645. e. *Lumen tuum in tenebras converſum eſt.*

℣. 12. Græc. Μὴ ἐχὶ ὁ τὰ ὑψηλὰ ναίων ἐφορᾷ; τοὺς δὲ ὑβρει φερομένους ἐταπείνωσε; *Nonne is qui excelſa habitat, aſpicit? eos autem qui contumelia afficiuntur, humiliavit?*

℣℣. 13..... 16. Hi verſiculi omnes notantur aſteriſcis in edit. Lat. Iidem etiam Græcè cum aſteriſcis habentur in Hexap. Orig. ſcilicet ex Theodot. unde procul dubio deducti ſunt in verſ. LXX. Ita nempe Mſ. Colb. habet t. 1. Hexap. Ἐκ Θ. οἱ ή. id eſt, *Hi octo verſus ex Theodotione.* In Græco Vat. variant iſta, ſcilicet ℣. 13. loco *Deus*, ponitur ὁ ἰσχυρὸς, *fortis*; paulòque poſt, γνόφῳ, *caliginem*, loco *nebulam*: ſubinde ℣. 14. poſt *ejus*, ſequitur ὧ; & infra ℣. 15. ita, μὴ τρίβον αἰώνιον φυλάξεις; *nunquid ſemitam ſæculi cuſtodies?* ultimòque ibid. δίκαιοι, *juſti*, loco *iniqui.* Demum ℣. 16. loco *fluminis decurrentis*, habetur ποταμὸς ἐπιῤῥέων. Apud Auguſt. in Job, hæc ſola leguntur: *An per nebulam dijudicat? Nubes latibulum ejus, & non videbitur, & ambitum cœli percurrit. Ergone ſemitam ſæculi cuſtodis?* & infra: *Quia capti ſunt immaturi, flumen decurrens fundamenta eorum.*

℣. 17. Ad verbum è Græco, niſi excipiatur iſtud, *importabit*, pro quo ἐπάξεται, *inducet.*

℣. 18. Ita in Græco, exceptis his, ὃς δὲ, *ille autem*, pro & *ipſe*; in Mſ. Alex. ὅτε γε; ap. Theodot. αὐτὸς δέ; ſubinde in Vat. βουλὴ δὲ ἀσεβῶν, *conſilium verò impiorum*, loco & *cogitatio impii.* Ap. Aug. in Job, ſic mutatur ordo: *Et cogitatio impii longè eſt ab eo, & implet domos eorum bonis.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 19. Videntes juſti riſerunt, & inculpabilis ſubſannabit eos.

20. *Nunquid non demolita eſt ſubſtantia eorum, & reliquias eorum comedit ignis?*

21. Eſto durus: ſi ſuſtinueris, deinde fructus tuus erit in bonis.

22. Accipe magis ex ore ejus edictum, & ſuſcipe verba ejus in corde tuo.

23. Quòd ſi reverſus fueris, & humiliaveris te coram Domino, procul facies iniquitatem à tabernaculo tuo;

24. *Et pones illud ſuper aggerem in petram, & in ſaxa torrentis Ophir.*

25. Erit Omnipotens adjutor tuus contra inimicos, & quaſi argentum mundum igni probatum faciet te.

26. Tunc coram Domino habebis fiduciam, * ſuſpiciens cœlum cum hilaritate;

* *Mſ. vel ed.* ſuſcipiens.

27. Et cùm oraveris ad eum, exaudiet te, votaque tua reddes.

28. Et reſtituet tibi converſationem juſtitiæ, *& in viis tuis erit lumen.*

29. *Quia humiliavit ſemetipſum, & dices: Elevatus es ſuperbiâ; & inclinatum oculis ſalvabit.*

30. *Erue innocentem, & ſalvaberis in munditia manuum tuarum.*

VULGATA NOVA.

19. Videbunt juſti, & lætabuntur, & innocens ſubſannabit eos. *Pſ.* 106. 42.

20. Nonne ſucciſa eſt erectiō eorum, & reliquias eorum devoravit ignis?

21. Acquieſce igitur ei, & habeto pacem; & per hæc habebis fructus optimos.

22. Suſcipe ex ore illius legem, & pone ſermones ejus in corde tuo.

23. Si reverſus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis, & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo.

24. Dabit pro terra ſilicem, & pro ſilice torrentes aureos.

25. Eritque Omnipotens contra hoſtes tuos, & argentum coacervabitur tibi.

26. Tunc ſuper Omnipotentem deliciis affluës, & elevabis ad Deum faciem tuam.

27. Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes.

28. Decernes rem, & veniet tibi, & in viis tuis ſplendebit lumen.

29. Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: *Prov.* & qui inclinaverit oculos, ipſe ſalvabitur. 29. 23.

30. Salvabitur innocens, ſalvabitur autem in munditia manuum ſuarum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 19. Græcè, ἐμυκτήρισε, *ſubſannavit*, pro *ſubſannabit*, abſque ſeq. *eos*; Mſ. tamen Alex. cum Compl. add. αὐτούς; cæt. ut ſup. Similiter ap. Aug. in Job, præter hoc, *juſtiores erunt*, pro *juſti riſerunt*, ſed vitiosè, ut conjicio; facilè enim à librario imperito prima ſyllaba verbi *riſerunt* potuit annecti ad vocem præced. *juſti*, dein additâ litterâ o, & versâ ſeq. i, in e, ex *juſti riſerunt*, factum eſt *juſtiores erunt*: Græcè conſtanter, δίκαιοι ἐγέλασαν.

℣. 20. Edit. Lat. ſubjicit iſta aſteriſcis duobus. Eadem quoque exhibent Hexapla cum totidem aſteriſcis. Montfalconius noſter obſervat ibid. Mſ. Colbertin. hanc notam præferre, Ἐκ Θ. τὰ ζ'. id eſt, *Hi duo verſiculi ex Theodotione*, unde poſtea in verſ. LXX. invecti ſunt. In ipſa autem ſic leguntur: Εἰ μὴ ἠφανίσθη ἡ ὑπόστασις αὐτῶν, καὶ τὸ κατάλειμμα αὐτῶν καταφάγεται πῦρ.

℣. 21. Similiter in Gr. addito uno δὴ, *utique*, ad *eſto*. Ap. Aug. in Job, hæc pauca: *Eſto durus: ſi ſuſtinueris patiens.* Gr. ἐὰν ὑπομείνῃς.

℣. 22. Ita in Græco, ſi excipias unum aut alterum, nempe ἐκλαβὲ δὲ, *excipe verò*, loco *accipe magis*; & ἐξηγορίαν, loco *edictum*; Nobil. vertit *enunciationem*, Conſtantinus, *accuſationem*.

℣. 23. Græcè, ἐὰν δὲ ἐπιστραφῇς, *ſin autem converſus fueris*; ſubinde ζεαυτὼ, *te ipſum*, poſt *humiliaveris*; & ἐποίησας, *feciſti*, non *facies*; cæt. ut in Lat. Ap. Aug. in Job, *procul facies*, &c. ut ſup.

℣. 24. Sic habet edit. Lat. præmiſſis aſteriſcis duobus. Similiter in Hexap. cum iiſdem aſteriſcis ex Theodotione, ex quo deinceps hæc verba tranſiere in verſ. LXX. ubi etiam nunc ita leguntur: Θήσῃ ἐπὶ χώματι τὸν πέτρα, καὶ ὡς πέτρα, &c. *Poneris ſuper aggerem in petra, & tanquam petra*, &c. ut ſup. Ap. Aug. in Job, priora tantùm exſtant: *Et ponens illud ſuper aggerem in petram.*

℣. 25. Græc. Ἔσαι ὑὲν ζε ὁ Παντοκράτωρ βοηθὸς ἀπὸ ἐχθρῶν, καθαρὸν δὲ ἀποδώσει ζε, ὥσπερ ἀργύριον πεπυρωμένον. *Erit igitur tuus Omnipotens adjutor ab inimicis, purum autem reddet te, ſicut argentum examinatum igni.*

℣. 26. Græc. Εἶτα παῤῥησιασθήσῃ ἐναντίον Κυρίου, ἀναβλέψας εἰς τὸν ἐρανὸν ἱλαρῶς. In ed. Lat. habetur ſup. *ſuſcipiens*, ſed aperto mendo; correximus *ſuſpiciens*, nam Græcè conſtanter, ἀναβλέψας.

℣. 27. Ita de Græco, præter ult. *votaque tua reddes*, quorum loco ſic: δώσει δέ ζοι ἀποδοῦναι τὰς εὐχάς· *dabit autem tibi reddere vota*; in Mſ. Alex. τὰς εὐχάς ζου ἀποδοῦναι.

℣. 28. Græc. hab. λαμπρὰν δικαιοσύνης, quod Nobil. vertit *tabernaculum juſtitiæ*; edit. Lat. addit, præmiſſo aſteriſco, & *in viis tuis*, &c. quod etiam Græcè nunc legitur in ed. Rom. LXX. at in Hexaplis nil exſtat, quo ſignificari poſſit, unde petita fuerit hæc ſententia, tametſi ſequentia verba proferantur cum aſteriſcis ex Theodotione.

℣℣. 29. 30. In edit. Lat. verſiculi iſti notantur obelis duobus circa initium; ſed lapſu graphico appoſitos ibi obelos fuiſſe pro aſteriſcis, rectè obſervant noſtri, Martianæus in hunc locum, & Montfalconius t. 1. Hexap. Et verò illa ipſa verba etiamnum leguntur in textu Hebraïco, & ab Origene Græcè prolata fuiſſe conſtat cum aſteriſcis ex Theodotione: id potiſſimùm confirmatur ex Mſ. Colb. cit. ſup. in Hexap. in quo verbis iiſdem hæc præmittitur nota: Ἐκ Θ. οἱ δ'. id eſt, *Ex Theodotione hi quatuor verſiculi.* Ap. Aug. in Job ſic: *Quia humiliavit ſemetipſum, & dices: Elatus eſt in ſuperbiam;* & inf. *Erue innocentem, & ſalvaberis munditia manuum tuarum.* Theodot. Ὅτι ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, καὶ ἐρεῖς· Ὑπερηφανέυσατο..... Ῥύσεται..... καὶ διασώθητε ἐν καθαραῖς χερσὶ ζου. In ed. Rom. Ὅτι ἐταπείνωσας σεαυτὸν, καὶ ἐρεῖς, &c. ut ſup. In Mſ. Alex. καὶ διασωθήσῃ; apud Symm. καὶ διαφεύξεται καθαρότητι χειρῶν ἑκάστος.

CAPUT XXIII.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 1. RESpondens autem Job, dixit:

2. Et quidem ſcio quia de manu mea eſt increpatio, & manus ejus gravis facta eſt ſuper gemitum meum.

3. Quis dabit ſcire me, & invenire eum, & venire uſque ad ſolium ejus?

VULGATA NOVA.

1. RESpondens autem Job, ait:

2. Nunc quoque in amaritudine eſt ſermo meus, & manus plagæ meæ aggravata eſt ſuper gemitum meum.

3. Quis mihi tribuat ut cognoſcam & inveniam illum, & veniam uſque ad ſolium ejus?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Ὑπολαβὼν..... λέγει. Auguſt. verò, *Verba Job.*

℣. 2. Ita Græcè ad verbum: ſic etiam ap. Aug. in Job, præter hoc, *manus mea*, loco *manus ejus*; Græc. ἡ χεὶρ αὐτοῦ.

℣. 3. Græc. Τίς δ' ἄρα γνώῃ ὅτι εὕρωμι αὐτὸν, καὶ ἔλθωμι εἰς τέλος; *Quis igitur noverit quòd inveniam eum, & veniam in finem?* Symm. ἕως τῆς ἕδρας αὐτοῦ, *uſque ad ſedem ejus.* Aug. in Job, & *venire uſque ad ſolium ejus*, ut ſup.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

4. Ponam coram eo judicium, & os meum replebo increpationibus.

5. Ut sciam verba quæ mihi respondeat, & intelligam quid loquatur mihi.

6. Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis suæ mole me premat.

7. Proponat æquitatem contra me, & perveniat ad victoriam judicium meum.

8. Si ad orientem iero, non apparet: si ad occidentem, non intelligam eum.

9. Si ad sinistram, quid agam? non apprehendam eum: si me vertam ad dexteram, non videbo illum.

10. Ipse verò scit viam meam, & probavit me quasi aurum, quod per ignem transit.

11. Vestigia ejus secutus est pes meus, viam ejus custodivi, & non declinavi ex ea.

12. A mandatis labiorum ejus non recessi, & in sinu meo abscondi verba oris ejus.

13. Ipse enim solus est, & nemo avertere potest cogitationem ejus: & anima ejus quodcunque voluit, hoc fecit.

14. Cùm expleverit in me voluntatem suam, & alia multa similia præstò sunt ei.

15. Et idcirco à facie ejus turbatus sum, & considerans eum, timore sollicitor.

16. Deus mollivit cor meum, & Omnipotens conturbavit me.

17. Non enim perii propter imminentes tenebras, nec faciem meam operuit caligo.

VERSIO ANTIQUA.

4. Ut dicam coram eo causam meam, & os meum impleam increpationibus; *En Mſ. Maj. Mem.*

5. Et cognoscam causationes quas loquetur mihi, & sentiam quæ annuntiat mihi.

6. An in multa virtute dijudicabitur mecum? nequaquam: tantùm in terrore non abutatur me.

7. Veritas enim & increpatio ab eo est: educet in fine judicium meum.

8. Nam & si primus ambulavero, ultra non ero: & in novissimis quomodo sciam *eum*?

9. *Ad lævam quid agam? non apprehendam: convertetur ad dexteram, & non videbo.*

10. Sed scit ipse viam meam, & probabit me sicut aurum.

11. Egrediar in præceptis ejus: *tenuit pes meus vias ejus;* custodivit, non declinabo.

12. A præceptis ejus non discedam; in sinu autem meo abscondi verba ejus.

13. Si autem ipse judicavit sic, quis est qui contradicat ei? quod enim ipse voluit, & fecit.

14. Propterea ad eum festinavi, & commonitus, sollicitus fui de eo.

15. *Idcirco à facie ejus turbabor; considerabo, & timebo ab eo.*

16. Et Dominus mollivit cor meum, & Omnipotens conturbavit me.

17. Nec enim sciebam quòd supervenirent mihi tenebræ, & ante faciem meam tegeret caligo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Gr. ipso initio hab. εἶπειμι δὲ, absque seq. *coram eo*: Mſ. tamen Alex. add. ἐπ' αὐτῷ; dein pro *causam*, κρίμα, *judicium*, & pro *impleam*, ἐμπλήσαι, al. ἐμπλήσω.

℣. 5. Ita Aug. in Job; cui favet Græcum, nisi quòd hab. ἰάματα, *sanationes*, non *causationes*; (Symm. ῥήματα;) ultimòque μοὶ ἀπαγγελεῖ, *mihi annuntiabit*; sed in Mſ. Alex. ἀπαγγέλλει, ut sup.

℣. 6. Gr. initio hab. ἢ, pro *an*, & ἐπελεύσεταί μοι, *superveniet mihi*, pro *dijudicabitur mecum*, absque seq. *nequaquam*; (Symm. διαδικάζεταί μοι;) mox ita, εἶτα, *deinde*, pro *tantùm*, & ἀπειλῇ, *minis*, pro *terrore*; demum χρήσεται, *utetur*, pro *abutatur*; Symm. μόνον αὐτὸς μὴ ἐπιτιέσθω μοι, *tantùm ipse non incumbat in me*. Aug. in Job, omnia reddit quæ sup. in textu, nisi quòd tollit adv. *nequaquam*, & pro *tantùm*, legit *tamen*.

℣. 7. Sic apud Aug. in Job, exceptis his, *est ab eo, educit in finem*. Gr. del. *est*, subditque, ἐξαγάγοι δὲ εἰς τέλος, *educat autem in finem*; cæt. ut sup.

℣. 8. Aug. in Job, *Nam si primus ambulavero, postea non ero*. Similiter in Græco, exceptis his, ἢ οὐκ ἔτι εἰμί, & *non ultra sum*; mox ita, τὰ δὲ ἐπ' ἐσχάτοις, τί οἶδα; *quæ autem in novissimis, quid novi?* Edit. nostra Lat. extremò addit *eum* cum asteriſco; benè, abest enim *eum* à Græco.

℣. 9. Sic habet edit. Lat. præmissis asteriſcis duobus. Eadem quoque sunt ap. Augusſt. in Job, hoc excepto, *A læva quid aget?* nec valde absimilia leguntur in Hexap. cum iisdem asteriſcis, scilicet ex Theodotione, ex quo postea invecta sunt in edit. LXX. ubi sic: Ἀριστερὰ ποιήσαντος αὐτῷ, ἢ οὐ κατέχον· περιβαλεῖ δεξιὰ, ἢ οὐκ ὄψομαι. *A læva si ipse aget, & non apprehendi: circumteget dextra, & non videbo.*

℣. 10. Græc. Οἶδε γὰρ ἥδη ὁδόν μου, διέκρινε δέ με ὥσπερ τὸ χρυσίον. Aug. in Job, *Scit ipse viam meam, probavit me sicut aurum.* In Mſ. Floriac. inter plura fragmenta Versionis antiq. hoc habetur: *Dominus scit vitam meam, & judicavit me tanquam aurum quod probatur igne.*

℣. 11. Editio nostra Lat. post *ejus*, hoc addit, præmisso asteriſco, *tenuit pes meus vias ejus;* deinde, *custodivit*, &c. Similiter habetur in Hexap. ex Theodot. cum asteriſco, ἐκράτησεν ὁ πούς μου τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ. In edit Rom. sic: Ἐξελεύσομαι δὲ ἐν διαλάμασιν αὐτοῦ, ὁδοὺς γὰρ αὐτοῦ ἐφύλαξα· ἢ οὐ μὴ ἐκκλίνω ἀπὸ διταλμάτων αὐτοῦ· quæ postrema verba, ἀπὸ διταλμάτ. &c. in edit. Lat. rejiciuntur in ℣. seq. In Mſ. Floriac. sup. cit. sic: *Ut procedam in mandatis, & custodiam iter ejus; & non declinabo à præceptis ejus, & ingrediar vias ejus.* Ap. Augusſt. in Job, *Egrediar in præceptis ejus.* Ap. Cæleſtium Pelag. edit. Mar. Merc. Garn. p. 386. sic: *vias enim ejus custodivi; & non declinavi à mandatis ejus, neque discedam;* quæ ult. ut dixi, pertinent ad ℣. seq.

℣. 12. Græc. Καὶ οὐ μὴ παρέλθω, ὧν δὲ, &c. ut in Lat. Mſ. Floriac. habet: *Et non movebor, sed in sinu meo abscondam verba illius.*

℣. 13. Ita Græcè, nisi quòd voci *autem*, additur ἢ, & pro *quod enim ipse*, habetur ὃ γὰρ αὐτὸς, *ipse enim*, &c. scriptum fortasse erat, ὅ, non ὃ. Apud Augusſt. in Job: *Si autem ipse judicavit sic*, ut sup. In Mſ. verò Floriac. ita: *Quod enim sustineo, scio quòd sicut voluit, judicavit: & quis est qui contradicat illi? quod enim voluit, hoc fecit.*

℣. 14. Similiter hab. Aug. in Job. Græcè, ἐπ' αὐτῷ ἐσπέδαχα, *super ipso sollicitus fui*; Nobil. *trepidavi*, loco *ad eum festinavi*; cæt. ut in Lat. In Mſ. Floriac. sic: *Et propter hoc correptus festinabo ad ipsum, & sollicitus intendam in eum.*

℣. 15. Eadem refert Augusſt. in Job. Subjiciuntur autem ipsa in edit. Lat. duobus asteriſcis: nec alio modo exstant Græcè in Hexap. imo in Mſ. Colb. ibidem cit. hæ præmittuntur notæ, Ἐκ τῶν Ἀκύλα ἢ Θ. οἱ ζ'. id est, *Hi duo versiculi ex Aquila & Theodotione;* unde postea inducti sunt in versſ. LXX. ubi nunc leguntur ut in Lat. sup. Fragmentum tamen allatum sup. è Mſ. Floriac. hoc additamentum non habet, tametsi antecedentia verba referat cum subsequentibus.

℣. 16. Ita Græcè, excepto ult. verbo ἐσπέδασε, *sollicitavit*, pro *conturbavit*; ap. Symm. tamen ἐθορύβωσε. Ap. Aug. in Job, priora tantùm leguntur: *Et Dominus mollivit cor meum.* In Mſ. Floriac. sic: *Quia ipse est Dominus, & ipse emollivit cor meum, & ipse circumdedit me.*

℣. 17. Græc. Οὐ γὰρ ᾔδειν ὅτι ἐπελεύσεταί μοι σκότος, πρὸ προσώπου δέ μου ἐκάλυψε γνόφος. Lucif. Cal. l. de Reg. apoſt. p. 220. b. *Nesciebam quoniam tales tenebræ venturæ essent ante faciem meam.* Item Aug. in Job, alludens dicit: *Non enim sciret superventuras pœnas & tenebras malis, nisi Dominus molliret cor ejus præsentibus tribulationibus.*

Digitized by Google

CAPUT XXIV.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 1 QUare Dominum non latuerunt horæ, impii autem *noſcierunt dies ejus?*

2. Finem tranſgreſſi ſunt: gregem cum paſtore rapientes *paverunt.*

3. Jumentum pupillorum abegerunt, & bovem viduæ pignoraverunt.

4. Et inclinaverunt pauperes viâ juſtâ: *ſimul abſconditi ſunt mites terræ.*

5. Et irruerunt ſicut aſini *feri* in agro ſuper me, exeuntes ad opus ſuum: *ſuavis factus eſt eis panis in adoleſcentes.*

6. Agrum ante tempus non ſuum demeſſuerunt: infirmi vineas impiorum abſque mercede & cibo coluerunt.

7. Nudos multos fecerunt dormire ſine veſtimentis, & tegumen in frigore abſtulerunt.

8. *De ſtillicidiis montium madeſcent:* qui cùm tegumen non haberent, petrâ operti ſunt.

9. Rapuerunt ab ubere pupillum, & eum qui ceciderat humiliaverunt.

10. Nudos fecerunt dormire iniquè, & eſurientium abſtulerunt panem.

11. In anguſtiis iniquè inſidiati ſunt, viam autem juſtitiæ ignoraverunt.

12. De civitate, & de domibus vi ejiciebantur; anima verò parvulorum in gemitu valde: ipſe autem Deus eorum curam non habuit.

13. Cùm eſſent ſuper terram, & ignorarent

VULGATA NOVA.

1. A B Omnipotente non ſunt abſcondita tempora: qui autem noverunt eum, ignorant dies illius.

2. Alii terminos tranſtulerunt, diripuerunt greges, & paverunt eos.

3. Aſinum pupillorum abegerunt, & abſtulerunt pro pignore bovem viduæ.

4. Subverterunt pauperum viam, & oppreſſerunt pariter manſuetos terræ.

5. Alii quaſi onagri in deſerto egrediuntur ad opus ſuum: vigilantes ad prædam, præparant panem liberis.

6. Agrum non ſuum demetunt: & vineam ejus, quem vi oppreſſerint, vindemiant.

7. Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non eſt operimentum in frigore:

8. Quos imbres montium rigant: & non habentes velamen, amplexantur lapides.

9. Vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem ſpoliaverunt.

10. Nudis & incedentibus abſque veſtitu, & eſurientibus tulerunt ſpicas.

11. Inter acervos eorum meridiati ſunt, qui calcatis torcularibus ſitiunt.

12. De civitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamavit, & Deus inultum abire non patitur.

13. Ipſi fuerunt rebelles lumini, neſcierunt

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita legit Auguſt. in Job. Græc. addit δὲ, ad vocem *quare*, tollit verò negationem ante *latuerunt*; delet pariter ultima, *neſcierunt dies ejus*, quæ etiam aſteriſco notantur in edit. Lat. cæt. ut ſup. In Mſ. Alex. ſic: Διατί δὲ Κύριε, ἔλαθον ὥρας ἀσεβεῖς ἄνδρες; Ap. Lucif. Cal. l. de Reg. apoſt. p. 220. b. *Quare ergo Domine, non potuit unâ horâ latere?* Auguſt. ſup. vocem hanc, *quare*, videtur explicare per iſtas, *quamobrem, itaque.*

℣. 2. Sic eſt in Græco ad verbum, præter ult. *paverunt*, quod non exprimitur; aſteriſco etiam prævio diſtinguitur ſup. in ed. Lat. Ap. Lucif. Cal. l. de Reg. apoſt. col. 220. b. ſic: *Impii autem tranſeunt in finibus alienis, & greges ovium cum paſtoribus rapuerunt.* Ap. Aug. in Job, id unum legitur, *finem tranſgreſſi ſunt.* Ap. Ambr. verò l. 3. de interpel. Job, c. 5. t. 1. 660. c. iſta: *Deinde enumerat ſcelera impiorum, quòd confinia tranſcenderent, & cum paſtore diripuerint gregem.*

℣. 3. Aptè ad Gr. præter hoc, *jumentum..... abegerunt*, pro quo ὑποζύγιον..... ἀπήγαγον, *ſubjugale..... abduxerunt.* Lucif. Cal. l. de Reg. apoſt. p. 220. b. leg. *Et pecora orphanorum afflixerunt, & bovem viduæ pignoraverunt.* Ambr. l. 3. de interpel. Job. c. 5. 660. c. ſic pergit: *quòd..... ſubjunctorium pupilli abduxerint, pigneraverint bovem viduæ.*

℣. 4. Gr. Vat. Ἐξέκλιναν ἀδυνάτες ἐξ ὁδοῦ δικαίας, *Declinare fecerunt impotentes de via juſtitiæ;* Mſ. Alex. ἐξέκλινον δέ; ſequitur in Vat. ὁμοθυμαδὸν δὲ ἐκρύβησαν πραεῖς γῆς· quæ verba ita leguntur in Hexap. Orig. ſed cum nota ſolita, quæ indicat hanc lectionem è Gr. Theodot. vel ex edit. Hexap. manaſſe ad verſ. LXX. In edit. tamen noſtra Lat. iſta ſubjunguntur abſque ullo ſigno prævio, quod forſitan librarius minùs attentus prætermiſit. Ap. Aug. in Job, cuncta leguntur ut ſup. excepto uno *à via.* Ap. Lucif. verò Cal. necnon Ambroſ. locis cit. ſup. tota deſunt cum ℣. ſequenti.

℣. 5. Græc. Vat. Ἀπέβησαν δὲ ὥσπερ ὄνοι ἐν ἀγρῷ ὑπὲρ ἐμοῦ, ἐξελθόντες τὴν ἑαυτῶν τάξιν· ἡδύνθη αὐτῷ ἄρτος εἰς νεωτέρους. Mſ. verò Alex. loco τὴν ἑαυτῶν τάξιν, hab. τῇ ἑαυτῶν πράξει, Ald. & Compl. πρᾶξιν, Aquila ἐν κατέργῳ. Auguſt. in Job, ita legit: *Et irruerunt aſini feri in agro ſuper me, & exeuntes ad opus ſuum: ſuavis factus eſt ei panis in adoleſcentes.* Edit. Lat. vocem *feri* diſtinguit aſteriſco, ſicut etiam ultima iſta, *ſuavis factus eſt*, &c. In Hexap. quoque Orig. voci ἀγελαῖοι, præponitur ſtellula, ut & his, ἡδύνθη αὐτῷ ἄρτος εἰς νεωτέρους· quæ ex Theodot. tranſiſſe in verſ. LXX. ſignificat Mſ. Colb. de more,

℣. 6. Similia habentur Græcè. Ap. Lucif. Cal. verò l. de Reg. apoſt. p. 220. b. ita: *Agrum non ſuum ante tempus demeſſi ſunt, & coegerunt homines in vineis ſuis gratis operari.* Item ap. Ambr. l. 3. de interpell. Job, c. 5. p. 660. c. *Quòd..... agrum demeſſuerint non ſuum, infirmi autem in vineis eorum ſine mercede & cibo operati ſint.* Ap. Aug. in Job, ut ſup. *Agrum ante tempus non ſuum demeſſuerunt;* nec plura.

℣. 7. Sic eſt Græco, præter iſtud, ἀμφίασιν δὲ ψυχῆς αὐτῶν, *indumentum autem animæ eorum*, loco & *tegumen in frigore.* Ap. Ambr. l. 3. de interpel. Job, c. 5. p. 660. c. *Quòd..... detractis veſtimentis nudos fecerint dormire;* dein, *plerique*, inquit, *Quorum animæ operimentum ademerint.*

℣. 8. Quæ hîc antecedunt, notantur aſteriſco in Mſ. codice. Eadem quoque refert Auguſt. in Job. In Hexap. Orig. ſic habentur Græcè cum ſtellula prævia: Ἀπὸ ψεκάδων ὀρέων ὑγραίνονται. In Mſ. etiam Colb. ibid. cit. præmittitur nota, quæ ſignificat hæc verba ex Theodotione, ſeu ex ed. Hexaplari irrepſiſſe in edit. LXX. Apud Ambroſ. l. 3. de interpel. Job, 660. c. ſic leguntur: *Stillicidiis humeſcebant montium: & quia integimentum deerat, petrâ ſeſe operiebant.* Græc..... παρὰ τὸ μὴ ἔχειν ἑαυτὺς σκέπην, πέτραν περιεβάλοντο.

℣. 9. Ita Aug. in Job. Sic etiam Græcè. Apud Ambr. l. 3. de interpel. Job, 660. d. ſic: *Rapiebantur pupilli ab uberibus matrum ſuarum; lapſi opprimebantur, qui magis erigi debuiſſent.*

℣. 10. Gr. addit δὲ, poſt *nudos*, & loco *panem*, hab. ψωμὸν, *fruſtum;* cæt. ut in Lat. Luciſer Cal. l. de Reg. apoſt. p. 220. b. *Et multos* (l. *nudos*) *deſpoliaverunt, & eſurientibus panem abſtulerunt.* Ap. Ambr. l. 3. de interpel. Job, 660. d. *Eſurientes frandabantur cibo.*

℣. 11. Ita Græcè, ni excipias ultima, δικαίαν οὐκ ἤδεισαν, *juſtam non noverunt*, loco *juſtitiæ ignoraverunt.* Ap. Lucif. Cal. l. de Reg. apoſt. p. 220. b. ſic: *Et in faucibus multis obſederunt, & non intellexerunt viam juſtitiæ.* Ap. Aug. in Job, ut ſup. *In anguſtiis inſidiati ſunt iniquè.*

℣. 12. Ipſo initio Gr. habet οἱ, *hi*; & pro *vi*, ἰδίων, *propriis;* poſt pauca, διατί, *cur*, loco *Deus;* & pro ſeq. *curam non habuit*, ita, ἐπισκοπὴν οὐ πεποίηται, *viſitationem non fecit.* Ap. Aug. in Job, omnia ut in Lat. ſup. exceptâ voculâ *vi*, quæ deeſt. Ap. Ambr. l. 3. de interpel. Job, 660. d. hæc pauca: *Et anima infantulorum graviter ingemiſcebat;* Gr. Vat. ἐσέναξε μέγα, Alex. μεγάλως.

℣. 13. Græcè, poſt *terram*, additur ἢ ὑπὸ ὑπόγαιον, &

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

vias ejus, nec reversi sunt per semitas ejus.

14. Manè primo consurgit homicida, interficit egenum & pauperem: per noctem verò erit quasi fur.

15. Oculus adulteri observat caliginem, dicens: Non me videbit oculus: & operiet vultum suum.

16. Perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, & ignoraverunt lucem.

17. Si subitò apparuerit aurora, arbitrantur umbram mortis: & sic in tenebris quasi in luce ambulant.

18. Levis est super faciem aquæ: maledicta sit pars ejus in terra, nec ambulet per viam vinearum.

19. Ad nimium calorem transeat ab aquis nivium, & usque ad inferos peccatum illius.

20. Obliviscatur ejus misericordia: dulcedo illius vermes: non sit in recordatione, sed conteratur quasi lignum infructuosum.

21. Pavit enim sterilem, quæ non parit, & viduæ bene non fecit.

22. Detraxit fortes in fortitudine sua: & cùm steterit, non credet vitæ suæ.

Apoc. 2. 21. 23. Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbiam: oculi autem ejus sunt in viis illius.

24. Elevati sunt ad modicum, & non subsistent, & humiliabuntur sicut omnia, & auferentur, & sicut summitates spicarum conterentur.

25. Quòd si non est ita, quis me potest arguere esse mentitum, & ponere ante Deum verba mea?

VERSIO ANTIQUA.

viam justitiæ, non ambulaverunt in semitis ejus: *Ex Mſ. Maj. Mon.*

14. Et sciens eorum opera, tradidit eos in tenebras; *& nocte erit sicut fur.*

15. *Oculus adulteri observat tenebras, dicens: Non videbit me oculus: & latibulum faciei posuit.*

16. *Suffodit in tenebris domos: per diem obsignaverunt semetipsos; non cognoverunt lucem:*

17. *Quia simul eis manè umbra mortis.*

18. *Levis est super faciem aquæ:* maledicatur pars eorum super terram; appareant plantationes eorum super terram aridæ.

19. De sinu enim pupillorum rapuerunt; deinde rememoratum est peccatum ejus.

20. Sicut nebula roris, nusquam comparuit; retribuatur illi sicut egit: conteratur sicut lignum insanabile omnis iniquus.

21. Sterili enim non fecit bene, & mulieris non est misertus;

22. In ira evertit infirmos: consurgens ergo non credit contra vitam suam.

23. Cùm infirmari cœperit, non speret sanitatem, sed cadet in languore.

24. Multos enim afflixit altitudo ejus: emarcuit sicut malva in æstu, aut sicut de stipula spica sponte decidens.

25. *Alioquin, quis est qui loquatur mendacium me dicere, & ponet in nihilum verba mea?*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

non agnoverunt; deinde sic: ὀδὸν δὲ δικαιοσύνης οὐκ ἠβούλησαν, οὐδὲ ἀτραπὸς αὐτῶν ἐπορεύθησαν.

℣℣. 14..... 17. Græc. ipso initio habet: Γνοὺς δὲ αὐτῶν τὰ ἔργα, παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς σκότος, *At qui novit eorum opera*, &c. August. in Job, his aliudens ait: *Quia impunè mala faciebant, & ideo in tenebras traditi sunt.* Sequentes versiculi usque ad ℣. 18. asteriscis sex notantur in edit. Lat. Similiter exstant Græcè in Hexap. ex Theodotione, & cum iisdem stellulis, indeque transierunt in vers. LXX. nonnulla tamen utrobique sic variant; videlicet ℣. 15. hæc habentur: Καὶ ὀφθαλμὸς μοιχοῦ ἐφύλαξε σκότος, λέγων· Οὐ θεωρήσει με ὀφθαλμὸς· καὶ ἀποκρυβήν, &c. *Et oculus adulteri observavit tenebras, dicens: Non considerabit me oculus: & operimentum*, &c. subinde ℣. 17. post hoc, *umbra mortis*, superadduntur ista, ὅτι ἐπιγνώσεται τάραχος σκιᾶς θανάτου· *quia cognoscet perturbationem umbræ mortis*; quæ absunt ad edit. Lat. Ap. Aug. in Job, sic est initio: *Et repente ut fur*; dein, *Oculus adulteri observat tenebras*; item, *Suffodit in tenebris domos*, &c. quæ in Lat. sup. Ap. Ambr. l. 1. offic. c. 14. t. 2. col. 15. f. *In nocte erit fur. Et oculus adulteri servabit tenebras, dicens: Non considerabit me oculus: & latibulum personæ posuit suæ.*

℣. 18. Versiculus iste 1. *Levis est*, &c. notatur asteriſco in ed. Lat. Ita quoque distinguitur in Hexap. Orig. velut prolatus è Theodot. alii duo σίχοι subseqq. concordant cum Gr. LXX. addito uno *autem*, post verbum *apparcant.* Similiter ap. Aug. in Job: *Levis est super faciem aquæ: maledicatur..... super terram:* dein verò, *sterile sit quod delegerunt.* Ap. Lucif. Cal. l. de Reg. apost. p. 220. b. hæc pauca: *Maledicatur pars illorum in terris.*

℣. 19. Similiter ap. Aug. in Job. Græc. initio hab. ἀγκαλίδα, loco *de sinu*; Nobil. *fasciculum.*

℣. 20. Ita Græcè, nisi quod initio post *sicut*, addjxur δὲ, ut & post verbum *retribuatur*, necnon post istud, *conteratur*; item pro *nusquam comparuit*, habetur ἀφανὴς ἐγένετο, *factus est non apparens*; & pro *sicut egit*, ὡς ἔπραξε, *quæ fecit*: in Mſ. Alex. ἀποδοθείη αὐτῷ καθὰ ἔπραξε. Ap. Aug. in Job, *conteratur sicut*, &c. ut sup.

℣. 21. Ad verbum è Gr. præter unum *enim*, pro quo δέ; at in Mſ. Alex. & Compl. γάρ. Ap. Aug. *Sterili enim non fecit bene*, ut sup.

℣. 22. Græcè θυμῷ δὲ, pro *in ira*, & οὐ μὴ πιστεύσῃ, loco *non credit*; cæt. ut in Lat. Ap. Aug. ut sup. in textu ab hoc, *consurgens ergo.*

℣. 23. Ap. Aug. in Job: *Cùm infirmari cœperit, non speret sanitatem, sed cadit in languorem*; Græcè πεσεῖται νόσῳ; cæt. quadrant.

℣. 24. Optimè è Gr. addito uno *autem*, post *emarcuit.* Ap. Aug. in Job, ita: *Emarcuit sicut malva in æstu altitudo ejus, aut sicut de stipula spica decidens sponte ejus*; Gr. αὐτόματος ἀποπεσών.

℣. 25. Tota ista notantur asteriſco in edit. Lat. Apud August. in Job, similiter habentur ad hoc usque, *& ponet.* Eadem quoque sunt in edit. LXX. quò advecta fuisse videntur ex Theodot. Attamen in Hexapl. Orig. nil hodie invenitur quod hoc significare possit; quinimo id, εἰ δὲ μὴ, citatur ibid. quasi ex LXX. necnon ult. ista, ἢ τίς εἰς οὐδὲν τὰ ῥήματά μου.

CAPUT XXV.

VULGATA NOVA.

1. REspondens autem Baldad Suhites, dixit:

2. Potestas & terror apud eum est, qui facit concordiam in sublimibus suis.

VERSIO ANTIQUA.

1. REspondens autem Baldad Sauchites, dixit: *Ex Mſ. Maj. Mon.*

2. Quid enim exordium quàm timor ab eo qui facit universa in excelso?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. de more Ὑπολαβὼν..... λέγει. Aug. in Job, *Verba Baldad Sauchitis.*

℣. 2. Ita Græcè, præter hoc, τὴν σύμπασαν, *universitatem*, loco *universa.* Similiter ap. Aug. in Job, usque ad

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 3. Nemo enim putet eſſe moram piratis : in quem enim non venient inſidiæ ab eo?

4. Aut quomodo erit homo juſtus coram Domino? vel quomodo ſe mundabit natus ex muliere?

5. Si lunæ præcipit, & non lucet, nec ſtellæ ſunt mundæ ante eum;

6. Quantò magis homo putredo, aut filius hominis vermis?

VULGATA NOVA.

3. Nunquid eſt numerus militum ejus? & ſuper quem non ſurget lumen illius?

4. Nunquid juſtificari poteſt homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere?

5. Ecce luna etiam non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu ejus:

6. Quantò magis homo putredo, & filius hominis vermis?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

hoc, *qui facit.*

℣. 3. Sic hab. Aug. in Job, excepto 1. *enim*, quod delet. Græcè, ἐπὶ τίνας δέ, pro *in quem enim*; cætera quadrant. Ap. Hieron. in Oſe. 6. t. 3. 1277. a. *Non eſt dilatio piratis*; Gr. παρέλκυσις.

℣. 4. Similiter habet Auguſt. cùm l. annot. in Job, col. 648. b. tum l. cont. Priſcill. t. 8. col. 617. d. Hieron. verò l. 2. cont. Pelag. t. 4. col. 512. f. ita : *Quomodo enim poteſt eſſe juſtus homo ſuper terram apud Deum?* Hilar. tract. in Job, col. 1365. c. *Aut quomodo ſe emundabit natus ex muliere?* Græc. Πῶς γὰρ ἔσαι δίκαιος βροτὸς ἐναντι Κυρίῳ; ἢ τίς ἂν ἀποκαθαρίσαι αὐτὸν γεννητὸς γυναικός; al. ἀποκαθαρίσει.

℣. 5. Ita Græcè ad verbum. Concinit etiam Auguſt. l. cont. Priſcill. col. 617. d. & l. annot. in Job, col. 648. b. niſi quòd hîc habet *apud eum*, loco *ante eum*. Gr. ἐναντίον αὐτοῦ. Hieron. in Iſa. 24. t. 3. col. 212. c. & l. 2. cont. Pelag. t. 4. col. 528. f. ita : *Aſtra non ſunt munda in conſpectu ejus.* Auct. op. imp. in Matth. col. 219. a. *Stellæ in conſpectu ejus non ſunt mundæ, & cœlum ſine crimine non eſt.*

℣. 6. Itidem Auguſt. epiſt. 40. ad Honor. t. 2. col. 429. f. & l. 6. cont. Priſcill. t. 8. col. 617. d. nec aliter Græcè, niſi hoc excipias, ἢ δὲ, *ſine verò*, pro *quantò magis*, ut & ἢ, pro *aut*. Similiter apud Oroſ. cont. Pelag. col. 456. h. *Homo putredo, & filius hominis vermis.* Item ap. Auguſt. tract. 1. in Joh. t. 3. col. 294. f.

CAPUT XXVI.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 1. RESpondens autem Job, dixit :

2. Cui ades, vel quem adjuturus es? nonne eum, cui multa virtus eſt, & brachium forte?

3. Cui tu das conſilium? nonne cui omnis eſt ſapientia? vel quem ſequeris? nonne eum, cui magna eſt fortitudo?

4. Cui annuntiaſti ſermones? aut ſpiramen cujus eſt, quod exit à te?

5. *Nunquid gigantes redigentur in nihilum ſubter aquam, & proximi eorum?*

6. *Nudus infernus coram eo, & non eſt velamen perditioni.*

7. *Extendens aquilonem ſuper nihilum, ſuſpendens terram ſuper nihilum in aerem:*

8. *Ligans aquam in nubibus ſuis, & non eſt ſciſſa nubes ab eo.*

9. *Qui tenet faciem ſolii, & extendens ſuper eum nubem ſuam.*

10. *Præceptum circumdedit ſuper faciem aquæ, uſque ad conſummationem lucis.*

11. Columnæ (lucis) cœli intremuerunt, &

VULGATA NOVA.

1. RESpondens autem Job, dixit :

2. Cujus adjutor es? nunquid imbecillis? & ſuſtentas brachium ejus, qui non eſt fortis?

3. Cui dediſti conſilium? forſitan illi, qui non habet ſapientiam, & prudentiam tuam oſtendiſti plurimam.

4. Quem docere voluiſti? nonne eum, qui fecit ſpiramentum?

5. Ecce gigantes gemunt ſub aquis, & qui habitant cum eis.

6. Nudus eſt infernus coram illo, & nullum eſt operimentum perditioni.

7. Qui extendit aquilonem ſuper vacuum, & appendit terram ſuper nihilum.

8. Qui ligat aquas in nubibus ſuis, ut non erumpant pariter deorſum.

9. Qui tenet vultum ſolii ſui, & expandit ſuper illud nebulam ſuam.

10. Terminum circumdedit aquis, uſque dum finiantur lux & tenebræ.

11. Columnæ cœli contremiſcunt, & pavent

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. de more : Ὑπολαβὼν..... λέγει. Aug. *Verba Job.*

℣. 2. Græc. Τίνι πρόσκεισαι, ἢ τίνι μέλλεις βοηθεῖν; πότερον οὐχ ᾧ πολὺ ἰσχὺς, καὶ ᾧ βραχίων κραταιὸς ἐστι; Ap. Aug. in Job, ut ſup. *Cui ades, vel quem adjuturus es?*

℣. 3. Gr. ſimpliciter, Τίνι συμβεβούλευσαι; *Cui conſilium dediſti?* detracto inf. verbo *eſt*; ſubinde τίνι ἐπακολουθήσεις, (Mſ. Alex. ἢ τίνι,) extremò ὑχ ᾧ μεγίστη δύναμις; Vide Aug. in Job, p. 648. e.

℣. 4. Concinit Gr. niſi quòd hab. πρὸ δέ. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 323. c. ita : *Cui annuntiaſti verba? inſpiratio verò cujus eſt, quæ procedit à te?* Aug. in Job, leg. *ſpiramen*, ut ſup.

℣℣. 5..... 10. Hi verſiculi omnes notantur aſteriſcis in edit. Lat. Totidemque exſtant Græcè, uno excepto, in Hexap. nempe ex Theodotione, unde poſtea inducti ſunt in edit. LXX. Nonnulla tamen verba utrobique differunt ab ed. Lat. nempe ℣. 5. pro *redigentur in nihilum*, &c. ſic habetur, μαιωθήσονται ὑπεκάτωθεν ὕδατος, καὶ τῶν γειτόνων αὐτῆς; i. e. *formabuntur ſubter aquam, & vicinos ejus?* fortaſſe olim ſcriptum erat ματαιωθήσονται, non μαιωθήσονται : dein ℣. 6. ſequitur in edit. Rom. Γυμνὸς ὁ ᾅδης ἐνώπιον αὐτοῦ· at in Hexap. hæc ſententia deeſt; ut & inf. ℣. 7. id, *in aerem*, tam in Hexapl. quàm in edit. Rom. ſubinde ℣. 8. pro *nubes ab eo*, legitur νέφος ὑπεκάτω αὐτῆς, *nubes ſub ea*, deleturque &, inf. ℣. 9. poſt vocem *ſolii* : denique ℣. 10. ad vocem ult. *lucis*, additur μετὰ σκότους, *cum tenebris*, quod abeſt ab edit. Lat. Ap. Aug. in Job, eadem leguntur quæ in Latino ſup. paucis exceptis, nempe ℣. 6. prior στίχος deeſt, *Nudus infernus coram eo*; nec etiam invenitur in Hexap. ſed tantùm in edit. LXX. ut notavi ſup. (non omittenda tamen quæ ait Auguſt. ibid. *Et ne diceretur : Sed ad inferos detruſi ſunt, ſubjecit : Quia infernum videt Deus :* & infra : *Quia omnia nuda ſunt coram eo.*) Item ℣. 7. ap. Aug. deeſt hoc ult. *in aerem*; ſubinde ℣. 8. legitur *nubes ſub eo*, pro *ab eo*; Græcè, ὑποκάτω αὐτῆς; item ℣. 9. ſcriptum *ſolis*, loco *ſolii*; ſed mendum ſuſpicor irrepſiſſe in edit. vel in cod. Aug. nam Græcè conſtanter habetur θρόνῳ : ſtatim ap. Aug. & *extendit*, pro & *extendens*; in Gr. ἐκπετάζων, abſque præced. καὶ. Ap. Ambroſ. l. 1. Hexa. c. 6. t. 1. p. 11. b. f. leguntur ſeqq. *Nuda inferna in conſpectu ejus, & non eſt mortis involucrum. Extendens boream pro nihilo, ſuſpendens terram in nihilum : alligans aquam in nubibus ſuis :* tum proximè : *Columnæ cœli*, &c. de ℣. 11. Rurſus l. 3. de interpel. Job, c. 5. col. 660. d. e. hæc hab. *Nuda inferna in conſpectu ipſius, & non eſt amictus nequiſſimis..... Extendit boream pro nihilo, ſuſpendit terram in nihilo : alligans aquam in nubibus ſuis, & non eſt rupta nubes ſub pedibus ejus. Columnæ cœli*, &c. Item in Pſ. 118. t. 1. 1120. b. *ſuſpendens terram in nihilo :* at l. 1. Hexa. col. 11. a. *ſuſpendit.*

℣. 11. Abeſt à Græco vox *lucis*; loco verò *intremuerunt*, exſtat ἐκπετάσθησαν, *expanſa ſunt*; reliq. ut ſup. Ap.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ad nutum ejus.

12. In fortitudine illius repente maria congregata sunt, & prudentia ejus percussit superbum.

13. Spiritus ejus ornavit cœlos: & obstetricante manu ejus, eductus est coluber tortuosus.

14. Ecce, hæc ex parte dicta sunt viarum ejus: & cùm vix parvam stillam sermonis ejus audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?

VERSIO ANTIQUA.

obstupuerunt ab increpatione ejus. *Ex Mſ. Maj. Mon.*

12. Virtute sua sedavit mare; prudentiâ ejus vulneratus est cetus,

13. Et claustra cœli metuunt eum: præcepto autem peremit draconem desertorem.

14. Ecce, hæ partes ejus viæ ejus: & adhuc stillam sermonis audivimus de eo; virtutem autem tonitrui ejus quis sciet quando faciet?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Ambros. l. 1. Hexa. c. 6. col. 11. f. *Columnæ cœli avolaverunt, & expaverunt ab increpatione ejus:* & l. 3. de interpel. Job, c. 5. col. 660. e. *Columnæ cœli dissiluerunt, & timuerunt ab increpatione ejus.* Ap. Aug. in Job, *Columnæ cœli contremuerunt, & obstup.* &c. Vigil. Tapsi. l. cont. Varimad. p. 745. b. *Columnæ cœli contremuerunt Dominum, astra autem cœli metuent eum:* quæ ultima pertinent ad ℣. 13.

℣. 12. Ita Aug. in Job. Ambr. verò l. 1. Hexa. c. 6. col. 11. f. legit: *Virtute mitigavit mare; disciplinâ stravit cetum:* & l. 3. de interpel. Job, c. 5. col. 660. e. sic: *Virtute compescuit mare, disciplinâ autem struit cetum maris;* (Mſ. 1. *discipl. ejus stravit.*) Græc. Ἰῷ κατέπαυσε τὴν θάλασσαν, ἐπισήμῃ δὲ ἔρρωται τὸ κῆτος· Ald. & Compl. ἔρρωσεν, absque δέ.

℣. 13. Ita Aug. in Job, unà cum Gr. in quo tamen δεδοίκασι, pro *metuunt.* Ap. Ambr. l. 1. Hexa. c. 6. t. 1. col. 11. f. *Claustra autem cœli timent eum:* & l. 3. de interpel. Job, c. 5. col. 660. e. *Claustra cœli reformidant eum: præcepto mortificavit draconem prævaricatorem;* Græc. ἀποςάτην. Vigilius Tapsi. l. cont. Varim. p. 745. b. *Astra autem cœli metuent eum.*

℣. 14. Ita in Græco, præter pauca & levia; nempe deest *ejus*, post *partes;* subinde pro *adhuc*, legitur ἐπί, *super*, sed in al. codd. est ἔτι; dein ὑγρά, loco *stillam*, ad litt. *vaporem, humorem;* post paulò, ἀκουόμεθα ἐν αὐτῷ, *audiemus in eo*, & inf. οἶδε, *scivit*, pro *sciet*. Apud Aug. in Job, *Ecce, hæ partes viæ ejus;* & post pauca: *virtutem autem tonitrûs ejus quis sciet quando faciet?* Ambros. l. 3. de interpel. Job, c. 5. col. 660. e. post ult. vocem ℣. 13. *prævaricatorem*, subdit: *virtutem tonitrui ejus quis intelligit?* l. verò de Spir. S. t. 2. col. 644. f. *firmamentum quoque tonitrui sui quis scit quando faciet?*

CAPUT XXVII.

VULGATA NOVA.

1. ADdidit quoque Job, assumens parabolam suam, & dixit:

2. Vivit Deus, qui abstulit judicium meum, & Omnipotens, qui ad amaritudinem adduxit animam meam;

3. Quia donec supereſt halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis,

4. Non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium.

5. Absit à me ut justos vos esse judicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.

6. Justificationem meam, quam cœpi tenere, non deseram: neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.

7. Sit ut impius, inimicus meus: & adversarius meus quasi iniquus.

8. Quæ est enim spes hypocritæ si avarè rapiat, & non liberet Deus animam ejus?

9. Nunquid Deus audiet clamorem ejus, cùm venerit super eum angustia?

VERSIO ANTIQUA.

1. ET adjecit Job ad procœmium suum, & dixit: *Ex Mſ. Maj. Mon.*

2. Vivit Dominus, qui sic me judicavit, & Omnipotens, qui amaricavit animam meam:

3. Quia donec spiratio mea est in me, & spiritus divinus in naribus meis,

4. Non loquentur labia mea injusta, nec anima mea meditabitur iniqua.

5. Absit à me justos vos dicere, donec moriar: nec enim separabo innocentiam meam à me.

6. Justitiam meam tenebo, & non dimittam: nec enim conscius sum mihi iniquum quid commisisse.

7. Itaque sunt inimici mei sicut eversio impiorum, & qui in me insurgunt, sicut perditio iniquorum.

8. Quæ enim spes est impio, quia exspectat & confidit in Domino, si fortè * salvatur, * *Edit.* solvatur.

9. Aut preces ejus exaudiat Dominus? aut si venerit ei necessitas,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. Ἔτι δὲ προσθεὶς Ἰὼβ, εἶπε τῷ προσιμίῳ, *Adhuc autem adjiciens Job, dixit procœmio.*

℣. 2. Ad verbum è Gr. præter vocem *Dominus*, pro qua ὁ Θεός. Ap. Ambr. l. 2. de Spir. S. t. 2. col. 646. f. sic: *Vivit Dominus, qui sic me judicat, & Omnipotens, qui ad amaritudinem perduxit animam meam.* Vide etiam ep. 37. col. 936. f.

℣. 3. Gr. Εἰ μὴν ἔτι τῆς πνοῆς μου ἐνούσης, (Mſ. Alex. add. ἐν ἐμοὶ,) πνεῦμα δὲ θεῖον τὸ πρίον μοι ἐν ῥισί, Mſ. Alex. cum Compl. ἐν ῥισί. Ambr. l. 2. de Spir. S. col. 646. f. *Spiritus autem divinus, qui est in naribus meis:* & in Pſ. 40. t. 1. col. 883. e. *Et spiritus divinus, qui est in naribus meis:* & in Pſ. 37. col. 826. e. 828. d. *Spiritus divinus, qui est,* &c. similiter in Pſ. 48. p. 946. d. & in Pſ. 118. p. 1028. f. Aug. in Job, *Et spiritus divinus in naribus meis.* Vigil. Tapsi. cont. Varim. p. 742. f. *Spiritus divinus est, qui fecit me.*

℣. 4. Ita Græcè, nisi quòd initio habetur, μὴ λαλήσειν; at in edit. Compl. λαλήσει, ut sup.

℣. 5. Similiter in Græco, præter seqq. ἀποφῆναι, *demonstrare*, pro *dicere*, Nobil. *pronunciare;* subinde pro *nec*, habetur οὐ, *non*, reponiturque *à me*, post *separabo.* Ap. Augusti. in Job: *Absit à me justos vos dicere, donec moriar; nec enim separabo innocentem.*

℣. 6. Ita Aug. in Job, ad hoc, *nec enim.* In Gr. Δικαιοσύνη δὲ προσέχων, ἃ μὴ πρῶμαι· ἡ γὰρ σύνοιδα ἐμαυτῷ ἄτοπα πράξας. *Justitiæ autem inhærens, non remittam; non enim conscius sum mihi absurda commisisse:* in Mſ. Alex. ἄτοπον. Cælestius Pelag. apud Garner. ed. Mar. Merc. p. 386. *Non enim reprehendit me cor meum in omni vita mea, & nihil iniquum erat in operibus meis; sed munda oratio mea.*

℣. 7. Ad verbum è Græco, præter hoc primum, *itaque sunt*, cujus loco sic, ἃ μὴν δὲ ἀλλὰ εἴησαν, *verumtamen sint.*

℣. 8. Eadem refert Aug. in Job. Gr. initio habet, Καὶ τίς γάρ ἐστιν ἐλπὶς, *Etenim quæ est spes;* exinde sic, πεποιθὼς ἐπὶ Κύριον ἆρα σωθήσεται; Mſ. Alex. μὴ πεποιθὼς.... εἰ ἆρα σωθήσεται; Ambr. l. 3. de interpel. Job, c. 5. t. 1. p. 660. e. *Quæ spes impio est? nunquid si confidit in Domino, salvabitur?* Lucif. Cal. l. de Reg. apost. col. 220. b. *Quæ est enim spes impiis hominibus, aut quem aditum possunt habere apud Dominum?* tum addit illa quæ leguntur infra ℣. 14. omissis intermediis.

℣. 9. Similiter ap. Aug. in Job, uno excepto *evenerit*, pro *venerit.* In Gr. Ἢ τὴν θλῖψιν αὐτῷ εἰσακούσεται ὁ Θεός; (Alex. & Compl. ὁ Κύριος;) ἢ ἐπελεύσεται αὐτῷ ἀνάγκη.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Mſ. Maj. Mon. 10. Nunquid habet aliquam fiduciam in conſpectu ejus? aut cùm invocaverit eum, exaudiet illum?	10. Aut poterit in Omnipotente delectari, & invocare Deum omni tempore?
11. Quapropter annuntiabo vobis quid ſit in manu Domini; quæ ſunt ab Omnipotente non mentiar.	11. Docebo vos per manum Dei quæ Omnipotens habeat, nec abſcondam.
12. Ecce, omnes noſtis, quia vanè loquimini.	12. Ecce, vos omnes noſtis, & quid ſine cauſa vana loquimini?
13. Hæc eſt pars hominis impii à Domino; poſſeſſio verò potentium veniet ab Omnipotente ſuper eos.	13. Hæc eſt pars hominis impii apud Deum, & hæreditas violentorum, quam ab Omnipotente ſuſcipient.
14. Quòd ſi multi fuerint filii ejus, in occiſione erunt; ſi autem & juvenes facti fuerint, indigebunt.	14. Si multiplicati fuerint filii ejus, in gladio erunt, & nepotes ejus non ſaturabuntur pane.
15. Et qui circa eum ſunt, morte morientur, & viduis eorum nemo miſerebitur.	15. Qui reliqui fuerint ex eo, ſepelientur in interitu, & viduæ illius non plorabunt.
16. Quòd ſi & collegerit ut terram argentum, & velut lutum paraverit aurum;	16. Si comportaverit quaſi terram argentum, & ſicut lutum præparaverit veſtimenta:
17. Hæc omnia juſti conſequentur, & ſubſtantiam ejus veraces poſſidebunt:	17. Præparabit quidem, ſed juſtus veſtietur illis: & argentum innocens dividet.
18. Erunt enim eorum domus ſicut tinea, & aranea *quæ ſervavit.*	18. Ædificavit ſicut tinea domum ſuam, & ſicut cuſtos fecit umbraculum.
19. Dives dormiet, & non adjiciet; oculos ſuos aperuit, & non eſt.	19. Dives cùm dormierit, nihil ſecum auferet: aperiet oculos ſuos, & nihil inveniet. *Pſ. 48. 18.*
20. Occurrent ei quaſi aqua dolores: nocte auferet eum caligo.	20. Apprehendet eum quaſi aqua inopia, nocte opprimet eum tempeſtas.
21. *Tollet eum æſtus, & abibit, & ventilabit eum de loco ſuo.*	21. Tollet eum ventus urens, & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco ſuo.
22. *Et projiciet ſuper eum, & non parcet: de manu enim ejus fugâ fugiet.*	22. Et mittet ſuper eum, & non parcet: de manu ejus fugiens fugiet.
23. *Plaudet ſuper eum manibus ſuis, & trahet eum de loco ſuo.*	23. Stringet ſuper eum manus ſuas, & ſibilabit ſuper illum, intuens locum ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Sic eſt in Gr. præter hoc, ἢ ὡς ἐπικαλεσαμένῳ, Nobil. *aut tanquam ſi invocaverit*, loco *aut cùm invocaverit*: in Mſ. Alex. ἢ πῶς. Aug. in Job, *Nunquid enim habuit fiduciam in conſpectu Dei? aut ſi invocaverit, exaudiet eum?*

℣. 11. Similiter habet Aug. in Job, uſque ad hoc, *quæ ſunt*; nec abſimile Græcum eſt, niſi quòd hab. παρὰ Παντοκράτορι, *apud Omnipotentem*, pro *ab Omnipot.* Ap. Ambroſ. l. 3. de interpel. Job, c. 5. col. 660. e. *Dicam vobis quid ſit in manu Domini.*

℣. 12. Ita in Græco, præter ult. iſta, κενὰ κενοῖς ἐπιβάλλετε, *vana vanis adjicitis.* Ap. Aug. in Job, *Ecce, omnes noſtis, quia vanè vana loquimini.* Ap. Ambr. l. 3. de interpel. Job, c. 5. col. 660. e. *Deſinite inanibus inania addere.*

℣. 13. Itidem Græcè. Sic etiam ap Aug. in Job, niſi quòd prius comma deeſt. Ambr. l. 3. de interpel. Job, c. 5. p. 660. f. ait: *Et deſcribit quàm miſerabilis impiorum portio ſit.*

℣. 14. Aug. legit *in occiſionem*, juxta Gr. εἰς σφαγὴν, ſed omittit ſeq. & , quod tamen habetur Græcè: præterea in eodem Gr. ſic, οἱ υἱοὶ αὐτῶν, *filii eorum*, non *ejus*, (Mſ. tamen Alex. hab. αὐτῆ;) item pro *juvenes facti fuerint*, ἀνδρωθῶσι, *viri facti fuerint*; extremò προσαιτήσουσι, *mendicabunt.* Ap. Ambr. l. 3. de interpel. Job, c. 5. col. 660. f. ſic: *Quòd & ſi plures habeant filios, ſine poſteritate ſunt*; & poſt pauca: *Cùm divitias coacervaverint, mendicabunt: quia cùm mortui fuerint, indigebunt, qui requiem invenire non poſſunt.* Ap. Lucif. Cal. l. de Reg. apoſt. col. 220. b. *ſed & ſi ſe corroboraverint, ad egentiam venient.*

℣. 15. Ad verbum è Græco, niſi quòd loco utriuſque & , habetur δὲ, nempe poſt *qui*, & poſt *viduis*: item voci *morte*, præponitur ὁ. Ap. Lucif. Cal. l. de Reg. apoſt. col. 220. b. ſic: *Et qui remanſerint ex illis, mala morte morientur, & viduis illorum nemo miſerebitur.* Ap. Ambr. l. 3. de interpel. Job, c. 5. col. 660. f. *Viduas eorum nemo miſerabitur, ſed manebunt deſerti, atque omnis copulæ ſolatio deſtituti.* Ap. Aug. in Job, omnia ut in textu ſup. uno excepto *non*, pro *nemo*, Gr οὐδείς.

℣. 16. In Gr. deeſt *quod* cum ſeq. & ; loco verò & *velut*, ita, ἴσα δὲ, & *æquè ac*; cæt. ut in Lat. ſup. Lucif. Cal. l. de Reg. apoſt. col. 220. b. leg. *Et ſi collegerint aurum, aut argentum tanquam lutum.* Aug. in Job, *Quòd ſi & collegerit ut terram argentum.* Ambr. l. 3. de interpel. Job, c. 5. col. 660. f. *Et ſi congregetur pecunia ſicut terra, atque ut lutum præparatum fuerit aurum.*

℣. 17. Vix meliùs è Græco. Ap. Lucif. Cal. l. de Reg. apoſt. p. 220. b. *Hæc omnia juſti poſſidebunt*: Gr. περιποιήσονται, & in fine, καθέξουσιν, *obtinebunt.*

℣. 18. Aug. hab. num. plur. *ſicut tineæ & araneæ*, hoc etiam ſubnexo, *quæ ſervavit*, quod ult. abeſt à Græco: in ed. tamen Ald. exſtat ἃ συνετήρησε, ſicut in Hexap. Orig. ſed ex Symmacho, appoſito aſteriſco. In edit. noſtra Lat. idem additamentum ſubeſt, ſed abſque aſteriſco prævio, quem ſupplevimus nixi auctoritate Mſ. Colb. Ap. Ambr. l. 3. de interpel. Job, c. 5. p. 661. a. hæc leguntur: *Inanis erit ſicut aranea ſubſtantia eorum, & omne nominis eorum patrimonium tanquam à tineis conſummabitur.* In Gr. Ἀπέβη δὲ ὁ οἶκος αὐτῆ ὥσπερ οὗτες, (Mſ. Alex. Οὗτος) ᾗ ὥσπερ ἀράχνη.

℣. 19. Sic habet Aug. in Job, unà cum Græco; utrobique enim hoc additur: *oculos ſuos aperuit, & non eſt*; quod tamen in ed. Lat. ſignatur aſteriſco: at in Hexap. edit. nil habetur omnino, nec ulla nota ſubeſt quæ indicet unde manarint hæc verba: crediderim ego aſteriſcum, qui ſupra in edit. Lat. anteponi debuerat his verbis, *quæ ſervavit*, lapſu graphico huc à librario fuiſſe translatum: nec diſplicebit conjectura, ſi advertatur apud Ambr. l. 3. de interpel. Job, c. 5. p. 661. a. ſimiliter legi: *Dormiens dives nihil adjiciet; aperuit oculos ſuos, & jam non eſt.*

℣. 20. Ita in Græco, exceptis his duobus præteritis, Συνήντησαν..... νυκτὶ δὲ ὑφείλετο, *occurrerunt..... nocte autem ſuſtulit*; in Mſ. Alex. ὑφείλατο, Compl. ἀφείλετο. Ambroſ. ubi ſup. addit, *permanet in doloribus.*

℣℣. 21..... 23. Hi verſiculi omnes aſteriſco uni ſubjiciuntur in edit. Lat. Similiter in Hexap. referuntur Græcè ex Theodotione, præmiſſis variis aſteriſcis de more. Apud Auguſt. in Job, eorumdem multa leguntur; ſed ℣. 23. ante vocem *manibus*, deeſt *eum*: Græc. habet αὐτὸς, *eos*; ſicut inf. συριεῖ, *exſibilabit*, pro *trahet.*

Digitized by Google

CAPUT XXVIII.

VULGATA NOVA.

1. HAbet argentum venarum ſuarum principia: & auro locus eſt, in quo conflatur.

2. Ferrum de terra tollitur: & lapis ſolutus calore, in æs vertitur.

3. Tempus poſuit tenebris, & univerſorum finem ipſe conſiderat, lapidem quoque caliginis, & umbram mortis.

4. Dividit torrens à populo peregrinante, eos quos oblitus eſt pes egentis hominis, & invios.

5. Terra, de qua oriebatur panis in loco ſuo, igni ſubverſa eſt.

6. Locus ſapphiri lapides ejus, & glebæ illius aurum.

7. Semitam ignoravit avis, nec intuitus eſt eam oculus vulturis.

8. Non calcaverunt eam filii inſtitorum, nec pertranſivit per eam leæna.

9. Ad ſilicem extendit manum ſuam, ſubvertit à radicibus montes.

10. In petris rivos excidit, & omne pretioſum vidit oculus ejus.

11. Profunda quoque fluviorum ſcrutatus eſt, & abſcondita in lucem produxit.

12. Sapientia verò ubi invenitur? & quis eſt locus intelligentiæ?

13. Neſcit homo pretium ejus, nec invenitur in terra ſuaviter viventium.

14. Abyſſus dicit: Non eſt in me: & mare loquitur: Non eſt mecum.

VERSIO ANTIQUA.

1. ESt enim argento locus, unde fit; locus autem auro, ubi purgatur. *Ex Mſ. Maj. Mon.*

2. Ferrum enim de terra fit; æs autem ſimiliter ut lapis exciditur.

3. Ordinem poſuit tenebris, *& omnem finem ipſe invenit: lapis tenebræ, & umbra mortis;*

4. *Diſciſſio torrentis à cinere: qui verò obliviſcuntur viam juſtitiæ, firmati ſunt ab hominibus, & commoti ſunt.*

5. *Terra de qua egreſſus eſt panis, ſuper eam verſus eſt quaſi ignis.*

6. *Locus ſapphiri lapides ejus, & aurum ejus agger eſt.*

7. *Semitam quam non cognovit avis, nec vidit eam oculus vulturis;*

8. *Nec calcaverunt eam filii arrogantium, nec tranſiit ſuper eam leo.*

9. *In duriſſimo lapide extendit manum ſuam: vertit enim ab ſtirpibus montes.*

10. Et ripas fluminum diſrupit; omne verò pretioſum vidit oculus ejus.

11. Altitudines fluminum revelavit, oſtenditque virtutem ſuam in lumine.

12. Sapientia verò unde inventa eſt? vel quis ſit locus ſcientiæ?

13. Ignorat mortalis viam ejus, nec invenietur in hominibus.

14. *Abyſſus dixit: Non eſt in me: & mare dixit: Non*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter habet Auguſtinus in Job, excepta voce *argenti*, pro *argento*; in Gr. ἀργυρίῳ, at infra χρυσὸν; in Mſ. tamen Alex. & Compl. χρυσίῳ; dein loco *ubi purgatur*, ita, ὅθεν λυθεῖται, ad verbum, *unde percolatur*. Ap. Ambr. l. 3. de interpel. Job, c. 5. p. 661. a. hæc leguntur: *Nihil ergo ſunt omnia quæ in hoc mundo ſunt: aurum in metallis, argentum in metallis, de metallo eruitur, & in metallum revertitur.*

℣. 2. Sic habet Aug. in Job, præter hoc ult. *ut lapides excluditur*, quam lectionem etiam confirmat in conſeq. cùm addat: *Quia totum de terra ſeparatur: ut oſtendat propterea eſſe bonos malis miſtos ad tempus, quia de ipſis malis ſecluduntur boni.* At in Græc. ἵνα λίθῳ λατομεῖται.

℣. 3. In edit. Lat. habetur primò ſine aſteriſco, *Ordinem poſuit tenebris;* reliqua ibidem notantur duabus ſtellulis. Eadem quoque leguntur apud Auguſt. in Job, excepto ſingul. *umbra*, è Gr. ζιᾶ. Item Græcè ſup. ἐξαχριβάζεται, *ſubtiliſſimè perquirit*, pro *invenit*; cætera quadrant ad verbum. In Hexap. autem Orig. nulla nota ſubeſt qua ſignificetur undenam verba ſupradicta ſint petita.

℣℣. 4..... 9. Hi verſiculi omnes diſtincto charactere impreſſi, ſignantur aſteriſcis decem in edit. Lat. Iidem quoque pene ad verbum reperiuntur Græcè in Hexap. ſed ab hoc ultimo tantùm verſûs 4. & *commoti ſunt;* huic enim verbo, ἐσαλεύθησαν, & ſeqq. hanc notam præmittit ibid. cod. Colb. Ἐκ Θ. τὸ ἡμιστίχιον, ὁμοίως καὶ οἱ ϛ', id eſt, *Ex Theodotione hemiſtichium, ſimiliterque novem verſiculi ſequentes;* qui verſiculi totidem aſteriſcis notantur in eodem codice. Adſunt pariter verſiculi iſti in edit. LXX. quò advecti ſunt de more ex Theodot. Quæ verò antecedunt hoc hemiſtichium, & *commoti ſunt*, ſimiliter habentur nunc in eadem edit. LXX. niſi quòd loco *juſtitiæ*, leg. δικαίαν, *juſtam*, & pro *firmati ſunt ab hominibus*, ἠδένησαν, ἐκ βροτῶν, *infirmati ſunt*, *ex hominibus*, abſque ſeq. & *commoti ſunt*; ſubinde ℣. 5. ita, ἐξελεύσεται ἄρτος, ὑποκάτω αὐτῆς ἐστράφη, *egredietur panis, de ſubtus ea verſatum eſt*, pro *egreſſus eſt panis, ſuper eam verſus eſt*: item ℣. 6. χῶμα χρυσίον αὐτῷ, *agger aurum ei*, loco *aurum ejus agger eſt*: deinde ℣. 7. ita, τρίβος οὐκ ἔγνω αὐτὴν πετεινόν, & infra initio ℣. 8. οὐ οὐκ ἐπάτησαν αὐτήν demum ℣. 9. loco *vertit enim ab ſtirpibus*, ſic, κατέστρεψε δὲ ἐκ ῥιζῶν, &c. & *evertit à radicibus*. Ap. Aug. in Job, p. 651. a. b. hæc leguntur à ℣. 4. *Et falſa eſt diſciſſio torrentis à cinere..... & commoti ſunt ab hominibus. Terra de qua egreſſus eſt panis, & eam incenſurus eſt. Locus ſapphiri lapides ejus, & ageres aurum ei. Semitam quam non cognovit avis, nec vidit eam oculus vulturis..... non tranſiit ſuper eam leo. In duriſſimo lapide extendit manum ſuam.* Ambr. l. 3. de interpel. Job, c. 5. 662. a. iiſdem alludit, dicens: *Miſerandi profectò, qui deſeruerunt viam juſtam, & obliti ſunt eam, cui pretioſi lapides haudquaquam ſunt comparandi: difficilis inveſtigatu, impervia ſuperbis..... Et ideo ſapientiam debemus quærere, ut ambulemus in via juſta, per quam adverſarius ille ſicut leo rapiens & rugiens, qui percucurrit hunc mundum, tranſire non potuit:* & l. 1. c. 9. col. 636. a. *Non calcaverunt eas filii ſe glorificantium, nec tranſivit per eas leo.* Gregor. M. l. 18. in Job, c. 35. t. 1. ad hunc Vulgatæ ℣. 8. *Non calcaverunt eam filii inſtitorum*, hæc habet: *In cunctis Latinis codicibus* inſtitutores *poſitos reperimus, in Græcis verò* negotiatores *invenimus: ex qua re colligi valet quòd in hoc loco pro* inſtitoribus, inſtitutores *Scriptores quippe ignorando poſuerunt.* Græcè nunc ἀλαζόνων, *jactatorum, oſtentatorum.*

℣. 10. Ita Aug. in Job. Græc. Vat. hab. δίνας, *gurgites*, loco *ripas*; editt. verò Ald. & Compl. θῖνας, *cumulos*, vel etiam *littora*; extremò conſtanter μὲ, loco *ejus*. Vide Hexap. t. 1. ad hunc locum.

℣. 11. Similiter habet Aug. in Job; nec differt Græc. niſi quòd ponit δὲ, & poſt *altitudines*, & poſt *oſtendit*.

℣. 12. Ita è Gr. niſi excipiatur poſter. πόθος *vel quis ſit*, &c. pro quo ſic, ποῖος δὲ τόπος ἐστὶ τῆς ἐπιστήμης; Ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 9. col. 636. b. ita: *Unde inventa eſt ſapientia? aut quis locus diſciplinæ?* & lib. de Incarn. col. 712. f. *Sapientia autem unde inventa eſt? quis autem locus eſt diſciplinæ?* ſimiliter hab. l. de exhort. virg. col. 290. b. præter hoc, *qui locus diſciplinæ?* Aug. l. 5. de Gen. ad lit. t. 3. col. 192. b. *Sapientia verò unde inventa eſt? vel quis ſit locus ſcientiæ?* Vide infra, ℣. 20.

℣. 13. Ita legit Aug. l. 5. de Gen. ad lit. 192. b. Græcè, οὐκ οἶδε, *non novit*, pro *ignorat*; & pro *nec invenietur*, οὐδὲ μὴν εὑρεθῇ, *neque inventa eſt*; in Hexap. tamen ſic, οἱ λοιποὶ, εὑρεθήσεται, ut ſup. Ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 9. col. 636. b. *Neſcit mortalis homo viam ejus, nec inventa eſt in hominibus:* & l. de Incarn. t. 2. col. 712. f. *Neſcit homo viam ejus, nec inventa eſt inter homines;* Gr. ἐν ἀνθρώποις.

℣℣. 14..... 19. Hæc omnia Græcè referuntur in Hexap. ex Theodotione: ita enim ibid. Mſ. Colb. habet de more, Ἐκ Θ. οἱ ιβ', id eſt, *Hi duodecim verſiculi ex Theodo-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. eſt mecum.

15. *Non dabitur aurum concluſum pro ea, & non appendetur argentum in commutatione ejus.*

16. *Non erit deterior auro Ophir, onyche pretioſo, & ſapphiro.*

17. *Non equabitur ei aurum & vitrum, nec commutatio ejus vaſa aurea;*

18. *Et excelſa, & Gabis non erunt in memoria: & trahes ſapientiam de occultis.*

19. *Non componetur ei topazium Æthiopiæ: auro mundo non comparabitur.*

20. Sapientia unde inventa eſt? quis autem locus eſt intellectûs?

21. *Latet ab oculis omnis hominis, & à volucrum cœli abſcondita eſt.*

22. Perditio & mors dixerunt: Audivimus ejus gloriam.

23. Dominus commendavit viam ejus, & ipſe novit locum ejus:

24. Ipſe enim omne, quod eſt ſub cœlo, perfecit; & novit quæ ſunt in terra,

25. Qui omnia fecit; ventorum libramenta, aquæ menſuras:

26. Quoniam hæc fecit: ſicut vidit, & fecit, *& viam tempeſtatis vocibus.*

27. *Tunc vidit eam, & expoſuit eam*, paravit, & inveſtigavit.

28. Dixit autem homini: Ecce pietas eſt ſapientia; abſtinere verò à malis, ſcientia.

VULGATA NOVA.

quitur: Non eſt mecum.

15. Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione ejus. *Sap. 7. 9.*

16. Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi ſardonycho pretioſiſſimo, vel ſapphiro.

17. Non adæquabitur ei aurum vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vaſa auri:

18. Excelſa & eminentia non memorabuntur comparatione ejus: trahitur autem ſapientia de occultis.

19. Non adæquabitur ei topazius de Æthiopia, nec tincturæ mundiſſimæ componetur.

20. Unde ergo ſapientia venit? & quis eſt locus intelligentiæ?

21. Abſcondita eſt ab oculis omnium viventium, volucres quoque cœli latet.

22. Perditio & mors dixerunt: Auribus noſtris audivimus famam ejus.

23. Deus intelligit viam ejus, & ipſe novit locum illius.

24. Ipſe enim fines mundi intuetur: & omnia, quæ ſub cœlo ſunt, reſpicit.

25. Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in menſura.

26. Quando ponebat pluviis legem, & viam procellis ſonantibus:

27. Tunc vidit illam, & enarravit, & præparavit, & inveſtigavit.

28. Et dixit homini: Ecce timor Domini, ipſa eſt ſapientia: & recedere à malo, intelligentia.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tione deſcripti ſunt; qui verſiculi in eodem codice aſteriſcis ſignantur. Ita quoque in edit. noſtra Lat. niſi quòd nonnulli aſteriſci hinc inde librarii incuriâ prætermiſſi ſunt, ut & alibi ſæpe. Iidem quoque verſiculi inſerti ſunt in edit. LXX. puta ex edit. Hexap. paucis mutatis; nempe ℣. 14. ubi edit. Lat. habet, *non eſt in me..... non eſt mecum*, & Hexapla ferunt, οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοὶ..... οὐκ ἔστιν, &c. edit. Rom. hab. οὐκ ἔνεστιν ἐν ἐμοὶ..... οὐκ ἔνεστιν, &c. mox ita ibid. ℣. 15. Οὐ δώσει συγκλεισμὸν ἀντ' αὐτῆς, καὶ οὐ σταθήσεται ἀργύριον ἀντάλλαγμα αὐτῆς· *Non dabit concluſuram pro ea, & non pendetur argentum commutatio ejus.* Item ℣. 16. Καὶ οὐ συμβασαχθήσεται χρυσίῳ Σωφὶρ (Hexap. Ὠφείρ,) ἐν ὀνυχὶ τιμίῳ (Hexap. χρυσίῳ,) καὶ σαπφείρῳ. *Et non conferetur auro Sophir* vel *Ophir, in onyche pretioſo, & ſapphiro.* Subinde ℣. 17. poſt *vitrum*, habetur καὶ, pro *nec*; tollitur verò &, inf. ℣. 18. ante 1. vocem *excelſa*, pro qua μετέωρα: extremò ibid. loco & *trahes ſapientiam*, &c. ſic habetur, καὶ ἕλκυσον Σοφίαν ὑπὲρ τὰ ἐσώτατα, & *attrahe ſapientiam ſuper intima.* Demum ℣. 19. ita, Οὐκ ἰσωθήσεται αὐτῇ τοπάζιον (Hexap. χρυσίου,) *Non æquabitur ei topazium*, vel *aurum.* Nonnulla ſuprà dictorum memorat Ambroſ. l. de exhort. virg. t. 2. p. 290. b. nempe iſta è ℣. 14. *Abyſſus dixit: Non eſt in me: mare dixit: Non eſt mecum.* Similiter epiſt. 28. p. 903. c. necnon l. de Incarn. p. 713. b. & l. 1. de interpel. Job, c. 9. p. 636. b. hoc excepto, & *mare:* at epiſt. 37. col. 934. c. hæc hab. è ℣. 18. *Adtrahe ſapientiam in interiora:* ſic etiam l. 1. de interpel. Job, 637. b. præter unum & *trahe:* & verò in Hexap. ita, ſicut in ed. LXX. καὶ ἕλκυσον σοφίαν ὑπὲρ τὰ ἐσώτατα. Ap. Aug. in Job, col. 651. d. iſta de ℣. 14. *Abyſſus dixit: Non eſt in me;* item de ℣. 15. *Non dabitur aurum incluſum pro ea;* mox ℣. 16. *Non erit deterior auro Ophir;* & poſt pauca: *Non æquabitur ei aurum & vitrum, & commutatio ejus vaſa aurea; & excelſa & Gabis non erunt in memoria.*

℣. 20. Græcè additur δὲ voci *ſapientia;* paulòque poſt, ποῖος, *qualis*, pro *quis;* cæt. quadrant. Ap. Hieron. quæſt. Hebr. t. 2. col. 528. a. ſic: *Sapientia unde invenietur? & quis locus intellectûs?* Ap. Aug. in Job, *Sapientia unde inventa eſt?* ut ſup. Ap. Vigil. Tapſ. cont. Varim. p. 730. c. & 748. d. *Sapientiam Dei unde invenies?* mox ita, *latet enim*, &c. omiſſis aliis intermediis. Vide ſup. ℣. 12.

℣. 21. In ed. Lat. poſteriori tantùm verſiculo, & *à volucrum*, &c. præponitur ſtellula; at in Hexap. Orig. utercque ſuo notatur aſteriſco. In Mſ. etiam Colb. utrique pro ſolito hæc præmittitur nota, Ἐκ Θ. οἱ β'. i. e. *Hi duo verſiculi ex Theodotione:* unde mendum irrepſiſſe in edit. Lat. vix dubium eſſe poteſt, maximè cùm verſu ſeq. ante hæc verba, *Perditio & mors dixerunt*, in ipſa reponatur aſteriſcus, cujus tamen ſigni in Hexap. nullum veſtigium ſubeſt: id quippe fieri potuit, ut aſteriſcus, qui priori verſiculo præponi debuerat, lapſu calami, poſteriori fuerit præfixus. Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 9. p. 637. b. ita legit: *Latuit omnem hominem, & à volatilibus cœli abſcondita eſt.* Sic etiam Græcè legitur cùm in Hexap. ex Theodot. tum etiam in ed. LXX. quò verba hæc, ut & alia id genus plura, invecta ſunt ex eodem Interprete. Ap. Aug. in Job, ut ſup. *Latet ab oculis omnis hominis.* Hieron. verò quæſt. Hebr. t. 2. p. 528. a. legit: *Et abſcondetur ab oculis omnis viventis;* tum addit: *Ubi nunc diximus*, abſcondetur, *in Hebræo* naalma *dicitur.* Ap. Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 730. c. & 748. d. ſic: *Latet enim ab oculis hominum* (al. *à conſpectu omnium,*) & *à volucribus abſconſa eſt.*

℣. 22. Ad verbum è Gr. addito uno *autem*, poſt *audivimus.* Ap. Aug. in Job, prior verſic. habetur ut ſup. poſterior verò l. 5. de Gen. ad lit. t. 3. p. 1. col. 192. b.

℣. 23. Ita conſtanter habet Aug. tum l. annot. in Job, tum l. 5. de Gen. ad litt. col. 192. b. Græcè, Ὁ Θεὸς εὖ συνέσηκεν, &c. ut ſup. In Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. ὁ Κύριος, & ap. Symm. Ζυνῆκε. Ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 9. col. 638. a. *Deus bene conſtituit viam ejus, ipſe novit locum ejus.*

℣. 24. Similiter hab. Aug. l. 5. de Gen. ad lit. t. 3. col. 192. b. ad verbum. Græc. verò loco *perfecit*, hab. ἐφορᾷ, & Aug. in Job, *Ipſe enim..... perſpicit.* Sequitur in Gr. εἰδὼς τὰ ἐν τῇ γῇ, *nota habens omnia quæ in terra.*

℣. 25. Græc. initio hab. πάντα ἃ ἐποίησε, Aug. que l. 5. de Gen. ad lit. *omnia quæ fecit;* dein Græcè, ἀνέμων σταθμόν, num ſing. ſed ap. Aug. conſtanter, *libramenta*, &c. quæ ſup. cùm l. 5. de Gen. ad lit. tum l. annot. in Job; hoc tamen poſteriori loco ſcriptum *atque*, pro *aquæ;* ſed vitiosè, ut videtur, nam Græcè legitur ὕδατος (al. ὑδάτων) μέτρα. Ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 9. col. 638. b. ſic: *Novit ventorum libram, aquarum menſuram.*

℣. 26. Gr. priora iſta duo, ὅτε ἐποίησε, *quando fecit*, adjungere videtur ad ℣. præced. tum addit, ὅτως εἶδεν ἀριθμησε. Similiter ap. Aug. l. 5. de Gen. ad lit. t. 3. col. 192. b. *aquæ menſuras quando fecit; ſicut vidit, enumeravit:* ſic etiam l. annot. in Job, niſi quòd, ut dixi, ibi ſcriptum eſt *atque*, pro *aquæ;* ſubinde ibid. hoc additur, & *viam tempeſtatum vocibus*, quod aſteriſco notatur in ed. Lat. In Gr. Rom. ſic, καὶ ὁδὸν ἐν τινάγματι, φωνάς, & *viam in concuſſione, voces;* in ed. Compl. φωνῆς, nil hodie in Hexap.

℣. 27. In edit. Lat. duo prima commata ſignantur aſteriſco: leguntur etiam ap. Aug. in Job, ut ſup. Item in Græco cum ſeqq. hoc excepto, ἑτοιμάσας, *cùm paraſſet*, detractoque ſeq. &; nil horum ſupereſt in Hexap.

℣. 28. Eadem refert Aug. ad verbum epiſt. 167. t. 2.

Digitized by Google

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

col. 598. f. 599. b. Item l. 12. de Trin. t. 8. col. 923. d. & l. 14. col. 947. c. ista : *Ecce pietas est sapientia ; abstinere autem à malis, scientia ;* al. *est scientia*, cum Græco : tum addit, nempe l. 14. *Sive etiam, ut nonnulli de Græco* ἐπιστήμην, *interpretati sunt*, disciplina. Ap. Ambr. verò l. 1. de interpel. Job, c. 9. col. 638. c. ita : *Timore Deum, sapientia est ; abstinere autem à malis, disciplina est.* Gr. textui favet.

CAPUT XXIX.

VULGATA NOVA.

1. ADdidit quoque Job, assumens parabolam suam, & dixit :

2. Quis mihi tribuat, ut sim juxta menses pristinos, secundùm dies quibus Deus custodiebat me ?

3. Quando splendebat lucerna ejus super caput meum, & ad lumen ejus ambulabam in tenebris ?

4. Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quando secretò Deus erat in tabernaculo meo ?

5. Quando erat Omnipotens mecum : & in circuitu meo pueri mei ?

6. Quando lavabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi rivos olei ?

7. Quando procedebam ad portam civitatis, & in platea parabant cathedram mihi ?

8. Videbant me juvenes, & abscondebantur : & senes assurgentes stabant.

9. Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo.

10. Vocem suam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi suo adhærebat.

11. Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi.

12. Eò quòd liberassem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non esset adjutor.

13. Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum.

14. Justitiâ indutus sum : & vestivi me, sicut vestimento & diademate, judicio meo.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET adjecit Job ad præfationem, dicens : *Ex Mſ. Maj. Moni*

2. Quisnam me restituet in menses priorum dierum, in quibus Dominus custodiebat me ?

3. Cùm lucebat lucerna ejus * super meum caput : cùm in lumine ejus ambulabam in tenebris ? * *Mſ. vel edit.* sic per.

4. Cùm eram florens in viis : cùm Dominus inspiceret domum meam,

5. Et essem in abundantia magna, & circum me pueri mei ?

6. Cùm flueret per vias meas butyrum : cùm montes mei abundarent lacte ?

7. Cùm exirem matutinis in civitatem, & in plateis ponebatur mihi sella ?

8. Videntes me adolescentes abscondebantur ; senes autem omnes assurgebant.

9. Et potentes cessaverunt loqui, digitum ponentes ad os suum ;

10. Et audientes me felicem dixerunt, & lingua eorum gutturi eorum adhæsit.

11. Quia auris audivit, & beatificavit me ; & oculus videns me, declinavit :

12. Liberavi enim pauperem de manu potentis, & pupillo, cui non erat adjutorium, auxilium detuli.

13. *Benedictio perituri super me veniebat*, & os viduæ benedixit me ;

14. Justitiâque indutus eram, & vestiebar judicio sicut chlamyde.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. Ἔτι δὲ προσθεὶς Ἰὼβ, εἶπε τῷ προοιμίῳ· *Adhuc autem adjiciens Job, dixit proœmio.*

℣. 2. Ita Aug. in Job, ad hoc usque, *in quibus.* In Gr. sic : Τίς ἂν με θείη κατὰ μῆνα ἔμπροσθεν ἡμερῶν, ὧν με ὁ Θεὸς ἐφύλαξε ; *Quis utique me ponat juxta mensem priorum dierum, quibus me Deus custodivit ?* Theodot. ἃς ὁ Θεὸς ἐφύλαξέ με.

℣. 3. Græc. in principio hab. ὡς ὅτε, *sicut cùm*, vel *quando*, non simpliciter *cùm ;* item post paulò, ὑπὲρ, pro *sic per ;* quod ult. abstulimus, ponendo *super* cum Aug. qui etiam addit alia ad hoc usque, *cùm in lumine.* In Gr. versiculus uterque legitur ut sup. detractâ tantùm præp. *in*, ante vocem *lumine.*

℣. 4. Gr. Vat. hab. ἐπιβρίθων ὁδοῖς, loco *florens in viis*, ad litt. *gravescens viis ;* (Mſ. Alex. cum ed. Ald. ὁδοῖς ;) dein Vat. ὅτε ὁ Θεὸς (Alex. & Compl. ὁ Κύριος) ἐπισκοπὴν ἐποιεῖτο τῇ οἰκίᾳ μου· *quando Deus visitationem faciebat domus meæ.* Ap. Aug. in Job, ita : *cùm verbum Domini inspiceret domum meam :* sed in Mſ. Floriac. *cùm Dominus*, ut sup.

℣. 5. Prior versiculus sic habetur Græcè : Ὅτε ἤμην ὑλώδης λίαν, id est, *Quando eram silvosus valde*, Nobil. *materiatus ;* reliqua ut in Lat. sup. detracta voce *mei ;* in ed. tamen Compl. legitur παῖδές μου.

℣. 6. Similiter hab. August. in Job : nec longè distant Græca seqq. Ὅτε ἐχέοντο αἱ ὁδοί μου βουτύρῳ, τὰ δὲ ὄρη μου ἐχέοντο γάλακτι· *Quando fluebant viæ meæ butyro, & montes mei fluebant lacte.*

℣. 7. Sic ap. Aug. in Job, si excipiatur hoc, *matutinus in civitate ;* & sanè Græcè legitur ὀρθρίους ἐν πόλει, &c. ut in Lat. sup.

℣. 8. Itidem apud Aug. in Job, detracta voce *omnes ;* quæ tamen Græcè exprimitur cum aliis, nisi quòd pro *abscondebantur..... assurgebant*, legitur ἐκρύβησαν..... ἔστησαν, *absconditi sunt..... steterunt ;* in Mſ. Alex. ἐπανέστησαν.

℣. 9. Ad verbum è Gr. nisi excipias unum *potentes*, pro quo ἄρχοντες, i. e. *craſſi*, *divites ;* deest quoque ult. pronom. *sunum ;* sed in Mſ. Alex. additur αὐτῶν. Ap. Aug. ut sup. *Et potentes cessaverunt loqui.*

℣. 10. Græc. Οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐμακάρισάν με, &c. *Qui autem audiverunt, beatificabant me*, &c. ut sup.

℣. 11. Ita Græcè, verbum pro verbo ; sicut etiam ap. Aug. in Job.

℣. 12. Vix mel. è Gr. nisi quòd pro *liberavi*, legitur ἐξέσωσα, *salvavi ;* & loco *adjutorium*, βοηθός, proximèque ἐβοήθησα. Ap. Ambr. l. de Nab. c. 13. t. 1. col. 581. d. bene : *Liberavi pauperem de manu potentis, & orphanum, cui non erat adjutor, adjuvi :* item l. 1. offic. t. 2. col. 48. a. *Salvum feci pauperem de manu pot. & pupillum, cui adjutor non erat, adjuvi.* Cypr. l. 3. Testim. p. 302. b. & 328. b. ita : *Conservavi egenum de manu potentis, & pupillo, cui non erat adjutor, auxiliatus sum.* Itidem Greg. Turon. l. 5. hist. Fr. p. 253. c. excepto uno *inopi*, pro *pupillo.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. col. 198. b. *Liberavi pauper. de manu pot. & orphano, qui sine adjutorio erat, ego eram adjutor.*

℣. 13. Prior versiculus notatur asteriſco in ed. Lat. Non etiam ap. Luciferum legitur, neque ap. Cyprianum, nec ap. August. sed ap. Ambr. cùm l. 1. offic. t. 2. p. 39. f. & 48. a. tum l. de bo. mort. c. 8. p. 405. a. sic : *Benedictio perituri in me veniat :* item l. de Nab. c. 13. t. 1. p. 581. d. *Benedictio perituri super me venit ;* dein, *os autem viduæ me benedixit.* Lib. verò de exhort. virg. t. 2. p. 298. e. ita : *Benedictio morituri super me veniat, & os viduæ me benedicat :* rursum l. de bo. mort. c. 8. p. 404. e. f. 405. a. *Benedictio morituri in me veniat.* Nunc etiam in ed. LXX. Εὐλογία ἀπολυμένου ἐπ' ἐμὲ ἔλθοι, &c. ut in textu supra. Lucif. l. 1. pro S. Athan. p. 198. b. habet tantùm ; *Os autem viduæ me semper benedixit.* Item Cypr. l. 3. Testim. p. 302. b. & p. 328. b. cum Greg. Turon. l. 5. hist. p. 253. c. *Os viduæ benedixit me.* Aug. in Job, *Et os viduæ benedixit me.*

℣. 14. Gr. Δικαιοσύνην δὲ ἐνδεδύκειν, ἠμφιασάμην δὲ κρίμα ἴσα διπλοΐδι. Ap. Cypr. l. 3. Testim. p. 302. b. ista desunt. Non leguntur etiam ap. Ambr. l. de exhort. virg. t. 2. p. 298. e. sed l. de Nab. c. 13. t. 1. p. 581. d. hæc

Digitized by Google

Versio antiqua.

Ex Mſ. Maj. Mon.

15. Oculus eram cæcorum, & pes claudorum.

16. Ego eram pater invalidorum: judicium quod non noveram, exquiſivi.

17. Confregi molas iniquorum, & de medio dentium eorum rapinas extorſi.

18. Dixi enim: Ætas mea ſeneſcet; ſicut arbor palmæ, multo vivam tempore.

19. *Radix mea patet ad aquas; & ros morabitur in meſſe mea.*

20. *Gloria mea nova mecum, & arcus meus in manu mea gradietur.*

21. Me audientes intuiti ſunt, & tacuerunt in meo conſilio;

22. Et in ſermone meo non adjecerunt, ſed gaviſi ſunt cùm loquerer eis.

23. Sicut terra ſitiens exſpectat pluviam, ſic iſti meum ſermonem.

24. Quòd ſi & riderem ad eos, non credebant, *& lux vultus mei non concidebat.*

25. *Elegi viam eorum, & ſedi princeps; & habitabam ſicut rex cinctus fortibus, quaſi triſtes conſolans.*

Vulgata nova.

15. Oculus fui cæco, & pes claudo.

16. Pater eram pauperum: & cauſam quam neſciebam, diligentiſſimè inveſtigabam.

17. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.

18. Dicebamque: In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies.

19. Radix mea aperta eſt ſecus aquas, & ros morabitur in meſſione mea.

20. Gloria mea ſemper innovabitur, & arcus meus in manu mea inſtaurabitur.

21. Qui me audiebant, exſpectabant ſententiam, & intenti tacebant ad conſilium meum.

22. Verbis meis addere nihil audebant, & ſuper illos ſtillabat eloquium meum.

23. Exſpectabant me ſicut pluviam, & os ſuum aperiebant quaſi ad imbrem ſerotinum.

24. Si quando ridebam ad eos, non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram.

25. Si voluiſſem ire ad eos, ſedebam primus: cùmque ſederem quaſi rex, circumſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator.

Notæ ad Versionem antiquam.

habet: *Juſtitiam induebar*: & l. 2. de Jac. c. 5. p. 465. f. *Juſtitiam induebam, & veſtiebam judicium.* Ap. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 198. b. ſic: *Juſtitiâ enim eram veſtitus, & coopertus judicium*, nec plura. Ap. Aug. in Job, *Et veſtiebar judicio ſicut chlamyde.* Cæleſt. Pelag. ap. Mar. Merc. Garner. p. 386. ita leg. *Juſtitiâ veſtitus eram, & circumdedi mihi judicium ſicut chlamydem.*

℣. 15. Ita in Gr. cui ſuffragatur Ambr. l. de exhort. virg. t. 2. col. 298. e. item l. de Nab. c. 13. t. 1. col. 581. d. hoc excepto, *pes autem*, juxta Græc. at l. 1. offic. col. 12. a. & epiſt. 37. col. 940. f. neutrum exprimit, nempe δὲ, vel *autem*. Ap. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. col. 198. b. ſic: *Et eram oculus cæcorum;* ſtatimque, & *pater infirmorum*, omiſſo commate intermedio. Ap. Cypr. verò l. 3. Teſtim. p. 302. b. *Cùm eſſem oculus cæcorum, pes quoque claudorum ego eſſem.* Ap. Greg. Turon. l. 5. hiſt. Fr. p. 253. c. *Cùm eſſem oculus cæcorum, pes claudorum.* Ap. Petr. Chryſol. ſer. 122. p. 942. b. *Ego fui oculus cæcorum, pes autem claudorum.*

℣. 16. Ad verbum è Gr. addito *autem*, poſt *judicium*. Lucif. l. 1. pro S. Athan. p. 198. b. hab. ſimpliciter, & *pater infirmorum*. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 302. b. & *invalidorum pater*. Ambr. l. de Nab. c. 13. p. 581. d. & *ego eram infirmorum pater*: item l. 1. offic. col. 12. a. & ep. 37. col. 940. f. at l. de exhort. virg. t. 2. col. 298. e. ut ſup. *invalidorum pater*. Similiter apud Greg. Turon. l. 5. hiſt. Fr. p. 253. c. & S. Petr. Chryſol. ſer. 122. col. 942. b. Græcè ἀδυνάτων. Ap. Aug. in Job, poſterior tantùm verſiculus habetur, *judicium quod non noveram, exquiſivi.*

℣. 17. Aptè ad Gr. ſi addatur *autem*, poſt *confregi*, tollatur verò δὲ, poſt *iniquorum*. In Mſ. tamen Alex. ac ed. Compl. rurſus habetur ἐκ δὲ μέσων; ſubinde conſtanter ἅρπαγμα num. ſing. Ap. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. col. 198. b. ſic: *Iniquorum autem molas confregi, & de dentibus illorum rapinam abſtuli.* Ap. Aug. in Job, *Confregi molas iniquorum.*

℣. 18. Ita Aug. in Job, ab hoc, *ætas mea*. Græcè id antecedit, εἶπα δὲ, *dixi autem;* exinde ſic, σέλεχος, *truncus*, pro *arbor;* cætera quadrant.

℣℣. 19. 20. Signantur hæc tota in edit. Lat. aſteriſcis tribus. Eadem quoque refert Auguſt. in Job, ab hoc, & *ros morabitur*. Græcè nunc: Ἡ ῥίζα διήνοικται ἐπὶ ὕδατος, καὶ δρόσος αὐλισθήσεται, &c. ut ſup. niſi quòd pro *nova*, legitur καινή, *vana;* ultimòque αὐτῷ πορεύεται, *ejus graditur*, pro *mea gradietur*. Hæc autem ex edit. Hexaplari translata fuiſſe videntur in edit. hod. LXX.

℣. 21. Græc. Ἐμοῦ ἀκούσαντες προσέχον, ἐσιώπησαν δὲ ἐπὶ τῇ ἐμῇ βουλῇ. *Qui me audierunt, attenderunt, & ſiluerunt ſuper meo conſilio.*

℣. 22. Similiter hab. Aug. in Job: nec differt Gr. niſi quòd in principio tollit δὲ; in Mſ. tamen Alex. ac ed. Compl. exſtat ἐπὶ δέ.

℣. 23. Ita Græcè, niſi excipiatur verbum προσδεχομένη, *ſuſcipiens*, pro *exſpectat*. Ambroſ. lib. 1. offic. t. 2. col. 43. d. legit: *Sicut terra exſpectans pluviam, ſic & iſti ſermones meos;* Gr. λαλίαν.

℣. 24. Ita Aug. in Job, ad hoc uſque, & *lux*. Gr. Ἐὰν γελάσω πρὸς αὐτοὺς, οὐ μὴ πιστεύσωσι· reliqua addit edit. Lat. cum aſteriſco: deficiunt ap. Auguſt. ſup. non verò in Græco.

℣. 25. Ita fert edit. Lat. præmiſſis aſteriſcis tribus: leguntur tamen Græcè in edit. Rom. præter hoc, ὡς μονοζώνους, *in accinctis*, loco *cinctus fortibus*. Apud Auguſt. quoque in Job, tota exſtant ut in Lat. ſup.

CAPUT XXX.

Versio antiqua.

Ex Mſ. Maj. Mon.

1. NUnc autem derident me infimi, nunc monent me minores tempore, quorum ſpernens parentes,

2. Et virtus manuum eorum quaſi nihilum mihi erat: *in eis periebat omnis vita.*

3. *In egeſtate & fame inſtabiles*; qui fugiebant in

* *Mſ. vel edit.* heremi. deſertum * heri, propter anguſtias & miſerias.

Vulgata nova.

1. NUnc autem derident me juniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei:

2. Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo, & vitâ ipsâ putabantur indigni.

3. Egeſtate & fame ſteriles, qui rodebant in ſolitudine, ſquallentes calamitate & miſeria.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Similiter ap. Aug. in Job, præter unum *ſpernebam*, pro *ſpernens*, Gr. ἐξουδένουν; præterea in eodem Græco circa initium, κατεγέλασάν μου ἐλάχιστοι, *deriſerunt me minimi;* & loco *minores tempore*, ſimpliciter ὑπὸ μέρει, *in parte;* extremò pro *parentes*, ita, τὸς πατέρας αὐτῶν, *patres eorum*, proximèque, οὓς οὐκ ἠξίωσα ἄξιος κυνῶν τῶν ἐμῶν νομάδων, *quos non putavi dignos canibus meorum gregum;* verùm abſunt iſta ab edit. Lat. nec memorantur ap. Aug. in Job.

℣. 2. Ita legit Aug. in Job, hoc etiam addito verſiculo, *in eo peribat omnis vita;* qui habetur in ed. Lat. cum aſteriſco, fortaſſe ex Symm. apud quem ita legitur: Ἀπώλετο αὐτοῖς πᾶν τὸ πρὸς ζωήν· *Perierat illis quidquid ad vitam facit.* In ed. hod. LXX. Ἐπ' αὐτὸς ἀπώλετο ζυντέλεια· *Super eos peribat conſummatio;* præterea ibid. initio ponitur καί γε ἰσχὺς, & *quidem virtus;* & pro *quaſi nihilum mihi erat*, ſimpliciter ἰσχύι μοι; *ut quid mihi?*

℣. 3. Antecedentia verba notantur aſteriſco in edit.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

4. Et mandebant herbas, & arborum corticeſ, & radix juniperorum erat cibus eorum.

5. Qui de convallibus iſta rapientes, cùm ſingula reperiſſent, ad ea cum clamore currebant.

6. In deſertis habitabant torrentium, & in cavernis terræ, vel ſuper glaream.

7. Qui inter hujuſcemodi lætabantur, & eſſe ſub ſentibus delicias computabant.

8. Filii ſtultorum & ignobilium, & in terra penitus non parentes.

9. Nunc in eorum canticum verſus ſum, & factus ſum eis in proverbium.

10. Abominantur me, & longè fugiunt à me, & faciem meam conſpuere non verentur.

11. Pharetram enim ſuam aperuit, & afflixit me, & frenum poſuit in os meum.

12. Ad dexteram orientis calamitates meæ illico ſurrexerunt: pedes meos ſubverterunt, & oppreſſerunt quaſi fluctibus ſemitis ſuis.

13. Diſſipaverunt itinera mea, inſidiati ſunt mihi, & prævaluerunt, & non fuit qui ferret auxilium.

14. Quaſi rupto muro, & apertâ januâ, irruerunt ſuper me, & ad meas miſerias devoluti ſunt.

15. Redactus ſum in nihilum: abſtuliſti quaſi ventus deſiderium meum: & velut nubes pertranſiit ſalus mea.

16. Nunc autem in memetipſo marceſcit anima mea, & poſſident me dies afflictionis.

17. Nocte os meum perforatur doloribus: & qui me comedunt, non dormiunt.

18. In multitudine eorum conſumitur veſtimentum meum, & quaſi capitio tunicæ ſuccinxerunt me.

19. Comparatus ſum luto, & aſſimilatus ſum favillæ & cineri.

20. Clamo ad te, & non exaudis me: ſto,

VERSIO ANTIQUA.

4. *Qui rodebant cortices arborum:* quorum erat cibus radix herbarum. *Ex Mſ. Maj. Mont.*

5. Inhonorati & ſubjecti, & egentes omni bono; qui radices lignorum manducabant, propter famem magnam. Inſurrexerunt in me fures,

6. Quorum domus erant cavernæ petrarum,

7. *Et inter arbores clamabant;* qui ſub ſtirpibus terræ manebant.

8. Filii ſtultorum *& ignobilium*, nomen & honor exſtinctus à terra.

9. Nunc autem cithara eorum ego ſum, & me habent fabulam.

10. Abominati ſunt me diſcedentes procul, nec in faciem meam pepercerunt ſpuere.

11. Aperiens enim pharetram ſuam afflixit me, & frenum in faciem meam miſerunt,

12. Et à dextris germinantes conſurrexerunt: pedes meos vinxerunt compedibus, & aperuerunt ſuper me ſemitas perditionis ſuæ.

13. Contritæ ſunt ſemitæ meæ: exuit me ſtolam, & jaculis ſuis vulneravit me; abuſus eſt me ſicut voluit.

14. Doloribus involutus ſum, & iterantur dolores mei.

15. Diſcedit ſicut ſpiritus ſpes mea, & ſicut nubes, *tranſiit* ſalus mea.

16. *Et nunc ſuper me effundetur anima mea;* poſſederunt me dies dolorum.

17. Nocte verò oſſa mea confracta ſunt, & nervi mei diſſoluti ſunt.

18. In multa virtute apprehendit ſtolam meam, *& quaſi ora veſtimenti mei circumdedit me.*

19. Æſtimavi me ſicut lutum: in terra & cinere pars mea.

20. Clamavi verò ad te, & non audiſti me: *ſte-*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Lat. leguntur etiam hodie in Græco, præter vocem ἄγονος, *ſterilis*, loco *inſtabiles*; ſequentia verò ſic: οἱ φεύγοντες ἄνυδρον ἐχθὲς συνοχὴν καὶ ταλαιπωρίαν· *fugientes inaquoſam heri preſſuram & miſeriam.* Ap. Aug. in Job, *Egeſtate & fame inſtabiles; qui fugiebant in deſertum heri.* In ed. Lat. ſcriptum *heremi*, ſed aperto mendo, pro *heri*, quod ſubſtituendum duximus è Gr. & ex Aug.

℣. 4. Edit. Lat. priorem verſiculum ſubdit aſteriſco: idem quoque legitur ap. Auguſt. in Job: is autem prodiiſſe videtur ex verſione Symmachi, in qua ſic habetur: Ἀποκνίζοντες φλοιοὺς φυτῶν, *Vellicantes cortices ſtirpium.* Ap. LXX. longè diverſa: Οἱ περικυκλοῦντες ἄλιμα ἐπὶ ἠχοῦντι· *Qui circuibant alima in reſonante;* mox ita: οἵ τινες ἄλιμα ἦν αὐτῶν τὰ ζῖτα· *quorum quidem alima erat eorum cibaria.* Apud Auguſt. verò ut in edit. Lat.

℣. 5. Græcè additur δέ, verbo *inhonorati;* tum pro *ſubjecti*, exſtat πεφαυλισμένοι, *abjecti*, abſque ſeq. &, quod reponitur infra ante *radices;* cæt. quadrant. Similiter hab. Aug. in Job, præter hoc, *abjecti;* extremòque *ſuper me*, pro *in me*, ante *fures.*

℣. 6. Sic habet Aug. in Job: Græcè additur αὐτῶν, *eorum*, ad vocem *domus;* reliq. ut in Lat.

℣. 7. In edit. Lat. prior verſiculus ſignatur aſteriſco. Idem quoque legitur ap. Aug. in Job, cum altero ſubſeq. Hodie ap. LXX. ſic: Ἀναμέσον εὐήχων βοήσονται, *Inter medium bene ſonantium clamabunt;* deinde, οἳ ὑπὸ φρύγανα ἄγελα διητῶντο, *qui ſub ſarmentis agreſtibus manebant.*

℣. 8. Sic ap. Aug. in Job, adjuncto etiam iſto, & *ignobilium*, quod aſteriſco notatur in edit. Lat. Græcè nunc Ἀφρόνων υἱοὶ καὶ ἀτίμων, ὄνομα καὶ κλέος, &c. ut ſup.

℣. 9. Sic iterum ap. Aug. in Job, excepto hoc ult. *ad fabulam;* Gr. θρύλλημα ἔχουσι.

℣. 10. Ita legit Aug. ad verbum: nec etiam differt Græc. niſi quòd extremò habet: ἀπὸ δὲ τοῦ προσώπου μου οὐκ ἐφείσαντο πτύελον.

℣. 11. Concinit Aug. ad verbum. Sic etiam Græcè, niſi quòd loco *in fac. meam miſerunt*, exſtat, τοῦ προσώπου μου ἐξαπέστειλαν.

℣. 12. Gr. Ἐπὶ δεξιῶν βλαστοῦ ἐπανέστησαν· πόδα αὐτῶν ἐξέτειναν, καὶ ὡδοποίησαν ἐπ' ἐμέ, &c. ut ſup. *Super dextra germinis inſurrexerunt: pedem ſuum extenderunt, & ſtraverunt ſuper me*, &c. Aug. cum textu Lat. concinit; ſed omittit ultima, & *aperuerunt*, &c.

℣. 13. Similiter hab. Aug. in Job, exceptis his mediis, *exuit enim me ſtolâ;* Græcè, ἐξέδυσαν γὰρ μου τὴν στολήν· mox ita, βέλεσιν αὐτοῦ κατακόντιζέ με· κέκριται δέ μοι ὡς βούλεται· *exuerunt enim me ſtolam, jaculis ſuis confodit me; judicavit autem mihi ſicut vult.* Mſ. Alex. κέχρηται δέ μοι ὡς ἐβούλετο. Edit. etiam Gr. Morini fert κέχρικται, ſed verſio Lat. Nobil. è regione poſita reddit *judicavit*, non *abuſus eſt*, unde ſcripſimus ſup. κέκριται, ex ed. Gr. Lamb. Boz.

℣. 14. Ita fert Aug. in Job. Græc. Ἐν ὀδύναις πέφυρμαι, ἐπιστρέφονταί μου αἱ ὀδύναι. Nobil. *In doloribus maceratus ſum, convertuntur in me dolores.*

℣. 15. Gr. Ὤχετό μου ἡ ἐλπὶς ὥσπερ πνεῦμα, καὶ ὥσανει νέφος, ἡ σωτηρία μου. *Abiit mea ſpes ſicut ſpiritus, & ſicut nubes, ſalus mea;* Mſ. Alex. addit παρῆλθε; ſed hoc verbum *tranſiit*, ſignatur aſteriſco in ed. Lat. Aug. in Job, tota refert ut in Lat. ſup.

℣. 16. In edit. Lat. præfigitur aſteriſcus his, *Et nunc ſuper me*, &c. Eadem exhibet Aug. in Job, cum edit. LXX. quæ addit, ἔχουσι δέ με, &c. *habent autem me*, loco *poſſèderunt me.*

℣. 17. Sic habet Aug. in Job. Sic etiam in Gr. eſt, excepto verbo ζυγκέχυται, *confuſa ſunt*, loco *confracta ſunt;* in edd. Ald. & Compl. ζυγκέκαυται, *combuſta ſunt.*

℣. 18. Ita Græcè, adjunctis etiam his, ὥσπερ τὸ περισόμιον τῶν χιτώνός μου περιέχε με, quæ reddit edit. Lat. ut ſupra, præmiſſo aſteriſco. Similiter hab. Aug. in Job, cum aliis anteced.

℣. 19. Sic eſt in Græco, præter priora iſta, ἤγησαι δέ με ἴσα σκιᾷ, *reputaſti autem me æquè ac lutum*, quæ ſola non leguntur ap. Aug.

℣. 20. Ita Græcè, excepto verbo ἀκούεις, *audis*, pro *audiſti.* Edit. Lat. poſteriora ſubjicit aſteriſco: eadem quo-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. *terunt, & conſideraverunt me.*

21. Aggreſſus es me ſine miſericordia; manu potenti verberaſti me,

22. Et conſtituiſti me in doloribus, *& projeciſti me à ſalute.*

23. Scio enim quòd mors conteret me: domus enim eſt omni mortali terra.

24. Atque utinam poſſem me interficere, aut rogare alium ut faceret mihi hoc.

25. Ego autem flevi ſuper omni invalido, & ſuſpiravi, cùm viderem virum in neceſſitatibus.

26. Ego bona præſtolabar; ecce occurrerunt mihi magis dies malorum.

27. Venter meus efferbuit, & non tacebit; occupaverunt me dies inopiæ.

28. Gemens inceſſi ſine ſilentio, & ſteti in cœtu clamans.

29. Frater factus ſum ſirenarum, & amicus filiarum ſtruthionum.

30. Cutis mea innigrata eſt valde, & oſſa mea *frixa ſunt* ab æſtu.

31. Verſa eſt in luctum cithara mea, & pſalmus meus in fletum.

VULGATA NOVA.

& non reſpicis me.

21. Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ adverſaris mihi.

22. Elevaſti me, & quaſi ſuper ventum ponens eliſiſti me validè.

23. Scio quia morti trades me, ubi conſtituta eſt domus omni viventi.

24. Veruntamen non ad conſumptionem eorum emittis manum tuam: & ſi corruerint, ipſe ſalvabis.

25. Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.

26. Exſpectabam bona, & venerunt mihi mala: præſtolabar lucem, & eruperunt tenebræ.

27. Interiora mea efferbuerunt abſque ulla requie, prævenerunt me dies afflictionis.

28. Mœrens incedebam, ſine furore; conſurgens, in turba clamabam.

29. Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum.

30. Cutis mea denigrata eſt ſuper me, & oſſa mea aruerunt præ caumate.

31. Verſa eſt in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

que profert Aug. in Job: item Græcè, ἔστησαν δὲ ἐγ &c. ut ſup.

℣. 21. Similiter in Gr. præter hoc, ἐπέζησαν δέ μοι, *inſultarunt autem mihi*, loco *aggreſſus es me*; in ed. tamen Compl. ἐπέζης. Greg. M. legiſſe videtur num. plurali; nam lib. 20. moral. ad hæc Vulg. verba, *Mutatus es mihi in crudelem*, &c. quæ huic verſiculo reſpondent, hæc addit: *Longè ab hac ſententia vetus Translatio diſſonat, quia quod in hac de Deo dicitur, hoc in illa de adverſariis ac perſecutoribus memoratur: ſed tamen quia hæc nova Translatio ex Hebræo nobis, Arabicoque eloquio cuncta verius transfudiſſe perhibetur, credendum eſt quidquid in ea dicitur.* Græcè etiam pro *verberaſti*, legitur ἐμαστίγωσας, mel. *flagellaſti.*

℣. 22. In ed. Lat. extrema notantur aſteriſco: leguntur tamen in ed. LXX. ut ſup. cum antecedentibus. Apud Aug. in Job, poſteriora ſola.

℣. 23. Græcè, οἶδα, *novi*, pro *ſcio*; reliqua ut ſup. detracto uno *eſt*. Ap. Aug. in Job, non legitur niſi poſterior verſiculus, *domus enim eſt*, &c.

℣. 24. Vix mel. è Græco, niſi hoc excipiatur, *me interficere*, pro quo ἐμαυτὸν χειρώσασθαι, quod Nobil. reddit iſto, *mihi ipſe manus afferre*; χειρόω verbum è verbo, *manuum viribus ſupero, domo.* Auguſt. in Job, conſtanter legit: *Atque utinam poſſem me ipſum interficere*; deinde ſic, *aut rogarem alium*, & *faceret mihi hoc.* Gr. ἢ δεηθείς γε ἑτέρου, καὶ ποιήσει μοι τοῦτο.

℣. 25. Aptè ad Gr. dempto uno &, ante *ſuſpiravi*, quod tamen addit Mſ. Alex. Ap. Ambr. l. de Tob. c. 1. col. 592. b. ſic: *Ego ſuper omnem infirmum flevi*; Gr. ἀδυνάτῳ. Rurſum Ambr. l. de Nab. c. 13. col. 581. f. ait: *In omni infirmo fleviſſe ſe dixit, & ingemuiſſe, cùm videret virum in neceſſitate, ſe autem in bonis; ſed tunc ſibi magis fuiſſe dies malorum, cùm ſe habere cerneret, & alios indigere.*

℣. 26. Similiter ap. Aug. in Job, *Ego bona præſtolabar.* Græcè, Ἐγὼ δὲ ἐπέχων ἀγαθοῖς· ἰδοὺ δὲ, &c. *Ego autem inhærens bonis; ecce*, &c. ut ſup.

℣. 27. Ad verbum è Gr. Ap. Aug. in Job, prior tantùm verſiculus legitur, *Venter meus*, &c. ut ſup.

℣. 28. Ita Græcè cum voce φιμῷ, pro *ſilentio*; ad verbum, *camo, capiſtro*, unde φιμόω, *os obligo*, & per translat. *ad ſilentium adigo.* Ap. Aug. poſtrema tantùm leguntur: *& ſteti in cœtu clamans.*

℣. 29. Sic eſt in Gr. excepto uno ἑταῖρος δὲ, & *ſodalis*, loco *amicus*, detractoque ſeq. *filiarum.*

℣. 30. Similiter ap. Aug. in Job, ad hoc uſque, & *oſſa.* In Gr. Τὸ δὲ δέρμα μου ἐσκότωται μεγάλως, &c. *Pellis autem mea obtenebrata eſt valde*; at in Mſ. Alex. μεμελάνωται, & ap. Chryſoſt. οἱ λοιποὶ· ἐμελάνθη, *denigrata eſt*: ſubinde poſt *oſſa mea*, in ed. Lat. hoc additur cum aſteriſco, *frixa ſunt*, quod deeſt in ed. Rom. LXX. In Hexap. verò ſic, κατεφρύγη ἀπὸ καύματος. In Mſ. Alex. ac ed. Ald. Συνεφρύγη.

℣. 31. Gr. initio hab. ἀπέζη δὲ, loco *verſa eſt*; & in fine addit ἐμοί, *mihi*, poſt *fletum.* Ap. Aug. in Job, prior tantùm verſiculus exſtat ut ſup.

CAPUT XXXI.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 1. *TEſtamentum feci oculis meis, & non cogitavi de virgine.*

2. Et quæ eſt pars alia Dei deſuper, *& hæreditas Omnipotentis de excelſis?*

3. *Nonne perditio erit iniquo*, & abalienatio facientibus iniquitatem?

4. Nonne ipſe videbit viam meam, & omnes greſſus meos dinumeravit?

VULGATA NOVA.

1. PEpigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine.

2. Quam enim partem haberet in me Deus deſuper, & hæreditatem Omnipotens de excelſis?

3. Nunquid non perditio eſt iniquo, & alienatio operantibus injuſtitiam?

4. Nonne ipſe conſiderat vias meas, & cunctos greſſus meos dinumerat?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hi verſiculi duo totidem aſteriſcis ſignantur in edit. Lat. Nunc in Gr. LXX. legitur ἐθέμην, *poſui*, pro *feci*, & Συνῆκα ἐπὶ, *intelligam ſuper*, pro *cogitavi de.* Ap. Symm. ᾧ δὲ ἐνενόησα περὶ παρθένου. Ap. Aug. in Job, *Teſtamentum feci oculis meis, ut non cogitem de virgine*; paulò verò poſt, & *non cogitabo de virgine.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 51. *Poſui teſtamentum oculis meis, ut non ſentirem in virginem.*

℣. 2. Gr. Καὶ τί ἐμέρισεν ὁ Θεὸς ἄνωθεν; *Et quid partitus eſt Deus deſuper?* Alia ſubſeqq. notantur aſteriſco in edit. Lat. leguntur etiam in hod. edit. LXX. Ap. Aug. in Job, prior tantùm verſiculus habetur ut ſup.

℣. 3. Prior verſiculus aſteriſco diſtinguitur in edit. Lat. Nunc ap. LXX. ſic: Οὐαὶ ἀπώλεια τῷ ἀδίκῳ, *Va perditio injuſto*; reliqua ut in Lat. ſup. Similiter ap. Fulg. l. 1. de rem. pecc. c. 26. p. 380. c. *Nonne perditio erit iniquo*, & *alienatio*, &c. ut ſup.

℣. 4. Ad verbum è Gr. ſi excipias ult. *dinumeravit*,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

5. Si ambulavi in vanitate, & festinavit in dolo pes meus:

6. Appendat me in statera justa, & sciat Deus simplicitatem meam.

7. Si declinavit gressus meus de via, & si secutum est oculos meos cor meum, & si manibus meis adhæsit macula:

8. Seram, & alius comedat: & progenies mea eradicetur.

9. Si deceptum est cor meum super muliere, & si ad ostium amici mei insidiatus sum:

10. Scortum alterius sit uxor mea, & super illam incurventur alii.

11. Hoc enim nefas est, & iniquitas maxima.

12. Ignis est usque ad perditionem devorans, & omnia eradicans genimina.

13. Si contempsi subire judicium cum servo meo, & ancilla mea, cùm disceptarent adversùm me.

14. Quid enim faciam cùm surrexerit ad judicandum Deus? & cùm quæsierit, quid respondebo illi?

15. Nunquid non in utero fecit me qui & illum operatus est: & formavit me in vulva unus?

16. Si negavi, quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ exspectare feci.

17. Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea:

18. (Quia ab infantia mea crevit mecum miseratio: & de utero matris meæ egressa est mecum.)

19. Si despexi pereuntem, eò quòd non habuerit pro quo ἐξαρκύσεται, *enumerabit.*

VERSIO ANTIQUA.

5. Si inceſſi cum irriſoribus, vel ſi feſtinavit *Ex Mſ. Maj. Mon.* ad dolum pes meus:

6. Appendat me in ſtatera æquiſſima: ſcit autem Dominus innocentiam meam.

7. Si defluxit pes meus de via, & ſi ſecutum eſt oculum cor meum; ſi manibus meis tetigi munera:

8. Seram, & alii fructus meos edant: ſine ſtirpe ſim ſuper terram.

9. Si ſecutum eſt cor meum mulierem, aut ſi obſedi januas ejus:

10. Placeat quoque uxor mea alteri, & filii mei humilientur.

11. Furor enim animi eſt indomitus, commaculare viri uxorem:

12. Ignis ardens eſt in omnibus membris; quòcunque intraverit, radicitus perdet.

13. Quòd ſi & deſpexi judicium famuli mei, aut ancillæ, cùm judicarentur apud me.

14..... *Vide Not.*

15. Nonne ſicut ego conceptus ſum in utero, & illi; & fuimus ſimiliter in ventre?

16. Infirmis autem ſi quid opus fuit, non denegavi; viduæ oculum non excruciavi.

17. Aut ſi panem meum comedi ſolus, & non dedi pupillo *ex eo;*

18. *(Quia ab adoleſcentia mea enutriebam quaſi pater; de ventre matris meæ dux eis fui.)*

19. Aut ſi deſpexi nudum pereuntem, & non

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Concinit Aug. in Job: nec abſimile Græcum eſt, niſi quod habet, Εἰ δὲ ἤμλω πεπορευμένος..... εἰ δὲ ἠ, &c.

℣. 6. In Gr. ἑσαμαι γὰρ, *ſteti enim*, pro *appendat*, & δικαίῳ, *juſtâ*, pro *æquiſſimâ*; reliq. ut in textu. Ap. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 198. b. *Poſitus ſum ſtaterâ juſtitiæ, & ſcit Dominus ſimplicitatem meam*; Gr. ακακίαν μου.

℣. 7. Ita Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. e. pene ad verbum, ſcilicet: *Si deflexit pes meus de via, & ſecutum eſt cor meum oculum meum; ſi manibus*, &c. ut ſup. Similiter in Gr. præter iſta: Εἰ ἐξέκλινεν..... εἰ δὲ ἠ τῷ ὀφθαλμῷ ἐπικολλήσεν ἡ καρδία μου· εἰ δὲ ἠ, &c. In Mſ. Alex. ὀφθαλμῷ μου. Ap. Luciſ. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 198. b. *Quoniam nunquam pes meus exerravit à via rectâ, ſed nec oculus meus conſpexit.* Auct. l. de ſingul. cleric. p. 529. vel 533. *Si oculis conſenſit cor meum.*

℣. 8. Similiter ap. Aug. in Job. In Gr. Σπείραιμι ἄρα, *ſeram igitur*, abſque ſeq. *fructus meos*; & pro *ſine ſtirpe*, ſic, ἀῤῥιζος δὲ, *ſine radice autem.* Ap. Chromat. Aquil. in Matt. p. 983. e. ſimpliciter, *Alii fructus meos edant*, omiſſis iis quæ antecedunt, & quæ ſequuntur.

℣. 9. Ita Aug. in Job. Gr. Εἰ ἐξικολλήσεν ἡ καρδία μου γυναικὶ ἀνδρὸς ἑτέρου, εἰ ἐγκάθετος ἐγενόμλω ἐπὶ, &c. *Si obſecutum eſt cor meum mulieri viri alterius, & ſi fui ſedens ad*, &c. Chromat. Aquil. in Matt. p. 983. e. *Si ſecutum eſt cor meum uxorem alienam, aut ſi aſſiduus fui ad illam.*

℣. 10. Sic ap. Aug. in Job, & in Græco, ubi ὑἱπια, pro *filii.* Ap. Chromat. Aquil. in Matt. p. 983. e. hæc pauca: *Placeat & uxor mea alteri*, omiſſis aliis ſeqq.

℣. 11. Aug. in Job, hab. *animæ meæ*, loco *animi*; reliqua ut ſup. Gr. Θυμὸς γὰρ ὀργῆς ἀκατάχετος, vel cum Mſ. Alex. ἀκάθεκτος; cæt. ut ſup. Ap. Chrom. Aquil. in Matt. p. 983. e. *Ira enim furoris eſt, & immundi ſpiritûs, commaculare mulierem viri; ignis eſt ardens.* Ferrand. Diac. ad Regin. p. 180. *Ira enim magna, & ignis undique ardens eſt*; quæ poſtrema pertinent ad ℣. ſeq.

℣. 12. Græc. addit γὰρ, poſt *ignis*, & pro *membris*, hab. μερῶν, *partibus*; at in ed. Compl. & ap. Polychr. μελῶν; deinde conſtanter, ἕως ἂν ἐπέλθῃ, ἐκ ῥιζῶν ἀποῤῥιζώσῃ, *quocunque ſupervenerit, à radicibus perdidit.* Vide Chromat. Aquil. ſup. & Ferrand. Diac.

℣. 13. Eadem legit Aug. in Job, col. 655. f. ſubjunctis his, *cùm judicarentur apud me*: quæ ultima cùm deſint in edit. Lat. ipſi adnectenda duximus ex Aug. In Græco cuncta leguntur ut ſup. additis etiam his, κρινομένων αὐτῶν πρός με, quæ Nobil. ita reddit, *cùm ipſi litigarent mecum.*

℣. 14. Rurſum hîc mutila eſt ed. Lat. librarii fortè incuriâ. Aug. in Job, 655. f. poſteriora tantùm verba ſupplet, nempe: *Quòd ſi & viſitationem, quod reſponſum dabo?* In Græco ſic: Τί γὰρ ποιήσω ἐὰν ἔτασίν μου ποιῆται ὁ Κύριος; ἐὰν δὲ ἠ ἐπισκοπὴν τινα, ἀπόκρισιν ποιήσομαι; *Quid enim faciam ſi inquiſitionem mei faciat Dominus? quod ſi & viſitationem aliquam, reſponſum dabo?*

℣. 15. Ita Aug. in Job. Græcè ponitur ἠ, poſt *ficus*, præterquam in Mſ. Alex. item pro *conceptus ſum*, habetur ἐγενόμλω, *factus ſum*, rurſuſque γεγόνασι, poſt *illi*; mox ita: γεγοναμλν δὲ ἐν τῇ αὐτῇ κοιλίᾳ, *facti ſumus autem in eodem ventre.*

℣. 16. Eòdem recidunt Græca iſta: Ἀδύνατοι δὲ, χρείαν ἦν ποτε εἶχον, ὧν ἀπέτυχον· χήρας δὲ τὸν ὀφθαλμὸν οὐκ ἐξέτηξα. *Impotentes autem, quacunque aliquando re opus habebant, non ſunt fruſtrati; viduæ autem oculum non tabeſeci.* Similiter ap. Ambr. l. de Nab. c. 13. p. 581. f. *Qui nunquam viduæ oculum fecit tabeſcere.*

℣. 17. Gr. initio hab. Εἰ δὲ ἠ τὸν ψωμόν μου, *Quòd ſi & buccellam meam*, &c. & inf. pro *dedi*, μετέδωκα, *communicavi.* Ed. Lat. addit in fine cum aſteriſco, *ex eo*, quod abeſt à Gr. edit. Rom. in Ald. tamen & Compl. ſubjungitur ἐξ αὐτοῦ. Ap. Ambr. l. de Nab. c. 13. col. 581. f. ſic: *Qui nunquam panem ſuum ſolus manducavit, & non orphano tradidit.*

℣. 18. Edit. Lat. poſt hoc ult. *ex eo* verſûs ſup. apponit duo puncta craſſiora, nec præmittit aſteriſcum verſiculo ſequenti, *Quia ab adoleſcentia*, &c. ſed tantùm poſteriori, *de ventre matris*, &c. at ineptè, ut ſuſpicor, appoſita ſunt duo illa puncta poſt ult. comma *ex eo*, vel ſaltem præponi debuiſſet ſtellula verbis proximè ſubſequentibus: duplex enim verſiculus ſequens, ſuo aſteriſco ſignatur in Hexap. Orig. ubi ita legitur ex Theodot. Ὅτε ἐκ νεότητός μου ἐξέτρεφον ὡς πατὴρ, ἠ ἐξ γαστρὸς μητρός μου ὡδήγησα. In Mſ. etiam Colb. de more verbis illis iſta præmittitur nota, Ὁμοίως ἐκ Θ. οἱ β'. i. e. *Similiter ex Theodotione duo verſiculi.* Eadem tamen verba hodie reperiuntur in edit. LXX. ſed in ipſam tranſiere ex ed. Hexaplari, ut & alia paſſim. Ap. Aug. in Job, poſterior tantùm verſiculus legitur, *& de ventre matris meæ*, &c. ut ſup. Ap. Ambroſ. l. de Nab. c. 13. p. 581. f. ſic: *Quem à juventute ſua nutrivit, aluit, inſtituit, parentis affectu.*

℣. 19. Eadem prorſus habet Auguſt. in Job, uſque ad verbum *operui* incl. nec plura. Concinit etiam Græcum, niſi quòd initio ponit εἰ δὲ ἠ, & in fine addit αὐτὸν, *eum*, poſt *operui*, nec plura: Mſ. Alex. delet etiam αὐτὸν, cum

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Mſ. Maj. Mon. operui *non habentem velamen*;	buerit indumentum, & abſque operimento pauperem:
20. Infirmorum verò ſi non benedixerunt mihi humeri, & de tonſura ovium mearum calefacti ſunt;	20. Si non benedixerunt mihi latera ejus, & de velleribus ovium mearum calefactus eſt:
21. Si levavi ſuper pupillum manum *meam*, fidens quia multum eſt mihi adjutorium:	21. Si levavi ſuper pupillum manum meam, etiam cùm viderem me in porta ſuperiorem:
22. Diſcedat humerus meus à jugulo meo, & brachium meum à cubito meo conteratur.	22. Humerus meus à junctura ſua cadat, & brachium meum cum ſuis oſſibus confringatur.
23. Timor enim Domini continuit me, & à pondere ejus non ſuſtinebo.	23. Semper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum, & pondus ejus ferre non potui.
24. Si poſui aurum robur meum; quòd & ſi in lapide pretioſo fidebam;	24. Si putavi aurum robur meum, & obrizo dixi: Fiducia mea.
25. Si & lætatus ſum, cùm eſſet mihi cenſus multus; ſi & in * innumerabilibus poſui manum meam,	25. Si lætatus ſum ſuper multis divitiis meis, & quia plurima reperit manus mea.
* *Mſ. vel edit.* numerabilibus.	
26. (An non videmus ſolem lucentem deficere, & lunam minui? non enim in ipſis eſt.)	26. Si vidi ſolem cùm fulgeret, & lunam incedentem clarè:
27. *Et deceptum eſt clam cor meum*; quòd ſi oſculatus ſum manum meam, ponens ad os meum:	27. Et lætatum eſt in abſcondito cor meum, & oſculatus ſum manum meam ore meo:
28. Et hoc mihi ad magnam injuſtitiam reputetur: quia mentitus ſum in conſpectum Domini excelſi.	28. Quæ eſt iniquitas maxima, & negatio contra Deum altiſſimum.
29. Quòd ſi & gaviſus ſum ſuper ruina inimici mei, & dixit cor meum: Bene factum eſt:	29. Si gaviſus ſum ad ruinam ejus qui me oderat, & exſultavi quòd inveniſſet eum malum.
30. Audiat auris mea maledictionem meam; opprobrio ſim in meo populo diffamatus.	30. Non enim dedi ad peccandum guttur meum, ut expeterem maledicens animam ejus.
31. Quòd ſi ſæpe dixerunt ancillæ meæ: Quis det nobis ut carnibus ejus ſatiemur? cùm ſatis bonus eſſem.	31. Si non dixerunt viri tabernaculi mei: Quis det de carnibus ejus ut ſaturemur?
32. Foris non manebat hoſpes, janua mea omni advenienti patebat.	32. Foris non manſit peregrinus, oſtium meum viatori patuit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

edd. Ald. & Compl. Ejus loco edit. Lat. addit cum aſteriſco, *non habentem velamen*, quæ verba alibi non leguntur, niſi fortè apud Auguſt. in Job, col. 656. a. ubi poſt verbum *operui*, illico ſequitur: *ſi non fide remiſſionis peccatorum, tanquam tunicam non habentem, velavi.* Ap. Ambr. l. de exhort. virg. t. 2. col. 298. f. *Si vidi nudum pratereuntem, & non veſtivi*; nec alia; (Gr. ὑπερεῖδον γυμνὸν ἀπολύμενον·) item l. de Nab. c. 13. p. 581. f. ſic: *Qui nunquam nudum deſpexit, qui morientem operuit.*

℣. 20. Ap. Aug. in Job, vix una aut altera vocula deeſt, nempe iſta, *verò*, cum ſeq. & In Gr. ſic: Ἀδύνατοι δὲ εἰ μὴ εὐλόγησάν με, ἀπὸ δὲ χειρὸς ἀμνῶν μου ἐθερμάνθησαν οἱ ὦμοι αὐτῶν. *Impotentes autem ſi non benedixerunt me, & de tonſura agnorum meorum calefacti ſunt humeri eorum.* Ap. Ambr. l. de exhort. virg. t. 2. p. 298. f. ita: *Si me non benedixerunt egentes, & de velleribus ovium mearum humeros eorum non calefeci*: & l. 1. offic. col. 12. a. ſic: *Velleribus agnorum meorum calefacti ſunt humeri eorum*: & l. de Nab. c. 13. col. 581. f. *Qui velleribus ovium ſuarum infirmorum calefecit humeros.*

℣. 21. Eadem prorſus in Græco, præter vocem *meam*, quæ deeſt poſt *manum*; & verò pronom. iſtud aſteriſco ſignatur in edit. Lat. Auguſt. pariter tota refert quæ ſup. etiam cum pronom. *meam*; poſteriorum tantùm verborum ordo ſic immutatur apud ipſum, *fidens quia mihi eſt adjutorium multum.* Ambroſ. l. de Nab. c. 13. p. 581. f. prioribus alludit, dicens: *Non oppreſſit pupillum.*

℣. 22. Similiter habet Auguſt. in Job, ad hoc uſque, & *brachium.* Græc. addit ἄρα, *igitur*, poſt *diſcedat*, & pro *à jugulo*, hab. ἀπὸ τῆς κλειδός, Nobil. *à junctura*, ad litt. *clavi*, ſeu *claviculâ*, id eſt, parte illa quæ dividit pectus à cervice. Græc. ibid. non ſubdit μοῦ, nec etiam inf. poſt vocem *cubito.* In Mſ. tamen Alex. habetur ἀγκῶνός μου.

℣. 23. Similiter ap. Aug. in Job, præter vocem *Domini*, quæ deeſt: in Gr. additur Κυρίου; ſubinde ſic, ἀπὸ τοῦ λήμματος, *à prehenſione*, loco & *à pondere*; in Compl. ἢ ἀπὸ; apud Symm. ἢ τὸ βαρὸς, & *pondus.* Ferrand. Diac. ad Regin. p. 173. leg. *Sicuti pendentes ſuper me fluctus maris, ita timui Deum.*

℣. 24. Aug. in Job, initio ipſo tollit *ſi*, paulò verò poſt leg. *quòd ſi* & ; Gr. εἰ δὲ ἢ, item ſup. pro *robur*, hab. εἰς χῦν, *in congium*, edd. verò Ald. & Compl. ἴΧύν.

℣. 25. Itidem Græcè, niſi quòd initio ipſo legitur εἰ δὲ ἢ, *ſi autem* &, ſicut etiam infra: item proximè & conſtanter, ἐπ' ἀριθμήτους, *in innumerabilibus*, non verò *in innumerabilibus*, detractâ primâ ſyllabâ *in*, quod mendum correximus ſupra: facilè autem irrepere potuit in Mſ. cod. vel potiùs in edit. ob litterarum earumdem concurſum. Auguſt. quoque in Job, ita legit: *Si & in innumerabilibus poſui animam meam*; tum addit: *diſcedat ab humero meo brachium meum*; quæ ultima verba non leguntur ſup. neque in edit. Lat. neque in Græco: priora verò, *ſi & lætatus ſum*, &c. referuntur etiam ab Aug. verbum è verbo. Iiſdem quoque alludens Ambr. l. de Nab. c. 13. col. 581. f. dicit: *Nunquam divitiis delectatus eſt.*

℣. 26. Aptè ad Gr. niſi excipiantur iſta, *deficere*, & *lunam minui*, pro quibus ſic, ἐκλείποντα, ζελήνην δὲ φθίνουσαν, ad litt. *deficientem*, *lunam autem decreſcentem.*

℣. 27. Prior verſiculus aſteriſco ſignatur in edit. Lat. Idem quoque legitur apud Aug. in Job. In ed. LXX. ſic: Καὶ εἰ ἠπατήθη κάρδία μου· deinde: εἰ δὲ χεῖρά μου ἐπιθεὶς ἐπὶ στόματί μου ἐρίλησα· *quòd ſi & oſculatus ſum manum*, &c. ut ſup. In Mſ. Alex. & Compl. εἰ δὲ ἢ, &c.

℣. 28. Similiter in Græco præter ſeqq. ἄρα ἀνομία ἡ μεγίστη, *igitur iniquitas maxima*, loco *ad magnam injuſtitiam.*

℣. 29. Ita Aug. in Job, ad hoc uſque, *inimici mei* incluſ. in Gr. ἐχθρῶν μου, num. plur. cæt. ut in textu. Ap. Chromat. Aquil. in Matth. col. 985. e. ſic: *Quòd ſi gaviſus ſum in delicto inimici mei; ſi dixi in corde meo: Bene factum eſt.* Ap. Cæſar. Arelat. hom. 11. *Si gaviſus ſum ad ruinam inimici mei, & exſultavi, eò quòd inveniſſet eum malum; vel ſi in corde meo dixi: Bene.* Gr. Εὖγε. Ambr. l. de Nab. c. 13. p. 581. f. 582. a. ait: *Nunquam gratulatus eſt lapſu inimicorum ſuorum.*

℣. 30. Ita Aug. legit ad verbum. Sic etiam in Gr. niſi quòd poſt *audiat*, eſt ἄρα, *igitur*; & in fine, loco *opprobrio ſim*, &c. ita, ὀρυλληθείην δὲ ἄρα ὑπὸ λαῦ μου κακόμενος, & *diffamer à populo meo afflictus.* Chromat. Aquil. in Matth. legit ut ſup. 985. e. *Audiat auris mea maledictionem.*

℣. 31. Sic ap. Aug. in Job, cui favet Græc. additur tamen ibi ἢ, poſt hoc, *quòd ſi*, ut & ἂν, *utique*, poſt *quis*; & pro *ſatis*, habetur λίαν, *valde.* Ap. Hieron. in Ezech. 5. t. 3. col. 728. a. ita: *Si autem dixerunt ancillæ meæ: Quis det nobis de carnibus ejus ut comedamus?* Græc. πλησθῆναι. Theodot. Τίς δώῃ τῶν..... ἢ ἐμπλησθώμεθα;

℣. 32. Ambr. l. 1. offic. t. 2. p. 44. e. ſic leg. *Foris autem non habitabat hoſpes, janua mea omni venienti patebat.* Item ibid. col. 12. a. *Foris non habitabat peregrinus, oſtium autem meum omni venienti patebat*: & l. de Nab.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

33. Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celavi in sinu meo iniquitatem meam:

34. Si expavi ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me: & non magis tacui, nec egressus sum ostium.

35. Quis mihi tribuat auditorem, ut desiderium meum audiat Omnipotens: & librum scribat ipse qui judicat,

36. Ut in humero meo portem illum, & circumdem illum quasi coronam mihi?

37. Per singulos gradus meos pronunciabo illum, & quasi principi offeram eum.

38. Si adversùm me terra mea clamat, & cum ipsa sulci ejus deflent:

39. Si fructus ejus comedi absque pecunia, & animam agricolarum ejus afflixi:

40. Pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina.

Finita sunt verba Job.

VERSIO ANTIQUA.

33. Quòd si & sponte peccans, abscondi peccatum meum: *Ex Mſ. Maj. Mon.*

34. Nec enim erubui multitudinem populi, ne confiterer coram eis: aut si dimisi infirmum sinu vacuo exire januam meam.

35. Quis mihi tribuat auditorem? *Manum Domini si non timui;* conscriptionem si quam habeo:

36. Super humeros meos levans, & coronatus publicè legam:

37. Et si non disrupi eam, & reddidi, nihil accipiens à debitore;

38. Si super me unquam terra gemuit, aut sulci ejus ploraverunt simul;

39. Aut si & virtutem ejus comedi solus sine pretio; aut si animam domini terræ decipiens contristavi:

40. Pro tritico germinet mihi urticam, & pro hordeo spinam.

Et quieverunt verba Job.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

c. 13. t. 1. col. 581. e. *Ante fores meas non habitavit hospes, ostium autem meum omni venienti patuit.* Gr. Ἔξω δὲ οὐκ ηὐλίζετο ξένος, ἡ δὲ θύρα μου παντὶ ἐλθόντι ἀνέῳκτο. In Mſ. Alex. εὐλίζετο..... ἡ θύρα..... ἠνέῳκτο. Apud Aug. in Job, *Foris non manebat hospes*, ut sup.

℣. 33. Ita legit Aug. in Job. Græc. Εἰ δὲ ᾗ ἁμαρτῶν ἀκουσίως, &c. ut in Lat. Ambr. l. de exhort. virg. t. 2. p. 298. f. ita: *Si abscondi aliquando peccatum meum, quod vel imprudens, non ex voluntate commiserim.* Lib. verò de Nab. c. 13. p. 581. e. *Si autem & peccavi imprudens, non celavi culpam meam;* quid. Mſs. *nonne celavi culpam?* & epist. 51. 999. d. *peccatum meum non abscondi.*

℣. 34. Ambros. l. de Nab. c. 13. t. 1. col. 581. e. *Neque reveritus sum multitudinem plebis, ut non annuntiarem præsentibus eis: si passus sum infirmum exire ostium meum vacuum.* Item epist. 37. t. 2. col. 941. a. *Non reveritus sum multitud. populi, ut non annuntiarem in conspectu omnium peccatum meum:* & ep. 51. col. 999. d. *sed coram plebe omni annuntiavi:* demum l. de exhort. virg. t. 2. col. 298. f. *Si aliquando permisi vacuo sinu exire inopem januam meam.* Apud Aug. in Job, p. 656. f. *Aut si dimisi*, &c. ut in textu. Ap. Chromat. Aquil. in Matth. p. 985. d. *Quòd si missum feci inopem exire januam meam nudo sinu.* Græc. Οὐ γὰρ διετράπην πολυοχλίαν πλήθυς, τοῦ μὴ ἐξαγορεῦσαι ἐνώπιον αὐτῶν· εἰ δὲ ᾐ εἴασα ἀδύνατον ἐξελθεῖν θύρας μου κόλπῳ κενῷ. Mſ. Alex. loco πλήθυς, hab. λαοῦ.

℣. 35. Græc. Τίς μοι πύησ ἀκούοντά μου; deinde sic: χεῖρα δὲ Κυρίου εἰ μὴ ἐδεδοίκειν· quæ verba proferuntur in Hexap. cum asterisco ex Mſ. Colb. Sic etiam habentur in ed. Lat. præmisso eodem signo. Item ap. Aug. in Job, col. 656. f. leguntur ut sup. non verò ap. Ambr. & Chromat. Aquil. infra cit. Græc. addit: Συγγραφὴν δὲ ἣν εἶχον κατά τινος. Ambr. l. de Tob. c. 17. t. 1. col. 611. b. sic: *conscriptionem quam habui adversùs aliquem juramento conceptam:* lib. verò de Nab. c. 13. col. 581. e. *si cautionem quoque si quam habui debitoris:* Mſs. plur. ibid. tollunt posterius *si*, quidam hab. *debitori:* idem Ambr. l. 1. offic. c. 32. col. 44. f. *chirographum* appellat *debitoris*, & infra, *syngraphum*. Aug. in Job, *conscriptionem si quam habeo*, ut sup. Chromat. Aquil. in Matth. p. 985. d. *quòd si cautionem cujusquam habui.*

℣. 36. Gr. Ἐπ' ὤμοις ἂν περιθέμενος στέφανον, ἀνεγίνωσκον. Ambr. l. de Tob. c. 17. col. 611. b. *Imponens coronam, legebam:* sed hæc omittit l. de Nab. c. 13. nec memorat ea Chromat. Aquil. in Matth. Ap. Aug. in Job, sic: *Ordo..... Et si non disrupi eam super humeros meos, & coronatus legam super humeros meos levans:* mox ita: *& coronatus publicè legam, id est, adversùs faciem meam.*

℣. 37. Gr. Καὶ εἰ μὴ ῥῆξας αὐτὴν ἀπέδωκα ὀθέν, &c. ut sup. Alex. ὀδέν. Ambr. l. de Tob. c. 17. col. 611. b. *Et si non scindens eam reddidi, nihil accipiens à debitore:* lib. verò de Nab. c. 13. col. 581. e. *Scissam, sine debitæ recuperatione, reddidi sine mora;* quid. Mſs. ferunt ibid. *reddidisse memoravi.* Item l. 1. offic. c. 32. col. 44. f. *Est*, inquit, *illa benevolentiæ liberalitas, ut si quod habes debitoris chirographum, scindens restituas, nihil à debitore consecutus debiti.* Chromat. Aquil. in Matth. col. 985. d. *Et non disrupi: & si credidi, nihil accepi à creditore meo.* Mſ. etiam Alex. add. μοῦ, in fine.

℣. 38. Similiter hab. Aug. in Job. Sic etiam in Græco, hoc excepto, εἰ δὲ ᾗ, pro *aut.* Ap. Chromat. Aquil. in Matth. col. 985. d. *Aut si mei causâ unquam terra gemuit, aut sulci ejus ploraverunt simul.* Gr. ὁμοθυμαδόν.

℣. 39. Ita Aug. in Job, verbum è verbo. Chromat. Aquil. in Matth. p. 985. d. ita: *Aut si fructus ejus manducavi solus*, &c. ut in textu. Gr. Εἰ δὲ ᾗ τὴν ἰσχὺν αὐτῆς, &c. ut sup. uno excepto ἐκλαβὼν, *recipiens*, pro *decipiens*; in Mſ. Alex. ἐκβαλὼν, *ejiciens.*

℣. 40. Sic habet Aug. in Job, exceptis his duobus, *urtica*, & *spina.* Gr. Ἀντὶ πυρῶν ἄρα ἐξέλθοι μοι κνίδη, ἀντὶ δὲ κριθῆς βάτος. Sequitur in Gr. Καὶ ἐπαύσατο Ἰὼβ ῥήμασιν· *Et cessavit Job à verbis.*

CAPUT XXXII.

VULGATA NOVA.

1. Oמiserunt autem tres viri isti respondere Job, eò quòd justus sibi videretur.

2. Et iratus, indignatusque est Eliu filius Barachel Buzites, de cognatione Ram: iratus est autem adversùm Job, eò quòd justum se esse diceret coram Deo.

3. Porro adversùm amicos ejus indignatus est, eò quòd non invenissent responsionem rationabilem, sed tantummodo condemnassent Job.

VERSIO ANTIQUA.

1. Cessaverunt autem & tres amici ejus ultra contradicere Job: erat enim Job in conspectu suo justus. *Ex Mſ. Maj. Mon.*

2. Et iratus est furore Elius filius Barachiel Buzites, de cognatione Ram, Ausitidis regionis, Job: iratus autem valde, quia se dixerit justum ante Deum.

3. Et tribus amicis iratus est valde, quòd non potuerunt respondere contraria Job, & æstimaverunt eum esse impium.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Eadem leguntur in Græco, exceptis ultimis his, δίκαιος ἐναντίον αὐτῶν, *justus coram eis.* Ap. Aug. verò lib. annot. in Job, col. 657. b. ut sup. *Erat enim Job in conspectu suo justus*, id est, inquit, *in conscientia sua.* Vide ℣. seq.

℣. 2. A Gr. abest vox ista, *furore;* & infra, nomen *Job*, τῷ Ἰὼβ, reponitur ante adverb. *valde;* dein sic, διότι ἀπέφηνεν ἑαυτὸν δίκαιον ἐναντίον Κυρίου· *eò quòd pronunciaverat se ipsum justum coram Domino.*

℣. 3. Similiter in Græco, ni excipias ista priora, Καὶ

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Mſ. Maj. Mon. 4. Elius autem ſuſtinuit ut daret reſponſum Job, quia ſeniores ſe erant in diebus.	4. Igitur Eliu exſpectavit Job loquentem : eò quòd ſeniores eſſent qui loquebantur.
5. Et vidit Elius quia non eſt reſponſio in ore trium virorum, *& iratus eſt furor ejus.*	5. Cùm autem vidiſſet quòd tres reſpondere non potuiſſent, iratus eſt vehementer.
6. Et reſpondens Elius filius Barachiel Buzites, dixit :	6. Reſpondenſque Eliu filius Barachel Buzites, dixit :
Juvenis quidem ſum ætate, vos autem eſtis ſeniores, propterea tacui, timens referre vobis eruditionem meam.	Junior ſum tempore, vos autem antiquiores, idcirco demiſſo capite, veritus ſum vobis indicare meam ſententiam.
7. Dixi autem quia non eſt ætas quæ loquatur, neque in multis annis noverunt ſapientiam :	7. Sperabam enim quòd ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret ſapientiam.
8. Sed Spiritus eſt in hominibus, & inſpiratio Omnipotentis qui docet eos.	8. Sed, ut video, Spiritus eſt in hominibus, & inſpiratio Omnipotentis dat intelligentiam.
9. Nec enim longævi ſunt ſapientes, neque ſenes noverunt judicium.	9. Non ſunt longævi ſapientes, nec ſenes intelligunt judicium.
10. Propter quod dico : Audite me, ut referam vobis quæ novi.	10. Ideo dicam : Audite me, oſtendam vobis etiam ego meam ſapientiam.
11. *Ecce patiens fui in verba veſtra, & audivi veſtram prudentiam, uſquequo diſcuteretis ſermones,*	11. Exſpectavi enim ſermones veſtros, audivi prudentiam veſtram, donec diſceptaremini ſermonibus :
12. *Et donec intelligerem vos : & ecce non eſt qui arguat Job, & reſpondeat ſermonibus ejus ex vobis.*	12. Et donec putabam vos aliquid dicere, conſiderabam : ſed, ut video, non eſt qui poſſit arguere Job, & reſpondere ex vobis ſermonibus ejus.
13. *Ne dicatis : Invenimus ſapientiam Domini : Dominus abjecit eum, & non vir.*	13. Ne fortè dicatis : Invenimus ſapientiam, Deus projecit eum, non homo.
14. *Necdum ad me locutus eſt, & in ſermonibus veſtris non reſpondebo ei.*	14. Nihil locutus eſt mihi, & ego non ſecundùm ſermones veſtros reſpondebo illi.
15. *Obſtupuerunt, non reſponderunt ultra; defecerunt ab eis ſermones.*	15. Extimuerunt, nec reſponderunt ultra, abſtuleruntque à ſe eloquia.
16. *Quia ego exſpectavi, & non ſunt locuti, & ſteterunt, & non reſponderunt ultra ;*	16. Quoniam igitur exſpectavi, & non ſunt locuti : ſteterunt, nec ultra reſponderunt :
17. *Reſpondebo & ego partem meam, & annuntiabo ſcientiam meam. Homini verò permiſiſtis loqui talia verba.*	17. Reſpondebo & ego partem meam, & oſtendam ſcientiam meam.
18. Et adjiciens Elius, ait : Iterum loquar : plenus enim ſum verborum, & angit me ſpiritus ventris mei.	18. Plenus ſum enim ſermonibus, & coarctat me ſpiritus uteri mei.
19. Venter enim meus ſicut uter muſto plenus, fervens, & ligatus; & veluti follis ærarii diſruptus.	19. En venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod lagunculas novas diſrumpit.
20. Loquar, & requieſcam : aperiens labia, reſpondebo.	20. Loquar, & reſpirabo paululùm : aperiam labia mea, & reſpondebo.
21. Neque enim erubeſcam faciem viri, nec	21. Non accipiam perſonam viri, & Deum

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

κατὰ τῶν τριῶν δὲ, *Et verò contra tres ;* loco & *tribus ;* item poſt pauca, ἀντίθετα Ἰωβ, καὶ ἔθεντο αὐτὸν, &c. *oppoſita ipſi Job, & poſuerunt eum,* loco *contraria Job, & æſtimaverunt eum.*

℣. 4. Itidem Græcè, niſi quòd pro *ſe*, habetur αὐτῷ, *eo*, abſque ſeq. *in.*

℣. 5. Sic eſt in Græco. In edit. Lat. ult. comma aſteriſco ſignatur. Sic etiam habetur in Hexap. ex Theodotione, nempe Καὶ ἐθυμώθη ὀργὴ αὐτῷ· in ed. Rom. ὀργῇ, ut legatur, *Et indignatus eſt irâ ſuâ.*

℣. 6. Ita rurſum in Gr. ni excipias ſeqq. ὑπολαβὼν δὲ, *ſuſcipiens autem,* pro & *reſpondens ;* exinde, νεώτερος..... τῷ χρόνῳ, *junior.... tempore ;* & in fine, τῦ ὑμῖν ἀναγγεῖλαι τὴν ἐμαυτῦ ἐπιγνώμων, *vobis annuntiare meam ipſius ſcientiam.* Ap. Aug. in Job, hæc pauca : *Verba Eliu Buzitis.*

℣. 7. Una tantùm negatio *neque*, variat in Græco : ita enim ibi legitur, ὡ πολοῖς δέ.

℣. 8. Græcè repetitur ἐστὶ, *eſt*, poſt vocem *Omnipotentis*, & loco *qui docet eos*, ſimpliciter ἡ διδάσκουσα, *quæ docet*, per relat. ad vocem ſup. πνοή. Mſ. Alex. addit μέ.

℣. 9. Optimè è Gr. uno excepto *nec enim*, pro quo ὐκ, *non.*

℣. 10. Gr. Διὸ εἶπα..... καὶ ἀναγγελῶ, *Ideo dixi.....* & *annuntiabo*, &c. ſup.

℣℣. 11. 17. Verſiculos iſtos omnes multis diſtinctos aſteriſcis exhibet ed. Lat. Hodie ap. LXX. multa diſſimilia exſtant : ita nempe ℣. 11. Ἐνωτίζεσθέ μου τὰ ῥήματα· ἑρῶ γὰρ ὑμῶν ἀκουόντων, ἄχρις οὗ ἐτάσητε λόγους, 12. Καὶ μέχρι ὑμῶν Συνήσω· καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν τῷ Ἰωβ ἐλέγχων, ἀναποκρινόμενος ῥήματα αὐτῦ ἐξ ὑμῶν. 13. Ἵνα μὴ εἴπητε· Εὕρομεν Σοφίαν Κυρίῳ προσθέμενοι. 14. Ἀνθρώπῳ δὲ ἐπετρέψατε λαλῆσαι τοιαῦτα ῥήματα. 15. Ἐπτοήθησαν, οὐκ ἀπεκρίθησαν ἔτι· ἐπαλαίωσαν ἐξ αὐτῶν λόγους. 16. Ὑπέμεινα· οὐ γὰρ ἐλάλησαν, ὅτι ἔστησαν· οὐκ ἀπεκρίθησαν. I. e. ℣. 11. *Auribus percipite mea verba ; dicam enim vobis audientibus, quoadusque exquiratis ſermones,* 12. *Et uſque ad vos intelligam :* & *ecce non erat ipſi Job qui argueret, qui viciſſim reſponderet verbis ejus ex vobis.* 13. *Ut ne dicatis : Invenimus ſapientiam Domino adjecti.* 14. *Homini autem permiſiſtis loqui talia verba.* 15. *Exterriti ſunt, non reſponderunt ultra ; veteres fecerunt ex ſe ſermones.* 16. *Suſtinui ; non enim locutus ſum, quia ſteterunt : non reſponderunt ;* reliqua deſunt ibi uſque ad ℣. 18. In Hexapl. Orig. verſus undecimus Græcè legitur ut ſup. tanquam ex ed. LXX. nullo præmiſſo aſteriſco : duodecimus verò, & tertius decimus, proferuntur ex Theodor. ſicut & quintus decimus, ac ſextus decimus, multis notati aſteriſcis. Hoc etiam additur (℣. 17.) ut ex Theodot. ὅτι ἀποκριθῶ ; deinde ſic ex Symmacho, præfixo ſimiliter aſteriſco, τὸ μέρος μου. Vide plura in Hexap. Orig. t. 1. col. 448. cum notis. Apud Auguſt. in Job, col. 657. b. c. hæc pauca (℣. 13.) leguntur : *Deus abjecit eum*, & *non vir*, (Mſs. nonnulli *adjecit.*) ſubinde : *Et ſermonibus veſtris non reſpondebo ei :* & infra : *Quia ergo exſpectavi, & non ſunt locuti.*

℣. 18. Græcè, Ὑπολαβὼν δὲ Ἐλιὺς, &c. ut ſup. niſi quòd loco & *angit*, habetur ὀλέκει γὰρ, *perdit enim*, deleta voce ult. *mei.*

℣. 19. Sic habet Aug. in Job, præter iſta, *fervens* & *ligatus*, quæ prætermittit. Gr. loco *enim*, hab. δὲ, *autem*, abſque hac voce, *plenus*, & ſeq. & ; loco verò & *veluti*, ita, ἢ ὥσπερ, *aut ſicut ;* cætera quadrant.

℣. 20. Græc. loco &, hab. ἵνα, *ut*, abſque ult. *reſpondebo.*

℣. 21. Gr. Ἀνθρωπον γὰρ οὐ μὴ αἴσχυνῶ, ἀλλὰ μὴν οὐδὲ

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

homini non æquabo.

22. Neſcio enim quandiu ſubſiſtam, & ſi poſt modicum tollat me Factor meus.

VERSIO ANTIQUA.

mortale confundar: *Ex Mſ. Maj. Mon.*

22. Non enim ſcio mirari faciem; alioquin & me tineæ edunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

βροτὸν γὰρ μὴ ἐντραπῶ· Nobil. *Hominem enim non verebor, ſed neque erga mortalem confundar.*

℣. 22. Itidem Græcè, præter unum πρόσωπα, *facies* num. plurali; at in Mſ. Alex. & Compl. πρόσωπον. Ap. Aug. in Job, *Alioquin & me tineæ edent*; Gr. ἔδονται.

CAPUT XXXIII.

VULGATA NOVA.

1. AUdi igitur Job eloquia mea, & omnes ſermones meos auſculta.

2. Ecce aperui os meum, loquatur lingua mea in faucibus meis.

3. Simplici corde meo ſermones mei, & ſententiam puram labia mea loquentur.

4. Spiritus Dei fecit me, & ſpiraculum Omnipotentis vivificavit me.

5. Si potes, reſponde mihi, & adversùs faciem meam conſiſte.

6. Ecce, & me ſicut & te fecit Deus, & de eodem luto ego quoque formatus ſum.

7. Veruntamen miraculum meum non te terreat, & eloquentia mea non ſit tibi gravis.

8. Dixiſti ergo in auribus meis, & vocem verborum tuorum audivi:

9. Mundus ſum ego, & abſque delicto: immaculatus, & non eſt iniquitas in me.

10. Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus eſt me inimicum ſibi.

11. Poſuit in nervo pedes meos, cuſtodivit omnes ſemitas meas.

12. Hoc eſt ergo, in quo non es juſtificatus: reſpondebo tibi, quia major ſit Deus homine.

13. Adversùs eum contendis, quòd non ad omnia verba reſponderit tibi?

14. Semel loquitur Deus, & ſecundò id ipſum non repetit.

15. Per ſomnium in viſione nocturna, quando irruit ſopor ſuper homines, & dormiunt in lectulo:

VERSIO ANTIQUA.

1. NUnc ergo Job, audi verba mea, & loquelam meam auribus percipe. *Ex Mſ. Maj. Mon.*

2. Ecce aperui os meum, & locuta eſt lingua mea *in gutture meo.*

3. Mundum eſt cor meum in verbis, & ſenſus labiorum meorum pura intelligit.

4. Spiritus divinus qui fecit me, & inſpiratio Omnipotentis quæ docet me.

5. Si potes, da mihi reſponſum ad hæc: ſuſtine iſta contra me, & ego contra te.

6. De luto factus es tu, ſicut & ego; ex eodem facti ſumus.

7. Nec timor meus terrebit * te, nec manus mea erit gravis ſuper te. * *Mſ. vel ed.* me.

8. *Veruntamen dixiſti in auribus meis*, vocem verborum tuorum audivi, qua dicis:

9. Mundus ſum à peccato, & ſine crimine: non enim deliqui.

10. Ecce querelam contra me reperit, & putat me quaſi contrarium *ſibi.*

11. Poſuit enim in ligno pedem meum, & cuſtodivit omnes vias meas.

12. Quomodo ergo juſtus ſum, & non exaudivit me? æternus enim eſt, qui eſt ſuper homines.

13. Dices autem: Quare judicium non audivit, & omnem ſermonem?

14. Semel enim loquitur Dominus, & in ſecundo *non conſideravit illud.*

15. Per ſomnium, aut in viſitatione nocturna, aut ſicut incidit ſævus timor in homines, cùm dormiunt in cubili:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Græcè, ni excipias priora iſta: Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ ἄκουσον Ἰὼβ τὰ ῥήματα, &c. *Veruntamen audi Job verba*, &c.

℣. 2. Græcè additur γὰρ, *enim*, ad vocem *ecce*; reliqua ut ſup. In ed. Lat. hoc ult. comma, *in gutture meo*, notatur aſteriſco: & verò non legitur in Græco.

℣. 3. Abeſt à Græco præpoſ. *in*, ante vocem *verbis*, præterquam à Mſ. Alex. tum ſequitur Ξύνεσις δὲ, *intellectus verò*, loco & *ſenſus*; & pro *intelligit*, νοήσει, *cogitabit*. Ap. Aug. in Job, *Mundum eſt cor meum in verbis*, ut ſup. omiſſis aliis.

℣. 4. Ita Græcè: ſic etiam ap. Ambr. l. 1. Hex. col. 17. a. *Spiritus divinus qui fecit me*: item l. de Noe, c. 16. 251. f. & in Pſ. 118. col. 1092. d. & alibi. Concinunt Damaſ. 1. epiſt. 4. ad Orient. t. 1. Conc. col. 497. & Aug. in Job. Item Fulg. de fide orthod. ad Donat. p. 204. a. at l. pro fide cath. p. 541. leg. *Spiritus divinus eſt qui fecit me*, & *ſpiritus Omnipotentis qui docet me.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 751. c. *Spiritus eſt qui fecit me*, & *inſpiratio omnipotentis Dei qui docet me*: & l. 12. de Trin. p. 323. c. *Spiritus eſt qui mortalibus intercedit; inſpiratio verò Omnipotentiæ eſt quæ me docet.* Vict. Vit. l. 3. de perſec. Afr. p. 42. c. *Spiritus divinus eſt qui fecit me*, & *ſpiritus Omnipotentis qui docet me.*

℣. 5. Græc. Ἐὰν δύνῃ..... πρὸς ταῦτα ὑπόμεινον, σῆθι κατ' ἐμὲ, ἀγὼ ἐγὼ κατὰ σέ· *Si poteris..... ad hæc ſuſtine, ſta juxta me*, & *ego juxta te.*

℣. 6. Ita Græcè cum his, διήρτισαι, & διηρτίσμεθα, loco *factus es*, & *facti ſumus*; Nobil. *formatus es..... formati ſumus.*

℣. 7. Ad verbum è Græco, præter hoc, *terrebit me*, pro quo Οὐ πτοήσει, *te turbabit*; Aq. cum Compl. ἐκθαμβήσει: item οὐκ initio, pro *nec.*

℣. 8. In edit. Lat. prior σίχος notatur ſtellulâ: ita quoque habetur Græcè in Hexap. ex Theodotione, unde poſtea deductus eſt in edit. LXX. reliqua quadrant, uno excepto διότι, *quandoquidem*, pro *qua*; fortaſſe ſcriptum erat primitus, *quia.*

℣. 9. Vix meliùs è Gr. niſi quòd pro *à peccato*, exſtat ἀχ ἁμαρτῶν, *non peccans*, vel *cùm non peccaverim*; ſubinde repetitur εἰμὶ, *ſum*, poſt vocem *crimine*, demto præced. &, & pro *deliqui*, ſic, ἠνόμησα, *iniquè egi*, quod idem ſonat.

℣. 10. Gr. loco *ecce querelam*, hab. μέμψιν δέ; ultimòque pro & *putat me*, &c. ἥγηται δέ με ὥσπερ ὑπεναντίον· *putavit autem me ſicut adverſarium*, abſque vocula *ſibi*, quæ etiam aſteriſco diſtinguitur in ed. Lat.

℣. 11. Sic eſt in Gr. excepto uno *enim*, pro quo δὲ, *autem*, ſicut infra poſt *cuſtodivit*, detracto præced. &.

℣. 12. Aptè ad Gr. præter voculam *ergo*, pro qua γὰρ, *enim*, hoc addito proximè, λέγεις. Mel. ap. Aug. in Job: *Quomodo ergo dicis: Juſtus ſum*, & *non exaudivit me?*

℣. 13. Pauciſſima variant Græcè, nempe hoc primum, λέγεις, *dicis*, pro *dices*; exinde additur μοῦ, poſt *judicium*, rurſumque ante *omnem*, loco &; item ſup. ἐπακήκοε, *exaudivit.*

℣. 14. Græc. Ἐν γὰρ τῷ ἅπαξ λαλῆσαι (al. λαλήσαι) ὁ Κύριος, ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ, deinde ἀύπνιον, &c. de ℣. ſeq. omiſſis his mediis, *non conſideravit illud*, quæ etiam aſteriſco ſignantur in ed. Lat. In Hexap. ſic: Ἅπαξ· Ἐκ δευτέρου οὐκ ἀκυρώσει αὐτῷ· i. e. *Alius: Secundò non abrogabit ipſi*; quod additamentum doctus editor putat eſſe Symmachi. Ap. Aug. in Job, priora tantùm verba leguntur: *Semel enim loquitur Dominus.*

℣. 15. Eadem refert Aug. in Job, verbum è verbo, niſi excipias ult. *in cubiculis*, num. plurali. In Gr. deeſt

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Mſ. Maj. Mon. 16. Tunc adaperit aurem hominum; in figuris talibus horrorum illos perterrens,	16. Tunc aperit aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſciplinâ,
17. Ut avertat hominem ab iniquitate, & corpus ejus à ruina eruat:	17. Ut avertat hominem ab his quæ facit, & liberet eum de ſuperbia:
18. Et pepercit animæ ejus à morte.	18. Eruens animam ejus à corruptione: & vitam illius, ut non tranſeat in gladium.
19. Et iterum arguet eum in infirmitate in cubili, *& multitudo oſſium ejus emarcuit;*	19. Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia oſſa ejus marceſcere facit.
20. Omnemque eſcam non poterit ſumere, & anima ejus deſiderabit cibum;	20. Abominabilis ei fit in vita ſua panis, & animæ illius cibus ante deſiderabilis.
21. Donec carnes ejus tabeſcant, & oſtendantur oſſa ejus inania:	21. Tabeſcet caro ejus; & oſſa, quæ tecta fuerant, nudabuntur.
22. Acceſſitque ad mortem anima ejus, & vita ejus ad inferos.	22. Appropinquavit corruptioni anima ejus, & vita illius mortiferis.
23. Quòd ſi fuerint angeli mortiferi, *non reſpondebit ei*; unus ex eis non vulnerabit eum. Si intellexerit corde converti ad Dominum, & nunciaverit homini viam ſuam, ſtultitiam ſuam oſtenderit;	23. Si fuerit pro eo angelus loquens, unus de millibus, ut annuntiet hominis æquitatem;
24. Subveniet ſibi, ut non cadat in morte, & renovabit corpus ſuum ſicut litura in pariete, & oſſa ſua implebit medullâ,	24. Miſerebitur ejus, & dicet: Libera eum, ut non deſcendat in corruptionem: inveni in quo ei propitier.
25. Et molliet carnes ſuas ſicut parvuli, & reſtituet ſe fortem in hominibus.	25. Conſumpta eſt caro ejus à ſuppliciis, revertatur ad dies adoleſcentiæ ſuæ.
26. Orabit ad Dominum, & in acceptum refertur ei; & intrabit facie hilari cum profeſſione, & reddet hominibus juſtitiam.	26. Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit: & videbit faciem ejus in jubilo, & reddet homini juſtitiam ſuam.
27. Et tunc increpabit homo ſemetipſum, dicens: Qualia faciebam? & non me dignè caſtigavi, & peccavi.	27. Reſpiciet homines, & dicet: Peccavi, & verè deliqui, &, ut eram dignus, non recepi.
28. *Salva animam meam, ne veniam in corruptionem, & vita mea lucem videbit.*	28. Liberavit animam ſuam ne pergeret in interitum, ſed vivens lucem videret.
29. *Ecce, hæc omnia faciet Deus, vices tres cum viro.*	29. Ecce, hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per ſingulos:
30. Sed & eruet animam meam de morte, ut anima mea in lumine collaudet eum.	30. Ut revocet animas eorum à corruptione, & illuminet luce viventium.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

per, ante *ſomnium*; tum pro *viſitatione*, exſtat μελέτη, *meditatione*, & poſt paulò, ὡς ὅταν ἐπιῳάσῃ, *ſicut quando incidat*; extremò, ἐν ὑσαγμάτων ἐπὶ κοίτης, *in dormitationibus ſuper cubili*, pro *cùm dormiunt*, &c.

℣. 16. Græc. Τότε ἀνακαλύπτει τὴν ἀνθρώπων· ἐν εἴδεσι φόβου τοιούτοις αὐτοὺς ἐξεφόβησε. *Tunc revelat mentem hominum; in ſpeciebus timoris talibus eos exterruit.*

℣. 17. Initio Gr. hab. ἀποστρέψαι, *avertat*, abſque præced. *ut*, & in fine, ἐρρύσατο, *eruit*; cæt. ut ſupra. Aug. in Job, & *corpus ejus à ruina eruat.*

℣. 18. Ita legit Aug. in Job, unà cum Græco; ſed addit, *quia venturum eſt bellum*; Græc. ἐν μὴ πεσεῖν αὐτὸν ἐν πολέμῳ, & *non cadat ille in bello.*

℣. 19. Eadem leguntur ap. Aug. in Job, verbum pro verbo. In Græco ſic: Πάλιν δὲ ἤλεγξεν αὐτὸν ἐπὶ μαλακίᾳ ἐπὶ κοίτης· *Iterum autem arguit eum in languore ſuper cubile*: tum ſequitur, καὶ πλῆθος ὀστῶν αὐτοῦ ἀνάρκησε, quod ult. comma ſubdunt pariter Hexapla Orig. ſed cum aſteriſco, & ex Theodotione, unde procul dubio translatum eſt in ed. hod. LXX. Latina noſtra ed. idem pene admittit, ſed abſque aſteriſco prævio. At Hexapla ſequi præſtat cum cod. Colb. in quo ibid. pro ſolito hæc præmittitur nota, ※ Θ. Vide Not. ad ℣. ſeq.

℣. 20. Itidem Græcè, addito uno Σίτου, *frumenti*, ad *eſcam*. Obſervandum autem hunc poſteriorem verſiculum, & *anima ejus*, &c. ſignari aſteriſco in ed. Lat. ſed ineptè, ni fallor; aſteriſcus enim, qui exciderat ſup. ℣. 19. librarii incuriâ, huc facilè potuit ab eodem transferri. Conjecturæ noſtræ non parum favent Hexapla, in quibus hoc poſteriori loco nullum ſimile ſignum præfixum reperitur; imo nec quidquam ibid. profertur ex Mſ. Colb. quod indicet hæc verba ex Theodotione, aut ex alio Interprete inducta fuiſſe in edit. LXX. Apud Auguſt. in Job, prior tantùm legitur verſiculus: *Omnemque eſcam non poterit ſumere.*

℣. 21. Græc. Ἕως ἂν σαπῶσιν αὐτοῦ αἱ σάρκες, καὶ ἀποδείξῃ τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ κενά. *Quoadusque putruerint ejus carnes, & oſtenderit oſſa ſua inania.*

℣. 22. Græc. Ἤγγισε δὲ εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, ἡ δὲ ζωὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδην· *Appropinquavit autem ad mortem anima ejus, & vita ejus in inferno.*

℣. 23. Hîc mendum ſubeſſe videtur in edit. Lat. in qua aſteriſco notantur etiam verba iſta, *angeli mortiferi*, cum ſeqq. *non reſpondebit ei.* Si enim unà cum altero redundaret prius comma, hoc ipſo detracto, quomodo cohæreret oratio? & ſanè in edit. LXX. nunc etiam ita legimus: Ἐὰν ὦσι χίλιοι ἄγγελοι θανατηφόροι, quibus proximè ſubjiciuntur iſta, εἷς αὐτῶν οὐ μὴ τρώσῃ αὐτόν, hoc uno prætermiſſo, *non reſpondebit ei*; reliqua quadrant, ſi excipias unum, τὴν ἑαυτοῦ μέμψιν, *ſuam ipſius querelam*, loco *viam ſuam*, Nobil. vertit, *ſuum ipſius crimen*: deinde ſic, τὴν δὲ ἄνοιαν, &c. Nil habetur hîc in Hexaplis, nec apud Aug. in Job.

℣. 24. Gr. initio hab. ἀνθέξεται, loco *ſubveniet ſibi*, ad litt. *adhærebit*, *ſublevabit*, Nobil. *retinebit*; ſolus Alex. add. αὐτῷ; ſubinde εἰς θάνατον, *in mortem*; & pro *litura*, ἀνοφήν, Nobil. *tectorium*; cæt. ut in Lat. ſup. Similiter apud Aug. in Job, *Et renovabit corpus ſuum ſicut litura in pariete.*

℣. 25. Ita è Gr. ad verbum, præter unum *ſe fortem*, pro quo αὐτὸν ἀνδρωθέντα, *eum virum factum.* Apud Aug. in Job, hæc ſola leguntur: *Et molliet carnes ſuas ſicut parvuli*; ut ſup.

℣. 26. Similiter in Gr. præter priora iſta: Εὐξάμενος δὲ πρὸς Κύριον, καὶ δεκτὰ αὐτῷ ἔσαι, *Deprecatus autem ad Dominum*, & *accepta ei erunt*; dein εἰσελεύσεται, &c. Mſ. Alex. cum ed. Ald. addit δέ. Ap. Aug. in Job, *Et intravit facie hilari cum profeſſione*; Græc. ζὺν ἐξηγορίᾳ.

℣. 27. Gr. Εἶτα τότε ἀπομέμψεται ἄνθρωπος αὐτὸς ἑαυτῷ, λέγων· Οἷα συνετέλουν; καὶ οὐκ ἄξια ἤτασέ μου ἁμαρτοι. *Deinde tunc accuſabit homo ſe ipſe, dicens: Qualia conſummabam? & non dignè inquiſivit in me pro his quæ peccavi.*

℣℣. 28. 29. Verſiculi iſti in Hexap. aſteriſcis diſtinguuntur. In Mſ. etiam Colb. ibid. hæc præponitur nota de more: Ἐκ Θ. οἱ δ'. id eſt, *Hi quatuor verſiculi ex Theodotione.* Similiter habentur in edit. Lat. præmiſſis totidem ſtellulis. Iidem quoque nunc leguntur Græcè in ed. Rom. his exceptis, τοῦ μὴ ἐλθεῖν, *ne veniat*, loco *ne veniam*, & ἐργᾶται ὁ ἰσχυρὸς ὁδοὺς τρεῖς, *operatur fortis vias tres*, pro *faciet Deus vices tres.* Apud Auguſt. in Job, hæc ſola: *Salva animam meam, ne veniam in corruptionem*; & infra, *vices tres cum viro*, ut ſup.

℣. 30. Sic hab. Aug. in Job, ſi excipias hoc primum, *ſed eruit*: in Gr. καὶ ἐρρύσατο; ed. Compl. ὡς ἐρρύσατο;

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

31. Attende Job, & audi me: & tace, dum ego loquor.

32. Si autem habes quod loquaris, responde mihi, loquere: volo enim te apparere justum.

33. Quòd si non habes, audi me: tace, & docebo te sapientiam.

VERSIO ANTIQUA.

31. Auribus percipe Job, & audi me; *tace, & ego loquar.* *Ex Mſ. Maj. Mon.*

32. *Si est tibi sermo, responde mihi, loquere; volo enim justificari te:*

33. *Alioquin audi me, tace, & docebo te sapientiam.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

reliqua quadrant, excepta voce ἡ ζωὴ, *vita*, pro *anima*; at in Mſ. Alex. ἡ ψυχή.

℣. 31. Ita Græcè: ed. Lat. subjungit, absque stellula, *tace, & ego loquar*; sed hic versiculus cum aliis quatuor seqq. asteriſco signatur in Hexapl. ita nempe Mſ. Colb. hab. ibid. Ἐκ Θ. οἱ ε΄. id est, *Hi quinque versiculi ex Theodotione*; deinde sic, præmisso asteriſco, & Θ. κώφευσον, καὶ ἐγὼ εἰμὶ λαλήσω.

℣℣. 32. 33. Sic habet edit. Lat. cum tribus asteriſcis. Sic etiam in Hexap. ex Theodotione, ut notavi sup. loco tamen *est tibi sermo*, sic, εἰσὶ λόγοι, & pro *loquere*, λαλήσω; at in Compl. ἐσί ζοι λόγος, & in edit. Rom. λάλησον.

CAPUT XXXIV.

VULGATA NOVA.

1. PRonuncians itaque Eliu, etiam hæc locutus est:

2. Audite sapientes verba mea, & eruditi auscultate me:

Sup. 12. 11. 3. Auris enim verba probat: & guttur escas gustu dijudicat.

4. Judicium eligamus nobis, & inter nos videamus quid sit melius.

5. Quia dixit Job: Justus sum, & Deus subvertit judicium meum.

6. In judicando enim me, mendacium est: violenta sagitta mea absque ullo peccato.

7. Quis est vir ut est Job, qui bibit subsannationem quasi aquam:

8. Qui graditur cum operantibus iniquitatem, & ambulat cum viris impiis?

9. Dixit enim: Non placebit vir Deo, etiam si cucurrerit cum eo.

10. Ideo viri cordati audite me, absit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas.

11. Opus enim hominis reddet ei, & juxta vias singulorum restituet eis.

12. Verè enim Deus non condemnabit fruſtra, nec Omnipotens subvertet judicium.

13. Quem constituit alium super terram? aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est?

VERSIO ANTIQUA.

1. REspondens autem Elius, dixit: *Ex Mſ. Maj. Mon.*

2. Audite sapientes verba mea, & qui habetis sapientiam, auribus percipite:

3. *Quia auris verba probat, & guttur gustabit cibum.*

4. *Judicium eligamus nobis, sententiam inter nosmetipsos, quid est bonum.*

5. Quia dixit Job: Justus sum, & Dominus abstulit judicium meum,

6. Et in judicio meo mentitus est: *violentum jaculum meum absque iniquitate.*

7. *Quis est vir ut Job, bibens subsannationem quasi aquam;*

8. Non peccans, neque impiè agens, neque omnino parcens eorum, qui faciebant iniquitatem, ut iret cum *viris* impiis?

9. Dixit enim: Non visitabitur vir, qui ambulaverit cum Deo.

10. Idcirco prudentes corde audite me: Absit à Domino impietas, & ab Omnipotente turbare quod justum est:

11. Quia reddit homini *opus suum, & juxta viam suam unusquisque reperiet.*

12. Putas Dominum iniqua facturum, & Omnipotentem turbaturum judicium, qui fecit terram?

13. Quis est qui reficit orbem sub cœlo, & quæ sunt in eo omnia?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. de more, Ὑωλαβὼν..... λέγει. *Suscipiens..... dicit.* Aug. *Respondens autem Elin, dixit.*

℣. 2. Græc. Ἀκούσατέ μου ζοφοὶ, ἐωισάμενοι ἐνωΐζεσθε. *Audite me sapientes; qui habetis scientiam, auribus excipite.* Aug. in Job, & *qui habetis scientiam, auribus percipite.*

℣℣. 3. 4. Tribus asteriſcis signantur ista in ed. Lat. Eadem quoque proferuntur in Hexap. cum iisdem asteriſcis, ex Theodot. In Mſ. etiam Colb. ibidem hæ præmittuntur notæ: Ἐκ Θ. οἱ δ΄. id est, *Hi quatuor versiculi ex Theodotione*; deinde ut sup. nisi quòd pro *gustabit*, legitur γεύσαι, *gustat*, sicut inf. ἐλώμεθα, *eligimus*; subinde γνῶμεν, *noscamus*, loco *sententiam*; ultimòque ὅ τι, pro *quid est*. Apud Auguſt. in Job, hæc pauca: *Quia auris sermones probat*; & infra, *quid est bonum.*

℣. 5. A Gr. abest conjunct. &; loco verò seq. *abstulit*, est ἀφεῖλαξε, Nobil. *removit*, quod idem sonat. Apud Aug. in Job, ut sup. *Quia dixit Job: Justus sum.*

℣. 6. Sic apud Aug. in Job, usque ad hoc, *violentum.* Ita quoque in Græco. Edit. Lat. subjicit asteriſco posteriorem versiculum, qui similiter habetur Græcè in Hexap. ex Theodot. à quo postea transiit in edit. LXX.

℣. 7. Sic est in edit. Lat. præfixis asteriſcis duobus. Nunc etiam ita legitur Græcè, detracto uno *est*. Ap. Aug. in Job, hoc tantùm: *Quis est vir ut Job?*

℣. 8. Eòdem recidunt Græca ista: Οὐχ ἁμαρτῶν, οὐδὲ ἀσεβήσας, οὐ φείσατο αὐτῶν (Ald. & Compl. οὐδ' ὅλως κοινωνήσας) μετὰ ποιούντων τὰ ἄνομα, τῷ πορευθῆναι μετὰ ἀσεβῶν; edit. Lat. hab. *viris impiis*; sed notat asteriſco hanc vocem, *viris*, nec malè.

℣. 9. Apud Aug. in Job, deest *vir*; cæt. ut sup. paulò dissimiliùs in Græco: Μὴ γὰρ εἶπας, ὅτι οὐκ ἔσαι ἐπισκοπὴ ἀνδρὸς, καὶ ἐπισκοπὴ αὐτῷ παρὰ Κυρίου· *Ne enim dixeris, quia non erit visitatio viri, & visitatio ipsi à Domino.* Ab edit. Ald. abest hoc, καὶ ἐπισκοπὴ αὐτῷ. Apud Theod. sic: Ὅτι εἶπεν· Οὐ κινδυνεύσει ἀνὴρ, ἐν τῷ εὐδοκιμῆσαι αὐτὸν μετὰ Θεοῦ· *Quia dixit: Non periclitabitur vir, dum ipse bene audierit à Deo.* Aug. in Job, col. 658. a. *Hic illum*, inquit, *putat deceptum, quia hoc sperans illa omnia fecerit: aut certè, quòd in bonum non putat visitari eum, qui ambulaverit cum Domino.*

℣. 10. Ita in Græco, præter ista media, Μὴ μοι εἴη ἐναντι Κυρίου ἀσεβῆσαι, καὶ ἐναντι Παντοκράτορος· *Absit à me coram Domino impiè agere, & coram Omnip.* sed ap. Symm. Ἀπεὶη τοῦ Θεοῦ ἀνομία· & ap. Aug. in Job, *Absit à Domino impietas*, ut sup.

℣. 11. Comma istud, *opus suum*, cum alio subseq. versiculo signatur asteriſco duplici in edit. Lat. Nunc in ed. LXX. sic legimus: Ἅμα ἀποδιδοῖ ἀνθρώπῳ, καθὰ ποιεῖ ἕκαστος αὐτῶν, καὶ ἐν τρίβῳ ἀνδρὸς εὑρήσει αὐτόν· *Sed reddat homini, sicut facit unusquisque eorum, & in semita viri inveniet eum.*

℣. 12. Gr. addit δὲ, *autem*, verbo *putas*, & pro *iniqua*, hab. ἄλογα, *absurda*; subinde sic, ἢ ὁ Παντοκράτωρ ταράξει, &c. *aut Omnipotens turbabit*, &c. ut sup.

℣. 13. Gr. simpliciter, Τίς δέ ἐστιν ὁ ποιῶν τὴν γῆν ἐφ' ἑαυτὸν, καὶ τὰ ἐνόντα πάντα; *Quis autem est qui facit eam quæ*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Mſ. Maj. Mon. 14. Si enim voluerit inhibere, & ſpiritum ejus apud ſe tenere,	14. Si direxerit ad eum cor ſuum, ſpiritum illius & flatum ad ſe trahet.
15. Morietur omnis caro ſimul, & omnis homo ibit in terram unde formatus eſt.	15. Deficiet omnis caro ſimul, & homo in cinerem revertetur.
16. Quòd ſi non es commotus, audi hæc; percipe vocem verborum meorum.	16. Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur, & auſcultа vocem eloquii mei.
17. Videto odientem iniqua, & interficientem malos, qui eſt æternus & juſtus.	17. Nunquid qui non amat judicium, ſanari poteſt? & quomodo tu eum, qui juſtus eſt, in tantum condemnas?
18. *Impius eſt qui dicit regi: Iniquè agis; Impiiſſime, principibus;*	18. Qui dicit regi, apoſtata: qui vocat duces impios:
19. Qui non erubuit faciem inhonorati. Neſciunt honorem deferre principibus, & admirari facies eorum.	19. Qui non accipit perſonas principum: nec cognovit tyrannum, cùm diſceptaret contra pauperem: opus enim manuum ejus ſunt univerſi. *Deut. 10. 17. 2. Par. 19. 7. Sap. 6. 8. Eccli. 35. 16. Act. 10. 34 Rom. 2. 11. Gal. 2. 6. Epheſ. 6. 9. Col. 3. 25. 1. Pet. 1. 17.*
20. Vana eis evenient, ut clament, & rogent virum: abuſi ſunt enim iniquè, cùm excluderentur infirmi.	20. Subitò morientur, & in media nocte turbabuntur populi, & pertranſibunt, & auferent violentum abſque manu.
21. Ipſe enim perſpicit opera hominum, nec latet eum quicquam eorum quæ faciunt;	21. Oculi enim ejus ſuper vias hominum, & omnes greſſus eorum conſiderat.
22. Neque erit locus, *& non eſt umbra mortis*, ut latitent qui faciunt iniqua:	22. Non ſunt tenebræ, & non eſt umbra mortis, ut abſcondantur ibi qui operantur iniquitatem.
23. *Quia non in homine poſitum eſt ultra*; Dominus enim omnes reſpicit:	23. Neque enim ultra in hominis poteſtate eſt, ut veniat ad Deum in judicium.
24. Qui comprehendit inveſtigabilia, glorifica, & admiranda, quorum non eſt numerus;	24. Conteret multos, & innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis.
25. *Qui cognoſcit opera eorum, evertet noctem, & humiliabuntur:*	25. Novit enim opera eorum: & idcirco inducet noctem, & conterentur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſub cœlo, & quæ inſunt omnia?

℣. 14. Gr. habet Συνέχειν, loco *inhibere*, abſque *ejus*, poſt *ſpiritum*; Nobil. vertit. *cohibere.*

℣. 15. Similiter in Græco, addito uno ἢ, poſt *unde.*

℣. 16. Gr. initio habet, "Ιδε μὴ ῥᾳθεῖῃ, Ald. & Compl. Εἰ δὲ μὴ, &c. *Sin autem non ſis monitus*; ſubinde ἐνωτίζῳ, *auribus percipe*, abſque ult. voce *meorum.* Fortè in Mſ. ſcriptum *commonitus*, non *commotus.*

℣. 17. Similiter in Græco, niſi quòd loco *qui eſt æt.* &c. exſtat ὄντα αἰώνιον δίκαιον, quod Nobil. ita reddit, *eſſe æternum juſtum*; Mſ. Alex. hab. εἶναι δίκαιον, & ſup. cum Vat. & al. τὸν μισθῶντα..... ἢ τὸν ὀλυντα.

℣. 18. Hæc habentur in edit. Lat. cum duplici aſteriſco; quæ etiam translata ſunt in edit. hod. LXX. ad verbum, ut & alia plura à nobis notata. Eadem quoque verba refert Aug. in Job, uno excepto *injuſtè*, pro *iniquè*, Gr. παεανομεῖς. Hæc autem ſententia ut exprimitur ſup. in ed. Lat. nonnihil obſcuritatis habet: in hac voce, *Impiiſſime*, potiſſimùm difficultas eſt: hujus nempe vocis Latinæ duplex eſt poteſtas, vel enim ſumitur vocativè, vel pro adverbio; ſi vocandi caſus admittitur ſupra, tota ſententia perinde erit ac ſi dictum fuiſſet ab Interprete: *Impius eſt qui dicit regi: Iniquè agis;* rurſumque *Impius, qui dicit principibus: Impiiſſime*, vel *Impiiſſimi eſtis:* huic interpretationi favent libri Græci: edit. enim Rom. adhibet vocativum ἀσεβέσταλε, edd. Ald. & Compl. ἀσεβέσταλος, *impiiſſimus*, Mſ. Alex. ἀσεβέσταλοι, *impiiſſimi.* Si verò vox eadem *Impiiſſime*, ſumitur pro adverbio, talis eſſe poteſt verborum conſtructio: *Impius eſt qui dicit regi: Iniquè agis:* is pariter *impius qui dicit principibus: Agitis impiiſſimè.* Huic poſteriori explicationi ſuffragari videtur Aug. l. ſup. cit. in Job; relatis enim his verbis, *Impius eſt qui dicit regi: Injuſtè agis*, ſubdit: *Tu autem non debes illud dicere, qui non es impius: Bene*, qui dicit, *non*, qui dixerit, *ne jam etiam ob hoc eſſet, quomodo dicitur: Factum* (f. *Fatuus*) *eſt qui hoc facit.* Impiiſſimè, principibus: *tanquam angelis dicat: Niſi Michael princeps veſter, impiiſſimè agitis. Aut, Si ita impiiſſimè dicitur principibus, quantò magis regi?*

℣. 19. Verbum iſtud, *inhonorati*, minùs Latinè hîc videtur fuiſſe poſitum pro *honorati*, quod tamen contrarium ſonat: errorem fortaſſe creavit vox Græca ἐνλίμυ, compoſita ex præp. ἐν, *in*, & τιμή, *honor*, unde ἔνλιμος, quaſi *in honore poſitus*, vel *honore auctus*, barbarè *inhonoratus*; imo οἱ λοιποὶ, teſte Olymp. loco Ὃς ὐκ ἐπαιχυνθῇ (Mſ. Alex. αἰχυνθῇ) πρόσωπον ἐνλίμυ, *Qui non eſt veritus faciem honorati*, ut legitur in Gr. Vat. & Alex. ferunt, Ὃς ὐκ ἐπαισχυνθῇ ἀρχόνλων, *Qui non eſt reveritus principes:* tum in Vat. & aliis, ὑδὲ οἶδε, *neque novit*, pro *neſciunt*, & θέσθαι ἀδρείς, *ponere potentibus*, pro *deferre principibus*, detracto ſeq. &; reliqua ut ſup.

℣. 20. Sic hab. Aug. in Job, à verbo *abuſi ſunt.* Græc. addit δὲ, *autem*, ad vocem primam *vana*, & loco *ut eli-ment*, &c. hab. τὸ κεκραγέναι, ἢ δεῖσθαι ἀνδρός, quæ Nobil. ita vertit, *clamaſſe*, & *orare virum*; item inf. loco *cùm excluderentur*, legitur Græcè ἐκκλειομένων, quod Nobil. reddit iſto, *exhonoratis*, nec malè; κλέος enim, *gloria*, & κλειτὸς, *inclytus*; κλείω etiam, *celebro, memoro*, ſicut *obſero*, & *præcludo*; in edit. Compl. eſt ἐκκλομένων, *ſecluſis*; in Ald. ἐγκλομένων, *incluſis.*

℣. 21. Græcè, ὁραίνς ἐςιν ἔργων, *inſpector eſt operum*; & inf. λέληθε δὲ αὐτὸν ὑδὲν ὧν, &c. *latuit autem eum nihil*, &c.

℣. 22. Sic habet Auguſt. in Job, verbum è verbo. Sic etiam legitur Græcè, omiſſo tamen hoc verſiculo medio, & *non eſt umbra mortis*, qui etiam aſteriſco ſignatur in ed. Lat. Hexapla Orig. ita ferunt ex Aquila & Theodot. cum eodem ſigno prævio: ὑδὲ ἐςι Σκιὰ Θανάτυ, τῦ κρυβῆναι τὰς ποιθῦντας τὰ ἄνομα, quaſi verò hæc ult. verba, *ut latitent*, &c. vel non exſtiterint ap. LXX. vel in ipſis admiſta fuerint ex Aq. & Theod. dubium tollit edit. Lat. ubi fixa reperiuntur puncta duo craſſiora poſt vocem *mortis*, niſi erratum fortè ſuſpiceris in iſta interpunctione: & verò Montfalconio noſtro teſte ad hunc Hexapl. locum, in Mſ. Colb. ita legitur: Ἐξ Ἀκύλα ἢ Θ. τὸ ἥμισυ, ἢ ὁ ἐξῆς· id eſt, *Ex Aquila & Theodotione media pars verſiculi, & deinceps*, ita ut, ait doctus editor, illud, ὑδὲ ἐςι Σκιὰ Θανάτυ, ſit media pars; iſtud autem, τῦ κρυβῆναι, &c. ſit verſiculus ſequens. Crediderim ego, hac nota, ὁ ἐξῆς, non plùs multò deſignari iſta, *ut latitent*, &c. quibus profectò ſublatis vix ἐκκλησία orationis conſtaret, quàm ea quæ proximè ſubſequuntur, ℣. 23. *Quia non in homine poſitum eſt ultra*; quibus nimirum præmittitur aſteriſcus in edit. Lat. Ut quid enim poſt hanc vocem, *mortis*, quæ ultima eſt commatis medii, apponerentur puncta duo craſſiora, niſi verſiculus prope ſequens eſſet editionis LXX. vix enim, imo nuſpiam in tota hac edit. noſtra Latina reperias hæc duo ſimul juncta, videlicet puncta duo craſſiora cum aſteriſco, ita ut illa hunc proximè antecedant. « Aſteriſcos enim, inquit doct. Hex. editor, prælim. in Hexap. p. 38. in editione LXX. Interpretum Hexaplari uſurpavit Origenes, ut quid ibi addendum eſſet, indicaret: quod tanta religione præſtitit, ut quod adjectum erat præfixo aſteriſco, & poſtpoſitis duobus punctis craſſioribus, ſtatim emineret..... Si verò additamentum illud ad plures lineas extraheretur, initio cujuſlibet lineæ aſteriſcus appingebatur, donec totum deſineret, ibique duo puncta craſſiora de more ponebantur. » Vide plura in eadem Hexap. edit. Not. ad hunc ℣. 22.

℣. 23. Quæ hîc antecedunt, notantur aſteriſco in edit. Lat. Eadem quoque habentur Græcè in Hexap. ex Symmacho, videlicet: Οὐ γὰρ ἐπ' ἀνθρώπῳ κεῖται ἔτι· in edit. Rom. ſic: Ὅτι ὐκ ἐπ' ἀνδρὶ ἔχος ἔτι· reliqua ut in Lat. ſup.

℣. 24. Ad verbum è Gr. ni excipias iſtud, *admiranda*, pro quo ἢ ἐξαίσια, Nobil. & *magnifica.*

℣℣. 25... 34. Verſiculi iſti plurimi aſteriſcis notantur in ed. Lat. Eodem quoque modo proferuntur in Hexap. vide-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

26. Quasi impios percussit eos in loco videntium.

27. Qui quasi de industria recesserunt ab eo, & omnes vias ejus intelligere noluerunt:

28. Ut pervenire facerent ad eum clamorem egeni, & audiret vocem pauperum.

29. Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet? ex quo absconderit vultum, quis est qui contempletur eum, & super gentes, & super omnes homines?

30. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.

31. Quia ergo ego locutus sum ad Deum, te quoque non prohibebo.

32. Si erravi, tu doce me: si iniquitatem locutus sum, ultra non addam.

33. Nunquid à te Deus expetit eam, quia displicuit tibi? tu enim cœpisti loqui, & non ego: quòd si quid nosti melius, loquere.

34. Viri intelligentes loquantur mihi, & vir sapiens audiat me.

35. Job autem stultè locutus est, & verba illius non sonant disciplinam.

36. Pater mi, probetur Job usque ad finem: ne desinas ab homine iniquitatis.

37. Quia addit super peccata sua blasphemiam, inter nos interim constringatur: & tunc ad judicium provocet sermonibus suis Deum.

VERSIO ANTIQUA.

26. *Et exstinxit impios, & glorioſos coram inimicis ſuis:* Ex Mſ. Maj. Mon.

27. *Quia declinaverunt à lege Dei, & juſtitias ejus non cognoverunt,*

28. *Ut perferatur ad eum clamor pauperis: & clamorem pauperum exaudiet.*

29. *Ipſe quietem dabit, & quis poterit condemnare? abſcondet faciem, & quis videbit eum, & contra gentem, & contra hominem ſimul?*

30. *Qui regnare facit hominem hypocritam, propter perverſitatem populi.*

31. *Quia ad Dominum loqui cœpi, non ceſſabo.*

32. *At quod minus video, tu oſtende mihi: ſi iniquitatem operatus ſum, non adjiciam.*

33. *Nunquid à te exiget eam, quam repuliſti? tu enim elegiſti, & non ego; & ſi quid ſcis, loquere.*

34. *Propterea prudentes corde dicent hæc, & vir ſapiens audiet verbum meum.*

35. Job autem non in ſapientia locutus eſt, & verba ejus non ſunt ſcientiæ.

36. Imo verò diſce Job, & noli jam reſpondere ſicut ſtulti:

37. Ne augeamus ſuper peccata noſtra, & injuſtitia ſuper nos reputetur, multa loquentibus verba coram Domino.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

licet ex Theodot. deſumpti, unde poſtea derivati ſunt in ed. LXX. nonnulla tamen tam in Gr. textu, quàm in Lat. ſic variant, nempe ℣. 25. ante *evertet*, ponitur καί; exinde ℣. 26. loco & *glorioſos coram inimicis ſuis*, habetur, ὁρατοὶ δὲ ἐναντίον αὐτῶν, *conſpicui autem coram eo*; item ℣. 28. loco *pauperum*, πένητος, num. ſing. at in edit. LXX. πενήτων; dein ℣. 29. ipſo initio ponitur ἢ, paulòque poſt ita, ἢ τίς καλοδικάσεται; ἢ, &c. & *quis condemnabit?* loco & *quis poterit*, &c. & ℣. 31. Ὅτι πρὸς τὸν ἰσχυρὸν ὁ λέσων· Εἴληφα, οὐκ ἐνεχυράσω· *Quoniam erga fortem qui dicit: Suſcepi, non auferam loco pignoris*; pro his, *Quia ad Dominum loqui cœpi, non ceſſabo:* mox ita ℣. 32. Ἄνευ ἐμαυτοῦ ὄψομαι, *Abſque me videbo*, loco *At quod minus video.* Subinde ℣. 33. Μὴ παρά σου ἀποστασεῖς (edit. LXX. Μὴ ἀπὸ σοῦ ἀποστήσει) αὐτήν, ὅτι ἀπώσῃ, (edit. LXX. ὅτι σὺ ἀπώσῃ,) ὅτι σὺ ἐκλέξῃ, ἢ οὐκ ἐγώ; ἢ τί ἔγνως, λάλησον. *Nunquid de tuo lues* (vel *à te reddes*) *eam, quia tu expelles, quoniam tu eliges, & non ego? & quid noſti, loquere.* Demum ℣. 34. ſub finem, pro *audiet*, habetur ἀκήκοε, *audivit.* Apud Aug. l. annot. in Job, col. 658. c. hæc pauca leguntur, nempe ℣. 25. *Et evertet volens, & humiliabuntur*; 26. *Et exſtinxit impios: lucere ſibi videbantur*, 27. *Et juſtitias ejus non cognoverunt*, 28. *Ut perferatur ad eum clamor pauperis.* 29. *Ipſe quietem dabit, & quis poterit condemnare? Et contra hominem ſimul.* 30. *Qui regnare facit hominem hypocritam, propter perverſitatem populi.* 32. *Abſque me videbo, tu oſtende mihi: ſi iniquitatem operatus ſum, non adjiciam.* 33. *Nunquid à te exigit eam, quia repuliſti?* 34. *Et vir ſapiens audiet verbum meum.* Similiter hab. idem Aug. l. de nat. bon. t. 8. col. 509. e. nempe è ℣. 30. *Qui regnare facit hominem hypocritam, propter perverſitatem populi.*

℣. 35. Similiter ap. Aug. in Job, *Job autem non in ſapientia locutus eſt*; nec plura. Græcè, Ἰὼβ δὲ οὐκ ἐν ζυνέσει ἐλάλησε, deinde ſic: τὰ ῥήματα αὐτοῦ οὐκ ἐν ἐπιστήμῃ· *Job autem non in intellectu locutus eſt, verba ejus non in ſcientia.* In Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. τὰ δὲ ῥήματα, &c.

℣. 36. Græc. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ μάθε Ἰὼβ, μὴ δῶς ἔτι ἀνταποκρισιν, &c. ut ſup. Mſ. Alex. ἀποκρισιν.

℣. 37. Græc. initio hab. Ἵνα μὴ προσθῶμεν, *Ut ne adjiciamus*; & poſt paulò, λογισθήσεται, *computabitur*; at in ed. Compl. λογισθείη; cæt. ut ſupra.

CAPUT XXXV.

VULGATA NOVA.

1. IGitur Eliu hæc rursum locutus est:

2. Nunquid æqua tibi videtur tua cogitatio, ut diceres: Justior sum Deo?

3. Dixisti enim: Non tibi placet quod rectum est: vel quid tibi proderit, si ego peccavero?

VERSIO ANTIQUA.

1. REspondens autem Elius, ait: Ex Mſ. Maj. Mon.

2. Quare hoc exiſtimaſti in judicio? *Tu quis es, quia dixiſti: Juſtus ſum ante conſpectum Dei?*

3. *Aut dicis: Quid prodeſt tibi, aut quid faciam, ſi peccavi?*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Ἀποκριθεὶς δὲ Ἐλιὺς, λέγει. Suſpicatur hîc Martianæus non tantùm hunc verſiculum, ſed & ſequentes omnes hujus capitis olim defuiſſe apud LXX. « Totum iſtud capitulum, inquit, abfuiſſe videtur in LXX. Interpretatione, quæ κοινὴ, id eſt, Vulgata dicebatur & vetus. Nec obſtat quòd verſus ſinguli non ſunt aſteriſco prænotati: quia exſcriptores multa omittunt ſigna in medio paginarum, contenti ea adnotaſſe ab initio & in fine. » Sed hæc conjectura eſt; conjecturâ autem, quæ in utramque partem duci poteſt, nihil incertius. Itaque cùm in Mſ. Maj. Mon. à quo deſcripta eſt Translatio noſtra Lat. non omnes hujus capitis verſiculi ſignentur aſteriſcis, nec quidquam hodie reperiatur in Hexaplis, quod contrarii ſuſpicionem moveat, uſitato more edemus verſiculos omnes, qui in eadem edit. Lat. nullâ præfulgent ſtellulâ, diſtinctis tantùm his, qui hujuſmodi ſigno notantur.

℣. 2. Sic habetur verſiculus prior ap. Aug. in Job, ut & in Græco; edit. Lat. ſubdit cum aſteriſco prævio, *Tu quis es*, &c. Sic etiam ap. eundem Aug. præter iſta duo, *qui*, pro *quia*, & *Domini*, loco *Dei.* In ed. Rom. ὅτι..... Κυρίῳ· cæt. ut in Lat. Hexapla Orig. vacant iſtis, ut & aliis plurimis.

℣. 3. Sic pergit edit. Lat. præmiſſo aſteriſco; nec malè, cùm abſint etiamnum iſta à Græco edit. Rom. In Mſ. tamen Alex. ac edd. Ald. & Compl. hæc leguntur: Ἢ ἐρεῖς· Τί ποιήσω ἁμαρτῶν; *Aut dices: Quid faciam cùm peccavero?* Ap. Symm. Εἶπας γὰρ ὅτι οὐδὲν ζυμβαλεῖταί σοι· *Dixiſti enim quia nihil conferet tibi.* Apud Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. p. 512. f. *Si ego peccavi, quid poſſum facere?* Ap. Aug. verò in Job, tota ut in textu Lat. ſup.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 4. Itaque ego dabo tibi reſponſum, & tribus amicis tuis.

5. Aſpice in cœlum, & vide; reſpice in nubes, quàm altæ ſunt à te.

6. Si peccaſti, quid ages? aut ſi multa injuſtè feciſti, quid potes facere?

7. Et ſi juſtus es, quid dabis ei, *aut quid de manu tua accipiet?*

* *Mſ. vel edit.* ſimilis. 8. *Viro* * *ſimili tui, impietas tua; & filio hominis, juſtitia tua.*

9. *A multitudine calumniantium clamabunt; vociferabuntur à brachio multorum.*

10. *Et non dixit: Ubi eſt Deus, qui fecit me,* qui diſtribuit cuſtodias nocturnas;

11. Qui ſeparat me à quadrupedibus terræ, & à volatilibus cœli *ſapientiorem me fecit?*

12. *Ibi clamabunt, & non audiet ab injuriis malorum.*

13. Vana enim non vult Dominus videre: ipſe enim Omnipotens perſpicit eos, qui faciunt juſtitiam; & ſalvum me faciet.

14. Judicare itaque contra eum, ſi potes collaudare eum, ſicuti eſt.

15. *Et nunc, quia non eſt viſitans iram ſuam, nec cognovit delicta vehementer,*

16. *Et Job vanè aperit os ſuum, in ignorantia verba multiplicat.*

VULGATA NOVA.

4. Itaque ego reſpondebo ſermonibus tuis, & amicis tuis tecum.

5. Suſpice cœlum & intuere, & contemplare æthera quòd altior te ſit.

6. Si peccaveris, quid ei nocebis? & ſi multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum?

7. Porro ſi juſtè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet?

8. Homini, qui ſimilis tui eſt, nocebit impietas tua: & filium hominis adjuvabit juſtitia tua.

9. Propter multitudinem calumniatorum clamabunt: & ejulabunt propter vim brachii tyrannorum.

10. Et non dixit: Ubi eſt Deus, qui fecit me, qui dedit carmina in nocte:

11. Qui docet nos ſuper jumenta terræ, & ſuper volucres cœli erudit nos?

12. Ibi clamabunt, & non exaudiet, propter ſuperbiam malorum.

13. Non ergo fruſtra audiet Deus, & Omnipotens cauſas ſingulorum intuebitur.

14. Etiam cùm dixeris: Non conſiderat: judicare coram illo, & exſpecta eum.

15. Nunc enim non infert furorem ſuum, nec ulciſcitur ſcelus valdè.

16. Ergo Job fruſtra aperit os ſuum, & abſque ſcientia verba multiplicat.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Ita Græcè ad verbum, excepto primo *itaque*, quod deeſt: in edd. Ald. & Compl. ἐγὼ δή σοι, &c. Apud Aug. in Job: *Ergo Eliu reſpondit conſequentibus verbis: Ego dabo tibi reſponſum, & tribus amicis meis*; Græcè conſtanter, σοί.

℣. 5. Ita Aug. in Job, niſi quòd leg. *nubes*, cum *altæ ſint*: Gr. addit δὲ, verbo *reſpice*, tollit verò inf. *ſunt*; cæt. ut in Lat.

℣. 6. Aug. in Job: *Si peccaſti, quid agis? aut ſi multa injuſta feciſti, quid poteris facere?* Gr. Εἰ ἥμαρτες, τί πράξεις; εἰ δὲ καὶ πολλὰ ἠνόμησας, τί δύνασαι ποιῆσαι;

℣. 7. Gr. Vat. Ἐπεὶ δὲ δίκαιος εἶ, &c. *Quoniam igitur juſtus es*, &c. Mſ. verò Alex. ut ſup. Καὶ εἰ δίκαιος εἶ. Similiter Aug. in Job: *Et ſi juſtus es, quid dabis ei?* tum addit: *aut quid de manu tua accipiet?* quæ aſteriſco ſignantur in edit. Lat. Ita quoque habentur Græcè in Hexapl. Orig. ex Theodotione, à quo poſtea tranſiere in ed. LXX. de more.

℣℣. 8. 9. Ita refert ed. Lat. præpoſitis aſteriſcis tribus. Similiter exſtant hi verſiculi in Hexap. Orig. ex Theodot. In Mſ. etiam Colb. ibid. citato, hæ præmittuntur notulæ, Ἐκ Θ. οἱ ς', i. e. *Hi ſex verſiculi ex Theodot.* Ap. Aug. in Job, totidem leguntur quæ ſup. excepta voce iſta, *ſimili*, initio ℣. 8. loco *ſimilis*, detractoque inf. ℣. 9. verbo *calumniantium*. Græcè nunc ὁμοίῳ σου, paulòque poſt, Συκοφαντήματος, *calumniis appetiti*; ap. Symm. verò Συκοφαντιῶν.

℣. 10. Verſiculus prior aſteriſco notatur in ed. Lat. Sic etiam habetur in Hexapl. ex Theodot. Ap. Aug. pariter legitur cum verſiculo ſequenti. Uterque exſtat in Græco hod. verbum pro verbo.

℣. 11. Ita Græcè, uſq. ad vocem *cœli* incl. Sic etiam ap. Aug. in Job, additis verò his, *ſapientiorem me fecit*; quæ ult. verba ſignantur aſteriſco in edit. Lat. In Hexaplis ita ex Aq. & Theod. Καὶ ζοφίζει ὑμᾶς ὑπὲρ τὰ καλὰ τοῦ ἀέρος διπταμένα πετηνά· *Et ſapientes nos facit ſuper volucres in aere volantes*; quæ abſunt ab ed. LXX.

℣. 12. Sic hab. ed. Lat. cum aſteriſco prævio. Similiter ap. Aug. in Job, excepto uno *audies*, pro *audiet*. In edit. LXX. εἰσακούσῃ, Nobil. *exaudies*; mox ita, ἀπὸ ὕβρεως, & *à contumelia*; Mſ. verò Alex. delet ἀπὸ, cum ed. Ald. nil habetur hîc in Hexap.

℣. 13. Sic ap. Aug. in Job, verbum è verbo. Gr. hab. ἄλογα, *abſurda*, pro *vana*; & infra, loco *perſpicit eos*, &c. ita: θεωρὸς ἐστι τῶν συνεληλυθότων τὰ ἄνομα· ἀλλὰ σώσει με· *perſpector eſt eorum qui conſummant iniqua*; & *ſalvabit me.*

℣. 14. Græc. Κρίθητι δὲ ἐναντίον αὐτοῦ, deinde ſic: εἰ δύνασαι αὐτὸν αἰνέσαι, &c. ut ſup. Ap. Aug. in Job, *Judicare itaque eum, ſi potes collaudare eum, ſicuti eſt.*

℣℣. 15. 16. Hoc primum, & *nunc*, teſte Nobilio, ab Olympiodoro & Chryſoſtomo conjungitur cum ſuperioribus, ut ita legatur ſup. *ſicuti eſt* & *nunc*, ſed Aug. hoc ult. conjungit cum ſequentibus. In edit. Lat. totus verſiculus, *Et nunc, quia non eſt viſitans iram ſuam*, habetur ſine aſteriſco: at in Hexapl. Orig. etiam verba iſta cum aliis ſubſequentibus proferuntur cum ſtellula prævia, videlicet ex Theod. Mſ. quoque Colb. ibid. ſolitas præfert notulas, Ἐκ Θ. οἱ δ'. i. e. *Ex Theodot. quatuor hi verſiculi.* Aug. in Job, eadem refert quæ ſup. niſi quòd leg. *aperuit*, pro *aperit*, additque pronom. *ſua*, ad vocem *ignorantia*; Gr. hab. ἀνοίᾳ..... ἐν ἀλυσσίᾳ, abſque ſeq. *ſua*, extremòque βαρύνει, *aggravat*, pro *multiplicat*: item ſup. ℣. 15. παράπτωμά τι, *delictum aliquod*, loco *delicta*; cætera ſimilia.

CAPUT XXXVI.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 1. ADdens ergo Elius, ait:

2. Suſtine puſillùm, ut te doceam: adhuc enim ſunt in me ſermones.

3. Suſcipiens ſcientiam meam de longè, operibus autem meis, quæ * juſta ſunt, loquar

* *Mſ. vel edit.* juxta. 4. In veritate, & non injuſtitiâ: verba injuſtè

VULGATA NOVA.

1. ADdens quoque Eliu, hæc locutus eſt:

2. Suſtine me paululùm, & indicabo tibi: adhuc enim habeo quod pro Deo loquar.

3. Repetam ſcientiam meam à principio, & Operatorem meum probabo juſtum.

4. Verè enim abſque mendacio ſermones mei,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. Προσθεὶς δὲ ἔτι, &c. *Adjiciens autem adhuc*, &c.

℣. 2. Auguſt. in Job, *Suſtine me puſillùm*, &c. ut ſup. Gr. Μεῖνόν με μικρὸν ἔτι, &c. & in fine, ἐν ἐμοί ἐστι λέξις, *in me eſt ſermo.*

℣. 3. Ita Aug. in Job, qui etiam legit *juſta*, non *juxta*; in Gr. ſimiliter δίκαια, ſed abſque his duobus, *quæ*, & *ſunt*; cæt. ut in Lat.

℣. 4. Ed. Lat. ita dividit, *in juſtitia*, ſed aperto mea:

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& perfecta ſcientia probabitur tibi.

5. Deus potentes non abjicit, cùm & ipſe ſit potens.

6. Sed non ſalvat impios, & judicium pauperibus tribuit.

7. Non auferet à juſto oculos ſuos, & reges in ſolio collocat in perpetuum, & illi eriguntur.

8. Et ſi fuerint in catenis, & vinciantur funibus paupertatis:

9. Indicabit eis opera eorum, & ſcelera eorum, quia violenti fuerunt.

10. Revelabit quoque aurem eorum, ut corripiat: & loquetur, ut revertantur ab iniquitate.

11. Si audierint & obſervaverint, complebunt dies ſuos in bono, & annos ſuos in gloria:

12. Si autem non audierint, tranſibunt per gladium, & conſumentur in ſtultitia.

13. Simulatores & callidi provocant iram Dei, neque clamabunt cùm vincti fuerint.

14. Morietur in tempeſtate anima eorum, & vita eorum inter effeminatos.

VERSIO ANTIQUA.

intelliges. *Ex Mſ. Maj. Mon.*

5. Et ſcito quia Deus non abjiciet innocentem: *fortis robore cordis*,

6. *Non vivificabit impium, & judicium pauperum dabit.*

7. *Non auferet à juſto oculos ſuos: & cum regibus in ſolio, & ſedere eos facit in perpetuum, & exaltabuntur.*

8. *Et qui compediti ſunt compedibus, capientur in funibus paupertatis:*

9. *Et annuntiabit eis opera eorum, & delicta, cùm fuerint roborati;*

10. *Sed juſtum exaudiet: & dixit, quia convertentur ab iniquitate.*

11. *Si audierint te, & ſervierint, complebunt dies ſuos in bonis, & annos ſuos in gloria:*

12. Impios verò non facit ſalvos, eò quòd noluerint ſcire Dominum, & cùm monerentur, inobedientes erant.

13. *Et hypocritæ ponent furorem;* non clamabunt, quia ligabit eos.

14. Moriatur ergo in juventute anima eorum, & vita eorum vulneretur ab angelis,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

do, ni fallor, quod delevimus, ita jungendo, *injuſtitiâ;* mel. ap. Aug. *injuſta verba*, nam in Gr. ἄδικα ῥήματα; cætera ad verbum ut ſup. ſicut ap. Aug.

℣. 5. Græcè, Γίνωσκε δὲ ὅτι ὁ Κύριος, &c. *Cognoſce autem quia Dominus*, &c. ut ſup. Similiter ap. Aug. *Dominus*, cum reliquis ſup. addito etiam hoc ult. *fortis robore cordis*, quod in edit. Lat. ſubjicitur aſteriſco, ut & in Hexap. Orig.

℣℣. 6..... 11. Hi verſiculi omnes ſic habentur in edit. Lat. aſteriſcis decem & uno præſignati. In Hexap. Orig. priora tantùm verba exſtant cum aſteriſcis ad hoc uſque, *& ſedere eos facit;* iiſdem etiam præmittitur hæc nota, Θ. de more, ſicut in Mſ. Colb. iſtæ, Ἐκ Θ. οἱ δ'. quæ ſignificant verſiculos quatuor ibidem ſubjectos, de Theodotione acceptos fuiſſe, non de verſ. LXX. ab hoc autem, *& ſedere*, &c. Hexapla Orig. vacant uſque ad ℣. 9. ubi ita legitur ex Aquila, ὅταν δυναμωθῶσιν; item ex Symm. ὅτι καὶ εδυνάσευον κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν· deinde ex LXX. Καὶ τὰ παραπλώματα αὐτῶν ὅτι ἰσχύουσιν· & infra ad ℣. 10. hæc habentur: Οἱ λοιποὶ· Καὶ ἀποκαλύψει τὸ οὖς αὐτῶν εἰς παιδείας· ſicut ex LXX. Ἀμὰ τῇ δικαίᾳ εἰσακούσεται· reliqua prodeunt ex Theodotione, iiſque rurſus præmittuntur aſteriſci cum ſolita littera Θ. ut & in Mſ. Colb. ſeqq. Ὁμοίως ἐκ Θ. οἱ δ'. id eſt, *Similiter hi quatuor verſus ex Theodotione:* excipiendum tamen hoc ult. ℣. 11. *in gloria*, aſteriſco quidem notatum, ſed cum hac littera prævia Σ. quæ Symmachum deſignat. Apud Auguſt. in Job, col. 660. b. eadem leguntur quæ ſup. paucis immutatis, videlicet: ℣. 6. *Non vivificat impium, & judicium pauperibus dabit.* 7. *Non auferet à juſto oculos ejus; & cum regibus in ſolio, & ſedere eos fecit in perpetuum, & exaltabuntur.* 8. *Et qui compediti ſunt compedibus, capientur in funibus paupertatis:* 9. *Et annuntiantur eis opera eorum, & delicta, cùm fuerint roborati;* 10. *Sed juſtum exaudiet: & dixit, quia convertentur ab iniquitate.* 11. *Si audierint, & ſervierint, complebunt dies ſuos in bonis, & annos ſuos in gloria.* Cum Auguſtino conſonat Græc. Vatic. his tamen exceptis, nimirum ℣. 6. pro *vivificat*, habetur ζωοποιῶν, *vivificabit*, uti poſt paulò, πλωχῶν, *pauperum*, pro *pauperibus:* exinde ℣. 7. ᾗ καθιεῖ αὐτὰς εἰς νῖκος, *& ſedere eas faciet in victoria*, loco *& ſedere eos facit in perpetuum:* item ℣. 8. præponitur ἐν, voci *compedibus;* & infra ℣. 9. pro *annuntiantur*, ita, ἀναγγελεῖ, *annuntiabit*, repetito αὐτῶν, *eorum*, poſt *delicta;* deinde ſic, ὅτι ἰσχύουσι, *quia valebunt*, pro *cùm fuerint roborati.* Demum ℣. 11. pro ultimo iſto; *in gloria*, ita, ἐν εὐπρεπείαις, *in decoribus*, al. ἐν εὐπρεπείαις; apud Symm. μετ' εὐδοξίας. Fulgent. l. 1. de remiſſ. pecc. c. 26. p. 380. b. poſteriora verba ſic refert: *Qui convertuntur ab iniquitate, ſi audierint, & ſervaverint, complebunt dies ſuos in bonis, & annos ſuos in gloria.*

℣. 12. Similiter hab. Aug. in Job, niſi quòd leg. *non faciet ſalvos, eò quòd noluerunt;* Gr. ᾗ διασώζῃ, παρὰ τὸ μὴ βούλεσθαι αὐτούς, &c. ſubinde, ᾗ διότι νοθετούμενοι, &c. *& quòd cùm monerentur*, &c. ut ſup. Similiter ap. Fulg. l. 1. de remiſſ. pecc. c. 26. p. 380. b. *Impios verò non facit ſalvos, eò quòd noluerunt ſcire Deum, & cùm monerentur, inobedientes erant.*

℣. 13. Edit. Lat. primum verſiculum notat aſteriſco. Auguſt. in Job, ſic hab. *Et hypocritæ corde ponent furorem; non clamabunt, quia ligavit eos.* Nec aliter Græcè, excepto uno τάξουσι, *ordinabunt*, loco *ponent;* ap. Symm. ἐποίησαν ὀργήν, *fecerunt iram.*

℣. 14. Ita refert Aug. ad verbum l. annot. in Job. Sic etiam in Græco eſt, niſi hoc excipias, τιτρωσκομένη, *vulnerata*, pro *vulneretur;* in Mſ. Alex. τιτρωσκομένη εἴη, *vulnerata ſit.* In edit. Hexapl. poſterior verſiculus, *& vita eorum*, &c. obelo ſignatur, imo ipſi ex Mſ. Colb. hæc ſubjicitur nota: Οὐ κεῖται παρ' Ἑβδομήκοντα τὸ ἡμιστίχιον· i. e. *Hoc hemiſtichium non exſtat apud Hebræos:* ſed hoc ineptè additum fuiſſe videtur; imo nec ita ſcribi potuit, niſi ab homine linguæ Hebraïcæ imperito. Enim verò in Hebraïco contextu etiamnum legitur: *vehbaiiatham baqqedheſchim*, i. e. *& vita eorum inter Cynædos*, vel ut in Vulg. *effeminatos*, pro quo LXX. Interpretes ita poſuerunt, ἡ δὲ ζωὴ αὐτῶν τιτρωσκομένη ὑπὸ ἀγγέλων, *vita autem eorum ſauciata*, ſeu *vulnerata ab angelis;* quæ interpretatio ex his potiſſimùm firmabitur: Vel enim LXX. Interp. voces iſtas, ἡ δὲ ζωὴ αὐτῶν τιτρωσκομένη, ex una voce Hebraïca, ſed nonnihil diversè lecta, repetierunt, nempe *vehbaiiatham*, *& vita eorum*, ut punctant Maſſorithæ, aut *vehbatta*, *& conteretur*, à *chathath*, mutato *mem* in *hè*, & ſublato *iod;* vel hanc vocem, τιτρωσκομένη, addiderunt, ſenſûs perficiendi gratiâ, quod aliàs ipſis inſolens non eſt: id etiam credi poteſt, ſcilicet duas interpretationes unius vocis Hebraïcæ *vehbaiiatham*, aut *vehbatta*, hìc inſertas fuiſſe in edit. LXX. Quod autem ſequitur *baqqedheſchim*, ſeu *inter Cynædos*, LXX. Interp. ita legerunt, *baqqedoſchim*, id eſt, *inter ſanctos*, aut *à ſanctis*, vel juxta ipſos, *ab angelis:* ineptè igitur ſcriptum eſt ſupra in Mſ. Colb. hoc hemiſtichium non legi apud Hebræos. Errandi forſan cauſa vel occaſio fuit obelus præmiſſus his verbis, ἡ δὲ ζωὴ αὐτῶν, in eodem codice. Verùm Origenes, teſte D. noſtro Bernardo de Montfaucon, « non tantùm obelos ſæpe poſuit pro notandis iis, quæ cùm in Hebraïco non exſtarent, in editionem LXX. invecta fuerant; verùm ſæpiſſimè ea ut amputanda obelis notavit, quæ à LXX. Interpretibus, vel claritatis, vel elegantiæ cauſâ, poſita fuerant, quæque licet in Hebraïco ad verbum non exprimerentur, ſenſui tamen illuſtrando commoda erant. » Præter obelos autem iſtos, alia etiam duo ſigna pene ſimilia adhibuit Origenes, nempe lemniſcos, & hypolemniſcos. *Limniſcus*, inquit Iſidorus, *id eſt, virgula inter geminos punctos jacens, apponitur in iis locis, quæ ſacræ Scripturæ Interpretes eodem ſenſu, ſed diverſis ſermonibus tranſtulerunt.* « Ideo etiam lemniſcos ab Origene uſurpatos fuiſſe ait Epiphanius, ut cùm in editione LXX. reperitur aliqua vox non cohærens, neque aliis connexa, hoc ſigno notata, noveris ab uno vel duobus Interpretum paribus ita verſum fuiſſe; ab uno ſcilicet, cùm uno ſolùm puncto linea ſignatur ⸺, tuncque vocatur hypolemniſcus; à duobus verò quando punctum utrinque ponitur ſic ⸗, & tunc lemniſcus dicitur..... Cæterùm ex ſimilitudine quæ intercedebat obelos inter & lemniſcos atque hypolemniſcos, non ſolùm quantùm ad formam, ſed etiam quantùm ad uſum, factum eſt ut lemniſci pro obelis ſint habiti. » Ita D. noſter Bern. de Montfaucon, prælimin. in Hexap. Orig. t. 1. p. 41. Vide ſis plura de his ibid.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 15. Quòd tribulaverint infirmum & invalidum: judicium verò manſuetorum ſtatuit.

16. *Et quia decepit te ab ore inimici abyſſus, effuſi ſubter eam, deſcendet menſa tua plena pinguedine.*

17. Non deficiet juſto judicium;

18. Et ira ſuper impios erit, propter impietatem munerum, quæ accipiebant in iniquitatibus.

19. Non te avertat voluntas animi à precibus infirmorum, cùm in neceſſitate fuerint; *& omnes qui habent fortitudinem,*

20. *Noli extollere per noctem, ut aſcendant populi pro eis;*

21. *Sed cura ne quid facias indecens: hoc enim elegiſti ſuper inopiam.*

22. Ecce, Deus roborabitur in fortitudine ſua: quis enim eſt ſicut ille potens?

23. Vel quis eſt qui diſcutiat ejus opera? aut quis eſt qui dicat: Egit iniquè?

24. Memento quia magna ſunt opera ejus, *quem laudaverunt viri.*

25. *Omnis homo reſpicit ad eum*, quicunque compunguntur homines.

26. *Ecce, Deus multus, & neſciemus: numerus annorum ejus infinitus.*

27. *Innumerabiles ſtillæ pluviæ: effundetur imber per ſemitas ſuas:*

28. *Fluent nubes, & tenebraſcent ſuper homines plurimos.*

* Horam conſtituit jumentis, & ſciunt cubilis ordinem. In his omnibus non torpeſcit animus tuus, nec mutatur cor tuum à corpore.

VULGATA NOVA.

15. Eripiet de anguſtia ſua pauperem, & revelabit in tribulatione aurem ejus.

16. Igitur ſalvabit te de ore anguſto latiſſimè, & non habente fundamentum ſubter ſe: requies autem menſæ tuæ erit plena pinguedine.

17. Cauſa tua quaſi impii judicata eſt, cauſam judiciumque recipies.

18. Non te ergo ſuperet ira, ut aliquem opprimas: nec multitudo donorum inclinet te.

19. Depone magnitudinem tuam abſque tribulatione, & omnes robuſtos fortitudine.

20. Ne protrahas noctem, ut aſcendant populi pro eis.

21. Cave ne declines ad iniquitatem: hanc enim cœpiſti ſequi poſt miſeriam.

22. Ecce, Deus excelſus in fortitudine ſua, & nullus ei ſimilis in legislatoribus.

23. Quis poterit ſcrutari vias ejus? aut quis poteſt ei dicere: Operatus es iniquitatem?

24. Memento quòd ignores opus ejus, de quo cecinerunt viri.

25. Omnes homines vident eum, unuſquiſque intuetur procul.

26. Ecce, Deus magnus vincens ſcientiam noſtram: numerus annorum ejus inæſtimabilis.

27. Qui aufert ſtillas pluviæ, & effundit imbres ad inſtar gurgitum:

28. Qui de nubibus fluunt, quæ prætexunt cuncta deſuper.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 15. Sic eſt ap. Aug. in Job, præter hoc ult. *ſtatuet* ; Græcè, ἐκθήσῃ, *exponet*; item initio, Ἀνθ' ὧν ἔθλιψαν, &c. *Eò quòd tribulaverunt*, &c. ut ſup.

℣. 16. Ita fert edit. Lat. præfixis aſteriſcis tribus. Eadem quoque exſtant Græcè in Hexaplis cum aſteriſcis, ex Theodotione, unde poſtea tranſiere in edit. LXX. in Mſ. etiam Colb. ita de more, Ἐκ Θ. οἱ γ'. id eſt, *Hi tres verſiculi ex Theodotione.* Apud Aug. pariter leguntur quæ ſup. præter hoc ſub finem, & *deſcendit*, è Gr. ἢ κατέβη; præterea in eodem Græco initio ſic habetur: Καὶ προσεπιπάτησέ σε, *Et ſuperdecepit te*, (in Ald. & Compl. Καὶ πρὸς ἐπεὶ ἐπάτησεν, Ald. πάτησε·) deinde poſitâ virgulâ poſt vocem *inimici*, ita ſequitur, ἄβυσσος, κατάχυσις ὑποκάτω αὐτῆς, &c. *abyſſus, effuſio ſub ea*: at Auguſt. ſup. in Job, interpunctionem Latinam & lectionem firmat, dicens: *Decepit, ſicut viſum eſt perſecutoribus ejus, profunditas hujus ſæculi:* & infra ad hoc, *effuſi ſubter eam*, addit, *ſubaudiendum, deceperunt te; gravati enim terrenis cupiditatibus, ſubter abyſſum effuſi dicti ſunt.*

℣. 17. Gr. add. δὲ, ad verbum *deficiet*, & pro *juſto*, hab. ἀπὸ δικαίων, *à juſtis.* Auguſt. in Job, *Non deficiet juſtos judicium.*

℣. 18. Itidem apud Aug. in Job, detracta præp. *in*, ante *iniquitatibus*; Græcè, ἐπ' ἀδικίαις; cæt. ut in Lat. ſup. Gregor. M. l. 26. in Job, c. 40. to. 1. p. 845. c. ait: *In pleriſque codicibus*, donorum; *in paucis verò ſed antiquioribus*, locorum, *invenimus.* Gr. δώρων.

℣. 19. Ed. Lat. hoc ult. addit abſque aſteriſco, *& omnes qui habent fortitudinem*; at in Hexap. Orig. id etiam profertur cum aſteriſco ex Theodotione. In Gr. Vat. ſic: Μή σε ἐκκλινάτω ἐκὼν ὁ τῆς δεήσεως ἐν ἀνάγκῃ ὄντων ἀδυνάτων· ἢ πάντας τοὺς κεκαιδευμένους ἴσχυν, *Non te avertat voluntaria mens à prece infirmorum in neceſſitate exiſtentium; & omnes qui tenent fortitudinem*, &c. Aug. in Job, leg. ut ſup. *Non te avertat voluntas animi à precibus infirmorum;* item inf. *& omnes qui habent fortitudinem.*

℣. 20. In ed. Lat. poſterior tantùm verſiculus ſignatur aſteriſco; at in Hexap. Orig. uterque hoc ſigno notatur, ut & ultimus ℣. præced. Iiſdem quoque verſiculis hæc præmittitur nota in Mſ. Colb. Ἐκ Θ. οἱ γ'. i. e. *Hi tres verſiculi ex Theodotione.* In Græco Vat. ſic: Μὴ ἐξελκύσῃς τὴν νύκτα, &c. ut in Lat. Ap. Aug. in Job, bene: *Noli extrahere per noctem;* reliqua ut ſup.

℣. 21. Sic eſt in edit. Lat. cum duplici aſteriſco. Sic etiam apud Aug. in Job, verbum pro verbo: at Hexapla ibi vacant. In Græco Vat. ſic: Ἀπὸ φύλαξαι μὴ πράξῃς ἄτοπα· ἐπὶ τούτων γὰρ ἐξείλω ἀπὸ πλωχείας. *Sed cave ne facias indecentia: ſuper his enim elegiſti ab inopia.*

℣. 22. Ita è Græco, ſi hoc excipias, *Deus roborabitur*, pro quo ὁ ἰσχυρὸς κραταιώσῃ, *fortis roborabit.* Ap. Aug. in Job, *Ecce, Deus conſolabitur, vel, roborabitur in*, &c. ut ſup.

℣. 23. Sic eſt apud Aug. in Job, ut etiam in Gr. niſi quòd initio habetur τίς δὲ, *quis autem?* & in fine, ἐποίησεν ἄδικα, *fecit injuſta.*

℣. 24. Ita Græcè uſque ad vocem *ejus* incl. Edit. Lat. ſubdit aſteriſco ult. comma, *quem laudaverunt viri.* Idem quoque addunt Hexap. præfixo eodem ſigno, ut & litterâ Θ. item in Mſ. Colb. exſtat de more: Ἐκ Θ. οἱ ϛ'. i. e. *Hi duo verſiculi* (iſte cum ſeq.) *ex Theodotione;* loco verò *quem laudaverunt*, in Hexaplis legitur ὧν ἦρξαν, *in quibus dominati ſunt*, ſicut etiam in Gr. Vat. Apud Aug. in Job, *quæ laudaverunt;* cæt. ut ſup.

℣. 25. Similiter habet Aug. in Job. Edit. Lat. priorem verſiculum notat aſteriſco. Sic etiam in Hexap. ex Theod. niſi quòd pro *reſpicit ad eum*, legitur ἴδεν ἐν ἑαυτῷ, in Gr. Vat. εἶδεν; in Compl. ἐν αὐτῷ; mox ita in Vat. ὅσοι τίρωσκόμενοί εἰσι βροτοί, *quicunque vulnerati ſunt mortales.*

℣℣. 26..... 28. Hi verſiculi omnes ſignantur aſteriſcis quinque in ed. Lat. Priores duo ſimiliter exſtant in Hexap. cum ſtellulis. Item in Mſ. Colb. habetur hæc nota: Ἐκ Θ. οἱ ϛ'. i. e. *Hi duo verſiculi ex Theodot.* reliqua ibi non leguntur. Apud Aug. in Job, cuncta quæ ſup. in ed. Lat. præter ſeq. *ei autem numerabiles*, loco *innumerabiles.* In Gr. Vat. ἀριθμηταὶ δὲ αὐτῷ; ſubinde ſic: ἢ ἐπιχυθήσονται νεφέλῃ εἰς νεφέλην· ῥυήσονται παλαιώματα· ἐσκίασε δὲ νέφη ἐπὶ ἀμυθήτῳ βροτῷ. Nobil. *& effundentur ad pluviam in nube: fluent antiquitates; obumbraverunt autem nubes ſuper innumerabili homine;* mel. in Mſ. Alex. ac ed. Ald. ἐπὶ ἀμυθήτων βροτῶν.

* Eadem refert Auguſt. in Job, his exceptis, *obſtupeſcit animus ejus*, loco *torpeſcit animus tuus.* Gr. ἐξίσταταί σου ἡ διάνοια; cæt. ut in Lat. Eadem pariter exhibent Hexapla cum obelis & punctis è codice Colb. in quo præterea hæc ſubjicitur nota: Οὗτοι οἱ δ'. οὐ κεῖνται ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, διὸ ἢ ὠβελίσθησαν, i. e. *Hi quatuor verſiculi non exſtant in Hebraïco, quapropter obelis notati ſunt:* nec malè; enim verò nec in Hebræo etiamnum exſtant, nec in Vulgata. Non diſſimulabo tamen eoſdem etiam verſiculos abeſſe à nonnullis codd. Græcis.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

29. Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum,

30. Et fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet.

31. Per hæc enim judicat populos, & dat escas multis mortalibus.

32. In manibus abscondit lucem, & præcipit ei ut rursus adveniat.

33. Annuntiat de ea amico suo, quòd possessio ejus sit, & ad eam possit ascendere.

VERSIO ANTIQUA.

29. *Si cogitaverit extendere nebulam, æquè ad tabernaculum expandit eam.* Ex Mſ. Maj. Mon.

30. *Ecce effundit super eum lucem suam, & radices maris contexit.*

31. *In eis judicabit populos; dabit escam plurimis.*

32. *In manibus contexit lumen, & mandavit de eo in contrarium,*

33. *Ut nunciaret super illo amico suo possessionem, contra eum qui ascendere nititur.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 29..... 33. Hos versiculos præfert ed. Lat. notatos asteriscis decem. Leguntur etiam omnes ap. Aug. in Job, paucis immutatis; nempe ℣. 29. loco *æquè ad tabernaculum*, ita, *æquè ut per tabernaculum*: exinde ℣. 30. *Ecce fundit super omnia*, loco *Ecce effundit super eum*: item ℣. 31. *In eis enim judicavit*, pro *In eis judicabit*: extremò ℣. 33. *nituntur*, pro *nititur*, additis his: Contra eum *verò quod ait*, ascendere nituntur, *non quasi adversantes, sed obviam euntes.* Item supra ad hoc ℣. 32. *In manibus contexit lumen*, observat Aug. *Si ab eo quòd sunt* immanes; *his qui non dimittunt peccata hominibus, cùm sibi à Deo dimitti velint: si autem ab eo quòd sunt* manus; *his qui de manibus suis, hoc est, de operibus extolluntur, se ipsos justificantes.* Editt. ferunt initio, *immanibus*, Mſs. verò *in manibus.* « Circa hoc autem Augustinus idcirco hærebat, inquiunt editores nostri BB. quòd à Veteribus constanter per *n* scribi soleret vox ipsa composita *inmanis*: sicque etiam in antiquis libris passim reperias *inmensus, inbutus, inlatus, inpunis.* » Porro ex multis quæ leguntur supra cùm ex August. tum ex ed. Lat. pauca tantùm referuntur in Hexap. ex Theod. nempe ista de ℣℣. 29. & 30. Καὶ ἐὰν ζυνῇ ἀπεκτάσις νεφέλης, ἰσότιμα ζκηνῆς αὐτοῦ. ἰδοὺ ἐκλεκτὴ ἐπ' αὐτὴν ὡδή· quibus in Mſ. Colb. hæc præmittitur nota: Ἐκ Θ. τὸ ἡμιστίχιον, καὶ οἱ ϛ'. id est, *Hemistichium*, & *duo versiculi ex Theodotione.* In ed. hod. LXX. sic: ℣. 29. Καὶ ἐὰν ζυνῇ ἀπέκλασις (al. ἐπεκλάσθη) νεφέλης, ἰσότιμα ζκηνῆς αὐτοῦ. 30. Ἰδοὺ ἐκλεκτὴ ἐπ' αὐτὸν ὡδὴ, καὶ ῥιζώματα τῆς θαλάσσης ἐκάλυψεν. 31. Ἐν γὰρ αὐτοῖς κρινεῖ λαοὺς· δώσει τροφὴν τῷ ἰσχύοντι. 32. Ἐπὶ χερσὶν ἐκάλυψε φῶς, καὶ ἐνετείλατο περὶ αὐτῆς ἐν ἀπαντῶντι· 33. Ἀναγγελεῖ περὶ αὐτοῦ φίλον αὐτοῦ Κύριος, κτῆσις, καὶ περὶ ἀδικίας. Nobil. ℣. 29. *Et si consliterit extensio nubis, æqualitatem tabernaculi ejus.* 30. *Ecce extendit super eum Edo, & radices maris contexit.* 31. *In eis enim judicabit populos; dabit escam valido.* 32. *In manibus contexit lumen, & mandavit de ea in occurrenti:* 33. *Annuntiabit de eo amicum suum Dominus, possessio, & de injustitia.*

CAPUT XXXVII.

VULGATA NOVA.

1. SUper hoc expavit cor meum, & emotum est de loco suo.

2. Audite auditionem in terrore vocis ejus, & sonum de ore illius procedentem.

3. Subter omnes cœlos ipse considerat, & lumen illius super terminos terræ.

4. Post eum rugiet sonitus, tonabit voce magnitudinis suæ; & non investigabitur, cùm audita fuerit vox ejus.

5. Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, qui facit magna & inscrutabilia.

6. Qui præcipit nivi ut descendat in terram, & hiemis pluviis, & imbri fortitudinis suæ.

7. Qui in manu omnium hominum signat, ut noverint singuli opera sua.

8. Ingredietur bestia latibulum, & in antro suo morabitur.

9. Ab interioribus egredietur tempestas, & ab

VERSIO ANTIQUA.

1. *SEd & in his obstupuit cor meum, & evulsum est de loco suo.* Ex Mſ. Maj. Mon.

2. *Audite sonitum terroris, & strepitum oris ipsius exeuntem.*

3. *Subter universum cœlum circuit, & lumen ejus in finibus terræ.*

4. *Post eum fremet vox, tonabit in sonitu superbia suæ; & non poterit investigari, cùm audita fuerit vox ejus.*

5. *Tonabit fortis in voce sua mirabiliter:* fecit enim magna quæ nesciebamus.

6. Præcipiens nivi: Esto super terram: *& tempestas pluviæ, & tempestas imbrium, potestas ejus.*

7. *In manu omnis hominis signatur*, ut sciat omnis homo infirmitatem suam.

8. Introierunt autem bestiæ sub protectione, & quieverunt in cubili.

9. De promptuariis supervenit tempestas, &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1..... 4. Ita fert editio Lat. præfixis asteriscis octo. Hi etiam versiculi exhibentur Græcè in Hexap. totidem asteriscis notati, & præmissâ de more litterâ Θ. quæ indicat illos ex Theodotione fuisse desumptos, unde postea, nempe ex Hexaplari editione, inducti sunt in ed. LXX. Ibid. tamen sicut in Hexap. nonnulla sic variant: ℣. 1. Καὶ ἀπὸ ταύτης ἐταράχθη ἡ καρδία μου, καὶ ἀπερρύη ἐκ τοῦ τόπου αὐτῆς. 2. Ἄκουε ἀκοὴν ἐν ὀργῇ θυμοῦ Κυρίου, καὶ μελέτη ἐκ στόματος αὐτοῦ ἐξελεύσεται. 3. Ὑποκάτω παντὸς τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἀρχὴ αὐτοῦ, καὶ τὸ φῶς αὐτοῦ ἐπὶ πτερύγων τῆς γῆς. 4. Ὀπίσω αὐτοῦ βοήσεται φωνή, βροντήσει ἐν φωνῇ ὕβρεως αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἀνταλλάξει αὐτούς, ὅτι ἀκουσθῇ φωνὴν αὐτοῦ. Nobil. ℣. 1. *Et ab hac turbatum est cor meum, & effluxit de loco suo.* 2. *Audi auditionem in ira furoris Domini, & meditatio de ore ejus egredietur.* 3. *Subter universum cœlum principium ejus, & lumen ejus subter alas terræ.* 4. *Post eum clamabit voce, tonabit in voce superbiæ suæ; & non commutabit eos, quoniam audiet vocem ejus.* Symm. καὶ οὐκ ἂν ἐξιχνιασθήσεται, ἀκουσθέντος τοῦ ψόφου αὐτοῦ· *& non investigabitur, cùm auditus fuerit strepitus ejus.* Apud August. in Job, 663. sic: ℣. 1. *Sed & in hoc obstupuit cor meum, & evulsum est de loco suo.* 2. *Audite sonitum terroris & vocis ejus; & strepitu oris illius exeunt.* 3. *Subter universum cœlum circuit, & lumen ejus in finibus terræ.* 4. *Post eum fremet vox in sonitu superbiæ suæ*, &c. ut in textu Lat.

℣. 5. Similiter habet Aug. in Job, cum his antecedentibus: *Tonabit fortis*, &c. quæ signantur asteriſco in edit. Lat. Proferuntur etiam Græcè in Hexaplis ex Theodotione; unde postea invecta sunt de more in ed. LXX. posteriora etiam cum Græco quadrant.

℣. 6. Sic est in Græco, præter vocem δυναστείας, *potestatis*, loco *potestas*. Edit. Lat. subjungit ista, præfixo asteriſco: & *tempestas pluviæ*, &c. In Hexaplis Orig. posteriora tantummodo verba habentur sub asteriſco ex Theodotione, nempe, καὶ ὑετῶν ὑδάτων δυναστείας αὐτοῦ, & in Mſ. Colb. solita nota, Ἐκ Θ. οἱ ϛ'. i. e. *Ex Theodotione hi duo versiculi*, nempe ult. iste cum sequenti. Apud Augustinum in Job, omnia ut sup. præter duo, videlicet *nubi* constanter, pro *nivi*, Gr. χιόνι, & in fine, *potestatis ejus*, loco *potestas*, &c.

℣. 7. Prior versiculus legitur Græcè in Hexaplis cum asteriſco prævio ex Theodot. reliqua concordant cum Gr. præter unum *signatur*, pro quo καλαφεχίζει. Aug. in Job, bene: *In manu omnis hominis signat*, &c. ut sup.

℣. 8. Sic ap. Aug. in Job: nec absimile quidquam in Græco, nisi id excipias, ὑπὸ τὴν σκέπην, *sub tegmen*, pro *sub protectione.*

℣. 9. Gr. Ἐκ ταμιείων ἐπέρχονται ὀδύναι, i. e. *De promptuariis superveniunt dolores.* Subdit edit. Lat. nullo præfixo asteriſco, & *de promptuariis frigus*; at in Hexap. hoc ult. comma sic habetur ex Theodotione, cum asteriſco, ἀπὸ

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Mſ. Maj. Mon. de promptuariis frigus.	Arcturo frigus.
10. *Et à ſpiritu Dei dabitur glacies*; gubernat autem qualiter illi placuerit aquam,	10. Flante Deo concreſcit gelu, & rurſum latiſſimæ funduntur aquæ.
11. Et frumentum irrigabit nubibus: diſſeminabit nubes lucem ſuam,	11. Frumentum deſiderat nubes, & nubes ſpargunt lumen ſuum.
12. *Et ipſa per circuitum vertitur in gubernaculis, ad operanda omnia quæ mandaverit eis:* hæc conſtituta ſunt ab eo ſuper terram;	12. Quæ luſtrant per circuitum, quòcunque eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne quod præceperit illis ſuper faciem orbis terrarum:
13. Sive in tribu, ſive in terra ſua, ſive in miſericordia inveniri voluerit eam.	13. Sive in una tribu, ſive in terra ſua, ſive in quocunque loco miſericordiæ ſuæ eas juſſerit inveniri.
14. Auribus percipe hæc Job: ſta, & commonere virtute Domini.	14. Auſculta hæc Job: ſta, & conſidera mirabilia Dei.
15. Scimus quia Deus poſuit opera ſua, cùm faceret lucem de tenebris.	15. Nunquid ſcis quando præceperit Deus pluviis, ut oſtenderent lucem nubium ejus?
16. Scis differentiam nubium, & ingentes lapſus malorum?	16. Nunquid noſti ſemitas nubium magnas, & perfectas ſcientias?
17. Tua verò ſtola eſt valida, quieſcente terra *ab auſtro.*	17. Nonne veſtimenta tua calida ſunt, cùm perflata fuerit terra auſtro?
18. *Firmabit cum eo cœlos, qui aqualiter ad videndum fuſi ſunt.*	18. Tu forſitan cum eo fabricatus es cœlos, qui ſolidiſſimi quaſi ære fuſi ſunt.
19. Quare doce nos quid dicamus ei, & requieſcamus multa dicentes.	19. Oſtende nobis quid dicamus illi: nos quippe involvimur tenebris.
20. Nunquid liber, aut ſcriba adſiſtit mihi, aut hîc ſtans faciam hominem tacere?	20. Quis narrabit ei quæ loquor? etiam ſi locutus fuerit homo, devorabitur.
21. Omnibus autem non eſt viſibile lumen, quod refulget in nubibus: & ſpiritus tranſiens emundabit eas.	21. At nunc non vident lucem: ſubitò aer cogetur in nubes, & ventus tranſiens fugabit eas.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Καὶ ἀκρωτηρίων ψῦχος, *& ab extremis partibus frigus.* In Mſ. etiam Colb. hæc præmittitur nota, Ἐκ Θ. οἱ ϛ'. quæ ſignificat hunc & ſequentem verſiculum ex Theodotione deſumi. Apud Aug. in Job, omnia ut ſup. in edit. Lat.

℣. 10. Prior verſiculus ſignatur aſteriſco in ed. Lat. Ferunt ſimiliter Hexap. cum aſteriſco ex Theodotione, Καὶ ἀπὸ πνοῆς Ἰσχυροῦ δώσει πάγος· *Et à ſpiratione Fortis dabit gelu.* Symm. verò, Ἀπὸ ἐμφυσήματος Θεοῦ δοθήσεται πάγος· *Ab inſufflatione Dei dabitur gelu;* reliqua concordant cum Gr. LXX. Similiter ap. Aug. in Job: *Et ab ſpiritu Dei dabitur glacies; gubernat autem aquam qualiter illi placuerit.* Item apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 743. e. & 750. e. *A ſpiritu Domini datur glacies ſuper terram, & gubernat aquam qualiter illi placuerit.*

℣. 11. Aug. in Job: *Et frumentum irrigavit nubes: diſſeminavit nubem lucem ſuam.* Græc. Καὶ ἐκλεκτὸν καταπλάσσει νεφέλη· διασκορπιεῖ νέφος φῶς αὐτοῦ· *Et electum formet nubes: diſperget nebula lucem ejus.* Mſ. Alex. & al. καταπλήσσει, *percellit*, non καταπλάσσει: ſubinde ap. Symm. ita, ἀλλὰ ᾧ καιρῷ ἐπιβρίσει νεφέλη. Ap. Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 743. e. *Et frumentum irrigat in nubibus; diſſeminat autem nube lucem ſuam.*

℣. 12. Hexapla id unum referunt cum aſteriſco ex Theodot. Καὶ αὐτὸς κυκλώματα διασρέψει· item ex Symm. Αὐτὸς δὲ κυκλησθὸν ἀναστρέφεται· tum ex Aquila, ὡ οἰακώσει: rurſus ex Symm. ὡ τῇ κυβερνήσει αὐτοῦ εἰς τὸ ἐργάζεσθαι αὐτά· quæ Latinis ſup. reſpondere videntur. His tamen verbis nullus præponitur aſteriſcus in edit. Lat. quod paulùm ſollicitat: ſed D. noſter Bern. de Montfaucon ad hunc Hexaplorum locum obſervat, non ſolùm primum, ſed & ſeqq. duos verſiculos ex Theodotione in LXX. eſſe inductos, idque Mſ. Colbertini fide, in quo de more iiſdem verſiculis iſta præfigitur nota, Ἐκ Θ. οἱ γ'. id eſt, *Hi tres verſiculi ex Theodotione.* Crediderim ego prætermiſſos hîc in ed. Lat. aſteriſcos ab oſcitante librario ineptè rejectos fuiſſe in ℣. ſeq. ubi etiamnum exſtant. Conjecturæ noſtræ favent Hexapla, quæ ad verſum 13. nihil referunt ex Theodotione, præmiſſo ſimili ſigno. In Græco hod. ſic: Καὶ αὐτὸς κυκλώματα διασρέψει ὡ Θεεβυλαθὼθ, εἰς ἔργα αὐτῶν, πάντα ὅσα ἂν ἐντείληται αὐτοῖς, &c. *Et ipſe circuitus tranſvertet, (pervertet) in Theebulathoth, in opera eorum, omnia quæcunque mandaverit eis;* reliqua concordant cum Gr. Apud Aug. in Job, omnia ut ſup. in ed. Lat. præter unum *ad operandum*, loco *operanda*. Similiter ap. Vigil. Tapſ. l. contra Varim. p. 743. e. *Et ipſa in circuitu vertitur gubernaculis, ad operanda omnia quæ mandaverit ei; quia hæc à Deo conſtituta ſunt ab eo ſuper terram.*

℣. 13. Ita leg. Aug. in Job. In edit. Lat. duo hîc ponuntur aſteriſci, nempe poſt *tribu*, & poſt *ſua*; at ineptè, ni fallor, & ſcribæ incuriâ, ut notavi ſupra: ſi enim tollantur duo iſta commata, *ſive in terra ſua, ſive in miſericordia*, ecquis erit ſenſus, ſervato primo, *ſive in tribu*, cui non præmittitur ſtellula? Repones forſan, equidem in hoc non peccaſſe ſcribam quòd duobus poſterioribus commatibus præpoſuerit aſteriſcos, ſed quòd id prius, *ſive in tribu*, hoc ſimili ſigno non notaverit; eòque magis arridebit conjectura, quòd ap. LXX. non legatur *ſive in tribu*, ſed apud Symmachum, nempe εἰς φυλήν. Huic ſuſpicioni ſatis eſt factum ſupra not. ad ℣. præced. quam vide. In Gr. Vat. ſic: Ἐάν τε εἰς παιδείαν, ἐὰν εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ, ἐὰν εἰς ἔλεος εὑρήσει αὐτόν· Nobil. *Sive in diſciplinam, ſive in terram ſuam, ſi in miſericordia inveniet eum.* In Mſ. Alex. ita, ἐάν τε εἰς ἔλεος, &c.

℣. 14. Ita Græcè, niſi id excipiatur, νουθετούμενος δύναμιν, *commonitus virtutem*, pro *commonere virtute*; at in Mſ. Alex. Ald. & Compl. νουθέτου; Aug. in Job, legit *commovere virtutem*, non *commonere*; unde addit, *noli moveri mente*; cæt. ut ſup.

℣. 15. Sic ap. Aug. in Job, cui Græcum favet.

℣. 16. Similiter hab. Aug. in Job. Græcè id unum variat, ἐπίσαται δὲ, *ſcit autem*, pro *ſcis*; at in Mſ. Alex. ἐπίσασαι.

℣. 17. Similiter ap. Aug. in Job. In Gr. conſtanter θερμὴ, *calida*, non *valida*. Edit. Lat. hoc medium addit abſque aſteriſco, *quieſcente terra*; dein cum aſteriſco, *ab auſtro*: at in Hexaplis Orig. totus verſiculus ita ex Theodot. profertur ſub aſteriſco: ἡσυχάζεται δὲ ὑπὸ τῆς γῆς ἀπὸ νότου, *quieſcit verò ſuper terram ab auſtro.* In ed. hod. LXX. ἡσυχάζεται δὲ ἐπὶ τῆς γῆς, nec plura: ſolæ edd. Ald. & Compl. add. ἀπὸ νότου.

℣. 18. In edit. Lat. iſta notantur aſteriſco. Eadem quoque refert Aug. in Job, excepto primo verbo, *firmabis*, nec malè; nam in ed. Rom. nunc legitur Στερεώσεις, dein μετ' αὐτοῦ εἰς παλαιώματα, ἰσχυραὶ ὡς ὅρασις ἐπιχύσεως· *Firmabis* (Nobil. *Firmationes*) *cum eo in antiquitates, validæ ut viſio effuſionis.* In ed. Compl. Στερεώσει. In Hexaplis ita ex Aquila: Αὐτὸς ἐστερέωσε τὸν ὄρανὸν εἰς τροπὰς, ἐπίχυσαι ὡς ὅρασις χυγχύσεως· *Ipſe firmavit cælum in converſiones, quæ validæ ſunt ut viſio confuſionis:* nil autem habetur ex Theodotione in iiſdem Hexapl. ſæpe enim vacant.

℣. 19. Ap. Aug. in Job, *Quare doce me*, non *nos*; reliqua ut ſup. In Gr. μέ, ſtatimque, τί ἐροῦμεν αὐτῷ, ᾧ παυσώμεθα, &c. ut ſup.

℣. 20. Vix mel. è Græco, niſi quòd pro *adſiſtit*, legitur παρέσηκεν, *aſtitit*, & pro *aut hîc*, ſimpliciter, ἵνα, *ut*. Ap. Aug. in Job, *adſiſtis mihi, ut ſtans faciam*; reliqua ut ſup.

℣. 21. Sic ap. Aug. in Job, ſi ult. iſta excipias, *tranſit*, *& mundabit eas.* In Gr. ſic: Πᾶσι δὲ ἀχ ὁρατὸν τὸ φῶς· τηλαυγὲς ἐστιν ἐν τοῖς παλαιώμασιν, ὥσπερ τὸ παρ' αὐτοῦ ἐπὶ νεφῶν· *Omnibus autem non viſibilis lux; eminus ſplendens eſt in antiquitatibus, ſicut quod ab eo ſuper nubes.* Mſ. Alex. addit ἐξῆλθεν, *exiit.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

22. Ab aquilone aurum venit, & ad Deum formidolosa laudatio.

23. Dignè eum invenire non possumus: magnus fortitudine, & judicio, & justitia, & enarrari non potest.

24. Ideo timebunt eum viri, & non audebunt contemplari omnes, qui sibi videntur esse sapientes.

VERSIO ANTIQUA.

22. Ab aquilone nubes coloris aurei: in his est magna gloria, & honor Omnipotentis; *Ex Mſ. Maj. Mon.*

23. Et non invenimus alium similem virtuti ejus. Qui justè judicat, non putas exaudire eum?

24. Propterea timebunt eum homines, timebunt quoque eum & sapientes corde.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 22. Similiter hab. Augustinus, cùm l. annot. in Job, tum in Ps. 47. to. 4. col. 417. b. Sic etiam in Græco, dempto uno *est*.

℣. 23. Ita constanter Aug. in Job. Græcè id unum variat, ὁ τὰ δίκαια κρίνων, *qui justa judicat*, quod idem valet.

℣. 24. Itidem Græcè, sicut apud Aug. in Job.

CAPUT XXXVIII.

VULGATA NOVA.

1. REspondens autem Dominus Job de turbine, dixit:

2. Quis est iste involvens sententias sermonibus imperitis?

3. Accinge sicut vir lumbos tuos: interrogabo te, & responde mihi.

4. Ubi eras quando ponebam fundamenta terræ? indica mihi si habes intelligentiam.

5. Quis posuit mensuras ejus, si nosti? vel quis tetendit super eam lineam?

6. Super quo bases illius solidatæ sunt? aut quis demisit lapidem angularem ejus,

7. Cùm me laudarent simul astra matutina, & jubilarent omnes filii Dei?

8. Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulva procedens:

9. Cùm ponerem nubem vestimentum ejus, & caligine illud quasi pannis infantiæ obvolverem?

10. Circumdedi illud terminis meis, & posui vectem, & ostia;

11. Et dixi: Usque huc venies, & non procedes ampliùs, & hic confringes tumentes fluctus tuos.

12. Nunquid post ortum tuum præcepisti diluculo, & ostendisti auroræ locum suum?

VERSIO ANTIQUA.

1. ET postquam quievit Elius loqui, dixit Dominus ad Job per turbinem nubis: *Ex Mſ. Maj. Mon.*

2. Quis est qui celat me consilium, continens sermones in corde, & putat me latere?

3. Accinge tanquam vir lumbum tuum: interrogabo te, tu autem responde mihi.

4. Ubi eras, cùm fundarem terram? indica mihi, si nosti scientiam.

5. Quis posuit mensuras ejus, si nosti? aut quis est qui induxit super eam funiculum?

6. Aut super quod circuli ejus * fusi sunt? quis est autem qui misit lapidem angularem? * *f.* fixi.

7. Quando facta sunt simul sidera, laudaverunt me voce magna omnes angeli mei.

8. Concluſi portis mare, cùm fremeret in utero matris suæ, volens progredi.

9. Circumposui illi nubem operimentum, & nebulâ obvolvi illud:

10. Et posui illi terminos, imponens claustra, & portas;

11. Et dixi: Hucusque venies, & non transibis; sed in temetipso comminuentur fluctus tui.

12. Aut nunquid tecum constitui lucem matutinam, aut cognovit Lucifer ordinem suum?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Aug. in Job, *Et postea quam quievit Elius*, &c. ut sup. Similiter in Gr. præter hoc ult. διὰ λαίλαπος καὶ νεφῶν, *per turbinem & nubes*; in ed. Compl. νεφέλης.

℣. 2. Ita in Græco, nisi quòd habetur initio, Τίς ἔτος, *Quis est hic*, addito δὲ, ad *continens*; ultimò κρύπτειν, pro *latere*, Nobil. *celare*: Aug. in Job, *& me putat dare*; cæt. ut in textu: editt. tamen ferunt ibid. *Qui celat meum consilium, contemnens sermones*; sed obsistunt Mſs. codd. & Gr. Orosius cont. Pelag. p. 454. f. *Quis est hic qui celat me consiliam, continens sermones in corde, & me putat latere?*

℣. 3. Ita Græcè, addito uno δὲ, post *interrogabo*. Aug. in Job, legit ut supra. Hieron. ep. 18. ad Eustoch. t. 4. p. 2. col. 32. a. *Accinge sicut vir lumbos tuos.* Gaud. Brix. serm. 2. p. 947. c. *Præcinge tanquam vir lumbos tuos: interrogabo autem te, tu verò respondeas mihi.* Græc. μοὶ ἀποκρίνατι. Oros. l. cont. Pelag. p. 454. f. *Accinge tanq. vir lumbos tuos: interrogabo, tu autem responde mihi.*

℣. 4. Ita leg. Aug. ad verbum. Sic etiam in Græco, præter unum ἀπάγγειλον δὲ, *annuntia autem*, pro *indica*. Apud Ambr. l. 1. Hexa. col. 11. c. *Ubi eras, cùm fundarem terram? indica mihi, si habes scientiam.* Græc. εἰ ἐπίστῃ. Oros. l. cont. Pelag. p. 454. f. legit *terras*, non *terram*; cæt. ut in Lat. textu. Hieron. in Isai. 13. t. 3. col. 152. f. *Ubi eras, quando fundabam terram?* Gaud. Brix. serm. 2. p. 947. c. *Ubi eras, cùm ego fundarem terram?* Gr. ἐν τῷ θεμελιῶν με.

℣. 5. Ad verbum è Græco. In Mſ. Maj. Mon. istud, *si nosti*, obelo configitur, cujus loco Martianæus noster posuit asteriscum; nec malè, cùm in Hebræo exstet hoc comma, ut in Vulg. sed cùm in Gr. similiter legatur εἰ οἶδας, nec quidquam superfit in Hexap. quo tollatur dubium, illud retinuimus, sicut retinuit ipse Ambros. l. 1. Hexa. col. 11. c. ubi sic habet: *Quis posuit mensuras ejus, si nosti? aut quis est qui superinduxit mensuram super eam?* Gr. ἢ τίς ὁ ἐπαγαγὼν σπαρτίον ἐπ' αὐτῆς; Aquila hab. καλόπα, *regulam*; Symmach. χοινίον μέτρου, *funiculum mensuræ*. Ap. Aug. in Job, omnia ut sup. in textu.

℣. 6. August. in Job, ita legit: *Aut super quo circuli ejus fixi sunt?* deinde ut supra, nisi quòd addit in fine *super eam*. Græc. Ἐπὶ τίνος οἱ κρίκοι αὐτῆς πεπήγασι; τίς δέ ἐστιν ὁ βαλὼν λίθον γωνιαῖον ἐπ' αὐτῆς; Ambr. l. 1. Hexa. p. 11. c. similiter, *Aut super quid circuli ejus confixi sunt?*

℣. 7. Ita Græcè ad verbum. Sic etiam apud Aug. in Job, præter hoc, *sidera simul*: similiter l. 11. de civit. Dei, t. 7. col. 279. a. sed absque hac voce, *simul*.

℣. 8. Ita Aug. in Job, uno excepto *ex*, pro *in*, ante *utero*. Græc. addit δὲ, ad verbum ἔφραξα, *occlusi*, & *mare* præponit *portis*; subinde pro *fremeret*, hab. ἐμαίμαοτεν, ad litt. *vehementer cuperet*, statimque ἐκ, pro *in*, & in fine simpliciter ἐκπορευομένη, *egrediens*. Ambr. l. 3. Hex. col. 38. e. *Concluſi autem mare portis*; similiter l. 1. col. 11. c. absque *autem*.

℣. 9. Similiter ap. Aug. in Job. Gr. initio hab. ἐθέμην δὲ, *posui autem*, & in fine, ἐσπαργάνωσα, pro *obvolvi*, ad verbum, *quasi fasciâ obvolvi*; Symm. περιείλησα, ut & Aquila initio, loco *posui*.

℣. 10. Sic hab. Aug. in Job: sic etiam Græcè, ni excipias verbum περιθεὶς, *circumponens*. Ambr. l. 3. Hexa. col. 37. c. *Posui ei fines, apponens claustra, & portas.*

℣. 11. Similiter hab. Aug. in Job: nec differt Græcum, nisi quòd addit αὐτῇ, *ei*, ad verbum *dixi*; & pro *transibis*, hab. ὑπερβήσῃ. Ambros. l. 1. Hexa. col. 11. c. *Et dixi: Usque huc venies, & non transibis; sed in te comminuentur fluctus tui:* melius l. 3. col. 37. c. *Dixi autem ei: Usque huc venies, nec transgredieris; sed in temetipso conterentur fluctus tui.*

℣. 12. Similiter Aug. in Job; cui etiam Gr. consonat, nisi quòd habet initio, ἢ ἐπὶ ζῇ., paulòque post, Ἐωσ-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon.

13. Apprehende pinnas terræ, excute impios ex ea.

14. Et tu ſumens terræ lutum, figuraſti animæ, & famoſum eum feciſti ſuper terram?

15. Et abſtuliſti ab impiis lucem, aut brachium ſuperborum comminuiſti?

16. Aut veniſti ad fontem maris, aut in veſtigiis abyſſi deambulaſti?

17. Aut tibi aperiuntur metu portæ mortis, aut janitores inferni videntes te timuerunt?

18. Aut cognoviſti latitudinem ſub cœlo? narra ergo mihi quanta ſit;

19. Aut in qua terra habitet lux, aut quis tenebrarum locus ſit.

20. Duces me in fines eorum, quòd ſi & noſti ſemitas eorum.

21. Nunquid ſcis quia tunc natus eras, & numerus annorum tuorum multus?

22. Aut veniſti in theſauris nivis, aut theſauros grandinis vidiſti,

23. Quæ repoſita ſunt in tempus inimicorum, & in die pugnæ & belli?

24. Unde autem procedit pruina, & diſpergitur auſter ſub cœlo?

25. Quis præparavit pluviæ validæ flumen, & viam vocibus tempeſtatis,

26. *Ut & pluat ſuper terram, ubi non eſt vir; in deſerto, ubi non eſt homo;*

27. *Ut ſatiet inviam & inhabitabilem, & ut germinet herbæ viror?*

28. Quis eſt pluviæ pater? vel quis eſt qui genuit ſtillas roris?

29. De cujus utero procedit glacies? aut pruinam in cœlo quis genuit,

30. Quæ deſcendit ſicut aquæ flumen? aut faciem impii quis tabefecit?

31. Aut intellexiſti nexus Pleiadis, & ſeptum

VULGATA NOVA.

13. Et tenuiſti concutiens extrema terræ, & excuſſiſti impios ex ea?

14. Reſtituetur ut lutum ſignaculum, & ſtabit ſicut veſtimentum:

15. Auferetur ab impiis lux ſua, & brachium excelſum confringetur.

16. Nunquid ingreſſus es profunda maris, & in noviſſimis abyſſi deambulaſti?

17. Nunquid apertæ ſunt tibi portæ mortis, & oſtia tenebroſa vidiſti?

18. Nunquid conſideraſti latitudinem terræ? indica mihi, ſi noſti, omnia,

19. In qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus ſit:

20. Ut ducas unumquodque ad terminos ſuos, & intelligas ſemitas domus ejus.

21. Sciebas tunc quòd naſciturus eſſes? & numerum dierum tuorum noveras?

22. Nunquid ingreſſus es theſauros nivis, aut theſauros grandinis aſpexiſti?

23. Quæ præparavi in tempus hoſtis, in diem pugnæ & belli?

24. Per quam viam ſpargitur lux, dividitur æſtus ſuper terram?

25. Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum, & viam ſonantis tonitrui,

26. Ut plueret ſuper terram abſque homine in deſerto, ubi nullus mortalium commoratur,

27. Ut impleret inviam & deſolatam, & produceret herbas virentes?

28. Quis eſt pluviæ pater? vel quis genuit ſtillas roris?

29. De cujus utero egreſſa eſt glacies? & gelu de cœlo quis genuit?

30. In ſimilitudinem lapidis aquæ durantur, & ſuperficies abyſſi conſtringitur.

31. Nunquid conjungere valebis micantes

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

φόεος δὲ εἶδεν, &c. *Lucifer autem novit*, &c.

℣. 13. Aug. in Job, *Apprehendere pennas terræ, excutere impios ex ea.* Græc. Ἐπιλαβέσθαι πτερύγων..... ἐκτινάξαι, &c. ut ſup.

℣. 14. Aug. in Job, legit *animal*, loco *animæ*; & *poſuiſti*, loco *feciſti*; cætera ut ſup. Græc. Ἡ σὺ λαβὼν γῆν (Compl. γῆς, Ald. ἀπὸ γῆς) πηλὸν, ἔπλασας ζῶον, ἢ λαλητὸν αὐτὸν ἔθου ἐπὶ γῆς; Nobil. *Aut tu ſumens terram lutum, plaſmaſti animal, & idoneum eum ad loquendum poſuiſti ſuper terram?*

℣. 15. Ita Aug. in Job; cui favet Græcum, niſi quòd habet βεβλαπται δέ. Capreol. Carthag. ap. Sirm. to. 1. p. 367. b. eadem refert quæ ſupra, præter hoc, *Nunquid tu abſtuliſti impiis*, &c. Gr. ἀφεῖλες δέ.

℣. 16. Ita in Græco, ubi conſtanter δὲ, pro *aut*. Concinit Aug. in Job, niſi quòd leg. in fine, *ambulas*. Gr. περιεπάτησας. Hilar. in Pſ. 68. col. 217. c. ita: *Veniſti autem ſuper fontes abyſſi, aut in veſtigiis maris ambulaſti?* Capreol. Carthag. ap. Sirm. to. 1. p. 367. b. *Aut veniſti ad fines maris, aut in veſtigiis abyſſi ambulaſti?*

℣. 17. Similiter hab. Aug. in Job. Apud Capreol. Carthag. t. 1. Sirm. p. 367. b. hoc unum variat, *aperientur*, pro *aperiuntur*. In Gr. ἀνοίγονται δέ σοι, rurſuſque δὲ, poſt *janitores*; cætera ad verbum. Hilar. in Pſ. 68. p. 217. c. ſic: *Aperiuntur autem tibi præ timore portæ mortis?*

℣. 18. Ita Capreol. Carthag. hab. ubi ſup. p. 367. b. ad hoc uſque, *narra*. Sic etiam ap. Aug. in Job. Gr. Νενοήτησαι δὲ τὸ εὖρος τῆς ὑπ' ὐρανόν; Aug. addit: *Narra ergo mihi quantaquæque ſint.* Gr. Ἀνάγγειλον δή μοι ὅσον τίς ἐστι.

℣. 19. Aug. in Job, legit *habitat*, nec addit in fine, *ſit*. Gr. Ποία δὲ γῆ αὐλίζεται (al. οἰκητοῖ) τὸ φῶς, σκότος δὲ ποῖος ὁ τόπος; Mſ. Alex. ποῖός ἐστι τόπος;

℣. 20. Aug. in Job, initio hab. *ſi duces me*; reliqua ut ſupra. Fortaſſe librarius oſcitans poſuit verbum *ſit*, in fine ℣. præced. loco hujus particulæ *ſi*; ita autumat Marcianæus noſter, mixus auctoritate S. Auguſtini: nec obſtat Græcum, in quo ſic: τόπος. Εἰ ἀγάγοις με, &c. ut ſup. ac in Mſ. Alex. ita, ποῖός ἐστι τόπος; Εἰ ἄρα ἀγάγοις, &c. & infra, εἰ δὲ ἢ, &c.

℣. 21. Una tantùm vocula *es*, pro *eras*, variat apud Aug. in Job. Græcè, Οἶδα ἄρα ὅτι τότε γεγέννησαι, &c. *Novi igitur quia tunc natus es*, &c. ut ſup. Ed. Ald. hab. οἶδας.

℣. 22. Sic habet Aug. in Job: nec variat Græcum, niſi quòd ponit δὲ de more, pro *aut*; & pro *in theſauris*, hab. ἐπὶ θησαυρὲς, *in theſauros*.

℣. 23. Aug. in Job, legit: *Quæ repoſita ſunt tibi in*, &c. & infra, *in diem*. Gr. Ἀποκειται δέ σοι εἰς ὥραν ἐχθρῶν, εἰς ἡμέραν πολέμων ἢ μάχης; Mſ. Alex. cum Ald. & Compl. πολέμω.

℣. 24. Ita Aug. in Job. Sic etiam Græcè, præter hoc, ἢ, *aut*, pro medio δ, ac in fine, εἰς τὴν ὑπ' ὐρανόν, *in eam quæ ſub cœlo*, poſt *auſter*.

℣. 25. Gr. initio hab. τίς δὲ, *quis autem*, & poſt paulò, ῥύσιν, *fluxum*, loco *flumen*; extremò pluraliter, κυδοιμῶν, *tempeſtatum*, abſque præced. *vocibus*; Aquila, εἰς κτύπον φωνῶν, *ad fragorem vocum*. Aug. in Job, legit ut ſup. in textu, his tantùm immutatis, *flumen validæ pluviæ*. Gr. ὑετῷ λάβρῳ.

℣℣. 26. 27. Hi verſiculi ſignantur aſteriſcis quatuor in ed. Lat. Sic etiam in Hexap. proferuntur ex Theodotione, unde poſtea invecti ſunt in edit. LXX. Ibi autem ſicut in Hexaplis hæc variant, nempe ℣. 26. ante *pluat*, deeſt δ; paulòque poſt, pro *in deſerto*, &c. habetur, ἔρημον, οὗ οὐκ ὑπάρχει ἀνθρωπος ἐν αὐτῇ· deinde ℣. 27. Τοῦ χορτάσαι ἄβατον καὶ ἀοίκητον, καὶ τοῦ ἐκβλαστῆσαι ἔξοδον χλόης..... & *ut germinet exitus herbæ virentis?* Apud Auguſt. in Job, omnia ut ſup. in textu, præter hoc, *invium* & *inhabitabile*.

℣. 28. Sic eſt in Græco, ſi excipias ſemper δὲ, loco *vel*, & βώλης, pro *ſtillas*. Aug. bene l. annot. in Job: *Et quis eſt qui peperit glebas roris?* priora ut ſup.

℣. 29. Sic hab. Aug. in Job, unà cum Græco; additur tamen ibi δὲ, poſt *cujus*; extremò etiam, τέτοκε, pro *genuit*, mel. *peperit*.

℣. 30. Concinit Aug. ad verbum. In Gr. ſic, ὕδωρ ῥέον, *aqua fluens*, pro *aquæ flumen*, detracto ſeq. *aut*; & in fine, ἐπτηξε, *exterruit*, pro *tabefecit*.

℣. 31. Gr. ponit conſtanter δὲ, loco *aut*, & δεσμὸν, *nexum*, pro *nexus*; reliqua ad verbum. Aug. in Job, nil

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
ſtellas Pleiadas, aut gyrum Arcturi poteris diſſipare?	Orionis aperuiſti?	*Ex Mſ. Maj. Mon.*
32. Nunquid producis Luciferum in tempore ſuo, & Veſperum ſuper filios terræ conſurgere facis?	32. *An aperies Mazuroth in tempore ſuo, & Veſperum ſuper ædificationem ejus induces?*	
33. Nunquid noſti ordinem cœli, & pones rationem ejus in terra?	33. Scis commotiones cœli, aut omnium quæ ſub cœlo pariter fiunt?	
34. Nunquid elevabis in nebula vocem tuam, & impetus aquarum operiet te?	34. Vocabis nubem voce, & in tremore aquæ validæ obediunt tibi?	
35. Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & revertentia dicent tibi: Adſumus?	35. Mittes vi fulmina, & ibunt? aut dicent tibi: Quid eſt?	
36. Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam? vel quis dedit gallo intelligentiam?	36. Quis dedit mulieribus texturæ ſapientiam, & varietatum ſcientiam?	
37. Quis enarrabit cœlorum rationem, & concentum cœli quis dormire faciet?	37. Aut quis numeret nubes ſapientiâ, *& organa cœli in terram declinet?*	
38. Quando fundebatur pulvis in terra, & glebæ compingebantur?	38. Diffuſus eſt autem ſicut terra cinis, & adglutinavit eum ſicut lapidibus * cubum.	* *Mſ.* civium.
39. Nunquid capies leænæ prædam, & animam catulorum ejus implebis,	39. Aut capies leonibus eſcas, aut animas draconum replebis?	
40. Quando cubant in antris, & in ſpecubus inſidiantur?	40. Pavidi enim ſunt in cubilibus ſuis, & ſedent in ſilvis inſidiantes.	
Pſal. 146. 9. 41. Quis præparat corvo eſcam ſuam, quando pulli ejus clamant ad Deum, vagantes, eò quòd non habeant cibos?	41. Quis autem præparavit corvo eſcam? pulli enim ejus ad Dominum clamant, errantes, & eſcam quærentes.	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

differt ab edit. Lat. Vide plura ibid. apud ipſum, col. 671. b.

℣. 32. Sic pergit edit. Lat. præmiſſis aſteriſcis duobus. Similiter in Græco ed. Rom. præter ultima iſta, ἐπὶ κόμης αὐτῆ ἄξεις αὐτά; *ſuper comam ejus duces ea?* In Hexaplorum edit. nil habetur hîc ex Theodotione. Ap. Aug. in Job, tota ut ſup. in edit. Lat.

℣. 33. Aug. in Job, *Scis commutationes cœli, aut omnia quæ ſub cœlo pariter fiunt?* Gr. Ἔπιςασαι δὲ τροπὰς ὑσχνῆ, ἢ τὰ ὑπ' ὐσχνὸν ὁμοθυμαδὸν γινόμενα; *Scis autem converſiones cœli, aut quæ ſub cœlo ſimul facta?*

℣. 34. Eadem refert Aug. in Job, præter ult. iſtud, *obedient ei.* In Gr. ὑπακόσεταί ζοι, *obediet tibi;* item initio, καλέσεις δὲ, abſque *in*, ante *tremore;* cæt. ut ſup.

℣. 35. Auguſt. in Job: *Mittes vi fulmina, & ibunt?* &c. ut ſup. vocem autem *flumina*, firmat in conſequentibus, addendo: *Flumina, inquit, de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* At in Græco conſtanter: Ἀποςελεῖς δὲ κεραυνὺς, καὶ πορεύσονται; ἐρροῖ δὲ, &c. *Mittes autem fulmina, & ibunt?* &c. ut ſup.

℣. 36. Ita Aug. in Job, ad verbum. Similiter ap. Ambroſ. l. 2. de fide, to. 2. col. 472. d. ad hoc uſque, & *variorum.* Item ap. Hieron. in Ezech. 16. t. 3. col. 788. c. exceptis his, *aut varietatis diſciplinam.* Gr. initio habet τίς δὲ, & in fine, ἢ ποικιλτικὴν ἐπιςήμην; Nobil. *aut variegandi ſcientiam?*

℣. 37. Edit. Lat. addit cum aſteriſco, & *organa cœli in terram declinet?* Aug. in Job, *declinavit;* & ſup. *Aut quis eſt qui numeret*, &c. Edit. Rom. Τίς δὲ ὁ ἀριθμῶν..... ὑσχνὸν δὲ εἰς γῆν ἔκλινε; Symm. καὶ ὄργανα ὑσχνῆ τίς κοιμήσει;

℣. 38. Sic habet Auguſt. in Job, præter ultim. *cibum*, quam vocem infra pluribus explicat. In Mſ. Turon. legebatur *civium*, teſte Martianæo, qui ſubſtituit *cubum*, è Gr. κύβον: item ſup. in Gr. κεκόλληκα δὲ..... λίθῳ, *agglutinavi autem eum ſicut lapide cubum.*

℣. 39. Itidem ap. Aug. in Job, præter hoc ſing. *leoni.* In Gr. Θηρεύσεις δὲ λέουσι βοράν; *Aut venaberis leonibus eſcam?* &c. ut in Lat.

℣. 40. Eadem refert Aug. in Job. In Gr. ſic, δεδοίκασι γὰρ, *timuerunt enim*, loco *pavidi enim ſunt;* reliqua ut in textu.

℣. 41. Similiter habet Aug. in Job, præter unum *clamantes*, pro *clamant:* in Gr. κεκράγασι, πλανώμενοι, τὰ εἴτα ζητοῦντες, *clamaverunt, errantes, cibaria quærentes.*

CAPUT XXXIX.

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
1. NUnquid noſti tempus partûs ibicum in petris, vel parturientes cervas obſervaſti?	1. *SI cognoviſti tempus pariendi tragelaphorum in petris*, aut partus cervarum cuſtodiſti?	*Ex Mſ. Maj. Mon.*
2. Dinumeraſti menſes conceptûs earum, & ſciſti tempus partûs earum?	2. Et numeraſti menſes partûs earum, & dolores earum ſolviſti?	
3. Incurvantur ad fetum, & pariunt, & rugitus emittunt.	3. Et nutriſti hinnulos earum ſine metu? *partus earum emittes?*	
4. Separantur filii earum, & pergunt ad paſtum: egrediuntur, & non revertuntur ad eas.	4. *Abrumpent filii earum, multiplicabuntur in tritico: & ibunt, & non revertentur ad eas.*	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Quæ præmittuntur, notantur aſteriſco in edit. Lat. eaque nunc ſimiliter leguntur Græcè in edit. Rom. excepto ult. πέτρας, *petræ*, pro *in petris:* Aug. in Job, legit *petras*, cum aliis ut ſup. Theodotio in Hexaplis hab. νεοσσῶν ἐν πέτρᾳ, *hinnulorum in petra;* nec plura ibid. ex ipſo relata. Edit. Rom. ſubdit ordine iſto, ἐφύλαξας δὲ ὠδῖνας ἐλάφων; Item Ambr. l. 2. de interpel. Dav. c. 1. col. 639. d. *Obſervaſti partus cervorum?* Hieron. in cap. 35. Iſaî. to. 3. col. 279. f. *Cuſtodiſti autem menſes cervorum?* Aug. ubi ſup. ait: Τράγος *hircus eſt*, ἔλαφος *cervus: tragelaphus ergo, compoſitum ex hirco & cervo animal.*

℣. 2. Ita legit Aug. in Job: Græc. verò ad *menſes*, addit αὐτῶν, deinde ſic, πλήρεις τοκετοῦ αὐτῶν, ὠδῖνας δὲ, &c. Ambroſ. l. 2. de interpel. Dav. c. 1. col. 639. d. *Numeraſti autem menſes eorum plenos partûs, partus autem eorum ſolviſti?*

℣. 3. Ita legit Aug. ad verbum ubi ſup. Ita quoque in Græco eſt, niſi excipias τὰ παιδία, *prolem*, loco *hinnulos.* Edit. Lat. addit præmiſſo aſteriſco, *partus earum emittes?* quæ Græcè in Hexap. ſimiliter habentur ex Theodot. addito δὲ, poſt *partus.* Ap. Ambr. l. 2. de interpel. Dav. c. 1. p. 639. d. ita: *Vel enutriſti filios eorum, ut non timeant; partus autem eorum emittes?* Item ap. Hieron. in cap. 35. Iſai. to. 3. col. 279. f. *Et partus eorum emittes?*

℣. 4. Sic habet edit. Lat. cum aſteriſcis tribus prævis. Eadem etiam referunt Hexapla ex Theodotione, paucis mutatis; unde poſtea translata ſunt in edit. LXX. Aſteriſcis quoque notantur in Mſ. Colb. præmiſſa hac nota de more, Ἐκ Θ. οἱ δ'. Ambroſ. l. 2. de interpel. Dav. c. 1. p. 639. e. ſic hab. *Dirumpent filii eorum, & multipli-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon.

5. Quis autem eſt, qui dimiſit onagrum liberum, & vincula ejus quis reſolvit?

6. Poſui enim tabernaculum ejus deſertum, *& habitacula ejus ſalſuginem.*

7. Irridens multitudinem civitatis, & querelam exactoris non audiens,

8. *Conſideravit montes paſcua ſua, & poſt omne viride quærit.*

9. Volet autem monoceros ſervire tibi, aut dormire ſuper præſepe tuum?

10. Aut alligabis in loris jugum ſuum, aut ducet tibi ſulcos in campo?

11. Confidis autem in eo, quia mutata eſt virtus ejus; aut dimittis ei opera tua?

12. Aut credes ei, *quia reddet tibi ſementem, & in aream tuam inferet?*

13. *Penna ſtruthionum miſta eſt alis herodionis, & accipitris;*

14. *Et relinquit in terra ova ſua, & in pulvere calefiunt.*

15. *Et oblita eſt quia pes diſpergit ea, & beſtiæ conculcabunt ea.*

16. *Obduruit contra filios ſuos, ne ſint ejus; fruſtra laboravit abſque ullo timore:*

17. *Quia deſpexit eam Dominus in ſapientia, & non diſtribuit ei intellectum.*

18. *Cùm tempus fuerit, in altum ſe levabit, & deridebit equitem & aſcenſorem.*

19. An tu circumdediſti equo virtutem, & inſeruiſti collo ejus hinnitum?

20. Et circumpoſuiſti ei arma? & gloria pectoris ejus, audacia:

21. Prodiens in campo luxuriat, & procedit in prælio cum virtute;

22. Occurrenſque jaculo, contemnit, nec ſe avertit à ferro.

VULGATA NOVA.

5. Quis dimiſit onagrum liberum, & vincula ejus quis ſolvit?

6. Cui dedi in ſolitudine domum, & tabernacula ejus in terra ſalſuginis.

7. Contemnit multitudinem civitatis, clamorem exactoris non audit.

8. Circumſpicit montes paſcuæ ſuæ, & virentia quæque perquirit.

9. Nunquid volet rhinoceros ſervire tibi, aut morabitur ad præſepe tuum?

10. Nunquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo? aut confringet glebas vallium poſt te?

11. Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine ejus, & derelinques ei labores tuos?

12. Nunquid credes illi quòd ſementem reddat tibi, & aream tuam congreget?

13. Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodii, & accipitris.

14. Quando derelinquit ova ſua in terra, tu forſitan in pulvere calefacies ea?

15. Obliviſcitur quòd pes conculcet ea, aut beſtia agri conterat.

16. Duratur ad filios ſuos quaſi non ſint ſui, fruſtra laboravit nullo timore cogente.

17. Privavit enim eam Deus ſapientiâ, nec dedit illi intelligentiam.

18. Cùm tempus fuerit, in altum alas erigit: deridet equum & aſcenſorem ejus.

19. Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo ejus hinnitum?

20. Nunquid ſuſcitabis eum quaſi locuſtas? gloria narium ejus terror.

21. Terram ungulâ fodit, exſultat audacter: in occurſum pergit armatis.

22. Contemnit pavorem, nec cedit gladio.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cabuntur in generatione: exibunt, & *non revertentur retro*; quæ Græcum exprimunt ad verbum, niſi quòd hab. in fine, *ἀυτοῖς*, *eis*, pro *retro*. Aug. in Job, neutrum admittit; cætera verò legit ut ſup. in edit. Lat. præter unum *exibunt*, pro & *ibunt*, quod fortaſſe mendum eſt; nam in Græco conſtanter legitur *ἐξελεύσονται*, abſque conjunctione &.

℣. 5. Ita Græcè, verbum è verbo; ut & ap. Auguſt. in Job.

℣. 6. Gr. ponit *δὲ*, pro *enim*, & *δίαιταν*, loco *tabernaculum*. Edit. Lat. Hieron. addit hæc cum aſteriſco, & *habitacula ejus ſalſuginem*; quæ pariter ſignantur in Hexaplis, præmiſsâ litterâ Θ. quæ ſignificat illa ex Theodotione eſſe deſumpta. Ap. Auguſt. in Job, ita: *Poſui enim habitaculum deſertum*, & *tabernacula ejus ſalſuginem*. Græcè ſimiliter, *καὶ τὰ σκηνώματα ἀυτῆς ἁλμυρίδα*.

℣. 7. Sic apud Aug. in Job: nec diſſimiliter Græcè, niſi excipias vocem *πολυοχλίας*, loco *multitudinem*; Nobil. vertit, *multas turbas*.

℣. 8. Sic habetur in edit. Lat. cum duplici aſteriſco. Eadem quoque refert Aug. in Job. In Græco hod. ſic: *Κατασκέψεται ὄρη νομὴν ἀυτῆς*, *Conſiderabit montes paſcuam ſuam*, &c. ut ſup. Hexapla hîc nobis deficiunt.

℣. 9. Ita Græcè ad verbum: nec diſſentit Aug. in Job. Ambroſ. ſic in Pſal. 37. p. 825. f. *Et volet tibi unicornuus ſervire?* Aug. etiam ubi ſup. p. 674. d. ait, *μονόκερως enim*, *unicornis eſt*.

℣. 10. Sic ap. Aug. in Job, præter hoc, & *alligabit*; at in Græco, *δήσεις δὲ*, ut & inf. *ζῦ*, *tuos*, pro *tibi*; cætera ut in Lat.

℣. 11. Similiter ap. Aug. in Job, præter unum *dimittes*, pro *dimittis*. Gr. *ἐπαφήσεις δέ*; item initio *πέποιθας*, & circa medium *πολλὴ*, pro *mutata eſt*: fortè in Mſ. Lat. primitus erat *multa eſt*, pro quo facilè ſcribi potuit *mutata eſt*, ſed aperto mendo, quod tamen habetur ſup. apud Auguſt.

℣℣. 12..... 18. Aug. in Job, ipſo initio hab. & *credes ei*, non *aut*, &c. Gr. *πιστεύσεις δὲ*, Mſ. ſolus Alex. addit *ἀυτῷ*; quæ verò ſequuntur uſque ad ℣. 19. notantur ſtellulis undecim in ed. Lat. Horum etiam nonnulla Græcè exſtant in Hexaplis, cum aſteriſcis præviis, qui ſignificant illa ex ed. Hexaplari translata fuiſſe in edit. LXX. Hæ autem notantur diſſimilitudines à Gr. Vat. ſcilicet, ℣. 13. loco *ſtruthionum miſta eſt alis herod. & accipitris*, illic habetur, *τερπομένων νεέλασσα*, *ἐὰν συλλάβῃ ἀσίδα ἢ νέσσα*, *lætantium neelaſſa*, *ſi conceperit aſida & neſſa*: mox ita ℣. 14. *ὅτι ἀφήσει*, *quia relinquet*, &c. & infra *θάλψει*, *caleſaciet*, pro *calefiunt*; ſubinde ℣. 15. *σκορπιεῖ*, pro *diſpergit*, hoc addito, *ἀγρὸς*, ad vocem *beſtiæ*, detractâ verò ſeq. *ea*: item ℣. 16. deeſt præp. *contra*; paulòque poſt, pro *ne ſint ejus*, ita, *ὥσε μὴ ἑαυτήν*, *ut non ſe ipſam*; & infra ℣. 17. loco *deſpexit eam Dominus in ſap.* ſic, *κατεσιώπησεν ἀυτῇ ὁ Θεὸς σοφίαν*, *tacere fecit ei Deus ſapientiam*; uti *ἐν τῇ ζυνέσει*, *in intellectu*, loco *intellectum*: demum ſub finem verſûs 18. legitur *ἵππων*, *equum*, non *equitem*. Apud Aug. l. annot. in Job, omnia ut ſup. in ed. Lat. paucis exceptis, iiſque levibus, videlicet ℣. 14. *reliquit*, pro *relinquit*; & ℣. 15. *diſperdet*, pro *diſpergit*; paulòque poſt ita, *beſtia agri conculcabit ea*: denique ℣. 18. *evolabit*, & *irridebit*, pro *ſe levabit*, & *deridebit*. Gr. *ὑψώσει*, *καταγελάσεται*.

℣. 19. Ita Aug. in Job. In Græco poſteriora iſta ſola variant, *σὲ δυσας δὲ τραχήλῳ ἀυτῆ φόβον*; & *induiſti collum ejus timore?* ſolus Theodotio habet *χρεμετισμόν*, *hinnitum*, Symm. *κραυγήν*, vel ut in Hexapl. *κλαγγήν*.

℣. 20. Gr. hab. *παροπλίαν*, *armaturam*, loco *arma*, ſtatimque, *δόξαν δὲ σηδέων ἀυτῆ τόλμη*, & *gloriam pectorum ejus audaciæ*. Mſ. Alex. *καὶ δόξη σηδέων ἀυτῆ τόλμω* at in edd. Ald. & Compl. *δόξα δὲ σηδέων ἀυτῆ*, *τόλμη*, ut in Lat. textu. Ap. Aug. in Job, & *gloriæ pectoris ejus*, *audacia*; Mſ. Floriac. *audaciam*.

℣. 21. Aug. in Job, legit *in prælium*, non *in prælio*; cætera ut ſup. Gr. ipſo initio hab. *ἀνορύσσων*, *fodiens*, pro quo forſitan lapſu calami ſcriptum eſt ſup. *prodiens*: extremò ita, *εἰς πεδίον ἐν ἰσχύϊ*, *in campum in virtute*, pro *in prælio cum virtute*.

℣. 22. Ita legit Aug. in Job. A Gr. abeſt *que*, poſt *occurrens*, & pro *jaculo*, exſtat *βασιλεῖ*, *regi*; at in Mſ. Alex. & Compl. *βέλει*, in Ald. *βέλη*: item Græcè, *καταγελᾷ*, *deridet*, pro *contemnit*, & *ἀποσοφῇ*, *ſe avertet*, pro *ſe avertit*.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

23. Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta & clypeus.

24. Fervens & fremens sorbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorem.

25. Ubi audierit buccinam, dicit: Vah, procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & ululatum exercitûs.

26. Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad austrum?

27. Nunquid ad præceptum tuum elevabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum?

28. In petris manet, & in præruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus.

29. Inde contemplatur escam, & de longè oculi ejus prospiciunt.

30. Pulli ejus lambent sanguinem: & ubicunque cadaver fuerit, statim adest.

31. Et adjecit Dominus, & locutus est ad Job:

32. Nunquid qui contendit cum Deo, tam facilè conquiescit? utique qui arguit Deum, debet respondere ei.

33. Respondens autem Job Domino, dixit:

34. Qui leviter locutus sum, respondere quid possum? manum meam ponam super os meum.

35. Unum locutus sum, quod utinam non dixissem; & alterum, quibus ultra non addam.

VERSIO ANTIQUA.

23. Super ipsum autem gaudet arcus & gladius, *lanceæ hastæque tremore.* *Ex Mſ. Maj. Mon.*

24. Et iracundiâ vertit terram, nec credet, donec elanguerit tuba.

25. Cùm autem tuba cecinerit, dicet: Euge; & procul odoratur pugnam, tonitruum ducum & clamorem.

26. Nunquid in sapientia tua plumescit accipiter, * expansis pennis immobilis, *& respiciens ad austrum?* * *Mſ. vel edit.* ex passis.

27. Aut tuo præcepto exaltatur aquila; & vultur super nidum suum in petra sedens,

28. Morabitur *in summitate petræ, & in caverna?*

29. Et cùm ibi fuerit, quærit escas, *longè oculi ejus prospiciunt.*

30. Et pulli ejus volutantur in sanguine: ubicunque fuerint cadavera, statim reperiuntur.

31. Et adjecit Dominus, & locutus est ad Job:

32. Nunquid qui disputat cum Omnipotente, quiescet; arguens Dominum, respondebit ita?

33. Respondens autem Job, Domino dixit:

34. Quid ergo judicor, commonitus & increpatus à Domino? audiens talia, cùm nihil sim, quod responsum dabo? manum ponam ad os meum.

35. Semel locutus sum, iterùm non adjiciam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 23. Ita Græcè, usque ad vocem *gladius* inclusam; deest tamen sup. conjunct. *autem*, pro qua August. habet *enim*, cum edit. Compl. reliqua ut supra. In editione Lat. adjiciuntur ista sub asteriſco, *lanceæ hastæque tremore*, quæ etiam habet August. ubi sup. absunt verò à textu Græco.

℣. 24. Græcè, ἀφανιεῖ, *evertet*, pro *vertit*, & ζημάνῃ, *significaverit*, pro *elanguerit*, quod ult. vitiosè forsan scriptum est, pro *clanxerit*. August. in Job, *clamaverit*; cæt. ut in textu.

℣. 25. Sic habet August. in Job, præter unum *tenitrum*, loco *tonitruum*. Græcè neutrum legitur, nec etiam vox *ducum*, sed simpliciter, ζὺν ἅλματι καὶ κραυγῇ, *cum saltu & clamore*: item sup. habetur ζημαινόυσις, pro *cecinerit*, & λέγει, *dicit*, non *dicet*; at in Mſ. Alex. ἐρεῖ.

℣. 26. Sic hab. Aug. in Job, cum hoc additamento, & *respiciens ad austrum*, quod in ed. Lat. signatur asteriſco; ibid. etiam pro *expansis*, legitur *ex passis*, sed errore manifesto, ni fallor, quem correximus sup. è Gr. ἀναπετάσας, necnon ex August. præterea in eodem Gr. loco priorum istorum, *Nunquid in*, &c. ita legitur: Ἐκ δὲ τῆς ζῆς ἐπιστήμης ἔστηκεν ἱέραξ, *Ex tua verò scientia stetit accipiter*; dein ut sup. nisi quòd post verbum *respiciens*, ita sequitur, τὰ πρὸς, *quæ ad*, &c.

℣. 27. Una tantùm conjunct. *aut*, pro &, variat apud Aug. in Job. Græcum initio hab. ἐπὶ δὲ σῷ, sed in Mſ. Alex. est ἢ ἐπὶ τῷ ζῷ· præterea in eodem Gr. deest hoc sub finem, *in petra*; cætera verò quadrant.

℣. 28. Græcè αὐλίζεται, *moratur*, non *morabitur*; sequentia notantur asteriſco in ed. Lat. Eadem quoque leguntur ap. Aug. in Job. In Hexaplis verò nil habetur hìc ex Theodotione. In edit. hod. LXX. cuncta quæ supra, excepto hoc ult. ἐν ἀποκρύφῳ, & *abscondito*, pro *in caverna*.

℣. 29. Similiter in Gr. dempto primo &. Edit. Lat. ultimò addit cum asteriſco, *longè oculi ejus*, &c. quæ nunc ita leguntur Græcè. Augustinus in fine legit *respiciunt*, non *prospiciunt*. Gr. σκοπεύουσι; cæt. ut supra.

℣. 30. Apud Aug. in Job, id unum variat, *confestim*, pro *statim*; Græcè, παραχρῆμα; item supra pro *volutantur*, ibid. φύρονται, i. e. *inquinantur*, ap. Nobil. *conspergunturs*; reliqua ut in Lat. nisi quòd additur δὲ, *autem*, isti, *ubicunque*.

℣. 31. Gr. Καὶ ἀπεκρίθη Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἰὼβ, ἐν εἶπε. In Compl. deest ὁ Θεός. Ap. August. in Job: *Respondit Dominus, & dixit.*

℣. 32. Sic ap. Aug. in Job, præter hæc duo, *quieſcit*, pro *quiescet*, & *Deum*, loco *Dominum*. Græcè ita: Μὴ κρίσιν μετὰ Ἰκανῦ ἐκκλίνει; *Nunquid judicium cum Omnipotente declinat?* deinde ut sup. ἐλέγχων δὲ Θεὸν, ἀποκριθήσεται αὐτήν; Compl. αὐτῷ, absque præced. δὲ, quæ partic. etiam deest in Mſ. Alex. ac ed. Ald.

℣. 33. Similiter apud August. in Job, deleta voce *Domino*. In Græco sic: Ὑπολαβὼν δὲ Ἰὼβ, λέγει τῷ Κυρίῳ· in Mſ. Alex. εἶπε τῷ, &c.

℣. 34. Similiter hab. Aug. in Job, excepto uno *judicer*, pro *judicor*. Græcè, Τί ἔτι ἐγὼ κρίνομαι, νουθετούμενος, καὶ ἐλέγχων Κύριον; *Quid adhuc ego judicor, commonitus, & arguens Dominum?* reliqua ut sup. nisi quòd verbo *sim*, additur ἐγὼ δέ; ut & post *dabo*, istud, πρὸς ταῦτα, *ad hæc*. Aug. l. 2. de pecc. merit. to. 10. p. 48. g. sic habet: *Quid adhuc ego judicor, monitus, & increpationes Domini audiens?* Orosius verò cont. Pelag. p. 454. f. ut in textu: *Quid ergo judicor, commonitus..... cùm nihil sim?* quæ rectè signantur obelis in edit. Lat. cùm ablint à textu Hebraïco. Hieron. l. 2 cont. Pelag. to. 4. col. 513. b. legit: *Ego autem ad hæc quid respondebo? manum meam ponam super os meum.*

℣. 35. Ita legit Aug. in Job. Cui etiam Græc. consonat, nisi quòd addit δὲ, ad vocem *iterum*. In Hexaplis hæc ult. verba signantur asteriſco, sed nihil de hoc monet nos doctus eorum editor in notis. Unde nobis magis standum esse existimamus Editioni Latinæ, quæ nullum ibi præmittit asteriſcum. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. p. 513. b. ita legit: *Semel locutus sum, in secundo non addam.* Augustini liber annot. in Job, jam toties à nobis citatus supra, desinit in his verbis: posteriora tamen tria capita prioribus aliis subnectuntur in edit. Lat. citantur etiam à Patribus Latinis pluribus, imo & ab Augustino ipso aliis in locis, ut videbitur infra.

Digitized by Google

CAPUT XL.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Mſ. Maj. Mon. 1. REſpondens autem Dominus Job de turbine, ait :	1. REſpondens autem Dominus Job de turbine, dixit :
2. Nequaquam ; ſed accinge tanquam vir lumbos tuos : interrogabo te, tu verò reſponde mihi.	2. Accinge ſicut vir lumbos tuos : interrogabo te, & indica mihi.
3. An abnuis judicium meum ? aut putas me aliter tibi locutum fuiſſe, quàm ut appareres juſtus ?	3. Nunquid irritum facies judicium meum : & condemnabis me, ut tu juſtificeris ?
4. An brachium contra Dominum tibi eſt, aut vocibus contra illum tonas ?	4. Et ſi habes brachium ſicut Deus, & ſi voce ſimili tonas ?
5. Aſſume igitur altitudinem & virtutem, gloriam & honorem veſtire.	5. Circumda tibi decorem, & in ſublime erigere, & eſto glorioſus, & ſpecioſis induere veſtibus.
6. Emitte in iracundia angelos, & omnem injurioſum humilia.	6. Diſperge ſuperbos in furore tuo, & reſpiciens omnem arrogantem humilia.
7. Videns omnem ſuperbum, exſtinguito ; contere impios ſtatim,	7. Reſpice cunctos ſuperbos, & confunde eos, & contere impios in loco ſuo.
8. Et abſconde ſub terra ſimul, facieſque eorum imple ignominia.	8. Abſconde eos in pulvere ſimul, & facies eorum demerge in foveam :
9. Ita demum confitebor, quia ſalvare te poteſt dextera tua.	9. Et ego confitebor quòd ſalvare te poſſit dextera tua.
10. Sed ecce, beſtia, quam feci apud te, fœnum ſicut boves edit :	10. Ecce, Behemoth, quem feci tecum, fœnum quaſi bos comedet :
11. Ecce virtus ejus in lumbis *ejus*, & potentia *ejus* ſuper umbilicum ventris :	11. Fortitudo ejus in lumbis ejus, & virtus illius in umbilico ventris ejus.
12. Et erexit caudam ſicut cypreſſus, & nervi ejus implicati ſunt :	12. Stringit caudam ſuam quaſi cedrum, nervi teſticulorum ejus perplexi ſunt.
13. Et coſtæ ejus coſtæ æreæ, & ſpina ejus ferrum eſt fuſile.	13. Oſſa ejus velut fiſtulæ æris, cartilago illius quaſi laminæ ferreæ.
14. Hoc eſt initium figmenti Domini, quod	14. Ipſe eſt principium viarum Dei, qui fecit
* *In Mſ. vel edit. deeſt* ut. fecit, * ut illudatur ab angelis ejus.	eum, applicabit gladium ejus.
15. Aſcendens autem in montem præruptum, fecit gaudium quadrupedibus in tartaro.	15. Huic montes herbas ferunt : omnes beſtiæ agri ludent ibi.
16. Sub omnimodis arboribus dormit, ſecus	16. Sub umbra dormit in ſecreto calami, &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Ἔτι δὲ ὑπολαβὼν ὁ Κύριος, εἶπε τῷ Ἰὼβ ἐκ τῆς νέφους. *Adhuc autem reſpondens Dominus, dixit ad Job de nube.* Fragm. Mſ. Floriac. *Et hæc audiens Dominus, dixit de nube ad Job.*

℣. 2. Concinit Gr. niſi quòd hab. τὴν ὀσφύν σου, num. ſingul. additque δὲ, ad verbum *interrogabo.* Ambr. l. 1. offic. p. 48. b. ſimiliter leg. *Accinge ſicut vir lumbos tuos.* Fragm. verò Mſ. Floriac. *Ideo magis accinge ſicut vir lumbum tuum ; & ego interrogabo te, & tu reſponde mihi.*

℣. 3. Græc. Vat. initio hab. μὴ ἀποποιῇ, *ne repellas*, loco *an abnuis ;* editt. Ald. & Compl. ἢ ἀποποιῇ, *nunquid repelles ?* ſubinde in Vat. οἴει δέ με ἄλλως σοι κεχρηματικέναι, ἢ ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος ; *putas autem me aliter tibi reſpondiſſe, quàm ut appareas juſtus ?* Fragm. Mſ. Floriac. *Nec putes à te alienum eſſe judicium meum : & non æſtimes me aliter decreviſſe, niſi ut tu minùs appareas injuſtus.* Hieron. in Iſai. 19. to. 3. col. 187. f. *Putas me tibi aliter locutum, niſi ut appareres juſtus ?* Mſ. Alex. ἀλλ' ἵνα δίκαιος ἀναφανῇς ;

℣. 4. Itidem Græcè, excepto ſing. φωνῇ, *voce*, pro *vocibus ;* cætera concordant.

℣. 5. Ita Græcè, ad verbum, niſi quòd additur δὲ ἐν, *autem* &, poſt *gloriam :* Ambroſ. l. 1. offic. to. 2. 48. b. leg. *Suſcipe altitudinem & virtutem.* Fragm. Mſ. Floriac. *Suſcipe in te altitudinem & virtutem, & claritatem & honorem induere.*

℣. 6. Græc. Ἀπόστειλον δὲ ἀγγέλους ὀργῆς. Fragm. Mſ. Floriac. *Dimitte angelos iræ, & omnem injurioſum & ſuperbum exſtingue.* Ambroſ. l. 1. off. t. 2. col. 48. b. *Omnem autem injurioſum humiliato.*

℣. 7. A Gr. abeſt hoc, *videns omnem ;* poſt *ſuperbum* verò additur δὲ, ut etiam poſt verbum *contere*, pro quo ult. ζῆψον, *corrumpe.* Fragm. Floriac. *Et ſuperbum exſtingue, ſepara à te impios confeſtim.*

℣. 8. Ad verbum è Græco, ni fortè id excipias, εἰς γῆν, loco *ſub terra.* Fragm. Mſ. Floriac. *Et abſconde eos omnes in terra, & confunde facies eorum ignominia, & redde illis.*

℣. 9. Conſonat Græc. niſi quòd tollit hoc, *ita demum*, ſicut *te*, poſt *ſalvare.* Mſ. Alex. addit ἄρα, *igitur*, verbo *confitebor.* Fragm. Mſ. Floriac. ſic hab. *Si autem ſint apud te ſine honore, tunc videbis, & confiteberis, quoniam potens eſt dextera mea ſalvare te.*

℣. 10. Gr. initio hab. Ἀλλὰ δὴ ἰδὲ Συρία, *Verùm utique ecce beſtiæ*, detracto ſeq. *quam feci ;* item in fine, ἐδίδοσι, *comedunt*, num. plurali. Similiter ap. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 327. c. *Sed ecce, beſtiæ apud te fœnum tanquam boves edent.*

℣. 11. Edit. Lat. utrumque *ejus* notat aſteriſco. In Gr. ſic : Ἰδὲ δὴ ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ ἐπ' ὀσφύϊ, ἡ δὲ δύναμις αὐτοῦ ἐπ' ὀμφαλῷ γαστρός. Mſ. Alex. addit αὐτοῦ. Apud Ambroſ. in Pſ. 37. col. 829. f. *Ecce fortitudo ejus in lumbis, & virtus ejus in utero.* Apud Hieron. ep. 18. to. 4. p. 2. col. 32. a. *Virtus ejus in lumbis, & poteſtas ejus in umbilico :* & l. 2. cont. Jovin. col. 197. d. *Virtus ejus in lumbis ejus, & poteſtas ejus ſuper umbilicum ventris.* Auct. l. de promiſſ. & prædeſt. Dei, p. 4. 192. c. *Virtus ejus in lumbis eſt, & potentia ejus ſuper umbilicum ventris.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 327. c. *Et vigor ejus in lumbis, virtus verò in umbilico ventris ejus.*

℣. 12. Gr. Vat. in principio hab. Ἔστησεν ὑρὰν ὡς κυπάρισσον, al. ὡς κέδρος. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 327. c. *Statuit caudam ſicut cypreſſum, nervi ejus complexi ſunt ſicut funes.* Mſ. Alex. ὥσπερ σχοινία συμπέπλεκται· Vat. τὰ δὲ νεῦρα αὐτοῦ συμπέσω. ut in Lat. ſup.

℣. 13. Græcè deeſt &, ante 1. *coſtæ*, ſicut *eſt*, poſt *ferrum ;* reliqua ut ſup. Ap. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 327. c. ſic : *Latera ejus ſicut latera æris, & dorſum ejus ferrum fuſile.* Gr. ῥάχις, *ſpina dorſi.*

℣. 14. Itidem ap. Aug. l. 11. de Gen. ad litt. t. 3. p. 1. col. 284. d. necnon ap. Auct. l. de promiſſ. p. 191. a. cum hoc, *ut illudatur.* Aug. l. 11. de civit. Dei, to. 7. col. 284. c. leg. *ad illudendum*, ultimòque, *ab angelis ſuis ;* cæt. ad verbum ut ſup. Hieron. in Iſai. 27. to. 3. col. 226. e. ita : *Hoc eſt principium plaſmatis Domini, quod factum eſt, ut illudatur ab angelis ejus.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 327. c. *Hoc eſt initium facturæ Domini, factum ad inludendum ab angelis.* Gr. Τυτέστιν ἀρχὴ πλάσματος Κυρίου, πεποιημένου ἐγκαταπαίζεσθαι (Mſ. Alex. εἰς τὸ ἐγκαταπέζεσθαι) ὑπὸ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ.

℣. 15. Ita Græcè, excepto verbo ἐπελθὼν, *adveniens*, pro *aſcendens.*

℣. 16. Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 197. d. *Et dormit juxta juncum, & calamum, & caricem.* Gr.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

in locis humentibus.

17. Protegunt umbræ umbram ejus, circumdabunt eum salices torrentis.

18. Ecce, absorbebit fluvium, & non mirabitur: & habet fiduciam quòd influat Jordanis in os ejus.

19. In oculis ejus quasi hamo capiet eum, & in sudibus perforabit nares ejus.

20. An extrahere poteris Leviathan hamo, & fune ligabis linguam ejus?

21. Nunquid pones circulum in naribus ejus, aut armillâ perforabis maxillam ejus?

22. Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia?

23. Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum servum sempiternum?

24. Nunquid illudes ei quasi avi, aut ligabis eum ancillis tuis?

25. Concident eum amici, dividentillum negotiatores?

26. Nunquid implebis sagenas pelle ejus, & gurgustium piscium capite illius?

27. Pone super eum manum tuam: memento belli, nec ultra addas loqui.

28. Ecce, spes ejus frustrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur.

VERSIO ANTIQUA.

juncum, & calamum, & caricem; *Ex Mſ. Maj. Mon.*

17. Et obumbrantur in eo arbores magnæ, cum stirpibus & virgultis torrentis.

18. *Si fuerit inundatio, non timebit; securus est, cùm illisus fuerit Jordanis in os ejus.*

19. In oculo suo susciplet eum; torto vertice, pertundit nares.

20. Adduces autem draconem in hamo, pones capistrum circa nares ejus?

21. *Sigillabis circulum in ore ejus*, & forcipe pertundes labium ejus?

22. Loquetur autem tibi preces & obsecrationes blandè,

23. Et ponet testamentum tecum, & accipies eum servum sempiternum?

24. Et ludes de eo sicut de ave, aut alligabis eum sicut passerem infantulo?

25. Saginantur in eo nationes, & partiuntur eum Phœnicum gentes?

26. Et omnes naves si conveniant, non portabunt corium caudæ ejus, *& in navibus piscatorum caput ejus.*

27. Impones autem ei manum, recordatus pugnæ quæ fit in ejus corpore: & amplius non fiat.

28. Non vidisti eum, neque in his quæ dicuntur miratus es?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

πάωυρον..... ἢ βότομον cæt. ut in textu Lat. βότομος propriè, herba quam boves carpunt, à βῶς & τέμνω. Auct. op. imp. in Matth. p. 116. d. *secus calamum & papyrum requieſcit.*

℣. 17. Ita ex Gr. exceptis his, *ſtirpibus & virgultis torrentis*, pro quibus ῥαδ άμνοις ἢ κλῶσες ἀγρᾶ. Aquila, ἢ ἱτέαι χειμάῤῥᾳ. Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 197. d. ut sup. *Obumbrantur in eo arbores magnæ.* Gr. σκιάζονται.

℣. 18. In ed. Lat. signantur ista triplici asteriſco: iisdem verbis respondent hæc Hieron. in Ezech. 29. to. 3. col. 904. e. *Confidit quòd introeat Jordanis in os ejus*: & l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 197. d. *Ipſe est rex omnium quæ in aquis sunt.* Item Honorat. Massil. vitâ Hilar. Arelat. apud S. Leon. p. 747. ait: *Jordanis alveum arido se æstimat ore sorbere.* Hexapla nihil huc referunt ex Theodotione. Gr. hod. LXX. eadem exhibet quæ supra, exceptis paucis, nempe αἰσθήσῃ, *sentiet*, pro *timebit*, (Mſ. Alex. ἔσθηται, Symm. verò καταωλαγήσεται, *consternabitur*;) item pro *securus est*, ita, πέποιθε, *confidit*, & pro *cùm illisus fuerit*, ὅτι προσαρύσει, *quia subibit.*

℣. 19. Similiter hab. Hieron. in Ezech. 29. to. 3. col. 904. e. *In oculo suo susciplet illum*: cui versiculo respondet Gr. mox ita ibid. ὠκολευσμένος τρήσει ῥῖνα, *intortus forabit nasum.*

℣. 20. Itidem Hieron. in Ezech. 29. to. 3. col. 904. e. addito uno σὺ, post *hamo*: sic etiam in Ezech. 32. col. 926. f. hoc excepto, & *circumdabis*: loco *pones*: item in Isai. c. 27. col. 226. e. præter hæc media, *circumdabis capistrum naribus ejus.* Græc. initio hab. ἄξεις, *duces*, paulòque post, περιθήσεις, *circumpones*, & ῥῖνα, *nasum*, loco *nares*; reliqua ut in textu Lat. Apud Ambr. l. de pœnit. to. 2. col. 407. c. *Adduces draconem in hamo*: mox ita, *illudes eum*, &c. quæ pertinent ad ℣. 24.

℣. 21. In edit. Lat. hoc antecedit, præmisso asteriſco: *Sigillabis circulum in ore ejus.* In edit. LXX. Ἢ δήσεις χρίκον ἐν τῷ μυκτῆρί αὐτοῦ; *Aut ligabis circulum in naribus ejus?* mox ita: ψελίῳ δὲ τρυπήσεις τὸ χεῖλος αὐτοῦ; & *armillâ terebrabis labium ejus?* Apud Theodot. ἢ χαλινῷ τρήσεις σιαγόνα αὐτοῦ; & *freno perforabis maxillam ejus?* nec plura in Hexaplis Orig. Apud Hieron. in Ezech. c. 29. p. 904. e. *Perforabit autem nares ejus armillâ*, & *labia illius.*

℣. 22. In Gr. δεήσει, *prece*, statimque ἱκετηρία μαλακῶς, *ſupplicatione molliter*; at in Mſ. Alex. δεήσεις ἢ ἱκετηρίας, &c. ut in Lat. sup.

℣. 23. Ita Græcè, addito δὲ, *autem*, post *ponet*, & post *accipies*, loco utriusque &.

℣. 24. Itidem Græcè, ni hoc excipias, ὡς αὐτῷ ὥσπερ ὀρνέῳ, *in eo sicut avi.* Ambr. l. de pœnit. to. 2. c. 1. col. 407. c. legit: *Illudes eum sicut avem; ligabis eum sicut passerem puer, imponens super eum manum?* quæ ultima leguntur infra, ℣. 27.

℣. 25. Ad verbum è Gr. si addas *autem*, δὲ, ad verbum *saginantur*, pro quo ult. ἐνσιτεῦνται. Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 197. d. *Saginantur in eo nationes Æthiopum*, & *partiuntur eum Phœnicum gentes?* Ambros. in Ps. 37. col. 819. a. *Epulantur in eo gentes?*

℣. 26. Gr. initio habet: Πᾶν δὲ πλωτὸν ζυνελθὸν, *Omne autem navigans conveniens*; deinde ut sup. si addas μίαν, *unum*, ad *corium*. Edit. Lat. ponit asteriscum ante hæc verba, & *in navibus*, &c. quæ etiam refert Hieron. l. 2. cont. Jovin. t. 4. p. 2. col. 197. f. unà cum Græco. In Hexaplor. edit. nihil hîc profertur ex Theodotione.

℣. 27. Sic est in Gr. præter duo, πόλεμον, *belli*, loco *pugnæ*, & σώματι, *ore*, pro *corpore*: at in Mſ. Alex. ζώματι, ut supra.

℣. 28. Ad verbum è Græco.

CAPUT XLI.

VULGATA NOVA.

1. NOn quasi crudelis suscitabo eum: quis enim resistere potest vultui meo?

2. Quis ante dedit mihi, ut reddam ei? omnia quæ sub cœlo sunt, mea sunt.

3. Non parcam ei, & verbis potentibus, &

VERSIO ANTIQUA.

1. NEc timuisti quòd præparatum est mihi? quis enim est qui mihi resistat? aut quis mihi resistet, & sustinebit, *Ex Mſ. Maj. Mon.*

2. Si omne quod sub cœlo est, meum est?

3. *Non tacebo propter eum, & sermo virtutum mise-*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter in Græco est, excepto uno οὐ, pro *nec*; exinde ita, ὅτι ἡτοίμασαι, quod Nobil. vertit *quia paratus est*, non *quòd præparatum est.*

℣. 2. Ita Græcè, ubi πᾶσα ἡ, *universa quæ*, pro *omne quod*, absque seq. *est.*

℣. 3. Hæc asteriſco duplici notantur in edit. Lat. nec absimilia multùm ea quæ in Hexaplis proferuntur ex Theodotione. Mſ. etiam Colb. præmittit hanc notam ibid. Ἐκ

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

retur æqualis ſui.

Ex Mſ. Maj. Mon. 4. Quis denudabit faciem veſtitûs ejus? aut in duplicatione thoracis ejus quis intrabit?

5. Portas vultûs ejus quis aperiet? circa dentes ejus eſt timor,

6. Et in præcordiis ejus ſcuta ærea; colligatio ejus ſicut zirimitis lapis.

7. *Unus uni adhæret*, & ſpiritus non pertranſibit ad eum.

8. *Vir fratri ſuo agglutinabitur; continebuntur, & non divellentur.*

9. In ſternutamentis ejus illuceſcit lux, & oculi ejus ſpecies Luciferi.

10. De ore ejus lampades ardentes exibunt, & craticulæ ignis diſpergentur.

11. De naribus ejus exit fumus fornacis ardentis igne carbonum.

12. Anima ejus carbones accendet, & flamma de ore ejus procedet.

13. In collo ejus habitat fortitudo, & ante eum currit perditio.

14. Carnes corpori ejus adhærent, circumfuſæ ei, & immobiles.

15. Cor ejus obduruit ſicut lapis, & ſtat ſicut incudo infatigabilis.

16. Et cùm ſe converterit, timor eſt beſtiis quadrupedibus ſævientibus ſuper terram.

17. Si occurrerint ei lanceæ, nihil facient ei, *haſta elevatio & thoracis:*

18. Reputat enim paleas ferrum, & ſicut lignum putre, æs.

19. Non vulnerabit eum ſagitta ærea, ducit baliſtam tanquam fœnum.

20. *Sicut ſtipulam æſtimabit malleum*; aquas æſtimat lapides, fundæ jactus ut fœnum, & deridet trementem haſtam.

21. Cubile ejus ſudibus ferreis præacutis, & omne aurum maris ſub eo eſt ſicut lutum immenſum.

VULGATA NOVA.

ad deprecandum compoſitis.

4. Quis revelabit faciem indumenti ejus? & in medium oris ejus quis intrabit?

5. Portas vultûs ejus quis aperiet? per gyrum dentium ejus formido.

6. Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia, compactum ſquamis ſe prementibus.

7. Una uni conjungitur, & ne ſpiraculum quidem incedit per eas:

8. Una alteri adhærebit, & tenentes ſe nequaquam ſeparabuntur.

9. Sternutatio ejus ſplendor ignis, & oculi ejus, ut palpebræ diluculi.

10. De ore ejus lampades procedunt, ſicut tædæ ignis accenſæ.

11. De naribus ejus procedit fumus, ſicut ollæ ſuccenſæ atque ferventis.

12. Halitus ejus prunas ardere facit, & flamma de ore ejus egreditur.

13. In collo ejus morabitur fortitudo, & faciem ejus præcedit egeſtas.

14. Membra carnium ejus cohærentia ſibi: mittet contra eum fulmina, & ad locum alium non ferentur.

15. Cor ejus indurabitur tanquam lapis, & ſtringetur quaſi malleatoris incus.

16. Cùm ſublatus fuerit, timebunt angeli, & territi purgabuntur.

17. Cùm apprehenderit eum gladius, ſubſiſtere non poterit neque haſta, neque thorax:

18. Reputabit enim quaſi paleas ferrum, & quaſi lignum putridum, æs.

19. Non fugabit eum vir ſagittarius, in ſtipulam verſi ſunt ei lapides fundæ.

20. Quaſi ſtipulam æſtimabit malleum, & deridebit vibrantem haſtam.

21. Sub ipſo erunt radii ſolis, & ſternet ſibi aurum quaſi lutum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Θ. οἱ ζ'. id eſt, *Hi duo verſiculi ex Theodotione:* ex edit. autem Hexaplari inducti ſunt poſtea in ed. LXX. ubi poſterior verſiculus habetur hoc modo: καὶ λόγον δυνάμεως ἐλείσε τὸν ἴσον αὐτῷ· & *ſermonem* (Nobil. *rationem*) *virtutis mi[ſ]erebitur æqualem ſibi.* In Mſ. Alex. ἡ λόγος, &c.

℣. 4. Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 197. d. *Quis enim denudabit faciem veſtitûs ejus?* Gr. loco ſeqq. *aut in duplicatione..... quis intrabit?* habet: εἰς δὲ πτύξιν... τίς ἂν εἰσέλθοι; & *in plicam..... quis utique ingrediatur?* cætera ut in Lat. Symmachus, εἰς ὑποδίπλωσιν, *in ſubduplicationem.*

℣. 5. Hieron. l. 2. cont. Jovin. col. 197. d. ſimiliter: *Et portas vultûs ejus quis aperiet?* A Græco abeſt tantùm vocula *eſt*, ante *timor.*

℣. 6. Gr. initio hab. τὰ ἔγκατα, ſeu cum Mſ. Alex. ἔνκατα δὲ, *interiora autem*, pro & *in præcordiis*; ſubinde add. δὲ, ad vocem *colligatio*, & pro *zirimitis*, hab. ομυρίτης.

℣. 7. In edit. Lat. ſignatur aſteriſco iſtud primum, *Unus uni adhæret*, quod etiam habetur in Hexaplis ex Theodotione cum ſimili ſigno; reliqua concordant cum Gr. ſi demas præp. *ad.*

℣. 8. Ita fert edit. Lat. præmiſſo duplici aſteriſco. In Hexaplis Orig. poſterior tantùm verſiculus profertur ex Theodotione, cum aſteriſco: pro *continebuntur* autem, tam illic quàm in ed. hod. LXX. legitur ζυνέχονται, *cohærent*; in Mſ. Alex. ζυνέχωνται; cætera reſpondent Latinis ſup.

℣. 9. Similiter in Græco, excepto ſing. uno, ἐν πταρμῷ, *in ſternutamento.*

℣. 10. Græc. Ἐκ στόματος αὐτοῦ ἐκπορεύονται ὡς λαμπάδες καιόμεναι, ἢ διαρριπτοῦνται ὡς ἐσχάραι πυρός. *De ore ejus egrediuntur quaſi lampades accenſæ, & projiciuntur ſicut ſcintillæ ignis.*

℣. 11. Similiter in Græco.

℣. 12. A Gr. abeſt *accendet*; ultimò verò legitur ἐκπορεύεται, *procedit*, non *procedet.*

℣. 13. Aptè ad Græcum, niſi quòd initio ipſo ſic habetur, ἐν δὲ τραχήλῳ, detrahiturque conjunct. &, poſt vocem *fortitudo.* Ambroſ. in Pſ. 37. col. 819. a. addit, *præcurrit mors*; Mſ. Alex. προτρέχει, al. τρέχει ἀπώλεια.

℣. 14. Gr. Σάρκες δὲ σώματος αὐτοῦ κεκόλληνται· καταχέει ἐπ' αὐτὸν, ὃ σαλευθήσεται. *Carnes autem corporis ejus ſunt agglutinatæ; effundit ſuper eum, non commovebitur.* Ambr. in Pſ. 37. p. 819. a. *Carnes autem corporis ejus ſunt adhærentes ei.*

℣. 15. Ita è Græco, niſi excipias verbum *ſtat*, pro quo ἔσχε, *ſtetit*; item pro *infatigabilis*, ἀνήλατος, ad verbum, *non ſaliens, immota.* Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 197. f. conſtanter: *ſtat ſicut incus infatigabilis.*

℣. 16. Optimè è Græco, excepto uno *ſævientibus*, mendosè forſan ſcripto, pro *ſalientibus*; nam Græcè conſtanter, ἁλλομένοις, abſque *eſt*, ante *beſtiis.*

℣. 17. In Gr. deeſt *ei*, poſt *facient*; ſequentia notantur aſteriſco in edit. Lat. In Hexaplis ſimiliter habentur ex Symmacho, nempe, ὑδὲ λόγχης ἄρσις ἢ θώρακος· in ed. Rom. ſimpliciter, δόρυ ἢ θώρακα, *haſtam* & *thoracem.*

℣. 18. Græcè ponitur *ferrum*, ante *paleas*, uti *æs*, ante *ſicut*; reliqua quadrant. Ap. Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 198. a. ita: *Reputat ferrum ut paleas*, & *ſicut lignum putre, æs.*

℣. 19. Ita è Græco, excepta voce *ſagitta*, cujus loco ponitur τόξον, *arcus*; ſubinde deeſt *tanquam*, præterquam in Mſ. Alex. poſt verbum autem *ducit*, additur μὴν, *quidem.*

℣. 20. Prior verſiculus, *Sicut ſtipulam*, &c. legitur in edit. Lat. abſque aſteriſco: at in Hexap. Orig. ita profertur ex Aquila & Theod. cum hoc ſigno, Ὡς καλάμη ἐλογίσθησαν σφύραι, *Sicut calamus reputati ſunt mallei*: nunc etiam ita legitur in Gr. Vatic. In Alexand. verò ſic, ἐλογίσθη αὐτῷ σφυρά· tum ſequitur in Vat. καταγελᾷ δὲ σεισμῷ πυρφόρῳ, *deridet autem concuſſionem igniferam*, nec alia plura reperiuntur ibid.

℣. 21. Ita in Græco, exceptis his, ὑπελίσσοι ὀξεῖς, *obe-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

22. Ferveſcere faciet quaſi ollam profundum mare, & ponet quaſi cùm unguenta bulliunt.

23. Poſt eum lucebit ſemita, æſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcentem.

24. Non eſt ſuper terram poteſtas, quæ comparetur ei, qui factus eſt ut nullum timeret.

25. Omne ſublime videt, ipſe eſt rex ſuper univerſos filios ſuperbiæ.

VERSIO ANTIQUA.

22. Ferveſcere facit abyſſum ſicut vas æneum; æſtimat mare ſicut deletum, & tartarum abyſſi ſicut captivum: *Ex Mſ. Maj. Mon.*

23. *Computavit abyſſum quaſi in deambulacrum.*

24. Non eſt quidquam ſuper terram ſimile ei factum, ad illudendum ab angelis meis.

25. Omne altum videt, & ipſe rex omnium quæ in aquis ſunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

liſci acuti, pro *ſudibus ferreis præacutis*: ap. Theodot. σκέυεια τέκτονος, *ferramenta fabri*. Item in ed. Rom. ἀμύθητος, *inenarrabile*, loco *immenſum*, detracto verbo *eſt*, poſt hoc, *ſub eo*. Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 198. a. legit: *Et omne aurum maris ſub eo ſicut lutum.* Honorat. Maſſil. vitâ Hilar. Arelat. apud S. Leon. p. 747. *Aurum reputat velut lutum.*

℣. 22. Eadem refert Hieron. ad verbum, nempe l. 2. cont. Jovin. 198. a. Ita quoque in Græco, præter pauca, videlicet χαλκεῖον, loco *vas aneum*, Nobil. reddit *officinam æratiam*; mox ita, ἥγηται δὲ, *exiſtimat autem*, pro *æſtimat*, & loco *deletum*, ſic, ἐξάλειπτρον, i. e. *vas unguentarium*, ab ἐξαλείφω, *unguentum abſtergo, deleo.*

℣. 23. Sic habet edit. Lat. cum aſteriſco prævio. Ita quoque in Hexap. Orig. ex Theodotione, præmiſſo ſimili ſigno, ſed abſque præpoſ. *in*, ante *deambulacrum*: in ed. verò LXX. deeſt *quaſi*, poſt *abyſſum*.

℣. 24. Ad verbum è Græco. Similiter ap. Aug. in Pſ. 103. to. 4. col. 1173. e. *Non eſt quidquam ei ſuper terram ſimile factum, ad illudendum ei ab angelis meis*: & paulò ſupra: *Non eſt quidquam ſimile ei factum ſuper terram, ad illudend. ei*, &c. Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 192. d. cum Vulgata concinit, niſi quòd habet, *qui ſic factus eſt.*

℣. 25. Itidem Auguſt. in Pſ. 103. to. 4. col. 1173. e. Sic etiam Græcè, detracto verbo *ſunt*. Item ap. Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 198. a. *Omne altum videt.*

CAPUT XLII.

VULGATA NOVA.

1. RESpondens autem Job Domino, dixit:
2. Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio.

3. Quis eſt iſte, qui celat conſilium abſque ſcientia? ideo inſipienter locutus ſum, & quæ ultra modum excederent ſcientiam meam.

4. Audi, & ego loquar: interrogabo te, & reſponde mihi.

5. Auditu auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te.

6. Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla & cinere.

7. Poſtquam autem locutus eſt Dominus verba hæc ad Job, dixit ad Eliphaz Themanitem: Iratus eſt furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non eſtis locuti coram me rectum, ſicut ſervus meus Job.

8. Sumite ergo vobis ſeptem tauros, & ſeptem arietes, & ite ad ſervum meum Job, & offerte holocauſtum pro vobis: Job autem ſervus meus orabit pro vobis: faciem ejus ſuſcipiam ut non vobis imputetur ſtultitia: neque enim locuti eſtis ad me recta, ſicut ſervus meus Job.

9. Abierunt ergo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites, & fecerunt ſicut locutus fuerat Dominus ad eos, & ſuſcepit Dominus faciem Job.

VERSIO ANTIQUA.

1. RESpondens autem Job, Domino dixit: *Ex Mſ. Maj. Mon.*
2. Scio quia omnia potes, & impoſſibile tibi eſt nihil.

3. Quis eſt enim qui abſcondat à te conſilium; parcens verbis, te putet celare? quis verò nunciavit mihi quæ neſciebam, magna & mirifica quæ non noveram?

4. Audi me Domine, ut & ego loquar: interrogabo te, tu verò doce me.

5. Auditu quidem auris audiebam te priùs, nunc autem oculus meus videt te.

6. Ideo deſpexi memetipſum, & diſtabui, & æſtimavi terram & cinerem.

7. Factum eſt autem poſtquam Dominus locutus eſt omnia verba hæc ad Job, dixit Dominus ad Eliphaz Themaniten: Peccaſti tu, & duo amici tui: non enim locuti eſtis coram me verum quicquam, ſicut ſervus meus Job.

8. Et nunc ſumite *vobis* ſeptem vitulos, & ſeptem arietes, & ite ad ſervum meum Job, & faciet hoſtias pro vobis: Job famulus meus orabit pro vobis; quia niſi facies ejus mihi eſſet accepta, & niſi propter eum, perdidiſſem vos: non enim locuti eſtis *ad me* verum adversùs famulum meum Job.

9. Et abiit Eliphaz Themanites, & Baldad Sauchites, & Sophar Minæus, & fecerunt ſicut præcepit illis Dominus, & ſolvit peccatum eorum propter Job.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Ὑπολαβὼν δὲ Ἰὼβ, λέγει τῷ, &c. Ald. & Compl. τῷ Κυρίῳ λέγει.

℣. 2. Sic eſt in Græco.

℣. 3. Ad verbum pene è Gr. niſi quòd ibi additur δὲ, verbo *parcens*, uti ὢν, iſti, *verbis*; mox ita, ζὲ οἴεται, *te putat*, non *putet*, paulòque poſt, ἀναγγελεῖ, *annuntiabit*, ac in fine, οὐκ ἐπιγάμλω, *neſcivi.*

℣. 4. Græcè poſtponitur δὲ, & verbo *audi*, & iſti, *interrogabo*; cætera ut in Lat.

℣. 5. Ita Græcè, exceptis his, ἤκουον..... ἑώρακε, *audivi..... vidit*, loco *audiebam..... videt*. Apud Auguſt. l. 22. de civit. Dei, c. 29. to. 7. col. 697. g. ut ſup. *In obauditu auris audiebam te priùs, nunc autem oculus meus videt te*: item l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 49. b. *Auris audiebam te priùs*, & *nunc ecce oculus meus videt te.*

℣. 6. Gr. rurſus addit ἐμαυτὸν, *me ipſum*, ad verbum *æſtimavi*; reliqua ut in Lat. ſup. Aug. l. 2. de pecc. mer. to. 10. col. 49. b. legit: *Ideo vituperavi* (ἐφαύλισα) *me ipſum*, & *diſtabui*, & *æſtimavi me ipſum terram & cinerem*: & l. 22. de civit. Dei, c. 29. to. 7. col. 697. g. *Propterea deſpexi memetipſum*, & *diſtabui*, & *exiſtimavi me terram & cinerem.*

℣. 7. Ita è Græco, verbum è verbo. Similiter ap. Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 198. f. *Peccaſti tu*, & *amici tui ambo: nihil enim veri locuti eſtis coram me.*

℣. 8. In edit. Lat. duo tantùm ſignantur aſteriſco, nempe id, *vobis*, circa initium, & ſub finem iſtud, *ad me*; nec malè, cùm utrumque abſit à Græco: cætera autem aptè conveniunt cum eodem contextu, ſi excipias paucula; nempe ubi edit. Lat. ponit *beſtias*, Gr. hab. κάρπωσιν, *holocauſtum*; item addit partic. δὲ, *autem*, ad ſeq. *Job*; paulòque poſt, loco *niſi facies ejus mihi eſſet accepta*, hab. εἰ μὴ πρόσωπον αὐτῷ λήψομαι, *nonniſi faciem ejus accipiam*, ſtatimque, εἰ μὴ γὰρ, *niſi enim*, &c. ut ſup.

℣. 9. Vix una vocula *eorum* ſub finem, differt à Græco, pro qua αὐτοῖς, *eis.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Maj. Mon. 10. Dominus verò auxit converſationem Job; & cùm oraſſet etiam pro amicis, remiſit illis peccatum. Et dedit Dominus duplicia omnia, quæ habuerat priùs Job.

11. Audierunt autem omnes fratres ejus, & ſorores, omnia quæ acciderant ei; & venerunt ad eum, & omnes qui eum noverant à principio. Et cùm bibiſſent, & comediſſent apud eum panem in domo ejus, conſolati ſunt eum, & mirati ſunt in omnibus malis quæ induxerat Dominus ſuper eum: & dedit ei unuſquiſque agnam unam, & vir inaurem auream unam.

12. Dominus autem benedixit noviſſima Job magis quàm priora. Et erant pecora ejus, oves quatuordecim millia, cameli ſex millia, juga boum mille, aſinæ paſcuales mille.

13. Et nati ſunt illi filii ſeptem, & filiæ tres.

14. Et vocavit primam quidem Diem, ſecundam verò Caſſiam, tertiam autem Cornu Amaltheæ.

15. Et non ſunt inventæ mulieres à filiabus Job ſub cœlo: & dedit eis pater hæreditatem inter fratres.

16. Vixit autem Job poſt plagam centum quadraginta annis; & omnes anni vitæ ejus fuerunt ducenti quadraginta octo. *Et vidit Job filios ſuos, & filios filiorum ſuorum quarta generatione*, & defunctus eſt Job ſenex plenus dierum.

VULGATA NOVA.

10. Dominus quoque converſus eſt ad pœnitentiam Job, cùm oraret ille pro amicis ſuis. Et addidit Dominus omnia quæcunque fuerant Job, duplicia.

11. Venerunt autem ad eum omnes fratres ſui, & univerſæ ſorores ſuæ, & cuncti qui noverant eum priùs, & comederunt cum eo panem in domo ejus: & moverunt ſuper eum caput, & conſolati ſunt eum ſuper omni malo quod intulerat Dominus ſuper eum: & dederunt ei unuſquiſque ovem unam, & inaurem auream unam.

12. Dominus autem benedixit noviſſimis Job magis quàm principio ejus. Et facta ſunt ei quatuordecim millia ovium, & ſex millia camelorum, & mille juga boum, & mille aſinæ.

13. Et fuerunt ei ſeptem filii, & tres filiæ.

14. Et vocavit nomen unius Diem, & nomen ſecundæ Caſſiam, & nomen tertiæ Cornuſtibii.

15. Non ſunt autem inventæ mulieres ſpecioſæ ſicut filiæ Job in univerſa terra: deditque eis pater ſuus hæreditatem inter fratres earum.

16. Vixit autem Job poſt hæc, centum quadraginta annis, & vidit filios ſuos, & filios filiorum ſuorum uſque ad quartam generationem, & mortuus eſt ſenex & plenus dierum.

VERSIO ANTIQUA.

* Scriptum eſt autem reſurrecturum eum cum his quos Dominus ſuſcitabit. Hic interpretatur de Syriaco libro, in terra quidem habitaſſe Auſitide, in finibus Idumææ & Arabiæ, & erat ei antea nomen Jobab. Et accepit uxorem Arabiſſam, genuitque filium, cui nomen erat Ennon. Erat autem ipſe filius quidem Zaræ, de Eſau filiis filius, de matre verò Boſram; ita ut ſit quintus ab Abraham. Et hi ſunt reges, qui regnaverunt in Edom, in qua & ipſe regnavit regione. Priùs Balaac filius Boor, & nomen civitatis ejus Dennaba. Poſt Balaac autem, Jobab, qui vocatur Job. Poſt hunc, Caſum, qui erat dux ex Themanorum regione. Poſt hæc, Adad filius Barad, qui excîdit Madian in campo Moab, & nomen civitatis ejus Gethem. Qui autem venerunt ad eum amici, Eliphaz ex filiis Eſau, Themanorum rex, Baldad Sauchiorum tyrannus, Sophar Minæorum rex.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Gr. delet circa initium hanc vocem, *converſationem*; & poſt paulò, pro *etiam*, habet αὐτῷ ὢν, *ipſe* &, rurſuſque addit αὐτῷ, ad vocem *amicis*; Mſ. Alex. ſup. delet καί: demum loco *omnia quæ hab. priùs Job*, ita, ὅσα ἦν ἔμπροσθεν Ἰὼβ, εἰς διπλασιασμόν, *quæcunque erant ante Job, in duplicationem*; cætera ut in Lat. ſup. Auct. epiſt. ad Demetriad. ap. S. Leon. p. 41. a, ſic hab. *Duplo in univerſam ſubſtantiam eſt ditatus augmento.* Vide Tertul. infra, Not. ad ℣. 13.

℣. 11. Concordant iſta cum textu Græco, niſi quòd hic rurſus addit αὐτῷ, ad vocem *ſorores*; & loco *cùm bibiſſent & comed.* habet φαγόντες δὲ καὶ πιόντες, *comedentes autem & bibentes*, omiſſis ſeqq. *panem in domo ejus*: item infra Gr. tollit vocem *malis*; & pro ultimis his, *vir inaurem auream unam*, ponit, τετράδραχμον χρυσῆν, καὶ ἀσήμου, *tetradrachmum auri, & non ſignati.*

℣. 12. Ita è Græco, præter vocem *aſinæ*, pro qua ὄνοι θήλειαι, *aſinæ femellæ.* Vide Tertul. infra ad ℣. 13.

℣. 13. Sic eſt in Græco, excepto uno γεννῶνται δὲ, *naſcuntur autem*, pro *nati ſunt*: unde mirum videri debet quomodo Tertullianus l. de Pat. p. 14. b. dicat de Jobo: *Integritatem mox corporis à Deo recuperavit, & quæ amiſerat reduplicata poſſedit. Et ſi filios quoque reſtitui voluiſſet, pater iterum vocaretur; ſed maluit in illo die reddi ſibi. Tantum gaudii, ſecurus ſic de Domino, diſtulit: ſuſtinuit tam voluntariam orbitatem, ne ſine aliqua patientia viveret.* Ita Tertullianus clarè & liquidò. Nunc verò quam auctoritatem, aut quam fidem habere poſſunt ea, quæ tam apertè contraria ſunt textui ſacro, cùm Hebraïco, tum Græco? Itaque dicendum, vel nihil aliud hîc affirmaſſe Tertullianum niſi ſententiam & opinionem ſuam, vel depravato codice Mſ. uſum eſſe, quod non facilè crediderim; vel potiùs, & hoc mihi perſuaſum magis, ipſum hac in re non conſilio, ſed caſu lapſum eſſe, & fortè memoriâ deceptum. Auct. epiſt. ad Demetriad. ap. Leon. M. p. 41. a. ait etiam Jobum *ſeptem filiorum, triumque filiarum* factum eſſe patrem.

℣. 14. Sic etiam in Græco, verbum pro verbo.

℣. 15. Gr. initio hab. Καὶ οὐχ εὑρέθησαν κατὰ τὰς θυγατέρας Ἰὼβ βελτίους αὐτῶν ἐν τῇ ὑπ' οὐρανόν· ἔδωκε δὲ, &c. *Et non ſunt inventæ juxta filias Job meliores eis in ea quæ ſub cœlo: dedit autem eis*, &c. ut ſup.

℣. 16. Gr. Vat. habet ἑκατὸν ἑβδομήκοντα, *centum ſeptuaginta*; ed. verò Compl. ἑκατὸν τεσσαράκοντα, *centum quadraginta*, ut ſup. deinde in Vat. loco & *omnes anni vitæ ejus fuerunt ducenti quadraginta octo*, ita, τὰ δὲ πάντα ἔτη ἔζησε διακόσια τεσσαράκοντα, *omnes autem annos vixit ducentos quadraginta*; Mſ. Alex. addit ὀκτώ; ſed iſta abfuiſſe à fonte Hebr. oſtendunt Mſs. codd. Reg. & Colb. in Hexaplis; nec etiam hodie leguntur in Vulgata. Huc redeunt quæ Auct. op. imp. in Matth. hom. 31. p. 130. d. ait: *Job ante tentationem trigeſimum habuit, in facultatibus ſuis juſtè vivendo; poſt damna ſubſtantiæ & virorum, ſexageſimum; poſt plagam autem corporis centeſimum fecit.* Quæ autem ſubjungit edit. Lat. *Et vidit Job filios*, &c. notantur ibid. aſteriſcis duobus; eaque ſimiliter exſtant Græcè in Hexap. & cum iiſdem ſignis; unde poſtea invecta ſunt in ed. LXX. Reliqua concordant cum eodem Gr. niſi quòd extremò additur καὶ, poſt vocem *ſenex*, pro qua πρεσβύτερος, *ſenior.*

* Quæ ſubnectuntur hîc in editione Latina, multis obelis ibidem configuntur, nec malè; Mſ. enim Oratorienſis hæc habet, Montfalconio noſtro teſte, to. 1. Hexap. not. in hunc loc. Ἰσέον ὅτι μέχρι τοῦ, Πρεσβύτερος καὶ πλήρης ἡμερῶν, Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος ἐλθόντες, συνεπέφαναν τὸ βιβλίον, ὡς δὴ τῷ Ἑβραϊκῷ ἀκολουθοῦντες. Ὁ δὲ Θεοδοτίων συμπεραίνει τοῖς Ο. id eſt, *Sciendum eſt ad illud*, Senex & plenus dierum, *Aquilam & Symmachum librum terminare, utpote Hebraïcum ſequentes. Theodotio autem cum LXX. Interpretibus deſinit:* quæ verba tribuuntur Olympiodoro, p. 611. Caten. in Job. Hieronymus quoque Quæſt. Hebr. ait: *Malè quidam æſtimant Job de genere eſſe Eſau, ſiquidem*

Digitized by Google

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

illud quod in fine libri ipsius habetur, eò quòd de sermone Syro translatus est, & quartus sit ab Esau, & reliqua quæ ibi continentur, in Hebræis voluminibus non habentur. Origenes etiam epist. ad Afric. de his superadditis libro Job, ita disserit: Ἁμὰ δὲ ἀπὸ τῆ Ἰωβ, τὰ ἀπὸ τῆ Γέγραπται δὲ αὐτὸν πάλιν ἀναστήσεσθαι μεθ' ὧν ὁ Κύριος ἀνίστησιν· ἄχρι τέλους, ἃ κεῖται παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα· διόπερ οὐδὲ παρὰ τῷ Ἀκύλᾳ· παρὰ δὲ τοῖς Ο. δὲ Θεοδοτίωνι τὰ ἰσοδυναμοῦντα ἀλλήλοις. i. e. *Sed & in Job, ab illo loco:* Scriptum est autem ipsum resurrecturum cum quibus Dominus resurgit: *ad finem usque, apud Hebræos non exstant: quare nec apud Aquilam habentur; sed apud LXX. & apud Theodotionem quoad sensum eadem sunt.* Hoc igitur additamentum antiquissimum esse fatendum est cum eruditis, « quippe cujus mentionem faciunt Aristeas, Philo, & Polyhistor, teste Spanhemio in hist. Job, c. 4. Quantæ verò fuerit auctoritatis apud Græcos, discere licet ex catena Græcorum Patrum in Job, ubi Chrysostomus, Evagrius, Olympiodorus, Severus, Julianus suis commentariis illud explicant. » Ita Westhen. cit. to. 1. nov. ed. op. Orig. p. 14. not. e. Porro si hujus additamenti verba, quemadmodum leguntur supra in ed. Lat. conferantur cum Græco edit. Rom. vix pauca videbuntur esse dissimilia; en potissima: nempe circa initium, loco *resurrecturum eum cum his quos Dom. suscitabit*, ita ibi legitur, αὐτὸν πάλιν ἀναστήσεσθαι μεθ' ὧν ὁ Κύριος ἀνίστησιν, i. e. *ipsum rursus resurrecturum cum quibus Dominus resurgit*: item post pauca, κατοικῶν, *habitans*, pro *habitasse*; post paulò verò deest *antea*, ante *nomen Jobab*; mox ita, λαβὼν δὲ... γυνᾶ, *cùm autem accepisset..... generat*, pro & *accepit..... genuitque*; nec multò post, πατρὸς μὲν Ζαρὲ, *ex patre quidem Zare*, loco *filius quidem Zaræ*; & inf. Βοσόρρας, *Bosorra*, non *Bosram*: exinde loco *priùs Balaac*, &c. ita, πρῶτος Βαλὰκ ὁ τῆ Βεώρ, *primus Balac filius Beor*; denique Ἀσὼμ, *Asom*, non *Casum*; cætera quadrant.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugensi.

LIBER JOB.

CAP. I. ℣. 5. Offerebat holocausta pro singulis. *Melius clariusque est* pro singulis, *sexto casu, eo quod in aliis libris est* per singulos, *quarto.*

℣. 20. Et scidit vestimenta sua. *Alii libri scribunt* tunicam suam.

℣. 21. Sicut Domino placuit, ita factum est. *Quanquam à libris Hebræis verba hæc absint, tamen quia à Latinis & Græcis fere agnoscuntur, judicarunt Correctores non esse omittenda.*

CAP. II. ℣. 10. Quasi una de stultis mulieribus locuta es. *Non omittas* mulieribus.

CAP. III. ℣. 4. Non requirat eum Deus desuper. *Redundat quod subjicitur à quibusdam libris*, non sit in recordatione.

Ibidem. Et non illustretur lumine. *Pro passivo* illustretur, *alii libri scribunt activum* illustret.

℣. 9. Exspectet lucem, & non videat. *Non est mutandum singulare* exspectet, *in plurale* exspectent.

℣. 18. Et quondam vincti. *Non est omittendum* quondam, *ab Interprete datum.*

CAP. V. ℣. 2. Verè stultum interficit iracundia. *Malè quidam pro adverbio* verè, *supposuerunt nomen* virum.

℣. 6. Nihil in terra sine causa fit, & de humo non oritur dolor. *Præferendum est præsens* oritur, *futuro* orietur.

℣. 26. Ingredieris in abundantia sepulcrum. *Cave ne scribas contrarium* egredieris, *seu exibis, pro* ingredieris.

CAP. VI. ℣. 5. Nunquid rugiet onager, cùm habuerit herbam? *Cave ne scribas* fugiet, *pro* rugiet, *seu rudet.*

℣. 6. Aut potest aliquis gustare quod gustatum affert mortem? *Quod subjiciunt libri quidam*, Animæ enim esurienti, etiam amara dulcia esse videntur, *non est hujus loci, sed Prov. 27. ℣. 7.*

℣. 17. Et ut incaluerit, solventur de loco suo. *Non mutes singulare* incaluerit, *in plurale* incaluerint.

CAP. VIII. ℣. 2. Et spiritus multiplex sermones oris tui. *Retinendus est nominativus pluralis* sermones, *non substituendus genitivus singularis* sermonis.

℣. 7. In tantum ut si priora tua fuerint parva. *Correctores addiderunt conjunctionem* si.

CAP. X. ℣. 3. Si calumnieris me, & opprimas me opus manuum tuarum. *Neutro loco judicarunt Correctores omittendum pronomen* me.

℣. 16. Et propter superbiam quasi leænam capies me. *Accusativum* leænam *prætulerunt Patres nominativo* leæna.

℣. 22. Sed sempiternus horror inhabitat. *Alii scribunt participium* inhabitans, *loco verbi* inhabitat.

CAP. XI. ℣. 10. Quis contradicet ei? *Superfluit quod quidam codices subjiciunt*, vel quis potest dicere: Cur ita facis? *quod non est hujus loci, sed supra 9. ℣. 12.*

CAP. XII. ℣. 21. Eos qui oppressi fuerant relevans. *Non præponas his verbis conjunctionem &c.*

CAP. XIII. ℣. 6. Audite ergo correptionem meam. *Non mutes singularia in pluralia* correptiones meas.

CAP. XIV. ℣. 6. Recede paululùm ab eo. *Non adjicias* ergo.

℣. 14. Putasne mortuus homo rursum vivat? *Alii scribunt futurum indicativi* vivet.

℣. 16. Sed parce peccatis meis. *Interpres transtulit imperativum* parce, *haud dubium; non* parces, *aut* parcis.

℣. 19. Et hominem ergo similiter perdes. *Non mutes singulare* hominem, *in plurale* homines.

CAP. XVII. ℣. 2. Et in amaritudinibus moratur oculus meus. *Nec hic mutes præsens* moratur, *in futurum* morabitur.

℣. 4. Cor eorum longè feciisti à disciplina, propterea non exaltabuntur. *Non interponas conjunctionem &c.*

CAP. XVIII. ℣. 3. Et sordiumus coram vobis? *Retinendum est plurale* vobis, *non subrogandum singulare* te.

℣. 11. Undique terrebunt eum formidines, & involvent pedes ejus. *Cave ne repetas pronomen* eum, *post verbum* involvent.

CAP. XIX. ℣. 23. Vel scite sculpantur in silice. *Romani Patres prætulerunt nomen* scite, *sive cælo, adverbio* certè, *de quo nos latè in nostris Notationibus.*

℣. 26. Et in carne mea videbo Deum meum. *Non addas* salvatorem.

CAP. XX. ℣. 25. Eductus & egrediens de vagina sua. *Non addas* gladius, *quod quidam.*

CAP. XXI. ℣. 3. Sustinete me, & ego loquar. *Nec hic addas conjunctionem* ut, *ante* & ego.

CAP. XXII. ℣. 12. An non cogitas, quòd Deus excelsior cœlo sit? *Non est legendum* An, *absque negatione, pro* An non.

CAP. XXIV. ℣. 21. Pavit enim sterilem quæ non parit. *Non interponas & conjunctionem.*

CAP. XXV. ℣. 3. Et super quem non surget lumen illius. *Non substituas* fulget, *quod est splendet, pro* surget, *quod est orietur.*

CAP. XXVII. ℣. 22. Et mittet super eum. *Non scribas unicam vocem* emittet, *pro duabus &* mittet.

CAP. XXVIII. ℣. 7. Semitam ignoravit avis, nec intuitus est eam oculus vulturis. *Errant, qui pro primo casu singularis numeri* oculus, *legunt quartum pluralem* oculos, *omisso pronomine* eam.

CAP. XXX. ℣. 12. Ad dexteram orientis calamitates meæ illico surrexerunt. *Quidam legunt duplicem genitivum* orientis calamitatis: *Correctores, non sine causa, prætulerunt eam lectionem, quæ constat genitivo & nominativo* orientis calamitates, *de quo lege Notationes nostras.*

℣. 15. Abstulisti quasi ventus desiderium meum. *Non est commutanda secunda persona* abstulisti, *cum tertia* abstulit.

℣. 24. Veruntamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuam. *Non scribas pronomen prima persona* meam, *pro tertia* eorum.

℣. 28. Consurgens in turba clamabam. *Pro* turba, *quod est multitudine, quidam, omissâ unâ litterâ, scripserunt* tuba, *quod est buccina; quidam* terra, *quidam* tenebris; *omnes vitiosè.*

CAP. XXXI. ℣. 7. Et si secutum est oculos meos cor meum. *Retinendi sunt accusativi plurales* oculos meos, *non supponendi nominativi singulares* oculus meus.

Sequitur: Et si manibus meis adhæsit macula. *Non præponas* in *præpositionem, voci* manibus.

℣. 19. Si despexi pereuntem, eò quòd non habuerit indumentum. *Germana lectio est* pereuntem, *frigore scilicet, non* prætereuntem, *quod est* prætergredientem.

℣. 35. Quis mihi tribuat auditorem? *Vocum affinitas fecit, ut pro* auditorem, *ab audiendo dictum, quidam erro-*

Digitized by Google

meò legerent adjutorem, *ſeu auxiliatorem*, *ab adjuvando*.

CAP. XXXII. ℣. 22. Et ſi poſt modicum tollat me factor meus. *Duæ ſunt dictiones* & ſi, *non unica* etſi.

CAP. XXXIII. ℣. 2. Loquatur lingua mea in faucibus meis. *Pro* loquatur, *non ſcribas*, *aut præſens* loquitur, *aut futurum* loquetur.

℣. 3. Et ſententiam puram labia mea loquentur. *Non opus eſt mutare* ſententiam *cum* ſcientiam, *quanquam hæc vox legatur Hebraïcè*.

℣. 7. Et eloquentia mea non ſit tibi gravis. *Non ſcribas neutra pro femininis*, & eloquium meum non ſit tibi grave.

℣. 17. Ut avertat hominem ab his quæ facit. *Præſens* facit *præferendum eſt præterito* fecit.

℣. 23. Si fuerit pro eo angelus loquens unus de millibus. *Neque maſculinum* unus *mutandum eſt cum neutro* unum; *neque pro* millibus, *poſito pro* plurimis, *ſubſtituendum eſt* ſimilibus, *quod eſt* talibus.

CAP. XXXIV. ℣. 24. Conteret multos & innumerabiles. *Non omittas* & *conjunctionem*, *tametſi Hebraïcè non addatur*.

℣. 37. Quia addit ſuper peccata ſua blaſphemiam. *Non mutes conjunctionem* quia, *in relativum* qui.

CAP. XXXVI. ℣. 5. Deus potentes non abjicit, cùm & ipſe ſit potens. *Legendum eſt priori verſiculi membro plurale* potentes, *poſteriori ſingulare* potens.

℣. 7. Et reges in ſolio collocat in perpetuum, & illi eriguntur. *Non commutes pronomen* illi *cum adverbio* illic.

℣. 27. Qui aufert ſtillas pluviæ. *Similitudo vocum quoſdam errare fecit*, *ita ut pro* ſtillas, *quod eſt guttas*, *legerent* ſtellas, *quod eſt ſidera*.

℣. 28. Qui de nubibus fluunt. *Non ſcribas* pluunt, *pro* fluunt, *id eſt*, p. *pro* f. *tenuem pro aſpirata*.

CAP. XXXVII. ℣. 15. Quando præceperit Deus pluviis. *Non mutes conjunctivum* præceperit, *cum indicativo* præcepit.

CAP. XXXVIII. ℣. 13. Et excuſſiſti impios ex ea. *Alii minùs rectè habent* excluſiſti *ab* excludo, *pro* excuſſiſti *ab* excutio.

CAP. XLI. ℣. 14. Mittet contra eum fulmina. *Non mutes* fulmina, *quod eſt fulgura*, *in* flumina, *quod eſt fluvios*.

Sequitur: Et ad locum alium non ferentur. *Pro futuro plurali* ferentur, *alii ſcribunt præſens*; *nonnulli quidem plurale* feruntur, *nonnulli ſingulare* fertur.

CAP. XLII. ℣. 4. Interrogabo te, & reſponde mihi. *Alii pro* reſponde, *ſcribunt* oſtende; *minùs rectè*.

Variæ Lectiones VULGATÆ, rurſum ab eodem FRANCISCO LUCA obſervatæ.

LIBER JOB.

CAP. I. ℣. 22. In omnibus his non peccavit Job labiis ſuis. *A pluribus libris Hebræo conſentaneis*, *omittitur* τὸ labiis ſuis, *quippe quòd proprium eſſe videatur loci infra* 2. ℣. 10.

CAP. V. ℣. 15. Porro ſalvum faciet egenum. *Multi libri*, *Hebræo* & *Græco conſentaneè*, *omittunt* egenum, *quippe quòd idem unum ſit cum eo quod ſequitur*, pauperem.

CAP. VIII. ℣. 16. Et in ortu ſuo germen ejus egredietur. *Quidam legunt* horto, *quemadmodum Hebræa*, *pro verbali* ortu.

CAP. XV. ℣. 22. Non credit quòd reverti poſſit de tenebris ad lucem. Τὸ ad lucem, *abeſt à multis Latinis Mſs. conſentaneè Hebræo* & *Græco*; *facile eſt autem ſubaudire*.

CAP. XVI. ℣. 16. Et operui cinere carnem meam. *Quidam pro* carnem meam, *legunt* cornu meum, *ſuffragante Hebræo*.

CAP. XVII. ℣. 9. Et mundis manibus addet fortitudinem. *Alii legunt nominativum ſingularem* mundus, *pro ablativo plurali* mundis.

FINIS TOMI PRIMI.

ERRATA.

Poſt pag. 498. ſequitur pag. 496. l. 499.
Item poſt pag. 622. ſeq. pag. 223. l. 623.

IN VERSIONE ANTIQUA.

Gen. XLV. 28. lin. 2. *vibebo*, l. *videbo*.
Exod. XX. 14. *Mon*, l. *Non*.
Judith, IV. 8. lin. 2. *mgna*, l. *magna*.

IN VULGATA NOVA.

Levit. III. 14. lin. 2. 3. *vi-lia*, l. *vitalia*.
Inter argumenta l. 2. Paralip. ad cap. XXV. lin. ult. *Joas*, l. *Amaſias*.

IN NOTIS.

Exod. XXIII. ℣. 28. lin. 7. 8. *veſpâ*, *ranâ*, *locuſtâ*; l. *veſpa*, *rana*, *locuſta*.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google